R. 58689

ıutem in ſimplicibus.q.3.artic.3
il eſt.ly ſupra deſignat locũ imaginatum tantũ. ı.ı.ad.8
or eſt,intellectu eſt accutior.quæſt.76.artic.5
plex,ſcilicet corporalis & virtutis.quæſt.105.ar.2.
terna iudicamus,& diſponimus:in quorum co- temporalia deueniimus.quæſt.79.arti.9
nitatis differentia,reſpectu eorum eſſe, & eorum ırantur quæſt.10.arti.1
rus in numerato exiſtens & non abſtractus à re t.10.arti.6
e duo inſtantia datur medium , & inter quæ non ı.ad.4
geli,quomodò proportionatur tempori motus modò non quæſt.53.art.3.ad.3
ntinui angeli,non eſt idem cum tempore mẽſu- œli:quia motus eius à motu cœli non dependet.
ɔreteritum & futurum quomodò ſubſtantijs ſepa r.quæſt.10.artic.5.ad.3
o eſt menſura motus & quietis.q.10.arti.4.ad.3
n ſucceſsionem cõceptionum intelligibilium, eſt geli.quæſt.57.artic.3.ad.8
quod non ſit continua,duplex ratio.quæſt.114.ar
ccatum eſt,& carnis & mundi tentationis diffe- ,& Dei,& diaboli.q.114.arti.2
es dupliciter ſumuntur:ſcilicet in genere, & tran eſt.50.arti.3
onis eſt ens actu,& non in potentia.q. 65. articu.1
corporis animalis neceſſariò magis abundat cæ quia eſt elemẽtum minus actiuum.q.7.art 1.ad.2
aliter ſit cooperta aquis : & quod ſit diſcooperta io.q.69.arti.1.ad 2.&.4
ia ab iſta,& quod ſint alia elementa præter iſta nõ æſt.47.arti.3.ad.3
iinæ,quot mares in ſtatu innocentiæ.queſt.99.ar.
itur Deus,non tamen comprehenditur.quæſt.12.
ıtem inhabitat per gratiam gratum facientem.q.
ilicet quantitatiuum,eſſentiale, & poteſtatiuum.
tiuum extra locum cui commenſuratur, eſſe non erò ſecundum eſſentiam extra locum eſſe poteſt: mmenſuratur.q.8.art.2.ad.3
e,integrale,& poteſtatiuum,differenter prædica- ibus.quæſt.77.arti.1.ad.1
ixit monas genuit monadẽ,qualis eſt ſenſus. q. 33.
licimus eſſe trinam.quæſt.31.art.1.ad.5
natum numerum perſonarum ſignificat.quæſt.31.
te,&vnitas in trinitate quomodò intelligitur.q.31
um in creatione,&rerum formatione inſinuatur.
licitatis differentia ſignificationis quæſt.31.arti.1
is,duplex ſignificationis acceptio: ſcilicet ſecun- tiam & ſecundum vocabuli proprietatem. quæſt.
n ſecundum erymologiam vna eſſentiã trium per ficare videtur,ſed ſecundum nominis proprietatẽ m trium perſonarum ſignificat.quæſtio.31. arti.1
circa ea ſunt quæ voluntati repugnant.queſt.113.
atur in quatuor quæ in materiali ſede conſideran ad.6
tionam prouidẽtiam humanarum rerum ſubtraxit. ad.4
patium capax corporis,in quo nõ eſt corpus.q.46.
ſitiua,& intellectiua,non ſunt plures animæ, ſed homine.q.86.artic.3
non eſt liberi arbitrij , ſed ad naturalem inſtinctũ t.19.arti.10
on ſunt actus diuerſarum potentiarum.q.83.art.4
ationes aut contraria ſucceſsiuè fieri , non eſt vo- ari.quæſt.19.arti.7
Velle vel operari quodcũque ſine boni intentione,vel ratione , eſt impoſsibile.q.62.arti.8
Venatio animalium ſylæſtrium,eſt iuſta naturalis,tribus rationibus.quæſt.96.arti.1
Verba,participia,pronomina demonſtratiua,& tempus quomodò Deo attribuuntur.quæſt.13.arti.1.ad.3.
Verbi diuini conceptio,eſt naturalis:quia Deus ſeipſum naturaliter intelligit.quæſt.41.artic.2.ad.4
Verbum diuinum dicitur genitum.ſed nõ verbum humanum.q.33. arti.2.ad.3
Verbum diuinum relationem importat ad creaturam,non ratione relationis:ſed ratione naturæ quam includit.quæſt.34.arti.3.ad.1
Verbum in nobis propriè,tripliciter dicitur.quæſt.34.arti.1
Verbum interius eſt mentis conceptus , & dum mens ſe conuertit ad actum conſiderandum,quod habet in habitu, dicitur ſibi loqui.quæſt.107.artic.1
Verbum non eſt,quod intellectu non poteſt concipi:ſicut quod implicat contradictionem.q 25.arti.3
Verbum noſtrum,quare non dicitur filius, ſicut verbum diuinum. quæſt.27.arti.2.ad.2
Veritas diuina,eſſentialiter dicta, nõ dicitur per reſpectum ad principium,ſed per reſolutionem affirmatiuæ in negatiuam.q.16. artic.5.ad.2
Veritas enuntiabilium,ab intellectu noſtro æternitatem nõ habet. ſed à diuino,vt à cauſa æterna.q.16.arti.7.ad.3.&.4
Veritas eſt lumẽ intellectus.& regula omnis veritatis eſt ipſe Deus. quæſt.107.arti.2
Veritas & falſitas intellectus penes compoſitionem ſunt,& diuiſionem.quæſt 85.arti.6
Veritas rei ad intellectum diuinum,per ſe ordinem habet,& ad noſtram per accidens.quæſt.16.artic.1
Veritatem cognoſcit intellectus, dum cõformitatem rei ad ipſum apprehendit,quod non facit ſenſus.quæſt.16.art.2
Veritatẽ mutari contingit,vel ex parte intellectus,vel ex parte rei. quæſt.6.arti.8
Verum cognitum ordinatur ad opus.ſub ratione boni.quæſt.79. artic.11.ad.2
Verum & falſum quare ſunt in intellectu,& bonũ & malum in rebus.quæſt.82.arti.3
Verum quod eſt in rebus conuertitur cum ente ſecundum ſubiectũ: ſed verum quod eſt in intellectu,cõuertitur cum ente, vt manifeſtatiuum cum manifeſtato.quæſt.16.arti.3.ad.1
Verũ reſpicit eſſe ſimpliciter,& primò cognoſcitur ad quod ſequitur ratio boni.quæ.16.arti.4
Veſtigij & imaginis differentia,in repræſentando cauſam.quæſ.45. arti.7
Videbimus eum ſicuti eſt.qualis eſt ſenſus.quæ 12.arti.6.ad.1
Videre alicubi dupliciter intelligitur : ſecundum quod aduerbium actum viſionis determinat quæſt.8.arti.4.ad.6
Videntium Deum diuerſa facultas ex diuerſa luminis gloriæ participatione eſt.quæſt.12.artic.6
Videre Deum facie ad faciem,non eſt referendum ad diuinã eſſentiam:ſed ad figuram ipſum repreſentantem.quæſt.12.arti.11. ad.1
Vidi ſub ſole,nec velociũ cursu &c.ſed tempus & caſum quomodò debet intelligi illud Eccleſiaſtes.quæſt.103.artic.5.ad.1
Vir quomodò eſt principium & ſicut mulieris.quæſt.93.arti.4. ad.1
Virtuoſus eſt menſura,& regula omnium humanorum actuũ.q.109 artic.4.ad.3
Virtus actiua in generatione animalis,eſt in ſemine maris,& materia fœtus miniſtratur à matre.quæſt.118.artic.1.ad.4
Virtus actiua ſeminis eſt impreſsio quædam derelicta ab anima generantis.q.119.arti.1
Virtus actiua ſeminis,non poteſt producere principium intellectiuum in homine.quæ.118.arti.2
Virtus angeli quare non poteſt ſe extendere ad totum vniuerſum: & ita eſt hic quod non alibi.quæſt.12.arti.1
Virtus alicuius rei, non perfectè cognoſcitur, niſi omnia ad quæ ſe extendit,cognoſcantur.quæſt.14.arti.5
Virtus conuerſiua quomodò ſe habet ad augmentum ſtatum & decrementum in animali.q.119.art.1.ad.4
Virtus generatiua dignior eſt & perfectior augmentatiua, & nutritiua.quæſt.78.artic.2
Virtus generatiua eſt,quæ agit virtute animæ generantis.queſt.118. arti.2
Virtus actiua quæ eſt in ſemine, qui eſt in ſpiritu ſpumoſo , non eſt anima,neque animæ pars quæ deſinit eſſe generata anima ſenſitiua.quæſt.118.arti.1.ad.3.&.4
Virtus inferior non poteſt mouere niſi per imperium ſuperioris.q. 81.arti.3
Virtus intellectiua eſt quædam ipſius diuini intellectus participata ſimilitudo.q.12.artic.2
Virtus motiua eſt duplex, ſcilicet imperans motum & exequens.q. 75.artic.3.ad.3

***

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
Sala A
Estante 41
Tablas 35

R. 59599

differunt non autem in ſimplicibus.q.3.artic.3
Supra cœlum nihil eſt.ly ſupra deſignat locũ imaginatum tantũ. quæſt.46.articu.1.ad.8
TActu qui melior eſt,intellectu eſt accutior.quæſt.76.artic.5
Tactus eſt duplex,ſcilicet corporalis & virtutis.quæſt.105.ar.2. ad.1
Temporalia per æterna iudicamus,& diſponimus:in quorum cognitionem per temporalia deuenimus.quæſt.79.arti.9
Temporis & æternitatis differentia,reſpectu eorum eſſe, & eorum quæ ipſis menſurantur.quæſt.10.arti.1
Tempus eſt numerus in numerato exiſtens & non abſtractus à re numerata quæſt.10.arti.6
Tempus inter quæ duo inſtantia datur medium, & inter quæ non datur.q.63.art.6.ad.4
Tempus motus angeli,quomodò proportionatur tempori motus mobilis,& quomodò non quæſt.53.art.3.ad.3
Tempus motus continui angeli,non eſt idem cum tempore mẽſurante motum cœli:quia motus eius à motu cœli non dependet. quæſt.53.artic.3
Tempus præſens præteritum & futurum quomodò ſubſtantijs ſeparatis attribuitur.quæſt.10.artic.5.ad.3
Tempus quomodo eſt menſura motus & quietis.q.10.arti.4.ad.3
Tempus ſecundum ſucceſſionem cõceptionum intelligibilium, eſt in intellectu angeli.quæſt.57.artic.3.ad.8
Tentatio diaboli quod non ſit continua,duplex ratio.quæſt.114.articu.5
Tentare Deum peccatum eſt,& carnis & mundi tentationis differentia qualis ſit,& Dei,& diaboli.q.114.arti.2
Termini numerales dupliciter ſumuntur:ſcilicet in genere, & tranſcendenter.quæſt.30.arti.3
Terminus creationis eſt ens actu,& non in potentia.q.65.articu.1
Terra in miſtione corporis animalis neceſſariò magis abundat cæteris elementis:quia eſt elemẽtum minus actiuum.q.7.art.1.ad.2
Terra quod naturaliter ſit cooperta aquis: & quod ſit diſcooperta diuerſa expoſitio.q.69.arti.1.ad.2.&.4
Terra quod ſit alia ab iſta,& quod ſint alia elementa præter iſta nõ eſt poſſibile.quæſt.47.arti.3.ad.3
Tot fuiſſent fœminæ,quot mares in ſtatu innocentiæ.queſt.99.ar. 2.ad.3
Totaliter agnoſcitur Deus,non tamen comprehenditur.quæſt.12. arti.7.ad.3
Tota trinitas mentem inhabitat per gratiam gratum facientem.q. 43.artic.5
Totum triplex ſcilicet quantitatiuum,eſſentiale, & poteſtatiuum. quæſt.76.arti.8
Totum quantitatiuum extra locum cui commenſuratur, eſſe non poteſt.totum verò ſecundum eſſentiam extra locum eſſe poteſt: quia ei non commenſuratur.q.8.art.2.ad.3
Totum vniuerſale,integrale,& poteſtatiuum,differenter prædicatur de ſuis partibus.quæſt.77.arti.1.ad.1
Trimegiſtus vt dixit monas genuit monadẽ,qualis eſt ſenſus. q. 33. artic.1.ad.1
Trinitatem non dicimus eſſe trinam.quæſt.31.art.1.ad.5
Trinitas determinatum numerum perſonarum ſignificat.quæſt.31. arti.1
Trinitas in vnitate,&vnitas in trinitate quomodò intelligitur.q.31 artic.1.ad.4
Trinitas perſonarum in creatione,&rerum formatione inſinuatur. q.74.arti.3.ad.3
Trinitatis & triplicitatis differentia ſignificationis quæſt.31.arti.1 ad.1
Trinitatis nominis,duplex ſignificationis acceptio: ſcilicet ſecundum etymologiam & ſecundum vocabuli proprietatem. quæſt. 31.artic.1.ad.1
Trinitatis nomen ſecundum etymologiam vna eſſentiã trium perſonarum ſignificare videtur,ſed ſecundum nominis proprietatẽ magis numerum trium perſonarum ſignificat.quæſtio.31. arti.1 ad.1
Triſtitia & dolor circa ea ſunt quæ voluntati repugnant.queſt.113. arti.7
Throni numinantur in quatuor quæ in materiali ſede conſiderantur.q.108.arti.3.ad.1
Tullius quare diuinam prouidẽtiam humanarum rerum ſubtraxit. quæſt.22.arti.2.ad.1
VAcuum,eſt ſpatium capax corporis,in quo nõ eſt corpus.q.46. artic.1.ad.4
Vegetatiua,& ſenſitiua,& intellectiua,non ſunt plures animæ, ſed vna tantum in homine.q.86.artic.3
Velle eſſe fœlicẽ non eſt liberi arbitrij, ſed ad naturalem inſtinctũ pertinet.quæſt.19.arti.10
Velle & eligere non ſunt actus diuerſarum potentiarum.q.83.art.4
Velle rerum mutationes aut contraria ſucceſsiuè fieri, non eſt voluntatem mutari.quæſt.19.arti.7
Velle vel operari quodcũnque ſine boni intentione,vel ratione, eſt impoſsibile.q.62.arti.8
Venatio animalium ſylueſtrium,eſt iuſta naturalis,tribus rationibus.quæſt.96.arti.1
Verba,participia,pronomina demonſtratiua,& tempus quomodò Deo attribuuntur.quæſt.13.arti.1.ad.3.
Verbi diuini conceptio,eſt naturalis:quia Deus ſeipſum naturaliter intelligit.quæſt.41.artic.2.ad.4
Verbum diuinum dicitur genitum.ſed nõ verbum humanum.q.33. arti.2.ad.3
Verbum diuinum relationem importat ad creaturam,non ratione relationis:ſed ratione naturæ quam includit.quæſt.34.arti.3.ad.1
Verbum in nobis propriè,tripliciter dicitur.quæſt.34.arti.1
Verbum interius eſt mentis conceptus, & dum mens ſe conuertit ad actum conſiderandum,quod habet in habitu, dicitur ſibi loqui.quæſt.107.artic.1
Verbum non eſt,quod intellectu non poteſt concipi:ſicut quod implicat contradictionem.q.25.arti.3
Verbum noſtrum,quare non dicitur filius, ſicut verbum diuinum. quæſt.27.arti.2.ad.2
Veritas diuina,eſſentialiter dicta, nõ dicitur per reſpectum ad principium,ſed per reſolutionem affirmatiuæ in negatiuam.q.16. artic.5.ad.2
Veritas enuntiabilium,ab intellectu noſtro æternitatem nõ habet. ſed à diuino,vt à cauſa æterna.q.16.arti.7.ad.3.&.4
Veritas eſt lumẽ intellectus.& regula omnis veritatis eſt ipſe Deus. quæſt.107.arti.2
Veritas & falſitas intellectus penes compoſitionem ſunt,& diuiſionem.quæſt.85.arti.6
Veritas rei ad intellectum diuinum,per ſe ordinem habet,& ad noſtrum per accidens.quæſt.16.artic.1
Veritatem cognoſcit intellectus, dum cõformitatem rei ad ipſum apprehendit,quod non facit ſenſus.quæſt.16.art.2
Veritatẽ mutari contingit,vel ex parte intellectus,vel ex parte rei. quæſt.6.arti.8
Verum cognitum ordinatur ad opus.ſub ratione boni.quæſt.79. artic.11.ad.2
Verum & falſum quare ſunt in intellectu,& bonũ & malum in rebus.quæſt.82.arti.3
Verum quod eſt in rebus conuertitur cum ente ſecundum ſubiectũ: ſed verum quod eſt in intellectu,cõuertitur cum ente, vt manifeſtatiuum cum manifeſtato.quæſt.16.arti.3.ad.1
Verũ reſpicit eſſe ſimpliciter,& primò cognoſcitur ad quod ſequitur ratio boni.quæ.16.arti.4
Veſtigij & imaginis differentia,in repræſentando cauſam.quæſ.45. arti.7
Videbimus eum ſicuti eſt.qualis eſt ſenſus.quæ.12.arti.6.ad.1
Videre alicubi dupliciter intelligitur: ſecundum quod aduerbium actum viſionis determinat quæſt.8.arti.4.ad.6
Videntium Deum diuerſa facultas ex diuerſa luminis gloriæ participatione eſt.quæſt.12.artic.6
Videre Deum facie ad faciem,non eſt referendum ad diuinã eſſentiam:ſed ad figuram ipſam repreſentantem.quæſt.12.arti.11. ad.1
Vidi ſub ſole,nec velociũ curſu &c.ſed tempus & caſum quomodò debet intelligi illud Eccleſiaſtes.quæſt.103.artic.5.ad.1
Vir quomodò eſt principium & finis mulieris.quæſt.93.arti.4. ad.1
Virtuoſus eſt menſura,& regula omnium humanorum actuũ.q.109 artic.4.ad.3
Virtus actiua in generatione animalis,eſt in ſemine maris,& materia fœtus miniſtratur à matre.quæſt.118.artic.1.ad.4
Virtus actiua ſeminis eſt impreſsio quædam derelicta ab anima generantis.q.119.arti.1
Virtus actiua ſeminis,non poteſt producere principium intellectiuum in homine.quæ.118.arti.2
Virtus angeli quare non poteſt ſe extendere ad totum vniuerſum: & ita eſt hic quod non alibi.quæſt.12.arti.1
Virtus alicuius rei, non perfectè cognoſcitur, niſi omnia ad quæ ſe extendit,cognoſcantur.quæſt.14.arti.5
Virtus conuerſiua quomodò ſe habet ad augmentum ſtatum & decrementum in animali.q.119.art.1.ad.4
Virtus generatiua dignior eſt & perfectior augmentatiua, & nutritiua.quæſt.78.artic.2
Virtus generatiua eſt,quæ agit virtute animæ generantis.queſt.118. arti.2
Virtus actiua quæ eſt in ſemine, qui eſt in ſpiritu ſpumoſo, non eſt anima,neque animæ pars quæ deſinit eſſe generata anima ſenſitiua.quæſt.118.arti.1.ad.3.&.4
Virtus inferior non poteſt mouere niſi per imperium ſuperioris.q. 81.arti.3
Virtus intellectiua eſt quædam ipſius diuini intellectus participata ſimilitudo.q.12.artic.2
Virtus motiua eſt duplex, ſcilicet imperans motum & exequens.q. 75.artic.3.ad.3

***

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
Sala A
L. 41

Virtus naturalis est qua ratio ordinatur in Deum.q.95.art.3
Virtus nutritiua deseruit generatiuæ.q.119.art.2
Virtus organica quæ separata sunt non potest cognoscere.quæst.12.artic.3
Virtus primi motoris,si esset virtus in magnitudine moueret in nõ tempore.q.105.art.2.ad.3
Virtus quanto superior fuerit,tanto ad plura se extendit: & est magis vnita.q 57.art.2
Virtus vnita quomodò est superior vel inferior multiplicata. q. 77. art.2.ad.2
Virtures actiuæ & passiuæ rerum corporalium dum per dæmones ad aliquos effectus adhibentur semina dicuntur.q.115. articul.2. ad.2
Virtutes angeli vocantur ab excessu fortitudinis quem importat.q. 108.art.5.ad.1
Virtutes cognoscitiuæ & sensitiuæ seiplas non cognoscunt: sed per se subsistentes sic.q.14.art.2 ad.1
Virtutes inferiores tam apprehensiuæ quàm appetitiuæ obediunt rationi.q.81.art.3 ad 3
Virtutes quædam dicuntur esse in concupiscibili & quædam in irascibili,& quædam in voluntate.q.59.art.4.ad.3
Virtutes quædam important imperfectionem,quædam autem nõ. q.95.art.3
Virtutes quædam sunt circa passiones quæ nõ sunt in Deo. Et quædam circa operationes quæ sunt in Deo. quæstione 21. articul.1. ad.1
Virtutes rationales in illis ad quæ naturaliter non ordinãtur ad opposita se habent , ad quæ verò naturaliter ordinantur non se habent ad opposita.q.62.art.8.ad.2
Virtutis cognoscitiuæ triplex est gradus.q.85.art.1
Visio imaginaria fit per aliquam formam imaginatione formatam repræsentantem secundum aliquem modum similitudinis. q.12. art.3.ad.3
Visiones corporales imaginaria & intellectualis supernales tres cœli nominantur: vnde Apostolus raptus dicitur vsque ad tertium cœlum.68.art.4
Visioni imaginariæ factæ per angelum nõ accidit deceptio, & si accidit.quomodò.q.3.art.3.ad.4
Visionis Dei inæqualitas ex ipsa charitatis participatione sumitur. q.12.art.6
Visus est prior natura cæteris sensibus.q.77.art.4
Vita duplici opere,scilicet cognitionis & motus manifestatur.q.75. art.1
Vitæ contemplatiuæ duplex est principium,scilicet potentia naturalis & habitus superadditus.q.18.art.2.ad.2
Viuentia sunt quæ seipsa mouent & non ab alio mouẽtur. quæst.18. art.1
Viuentium diuersus modus generationis & vitæ differentia.q. 92. art.1
Viuere est esse naturæ cui conuenit se mouere vel agere.quæstio.18. art.2
Viuere quandoquè sumitur pro esse viuentis: quandoquè verò pro vitæ operatione.q.54.art.2.ad.1
Viuificare effectiuè simpliciter perfectionis est,formaliter verò est non habentis integram naturam speciei in se. quæstio.51.artic.1. ad.3
Viuimus in ipso Deo mouemur: & sumus inquantùm cõseruamur diuina virtute.q.18.art.4.ad.1
Voluntaria actione quis superiorum corporum effectum potest impedire.q.115.art.6
Voluntarium dicitur,quod est secundum voluntatis inclinationem, violentum verò, quod est cõtra naturæ inclinationem.quæst.82. artic.1
Voluntarium est,quod quis vult in particulari: quod tamen in vniuersali consideratum voluntarium non esset, & sic in angelis dicitur esse inquantùm non dolet de pœnis eorum qui per eos custodiuntur.q.113.art.7
Voluntas etsi moueatur à Deo actio illa erit voluntaria & non violenta.q.83.art.1.ad.3
Voluntas hominis naturaliter tendit ad beatitudinem.q.41. artic.2. ad.3
Voluntas in Deo dupliciter distinguitur, scilicet beneplaciti & metaphoricè dicta.q.19.art.11
Voluntas memoria & intelligentia non sunt potentiæ distinctæ.q. 93.art.7.ad.3
Voluntas non ex necessitate sequitur inclinationem appetitus inferioris sensitiui:sicut intellectus accipit ex necessitate à viribus inferioribus apprehensiuis.q.115.art.4
Voluntas quomodò dupliciter moueri potest scilicet ab intrinseco & ab extrinseco.q.111.art.2
Voluntas quomodò non necessariò Deo adhæret : neque his sine quibus beatitudo esse non potest:& quando necessariò adhæret q.82.art.2
Voluntas quomodò potest mouere & moueri ab intellectu, & econtrà.q.82.art.4.ad.1
Voluntas respectu eius boni quo anima est ignobilior intellectu est altior,respectu verò eius quo ipsa est nobilior ipsa altior est intellectu:simpliciter tamen ipse intellectus est altior.q.82.art.3
Voluntas sic necessariò vltimo fini inhæret:sicut intellectus primis principijs.q.82.art.1
Voluntatis duplex est actus, scilicet appetere & delectari , quod est actus diuinæ voluntatis.q.19.art.1.ad.2
Voluntatis duplex est motio,scilicet ex parte obiecti,& ex parte potentiæ.q.106.ad.2
Voluntatis & intellectus diuersa ratio mouendi est. Sed voluntas omnes vires animæ mouet ad suos actus præternaturales. q. 82. art.4
Vnio animæ ad corpus non est propter corpus sed propter animã. q.70.art.3
Vnitas & pluralitas veritatis quomodò sumũtur penes intellectum diuinum & creatum.q.16.art.6
Vnitas naturæ stat cum distinctione reali diuinarum personarum. q.39.art.1
Vnitas ordinis rerum vnitatem mundi demonstrat.quæstio. 47.artic.3
Vnitas primi principij ex eius simplicitate & mundi vnitate & eius infinita perfectione probatur.q.11.art.3
Vnitas rei compositæ ex materia & forma est per formam quæ per seipsam vnitur materiæ vt actus eius.q.76.art.7
Vnitas scientiæ ex vnitate formalis rationis obiecti procedit.q.1.artic.5
Vniuersàle directè,singulare indirectè & per reflexionem intelligitur.q.86.art.1
Vniuersale est duplex:scilicet ante rem & post rẽ: cui accidit abstrahi.q.55.art.3.ad.1
Vniuersale & particulare genus vel species nõ sunt in diuinis.q.30. art.4.ad.3
Vniuersale includit duo scilicet naturam & intentionẽ siue abstractionem.q.85.art.2.ad.2
Vniuersale in diuinis non reperitur, licet relatio de relationibus & persona de tribus personis prædicetur.q.42.art.4.ad.3
Vniuersale & particulare genus & species non sunt in diuinis.q.3. art.3
Vniuersale prædicatur vt totum , & non vt pars de suis partibus.q. 85.art.5.ad.3
Vniuersale , quòd sit vbique & semper quod etiam Deo conuenit: dupliciter exponitur.q.16.art.7.ad.2
Vniuersale quomodò est principium intelligendi,& non essendi vt Plato dixit.q.85.art.5.ad.4
Vniuersale quomodò est prius & posterius re vel intentione.q.85.artic.3.ad.1
Vniuersi perfectio est diuersitas graduum essendi rerũ quæ est principale bonum in rebus existens.q.22.art.4
Vniuersum extensiuè & diffusiuè est perfectius creatura intellectuali:sed non collectiuè & intensiuè.q.93.art.2.ad.3
Vniuersum non esset perfectum si tantùm vnus gradus bonitatis inueniretur in rebus.q.47.art.2
Vniuocè aut æquiuocè aliqua prædicari:ratio fundamentalis. q. 13. artic.5
Vniuocum prædicabile prius est æquiuocis : & agens æquiuocum prius est causis vniuocis.q.13.art.5.ad.1
Vnum & multa quomodò per vnam speciem simul cognoscimus. q.12.art.10.ad.1
Vnum & multitudo:quia transcendentia sunt, dicuntur in diuinis. q.30.artic.3.ad.1.& 2
Vnum primum principium esse,quinquè probatur rationibus. q.2. artic.3
Vnum,quod est principium numeri est de genere Mathematicorũ: vnum verò,quod conuertitur cum ente est quoddam Metaphysicum,quia secundum esse non dependet,à materia.q.11.articu.3. ad.2
Vnum,quod est principium numeri & quod conuertitur cum ente, diuersàm oppositionis rationem habent ad multa.quæstio.11. artic.2
Vnum quomodò est prius & posterius djuisione & multitudine.q. 11.art.2.ad.4
Vnum rationem indiuisibilis dicit:tam simplicis quàm compositæ rei.q.11.artic.1
Vnum vt plura,& plura vt vnum quomodò contingit simul intelligi & quomodò non.q.58 art.2
Vsus rationis in pueris non est perfectus propter nimiam cerebri humiditatem.q.101.artic.2
Vti metaphoris vilium corporum : triplici ratione est cõueniens in scriptura sacra.q.1.art.9.ad.3

Indicis Textus primæ partis.S.T.Finis.

INDEX SINGVLARIVM
LOCORVM QVAE IN COMMENTARIIS PRIMAE PARTIS SANCTI THOMAE HABENTVR.

* *
*

ABSTRACTIONEM Iuxta totalem, abstractis proprietatibus nõ personæ , sed sola essentia remanet. pag.191.col.2.lin.78
Abstractionem iuxta formalem , abstractis proprietatibus non personalibus personæ remanent.pag.ead.col.2.lin.87
Abstractionem iuxta formalem , abstractis proprietatibus personalib⁹ hypostases nõ remanent.pag.ead.col.2.lin.93
Abstractio specierũ à sensibilibus,an sensibus mediantibus, ab anima separata fiat.pag.407-col.2.lin.34
Abstractum & concretum secundum intellectum in quo differant, & similiter abstractum secundum rem & compositũ secundum rem.pag.21.col.2.lin.50
Abstractum quo pacto significat vt quo & non per modum subsistentis.pag.65.col.2.lin.76
Abstracta spiratione à filio , quomodò formaliter à spiritusſancto distinguatur.pag.191.col.2.lin.92
Accidens per accidens,accidens per se naturaliter præsupponit.pagina 22.col.1.lin.1
Accidentia determinata quam formã sequantur. pag.34.col.2.li.81
Accidens in subsstãtijs immaterialibus nullum existit.pag.246. col.2.lin.35
Accidens secundum sanctũ Thom.cum in virtute substantiæ agere dicatur,constructio intransitiua esse dicitur, id est, ipsa virtus substantiæ.pag.340.col.2.lin.90
Actio transiens (puta mouere) vt distinguitur contra effectum an dicat solum motum ab hoc aut aliquid aliud. pag. 137.col.1.li.70
Actionem secundum immanentem quomodò quædam processio ad intra existat.pag.183.col.2.lin.48
Actio ipsa immanens an sit productio actiua eius , quod secundum præcedere dicitur.pag.ead.lin.81
Actio Dei an sit actio ab æterno formaliter: vel materialiter. pagi. 219.col.2.lin.21
Actio angeli:neque actio alicuius creaturæ est eius esse.pagin.249. col.2.lin.55
Actus notionales personis sunt attribuendi.pag.194.col.1.lin.1
Actuum quidam est adæquatus potentiq:vt intelligere respectu intellectus:& videre respectu visus:quidam verò inadæquatus:vt tale intelligere:puta intelligere bouem:& tale videre:puta album. pag.251.col.1.lin.79
Actuum quidam est per se primò actus:& secundariò potẽtia : quidam autem econuersò:& similiter potentiarum quædam est per se primò actus & secundariò potentia : quædam autem econtrà. pag.ead.lin.91
Actus quilibet voluntarius dæmonis an malus existat.pag.297. colum.1.lin.93
Actum inter purum & potentiam puram mediant entia habentia aliquid actus & potentiæ.pag.340.col.1.li.1
Actuum & potentiarum distinctionis radix diuersitas obiecti existit.pag.341.col.2.lin.8
Actum esse in genere intelligibili aliud est , & aliud esse actnm respectu intelligibilium materialium: cùm primum importet esse actum absolutè &simpliciter,secundum autem per cõpositionẽ.
Actu naturæ bono dæmones abutuntur.pag.297.col.1.lin.93
Adam in statu innocentiæ animalibus dominabatur.
Adiectiua de tribus personis in numero plurali prædicantur. pag. 184.col.1.lin.19
Affectus ad spiritualia an aliud peccatum quàm superbia esse possit.pag.286.col.2.lin.86
Affectus ad spiritualia an malus sit:quia declinat à regula superioris.pag.ead.lin.87
Affirmatio sicut est causa affirmationis:ita negatio est causa negationis.pag.6.col.1.lin.60
Agens proximum quid sit:& multa de agente proximo & immediato.pag.38.col.2.lin.2
Agens immediatum & patiens : quod simile coniungi:vel oporteat esse:quæ ratio sit.pag.39.col.2.lin.48
Agentium causarum impedimenta quomodò intelligenda sunt.pagina 115.col.2.lin.52
Agentia imperfecta quæ agunt & patiuntur sunt duplicia.pag.212. col.1.lin.80
Agens omne an finitum vel infinitũ facere intẽdat.pa.134.c.1.li.77
Agentia corruptibilia quomodò comparẽtur. pag.212.col.2.lin.52
Agens omne an sibi simile agat.pag.114.col.1.li.52
Agere per necessitatem naturæ dupliciter intelligi potest. pag.113. col.2.lin.5
Alimentum dupliciter sumitur:vno modo vt in substantiam nutriti cõuersum est:alio modo vt est in potentia proxima,vt in eammet conuertitur.pag.491.col.2.li.29
Alimentũ superfluum quod dicatur:& quod necessariũ.pa.ea.li.39.
Alimentũ dupliciter dicitur: vno modo vt est in cõmuni potentia: alio modo vt ad ipsa membra determinatũ est. pa.ead.co.1.li.77
Aliqua quantò sunt perfectiora an alia excedant magnitudine, vel multitudine.pag.232.col.1.lin.41
Aliquid dici tale ab aliquo dupliciter contingit. pag.32.col.2.li.50
Aliquid esse:vel fieri voluntate contingit dupliciter.s. concomitanter vel casualiter,seu principatiuè.pag.194.col.1.li.33
Aliquid conuenire alicui per se.i.nõ per accidens dupliciter contingit:vno modo physicè,alio modo simpliciter.pag.214.col.1.li.45
Aliud est à cõtingenter euenire,& aliud est à necessario euenire : & aliud est infallibiliter seu ineuitabiliter euenire.pa.127.co.1.li.93
Aliud est dicere Sortes pater est causa per se Platonis filij , & Plato per se causa Ciceronis:& aliud est dicere Sortes & Plato sunt per se causa Ciceronis.pag.221.col.1.lin.7
Alterans primum vniuersaliter est omninò inalterabile,& primum mouens localiter immobile: & prima causa omninò incausata. pag.22.col.1.lin.4
Amatum quo pacto in amante est.pag.146.col.2.lin.10
Amor est in Deo.pag.120.col.1.lin.17
Amor quomodò bonum in communi respiciat. pag.120.col.1.li.51
Amor cùm primus actus voluntatis sit quomodò non possumus eligere:nisi præamemus.pag.130.col.2.lin.12
Amoris de ratione an sit procedere à verbo inquantùm verbum.an solùm inquantùm verbum res intellecta est. pag. 147.col.1.li.27
Amor est ab amante & amabili vt concepto.pagin.176.col.1.lin.83
Amor essentialiter & personaliter sumi potest. pag.179.col.2.lin.1
Amor personaliter est nomen proprium spiritusſancti.pag.ead.li.2
Amor naturalis dupliciter capitur:vno modo pro inclinatione naturali alicuius in aliquid : alio modo pro actu elicito potentiæ appetitiuæ.pag.275.col.1.lin.25
Amor naturalis est in angelis.pag.ead.lin.35
Analogatum primum an poni debeat in rationibus aliorum analogatorum.pag.70.col.2.lin.84
Analogum priùs dicitur de eo,quod ponitur in aliorum diffinitione quàm de alijs.pag.ead.lin.71
Analogum quo pacto in vno tantùm secundum propriam rationem saluetur.pag.101.col.1.lin.74
Angeli operationes an æuo mensurentur.pag.47.col.1.lin.13
Angeli operationes an tempore mensurentur. pag.ead.li.71
Angeli esse dupliciter distinguitur:absolutè.s.& vt coëxistens differentijs temporis realis,vel imaginarij.pag.48.col.2.lin.50
Angeli sunt in maxima multitudine omnem materialem numerum excedentes.pag.231.col.2.lin.vlti.
Angelorum multitudo an intelligatur materialis.s.secundum speciem,& secundum numerum:an multitudo specifica materialis tantùm,an multitudo primarum partium materialium vniuersi.pag.232.col.1.lin.88
Angeli secundum naturam suam incorruptibiles nõ existunt. pagi. 233.col.2.lin.40
Angeli non habent corpora sibi naturaliter vnita.pagin.234.col.2. lin.62
Angeli nunquid in genere esse dicantur.pag.235.col.1.lin.1
Angeli interdum corpora assumunt.pag.236.col.1.lin.53
Angeli per corpora assumpta quædam vitæ opera operari possunt: quantùm ad id,in quo cum corporibus vitalibus communicant, non autem quantùm ad id,quod viuentium proprium existit.pagi.ead.lin.66
Angeli nullum vitæ opus absolutè loquendo in corporibus assumptis exercent.pag.ead.col.2.lin.70

Angelus in loco est: æquiuocè tamen corporis respectu.pagin.237. col.1.li.74
Angeli quomodò per contractum virtualem in loco esse dicantur. pag.ead.li.86
Angeli secundum Scot.& sanct.doct. quo pacto in loco esse dicantur.pag.238.col.2.li.50
Angeli ratio essendi in loco secundum doctorem quænam sit.pag. ead.li.60
Angelus non est vbique:sed in vno particulari loco.pagi.239.col.2. li.83
Angelus an posit in loco indiuisibili quantumcunquè paruo : aut quantumcunquè magno esse.pag.241.col.1.li.50
Angeli plures simul in vno loco esse non possunt. pa.ead.colum.2. li.36
Angeli plures an simul in vno loco potẽtia naturali vel logica esse possint.pag.ead.li.52
Angelus localiter moueri potest : æquiuocè tamen corporis respectu.pag.242.col.1.li.93
Angelus an & quo pacto posit dici moueri : dum est in termino à quo vel ad quem.pag.243.col.1.li.45
Angelus motu continuo necessariò media pertransit. pa.ead.col.2. li.74
Angelus motu non continuo non potest pertransire omnia media. pag.ead.li.84
Angelus an posit instantanea mutatione acquirere terminum distantem à termino à quo nisi pertransito medio. pagi.244.col.1. li.89
Angelis non est intellectus agens : neque possibilis nisi æquiuocè. pag.252.col.1.li.91
Angelis est sola intellectiua cognitio.pag.253.col.2.li.3
Angelis an sit potentia motiua.pag.ead.li.50
Angelus non cognoscit omnia per essentiam suam,sed per similitudines superadditas.pag.254.col.1.li.3
Angeli an secundum proprias rationes omnia cognoscant.pag.ea. li.54
Angeli quanto sunt superiores tãto per species vniuersaliores intelligunt.pag.256.col.1.li.87
Angelus per suam substantiam seipsum intelligit. pag.258.colum.1. li.36
Angelus quilibet alios cognoscit per inditas omnium rerum rationes in eo.pag.259.col.1.li.87
Angeli per sua naturalia aliquam cognitionem de Deo habere possunt.pag.260.col.2.li.1
Angeli res naturales cognoscunt per species intelligibiles in eis existentes.pag.261.col.2.li.84
Angelorũ esse intelligibile an sit esse substantiale,vel intentionale. pag.262.col.1.li.1
Angeli singularia cognoscunt.pag.262.col.1 li.84
Angeli per species à Deo influxas singularia cognoscunt.pag.262. col.2.li.74
Angelus an singularia cognoscat per species à rebus acceptas, aut per influxas.pag.263. col.1.li.12
Angelis duplex est cognitio:vna scilicet naturalis,& hæc est p ipsorum essentias,& per species innatas:alia supernaturalis & beatifica:& hæc dicitur cognitio,quam in verbo Dei habent.pagi 266. col.1.li.78
Angeli cognitione naturali gratiæ mysteria non cognoscunt.pag. ead.li.88
Angeli intellectus secundum Scotum vt obiecto mouetur: ita à gratiæ mysterijs in actu positis.pag.ead.li.vlti.
Angeli in verbo mysteria cognoscunt:nõ omnia: neque æqualiter, neque simul.pag.ead.col.2.li.5
Angeli cognitiõe beatifica an gratiæ mysteria cognoscere possint. pag.266.col.2.li.31
Angeli non sunt in potentia essentiali secundum naturalem cognitionem.pag.267.col.1.li.25
Angeli sunt in tali potentia secundum cognitionem per reuelationem.pag.ead.li.28
Angeli eorum quæ naturaliter cognoscunt,non omnia actu considerant,sed secundum cogitationem in verbo semper actu considerant.pag.267.col.1.li.48
Angeli in verbo omnia simul cognoscunt.pag.ead.li.60
Angeli possunt naturali cognitione omnia simul cognoscere quæ per vnam speciem repræsentantur.pag.ead.li.63
Angelus secundum mẽtem sancti doctoris:an per tres species simul intelligat,scilicet per essentiam diuinam: per essentiam propriã: & per aliquam speciem innatam:& an singula ex quo cognoscit: & ponit differẽtiam inter cognita,per diuersas species simul cognoscit.pag.267. col.2.li.14
Angeli non possunt simul cognoscere naturaliter ea, quæ per diuersas species innatas eis repræsentantur . pagina eadem . colum.1. li.64
Angeli inter substantias spirituales eum locum tenent , quem corpora cœlestia inter sustantias corporeas,&c. pagin.268. colum.1. li.15
Angelis negare omnem discursum , an de mẽte Scoti probabile sit. pag.ead.col.2.li.85
Angeli non cognoscunt componendo & diuidendo.pag.269.col.1. li.75
Angelis est liberum arbitrium.pag.274.col.1.li.1
Angeli appetitus per concupiscibilem & irascibilem non distinguitur.pag.ead.col.2.li.24
Angelis est dilectio duplex,naturalis,scilicet & electiua.pagin.276. col.1.li.vlt.
Angelus seipsum diligit dilectione naturali & electiua. pa.277.col. 1.li.73
Angelus vnus diligit alium dilectione naturali quò ad aliquid : & quò ad aliquid non.pag.ead.col.2.li.63
Angelus naturali dilectione diligit plus Deum quàm se.pa.278.col. 1.li.36
Angelus est creatus à Deo.pag.279.col.1.li.66
Angeli in cœlo empyreo seu supremo creati sunt. pa. 280.colum.1. li.38
Angelus fuit creatus beatus naturali beatitudine.pag.ead.li.78
Angelus non fuit creatus beatus beatitudine supernaturali. pa. 281. col.2.li.1
Angelus in Deum conuerti non potest, nisi auxilio gratiæ adiutus fuerit.pag.ead.li.30
Angelus statim post primum charitatis actum quo beatitudinem meruit,beatus fuit.pag.282.col.2.li.88
Angeli consecuti sunt gratiam & gloriam secundum naturalium quantitatem.pag.283.col.2.li.48
Angelus beatus peccare non potest.pag.284.col.1.li.21
Angelus beatus in beatitudine proficere non potest.pagina eadem. li.76
Angelus peccauit appetendo esse vt Deus.pag.288.col.1.li.69
Angelus an ex parte rei electæ peccauerit & appetierit non solùm malè,sed malum propria virtute beatitudinem appetẽdo,& nun quid in hoc doctor sanctus sibi contrarius videatur.pag.289.col. 1.li.76
Angelus non peccauit in primo instanti sui esse.pagi.290.colum.1. li.67
Angelum voluntariè peccasse in primo instanti sui esse an Manichæum sapiat.pag.ead.col.2.li.30
Angelus an in primo instanti mereri potuerit,& ex consequẽti peccasse.pag.290.col.2.li.59
Angelus est simpliciter magis ad imaginem Dei,homo autẽ est magis secundum quid.pag.317.col.1.li.1
Angeli secundum instans cum fuerit libertatis & meritorum quod liberum omnibus fuit immediatè post creationis instãs mereri & demereri:an omnes angeli erant viatores.pag.291.col.2.li.58
Angeli vnus actus an sit primus naturalis & meritorius.pagin.292. col.1.li.50
Angeli in primo instanti an verè & propriè vitam æternam meruerint.pag.292.col.2.li.19
Angeli omnes si in primo instanti verè meruerint per actum dilectionis Dei vt supernaturali beatitudinis obiectum est,ergo in secundo instanti non tenebantur ad actualiter dirigendum actum suum in charitatis obiectum.pag.ead.li.93
Angeli plures remanserunt quàm ceciderunt.pag.294.col.1.li.7
Angeli apprehensio,qua peccauit an sit immobilis. pagi.297.col.1. li.73
Angelis malis duplex locus pœnalis conuenit:infernus,scilicet simpliciter:& aër caliginosus vsque ad diem iudicij. pagi.298. col.2. li.14
Angelorum locutio an prior illuminatione sit.vel econtrà.pa.449. col.1.li.2
Angelus vnus alium illuminat.pag.ead.li.32
Angelus vnus alterius voluntatem mouere non potest.pag.450.col. 1.li.82
Angeli inferiores nunquàm superiores illuminant.sed econtrà.pa. 451.col.1.li.7
Angeli superiores inferiores illuminant de omnibus quæ nouerũt. pag.ead.li.85
Angelis est aliqua locutio.pag.ead.col.2.li.39
Angeli omnes imò omnes creaturæ rationales sunt vni° hierarchię ex parte principis.pag.454.col.1.li.53
Angeli nec cum hominibus nec inter se sunt vnius hierarchiæ : sed tres inter se hierarchias constituunt ex parte multitudinis ordinatæ.pag.ead.li.pe.
Angeli multi sunt in vno ordine nobis noto.pagin.456.columna 1. li.13
Angelus quilbet habet proprium ordinem nobis incognitum.pag. ead.li.24
Angeli boni prælati sunt malis & eos regunt. pagina 460.colum.1. li.73

Angeli vir-

Angeli virtute propria miracula facere non possunt.pag.462.col.1. lin.95
Angelus tam bonus quàm malus naturali sua virtute imaginationem mutare potest.pag.464.col.1.lin.78
Angeli aliqui à Deo in ministerium mittuntur.pagi.465.col.1.lin.8
Angeli inferiores tantùm de lege communi mittuntur. superiores autem ex diuina dispensatione.pag.466.col 1.lin.44
Angeli omnes secũdæ hierarchię non mittuntur.pa.467.co.2.li.26
Angeli de custoditorum malis non dolent.pag.470.col.1.lin.55
Angelos inter potest esse pugna non discordia voluntatũ,sed contrarietate meritorum eorum pro quibus pugnare dicuntur.pag. ead.col.2.lin.10
Angelus & anima sunt diuersarũ specierum:& naturaliter inæquales pag.324.col.2.lin.84
Anima Christi an omnia simul in verbo,vel successiuè ad quodcũque se voluerit conuerti videat.pag.62.col.1.lin.82
Anima nostra duas virtutes ad intelligendum concurrentes habet: vnam actiuam vocatam intellectus agens,& aliam passiuam vocatam intellectus passibilis.pag.252.col.1.lin.83
Anima non est corpus,sed corporis actus.pag.318.col.1.lin.84
Anima humana est principium incorporeum &subsistens.pag.319. col.1.lin.95
Anima nostra quomodò in potentia essentiali seipsam cognoscat, &tamen ipsa sit in seipsa intrinsecè secundum esse naturale.pag. ead.col.9.lin.58
Anima nostra quomodò intrinsecè naturam entis habeat seu substantiæ secundum esse naturale:& tamen sit in potẽtia essentiali ad cognitionem entis substantiæ.pag.ead.li.60
Anima quomodò sit perfectio corporis,& tamen nullam in se naturam corporis claudit.pag.320.col.1.lin.92
Animam habere operationes per se dupliciter intelligitur:vno modo scilicet absque corporeo organo, alio modo per se omninò, id est,quod non cõmunicet corpori vt organo,&hinc tota quæstio de animæ immortalitate pendet.pag ead.col.4.lin.34
Animam operari per se quatuor modis dici potest. pag. ead. lin.65
Animæ brutorum non sunt subsistentes.pag.321.col.2.lin.12.
Anima intellectiua nõ est composita ex materia & forma.pag.322. col.1.lin.95.& vlti.
Anima humana est incorruptibilis.pag.323.col.1.lin.7
Anima humana an esse per se habeat.pag.ead.lin.52
Animæ an nulla contrarietas insit.pag.ead.col.1.lin.87
Animæ immortalitas an ex naturali desiderio certificari possit.pagina ead.col.2.lin.68
Anima intellectiua secundum essentiam est corporis actus : sed secundum potentiam non:quia inquantùm potest intelligere corpus non perficit.pag.327.col.1.lin.84
Animæ intellectiuæ esse an sit ipsum esse compositi.pag.ead.col.2. lin.78
Animæ intellectiuæ esse an alijs formis conueniat. pagina eadem. linea 50
Anima intellectiua quare non corrumpatur. pagina 328. colum. 1. linea 1
Animæ aliæ ab intellectiua quare corrumpantur.pagin.eadem. linea 13
Animæ tres secundum Plato.quo pacto essentia & loco distinguantur.pag.331.col.2.lin.61
Anima eadem in homine est nutritiua,sensitiua,& intellectiua.pagina ead lin.79
Animæ omnes secundum sanctum doctorem quo pacto vna sunt in homine,& an ratio Scoti contra ipsum valeat.pagina 333.col. 1.lin.44
Anima intellectiua quamuis in homine pro vegetatiua & sensitiua sufficiat:an etiam sufficiat pro forma mixtionis & corporeitatis.pag.ead.col.2.lin vlti.
Anima & vniuersaliter omnis forma substantialis in materia recipitur nullo modo accidente mediante.pag.336.col.1.li.47
Anima aliquo corpore mediante vniri non potest.pagin.337.col.1. linea 2.
Anima est totã in toto & tota in qualibet parte. pagi. 337.colum.1. linea 70
Animam præter intellectiuam an ponatur aliqua alia forma in materia inextensa.sanima sensitiua animalium perfectorum. pagi. 338.col.1.li.65
Animæ substantiam impossibile est suam potentiam esse.pag. 339. col.1.lin.50
Anima si esset immediatum principium suæ operationis , an semper habens animam actu opera vitæ habeat, cum anima secundum essentiam sit actus sicut semper est viuum, & an rationes Scoti contra ipsum procedant. pagina eadem. columna 2. linea 29
Animæ in potentijs est ordo.pag.359.col.1.lin.36
Anima sola potens intelligere quomodò dicatur.pa.ead.col.2.li.34
Animæ sunt tres.pag.346.col.1.lin.5
Anima inseparata cùm sit memoria quò ad vtrãque cõditionem, scilicet conseruationem obiecti & præteritionem tam actus quã obiecti sensibilis,ari in parte intellectiua sit memoria completè.pag. 356.col.2.lin.14
Anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immaterialiter,vniuersali:& necessaria.pag.376.co.1.lin.33
Anima per species inditas non intelligit.pag.378.col.1.lin.1
Animarum humanarum substantię an inæquales sint.pag.390.col. 1.lin.89
Anima nostra non per essentiam suam,sed per actum suum se cognoscit.pag.395.col.1.lin.56
Anima quod secundum substantiam sit pura potentia & quod secundum vnam eius & ab ea virtutem.sintellectum agentem sit actus in eodem genere quomodò simul se compatiuntur.pagin. 397.col.1.lin.92
Anima an propter melius corpori vniatur.pag.402.col.1.lin.85
Anima separata habet de alijs animabus perfectam cognitionem naturalem:de angelis autem imperfectam & deficientem. pagi. 404.col.1.lin.41
Anima nostra cùm sit pura potentia in genere intellectionis quomodò per seipsam intelligi potest.pag.ead.lin.68
Anima an tam inferiora quàm superiora per propriam essentiam cognoscat.pag.ead.col.2.lin.86
Anima vna aliam per speciem intelligit:&ideò anima Lazari nosse potuit animam Abrahæ sicut alias substantias separatas. pagina 405.col.2.lin.9
Anima separata cognoscit omnia naturalia, in communi tamen & confusè.pag.ead.lin.21
Anima separata cognoscit quædã singularia,sed non omnia etiam potentia.pag.ead.lin.83
Anima an &quomodò per species abstractas singularia cognoscat. pag.406.col.1.lin.65
Anima in separata manet actus scientiæ acquisitæ : sed non eodem modo.pag.407.col.1.lin.40
Anima separata cùm incorporea sit:& à nullo corpore localiter distet:quomodò quæritur.articu.7.quæst.89.vtrum distantia localis,&c.pag.ead.lin.73
Anima separata æquè propinquum & distans intelligit.pagin.ead. col.2.lin.94
Animæ separatæ quæ hic aguntur naturaliter nesciunt.pagin.498. col.1.lin.45
Anima non est substantia Dei.pag.409.col.1.lin.21
Anima rationalis sola inter sensibilium formas per creationem fit. pag.ead.lin.68
Anima immediatè à Deo fit.pag.410.col.2.lin.4
Anima simul cum corpore producta est.pag.ead.lin.85
Anima sua virtute materiam corporalem immutare nõ potest: nisi aliquo corpore mediante.pag.484.col.1.lin.18
Anima separata sua naturali virtute aliquod corpus mouere nõ potest.pag.ead.lin.70
Anima sensitiua ab anima generante principaliter causatur, & à semine instrumentaliter.pag.485.col.1.lin.88
Animam intellectiuam cum semine traduci hæreticum est.pagina 486.col.2.lin.73
Animæ non sunt creatæ ante corpora:sed simul creantur cum corporibus infunduntur.pag.488.col.2.lin.vltim.
Anima humana vniuersaliter sumpta in communi an vnam numero materiam habeat.pag.490.col.1.lin.37
Animalia per seipsa quomodò verum quod formam acquirant:quæ se moueant.
Apparitio imaginaria ex tribus causis prouenire potest , scilicet ex voluntate imaginantis:& ex commotione naturæ sana vel egra: & ex commotione ab extrinseca causa.sangelis. pag.464. col. 2. lin.10.
Appetere nihil aliud est quàm in aliquid inclinari.pag.261.colum. 1.lin.50
Appetere naturaliter contingit dupliciter:vno modo quò ad actus specificationem,alio modo quò ad illius exercitium. pagin.366. col.1.lin.54
Appetitus an sit actus elicitus naturæ intellectualis. pag. 110.col.1. lin.90
Appetitus sensitiuus quomodò per irascibilem & concupiscibilem distinguatur.pag.274.col.2.lin.93
Appetitus naturalis dupliciter sumitur: vno modo pro inclinatione à natura indita:& sic non est actus aliquis elicitus, alio modo pro actu secũdo,quo in præcognitũ tenditur. pag.346.col.1.li.83
Appetitus intellectiuus & sensitiuus diuersæ potentiæ sunt.pagin. 361.col.1.lin.50
Appetitum an appetibile moueat in genere causæ efficientis.pagi. 364.col.1 lin.15
Appetitus intellectiuus an feratur in res singulares secundum aliquam rationem vniuersalem: sicut cùm appetit aliquid,quia est bonum.pag.ead.col.2.lin.vlti.

Appetitus à quo mouetur,cùm in istâs res singulares sensibiles fertur.pag.363.col.1.li.92
Appetitus superior an quandoquè vel semper mediãte inferiori appetitu moueat.pag.ead.col.2.li.17
Appetitus sensitiui ad voluntatem an tam arcta obedientia videatur,vt nisi in virtute eius mouere non possit. pagi.365.colum.1. li.16
Appropriari quid significet.pag.187.col.2.li.39
Aquæ supra firmamentum quales sint.pag.308.col.1.li.50
Aqua quare colorem non retinet, & aër lumen non conseruat.pag. 443.col.2.li.2
Arbitrij liberi bonus vsus an causa prædestinationis existat. pa.131. col.1.li.36
Articulus primus.85.q.an superfluus vel impertinens existat.pa.383. col.2.li.53
Articulus.8.103.q.an superfluus videatur aut cum præcedenti coincidere.pag.440.col.1.li.15
Assistentia,id est,immediata visio dupliciter dicitur, scilicet aut respectu Dei,aut respectu diuinorum mysteriorũ in Deo.pag.466. col.2.li.50
Assistant omnes ministrantes,quò ad visionem Dei.pag.467.col.1. li.5
Assumere significat ad se sumere,id est,ad suipsius manifestationẽ & non ad sua opera peragenda.pagina 235. columna 2. linea penultima.
Beati vident Dei essentiam.pag.53.col 2.li.78
Beati non possunt formare verbum de Deo clarè viso vt sic, quamuis possint formare verbum de his,quæ in Deo videantur. pag.54.col.2.li.80
Beatitudo maximè Deo conuenit.pag.141.col,2.li.87
Beatitudo attribuenda est Deo & alijs beatis secũdum intellectum. pag.142.col.1.li.4
Beatitudo vtrum naturaliter appetatur.pag.ead.li.57
Beatitudo est duplex,scilicet obiectiua & formalis,quę est ipse actꝰ: alia est beatorum.pag.ead.col.2.li.77
Beatitudo obiectiua omnium beatorum Deus est. pagina eadem. lin.78
Beatitudo formalis creaturarum beatarum Deus non est. pagi. ead. li.80
Beatitudo formalis suiipsius Deus est.pag.ead.li.81
Beatitudo quomodò distribuat.pag.143 col.1.li.2
Beatitudine in diuina eminentius præexistit quicquid est desiderabile in quacunque beatitudine tam vera quàm falsa.pag.eadem. li.16
Beatitudo,seu vltimus finis dupliciter considerari potest in communi scilicet & in speciali.pa.366.col.1.li.28
Beatitudinem in communi an naturaliter appetamus.pagi. eadem. lin.78
Beatitudinis appetitus quemadmodùm est naturalis obiectiuè : ita non est in potestate nostra obiectiuè:& quemadmodùm est liber elicitiuè:ita est in potestate nostra elicitiuè.pagina 367.colum.1. lin.89
Beatitudinem an quilibet secundum sanct.doct. vnico actu mereatur.pa.282.col.2.li.94
Benedictio debetur diei septimo.pa.315,col.2.li.43
Boni quæstio dupliciter ordinari potest : vno modo secundum se: alio modo vt est pars tractatus de perfectione. pagi.25. colum.2. lin.78
Bonum cùm non prius enti conueniat,quàm vnum:verum,&c.neque prius cõueniat naturæ diuinæ bonitas,quàm vnitas,&c. cur quæstio à sanct.doct.de bono fiat.pa.25.col.2.li.59
Bonum & ens sunt idem secundum rem , sed secundum rationem differunt.pag.26.col.1.li.5
Bonum an appetibilis rationem habeat.pa.ea,li.40
Bonum proximum fundamentum appetibiliter importat quamuis bonum perfectum: ens in actu:& ens fundamentum : & causam appetibiliter importet.pa.ead.col.2.li.5
Bonum & ens cùm rationibus distinguantur : oportet quod secundum eas ordinata sint,& quo etiam ordine.pag.ead.li.50
Bonum quomodò primi & vltimi rationem habere dicatur.pag.28. col.2.li.67
Bonum summum in genere,quod esse dicatur.pa.30.col.2.li.48
Bonum simpliciter,quod dicatur.pa.ead.li.53
Bona omnia sunt bonitate diuina extrinsecè & casualiter,bonitatibus autem proprijs formaliter & intrinsecè . pagin.32. colum.2. li.25
Boni cur quæstio fiat.pag.25.col.2.li.58
Bonum causæ finalis rationem habet.pa.28.col.2.li.58
Boni ratio quomodò sumatur.pa.29.col.2.li.3
Boni ratio consistit in modo,specie,& ordine.pa.ead.li.82
Bonum est,quod omnia appetunt.pa.31.col.1.li.12
Boni significatione in Deo posita , an creaturæ bonitas claudatur. pag.71.col.2.li.74
Bonum triplex est,scilicet forma,subiectum & habilitas subiecti ad formam.pag.225.col.1.li.93
Bonum vt forma per malum totaliter tollitur. pa.eadem.colum.2. li.1
Bonum vt subiectum per malum nec tollitur,nec diminuitur.pagi. ead.li.9
Bonum est causa mali.pag.227.col.1.li.50
Bonum est causa mali materialiter.pag.ead.col.2.li.6
Bonum distingui in substantiam & accidens dupliciter intelligi potest : vno modo vt sit distinctio in re:alio modo vt sit distinctio in modos.pag.277.col.2.li 7
Bonũ illud spirituale appetitũ in primo peccato angeli, quod fuit: an scilicet fuerit ipsemet vt à seipso amatus puro amore amicitiæ:an beatitudo desiderata sibi.pag.287.col.1.li.44
Bonum est obiectum voluntatis & verum intellectus.pa.364.col.2. li.85
Bonum inter & verum triplex comparatio. pagina 370.columna 1. li.84
Bonitate cur sub tractatu de perfectione quæratur.pag.26.colum.1. li.2
Bonitati diuinæ ex aliorum volitione an aliquid perfectionis accrescat.pa.112.col.2.li.4
Bonitas diuina finis est omnium rerum.pag.212.col.1.li.12
Bonitas diuina omnium corporalium finis est. pagin.299.colum.2. li.76
Calor cœlestis animalis & elemẽtaris non est multiplex calor, sed vnus & idem multiplicis agentis vim habens,prout subiacet principio actiuo elementari animali, aut cœlesti.pa.486.col. 2.li.25
Causæ de ratione efficacia est.pag.15.col.1.li.32
Causam esse dupliciter contingit,effectiuã scilicet propriè & exemplarem.pag.15.col.2.li.1
Causa prima effectiua rerum est causa æquiuoca. pagi.24. colum.1. li.93
Causa exemplaris ab effectiua distinguitur & coordinatur inter formales : quia est velut extrinseca suæ rei. pagina 32. columna 2. li.84
Causam perfectiùs cognoscens an plures effectus in ea videat.pag. 60.col.2.li.7
Causa prima quomodò de facto causet.pag.91.col.1.li.55
Causa libera cum diuina infallibilitate quomodò saluetur.pa. 127. col.2.li.12
Causa efficiente indigere ex duobus consistit. pagin. 210. colum.1. li.16
Causa instrumentalis an actionem propriam habeat. pag.216.col.1. li.45
Causæ agentis absentia dicitur causa defectus,quando ipsa præsentia deberet.pag.228.col.2.li.75
Causa alicuius dupliciter dicitur: directè scilicet,& indirectè.pagi. 471.col.2.li.29
Causa deficiente in minori parte an semper deficiat propter aliquam causam impedientem : & an scilicet sit error stoicus.pagi. 478.col.1.li.55
Causatum omne an compositum sit.pag.22.col.1.li.48
Cœlesti corpori non est coniuncta aliqua anima vt forma : sed vt motor.pag 313.col.1.li.23
Cœlum empyreum, & cœlum sydereum ex quibus composita sint. pag.309.col.2.li.87
Cœli nomen in tres significationes distinguitur , scilicet propriè, participatiuè,& metaphoricè.pag.309.col.2.li.68
Cœlum an sit animatum.pag.313.col.1.li.68
Cogitabile omne excedere dupliciter dicitur,pagina 13.columna 2. li.29
Cogitabile omne excedens an sit.pag.ead.li.79
Cogitatio dupliciter cognosci potest, scilicet in suo effectu: vel in seipsa.pag.265.col.1.li.24
Cogitatio cordis alterius in suo effectu ab angelo cognosci potest. pag.ead.li.30
Cogitationes cordium in seipsis,seu quod idem est:vt sunt in voluntate soli Deo sunt naturaliter cognitæ.pag.ead.li.42
Cogitatiua quomodò omnia sensibilia in particulari cognoscit : & tamen ipsa est quoddam sensibile.pag.320.col.1.li.56
Cognitione duo concurrunt, scilicet receptio & iudicium.pagi.63. col.1.li.90
Cognitio propria de aliquo dupliciter intelligi potest: primo vt distinguitur contra communem ex parte actus cognoscẽdi.secundo ex parte rei cognitæ.pag.83.col.2.li.74
Cognitiõ attingens aliquid secundum prædicata communia tantùm potest dici imperfecta in potentia confusa in communi vniuersalis:& est dupliciter:& alia multa de cognitione Dei: quo pacto seipsum cognoscit.pag.ead.li.90
Cognitio sensus: puta visus,aut etiam simplicis intellectus, an quia conformis rei:ideò vera dici potest.pag.99.col.1.li.79

Cognitio ma-

Cognitio matutina & vespertina angelorum quæ dicatur.pag.271 col.2.lin.11
Cognitio matutina & vespertina quot denotare posset.pag.eadem. lin.50
Cognitio vespertina habere creaturã pro termino & medio essentialiter differt à cognitione matutina.pag.ead.li.86
Cognitio vespertina habere creaturam pro termino tantùm est eadem realiter cum cognitione matutina differens solũ secundum terminos seu cognita.pag.ead.li.91
Cognitio matutina & vespertina penes quid differant.pag.272.col. 1.lin.8
Cognitio duplex scilicet naturalis & gratuita:& hæc duplex , scilicet speculatiua & affectiua.pag.274.col.1.li.23
Cognitio naturalis nec est ablata,nec diminuta.pag.ead.li.28
Cognitio gratuita speculatiua est totaliter non ablata,sed diminuta.pag.ead.li.35
Cognitio naturalis angeli est immobilis.pag.296.col.1.li.66
Cognitio supernaturalis per modum naturalis est,etiam cõsequenter immobilis.pag.ead.li.67
Cognitio intellectualis à sensibili fit,non sicut à perfecta & totali causa,sed magis sicut à materia causæ.pag.381.col.1.li.1
Cognitio singularium est quò ad nos prior vniuersalium cognitione.pag.385.col.2.lin.71
Cognitum quo pacto in cognoscente sit,an sancti doct.super hoc consequentia valeat.pag.56.col.1.li.50
Cognitum est principium specificatiuum cognitionis.pag.79.col. 2.lin.18
Cognitum est in cognoscente immaterialiter. pagina 56.colum.2. lin.17
Cognoscere cuius speciei sit:& cuius etiam est intelligere.pag.105. col.2.lin.79
Cognoscere simul:& vna operatione cognoscere : an & quomodò distinguantur.pag.267.col.1.li.93
Cognoscere quomodò potest ex natura suo habere actu aliquam ex natura cognoscibilium ab ipso,quando natura ipsa est habẽs affinitatem cum alijs,&c.pag.259.col.2.li.5
Cognoscitiuum aliquorum dupliciter inuenitur:in potentia essentiali,& in potentia accidentali.& alia multa ad hoc.pag.319.col. 2.lin.30
Compositio formalis & accidentalis in quo conueniant & differant.pag.328.col.1.li.72
Commune dupliciter dicitur,per modum,scilicet actus,& per modum potentiæ,& sic etiam communitas.pagina 23.columna 2. lin.50
Communicabilitas duplex ponitur:propriè,scilicet &: metaphoricè.pag.75.col.1.lin.20
Conceptibus in pluribus duo claudũtur,scilicet assimilatio ad obiectum,& eorum pluralitas.pag.68.col.1.li.10
Conditionalis quomodò valeat, si animæ sensitiuæ operatio sine organo esset:hæc anima esset hic homo.pagin.321.colum.2 . linea penult.
Consequentia ista an valeat,nulla veritas est,ergo verum est nullam veritatem esse.pag.13.col.2.lin.15
Consequentia bona est à propositione vera de inesse ad suam modalem de vero.pag.ead.li.50
Consequentia ista sancti doct.an valeat & sit efficax:perfectio conuenit soli Deo per suam essentiã,ergo esse perfectum.: ergo esse bonum,&c.pag.31.col.2.li.35
Consequentia ista sancti doct.an & quomodò valeat:forma finitur per materiam:ergo forma quæ non est nata esse in materia est finita.pag.33.col.1.fin.87
Consequentia sancti doct.quæ procedit à rerum conditionibus ad nominum conditiones:an & quomodò valeat.pag.69.colum.2. lin.38
Consequentia ista quomodò valeat:A est causa entium inquantùm entia:ergo.est causa omnis eius quod pertinet ad esse eorum.pa. 210.col.2.lin.80
Consequentia ista sancti doctor.quomodò valeat:Deus agit.secundum intellectum & voluntatem : ergo vniuersum quod est eius affectus perfectæ similis naturam intellectualem habet.pa.230. col.1.lin.8
Consequentia sancti doct.ab altissima operatione quæ est intelligere,ad talem intellectionem quomodò valeat.pag.53.colum.1. lin.53
Consequentia sancti doctoris an inferatur:cùm ex hoc quod ponit aliquam creationẽ intellectualem:infert omninò incorpoream. pag.230.col.1.li.20
Consequentia sancti doctor.quomodò valeat:quando dicit : quod sunt aliquæ substantiæ intellectuales,&c.ergo aliqua substantia intellectualis perfecta.pag.234.col.2.lin.88
Consequentia ista sanct.doct.quomodò vera sit si intelligere angeli esset eius substantia esset subsistens.pag.247.col.2.li.14
Consequentia ista sancti doct.intelligere angeli est subsistẽs:ergo vnum tantùm:an gratia materiæ vel formæ intelligenda sit.pa. ead.li.32
Consequentia ista sancti doct.quomodò valeat:intelligere angeli est subsistens,&c.ergo non distinguitur à substantia Dei.pag.ea. lin.88
Consequentia sanct.doct.quomodò valeat:substantialitas est substantia:seu subsistit.ergo nõ distinguitur in diuersos gradus substantialitatis.pag.249.col.2.li.12
Consequẽtia ista sanct.docto.quomodò valeat res fluunt à Deo quò ad materiam & formam:ergo fluunt in mente angeli quò ad cognitionem singularitatis.pag.262.col.2.li.93
Consequentia ista sanct.doct.an valeat:componere & diuidere seu discurrere conuenit intellectui nostro ex imperfectione : ergo opposita perfectio conuenit intellectui angelico.pag. 267. col: 1.li.54
Consequentia ista sanct.doct.an valeat:natura est intra rem: ergo appetitus ad extra non est ipsa natura.pag.273.col.1.li.4
Consequentia ista sanct.doct.an valeat:voluntas naturaliter inclinatur in bonum:ergo voluntas habens bonum infinitum extra se in aliquid extrinsecum tendit.pag.ead.lin.83
Consequentia ista an valeat:sit non bene:ergo malè.pag.297.col.2. lin.10
Consequentia ista quomodò valeat:si res materialiter in anima esse deberet:ratio nulla esset:quare res extrà non cognosceret.pag. 376.col.2.li.93
Consequentia ista sancti doct.an valeat si infinitum vnam speciem haberet,etiam rationem totius & perfecti haberet.pag.393.col. 2.lin.22
Consequentia ista sanct.doct.an valeat: anima habet duos modos essendi,scilicet coniunctum & separatum.ergo duo operãdi,scilicet per conuersionem ad phantasmata:& superiora. pag.402. col 2.lin.63
Consequẽtia ista sanct.doct.quomodò valeat:in homine est aliqua Dei similitudo deducta ab eo non secundum æqualitatem: ergo in eo est imago Dei imperfecta.pag.415.col.2.li.21
Consequentia est sancti doct.quomodò valeat:quæliber causa habet rationẽ principij:ergo à qualibet causa aliquis ordo in suos effectus deriuatur.pag.447.col.1.li.14
Consequentia ista sanct.doct.quomodò valeat anima cõiuncta non mouet corpus nisi viuificatum à se:ergo separata nullum corpus mouere potest.pag.484.col.1.li.82
Conseruatio duplex est:directa,scilicet & indirecta.pag.440.col.2. lin.62
Conscientiæ nomen dupliciter sumitur,scilicet propriè & communiter:& quomodò vtroque modo sumatur.pagin.360.colum.2. li.13.& li.35
Contactus seu applicatio virtualis secundũ sanctum doctorẽ quid esse dicatur.pag.237.col.1.lin.89
Contingens à Deo nihil est in quo necessitatis aliquid non sit.pag. 393.col.2.lin.80
Contingens vel necessarium sumitur:vel pro re ipsa: vel vniuersali ratione rei.pag.ead.li.95
Contingens ex quo est contingens propter materiam:quæ est indiuiduationis principium:an propter hoc processus sancti doct.in discussione art.3.86.etiam ex particularibus existat.pag.394.col. 1.lin.5
Contingẽtia futura à Deo cognoscuntur prout sunt actu in seipsis: ergo prout sunt in causis suis.pag.99.col.1.li.31
Contingentia futura Deus cognoscit secũdum statum quo actu ab æterno simul existunt.pag.99.col.1.li.67
Contingentia ad vtrum libet dupliciter inuenta fuit,scilicet quandoque ex parte causæ.& quandoque ex parte eius ad quod dicitur.pag.113.col.1.li.1
Contingentia futura quomodò Deus certè cognoscat. pag.89.col. 2.li.40
Contingentiæ diuinæ prima radix quæ sit.pag.117.col.2.li.60
Contingentia dupliciter:vt scilicet contingẽtia:& vt, necessarium haberent insertum.pag.393.col.2.li.67
Contingentia vt sic directè sensu,indirectè intellectu:vt autem necessitatis vel voluntatis,aliquid habent:directè intellectu cognoscuntur.pag.ead.li.70
Conuenientia & differentia inter animam intellectiuam: & alias formas respectu esse quænam sit.pag.328.col.1.li.25
Conuenientia inter formam substantialem & accidentalem quæ sit.pag.359.col.2.li.69
Conuerti in Deum quid propriè esse dicatur.pag.281.col.1.li.12
Correlatiuum tertij modi:vt scibile seu dominus,& similia,an possint iudicari esse secundum duo ætatis genera.pag. 74.col.1.li.84
Corpus cœleste an viuum sit:& an viuentia digniora non viuentibus existant.pag.17.col.1.li.5
Corpus & esse compositum ex materia & forma licet in via sancti doct.conuertantur:non tamen apud alios idem dicendum est. pag.ead.li.8

Corpus quando propriè sumitur pro corpore,quod est in predicamento substantiæ.pag.16.col.1.lin.90
Corpus dupliciter capitur,physicè scilicet & mathematicè.pagin. 34.col.2.lin.25
Corporis distinctio ab Alberto posita doctrinæ sancti doct. conuenit.pag.ead.lin.34
Corpus nullum naturale,infinitum esse potest.pag.ead.lin.68
Corpus cum anima intellectiua vnitur:oportet quod sit mistum.& maximè ad æqualitatem reductum,quale est nostrum. pagi.335. col.2.lin.48
Corpus quemadmodũ non est causa animæ,nec in esse,nec in fieri: sed occasio & materia in qua fit : ita non est causa multitudinis earum sed occasio.& differentia in qua.pag.330.col.1.lin.89
Corpus quodcunque Deus immediatè mouere potest.pag.444.col. 1.lin.61
Corpus agit secundum,quod est actu,in aliud secũdum, quod est in potentia.pag.474.col.2.lin.1
Corpus est actiuum secundum suam substantiam dupliciter intelligi potest:vno modo vt sit eliciciuum alicuius suæ proprię actionis:alio modo vt corpus non sit per seipsum eliciciuum alicuius actionis:sed sit radix & principium,&c.pag.ead.lin.22
Corpora cœlestia aliquid agere dupliciter contingit.scilicet causaliter,& occasionaliter.pag.476.col.1.lin.90
Corpora cœlestia non sunt humanorum actuum causa.pagin.477. col.1.lin.18
Corpora cœlestia non imponunt subditis humanæ operationi necessitatem.pag.ead.col.2.lin.36
Corporalia,imo omnia à Deo sunt.pag.298.col.2.lin.77
Corporalia omnia per angelos reguntur.pag.451.col.2.lin.8
Corporeum & incorporeum quid dicatur.pag.229.col.2.lin.4
Creatio est ex nihilo.pag.213.col.2.lin.15
Creatio pro creatione passiua sumitur.pag.214.col.1.lin.2
Creatio ponit in creato relationem tantùm.pag.ead.lin.5
Creationis relatio est accidens : & non est relatio transcendens & multæ de ista materia.pag.214.col.1.lin.37
Creatio secundum Sco.& posteriores dupliciter sumitur vno modo pro factione rei nulla omninò materia suppposita: alio modo pro factione rei in aliquo subiecto præiacente. pagina 409.col. 2.lin.60
Creatum omne quomodò sub aliqua certa ratione creantis cõprehendatur.pag.37.col.1.lin.81
Creato à quolibet ad infinita an inferri possit.pag.ead.lin.74
Creatum dupliciter sumi potest:propriè scilicet & cõmuniter.pag. ead.lin.91
Creatũ per accidens,dupliciter intelligi potest. pa.ead.col.2.lin.85
Creata propriè sunt tantùm subsistentia.pag.214.col.2.lin.72
Creandi potentia,quare naturæ communicari non potest.pag.217. col.1.lin 23
Creare est propria actio solius Dei.pag.215.col.2.lin.54
Creare non est proprium alicuius personæ : sed commune toti trinitati.
Creaturæ sunt similes Deo,non secundum eandem rationem specificam,aut genericam:sed secundum aliqualem analõgiam. pag. 25.col.2.lin.8
Creaturam aliquam incorpoream ponere necesse est.pagi.229.col. 2.li.52
Creatura omnis rationalis in solis naturalibus constituta peccare potest.pag.285.col.1.li.8
Creatura corporalis immediatè à Deo existit.pa.300.col.1.li.35
Creaturæ intellectuales solæ propriè loquendo ad imaginem Dei sunt.pag.416.col.1.li.66
Creatura rationalis dupliciter considerari potest:vno modo absolutè:alio modo vt ordinata ad fœlicitatem.pag.53.col.2.li.7
Culpa plus habet de ratione mali, quàm pœna quæcunquè tam sensus quàm damni.pag.226.col.2.li.10
DEfectus de quo est sermo in litera sanct.doct.q.19.art.6.an negatiue vel contrariè sumatur.pag 115.col.2.li.8
Dæmones non sunt naturaliter mali.pag.289.col.2.li.93
Dæmones sunt obstinati in malo: & sancti confirmati in bono.pa. 296.col.1.li.20
Dæmones neque sunt,neque fuerunt in ordinibus secundum glorię statum.pag.459.col.2.li.47
Dæmones non sunt:sed fuerunt in omnibus secundum statum gratiæ meritoriæ.pag.ead.li.51
Dæmones in ordinibus perseuerant,secundum naturæ conditionẽ. pagi.ead.li.58
Dæmonibus est prælatio.pag.402.col.1.li.9
Dæmonibus non est illuminatio.pag.ead.li.48
Dæmon superatus vacat à tentatione ad tempus.pagi.473.colum.2. lin.11
Dæmones sunt substantię intellectuales, non vnitæ corporibus.pa. 477.col.1.li.90
Dæmones nec per se, nec per accidens, nec directè, nec indirectè cœlestium corporum actionibus subduntur. pagi.ead.colum.2. li.1
Demonstratio duplex,scilicet quia & propter quid. pa.13.colum.2. li.pe.
Denominatio extrinseca est duplex,quædam pura, & quædam causalis.pag.32.col.2.li.76
Denominatio dupliciter esse dicitur, quædam scilicet intrinseca,& quædam extrinseca,& quid vtraque sit. pagin.eadem. column.1. li.18
Deus secundum, quod est altissima causa, dupliciter exponi potest. pag.7.col.2.li.16
Deus quando formaliter capiatur: & quid Dei nomẽ importare habeat,& quomodò etiam quadrupliciter considerari potest. pa. 8. col.1.li.5
Deo quomodò nihil sit prius neque secũdum rem neque secundum intellectum:& propterea genus non habet. pagi.21.colum.1.lin. penulti.
Deus theologiæ subiectum est.pag.8.col.1.li.78
Deum esse,est demonstrabile à posteriori seu per effectum.pagi.14. col.1.li.1
Deus non est corpus.pag.16.col.2.li 22
Deus tripliciter sumi potest.pagi.18.col.2.li.76
Deus est idem, quod sua essentia : seu natura. pagina 19. colum.1. li.53
Deus est suum esse.pag.ead.col.2.li.91
Deus an sit in aliquo genere reductiuè. pagina 20. columna 4. li.80
Deus est omninò simplex.pag.22.col.1.li.30
Deus non potest esse accidens.pag 21.col.2.lin.34
Deus cum sit prima causa efficiens:quomodò non sit forma:aut materia alicuius compositi.pag.22.col.2.lin.45
Deus est maximè perfectus.pag.23.col.2.li.50
Deo sunt perfectiones omnium rerum.pagin.eadem colum.2.lin. penult.
Deus est bonus.pag.30.col.1.lin.88
Deus est summum bonum simpliciter.pag.ead.col.2.lin.39
Deus solus est bonus per essentiam.pag.31.col.2.lin.14
Deus pro naturæ nomine, quando sumatur.pagina 32. colum. 2. lin.90
Deus est infinitus.pag.33.col.1.li.74
Deus dupliciter intelligitur,vno modo secundum seipsum.alio modo secundum virtutem diffusam.pag.38.col.1.li.70
Deus est in omnibus rebus intimè.pag.ead.lia.78
Deus quonam modo in omnibus rebus adsit. pagin. 40. colum. 1. lin.48
Deus est vt in re:& vt in loco secundum aliquid vbique.pag.38.col. 1.lin.81
Deus est in aliquo dupliciter:scilicet effectiuè,&, obiectiuè.pag.eadem.lin.84
Deus est vbique per essentiam,præsentiam & potentiam.pag.ead. col.2.lin.29
Deus quo pacto in sanctis per gratiam existat.pagin.40.colum.2. lin.52
Deus quo pacto in omnibus per præsentiam existat.pagin.eadem. lin.89
Deus quonammodò in omnibus per essentiam sit.pagi.41.colum. 1.lin.12
Deus quo pacto in omnibus per potentiam sit : pagina eadem lin.36
Deus solus omnino immutabilis existit.pag.42.col.1.lin.7
Deus est maximè æternus.pag.44.col.2.lin.80
Deus est vnus.pag.51.col.2.lin.vltim.
Deus est maximè vnus.pag.52.col.1.lin.48
Deus in se est maximè cognoscibilis.pag.ead.col.2.lin.35
Deum ad videndum,an ex parte visiuæ virtutis aliqua similitudo exigatur.pag.54.col.1.lin.12
Deum ad videndum,an impossibile est concurrere aliquam similitudinem ex parte rei visæ.pag.ead.li.16
Deum videri sensu,visu,& quacunque alia vi sensitiuæ partis est impossibile.pag.55.col.2.lin.17
Deum videntium vnus perfectius videbit quàm alius.pag.58.col.2. lin.90
Deum videntes non vident in eo alia per species eorum : sed per ipsam diuinam essentiam intellectui eorum vnitam.pag.61.col. 2.lin.68
Deus ab homine puro per essentiam in hac vita mortali videri non potest.pag.63.col.1.lin.1
Dei tria ex sensibilibus cognoscimus,scilicet causalia negatiua.& supereminentia.pagin.64.col.1.lin.37
Dei cognitio perfectior habetur à nobis, per gratiam, quàm per notionem naturalem.pag.ead.lin.86
Dei cognitio per gratiam in hac vita naturali præfertur nõ ex parte modi,sed ex parte obiecti.pag.ead.col.2.li.4

Deus ex

Deus ex creaturis à nobis nominari potest:non autem secundum quod est secundum se.pag.65.col.1.li.4
Deus cùm dicimus est bonus quis sensus sit.pag.66.col.2.li.52
Deus est vnus re:& plures secundum rationem dupliciter percipi potest.pag.68.col.1.li.48
Dei vnitas ex parte eius est eminens,ex parte verò intellectus nostri est proportio eius ad sensibilia.pag.ead.li.71
Deus an sit extra totũ vniuersi ordinem:ita quòd creaturę ad ipsum ordinentur:& non econuerso.pag.73.col.2.li.83
Deus est nomen naturæ quò ad id ad quod nomen impositum est: operationis verò quò ad id in quo impositum est.pag.74.col.2. lin.86
Deus apud S.Tho.est vnius tantùm rationis formalis eleuatæ comprehendentis omnis,&c.pag.78.col.2.li.38
Deus est scientia perfectissima.pa.79.col.1.li.2
Deus seipsum per seipsum intelligit.pag.ead.col.2.li.88
Deus seipsum perfectè comprehendit.pa.80.col.2.li.pen.
Deum alia à se cognoscere necesse est.pag.81.col.2.li.86
Deo alia cognoscuntur,non in seipsis:sed in ipso Deo.pag.82.col. 2.lin.71
Deus quomodò alia videat.pag.83.col.1.li.4
Deus per essentiam suam & rationem cognoscendi an cognoscat alia à se in seipsis in esse obiectiuo seu cognito:positis per actum intelligendi diuini intellectus.pag.ead.li.65
Deus cognoscit alia à se cognitione propria. pagin. 84. colum.1. lin.65
Deus ad hoc vt in essentia intellecta secundum proprias rationes omnium intelligat:quid requiratur.pag.85.col.1.li.78
Deus non entium scientiam habet.pag.86.col.2.li.52
Deus mala cognoscit.pag.77.col.1.li.10
Deus an per essentiam suam singularia cognoscat.pag.ead. col.2. lin.30
Deus contingentia futura cognoscit.pag.89.col.1.li.1
Deus quomodò apud se omnium rerum rationes habeat.pag.90. col.1.lin.87
Deus vult se & alia.pag.111.col.1.li.17
Deus an non solùm vult alia,sed vult omnia,quæ velle potest.pag. ead.col.2.li.35
Deus necessitate absoluta vult aliquid,non omnia: nisi ex suppositione.pa.112.col.1.li.1
Deus amat omnia existentia: non tamen eo modo sicut nos.pag. 121.col.2.li.15
Deus ex parte actus amandi:omnia æqualiter amat.pagin.eadem. lin.59
Deus magis meliora diligit.pag.ead.li.84
Deus non est iustitia commutatiua.pag.122.col.1.li.86
Deus quo pacto sub sua omnipotentia contineatur.pag.138.col.2. lin.71
Deus absque ordine sapientiæ & iustitiæ suæ nihil operari potest. pag.140.col.1.li.64
Deus potest alia facere quàm quæ facit.pag.ead.col.2.li.16
Deus an qualibet re à se facta:aliam meliorem facere possit. pag. ead.lin.82
Deo quo pacto multa attribuantur.pag.152.col.2.li.24
Deus quomodò quandóque pro essentia:& quandoque pro persona supponit:quandóque pro essentia tantùm:quandóq; pro tribus suppositis.pag.185.col.1.li.30
Deus non generat cùm dicitur:an detur intelligi : quòd generatio diuinæ naturæ repugnet.pag.ead.col.2.li.40
Deum esse ens per essentiam quo pacto exponatur.pagi.209.col.2. lin.5
Deus dupliciter sumi potest,absolutè scilicet,& vt primum agens. pag.212.col.1.li.54
Deus solus pater & filius & spiritus sanctus ab æterno est.pag.279. col.1.li.85
Deus non est primum quod à nobis cognoscitur.pag.401.colum.1. lin.34
Deus omnia in nihilum redigere potest.pag.443.col.2.li.38
Deus in omni operante operatur:sic quòd ipse res proprias operationes habeat.pag.446.col.1.li.81
Deus non potest facere contra rerum ordinem : vt à prima causa dependet.pag.447.col.2.li.5
Deus potest facere præter rerum ordinem:prout ex qualibet secundarum causarum dependet.pag.ead.li.24
Dies sex sufficienter numerantur.pag.316.col.1.li.30
Differentia bifariàm distinguitur,scilicet secũdum rationem & secundum rem.pag.19.col.1.li.87
Differentia secũdum rationem latitudinem habeat.pa.26.co.1.li.12
Differentia tangens entia inquantũm sunt,& non sunt quę sit.pag. 86.col.2.li.77
Differentia qualis sit inter ly Deus: & ly homo in supponendo.pa. 135.col 1.li.86
Differentia inter minus per se & per accidens qualis sit.pag.226. colum.1.lin.30
Differentia assignata inter receptionem materię & intellectus quæ sit.pag.231.col.2.li.16
Differentia inter consequentia formam:& consequentia materiam quò ad necessitatem contingentium à sancto doctore posita an nulla sit.pag.394.col.1.li.31
Differentia quæ sit inter ea quæ fiunt à natura:& quæ fiunt ab arte: non quacũque,sed cooperante natura quæ sit.pagin.449.col.2. lin.85
Differentia inter intellectum & voluntatem quomodò saluari possit.pag.476.col.2.li.73
Differentia assignata inter cognoscentia, & non cognoscentia an vera sit.pag.79.col.1.li.52
Diffinitio processu compositiuo ministrante diuisione inuestigatur.pag.44.col.2.li.52
lectio naturalis in beatis remanet.pag.283.col.2.li.90
Diligere dupliciter sumitur, scilicet notionaliter & essentialiter. Dip ag.180.col.1.li.18
Diligere sumendo essentialiter pater & filius non diligunt se spiritu sancto.pag.ead.li.22
Diligere sumendo notionaliter pater & filius diligunt se spiritusſancto.pag.ead.li.26
Distantia quadruplex,scilicet situalis,naturalis,suppositalis,virtualis.pag.39.col.2.li.72
Distantia multum dupliciter dicuntur,scilicet dissimilitudine conditionum, vel proportione coniunctionis.pagin.337. colum.1. lin.26
Distinctio omnis oportet,quòd sit per aliquod intrinsecum : formam scilicet & materiam.pag.191.col.1.li.43
Distinctio cõtra res vnius ordinis causam & causarũ an congruenter à Dionysio posita sit.pag.25.col.1.li.51
Distinctio relatiua prima inter reales distinctiones ponitur.pa.191. col.2.li.27
Distinctio sancti doctoris,quèd dupliciter ordinetur aliquid ad alterum actiuè scilicet vel passiuè an sufficiens esse videatur.pag. 453.col.2.li.60
Distinctio intelligere animę à sancto doctore in litera posita videlicet,quòd oportet animam intelligere aut per conuersionem ad phantasmata:aut per conuersionem ad superiora an sufficiens sit.pag.401.col.2.li.84
Distinctio minima est in diuinis:quoniam relatiua & conuenientia est summa: quia sunt eadem res summa & simplicissima : & omnino indiuisa.pag.199.col 1.li.61
Diuisio propria boni humani esse dicitur.pag.30.col.1.li.50
Diuisio propriè est boni in eo quod bonum.pag.ead.li.53
Diuisio an sit prior vnitate non simpliciter:sed secundum nostræ apprehensionis rationem.pag.51.col.2.li.5
Diuisio animalis in partem mouentem & in partem motam in cæteris animalibus est diuisio in partes integrales formaliter:& nõ in partes essentiales nisi causaliter:in homine autem quando duplex motium habet,scilicet sensitiuum & intellectiuũ est diuisio in partes integrales quò ad motum prouenientem ab appetitu sensitiuo.pag.334.col.2.li.49
Docens causat scientiam in addiscente reducendo de potentia ad actum primum.pag.482.col.2 li.13
Dolor duplex esse dicitur,vt passio scilicet,& vt simplex actus voluntatis.pag.298.col.1.li.1
Dolor necessariò est in dæmonibus.pag.ead li.81
Dominium duplex:vt distinguitur,scilicet cõtra seruitutem,& contra subiectionem quandocũque.pag.427.col.2.li.38
Dominium primo modo in statu innocentię non erat.pag.eadem. lin.43
Dominium secundum in illo statu erat.pag.ead.li.46
Donum sapientiæ est in intellectu formaliter:in voluntate autem causaliter.pag.7.col.2.li.95
Donum personaliter in diuinis sumptum est proprium nomen spiritusſancti.pag.181.col.1.li.91
Donum an significet primò proprietatem personalem spiritusſancti.vel respectum aptitudinalem ad creaturas rationales:vel aliquid aliud.pag.ead.col.2.li.13
Donum in communi tria manifestè importat.s.rem donabilem,respectum donabilitatis:& respectum quasi possessionis.pag.ead. lin.58
Donum supernaturale secundum Scotum,non est gratia gratum faciens:seu charitas:secus secundum sanctum doct.pag.424.col.2. lin.25
Dubium motum super litera an sanct.doct.circa declarationem rationis formalis obiecti in æquiuocationem inciderit.pag.5.col. 1.lin.28
Dubium motum super litera an.s.omnia in sacra doctrina considerata in vna formali ratione conueniant.pag.ead.col.2.li.57
Dubium motum super litera simpliciter & ad hominem:an.s. omnia in theologia considerentur sub ratione Dei.pag.8.col.2. li.50

Dubium mo-

Dubium motum super litera circa istam propositionē:tota scientia virtute in principijs continetur an.ſ.doctrinæ ſancti Tho.aduerſari videatur.pag.9.col.1.li.38
Dubium motum ſuper litera circa quandam concluſionem an.ſ.ſenſus literalis multiplicari poteſt:nulla certitudo erit quis ſenſus ad literam intentus ſit quolibet proferente ſuam expoſitionem alterius interpretandum.pag.12.col.1.li.9
Dubium motum ſuper litera an.ſiſta conſequentia valeat: nulla veritas eſt:ergo verum eſt nullam veritatem eſſe.pagi.13. column. 2.li.18
Dubium motum ſuper litera an.ſ. aliqua ſcientia probet ſuum ſubiect.am eſſe.pag.14.col.1.li.70
Dubium motum ſuper litera an.ſ.doct.proceſſus ſophiſticus videatur:quando ſub hoc communi, ſcilicet ſe habere ad formam: diſcretitur determinatè ad hoc ſpeciale,ſcilicet eſſe formam . pagi. 17.col 2.li.79
Dubium motum ſuper litera cauſam,ſcilicet indiuiduationis recipi in materia,vel non poſſe recipi in ea.pa.10.col.1.li.65
Dubium motum ſuper litera pro quo ſupponit ly Deus quando ſanctus doctor quærit,vtrum Deus ſit idem, quod ſua eſſentia.pagi. ead.col.2.li.61
Dubium motum ſuper litera an ſcilicet ſi ſciamus,quòd hæc propoſitio eſt vera,Deus eſt:ergo cognoſcitur in re , quòd Deus eſt : ita quòd hoc eſt cognoſcere eſſe quod in ipſo Deo eſt.pag.28. col.1. li.50
Dubium motum ſuper litera quomodò eſſe quandoquè æquiuocè ſumatur.pag.ead.col.2.li.54
Dubium motum ſuper litera an.ſ.Deus ſit in genere ſubſtantiæ reductiuè.pag.ea.li.87
Dubium motum ſuper litera quomodò Deus omnium rerum menſura dicatur.pag.21.col.1.li.31
Dubium motū in litera an videlicet ſanct.doct.ſermo ſit de ordine in cauſando & eſſendo & abſolutè aut reſpectu huius & in hoc. pa.28.col.2.li.91
Dubium motum ſuper litera circa quandam conſequētiam triplex perfectio ſoli Deo conuenit per ſuam eſſentiam:ergo eſſe perfectum eſſe bonum,&c.pa.21.col.2.lin.65
Dubium motum in litera circa ordinem.art.3. quæſt.4.pa.24.col.2. lin.86
Dubium motū ſuper litera tam de finitate,quàm infinitate formæ. pag.33.col.1.li.50
Dubium motum ſuper litera ex proprijs ipſius diuinæ cognoſcibilitatis.pa.61.col.1.li.49
Dubium motum ſuper litera an de ly diſtinctio quædam à ſancto doct.facta locum habere poſit.pag .78.col.1.li.2
Dubia tria mota ſuper litera circa quaſdam rationes à ſancto doct. factas ordine relata.pa.116.col.2.li.90
Dubium Scoticum motum ſuper litera quomodò ſumēdo diligere notionaliter pater & filius diligunt ſe ſpirituſancto.pag.180.col. 1.lin.65
Dubium motum ſuper litera circa quādam ſancti doct. regulam,& quandam eius rationem.pag.184.col.1.lin.60
Dubium motum ſuper litera,an ſanctus doct.intendat nouum modum exiſtendi tanquàm diſparatum à quatuor in litera numeratis.pag.205.col.2.lin.57
Dubium motum ſuper litera circa quandam cauſam in litera reddi tam quæ non videtur eſſe cauſa.pag.ead.li.84
Dubium motum ſuper litera,quomodò ex dictis ſanct.doct.excluſione ſequatur,ſcilicet quòd ſecundum ſolam gratiam nouus ſit cognoſcendi modus.pag.ead.li.90
Dubium motum ſuper litera circa rationem qua ſanct. doct. vtitur contra Auicebron ſpiritualium pluralitatem ponentem. pa. 231. col.1.li.65
Dubium motum ſuper litera in materia angelorum ſuper ly differt quomodò ſcilicet capiatur.pag.233.col.1.li.1
Dubium motum ſuper litera circa vitales operationes & non vitales.pag.236.col.2.li.5
Dubium motum ſuper litera circa probationem ſecundæ particulæ concluſionis,quod angelus non ſit vbique,&c. pag.240.col.1.li.1
Dubium motum ſuper litera de cauſa vniuerſali componendi diuidendique particularis eſt.pag.269.col.2.li.4
Dubium motum ſuper litera circa c.firmiter.de ſum.tri.& fid.cath. cuius ſanct.doct.non fuit recordatus pag.279.col.2.li.50
Dubium motum ſuper litera videlicet,quòd ex mereri & beatū eſſe non ſequitur gratia perfecta & imperfecta ſimul.pagi.282.col.2. li.64
Dubium motum ſuper litera nunquid quædam ratio ſanct. doctor. fundata ſuper illa propoſitione quælibet alia voluntas nō eſt ſua regula,&c.ſit efficax.pag.285.col.1.li.40
Dubium motum ſuper litera, primò circa diſcurſum ab angelo negatum:ſecundò circa eius apprehenſionem:tertiò circa radicem immobilitatis:quartò circa cōtrariletatem:quintò circa immobilitatem apprehenſionis.pag.295.col.2.lin.1.vſque ad lin.58
Dubium motum ſuper litera circa illam propoſitionem:omnes potentiæ animæ ad animam ſolam comparantur ſicut ad principium.pag.345.col.2.li.22
Dubiū motū ſuper litera circa id quod ſanct.docto.ſupponit omne volitum aut amatur vt finis,aut ad finem.pag.368.col.1.li.13
Dubium motum ſuper litera circa illam propoſitionem:quanto aliquid eſt abſtractius,tanto nobilius.pag.ead,col.2.li.39
Dubium motum ſuper litera circa differentiam poſitam inter intellectum & voluntatem.pag 369.col.1.li.50
Dubium motū ſuper litera cur ſcilicet animi noſtri motus in Deū reducitur.pag.371.col.1.li.65.Et quid doctor ſanctus per primam motionem à Deo intelligat.ibid.li.67
Dubium motum ſuper litera circa particulam illius propoſitionis: natura rei materialis verè & perfectè cognoſci nō poteſt niſi vt in particulari exiſtens cognoſcatur.pag 381.col.2.li.60
Dubium motum ſuper litera circa illam propoſitionem:proprium obiectum noſtri intellectus eſt natura habens eſſe in particulari ſenſibili,&c. ergo intellectus ad hoc vt ſuum obiectū cognoſcat: oportet vt conuertatur ad phantaſmata.pag.ead.li.93
Dubium motum ſuper litera an ſanct. doct.ſibi contrarius ſit: quando dicit,quòd ſenſus exterior ſecūdum ſolam mutationē ab obiecto operatur,&c.pag.386.col.1.li.48
Dubium motum ſuper litera circa quandam reſponſionem qua euaditur,quòd voces non ſignificent ſpecies intelligibiles:nō tamen quin ſignificent conceptiones:ſeu formationes,&c.pagi.eadem. li.54
Dubium motum ſuper litera circa rationem cuiuſdam explanationis, an ſcilicet omnis actionis modus conſequatur formam quæ eſt actionis principium.pag.388.col.1.li.55
Dubium motum ſuper litera circa rationem pro cōcluſione: quod intellectus non poteſt multa,&c.pag.ead.li.67
Dubium motum ſuper litera circa concluſionem principaliter intentam totúmque articulum tertium quæſt 85.an.ſ.totius labor otioſus eſſe videatur,& etiam per accidens.pag.394.col.1.li.45
Dubium motum ſuper litera an ſcilicet intellectus in ſe ſit actus quidam & vnumquódque ſecundum quod in actu eſt cognoſcibile ſit.pag.395.col.2.li.91
Dubium motum ſuper litera an ſibi.ſ.d. ſit contrarius in eo , quod dixerit, quod ſpecies intelligibiles ſunt acta intelligibiles , & poſteà dixerit quod habitum per actum cognoſcimus.pag.397. col.2.lin.95
Dubium motum ſuper litera circa differentiam aſignatam inter angelum & ipſum Deum.pag.398.col.2.li.48
Dubium motum ſuper litera circa differentiam aſignatam inter imaginem & veſtigium.pag.418 col.2.li.9
Dubium motum ſuper litera in eo quod.ſ.doct.dixerit quod dominium ſuper animalia homini naturale exiſtit.pag.426.colum.1. lin.82
Dubium motum ſuper litera circa probationem cuiuſdam propoſitionis.ſan inconueniens ſit quod propter bonum multiplicationis humanæ peccatum neceſſarium exiſtat.pag.431.col.1.li.2
Dubium motum ſuper litera an.ſcōfirmati beati exiſtant: vel econtrà.pag.433.col.2 li.29
Dubium motum ſuper litera circa differentiam aſignatam inter partes concluſionis penes mediationem & immediationem. pag.439.col.1.li.87
Dubium motum ſuper litera quomodò omne agens directè ſecundum formam agit.pag.441.col.1.li.95
Dubium motum ſuper litera circa rationem aſignatam in diuerſa proportione inter cauſas vniuocas & æquiuocas:vnde.ſaut quātum valet hæc concluſio : ſi Sortes eſſet cauſa per ſe formæ,in Platone eſſet cauſa ſuipſius.pag.ead.col.2.li.42
Dubium motum ſuper litera quomodò Deus cōtra ordinem ſuum facere poſſit.pag.447.col.2.li.81
Dubium motum ſuper litera circa primum miraculorum gradum, nunquid excedentia naturæ facultatem ſecundum facti ſubſtantiam primum locum miraculorum tenet.pag.448.col.2.li.18
Dubium motum ſuper litera quomodò virtus intellectualis inferioris angeli ex conuerſione angeli ſuperioris ad ipſum confortatur.pag.449.col.2.li.87
Dubium motum ſuper litera ſuper probatione voluntatis:an.ſ.procedat de motione voluntatis ad actum proprium:vel de motione voluntatis ad actum extraneum.pag.450.col.2.li.23
Dubium motum ſuper litera ſuper illa propoſitione:veritas eſt lumen intellectus.pag.452.col.2.li.85
Dubium motum ſuper litera in eo quod.ſ.doct.dicit quod ad intellectus perfectionem ſpectat ſcire.pag.453.col.1.li.3
Dubium motum ſuper litera vtrum angelica cuſtodia incipiat ab ortu in vtero ſecundum animam rationalem,non à natiuitate extra vterum.pag.469.col.2.lin.50
Dubium motum ſuper litera circa tit.quæſt.114.vtrum.ſ.dæmones impugnent nos cò quia reſponſio ſancti doct.ad aliud tendere videatur.pag.471.col.1.li.36

Du-

Dubium motum ſuper litera circa reſponſionem arti.3.q.115.an.ſ. doct.ſanctus à propoſito diuertere videatur cū primò proponit conditionalē de proportione qualitatū ad formas ſubſtantiales: deinde tranſit ad gradus cauſandi earundem.pag.475.col.1.li.60
Dubium motum ſuper litera in eo quod ſanct. docto. dicit: quòd etiam generans inferius mouet ad ſpeciem vt inſtrumētum cœleſtis corporis.pag.ead.li.85
Dubium motum ſuper litera circa propoſitionem illam:poſita cauſa neceſſe eſt ſequi effectum,&c.pag.478.col.1.li.10
Dubium motum ſuper litera quo ſanctus doctor arguitur de ſuperfluitate pluries repetitæ propoſitionis cauſa poſita,&c.pag. ead.lin.70
Dubium duplex motum ſuper litera alterum ſimpliciter : alterum autem ad hominem circa examen cuiuſdam propoſitionis,ſcilicet omne quod eſt,&c.pag.ead.col.2.li.53.& li.65
Dubium motum ſuper litera cùm ſanct.docto.propoſuit:quòd naturalia & humana ad diuinam referantur prouidentiam , neque niſi de humanis probauit:& per conſequens diminutus eſſe videtur.pag.480.col.2.lin.88
EFfectum eſſe in cauſa æquiuoca excellentiori,modo dupliciter contingit.pag.30.col.2.li.78
Effectus in actu an & quo pacto cauſam in actu habeat.pa.183.col. 1.lin.68
Effectus dupliciter ad ſuam cauſam conſiderari poteſt:primò,ſcilicèt vt obiectum ad potentiam : ſecundò vt effectus ad cauſam. pag.240.col.1.lin.83
Effectus totalis ad aliquam virtutem triplicater comparari poteſt.ſ. vt defectiuus:vt exceſsiuus & vt adæquatus.pag.ead.col.2.li.52
Elementorum miſtio quomodò dicatur eſſe in miſto.vbi etiā Auerrois ratio cum ſanctī doctoris impugnatione.pa.334.col.2.li.80
Elementa non actu ſed virtute ſecundum ſanctum doc.in miſto remanent & quomodò ſecundum mentem.ſ.doc.& Sco.dupliciter elementa in miſto remanere intelligitur.pag.335.col.2.li.1
Elementa in homine eſſe ſecundum ſubſtantiam cur.ſ. doctor dixerit.pag.411.col.1.li.92.& col.2.li.12
Emanationes diuinæ an per hoc diſtinguātur:quod vna,eſt ab vno, altera verò à duobus.pag.177.col.1.li.4
Ens an prius ſit ſecundū rationem,quàm bonum.pa.26.col.2.li.64
Ens an ſit prius rationis ordine ſecundum ſe,aut quò ad nos.pag. ead.lin.86
Ens omne quo pacto per phyſicas diſciplinas ſenſibile ſit.pa.2.col. 2.lin.19
Ens omne inquantùm ens eſt bonum.pag.27.col.1.li.81
Ens per vnum & multa diuiditur quaſi per vnū ſimpliciter:& multa ſecundum quid.pag.50.col.2.li.67
Ens non eſt analogum Deo & creaturis ſecundum extrinſecam denominationem.pag.70.col.1.li.78
Enti cum nihil opponatur niſi non ens,quid ex hoc inferatur.pag. 179.col.1.li.48
Entia plura quo pacto neceſſaria eſſe dicantur.pag.210.col.1.li.50
Ens ſeu eſſe quomodò ſumatur.pag.ead.li.penult.
Ens inquantùm ens an cauſam defectiuam habeat.pa.ea.col.2.li.66
Ens eſſe in actu dupliciter contingit.pag.303.col.2.li.90
Entis nomine non importatur analogia ſecūdum cauſam finalem: neque ſecundum cauſam efficientem:ſed ſecundum cauſam materialem.pag.344.col.2.li.48
Entis an nulla differētia ſit ex parte obiecti penes quam intellectiua vis diuerſificari poſſit,& an ſanctus doc.in hoc ſibi cōtrarius videatur.pag.357.col.1.li.79
Enuntiabilia Deus ſcit.pag.93.col.1.li.4
Enuntiabilia Deus ſcit,non componendo & diuidendo:ſed per ſimplicem intelligentiam.pag.ead.li.12
Enuntiabile inter & rem quæ differentia ſit.pag ead.col.2.li.58
Aequalitatem in diuinis perſonis ponere neceſſe eſt.pag.200.col. 2.lin.78
Aequalitatis affirmatio quo pacto ex inæqualitatis negatione ſequatur.pag.ead.li.87
Aequalitas in ſubſtantia fundata quo pacto diſtinguatur à ſimilitudine & identitate ſecundum modum.pag.ead.li.vlt.
Aequalitas diuinarum perſonarum an ſit relatio realis & quomodò.pag.201.col.1.li.59
Aequiuoca an & quomodò in vniuocum in prædicationibus reducantur.pag.70.col.2.li.2
Errores Zabiorum, Almarianorum , Dauid de diuinando.pag.22. col.2.li.26
Error Scoti imponentis ſancto doc.quòd anima ſeparata nō intelligat per ſpecies conſeruatas quas his accepit.pag.406.c.2.li.91
Eſſe in genere dupliciter dicitur,ſcilicet directè & reductiuè.pag. 20.col.1.li.76
Eſſe ad vitam tripliciter comparari poteſt.pag.24.col.2.li.37
Eſſe & principia comparationis ſunt, extra eſſentias omnium ſubſtantiarum formaliter:in Dei autem ſubſtantia omnia formaliter clauduntur.pag.31.col.2.li.54
Eſſe an à fieri & conſeruari dependeat.pag.38.col.1.li.91
Eſſe enim per ſe cuius effectus ſit.pag.ead.col.2.li.48
Eſſe in loco dupliciter dicitur,ſcilicet vt in re,& vt in loco.pag.40. col.1.lin.48
Eſſe vbique & per ſe primò eſt proprium Deo.pag.41.col.1.li.54
Eſſe rerum generabilium an tempore menſuretur pa.48.col.1.li.91
Eſſe & fieri aliquid connaturale quid eſt.pag.58.col.1.li.95
Eſſe Dei quo pacto eius intelligere dicatur.pag.82.col.1.li.8
Eſſe Dei eſt ſuum intelligere:ergo Deus eſt agens per intellectum. pag.86.col.1.li.76
Eſſe an ſit effectus poſterior primæ & vniuerſaliſsimæ cauſæ quæ eſt Deus,producere eſſe abſolutè ad rationē creationis pertinet. cùm creatio ſit propriè actio ſolius Dei.pag.215.col.2.li.45
Eſſe alterius multis modis contingit,ſcilicet vt pars totius:vt poſſeſſio poſidentis:& vt effectus eſt cauſæ,& hoc etiam multipliciter.pag.278.col.2.li.5
Eſſe contingit dupliciter,ſcilicet poſitiuè vt in Deo:negatiuè vt in vniuerſali.pag.57.col.1.li.79
Eſſe vnum,quòd ſit ab vna forma quomodò ſecundum ſanctum doct.verificetur.pag.331.col.2.li.88
Eſſe abſolutè dupliciter dici poteſt:vno modo per abſtractionem à ſimpliciter ſecundum quid.alio modo per excluſionē ſecundum quid:& incluſionem ſimpliciter.pag.336.col.2.li.9
Eſſe aliquid in aliquo dupliciter contingit,ſcilicet cognoſcibiliter & realiter.pag.335.col.1.li.16
Eſſe in particulari dupliciter ſumi poteſt:radicaliter ſcilicet vel formaliter.pag.382.col.1.li.65
Eſſe de ratione alicuius dupliciter contingit:vno modo ſimpliciter:alio modo vt modus intrinſecus,ſeu eſſentialis.pag.ead.li.67
Eſt dupliciter determinari poteſt:ex parte ſcilicet prædicati,& ex parte ſubiecti.pag.9.col.2.li.50
Eſſendi modi ex parte rei cognitæ quot ſint.pag.55.col.2.li.70
Eſſentia quid ſignificet.& quid etiam eſſe.pag.19.col.2.li.83
Eſſentia diuina quomodò conſtituat intellectum beatum in actu vice ſpeciei intelligibilis.pag.54.col.2.li.89
Eſſentia diuina an ſit verè forma intelligibilis naturalis.pa.57.col. 2.lin.28
Eſſentiam diuinam eſſe formam intellectus,& videre Deum idem ſunt.pag.ead.li.54
Eſſentia vna trium perſonarum & tres perſonę vnius eſſentiæ.pag. 183.col.2.li.65
Eſſentia diuina an habeat rationem materiæ & formæ ſubſiſtentis.pag.196.col.2.li.53
Eſſentia patris eſt in filio;& eſſentia patris eſt filius an idem ſint. pag.203.col.2.li.81
Eſſentialia appropriari perſonis cōueniens fuit ad fidei manifeſtationem.pag 187.col.2.lin.50
Eſſentialiter determinatum ſecundū eſſe ſpecificū an ſit res determinabilis eſſentialiter per plura eſſe ſpecifica.pag.250.col.1.li.50
Aeternitas per tempus cognoſcenda eſt.pag.43.col.2.li.51
Aeternitatis ratio,quòd in vniformitatis apprehenſione conſiſtat quomodò exponatur.pag.ead.li.90
Aeternitas Dei an formaliter duratio ſit.pag.45.col.1.li.25
Aeternitas verè & propriè eſt in ſolo Deo.pag.ead.col.2.li.18
Aeternitas participatiuè in alijs inuenitur.pag.ead.li.27
Aeternitatem inter & tempus per ſe primò differentia eſt per eſſe totum ſimul & huiuſmodi.pag.46.col.1.li.11
Euitari primum an æuo menſuretur.pag.49.col.1.li.19
Aeuum medium eſt inter æternitatem & tempus.pa.46.col.1.li.89
Aeuum nihil aliud eſt,quàm æternitatis participatio.pag.48.col.1. lin.4
Aeuum an totum ſimul ſit.pag.48.col.2.li.28
Exempla pōnimus non quòd ita ſint:ſed vt ſentiant quæ addiſcant. pag.70.col.1.li.76
Exemplar dupliciter Deo attribuitur , ſcilicet vel ratione ſubſtantiæ ſimpliciter,vel ſic & ſic mutabilis.pag.222.col.2.li.11
Exemplar primùm omnium rerum Deus eſt.pag.217.col.2.li.34
FAlſitas ſimpliciter non eſt in rebus à Deo depēdentibus:niſi forte in voluntarijs.pag.103.col.2.li.34
Falſitas ſecundum quid in rebus dupliciter exiſtit.pag.ead.li.39
Falſitas non eſt in intellectu quod quid eſt,ſed componente & diuidente.pag.105.col.1.li.91
Falſitas eſt in intellectu componente dupliciter,ſcilicet formaliter & obiectiuè.pag.ead.col.2.li.83
Falſitas eſt in intellectu quod quid eſt per accidens.pag.ea.c.2.li.87
Falſum quomodò acceptionem inadæquatam rei deponat.pa.100. col.2.lin.65
Falſum quomodò in intellectu angeli inueniri poſſit ſi eius intellectio eſt ſimplex apprehenſio cui compoſitio aut diuiſio non admiſcetur.pag.270.col.2.lin.50
Fantaſmatum conuerſio nihil aliud ſignificat:niſi vti phantaſmate actualiter ad tale opus.pag.381.col.1.lin.21
Fati nomine cauſam quandā occultam:à qua nihil declinare poteſt

intelli-

intelligere videmur.pag.480.col.2.li.1
Fatum poni potest pro prouidentia diuina omnia prædicante, & proloquente.pag.481.col.1.li.36
Fati vocabulo sancti vti recusauerunt propter malum errorem eui tandum.pag.ead.li.41
Fatum est in causis creatis inquantùm ad effectus producendos à Deo ordinatæ sunt.pag.ead.li.56
Fatum nihil aliud est quàm causa contingentium secundum diuinæ prouidentiæ ordinem.pag.ead.li.72
Fatum vt in causis secundarijs absolutè est mobile vt à diuina prouidentia est immobile: non necessitate absoluta sed conditionali.pag.481.col.2.li.44
Fato non omnia subduntur.pag.482.col.1.li.33
Fœcunditas non est omnis naturæ conditio pa.149.col.1.li.5
Fœcunditas in illa natura cui cõuenit, eo modo inuenitur communicare se,quo inuenitur agere ad sui communicationẽ.p.ea.li.20
Fœlicitatis contemplatiuæ materiam.pag.143.col.1.li.28
Fœlicitatis actiuæ materiam.pag.ead.li.69
Fœminam necesse fieri fuit.pag.413.col.1.li.91
Fœminæ etiã in statu innocentiæ natæ fuissent. pagi.433.col.1.li.1
Filius est alius à patre.pag.161.col.2.li.35
Filius est genitus nõ de nihilo sed de patris substãtia. p.196.c.2 li.8
Filium necesse est esse coæternum patri.pag.202.col.1.li.1
Filium necesse est esse æqualẽ patri in magnitudine ab æterno. pa. 203.col.1.li.53
Filius est æqualis patri in potestate.pag.204.col. 2.li.61
Filio & spiritusancto conuenit inuisibiliter mitti.pa.206.co.2.li.68
Filium & spiritumsanctum visibiliter mittti conueniens fuit.pagi. 207.col.2.li.67
Finis supernaturalis quare naturaliter nobis occultº sit.p.2.c.1.li.49
Finis duplex scilicet finis rationis operandi.seu rei operatæ: & finis operantis.pag.7.col.1.li.5
Finis duplex.s.intrinsecus & extrinsecus.pag.ead.li.31
Finis consecutio quomodò distinguatur.pag.42.col.2.li.37
Finitas & infinitas est duplex.pag.32.col.2.li.vlt.
Finitas & infinitas perfectionis duplex:quædam.s.ex parte materię quædam ex parte formæ.pag.33 col.1.li.46
Forma si ratio agendi sit:necesse est,quod vnumquódq; sicut se habet ad formam:ita se habeat ad rationem agendi,secus alio modo.pa.17.col.2.li.51
Formæ naturales dicuntur substantiæ corporeæ denominatiuè à corporibus quarum sunt formæ.pag.16.col.2.li.3
Forma dupliciter capitur.s.absolutè & secundũ quid.p.33.co.1.li.64
Forma communis dupliciter contrahi potest.& à contrahente denominari.pag.173 col.2.li.36
Formę intentio & remissio apud sanctum Thomam quo pacto sit ipsius essentiæ formæ & non solùm ipsius esse.pa. 200.co.2.li.91
Formæ quomodò esse per se conueniat.pag.233.col.2.li.87
Formæ corporum non per se fiunt.pag.301.col.1.li.24
Formæ corporum eo modo quo fiunt ab agẽtibus corporalibus vt à causis propinquis à substantijs separatis vt motoribus ad formas:à Deo autem vt à causa prima.pag.ead.
Formæ corporales in primarerum conditione à solo Deo productæ sint.pag.ead.li.33
Formam fieri per transmutationem: & ipsam educi de potentia ad actum non differunt.pag.ead. col.2.li.25
Forma absoluta quomodò sumatur.pag.322.col.2.li.38
Formæ ad rationem duo requiruntur:primò, quod forma sit principium formale illius cuius est forma.secũdò,quod forma & materia conueniãt in vno numero esse quo compositum ex eis est. pag.325.col.1.li.55
Formis pluribus compositum in via sancti doct. Quo cõstet ex vltima forma & cõposito ex materia & forma:vel formis præcedentibus vt ex proprio actu:& propria potentia.pagi.331.col.2.li.93
Formis diuersis quæ sumantur secundũ sanctum doct.& quomodò adinuicem prædicentur:per accidens autẽ in secundo modo,&c. pag.332.col.2.li.55
Forma nulla in hoc stabilis est nisi aña intellectiua.p.333.co.1.li. 86
Forma corporeitatis seu mixtionis præter animã intellectiuam an in composito esse dicatur.pag.334.col.1.li.44
Formam propinquam esse materiæ dupliciter cõtingit:vno modo quò ad vnionem : alio modo quò ad gradualem perfectionem. pag.ead.col.2.li.69
Formam vniri materiæ dispositæ quadrupliciter intelligitur.pagi. 336.col.2.li.56
Formarum genus triplex.pag.338.col.1.li.85
Formam educi de potentia materiæ secundum secretam mentem Peripateticorum quid sit.pag.410.col.1.li.22
Forma p se causari aut à causa respici qd intelligatur.p.441.c.2.li.8
Formalis distinctio nulla est inter essentiam diuinã & proprietates personales & attributa:& reliqua.pag.146.col.1.li.78
Fortuitum & casuale quomodò relatiua sint & quæ inter absoluta & respectiua differentia sit.pag.126.col.1.li.74
Fortuitum vel casuale est aliquid ad causas inferiores relatum:quod tamen relatum ad causas superiores per se intentum est. pa. 480. col.2.li.15
Fortuna & casu in rebus inferioribus quædam apparent. pagi.ead. col.2.li.12
Futura tam necessaria quàm vt in pluribus quàm in paucioribus in seipsis à solo Deo cognoscuntur.pag.264.col.2.li.88
Futura necessaria cognoscuntur in suis causis ab angelo per certitudinem.pag.ead.li.33
Futura dupliciter, scilicet secundum seipsa:vel secundum eorum rationes.pag.394.col.2.li.90
Futura vt sic intellectu non nisi reflexè noscuntur.pag.ead.li.92
Futurorum rationes intellectu perceptibiles sunt:& scientiæ de eis esse non possunt.pag.ead.li.93
Futura dupliciter in seipsis vel causis & his vel necessarijs: vel vt in pluribus.pag.ead.li.fin.
Futura in seipsis à solo Deo cognoscuntur propter æternitatis intuitum.pag.395.col.1.li.1
Futura in causis necessarijs à nobis noscuntur.pag.ead.li.2
Futura in causis vt in pluribus noscuntur per coniecturam plus & minus iuxta causarum inclinationem.pag.ead.li.3

G Enera de Deo cognoscibilium principaliter duo sunt,demonstratiua.s.& per reuelationem cognoscibilia. pag.1.col.2.li.8

Generis alicuius propria dupliciter accipi possunt.s. secundum totum id quod sunt:& secundũ rationẽ illius generis.p.15.col.2.li.5
Genus pro genere logico sumitur.pag.20.col.1.li.73
Genere in aliquo maximè tale est causa omnium aliorũ quæ illius generis sunt.pag.15.col.1.li.93
Genere summũ bonũ quod sit:& quod simpliciter.pa.30.co.2.li.48
Genus duplex ad fidem pertinentem,scilicet directè & indirectè. pag.166.col.2.lin.4
Genus actionis duplex,scilicet immanentis & transeuntis: & alia multa de huiusmodi actionibus.pag.249.col.2.li.67
Genus duplex perfectionis in Deo inuenitur:quædam sunt creaturis cõmunicabiles:vt sapientia,bonitas:quædam incommunicabiles,vt infinitas,deitas.pag.256.col.2.li.66
Genus in quo causæ dilectio naturalis sit causa electiua.pagin. 276. col.2 li.fin.
Genera entium duo sunt:quædam ad hoc primò instituta: vt sint. quamuis forte secundario alia repræsentent & hæc vocamus res: quædam vero ad hoc primò instituta sunt naturaliter:vt alia repræsentent & hæc vocamus intentiones rerum:& species intelligibiles:seu sensibiles.pag.257.col.2 li.1
Genere causæ materialis reductio tripliciter fieri potest. pag. 322. col.2.lin.80
Generis humani multiplicatio an per se finis intẽtus sit,vel nullum agens multitudinẽ numeralem per se intendit.pa.431.co.2.li.63
Generatio,distinctio,& comparatio,quæ sint.pag.145.col.2.li.62
Generationis rationem quo pacto verbi processio in diuinis habeat.pag.ead.li.77
Generationis ratio quo pacto ad diuinam processionem applicetur.pag.146.col.1.li.50
Generans omne quo pacto sibi simile generet.pag.148.col.1.li.19
Generationis de ratione sunt duo, scilicet distinctio suppositorum & formæ vnitas:quæ communicatur.pag.167.col.2.li.61
Generandi potentia diuinam naturam in recto significat & paternitatem in obliquo.pag.193.col.1.li.73
Generatiua potentia quo pacto diuina natura esse dicatur.pa.ead. col.2.lin.12
Generans inter & genitum duo inueniuntur,scilicet conuenientia & distinctio.pag.199.col.1.li.53
Generatio in genere operationum vitalium cum nõ vitalibus communicantium an & quo pacto à sancto doctore posita sit.pag. 237.col.1.lin.4
Generatione prius esse imperfectius quomodò intelligatur. pagi 370.col.2.li.71
Generatio in statu innocentiæ per coitum,quò ad coniunctionem maris & fœminæ fuisset,non autem quò ad inmoderatam concupiscentiam.pag.432.col.1.li.54
Geniti forma dupliciter,vno modo vt similis formæ generantis, alio modo tacetur.pag.212.col.1.li.fin.
Glossa propositionis:omne tale per participationem reducitur ad tale per essentiam.pag.ead.li.1
Graduentur ex quibus mouentia,scilicet sine forma & executione. pag.108.col.2.li.24
Graduationes rerum quomodò fiant.pag.251.col.1.li.82
Graduatio secundum causæ finalis ordinem quomodò fieri possit. pag.341.col.1.li.55
Gradus ipsarum rerum in triplici differentia esse dicuntur.pa.371. col.2.lin.56
Gratia materiæ hæc duo mutuo se inferunt, A.est per suam essentiam bonum & A.est bonum per essentiam.pag.32.col.1.li.52
Gratiæ nouitas à gratia distincta non est:tanquàm gratia noua esse posit,

posit,sed ad ostendendum tempus quando inuisibilis missio sit. pag.207.col.2.lin.22
Gratia quando pro gratuito dono sumatur.pag.281.col.2.lin.21
Gratia merentis an sit necessariò imperfectior gratia fruentis.pag. 282.col.2.lin.25
Gratuitum dicitur,quod naturæ non debetur,sed gratis datur.pag. 281.col.2.lin.24
Gubernationis effectus principalis est vnus,generales sunt duo in particulari nobis innumerabiles existunt.pag.438.col.1.li.65
Gubernationi diuinæ omnes subduntur.pag.ead.col.2.lin.63
Gubernatione exiguntur duo.s.ratio & executio.pag.439.colum.2. lin.33
Gubernationis diuinæ præter ordinẽ impossibile est quod aliquid contingat.pag.ead.col.2.lin.95
Gubernationi diuinæ in generali nihil contrà nititur:sed in specialibus.pag.440.col.1.li.82
Gubernat Deus omnia quantùm ad rationem immediatè, quãtùm ad executionem verò quædam mediantibus alijs. pag. 439.col.1. lin.36

H Abere rationem causæ finalis non sumitur identicè: sed dupliciter scilicet in actu exercito & signato. pag. 28.col. 1.lin.87

Habitus voluntatis in via nobilior est habitu intellectus, secus tamen in patria.pag.370.col.2.li.77
Habitus non per seipsum,sed per actum cognoscitur.
Habitus scientiæ secundũ quod est in intellectu in anima separata remanet.pag.397.col.2.lin.90
Hæresis ad rationem in se sufficit : quod sit error in his quæ fidei sunt : sed ad rationem hæretici formaliter vltra hoc pertinacia requiritur:pag.166.col.2.lin.23
Hæreticus an Damascenus fuerit.pag.176.col.2.li.92
Hypostasis diuina melius dicitur quod relationibus distinguatur quàm per originem.pag.191.col.1.lin.92
Hierarchia in qualibet sunt diuersi ordines.pag.455.col.2.lin.1
Homo non naturaliter,sed obedientialiter in fœlicitatem ordinatur.pag.53.col.1.lin.96
Homines quosdam Deus reprobat,& quosdam prædestinat : vt sua bonitas repræsentetur:& per modum misericordię partitiuè, & per modum iustitiæ primitiuè. pag.131.col.2.lin.96
Homo tactu cæteris animalibus præstat.pag.336.col.1.lin.14
Homines inter meliorem habens tactum est melioris ingenij.pag. 131.col.2.lin.16
Homo est liberi arbitrij.pag.372.col.2.lin.53
Homo conuenienter formatus dicitur de limo terræ, id est, terra aqua commista.pag.411.col.3.lin.10
Hominis corpus fuit à Deo immediatè formatũ. pa.ead.col.1.li 44
Hominis in productione scriptura speciali loquendi modo vtitur. pag.413.col.1.lin.49
Homine est imago Dei imperfecta.pag.415.col.2.lin.21
Homine inuenitur Dei similitudo per modum imaginis secũdum mentem,secundum verò alias eius partes per modum vestigij. pag.418.col.1 lin.74
Homo primus non vidit Deum per essentiam:sed secundum communem statum illius vitæ.pag.421.col.1.lin.15
Homo primus cognoscebat Deum altiore cognitione quàm nos media.s.inter cognitionem patriæ & huius exilij.pag.ead.lin.70
Homo primus angelos per essentiam videre non potuit. pag. ead. col.2.lin.62
Homo primus habebat excellentioré cognitionis modum de angelis quàm nos.pag.422.col.1.lin.78
Homo primus omnium naturaliter scibilium scientiam habebat, supernaturalium verò quantum ad vitæ regimen opus erat: neutra autem nesciebat.pag.ead.li.94
Homo primus nullo modo decipi potuit tam respectu scitorum quàm nescitorum.pag.423.col.1.lin.86
Homo primus in gratia creatus fuit.pag.424.col.1.li.58
Homo in statu innocentiæ omnes virtutes aliqualiter habuit.pag. 425.col.2.lin.1
Hominis primi opera ex pte gratię efficaciora erãt. p.426.c.1.li.16
Hominis primi opera erant efficaciora ad meritum ex quantitate operis absolutè.pag,ead,lin,22
Hominis primi opera erant minus efficacia ex quantitate proportionali operum.pag.ead.lin.30
Homo non dominabatur angelis;sed animalibus imperando:plantis verò & inanimatis vtendo,absque tamen impedimento. pag. 427.col.1.lin.7
Homines inter necesse est aliquam disparitatem in statu innocentiæ fuisse.pag.ead.lin.77
Homo in statu innocentiæ erat incorruptibilis effectiuè : non autem formaliter.pag.428.col.1.lin.14
Homines fuissent nati cum iustitia.pag.433.col.1.lin.23
Homo extra paradisum factus:& deindè in eo positus est : transferendus post vitam animalem in cœlum.pag.436.col.1.lin.19
[illegible] possunt assumi ad ordines angelorum quò ad naturæ gradum.pag.459.col.1.lin.33
Homines indifferenter ad angelorum ordines assumuntur.pa.ead. lin.71
Homines per angelos illuminantur.pag.463.col.2.li.30
Homines ab angelis custodiri necesse est.pag.467.col.2.lin.51
Hominibus singulis singuli angeli ad custodiam deputantur.pag. 468.col.1.lin.7
Hominum custodia est duplex,particularis.s.& vniuersalis. pa.ead. lin.84
Hominum custodia particularis ad infinitum ordinẽ angelorum tantùm pertinet.pag.ead.lin.89
Hominum custodia vniuersalis secundum diuersos ordines multiplicatur.pag.ead.col.2.lin.7
Homo duplicem statum habet.s.viæ & termini. pag.469.col.2.li.2
Homines omnes in statu viæ angelos custodes habent. pa. ead.li.7
Hominem suum angelus custos nunquã totaliter dimittit.pag.ead. lin.75
Homines in termino non habebunt custodes,sed cõgregantes aut punientes socios.pag.469.col.2.lin.21
Hominum peccata omnia indirectè à dęmone causantur.pag.472. col.1.lin.10
Hominum omnia peccata directè à dæmone non causantur. pag. ead.lin.21
Homines non possunt docere angelos:sed tantummodò eis loqui. pag.483.col.2.lin.14
Humani actus dicuntur qui sunt proprij homini in eo quod homo in quibus à brutis differt:sunt actus intellectus &voluntatis,tam eliciti quàm imperati.pag.476.col.1.lin.67
Humanum corpus Deus instituit in optima dispositione secũdum conuenientiam ad animam rationalem & eius opera. pag. 412. col.1,lin.72
Humidum radicale quonam modo à nutrimentali distinguatur. pag.491.col.1.lin.81

I Dea inuenitur entis vnius & bonitas quod illa est Deus.pagi. 32. col.1.lin.95

Idea boni quo pacto Aristoteles cum Platone cõueniant. pag. ead. col.2.lin.3
Idea vnius & boni omnia bona denominantur.pag.ead.lin.25
Ideæ an ipsa diuina essentia existant vt est obiectiua rerum ratio& quomodò ipsæ cũ ratione se habeant.& alia multa de ideis.pag. 90.col.2.lin.33
Ideas in mente diuina ponere necesse,est,pag.95.col.1.lin.70
Idea significat formam rei alicuius præter rem ipsam existentem. pag.ead.lin.75
Idea an ponatur vt exemplar : vel vt principium essendi. pag . eadem.lin.93
Idea an sit essentia diuina.pag.ead.col.2.lin.23
Idea quomodò ad esse se habeat & quid esse obiectum sit. pag. 95. col.2.lin.62
Ideas plures ponere necesse est,pag.96.col.2.lin.8
Idea significat essentiam diuinam exemplariter mutabilem. pag. 97.col.1.lin.91
Ideas tam in artificibus quàm in Deo dupliciter intelligi cõtingit. pag.ead.col.2.lin.16
Ideæ respectus quis & quomodò intelligatur.pag.ead.lin,58
Idea secundum quod est omnium exemplax quæ à Deo secundum quodcũque tempus fuerunt.pag.97.col.2.lin.83
Idea vt ratio est omnium factibilium & cognoscibilium secũdum proprias rationes tam speculatiuè quàm practicè. pag. eadem. lin.85
Idea vt ratio respondens causæ primæ est idea corporis, quod est genus in prædicamento substantiæ.pag.ead.li.96
Identitas extremorum inter se an talis qualis est eorũ in tertio.pag. 152.col.2.lin,69
Imaginis conditiones quæ & vnde oriantur.pag.173.col.1.li.3
Imago in diuinis nomen personale est.pag.ead.lin.44
Imago est nomen proprium filij.pag.ead,lin.89
Imago trinitatis in creaturis rationabilibus existit.pag.218.colum. 1.lin,56
Imago creationis in omnibus hominibus existit: recreationis in iustis tantùm:similitudinis autem solùm in beatis. pag. 417. col. 1, lin.46
Imago naturæ personarum imaginem non excludit ; sed potiùs illam infert.pag.ead.col.2.li.36
Imago trinitatis in mente primò attenditur secundum actum verbi & amoris;secundariò autem & ex consequenti secundum potentias;& præcipuè habitus,pag.419.col.2.li.8
Imago trinitatis attenditur in anima secundum quod fertur aut nata est in Deum ferri notitia & amore.ibidem.lin.81
Immutabile quomodò impropriè sumatur : & quomodò propriè. pag.42.col.1.lin,54
In,quid denotare habeat:cùm dicitur lapis videtur in Deo. pag.85. col.1.lin.25

****

Inclinatio naturalis,& natura quomodò sumatur.pag.275.colum.1. li.50
Indiuiduum quare indiuiduum dicatur. pag.18.col.1.li.67
Indiuiduum substantiæ cum quibus conueniat.pagin.153. colum.2. li.95
Indiuiduationis causa an in materia recipiatur: vel non recipiatur. pag.18.col.1.li.67
Indiuisibile actu tam secundum continuitatem quàm secundum diffinitionem est priùs notum opposita diuisione.pag.391.colum.1. li.55
Indiuisibile omninò scilicet actu & potentia est posterius naturaliter diuisibili.pag.ead.li.88
Infallibilitas diuina quo pacto cum causa libera saluetur. pagi. 127. col.2.li.18
Infinitum per essentiam quid significare habeat.pagin.34.colum.1. li.2
Infinitum secundum essentiam ab infinito secundum quantitatem in quo differat.ibid.
Infinita Deus an cognoscat.pag.88.col.1.li.52
Infinitorum an scientia visionis sit.ibid.li.61
Infinita propter quid Deus absolutè nouit:& propter quid scientia visionis existat.ibid.li.88
Ingenitum esse est patris proprium.pag.168.col.2.li.72
Ingenitum cum constet ex in,& genitum: vtrunque multiplex esse dicitur.pag.169.col.1.li.23
Ingenitæ duæ personæ quare in diuinis esse non possint. ibidem li.70
Innocentiæ in statu an defectus aliquis fuerit. pagin.429. colum.2. li.80
Innocentiæ in statu ad generis humani multiplicationem generatio fuisset.pag.430.col.1.li.78
Instrumentum defectiuum ad artis opus dupliciter concurrere contingit.pag.117.col.1.li.57
Intellectus creatus non humanus an possit absolutè: siue per potentiam in alio,siue in se videre per essentia,id est, intelligere quiditatem, ita vt completè determinare sciat quæstionem quid est de Deo.pag.52.col.1.li.87
Intellectus creatus an Dei essentiam videre possit: & quorum hæc opinio fuerit.pag.53.col.1.li.3
Intellectus creatus an naturaliter Deum videre desideret. ibid.li.88
Intellectus aliquis creatus est impossibile,quòd per sua naturalia essentiam Dei videat.pag.55.col.2.li.47
Intellectus creatus ad diuinam visionem lumine creato eget. pa.57. col.1.li.69
Intellectus creati augmentum ad videndum Deum an sit extra totum ordinem connaturalium ad videndum Deum.pagi.ead.col. 2.li.60
Intellectu cuicunque creato impossibile est Deum comprehẽdere. pag.59.col.1.li.72
Intellectus nullus creatus in Deo omnia videre potest: sed iuxta Deum videndi motum plura vel pauciora.pag.59.col.2.li.35
Intellectus conceptus an aliud sit ab ipsa actuali intellectione.pag. 143.col.2.li.88
Intellectus à voluntate in quo actu differat.pagina 147. columna 2. li.85
Intellectus agens possibilis nunquid in angelis esse dicatur.pa.252. col.2.li.4
Intellectus noster quotupliciter considerari possit.pagi.195.colũ.2. li.39
Intellectus angelici species propter sui excellentiam,an sit ratio seu similitudo multorum distinctæ,quemadmodùm essentia diuina est ratio omnium.pag.257.col.1.li.72
Intellectui an accidat ab obiecto moueri.pag.258.col.2.li.56
Intellectus angelicus an ab aliquo obiecto naturaliter mobilis existat.pag.265.col.2.li.59
Intellectui angelico falsitas per se esse non potest, sed per accidens: neq; quò ad naturalia,sed quo ad supernaturalia. pagi.270. col.1. li.86
Intellectus & voluntas an & quomodò ad omnem veritatem determinatæ sint.pag.274.col.1.li.23
Intellectus solus an & quomodò ad vnum determinatus sit. pa.276. col 2.li.93
Intellectum esse determinatum ad vnum tripliciter contingit:vno modo in actu primo,alio modo in secundo,tertio modo in particulari obiecto.pag.ead.li.pe.
Intellectus an voluntatis respectu motor sufficiens existat: & quomodò mobile tali motori proportionari oporteat.pag.295.col.2. li.83
Intellectus immobilitas quomodò sit cum voluntatis mobilitate. pag.ead.li.94
Intellectus an semper esse apprehendat.pag.323.col.2.li.83
Intellectu & homine quomodò vnio fiat:& quid vnio illa operetur. pag.326.col.1.li.1
Intellectus ab anima an realiter secundum Thom.distinguatur vel secundum Scotum formaliter.pag.327.col.1.li.79
Intellectus an essentia animæ abstractior sit. pagi. eadem.colum.2. li.65
Intellectum quo intelligimus esse vnum in omnibus est impossibile.pag.329.col.2.li.5
Intellectus de vnitate quemadmodùm Auerroistæ inter se dissentiunt.ibid.li.72
Intellectus in solo Deo est substantia:in reliquis est potẽtia.pa.349. col 2.li.31
Intellectus noster est potentia passiua.pag.350.col.1.li.3
Intellectus an sit potentia passiua, vel sit potentia purè passiua. pa. 550.col.2.li.pe.
Intellectum agentem ponere necesse est. pagina 352. columna 2. li.75
Intelectui agenti duo opera attribui possunt: vnum est facere intelligibilia in potentia esse intelligibilia in actu:alterum verò illuminare intellectum possibilem.ibid.li.63
Intellectus est potentia nobilior simpliciter, quàm voluntas.pagi. 368.col.2.li.49
Intellectus agens secundum Durandum & Gofredum an de necessitate ponatur.pag.352.col.2.li.93
Intellectus agens de quo Philosophus loquitur: est aliquid animæ nostræ.pag.354.col.1.li.94
Intellectum agentem quid am Deum gloriosum intelligunt,qui verissimè est intellectus simpliciter:& summè agens:sed extra propria,quæ nobis inquirimus.ibid.li.vlt.
Intellectus agens si sit substantia separata est vnus numero, si aliquid animæ multiplicatur cum ea.pag.355.col.1.li.55
Intellectus ex hoc,quod reflexè respicit singularia an in eo memoria insit.pag.356.col.1.li.94
Intellectus & ratio in homine non sunt diuersæ potentiæ. pag.357. col.2.li.85
Intellectus ab intelligentia distinguitur non sicut potentia à potentia:sed sicut actus à potentia.pag.359.col.1.li.84
Intellectus speculatiuus & practicus non sunt diuersæ potentiæ.pa. ead.col.2.li.31
Intellectus mouet voluntatem finaliter.pagi.370.columna secunda. li.89
Intellectus coniunctus corpori possibili non potest intelligere nisi conuertendo se ad phantasmata.pag.381.col.1.li.37
Intellectus noster an singulare per seipsum cognoscat. ibid. colũ.2. li.89
Intellectus iudicium ligato sensu impeditur. pagin.383. columna 1. li.93
Intellectus iudicium cur ligato sensu fallatur.pag.eadem.colum.2. li.26
Intellectus noster intelligit materialia à phantasmatibus abstrahendo.pag.384.col.1.li.22
Intellectus agentis illuminatio super phantasmata an aliquid positiuum in eis ponat.ibid.col.2.li.82
Intellectus non potest multa per modum multorũ intelligere.pag. 387.col.2.li.fi.
Intellectus non intelligit componendo & diuidendo.pagi.388.col. 2.li.95
Intellectus circa, quod quid est non fallitur nisi per accidens.pagi. 389.col.2.li.8
Intellectus circa ea quæ circundant quidditatem falli potest componendo,diuidendo,vel ratiocinando.ibid.li.11
Intellectus non potest directè,& primò cognoscere singulare materiale.pag.391.col.2.li.13
Intellectus non potest intelligere singulare indirectè.ibid.li.32
Intellectus noster an possit intelligere singulare in actu recto vel reflexo.pag.392.col.1.li.66
Intellectus noster nec in actu, nec in habitu infinita intelligere potest:sed in potentia tantùm.ibid.col.2.li.72
Intellectus agens est actus ipsorum intelligibilium quæ à materia abstrahuntur, & eis mediantibus possibilis intellectus intelligit.pagin.396. colum.2.lin.88. & de intellectu possibili. ibidem lin.90
Intellectus agens cum vt quoddam lumen ponatur: dupliciter aliquid illuminare dicitur:vno modo vt in se lux quædam sit, & ex eo lumen diffusum maneat:alio modo vt in se lux non sit sed naturam actumque luminis tantùm habeat,scilicet esse quo alia videntur.pag.397.col.2.li.2
Intellectu primum quod intelligitur est ipsum intelligere.pa.398. col.1.li.68
Intellectum aliquem per speciem intelligere dupliciter contingit, vno modo immediatè aspiciendo repræsentatum per illam speciem:alio modo immediatè aspiciendo ipsam speciem.pag.405. col.1.li.26
Intellectus an ex inferiori aliquo semper decipiatur.pag.423. col.2. li.42

Intel-

Intellectum creatum Deus vtroque modo mouet,scilicet dãdo virtutem:& dando speciem intelligibilem.pag.445.col.1.lin.35.
Intellectuũ principium necesse est esse hominis formam substantialem.pag.325.col.1.lin.90
Intellectuus appetitus an feratur in res singulares secundum aliquam rationem vniuersalium:sicut cum appetit aliquid: quia est bonum.pag.362.col..2.lin.pennultima
Intellectualitas est vltima & summa natura in vniuerso.pag.233.colum.1.lin.92
Intelligere Dei est eius substantia.pag.81.col.1.lin.47
Intelligere quo pacto in intelligente maneat.ibid.lin.86
Intelligere quo pacto speciem intelligibilem consequatur. ibidem lin.91
Intelligere an sit ab anima,& an intellectus concurrat merè passiuè,& obiectum actiuè.pag.326.col.2.lin.82
Intelligat quo pacto homo per animam vt supergreditur. id est ipsam materiam non informet.pag.328.col.1.lin.9
Intelligere an sit causaliter pati.pag.350.col.2.lin.24
Intelligere an pati formaliter sit.ibidem.lin.95
Intelligere multa vt multa,& per multas species,& per modum vnius,& vnam speciem an idem dictu sit.pag.388.col.1.li 33.
Intelligere nostrum si in actu intelligere sit,cur non statim positũ in intellectu intelligitur.pag.398.col.lin.87
Intelligere per conuersionem ad superiora,nũquid ipsi animę præternaturale sit.pag.403.col.1.li.29
Intelligere nec actio cuiusque creaturæ est eius substantia.pag. 246.col. 2.lin.43
Intelligere per species vniuersales,quid sit,& quotupliciter contingat.pag.256.col.1.lin.50
Intelligere non solùm est perfectio simpliciter,sed etiã intelligere omnia per vnum.pag.256.col.2.lin.76
Intelligendi modus per conuersionem ad superiora quo pacto nobilior esse dicatur:positiuè scilicet aut permissiuè.pag.403.co.2. lin.66
Intelligibile dupliciter sumitur.pag.82.col.2.lin.19
Intelligibilis per seipsum conditionem.pag.258.col.1.lin.53
Intelligere ad hoc quod aliquid in actu sit, quæ requirantur. ibidẽ lin.62
Intelligibile in actu,quod est effectus intellectus agentis,an priusquam species intelligibilis sit.pag.383.col.1.lin.58
Intelligibile an cõmuniter pro omni re materiali sumatur.& tunc primũ est quærere an intellectus noster sit pura potentia in genere intelligibilium id est sub hoc genere:quod intelligibile vocatur:secundum verò an sit pura potentia in genere intelligibilium,idest entium materialium.pag.396.col.1.lin.1
Instans secundum an sit mora indiuisibilis in se: seu instantanea. pag.293.col.2.lin.42
Intentionale & cognoscitiuum quomodò distingantur. pagi. 257. col.2.li.37
Inuidia in angelo nũquid non aliter potuit esse nisi affectata excellentia singularis.pag.287.col.1.li.60
Irascibilis concupiscibilis dupliciter sumi possunt: vno modo vt sunt passiones:seu potentiæ sensitiuæ:alio modo vt absolutè significant vim seu appetitum iræ.pag.274.co.2.lin.3
Irascibilis & concupiscibilis,superiori parti obediunt.pag.364. colum.2.li.39
Iustitia commutatiua an in Deo sit.pag.122.col.2.li.15.
Iustitia Dei conuenienter veritas nominatur.pag.123.col.2.li.16.

Lapidis natura cum nõ inueniatur:nisi in hoc vel illo lapide existens.& scientia de rebus existat:oportet scietiã terminari ad lapideitatem in hoc existentem.pag.331.col.1.li.46

Latitudo insinuata in nominũ cõmunicabilitate quænam sit. pagi. 75.col.2.li.53
Liber vitæ in Deo est notitia firmatiac significatiua prędestinatorũ. pag.135.col.2.li.13
Liber vitæ propriè gloriæ vitam respicit.pag.136.col.1.lin.3
Libro vitæ secundum rei veritatem nullus deletur.ibid.li.53.
Libro vitæ secundum hominum opinionem aliqui delentur. ibid. lin.55
Libro vitæ deleri,vel non deleri non solùm ad opinionem hominũ referendum est. sed est etiam quantũ ad rem pag.136.col.1.li.76.
Liber vitæ an & quo pacto ad omnes in vitam æternam ordinatos extendatur.ibidem.li.84
Libertatis prima radix ratio esse dicitur:ita quod ex hoc primo alilibertas inest.pag.373.col.1.li.45
Libertas an primo in voluntate sit & in voluntate primo formaliter: in ratione autem radicaliter: & quomodò Scoti motiuum solui possit.ibid.lin.57
Liberum dupliciter dicitur scilicet quò ad exercitium:vel quò ad actus specificationem:& eodem modo operatio.pagi. 275. col.1. lin.54
Liberum arbitrium est potentia.pag.373.col.2.li.85.
Liberi arbitrij rationi an naturalitas repugnet:& sic quod esse naturalis dicatur.pag.374.col.1.li.22
Liberum arbitrium an ponatur habitus naturalis & potentia naturalis.ibid.li.28
Liberum arbitrium potentia appetitiua est.ibid.col.2.li.69
Liberum arbitriũ & voluntas non sunt duæ:sed vna potentia. pag. 375.col.1.lin.27
Lignum vitæ an virtutis specificæ,& immortalitatis conseruatiũ erat.pag.429 col.2.li.53
Lignum vitæ mortalitatem quodammodò causabat,non simpliciter.ibid.li.2
Litera vna scriptura scripturæ non inconuenit secundum sensum literalem plures esse sensus.pag 12.col.1.lin.1
Loca inter duo quælibet diuisibilia esse infinita loca media,quonã modo verum sit.pag.244.col.1.lin.69
Locum replere dicitur scilicet formaliter & effectiuè.pa. 40. col.1. lin.69
Localis distantia an impediat cognitionem tam angeli, quàm animæ separatæ.pag.266.col.1.li.60
Loqui de ratione humana aliud est:& aliud loqui de propositionibus notis naturæ humanæ.pag.10.col.2.lin.67
Loqui possunt angeli inferiores superioribus.pag.452.lin.4
Locutio aliqua est angelis.pag.451.col.2.lin.40
Locutio nõ fit per angelum Deo:ordinando conceptum respectu Dei actiuè.pag.453.col.2.lin.70
Locutio fit per angelum Deo ordinando conceptum suum respectu Dei passiuè.ibidem.lin.74
Locutionem vnius angeli ad alium non omnes percipiunt. pagi. 454.col.1.li.22
Locutus an & quomodò Deus ad angelos fuerit: & de qua locutione intelligatur.pag.453.col.2 li.31
Lumen diuinæ reuelationis ad aliquam scientiam dupliciter comparari potest.pag.5.col.2.lin.55
Lumen intentionale an sit habere.pag.306.col.1.li.43
Lumẽ infusum non numeratur inter species sed inter virtutes intellectiuas: quia nõ se habet vt ratio intelligendi:sed vt intellectuũ confortando efficaciam præstans.pag.445.col.1.li.76
Lux non est corpus.pag.306.col.1.li.8
Lux est qualitas actiua consequens substantiam corporis ex se lucẽtis.ibidem.col.2.li. 65
Lux,an pro luce spirituali vel corporali supponat.pag.307.colũ. 2. li.50

Magnitudo si infinita esset an essentiam infinitã haberet.pa.34. col.1.li.88

Malũ culpæ Deus nullo modo vult:tamen vult per accidens malũ naturalis defectus:& malũ pœnæ.pag.118.col.2.li.59
Malum culpæ an & quomodò bono diuino priuat.pa.119.colum.1. li.8
Mala culpæ quo pacto sint à Deo permissa propter vniuersi confectionem.pag.118 col.2.li.57
Malum quo pacto sit quædam absentia boni.pagi.224.col.1.lin.22
Malum inuenitur in rebus,sicut & corruptio.ibid.col.1.li.1
Malum est in bono vt in subiecto.pag.225.col.1.li.29
Malum totaliter bonum consumere nõ potest.ibid.li.88
Malum omne in rebus voluntarijs,est pœna vel culpa.pag.220.co. 1 li.49
Malum nõ habet causam formalem.pag 227.col.2.li.10
Malum habet causam efficientem,non per se: sed per accidens. ibidem.li 19
Malum nõ habet causam finalem.pag.227.col.1.li.13
Malum actionis & malum rei diuersimodè causantur.ibid.li.23
Malum rerum aliquarum reducitur in Deum sicut in causam. pag. 228.col.li.74
Malum vnum summum primum principium omniũ malorum nõ datur, sicut econtrà datur vnum summum bonũ. pagi. 229. col. 1.li.1
Malum actionis non reducitur in Deum,sicut in causam. pag. 228. col.1.li.63
Malum culpæ quomodò opponitur proprio bono increato:non vt in nobis:sed vt in seipso.pag.229.col.1.li.88
Malum actionis quando dicitur quod non reducitur in Deum: an intelligatur vniuersaliter de omni malo actionis an tantũ in voluntarijs.pag.228.col.2.li.7
Manifestare aliquod ignotum dupliciter contingit:vno modo per simplicem præsentationem obiecti: alio modo per adhibitionẽ luminis adiuuantis.pag.449.col.1.li.47
Mathematica cur prima bonitate bona nõ sint.pag.27.col. 2. lin. 2
Mathematica dupliciter sumi possunt, scilicet absolutè, & sub abstractionis modo.pag.27.col.2.li.28
Mathematica formaliter loquendo cùm nõ sint nec actuinec potẽtia:& tamen rationem entis habent:cum ens non dicatur nisi de eo quod est in actu, vel potentia:quomodò ista duo simul stant. pag.28.col.1.li.59
Mathematica an ideo à sine abstrahant: quoniam abstrahunt à

materia & motu.pag.27.col.2.li.5
Materiæ nomine quid veniat.pag.199.colum.2.lin.15. & pagin.199. col.2.li.4
Materia quomodò per formam contrahatur sicut substantia.pagi. 199.col.2.li.5
Materiæ informitas an præcesserit duratione eius formationem:aut distractionem,sed natura tantùm.pagi.301.col.2.lin.93. & pagi. 302.col.1.li.55
Materia corruptibilium & incorruptibilium non est vna.pag.302. col.2.li.7
Materia secundum id quod est in potentia ad formam an sit in potentia ad omnes formas:quibus communis est.ibid.li.16
Materia an in cœlo esse dicatur:& an alterius rationis existat.pagi. 303.col.1.li.33
Materia cœli an sit simplex substantia corporea.ibid.col.2.li.72
Materiæ vocabulum an sancto Doctori defecerit: ex hoc quod dixit:quod nomine corporis pars rei materialis intelligitur. pagi. 319.col.1.li.54
Materia prima quo pacto sit prima in potentia adesse substantiale primitate intentionis vel executionis.pag.336.col.1.li.73
Materiam ad formam Deus immediatè mouere potest.pa.444.col. 2.li.1.texr.53
Materia corporalis non obedit angelis immediatè ad transformationem formalem.pag.462.col.1.li.15
Materia in primo indiuiduo alicuius speciei per generationé propagandæ formata ad certam quantitatem secundum se extendatur,quamuis nobis incertam.pag.489.col.2.li.51
Materia in qua anima habet esse perfectum dupliciter deperdi potest:vno modo per partium variationem:alio modo inquantum perfecta animam participat.pag.491.col.1.li.86
Materiam esse in Deo est impossibile.pag.17.col.1.lin.90
Maximè esse tale in aliquo genere aliud est:& aliud est esse primam seu perfectissimam speciem alicuius generis.pag.15.col.1.li.9
Maxima quædam propositio de forma assumpta à sancto doctore, quo pacto vera sit.pag.57.col.1.li.95
Mediatio an attendatur penes carere innouatione & veteratione:& tamen prius & posterius habeat quatenus in primo cum æternitate conueniunt,& in secundo cum tempore.pagin.46.colum.1. li.95
Memoria significat vim conseruatiuam cognitorum præteritorum vt præterita sunt.pag.355.col.1.li.71
Memoria intellectiua non est alia potentia ab intellectu possibili. pag.356.col.2.li.90
Mensuræ durationis secundum Scot. quot sint.pagin.47. colum.1. li.50
Metaphoris quomodò vti Theologi dicantur.pag.11.col.1.li.1
Metaphoris quomodò sacra doctrina vtatur propter necessitatem & vtilitatem.ibid.li.38
Minimum in homogeneis substantijs potens per se existere an detur.pag.35.col.1.li.21
Miracula dicuntur omnia quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas.pag.448.col.1.li.53
Miraculum vnum est maius alio.ibid.li.38
Miracula propriè dæmones facere non possunt.pagi.472. colum.1. li.69
Miraculis dæmones largè seducere possunt.ibid.li.74
Misericordia maximè est in Deo no secundum passionis affectum: sed secundum effectum.pag.123.col.2.li.69
Misericordiam & iustitiã in quolibet Dei opere inuenire oportet. pag.124.col.1.li.14
Missio quo pacto in visibilem & inuisibilem distinguatur.pag.205. col.1.li.93
Missio est nomen multiplex multas intentiones habens, sicut processio missi,&c.pag.208.col.1.li.37
Mobile aliquod an detur,quod non mouebitur ad aliquid determinatum & vltimum pag.285.col.1.li.21
Modus species & ordo, quid sint:& quomodò ipsis doctor sanctus vtatur.pag.29.col.2.li.15
Modus in bono substantiali angelorum quomodò saluetur. ibid.li. penulti.
Modus subsistendi vltra naturam specificam indiuiduis cõuenit substantiæ.pag.154.col.2.li.59
Modus quo res naturalis perficitur, an causetur ex naturali modo essendi eiusdem.pag.255.col.1.li.71
Modus essendi peccati in aliquo dupliciter contingit:aut scilicet secundum reatum;aut secundum affectum.pag.235.col.2.li.2
Mouere dupliciter dicitur,scilicet finaliter & effectiuè. pa.370.col. 2.li.89
Motus quilibet sicut habet proprium prius & posterius in seipso: ita etiam habet proprium numerum numeratum illorum: & consequenter proprium tempus.pag.48.col.2.li.95
Motus localis secundum sanctum Doct.propriè loquendo substantijs spiritualibus non conuenit pag.242.col.2.li.73
Motus angeli necessariò est in tempore.pag.245.col.1.li.3
Motus angeli continuus est in tẽpore continuo:motus verò discontinuus est in tempore discreto.ibid.li.19
Motus angeli an & quo pacto non mensuretur tempore, quod est primi motus mensura:sed alio sue cõtinuo:sue discreto de mente sancti Doctoris.pag.246.col.1.li.21
Motus duplex quidam ordinatus ad consequendam aliquam perfectionem ipsius mobilis:vel alicuius mobilioris se.quidam autem per oppositum.pag.285.col.1.li.36
Motus inferiorum corporum à corporibus cœlestibus causantur. pag.475.col.1.li.32
Moyses ex quatuor causis finalibus creaturarum vnam tantùm tetigit:propter idololatriæ offensionem tollendam. pagi.312. col.1. li.19
Mulier conuenienter ex viro formata est magis quã fœmina cuiuscũque animalis ex eo.pag.414.col.1.li.78
Mulier conuenienter fuit formata de costa viri.ibid.li.95
Multitudinem infinitam per se esse in actu est impossibile.pagi.36. col.2.li.70
Multitudinem infinitam per accidens esse in actu est possibile.ibid. li.72
Multitudinem infinitam in actu siue per se:siue per accidens est impossibile.ibid.li.76
Multitudinem infinitam in potentia esse est possibile.36.col.2.li.78
Multitudinis species an secundum numeri species existant.ibidem. li.81
Multitudo quomodò ex vnitatibus componatur.pag.51.col.1.lin.14
Mundum semper fuisse demonstratione probari non potest.pa.219. col.2.li.6
Mundum incepisse sola fide tenetur.pag.220.col.1.li.50
Mundus est tantùm vnus.pag.223.col.1.li.8
Mundus ab vno gubernatur.pag.437.col.2.li.5
Mutatio ex nihilo & in nihilum an sit possibilis,& quomodò.pag. 42.col.2.li.71

NAtura & suppositum quomodò distinguantur.pag.19.colum.1. li.57

Naturam supra alicuius aliquid esse dupliciter contingit. pagi. 57. col.1.li 82
Naturæ nomen quomodò sumatur.pag.74.col.2.li.84
Natura nullum actum habere potest:nisi ille sit actio immanẽs aut transiens.pag.149.col.1.li.1
Naturam participans aliquam quomodò sibi simile faciat:non producendo naturam absolutè: sed applicando. pagin.216. colum.2. li.74
Natura vna an per aliam determinabilis existat. pagi.259.colum.2. li.91
Naturæ cognoscibiles duplicis ordinis esse dicuntur,scilicet cognosciones tantùm: & cognoscibiles & cognoscitiuæ per accidens. pag.260.col.1.li.10
Naturæ cognoscibiles dupliciter considerari possunt,scilicet vt cognoscibiles præcisè:& vt cognoscentes cognitæ.ibid.li.27
Naturæ possibilis de ratione an sit esse in particulari.pag.381.col.2. li.7
Naturæ rei materialis an possit vera & perfecta cognosci:absque eo,quòd cognoscatur vt in particulari existens.ibid.li.40
Naturam existentem in hac materia non prout est in hoc, an sit à phantasmatibus abstrahere.pag.384.col.2.li.15
Natura corporalis nata est moueri immediatè à non spirituali secundum locum.pag.462.col.1.li.46
Naturalia omnia & humana,quæ fiunt hic per accidens, reducuntur ad regulam diuinæ prouidentiæ:siue in aliquod intellectuale agens.pag.480.col.2.li.69
Necessarium dupliciter sumitur.pag.1.col.1.li.69
Necessarium ad finem dupliciter dicitur,scilicet ad esse & ad bene esse.ibid.li.27
Necessarium est ad humanam salutem esse doctrinam per reuelationem acceptam de multis: quæ humanam quæstionem excedunt.pag.1.col.2.li.1
Necessarium est ad humanam salutem esse doctrinam per reuelationem de his,quæ de Deo etiã naturali ratione inuestigari possunt.ibid.li 2
Necessarium quomodò à possibili differat.pag.43.col.1.li.16
Necessarium quomodò quendam veritatis modum significet.pagi. 45.col.2.li.67
Necessarium quomodò distinguatur.pag.365.col.2.li.36
Necessarium dupliciter sumitur:vno modo simpliciter, alio modo immutabiliter.pag.91.col.1.li.34
Necessitas naturalis an auferat libertatem,pagina 367. columna 1. li.84
Nihil præter Deum ab æterno fuit.pag.219.col.1.li.64
Nihil omninò in nihilum redigitur.pag.443.col.2.li.76
Nomine sacræ doctrinæ seu disciplinæ quid intelligatur. pag.1.col. 2.li.78

Nomi

Nominum quædam important absolutum: quædam relationem. pag.32.col.1.li.81
Nominum de Deo tria sunt genera:scilicet negatiua,relatiua:& positiua.pag.66.col.1.lin.67
Nomina dicuntur de Deo substantialiter:imperfectè tamen.ibidẽ. col.2.lib.6
Nominibus Deo attributis sunt duo.s.perfectio significata, & modus significandi.pag.67.col.1.li.84
Nomina aliqua dicta de Deo propriè & magis & prius dicuntur de Deo quo ad rem significatam:nulla autem quo ad modum significandi.ibid.col.2.li.3
Nomina Deo attributa non sunt synonyma.ibid.lin.36
Nomina communia Deo & creaturis non dicuntur de eis vniuocè. pag.68.col.2.li.3
Nomen sapientiæ absolutè,quid significet.pag.69.col.2.li.59
Nomina non dicuntur de Deo,& alijs purè æquiuocè.pag.70.co.1. li.29
Nomina quæcunquè sunt commnnia Deo & creaturis de eis dicũtur secundum analogiam vnius ad alterum.ibid.lin.66
Nomina metaphorica quæ dicantur.pag.71.col.1.li.8
Nomina communia propriè dicta si dicerentur de Deo causaliter, tantùm de creaturis,quàm de Deo dicerentur.ibid.li.25
Nomina an solùm significent quod Deus sit causa:vel quod sit essentialiter talis.ibid.li.71
Nomina communia prius dici de Deo quantùm ad rem significatam,quomodò intelligatur.pag.71.col.2.li.4
Nomina quædam importantia relationem ad creaturas:an ex tempore de Deo dicantur.pag.72.col.1.li.14
Nomen omne significans naturam ab indiuiduo distinctam est cõmunicabile propriè secundum rem vel secundum rationem saltem,pag.75.col.1.li.42
Nomen omne significans singulare est incommunicabile propriè: tam secundum rem quàm rationem.licet metaphoricè cõmunicabile sit.ibid.col.2.li.1
Nomen omne significans formã non indiuiduam per aliud suppositiui: sed per seipsum secundum quod in se est communicabile propriè re & ratione quamuis re non metaphoricè.pag.75.col.1. lin.7
Nomen Deus est incommunicabile secundum rem:communicabile autem secundum opinionem:& secundum similitudinem. pa. 76.col.1.li.28
Nomen aliquod diuinum si esset significans naturam illam inquãtum hanc illud esset incommunicabile propriè ad extra. ibi.li.55
Nomen Deus de quibus verificetur.ibid.li.84
Nomen Deus de tribus dicitur non vniuocè,nec æquiuocè, sed analogicè.pag.76.col.2.li.30
Nomen quid est:est nomẽ Dei maximè proprium triplici ratione. pag.77.col.1.li.33
Nomen quid est:an sit Deo maximè proprium præter alia nomina. ibid.lin.72
Nomine scientiæ cognitio intellectiua certa & euidens.pag.78.co. 2.li.penul
Nomen hoc Spiritusanctus est proprium diuinæ personæ procedentis per modum amoris ex accommodatione sacræ scripturæ. pag.174.col.1.li.51
Nominum diuinorum essentialium quædam sunt substantiua, & quædam adiectiua.pag.184.col.1.lin.11
Nomina abstracta pro personis supponere non possunt.pagin.187. col.1.li.1
Nomina tã personalia quàm notionalia si adiectiua fuerint: de essentia non prædicantur:si verò substantiua prædicantur de ea.ibidem.li.52
Nomina significantia originem diuinarum personarum quomodò significare habeant.pag.25.col.1.li 40
Nomina tertij ordinis tantùm temporaliter dicuntur: secũdi verò æternaliter tantùm,primi vtroque modo.ibid.li.68
Nomine animæ quid veniat.pag.318.col.1.li.31
Nota de Deo naturali lumine dupliciter sumũtur:vno modo secundum se, alio modo vt nobis nota, & similiter articuli fidei sumũtur secundum se,& vt creditti.pag.14.col.1.li.10
Notitia à qua cõceptus procedit,triplex esse potest:iuxta triplicem modum quo actualis notita in nobis causatur.pagi.145.colum.1. linea.87
Notitia vniuersalioris est prior notitia minus vniuersalis.pagi.386. col.2.lin.79
Notio quid sit,à quo introducta,& quo pacto à theologis sumatur. pag.163.col.2.li.14
Notio in diuinis an ab eo,cuius est notio distinguatur. pag.164.co. 1.li.1
Notiones sunt quinque.s.innascibilitas,paternitas,communis spiratio,filiatio,& processio.pag.165.col.1.li.85
Notio sexta scilicet inspirabilitas, communis scilicet patri, & filio cur non ponenda sit.ibid.col.2.lin.24
Numerus quilibet quo pacto sit vnius secũdum se formaliter. & ita in infinitum augeatur.pag.36.col.2.li.39
Numerus ad visionẽ requisitus duplex,scilicet virtus visiua, & vnio rei visæ cum videntе.pag.53.col.2.li.84

OBiectio Scoti contra sanctum doctorem de diffinitione rationis paternitatem & spirationem.pag.166.col.1.li.32

Obiectiones Scoti in materia angelorum contra sanctum doctor. quomodò soluantur.pag.239.col.2.li.2
Obiectiua pluralitas quomodò in intellectu diuino existat.pag. 97. col.1.li.71
Obiectio in primo & adæquato intellectus duo existunt ratio scilicet obiectiua:puta quod quid erat esse entis:& conditio obiectiua,scilicet ratio,seu modus quidditatis.pag.359.col.2.li.28
Obiectum intellectus nostri,nũquid infiniti compatiatur,vel illud in potentia tantùm & quomodò.pag.392.col.2.li.72
Obiectum melius videri ab vno, quàm ab alio ex duobus oriri potest.pag.57.col.2.li.pe.
Occulta quæ sunt nobis de Deo quemadmodùm magis sunt propria Deo in cognoscendo,ita & in essendo.pag.col.2.li.2
Obstinatio an sit effectus communis & vnius rationis in homine & angelo.pag. 296.col.1.li.3
Omnia quæ in tempore fiunt an æternitati præsentia sint.pagi.89. col.1.li.21
Omnia qui dicit nihil excludit.pag.125.col.2.li.21
Omne quod quocũque modo à Deo est quemadmodùm necesse est esse.pag.29.col.1.li.33
Omnia esse creata à Deo non solùm est possibile,sed etiam necessarium.pag.213.col.2.li.91
Omnia quæ processu temporis diuina prouidentia facta sunt in prima rerum conditione secundũ quasdam rationes seminales producta fuerunt.pag.281.col.2.lin.82
Omne quod est secundum se totum actus, an intellectum in actu sit.pag.303.col.2.li.82
Omnia in esse à Deo conseruantur:& hoc tam fide, quàm ratione pag.440.col.2.li.63
Omnia à Deo in esse non indirectè conseruantur.ibid.li.73
Omnia conseruari egent à Deo directè.ibid.lib.52
Operatio ita participata æternitate mensuratur.pagi.47. colum.2. lin.92
Operatio intellectus vtrum sit omnium perfectissima:& vtrum cõclusio sancti doct.quò ad hoc vera sit.pag.142.col.1.li.60
Operationum quædam est vitalis,quæ scilicet est ab anima inquantùm anima:& quædam non vitalis quæ,scilicet est à natura tantùm:vt motus sursum vel deorsum. Item operationum vitalium quædam dicunt aliquid commune cum non vitalibus & aliquid proprium inquantùm vitales sunt:quædam verò nihil cum non vitalibus commune habent.pag.226.col.1.li.85
Operatio angeli circa motus continuitatem an sit vna vel plures. pag.242.col.2.li.77
Operatio immanens dupliciter sumi potest,scilicet in communi puta intelligere, videre:& in speciali seu contracte: puta intelligere humanum,videre bouinum,&c.pagi.249.colũ.2.li.72
Operatio omnis incipiens cum esse rei est ei ab agẽte à quo esse habet:quæ propositio cum sit sancti doctor. quomodò verificetur. pag.290.col.1.li.86
Operatio prima angeli quo ad specificationẽ & actus rectitudinem an naturalis fuerit.pag.291.col.1.li.82
Operatio animæ cum non sit in genere substantiæ ergo nec potentia operatiua:& an rationes Scoti contra hoc procedãt. pag.339. col.1.li.50
Opinio Aristotelis, verum Platonis opinioni cõsentiat in materia de idea boni.pag.32.col.2.li.3
Opinio Aristotelis de anima intellectiua: & discordia inter ipsum, sanctum doctorem.pag.38.col.1.li.5
Opiniones multorum asserentium causam ipsius prædestinatiõis. pag.130.col.2.lin.91
Opinio Poretani ponentis relationem esse personam:personam autem non esse essentiam an malè adducta sit.pagina.189.colum.1. lin.36
Opiniones nunquid intellectus ab intelligibili patiatur.pag.351.colum.1.li.10
Opiniones de angelis & anima.pag.357.col.1.li.86.
Opiniones multorum an appetibile appetitum moueat in genere causæ efficientis.pag.362.col.1.li.56
Opiniones antiquorum de sensibilium cognitione.pagi.375. colu. 2.li.32
Opiniones antiquorum quomodò anima corpora cognoscat.pag. 376.col.1.lin.91
Opiniones Philosophorum quomodò substantiæ immateriales à nobis cognoscantur,& intelligantur.pag.899.col.1.li.92
Opiniones Philosophorum de fœlicitate.ibid.col.2.lin.60
Opiniones Philosophorum de gubernatione mundi. pa.437,col.2, lin.29

Opinio antiqua de operationibus ipsius Dei.pag.446.col.1.li.47
Opinio Platonis, Auicennæ, & aliorum de corporum actionibus. pag.474.col.1.li.67
Opiniones an dæmones sint.pag.477.col.1.li.50
Opiniones an fatum concedatur.pag.480.col.2.li.50
Opiniones Philosophorum & Theologorum de his,quæ ad hominis actiones pertinent.pag.302.col.1.li.82
Opiniones de animarum creatione.pag.488.col.1.li.62
Oppositorum vnum excludere reliquũ, dupliciter intelligi potest: formaliter scilicet & effectiuè:& multa alia circa istam conditionalem:si vnum oppositorum,&c.pagi.15.col.2.li.80.& ibid.li.88
Oppositum infinitum dupliciter contingit.pag.16.col.1.li.1
Oppositio relatiua an & quo pacto in Deo existat.pag.152.colum.2. li.2
Oppositio sola relatiua an in diuinis realiter distinguatur.pag.174. col.2.li.86
Opus creationis triplex.pag.311.col.2.li.52
Ordo rationis in quo consistat.pag.26.col.2.li.57
Ordo rerum in essendo dupliciter considerari potest.pag.28.col.2. li.82
Ordo articulorum sancti doctor. an præposterus videatur.pagi.67. col.1.li.45
Ordinis rerum in finem in diffinitione prouidẽtiæ, an intelligatur & ipse ordo in finem,& peruentio ad finem an ordo tantùm.pa. 115.col.1.li.62
Ordo originis an sit præcisè id, quo realiter ipsæ processiones distinguantur.pag.147.col.1.li.1
Ordo in materia diuinarum personarum à sancto doctore in litera positus qualis sit,an scilicet quo ad nos,an secundum se.pa.344. col.1.li.94
Ordo naturæ in personis diuinis existit.pag.202.col.1.li.54
Ordinis de ratione an prioritas & posterioritas sit.ibid.li.90
Ordine actuum,qui est ordo causæ efficientis,& in ordine potẽtiq, qui est ordo causæ materialis qualis reductio fiat.pagi.322.col.2. li.56
Ordo tertius potentiarum animæ cur tribus sensibus attribuitur: non autem alijs potentijs in litera à sancto doctore enumeratis. pag.343.col.1 li.35
Ordo naturalis inter potentias est triplex,scilicet secundum causam actiuam,finalem,& materialem.pag.345.col.1.li.19
Ordo inter recipiens & receptum licet solius naturæ esse possit: vt patet de subiecto,passione,&c.potest tamen esse durationis.pag. 350.col.1.li.61
Ordo quo indiuisibile à nobis cognoscitur ex habitudine ad quiditatem sensibilem pensandus est.pag.391.col.1.li.34
Ordines duo operationum in actione & passione intellectus attenduntur.pag.392.col.1.li.4
Ordinem intelligibilium esse supra ordinem intellectuum quomodò intelligatur.pag.396.col.1.li.41
Ordo in vniuerso duplex inuenitur intelligibilis scilicet & sensibilis:alter materialitate,alter autem materia constat.ibid.li.59
Ordo,affectio,& cognitio quid determinent.pag.405.col.2.li.fi.
Ordines multiplicantur secũdum causarum multiplicationem . pa. 447.col.1.li.11
Ordo duplex est in rebus.ibid.col.2.li.3
Ordine ordinatur aliquid ad alterum dupliciter, scilicet actiuè & passiuè.pag.453.col.2.li.64
Ordo dupliciter distinguitur communis scilicet & specialis.pa.455. col.2.li.71
Ordinum distinctio in angelis vnde sit.pag.456.col.1.li.42
Ordinum distinctio in angelis per respectum ad finem supernaturalem inest completiuè à gratia:inchoatiuè autem à natura.ibid. li.47
Ordo angelicus habet duo.pag.458.col.1.li.67
Ordines quò ad graduum distinctionem remanebunt.ibid.li.75
Ordines quò ad executionem officiorũ partim remanebunt,& partim non.ibid.li.88
Ordinibus angelorum duo concurrunt,scilicet naturæ conditio,& dona gratiæ.pag.459.col.1.li.27
Ordines dupliciter dici, quò ad naturam & quò ad gratiam.pa.ead. col.2.li.35
Ordinatum ad Deum vt finem ignotum ratione naturali cõsequendum,quibus egeat,&c.pag.1.col.2.li.35
Origo passiuè præcedit proprietates personarum præcedentium etiam personales.pag.192.col.2.li.60
Paradisus locus est in Orientis parte constitutus. pagi.434. col.1. li.80
Paradisus est locus conueniens humanæ habitationi secundum primæ immortalitatis statum.pag.435.col.2.li.25
Pars an naturaliter plus diligat totum quàm seipsam. pa.278,col.2. li.14
Pars nulla est perfecta extra suum totum.pag.279.col.2.li.20
Particularia ab illis denominantur.pag.32.col.1.li.94
Passionum animæ aliæ circa bonum:aliæ circa malum:earum verò quæ circa bonum: aliæ circa bonum habitum vel suo tempore habendum:aliæ circa bonum non habitum, & tunc non habendum.pag.425.col 1.li.8
Passionum duplex est modus: per modum præuenientis & impedientis: & per modum consequentis & obedientis. ibidem. linea 44
Passio dupliciter dicitur,scilicet propriè dicta,& communiter.pag. 428.col.1.li.75
Passione cõmuniter homo erat passibilis & anima & corpore:quoniam sentiebat.ibid.li.83
Passione propriè homo & anima & corpore impassibilis erat: quia virtus animæ passionem prohibebat sicut & mortem. ibidem. li.89
Pater est Deus,pater est persona in diuinis cùm dicimus,quod prædicatum existat.pag.160.col.1.li.92
Pater,quod ad filiũ referatur,non vna sed duabus relationibus quomodò intelligatur.pag.164.col.2 li.37
Pater est principium.pag.166.col.2 li.65
Patri an principij nomen conueniat.ibid.li.75
Pater est nomen proprium personæ patris.pag.167.col.1.li.42
Pater in diuinis quid significare habeat:& quomodò sumatur.pag. 167.col.2.li.29
Pater de Deo dupliciter dicitur,scilicet personaliter & essentialiter. ibid.li.80
Pater per prius in diuinis dicitur personaliter, quàm essentialiter. pag.168.col.1.li.24
Pater quomodò plura principia dici possit.pag.178.col.2.li.70
Pater voluntate concomitante filium genuit. pagina 194. colum.1. li.45
Pater genuit filium natura non voluntate principiante:sed sic produxit creaturam.ibid.li.53
Pater quomodò æqualis sit filio & æquetur.pag.201.col.1.li.15
Pater quomodò nullo modo prior filio esse intelligatur.pagin.202. col.2.li.60
Pater est in filio & econuersò secundum essentiam, relationem, & originem.pag.203.col.1.li.vlti.
Patrem esse in filio quotupliciter intelligi potest.ibid.col.2.li.7
Patri mitti non conuenit,sed filio & spiritusancto.pagi.206.col.2. li 64
Paternitas cùm prædicatur de essentia: an sit prædicatio per se.pag. 187.col.1.li.94
Pati causaliter esse nihil aliud est quàm ex passione causari.pag.351. col.1.li.2
Peccator quomodò à diuina voluntate recedere videatur. pagi.115. col.2.li.42
Peccata omnia secundum reatum in angelis esse possunt.pagi.286. col.2.li.13
Peccatum primum in angelis secundum effectum non potest esse aliud quàm superbia.ibid.li.17
Peccatum inuidiæ consequenter potuit esse in angelis secundum effectum.ibid.col.2.li.56
Peccatum angeli an fuit ex parte electionis: & non ex parte rei electæ:vel fuit peccatum superbiæ.pag.287.col.1.li.12
Peccatum primi angeli fuit alijs causa peccandi: non cogens: sed quasi exhortationem inducens.pag.293.col.2.li.14
Perfectio quid significet.& quomodò à sancto docto.sumatur.pag. 23 col 1.li.8
Perfectio duplex,scilicet in esse & absolutè.pag.29.col.1.li.97
Perfectionis quicquid est in inferiori an proportionaliter in superiori ponendum sit.pag.111.col.1.li.63
Per se primo,secundum Philosophum quid significare habeat.pag. 17.col.2 li 93
Perfectio prima vniuersi congruè septimæ diei asscribitur: vltima autem consummationi sæculi.pag.315.col.2.li.7
Persona significat in genere rationalium substantiarum,quod hæc tria nomina,scilicet subsistentia:res naturæ & substantia:seu hypostasis significant communiter in toto genere substantiarum. pag.154.col.2.li.pen.
Persona de Deo dicitur excellentiori modo, quàm de creaturis.pa. 155.col.1.li.21
Persona an significet perfectissimum in tota natura.ibid.li.53
Persona diuina significat relationem per modum substantiæ,id est, hypostasis in natura diuina.pag.156.col.1.li.42
Personam diuinam significare relationem dupliciter intelligi potest.ibid.col.2.li.40
Personæ diuinæ in diuinis, quod nec relatio,nec substantia prima, aut secunda,nec aliquid positiuum quidditatiuum diuinis personis significetur.pag 157.col.1.li.3
Personæ plures in diuinis sunt.pag.158.col.1.li.1
Personas tres necesse est tantùm in diuinis ponere.ibid.li.10
Persona patris vna an referatur ad duas personas, scilicet filij & spiritus sancti non vna relatione.pag.164.col.1.li.75

Personæ no-

Personæ nomen commune est tribus personis diuinis secundum rationem non sicut genus vel species:sed sicut indiuiduum vagum. pag 160.col.1.lin.43
Personæ diuinæ competit donum esse & dari.pag.181.col.1.lin.70
Persona est idem realiter quod essentia.pag.182.col.2.lin.26
Persona seu relatio non differt re vel ratione tantùm ab essentia diuina.ibid.li.53
Persona in diuina præter essentiam tribus cõmunem,& relationẽ ac originem cuique personæ propriam:an sit quædã entitas absoluta incommunicabilis:quæ diuinæ personæ constitutiua est. pag.190.col.1.lin.14
Personis de diuinis dupliciter loqui possumus.pag.191.col.2.lin.5
Persona vna diuina an in alia secũdum relationem esse dicatur.pag. 204.col.1.lin.43
Personæ alicui diuinæ potest conuenire mitti.ibid.col.2.li.94
Persona diuina inuisibiliter mittitur secundum solam gratiam gratum facientem.pag.205.col.2.li.5
Personæ diuinæ secundum rationem suæ processionis inquantum includunt essentialia,attributa,sciẽtiam scilicet & voluntatẽ,habent causalitatẽ respectu productionis rerũ.pag.217.col.2.lin.88
Phantasmata diuersa eiusdem speciei quomodò in vno homine esse dicantur:cum duo accidentia eiusdem speciei simul in eodẽ esse non possint pag.330.col.1.li.52
Plantarum productio conuenienter tertia die facta est.pag.311.col. 2.lin.12
Pluralitas duplex existit,scilicet materialis & transcendens.pa.158. col.2.lin.penult.
Ponere aliquid quid sit.ibid.li.88
Possibile absolutè quid sit:& quomodò distribuatur.pag.138.col.1. lin.61
Potentia triplex esse dicitur.pag.2.col.1.li.62
Potentia nulla in Deo est.pag.116.col.2.li.1
Potentia est duplex,actiua scilicet & passiua.pag.137.col.1.lin.8
Potentia passiua nullo modo in Deo est.ibid.lin.11
Potentia actiua in Deo maximè est.ibid.lin.13
Potentia Dei est infinita.pag.137.col.2.li.96
Potentiam Dei fundari super esse infinito:& vniuersaliter perfecto quid ex hoc inferatur.pag.138.col.2.li.97
Potentiæ distinguuntur per actus:& actus per obiecta.pag.195.col. 2.lin.61
Potentia dupliciter sumitur.pag.197.col.1.li.45
Potentiam respectu actuum notionalium necesse est in diuinis ponere.ibid.lin.63
Potentia an & quorũ actuum in diuinis ponatur.pag.197.col.2.li.2
Potentia,quòd in vnoquóque agente sit id:quo agens agit:quomodò verificetur.pag.198.col.1.li.84
Potentia actiui & passiui,quæ in se claudat.pag.250.col.2.lin.3
Potentias plures in anima ponere necesse est.pagina,341.colum.1. lin.5
Potentiæ diuersificantur secundum actuum & obiectorum diuersitatem.ibid.li.87
Potentias distingui per actus & obiecta dupliciter intelligi potest. pag.341.col.1.li.80
Potentiarum diuersitatis realis causa an rationis diuersitas in obiecto sufficiens videatur.pag.342.col.2.li.2
Potentiæ non organicæ sunt in sola anima vt in subiecto.pag.343. col.2.lin.4
Potentiæ organicæ sunt in coniuncto vt in subiecto.ibid.li.7
Potentiæ omnes animæ ab animæ essentia fluere dicuntur.pa.344. col.1.lin.59
Potentia vna animæ ab alia oritur.ibid.col.2.lin.penult.
Potentiæ imperfectiores à perfectioribus oriuntur ordine finali & actiuo.pag.345.col.1.lin.27
Potentiæ perfectiores ab imperfectioribus oriuntur ordine materiali.ibid.lin.32
Potentiæ existentes in sola anima vt in subiecto corpore destructo remanent.ibid.lin.93
Potentiæ animæ secundum genus,quinque sunt.pag.346.colum.1 lin.7
Potentiam quandam animæ appetitiuam ponere necesse est.pag 361.col.1.lin.4
Practicum & speculatiuum quid sint:& quomodò diuidantur.pag. 5.col.2.lin.vlti.
Prædestinatio est in Deo.pag.128.col.2.li.24
Prædestinatio quid propriè sit,& eius differentia.ibid.li.90
Prædestinato non est aliquid in prædestinato:sed in prædestinante tantùm.pag.129.col.1.li.46
Prædestinatio est certa:non tamen necessitatem imponit.pag.133. col.1.lin.92
Prædestinatione duo sunt,scilicet præordinatio & effectus.pa.135. col.1.lin.25
Prædestinatio,quò ad præordinationem nullo modo sanctꝰ precibus iuuatur.pag.135.col.1.lin.29
Prædestinatus peccator secũdum aliquod tempus an sit neque beatus:neque malus.pag.121.col.2.lin.vlti.
Prædestinati omnes sunt electi & dilecti à Deo.pagi.130.colum.1. lin.44
Prædestinat cur Deus istos:illos autem reprobat,sola Dei voluntas est causa.pag.132.col.2.li.82
Prædestinatum sicut omne:ita omne prouisum infallibiliter euenit.pag.133.col.2.lin.4
Prædestinatorum numerus est Deo certus:nõ solùm formaliter sed & materialiter:non solùm vt cognitus:sed vt electus & præfinitus.ibid.lin.88
Prædicationis modus medius inter vniuoca & æquiuoca. pag.70. col.1.lin.89
Præsentia in agentibus corporalibus & spiritualibus quotuplex sit. pag.39.col.1.lin.90
Præsentiarum enumeratarum in materia angelorum in loco existentium,quæ certæ sint:& quæ ambiguæ.pag.238.col.1.li.15
Præteritum dupliciter sumitur,scilicet formaliter & denominatiuè. pag.139.col.2.lin.46
Præterita non fuisse diuinæ voluntati non subiacet.ibid.li.71
Primum quandóque sumitur vt notat ordinem prioritatis cæterorum efficientium respectu:quandóque sumitur vt significat secundum quod ipsum.pag.17.col.2.lin.12
Principio non conuenit perfectio.pag.23.col.2.li.17
Principium quomodò confusè supponat.pag.179.col.1.li.15
Priuatio quomodò magis & minus propter diuisionem suscipiat. pag.52.col.1.lin.64
Prius secundum sensum iudicamus magis commune quàm minus commune.pag.387.col.1.li.5
Processio in diuinis quomodò sumatur:& multi alij termini.pag. 146.col.1.lin.86
Processio secundum actionem ad extra,an in infinitis creaturis sit propria.pag.145.col.2.li.35
Processio duplex est.pag.143.col 1.li.vlti.
Processionis amoris de ratione an sit in primo modo dicendi per se:an in secundo.pag.146.col.2.li.15
Processio amoris in diuinis non est generatio.pagin.147.colum.2. lin.54
Processio in diuinis per modum amoris procedit aut species.ibid. lin.56
Processiones an proprijs rationibus distinguantur. pag. 148.col.1. lin.50
Processio nulla in diuinis esse potest nisi verbi & amoris.ibid.li.69
Processus sancti doctoris,scilicet sub cõmuni se habere ad formam &c.an sophisticus videatur.pag.17.col.2.li.80
Processus sancti doctoris de spiratione & processione: in diuinis personis an nullus sit.Et an contradictoria implicet.pag.158.col. 1.lin.50
Processus sancti doctoris in materia cognitionis angelorũ ex parte rerum materialium an procedat.ibid.col.2.li.92
Processus sancti doctoris secundum proportionalitatem angelorum ad corpora cœlestia an super aliqua ratione fundetur. pag. 268.col.2.li.95
Processus sancti doctoris artic.5.q.85.an sit sophisticus & secũdum accidens peccet.pag.387.col.1.li.47
Processus sancti doct.an intentum habeat:quando dicit,quòd intellectus noster cum rebus generalibus proportionaliter similitudinem habet.389.col.1.lin.19
Processus sancti doctoris à destructione antecedẽtis ad destructionem consequentis quomodò valeat.pag.242.col.2.lin.6
Producto alicui potest dupliciter conuenire produci necessariò à plũribus personis diuinis.pag.174.col.2.li.5
Processus sancti doctoris circa species intelligibiles ab immaterialitate absolutè ad immaterialitatem talem:qualis:an in materia angelorum sibi contrarius videatur.pag.330.col.2.li.24
Progressus sancti doct.an diminutus videatur in omissione difficilis quæstionis,Nunquid ipsa anima per species intelligat. pag. 377.col.2.li.59
Proportio inter lumen gloriæ, & diuinam substantiam quid sit. pag.58.col.2.li.3
Proportio inter genus humanum & vniuersum elicita ex ratione sancti doctor.quomodò valeat:& alia quæ fuerunt impugnata. pag.132.col.1.li.37
Proportionalis similitudo sancti doct.quomodò decliner à forma intelligibili ad bonum per illam apprehensum.pa.110.col.1.li.80
Propositio illa sicut obiectum ad potẽtiam:ita subiectum ad scientiam,quomodò intelligatur.pag.8.col.1.lin.93
Propositio per se nota dicitur:quæ ex solis proprijs terminis nota est:euidentia certa & infallibili.pag.12.col.1.li.86
Propositio per se nota cur per se dicatur,videlicet an quemcúnque alium modum excludat:& quomodò.pag.12.col.2.li.18
Propositio omnis:cuius prædicatũ cadit in ratione subiecti in via sancti doct.est per se nota:sed non econuersò.ibid.li.37

Propoſitio iſta, Primũ eſt cauſa medij:quomodò intelligi habeat. pag.14.col.2.li.91
Propoſitio iſta,Nullum corpus mouet nõ motum quomodò intelligatur.pag.15.col.2.li.34
Propoſitio iſta,Præexiſtere in virtute cauſæ agentis non eſt præexiſtere imperfectiori: ſed pfectiori modo:quomodò intelligatur. pag.24.col.1.li.48
Propoſitio per ſe nota quotuplex ſit.pag.12.col.1.li.87
Propoſitio iſta,Deus eſt:eſt per ſe nota:ſecundum tamen ſe,non nobis.pag.13.col.1.li.4
Propoſitio iſta,Deus eſt:quibus vijs probetur.pag.14.col.1.li.87
Propoſitio iſta,Agens oportet coniungi ei, in quod mediatè agit: quomodò vera ſit.pag.39.col.1.li.58
Propoſitio iſta, Sicut res intelligitur: ita & nominatur: quomodò diſtinguatur.pag.65.col.1.li.70
Propoſitiones affirmatiuæ veræ de Deo formari poſſunt. pagi.78. col.2.lin.2
Propoſitio iſta,Quicquid Deus ſciuit,&c.quomodò vera ſit.pa.93. col.2.lin.2
Propoſitio iſta,Quæcunquè Deus ſcit:de neceſsitate ſcit:quomodò intelligatur.pag.113.col.1.li.32
Propoſitionum quatuor ſancti doct.differentia. pag.114.col.2.li.78
Propoſitio iſta , Quicunquè intelligit:ex hoc ipſo,quod intelligit: procedit aliquid intra ipſum quomodò intelligatur.pa.143.co.2. li.82
Propoſitio iſta,Conceptio rei intellectæ ex vi intellectiua : & eius notitia procedit:qualiter intelligatur.pag.144.col.1.lin.37
Propoſitiones impropriæ non ſunt in diuinis extendendæ: ſed exponendæ.pag.162.col.1.li.57
Propoſitio iſta,Deus non generat,an vera ſit.pa.185.col.1.li.93
Propoſitio iſta,Defectus aſsimilatur formæ agẽtis: per quam agit: quomodò vera ſit.pag.194.col.2.li.74
Propoſitio iſta,In quocũquè genere perfectũ inuenitur:in eodẽ debet pfectũ præexiſtere:quomodò verificetur. pag.234.col.2.li.83
Propoſitio iſta, Angelus eſt in loco per modũ continentis perfecti: an neceſſaria eſſe videatur.pag.242.col.1.li.63
Propoſitio cauſalis ſancti doct.quod continuitas ex magnitudine: ſeu ſpatio in motum redundet:per hoc, quod mobile illi magnitudini commenſuretur:an vera ſit.ibid.col.2.li.14
Propoſitiones iſtæ ſancti doct.Impoſsibile eſt aliquid in aliquo tẽpore quieſcere:& in vltimo inſtanti illius temporis aliter ſe habere,& omne quieſcens in aliquo tempore : in quolibet inſtanti illius temporis eodem modo ſe habet:an gratia formæ vel materiæ veræ ſint.pag.245.col.1.li.34
Propoſitiones ſancti doct.Circa probationem intellectionis:ſeu cõgnitionis angelorum quo pacto intelligendæ ſunt:formaliter.ſ. aut materialiter.pag.246.col.2.lin.67
Propoſitio iſta ſancti docto.Nihil aliud ab actu puro eſt actualitas: an & quo pacto probetur & verificetur.ibid.col.2.lin.93
Propoſitio iſta ſancti doct. Intelligere ſubſiſtens nõ poteſt eſſe niſi vnum:an vera ſit.pag.247.col.2.li.48
Propoſitione in iſta ſancti doct. Quodlibet abſtractum ſubſiſtẽs eſt vnum tantum,de quali abſtracto intelligatur.ibid.lin.71
Propoſitio iſta ſancti doct.Diuerſitas actuum potentiarum diuerſitatem exigit,quomodò intelligatur.pag.250.col.2.li.53
Propoſitio iſta ſancti Doct. Quanto angeli Deo ſimiliores exiſtũt: tanto per pauciores ſpecies intelligũt: an vera ſit.pa.256.c.1.li.91
Propoſitio iſta ſancti doct. Quæ ſunt diſperſa in inferioribus:in ſuperiori adunantur.quomodò intelligatur.pag.262.col.1.li.95
Propoſitio iſta , Vnumquódque eſt intelligibile in actu: ſecundum quod eius ſimilitudo eſt in intellectu : an & in quibus locum habeat.pag.267.col.2.li.1
Propoſitio iſta ſancti doct.Semper prius ſaluatur in poſteriori:quo modo ſumatur.pag.275.col.2.li.43
Propoſitio iſta ſancti doct.Vnumquódque:quod eſt alterius:magis diligit ipſum quàm ſeipſum:quomodò ſaluetur.pagin.278.col.1. li.42
Propoſitio iſta, Omnis virtus:quæ non eſt ſua regulata rectitudine actus declinare poteſt:an falſa ſit.pa.285.col.2.li.56
Propoſitio iſta,Si potentia per ſe reſpiceret vnum contrariorum vt obiectum:oporteret alterum ad aliam potentiam pertinere: quo modo verificetur.pag.542.col.1.li.68
Propoſitio iſta ſancti doct.Medium & concluſio ad eandem potentiam pertinent quomodò intelligatur.pag.358.col.1.li.95
Propoſitio iſta ſancti doct.Actus rationis de vno in aliud procedẽs hoc de principio ſeu medio ad concluſionem eſt vt motus quomodò intelligatur.ibid.col.2.li.85
Propoſitio iſta,Vnumquódque ſe habet ad formam quæ eſt principium actionis quæ ad actionem ipſam an vera ſit in formis voluntariè principiantibus.pag.378.col.1.li.41
Propoſitio iſta ſancti doctor.Quod ad omne opus melius viro per alium virum adiutorium præſtatur, quàm per ipſam fœminam: generatione tamen excepta:an vera ſit.pag.413.col.2.lin.91
Proprietates eſſe in perſonis:tranſitiuè & intranſitiuè intelligi poteſt.pag.189.col.2.li.2
Proprietates ſunt perſonæ:& in perſonis.ibid.col.1.li.88
Propoſitio iſta ſancti docto.Proprietates conſtituunt perſonas: ſeu ſecum ſuppoſita ferunt inquantùm ſunt ipſæ perſonæ:an ſingularis ſit.pag.192.col.1.li.66
Proprietates in diuinis an diſtinguere oporteat.pagi.164.col.1.li.55
Propriè dupliciter capitur: vno modo vt diſtinguitur contra communiter:alio modo vt diſtinguitur contra metaphoricè.pag.67. col.1.li.12
Proprium & per eſſentiam quomodò diſtinguantur & determinentur.pag.31.col.1.li.40
Proprium quomodò ſumatur.pag.77.col.1.li.3
Prouidentiam eſſe in Deo neceſſe eſt.pag 125.col.1.li.1
Prouidentiæ diuinæ omnia ſubiacent:non tantùm in vniuerſali:ſed etiam in ſingulari.ibid.col.2.li.51
Prouidentia diuina quibuſdam neceſsitatem imponit : non autem omnibus.pag.127.col.1.li.79
Prouidet omnibus Deus immediatè quò ad ordinis rationem. ibid. lin.2
Prouidet Deus per aliqua media quãtum ad executionem . ibidem. lin.3
Pueri mox nati in ſtatu innocentiæ habuiſſent virtutem motiuam membrorum ſufficientem : non ad quoſlibet actus ſed pueritiæ conuenientes. pag.432.col.2.li.5
Pueri in ſtatu innocentiæ non fuiſſent nati confirmati in iuſtitia. pag.433.col.1.li.86
Pueri in ſtatu innocentiæ non naſcerentur perfecti in ſcientia, ſed abſquè difficultate eam acquiſiuiſſent.pag.434.col.1.li.17
Pueri in ſtatu innocentiæ non habuiſſent perfectum vſum rationis,ſed ad opera puerilia idoneum.ibid.lin.43
Punctum motum ſicut dicitur cauſare lineam:& tamen in nullo genere cauſæ cauſat illam in eſſe:ita nũc ſtans dicitur cauſare æternitatem:non in eſſe reali:ſed in eſſe cognito.pag.45.col.1.lin.74
QValitas in anima poſita ſecũdum Scotum corpus paſsibile præſeruare non poteſt:quin ipſum patiatur.pag.428.c.1.li.43
Quantitas duplex molis,ſcilicet,& perfectionis.pag.32.col.2.li.vlt.
Quantitas an ſit vnum accidentium ſequentium formam ſubſtantialem.pag.35.col.1.li.25
Quantitatis paſsio an infinitum ſit.ibid.li.76
Quantitas ſecundum rem an in Deo ſit.pag.153.col.1.li.24
Quatuor concreata eſſe dicuntur.pag 305.col.2.li.33
Quædam non inconuenit dici ad aliquid ſecundum nomina ſpecifica:quæ non dicuntur ad illud ſecundum nomina generica. pa. 192.col.2.lin.9
Quæſtio quid eſt,quando ſequatur quæſtionem an eſt.pag.14.col.1. lin.63
Quæſtio de creatura an miſceri debeat quæſtioni de naturæ diuinæ perfectione.pag.24.col.2.lin.89
Quæſtio de bono in communi cur à ſancto doctore fiat.pagin.25. col.2.lin.18
Quæſtio de neceſsitate ſcientiæ vel præſcientiæ Dei futurorum reſpectu quotupliciter diſcuti poſsit.pag.90.col.2.li.79
Quæſtio quæ à Scoto mouetur circa voluntatem abſolutam & noſtram,ſcilicet quò ad habitudinem voluntatis abſolutæ volitorum reſpectu.pag.366.col.2.li.85
Quæſtio quæ à ſancto doct.mouetur de cognitione omnium corporum:nõ autem de cognitione ſimpliciter an ſit cõtraria quæſtioni quam mouet de omnium cognitione ſimpliciter.pa.377. col.2.lin.5
Quidditates rerum naturalium ſunt ſufficientes cauſæ effectuum: qui naturaliter ordinati apparent.pag.15.col.2.li.59
Quidditas quæcũnque vel natura quantumcũnque ſecundum rationem quidditatiuam actualis ſit: relata tamen ad eſſe potentiæ rationem habet.pag.20.col.1.li.11
Quidditatem ſingularitatem exiſtentiam ſeu cõiunctionem vnius cum altero in rerum natura & durationem talis exiſtentiæ ſeu coniunctionis in rebus eſſe:certum eſt.pag.263.col.2.li.47
Quidditates ſimplices in cognoſcendo intellectus non poteſt eſſe falſus:ſed aut verus:aut nullus.pag.196.col.1.li.3
Quidditas cur proprium intellectus obiectum eſſe dicatur.ibidem. lin.84
Quidditas rei materialis an ſit obiectum intellectus,vel ens.pagin. 381.col.2.lin.2
Quidditas rei materialis ſupponitur obiectũ & motiuum & adæquatum intenſiuè reſpectu intellectus noſtri pro ſtatu iſto.pag. 392.col.2.lin.82
Qui eſt Deo attributum quotupliciter conſiderari poteſt. pagi.77. col.2.lin.62
Quod verè eſt nulli accidit vniuocè ſumptum , ſecus autem analogice.pag.22 col.1.lin.12
Quod & quo in materia idearum quomodò intelligantur.pag.96. col.2.lin.76

Ratio for-

RAtio formalis obiecti in ſcientia eſt duplex:altera ſcilicet obiecti:vt res:altera obiecti vt obiectum:vel altera vt quæ:altera ſub qua.pag.4.col.2.lin.46
Rationes duæ formales licèt ſe habeant conuertibiliter vt ſubiectũ & paſsio:non tamen in vnitatis gradu conuertibiliter ſe habent. pag.5.col.1.lin.89
Ratio humana quid ſit & quotuplex.pag.10.col.1.lin.80
Rationes ſancti doctoris quinque vijs probantes Deum eſſe: ad quid concludendum afferri poſſunt.pag.14.col.1.lin.97
Ratio quam ſignificat nomen an ſit intellectus conceptio de re ſignificata.pag.67.col.2.lin.80
Ratio eadem eſt quò ad caſus agentes & formales quo ad vniuerſalem extenſionem.pag.115.col.2.lin.26
Ratio iſta ſancti doctoris forma alia ſi præter animã intellectiuã præexiſteret:anima non daret eſſe ſingulariter,&c.an procedat: & an Scoti motiuum contra ipſam valeat . pagin. 333 . colum.1. linea.88
Ratio ſancti doctoris in reſponſione ad quartum,&c.nunquid euacuet vim argumenti Auerrois:vel in æquiuoco laboret.pag.330. col.2.lin.fin.
Ratio ſancti doctoris ad probandam cauſalitatem ſubiecti proprij accidentis reſpectu:an & quomodò valeat.pagin.344.colum.1. lin.88
Ratio ſancti doctoris ad probandam intellectus poſsibilitatem: quoniam non ſemper perfectus eſt:an vera ſit.pag.352.colum.2. lin.38
Ratio ſancti doct.ad probandam intellectus poſsibilitatem quantum valeat.pag.352.col.1.lin.64
Ratio ſancti doct.probantis:quòd facere intelligibilia in actu ſit opus noſtrum:an vera ſit.pag.354.col.2.lin.83
Ratio ſancti doctoris circa memoriam intellectiuam an ſequatur: quòd nulla ſit diuerſitas ſpecifica inter quoſcũnque intellectus formaliter ſumptos:niſi inter agentem & poſsibilem.pag.356. col.2.lin.91
Ratio inferior & ſuperior apud Auguſtinum non ſunt diuerſæ potentiæ:ſed officijs & habitibus diſtinguuntur.pagi.358.colum.1. lin.30
Ratio veri an ſit nobilior ratione boni.pag.368.col.2.lin.79
Ratio boni an ſit obiectum intellectus:bonum autem ipſum obiectum voluntatis.pag.369.col.1.lin.11
Rationibus in æternis omnia dupliciter cognoſcuntur,ſcilicet obiectiuè:vel cauſaliter.pag.379.col.2.lin.95
Rationibus in æternis obiectiuè ſecundum præſentem ſtatum,anima non cognoſcit omnia:ſed bene anima beata.pag.380.col.1. lin.1
Rationibus in æternis cauſaliter:ſed non ſolis anima non cognoſcit omnia.ibid.lin.8
Rationes ſeminales in materia corporali multipliciter exiſtunt. pag.474.col.2.lin.12
Ratio ſancti doct.quæ probat in materia intellectionis angelorũ: ordinum naturalium habere:vt corpora inferiora ſint in potentia ad perfectiones ſuas,&c.corpora autem ſuperiora congenitas habeant ſuas perfectiones,an probet.pag.254.col.2.lin.25
Ratio ſancti doct.an ſufficiens ſit:quæ probat,quòd neceſſe eſt præter inferiora corpora ponere corpus cœleſte inferiorum effectuum actiuum eſſe.pag.475.col.1.lin.43
Realis diſtinctio eſt in Deo ſecundum rem non abſolutam:ſed relatiuam.pag.152.col.2.lin.1
Regulæ cuiuſdam in applicatione an implicatio in adiecto committatur.pag.92.col.2.lin.7
Regula quando in antecedente ponitur aliquid ad actum animæ pertinens:conſequens accipiendum eſt:non ſecundum eſſe quod in ſe habet:ſed in ipſa anima:quomodò intelligatur.pag.91.col. 2.lin.74
Regula ſubiectionis defectus nõ eſt culpa: ſed eam culpa ſequitur, quomodò intelligatur.pag.228.col.1.lin.36
Relatio quando eſt res naturæ:& quando non:& alia multa de relatione.pag.72.col.1.lin.65
Relationes quædam ſunt in diuinis realiter.pag.149.col.2.lin.7.& multa alia dubia de ipſis relationibus eadem.ibid.lin.ſeq.
Relatio non omnis an ſit in intellectu,vel aliqua voluntate: aliqua verò ab imaginatiua.pag.150.col.1.lin.76
Relatio identitatis ſpecificæ,ſeu genericæ,eſt relatio realis mutua. ibid.col.2.lin.41
Relatio quomodò diſtinguatur.pag.199.col.2.lin.83
Relatio realiter in Deo exiſtens eſt idem eſſentiæ ſecundum rem, & non differt niſi ſecundum rationem.pag.150.col.2.lin.82
Relationis eſſe,& eſſe eſſentiæ in Deo eſt omnino vnum & idem. ibid.lin.89
Relatio quo pacto à fundamento diſtinguatur.pag.131.col.1.lin.5
Relatio an imperfectionem dicat.pag.152.col.1.lin.75
Relationes reales tantùm quatuor ſunt in Deo,ſcilicet paternitas, filiatio,ſpiratio & proceſsio.ibid.col.2.lin.86
Relationi vni ſecundum ſpeciem an duæ ſecundum ſpeciem correſpondere poſsint.pag.164.col.2.lin.52
Relationis nomine quid ſanct.Tho.intelligere dicatur.pa.190.col. 1.lin.92
Relatio & origo an in modo ſignificandi differant.ibid.lin.5
Relatio quoniam actum conſequitur,an hypoſtaſes diſtinguere habeat.pag.190.col.2.lin.84
Relationibus perſonas conſtitui inquantũ ſunt ipſæ perſonæ quid ſignificetur:& quam vim habeãt illa verba.cum iſta propoſitione adiuncta abſtractum & concretum,&c.pag.191.col.1.lin.25
Relatio ſubſiſtens facit diſtinctionem ſuppoſitalem, & quid dictio aliud ſignificet.ibid.col.2.lin.52
Relatio in via ſancti doct.an perſonæ conſtitutiua ſit.pag.193.col. 1.linea.26
Relationes actus notionales conſequuntur.pag.192.col.2.lin.48
Relatio dependentiæ ad Deum in qualibet creatura quid ſit.pa.214. col.2.lin.3
Relatiui ſpecifica ratio quomodò in eſſe ad aliud conſiſtat.pag.164. col.1.lin.fin.
Relatiuum vnum quonam pacto in alio eſſe dicatur.pag.204.col. 1.lin.41
Repræſentari diſtinctè non dicitur res niſi illa conditio repræſentetur:qua formaliter in ſuo proprio,& eſſentiali eſſe conſtituitur.pag.261.col.1.lin.19
Repræſentatiuum quantum contingit eſſe:tantum contingit eſſe ipſam cognitionem.ibid.lin.56
Reprobat aliquos Deus.pag.129.col.2.li.15
Reprobatio quid ſit,& quo pacto ſancti doct.ratio intentum inferat.ibid.lin.45
Reproborum numerus non eſt omninò certus.pag.134.col.2.li.25
Res in ſacra doctrina dupliciter ſigna fieri dicũtur.pa.11.co.2.li.44
Res an ſit cauſa finalis in intentione,an in executione.pag.28.col. 2.lin.6
Res diuerſorum generum nullo modo comparabiles dicũtur:quando vt ſic accipiuntur.pag.31.col.1.li.18
Res perfecta dupliciter dici poteſt,ſcilicet ſimpliciter,& ſecũdum quid.ibid.col.2.lin.90
Res graduantur ex ſuis eſſentijs in perfectione ſimpliciter nõ completiuè,ſed radicaliter.pag.32.col.1.lin.26
Res nulla alia à Deo eſt infinita ſimpliciter:quãuis ſecundum quid infinita eſſe poſsit.pag.34.col.1.lin.40
Res pro re ſubſiſtente:cuius tantùm eſt eſſe propriè loquẽdo quando ſumatur.pag.44.col.2.lin.94
Res vt in ſpeculo voluntario,an in ipſo Deo exiſtant.pag.60.col.1. lin.21
Res ſunt in Deo propriè vt in cauſa:metaphoricè autem vt in ſpeculo.ibid.lin.56
Rerum cauſalitas dupliciter conſiderari poteſt, ſcilicet primo ſecundum ſe:alio modo vt eſt qualitas.pag.85.col.2.lin.81
Res naturales an ab intellectu diuino dependeant:vt tamen artificiales ab humano.pag.104.col.1.li.95
Res ſicut ſe habet ad eſſe,ita & ad cognoſci.pag.106.col.1.lin.58
Res eadem melior formaliter fieri non poteſt.pag.140.col.2.li.77
Res eadem poteſt fieri melior accidentaliter.ibid.lin.81
Res qualibet à Deo facta:adhuc aliã meliorẽ facere poteſt.ibid.li.85
Res omnis diuina an habeat quicquid inueniri poteſt infra latitudinem rationis formalis.pag.200.col.2.li.39
Res per eſſentiam vocatur,quando tres conditiones habet.pa.209. col.1.lin.93
Rerum diſtinctio ſeu multitudo eſt ex intentione primi agentis: qui eſt Deus.pag.222.col.1.li.59
Rem locatam præſentem eſſe in loco, quot modis ex ſenſibilibus imaginamur.pag.237.col.2.lin.87
Rei præſentia exiſtentis in loco ad locum eſt duplex,ſcilicet circunſcriptiua,& diffinitiua.ibid.li.92
Re in qualibet duo ſunt.ſ.quidditas,& exiſtentia.pa.369.col.1.li.93
Res cuius ſpecies intelligibilis eſt ſimilitudo:eſt quod primò intellectus intelligit.pag.385.col.2.lin.62
Rem eandem non contingit melius intelligere ſi ly melius,actum ex parte obiecti determinet.pag.390.col.1.li.64
Rem eandem melius intelligere cõtingit,ſi ly melius actum ex parte potentiæ determinet.ibid.li.74
Res quaſdam in eſſe mediantibus aliquibus cauſis Deus conſeruat. pag.442.col.2.lin.91
Res in duplici ordine exiſtunt:quædã ſunt quibus creari conuenit per ſe:quædã verò quibus per accidens cõuenit.pag.443.c.1.li.65
Res omnis naturalis accipiendo rem vt cõtra cõcurſum diſtinguitur,an habeat cauſam:ex qua neceſſariò fiat.pagi.480.col.1.lin.8
Rebus in inferioribus quædam à caſu & fortuna facta apparent. ibid.col.2.li.12
SAcra doctrina vt eſt , vna pro tota ſcientia theologica ſumitur: & ſupponit pro vnitate ſpecifica ſpeciei ſpecialiſsimæ. pag.4. col.2.lin.3

Sacra do-

Sacra doctrina an sit scientia altioris ordinis quã sint physicę scientiæ:& an contineat conditiones speculatiuas:& practicas formaliter.pag.6.col.2.lin.67
Sacra doctrina quomodò maximè sapientia inter omnes humanas sapientias existat non solùm in genere sed simpliciter: & quomodò ly simpliciter capiatur.pag.7.col.1.lin.90
Sacra doctrina,quod de Deo proprijsimè consideret:& consequenter secundum,quod est altissima causa:quomodò proberur.ibid. lin.95
Sacra doctrina quando pro doctrina reuelata vt est conclusionum sumi habeat.pag.2.col.2.lin.82
Sacra doctrina est scientia subalternata scientiæ Dei, & beatorum. pag.3.col.1.lin.67
Sacra doctrina credit principia sibi à Deo reuelata.pag. 3.colum.1. lin.70
Sacra doctrina est scientia vna.pag.4.col.2.lin.31
Sacra doctrina omnia considerata an in vna formali ratione conueniant, id est,diuina reuelabilitate.pag.5.col.2.lin.40
Sacra doctrina est dignior secũdum quod speculatiua omnibus specularijs:& secundum quod practica omnibus practicis.pagi.6. col.2.lin.62
Sacra doctrina est maxima sapientia inter omnes sapientias humanas non solùm in genere: sed simpliciter. pagin. 7. column.1. lin.89
Sacra doctrina non arguit ad principia:sed ad cõclusiones ex principijs.pag.9.col.2.li.62
Sacra doctrina disputat arguendo contra negantes principia eius: si eius aliquid concedant.ibid.lin.65
Sacra doctrina disputat soluendo tantùm contra negantes principia:& nihil omnino concedentes.ibid.lin.65
Sacra doctrina congruè vtitur metaphoris corporalium ad diuina & spiritualia.pag.11.col.1.li.1
Sacra doctrina sub vna litera plures sensus habet,scilicet literalem, & spiritualem.ibid.col.2.li.4
Sanctus doctor cur sæpissimè multa dicat,quæ ipse nõ probat.pag. 264.col.2.li.90
Sancti si vident omnia quæ hic aguntur:an vana videatur specialis q.sancti Doct.an sancti videant orationes nostras ad se directas. pagi.408.col.2.lin.27
Sapientia Dei sicut est causa distinctionis rerum: ita & inæqualitatis.pag.223.col.1.lin.7
Sapientiæ nomen quid importet.pag.7.col.1.lin.87
Sapientiæ nomen notitiam ordinatiuam & iudicatiuã quandó que importat.ibid.lin.80
Scibilium limes in vna scientia quid sit.pag.9.col.2.li.22
Scientia physica:seu naturalis dupliciter dici potest,scilicet obiectiuè & effectiuè.pag.1.col.1.lin.73
Scientia vt est intellectualis virtus:quomodò sumatur.pagin.2.col. 2.lin.78
Scientiæ absolutæ de ratione: vt distinguitur contra alios habitus: seu virtutes intellectuales est habere conclusiones in principijs visibiles.pag.3.col.1.li.5.
Scientia est duplex.s.subalternans, & subalternata.pa.2.col.2.li.93.
Scientia subalternans,& subalternata,quam euidentiam conclusionum in seipsis habeant & ferè totam materiam scientiarum subalternantium,& subalternatarum.pag.3.col.1.li.16.
Scientiæ subalternatæ,quæ concurrant.pag.3.col.1.li.66
Scientia an virtute in principijs contineatur.pag.9.col.1.li.39
Scientia Dei nullo modo discursiua est.pag.85.col.2.li.14
Scientia Dei est causa rerum.ibid.li.77
Scientia Dei causa est non nisi voluntate adiuncta.pa.90.col.2.li.76
Scientia Dei quæ est prima an necessaria sit.ibid.li.71
Scientia Dei non est variabilis.pag.93.col.1.li.96
Scientia quædam est speculatiua tantùm: quædam practica tãtum: quædam secundum quid practica:& secundum quid speculatiua. pag.94.col.1.li.23
Scientia Dei de seipso est speculatiua tantùm.ibid.col.2.li.3
Scientia de alijs à Deo speculatiua est & practica.ibid.li.4
Scientia Dei dupliciter loqui potest:absolutè & respectu sciti.ibi.li.33
Scientia non omnis intuita specie ab acquisita distinguitur,sicut nec eiusdem speciei cum acquisita.pag.423. col.1.li.15
Scire omnes rationes cõtra fidem esse solubiles aliud est:& aliud est scire eas soluere. pag 10.col.1.li.23
Scita à Deo contingentia sunt propter causas proximas:necessariò autem relata ad scientiam Dei.pag.90.col.2.li.71
Scriptura diuina vtitur nominibus processionem significantibus: & alia multa ad materiam processionis in diuinis spectantia. pa. 143.col.1.li.87
Scripturæ consuetudo attendenda est: in qua introducuntur angeli in corporibus apparentes.pag.236.col.1.li.1
Semen secundum Scotum nec est actiuum generationis substantialis nec organizationis sed cuiusdam præuiæ alternationis tantũ. pag.483.col.2.li.82
Seminis virtus:aut virtus quæ est in semine an adueniente anima rationali etiam remaneat.& similiter spiritus & quæ erat corporis formatiua,regitiua efficiatur.pag.485.col.2.li.57
Semen humanum:an & quo pacto materiam disponat pro anima ipsa intellectiua.pag.487.col.1.li.76
Semen non resoluitur ex alimento determinato iam ad membra. pag.491.col.2.li.85
Semen est superfluum alimenti.ibid.li.94
Sensus literalis an multiplicari possit.pag.12.col.1.li.10
Sensus vel intellectus quo pacto est aliud à sensibili vel intelligibili. pag 80.col.1.li.28
Sensus proprij obiecti respectu:non est falsus nisi per accidens: sed respectu sensibilis communis & per accidens est falsus. pagi.105. col.1.li.13
Sensus dupliciter capitur:vno modo vt cognoscit res.secundo vt offert superiori potentiæ:& hoc dupliciter.ibid.li.60
Sensus distinguuntur secundum diuersitatem immutatiui exterius. pag.347.col.1.li.63
Sensus sunt quinque iuxta quinque immutatiui species. ibidem. li.76
Sensus nomine rem exteriorem tantùm significamus.pag.364.col. 2.li.5
Sensus dupliciter immutari potest ex parte obiecti,& ex parte organi.pag.464.col.2.li.46
Sensus ab angelo vtrinque scilicet ex parte obiecti & organi immutari potest.ibid.li.50
Sensualitas nomen est appetitus sensitiui.pag.363.col.2.li.94
Sensualitas est genus potentiæ appetitiuæ diuisim in irascibilem & concupiscibilem:vt diuersas species.pag 364.col.1.li.21
Sensitiuæ partis vires interiores nõ est necesse ponere nisi quatuor scilicet sensum commune,phantasiam æstimatiuam:& memoratiuam.pag.348.col.1.li 16
Sermones interpretandi sunt semper secundum subiectam materiam.pag.18.col.1.lin.11
Significare quid est:& esse nomen substantiale an idem sit.pag.66. col.2.lin.94
Significare aliquid vt distinctum:seu in ratione distincti dupliciter contingit,scilicet,formaliter, & fundamentaliter pagi.69.col.1. lin.53
Significare oportet in diuinis in abstracto & concreto non solùm nomina essentialia,sed etiam personalia scilicet,paternitatem & patrem. pag.164.col.1.lin.45
Significari vt res quid:& quid sit significari:vt ratio.pag.165.col.1. lin.23
Significari vt res quædam:est significari vt res singularis in rerum natura.pag.166.col.1.li.5
Signum sancti doctoris:quod radij stellarum diuersos effectus habent iuxta stellarum diuersitatem,quomodò ad propositum faciat.pag.306.col.2.li.70
Similitudo quotuplex sit.pag 25.col.1.li.1
Similitudo ex parte videntis an per accidens concurrat ad Dei visionem inquantùm similitudo est.pag.54.col.2.lin.7
Similitudo sancti doctoris an valeat:sicut corpus non potest formam diuersis figuris &c.pag.62.col.2.li.49
Similitudo perfecta in genere creaturarum factibilium an & quomodò detur.pag.229.col.2.lin.89
Similitudo dupliciter ab imagine distingui potest: vno modo, vt præambula adipsam. alio modo, vt subsequens & perficiens ipsam.420.col.1.lin.64
Simplex quo pacto apud theologos & Philosophos sumatur.pag. 333.col.2.lin.24
Synderesis instigatorium ad bonum dicitur.pag 360.col.1.li.4
Synderesis non est potentia:sed naturalis habitus intellectus respectu principiorum in operabilibus.ibid.lin.33
Singularitas secundum Auerroim an intellectionem impediat accipiendo singulare vt distinguitur contra vniuersale in prædicando: vel vt distinguitur contra vniuersitatem speciei in essendo. pag.330.col.2.lin.63
Singularitas materialis secundum Auerroim intellectionem impedit.ibid.lin.75
Singularia quæcũque sunt per diuisionem naturæ specificæ secundum Auerroim in eis singularia materialia existunt.ibid.lin.76
Singulare cognoscens in causis vniuersalibus an cognoscat singulare inquantum hoc.pag.262.col.1.li.45
Singularia secundum mentem sancti doct. quotuplicia sunt.pag. 330.col.2.li.85
Sint dictio,non denotat aliquem specialem modum essendi:sed absolutè sumitur.pag.33.col.2.lin.82
Solus cathegoreumatice non potest ad.li termino essentiali in diuinis.pag.161.col.2.li.69
Solus multipliciter distinguitur.pag.162.col.1.li.26
Solus pater est Deus.ibid.lin.22
Solus Deus omnia per essentiam suã cognoscit.pag.377.col.1.li.96

Somnijs &

Somnijs & alienationibus à sensibus corporis an magis diuinæ reuelationes percipiantur:& futurorum præuisiones.pag.63.col.1. lin.44
Sophisma figuræ dictionis est quando mutatur, quo in quod.pag. 50.col.2.lin.13
Sophisma consequentis an sit:cum dicitur esse principium vitę conuenit corpori inquantum tale.
Sortes an totum compositum significet:& an sit vnum simpliciter siue substantialiter non per informationem:sed per formæ assistentiam.pag.326.col.1.lin.94
Speculatiuum & practicum quomodò sumantur.pag.94.col.1. li.51
Species rerum sunt separatæ.pag.32.col.1.lin.94
Speciem intelligibilem vniri perfectè intellectui an ipsam sit inhærere intellectui.pag.55.col.1.lin.82
Species plurium repræsentatiua ad obiectum adæquatum vno modo comparatur:ad obiectum verò inadæquatum duobus modis comparari potest.pag.83.col.1.li.7
Species intelligibiles an dentur.pag.254.col.1.li.62
Species per quas angeli intelligunt à rebus acceptæ nõ sunt:sed leis connaturales existunt.pag.254.col.2.li.13
Species aliqua intelligibilis ipsius Dei an ponenda sit.an ipsa essentia substantiæ intellectualis locum speciei intelligibilis repræsentantis Deum tali intellectui sufficiẽter suppleat.pa.261.col.1.li.4
Species nulla creata an sit immediatum principium alicuius operationis.
Species impressa angelo à Deo se habet sicut si in oculo esset, naturaliter congenita species alicuius obiecti:puta huius albi.pa.263. col.2.lin.93
Species intelligibiles secundum sanct.doc.an numerentur inter formas naturaliter agentes quæ scilicet,ideò non agunt quia impediuntur.pag.378.col.2.li.6
Species intelligibilis est,qua intellectus intelligit.pag.385.c.2.li.55
Species intelligibilis est, quòd secundario intellectus intelligat. ibid.lin.59
Spiritussanctus an & quo pacto vt amor, diuinus procedere dicatur.pag.173.col.2.lin.19
Spiritussanctus quotupliciter sumatur.pag.174.col.1.li.35
Spiritussancti quæstio cum sit vna:& scita duo quomodò litera sancti doctoris procedat.ibid.li.84
Spiritussanctus necessariò à filio procedit.ibid.li.pen.
Spiritussanctus à patre per filium procedit.pag.177.col.1.li.85
Spiritussanctus pater & filius sunt vnũ principium.pa.ead.c.2.li.39
Spiritussanctus an vt amor vel vt impressio procedat.pag.181.col. 2.lin.26
Spiritussanctus cum sit à voluntate vt à principio: an possit sic & aliter se habere.pag.195.col.2.lin.13
Spiratiuum principium vt sit an suppositorũ pluralitatem exigat. pag.178.col.1.lin.7
Subsistens quomodò capiatur.pa.319.col.1.li.86
Subsistere dupliciter capitur:vno modo:vt significat tantùm affirmationem essendi in rerum natura:& negationem sustentationis in alio quocũque alio modo subsistere importat quendam naturalem entis modum.pag.249.col.1.lin.67
Subsistere quid faciat,& includat.pag.209.col.8.li.42
Substantia corporea sumpta quomodò: & contra quod distinguatur.pag.16.col.1.lin.pen.
Substantia quomodò per seipsam indiuiduatur: quomodò ex parte accidentium & quomodò per subiectum.pa.154.col.1.li.3
Substantia materialis quomodò per materiam indiuiduatur sub certis dimensionibus tarquàm per proprium & intrinsecum,non solùm constitutiuum:sed distinctiuum.pag.154.col.1.lin.9
Substantia intellectualis vt sic,an materialis sit,id est,independens in esse à materia.pag.231.col.1.lin.86
Substantijs quæ apud nos sunt ratio inuenitur generis seorsum existens in rerum natura absque nobilitate superadditа naturæ. pa. 233.col.1.lin.88
Substantia intellectualis quomodò corpus naturaliter vnitum habere possit: & quis modus à sancto doctore exclusus fuerit.pagi. 235.col.2.lin.3
Substantiæ an corporibus simpliciter separatæ sint:vel inquantum sunt intellectuales.ibid.lin.51
Substantias per naturales formas immateriales perfectè cognoscere non possumus.pag.400.col.1.lin.46
Substantiua prædicantur de tribus personis singulariter tantùm: ita quòd non pluraliter.pag.184.col.1.lin.15
Summum excessus supremi respectum addit.pag.30.col.2.lin.28
Temporale an per se de naturę intentione existat.pag.431.col.1. lin.79
Tempus vtrumque motum angeli mensurans aliud est à tempore mensurante motum cœli,quoniam angeli motus ex eo non dependet.pag.245.col.1.lin.26
Tentare est experimentum sumere:& quotuplex est tentatum.pag. 471.col.1.lin.79
Tentare vt perpetratione peccati noceat, diaboli proprium est. ibidem.lin.96
Theologia an sit scientia & scientiæ Dei subalternata.pagi.2.col.1. lin.78
Theologia nostra dupliciter considerari potest: vno modo secundum se,alio modo vt in nobis viatoribus.pag.3.col.2.lin.37
Theologia beatorum & nostra an conueniant in vna ratione formali obiecti vt obiectum est:& consequenter sunt vna scientia secundum speciem specialissimam.pag.5.col.1.lin.57
Theologia nec est purè practica:nec purè speculatiua,sed est altior comprehendens in se eminentiùs practici & speculatiui rationem.ibid.col.2.lin.87
Theologia ex quibus principijs procedere dicatur.pag.10.colum. 1.lin.70
Theologia si ex naturalibus rationibus procedit vt ex extraneis & probabilibus cur tantus labor à doctoribus speculatiuis assumptus est.ibid.col.2.lin.2
Theologia quomodò propter necessitatem & vtilitatem metaphoris vtatur.pag.11.col.1.lin.35
Theologiæ proprium est accõmodare res vniuersaliter ad sacram doctrinam spectantes:vt signa sint cùm fiunt.ibid.col.2.lin.90
Theologia nostra cùm nihil aliud sit, quàm impressio,& sigillum essentiæ diuinæ proprium ad quid se extendat.pagi.6.colum.1. lin.46
Theologia sub se practicum & speculatiuum comprehendit.ibid. lin.53
Theologia est magis speculatiua,quàm practica.ibid.lin.67
Theologia an comprehendat sub se practicũ & speculatiuum per modum aggregationis.pag.6.col.1.lin.75
Theologus quo pacto Philosophorum rationes soluere habeat. pag.9.col 2.lin.81
Terminus relatiui inquantum terminus an sit res absolutaac per hoc nullum oportet ponere correlatiuum:vt alterum relatiuum terminet:nec secundum rem:nec secundum rationem.pag.72. col.2.lin.27
Termini nomine quãdo intelligatur id,ad quod relatiuum dicitur, & quod in relatiui diffinitione ponere oportet.pa.73.col.1.li.73
Termini numerales qui sint.pag.159.col.1.lin.16
Termini numerales in diuinis significant illa,de quibus dicuntur solam negationem addendo.ibid.lin.31
Termini motus angelici cuius naturæ sunt.pag.243.col.1.lin.83
Totalitas triplex,quantitatiua,essentialis,& potestatiua, & eorum differentia:& quomodò distinguantur pag.337.col.2.lin.37
Totalitas quantitatiua an sit differens habitudo formæ ad totum & partes:quæ in extensione formæ committatur.ibid.lin.44
Totalitas essentialis an formis & animæ per se conueniat.ibidem. lin.84
Trinitas quo pacto impugnetur à negantibus productiones in diuinis esse ipsas actiones immanentes.pag.148.col.2.lin.76
Trinitatis nomine in diuinis vtendum est.pag.160.col.2.li.91
Trinitatis diuinarum personarum ad cognitionem impossibile est per naturalem rationem peruenire.pag.162.col.2.lin.9
Tripliciter aliqua plura simplici & vno intuitu videri contingit. pag.269.col.2.lin.67
Tristitiæ & delectationis nouus modus in angelis & animabus separatis.pag.299.col.1.lin.12
Vegetatiuæ partes sunt tres.pag.346.col.2.lin.43
Vegetatiuæ potentiæ in genere tres esse dicuntur.pag.347.col. 1.lin.16
Velle an potest aliquis incipere,quia incipit esse vel cognoscit bonum alteri.pag.115.col.2.lin.pen.
Verbo omnia quæ videtur,non successiuè,sed simul videntur.pag. 62.col.1.lin.3
Verbum diuinum quomodò procedat vt res eiusdem naturæ cum Deo:quando ibi intelligere est esse.pag.145.col.2.lin.86
Verbum vt verbum est ipsum intentum in actu interius quot habeat.pag.146.col.1.lin.8
Verbi nomen in diuinis propriè sumptum est personale: & nullo modo essentiale.pag.169.col.2.lin.89
Verbum in diuinis an conceptum intellectus significare habeat. pag.170.col.1.lin.92
Verbum Dei quomodò propriè & metaphoricè ponatur.pag.171. col.1.lin.3
Verbi nomen propriè dictum in diuinis est proprium nomen personæ filij.ibid.lin.81
Verbo Dei respectus ad creaturas importatur.pag.171.col.2.lin.24
Verbum Dei patris & creaturarum expressiuum est.ibid.lin.67
Verbum Dei eius,quod est in Deo parte est tantùm expressiuũ:creaturarum verò est expressiuum & operatiuum.ibid.lin.78
Verbum Dei an ex vi productionis suæ non procedat ex scientia creaturarum:sed diuinæ essentiæ.pag.172.col.1.lin.37.& an verbum sic procedat de scientia solius essentiæ, quòd non procedat vt verbum personæ nisi concomitanter.ibid.lin.46

Ver-

Verbum Dei quid significet.pag.172.col.2.li.82
Verè,quod est nulli accidit vniuocè sumptum:secus analogicè.pag. 22.col.2.lin.11
Verum & ens conuertuntur.pag.100.col.1.li.77
Verum an in communi cognoscibile importet.pag.ead.col.1.li.92
Veri ratio quomodò entis apprehensionem assequatur.ibidem colum.2.li.48
Veri ratio absoluta prior est ratione boni.pag.101.col.1.lin.50
Verum & falsum sunt contraria.pag.106.col.2.lin.3
Veritatem esse in communi an per se notum sit.
Veritas principaliter est in intellectu,secundario in rebus in ordine ad intellectum à quo dependent.pag.98.col.1.lin.26
Veritas propriè loquendo tantùm est in intellectu componente & diuidente.pag.99.col.1.lin.13
Veritas non solùm est in Deo: sed ipse est veritas prima & summa. pag.101.col.2.lin.1
Veritas qua omnia vera sunt quodãmomdò est vna, & quodammodò non.ibid.lin.76
Veritas quo pacto est conformitas intellectus & rei. pag. 100. colum.1.lin.1
Veritas intellectus quomodò multiplicetur, & quomodò inueniatur vniuocè in omnibus intellectibus saltem creatis.pag.102.colum.1.lin.24
Veritate diuina omnia esse vera quomodò intelligatur. ibid.lin.88
Veritas nulla creata est æterna.pag.102.col.1.lin.97
Veritas intellectus diuini est immutabilis:nostri autem intellectus mutabilis est.pag.103.col.1.lin.62
Vestigium,quid sit,& quomodò sumatur.pag.218.col.1.lin.5
Vestigio & imagini commune est repræsentare, & quæ differentia sit.ibidem.lin.19
Vestigium trinitatis in omnibus creaturis inuenitur.ibidem.lin.69
Videri aliquid dupliciter potest:vno modo in seipso obiectiuè:alio modo in alio obiectiuè.pag.60,col.2.lin.61
Viæ duæ in materia intellectionis angelorum à sancto doctore ponitæ quomodò sustineantur.pag.255.colum.2,lin.51
Vires animæ affixæ organis:& aliæ formæ naturales sunt in materia corporali depressæ,anima verò eleuatur supra totum ordinem corporum:vtpotè naturam excedens, quæ est principium formale cuiusque actiui corporei.
Virtus agentis dupliciter augeri potest: vno modo per simplicem mansionem:alio modo per alterius formæ appositionem. pa.57. col.2.lin.61
Virtus nulla operatiua siue angeli: siue cuiuscunque creaturæ est eius substantia.ibid.lib.18
Vita in hac per rationem naturalem possumus cognoscere Deum secundum quod est in prima omnium causa excellentissima. pa. 64.col.1.lin.5
Vita propriè est esse substantiale:minus propriè verò est operatio. pag.107.col.2.lin.69
Vita maximè propriè est in Deo.pag.108.col.1.lin.65
Vita diuina sunt omnia in Deo.pag.109.col.1.lin.72
Vita vel viuere tripliciter dici potest.pag.ead.col.2.lin.47
Viuentia propriè sunt illa: quæ seipsa secundum aliquam speciem motus mouent.pag.107.col.1.lin.86
Viuentium modi sunt quatuor.pag.346.col.1.lin.9
Vltimum & primum in propositionibus generationis ordinem denotant:& quomodò etiam supponant.pag.28.col.2.li.72
Vniformitas vnitatis species est.pag.44.col.1.li.9
Vnio animæ intellectiuę ad corpus quid sit:& quomodò etiam naturalis.pag.328.col.2.li.62
Vnio dupliciter capitur,vno modo pro relatione vnionis intra materiam & formam:alio modo pro fundamento illius relationis. pag.97.col.1.li.78
Vnitas si actus intelligendi existat quid inferatur.pa.200.colum.1. li.21
Vnitas virtutis in angelo qualis sit, realis scilicet an formalis, an vtraque simul.pag.240.col.1.li.47
Vnitas effectus qualis in angelo existat formalis an numeralis.ibid. li.51
Vniuersalia physica,mathematica,& metaphysica, quomodò inter se differant.pag.27.col.2.li.56
Vniuersale an ab intellectu nostro primo cognitum sit.pa.391.col. 2.li.48
Vniuersi suprema pars,id est, angeli ex natura sua vendicant sibi similitudinem ad Deum non secundum quasdã perfectiones simpliciter:sed secundum omnes: magis tamen & minus secundum gradus suos.pag.256.col.2.li.79
Vniuocatio posita à sancto Doctore in quadam sua consequentia, quomodò intelligatur. pag.68.col.2.li.69
Vnum non dicit rationem perfectionis: ac cõsequenter nec vnitas: nec eius species dicunt perfectionem simpliciter formaliter loquendo:sed à perfectione,& imperfectione abstrahunt. pag.132. col.1.li.68
Vnum an prius enti conueniat,quàm simplicitas & immutabilitas. pag.49.col.2.li.44.
Vnum supra ens addit non rem aliquam, sed solam diuisionis negationem.pag.50.col.1.li.5
Vnum cum ente conuertitur.pag.50.col.1.li.9
Vnum an supra ens aliquid addat.ibid.li.31
Vnum diuersimodè multis opponitur.pag.50.col.2.li.90
Vnum & multa transcendenter dupliciter sumuntur, scilicet substantialiter & formaliter.pag.51.col.1.li.43
Vnumquódque secundum,quod est actu operatur.pa.79.col.2.li.15
Volitum est aliquid vt finis:& vt ad finem.pag.111.col.2.li.75
Voluntas pro quo sumatur.pag.110.col.1.li.3
Voluntas est in Deo sic,quòd suum velle est intelligere.ibid.li.25
Voluntas Dei est causa rerum.pag.113.col.2.li.2
Voluntatis diuinæ nulla est causa.pag.114.col.2.li.30
Voluntas quando non pro velleitate,sed pro velle simpliciter sumitur.pag.115.col.1.li.45
Voluntatem Dei semper impleri necesse est.ibid.li.61
Voluntas diuina quibusdam à se volitis necessitatem imponit, & quibusdam non.pag.116.col.2.li.79
Voluntas Dei omninò immutabilis est.pag.115.col.2.li.93
Voluntas signi à voluntate simpliciter in ipso Deo distinguitur.pa. 119.col.2.li.48
Voluntas diuina circa quæ signa ponatur.ibid.li.62
Voluntatis per actum an procedat aliquid in ea tanquàm eiusdem terminus.pag.146.col.2.li.1
Voluntas concomitans, & voluntas principians, quomodò vocentur.pag.194.col.1.li.85
Voluntas & natura in causando in quibus differant.ibidem.col.2. lin.16
Voluntas an verificetur vt productiua ad extra tantùm:an vt ad intra productiua.pag.195.col.1.lin.47
Voluntas in communi dupliciter considerari potest.ibid.li.62
Voluntas an merè naturaliter aliquem actum habeat.ibid.lin.74
Voluntas quo pacto naturæ rationem habeat.pag.195.col.2.lin.50
Voluntas quomodò æquiuocè sumatur.pag.196.col.1.lin.59
Voluntas est in angelis.pag.272.col.1.lin.23
Voluntas angelorum neque est intellectus: neque natura eorum. pag.273.col.2.lin.33
Voluntas angeli an intellectus esse dicatur.pag.272.co..1.lin.22
Voluntas & liberum arbitrium an vna & eadem potentia secundum veritatem sint.pag.273.col.2.lin.87
Voluntas perfecta an impossibilium respectu esse possit.pag .288. col.2.lin.21
Voluntas an antecedens velle possit absque consequentis volitione.ibid.lin.62
Voluntas angeli an quadrupliciter post electionem inflexibilis sit. pag.296.col.1.lin.30
Voluntas coactionis necessitate nihil velle potest.pag.365,col.2. lin.17
Voluntas an violentari possit:& aliquid coactionis necessitate velle.ibid.lin.48
Voluntas potest aliquid velle ex finis seu suppositionis necessitate. ibid.lin.96
Voluntas necessitate naturali aliquid vult.pag.366.col.1.lin.2
Voluntas non quæcúnque vult de necessitate vult. pag.367.col.1. lin.penult.
Voluntas an vltimo fini in vniuersali necessariò inhæreat.pag.367. col.2.lin.79
Voluntas Deum videntis an Deo necessariò inhæreat.pag.398.col. 1.lin.93
Voluntas est interdum nobilior secundum quid intellectu.pagin. 369.col.1.lin.44
Voluntas mouet intellectum & omnes animæ vires effectiuè.pag. 370.col.2.lin.95
Voluntatis actus ab intellectu cognoscitur.pag.399.col.1.lin.9
Voluntas dupliciter mouetur:vno modo sicut obiectum,alio modo sicut dans ipsam virtutem volendi.pag.445.col.2.lin.2
Voluntatem vtroque modo mouere:& maximè secũdò,scilicet interius inclinando proprium Dei est.ibid. lin.25
Voluntas dupliciter moueri potest: ex parte scilicet obiecti & ex parte potentiæ.pag.450.col.1.lin.87.
Voluntas etiam dupliciter moueri potest,scilicet ab intrinseco & extrinseco.pag.463.col.2.lin. fin.
Voluntas à solo Deo ab intus immutari potest. pag.464.colum.1. lin.12
Voluntatem obiectiuè efficaci sufficientia solùm Deus mouet: angelus verò persuasione.ibid.lin.20
Voluntatem ex passionum parte angeli immutare possunt:non tamen necessitate.ibid.lin.26
Voluntatium an soli Deo notum sit.pag.275.col.1.lin.72

FINIS.

PRIMA PARS SVMMAE THEOLOGIAE ANGELICI DOCTORIS SANCTI THOMAE AQVINATIS, CVM COMMENTARIIS REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS D. D. THOMAE DE VIO,

Caietani, S.R.E.tit.S.Xisti,ordinis Prædicatorum Presbyteri, Cardinalis dignissimi,artium & sacræ Theologiæ Doctoris celeberrimi.

1. contr. capi. 1. INtentio diui Thomæ in hoc procemio manifestata,& ex parte officij Doctoris, & ex parte nouitiorum, aduersari videtur prima fronte intentioni meæ: dum textus nouitiis constructus, à me Doctorum subtilitatibus refulgens creditur. Verum, si autoris rationes hic redditas, diligentius discusserimus, aberrasse meum propositũ non videbitur. Nouitiis nanque opus hoc conuenire dicitur non ratione facilitatis, aut superficialis, aut epilogalis, aut introductorij tractatus, sed ratione sectarum, superfluitatum, omissæ repetitionis, & pulcherrimi ordinis ab ipso inuenti. Vt enim in processũ apparet, omnes theologales difficultates, & ex propriis hic distinctę tractantur. ¶ Et quoniam quandoque minus perspicaces ac impares opus hoc fortitur interpretes, mulcósq; habuit impugnatores, & sectatores multo plures pareret, si perspicuum fieret: necessarium fore duxi,profecturis in theologia exponere opus hoc: & non maiora, sed posteriora, & modernis minus nota apponere, iuxta mei vires ingenij: id omnes monens, vt dictorum tantum rationes videant, atque examinent: & sic acquiescant vel refutent. Non enim tanti sum, nec sic arrogãs, vt meam proponam autoritatẽ. Sed eatenus dico hic & vbique,quatenus reddita ratio testatur. Propterea vbi defecero, correctori vt adiutori gratias ago. Verba quoque erroris, falsitatis, deceptionis, ignorantiæ, & aliorum huiusmodi, non contra personas, sed contra opiniones, & hoc etiam quatenus minus solidæ sunt vel apparent, interpretanda esse volo:quoniam personis nullo pacto, opinionibus verò non nisi vt dissonãt, aduersari intendo.

a ¶ *Super quæstionis primæ Articulum primum.*

*vt symbolicis. IN titulo huius primi articuli tres terminos nota. Primo ly necessarium: dupliciter enim sumitur quinto metaphysicæ, simpliciter, & ad finem. Hic sumitur secundo modo. ¶ Secundo ly physicas disciplinas. Dupliciter nanque scientia potest dici physica seu naturalis, quod idem est, obiectiuè: & sic est vna pars scientiæ distincta, sexto metaphysi. contra mathematicam & metaphysicam. Et effectiuè: quia secundum se nata est esse à principio naturali scientiarum: id est,lumine intellectus agentis:& sic distinguitur physicum contra supernaturale. Et hoc modo sumitur in proposito, vbi physicæ disciplinæ appellantur omnes notitię acquisibiles lumine intellectus. ¶ Tertio ly aliam doctrinam. Non dicit scientiam, opinionem, aut fidem: quod bene notandum esse in dubitando apparebit.

d ¶ In corpore sunt duæ conclusiones responsiuæ quæsito affirmatiuæ. Prima est, Necessarium est ad humanam salutem esse doctrinam per reuelationem acceptam de multis,quæ humanam rationem excedunt. Secunda est, Necessarium est ad humanam salutem esse doctrinam per reuelationem,de his quæ de Deo etiam naturali ratione inuestigari possunt.

¶ Antequàm probentur conclusiones, ad euidentiam distinctionis & sufficientiæ conclusionũ, nota duas distinctiones. Prima est ex primo contra gentiles, capitu. tertio. Duo sunt genera cognoscibilium de Deo principaliter:quædam demonstrabilia: quædam non nisi per reuelationem cognoscibilia. Ista sunt trinitas personarum, beatitudo nobis promissa, incarnationis & redemptionis mysteria. Illa verò sunt, Deum esse vnũ, immortalem, &c. Ratione reuelabilium tantum, posita est prima conclusio: ratione verò demonstrabilium posita est secunda. Altera distinctio est ex quinto metaphysic. Necessariũ est ad finem dupliciter, ad esse, & ad bene esse. In prima conclusione sumitur necessarium primo modo, in secunda secũdo modo. ¶ His præhabitis probatur prima conclusio ex litera. Ordinatum ad Deum vt finem, ignotum ratione naturali, consequendum tamen propria intentione & actione,eget superna turali disciplina, qua finem cognoscat, & operationes in illum dirigat:homo est huiusmodi: ergo. Probatur minor ex 64.capit.Isai.

¶ *Num sacra doctrina ad humanam salutem necessaria,sit fides, vel theologia.*

CIrca hanc conclusionem dubium statim occurrit, quid intelligitur hic nomine sacræ doctrinæ seu disciplinæ. Aut enim intelligitur fides, aut theologia. Si fides, sequuntur duo inconuenientia. Primum est, quod idem bis quæreretur. Nam in secunda secundæ, quæstio.secunda,artic.tertio,quæreretur,an credere aliquid supernaturale, sit necessarium ad salutẽ.Secundum est quòd æquiuoce sumitur sacra doctrina in hoc & in sequentibus articulis. Nam constat quòd in eis non sumitur pro fide. Si theologia, sequeretur quòd fides absque theologia non sufficeret ad salutem hominis: quod est falsum. Sequela patet, quia in litera dicitur, quòd ista doctrina est necessaria ad salutem humanam. Falsitas verò consequentis & ex se patet,& ex ratione in litera assignata conuincitur:quia scilicet homo potest intentiones & actiones suas per fidei cognitionem in finem supernaturalem dirigere.

¶ Ad hoc dicendum est, quòd sacra doctrina neque sumitur pro fide, vt distinguitur contra theologiam: neque pro theologia, vt distinguitur contra fidem: sed sumitur pro cognitione à Deo reuelata siue formaliter, siue virtualiter, vt habet rationem disciplinæ, & doctrinæ abstrahendo à ratione crediti, & sciti.

PROLOGVS.

QVIA catholicæ veritatis Doctor, non solum proiectos debet instruere: sed ad eum pertinet etiam incipientes erudire (secundum illud Apostoli 1. ad Corint.3. Tanquam paruulis in Christo,lac vobis potum dedi,non escam.)propositum nostræ intentionis in hoc opere est: ea quæ ad Christianam religionem pertinent, eo modo tradere, secundum quod congruit ad eruditionem incipientium. ¶ Consideraiuimus nanque huius doctrinæ nouitios, in his quæ à diuersis conscripta sunt, plurimũ impediri. Partim quidem propter multiplicationem inutilium quæstionum, articulorum & argumentorum. Partim etiam, quia ea quæ sunt necessaria talibus ad sciendum,non traduntur secũdum ordinem disciplinæ: sed secundum quod requirebat librorum expositio, vel secundum quod se præbebat occasio disputandi. Partim quidem, quia eorundem frequens repetitio, & fastidium & confusionẽ generabat in animis auditorũ. ¶ Hæc igitur & alia huiusmodi euitare studentes, tentabimus cum confidentia diuini auxilij ea,quæ ad sacram doctrinam pertinent, breuiter ac lucide prosequi, secundum quod materia patietur.

QVAESTIO PRIMA,

De sacra doctrina,qualis sit,& ad quæ se extendat, in decem articulos diuisa.

QVT VT intentio nostra sub aliquibus certis limitibus comprehendatur,necessarium est primo inuestigare de ipsa sacra doctrina qualis sit, & ad quæ se extendat. ¶ Circa quod quærenda sunt decẽ. ¶ Primò de necessitate huius doctrinæ. ¶ Secundò, vtrum sit scientia. ¶ Tertiò, vtrum sit vna, vel plures. ¶ Quartò, vtrum sit speculatiua, vel practica. ¶ Quintò, de comparatione eius ad alias scientias. ¶ Sextò, vtrum sit sapientia. ¶ Septimò, quid sit subiectum eius. ¶ Octauò, vtrum sit argumentatiua. ¶ Nonò, vtrum vti debeat * metaphoricis locutionibus. ¶ Decimò, vtrum scriptura sacra huius doctrinæ,sit secundum plures sensus exponenda.

ARTICVLVS PRIMVS.

a ¶ *Vtrum sit necessarium præter physicas disciplinas, aliam doctrinam haberi.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit necessarium præter physicas disciplinas aliam doctrinam haberi. Ad ea enim, quæ supra rationem sunt, homo non debet conari, secundum illud Ecclesi.3. Altiora te ne quæsieris. Sed ea,quæ rationi subduntur, sufficienter traditur in physicis disciplinis: superfluum igitur videtur præter physicas disciplinas aliam doctrinam haberi. ¶ Præterea doctrina non potest esse nisi de ente: nihil enim scitur nisi verum quod cum ente conuertitur. Sed de omnibus entibus tractatur in physicis disciplinis,& etiam de Deo: vnde quæda pars philosophiæ dicitur theologia siue scientia diuina,vt patet per Philosophum in 6.metaphy. Non fuit igitur necessarium præter physicas disciplinas aliam doctrinam haberi.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur 2.ad Tim.3. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum ad iustitiam. Scriptura autem diuinitus inspirata,non pertinet ad physicas disciplinas, quæ sunt secundum rationem humanam inuentæ. Vtile igitur est præter physicas disciplinas esse aliam scientiam diuinitus inspiratam.

CONCLVSIONES.

1 *Necessarium est ad humanam salutem consequendam doctrinam quandam per reuelationem esse de multis, quæ hominis intellectum excedunt.*

2 *Necessarium est præter scientias lumine naturali acquisitas, esse doctrinam per reuelationem de his, quæ lumine naturali inuestigari possunt.*

¶ RESPONDEO dicendum,quòd necessarium fuit ad humanam salutem esse doctrinam quandam secundum reuelationem diuinam præter physicas disciplinas, quæ ratione humana inuestigantur. Primo quidem, quia homo ordinatur ad Deum, sicut ad quẽdam finem, qui comprehensionẽ rationis excedit, secundum illud Isai. 64. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Finem autem oportet esse præcognitum hominibus,qui suas intentiones & actiones debent ordinare in finem. Vnde necessarium fuit homini ad salutem,quòd ei nota fierent quædam per reuelationem diuinam,quæ rationem humanam excedunt.

¶ Ad ea etiam, quæ de Deo ratione humana inuestigari possunt, necessarium fuit hominem instrui reuelatione diuina, quia veritas

1. contr. capi. 1.

22. c. q. 2. art. 3. & 4. Et 1. prolo. arti. 1. Et 1. contr. ca. 4. & 6. Et veri. q. 14. artic. 11.

Cognitio enim, qua egemus ad salutem, prouenit à Deo docente in homine suscipitur, doctrina est & disciplina, iuxta illud Ioan. 6. Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. & de hac dicitur in conclusione hac, quòd est necessaria ad salutem. Et quoniam cognitio huiusmodi vt disciplina est reuelata, abstrahit à ratione credendi & sciendi, & à ratione reuelati formaliter, id est, in scipso, & virtualiter, id est, in suis principiis: ideo hoc in loco, vbi de doctrina reuelata præter physicas disciplinas quæritur, ad nullum horum licet determinare desiderare. Et sic aliud formaliter quæritur hic, & aliud quæretur inferius in secunda secundæ: quia hic de doctrina, ibi de credere: & vniuoce sumitur hic sacra doctrina & in sequenti articulo: Nec sequitur quòd theologia vt distinguitur contra fidem sit necessaria, sed quòd theologia vt abstrahit à fide & scientia, sit necessaria ad salutem. quod constat esse verum propter rationem in litera assignatam. Nec vaket, fides sufficit: ergo theologia non requiritur. Tum quoniam in fide clauditur theologia (vt hic sumitur) sicut anima in homine. Tum quoniam scientia hæc apud Augustinum decimoquarto, de trinitate, non solum nutrit, defendit, & roborat fidem, sed gignit eandem. Et vere sic est ex parte credibilium: fides enim licet sic à Deo infundente inclinationem ad credendum, est tamen ex auditu per verbum Christi, quo ad credibilia: vt ad Roma. 10. habetur in litera: & à Sanct. Thoma & sic Theologia clauditur in fide, vt gignens eam. Et si inferatur: ergo quilibet fidelis adultus explicite credens, & cætera. est theologus: dicendum est, quòd non simpliciter, sed particeps est theologiæ secundum quid, & cætera, scilicet secundum principia, &c.

¶ *Num finis vltimus animæ nostræ sit naturalis nobis, supernaturaliter tamen consequendus, vel supernaturalis.*

CIrca hanc partem est aduertendum, quòd Scotus in prima quæstione prologi primi sententiarum, nec à conclusione, nec à ratione discordat: sed à causa quare finis ille est nobis naturaliter occultus. Nos enim dicimus, quòd ideo finis ille est nobis naturaliter occultus, quia est supernaturalis finis animæ nostræ: & propterea, quantumcunque perfecte nota esset nobis natura nostræ animæ quo ad naturalia, nunquàm cognosceretur sub ratione, qua ordinatur in talem finem: quia extra naturalium latitudinem est tam finis quàm illa animæ ratio. Ipse vero tenet illum finem esse naturalem nostræ animæ, quamuis supernaturaliter adipiscendum, & tamen esse naturaliter incognitum: quia anima nostra non nobis naturaliter est nota, saltem pro statu isto sub illa propria speciali ratione, qua ordinatur ad illum finem.

¶ Quòd autem finis ille sit naturalis, probat tripliciter. Primo autoritate Augustini in libro de prædestinatione sanctorum. Proinde posse habere fidem sicut posse habere charitatem naturæ est hominum, habere autem gratiæ est fidelium.

¶ Secundo ex appetitu. Homo naturaliter appetit illum finem quem dicis supernaturalem: ergo est ei naturalis. ¶ Tertiò ex ratione naturalitatis. Potentia comparata ad actum aut est naturalis, aut violenta, aut neutra: nec est ibi aliqua supernaturalis: ergo intellectus seu anima naturaliter ordinatur ad visionem Dei seu fruitionem. Antecedens quo ad partem affirmatiuam declaratur: quia potentia aut inclinatur ad talem actum, aut repugnat tali actui, aut neutraliter se habet: si primo modo, est naturalis: si secundo, violenta: si tertio, neutra. Quo ad partem verò negatiuam declaratur differentia naturalitatis, à supernaturalitate, attenditur penes comparationem potentiæ ad agens naturaliter, vel supernaturaliter impressium in talem potentiam. Igitur comparando potentiam ad actum nulla est supernaturalitas. Consequentia vero probatur, ex eo quòd anima inclinatur in omnem istam & præcipue summam perfectionem, qualis est actus fruitionis Dei, &c.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis scito, quòd apud nos potentia, aut est naturalis, aut violenta, aut obedientialis: & hoc tam in comparatione ad actum quàm ad agens: nec aliqua est in rerum natura potentia neutra, omissis artificialibus, vt in quæstione de potentia neutra iuxta hunc articulum dicetur. Vocatur autem potentia obedientialis aptitudo rei ad hoc, vt in ea fiat quicquid faciendum ordinauerit Deus: & secundum talem potentiam, anima nostra dicitur in potentia ad beatitudinem pollicitam & finem supernaturalem, & alia huiusmodi.

¶ Vnde ad primum Scoti dicitur, quòd Augustinus non dixit, quòd posse habere fidem sit naturale homini, sed quòd sit naturæ hominum. Aliud est enim potentiam esse naturæ, & aliud esse naturalem. ⌈ Primum enim significat subiectum potentiæ, secundum autem modum potentiæ: & ideo primum est verum in proposito, secundum verò falsum. Potentia siquidem illa obedientialis ad fidem & charitatem, est in natura hominum: quia intellectiua est, non autem in natura leonina, quoniam sibi repugnat. Et hoc intendebat Augustinus. ⌉ Ad secundum negatur antecedens. ⌈ Ad tertium verò negatur assumptum, & quo ad tertium membrum partis affirmatiuæ, & quo ad partem negatiuam: supernaturalitas siquidem attenditur etiam conferendo potentiam ad actum, quoniam sunt quidam actus qui ex genere suo sunt simpliciter supernaturales, vt gratia, gloria & alia huiusmodi: vt in alia quæstione patebit.

Coment. ¶ Secunda autem conclusio probatur: disciplina qua communius, citius & tutius peruenitur ab hominibus ad cognitionem diuinorum demonstrabilium est homini necessaria: disciplina reuelata est huiusmodi: ergo. Omnia patent in litera & diffusius in primo contra Gentiles, capitulo quarto.

¶ In responsione ad secundum, aduerte quod argumentum erat hoc: omne ens est scibile per physicas disciplinas: ergo non restat aliquid scibile per doctrinam reuelatam, & consequenter non est necessaria. Consequentia prima probatur: quia nihil scitur nisi verum, quod cum ente conuertitur. Antecedens verò patet sexto metaphysi. & inductiue. ⌈ Ad hoc autem dupliciter responderi potest secundum quòd antecedens dupliciter distingui potest. Primo sic, Omne ens secundum omnia, quæ sunt cognoscibilia, vel non secundum omnia, sed abstrahibilia tantum à sensibilibus, est scibile per physicas disciplinas: in primo sensu est falsum, in secundo verum. Secundo sic, Omne ens omni modo, vel non omni modo, sed inquantum illucescere potest per lumen intellectus agentis, est scibile per physicas disciplinas. In primo sensu est falsum: in secundo verum. Quamuis autem vtranque responsionem argumentū recipiat, placuit tamen autori secundam responsionem adhibere, non primam explicite: tum vt ex propriis huius articuli, lumine scilicet diuinæ reuelationis, oppositas difficultates solueret, tum quia prima responsio iam in corpore articuli in prima cõclusione habebatur.

Annot.

3. dist. 33. q. 1. artic. 2. q. 4. & 1. sent. prolo. arti. 3. qõ. 2. Et veri. qõ. 14. art. 9. 3m. Et hoc tri. q. 2. arti. 2.

¶ *Num diuersa ratio cognoscendi siue modus eandem conclusionem inferat necessitatem scientiæ cum distinctione.*

VEruntamen Scotus in primo, quæstione prima prologi, in solutione primi argumenti, pro philosophis hanc responsionem reprehendit, eò quòd secundum eam non saluatur necessitas theologiæ: quam argumentum infringere intendebat. Probat autem hoc sic. Ex hac responsione nihil aliud habetur nisi eadem per theologiam & alias scientias cognosci, quamuis alio modo: sicut per astrologiam & physicam scitur quòd terra est rotunda: ergo non saluatur necessitas, sed distinctio theologiæ ab aliis. Tenet consequentia ex proportionalitate à re assignata: quoniam ex quo illa conclusio, terra est rotunda, est scita per alteram scientiarum, reliqua non est necessaria respectu illius quo ad sciendam conclusionem, quamuis sit distincta.

¶ Ad hoc respondetur, quòd diuersitatem modi sciendi diuersitas obiecti formaliter sumpti seu rationis formalis obiecti comitatur: compatiendo tamen quandoque identitatem aliquo modo alicuius conclusionis, si ad æquata est ratio modorum saltem comitatur diuersitas multarum veritatum scibilium, si inadæquata est: vt inferius articulo tertio patet. Vnde eædem res sub diuersis rationibus cognoscendi accipræ, diuersitatem cognoscibilium inducunt. Et propterea dicendo, quòd est diuersa ratio cognoscibilis implicite insinuauit alienitatem quoque cognoscibilium: quam iam in prima conclusione expresserat. Et propter hoc negatur antecedens, quoniam ex hac responsione quamuis explicite non habeatur nisi diuersitas modi cognoscendi, implicite tamen habetur etiam diuersitas cognoscibilium.

¶ Ad exemplum autem de Astrologia, licet dici posset, quòd exemplorum non requiritur assimilatio in omnibus: Tamen exemplum sequendo dicitur, quòd sicut astrologia alio lumine quàm physica in aliquam conclusionem coincidit, & non in omnes, sic theologia alio lumine & easdem veritates, quas aliæ scientiæ, & alias veritates de eisdem rebus considerat. Et sic quemadmodum Astrologia quamuis coincidat quo ad materiam in aliquam conclusionem physicam: quia tamen alio lumine & consequenter alias veritates considerat, est non solum diuersa, sed necessaria scientia: sic & theologia est ab aliis diuersa & necessaria.

a ¶ *Super Quæstionis primæ Articulum secundum.*

IN titulo huius secundi articuli, nota duos terminos. Primo ly scientia. Secundo ly sacra doctrina. Scientia enim sumitur hic proprie, vt est intellectualis virtus (sexto Ethicorum.) & habitus conclusionum per demonstrationem acquisibilis ex principiis. Et quoniam talia sunt subiecta qualia permittuntur à prædicatis: consequens est quod ly sacra doctrina sumatur hic pro doctrina reuelata, vt est conclusionum. Neque enim sumitur pro tota, quoniam stultum videtur quærere, an tota cognitio claudens in se principia & conclusiones sit scientia, cum constet principiorum non esse scientiam, sed pro ipsa absolute, vt in primo articulo adiuncto respectu ad conclusiones: ita quòd sensus quæstionis est, an sacra doctrina, quam probauimus necessarium, quo ad conclusiones suas, habeat rationem scientiæ, an non: sed opinionis, & cætera. & sic idem omnino est subiectum quæstionis & conclusionis responsiuæ: & quæstiones æquantur vere scitis iuxta doctrinam secundi posteriorum.

Annot.

¶ In corpore proposita conclusione responsiua, tria facit. Primò ponitur vnica distinctio. Secundò modificatur conclusio responsiua. Tertiò deducitur corollarium. Distinctio est, scientia duplex: subalternans & subalternata ex primo posteriorum. Differentia inter has est, quòd subalternans procedit ex propositionibus per se notis: subalternata verò ex principiis notis non per se, sed lumine superioris scientiæ, vt patet in Arithmetica & Musica, Geometria & Perspectiua.

Coment.

¶ Circa

Annot. ¶ Circa hanc distinctionem ac differentiam vide quòd ex propria ratione scientiæ absolute nascitur hæc differentia assignata in litera: & propterea tanquam prima & essentialis differentia inter subalternantem & subalternatam suscipienda est: & ex his oportet omnes difficultates solui, si doctrina vera est. Scito igitur quòd de ratione scientiæ absolute vt distinguitur contra alios habitus seu virtutes intellectuales est habere conclusiones visibiles in alio, id est, in principiis: quoniam omnis scientia ex principiis oritur necessario. Et ex hoc sequitur quòd nec scientia subalternans, nec subalternata habet euidentiam conclusionum in seipsis, sed adiuta habitu principiorum. verum in hoc differunt, quòd subalternantis conclusiones visibiles sunt ex & in principiis, immediate: id est, absque alio medio habitu: subalternatæ vero conclusiones visibiles sunt ex & in principiis per se notis mediate, mediante scilicet habitu scientifico subalternante. Et hæc est essentialis & per se differentia inter subalternantem & subalternatam scientiam. Cæteræ autem conditiones sunt consequentes, aut sunt talis subalternatæ, non subalternæ vt sic. Puta quòd vna dicat quia: & altera propter quid: aut quòd obiectum addat differentiam accidentalem extraneam. Hæc nauque est conditio subalternationis quo ad obiectum, illa verò subalternationis quo ad principia, gratia materiæ, vt infrà patebit. Essentialeergo, omni scientiæ propriæ dicæ, id est discursiue, est habere conclusiones visibiles non in & ex se, sed in & ex alio. Et ex his deducuntur quinque. Primo, quòd omnis scientia est scientia ex sua continuatione ad habitum superiorem: quoniam non nisi ex illa continuatione euidentiam habet conclusionum. Et vt dicitur primo posteriorum, Non scire non habens demonstrationem demonstrabilium. Demonstratio enim est quæ continuat, non curando modo, actu vel potentia. Secundo, quòd scientia subalternata est scientia ex continuatione seu continuabilitate ad scientiam superiorem eadem ratione. Tertiò, quòd per se habitus principiorum proximorum subalternatæ est habitus scientificus subalternans. Quarto, quòd scientia subalternans & subalternata non necessario opponuntur ex parte obiecti, nec ex parte subiecti, sed potius ex parte conditionum medij: quia scilicet medium in subalternante immediate iungitur principiis per se notis, subalternatæ vero mediate, mediante scilicet habitu alterius speciei. Quinto, quòd subalternata & subalternans sunt compossibiles in eodem subiecto: quia non opponuntur ex parte subiecti. Et ex his deducitur sextum, quòd principia proxima subalternatæ possunt duplici habitu cognosci, scilicet scientia superiori, & fide, vt in litera expresse dicitur, dum in corollario ponitur fides de principiis, & in distinctione ponitur lumen superioris scientiæ de eisdem. Sed scientia superior est eorum habitus per se, quia ex essentiali comparatione ex qua habet subalternata quòd sit scientia. Fides vero est eorum habitus per accidens, quia ratione subiecti in quo est, pura perspectiui, non geometræ. Est autem vnum hic aduertendum, quòd in prima & essentiali conditione subalternatæ scientiæ concurrunt duo. Primum est ineuidentia in se cum euidentia ex & in alio. Secundum est mediatio principiorum proximorum, quæ est causa illius ineuidentiæ in se: sed primum horum est formale, & consequenter omnino semper requisitum: secundum autem est materiale. Si enim posset saluari illa ineuidentia cum visibilitate in alio absque mediatione, nisi minus subalternaretur illiquia vt iam patet ex dictis penes illum modum euidentiæ est essentialis & per se differentia inter subalternantem & subalternatam: & hinc sequitur quòd non oportet principia subalternata ex formali ratione subalternationis habere propter quid, sed sat est esse illo modo propositiones ineuidentes & visibiles.

Coment. ¶ Conclusio modificata est, Sacra doctrina est scientia subalternata scientiæ Dei & beatorum. Probatur. habitus acquisitus ex principiis notis lumine scientiæ Dei & beatorum est scientia subalternata illi: Sacra doctrina est huiusmodi: ergo. ⌈ Corollarium est, sacra doctrina credit principia reuelata sibi à Deo. Probatur ex conditione subalterni artificis. Musica credit principia tradita sibi ab Arithmetico. ergo &c.

1. *Num Sacra Theologia sit scientia.*
2. *Num Sacra Theologia sit scientia subalternata scientiæ Dei.*

CIrca hunc articulum aduertendum est conclusionem responsiuam habere duas partes: scilicet & quòd theologia est scientia: & quòd est subalternata scientiæ Dei. ⌈ Contra quidem primam partem multipliciter arguitur à Durando, Aureolo, & Gregorio de Arimino, vt habes hic à Capreolo ex conditionibus ipsius scire & demonstrationis assignatis primo posteriorum, & sexto Ethicorum. ⌈ Ex parte obiecti: quia scientia est de necessariis: ista est de contingentibus, puta incarnatione, prædestinatione, glorificatione, &c. Ex parte principiorum: tum quia scientia est ex per se notis: tum quia habitus principiorum scientiæ est superior habitu conclusionis. Ex parte certitudinis: tum quia sciens scit se scire: tum quia scientia est virtus intellectualis. ⌈ Et si dicatur quòd theologus scit se scire ex suppositione: scilicet si articuli fidei sint veri; ergo inquit Aureolus ista est scientia consequentiarum & non consequentiæ; & necessitatis consequentiæ, & non consequentis: & breuiter illationum, non rerum. ⌈ Ex parte modi: Sacra doctrina, inquit Scotus in tertio sent. distinct. vigesima quarta, quæstione prima, non est tradita per discursum syllogisticum, sed omnibus æquè assentimus, ita quòd non vni propter aliud: ergo. antecedens manifestatur quia licet arguatur primæ ad Corint. decimoquinto, & à doctoribus, Nulla tamen maior certitudo est probatæ quàm probantis, aut probatæ, & non probatæ, sed simpliciter propositæ: quòd in scientia non contingit. ⌈ Ex parte demum subiecti: fides & scientia apud te non stant simul, inquit Scotus ibidem: & quæstione tertia, prologi primi. ergo.

¶ Contra secundam autem partem seu minorem aliæ rationes multipliciter

vt dicitur secundæ Thessalonis. 3. Non igitur sacra doctrina est scientia.

¶ Præterea, Scientia non est singularium. Sed sacra doctrina tractat de singularibus, puta de gestis Abrahæ, Isaac & Iacob & similibus. Ergo sacra doctrina non est scientia.

¶ SED CONTRA est quod August. dicit xiiij. de trinit. Huic scientiæ attribuitur illud tantummodo, quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. Hoc autem ad nullam scientiam pertinet nisi ad sacram doctrinam. Ergo sacra doctrina est scientia.

CONCLVSIO.

Sacra doctrina est scientia subalternata scientiæ Dei & beatorum, cum procedat ex principiis in illa scientia notis.

arguitur impugnando duo. Primo diuersitatem theologiæ nostræ à theologia Dei & beatorum. Secundo, quod distinctio illa, quæ est inter eas qualiscunque sit, non est distinctio cum requisitis conditionibus ad subalternantes & subalternatam. Scotus igitur in primo senten. q. tertia, prologi, dupliciter inuehitur contra primum. Scientia Dei non potest esse nisi vna formaliter: igitur nulla est subalternata. antecedens patet, quia deitas non est nisi vna ratio formalis. Præterea de eisdem veritatibus primo impossibile est esse subalternantem & subalternatam: quia vbi illa desinit, hæc incipit: istæ sunt de eisdem: ergo. Hæc duo motiua simul ab Aureolo innuuntur sub alia forma sic, subiectū subalternatæ addit ad subiectum subalternantis: sed subiectum theologiæ nostræ non addit: ergo. Contra secundum autem Scotus ibidem & in tertio vbi supra dupliciter arguit. Scientia subalternata dependet à subalternante vt à causa: ista non dependet sic à scientia beatorum ergo. Probatur minor: causa scientiæ non est nisi obiectum, potentia, subiectum, vel lumen: quorum nullum est scientia illorum. Præterea subalternata & subalternans sunt compossibiles in eodem subiecto: istæ non sunt compossibiles. ergo. Probatur minor: quia sequeretur quòd idem esset simul comprehensor & viator. Demum contra idem arguit Durandus, subalternans dicit propter quid, & subalternata quia: istæ non sic se habent: ergo. Probatur minor: quia theologalia non habent propter quid, & sic habent, idem dicimus nos & beati. Puta propter quid Christus est incarnatus, scilicet propter humanam salutem &c.

Ad primum.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis scito duo. Primum est, quòd theologia nostra potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se. Alio modo vt in nobis viatoribus. Si consideretur secundum se, sic proculdubio est scientia subalternata scientiæ beatæ quo ad euidentiam, cum ex eius continuabilitate scientiæ rationem induat, dum procedit ex principiis secundum se notis lumine beato: & contra hoc paucæ, aut nullæ rationes militant. quoniam primæ rationes infringunt theologiam nostram in nobis non esse scientiam: secundæ verò, non esse subalternata totaliter, non quo ad aliquid. Si autem consideretur vt in nobis viatoribus, sic difficultates moræ emergunt. Et putatur quòd etiam apud Sanct. Tho. sic accepta non sit. Scientia nisi æquiuoce, vt alibi ipse dicere videtur: nec sic subalternata nisi secundum quid, scilicet quo ad euidentiam. & si hæc consideretur, facilis esset quæstionis solutio. Verum mihi videtur aliter esse interpretandum Sanct. Tho. quo ad secundum præipue punctum. Nam quo ad primum punctum, scilicet quòd theologia nostra vt in nobis viatoribus non sit, aut sit scientia, vtraque pars potest sane intellecta dici, & quod non est lumen: scilicet non habet scientiæ rationem perfectam: quia non vere scit qui non potest resoluere in principia euidentia: & hoc intendit vbicunque hoc inuit: & quòd est scientia imperfecta ratione status præsentis: scientia enim imperfecta non est extra latitudinem scientiæ: & hoc affirmauit hic litera. & ne daretur occasio male intelligendi, cum fuisset tantum quæsitum, verum esset scientia, responsum est affirmatiue cum aduersatiua subiuncta, vt completa responsio esset cum conditione specificante, & non absolute. non enim probauit quòd est scientia, sed quòd est scientia subalternata, vt ex qualitate adiuncta intelligeres imperfectionem, quam in statu hoc habet.

Ad secundum.

¶ Quo ad secundum vero punctum de subalternatione, videtur mihi quòd de subalternatione simpliciter intendat litera. Tum quoniam de tali distinxerat ante conclusionem. Tum quia vt patet ex dictis, subalternatio quo ad euidentiam oritur ex ratione scientiæ. Et propterea tenendum arbitror quòd theologia nostra secundum se, est vere scientia simpliciter subalterna: vt in nobis vero viatoribus, est scientia imperfecte, sed simpliciter subalterna. Tu autem nouitie cum disputas, caue ne fallaris pro eadem accipiens theologiam secundum se, & theologiam nostram secundum se: hæc enim valde differunt. quoniam theologia secundum se est scientia, quam nata est parere deitas secundum se: & hæc est theologia, quam Deus de seipso habet: sed theologia nostra distinguitur si ly nostra, demonstret humanam naturam simpliciter, in theologia beatorum & viatorum: non oportet autem distingui si ly nostra demonstret viatores: & sic accipitur in proposito: hæc tamen potest accipi secundum se, & vt in nobis viatoribus. Habes autem distinctionem hanc vltimam ex litera, dum in corollario manifeste loquitur de theologia nostra vt in nobis viatoribus: quorum est credere principia. Et in conclusione responsiua locutus est de eadem secundum se: conuenit siquidem ei secundum se oriri ex principiis notis secundum se lumine superioris scientiæ, &c. Secundum est: quòd quia omnia nostra transfata in Deum secluso imperfectionibus transferri intelligantur: consequens est & quòd scientia ratione euidentiæ & certitudinis non quo ad discursus imperfectionem: & quod subalternare, non quo ad discursus demõstrarui probationem principia subalternatæ: sed quo ad euidentiam illorum & causalitatem notitiæ eorum in aliis, transferatur in Dei scientiam: ac per hoc non oportet ex subalternatione quòd principia Theologiæ nostræ sint conclusiones Theologiæ beatorum. Sicut si geometria absque discursu esset, haberet quam nunc habet euidentiam de principiis perspectiuæ, sed non eodem modo. & nihil minus subalternans esset. Quia igitur conclusiones theologales procedunt ex articulis fidei vt principiis non in se euidentibus, sed in scientia Dei & beatorum, consequens est quòd habet essentialem conditionem constituiuam scientiæ subalternatæ, & quòd est scientia ex continuatione ad scientiam Dei & beatorum: & quod habitus per se principiorum eius est scientia diuina, habitus vero per accidens eorum est fides: & quòd non opponitur scientiæ beatæ ex parte obiecti, nec subiecti: sed secundum euidentiam & ineuidentiam negatiue. & quòd sint compossibiles in eodem subiecto simul. Nec est idem iudicium de scientia subalternata & fide: quoniam lumen diuinum absolute est per se ratio formalis huius notitiæ: inquantum scientifica est. Lumen autem diuinum obumbratum est per se ratio assensiuæ fidei, quæ per ac-

eidens est, vt dictum est, habitus principiorum horum: & ideo habitus principiorum non remanebit in patria, scientia autem acquisita ex eis remanebit, iuxta illud Hieronymi, Discamus in terris, &c. Vnde ad rationes in oppositum contra primam partem inductas sigillatim propter nouitios respondendo dicitur.

Ad ar. 1. b ¶ Et ad primum dicitur, quòd incarnatio & alia huiusmodi secundum se contingentia, vt subsunt huic scientiæ, sunt necessaria, quemadmodum vt scita à Deo sunt necessaria, vt in quæstione decimaquarta patebit.

¶ Ad secundum verò iam patet, quòd ista scientia est ex per se notis, id est euidentibus mediate, & hoc sufficit, iuxta illud primi Topicorum, Demonstratio est ex per se notis: vel ex his quæ per illa fidem sumpserunt: habitus quoque per se principiorũ huius scientiæ est altior ipsa, quicquid sit de habitu per accidens, id est fide, quæ dici potest altior scientia quo ad adhæsionem, licet non quo ad euidentiam.

3 Infrà ar. 4. Et 1. prolo. arti. 2. 3. & 4. ca. & 5. 2.

¶ Ad tertium autem dicitur, quòd theologus scit se scire non conditionaliter, sed subalterne: hoc autem non est scire illationes tantum, sed illata ex principiis euidentibus in superiori scientia. Nec plus potest inferri ex tali ineuidẽtia, nisi quòd tale scire non est perfectum, nisi continuetur cum superiori scientia: quod non solum concedimus, sed docemus. Et similiter dicimus quòd scientia sub alterna vsquequo non continuatur subalternanti, non est virtus intellectualis, sed inchoatio virtutis intellectualis, & ideò spectat ad eandẽ virtutis speciem, scilicet sciẽtiam.

¶ Ad quartum, quod est Scoti, negatur antecedens: quoniam in sacra scriptura traduntur demonstrationes virtualiter, & generatur alius habitus à fide: ex deductione conclusionum ex articulis fidei. Nec est verum quòd omnibus assentiamus æque seu eodem modo: quoniam articulis assentimus non propter aliud: conclusionibus autem, de quibus solis est hæc sciẽtia, assentimus propter articulos. Et cum dicitur quòd æque assentimus probatis & simpliciter propositis, respondetur, si omnia simpliciter credenda proponerentur, theologia nostra in se quidem esset scientia, quia conclusiones suæ secundum se natæ sunt deduci ex articulis fidei, sed quo ad nos non esset scientia, sed fides: & non solum æque, sed eodem modo assentiremus omnibus: verum quia de facto articuli proponuntur nobis simpliciter credendi, cætera autem vt ex articulis deducenda, ideo non eodem modo assentimus principiis & conclusionibus. Nec æque assentimus conclusionibus probatis & non probatis: propter quod circa non probatas tanta opinionum diuersitas in sacra doctrina toleratur: & propterea est scientia non solum in se, sed quo ad nos, imperfecta tamen.

¶ Ad vltimum autem iam patet, quòd non ponimus fidem & scientiam de eodem simul: quia fides est de articulis scientia autem de conclusionibus.

Ad ar. 1 ¶ Ad argumenta verò contra secundam partem respondendo dicitur, quòd scientia de Deo adæquata non potest esse nisi vna, inadæquata verò potest multiplicari: talis autem est theologia. Vel dicatur & melius, quamuis in idem redeat, quòd antecedens est simpliciter falsum, quoniam ad vnitatem scientiæ requiritur & vnitas rationis formalis obiecti vt res, & vnitas rationis formalis obiecti vt obiectum, vt in sequenti patebit articulo. In proposito autem, quamuis Deitas sit vna ratio formalis obiecti vtriusque theologiæ vt res est, alia tamen & alia est ratio formalis eiusdem obiecti vt obiectum est in vtraque theologia: quoniam Deus vt clare visus obiicitur beatis. Deus autem vt reuelatus abstrahendo à claritate & obumbratione, obiicitur theologiæ nostræ absolute sumptæ.

¶ Ad secundum dicitur, quòd theologia nostra & beatorum non sunt de eisdem veritatibus: prout manifeste patet de veritatibus articulorum fidei, de quibus est theologia beatorum, non nostra. Et per hoc patet responsio ad formam argumenti Aureoli. Concedi siquidem potest quòd subiectum theologiæ nostræ addit aliquo modo ad subiectum theologiæ beatorum accipiendo subiectum nostræ theologiæ pro toto aggregato ex subiecto vt re & vt obiecto: sic enim subiectum est Deus reuelatus. Reuelationem autem constat addere differentiam accidentalem. At si pertinaciter ex parte obiecti vt res est additionẽ talem quis exigat in subiecto subalternatę, negatur assumptũ vniuersaliter: licet in quibusdam verificetur. Nec oppositum dicitur primo posteriorum: sed docetur ibidem quòd vna scientia non descendit in aliam, nisi subiectum sit sub subiecto simpliciter: vel sic, quod concedimus, dum dicimus scientiam beatorum descendere in nostram: quia formale subiectum vt res, est omnino idem vtrobique, & vt obiectum huius est sub obiecto illius.

¶ Ad reliqua verò obiecta contra secundum punctum dicitur, quòd ista scientia dependet à theologia beatorum vt à lumine: & quòd sunt compossibibiles simul in eodem. Nec sequitur quòd idem sit simul viator & comprehensor, sed sit simul comprehensor & habens scientiam quam acquisiuit in via. Alio modo non solum propter exclusionem discursus, sed propter perfectionem quam ex continuatione ad scientiam beatorum sortitur.

¶ Ad vltimum Durandi negatur theologales conclusiones non habere propter quid, quicquid sit de principiis. Et si idem propter quid nos & beati dicamus, non tamen eodem modo: quia illi euidenter, nos autem absque euidentia. At si principia dicatur oportere habere propter quid, responsum est, quòd sufficit quòd non sint euidentia in subalternata, sed in subalternante: & hoc loquendo de propter quid proprie. Nulla namque est propositio pure theologalis, quæ non habeat aliquo modo propter quid. Et sic patet responsio ad omnia obiecta.

¶ AD PRIMUM ergo dicendum, quòd principia cuiuslibet scientiæ vel sunt nota per se, vel reducuntur ad notitiam superioris scientiæ: & talia sunt principia sacræ doctrinæ: vt dictum est [e].

¶ Ad secundum dicendum, quòd singularia traduntur in sacra doctrina, non quia de eis principaliter tractetur, sed introducuntur, tum in exemplum vitæ, sicut in scientiis moralibus: tum etiam ad declarandum autoritatem virorum, per quos ad nos reuelatio diuina processit, super quam fundatur sacra scriptura seu doctrina.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum sacra doctrina sit vna scientia.*

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quòd sacra doctrina non sit vna scientia: quia secundum Philosophum in primo posteriorum, vna scientia est quæ est vnius generis subiecti. Creator autem & creatura, de quibus in sacra doctrina tractatur, non continentur sub vno genere subiecti. Ergo sacra doctrina non est vna scientia.

¶ Præterea, in sacra doctrina tractatur de Angelis, de creaturis corporalibus, de moribus hominum: huiusmodi autem ad diuersas scientias physicas pertinent: igitur sacra doctrina non est vna scientia.

¶ SED CONTRA est, quòd sacra scriptura de ea loquitur sicut de vna scientia. dicitur enim Sapien. decimo, Dedit illi scientiam Sanctorum.

CONCLVSIONES.

¶ *Cum omnia considerata in sacra doctrina sub vna formali ratione diuinæ reuelationis considerentur, eam vnam scientiam esse sentiendum est.*

¶ RESPONDEO dicendum, sacram doctrinam vnam scientiam esse. Est enim vnitas potentiæ & habitus consideranda secundum obiectum: non quidem materialiter, sed secundum rationem formalem obiecti [e]: puta homo, asinus & lapis conueniunt in vna formali ratione colorati, quod est obiectũ visus. Quia igitur sacra scriptura considerat aliqua secundum quòd sunt diuinitus reuelata (secundum quod dictum est [e]) omnia quæcunque sunt diuinitus reuelabilia communicant in vna ratione formali obiecti huius scientiæ: & ideo comprehenduntur sub sacra doctrina, sicut sub scientia vna.

¶ AD PRIMUM ergo dicendum, quòd sacra doctrina non determinat de Deo & de creaturis ex æquo, sed de Deo principaliter, & de creaturis secundum quòd referuntur ad Deum, vt ad principium vel finem. Vnde vnitas scientiæ non impeditur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet inferiores potentias, vel habitus diuersificari circa illas materias, quæ communiter cadunt sub vna potentia vel habitu superiori. quia superior potentia vel habitus respicit obiectum sub vniuersaliori ratione formali: sicut obiectum sensus communis est sensibile, quod comprehendit sub se visibile & audibile. Vnde sensus communis cum sit vna potentia, extendit se ad omnia obiecta quinque sensuum. Et similiter ea, quæ in diuersis scientiis physicis tractantur, potest sacra doctrina vna existens considerare sub vna ratione, inquantum scilicet sunt diuinitus reuelabilia. Vt sic sacra doctrina sit velut quædam impressio diuinæ scientiæ, quæ est vna & simplex omnium.

a ¶ *Super Quæstionis primæ Articulum tertium.*

Annot. In titulo nota duos terminos, scilicet subiectum & prædicatum: ly enim sacra doctrina, sumitur pro tota scientia theologica: ly vna, supponit pro vnitate specifica speciei specialissimæ. Et aduerte caute quòd hic non quæritur vtrum sit vna simplex qualitas, sed vtrum sit vna scientia secundum speciem, quicquid sit de modo vnitatis ipsius scientiæ in communi, an scilicet sit vna vnitate simplicitatis, an vnitate ordinis &c. Nihil enim refert ad propositum quid quisque sentiat. Sat est hic discutere an theologia sit scientia vna secundum speciem specialissimam, an non, sed sit diuisibilis in multas species: & vt mathematica diuiditur in geometriam, arithmeticam &c. ita hæc diuidatur in scientias plures, puta de Deo, de Christo, de moribus.

Coment. b ¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Sacra doctrina est scientia vna. Probatur, vnitas potentiæ & habitus est secundum vnitatem rationis formalis obiecti, ergo sacra doctrina est scientia vna. Antecedẽs declaratur in potentia visiua, & ratione formali sui obiecti. Consequentia verò probatur. Omnia considerata in sacra doctrina communicant in vna ratione formali obiecti huius scientiæ, scilicet lumine diuinæ reuelationis: ergo.

Annot. ¶ Ad euidentiam huius rationis nota duplicem esse rationem formalem obiecti in scientia, alteram obiecti vt res, alteram obiecti vt obiectum: vel alteram vt quæ, alteram vt sub qua. Ratio formalis obiecti vt res, seu quæ est ratio rei obiectæ, quæ primo terminat actum illius habitus: & ex qua fluunt passiones illius subiecti, & quæ est medium in prima demonstratione, vt entitas in metaphysica, quantitas in mathematica, & mobilitas in naturali. Ratio autem formalis obiecti vt obiectum vel sub qua, est immaterialitas talis, seu talis modus abstrahendi & diffiniendi: puta sine omni materia in metaphysica, cum materia intelligibili tantum in mathematica, & cum materia sensibili, non tamen hac, vt in naturali. Necessitas autem, qualitas, & distinctio harum rationum sumenda est ex distinctione duorum generum, in quibus oportet locare obiectum scientiæ. Oportet enim quòd formaliter sit talis res, taliter scibilis. Et ideo oportet quòd habeat & rationem formalem constituentem formaliter ipsam in tali esse reali, & rationem formalem constituentem formaliter ipsam in tali esse scibili, vt sic reponatur & in genere rerum, & in genere scibilium: quemadmodum obiectum sensus est in duobus generibus, scilicet sub passibili qualitate, & sub sensibili. Aliæ nanque sunt differentiæ & species passibilis qualitatis, & aliæ sensibilis. Illius enim sunt species, Color, Sonus, Odor &c. Istius verò species sunt, Visibile, Audibile, Odorabile Illius differentiæ sunt constitutiuæ rerum obiectarum, istius differentiæ nihil ponunt in ipsis rebus obiectis. Illæ rursus constituunt subiecta, istæ passiones, iuxta illud secundi de Anima: vbi visibile prædicatum secundi modi per se seu passio ponitur coloris. Et quemadmodum sensus distinctio & multiplicatio non attenditur secundum quamcunque diuisionem sensibilis qualitatis, sed solum secundum illum in illa quinque, ex quibus fluit diuisio per se sensibilis in eo quod sensibile, per proprias scilicet differentias ipsius sensibilis: puta taliter immutatiuum esse sensus &c. quoniam sensus dicitur diuidi secundum diuisionem sensibilis inquantum sensibile: Ita obiectum scientiæ est in genere entis, & in genere speculabilis, ita quòd hæc duo genera aliis & aliis differentiis propriis diuiduntur in proprias species. Entis enim differentiæ proprie sunt constitutiuæ entium in suis generibus realibus: sicut esse per se constituit substantiam, & esse in alio accidens, &c. Speculabilis autem propriæ differentiæ nihil ponunt in entibus. Vnde illæ intrinsece constituunt subiecta, istæ constituunt quasi passiones eorum: quandoquidem & speculabilitas entis passio est. Et propterea illa sola entis diuisio diuersificat habitus speculatiuos, quæ infert propriam diuisionem speculabilis vt speculabile est per proprias differentias ipsius speculabilis: quæ penes diuersitatem modi abstrahendi à materia sumuntur sexto Metaphysicæ. Ita quòd primo diuiditur ratio entis in entitatem simpliciter, quantitatem, & mobilitatem, & Deitatem. Et ex hac fluit alia diuisio scibilis, in scibile per lumen metaphysicale, id est, medium illustratum per abstractionem ab omni materia: & per lumen mathematicum, id est, medium illustratum immaterialitate sensibili, obumbratum tamen materia intelligibili: & per lumen physicum obumbratum, id est, medium obumbratum materia sensibili, illustratum autem ex separatione indiuidualium conditionum: & per lumen diuinum, id est, medium diuino lumine fulgens: quod scibile theologicum constituit. Habet igitur obiectum scientiæ duplicem rationem formalem, alteram quidditatiuam sibi vt res est: alteram denominatiuam sui simpliciter. Quidditatiuam autem sibi vt est sub genere scibilis, quod est esse sub genere obiecti, quoniam scibile species est obiecti. Et ideo dictum est, quòd altera est obiecti vt obiectum est: & quoniam quemadmodum sensus distinguitur secundum distinctionem sensibilis vt sic, ita scientia diuiditur secundum diuisionem scibilis vt sic: ita quòd vbi est vna species specialissima scibilis, ibi oportet esse vnam tantum speciem scientiæ, quemadmodum etiam in sensu & sensibili accidit. Et vbi plures differentiæ scibilis vt sic reperiuntur, diuersas oportet scientiæ species ponere: & si his adiunxeris quod differentiæ scibilis vt sic, sunt ipsæ rationes formales obiecti

obiecti scibilis vt obiectum est, de necessitate sequitur quòd vnitas & diuersitas specifica scientiarum attendantur penes vnitatem & diuersitaten rationum formalium obiectorum vt obiecta sunt, vel quòd idem est rationum formalium sub quibus res sciuntur. Et hoc est quod in litera dicitur, dum ratio quare theologia sit vna scientia assignatur, ex vnitate rationis formalis sub qua, seu obiecti vt obiectum: id est luminis diuinæ reuelationis. Omnia enim dicuntur considerari in theologia, inquantum sunt diuinitus reuelabilia. Et sic patet vis & sensus rationis allatæ in litera.

d ¶ Circa hanc rationem sic expositam occurrit triplex dubium. Primum circa ipsam rationem: secundum circa antecedens: tertium circa propositionem assumptam in probatione consequentiæ. Et sunt sigillatim absoluenda ordine proposito.

Annot. ¶ Circa rationem igitur literæ dubium occurrit: quia in æquiuocationem cecidit: quoniam in antecedente loquitur de ratione formali obiecti vt res est (vt patet ex eius probatione in visu: assumitur nanque coloris ratio pro ratione formali visibilis: coloris autem ratio est ratio formalis visibilis inquantum res, vt patet). Probatio vero consequentiæ loquitur de ratione formali obiecti vt obiectum est: quoniam reuelabilitatem subsumit esse rationem formalem obiecti theologiæ. Ergo manifeste committitur æquiuocatio, sub ratione formali obiecti vt res subsumendo rationem formalem obiecti vt obiectum.

¶ Ad hoc dicitur, negando assumptum: Quoniam antecedens supponit indistincte pro ratione formali obiecti siue vt res, siue vt obiectum: quamuis sit manifestatum quo ad rationem formalem obiecti vt res, tum quia notior est, tum quia conuertibiliter se consequuntur illæ duæ rationes formales, vt subiectum & passio, vt dictum est: & propterea absque æquiuocatione subsumi potuit de ratione formali obiecti vt obiectum est, scilicet reuelabilitate. Et merito magis ratio obiecti vt obiectum subsumpta est, quàm ratio obiecti vt res: tum quia ratio obiecti theologici vt res adhuc non est assignata, sed in articulo septimo discutienda erat: alia vero est assignata & in primo & in secundo articulo. Tum quia ratio illius vt res, non infert speciem specialissimam obiecti vt sic, & consequenter nec speciem specialissimam scientiæ, vt nunc nunc patebit, & sic non habuisset intentum suum.

¶ *Num ratio formalis obiecti vt obiectum est, & illius vnitas, & eiusdem formalis ratio vt res est, conuertibiliter se inferant vt subiectum & passio.*

Sed contra responsionem insurgit maior difficultas: quoniam si verum est quòd ratio formalis obiecti vt res, & ratio eius vt obiectum, se habent vt subiectum & passio conuertibiliter (vt præfata responsio sustinet, & prius est dictum) sequitur quòd theologia beatorum & nostra conueniant in vna ratione formali obiecti vt obiectum est: & consequenter sint vna scientia secundum speciem specialissimam, & consequenter ruit tota subalternatio articuli præcedentis, vt ibi arguebat Scotus: quia idem non subalternatur sibi. Probatur sequela sic, Istæ theologiæ conueniunt in ratione formali obiecti vt res, quia Deitas est ratio formalis vtrobique: ergo in ratione formali obiecti vt obiectum. Patet consequentia: quia illæ duæ rationes formales conuertibiliter se inferunt, vt subiectum & passio secundum dicta. Oportet enim conuenientia in vnitate subiecti, quòd conueniant in vnitate passionis illius: quoniam inseparabilis est passio à subiecto. Ad hoc dicitur, quòd illa propositio, scilicet ratio formalis obiecti vt res, & ratio eius vt obiectum, sunt conuertibiles, &c. verissima est, sane intellecta: scilicet de ratione formali obiecti vt sic, adæquata rationi formali rei. Secus autem est de ratione formali obiecti vt obiectum, inadæquata rationi formali obiecti vt res, si contingit aliquod obiectum habere rationem inadæquatam: quoniam inadæquatam non oportet conuerti cum ratione rei: sed inferre quidem illam, & non necessario inferri ab illa. Sic autem est in proposito: quia Deitati respondet vna tantum ratio formalis adæquata obiecti vt obiectum est, & hæc est lumen diuinum. Sed illa ratio formalis non est vna in specie, sed in genere: & diuiditur in lumen diuinum euidens, & lumen diuinum reuelans abstrahendo ab euidentia & ineuidentia: & lumen diuinum ineuidens: & primum est ratio sub qua theologiæ beatorum, secundum nostræ, tertium fidei. Et propterea cum vnitate rationis formalis obiecti vt res, stat diuersitas specifica rationum formalium obiecti illius vt obiectum: & consequenter diuersitas specifica habituum. Et ideo quamuis deitas conuertatur cum illa ratione adæquata, & mutuo se inferant, non tamen conuertitur cum aliqua specie illius: & consequenter nullam earum determinate infert, sed infertur à singulis: valet enim Deus, sub ratione deitatis est obiectum talis scientiæ: ergo sub lumine diuino & econuerso. Sed non valet, ergo sub lumine euidenti: aut ergo sub lumine reuelationis, &c.

¶ Et vt scias radicem responsionis huius, aduerte, quòd licet duæ rationes formales sæpius nominatæ se habeant conuertibiliter, vt subiectum & passio, non tamen conuertibiliter se habent in gradu vnitatis, ita quòd si altera vna est vnitate specifica specialissime, altera quoque sit sic vna: & si altera est vna genere, quòd reliqua quoque sit vna generice, imò totum oppositum in pluribus apparet. Nam in obiecto metaphysicæ ratio minus est vna entis quàm genere: & tamen ratio suæ speculabilitatis, scilicet abstractio à materia sensibili & intelligibili, est vna secundum speciem specialissimam. Et idem apparet in geometria & arithmetica: quarum subiecta habent vnitatem genericam vt res, & speciei athomæ vt obiecta. Et per oppositum quandoque ratio rei est vna secundum speciem athomam, & ratio obiecti vt sic est vna secundum genus, vt in proposito contingit de deitate & lumine diuino. Et merito opposito modo obiectum theologiæ se habet ad obiecta prædictarum scientiarum: quia obiectum formale vt res est, infinitum est. Consonat quippe rationi, vt rei species infinita excedat species obiecti finitas: quamuis adæquatur generi. Posset quoque dici, quòd ratio formalis obiecti dupliciter assignatur, scilicet ex parte obiecti: & hæc conuertibiliter se habet ad rationem rei. Vel ex parte defectiuæ potentiæ: & hæc non conuertitur, sed infert rationem formalem rei, & non infertur ab illa. Sic autem est in proposito: quia deitas & lumen diuinum conuertuntur: sed deitas & lumen diuinum sic non conuertuntur: sed tale lumen infert & claudit in se deitatem: non autem econuerso. Et ideo licitum fuisset etiam sub ratione formali rei subsumere lumen reuelationis; quoniam in hoc clauditur illa.

4 Infrà ar. 5. c. Et 1. prol. ar. 3. q. 1. *Annot.* ¶ Circa antecedens est dubium, habens campum valde magnum, de vnitate & diuersitate habitus & potentiæ ex obiecto: & propterea oporteret de hoc facere potius quæstionem specialem. Sat sit hic quòd antecedens illud ex secundo de anima habetur, vbi potentiæ per actus, & actus per obiecta distingui dicuntur. Idem est enim de actu & habitu iudicium quo ad hoc.

¶ *Num omnia considerata in sacra doctrina conueniant in vna ratione formali diuinæ reuelationis: & ideo vna ex hoc sit scientia.*

Circa propositionem assumptam in probatione consequentiæ, scilicet omnia considerata in sacra doctrina conueniunt in vna ratione formali, id est, reuelabilitatę diuina, dupliciter dubitatur. Primo contra ipsam in se. Secundo contra ipsam vt applicatur ad inferendum vnitatem specificam theologiæ. Contra ipsam quidem in se arguit Albertus magnus in primo libro summæ suæ theologiæ, reuelabilitas nihil ponit in re reuelata: ergo non est ratio formalis. Tenet sequela, quia ratio formalis ponit aliquid in obiecto, cuius est ratio. ¶ Deinde arguit Aureolus; Lumen diuinum se habet ad theologiam vt intellectus agens ad scientias acquisitas: ergo non est ratio formalis.

¶ Præterea, Deus se habet vt præceptor: ergo sua reuelatio non est ratio formalis.

¶ Contra ipsam autem vt infert vnitatem scientiæ arguit Aureolus: Si Deus reuelaret simul philosophiam & geometriam, non propterea esset vna scientia: ergo ex vnitate reuelationis non sequitur vnitas scientiæ, &c.

¶ Pro euidentia responsionum ad has obiectiones, vltra prædicta scito, quòd lumen diuinæ reuelationis dupliciter comparari potest ad aliquam scientiam. Primo vt infundens ad infusum: seu causa efficiens ad effectum: & sic non dat vnitatem scientiæ: quoniam potest omnes scientias quantumcunque diuersas infundere. Alio modo vt ratio seu modus cognoscendi obiecti, sub quo seu qua attingatur res reuelata à cognoscente: & sic dat vnitatem scientiæ. Et quamuis ista duplex comparatio concurrat hic simul, non tamen oportet semper simul concurrere: si enim Deus reuelaret mihi geometriam, non propterea reuelatio esset ratio sub qua obiecti geometriæ meæ: quoniam ego scirem geometricalia sub illamet ratione formali, qua alij geometræ scient. Sed in theologia concurrit vtraque comparatio, quoniam & hæc scientia non nisi per infusionem habita est, & res scitæ in ea omnes attinguntur, & eis assentitur vt subsunt diuino lumini, vt modo cognoscibilitatis earum. Et propterea vnitas theologiæ infertur in litera ex vnitate diuini luminis, non vt infundens est, sed vt est ratio formalis sub qua, modo superius exposito.

¶ Et ex his patet facile responsio ad obiecta. Nam ratio Alberti æquiuocat de ratione obiecti, ex conditionibus rationis formalis obiecti vt res, excludendo rationem formalem obiecti vt obiectum, &c. Prima autem ratio Aureoli deficit: quia lumen diuinum se habet vt intellectus agens, sed non tantum: sed etiam vt ratio formalis obiecti vt obiectum est. Secunda verò eodem modo deficit: quia præceptoris illuminatio hic non solum est infusio, sed ratio rei infusæ sub qua. Et rursus falsum est, quòd ab vno præceptore vt sic possint plures scientiæ prouenire. Ad vltimum autem Aureoli iam patet quòd consequentia nihil valet: quia lumen diuinum infundendo physicam simul & mathematicam, non concurrit vt ratio obiecti vt obiectum est, sed vt infundens tantum, &c.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum sacra doctrina sit scientia practica.*

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur quòd sacra doctrina sit scientia practica. Finis enim practicæ est operatio secundum Philosophum in 2. metaph. Sacra autem doctrina ad operationem ordinatur, secundum illud Iacob. 1. Estote

a ¶ *Super quæstionis primæ Articulum quartum.*

Coment. In titulo notandum est quid nominis scientiæ speculatiuæ & practicæ. Scientia speculatiua vocatur, cuius finis proprius non est nisi scire: scientia autem practica est, cuius proprius finis est operari, vel opere appetitus, vel potentiæ executiuæ, dicente Aristotele 2. Ethic. Huiusmodi sermonem suscipimus non vt scientes simus: sed vt operantes, &c.

¶ In corpore duæ conclusiones. prima est, Theologia nec est pure practica, nec pure speculatiua, sed altior, comprehendens in se eminentius rationem practici & speculatiui.

Annot. ¶ Antequam conclusio probetur ad euidentiam sensus conclusionis scito, quòd practicum & speculatiuum, neque sunt differentiæ essentiales, neque quasi passiones consequentes differentias essentiales, primo diuidentes scientiam in communi: sicut nec visiuum & auditiuum sunt differentiæ primo diuidentes sensum in communi. Sed quemadmodum sensus prius diuiditur in communem & proprium, & deinde sensus proprius diuiditur in visum, auditum, &c. ita scientia prius diuiditur in scientiam infinitam & finitam: & deinde scientia finita

factores verbi, & non auditores tantum. Ergo sacra doctrina est practica scientia.

¶Præterea, Sacra doctrina diuiditur per legem veterem & nouam. Lex autem pertinet ad scientiam moralem, quæ est scientia practica. Ergo sacra doctrina est scientia practica.

¶SED CONTRA, Omnis scientia practica est de rebus operabilibus ab homine, & moralis de actibus hominum, & ædificatiua de ædificiis: sacra autem doctrina est principaliter de Deo, cuius magis homines sunt opera: non ergo est scientia practica, sed magis speculatiua.

CONCLVSIO.

¶Tametsi sacra theologia altioris ordinis scientia est, practica & speculatiua eminenter vtranque continens, speculatiua tamen magis est quàm practica.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sacra doctrina (vt dictum est) vna existens se extendit ad ea, quæ pertinent ad diuersas scientias physicas propter rationem communem, quam in diuersis attendit: scilicet prout sunt diuino lumine cognoscibilia. vnde licet in scientiis physicis alia sit speculatiua & alia practica, sacra tamen doctrina comprehendit sub se vtranque, sicut & Deus eadem scientia se cognoscit, & ea, quæ facit. Magis tamen est speculatiua quàm practica: quia principalius agit de rebus diuinis quàm de actibus humanis: de quibus agit secundum quod per eos ordinatur homo ad perfectam Dei cognitionem, in qua æterna beatitudo consistit. ¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS V.

a *¶Vtrum sacra doctrina sit dignior aliis scientiis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacra doctrina non sit dignior aliis scientiis. Certitudo enim pertinet ad dignitatem scientiæ. Sed aliæ scientiæ, de quarum principiis dubitari non potest, videntur esse certiores sacra doctrina, cuius principia, scilicet articuli fidei dubitationem recipiunt. Aliæ igitur scientiæ videntur ista digniores.

12e q.66. ä.5.3m. Et 1. pro lo. art. 1. Et 2. contra ca. 4. fin.

diuiditur in speculatiuam & practicam. Et ratio huius est, quia vna ratio formalis obiecti finita, non potest habere vtranque conditionem, & quòd sit ex qua sumatur regula operandi, & quòd sit in se scibilis, etiam si nulla posset ex ea regula operis sumi: sed oportet has duas conditiones in duabus fundari rationibus formalibus finitis, vt patet inductiue. Sed si ratio formalis alicuius obiecti scibilis est infinita, iam ex sua infinitate vtranque in se conditionem comprehendit altiori modo quàm sint in rebus finitis, eò quòd dispersa in inferioribus, vnite præinueniuntur in superiori. Et propterea sicut præter sensus proprios datur sensus altioris ordinis, qui non est visus, nec auditus, &c. ita præter scientias speculatiuas & practicas datur scientia altioris ordinis, non speculatiua nec practica: sed eminenter continens vtranque. Et iuxta hunc sensum intelligitur conclusio. Vnde in litera dicitur, quòd licet in scientiis physicis alia sit speculatiua & alia practica, id est, practicum & speculatiuum faciant alietatem. quæ est differentia substantialis: sacra tamen doctrina vna existens comprehendit vtrunque, vtpote scientia altioris ordinis.

Coment. ¶Probatur igitur conclusio in litera sic. Sacra doctrina vna existens extendit se ad ea, quæ spectant ad scientias speculatiuas & practicas: ergo ipsa est altior, comprehendens sub se vtrunque. Antecedens probatur ex præcedente articulo: sacra doctrina attendit vnam rationem communem speculabilibus & operabilibus: scilicet inquantum sunt diuinitus reuelabilia: ergo. Consequentia probatur: quia huiusmodi scientia est sicut scientia Dei, qui scientia eadem scit se & opera sua: ergo.

Annot. ¶Aduerte hic pro claritate literæ tria. Primum circa probationem consequentiæ ex antecedente probato: quòd illa probatio est optima, & à priori & non per locum à simili. Cum enim theologia nostra nihil aliud sit quàm impressio & sigillum proprium scientiæ diuinæ (quoniam vtraque est de Deo inquantum Deus: & hæc ab illa deriuatur sub illius luminis propria quamuis parua participatione) consequens est quòd vnitas illius vnitatem istius, & altitudo illius qua ad vtrunque genus extenditur altitudinem istius inferat. Et propterea ly sicut, in litera pro probatione appositum, non dicit puram similitudinem, sed assimilationem proprij exemplati ad proprium exemplar, &c.

¶Secundum est quòd media in litera posita sic se habent, quòd hæc doctrina ideo comprehendit sub se vtrunque, scilicet speculatiuum & practicum, quia vna existens extendit se ad omnia. Et hoc ideo, quia sub vna ratione formali omnia considerat: & hoc ideo, quia est imitatio propria scientiæ qua se, & cætera Deus scit, &c.

¶Tertium est circa ly, vnde licet in scientiis: potest enim elici alia ratio ad probandam eandem consequentiam. Intendit enim quòd quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis, & econuerso, vt dicitur in primo posteriorum: cum ex antecedente habeatur vnitas rationis formalis in theologia cum diuersitate rationum formalium physicarum scientiarum: & constet quòd diuersitas rationum formalium diuersificat physicas in speculatiuam & practicam: sequitur quòd ex non diuersitate seu vnitate rationis formalis theologiæ, ipsa erit vna simul continens speculatiuam & practicam.

Coment. ¶Secunda conclusio est. Theologia est magis speculatiua, quàm practica. Probatur dupliciter. Primo, Agit principalius de rebus diuinis quàm de actibus humanis: ergo. Secundo sic, Agit de actibus humanis propter Dei speculationem: ergo. probatur antecedens, quia in speculatione consistit æterna beatitudo.

Annot. ¶Circa prædicta aduertenda sunt duo. Primum est quòd hæc interpretatio primæ conclusionis non est ficta aut noua, sed in corpore articuli insinuata, vt patet diligenter ponderanti quid importat dicere quòd vna existens extendit se, &c. & consideranti quòd loquitur de vnitate specifica, quam constat per se vnum constituere. Per hoc enim manifeste excludit rudem interpretationem eorum, qui intelligunt theologiam comprehendere in se practicum & speculatiuum per modum aggregationis: iam enim non esset vna nisi per aggregationem, & non sub vna ratione formali, sed duabus: & proprie non comprehenderet sub se vtrunque, vt in litera dicitur, sed componeretur ex vtroque. Et quorsum ratio de identitate scientiæ Dei adducta esset in litera? ¶Et vt omnis horum euacuetur fantasia, videant Sanctum Thomam secunda secundæ quæst. 45. articul. 3. vbi expresse ponit sapientiam infusam esse altioris ordinis quàm sit speculatiuum & practicum eadem ratione quam hic assumit: quia scilicet quanto est altior ratio, tanto ad plura se extendit vna existens. Et affertur alia ratio: quia scilicet hoc pertinet ad dignitatem: cum ergo ista scientia sit dignissima vt patebit, & habeat rationem vnam communem omnibus practicis & speculatiuis, & sit diuini ordinis: tenebris inuolui opus est eum, qui aliter interpretatur eam comprehendere vtrunque quàm vt scientia altioris ordinis. Patet etiam idem ex calce præcedentis articuli: vbi expresse hæc doctrina ad alias scientias proportionem habere dicitur, sicut sensus communis ad sensus proprios: & ideo non diuersificari ex differentiis obiectorum earum, vtpote altioris ordinis. Et tangitur vtraque ratio hic assignata, & ex parte vnius rationis formalis altioris, & ex parte imitationis diuinæ scientiæ: quia scilicet est impressio & sigillatio propria illius, quæ est vna & simplex non per aggregationem omnium. Nec obstat comparatio subiuncta in secunda conclusione: quoniam cum hoc quod est eminenter vtrunque, stat quod sit formaliter vtrunque, sicut sol est eminenter calefactiuus & exiccatiuus, & tamen formaliter. Et Deus est eminenter intelligens & volens & exequens, & tamen formaliter. Nec intendit aliud per illam comparationem, nisi quòd scientia speculatiua magis accedit ad naturam theologiæ quàm practica, sicut si diceremus quòd sensus communis magis habet de natura visus quàm auditus, sensus esset quòd conditiones visus & sensus communis magis conueniunt quàm conditiones auditus & sensus communis. Nec secus est in proposito. Nec etiam obstat si alicubi Sanctus Thomas dicit quòd est simpliciter speculatiua, & secundum quid practica: quoniam ratio dicti est, quia speculatiuum sonat differentiam perfectam scientiæ, practicum verò minus perfectam: & conditiones speculatiuæ magis conueniunt tam excellenti scientiæ, quàm conditiones practicæ. Dicitur ergo speculatiua simpliciter, id est, sine additione aliqua, quia est formaliter speculatiua, eminenter tamen. Dicitur autem practica secundum quid, & non absolute, ne detur intelligi quòd sit scientia imperfecta: quales sunt illæ, quæ absolute dicuntur practicæ. Nec refert ad propositum, an ponatur habitus theologiæ & vniuersaliter scientiæ vnus propter simplicitatem qualitatis, an vnus propter vnitatem ordinis specierum intelligibilium: vtroque nanque modo oportet altioris gradus esse vel ordinem vel qualitatem, quàm sit ordo aut qualitas constituens speculatiuam distinctam contra practicam & econuerso. Secundum est, quòd ex hac positione manifeste apparet, quòd nec ex eo quòd conditiones scientiæ speculatiuæ, nec ex eo quòd conditiones scientiæ practicæ conueniunt huic scientiæ, potest inferri: ergo theologia est speculatiua: aut ergo est practica, vt vna distinguit contra aliam: sed ergo est speculatiua, vel eminenter continens rationem speculatiuæ: & similiter ergo est practica vel eminenter continens rationes practicæ, & similiter ergo est affectiua vel eminenter continens rationem affectiuæ. Vnde rationes Scoti in prolo. quæstio. 4. ex diffinitione scientiæ practicæ & ex obiecto huius scientiæ: quia scilicet ex eo sumuntur principia regulantia praxim, & huiusmodi, non concludunt eam esse practicam. Sed si valent, concludunt (vt dictum est) eam esse vel practicam, vel eminenter continere rationem practicæ. Et propterea tu qui disputationibus vacas, vtere & hac responsione, & distinctione illa de præcise & non præcise tali, puta regula operis seu speculari, &c. quod enim est præcise tale, est aut practicum aut speculatiuum: quod autem est tale, sed non præcise, est quid altius, vt patet ex dictis. Iuxta hæc remanet quæstio specialis de praxi & practico seorsum habenda.

a *¶Super quæstionis primæ Articulum quintum.*

Titulus clarus.

Coment. ¶In corpore vna conclusio bimembris responsiua quæsito affirmatiue. Sacra doctrina est dignior secundum quòd speculatiua omnibus speculatiuis, & secundum quòd practica omnibus practicis.

Annot. ¶Antequam probetur conclusio, aduerte quare in conclusione ponantur illæ specificationes, scilicet secundum quòd speculatiua, secundum quòd practica: non enim frustra hoc actum est. Sed vt ex præcedenti articulo patet, ista doctrina habet in se duo. Primum est, quòd est scientia altioris ordinis quàm sint scientiæ physicæ. Secundum est, quòd continet conditiones speculatiuæ & practicæ formaliter. Ratione primi non est dubium quin sit dignior cæteris, cum ponatur altioris ordinis. Sed quo ad secundum poterat dubitari: & propterea licet in titulo fuerit quæsitum absolute, in responsione deuentum est ad id quod poterat sub dubio cadere. Et responsum est quòd ipsa inquantum speculatiua, est dignior speculatiuis: & inquantum practica practicis: omisso illo liquido quòd absolute est omnium dignissima, quia altioris ordinis.

Coment. ¶Probatur ergo primo quo ad primam partem. inter speculatiuas dignior est vna altera propter certitudinem & dignitatem materiæ, ex primo de anima: hoc excellit quo ad vtrunque: ergo. Probatur minor quo ad primam partem: hæc est certa lumine diuino infallibili, aliæ lumine humano fallibili: ergo ista est certior. Intellige secundum se, non nobis, vt patet ex responsione ad primum. Quo ad secundam verò, hæc est de excedentibus rationem humanam, aliæ de subditis rationi humanæ: ergo ista est de dignioribus. Fundatur hæc ratio super illud secundi Meta. Sicut oculus noctuæ ad lumen solis, &c. inde siquidem habetur quòd excedentia vim intellectus nostri sunt manifestissima in se ac lucidissima: ac per hoc propriæ rationes substantiarum intellectualium, quæ remanent occultæ propter excellentiam earum, sunt digniores illis earundem conditionibus, quas ex sensibilibus abstrahere possumus in metaphysica, &c. & ideo cum de huiusmodi excedentibus sit ista scientia, sequitur quòd sit de dignioribus, non rebus, quia nulla res Deo est dignior, sed rerum conditionibus. Secunda autem conclusionis pars probatur. Practicarum illa dignior, quæ ad vlteriorem finem non ordinatur: sed finis huius est finis vltimus finium omnium aliarum: ergo. Probatur maior in ciuili & militari. Minor verò, quia finis huius est beatitudo æterna.

¶Aduerte hic, quòd maior intelligitur non absolute vt iacet, sed de practicis subordinatis: quoniam non est verum inter practicas disparatas digniorem esse quæ ad vlteriorem finem non ordinatur. Dignius nanque est ministrare superioris ordinis arti, puta aurifici, quàm principari in arte inferioris ordinis, puta figuli: sed inter practicas, quarum vna subordinatur alteri, proculdubio maior est vera: & propterea in litera non subsumptum est absolute,

¶Præterea, Inferioris scientiæ est à superiori accipere, sicut Musicus ab Arithmetico: sed sacra doctrina accipit aliquid à physicis disciplinis. Dicit enim Hieronymus in epistola ad magnum oratorem vrbis Romæ, quòd doctores antiqui intantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos resperserunt libros, vt nescias quid in illis prius admirari debeas, eruditionem seculi, an scientiam scripturarum. Ergo sacra doctrina est inferior aliis scientiis.

¶SED CONTRA est, quòd aliæ scientiæ dicuntur ancillæ huius: Prouerbiorum nono, Misit ancillas suas vocare ad arcem.

CONCLVSIO.

¶Sacra doctrina est omnibus scientiis simpliciter dignissima altioris existens ordinis, vt speculatiua, tamen omnes speculatiuas excedit, & omnes practicas vt practica.

a ¶RESPONDEO dicendum, quòd cum ista scientia quantum ad aliquid sit speculatiua, & quantum ad aliquid sit practica [e], omnes alias transcendit tam speculatiuas quàm practicas. Speculatiuarum enim scientiarum vna altera dignior dicitur, tum propter certitudinem, tum propter dignitatem materiæ. Et quantum ad vtrunque hæc scientia alias speculatiuas scientias excedit. Secundum certitudinem quidem: quia aliæ scientiæ certitudinem habent ex naturali lumine rationis humanæ, quæ potest errare: hæc autem certitudinem habet ex lumine diuinæ scientiæ, quæ decipi non potest. Secundum dignitatem verò materiæ: quia ista scientia est principaliter de his, quæ sua altitudine rationem transcendunt. Aliæ verò scientiæ considerant ea tantum quæ rationi subduntur. Practicarum verò scientiarum illa dignior est, quæ ad vlteriorem finem non ordinatur, sicut ciuilis militari. Nam bonum exercitus ad bonum ciuitatis ordinatur. Finis autem huius doctrinæ, inquantum est practica, est beatitudo æterna, ad quam sicut ad vltimum finem ordinantur omnes alij fines scientiarum practicarum. Vnde manifestum est secundum omnem modum eam digniorem esse aliis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nihil prohibet id, quod est certius secundum naturam, esse quo ad nos minus certum propter debilitatem intellectus nostri: qui se habet ad manifestissima rerum sicut oculus noctuæ ad lumen solis: sicut dicitur in secundo meta. Vnde dubitatio, quæ accidit in aliquibus circa articulos fidei, non est propter incertitudinem rei, sed propter debilitatem intellectus humani: & tamen minimum, quod potest haberi de cognitione rerum altissimarum, desiderabilius est quàm certissima cognitio, quæ habetur de minimis rebus, vt dicitur in duodecimo de animalibus. ¶Ad secundum dicendum, quòd hæc scientia accipere potest aliquid à physicis disciplinis, non quòd ex necessitate eis indigeat, sed ad maiorem manifestationem eorum, quæ in hac scientia traduntur. Non enim accipit sua principia ab aliis scientiis, sed immediate à Deo per reuelationem. Et ideo non accipit ab aliis scientiis tanquam à superioribus, sed vtitur eis tanquam inferioribus & ancillis: sicut architectonicæ vtuntur subministrantibus, vt ciuilis militari. Et hoc ipsum quòd sic vtitur eis, non est propter defectum, vel insufficientiam eius, sed propter defectum intellectus nostri: qui ex his, quæ per naturalem rationem (ex qua procedunt aliæ scientiæ) cognoscuntur, facilius manuducitur in ea, quæ sunt supra rationem, quæ in hac scientia traduntur.

ARTICVLVS VI.

a *¶Vtrum hæc doctrina sit sapientia.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd hæc doctrina non sit sapientia. Nulla enim doctrina, quæ supponit sua principia aliunde, digna est nomine sapiētiæ: quia sapientis est ordinare, & non ordinari. primo metaphysi. Sed hæc doctrina supponit principia sua aliunde (vt ex dictis patet [e].) Ergo hæc doctrina non est sapientia.

¶Præterea, Ad sapientiam pertinet probare principia aliarum scientiarum, vnde & caput dicitur scientiarum, vt sexto Ethic. patet [e]. Sed hæc doctrina non probat principia aliarum scientiarum. Ergo non est sapientia.

¶Præterea, Hæc doctrina per studium acquiritur, sapientia autem per infusionem habetur: vnde inter septem dona spiritus sancti connumeratur, vt patet Isa. 2. Ergo hæc doctrina non est sapientia.

¶SED CONTRA est quod dicitur Deuteron. quarto in prin. le. Hæc est nostra sapientia & intellectus coram populis.

CONCLVSIO.

¶Sacra doctrina, cum de Deo determinet vt est altissima causa, inter omnes sapientias humanas non solum in genere, sed simpliciter est maxime sapientia.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd hæc doctrina maxime sapientia est inter omnes sapientias humanas, non quidem in aliquo genere tantũ, sed simpliciter. Cũ enim sapiētis

6 1. Pro. artic. 3. Et 2. prolo. princip. Et 1. contra. ca. 4. fin. *Coment.* 2 b 5 — b 5

te, quòd theologiæ finis non subordinatur ad alterum, sed subsumpta sunt duo: & quòd omnes aliæ practicæ subordinantur isti, dicendo, quòd fines aliarum scientiarum practicarum ordinantur ad finem istius: & quod finis istius est vltimus, &c. Sic enim perfecta est ratio, omni exclusa calumnia. Sed memento hic primo illius distinctionis finis: scilicet in finem rationis operandi, seu rei operatæ: & in finem operantis. quoniam beatitudo æterna non est finis vltimus omnium operantium, cùm multi operentur contra illam à virtute recedendo, secundum artes tamen recte operando: sed est finis omnium rationum operandi, & omnium rerum operatarum: quoniam omnia ordinantur ad bonũ rationis, quod tandé ordinatur in beatitudinem æternam: & ideo in litera caute dicitur, quòd fines aliarum scientiarum: & non dicitur, fines scientium ordinantur ad beatitudinem æternam. Memento secundo alterius distinctionis: scilicet finis intrinseci & extrinseci: & intellige quòd finis extrinsecus theologiæ inquantum practica est beatitudo, quæ est vltimus finis, id est, visio Dei, licet finis intrinsecus eius vt sic sit operari. 4 Nec hoc obstat efficaciæ rationis in litera factæ, quæ de fine intrinseco practicarum scientiarum loquitur: quoniam litera loquitur de fine proximo siue extra, siue intus: nihil enim refert quo ad dignitatem practicæ, an finis causa nobilitans afferatur intus vel extra, dummodo sit proximus. sic autem est in proposito, quoniam vt in præcedenti articulo dixit autor, de operibus nostris tractamus quatenus per ea ordinamur ad Dei contemplationem: cæteræ autem scientiæ docent operari propter hunc finem remote. Hoc autem, scilicet quòd hæc scientia practica habet eundem finem proximum, quem habet inquantum speculatiua, licet alio modo, quia extrinsece conuenit huic scientiæ, quia est secundũ quid practica: si enim esset pure practica, speculari remotus eius finis esset.

Annot. ¶Responsio ad secundum, duabus distinctionibus vtitur: accipere dupliciter à superiori vel ab inferiori: & hoc dupliciter, vel propter defectum seu insufficientiam accipientis, vel subuentionem defectus alieni. Puta intellectus nostri in proposito.

a *¶Super Quæstionis primæ Articulum sextum.*

Annot. IN titulo nota ly sapientia, id est, notitia ordinatiua, & iudicatiua de aliis vt caput: hoc enim sapientiæ nomen importat, vt patet sexto Ethicor. in communi loquendo.

Coment. b ¶In corpore vna conclusio est responsiua quæsito affirmatiue. Sacra doctrina est maxime sapientia inter omnes sapientias humanas, non solum in genere, sed simpliciter.

Annot. ¶Et aduerte quòd ly simpliciter, determinat sapientiam humanam: sicut etiam ly in genere: ita quòd sensus est, quòd sacra doctrina tam relata ad sapientias in genere quàm ad sapientiam humanam simpliciter, est maxime sapientia.

Coment. ¶Probatur. sacra doctrina determinat propriissime de Deo secundum quòd est altissima causa: ergo sacra doctrina est maxime sapientia, &c. Antecedens probatur. determinat de Deo non solum vt cognoscibili per creaturas, sed secundum quod sibi soli naturaliter est notus: ergo propriissime, &c.

¶Circa antecedens & eius probationem nota, quod ea, quæ nobis naturaliter occulta sunt de Deo, quemadmodum magis propria sunt Deo in cognoscendo, ita & in essendo: & propterea scientia determinans de Deo secundum illa, quæ soli Deo sunt nota, est scientia de Deo ex propriis Dei: & ideo merito dicitur quòd propriissime determinat de Deo: & quoniam secundum huiusmodi propria habentur prima supremáque fundamenta causalitatis diuinæ: idcirco dicitur quòd determinat propriissime de Deo secundum quod est causa altissima. Verùtamen hic cautus esto, quoniã ly secundum quod est altissima causa, dupliciter potest exponi. Vno modo vt ly secundum, determinet rationem formalem Dei, vt est subiectum sacræ doctrinæ: & sic falsum est assumptum, quoniam, vt in sequenti patet articulo, Deus inquantum Deus est subiectum eius, & non inquantum causa altissima. Alio modo, vt ly secundum, determinet quandam specialem rationem Dei, clausam infra latitudinem conditionum pertinentium ad cõsiderationem sacræ doctrinæ, eò quòd consequitur deitatem: & sic est verum. Intendit enim litera, quòd sacra doctrina considerat de Deo propriissime, & consequenter secundũ quòd etiam causa altissima: quod ad sapientiam spectat.

¶Consequentia, autem probatur: iudicium de inferioribus habetur per causam altiorem: ergo considerans causam altissimam generis alicuius est sapiens in illo genere: ergo considerans causam simpliciter altissimam totius vniuersi, id est, Deum, est maxime sapiens: ergo, si qua considerat Deum propriissime secũdum quòd est causa altissima, illa est maxime sapientia inter omnes tam in genere quàm simpliciter: quod erat consequentia probanda. assumptum est clarum, & prima consequentia probatur quidem: quia sapientis est iudicare & ordinare. Manifestatur verò in genere ædificij, & in genere totius humanæ vitæ, cum autoritatibus scripturæ adiunctis, vt patet in litera. Secunda verò ex eodem probata relinquitur medio, subintellecta proportionalitate causæ altissimæ in genere, ad sapientiam in genere, & causæ altissimæ simpliciter, ad sapientiam simpliciter: & ex testimonio Augustini confirmatur. Vocatur autem in hac deductione sapientia simpliciter maxime sapientia, ad denotandum excessum eius super sapientias in genere. tertia autem consequentia per se nota relinquitur: quoniam si considerans simpliciter altissimam causam, id est Deum, est simpliciter & maxime sapiens: respectu sapientium in genere hoc aut illo: oportet quòd considerans eandem causam altissimam ex propriis, non solum sit simpliciter, sed & maxime sapiens: & respectu sapientium in genere, & respectu sapientis simpliciter: vtpote transcendens ipsum in hoc, quòd propria altissimæ causæ rimatur: cum illa sistat in communibus, & his, quæ per communia sciri possunt: omnes enim rationes, quas de Deo Metaphysica habet, aut sunt communes, si sunt simplices, vt ens, verum bonum: aut sunt ex communibus compositæ, si sunt propriæ Deo, vt actus purus, primum ens, &c.

c ¶In responsione ad tertium inducitur laus Hierothei magistri Dionysij, quòd erat non solum discens secundum intellectum, sed patiens secundum affectum diuina: quoniam donum sapientiæ est in intellectu formaliter, in voluntate autem causaliter: & dicitur patiens à passione, eo modo quo vehementer affecti circa aliquid passionati dicuntur: in quo denotatur maxima voluntatis *Annot.*

inclinatio, vt iam habituata & connaturalis affecta diuina, &c.

¶ *Super Quæstionis primæ Articulum septimum.*

Annot. IN titulo nota terminum vtrunque, ly subiectum, stat pro subiecto formali & ly Deus, tenetur formaliter, id est, inquantum Deus: ita quòd sensus est, an Deus inquantum Deus sit subiectum formale huius scientiæ. Et ad bonitatem doctrinæ, penetra quid importet inquantum Deus: ex declaratione Scoti in hac quæstione, quemadmodum homo potest quadrupliciter accipi. Primò vt animal rationale: & sic intelligitur quidditatiue inquantum homo. Secundò vt substantia, & sic concipitur in communi. Tertiò vt naturaliter manuetum: & sic concipitur per accidens: quia esse manuetum est accidens seu passio hominis. Quartò vt nobilissimum animalium, & sic concipitur relatiue ad aliud. Ita in proposito ordine retrogrado procedendo, Deus potest considerari vt altissima causa & vniuersaliter secundum quodcunque prædicatum respectiuum ad extra, & sic consideratur relatiue ad extra. Potest etiam considerari vt sapiens, bonus, iustus, & vniuersaliter secundum rationes attributales: & sic consideratur quasi per accidens. potest etiam considerari vt ens, vt actus, &c. & sic consideratur in communi: & ad hos tres modos quasi simplices reducuntur considerationes compositæ, puta vt actus purus, vt ens primum, &c. Consideratur nanque in huiusmodi Deus vt stat sub conceptu communi, & relatiuo aut negatiuo, vt pater. Ante omnes autem hos modos potest considerari Deus secundum suam propriam quidditatem: hæc enim est prima secundum naturam cognitio omnis & fundamentum cæterarum: & hanc quidditatem circumloquimur deitatis nomine. Et sic quærendo an Deus sub ratione deitatis vel diuinitatis inguitur contra rationem bonitatis, &c. sit subiectum huius scientiæ, est quærere, vtrum Deus sub ratione suæ propriæ quidditatis sit subiectum formale huius scientiæ: ita quòd quidditas Dei sit ratio formalis huius subiecti vt res est, &c.

Cõment. b ¶ In corpore duo ponuntur, primo conclusio responsiua quæsito affirmatiue: secundo referuntur aliorum dicta. Quo ad primum conclusio est: Deus est subiectum huius scientiæ. Probatur dupliciter: primo obiectum alicuius potentiæ vel habitus est id, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam vel habitum: ergo subiectum scientiæ est sub cuius ratione omnia considerantur in scientia: ergo subiectum huius scientiæ est Deus, antecedens manifestatur in obiecto visus. Prima vero consequentia probatur: subiectum ad scientiam se habet sicut obiectum ad potentiam vel habitum: ergo si obiectum, &c. Secunda autem consequentia probatur: omnia considerantur in sacra doctrina sub ratione Dei: ergo si subiectum, &c. Assumptum probatur, quia omnia vel sunt Deus, vel ad Deum ordinantur, vt principium, aut finem, &c.

Annot. ¶ Circa probationem primæ consequentiæ, aduerte quòd illa propositio assumpta sicut obiectum ad potentiam, ita subiectum ad scientiam, non est opus quòd currat quo ad omnia, sed sat est proposito, quòd teneat quo ad proportionem rationis formalis: ita quòd sicut ratio formalis obiecti potentiæ est ea, qua omnia referuntur ad illam potentiam, ita ratio formalis subiecti scientiæ est illa, ratione cuius omnia considerantur in illa scientia. Vtrum autem teneat similitudo quo ad alia, puta quo ad communitatem, vt sicut obiectum formale potentiæ est aliquid commune omnibus per se obiectis illius potentiæ, ita subiectum scientiæ debeat esse aliquid commune omnibus per se subiectis illius, non est præsentis propositi: quamuis manifeste pareat hinc quòd non oportet hanc similitudinem saluare, quia ponitur subiectum huius scientiæ non aliquod commune, sed Deus vt Deus: quem vt sic constat esse singulare quoddã. Nec obstat quod in primo sententiarum, articulo quarto prologi dixerit Sanctus Thomas, quòd subiectum scientiæ habet hanc conditionem, scilicet quod est commune per prædicationẽ: quoniam illud est verum secundum communiter accidentia, & non necessario: videmus enim communiter in subiectis communiter assignatis scientiis à doctoribus, illam conditionem inueniri, non tamen oportet, vt patet quarto Metaphysicæ, in scientia de sano. Posset quoque saluari communitas per prædicationem in omni subiecto, non in recto, sed in recto vel obliquo: sic enim etiam Deus de omnibus theologalibus prædicatur, quia sunt aut Deus, aut Dei, aut ad Deum, aut à Deo &c. Prima tamen responsio est ad literam.

¶ *Num omnia considerentur in sacra doctrina sub ratione Dei.*

Quæstio. CIrca propositionem assumptam in probatione secundæ consequentiæ, scilicet omnia considerantur in hac scientia sub ratione Dei, dubitatur simpliciter, & ad hominem. Simpliciter quidem arguit Gregorius de Arimino, si Deus sub ratione deitatis esset subiectum theologiæ, tã beatorũ quàm nostræ, oporteret quòd omnia cognoscibilia de Deo ratione deitatis caderent sub theologia: sed hoc est impossibile. Tum quia omnia simpliciter caderent sub theologia. Tum quia infinitæ veritates caderent sub eadem. per deitatem enim omnia cognoscibilia sunt, & infinita, &c. vt patet in scientia, quam Deus habet de seipso per essentiã suam. Ad hominem vero, quia ipsemet sanctus Thomas in prologo primi sententiarum, articulo quarto, expressè dicit subiectum huius scientiæ esse ens diuinum per inspirationem cognoscibile, & non Deum, nisi sicut subiectum principale: ergo, &c.

¶ Ad primum horum negandi est consequentia propter duplicem rationem. Prima est, quia theologia siue nostra siue beata est scientia inadæquata subiecto: conditionalis autem illa est vera de scientia adæquata subiecto: solus enim Deus habet theologiam adæquatam eius subiecto formali. Sed hæc ratio nihil videtur valere. Quoniam ratio formalis subiecti & scientia oportet quòd adæquatè sibi respondeant, alioquin scientiæ non distinguerentur per subiecta formalia, nec posset assignari ratio quare magis ista quàm illa de tali subiecto considerat. Vnde assignatur alia ratio negationis, & est, qua in antecedente illius conditionalis non fit mentio de ratione formali sub qua. Cum tamen ex illa pendeat adæquatio vel limitatio cognoscibilium de subiecto formali per rationem formalem illius vt res est: Deus enim est ex ratione deitatis sit infinite cognoscibilis: tamen Deus vt Deus sub participato lumine gloriæ est cognoscibilis infra certum limitem. Respectu singulorum, & similiter sub participatione luminis gratiæ est cognoscibilis secundum certos fines, &c. & ideo ad verificandam illam conditionalem oportet addere, si Deus inquantum Deus sub lumine sibi adæquato esset subiectum scientiæ alicuius, illa nosset omnia, &c. sed tũc patet falsitas subsumẽdæ propositionis: quia sola lux diuina in se ipsa est tale lumen: nostræ autem & beatæ Theologiæ Deus inquantum Deus quidem, sed sub lumine diminuto subiectum est: & ideo iuxta facultatem luminis est extensio scientiæ: non est ergo secundum extensionem rationis formalis, vt res est absolute, sed vt stantis sub ratione formali obiecti, vt obiectum est mensuranda scientia.

¶ Ad secundum dicitur, quòd sanctus Thomas non asserendo, sed opinando sequens communiter dictas conditiones subiecti ab aliis, illud dixit, vt patet ex modo loquendi: cum inchoando illam positionem, dicit, Si volumus ponere aliquod subiectum, in quo saluentur omnes hæ conditiones. hic autem assertiue determinauit: quod etiam ex tunc inchoauerat: quoniam & ibi dicit, quòd omnia considerantur in hac scientia sub ratione Dei: quare hoc est simpliciter tenendum: illud vero tanquam opinabile audiendum.

Cõment. ¶ Secunda ratio ad conclusionem est hæc, idem est subiectum principiorum, & totius scientiæ: Deus est subiectum principiorum huius scientiæ: ergo Deus est subiectum totius scientiæ. Maior probatur, quia tota scientia virtualiter continetur in principiis. Minor vero, quia Deus est subiectum articulorum fidei.

¶ *Num tota scientia virtualiter contineatur in principijs.*

Quæstio. CIrca propositionem assumptam ad probandum maiorem, scilicet, tota scientia virtute continetur in principiis, dubium occurrit: quoniam aduersari videtur doctrinæ sancti Thomæ. Nam sequitur, tota scientia virtualiter continetur in principiis: ergo in subiecto principiorum: ergo in subiecto scientiæ: ergo duarum specierum disparatarum, imò generis & speciei secundum propria singulis non potest esse scientia vna secundum speciem specialissimam: hoc est falsum apud Sanctum Thomam: quoniam scientia de triangulo, & quadrato & figura, &c. non solum secundum communia, sed secundum propria singulis vnius est speciei: vt patet in prima secundæ: & in primo posteriorum: ergo. Prima consequentia patet, quia principia conficiuntur ex subiecti ratione. Secunda etiam patet: quia idem est subiectum principiorum, & scientiæ. Tertia autem, quia scientia vnius speciei omnino disparatæ, quo ad propria, non continetur virtualiter in alia specie, nec in generis ratione, vt sic: sicut nec passiones vnius speciei continentur virtualiter in alia, nec in ratione generis, vt patet.

¶ Ad hanc obiectionem oportet respondere, non solum ad hominem, sed simpliciter: quoniam ista virtualis continentia ingerit dubium non solum quia posita est hic in litera, sed simpliciter. Vnde Scotus in prologo quæstione tertia tenens, quòd virtualis continentia omnium veritatum pertinentium ad aliquam scientiam est conditio constituens rationem subiecti formalis in scientia, obiectioni præfatæ consentit, concedens verum esse id, ad quod ratio deducit, quódque reputamus falsum. Sciendum est igitur, quod duplex est de huiusmodi continentia opinio. Scotus nanque putat subiectum scientiæ oportere continere primo virtualiter vt causam sufficientem omnes veritates pertinentes ad eam scientiam: & probat hoc dupliciter. Primo quia continet propositiones immediatas, quæ sunt principia virtualiter continentia totam scientiam. Pater hoc, quia propositionis immediate prædicatum continetur in subiecto: subiectum autem est subiectum scientiæ: ergo. Secundo, quia subiectum est adæquata causa habitus: ergo continet primo virtualiter totum ipsum: ergo omnes illius veritates. Et secundum hanc opinionem tot sunt scientiæ secundum speciem, quot sunt non solum species rerum omnino disparatæ: quod dico propter species subordinatas, puta subiectum & passionem: sed etiam quòd sunt rationes formales rerum: quarum vna non continetur virtualiter in alia: & sic alia est scientia de animali vt sic, ad quam spectat considerare proprias animalis passiones tantum: quoniam solæ ipsæ virtualiter in animali clauduntur: & alia de boue inquantum bos, & alia de leone inquantum leo, &c. Sanctus Thomas vero tenens scientias secari non secundum quòd secantur res absolute, sed prout sunt scibiles: tenet, quòd subiectum formale scientiæ exigit duas conditiones, vt ex litera habetur. Prima est, quòd ratione ipsius omnia attingantur ab illa scientia. Secunda, quòd virtualiter contineat totam scientiam: non vt causa in seipso sufficiens, vt Scotus voluit, sed in seipso quidem sumptum sufficiens, vt causa prima, id est, in suo ordine, & non simpliciter. Sumptum autem, & in se, & participantibus ipsum, aut quomodolibet attributis ad ipsum sit sufficiens simpliciter. vocatur autem causa simpliciter sufficiens illa, quæ primo, id est, adæquate est causa alicuius, vt subiectum propriæ passionis, siue immediatè, siue mediante aliqua priore passione. Causa autem sufficiens in suo ordine, quæ licet sola non sufficiat ad effectum, in suo tamen ordine completa, & totalis causa est: vt sol est causa fortis. Et hoc modo principia prima alicuius scientiæ continent virtualiter omnes veritates illius, scilicet vt primæ propositiones: non enim ex primis propositionibus solis immediate, vt patet, neque mediantibus tantum his, quæ totaliter ex illis pendent, omnes veritates sciuntur, sed ex illis vt primis, & aliis vt secundis, ac proximis causis conclusiones mutuæ sciuntur. Et hoc clarius patet in ipsis passionibus, quæ demonstrantur. in scientia enim de numero, non oportet omnes passiones, scibiles eadem scientia contineri virtualiter in numero, primo, id est, adæquate & sufficienter, loquendo de numero in seipso: quoniam sic nec passiones binarij, nec trinarij sciretur ibidem, vt patet: sed bene oportet numerum in se continere virtualiter omnes passiones huiusmodi, vt primam radicem earum: vt distinctum autem, & participatum in binario, & trinario, & cætera. oportet omnium passionum subiectum esse primum, id est adæquatum. Ac per hoc principia talis scientiæ, quæ habent numerum pro subiecto, continent virtualiter omnes veritates, vt primæ causæ. Nec oportet, quòd sufficiant ad inferendas omnes conclusiones, nisi adiuncta propositionibus, quarum subiectum sit binarius, aut trinarius, &c. vt causis proximis: quemadmodum nec numerus in se causa est sufficiens ad passiones binarij, sed vt prima radix earum: & hoc in eo quòd scibiles, id est, inquantum sunt in tali specie scibilis: quicquid sit inesse naturæ. Et secundum hanc viam manifestum est, quòd eandem scientiam secundum speciem, contingit esse de genere, & multis speciebus secundum singulorum propria. Et si quæratur, quis ergo erit limes scibilium in vna scientia? Iam patet responsio ex dictis: limitantur nanque scientiæ secundum species scibilium vt sic, & non secundum species rerum. Et ideo tot species, & genera rerum sub vna possunt comprehendi scientia, quot comprehendi contingit sub vna specie scibili. Et ideo illa ratio formalis rerum, quæ primo fundat illam speciem scibilem, id est, cui prius conuenit ille modus abstractionis, vel diffinitionis, vel cognitionis, qui constituit illam speciem scibilis, est ratio formalis subiecti in illa scientia: & est prima radix omnium pertinentium ad illam scientiam vt sic. Quod autem continentia virtualis talis, vt declarata est, sufficit ad subiectum, & principia scientiæ, patet ex processibus scientiarum, tam in Mathematicis, quàm in naturalibus. Vtrobique nanque multarum specierum passiones proprie traduntur, puta trianguli & quadranguli: quas impossibile est adæquate contineri in subiecto geometriæ, vt patet.

¶ Ad primam ergo Scoti rationem iam dictum est. ¶ Ad secundam vero ex eodem fundamento dicitur, quòd subiectum habitus continere virtualiter totum habitum potest dupliciter intelligi: vno modo accipiendo subiectum in seipso, alio modo, vt inuentum in aliis per se participantibus quomodolibet ipsum. Et similiter continere virtualiter dupliciter, scilicet adæquate, & vt primam causam. Subiectum in seipso continet virtualiter, vt prima causa totum habitum, & non partem: sicut sol continet virtualiter totum hominem, & non partem: vt prima tamen sui superior causa. Subiectum autẽ in se, & in participantibus, continet virtualiter, & adæquate, vt tota causa totum habitum. Et sic patet ad dubium, & simpliciter & ad hominem.

¶ Quo ad secundum referuntur tres aliorum assignationes. Prima est Magistri sententiarum. Secunda Hugonis de sancto Victore. Tertia est Linconiensis. *Commẽt.*

¶ Sed aduerte modestiam autoris, quoniam primo excusando illos dicit, quòd attenderunt ad materiam: quasi diceret quòd non intendebant assignare subiectum formale. secundo omnia supradicta reducit ad subiectum formale à se assignatum, dicens omnia hæc tractari in ordine ad Deum. *Annota.*

a ¶ *Super Quæstionis primæ Articulum octauum.*

IN titulo argumentatiua, id est, probatiua eorum, quæ docet, an non, sed forte simpliciter proponit, vt Sco. dicit contra articulum secundum. *Annota.*

¶ In corpore tres conclusiones. Prima est, sacra doctrina non arguit ad principia, sed ad conclusiones ex principiis. Secunda est, sacra doctrina disputat arguendo contra negantes principia eius, si aliquid eius concedunt. Tertia, sacra doctrina disputat soluendo tantum contra negantes principia, & nihil eius omnino concedentes. *Commẽt.*

¶ Et est semper sermo de principiis complexis cognitionis in hac scientia, id est articulis fidei: quicquid sit de principiis incomplexis, aut ipsius esse tantum. *Annota.*

¶ Prima conclusio probatur, nulla scientia probat sua principia, sed ex eis conclusiones: ergo. Et confirmatur secunda pars conclusionis autoritate Apostoli primæ ad Corinthios 15. Secunda vero, & tertia conclusio similiter probantur: scientia suprema inter physicas disputat contra negantes principia, & defendit, soluendo saltem, si nihil concedunt: ergo & hæc doctrina habet vtrunque. Antecedens declaratur ex differentia inter scientias inferiores & supremam. Consequentia vero probatur: quia ista est scientia suprema. Deinde manifestantur sigillatim: secunda quidem, cum contra hæreticos ex vno articulo probamus alium, &c. tertia vero, quia contra veritatem infallibilem nulla potest demonstratiua ratio esse: ergo omnes rationes contra ea quæ sunt istius scientiæ sunt rationes solubiles. Tenet sequela: quia hæc doctrina innititur infallibili veritati.

¶ Circa tertiam conclusionem aduerte, quòd theologum posse soluere rationes Philosophorum contra ea quæ sunt fidei, contingit dupliciter. Vno modo ex creditis. vt puta si dicenti, quòd omnis vna res numero est vna hypostatice: respondet, Nego, quia Deus est trinus. Et sic theologalis solutio non soluit nisi credendo. Alio modo ex propositionibus sciris simpliciter, vel quo ad hoc. vt puta si responderet, Nego in re infinita: non quia sciat eius contradictoriam, scilicet, res infinita est plures hypostatice, sed quia scit negatiue nullum haberi efficax medium ad illam probandum. Et dicitur scire negatiue, quando nullo medio cogitur intellectus. Et sic theologus soluit ex sciris quo ad hoc. Quandoque autem ex sciris simpliciter: vt soluat rationem contra accidentia in sacramento altaris: quia accidentis esse non est inesse actualiter, sed aptitudinaliter. In proposito literam hanc intelligo de solutione theologali secundo modo. Et si insistetur, quia huiusmodi solutio non est theologi, vt theologus est: quia non ex principiis theologiæ: negetur assumptum: quoniam theologia, non solum gaudet propriis, sed etiam facit de extraneis propria, dum ad defensionem suam aliarum scientiarum propositionibus vtitur propter nos, vt in articulo quinto, ad secundum tactum est. Et quamuis *Annot.*

mus igitur modus iudicandi de rebus diuinis pertinet ad sapientiam, quæ ponitur donum spiritus sancti, secundum illud Corin. 2. Spiritualis homo iudicat omnia &c. Et Dio. dicit 1. cap. de di. no. Ierotheus doctus est non solum dicens, sed & patiens diuina. Secundus autem modus iudicandi pertinet ad hanc doctrinam secundum quòd per studium habetur: licet eius principia ex reuelatione habeantur.

ARTICVLVS VII.

¶ *Vtrum Deus sit subiectum huius scientiæ.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit subiectum huius scientiæ. In qualibet enim scientia oportet supponere de subiecto quid est, secundum Philosophum in primo posteriorum: sed hæc scientia non supponit de Deo quid est: dicit enim Damascenus, In Deo quid est, dicere impossibile est. ergo Deus non est subiectum huius scientiæ. 7 I. Prol. 5. metap. le. 6.

¶ Præterea, Omnia quæ determinantur in aliqua scientia, comprehenduntur sub subiecto illius scientiæ: sed in sacra scriptura determinatur de multis aliis quàm de Deo, puta de creaturis & de moribus hominum: ergo Deus non est subiectum huius scientiæ.

¶ SED CONTRA, illud est subiectum scientiæ, de quo est sermo in scientia: sed in hac scientia fit sermo de Deo (dicitur enim Theologia quasi sermo de Deo) ergo Deus est subiectum huius scientiæ.

CONCLVSIO.

¶ *Cum omnia, quæ tractantur in sacra doctrina considerentur sub ratione deitatis per reuelationem cognoscibilis. Deus est illius subiectum.*

b ¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus est subiectum huius scientiæ. Sic enim se habet subiectum ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam vel habitum: proprie autem illud assignatur obiectum alicuius potentiæ vel habitus, sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam vel habitum. sicut homo & lapis referuntur ad visum inquantum sunt colorata: vnde coloratum est proprium obiectum visus: omnia autem pertractantur in sacra doctrina sub ratione Dei, vel quia sunt ipse Deus: vel quia habent ordinem ad Deum, vt ad principium & finem: vnde sequitur quòd Deus vere sit subiectum huius scientiæ. Quod etiam manifestum fit ex principiis huius scientiæ, quæ sunt articuli fidei, quæ est de Deo. Idem autem est subiectum principiorum, & totius scientiæ, cum tota scientia virtute contineatur in principiis. Quidam vero attendentes ad ea, quæ in ista scientia tractantur, & non ad rationem, secundum quam considerantur, assignauerunt aliter subiectum huius scientiæ, vel res & signa: vel opera reparationis: vel totum Christum, id est, caput & membra: de omnibus enim istis tractatur in ista scientia, sed secundum ordinem ad Deum. 137 10

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet de Deo non possimus scire quid est, vtimur tamen eius effectu in hac doctrina vel naturæ, vel gratiæ, loco diffinitionis ad ea, quæ de Deo in hac doctrina considerantur e: sicut & in aliquibus scientiis Physicis demonstratur aliquid de causa per effectum, accipiendo effectum loco diffinitionis causæ. 20 b 12

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnia alia quæ determinantur in sacra doctrina, comprehenduntur sub Deo: non vt partes, vel species, vel accidentia, sed vt ordinata aliqualiter ad ipsum.

ARTICVLVS VIII.

a ¶ *Vtrum hæc doctrina sit argumentatiua.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hæc doctrina nõ sit argumẽtatiua: dicit enim Ambrosius in lib. de sacramentis, Tolle argumenta vbi fides quæritur. Sed in hac doctrina præcipue fides 8 I. prol. ar tic. 5. Et Boet. trin. q. 5. artic. 7. Et 1. contra. ca. 3. & 8.

¶ Secundum dicendum, quòd omnia alia quæ determinantur in sacra doctrina, comprehenduntur sub Deo: non vt partes, vel species, vel accidentia, sed vt ordinata aliqualiter ad ipsum.

ARTICVLVS VIII.

a ¶ *Vtrum hæc doctrina sit argumentatiua.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hæc doctrina nõ sit argumẽtatiua: dicit enim Ambrosius in lib. de sacramentis, Tolle argumenta vbi fides quæritur. Sed in hac doctrina præcipue fides 8 I. prol. ar tic. 5. Et Boet. trin. q. 5. artic. 7. Et 1. contra. ca. 3. & 8.

¶ Secundum dicendum, quòd omnia alia quæ determinantur in sacra doctrina, comprehenduntur sub Deo: non vt partes, vel species, vel accidentia, sed vt ordinata aliqualiter ad ipsum.

ARTICVLVS VIII.

a ¶ *Vtrum hæc doctrina sit argumentatiua.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hæc doctrina nõ sit argumẽtatiua: dicit enim Ambrosius in lib. de sacramentis, Tolle argumenta vbi fides quæritur. Sed in hac doctrina præcipue fides 8 I. prol. ar tic. 5. Et Boet. trin. q. 5. artic. 7. Et 1. contra. ca. 3. & 8.

pura theologalia oporteat ex principiis manare theologalibus: theologalia tamen ministerialiter non oportet, sed sat est eis seruire. Sic autem theologales sunt huiusmodi solutiones. Vnde minus bene videntur sentire, qui soluere theologice tribuunt, non nisi ex aliqua propositione credita. Et decepti sunt: quia non discreuerunt inter solutionis, & probationis naturas. Probatio nanque est ex euidentibus, solutio autem est etiam ex his, quæ non apparent esse falsa, dato quòd non sciantur esse vera. Et propterea theologus potest semper soluere, nunquam coacto intellectu ab aliqua propositione contraria his, quæ sunt fidei: quamuis eorum falsitatem non videat.

Probare & soluere non idem.

¶ Circa probationem tertiæ conclusionis, scito, quòd aliud est scire omnes rationes contra fidem esse solubiles: & aliud esse scire soluere eas. Primum probatur in litera, & probatio assumit vnam propositionem creditam, scilicet hæc doctrina innititur veritati infallibili: & propterea conclusio hæc non nobis hic euidens est. Secundum vero in actu exercito consistit, & liber contra gentil. his plenus est. Et quoniam solutio (vt dictum est & experimur) non requirit euidentiam, sed non coactionem intellectus: & hoc in ipso exercitio solutionis conuincitur dum ratio cogens non adest: ideo scire soluere, seu soluere contraria huius doctrinæ non est credere, aut ex credere, nisi occasionaliter: quoniam ex hoc quòd credimus applicamus intellectum ad inueniendum defectus rationum, & propositionum contrariarum. Et hanc distinctionem bene nota: quia inaduertentia eius forte quosdam in hac litera errare permisit.

Annota.

¶ In responsione ad secundum nota 4. enumerata, scilicet, autoritates sacræ scripturæ, autoritates sanctorum doctorum, rationes humanas, & autoritates Philosophorum. Et ex primis quidem doctrina hæc procedere dicitur, vt ex propriis, & necessariis: ex secundis autem vt ex propriis, sed probabilibus: ex quartis vero vt probabilibus, sed extraneis. Et sic tertiis nullus assignatur locus. Et propterea sciendum est, quòd ratio humana, de qua hic est sermo, nihil aliud est quàm argumentatio aliqua ex solo naturali lumine robur habens. Et est duplex. Quædam necessario concludens, quæ vocatur demonstratio. Et quædam probabiliter, quæ magnam habet latitudinem. Vtraque autem in aliqua certa scientia physica clauditur, & consequenter extranea est à genere scibili theologico: ac per hoc theologia procedit ex ratione humana vt sic, vt ex extraneis. Et quoniam nulla demonstratio physica potest afferri ad theologalia vt sic (quoniam theologalia, vt sic sunt, oportet resolui in principia euidentia non lumine naturali, sed diuino) ideo absolute loquendo, ex ratione naturali procedit theologia, vt ex extraneis & probabilibus: quemadmodum ex autoritatibus philosophorum. Et propterea sedes assignata autoritatibus philosophorum, intelligenda est assignata etiam rationi naturali quam cognouerunt. In cuius signum simul tractabatur vtrunque: & sic omnia enumerata sunt locata.

Ratio humana.

¶ Num sacra doctrina ex rationibus physicis procedens ad diuina, procedat ex propriis vel extraneis.

quæritur, vnde dicitur Ioannis vigesimo, Hæc scripta sunt vt credatis. Ergo sacra doctrina non est argumentatiua.

¶ Præterea, Si sit argumentatiua, aut argumentatur ex autoritate, aut ex ratione. Si ex autoritate, non videtur hoc congruere eius dignitati (nam locus ab autoritate est infirmissimus secundum Boet.) Si etiam ex ratione, hoc non congruit eius fini: quia secundum Gregorium in homelia, fides non habet meritum vbi humana ratio præbet experimentum. Ergo sacra doctrina non est argumentatiua.

¶ SED CONTRA est quod dicitur ad Tit. 1. de episcopo amplectente eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.

CONCLVSIO.

¶ Licet sacra doctrina, sicut aliæ scientiæ ad sua principia probanda non argumentantur: contra tamen negantes illa procedit, vel ex concessis illos redarguendo, vel eorum apparentes rationes dissoluendo, ex principiis tamen ad conclusiones argumentatur

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut aliæ scientiæ non argumentantur ad sua principia probanda, sed ex principiis argumentantur ad ostendendum alia in ipsis scientiis: ita hæc doctrina non argumentatur ad sua principia probanda, quæ sunt articuli fidei: sed ex eis procedit ad aliquid ostendendum, sicut Apostolus primæ ad Corinthios 15. ex resurrectione Christi argumentatur ad resurrectionem communem probandam. ¶ Sed tamen considerandum est in scientiis Physicis, quòd inferiores scientiæ, nec probant sua principia, nec contra negantem principia disputant, sed hoc relinquunt superiori scientiæ: suprema vero inter eas, scilicet Metaphysica, disputat contra negantem sua principia, si aduersarius aliquid concedit: si autem nihil concedit, non potest cum eo disputare, potest tamen soluere rationes ipsius. Vnde sacra scriptura, cum non habeat superiorem, disputat cum negante sua principia, argumentando quidem, si aduersarius aliquid concedat eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur: sicut per autoritates sacræ doctrinæ disputamus contra Hæreticos: & per vnum articulum contra negantes alium. Si vero aduersarius nihil credat eorum, quæ diuinitus reuelantur: non remanet amplius via ad probandum articulos fidei per rationes, sed ad soluendum rationes, si quas inducit, contra fidem. Cum enim fides infallibili veritati innitatur, impossibile autem sit de vero demonstrari contrarium, manifestum est probationes, quæ contra fidem inducuntur, non esse demonstrationes, sed solubilia argumenta.

SEd dubium hic occurrit non dissimulandum, Si ex rationibus naturalibus theologia procedit, vt ex extraneis, & probabilibus, cur tantus labor à doctoribus speculatiuis assumptus est? quorsum libri contra Gentiles rationibus naturalibus pleni, &c. Aut enim hi non tradunt theologiam, aut in extraneis nimis morati sunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, licet argumenta rationis humanæ non habeant locum ad probandum, quæ fidei sunt, tamen ex articulis fidei hæc doctrina ad alia argumentatur, vt dictum est[c].

¶ Ad secundum dicendum, quòd argumentari ex autoritate est maxime proprium huius doctrinæ, eò quòd principia huius doctrinæ per reuelationem habetur. Et sic oportet quòd credatur autoritati eorum, quibus reuelatio facta est. Nec hoc derogat dignitati huius doctrinæ: nam licet locus ab autoritate, quæ fundatur super ratione humana, sit infirmissimus, locus tamen ab autoritate, quæ fundatur super reuelatione diuina, est efficacissimus. Vtitur tamen sacra doctrina etiam ratione humana: non quidem ad probandum fidem (quia per hoc tolleretur meritum fidei) sed ad manifestandum aliqua alia, quæ traduntur in hac doctrina. Cum igitur gratia non tollat naturam, sed perficiat, oportet quòd naturalis ratio subseruiat fidei: sicut & naturalis inclinatio voluntatis obsequitur charitati. Vnde & Apostolus dicit secundæ ad Corinthios decimo, in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Et inde est, quòd etiam autoritatibus philosophorum sacra doctrina vtitur, vbi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt: sicut Paulus Actuum decimoseptimo inducit verbum Arati, dicens, Sicut & quidam poëtarum vestrorum dixerunt, genus Dei sumus. Sed tamen sacra doctrina huiusmodi autoritatibus vtitur quasi extraneis argumentis, & probabilibus. Autoritatibus autem canonicæ scripturæ vtitur proprie ex necessitate argumentando. Autoritatibus autem aliorum doctorum ecclesiæ, quasi arguendo ex propriis, sed probabiliter. Innititur enim fides nostra reuelationi Apostolis, & Prophetis factæ, qui canonicos libros scripserunt. Non autem reuelationi si qua fuit aliis doctoribus facta. Vnde dicit Augustinus in epistola ad Hieron. Solis enim scripturarum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum autorem eorum in scribendo errasse aliquid firmissime credam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrináque præpolleant: non ideo verum putem, quòd ipsi ita senserunt, vel scripserunt.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd demonstrationes Metaphysicæ, & naturales, quæ afferuntur in sacra doctrina, simpliciter quidem sunt extraneæ, sed vt ministræ theologiæ ad destruendas positiones oppositas conclusionibus, aut principiis theologalibus, aut ad soluendas rationes contra theologalia factas, aut ad stabilienda ea de quibus theologia secundario est, vt Deum esse, & vnum esse, & immortalem, &c. non sunt extraneæ, sed ex eis procedit theologia, vt ex propriis, & quandoque necessariis, ministerialiter tamen, & non ratione sui; sed propter nostri intellectus infirmitatem, vt in articulo quinto ad secundum dictum est. Et propterea sancti Doctores, qui speculatiuo ingenio prediti fuerunt, intellectus humani defectui subuenire cupientes, rationes philosophicas plurimas conati sunt afferre ad aliquod horum trium, vt sic viri docti ea, quæ fidei sunt, rationi non contraria comperientes, facilius his, quæ fidei sunt adhærere possint, aut saltem ea non spernere, aut deridere. Suadetur autem huiusmodi rationes, vt ministras proprias effici huius scientiæ propter nos, ex litera in tertia conclusione, & eius manifestatione: non enim aliter possunt solui obiectiones oppositæ sufficienti solutione, nisi ex rationibus philosophicis. Si nanque ex creditis soluenda essent obiecta philosophorum, ridiculo philosophis theologi essent, &c.

Annota.

¶ Circa hæc diligenter aduerte, quòd aliud est loqui de ratione humana, & aliud loqui de propositionibus notis ratione humana. In litera, vt declarauimus insinuatur, quòd ex ratione humana absolute loquendo hæc doctrina procedit, vt ex extraneis, quoniam propositiones notæ naturali, non diuino lumine vt sic, sunt extraneæ. sed tamen multę propositiones notæ naturali lumine & demonstratione secundum seipsas sumptæ sunt veræ & propriæ theologales, sub alio tamen lumine, vt in primo articulo in responsione ad secundum patet, vt patet de istis, Deus est: Deus est vnus: Deus est bonus, &c. Vnde, cum theologus arguit ex istis, arguit ex propriis quamuis non proprio tantummodo notis, pro quanto sunt non solum reuelata, sed etiam scita.

Assumpta enim á theol. afficiuntur propria.

ARTICVLVS IX.

a *¶ Vtrum sacra scriptura debeat vti metaphoris.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd sacra scriptura nõ debeat vti metaphoris. Illud enim qđ est propriũ infimæ doctrinæ, nõ videtur competere

a *¶ Super Quæstionis primæ Articulum nonum.*

IN titulo vti[1] metaphoris, est vti locutionibus, quæ non verificantur de his, de quibus dicuntur secundum propriam significationem, sed secundum aliquam similitudinem ad proprie significata, vt cum dicitur, quòd Deus noster ignis consumens est, vtimur metaphora: quia Deus non est vere ignis, sed se habet ad modum ignis consumentis, & sic de aliis. Et occasionem sumit quæstio hæc ex secundo posteriorum, vbi prohibentur metaphoræ in scientiis.

Annota.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæstio affirmatiue. Sacra doctrina congrue

Commen.

congrue vtitur metaphoris corporalium ad diuina & spiritualia. Probatur dupliciter. Primò, Deus omnibus prouidet prout congruit eorum naturæ: ergo conuenienter homini in sacra doctrina spiritualia sub corporalibus similitudinibus traduntur. Antecedens patet. Consequentia vero probatur, quia naturale est homini ad intelligibilia per sensibilia duci. Probatur: quia omnis nostra cognitio oritur à sensu. Et confirmatur hęc ratio autoritate Dionysij, & cætera. Secundò sacra doctrina proponitur omnibus hominibus communiter: ergo congrue spiritualia sub similitudinibus corporalium tradũtur. Antecedens probatur, ad Romanos primo. Consequentia autem probatur: quia plures non sunt idonei ad intelligibilia secundum se, qui vel sic ea capere possunt.

9 1. Prolog. Artic. 5. Et distin. 34. qõ. 3. a. 1. & 2. Et 3. contr. c. 110. Et trin. artic. 8. Et quol. 4. q. 1. Et opusc. 60. ca. 11. fi.

¶ Num Sacra Doctrina vtatur metaphoris propter necessitatem, an propter vtilitatem.

IN responsione ad primum dubium occurrit quomodo verificetur quod hæc doctrina vtatur metaphoris propter necessitatem & vtilitatem, vt dictum est. Nulla siquidem necessitas est, aut in corpore ostensa est. Secũda nanque ratio vtilitatẽ tantum infert, vt patet, prima vero cõuenientiam vt ipsa litera testatur. Et conuinci potest ex eo quod cõnaturalitas nostra ad sensibilia non infert necessitatem ad talia sensibilia, scilicet metaphoras. Et augetur dubium: quia nihil est metaphorice in scriptura traditum quod non possit proprie doceri: nulla ergo est necessitas vtendi metaphoris in hac doctrina, quamuis conuenienter & vtiliter eis vtatur.

¶ Ad hoc dicendum mihi videtur, quòd vti metaphoris in hac doctrina est quodammodo necessarium, & quodammodo non: & hoc respectu non horum aut illorum, puta minus idoneorum, sed respectu hominis viatoris. Et siquidem necessarium propter melius consequendum finem, scilicet cognitionem Dei. Et hæc necessitas ostenditur per primam rationem literæ. Ex hoc nanq; quòd connaturale est homini intelligibilia per sensibilia tantum nosse, oportet si spiritualia facile & suo modo cognoscere debet, vt per metaphoras cognoscat: quoniam metaphoræ supplent vices spiritualium specierum, quæ de spiritualibus haberi deberent secundum se. Non est autem necessarium simpliciter, quia etsi non absq; fantasmatibus, tamen absq; metaphoris posset homo etiam in hoc statu capere quæ dicuntur, licet non ita facilé. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Prima nanq; ratio ostendit non solum cõuenientiam, sed ostendendo conuenientiam ex hoc ipso ostendit necessitatem, non simpliciter, sed propter melius. ¶ Et si contra hoc instetur autoritate Diony. in litera allata, impossibile est: dici potest, quòd impossibile distinguitur sicut & necessarium: quoniam impossibile & necessariũ non æquipollent: & perinde est ac si diceretur, necesse est non aliter lucere nobis, &c.

a *¶ Super quæstionis primæ Articulum decimum.*

inter alias tenet locum supremum, vt iam dictum est[e]. Procedere autem per similitudines varias & repræsentationes, est proprium poëticæ, quæ est infima inter omnes doctrinas: ergo huiusmodi similitudinibus vti non est conueniens huic scientiæ.

¶ Præterea, Hæc doctrina videtur esse ordinata ad veritatis manifestationem: vnde & manifestatoribus eius præmium promittitur Ecclesiastici 24. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Sed per huiusmodi similitudines veritas occultatur: Non ergo competit huic doctrinæ diuina tradere sub similitudine corporalium rerum.

¶ Præterea, Quanto aliquæ creaturæ sunt sublimiores, tanto magis ad diuinam similitudinem accedunt: si igitur aliquæ ex creaturis transumerentur ad Deum, tunc oporteret talem transumptionem maximè fieri ex sublimioribus creaturis, & non ex infimis. Quod tamen in scripturis frequenter inuenitur.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Osee duodecimo: Ego visionem multiplicaui eis, & in manibus Prophetarum assimilatus sum. Tradere autem aliquid sub similitudine, est metaphoricum. Ergo ad sacram doctrinam pertinet vti metaphoris.

CONCLVSIO.

¶ Sacra doctrina cum cunctis hominibus communiter proponatur, in ea metaphoris & corporalibus similitudinibus diuina exponi maximè cõueniens est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd conueniens est sacræ scripturæ diuina & spiritualia sub similitudine corporalium tradere. Deus enim omnibus prouidet secundum quod competit eorum naturæ: est autem naturale homini vt per sensibilia ad intelligibilia veniat[e]: quia omnis nostra cognitio à sensu initium habet. Vnde conuenienter in sacra scriptura traduntur nobis spiritualia sub metaphoris corporalium, & hoc est quod dicit Dionysius primo capitulo cælestis hierarchiæ: Impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium nisi varietate sacrorum velaminum circunuelatum. Conuenit etiam sacræ scripturæ, quæ communiter omnibus proponitur (secundum illud ad Romanos primo, Sapientibus & insipientibus debitor sum) vt spiritualia sub similitudinibus corporalium proponantur, vt saltẽ vel sic rudes eam capiant: qui ad intelligibilia secundum se capienda non sunt idonei.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd poëta vtitur metaphoris propter repræsentationem: repræsentatio enim naturaliter homini delectabilis est. Sed sacra doctrina vtitur metaphoris propter necessitatem & vtilitatem, vt dictum est[e].

¶ Ad secundum dicendum, quòd radius diuinæ reuelationis non destruitur propter figuras sensibiles, quibus circunuelatur, vt dicit Dionysius, sed remanet in sua veritate, vt mentes quibus fit reuelatio, non permittat in similitudinibus permanere, sed eleuet eas ad cognitonem intelligibilium, & per eos, quibus reuelatio facta est, alij etiam circa hæc instruantur. Vnde ea, quæ in vno loco scripturæ traduntur sub metaphoris, in aliis locis expressius exponuntur. Et ipsa etiam occultatio figurarum vtilis est ad exercitium studiosorum, & contra irrisiones infidelium: de quibus dicitur Matthæi septimo, Nolite sanctum dare canibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut docet Dionysius capitulo secundo cælestis hierarchiæ, magis est cõueniens quod diuina in scripturis tradãtur sub figuris vilium corporum, quàm corporum nobilium. Et hoc propter tria. Primo, quia per hoc magis liberatur humanus animus ab errore. Manifestum enim apparet, quòd hæc secundum proprietatem non dicuntur de diuinis: quod posset esse dubium, si sub figuris nobilium corporum describerentur diuina, maximè apud illos, qui nihil aliud à corporibus nobilius excogitare nouerunt. Secundo, quia hic modus conuenientior est cognitioni, quàm de Deo habemus in hac vita. Magis enim manifestatur nobis de ipso quid non est, quam quid est. & ideo similitudines illarum rerum, quæ magis elongantur à Deo, veriorem nobis faciunt æstimationem quòd sit supra illud quod de Deo dicimus, vel cogitamus. Tertiò, quia per huiusmodi, diuina magis occultantur indignis.

ARTICVLVS X.

a *¶ Vtrum sacra scriptura sub vna litera habeat plures sensus.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd sacra scriptura sub vna litera non habeat plures sensus, qui sunt historicus vel literalis, allegoricus, tropologicus siue moralis, & anagogicus: multiplicitas enim sensuum in vna scriptura parit confusionem & deceptionem, & tollit arguendi firmitaté: vnde ex multiplicibus propositionibus non procedit argumẽtatio: sed secũdum hoc aliquæ fallaciæ assignantur. Sacra autem scriptura debet esse efficax ad ostendendam veritatem absque omni fallacia. Ergo non debent in ea sub vna litera plures sensus tradi.

10 quodlib. 7. q. 6. arti. 1. 2. & 3. Et po. qõ. 4. arti. 1. Et 4. dis. 21. qõ. 1. ar. 2. q. 1. 3m. Et Gal. 4. lect. 6. Cor. 3.

¶ Præterea, Augustinus dicit in libro de vtilitate credendi, quòd scriptura, quæ Testamentum vetus vocatur, quadrifariam traditur, scilicet secundum historiam, secundum etymologiam, secundum analogiam, secundum allegoriam. Quæ quidem quatuor à quatuor prædictis videntur esse aliena omnino. Non igitur conueniens videtur quòd eadem litera sacræ scripturæ secundum quatuor sensus prędictos exponatur.

¶ Præterea, præter prędictos sensus inuenitur sensus parabolicus, qui inter illos sensus quatuor non continetur.

¶ SED CONTRA est quod dicit Gregorius 15. moralium: Sacra scriptura omnes scientias ipso locutionis suæ more trans-

TItulus clarus.

¶ In corpore duæ conclusiones. Prima respondet quæsito affirmatiue. Sacra doctrina sub vna litera habet plures sensus, scilicet literalem & spiritualem: & hunc triplicem, scilicet allegoricum, moralem, & anagogicum. Probatur ex differentia inter hanc scientiam & alias, ex differentia inter autores deriuata. Autor huius doctrinę est Deus, cæterarum homo: ergo in potestate huius autoris est accõmodatio & vocum & rerum ad significandum, & non in potestate autoris aliarum: ergo in cæteris scientiis voces tantum significant, in hac vero & voces & res: ergo in hac est duplex sensus, scilicet literalis & spiritualis. Omnes consequentiæ patent. Et vltima declaratur, quia iuxta significationẽ vocum attenditur sensus literalis: iuxta significationẽ autem rerũ attenditur sensus mysticus. Quo ad secundam vero partem declaratur distinguendo triplicem figurationem, vt clare patet in litera.

Annot. Coment.

¶ Circa hãc partem nota, cum accommodare res ad significãdum nihil aliud sit quàm facere res esse non solum res, sed signa aliarum rerum: dupliciter intelligi potest res fieri signa. Vno modo in ipsa generatione rerum, vt scilicet simul fiant ad hoc vt sint res & signa aliarum rerum. Alio modo aduentitiæ, vt res iam factę accipiantur vt signa.

Annot.

¶ Si accommodatio rerum ad hoc vt sint signa sumatur hoc secundo modo, non est proprium Dei, nec excedit hominis facultatem accommodare res ad significãdum: nec est proprium huius scientię quod res significent: quoniam res gestæ narratæ in aliis historiis possunt ab homine interpretari vt signa aliarum, non solum per modum imitationis, vt gesta fortia antiquorum imitanda sunt à successoribus, sed per modum significationis, vt scilicet gesta illa vt signa habeantur gerendorum.

¶ Si autem sumatur accommodatio rerum ad significandũ primo modo, dupliciter potest intelligi: scilicet vniuersaliter, & particulariter. Si particulariter, sic non excedit hominis potestatem: nam quilibet potest facere aliquos actus, vel aliquod artificiale, & faciendo illa intendere per illa significare aliam rem, vt patet. Sed quòd omnia, quę narrãtur gesta in tot historiis vt res ad doctrinam aliquam spectantes, vt sic sint ex sui constitutione signa aliarum rerum, hoc excedit humanam facultatem: hoc Dei est proprium, in hoc hæc doctrina cæteras scientias excellit.

¶ Est igitur sensus literæ, quòd accommodare res vniuersaliter spectantes ad doctrinam ad hoc vt signa sint cum fiunt, est proprium huius doctrinæ: quia hoc à solo autore huius doctrinæ fieri potest: non enim ex adinuentione nostra petra, de qua fluxit Iudæis aqua in deserto, facta est signum Christi, sed ad hoc ex illa petra fluxit aqua, vt in veritate esset fons aquæ, & esset signum Christi, qui fons est aquæ spiritalis, dicente apostolo, Bibebant autem de spiritali consequente eos petra: petra autem erat Christus. & sic de aliis.

¶ Secund

¶ Secunda conclusio est. Non inconuenit in vna litera scripturæ secundum sensum literalem esse plures sensus. Probatur dupliciter, primo ratione: Autor scripturæ sanctæ est Deus, omnia simul suo intellectu comprehendens: ergo non inconuenit, &c. Probatur consequentia: quia sensus literalis est quem autor scripturæ intendit. secundo autoritate August. 12. confessionum.

¶ Num multiplicentur sensus literales.

scendit: quia vno eodémque sermone dum narrat gestum, prodit mysterium.

Annot. CIrca hanc conclusionem occurrit dubium: quia si sensus literalis potest multiplicari, nulla erit certitudo quis sensus sit intentus ad literam quolibet præferente suam expositionem interpretationi alterius. Cum enim de intentione Dei non aliter constet, oportebit omnes literæ expositiones vt literales acceptare, aut nullam. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd litera habens multas expositiones dupliciter se potest habere ad illas. Primò compatiens illas tam absolute quàm in ordine ad reliqua, quæ sunt fidei: & tunc multitudo expositionum literalium ad exercitationē nostram confert, dignitatiq; autoris attestatur, vt Augustinus ibidem vult. Secundo vt compatiens illas in se, non tamen collata cum aliis literis sacræ scripturæ. Et tunc ex tali collatione excludi possunt omnes illæ interpretationes repugnantes, non repugnantes verò admitti: sicut enim in responsione ad primum in litera dicitur, nihil necessarium ad salutem cōtinetur in sacra scriptura, quod non per literalem sensum alicubi manifeste tradatur: quamuis in aliqua litera obscure habeatur propter multitudinē expositionum. Et si deficeret collatio literæ obscuræ ad manifestandum, nunquam tamen deest collatio ad sanctæ ecclesiæ autoritatem, à qua non solum certificari possumus de literali sensu scripturæ, sed certi facti sumus de scriptura ipsa. Euāgelio (inquit August. in epistola contra Fundamentum) non crederem, nisi me autoritas ecclesiæ admoneret.

a *¶ Super Quæstionis secundæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo huius primi articuli ly per se, non per alium medium terminum ly notum notitia euidenti: propositio enim per se nota dicitur quæ ex solis propriis terminis est nota euidentia certa & infallibili, vt patet primo posteriorum. est ergo sensus tituli, vtrum hæc propositio, Deus est, sit per se nota.

CONCLVSIO.

¶ Cum sacræ scripturæ autor Deus sit, qui omnia simul suo intellectu comprehendit, ea ipsa doctrina sub vna litera plures sensus habet, literalem multiplicem, spiritualem triplicem, videlicet allegoricum, moralem, & anagogicum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd autor sacræ scripturæ est Deus, in cuius potestate est, vt non solum voces ad significandum accommodet (quod etiam homo facere potest) sed etiam res ipsas. Et ideo, cum in omnibus scientiis voces significent, hoc habet proprium ista scientia, quòd ipsæ res significatæ per voces, etiam significant aliquid. Illa ergo prima significatio, qua voces significant res, pertinet ad primum sensum, qui est sensus historicus, vel literalis. Illa verò significatio, qua res significatæ per voces, iterum res alias significant, dicitur sensus spiritualis, qui super literalem fundatur, & eum supponit.

¶ Hic autem sensus spiritualis trifariam diuiditur. Sicut enim dicit Apostolus ad Hebræos septimo, Lex vetus figura est nouæ legis: & ipsa noua lex, vt dicit Dionysius in eccles. Hierar. est figura futuræ gloriæ. In noua etiam lege ea, quæ in capite sunt gesta, sunt signa eorum, quæ nos agere debemus. Secundum ergo quòd ea, quæ sunt veteris legis, significant ea, quæ sunt nouæ legis, est sensus allegoricus: secundum vero quòd ea quæ in Christo sunt facta, vel in his, quæ Christum significant, sunt signa eorum, quæ nos agere debemus, est sensus moralis: prout verò significant ea, quæ sunt in æterna gloria, est sensus anagogicus. Quia verò sensus literalis est, quem autor intendit: autor autem sacræ scripturæ Deus est, qui omnia simul suo intellectu comprehendit: non est inconueniens, vt dicit Augustinus 12. confess. si etiam secūdum literalem sensum in vna litera scripturæ plures sint sensus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd multiplicitas horum sensuum non facit æquiuocationem, aut aliam speciem multiplicitatis: quia sicut iam dictum est[e], sensus isti non multiplicantur propter hoc, quòd vna vox multa significet, sed quia ipsæ res significatæ per voces aliarum rerum possunt esse signa. ¶ Et ita etiam nulla confusio sequitur in sacra scriptura, cum omnes sensus fundentur super vnum scilicet literalem, ex quo solo potest trahi argumentum, non autem ex his, quæ secundum allegoriam dicuntur, vt dicit Augustinus in epistola contra Vincentium Donatistam. ¶ Non tamen ex hoc aliquid deperit sacræ scripturæ, quia nihil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium, quod scriptura per literalem sensum alicubi manifeste non tradat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa tria, historia, etymologia, analogia, ad vnum literalem sensum pertinent. nam historia est, vt ipse Augustinus exponit, cum simpliciter aliquid proponitur: etymologia verò, cum causa dicti assignatur, sicut cum Dominus assignauit causam quare Moyses permisit licentiam repudiandi vxores, scilicet propter duritiam cordis ipsorum. Matthæi duodecimooctauo. Analogia verò est, cum veritas vnius scripturæ ostenditur veritati alterius non repugnare. Sola autem allegoria inter illa quatuor pro tribus spiritualibus sensibus ponitur, sicut & Hug. de Sanct. Vict. sub sensu allegorico etiam analogicum comprehendit, ponens in tertio suarum sententiarum solum tres sensus, scilicet historicum, allegoricum, & tropologicum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sensus parabolicus sub literali continetur: nam per voces significatur aliquid proprie, & aliquid figuratiue: nec est literalis sensus ipsa figura: sed id quod est figuratum. Non enim cum scriptura nominat Dei brachium, est literalis sensus, quòd in Deo sit membrum huiusmodi corporale: sed id, quod per hoc membrum significatur, scilicet virtus operatiua: in quo patet quòd sensui literali sacræ scripturæ nunquam potest subesse falsum.

QVAESTIO SECVNDA. De Deo, An Deus sit.

QVIA igitur principalis intentio huius sacræ doctrinæ est, Dei cognitionem tradere, & non solum secundum quod in se est, sed etiam secundum quod est principium rerum & finis earum, & specialiter rationalis creaturæ, vt ex dictis est manifestum[e], ad huius doctrinæ expositionem intendentes.

¶ Primò tractabimus de Deo. ¶ Secundò de motu rationalis creaturæ in Deum. ¶ Tertiò de Christo qui secundum quòd homo via est nobis tendendi in Deum. ¶ Consideratio autem de Deo tripartita erit. ¶ Primò nanque considerabimus ea quæ ad essentiam diuinam pertinent. ¶ Secundò ea quæ pertinent ad distinctionem personarum. ¶ Tertiò ea quæ pertinent ad processum creaturarum ab ipso.

¶ Circa essentiam verò diuinam, ¶ Primò considerandum est an Deus sit. ¶ Secundò quomodo sit: vel potius quomodo non sit. ¶ Tertiò considerandum erit de his quæ ad operationem ipsius pertinent, scilicet de scientia & de voluntate & potentia.

¶ Circa primum quæruntur tria. ¶ Primò, vtrum Deum esse sit per se notum. ¶ Secundò, vtrum sit demonstrabile. ¶ Tertiò an Deus sit.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *¶ Vtrum Deum esse sit per se notum.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deum esse sit per se notum. Illa enim nobis dicuntur per se nota, quorum cognitio nobis naturaliter inest, sicut patet de primis principiis. Sed sicut dicit Damas. in princ. libri sui, Omnibus cognitio existendi Deum naturaliter est inser-

11 *1. dist. 3. q. 1. ar. 2. Et 1. contra. c. 10. & 11. Et veri. q. 10. ā. 12. Et po. q. 7. ā. 2. 11.*

Coment. ¶ In corpore duo fiunt: primo distinguitur propositio per se nota. secundo respondetur quæsito. Quo ad primum distinctio est propositionis per se notæ, alia secundum se tantum, alia secundum se & quo ad nos: & hæc aut quo ad nos omnes, aut quo ad sapientes tantum: & sic fiunt tria membra in litera. Declaratur distinctio cum suis membris ex vna radice propositionis per se notæ in communi: propositio per se nota est, cuius prædicatum clauditur in ratione subiecti: ergo propositio per se nota secundum se & quo ad nos, est, cuius prædicatum est in ratione subiecti: & nobis est nota ratio subiecti & prædicati: vt, quodlibet est aut non est, & cætera. secundum se autem tantum, cuius prædicatum est in ratione subiecti: sed rationes terminorum nos latent: ergo secundum se & quo ad sapientes, cuius prædicatum est in ratione subiecti, & rationes terminorum clarent apud sapientes, vt incorporalia non esse in loco. Et confirmatur hoc membrum autoritate Boetij.

Annot. ¶ Circa hanc partem aduerte, quòd propositio per se nota ideo dicitur per se, id est, non per alium medium terminum nota, quia excludit ly per se quemcunque alium medium terminum, & consequenter quancunq; præmissam ad notificandum eam. & cum propositio aliqua possit notificari à priori & à posteriori, oportet quòd ly per se distinguatur, an excludat medium terminum à priori tantum, an à priori & posteriori simul. Si enim omnis propositio per se nota est habens prædicatum in ratione subiecti, oportet vt semper ly per se excludat medium à priori: sed quoniam cōtingit quòd inter ea, inter quæ nullum est secundum se medium, vt sunt cognita nobis, sit medium, ideo non semper excludit medium à posteriori: & propterea in litera distincta est propositio per se nota ex differentia inter terminos notos & ignotos: id est, ex differentia inter extrema propositionum, vt sunt nobis nota. 1 13 Illæ enim, quarum extrema non secundum se tantum, sed vt nota nobis sunt immediata sunt omnibus per se notæ. Illæ verò quarum extrema, licet secundum se, non tamen vt nota nobis, sunt immediata, sunt secundum se tantum per se notæ non nobis: & similiter quarum extrema vt nota sapientibus sunt immediata sunt eis per se notæ.

Annot. ¶ Circa hanc partem sunt multa dubia & argumenta Scoti, Aure. & Gregorij, sed quoniam hæc ad librum posterio. spectant, vbi in capit. tertio diffuse hanc materiam tractaui, idcirco absque eorum repetitione videndæ sunt ibi solutiones argumentorum cum toto processu: id tantum hic notato, quòd in litera non diffinitur propositio per se nota dicendo quòd est, cuius prædicatum ponitur in ratione subiecti, sed ponitur causalis: scilicet quòd ex hoc quòd prædicatum ponitur in ratione subiecti, fit propositio per se nota, quæ est conuertens respectu illius. & hoc ideo dico, quia bene verum est apud Sanctum Thomam, quòd omnis propositio cuius prædicatum cadit in ratione subiecti est per se nota, sed non econuerso: quoniam cum vnum generalissimum negatur de alio, & cum prima passio prædicatur de primo subiecto fiunt

fiunt propositiones immediatæ secundum se, & consequenter secundum se per se notæ: si tamen alicubi sic diffinita reperitur glossetur ly esse in ratione subiecti formaliter, vel virtualiter proxime: non tamē extendatur talis locutio, quia minus propria est.

a Comēt. ¶ Quo ad secundū conclusio responsiua est, hæc propositio, Deus est, est per se nota secundum se non nobis. probatur prima pars: quia prædicatū est idem subiecto. secunda autem quia nos nescimus quid subiecti, & ex hoc sequitur corollariū: ergo ista eget manifestari per medium quo ad nos, id est, à posteriori effectu. Patet sequela: quia nobis non est euidēs: & à priori caret medio.

ta: ergo Deum esse est per se notum.

¶ Præterea, Illa dicuntur esse per se nota, quæ statim cognitis terminis cognoscuntur. quod Philosophus attribuit primis demonstrationis principiis, in 1. Poster. Scito enim quid est totum, & quid pars, statim scitur, quòd omne totum maius est sua parte: sed intellecto quid significet hoc nomen Deus, statim habetur, quòd Deus est. Significatur enim hoc nomine id quod maius significari non potest: maius autem est quod est in re & intellectu, quàm quod est in intellectu tantum: vnde cum intellecto hoc nomine Deus statim sit in intellectu, sequitur etiam quòd sit in re: ergo Deum esse est per se notum.

¶ Præterea, Veritatem esse est per se notum: quia qui negat veritatem esse, concedit veritatem esse: si enim veritas non est, verum est veritatem nō esse. si autem est aliquid verum, oportet quòd veritas sit. Deus autem est ipsa veritas, Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita: Ergo Deum esse est per se notum.

¶ SED CONTRA, nullus potest cogitare oppositum eius, quod est per se notum, vt patet per philosophum in 4. Met. & primo Poster. circa prima demonstrationis principia. cogitari autem potest oppositum eius quod est Deum esse, secundum illud Psal. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. ergo Deum esse non est per se notum.

CONCLVSIO.

¶ Cum Deus sit suum esse, & quidnam sit nos lateat, hæc propositio Deus est, per se nota secundum se est, licet non quo ad nos.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cōtingit aliquid esse per se notum dupliciter. vno modo secūdum se & non quo ad nos: alio modo secundum se & quo ad nos. Ex hoc enim aliqua propositio est per se nota, quòd prædicatum includitur in ratione subiecti, vt homo est animal: nā animal est de ratione hominis. Si igitur notum sit omnibus de prædicato, & de subiecto quid sit, propositio illa erit omnibus per se nota, sicut patet in primis demonstrationum principiis[e], quorum termini sunt quædam cōmunia, quæ nullus ignorat, vt ens & non ens, totum & pars, & similia. Si autem apud aliquos notum non sit de prædicato & subiecto quid sit, propositio quidem quantum in se est erit per se nota, non tamen apud illos, qui prædicatum & subiectum propositionis ignorant. Et ideo cōtingit vt dicit Boet. in lib. de hebd. quòd quædam sunt cōmunes animi cōceptiones, & per se notæ apud sapientes tantum: vt incorporalia in loco non esse. Dico ergo quòd hæc propositio, Deus est, quantum in se est per se nota est: quia prædicatū est idē subiecto. Deus enim est suū esse, vt infrà patebit[c]. Sed quia nos non scimus de Deo quid est, non est nobis per se nota, sed indiget demonstrari per ea, quæ sunt magis nota quo ad nos, & minus nota quo ad naturā, scilicet, per effectus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cognoscere Deum esse in aliquo communi sub quadam cōfusione est nobis naturaliter insertum, inquantū, scilicet, Deus est hominis beatitudo. homo enim naturaliter desiderat beatitudinem[c]: & quod naturaliter desideratur ab homine, naturaliter cognoscitur ab eodē. Sed hoc nō est simpliciter cognoscere Deum esse, sicut cognoscere venientem non est cognoscere Petrum: quamuis sit Petrus veniens: multi enim perfectum hominis bonum, quod est beatitudo, existimant diuitias, quidā vero voluptates, quidam autem aliquid aliud.

¶ Ad secūdum dicendū, quòd forte ille, qui audit hoc nomen Deus, non intelligit significari aliquid, quo maius cogitari non possit, cùm quidam crediderint Deū esse corpus. Dato etiā quòd quilibet intelligat hoc nomine Deus significari hoc quod dicitur, scilicet illud, quo maius cogitari non potest, non tamen propter hoc sequitur, quòd intelligat id, quod significatur per nomen, esse in rerum natura, sed in apprehensione intellectus tantum. Nec potest argui quòd sit in re, nisi daretur quòd sit in re aliquid, quo maius cogitari non potest: quod non est datum à ponentibus Deum non esse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd veritatem esse in communi est per se notum: sed primam veritatem esse hoc nō est per se notū quo ad nos.

ARTICVLVS II.

a *¶ Vtrum Deum esse sit demonstrabile.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Deum esse non sit demonstrabile. Deum enim esse est articulus fidei: sed ea, quæ sunt fidei, non sunt demonstrabilia: quia demonstra-

12 *1. contr. e. 12. 13. & 14. Et po. q. 7. ar. 3. Et op. 3. c. 4.*

¶ Num si nomen aliquod significet excedens omne cogitabile, sequatur illud esse in rerum natura.

Quæstio. ¶ In responsione ad secundum aduerte, quòd contra secundam responsionem ibi datam satis moleste quidam instant quasi roborando argumentum sic, excedens omne cogitabile non est per tuam responsionem: ergo non est excellens omne cogitabile, quod est oppositum quid nominis ipsius Dei. probatur consequentia: quia non excedit cogitabile existens: & si ipsum esset cogitaretur maiº quàm cogitatum non esset. Sed hæc obiectio nō est alia ab obiectione facta in litera: & ideo eadē responsione soluitur distinguendo consequens, quòd excedere omne cogitabile cōtingit dupliciter. Vno modo quod excellit in rerum natura, alio modo secundum esse cogitatum: & intendo non quòd esse in rerum natura, aut obiectiue sit ratio excessus: sed vtimur eis in proposito, vt condi a tione rerum cogitatarum. 436 Verbi gratia, conditiones perfecti oratoris cogitare possunt excedere omnem oratorem dupliciter. Vno modo, quòd ille excessus sit in rerū natura, alio modo, quòd sit in esse obiectiuo. Primo modo oporteret ponere oratorem perfectum existere. Secundo modo non, sed sufficit ipsum habere esse obiectiuum: rationem autem excedendi attendi dicimus penes nobilitatem conditionum cogitatarum in se. In proposito ergo dicitur quòd ex illo antecedente, excedens omne cogitabile non est, optime sequitur, ergo non est excedens in rerum natura omne cogitabile: imò non est sic excedens formicā, aut quodcunque minimum existens: sed non valet: ergo non est excedens in se secundū esse obiectiuum omne cogitabile: imò sic excedit omne cogitabile. Et cùm dicitur maius cogitabile esset, si esset in rerum natura: negatur hoc. Ista enim replica procedit aut ex ignorantia propriæ vocis dum credunt isti, quòd responsio data acceptans quid nominis assignatum Dei intendat, quòd cum significatur hoc, scilicet maius omni cogitabili, significatur aliquid plenum omni perfectione abstrahendo ab existētia, & ideo instant; significetur plenum omni perfectione inclusa existentia in rerū natura, & sic significabitur maius; aut ex ignorantia inter actum signatum & exercitum. Conuenimus nanque in quid nominis & non dissentimus. Nihil excipimus in ratione excedendi, seu in actu signato: quamuis ab existere in actu exercito abstrahere opus sit. Vnde cōceditur, quòd significatur & cogitatur maius omni cogitabili cum omni perfectione, etiam existentia in rerum natura, in actu tamen signato: sed à significari & cogitari, ad esse non valet argumentum. Et ideo in litera dicitur, quòd hæc ratio nihil concludit: quia ab aduersariis non conceditur maius omni cogitabili esse in natura rerum, licet cōcedatur, quòd maius omni cogitabili significatur, & cogitatur esse in rerum natura, non ergo significatur maius significatum vt existens, sed etsi existeret non esset maius, sed esset quod non est nisi in cogitatione. Exemplum simile in speciali habetur: si fingamus latere nos nobilissimum animalium esse, & vellemus probare illud esse ex terminis, scilicet, nobilissimum animalium est: quia si non est, ergo non est nobilissimum animalium: hic enim manifestius liquet, quòd ratio excessus est nobilitas rei signatæ in se: conditiones vero excedentis sunt esse obiectiuum, & esse in rerum natura, & qualiter argumentum non valeat, vt patet exercenti. Logice autem his molestiis vnico verbo silentium impones, dicens, quòd maius omni cogitabili importare existentiam in rerum natura contingit dupliciter, scilicet, in actu exercito, vel signato, & quòd secundo modo conceditur in proposito, primo modo non: & quod si primo modo acceptaretur, sine dubio illa esset per se nota: maius omni cogitabili est: sicut ista quod est, est: ratio autem quare non clauditur existere in actu exercito, sed vt conceptum tantum est: quia nominibus res significantur vt conceptæ, verbis autem vt exercitæ. Vnde ista enuntiatio, existentia non est, non implicat contradictoria: ista autem, quod existit non est, implicat contradictoria.

¶ Num negans veritatem esse concedat verum esse nullam veritatem esse.

IN responsione ad tertiū aduertendū quòd dum litera respondendo concedit veritatem esse in communi esse per se notum, consequētiam factam arguendo acceptare videtur, 17 illam scilicet, nulla veritas est: ergo verum est nullam veritatem esse. Scotus tamen in primo, di. prima. q. 2. in responsione ad tertium, reprehendit hanc consequentiam dicens eam peccare fallacia consequentis à pluribus causis veritatis ad vnam illarum. 472 Tum quia licet valeat, nulla veritas est: ergo non est verum, aliquam veritatem esse: non tamen valet, ergo est verum, nullam veritatem esse: illa enim est negatiua, ista affirmatiua. Tum quia veritas, aut sumitur fundamentaliter, aut formaliter: si nulla veritas est, neutro modo verum est illam esse: nō fundamētaliter: quia nulla res fundans remanet: non formaliter: quia nullus intellectus restare poneretur: ergo affirmatiua non sequitur, sed negatiua, vt dictum est. ¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum secūdum bonam logicam à propositione vera de inesse ad suam modalē de vero, sit optima consequentia, & econuerso: quia verum non est modus addens supra suam præiacentem: miror quomodo arguens huic consequentiæ se opposuit. valet nanque Sortes currit: ergo Sor. currere est verum: & similiter Sor. non currit: ergo Sortem non currere est verum; & patet in omnibus: & sic in proposito: nulla veritas est, ergo nullam veritatem esse est verum. Et confirmatur, quia ista, scilicet, nulla veritas est; est quædam enuntiatio: ergo significans verum vel falsum, ex primo Periherm. sed apud eos significat verum: ergo significat nullam veritatem esse, esse verum. Ad primam ergo obiectionem dicitur, quòd nulla fallacia est: quia vtraque illarum sequitur determinate ex ista: & prius sequitur ista affirmatiua de modo, ergo verum est nullā veritatem esse: quàm illa negatiua, ergo non est verum aliquam veritatem esse: quoniam prima sequitur immediate, secunda autem mediante illa: quoniam prima pertinet ad consistentiam ipsius propositionis in se, secunda autem ad destructionem suæ contradictoriæ, scilicet, aliqua veritas est. Et rursus, licet destructio contradictoriæ ipsam statim sequeretur, dicendo nulla veritas est: ergo non aliqua veritas est: destructio tamen contradictoriæ cum modo, de vero non sequitur, nisi in virtute regulæ dictæ, scilicet, quòd propositio vera de inesse æquiualet madali de vero: ideo enim sequitur, nulla veritas est: ergo non est verum aliquam veritatem esse, quia æquiualet negationi illius contradictoriæ, scilicet non aliqua veritas est: & sic Sco. negando consequentiam concessit illam nesciens, dum concessit aliam, super radice illius fundatam. Ad secundam verò obiectionem dicitur, quòd veritas sumitur ad minus fundamentaliter: & cùm dicitur, quòd nullum fundamentum remaneret, negatur. Dico enim quòd ad remansionem veritatum negatiuarum fundamentaliter, non requiritur remansio rerum: vnde veritas istius, nihil est nihil, omni omninò re & intellectu secluso remanet fundamentaliter: quia si intellectus esset, posset eis suam compositionem adæquare obiectaliter componendo hanc, nihil, & nihil: & hæc remāsio sufficit: vnde nec etiā modo ista propositio, nihil est nihil, habet fundamentum ex parte rei significatæ, nisi modo dicto. Quod enim dicitur quod veritas fundamentaliter est entitas, verum est de veritate positiua, non autem negatiua: fundamentum enim negatiuæ veritatis est non esse, & non est esse, vt patet.

a *¶ Super Quæstionis secundæ Articulum secundum.*

¶ Hunc articulum diffuse habes in q. de ve. q. 10. art. 12.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primò distinguit demonstrationem, in quia & propter quid, &c. Secundò respondet quæsito affirmatiue vnica conclusione: Deum

tio facit scire, fides autem de non apparentibus est, vt patet per Apostolum ad Hebræos vndecimo: ergo Deum esse non est demonstrabile.

¶ Præterea, medium demonstrationis est quod quid est: sed de Deo non possumus scire quid est: sed solum quid non est: vt dicit Dama. ergo non possumus demonstrare Deum esse.

¶ Præterea, si demonstraretur Deum esse, hoc non esset nisi effectibus eius: sed effectus eius non sunt proportionati ei, cum ipse sit infinitus & effectus finiti: finiti autem ad infinitum non est proportio: cum ergo causa non possit demonstrari per effectum sibi non proportionatum, videtur quòd Deum esse non possit demonstrari.

¶ SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Romanos primo, Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sed hoc non esset, nisi per ea, quæ facta sunt posset demonstrari Deum esse: primum enim, quod oportet intelligi de aliquo est, an sit.

CONCLVSIO.

¶ *Deum esse, quamuis à non priori, à posteriori tamen demonstrari potest ex aliquo eius notiori nobis effectu.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est demonstratio. vna, quæ est per causam: & dicitur propter quid: & hæc est per priora simpliciter: alia est per effectum, & dicitur demonstratio: quia & hæc est per ea, quæ sunt priora quo ad nos. cum enim effectus aliquis nobis est manifestior, quàm sua causa, per effectum procedimus ad cognitionem causæ. ex quolibet autem effectu potest demonstrari propriam causam eius esse, si tamen eius effectus sint magis noti quo ad nos, quia, cum effectus dependeant à causa, posito effectu necesse est causam præexistere. Vnde Deum esse secundum, quòd non est per se notum, quo ad nos demonstrabile est per effectus nobis notos.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deum esse, & alia huiusmodi quæ per rationem naturalem nota possunt esse de Deo, vt dicitur Roma. 1. non sunt articuli fidei, sed præambula ad articulos. Sic enim fides præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam: & vt perfectio perfectibile: nihil tamen prohibet illud quod secundum se demonstrabile est, & scibile ab aliquo accipi, vt credibile, qui demonstrationem non capit. ¶ Ad secundum dicendum, quòd cum demonstratur causa per effectum, necesse est vti effectu loco diffinitionis causæ ad probandum causam esse [e]: & hoc maxime contingit in Deo: quia ad probandum aliquid esse, necesse est accipere pro medio quid significet nomen, non autem quod quid est: quia quæstio quid est, sequitur ad quæstionem an est. Nomina autem Dei imponuntur ab effectibus, vt postea ostendetur: vnde demonstrando Deum esse per effectum accipere possumus pro medio quid significet hoc nomen Deus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per effectus non proportionatos causæ, non potest perfecta cognitio de causa haberi: sed tamen ex quocunque effectu potest manifeste nobis demonstrari causam esse: vt dictum est [e]: & sic ex effectibus Dei potest demonstrari Deum esse: licet per eos non perfecte possimus eum cognoscere secundum suam essentiam.

ARTICVLVS TERTIVS.

a ¶ *Vtrum Deus sit.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit. Quia si vnum contrariorum fuerit infinitum, totaliter destrueretur aliud. Sed hoc intelligitur in hoc nomine Deus, scilicet, quòd sit quoddam bonum infinitum: si ergo Deus esset, nullum malum inueniretur. Inuenitur autem malum in mundo. ergo Deus non est.

¶ Præterea, Quod potest compleri per pauciora principia, non fit per plura. Sed videtur, quòd omnia quæ apparent in mundo possunt compleri per alia principia supposito, quòd Deus non sit, quia ea quæ sunt naturalia, reducuntur in principium, quod est natura. Ea verò quæ sunt à proposito, reducuntur in principium, quod est ratio humana, vel voluntas. Nulla igitur necessitas est ponere Deum esse.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Exodi tertio, ex persona Dei, Ego sum qui sum.

CONCLVSIO.

¶ *Necesse est in rerum natura inueniri vnum primum ens immobile, primum efficiens, necessarium non ex alio, maxime ens bonum, & optimum, primum gubernans per intellectum, & omnium vltimum finem, qui Deus est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deum esse quinque viis probari potest.

¶ Prima autem & manifestior via est, quæ sumitur ex parte motus. Certum est enim & sensu constat, aliqua moueri in hoc mundo: omne autem quod mouetur ab alio mouetur. Nihil enim mouetur, nisi secundum quod est in potentia ad illud, ad quod mouetur: mouet autem aliquid secundum quod ex actu. Mouere enim nihil aliud est

Deum esse est demonstrabile à posteriori, seu per effectum, probatur, effectus dependet à propria causa: ergo posito effectu necesse est causam præexistere: ergo ex quolibet effectu, dummodo sit nobis notior, potest demonstrari propriam causam eius esse: ergo Deum esse est demonstrabile per effectus notiores nobis: omnia clara sunt, supponendo quòd Deus habet aliquos notiores effectus: quod inferius patebit.

Annota. ¶ In responsione ad primum aduerte, quòd nota de Deo naturali lumine, dupliciter sumuntur. Vno modo secundum se. Alio modo, vt nobis nota, & similiter articuli fidei sumuntur secundum se, & vt crediti: si sumantur vtraque secundum se, sic non est verum, quòd illa sint præambula ad propositiones quæ sunt articuli fidei: sed quædam præcedũt, vt Deum esse: Deum esse vnum, bonum, & similia absoluta: quædam sequuntur, vt Deum esse primam causam rerum, & cætera huiusmodi: nec propter hoc sequitur, quòd sint propositiones in theologia priores primis principiis: quamuis sequatur, quòd sint aliquæ priores illis principiis, quæ sunt articuli fidei: quoniam præcedentes secundum se, sunt inter principia: iam enim dictum est in secundo articulo, quòd articuli fidei secundum se sunt per se principia theologiæ, vt crediti autem per accidens: si verò sumantur vtraque vt nota nobis, sicut omnia huiusmodi naturaliter nota sunt præambula: propter rationem in litera positam: & hoc tantum litera intendit: quare esto cautus.

Annota. ¶ In responsione ad secundum aduerte, quòd hæc doctrina de probatione quæstionis, an est vera, est quo ad nos: secundum talem nanque ordinem quæstio quid est sequitur an est: secũdum se autem econuerso: vt in secundo posteriorum docetur.

¶ *Super quæstionis secundæ articulum tertium.*

¶ *Num expediat quærere an Deus sit.*

a IN titulo dubium statim occurrit ex primo
1 posteriorum: nulla scientia probat subiectum suum: & vt dicit Auerroes in secundo Physicor. comment. vigesimosexto, nec à priori nec à posteriori, sed supponit illud esse, aut per se notum ad sensum, vel intellectum, vel accipit aliunde: sed in hac scientia subiectum est Deus, vt in prima quæstione dictum est: ergo non debet hic probari Deum esse: contra artem ergo hic articulus mouetur. Ad hoc dicitur, quòd nulla scientia per se loquendo probat subiectum suum esse, per accidens autem non inconuenit scientiam aliquam probare suum subiectum esse. Sic autem est in proposito: quoniam occurrit hic duplex accidens, propter quod scientia hic probat Deum esse. Primum est imperfecta illius participatio in nobis: si enim lumen diuinum plene participaremus, constaret statim Deum esse. Secundum est conditio medij, scilicet, quòd est quasi extraneum: licet enim nulla scientia ex simpliciter propriis probet subiectum suum, ex extraneis tamen appropriatis probare potest: si notiora nobis sunt extranea illa quàm esse illius subiecti. Sic autem contingit in proposito: quoniam theologia non ex propriis simpliciter, sed ex propriis ministerialiter, scilicet, notis naturali lumine, quæ absolute sunt extranea vt diximus, probat Deum esse: vt patet in decursu quæstionis.

Coment. ¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, scilicet, Deus est: & proponitur quinque viis probanda: quas non est opus formare, cum & hic, & in primo contra Genti. & in quæstione de potentia. & in quæstione de ve. & in primo sen. habeantur.

¶ Circa has rationes in communi aduertendum est diligenter, quòd possunt afferri ad duo: primo ad concludendum illud ens incorporeum, inmateriale, æternum, summum, immutabile, primum, perfectissimum, &c. quod & quale, Deum tenemus esse: & sic istæ rationes habent plurimum disputationis, eo quòd prima via, vt in primo contra Genti. capitulo vigesimosecundo, dicitur, non ducit ad mortem, *primo cc. conto. 22.* magis immobile quàm sit anima intellectiua. secunda autem, vt dicit Auer. non ducit, nisi ad corpus cæleste, & eius motorem. Reliquarum quoque nulla magis sursum ducere videtur: & ad hoc intentum non afferuntur hoc in loco hæ rationes, vt nunc nunc patebit. Alio modo, afferri possunt ad concludendum quædam prædicata inueniri *d* in rerum natura, quæ *55* *66* secundum veritatẽ sunt propria Dei: *o* non curando quomodo, vel qualiter sint, &c. Et ad hoc intentum hic afferuntur: & sunt nihil fere difficultatis habentes secũdum philosophiam. Et vt melius intelligatur, quod dicimus sigillatim explanando dicitur, *13* *1. dist. 8. q. 1. ar. 1. Et 1. cõt. ca. 13. Et opus. 3. c. 3. Et veri. q. 1. artic. 4. 7. Et po. q. 7.* quòd primæ viæ ex parte motus sat est, quòd inferatur, ergo datur primum moués immobile, non curando vtrum illud sit anima cæli, aut mũdi. hoc enim quæretur in sequenti quæstione. Secundæ quoque viæ ex parte efficientis sat est, quòd ducat ad primum efficiens, non curando, an illud sit corpus, vel incorporeum: hoc enim quæretur in sequenti quæstione. Tertiæ verò viæ ex parte necessarij sat est, quòd ducat ad primum necessarium non ex alio, non curando an sit vnum, vel plura: hoc enim quæretur in quæstione vndecima. Quartæ quoque viæ ex gradibus rerum sat est ducere ad maxime ens, verum, bonum, nobile, à quo sunt omnium participationes. Et similiter quintæ viæ ex gubernatione, sat est ducere ad primũ gubernantem per intellectum, quicunque sit ille: omnia enim hæc prædicata, scilicet mouens, immobile, primum efficiens, necessarium non ex alio, *Ephes. 3. & 8. Physic.* maxime ens, & primum gubernans intelligendo, sunt secundum veritatem propria Deo: & ideo cõcludendo hæc inueniri in rerum natura, concluditur directe, quasi per accidens, quòd Deus est, id est, Deus non vt Deus, sed vt habens talem conditionem est: & consequenter ipsum subtractum, scilicet, Deus, vt Deus est. Ex his autem patet, quòd nec rationes Auerrois contra Auicennam, nec Aureoli contra has rationes sunt contra intentum huius articuli, nisi obiectio contra vltimam, & contra propositiones assumptas.

¶ *Num primum sit causa medij.*

VNde sciendum est secundo: quòd in prima ratione quæ sumpta est ex 7. & 8. Physicorum, sunt duæ propositiones impugnatæ: Altera est, nisi mouet seipsum primo. Contra hanc enim Scotus in materia de grauibus, & leuibus, & voluntate, &c. arguit: & quoniam hoc esset exire nostros limites, erit de hoc quæstio specialis. Altera est, primum est causa medij: hic enim assumitur tam in prima quàm secunda, & tertia ratione ad probandum, quòd non proceditur in infinitum. Et contra eam, licet sit expresse Aristoteles in secundo Metaph. & octauo Physic. arguitur sic in substantia. Media causa, seu motor, si necessario dependet à prima causa, seu motore, aut hoc habet quia media, aut quia causa, aut quia causa media: sed nihil horum est: ergo non oportet mediam causam dependere à prima. Assumptum patet ex sufficienti distinctione: destructio verò singulorum probatur: & primo, quòd non ex ratione medij: quoniam medium dicitur respectu duorum: hinc, scilicet, inde quorum est medium;

& non

quàm educere aliquid de potentia in actum. De potentia autem non potest aliquid reduci in actum, nisi per aliquod ens in actu: sicut calidum in actu, vt ignis, facit lignum, quod est calidum in potentia, esse actu calidum, & per hoc mouet, & alterat ipsum. Non autem est possibile vt idem sit simul in actu & potentia secundum idem, sed solum secundum diuersa: quod enim est calidum in actu, non potest simul esse calidum in potentia, sed est simul frigidum in potentia. Impossibile est ergo quòd secundum idem & eodem modo aliquid sit mouens & motum, vel quòd moueat seipsum: omne ergo quod mouetur oportet ab alio moueri. Si ergo id à quo mouetur moueatur, oportet & ipsum ab alio moueri: & illud ab alio: hic autem non est procedere in infinitum: quia sic non esset aliquod primum mouens & per consequens nec aliquod aliud mouens, quia mouentia secunda non mouent nisi per hoc quòd sunt mota à primo mouente, sicut baculus non mouet nisi per hoc quòd est motus à manu: ergo necesse est deuenire ad aliquod primum mouens, quod à nullo mouetur [e]: & hoc omnes intelligunt Deum.

¶ Secunda via est ex ratione causæ efficientis. Inuenimus enim in istis sensibilibus esse ordinem causarum efficientium, nec tamen inuenitur, nec est possibile quòd aliquid sit causa efficiens suiipsius, quia sic esset prius seipso, quod est impossibile, non autem est possibile quòd in causis efficientibus procedatur in infinitum: quia in omnibus causis efficientibus ordinatis primum est causa medij, & medium est causa vltimi, siue media sint plura siue vnum tantum: remota autem causa, remouetur effectus: ergo, si non fuerit primum in causis efficientibns, non erit vltimum nec medium. Sed si procedatur in infinitum in causis efficientibus, non erit prima causa efficiens: & sic non erit nec effectus vltimus, nec causæ efficientes mediæ, quod patet esse falsum. ergo est necesse ponere aliquam causam efficientem primam [e]: quam omnes Deum nominant.

¶ Tertia via est sumpta ex possibili & necessario, quæ talis est. Inuenimus enim in rebus quædam, quæ sunt possibilia esse, & non esse: cum quædam inueniantur generari & corrumpi: & per consequens possibilia esse & non esse. Impossibile est autem omnia, quæ sunt talia, semper esse: quia quod possibile est non esse, quandoque non est: Si igitur omnia sunt possibilia non esse, aliquando nihil fuit in rebus. Sed si hoc est verum, etiam nunc nihil esset: quia quod non est, non incipit esse nisi per aliquid quod est. Si igitur nihil fuit ens, impossibile fuit quòd aliquid inciperet esse, & sic modo nihil esset: quod patet esse falsum. Non ergo omnia entia sunt possibilia: sed oportet aliquid esse necessarium in rebus. Omne autem necessarium vel habet causam suæ necessitatis aliunde, vel non habet. non est autem possibile quòd procedatur in infinitum in necessariis, quæ habent causam suæ necessitatis, sicut nec in causis efficientibus, vt probatum est [e]. ergo necesse est ponere aliquid quod sit per se necessarium, non habens causam necessitatis aliunde, sed quod est causa necessitatis aliis: quod omnes dicunt Deum.

¶ Quarta via sumitur ex gradibus, qui in rebus inueniuntur. Inuenitur enim in rebus aliquid magis & minus bonum & verum & nobile: & sic de aliis huiusmodi. Sed magis & minus dicuntur de diuersis secundum quod appropinquant diuersimode ad aliquid, quod maxime est: sicut magis calidum est, quod magis appropinquat maxime calido. Est igitur aliquid, quod est verissimum, & optimum, & nobilissimum, & per consequens maxime ens: nam quæ sunt maxime vera, sunt maxime entia, vt dicitur secundo metaphysic. Quod autem dicitur maxime tale in aliquo genere est causa omnium, quæ sunt illius generis: sicut ignis, qui est maxime calidus, est causa omnium calidorum, vt in eodem libro dicitur. ergo est aliquid quod omnibus entibus est causa esse, & bonitatis & cuiuslibet perfectionis: & hoc dicimus Deum.

¶ Quinta via sumitur ex gubernatione rerum: videmus enim, quòd aliqua, quæ cognitione carent, scilicet corpora naturalia, operantur propter finem: quod apparet ex hoc quòd semper aut frequentius eodem modo operantur, vt consequantur id quod est optimum. Vnde patet quòd non à casu, sed ex intentione perueniunt ad finem. Ea autem, quæ non habent cognitionem, non tendunt in finem, nisi directa ab aliquo cognoscente & intelligente [e]: sicut sagitta à sagittante: ergo est aliquid intelligens, à quo omnes res naturales ordinantur ad finem [e]: & hoc dicimus Deum.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicit August. in enchirid. Deus cum sit summe bonus, nullo modo fineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi esset adeo omnipotens, & bonus, vt bene faceret

& non necessario respectu primi & *vltimi*, vt patet in mediis partibus proportionalibus circuli. Secundò quòd non ex ratione causæ: quia causa vt causa respicit effectum & non dependentiam ad prius aut primum, vt patet. Tertiò quòd non ex ratione composita, scilicet causæ mediæ: quoniam causa media vt sic nihil aliud exigit quàm vt in causando mediet: sed hoc, scilicet, in causando mediare sufficienter saluat, si inter aliquam priorem causam & effectum aliqua media causalitas sit: ergo media causa ex ratione qua media causa, non exigit dependẽtiam à prima causa, sed à priore. Et confirmatur: quia secũdum te, ista conditionalis est vera, si procederent in infinitum causæ, omnes causæ essent causæ mediæ: ergo ad rationem causæ mediæ non requiritur dependentia à prima, sed à priore, respectu cuius & posterioris dicatur media.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd causa media ex eo quòd causa media necessario dependet à prima, ad cuius euidentiam oportet recolere, quòd de ratione causæ est efficacia: nisi enim causa aliquid efficiat, causa in actu, de qua est sermo, dici non potest. Efficacia nan-
553 que causæ in illius causalitate actuali consistit, & propterea nisi causalitas compleatur, neque causa in actu neque efficacia seu efficientia aliqua saluatur: oportet
Ex 2°. Meth. ergo ad hoc quòd causæ ratio seruetur, vt causalitas illius compleatur, ac per hoc quicquid repugnat complemento causalitatis alicuius causæ, repugnat causæ illi. Cum igitur causa media vere causa sit, oportet ipsam habere propriam causalitatem completam. Tunc sic: complementum causalitatis causæ mediæ nullatenus potest esse sine dependentia à prima causa: ergo causa media, vt est causa media,
234 dependet à prima; ergo optime dicit Aristot. & habetur in litera, quòd primum est causa medij. Consequentia nota, & antecedens probatur, si tolleretur prima causa, sic, quòd ante omnem causam esset alia causa, nunquam perficeretur causalitas istarum causarum essentialiter dependentium: ergo complementum mediarum dependet à prima. Conditionalis est clara, quia infinitas descensus vel ascensus repugnat complemento. Consequentia autem patet, quia constat quòd complementum mediæ causæ dependet ab aliqua antecedente, & non à priore tantum, vt patet ex conditionali: ergo à prima.

¶ Ad obiectionem autem in oppositum, cum dicitur, causa media nihil exigit, nisi quòd in causando mediet, conceditur: sed cum subsumitur, quòd hoc saluatur respectu prioris causæ, negatur: quoniam impossibile est mediam causalitatem perfici, nisi sustentetur in prima: si enim ab infinitis prioribus dependet, nunquam perfici poterit. Ad confirmationem vero negatur quòd illa conditionalis, scilicet si causæ essentialiter ordinatæ essent infinitæ, omnes essent causæ mediæ, si Aristot. aut nostra simpliciter, sed est ad hominem ponentem infinitatem in causis huiusmodi: apud hos nanque sequitur optime, quòd cum omnes ponantur causæ, & nulla prima: igitur mediæ: sed secundum veritatem ex illo antecedente proceditur in infinitum in causis, sequitur ergo nulla causa est, vt Arist. & S. Thomas deducunt. quia sequitur, ergo non est prima: ergo nec media: quia prima est causa mediæ, vt probatum est.

Annot. ¶ Circa illam propositionem in quarta via assumptam, scilicet maxime tale in aliquo genere est causa omnium aliorum, quæ sunt illius generis, quoniam impugnatur ab Aureolo, nota tres terminos. Primò quòd aliud est esse maxime tale in aliquo genere, & aliud est esse primam seu perfectissimam speciem alicuius generis, vnde non assumitur hic quòd perfectissima species sit causa cæterarum, sed quòd maxime tale, &c. ¶ Secundò quòd esse causam contingit in proposito dupliciter: scilicet effectiuam proprie, vel exemplarem: hoc in loco confuse assumitur esse causam: quoniam ad propositum non refert quali causalitate maxime ens bonum & verum sit causa esse bonitatis & veritatis cæterorum. Esse enim causam siue exemplarem omnium horum, siue effectiuam proprium est Dei. ¶ Tertiò quòd cætera illius generis possunt accipi dupliciter, scilicet absolute, id est, secundum totum id quod sunt: & possunt accipi secundum rationem illius generis: in proposito non sumuntur absolute, sed secundum quòd habent illius rationem: non enim maxime calidum diximus causam reliquorum calidorum secundum substantiam & totum quod sunt, sed solum inquantum calida sunt: ita quod sensus propositionis assumptæ est, maxime habens rationem aliquam formalem est causa siue exemplaris, siue effectiua reliquorum habentium eandem rationem formalem vt sic. *o* ¶ Ex hoc patet quòd instantia Aureoli de albedine respectu colorum nihil valet. Tum quia albedo non est maxime color. Tum quia si esset maxime color, non oporteret propterea ipsam causare cæteras species coloris absolute, sed quantum ad rationem coloris tantum. Tum quia dicere albedinem esse causam exemplarem reliquorum colorum quatenus colores sunt, nullum inconueniens est: cum perfectiora sint naturaliter exemplaria imperfectiorum vt sic: & colores omnes quanto magis accedunt ad albedinem, tanto plus habent lucis, & consequenter perfectionis ratione coloris.

Annot. ¶ Circa quintam viam est instantia quoque Aureoli: quam tamen prius excluserat S. Th. 3. cõtra genti. cap. 63. scilicet quod quidditates rerum naturalium sunt sufficientes causæ effectuum, qui naturaliter apparent ordinatæ, &c. in vniuerso: vide ibidem. & in q. de ve. q. 5. art. 2. & inuenies rationem insufficientię esse 118 vnitatem ordinis, vtilitates mutuas, connexiones 136 contrariorum &c. prętereà, quæ hic ponitur in responsione ad secundũ: quia scilicet natura agit propter finem, ex secundo physic. ergo aut à se conceptum, aut ab alio intendente directa, &c.

¶ *Non vnum oppositorum excludat reliquum.*

Quæstio. CIrca solutionem primi argumenti aduerte quod responsio literæ consistit in negatione consequentiæ: quia tamen non assignatur causa in communi, sed particulari materia, de qua est sermo: ideo in communi loquendo scito primo, quod vnum oppositorum excludere reliquum potest, dupliciter intelligi, scilicet formaliter & effectiue: formaliter quidem, vnum oppositorum non excludit reliquum nisi à suo receptiuo, vt patet, & sic in proposito: quia bonum diuinũ infinitũ est, & omne malum excludit formaliter à Deo, non autem à creatura: quia non recipitur in creatura, sed in ipso tantum Deo. Effectiue verò vnum oppositorum excludit reliquum secundum quod efficit aliquid sibi simile, sicut vis solaris excludit frigus ab aëre, secundum quod assimilat sibi aërem in esse calido: & iuxta hanc oppositionem procedit argumentum: quòd si vnum oppositorum est infinitum, reliquum non solum excluditur ab eo formaliter, sed etiam effectiue in quocunque inuentũ fuerit: & hoc propter infinitatem suæ efficaciæ, cui nihil resistere potest, nisi aliud oppositum etiam esset infinitum. Scito secundò quod Scot. in 1. sent. dist. 2. q. 1. ad primũ examinans hanc conditionalem dicit ipsam veram non solum formaliter, sed effectiue in oppositis naturaliter agentibus, non autem in agentibus volũtarie. Et soluit argumentum ad propositum. quia bonũ infinitum agit voluntarie. in litera autẽ simpliciter negatur consequentia, & assignatur ratio: quia scilicet ex infinita bonitate agẽtis sequitur esse aliqua mala, ex quibus bonũ resultet. Sed quoniã, vt dictum est, ista responsio immiscet modũ causandi, scilicet per voluntatẽ attribuendo mala permissioni diuinæ, quæ ad voluntatem spectat: ideo particularis est: vniuersaliter autẽ distinguendum

videtur

videtur antecedens: quoniam oppositum infinitum contingit dupliciter. Vno modo communicabile aliis secundum eandem rationem: sicut si ignis esset infinite calidus. Calor enim est communicabilis aliis secundum eandem rationem, qua est in igne. Alio modo incommunicabile aliis secundum eandem rationem, quamuis sit participabile per quandam analogiam: sicut esse Dei est infinitum, non tamen communi-

b 136 cabile aliis secundum eandem rationem. Alioquin possent esse plures dij, quamuis sit participabile ab omnibus plus & minus. Dico igitur, quòd si vnum op-

118 positorum communicabile secundum eandem rationem est infinitum, reliquum non erit nec in eodem susceptibili, nec in alio quocunque. Si autem vnum oppositorum incommunicabile secundum eandem rationem: participabile tamen est infinitum: optime sequitur quòd reliquum formaliter excludet à se, sed non sequitur: ergo reliquum effectiue excludet à quolibet, etiam si ponatur naturaliter agere. Et ratio est: quia agẽs infinitum infinite participatum non excludit à participantibus totaliter suum oppositum: sed oppositum infinitum incommunicabile seu bonum infinitum est huiusmodi: ergo maior patet ex inductione. Si enim sol esset infinite calidus, & calor non esset cõmunicabilis inferioribus secundum eãdem rationem, sed secundum quandam analogã imitationem tantum: sol in quantum calidus esset infinitum agens, finite tamen participatũ: quia non secundum eandem rationem: ac per hoc non produceret in aliquo nisi caloris finitam participationem: & consequenter non excluderet omne frigus à participantibus ipsum: quia cum calore finite impresso stat aliquis gradus frigoris. Patet & ratione, quia quantæcũque virtutis sit agens, non excludit effectiue oppositum, nisi inquantum est incompossibile effectui: sed existente agente infinito in se, finite autem participato, effectũ non oportet esse incompossibilem cuilibet gradui oppositi: quia effectus finite habet rationem vnius oppositi: ergo agens infinitum finite tantum participatum non tollit effectiue totaliter suum oppositum. ¶ Et propterea Deus gloriosus, qui est infinitum bonum, etiam si naturaliter ageret, non tolleret omne malum ab vniuerso: quoniam finite tantum participatur à quocunque: & ex bonitate sua prodiret vniuersitas bonitatum constituentium gradus diuersos in vniuerso: ex quorum naturis necesse est oriri malum, sicut ex natura lupi mors agni: & ex natura elementorum corruptio mistorum, &c. ¶ Et ideo eleuando rationem in litera assignatam, merito negatur consequentia, quia ex infinita bonitate Dei oritur mala esse propter bonum tamen vniuersi: & non oritur mala non esse. Et sic ad infinitam Dei bonitatem spectat quod malum sit in effectibus suis: non in seipso.

etiam de malo[c]: hoc ergo ad infinitã Dei bonitatem pertinet: vt esse permittat mala, & ex eis eliciat bona. ¶ Ad secũdum dicendum quòd cum natura propter determinatum finem operetur ex directione alicuius superioris agentis[e]: necesse est ea quæ à natura fiunt etiam in Deum reducere, sicut in primam causam. Similiter etiam quæ ex proposito fiunt, oportet reducere in aliquam altiorem causam quæ non sit ratio & voluntas humana: quia hæc mutabilia sunt & defectibilia: oportet autem omnia mobilia & deficere possibilia reduci in aliquod primum principium immobile & per se necessarium: sicut ostensum est.

QVAESTIO TERTIA,

De Dei simplicitate, in octo articulos diuisa.

COGNITO de aliquo an sit inquirendum, restat quomodo sit, vt sciatur de eo quid sit. Sed quia de Deo scire non possumus quid sit, sed quid non sit: non possumus considerare de Deo quomodo sit, sed potius quomodo non sit. ¶ Primò ergo considerandum est quomodo non sit. ¶ Secundò quomodo à nobis cognoscatur. ¶ Tertio quomodo nominetur.

¶ Potest autem ostendi de Deo quomodo non sit remouendo ab eo ea, quæ ei non conueniunt, vt pote compositionem, motum, & alia huiusmodi. ¶ Primò ergo inquiratur de simplicitate ipsius, per quam remouetur ab eo compositio. Et quia simplicia in rebus corporalibus sunt imperfecta & partes. ¶ Secundò inquiretur de perfectione ipsius. ¶ Tertiò de infinitate eius. ¶ Quartò de immutabilitate. ¶ Quintò de vnitate.

¶ Circa primum quæruntur octo. ¶ Primò vtrum Deus sit corpus. ¶ Secundò, vtrum sit in eo compositio formæ & materiæ. ¶ Tertiò, vtrum sit in eo compositio quidditatis, siue essentiæ, vel naturæ, & subiecti. ¶ Quartò, vtrum sit in eo compositio quæ est ex essentia & esse. ¶ Quintò, vtrum sit in eo compositio generis & differentiæ. ¶ Sextò, vtrũ sit in eo compositio subiecti & accidentis. ¶ Septimò, vtrum sit quocunque modo compositus vel totaliter simplex. ¶ Octauò, vtrum veniat in compositionem cum aliis.

ARTICVLVS I.

a ¶ Vtrum Deus sit corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus sit corpus. Corpus enim est quod habet trinam dimensionem: sed sacra scriptura attribuit Deo trinam dimensionem: dicitur enim Iob 11. Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius & latior mari: ergo Deus est corpus. ¶ Præterea, Omne figuratum est corpus, cum figura sit qualitas circa quãtitatem: sed Deus videtur esse figuratus, cum scriptum sit Ge. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. figura enim imago dicitur, secundum illud Hebr. 1. Cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius: id est, imago. ergo Deus est corpus. ¶ Præterea, Omne quod habet partes corporeas est corpus: sed scriptura attribuit Deo partes corporeas: dicitur enim Iob quadragesimoprimo. Si habes brachium vt Deus. & in Psalm. Oculi Domini super iustos: &, dextera Domini fecit virtutem: ergo Deus est corpus. ¶ Præterea, Situs non conuenit nisi corpori: sed ea, quæ ad situm pertinent, in scripturis dicuntur de Deo, dicitur enim Esaiæ 6. Vidi Dominum seden. & Esaiæ 3. Stat ad iudicandum Dominus. ergo Deus est corpus. ¶ Præterea, Nihil potest esse terminus localis à quo, vel ad quẽ, nisi sit corpus vel aliquod corporeum: sed Deus in scriptura dicitur esse terminus localis vt ad quem, secundum illud Psalm. Acce. ad eum, & illũ. & vt à quo, secundũ illud Hierem. 17. Recedentes à te in terra scribentur. ergo Deus est corpus.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 4. Spiritus est Deus.

CONCLVSIO.

a ¶ Cum Deus sit primum mouens immotum, ac primum ens, & omnium nobilissimum, impossibile est corpus esse.

¶ RESPONDEO dicendum absolute Deum non esse corpus: quod tripliciter ostendi potest. ¶ Primò quidem, quia nullum corpus mouet non motum, vt patet inducendo per singula. Ostensum est autem suprà[c], quòd Deus est primum mouens immobile: vnde manifestum est quòd Deus non est corpus. ¶ Secundò, quia necesse est id, quod est primum ens, esse in actu, & nullo modo in potentia. Licet enim in vno & eodem quod exit de potentia in actum, prius

a ¶ Super quæstionis tertiæ articulum primum.

Annot. IN titulo aduerte, quòd vt ex conditionibus, quas Deo conuenire dictum est in præcedenti articulo probando ipsum esse, manifeste pateat quòd non potest cadere in mentem alicuius Deum esse accidens, sed oportet ipsum esse substantiam: idcirco terminata quæstione an est, ex qua scitur ens de Deo, & ex annexis liquido constante quòd est substantia, statim inquirit nunc an sit corpus, id est, an sit substantia corporea: ita quòd ly corpus hic sumitur proprie pro corpore quod est in prædicamento substantiæ, siue illud sit res simplex, vt Auerrois credit de corpore cœlesti, siue non inueniatur simplex, non est curæ: Huiusmodi autem substantia trinam habet dimensionem annexam secundum omnes, siue ipsa trina dimensio sit idem quod ipsa, siue non. Nullum enim horum variat propositum. ¶ Substantia autem corporea hoc modo sumpta non solum distinguitur contra incorpoream, puta immaterialem substantiam: sed etiam contra non corpus, id est, formam etiam, quæ est corporis actus: neutrum enim horum est substantia corporea: vt ly corporea est differentia intrinseca constituens corpus: quamuis formæ naturales dicantur substantiæ corporeæ, denominatiue à corporibus, quarum sunt formæ: & sic sumitur corpus proprie: vt patet ex secundo de anima in principio, vbi Arist. quærit: an anima sit corpus: & hoc modo sumitur hic, vt singulariter etiã contra proteruos apparet ex tertia ratione in corpore adducta. 14 1. contra. c. 26. Et li. 2. c. 3. prin°. Et li. 4. c. 11. col. 2. Et opus 3. cap. 16. & 17.

¶ Est ergo sensus tituli, an Deus sit corpus, id est, substantia, quę vere & proprie est quanta seu extensa an non: sed vel inextensa omnino, aut extẽse actus: aut quouis alio modo ab ipsa corpulẽtia distinguatur.

Coment. ¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue. Deus non est corpus: probatur tripliciter. Primo Deus est primum mouens immobile: ergo non est corpus. Antecedens patet ex ar. præcedente. Consequentia probatur: quia nullum corpus est mouens immobile: quod probatur inductiue.

Annot. Ex 2°. Physic. ¶ Circa illam propositionem, nullum corpus mouet non motum, aduerte quòd dupliciter intelligi potest. Primò sumendo ly nõ motum actu vel potentia: & sic est manifesta & vere patet inductiue: & sic consonat minori, scilicet, Deus est mouens immobile, & habetur intentum. Ex 3°. Physic. Secundò sumendo ly non motum actu: & sic propositio habet difficultatem: nec apparet inductiue: sed eget ratione & limitatione: inductioni siquidem obstat, quòd magnes immotus trahit ferrum: & nix immota frigefacit: & coloratum immutat visum &c. inde iudicio meo primo modo sumitur hic. Ex 7°. Physic. ¶ Verũtamen secũdo etiam modo est vera loquendo de motione pure locali, & ratio eius assignatur in primo contra Genti. cap. 20. quia mouens oportet simul esse cum moto: 13 ex hoc enim euidenter sequitur, quòd corpus mouens non potest manere, & corpus motum mutare locum: quoniam si motum tantum locum mutat, desinit esse simul cum corpore mouente, quod manere supponitur in loco contiguo illi toto: vnde in mouente motum est. Et ex hoc apparet exclusio instantiarum: quoniam non de motione pure locali erant & de cæteris quidem patet. De magnete autem & similibus habes ab Auerroe septimo physic. commen. 10. quòd ipsa non mouet, sed alia mouentur ab ipsa: quamuis non vndecunque propter priuationem dispositionis, quam ab eis per modum alterationis spiritualis acquirunt alicubi. sed de his, cum erit sermo de dependentia reliquorum mõtuum à motu cæli, amplius dicetur. nunc hæc sufficiant hic, vbi ex locali motu proceditur.

Coment. ¶ Secundò, Deus est primum ens: ergo actus purus: ergo non est corpus. Antecedens patet ex præcedenti arti. prima consequentia probatur. Actus est simpliciter prior potentia: ergo primum ens est actus absque potentia: quod est esse actum purum. Assumptum declaratur, ostendendo differentiam ordinis inter actum & potentiam simpliciter, & respectu alicuius, cui conuenit vtrunque: quia scilicet in respectu ad hoc potentia est prior: sed simpliciter non in hoc, vel in illo, actus est prior: quod probatur: quia omne quod est in potentia non reducitur ad actum, nisi per aliquod ens actu. Secunda vero consequentia probatur, omne corpus est in potentia: ergo. Assumptum probatur: quia omne corpus est continuum, in cuius ratione cadit potentia ad diuisionem: est enim diuisibile in semper diuisibilia, vt dicitur in 6. physic.

¶ Tertiò, Deus est nobilissimum omnium entium: ergo non est corpus. Antecedens patet ex præcedenti articulo. consequentia probatur: quia corpori repugnat esse nobilissimum: quod probatur. Corpus aut est viuum, aut non viuum: sed neutrum est nobilissimum: quia non viuo viuum præstat: & viuo præstat id quo viuit. quod esse aliud à corpore probatur: quia corpus inquantum corpus, non viuit: alioquin omne corpus viueret. omnia clara sunt.

¶ Num

¶ Num viuens sit nobilius non viuente.

Quæstio. VEruntamen propter instantiam quorundam illa propositio, Viuens est nobilius non viuente, quibusdam non videtur vera: quia sequeretur quòd formica esset nobilior cælesti corpore: quod communiter tenetur non viuere. ¶ Ad hoc dicitur, quòd corpus cæleste forte est viuum secundũ veritatem: & tamen si cõparetur ad formicam non inquantum viuit, sed inquantum cæleste corpus, facilis est responsio. Dicitur enim

13 quòd formica vt viuens est nobilior corpore cælesti seclusa vita: & hoc est necessarium: quia hoc nihil aliud est quàm dicere, quòd anima est nobilior quocunque corpore. Totus nãque ordo animarum est suprà to-

13 tum ordinem corporũ, vt patet. Sed si secũdum veritatem cælum non est viuum: tunc difficilior est responsio: non enim potest dici quòd ista comparatio est vera formaliter, & nõ simpliciter, id est, quòd viuens vt sic est nobilius non viuente vt sic. Tum quia ista cõparatio esset puerilis: cum lapis vt sic sit etiam nobilior non

9 lapide vt sic, & vniuersaliter omne positiuum sua negatione. Tũ quia nõ haberetur intentum in proposito, intendit enim destruere Deũ esse in latitudine corporum: quia vita est nobilior corporeitate. constat nãque, quòd gradus vitalis in vniuerso superior est gradu naturæ, vt distinguitur natura contra animam, & quòd corporeitas secundum totam latitudinẽ suam clauditur infra ordinem vitæ. igitur non secundum quid, sed simpliciter tota latitudo corporis est infrà latitudinem vitæ: & propterea si Deus est nobilissimum ens, nõ potest esse corpus: quia datur ordo superior, scilicet vitalis, in quo patet esse viuentia. Dicendum ergo est, quòd viuentia sunt simpliciter nobiliora non viuentibus, vt ratione adducta patet &, 16. de animalib. habetur. Et quòd si cælum nõ est viuum, quòd formica est simpliciter

a nobilius ens quàm cæ-

2 lum: cælum tamen est nobilius corpus quàm formica: & propter hãc nobilitatem in genere corporum multæ nobilitates secundum quid respectu vitæ sibi conueniunt: puta incorruptibilitas, &c. Aristoteles tamen primo Ethic. dicit corpora cælestia esse nobiliora etiam homine: quia tenet illa viuentia, vt expresse in secundo cæli supponendum esse dicit.

sit potẽtia quàm actus tempore simpliciter, tamen actus prior est potentia, quia quod est in potentia, non reducitur in actum nisi per ens actu. Ostensum est autem suprà quòd Deus est primum ens[c]. Impossibile est igitur quòd in Deo sit aliquid in potentia: omne autem corpus est in potentia: quia continuum inquãtum huiusmodi diuisibilie est in infinitũ: impossibile est igitur Deum esse corpus. ¶ Tertiò, quia Deus est id quod est nobilissimũ in entibus vt ex dictis patet[c]. Impossibile est autem aliquod corpus esse nobilissimum in entibus: quia corpus aut est viuũ, aut non viuum. Corpus autẽ viuum manifestum est quòd est nobilius corpore non viuo: corpus autem viuum non viuit inquantum corpus, quia sic omne corpus viueret: oportet igitur quòd viuat per aliquid aliud, sicut corpus nostrum viuit per animam. Illud autẽ, per quod viuit corpus: est nobilius quàm corpus: impossibile est igitur Deum esse corpus.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd sicut suprà dictum est[c], sacra scriptura tradit nobis spiritualia & diuina sub similitudinibus corporalium. vnde, cum trinam dimensionem Deo attribuit sub similitudine quantitatis corporeæ, quantitatẽ virtualem ipsius designat: vtpote per profunditatem, virtutẽ ad cognoscendum occulta: per altitudinem, excellentiam virtutis super omnia: per longitudinem, duratione sui esse: per latitudinem, affectum dilectionis ad omnia. Vel vt dicit Diony. 9. cap. de diuino. per profunditatẽ Dei, intelligitur incomprehẽsibilitas ipsius essentiæ: per longitudinem, processus virtutis eius omnia penetrantis: per latitudinem verò, superextensio eius ad omnia: inquantum scilicet sub eius protectione omnia continentur. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd homo dicitur esse ad imaginem Dei, non secũdum corpus, sed secundum id, quo homo excellit alia animalia: vnde sequitur Gene. 1. postquam dictum est, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, &c. excellit autem homo omnia animalia quantum ad rationem & intellectum: vnde secundum intellectum & rationem, quæ sunt incorporea, homo est ad imaginem Dei. ¶ Ad tertium dicendum, quòd partes corporeæ attribuuntur Deo in scripturis, ratione suorum actuum secundum quandam similitudinem[c]. sicut actus oculi est videre: vnde oculus de Deo dictus significat virtutẽ eius ad videndum modo intelligibili non sensibili: & simile est de aliis partibus. ¶ Ad quartum dicendum, quòd etiam ea quæ ad sitũ pertinent non attribuuntur Deo, nisi secundum quandam similitudinem, sicut dicitur sedens propter suam immobilitatem & autoritatem: & stãs propter suam fortitudinẽ ad debellãdum omne quod aduersatur. ¶ Ad quintum dicẽdum, quòd ad Deum non acceditur passibus corporalibus, cum vbique sit: sed affectibus mentis: & eodem modo ab eo receditur: & sic accessus & recessus sub similitudine localis motus designãt spiritualem affectum.

ARTICVLVS II.

a ¶ Vtrum in Deo sit compositio formæ & materiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in Deo sit compositio formæ & materiæ. Omne enim quod habet animam est cõpositum ex materia & forma: quia anima est forma corporis. sed scriptura attribuit animã Deo. introducitur enim ad Hebræos 10. ex persona Dei iustus autem meus ex fide viuit: quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. ergo Deus est compsitus ex materia & forma. ¶ Præterea, ira, gaudium & huiusmodi sunt passiones coniuncti, vt dicitur 1. de anima: sed huiusmodi attribuuntur Deo in scriptura. dicitur enim in Psalm. Iratus furore Dominus in populum suum: ergo Deus ex materia & forma est compositus. ¶ Præterea, Materia est principiũ indiuiduationis: sed Deus videtur esse indiuiduum: nõ enim de multis prædicatur. ergo est compositus ex materia & forma.

¶ SED CONTA omne compositum ex materia & forma est corpus: quantitas enim dimensiua est quæ primo inhæret materiæ. sed Deus non est corpus, vt ostensum est[c]. Ergo Deus non est compositus ex materia & forma.

CONCLVSIO.

¶ Cum Deus sit actus purus, primum bonum & optimum, & primum agens simpliciter, non est aliqua materia in ipsum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est in Deo esse materiam. Primò quidem, quia materia est id, quòd est in potentia: ostensum est autem, [c] quòd Deus est purus actus non habens aliquid de potentialitate, vnde impossibile est quòd Deus sit compositus ex materia & forma. ¶ Secundò, quia omne compositum ex materia & forma est perfectum & bonum per suam formam: vnde oportet quòd sit bonum per participationem secundum quòd materia participat formam. Primum autem quod est bonum & optimum quod Deus est, non

¶ Super Quæstionis tertiæ Articulum secundum.

Annot. IN titulo aduerte, quòd licet apud sancti Tho. doctrinã esse corpus & esse compositum ex materia & forma conuertantur, & idem sint, attamen quia non vt idem apud alios nec conuertuntur. Auerrois enim ponit corpus in cælo: & tamen non compositum ex materia & forma. Auicebron autem ponit compositum ex materia & forma in substantiis spiritualibus: & tamen non corpus: ideo vt omnifariam completa sit doctrina, præsens mouetur quæstio, an Deus sit compositus ex materia & forma: & propterea omnes rationes in litera positæ vtuntur mediis abstrahentibus à corporeitate & quantitate, quatenus excludant etiam materiam spiritualem.

Coment. ¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue, impossibile est in Deo esse materiam, probatur tripliciter. ¶ Primò Deus est purus actus: ergo non habet materiam. probatur sequela, quia materia est in potentia. ¶ Secundò, Deus est primum bonum & optimum: ergo bonum non per participationem, sed per essentiam: ergo non est cõpositus ex materia & forma. Antecedens ex præcedentibus patet. prima consequentia probatur: bonum, per essentiam prius est bono per participationem: ergo si Deus est primum, &c. secunda vero, compositum est bonum per suam formam: ergo per participationem, secũdum scilicet quòd materia participat formã. ergo si, &c. ¶ Tertiò, Deus est prima causa efficiens: ergo est primum & per se agens: ergo est primo & per se forma: ergo non est compositus ex materia & forma. Antecedens cum prima consequentia relinquitur pro constanti. Secunda verò probatur, omne agens agit per suam formam: ergo vnumquodque sic se habet ad esse agens, sicut ad esse formam, & econuerso: ergo si est primum & per se agens, est primo & per se forma, &c.

Annot. ¶ Circa primam consequentiam aduerte, quòd æquiuoce quodammodo sumitur ly primũ in antecedẽte & consequẽte. Nam in antecedente sumitur, vt notat ordinem prioritatis respectu cęterorum efficientiũ: in cõsequẽte vero sumitur, vt significat secundum quod ipsum, vt in primo posteriorum distinguitur primo, cõtra per se & de omni: ita quòd ex hoc quòd Deus est inter causas efficiẽtes prima, infertur, ergo Deus est per se primo, id est, 15 1. contra ca. 17. & 36. Et opus. 3. cap. 9. secundum quod ipsum efficiens: & tenet sequela, quoniam non contingenter, sed necessario: & secundum essentialem causalitatem super alia efficientia conuenit ei esse primam inter efficientes causas, vt de se patet. his enim cõstãtibus iam patet quòd ei conuenit esse agens non per aliud, & quod quibuscunq: cõuenit, cõuenit per ipsum: igitur est primo agẽs iuxta doctrinam analyticam.

¶ Circa consequentiam assumptã in probatione secũdæ cõsequentiæ, illã scilicet, agẽs, agit per suam formam, &c. aduerte quòd si forma est ratio agendi, vt in antecedente assumitur, & pluries ab Aristo. dicitur, necesse est quòd vnumquodque sicut se habet ad formã, ita se habeat 14 ad rationem agendi: & consequẽter ad esse actiuum à priori procedendo: & econuerso à posteriori procedendo: sicut aliquid se habet ad esse actiuum, ita se habeat oportet ad rationẽ agendi: & consequenter ad formã, ac per hoc valet secunda consequẽtia, si aliquid est primo 13 actiuum, est primo ratio agendi & forma, & sic 14 non est compositum ex materia & forma. Hanc autem cõuertibilitatem insinuat litera, dum primo dicit, quòd secundum quod aliquid se habet ad formam, sic se habet ad hoc quòd sit agens: & deinde conuertibilitatem subaudiendam volens subdit, quòd igitur est per se primo agens, est primo & per se forma.

¶ Num sicut aliquid se habet ad esse agens, ita ad esse formam.

SEd circa hæc occurrit dubium: quoniam hic processus videtur sophisticus: quoniam sub hoc communi, scilicet se habere ad formam, descenditur determinare ad hoc speciale, scilicet esse formam: vnũquodque enim ita se habere ad formam, vt ad esse agens verissimum est: sed ex hoc non licet subsumere vnumquodque ita se habere ad esse formam, sicut ad esse agens. Tum quia est sophisma consequentis. Tum quia hoc falsum est, quoniam ignis non ita se habet ad esse calorẽ, sicut se habet ad esse calefactiuum: quia ignis est primo calefactiuus, non tamen est primo calor, imò non est calor, sed habens illum per se primo: & tamen calor est forma illa, quæ est ratio calefaciẽdi: igitur ex hoc quòd aliquid est per se primo agens, nihil aliud inferri potest, nisi quòd per se primo habet formã, quæ est ratio agendi: & non quòd sit per se primo forma, vt in litera fit, &c. ¶ Ad hoc dicitur, quòd oportet hic aduertere duo. primo quid importet ly per se primo, secũdo quòd sermones interpretãdi sunt semper secundum subiectam materiã: ex his enim omnia erunt manifesta. ¶ Per se primo tale vt dicitur 1. poste. significat quòd sit tale non per aliud, & reliqua sint talia per ipsum: sed cum dicitur non per aliud, excluduntur nõ solum extrinseca, sed etiam partes, vt dicitur 7. Phy. ita quòd illud, quòd est tale ratione partis, non est per se primo tale: ac per hoc, illud cui conuenit esse agens ratione partis, scilicet formæ, non est per se primo agẽs: sed neque per accidens, sed per aliud, scilicet per partem,

Et propterea nullum compositum ex materia & forma potest esse per se primo actiuum, quoniam omnia agunt non se totis, quia non ratione materiæ: repugnat enim ei esse rationem agendi, cum de ratione eius sit potentia opposita actui, qui est ratio agēdi. ¶ Et hinc patet qualiter ex se habere ad esse agens non solum licet inferre se habere ad formam, sed se habere ad esse formam: vt in litera factū est; & ecōuerso fieri posset à priori, nec vllum est sophisma. Ad instātiam autem de calore dicitur, quòd si sermones ponderentur secundum materiā subiectam, non fieret hæc obiectio: esse enim actiuum in cōmuni nullam imperfectionem includit. cōuenireque potest alicui rei subsistenti in natura p se primo propriissime vt loquimur: esse vero calefactiuum imperfectionē claudit: quoniam dicit esse actiuum sic, id est materialiter; & impossibile est quòd conueniat alicui primo simpliciter & absolute loquendo: quia oportet q cōueniat cōposito ex materia & forma, cui nō potest cōuenire agere nisi secūdum partem, sed tamē huiusmodi materiales actiuitates secūdū proprias rationes sumptæ dicuntur cōuenire alicui primo: eo modo quo possibile est inueniri primo in taliū cōuenientia, id est in genere materialiū agentiū, & nō simpliciter. Et propterea instantia non est cōtra propositū: quoniam licet de igne & calore & aliis materialibus rationibus actiuis, non appareat vis consequentiæ: hoc est quia in eis non inuenit esse agēs nec esse tale agens primo, sed esse tale agens primo in genere agentium materialiū: vbi primitas non excludit partem, & tamen constat partem excludi per primitatē simpliciter. Stat igitur vis consequentiæ, quòd si Deus est per se primo agens: ergo est per se primo forma: quia per se primo agens est agens non per aliud, id est nec etiam per partem, sed se toto: ac per hoc oportet totum esse formam, & consequenter incompositum esse ex materia & forma.

¶ *An posse recipi in materia, vel non posse recipi ad indiuiduationem spectet, vel potius non posse recipi in subiecto inferiori.*

Quæstio. IN responsione ad tertium dubium nascitur ex Durando contra assignatā ibidem causam indiuiduationis, scilicet recipi in materia, vel non posse recipi in ea. Indiuiduum dicitur indiuiduum per negationem diuisionis, qua superius diuiditur in sua inferiora; & est indiuiduum per negationem essendi in alio sicut in subiecto inferiori, & non per negationem essendi in alio sicut in subiecto informationis: sed tam recipi in materia quàm nō posse recipi in illa, spectant ad esse & nō esse in alio, sicut in subiecto informationis; ergo nihil horum spectat ad indiuiduationem: sed æquiuocatio cōmissa est circa ly esse in alio: & ly subiectum: Maior patet; alioquin hoc album non esset indiuiduum: cum sit in alio, sicut in subiecto informationis, scilicet in hac substantia. Minor vero est per se nota, Et cōfirmatur: materia non est primū subiectum prædicationis, id est, infimum subiicibile: sed est primum subiectum informationis; ergo ex hoc quòd est primum subiectum non est indiuiduans, consequentia nota. Antecedens probatur: quia materiæ etsi cōueniat ex se negatio essendi in alio vt in subiecto informationis, non tamen conuenit ei negatio essendi in alio vt in subiecto inferiori: quoniam materia est quoddam vniuersale, & prædicatur de hac & illa materia, vt vniuersale superius de suis inferioribus, vt patet: alioquin materia non esset scibilis, cum scientia non sit nisi vniuersalium: male igitur videtur litera assignasse rationem indiuidui ex materia.

¶ Ad hoc est breuiter dicendum, concedendo quòd alius est modus essendi in alio vt in subiecto inferiori, & alius in subiecto informationis: & similiter quòd aliud est esse subiectum ibi & hic: sed cū hoc stat, quòd naturā esse in alio vt superius in inferiori, non quocunque, sed singulari, & eam esse in alio per informationem, sunt idem nō formaliter, sed causaliter: ita quòd ad quidditatem aliquam esse in alio per informationē naturaliter sequitur ipsam esse in alio vt inferiori singulari, & ad quidditatem nō posse esse in alio per informationem, sequitur ipsam non posse esse in singulari vt inferiori, sed ipsam esse per se singularem, & hoc est, quod in litera dicitur, Assignat enim esse vel non esse in alio per formationem pro radice indiuiduationis; & non pro formali constitutiuo indiuidui: vt obiectiones male interpretantur. Probare autem quòd hæc sit radix indiuiduationis præsentis excedit limites negotij. Inferius potius, vbi de indiuiduatione ex proposito agetur, tractabitur. Sat est hic pro notitia literæ scire, q apud nos iste modus essendi in alio per informationem, nō est constitutiuus formaliter, sed causaliter indiuidui. Vnde ad obiectionē in oppositum dicitur, ex hoc, quòd hoc album est indiuiduum & in alio per informationē, nihil aliud habetur nisi quòd esse in alio per informationem non est formale constitutiuū indiuidui: sed cum hoc stat, q si albedinis natura non posset esse in alio per informationem, nunquam albū esset in hoc albo vt superius in inferiori: & rursus hoc album non esset hoc per positionē differentiæ indiuidualis supra naturam, sed per negationem omnis differentiæ indiuidualis: quoniam nō esset diuisibilis in plura indiuidua, vt in litera dicitur de formis non receptibilibus in materia. Ad confirmationem quoq; negatur consequentia: quia ex hoc quòd materia est primū subiectum informationis, sequitur quòd sit prima radix indiuiduationis positiue vel negatiue. Negatur quoque antecedēs, quia materia est primum etiam subiicibile, id est infimum, non totale vt indiuiduum cōpletum, sed partiale. Et cum instatur contra: quia est vniuersale quoddā: respondetur, quòd materia secundum se non est vniuersale, nec prædicabile, vt patet ex eo quòd secundum se non est intelligibilis: & consequenter nec scibilis, sed materia in analogia ad formā vniuersalem, intelligitur vniuersalis: & sit prædicabile quoddam & scibile &c. & propterea in litera dicitur, quòd forma quantum est de se potest esse in pluribus, materia autem est primum subiectum, quia ergo omnis vniuersalitas est à forma, materia secundum se vniuersalis non est: & cum primum subiectum sit omnium prædicamentorum, ipsa est & infimum subiicibile, partiale tamen, & primum subiectum informationis, ac per hoc vndique indiuiduationis radix. Sed de his in commentariis de ente & essentia: & in q. duabus satis dictum est, & inferius amplius dicetur.

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo statim occurrit ambiguitas: pro quo supponit Deus in hoc quæsito, vtrum Deus sit idem quod sua essentia. ex secundo namque argumento & ex toto processu corporis articuli insinuatur, quòd supponit pro supposito diuino: quoniam nihil aliud hic tractatur, nisi an suppositum naturæ diuinæ, & ipsa natura sint idem. Ex ratione vero suppositi ostenditur oppositum: quoniam ad rationem suppositi requiruntur quinque conditiones, scilicet quòd sit substantia, completa, indiuidua, subsistens, incommunicabiliter: substantia, propter accidentia: completa, propter partes: indiuidua, propter speciem: subsistens, propter humanitatem Christi: incommunicabiliter, propter essentiam diuinam, quæ est communis tribus suppositis: & sic cum suppositum diuinū idem significet quod persona diuina. & in hoc articulo nulla fiat mentio de personarum constitutiuis, consequens est quòd ly Deus non stat pro supposito diuino: & confirmat hoc: quia inferius quæretur ex proposito vtrum persona & essentia in Deo sint idem. ergo &c.

¶ Ad hoc est dicendum, quòd ly Deus potest tripliciter sumi. Primo vt significat concretum quasi specificum naturæ diuinæ, id est habens deitatem: sicut homo significat habens humanitatem. ¶ Secundo vt significat concretum indiuiduale naturæ diuinæ, id est hunc habentem deitatem seu hunc Deum: sicut homo potest supponere pro hoc homine. ¶ Tertio vt significat suppositum naturæ diuinæ, id est hunc incōmunicabiliter habentem deitatem, id est hāc personam diuinam: sicut homo potest supponere pro sorte. ¶ Sed hoc interest inter Deum ex vna parte, & hominē cæterarūmque naturarum concreta, ex alia parte, quòd in aliis non distinguitur indiuiduū naturæ in concreto à supposito: non enim distinguitur hic homo ab humano supposito, aut econuerso. In Deo autē distinguitur indiuiduū naturæ in cōcreto, id est hic Deus, à supposito diuino, id est patre & filio & spiritu sancto: & ratio est, quia hic Deus est simul terminus singularis & communis tribus suppositis, quod est impossibile conuenire indiuiduo aliarū substantiarum. ¶ Tripliciter ergo cum accipi possit, dico q hic non sumitur primo modo: quia vt in corpore articuli patet, id pro quo supponit ly Deus, claudit in sua ratione principia indiuiduātia Deū inquantum indiuiduantia sunt: quæ non significantur claudi in ly Deus quasi specifice supponēte. Neque etiā sumitur tertio modo: tū quia nulla fit hic mentio de personalibus: tum quia sub hoc sensu multa supponit prædeterminanda: & propterea inferius in hoc sensu quæretur in tractatu de personis diuinis. sed sumitur secundo modo. Ita q sensus est, vtrum Deus, id est, hic Deus, sit idem quod deitas. Sed aduerte, quòd hic Deus significans indiuiduum diuino naturæ, in concreto habet duas conditiones in re, alteram negatiuam, scilicet quòd non significat suppositum naturæ diuinæ, & hoc secundum veritatem loquēdo. Alteram affirmatiuam, scilicet q equiualet supposito quo ad habitudinē idētitatis vel distinctiōis à natura: quoniā cōparatur ad illā vt habens ad habitum: vt quod est ad quo est: vt subsistens ad naturam in qua & qua subsistit &c. Et tertiam conditionem habet in opiniōe philosophorū, Imo totius rationis humanæ secundum facultatem naturæ, scilicet q ab omnibus accipitur vt suppositū naturæ diuinæ: quia nulla deest sibi cōditio suppositi nisi Incōmunicabilitas: quā non conuenire sibi, quia cōmunis est tribus personis, non ratione, sed reuelatione fidei nouimus. Et ex hac sequitur quarta conditio quo ad nos: quòd licet hic Deus nō significet suppositum diuinum simpliciter, tamē significat suppositū diuinum stando infra limites tractatus de absolutis: qualis est præsens. Propter primam conditionē caute loquitur litera tā quærēdo quàm concludendo & respondendo: semper enim de Deo in speciali sermonem habēs nominat Deum & deitatē & nunquam suppositū diuinum: propter alias vero tres conditiones vtitur nomine suppositi & naturæ in communi loquendo: & ex communibus regulis identitatis aut distinctiōis suppositi à natura quæstionem determinat: idē nāq; est iudiciū de distinctione huius Dei à deitate, & suppositi à natura: quoniam æquiualet illud indiuiduum supposito quo ad hoc: distinguitur enim suppositū à natura vt habens ab habito: & quod est à quo est: & subsistens ab eo quo subsistit &c. Nec congruebat doctrinæ ordini, vt tractatui de absolutis immiscerentur respectiua reuelata, & tam remota ab his principiis tot intercedentibus mediis quæstionibus decidendis.

Commēt. ¶ In corpore est vna conclusio responsiua quęsito affirmatiue. Deus est idē quod sua essentia seu natura probatur. Ratio differentiæ inter naturā & suppositū est distinctio naturæ à materia indiuiduali: ergo in formis simplicib⁹, quę p seipsas indiuiduantur, non differt suppositū à natura: ergo Deus est sua deitas & sua vita &c. Antecedens probatur ex ratione distinctionis naturæ & suppositi in rebus materialibus notioribus nobis. Natura comprehendit in se ea tantum, quæ cadunt in diffinitione speciei: ergo non comprehendit materiam indiuidualem: ergo ex hoc distinguitur à supposito. Assumptum patet. Et prima consequentia nunc facta probatur dupliciter. Primo, quia materia indiuidualis non clauditur in diffinitione speciei, vt patet de his carnibus respectu naturę humanæ. Secundo, quia principia diffiniētia habēt se formaliter respectu materiæ indiuiduātis, in cuius signum humanitas significatur, vt pars formalis hominis. secūda autem probatur: quia in suppositi ratiōe si diffiniretur, clauderetur materia indiuidualis vt in sorte. cōsequētia autē prima vt per se nota relinquitur. secūda aūt pbatur, q Deus nō est cōpositus ex materia & forma, vt ex pcedēti patet articulo.

Annot. ¶ Circa terminos assumptos in antecedente, & cōsequēter in tota hac ratione, distingue primo ly natura, & ly suppositis. Possum⁹ enim de his loq dupliciter: vno modo secundum rem tantum, alio modo secundum modū significandi. Sumuntur natura & suppositum secundum rem tantum, quando sumuntur secundum proprias rationes rei quam significat natura, & rei quam significat suppositū, abstrahendo à modis significandi. verbi gratia, quando sumitur natura humana secundum eius propriam diffinitionem, & sortes secūdum eius rationem propriā non curādo an natura significetur in abstracto vel cōcreto &c. sumūtur autem secundum modos significandi, cum sumuntur vt stāt sub nominibus primæ intentionis: puta humanitas homo, sortes sorteitas &c. Sermo præsens est de natura & supposito secundū rem, & nō secūdum modū significādi: hoc enim potius logici, illud metaphysici negotij est. Et ideo cessant omnes argumētationes & responsiones, quæ immiscēt significari per modum partis, vel excludere à significatione, aut nec excludere nec includere: & similia quæ ad differentiam inter hæc ex modis significandi, non ex rebus spectant. Nec obstat, quòd in corpore huius articuli inferatur, quòd humanitas significatur vt pars formalis hominis, ad probandum quòd natura nō includat materiam indiuidualē: quoniam hoc allatum est vt signum à posteriori notius ad manifestādum etiam ex modo significandi distinctionē secūdum rem naturæ à materia indiuiduali. Distingue secundo ly differre seu differentia: est enim duplex secundum rationem & secūdum rem. Et hęc subdiuiditur in differentiā realem inter rem & rem, & in differentiam realem inter rem includentem aliquid reale, & non includentem illud. Includere autem & non includere nunc dicimus non ex modo significandi, sed ex ratiōe formali rei significatæ formaliter sumptæ. Et hæc rursus subdiuiditur in differentiam realem penes inclusionem alicuius realis intrinsece: sicut homo differt ab animali: quia includit intrinsece rationale: & penes inclusionem alicuius realis extrinsece: sicut disciplinabile differt ab homine, fingendo q disciplinabilitas sit eadē res quod natura hominis: q a includit extrinsece disciplinā vt actum, per quem diffinitur, quam nō includit homo in sua ratione. Quatuor igitur cum sint modi differentiæ, secūdum rationem tantum, vt est inter hominem & humanitatem: inter rem & rem, vt est inter sortem & Platonem: inter rem includētem intrinsece aliquid reale & abstrahētem, & inter includentem extrinsece aliquid reale & abstrahentem ab illo: in antecedēte assumpto, & tota hac ratione ac cōclusione, sermo tantum est de differētia tertio modo, id est penes inclusionem intrinsecam. Non enim est hic sermo de differentia secundū rationem tātum: quoniā suppositū & natura in omnib⁹, etiā in Deo sic distinguūtur. Deus enim & deitas ratione modi significādi distinguūtur intantum, q ista est hæretica, deitas generat deitatē: & ista catholica, Deus generat Deū, vt patet in principio decretalium. Neque etiam est hic sermo de differentia reali, qualis est inter rē & rem. Constat enim quòd natura substantialis & suppositum non possunt naturaliter sic distingui, vt sint totaliter duæ res diuersæ. Nec etiam est hic sermo de differētia reali extrinseca: quoniam falsum esset antecedens, & falsum esset quòd in substātiis immaterialibus non differt suppositū & natura. In substantiis enim separatis suppositum à natura differt extrinsece: quia suppositum vt sic includit subsistere, quod est esse per se non intrinsece, sed quodammodo quasi vt proprium actū, ad quem quodammodo deberet diffiniri si diffiniretur, natura autem non. Et propterea S. Thom. in quolibe. secundo q. secunda. articu. 2. de tali differentia loquens, dixit, quòd in angelis differt suppositū à natura. Relinquitur igitur, quòd sit hic sermo de differentia penes inclusionem intrinsecam. Tum quia ratio assumpta in litera manifeste secundum talem differentiam distinguit suppositum à natura in rebus materialibus, quia scilicet suppositum includit materiam indiuidualem, quam non includit natura, Constat enim hoc intelligi de intrinseca inclusione. Tum quia in separatis à materia tali differentia non distinguitur suppositum à natura, vt hic affirmatur, ex eo quòd indiuiduantur per seipsa: id est, quia idem est constituens naturam & indiuiduum: ac per hoc nihil intrinsecum includit indiuiduum quod non claudat natura, & econuerso. Tum quia idem censetur iudicium in litera de identitate suppositi & naturæ in substātiis separatis & Dei cum Deitate: hoc enim nō est simpliciter verum, nisi de differētia intrinseca loquendo: quoniam vt iam dictū est in quolibetis, aliud protulit iudiciū loquendo de differētia extrinseca. Est ergo sensus antecedentis, quòd ratio differentiæ intrinsecæ inter naturam & suppositum secundum rem seu rationes formales sumpta est distinctio naturę à materia indiuiduali: & similiter sensus omnium conclusionū, quæ implicite hic continentur de supposito & natura in rebus materialibus, & in separatis à materia &c. eodem intellectu sumēdus est. Et si prædicta diligēter inspexeris, cōplecteris dispositionem omnium rerum quo ad idētitatem & distinctionē inter suppositum & naturā. Habes enim in primis quòd suppositū & natura non substantialiter constituens suppositum: siue sit natura accidentis, vt sortes & eius complexio: siue sit substantia quasi aduentitia, vt humanitas verbi Dei: distinguūtur quadrupliciter, scilicet vt res & res, & intrinsece, & extrinsece, & secundum rationem. Habes secundo, quòd suppositum & natura in substantiis compositis distinguūtur intrinsece & extrinsece, & secūdum rationem. Habes tertio, quòd in substātiis immaterialibus distinguūtur suppositum & natura non intrinsece, sed extrinsece secundum rem, & secundum rationem. Habes quarto, quòd in Deo nullo modo distinguūtur secundum rem Deus & deitas, sed ratione tantū modi significandi. Habes & cōcordiam dictorū S. Tho. & intellectum eorū quæ in diuersis locis de hac materia scripta sunt.

Annot. ¶ Circa primam consequentiam in litera factā, aduerte, quòd ideo relicta est pro cōstāti: quia fundatur super illa regula posterioristica satis trita, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, & econuerso: & quoniam hęc maxima non tenet nisi in causis propriis, ideo in antecedēte ly ratio, cum dicitur ratio differētiæ &c. supponit pro ratiōe propria. Ita q sensus est propria & præcisa ratio differētiæ intrinsecæ inter naturā & suppositum: & tūc manifeste patet vis cōsequētiæ ex negatione talis rationis, negationē sui effectus inferēs.

¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo ly essentia significat deitatem, quę per diffinitionē Dei importaretur, si diffiniretur. ly esse importat significatum per ly est secundū adiacens, cum dicimus, Deus est: & similiter, homo est &c. ly idem importat identitatem realem. Ita quòd sensus est, vtrum res significata per ly Deus, sit res significata per ly est: cū dicitur Deus est. Et scito quòd ista quæstio est subtilissima, & propria antiquis metaphysicis, à modernulis autem valde aliena: quia tenent nō solum in Deo, sed in omni re essentiā idētificari existētiæ illius: sit ergo nostra hæc qstio. Ad alios aūt erit qstio specialis de distinctiōe esse ab essentia vniuersaliter.

Commēt. ¶ In corpore vna conclusio, Deus est suū esse, probatur tripliciter. Primo, Deus est primum efficiens: ergo habet esse nō causatum ab extrinseco: ergo, est suum esse. Antecedens ex dictis patet: consequentia prima patet ex terminis: secunda autem probatur, omne conueniens alicui distinctum ab essentia eius, aut causatur ab essentia tātum, aut ab extrinseco: ergo si esse distinguitur, causatur vel ab intra vel extra: sed ab intra tantū, est impossibile: quia nihil est sibiipsi sufficiēs causa vt sit: ergo si ab extrinseco non est causatum, est idem: quod est cōsequen-

est bonum per participationem: quia bonum per essentiam prius est bono per participationem: vnde impossibile est quòd Deus sit compositus ex materia & forma. ¶ Tertiò quia vnumquodque agens agit per suam formam: vnde secundum quòd aliquid se habet ad suam formam, sic se habet ad hoc quod sit agens: quod igitur primū est & per se agens, oportet quòd sit primo & per se forma. Deus autem est primum agens, cum sit prima causa efficiens, vt ostensum est [e]. Est igitur per essentiam suam forma, & non compositus ex materia & forma.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd anima attribuitur Deo per similitudinem actus: quod enim volumus aliquid nobis, ex anima nostra est: vnde illud dicitur esse placitum animæ Dei, quod est placitum voluntati ipsius. ¶ Ad secundum dicendum, quòd ira & huiusmodi attribuuntur Deo secundū similitudinem effectus: quia enim proprium est irati punire, eius ira punitio metaphorice vocatur. ¶ Ad tertium dicendum, quod formæ, quæ sunt receptibiles in materia, indiuiduantur per materiam, quæ non potest esse in alio, cum sit primum subiectum substans. forma verò quantum est de se, nisi aliquid aliud impediat, recipi potest à pluribus. Sed illa forma, quæ non est receptibilis in materia, sed est per se subsistens, ex hoc ipso indiuiduatur, quòd non potest recipi in alio, & huiusmodi forma est Deus. vnde non sequitur, quòd habeat materiam.

1. contra, 42. et 45. 1. Et opusc. 3. c. 10. 103.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum sit idem Deus quod sua essentia vel natura.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non sit idem Deus quod sua essentia vel natura. Nihil enim est in seipso, sed essentia vel natura Dei, quæ est deitas, dicitur esse in Deo: ergo videtur q Deus non sit idē quod sua essentia vel natura.

¶ Præterea, Effectus assimilatur suæ causæ: quia omne agens agit sibi simile [c]. sed in rebus creatis non est idem suppositum quod sua natura: non enim idem est homo quod sua humanitas, ergo nec Deus est idem quod sua deitas.

¶ CONTRA de Deo dicitur quòd est vita, & non solùm quod est viuens, vt patet Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita. Sicut autem se habet vita ad viuentem, ita deitas ad Deum, ergo Deus est ipsa deitas.

CONCLVSIO.

¶ *Cum Deus non sit ex materia & forma compositus, idem est quod sua essentia & natura.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus est idem quod sua essentia vel natura. Ad cuius intellectum sciendum est, quòd in rebus compositis ex materia & forma necesse est quòd differant natura vel essentia & suppositum: quia essentia vel natura comprehendit in se illa tantum, quæ cadunt in diffinitione speciei [c]. sicut humanitas comprehendit in se ea, quæ cadunt in diffinitione hominis: his enim homo est homo: & hoc significat humanitas: hoc scilicet quo homo est homo. Sed materia indiuidualis cum accidentibus omnibus indiuiduantibus ipsam non cadit in diffinitione specie [e]: non enim cadunt in diffinitione hominis hæ carnes & hæc ossa, aut albedo, vel nigredo, vel aliquid huiusmodi: vnde hæ carnes & hæc ossa & accidentia designantia hanc materiam non concluduntur in humanitate: & tamen in eo quòd est homo includuntur: vnde id, quod est homo, habet in se aliquid quod non habet humanitas: & propter hoc non est totaliter idem homo & humanitas: sed humanitas significatur vt pars formalis hominis: quia principia diffinientia habent se formaliter respectu materiæ indiuiduantis. In his igitur, quæ non sunt

composita ex materia & forma, in quibus indiuiduatio non est per materiam indiuidualem, id est per hanc materiam, sed ipsæ formæ per se indiuiduantur, oportet quòd ipsæ formæ sint supposita subsistentia: vnde in eis non differt suppositum & natura. Et sic, cum Deus non sit compositus ex materia & forma, vt ostensum est [e], oportet quod Deus sit sua deitas, sua vita, & quicquid aliud sic de Deo prædicatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd de rebus simplicibus loqui non possumus, nisi per modum compositorum: à quibus cognitionem accipimus: & ideo de Deo loquentes vtimur nominibus concretis, vt significemus eius subsistentiam: quia apud nos non subsistunt nisi composita: & vtimur nominibus abstractis, vt significemus eius simplicitatem [c]. Quod ergo dicitur, deitas vel vita, vel aliquid huiusmodi esse in Deo, referendum est ad diuersitatem, quæ est in acceptione intellectus nostri, & non ad aliquam diuersitatem rei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd effectus Dei imitantur ipsum non perfecte, sed secundum quod possunt: & hoc ad defectum imitationis pertinet, quòd id, quod est simplex & vnum non potest repræsentari nisi per multa: & sic accidit in eis compositio, ex qua prouenit quod in eis non est idem suppositum quod natura.

1. dist. 8. q. 1. art. 1. Et 1. contra. cap. 22. et 25. Et lib. 2. capit. 51. Et lib. 4. cap. 11. co. 4. Et po. q. 7. art. 2. Et quo. 3. qō. 3. Et opusc. 3. c. 11. & 109. 12.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum in Deo sit idem essentia & esse.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in Deo non sit idem essentia & esse. Si enim hoc sit, tunc ad esse diuinum nihil additur: sed esse cui nulla sit additio est esse commune, quod de omnibus prædicatur: sequitur ergo, quòd Deus sit ens commune prædicabile de omnibus. hoc autem est falsum, secundum illud Sapien. 14. Incommunicabile nomen lignis & lapidibus imposuerunt. ergo esse Dei non est eius essentia.

¶ Præterea, De Deo scire possumus an sit, vt suprà dictum est [e], non autem possumus scire quid sit, ergo non est idem esse Dei, & quod quid est eius siue quidditas vel natura.

¶ SED CONTRA est quod Hila. dicit in 6. de trini. Esse non est accidens in Deo, sed subsistens veritas. id ergo, quod subsistit in Deo, est suum esse.

CONCLVSIO.

¶ *Deus, cum sit primum efficiens, ac actus purus & ens simpliciter primum, essentiam indistinctam ab esse habet.*

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd Deus non solum est sua essentia, vt ostensum est [c], sed etiam suū esse: quod quidem multipliciter ostendi potest. Primo quidem quia quicquid est in aliquo quod est præter essentiam eius, oportet esse causatum vel à principiis essentiæ, sicut accidentia propria consequentia speciem, vt risibile consequitur hominem, & causatur ex principiis essentiali-

tia probanda. Secundò, Deus est actus purus:ergo essentia eius non se habet ad esse vt potentia ad actum:ergo est suum esse. antecedens patet: & prima consequentia est nota ex terminis. secunda probatur: esse est actualitas omnis formæ, seu naturæ: ergo omnis natura distincta ab esse comparatur ad ipsum, vt potentia ad actum: ergo si non comparatur vt potentia, est ipsum esse. Assumptum probatur: quia nulla res significatur in actu nisi significetur vt est,

Annot. ¶Aduerte hic, quod ista ratio fundatur super hoc, quod quæcunque quidditas vel natura, quantumcunque secundum rationem quidditatiuam sit actualis, relata tamen ad esse, habet rationem potentiæ. Sapientia nanque & bonitas &c. actuatur per hoc quod dico est, & similiter humanitas & æquinitas &c. & propterea 13 dicitur, & quod esse est actualitas omnis formæ: & quod nulla natura significatur in actu vltimato 13 nisi prout significatur esse in actu exercito.

Commēt. ¶Tertiò. Deus est primum ens: ergo est ens per essentiam: ergo est suum esse. Antecedens cum prima consequentia patet. 13 secunda vero probatur 14 à destructione consequentis dupliciter: primo ex quid nominis entis per essentiam sic, non est suum esse: ergo habet esse, & non est ipsum esse: ergo 16 est ens per participationem: ergo non est ens per essentiam, sicut si habet ignem & non est ignis &c. secundo, Deus non est suum esse, & sua est essentia: ergo non est ens per essentiam sed per aliud additum. omnia clara sunt.

bus speciei, vel ab aliquo exteriori, sicut calor in aqua causatur ab igne. Si igitur ipsum esse rei sit aliud ab eius essentia, necesse est quòd esse illius rei vel sit causatum ab aliquo exteriori, vel à principiis essentialibus eiusdem rei. Impossibile est autem quòd esse sit causatum tantum ex principiis essentialibus rei: quia nulla res sufficit quòd sit sibi causa essendi, si habeat esse causatum. Oportet ergo quòd illud, cuius esse est aliud ab essentia sua, habeat esse causatum ab alio. hoc autem non potest dici de Deo: quia Deum dicimus esse primam causam efficientem [c]: impossibile est ergo: quòd in Deo sit aliud esse, & aliud eius essentia. ¶Secundò, quia esse est actualitas omnis formæ vel naturæ [e]: non enim bonitas vel humanitas significatur in actu, nisi pro vt significamus eam esse: oportet igitur quòd ipsum esse comparetur ad essentiam, quæ est aliud ab ipso, sicut actus ad potentiam: cùm igitur in Deo nihil sit potentiale, vt ostensum est suprà [c]: sequitur quòd non sit aliud in eo essentia, quàm suum esse: sua igitur essentia est suum esse. ¶Tertiò, quia sicut illud, quod habet ignem, & non est ignis, est ignitum per participationem, ita illud, quod habet esse & non est esse, est ens per participationem: Deus autem est sua essentia, vt ostensum est [e]: si igitur non sit suum esse, erit ens per participationem & non per essentiam: non ergo erit primum ens, quod absurdum est dicere. Est igitur Deus suum esse, & non solum sua essentia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd

¶*Num cognoscens quòd aliquid est, cognoscat esse illius rei.*

Quæstio. IN responsione ad secundum dubium occurrit: quia videtur implicare responsio duo contradictoria. si enim scimus quod hæc propositio est vera, Deus est: ergo cognoscimus ita esse in re, quod Deus est: hoc autem est cognoscere esse quod in ipso Deo est: ergo. Ad hoc dubium, quod in secundo posterio. c. 1. diffuse tractauimus, & Sco. in primo sen. dis. 3. q. 1. in principio affert reprehendendo hanc responsionem, breuiter dicitur, quod hæc responsio est optima & singularis de Deo: in hoc enim differt esse Dei à reliquorum entium esse: quòd esse Dei est quod quid est ipsius Dei: vt hic determinatur. Ita quòd hæc propositio, Deus est, est in primo modo dicendi per se. esse autem cæterorum non sic se habet, sed distinguitur à quidditatibus eorum. Et ex hoc nascitur quòd esse Dei secundum se, & absolute est proprius terminus quæstionis quid est, & est terminus quæstionis an est secundum quid, id est, vt fundat veritatem propositionis. esse vero aliorum non spectat ad quæstionem quid est, quia non est prædicatum primi modi, vt patet inductiue: homo est, cælum est &c. sed secundum se & simpliciter spectat ad quæstionem an est. Et propterea cum de aliis scimus quæstionem an est, & dicimur scire esse, quod significat veritatem propositionis, & esse ipsius rei: quia scitur secundum proprium modum quo scibile est. Cum autem de Deo scimus an est, dicimur scire esse, quod significat veritatem propositionis & nescire esse Dei: non quòd terminus vltimus cognitionis nostræ sit esse propositionis, vt obiectio intellexit: quoniam terminus est esse Dei non absolute, sed vt respondet veritati propositionis: sed quia per hanc cognitionem non cognoscitur esse Dei propria quæstione, qua est secundum se cognoscibile: quia non scitur per quid.

¶*Super Quæstionis tertiæ Articulum Quintum.*

Annot. IN titulo genus sumitur proprie pro genere logico, prout distinguuntur decem genera rerum.

Commēt. ¶In corpore duo. Primò distinguitur. Secundò respondetur quæsito duabus conclusionibus iuxta duo membra distinctionis adiuncto primæ conclusioni vno corollario. ¶Quo ad primum distinctio est: esse in genere dupliciter, directe & reductiue, vt patet. Quo ad secundum prima conclusio responsiua quæsito negatiue est: Deus non est directe in genere: probatur tripliciter. Primo, Deus est actus purus: ergo non est directe in genere: probatur sequela. genus sumitur à potentia respectu eius à quo sumitur differentia: ergo omne existens in genere habet actum admixtum potentiæ: ergo si est actus purus &c. Antecedens declaratur in animali & rationali: omnia clara sunt. Secundo si Deus esset in genere: genus aliquod prædicaretur in quid de esse: ergo ens esset genus: sed hoc est impossibile. ergo. prima consequentia probatur, essentia Dei est ipsum esse: & genus prædicatur in quid de eo, cuius est genus: ergo si Deus esset in genere &c. Secunda vero consequentia relinquitur pro constanti: quia ens aut solum aut maxime significat formaliter esse. Destructio vero vltimi consequentis probatur ex 3. meta. omne genus habet differentias extra se, ens non habet differentias extra se: ergo. probatur minor, quia extra ens non remanet nisi non ens: non entia autem impossibile est esse entis differentias, vt patet.

Annot. ¶Circa hanc rationem posset primo dubitari de significatione entis, secundo de prædicatione eiusdem, an scilicet prædicetur in quid, vt in hac ratione oportet tenere aduersarium dicentem Deum esse in genere. tertio de communitate eiusdem ad omnes reales rationes formales, an scilicet in omnibus claudatur intrinsece, vt hic ex tertio meta. assumitur. De his autem omnibus in commentariis de ente & essentia scripsimus: nec censeo replicandum: præcipue quia siue propter

illam causam hic adductam, siue propter aliam destructio consequentis ab omnibus acceptatur: sensus autem rationis hic adductæ est, quòd differentias oportet esse extra genus: sic quod nec genus ponatur intrinsece in formali significato differentiæ, neque econuerso: quanuis genus ponatur in ratione differentiæ extrinsece, seu vt additum sicut subiectum in ratione passionis: nullæ autem inueniuntur rationes reales distinguentes ens: in quarum formalibus significatis non claudatur intrinsece ens: ergo. Et scito, quòd Sco. in primo distinct. tertia quæst. tertia. tenet oppositum huius minoris: putat nanque esse quasdam differentias, scilicet vltimas, non includentes formaliter & intrinsece ens: & rursus tenet passiones entis non includere formaliter ac intrinsece ens. b Sed de passionibus in 233 quæstio. quinta dicetur: de differentiis autem quanuis dicendum hic esset, quoniam tamen oportet nouos terminos ingerere, quia Sco. de differentiis sumptis non à formis, sed à realitatibus vltimis loquitur: expedit potius facere quæstionem de hoc 18 specialem ac diffusam præter id quod intactum est de hoc in commentariis de ente & essentia. 18

¶Tertio probatur: omnia directe in genere communicant in essentia, & differunt in esse: ergo habent essentiam distinctam ab esse: Deus non est huiusmodi: ergo. antecedens probatur: quia conueniunt in quid

aliquid, cui non sit additio, potest intelligi dupliciter: vno modo, vt de ratione eius sit quòd non fiat ei additio. sicut de ratione animalis irrationalis est, vt sit sine ratione. Alio modo intelligitur aliquid: cui non sit additio: quia non est de ratione eius quòd sibi fiat additio. Sicut animal commune est sine ratione: quia non est de ratione animalis communis vt habeat rationem, sed nec de ratione eius est, vt careat ratione. Primo igitur modo esse sine additione, est esse diuinum. Secundo modo esse sine additione, est esse commune. ¶Ad secundum dicendum, quòd esse dupliciter dicitur: vno modo significat actum essendi: alio modo significat compositionem propositionis, quam anima adinuenit coniungens prædicatum subiecto. Primo igitur modo accipiendo esse, non possumus scire esse Dei, sicut nec eius essentiam, sed solum secundo modo. Scimus enim quòd hæc propositio, quam formamus de Deo, cùm dicimus, Deus est, vera est: & hoc scimus ex eius effectibus, vt suprà dictum est [e].

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum Deus sit in genere aliquo.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus sit in genere aliquo. Substantia enim est ens per se subsistens: hoc autem maximè conuenit Deo: ergo Deus est in genere substantiæ. ¶Præterea, Vnumquodque mensuratur per aliquid sui generis: sicut longitudines, per longitudinem: & numeri, per numerum: sed

1. di. 8. q. 4. 2. Et distin. 19. q. 4. 2. Et 1. contra, c. 17. & 25. Et po. q. 7. 3. Et opusc. 3. cap. 12. Et opusc. 42. cap. 3. & 5.

generis, & distinguuntur penes aliud & aliud esse: vt patet in homine & equo: consequentia autem relinquitur pro constanti: destructio quoque consequentis applicat ad Deum patet ex præcedenti articulo: ergo &c.

¶*Num ex esse seu specifico essentiæ, quo differunt quæ in genere sunt, liceat inferre distinctionem realem, seu formalem essentiæ ab esse actualis existentiæ, eorundem.*

Quæstio. CIrca hanc rationem dubium est. Tum quia æquiuoce sumitur ly esse. In antecedente nanque sermo est de esse specifico, ad quod differentia distinguens genus conducit: in consequente autem est sermo de esse actualis existentiæ; quod ab essentia distingui infertur. Tum quia ex distinctione inter principium conuenientiæ, & principium differentiæ in antecedente assumpta non potest inferri maior distinctio, quàm formalis: essentia nanque generis, in qua species conueniunt, & esse specificum, quo quælibet species ab altera differt, non realiter, sed formaliter tantum differunt: & tamen infertur in litera distinctio realis inter essentiam & esse: igitur processus iste malus videtur.

¶Ad hanc obiectionem valde diffuse dictum est in capit. sexto, de ente & essentia: vbi hanc rationem S. Tho. facit, & propterea nunc breuiter dicitur, quòd in antecedente sumitur esse & pro esse specifico & actualis existentiæ: quoniam de vtroque verificatur, imò verificatio vnius infert verificationem alterius: quoniam ideo differentia dicitur conducere ad esse, quia constituit proprium receptiuum ipsius esse actualis existentiæ: vt ibi declaratum est, & supra Porphyrium. Nulla ergo est æquiuocatio. Et licet ex hoc quòd aliquę duę rationes formales sic distinguuntur, quòd altera sit formale principium conuenientiæ, & altera sit formale principium differentiæ, non possit simpliciter inferri distinctio realis inter eas: alioquin omne genus realiter oporteret distingui à suis differentiis. attamen gratia materiæ, de qua est sermo, scilicet essentię & esse, optime potest inferri distinctio realis esse ab essentia ex distinctione absolute inter genus & esse, in quo distinguitur species. & ratio est: quia ista duo mutuo se consequuntur, existentia distinguitur formaliter à quidditate, & existentia distinguitur realiter à quidditate: vt ibidem declarauimus: ideo vide ibi, &c.

Commēt. ¶Corollarium autem annexum primę conclusioni est. Dei neque est genus, nec differentia, nec diffinitio, nec demonstratio, nisi per effectum. patet sequela: quia diffinitio &c.

¶Conclusio vero secunda est etiam negatiua, Deus non est in aliquo genere reductiue. probatur. Deus est principium non alicuius generis tantum, sed totius esse. ergo non continetur reductiue in aliquo genere: antecedens supponitur: consequentia probatur: omne quod est reductiue in aliquo genere, est principium tantum illius generis: vt patet duodecim. meta. de principiis prædicamentorum.

¶*Num Deus sit in aliquo genere reductiue.*

CIrca hanc conclusionem occurrit dubium ad hominem: quia in primo senten. distinctione octaua. quæstione quarta. articulo secundo, ad tertium. & in quæstione de potentia. quæstio. 7. articu. tertio. ad vltimum Sanct. Tho. concedit Deum esse in genere substantiæ reductiue, quomodo hic determinatur oppositum.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd vt manifeste apparet ex primo senten. nulla est repugnantia inter dicta hic & alibi. distinguitur siquidem ibi, quòd esse in genere, vt principium, stat dupliciter.

¶Primo modo vt principium contentum in illo genere: & sic negatur Deum esse in genere, vt principium. Alio modo vt principium continens ipsum genus: & hoc modo Deus est quodammodo in omnibus generibus & per appropriationem in genere substantiæ, tanquam sibi magis appropinquante: & hoc conceditur in locis prædictis. Aduertendo quod id quod in q. de potentia tacuit, in primo sentent. suppleuit. Vnde congrue dici potest quòd Deus est in genere, vt principium, non quòd reducitur ad genus, sed ad quod ipsum genus reducitur. Et quòd sit mens sancti Thom. ex eo conicere potes: quòd in litera concludendo de Deo dicitur, vnde non continetur in genere sicut principium: dicendo enim non continetur, præseruauit se ab esse in genere, sicut principium continens, ad quod reducitur ordine quodam omne genus: & hoc idem insinuant verba præcedentia. s. principium, quod reducitur in aliquod genus, non se extendit extra, &c.

Annot. ¶In responsione ad secundum dubium occurrit: quia responsio non satisfacit obiectioni. Responsio siquidem tria dicit. primo quòd maior est vera de mensura homogenea. secundo quòd minor est falsa, Deus est mensura homogenea. tertio quasi glossando Auerroim dicitur, quòd Deus dicitur mensura omnium: quia vnumquodque tantum habet de esse quantum appropinquat sibi. Ex his autem non satisfit Auerrois authoritati d inductæ volenti quod Deus, 371 qui est prima substantia, sit mensura substantiarum: sicut primus numerus aliorum numerorum &c. & hoc ex pro- 17 posito in eo loco vbi de mensuris homogeneis est sermo, scilicet 10. meta. commenta. 7.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd S. Tho. ad rem non verba attendens optime satisfacit etiam secundum mentem Auer. Nam genus potest dupliciter sumi. vno modo proprie, vt hic loquimur: & sic optime negatur quòd Deus sit mensura homogenea generis substantiæ: imo Auer. nullam intelligentiam ponit sic homogeneam substantiæ: & hoc in hac li- 17 tera dicitur. Alio modo large pro coordinatione: & hoc modo, Deus est mensura homogenea coordinationis substantiarum magis quàm accidentium: quia ipse est substantia, & non est accidens: & hoc voluit ibi Auer. quod tamen est esse mensuram extra genus substantiæ prædicamentalis, & est esse mensuram omnium generum proprie extra ea, vt patet, & ideo dicitur in litera, quòd Deus dici- 234 tur mensura omnium.

¶*Num aliquid prius sit Deo secundum intellectum, vel secundum rationem.*

Deus est mensura omnium substantiarum, vt patet per Commentatorem 10. meta. ergo Deus est in genere substantiæ.

¶SED CONTRA, Genus est prius secundum intellectum, eo, quod in genere continetur: sed nihil est prius Deo nec secundum rem, nec secundum intellectum: ergo Deus non est in aliquo genere.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus sit actus purus, neque in eo esse ab essentia distinguatur, ac cuiuscunque generis principium sit, in nullo directe vel reductiue genere est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid est in genere dupliciter: vno modo simpliciter & proprie, sicut species, quæ sub genere continentur. Alio modo per reductionem, sicut in principia & priuationes, sicut punctus & vnitas reducuntur ad genus quantitatis, sicut principia: cæcitas autem & omnis priuatio reducitur ad genus sui habitus. ¶Neutro autem modo Deus est in genere. ¶Quòd enim non possit esse species alicuius generis, tripliciter ostendi potest. ¶Primo quidem, quia species constituitur ex genere & differentia: semper autem id, à quo sumitur differentia constituens speciem, se habet ad illud vnde sumitur genus, sicut actus ad potentiam: animal enim sumitur à natura sensitiua per modum concretionis. hoc enim dicitur animal, quod naturam sensitiuam habet: rationale verò sumitur à natura intellectiua, quia rationale est quod naturam intellectiuam habet [e]: intellectiuum autem comparatur ad sensitiuum sicut actus ad potentiam, & similiter manifestum est in aliis: vnde, cum in Deo non adiungatur potentia actui, impossibile est quod sit in genere tanquam species. ¶Secundo, quia cùm esse Dei sit eius essentia, vt ostensum est [e]: si Deus esset in aliquo genere, oporteret quòd genus eius esset ens: nam genus significat essentiam rei, cum prædicetur in eo quod quid est. Ostendit autem Philosophus in 3. meta. quod ens non potest esse genus alicuius: omne enim genus habet differentias, quæ sunt extra essentiam generis: nulla autem differentia posset inueniri, quæ esset extra ens: quia non ens non potest esse differentia: vnde relinquitur, quod Deus non sit in genere. ¶Tertio, quia omnia, quæ sunt in genere vno, communicant in quidditate vel essentia generis quod prædicatur de eis in eo quod quid est: differunt autem secundum esse: non enim idem est esse hominis & equi, nec huius hominis, & illius hominis: & sic oportet quod quæcunque sunt in genere, differant in eis esse, & quod quid est, id est, essentia. in Deo autem non differt, vt ostensum est [e]: vnde manifestum est, quod Deus non est in genere, sicut species. ¶Ex hoc patet quod non habet genus, neque differentias, neque est diffinitio ipsius, neque demonstratio nisi per effectum: quia diffinitio est ex genere & differentia: demonstrationis autem medium est diffinitio. ¶Quod autem Deus non sit in genere per reductionem vt principium, manifestum est ex eo, quòd principium, quod reducitur in aliquod genus, non se extendit vltra genus illud: sicut punctum non est principium, nisi quantitatis continuæ, & vnitas quantitatis discretæ. Deus autem est principium totius esse, vt infrà ostendetur [e]: vnde non continetur in aliquo genere, sicut principium.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod

IN ratione, quæ ad oppositum in hoc articulo affertur, habetur verbum notandum, & dubitandum, scilicet quod Deo nihil est prius, neque secundum rem, neque secundum intellectum. & propterea non habet genus. Videtur enim hoc esse falsum,

quoniam prædicata communia Deo & aliis, priora sunt secundum intellectum ipso Deo: vt patet ex eo quòd non conuertitur consequentia. Sed hoc cito aperitur distinguendo prius secundum intellectum dupliciter, ex parte rei, seu rationum formalium, vel quo ad nos: nulla siquidem res, aut ratio formalis ex parte sui est prior Deo secundum intellectum, in cuius signum nullum prædicatum datur secundum se abstractius, simplicius, prius ipso. Quo ad nos verò prior est sapientia quàm sapientia diuina secundum intellectum: & propterea non conuertitur consequentia, quo ad nos. In litera autem intendit autor primo modo: sic enim genus prius est illo quod in genere reponitur.

substantiæ nomen non significat hoc solum quod est per se esse: quia hoc quod est esse, non potest per se esse genus, vt ostensum est [e], sed significat essentiam, cui competit sic esse, id est, per se esse: quod tamen esse non est ipsa eius essentia, & sic patet quòd Deus non est in genere substantiæ.

¶Ad secundum dicendum, quod obiectio illa procedit de mensura proportionata: hanc enim oportet esse homogeneam mensurato: Deus autem non est mensura proportionata alicui [e]: dicitur tamen mensura omnium ex eo quòd vnumquodque tantum habet de esse, quantum ei appropinquat.

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum in Deo sint aliqua accidentia.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod in Deo sint aliqua accidentia. Substantia enim nulli est accidens, vt dicitur in 1. phys. quod ergo in vno est accidens, non potest in alio esse substantia. Sicut probatur, quod calor non sit forma substantialis ignis: quia in aliis est accidens, sed sapientia, virtus, & huiusmodi, quæ in nobis sunt accidentia, Deo attribuuntur: ergo & in Deo sunt accidentia. ¶Præterea, In quolibet genere est vnum primum, multa autem sunt genera accidentium. si igitur prima illorum generum non sunt in Deo, erunt multa prima extra Deum: quod est inconueniens.

¶SED CONTRA, Omne accidens in subiecto est: Deus autem non potest esse subiectum: quia forma simplex non potest esse subiectum, vt dicit Boët. in libro de tri. ergo in Deo non potest esse accidens.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus sit actus purus, ac ipsum esse primumque ens ac prima causa, in eo nullum accidens esse potest.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum præmissa [e], manifeste apparet quòd in Deo accidens esse non potest.

¶Primo quidem, quia subiectum comparatur ad accidens, sicut potentia ad actum: subiectum enim secundum accidens est aliquo modo in actu. esse autem in potentia omnino remouetur à Deo, vt ex prædictis patet.

¶Secundo, quia Deus est suum esse: vt Boë. dicit in lib. de hebd. & licet id, quod est aliquid, aliud possit habere adiunctum, tamen ipsum esse nihil aliud adiunctum habere potest: sicut quod est calidum, potest habere aliquid extraneum quàm calidum, vt albedinem: sed ipse calor nihil habet præter calorem.

¶Tertio, quia omne quod est per se prius, est eo quòd est per accidens. Vnde cùm Deus sit simpliciter primum ens [c], in eo non potest esse aliquid per accidens. Sed nec accidentia per se in eo esse possunt, sicut risibile est per se accidens hominis: quia huiusmodi accidentia causantur ex principiis subiecti. In Deo autem nihil potest esse causatum, cum sit causa prima: vnde relinquitur, quòd in Deo nullum sit accidens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus & sapientia non vniuoce dicuntur de Deo & de nobis, vt infrà patebit [e]. Vnde non sequitur quòd accidentia sint in Deo, sicut in nobis. ¶Ad secundum dicendum, quòd cum substantia sit prior accidentibus, principia accidentium reducuntur in principia substantiæ sicut in priora: quamuis Deus non sit primum contentum in genere substantiæ, sed primum extra omne genus respectu totius esse.

a ¶*Super Quæstionis tertiæ Artic. sextum.* c 72

IN titulo constat, quòd quæritur de inesse formali, an scilicet aliqua accidentia sint formaliter in Deo: & est sermo de accidentibus realibus & non de accidentibus, id est, accidentalibus prædicatis: vt accidens est nomen secundæ intentionis: & ponitur quintum prædicabile. Annot.

19 1. dist. 8. q. 4. ar. 3. Et 1. contra. c. 23. & 31. Et po. q. 7. art. 4. Et opusc. 3. c. 13. 23. 57. 65. & 66. Cōment.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue, In Deo non potest esse accidens, probatur tripliciter. Primo Deus est actus purus: ergo. Secundo, Deus est ipsum esse: ergo. Tertio, quia aut esset accidens per accidens, aut per se: non primum, quia Deus est primum ens. nec secundum, quia Deus est prima causa.

Annot. ¶Circa secundam rationem, aduerte quòd sicut inter abstractum & concretum secundum intellectum, hæc est differentia, quòd abstractum vt sic nihil compatitur secum secundum 13 intellectum, concretum 17 autem multis permitti- 13 tur misceri. Album nan- 17 que non inconuenit intelligere esse dulce, &c. sed albedo vt sic omne aliud à se excludit: nihil enim aliud est quo aliquid est album quàm 14 albedo. sed quod est album, est etiam aliud quandoque quàm album: puta pomum dulce, &c. Ita inter abstractum secundum rem & compositum secundum rem, hæc est differentia, quòd res secundum rem abstracta est ipsa tantum. Res verò composita ali- 13 quid compatitur secum quod non est ipsa: & propterea hæc perfectio quam significat ly esse, si ponatur abstracta secundum rem, ab omni eo, in quo esse est receptibile, id est, ab omni natura generis, est purum esse: & nihil præter se compatitur in se: & con- 72 sequenter nullum accidens habere potest. Compositum autem ex esse & natura, quod vocatur quod est: aliquid præter se in seipso permittitur habere: & hoc est quod in litera dicitur, quod ipsum esse, quia est abstractum: & quod nihil habet adiunctum sicut calor. Id autem, quod est, quia concretum, & quod potest habere aliquid extraneum, vt calidum est etiam album.

¶Circa tertiam rationem aduerte quòd ad vtrumque membrum procedit ex propriis. Annot.

Radix enim primi est: quia accidens per accidés naturaliter præsupponit accidés per se: quoniã vniuersaliter secundum quęcunq; rerum ordiné per se prius est eo quod est per accidens, vt in 2, & 8. physi. dicitur. Radix autem secundi est: quia vniuersaliter primum alterans est omnino inalterabile: & primũ mouens localiter est omnino immobile localiter: & consequenter prima causa omnino incausata: non esset autem omnino incausata si aliquid causatum in se haberet, vt patet, &c.

Annot. ¶In responsione ad primum habes optimam glossam illius quod vere est: nulli accidit vniuoce sumptum: analogice autem sumptũ aliquid in vno est substantia & in alio accidens: vt patet de sapientia.

20 1.di. 8. q. 4. arti. 1. Et 1. contra. c. 16. 18. & 19. Et po. q. 7. artic. 1. Et opus. 3. cap. 9. & 21. Et causis lec. 21.

a ¶*Super Quæstionis tertiæ Artic. septimũ.*

Annot. IN titulo omnino simplex in seipso, omnem à seipso compositioné, non componibilitatem excludens: de componibilitate enim erit sequens articulus, &c.

Coment. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. De⁹ est omnino simplex. probatur quinque mediis, primo ex sufficienti numeratione modorũ cõpositionis: secũdo, quia primum ens: tertio, quia prima causa: quarto, quia actus purus: quinto, quia ipsum esse.

¶*Num omne causatum sit compositum.*

¶In responsione ad primũ aduerte quòd Sco. in primo, di. 8. in quæsito iuxta primam quæstionem, refert hanc positionem: quòd omne causatum est compositum: & reprehendit ea ratione: quia si quodlibet causatum est compositũ accipiantur componentia, aut sunt simplicia, aut iterum composita: & sic aut procederetur in infinitũ, aut erit status ad res simplices componentes: & cum cõstet componentia esse causata, sequitur quòd nõ omne causatum est compositum, vt hic dicitur.

33 17 333 133

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd obiectio procedit ex malo intellectu literæ: causatum enim vel creatura, potest sumi dupliciter: proprie scilicet & largè: si sumitur proprie sic cum tam causati quàm creaturæ sit proprie fieri & esse, solæ res subsistentes dicuntur causata seu creaturæ, cætera autem dicuntur cõcausata & concreata: vt partes formæ, accidentia, &c. Large aut omne aliud à Deo in rerum natura existés quocunque modo causatũ dici potest. In proposito igitur causatum sumitur proprie, vt distinguitur nõ solum cõtra causam, sed etiam contra concausatum: & ideo obiectio, quæ de concausatis loquitur, nihil obstat: vnde in litera probatur causati compositio ex constantia ex esse & quidditate, hic enim proprie causati sunt cõpositiua non componentium: & vt patet in primo sententiarum. distinc. 8. quæst. 5. artic. 1. Sanct. Tho. fecerat illam rationem adductam à Scoto.

39

¶In responsione ad secundum esset videndum an simplicitas sit perfectio simpliciter: sed scripsi iam de hoc in commentariis de ente & essentia.

a ¶*Super Quæstionis tertiæ Articulum octauum.*

Annot. IN titulo venire in compositionem alicuius exigit quatuor conditiones. ☞Prima est distinctio realis ab illo, quia eiusdem ad seipsum non est compositio. ☞Secunda est coniunctio realis cum illo: quia ex sola coniunctione secundum rationem non fit compositio. ☞Tertia est, quòd coniunctio sit secundum suum esse: quia ex sola coniunctione reali secundum situm, vel alium respectum extrinsecum non fit compositio. ☞Quarta est, quòd alterum sit actus alterius, vel tertij actuati ab vtroque, si sit compositio per accidens, qualis est inter album & dulce. si enim aliqua duo iungantur etiam secũdum esse & non in ratione actus & potentiæ (vt diximus) nunquam est compositio, vt patet & de personis diuinis, & de verbo diuino incarnato: deest enim in huiusmodi ratio actus & potentiæ. Quærere ergo, vtrum Deus veniat in aliarum rerum compositionem, est quærere an rei alteri possit coniungi secundum esse, secundum rationem actus vel potentiæ.

a 24 261 c a 23 32

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum Deus sit omnino simplex sit.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit omnino simplex. Ea enim, quæ sunt à Deo, imitantur ipsum: vnde à primo ente sunt omnia entia, & à primo bono sunt omnia bona: sed in rebus, quæ sunt à Deo, nihil est omnino simplex: ergo Deus non est omnino simplex.

¶Præterea, Omne quod est melius, Deo attribuendum est: sed apud nos composita sunt meliora simplicibus: sicut corpora mixta elementis & animalia plantis: ergo non est dicendum, quòd Deus sit omnino simplex.

¶SED CONTRA est quod Augu. dicit 6. de Trinit. quòd Deus vere & summe simplex est.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus sit primũ ens, prima causa, actus purus, & ipsum esse, omni prorsus simplicitate gaudet.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deũ omnino esse simplicem multipliciter potest esse manifestũ. Primò quidem per supradicta in quæstione. Cum enim in Deo non sit compositio, neq; quantitatiuarum partium: quia corpus non est: neque compositio formæ & materiæ, neque in eo sit aliud natura & suppositum, neque aliud essentia & esse, neque in eo sit cõpositio generis & differentiæ, neque subiecti & accidentis, manifestum est, quòd Deus nullo modo compositus est, sed est omnino simplex. ¶Secundò, quia omne compositum est posterius suis componentibus & dependens ex eis: Deus autem est primum ens, vt suprà ostensum est[e]. Tertiò, quia omne compositum causam habet: quæ enim secundum se diuersa sunt non conueniunt in aliquod vnum, nisi per aliquam causam adunantem ipsa[e]. Deus autem non habet causam, vt suprà ostensum est[e], cum sit prima causa efficiens. ¶Quartò, quia in omni composito oportet esse potentiam & actum, quod in Deo non est[e]: quia vel vna partium est actus respectu alterius: vel saltem omnes partes sunt sicut in potentia respectu totius. ¶Quintò, quia omne compositum est aliquid, quod non conuenit alicui suarum partium, & quidem in totis dissimilium partium manifestum est: nulla enim partium hominis est homo: neque aliqua partium pedis est pes. In totis verò similium partium, licet aliquid quod dicitur de toto dicatur de parte, sicut pars aëris est aër, & aquæ aqua: aliquid tamen dicitur de toto quod non conuenit alicui partium: non enim si tota aqua est bicubita, & pars eius. Sic igitur in omni composito est aliquid quod non est ipsum. hoc autem etsi possit dici de habente formam, quòd scilicet habeat aliquid quod non est ipsum: puta in albo est aliquid, quod non pertinet ad rationem albi: tamen in ipsa forma nihil est alienum. vnde, cum De⁹ sit ipsa forma vel potius ipsum esse[e], nullo modo compositus esse potest. Et hanc rationem tangit Hil. 7. de Tri. dicens, Deus qui virtus est ex infirmis non continetur, neque qui lux est ex obscuris occupatur.

AD PRIMVM dicendum, quòd ea, quæ sunt à Deo, imitantur Deum, sicut causata primam causam[e]. Est autem hoc de ratione causati, quòd sit aliquo modo compositum: quia ad minus esse eius est aliud quàm quod quid est, vt infrà patebit. ¶Ad secundum dicendum quòd apud nos cõposita sunt meliora simplicibus: quia perfectio bonitatis creaturæ nõ inuenitur in vno simplici, sed in multis: sed perfectio diuinæ bonitatis inuenitur in vno simplici, vt infrà ostendetur.

ARTICVLVS VIII.

¶*Vtrum Deus in compositionem aliorum veniat.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd Deus in cõpositionem aliorum veniat. Dicit enim Dion. 4. c. cæl. hierarc. Esse omnium est quæ super esse est deitas: sed esse omnium intrat compositionem vniuscuiusque. ergo Deus in compositionem aliorum venit.

¶Præterea, Deus est forma, dicit enim Augustinus in lib. de ver. domini, quòd verbum Dei, quod est Deus, est forma quædam non formata: sed forma est pars compositi: ergo Deus est pars alicuius compositi.

¶Præterea, Quæcunque sunt & nullo modo differunt, sunt idem: sed Deus & materia prima sunt, & nullo modo differunt: ergo penitus sunt idem. Sed materia prima intrat compositionem rerum: ergo & Deus. Probatio mediæ, Quæcunq; differunt, aliquibus differentiis differunt, & ita oportet ea esse cõposita: sed Deus & materia prima sunt omnino simplicia: ergo nullo modo differunt.

¶SED CONTRA est, quod dicit Diony. 2. cap. de diu. no. quòd neque tactus est eius, scilicet Dei: neque alia quædam ad partes commiscendas communio.

¶Præterea, dicitur in lib. de causis, quòd causa prima regit omnes res, præterquam commisceatur eis.

CONCLVSIO.

¶*Deus prima causa efficiens, ac primum simpliciter ens & agẽs cum sit, impossibile est in alicuius compositionem venire, vel vt mundi anima, vel vt forma, seu materia, vt quidam falsò existimauerunt.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc fuerũt tres errores. Quidam enim posuerũt, quòd Deus esset anima mũdi, vt patet, per Aug. in lib. 10. de ciu. Dei: & ad hoc etiam reducitur, quòd quidã dixerunt Deũ esse animã primi cæli. Alij autẽ dixerunt Deum esse principiũ formale omniũ rerum. & hæc dicitur fuisse opinio Almarianorũ. Sed tertius error fuit Dauid de diuinãdo, qui stultissime posuit Deũ esse materiam primã. Omnia enim hæc manifestam continent falsitatem: neque est possibile Deum aliquo modo in compositionem alicuius venire: nec sicut principiũ formale, nec sicut principium materiale.

Coment. ¶In corpore duo. primo referuntur errores. secũdo respõdetur quæsito. Quo ad primum sunt tres errores. primus forte Zabiorum ex duodecima metaphysi. commenta. 41. secundus Almarianorum. tertius Dauid de diuinando, & patet. Quo ad secundum conclusio responsiua quæsito ac destructiua horum errorum est negatiua. Deus nõ potest venire in compositioné alicuius: probatur tripliciter.

21 1. dis. 8. q. 3. art. 2. Et 1. contra. ca. 17. 27. & 28. Et veri. q. 21. art. 6. q. 6. articul. 6. Et mal. q. 16. artic. 12. Et opus. 3. ca. 17. 18. 211. et 222.

☞Primo, Deus est prima causa efficiens: ergo non potest esse forma aut materia alicuius compositi. antecedens patet: consequentia probatur quo ad formam. Agens & forma effectus non coincidunt in idem numero: ergo si, &c. quo ad materiam verò, Agens & materia non coincidunt in idem specie; quia illud actu, hæc potentia: ergo si, &c.

¶*Nũ causa efficiens inferat non esse formam, vel materiam alicuius compositi vel effectus.*

Quæstio. CIrca hanc rationem occurrit dubium. probatio nanque consequentiæ non videtur ad propositum: ex hoc enim quòd efficiés non coincidit cum forma, aut materia effectus, nihil aliud sequitur, nisi quòd Deus, quia est efficiens, non est forma aut materia sui effectus, sed non sequitur quòd absolute non sit forma alicuius compositi. Ad hoc breuiter dicitur, quòd quia esse compositum infert esse effectum: quia omne compositum est factum vt in præcedenti patet artic. esse autem effectum infert esse effectum primæ causæ efficientis, vt patet: ideo de primo ad vltimum esse compositum est esse effectum primi efficientis: & propterea hoc pro constanti supponens ratio literæ, optime deducit consequentiam: si Deus est prima causa efficiens, non est forma aut materia alicuius compositi: quoniam esset forma vel materia sui effectus, quod est impossibile: quia agens non coincidit, &c.

Coment. ¶Secunda ratio, Deus est per se primo agens: ergo non est pars alicuius. probatur consequentia, nullum componens est per se primo agens: ergo si, &c.

Annot. ¶Aduerte hic quòd litera hæc cautè interpretanda est: non enim affirmat compositum per se primo agere, quod superius in artic. 2. negatum est: sed affirmat comparatiuam, quòd agere per se primo magis conuenit composito quàm componenti: quia illud est quod agit, hoc verò est quo: cum hoc tamen stat quòd absolute nec componens, nec compositum potest esse per se primo agens, vt prædictum est.

☞Tertia

Coment. ¶Tertia ratio est. Deus est primum ens: ergo non potest esse pars etiam prima, puta materia, aut forma. Probatur consequentia quo ad materiam quidem: quia potentia est posterior actu: quo ad formam verò, quia actus participatus est posterior actu per essentiam, &c.

¶*Super Quæstionis quartæ, Articulum primum.*

Annot. 12. CIrca ordinem & titulum quæstionis aduerte, quòd perfectio non significat aliquam perfectionem, vt bonitas, vita, sapientia, &c. neque significat omnes perfectiones in communi. Non enim quærendo an aliquid sit perfectum, quæritur, an habeat omnes perfectiones siue determinate, siue indeterminate: sed significat modũ essendi optimum secundum quancunque rationem formalem: licet extenso iam ab vsu vocabulo, perfectio supponat sæpe pro re, aut ratione formali actuante aliquid: vt patet cum dicimus: quòd sapientia est perfectio, &c. Proprie igitur loquendo ly perfectio, licet à totali factione primo deriuatum sit, apud philosophos modum essendi significat, non quemcunque, sed optimum: non alicuius certæ rei, sed cuiuscunque rei, cui apponitur, siue sit substantia, siue accidens. Potest enim res intelligi & esse sub modo essendi multiplici, quorum vnus est melior altero, sicut natura plantarum & animaliũ habet in semine quendam modũ essendi & alium essendi modum habet in indiuiduis genitis. Et rursus alium in eisdem augmentatis, &c. & constat quòd primus est, & dicitur imperfectus, quia in potentia tantum est ibi natura specifica. secundus autem aliqualiter perfectus. tertius verò simpliciter perfectus, vt patet. 4. Meteo. Perfectum enim vnumquodque ibi dicitur cum potest facere alterum quale ipsum est. Tunc enim habet naturam optimo modo. Vnde sicut quærere vtrum aliquid sit perfectum secũdum talem vel talem rationé, puta scientiam vel naturam, non est quærere vtrum illud habeat aliquam aliam perfectionem, sed vtrum habeat illam optimo modo: ita quærere absolute & sine specificatione vt in proposito fit, vtrum Deus sit perfectus, non est quærere vtrum Deus habeat aliquam perfectionem: neque vtrum habeat omnes, cum hoc reseruetur 2. articulo, sed est quærere, vtrum Deus id quod est sit optimo modo. hoc est enim esse perfectum. Testatur autem hunc esse manifestum sensum quæstionis, causa responsionis assignata in corpore articuli. Dicitur enim quòd Deus est perfectus: quia non est in potentia, sed in actu. Constat enim quòd esse in actu vel in potentia ad modum essendi spectat. Et propterea ista quæstio immediate post quæstionem de simplicitate naturæ diuinæ ordinata est: stabilita nanque essentia quærendum statim occurrit de modo essendi ipsius intrinseco: qualem ly perfectum significat. Non enim importat modum essendi rei in respectu ad aliquod circunstans, aut quouis modo extrinsecum, sed in seipsa. Vnde & Aristo. in primo cap. de natura vniuersi tractans, primo an sit perfectum determinat: quoniam & quæstio an est, & an simplex, an compositum esset: quæ priores erant, relinquebantur per se notæ.

14 13

22 1. contra. cap. 28. Et veri. q. 2. ar. 3. 13m. Et Dio. 2. cap. 13. le. 1.

¶Primo quidem, quia suprà diximus[e] Deum esse primam causam efficientem. Causa autem efficiens cum forma rei factæ non incidit in idem numero, sed solum in idem specie. homo enim generat hominem. Materia verò cum causa efficiente nõ incidit in idem numero, nec in idem specie: quia hoc est in potentia, illud verò in actu.

¶Secundo, quia cum Deus sit prima causa efficiés, eius est primo, & per se agere. quod autem venit in compositionem, non est primo & per se agens, sed magis compositum: non enim manus agit, sed homo per manum, & ignis calefacit per calorem: vnde Deus potest esse pars alicuius compositi.

¶Tertio, quia nulla pars compositi potest esse simpliciter prima in entibus, neque etiam materia & forma, quæ sunt primæ partes cõpositorum: nam materia est in potentia: potentia autem est posterior actu simpliciter, vt ex dictis patet[e]. forma autem, quæ est pars compositi, est forma participata: sicut autem participans est posterius eo quod est per essentiam, ita & ipsum participatum: sicut ignis in ignitis est posterior eo quod est per essentiam. Ostensum est autem[e], quòd Deus est primum ens simpliciter.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd deitas dicitur esse omniũ effectiue & exemplariter, non autem per essentiam.

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum est forma exemplaris, non autem forma, quæ est pars compositi.

¶Ad tertium dicendum, quòd simplicia non differunt aliquibus aliis differentiis, hoc enim compositorum est: homo enim & equus differunt rationali & irrationali differentiis, quæ quidem differentiæ non differunt amplius abinuicem aliis differentiis: vnde si fiat vis in verbo, non proprie dicuntur differre, sed diuersa esse. Vnde secundum Philosophum 10. meta. diuersum absolute dicitur, sed omne differens aliquo differt: vnde si fiat vis in verbo, materia prima & Deus non differũt, sed sunt diuersa seipsis: vnde non sequitur quòd sint idem.

QVAESTIO QVARTA,

De Dei perfectione, in tres articulos diuisa.

POST considerationem diuinæ simplicitatis, de perfectione ipsius Dei dicẽdum est. Et quia vnumquodque secundum quod perfectũ est, sic dicitur bonum: primo agendum est de perfectione diuina. Secundo de eius bonitate.

¶Circa primũ quæruntur tria. ¶Primo vtrũ Deus sit perfectus. ¶Secundo vtrum Deus sit vniuersaliter perfectus, omnium in se perfectiones habens. ¶Tertio vtrum creaturæ similes Deo dici possint.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *Vtrum Deus sit perfectus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd esse perfectum non conueniat Deo. Perfectum enim dicitur quasi totaliter factum: sed Deo non conuenit esse factum: ergo nec esse perfectum.

¶Præterea, Deus est primum rerum principium, sed principia rerum videntur esse imperfecta. Semen enim est principium animaliũ & plantarũ: ergo De⁹ est imperfectus.

¶Præterea ostensum est suprà,[e] quòd essentia Dei est ipsum esse: sed ipsum esse videtur esse imperfectissimum, cum sit communissimum & recipiens omnium additiones: ergo Deus est imperfectus.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 5. Estote perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est.

CONCLVSIO.

¶*Deus cum sit actiuum principium, perfectissimum esse oportet.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Philosophus narrat in 11. meta. quidam antiqui philosophi, scilicet Pythagorici, & Leucippus, non attribuerunt optimum & perfectissimum primo principio. Cuius ratio est, quia philosophi antiqui considerauerunt principium materiale tantum: primum autem principium materiale imperfectissimum est. Cum enim materia inquantum huiusmodi sit in potentia: oportet quòd primum principium materiale sit maxime in potentia, & ita maxime imperfectum. Deus autem ponitur primum principium, non materiale, sed in genere causæ efficientis[e]: & hoc oportet esse perfectissimum. sicut enim materia inquantum huiusmodi est in potentia, ita agens inquantum huiusmodi est in actu: vnde primum principium actiuum oportet maxime esse in actu: & per consequens maxime esse perfectum. secundum hoc enim dicitur aliquid esse perfectum, secundum quod est actu: nam perfectum dicitur, cui nihil deest secundum modum suæ perfectionis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicit Gregor. Balbutiendo vt possumus excelsa Dei resonamus. quod enim factum non est perfectum proprie dici non potest. Sed quia in his quæ fiunt, tunc dicitur esse aliquid perfectum, cum de potentia educitur in actum, transumitur hoc nomen perfectum ad significãdum omne illud, cui non deest esse in actu, siue hoc habeat per modum perfectionis, siue non.

¶Ad secundum dicendum, quòd principium materiale, quod apud nos imperfectum inuenitur, non potest esse simpliciter primum, sed præceditur ab alio perfecto. Nã semen, licet sit principium animalis generati ex semine, tamen habet ante se animal vel plantam, vnde deciditur. Oportet enim ante id quod est in potentia esse aliquid actu, cum ens in potentia non reducatur in actum, nisi per aliquod ens in actu.

¶Ad tertium dicendum, quòd ipsum esse est perfectissimum omnium: comparatur enim ad omnia vt actus: nihil enim habet actualitatem, nisi inquantum est: vnde ipsum esse est actualitas omnium rerũ & etiam ipsarum formarum[e]: vnde non comparatur ad alia sicut recipiens ad receptum, sed magis sicut receptũ ad recipiens. cum enim dico esse hominis vel equi vel cuiuscunq; alterius, ipsum esse consideratur vt formale & receptum, non autem vt illud, cui competit esse.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum in Deo sint perfectiones omnium rerum.*

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur quòd in Deo non sint perfectiones omnium rerum: Deus enim simplex est, vt ostensum est[e]: sed perfectio-

Coment. ¶In corpore duo. primo refertur opinio Pythagoricorum, secundo respondetur quæsito. Quo ad primũ duo, opinio quòd principio non conuenit perfectio. Radix, quia principium materiale tantum intellexerunt. probat consequentiam, quia vt sic est in potentia, ergo.

¶Quo ad secundum similiter duo, conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Deus est maxime perfectus. Radix opposita primæ: quia scilicet est principium actiuum, probatur: actiuum oportet esse in actu: ergo primum actiuum maxime in actu: ergo maxime perfectũ. omnia patent. & vltima consequentia declaratur ex quid nominis perfecti, scilicet cui nihil deest de requisitis. Existenti enim in potentia deest id quod in actu esse potest: existenti autem in actu vt sic nihil deest. 13

Annot. ¶In responsione ad tertium, aduerte duo. Primo quòd responsio stat in hac distinctione commune dupliciter, per modum actus, & per modum potentiæ. Communitas per modum actus consistit in recipi, communitas per modum potentiæ consistit in recipere. esse autem est communissimũ per modum actus, quia ad omnia comparatur vt receptum ad receptiua, vt patet. ☞Secundo quòd hinc patet defectus Scoti in 4. senten. distinct. 1. quæst. 1. contra hãc Sancti Tho. positionem, scilicet quòd esse secundum suam formalem rationem est perfectissima omnium perfectionem arguentis ex communitate ipsius. Mirum est enim quòd hanc rationem affert ad concludẽdum quam expresse Sanctus Thomas soluerat tam clare.

27 ¶*Super quæstionis quartæ, Articulum secundum.*

IN titulo ly sint, non denotat aliquem specialem modum essendi, sed absolute sumitur: ita quòd non quæritur vtrum perfectiones sint in Deo formaliter aut virtualiter, sed absolute quouis modo sint ly perfectiones, stat vniuersaliter pro omnibus perfectionibus tã simpliciter quàm non simpliciter, vt patet ex processu articuli.

22 5. dist. 2. articu. 2. & 3. Et 1. contra. c. 28. & 31. & lib. 2. ca. 2. Et opus. 3. c. 21. 22. 28. & 33.

Coment. ¶In corpore est vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiue: In Deo sunt perfectiones omniũ rerũ. probatur tripliciter. Primo ab autoritate Deus dicitur vni-

uersaliter perfectus, id est, secundum nobilitates omnium generum: ergo. Antecedens probatur autoritate Auerro. 5. meta. ¶ Secundo ratione sumpta ex Dionysio, Deus est prima causa effectiua rerum, ergo omnium rerum perfectiones præexistunt in Deo eminentiori modo: antecedens supponitur: consequentia probatur. quo ad primam partem effectus præexistit virtute in causa agente: ergo quicquid perfectionis est in effectu, oportet in causa effectiua inueniri: ergo, si Deus, &c. omnium rerũ perfectiones sunt in eo. Quo ad secũdam verò partem probatur. Agens inquantum agens est perfectum: ergo præexistere in virtute causæ agentis non est præexistere imperfectiori, sed perfectiori modo: ergo quicquid perfectiõis est in effectu, præexistit in causa effectiua, vel secũdum eandem rationem, vt in vniuoca, vel secundum eminentiorem, vt in æquiuoca: ergo si Deus est prima causa omnium, oportet eminẽtiori modo omnis perfectiones habere. Assumptum patet ex præcedenti artic. prima cõsequentia probatur ex opposito, scilicet quia materia est imperfecta. Præexistere in potentia causæ materialis est esse imperfectiori modo. Reliqua relinquuntur per se nota.

14 *¶Nũ effectus perfectio, præexistat in sua causa effectiua nobiliori & eminentiori modo, quàm in effectu.*

Quæstio. CIrca illam propositionem præexistere in virtute causæ agẽtis, non est præexistere imperfectiori, sed perfectiori modo: dubium statim occurrit, quia & est falsa, & contradicit alteri dicto literæ. Falsa quidem, quia effectus in causa efficiẽte quandoque præexistit æque perfecto modo, vt patet, cum Sortes generat Platonem. cõtra literam

13
234 verò: quia expresse dicitur & bene, quòd in causa vniuoca præexistit effectus secundum eandem rationem: igitur non perfectiori modo. Non deest quoque nouitiis occasio dubitandi: quia videmus effectus etiam imperfectiori modo præexistere in multis causis: quæ

7 sunt causæ vere effectiue, vt patet in seminibus, ex quibus effectiue producuntur animalia & plantæ.

nes rerum sunt multę & diuersæ, ergo in Deo non sunt omnes perfectiones rerum.

¶Præterea, Opposita non possunt esse in eodem: sed perfectiones rerum sunt oppositæ: vnaquæque enim species perficitur per suam differentiam specificam: differentiæ autem, quibus diuiditur genus & constituuntur species, sunt oppositæ: cum ergo opposita non possint simul esse in eodem, videtur quòd non omnes rerum perfectiones sint in Deo.

¶Præterea, Viuens est perfectius quàm ens, & sapiens quàm viuens: ergo & viuere est perfectius quàm esse, & sapere quàm viuere: sed essentia Dei est ipsum esse: ergo non habet in se perfectionem vitæ & sapientiæ & alias huiusmodi perfectiones.

¶SED CONTRA est quod dicit Diony. 5. cap. de diui. no. quòd Deus in vna existentia omnia præhabet.

CONCLVSIO.

¶Cum Deus sit prima causa effectiua omnium, & ipsum esse per se subsistens, eminentiori modo oportet omnium perfectiones habere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in Deo sunt perfectiones omnium rerum. Vnde & dicitur vniuersaliter perfectus: quia non deest ei aliqua nobilitas, quæ inueniatur in aliquo genere, vt dicit Comment. in 5. metaphy. Et hoc quidem ex duobus considerari potest. Primo quidem per hoc, quòd quicquid perfectionis est in effectu, oportet inueniri in causa effectiua[c]: vel secundum eandem rationem, si sit agens vniuocum, vt homo generat hominem: vel eminentiori modo, si sit agens æquiuocum: sicut in Sole est similitudo eorum, quæ generantur per virtutem Solis. Manifestum est enim quòd effectus præexistit virtute in causa agente: præexistere autem in virtute causæ agentis non est præexistere imperfectiori modo, sed perfectiori, licet præexistere in potentia causæ materialis sit præexistere imperfectiori modo: eò quòd materia inquantum huiusmodi est imperfecta, agens verò inquantum huiusmodi est perfectum: Cum ergo Deus sit prima causa effectiua rerum[c], oportet omniũ rerũ perfectiones præexistere in Deo secundũ eminentiorem modum. Et hanc rationẽ tangit Diony. 5. cap. de diui. no. dicens de Deo, quòd non quidem hoc est, hoc autem non est, sed omnia est, vt omnium causa. Secundo verò ex hoc, quod suprà ostensum est[c], quòd Deus est ipsum esse per se subsistens: ex quo oportet, quòd totam perfectionem essendi in se contineat[c]. Manifestum est enim quòd si aliquod calidum non habeat totam perfectionem calidi: hoc ideo est, quia calor non participatur secundum perfectam rationem: sed si calor esset per se subsistens, non posset ei aliquid deesse de virtute caloris: vnde, cum Deus sit ipsum esse subsistens, nihil de perfectione essendi potest ei deesse. Omnium autem perfectiones pertinent ad perfectionem essendi: secundum hoc enim aliqua perfecta sunt, quòd aliquomodo esse habent. vnde sequitur quòd nullius rei perfectio Deo desit. Et hanc etiam rationem tangit Diony. 5. cap. de di. no. dicens, quòd Deus non quodammodo est existens, sed simpliciter & incircũscriptè totum in seipso vniformiter esse præaccipit: & postea subdit, quòd ipse est esse subsistentibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Sol, vt dicit Dio. 5. ca. de di. no. sensibiliũ substantias & qualitates multas & differẽtes ipse vnus existens & vniformiter lucendo in seipso vniformiter præaccipit, ita multo magis in causa omnium necesse est præexistere omnia secundum naturalem vnionem: & sic quæ sunt diuersa & opposita in seipsis, in Deo præexistũt vt vnũ absq; detrimẽto simplicitatis ipsius. ¶Et per hoc patet solutio ad secũdũ.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd sicut in eodem cap. idẽ Diony. dicit, licet ipsum esse sit perfectius quàm vita: & ipsa vita quàm ipsa sapientia: si considerentur secundum quod distinguuntur ratione: tamen viuens est perfectius quàm ens tantum: quia viuens etiam est ens, & sapiens est ens & viuens. Licet igitur ens non includat in se viuens & sapiens: quia non oportet quòd illud quod participat esse, participet ipsum secundum omnem modum essendi, tamen ipsum esse Dei includit in se vitam & sapientiam: quia nulla de perfectionibus essendi potest deesse ei, quod est ipsum esse subsistens.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum aliqua creatura possit esse similis Deo.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nulla creatura possit esse similis Deo. Dicitur enim in Psal. Non est similis tui in diis domine. sed inter omnes creaturas excellentiores sunt, quæ dicuntur dij participatiuè: multo ergo minus aliæ creaturæ possunt dici Deo similes.

¶Præterea, Similitudo est comparatio quædam: non est autem comparatio eorum

¶Ad hoc breuiter dicendum est, quòd ly perfectiori modo, potest exponi dupliciter, Primo comparatiue, vt significat ex vi vocabuli: & tunc intelligitur non necessario, sed permissiue: ita quod particula negatiua non imperfectiori modo, intelligitur necessario: particula verò affirmatiua, sed perfectiori, intelligitur permissiue. & sic est verissima propositio. & significat, quòd præexistere in causa efficiente necessario est præexistere non imperfectiori modo quàm sit modus essendi effectus: sed possibiliter est præexistere perfectiori modo. ¶Secundo potest exponi interpretando comparatiuum pro positiuo perfectiori modo, id est, modo perfecto, seu perfectionis. Prima tamen expositio literæ intento seruit: quoniam intendit probare quòd eminentiori modo in causa æquiuoca, Deóque perfectiones effectuum sunt. Ad nouitios autem respõdetur ex doctrina Alexandri, vt refert Auerr. 12. meta. commen. 24. quòd semina & alia huiusmodi, quibus formæ effectuum non assimilantur vniuoce vel imitatiue, non sunt causæ efficientes, sed instrumenta causarum agentium: & propterea locãtur in genere causarum effectiuarum ab Aristotele quinto metaph. & secundo physicorum. Præsens autem sermo de causis actiuis proprie, non solum vt distinguuntur contra alia genera causarum, sed vt distinguuntur contra instrumenta causarum, quæ non proprie causæ sunt.

Annot. ¶Circa vltimam consequentiam, aduerte quòd fundatur super hoc, quòd prima causa effectiua rerum est causa æquiuoca: quod pro constanti relictum est. Tum quia ab omnibus admittitur. Tum quia manifeste patet ex terminis: si enim est effectiua rerum diuersarum rationum, nulli earum est vniuoca: & si alicui earum est vniuoca, ergo non est effectiua aliarum: ergo non diuersarum.

Coment. ¶Secunda ratio à Dionysio quoque tacta est, Deus est ipsum esse per se subsistens: ergo continet in se totam perfectionem essendi, ergo omnes perfectiones rerum omnium. Antecedens supponitur, prima consequentia probatur à destructione consequentis, in terminis specialibus, scilicet caloris & calidi perfectione, sic, non continet totam perfectionem essendi: ergo non habet esse secundum perfectam rationem: ergo non est ipsum esse per se subsistens, quod est oppositum antecedẽtis: quemadmodum a calidum non habet totam calidi perfectionem: ergo non habet calorem secundum perfectam rationem: ergo non est calor per se subsistens. secunda autem consequentia probatur. Res dicuntur perfectæ secũdum quòd habent esse: ergo omniũ perfectiones pertinent ad perfectionem essendi: ergo si continet totam perfectionem essendi, &c. 19 35

Annot. ¶In responsione ad tertium aduerte, primo, quod vis argumenti fundatur super locum à coniugatis, dum dicitur, ens est imperfectius quàm viuens: ergo esse quàm vita & veritas antecedentis consistit in hoc: quia ens non includit viuens, sed econuerso. Aduerte secundo, quòd in responsione innuit hanc distinctionem ex parte rei, esse potest comparari, ad vitam tripliciter. Primo formaliter & præcise vtrinque: ita quod esse sumitur pręcise pro actu essendi: & vita præcise pro eo quod formaliter addit supra esse, puta viuere vt sic & sic significantur nominibus abstractis, puta esse, vita, sapientia: &c. & in litera dicuntur cõparari prout distinguũtur ratione: & sic esse est perfectius, quàm viuere & cæteræ perfectiones: quia est actualitas omniũ vt prædictum est. ¶Secundo potest comparari esse ad vitam absque præcisione: ita quòd vita sumatur secundum id quod includit, & nõ tantum pro eo quod formaliter addit supra esse: & sic significantur nominibus cõcretis in litera: & dicuntur ens, viuens, sapiens: & dicitur, quòd viuẽs est perfecti⁹ quàm ens: quia includit ens & aliquid perfectionis vltra. ¶Tertio modo potest comparari esse in sua pura subsistentia ad reliqua quomodolibet sumpta: & sic significatur in litera per ly ipsum esse: & dicitur, quod includit in se vitam, sapientiam & omnem essendi perfectionem: vt in corpore probatum est: & consequenter est perfectissimum omnium. Ex his autem, quæ ex litera accepta sunt, habemus & quòd esse formaliter est perfectius cæteris formaliter: & quòd ipsum esse est simpliciter perfectius, omnes perfectiones in se præhabens, vt ex primo sciamus quòd prædicatum illud, quod soli Deo quidditatiue conuenit, vt est formaliter nobilius cæteris perfectionibus, & ex secundo, quòd ex hoc quòd Deus est ipsum esse habet omnes perfectiones. Habetur quoque ex his responsio ad argumentũ, quoniã neganda insinuatur consequentia: quoniã in antecedente sumitur viuens vt includit ens & aliquid vltra. In consequente verò sumitur secundum id tantum quod addit supra ens: & sic ostenditur quòd non arguitur per locum à coniugatis: qui tenet quãdo concreta præcise formaliter tenentur sicut & abstracta, cuius oppositum hic accidit.

24 *2.di.3.q. 2.art 1. Et 1. contra.c.29. Et lib.2. cap.2. Et veri. q. 2. artic.12. Et po. q. 7.art.7.*

Nota de loco à coniugatis.

a *¶Super Quæstionis quartæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo dubium occurrit quorsum iste articulus hoc in loco: hic enim arguitur de perfectione substantiæ diuinæ in se: ergo non debet admisceri quæstio de creatura, qualis est ista Ad hoc dicitur, quòd licet verbotenus hæc quæstio sit de creatura: secundum, sensum, tamen est de perfectione naturæ diuinæ. Quæritur enim hic, an perfectio naturæ diuinæ sit tãta, quòd nulla creatura possit ei esse similis, an non: hoc siquidẽ inquirendũ supererat, postquã determinatũ fuerat. & quòd est perfecta & quòd est vniuersaliter perfecta. Sed aduerte quòd non quæritur vtrum perfectio diuina sit tanta, quòd nulla res possit ei esse similis, sed quòd nulla creatura. Primũ enim pertinet ad quæstionem de pluralitate deorum, & tractabitur in quæst. 11. Secundum autem spectat ac hunc locum.

Coment. ¶In corpore duo, primo distinguitur similitudo, secundo respondetur quæsito.

Quo

Quo ad primum similitudo triplex. prima secundum formam eiusdem rationis & modi. secunda secundum formam eiusdẽ rationis, sed non modi. tertia secundum formam, sed nec eiusdem rationis, nec modi. Probatur distinctio. Similitudo est conuenientia in forma, ergo multiplicatur iuxta modum communicandi in forma: ergo tripliciter &c. omnia patent in litera.

¶Quo ad secundũ conclusio responsiua quæsito est. Creaturæ sunt similes Deo non secundũ eandem rationem specificam, aut genericam, sed secũdum aliqualem analogiam. Conclusio hæc habet quatuor partes: primam affirmatiuam, scilicet quòd sunt similes Deo: secundam negatiuam, scilicet non secundum speciem: tertiam negatiuam, scilicet nec secundum genus: & quartam affirmatiuam, scilicet sed secũdum aliqualem analogiam. Et primo probatur quo ad primam. omne agens agit per suam formam: ergo necesse est in effectu esse similitudinem formæ agentis. Et tunc potes subiungere: ergo necesse est creaturam esse similem Deo. consequentia probatur: quia omne agens agit sibi simile inquantũ est agens, id est secundum illud, quod est ei ratio agẽdi. Deinde quo ad secundã & tertiam & quartam: quia Deus non est agens cõtentum in specie, aut genere, sed principium vniuersale totius esse. omnia clara sunt in litera. 18

¶Num contra res vnius ordinis, distinguatur causa & causatum, vel res diuersorum ordinum.

IN responsione ad vltimum, dubium occurrit circa autoritatẽ Dionysij: quoniã distinguit cõtra res vnius ordinis, causam & causatum: ex hoc enim oportet quòd aut causa & causatũ sint vniuersaliter diuersorũ ordinum, quod patet esse falsum in causis vniuocis: aut quod ambigue & male membrum hoc distinctionis sit positum. Ambigue quidem, quia incertũ est de quali causa & quali causato sit sermo. Male autem: quia contra res vnius ordinis debent distingui res diuersorum ordinum, siue causa sint & causatum, siue non, hoc enim est per accidens.

¶Ad hoc dicitur, quòd distinctio ista artificiosa, certa, & formalis est, si recte intelligitur. Est siquidem nõ falsum, sed verissimum & necessarium, quòd causa & causatum vniuersaliter & formaliter sunt diuersorum ordinum: sed nomine causæ & causati vtimur non pro relationibus seu causalitatibus, sed pro re, quæ est ratio causandi: & similiter pro re, seu forma, quam causatum sortitur à causa: hæ enim res sunt fundamenta similitudinis inter causatum & causam, vt in omnibus. Possunt igitur fundamenta similitudinis inter aliqua dupliciter se habere, vt in litera dicitur. vno modo quòd sint eiusdem ordinis, vt hæc & illa albedo: & hoc & illud animal &c. Et sic similitudo est relatio æquiparantiæ & mutua. Alio modo quòd alterum eorũ formaliter ex propria ratione sit causatũ ab altero: vt imago sortis & sortes. Non enim accidit imagini sortis dependentia à sorte: & sic similitudo non est relatio æquiparantiæ neque mutua: sed reducitur ad tertium genus relatiuorum positum 5. metaphysic. de scientia & scibili &c. Huiusmodi autem causam & causatum constat esse diuersorum ordinum. Impossibile namque est eiusdem ordinis res sic se habere, quòd de ratione formali vnius sit dependentia ab altera: quoniam quicquid est de ratione vnius est de ratione alterius: & econtra.

quæ sunt diuersorum generum: ergo nec similitudo. Non enim dicimus, quòd dulcedo sit similis albedini, sed nulla creatura est eiusdem generis cum Deo, cum Deus non sit in genere, vt suprà ostẽsum est[c]. ergo nulla creatura est similis Deo.

¶Præterea, Similia dicuntur quæ conueniũt in forma: sed nihil conuenit cum Deo in forma: nullius enim essentia rei est ipsum esse, nisi solius Dei: ergo nulla creatura potest esse similis Deo.

¶Præterea, in similibus est mutua similitudo nam simile est simili simile. Si igitur aliqua creatura est similis Deo, & Deus erit similis alicui creaturæ: quod est contra id quod dicitur Isa. 40. Cui similem fecistis Deum.

¶SED CONTRA est quod dicitur Genes. 1. Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. & primæ Ioan. tertio, Cum apparuerit, similes ei erimus.

CONCLVSIO.

¶Cum Deus sit vniuersale agens & principium totius esse, non contentum in aliqua specie, vel genere. creaturæ ei similes sunt non secundum eandem specificam, aut genericam rationem sed secundum aliqualem analogiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum similitudo attendatur secundum conuenientiam vel communicationem in forma: multiplex est similitudo secundum multos modos communicandi in forma. Quædam enim dicuntur similia, quæ communicant in eadem forma secundum eandem rationem & secundum eundem modum: & hęc non solum dicuntur similia, sed æqualia in sua similitudine. sicut duo æqualiter alba dicuntur similia in albedine, & hæc est perfectissima similitudo. Alio modo dicuntur similia, quæ communicant in forma secundum eandem rationem, & non secundum eundem modũ, sed secundum magis & minus: vt minus album dicitur simile magis albo, & hæc est similitudo imperfecta. Tertio modo dicuntur aliqua similia, quæ communicant in eadem forma, sed non secundum eandem rationem, vt patet in agentibus non vniuocis. Cũ enim omne agens agat sibi simile inquantum est agens, agit autem vnumquodque secundum suam formam, necesse est quòd in effectu sit similitudo formæ agentis. Si ergo agens sit contentum in eadem specie cum suo effectu, erit similitudo inter faciens & factum in forma secundum eandem rationem speciei, sicut homo generat hominem: si autem agens non sit contentum in eadem specie, erit similitudo, sed non secundum eandem rationem speciei, sicut ea quæ generantur ex virtute Solis, accedunt quidem ad aliquam similitudinem Solis, non tamen vt recipiant formam Solis, secundum similitudinem speciei, sed secundum similitudinem generis. Si igitur sit aliquod agens, quod non in genere contineatur, effectus eius adhuc magis accedent remote ad similitudinem formæ agentis, non tamen ita quòd participent similitudinem formæ agentis secundum eandem rationem speciei aut generis, sed secundum aliqualem analogiã, sicut ipsum esse est commune omnibus. Et hoc modo illa, quæ sunt à Deo, assimilantur ei inquantum sunt entia, vt primo & vniuersali principio totius esse.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut dicit Dio. 9. c. de di. no. cũ sacra scriptura dicit aliquid nõ esse simile Deo, nõ est contrarium assimilationi ad ipsum. Eadẽ enim sunt similia Deo & dissimilia: similia quidem secundũ quòd imitantur ipsum prout conuenit eum imitari, qui non perfecte imitabilis est. Dissimilia vero secundũ quòd deficiunt à sua causa: non solum secundũ suam intentionẽ & remissionem, sicut minus album deficit à magis albo, sed quia non est conuenientia nec secundum speciem nec secundum genus.

¶Ad secundũ dicendũ, quòd Deus non se habet ad creaturas sicut res diuersorum generum, sed sicut id, quod est extra omne genus & principium omnium generum[c].

¶Ad tertium dicẽdum, quòd non dicitur esse similitudo creaturæ ad Deum propter cõmunicantiam in forma, secundum eandem rationem generis & speciei, sed secundũ analogiam tantũ: prout scilicet Deus est ens per essentiam, & alia per participationem.

¶Ad quartum dicendum, quòd licet aliquo modo concedatur quòd creatura sit similis Deo, nullo tamen modo concedendum est, quòd Deus sit similis creaturæ: quia, vt dicit Dio. 9. cap. de diui. no. In his, quæ vnius ordinis sunt, recipitur mutua similitudo, non autẽ in causa & causato[c]. Dicimus enim quòd imago sit similis homini, & non econuerso. & similiter dici potest aliquo modo, quòd creatura sit similis Deo: non tamen quòd Deus sit similis creaturæ.

¶Vnde patet responsio ad instantiam de causis vniuocis: vbi enim est vniuocatio, ibi non est causa & causatum formaliter & per se, sed materialiter, & per accidens: quoniam forma effectus formaliter non dependet à forma causæ: non enim humanitas, quæ est in sorte formaliter sumpta dependet in esse aut in fieri ab humanitate Platonis patris: sed humanitas fortis, quia est hæc, ideo dependet à patre: & consequenter humanitas, quæ est fundamentum similitudinis inter patrem & filium, non est de genere causæ, aut causati, nisi materialiter, & per accidens: sed est de genere fundamentorum eiusdem ordinis. Quæcunque igitur formaliter sumpta sunt causa & causatum, sunt diuersorum ordinum fundamenta similitudinis, vt subtiliter in litera adducitur: & consequenter est inter ea similitudo imitationis, & non puræ similitudinis: & propterea non est mutua. c 312 c 20

¶Et hoc bene nota, & proportionaliter applica ad materiam de relatiuis non mutuis.

QVAESTIO QVINTA, De bono in communi, in sex articulos diuisa.

DEINDE quæritur de bono. Et primo de bono in communi. Secundo de bonitate Dei.

¶Circa primum quæritur sex. ¶Primo, vtrum bonum & ens sint idem secundũ rem. ¶Secundo, supposito quòd differant ratione tantum, quid sit prius secundum rationem, vtrum bonum, vel ens. ¶Tertio, supposito quòd ens sit prius, vtrum omne ens sit bonum. ¶Quarto, ad quam causam ratio boni reducatur. ¶Quinto, vtrum ratio boni cõsistat in modo, specie, & ordine. ¶Sexto, quomodo diuidatur bonum in honestum, vtile & delectabile.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum bonum differat secundum rem ab ente.*

AD PRIMVM sic proceditur, Videtur quòd bonum differat secundum rem ab ente. Dicit enim Boë. in lib. de hebdoma. Intueor in rebus aliud esse quod sunt bona, & aliud esse quod sunt: ergo bonum & ens differunt secundum rem.

¶Præterea, Nihil informatur seipso: sed bonum dicitur per informationem entis, vt habetur in commen. libri de causis. ergo bonum differt secundum rem ab ente.

a *¶Super Quæstionis quintæ Articulum primum.*

Annota. IN titulo quæstionis statim occurrit dubium circa ordinem ipsius, cur hæc quæstio de bono fiat. Bonum enim neque prius conuenit enti quàm vnum verum &c. neque prius conuenit naturæ diuinæ bonitas quàm vnitas, aut veritas, vt patet. Neque hic ordinantur tractanda de Deo secundum rationem causæ, vt propterea bono debeatur primus locus; quia nominat rationem causæ finalis. Nulla igitur ratio apparet: quare hoc in loco quæstio de bono ordinata sit.

¶Ad hoc dicitur, quòd quæstio de bono dupliciter ordinari potest. Vno modo secundum se, & sic non debetur sibi iste locus vt obiiciendo deductum est: sed quæstionem de perfectione statim quæstio de infinitate sequitur quærens de quantitate perfectionis diuinæ. Alio modo vt est pars tractatus de perfectione: & sic in capitulo de perfectione ordinanda est: & hoc modo in litera ordinatur. Et hoc insinuauit litera iam in principio quæstionis quartæ: vbi tractatus de perfectione inchoatur, & dicitur: Et quia vnumquodque secundum quod perfectum est sic dicitur bonum: Primo agendum est de perfectione diuina: Secundo de eius bonitate. Quasi diceret, quòd propter perfectionem de bonitate tractandum est simul: quoniam in principio quæstionis septimæ, vbi aperiens quod de bono per accidens, id est ratione perfectionis tractauit, dicit, Post considerationem perfectio-

25 1. dist. 8. q.2.art.3 Et veri q.21.art 1.c. & artic.8.

¶ Præterea, Bonum suscipit magis & minus: esse autem non suscipit magis & minus: ergo bonum differt secundum rem ab ente.

¶ SED CONTRA est quod August. dicit in libro de doctrina Christiana, quòd inquantum sumus, boni sumus.

CONCLVSIO.

¶ Bonum & ens idem sunt secundum rem, distincta tamen ab inuicem secundũ rationem: bonum enim rationem appetibilis dicit, quam non importat ens.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd bonum & ens sunt idem secundum rem, sed differunt secundum rationem tantum: quod sic patet. Ratio enim boni in hoc consistit, quòd aliquid sit appetibile. vnde Philosophus in 1. Ethic. dicit, quòd bonum est quod omnia appetũt. manifestum est autem, quod vnumquodq; est appetibile secundum quòd est perfectum: nam omnia appetũt suam perfectionem. Intantum est autem perfectum vnumquodque, inquantum est actu: vnde manifestum est, quòd intãtum est aliquid bonum, inquantum est ens: esse enim est actualitas omnis rei, vt ex superioribus patet [c]. Vnde manifestum est, quòd bonum & ens sunt idem secũdum rem: sed bonum dicit rationem appetibilis, quam non dicit ens.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q; licet bonum & ens sint idem secundũ rem: quia tamen differunt secundũ rationé, non eodem modo dicitur aliquid ens simpliciter & bonũ simpliciter. Nam cum ens dicat aliquid proprie esse in actu: actus autem proprie ordiné habeat ad potentiam: secundum hoc simpliciter aliquid dicitur ens secundum quòd primo discernitur ab eo quod est in potẽtia tantum: hoc autem est esse substãtiale rei vniuscuiusque. vnde per suum esse substantiale dicitur vnumquodq; ens simpliciter: per actus autem superadditos dicitur aliquid esse secundum quid, sicut esse album significat esse secũdum quid. Non enim esse album aufert esse in potẽtia simpliciter, cũ adueniat rei iam præexistenti in actu. Sed bonum dicit ratione perfecti, quod est appetibile: & per consequens dicit rationem vltimi. vnde id, quod est vltimo perfectum, dicitur bonum simpliciter: quod autem nõ habet vltimam perfectionem, quã debet habere, quamuis habeat aliquam perfectionem inquantum est actu, non tamen dicitur perfectum simpliciter, nec bonum simpliciter, sed secundum quid. Sic ergo secundũ primum esse, quod est substantiale, dicitur aliquid ens simpliciter & bonum secundũ quid, id est, inquantum est ens: secundum verò vltimum actum dicitur aliquid ens secundum quid & bonum simpliciter. Sic ergo quod dicit Boët. quòd in rebus aliud est quod sunt bona, & aliud quod sunt, referendum est ad esse bonum & ad esse simpliciter: quia secundum primum actum est aliquid ens simpliciter, & secundũ vltimum bonũ simpliciter: & tamen secundũ primũ actum est quodãmodo bonũ: & secundũ vltimũ actum est quodãmodo ens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum dicitur per informationem, prout accipitur bonum simpliciter secundum vltimum actum.

¶ Et similiter dicendum ad tertium, quòd bonum dicitur secundum magis & minus secũdum actum superuenientem, puta secundum scientiam vel virtutem.

ARTICVLVS II.

a *¶ Vtrum bonum secundum rationem sit prius quàm ens.*

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur quòd bonum secũdum rationem sit prius quã ens. Ordo enim nominum est secundum ordinem rerum significatarum per nomina. Sed Dio. inter alia nomina Dei, primo ponit bonum quàm ens, vt patet in 3. cap. de. di. no. ergo bonum secundũ rationem est prius quàm ens.

¶ Præterea, Illud est prius, secundũ rationem quod ad plura se extendit: sed bonum ad plura se extendit quàm ens: quia vt dicit Dio. 5. c. de di. no. bonũ se extendit ad existentia & nõ existentia, ens vero ad existẽtia tantum. ergo bonum est prius secũdum rationé quàm ens.

¶ Præterea, Quod est vniuersalius est prius secũdum rationé: sed bonũ videtur vniuersalius esse quàm ens: quia bonũ habet rationem appetibilis: quibusdã auté appetibile est ipsũ nõ esse: dicitur enim Mat. 26. de Iuda, Bonum erat ei, si natus non fuisset &c. ergo bonum est prius quàm ens secundum rationem.

¶ Præterea, Non solum esse est appetibile, sed & vita & sapientia & multa huiusmodi: & sic videtur quòd esse sit quoddam particulare appetibile, & bonum vniuersale bonum. ergo simpliciter est prius secũdum rationem quàm ens.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in lib. de causis, quòd prima rerum creatarum est esse.

CONCLVSIO.

¶ Ens, cum prius cadat in conceptione intellectus, quàm bonum, ipso etiam prius est secundum rationem.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd ens secũdum rationé est prius quã bonum. Ratio enim significata per nomẽ est id, quod concipit intellectus de re, & significat illud per vocé: illud ergo est prius secũdum rationé quod prius cadit in cóceptione intellectus. Primo autem in conceptione intellectus cadit ens [c]: quia secũdum hoc vnumquodq; cognoscibile est inquãtum est actu, vt dicitur in 9. metaph. vnde ens est proprium obiectum intellectus: & sic est primum intelligibile, sicut sonus est primum audibile: ita ergo secundum rationem prius est ens quàm bonum.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Dio. determinat de di. no. secũdum quòd important circa Deum habitudinem causæ: nominamus enim Deum vt ipse dicit, ex creaturis, sicut causam ex effectibus: bonum auté cum habeat rationem appetibilis, importat habitudinem causæ finalis, cuius causalitas

nis diuinæ de infinitate &c. Nulla facta métione de bonitate: de qua fecerat duas quæstiones. Quare autem de bonitate sub tractatu de perfectione quæratur, in promptu causa est in litera assignata: quia scilicet, esse perfectum est ratio quòd aliquid dicatur bonum.

Coment. ¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Bonum & ens sunt idem secundũ rem, sed differunt secundum rationem tantum.

Annota. ¶ Antequam probetur conclusio, aduerte nouitie terminos conclusionis differre: nanq; secundum rationem tantũ latitudiné habet. Nam & quæ differunt in modo tantum significandi, vt homo & humanitas, ratione sola differunt. Et multa quæ differunt rationibus diffinitiuis, vt lignum & dolabile, sola ratione differunt. Propterea distingue: quòd differre ratione dupliciter, scilicet ratione significata, seu cócepta. Alio modo ratione concipiéte seu significãte. In proposito est sermo de differentia secũdum rationem significante: ita q; sensus est quòd bonũ & ens differunt secundum suas rationes formales significatas eorum nominibus.

17
22
Coment. c ¶ Probatur ergo conclusio: primo quo ad primam partem sic. Bonũ habet rationem appetibilis: ergo perfecti: ergo entis in actu: ergo entis: ergo bonum & ens sunt idem secũdum rem. Antecedés probatur ex primo Ethi. Prima consequentia probatur: quia omnia appetunt suam perfectionem. Secunda verò relinquitur vt not. Tertia autem probatur: quia esse est actualitas omnis rei. Vltima autem patet. Deinde quo ad secũdam partem. Bonum dicit rationé appetibilis quam non explicat ens: ergo differunt ratione.

¶ Num bonum habeat rationem appetibilis.

Circa antecedés dubitatur, quoniã illud, quod dicitur de aliquo in secũdo modo dicendi per se, non clauditur in ratione illius subiecti, sed econuerso, vt patet primo posteriorũ. Sed appetibile dicit de bono in secundo modo dicendi per se: ergo bonum nõ habet rationem appetibilis, sed ecõuerso. Minor probatur. Tũ quia: ideo aliquid est appetibile, quia bonum, & non econuerso. Tũ quia bonum est obiectũ formale appetitus. Appetibile autem est denominatio extrinseca sumpta ab appetitu, & habent se sicut color & visibile. Constat autem quòd visibile dicitur de colore in secundo modo ex secundo de anima.

¶ Ad hoc potest dici dupliciter iuxta duos modos, quibus accipitur aliquid habere rationé appetibilis, scilicet formaliter & fundamétaliter. Si sumatur ly appetibile formaliter, tunc bonũ dicitur habere rationé eius nõ vt intrinsecã, sed vt passioné: si vero sumatur fundamétaliter, tunc bonũ dicitur habere rationé appetibilis intrinsece: quoniã propria ratio boni est fundamentum & causa propria appetibilitatis: sicut color visibilitatis. Et licet vtraq; glossa sit absolute vera, & prima ex principio cómenti. S. Tho. super libros Ethic. habeatur, secunda tamen in proposito est directe intenta: quoniã de intrinseca boni ratione est quæstio. Sed aduerte hic quòd quãuis quodlibet horũ, quæ in deductione rationis assumpta sunt, scilicet bonum, perfectum, ens in actu, & ens importet fundamentum & causam appetibilis: & propterea cõcluditur identitas realis inter ea solũ, tamen bonum importat proximum fundamentum appetibilis: quia solum bonum significat rem illam, quæ fundat appetibilitaté vt fundat & causat eam: ita quòd quanto aliquid propius accedit ad boni rationem, tanto magis exprimit fundamentum appetibilis, vt patet discurrenti per prædicta. Inter ens siquidem & bonum mediant ens in actu, & perfectum: & constat quòd magis exprimitur ratio appetibilis per ens in actu quàm per ens, quoniam vnumquodque appetitur secundum aliquod esse in actu præsens vel futurum: & adhuc magis per perfectum, quod importat complementum: quia esse in actu appetitur ad complementum, & vltimo per bonum: quia nec complementum ipsum appetitur, nisi quia bonum est aut apparet appetenti. Importat ergo bonũ rationé appetibilis, id est, fundamentum & rationem proximam, quare aliquid sit appetibile: quæ quia eadem est perfectioni, & esse, idem est quod ens: sed quia vt sic non exprimitur ab ente, sed absolute secundum se, ideo distinguitur ab ente ratione formali.

26 1. dist. 18. q. 1. ar. 3. Et 3. cont. capit. 10. Et veri. q. 20. art. 3. Et dio. 3. co. 1.

a *¶ Super Quæstionis quintæ Articulum secundum.*

Annota. In titulo prius secundum rationem, id est secũdum ordinem rationum formaliũ ipsorum: oportet enim ens & bonum cum rationibus distinguantur, quòd secundum eas ordinata sint, non alio proculdubio ordine quàm qui aptus natus est esse inter rationes formales: qui vocatur ordo rationis, & habet consequenter prius & posterius secũdum rationem, & consistit ordo iste in hoc q; ratio scilicet posterior, præsupponit aliam secundum se, nõ econuerso. Ita quòd sensus est, an boni ratio præcedat merito sui ratione entis.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito. Ens est prius secundum rationem quàm bonum. Probatur, vnumquodque est cognoscibile inquantum est in actu: ergo ens est proprium obiectum intellectus: ergo est primum intelligibile: ergo primo cadit in conceptione intellectus: ergo est prius secundum rationé quàm bonum. antecedés probatur ex 9. meta. prima, secunda, & tertia consequentia relinquũtur per se notæ. quarta autem probatur: quia ratio significata per nomen est id quod concipitur de re ab intellectu. omnia clara sunt. Concludit enim ratio hæc non solum quòd ens est prius secundum rationem bono, sed omnibus aliis, vt patet. d 52

¶ Num ens sit prius ordine rationis secundum se, an quo ad nos. Quæstio.

Circa hanc rationé dubiũ occurrit: quia aut intenditur inferre q; ens sit prius ordine rationis secundũ se, aut quo ad nos. Si secundũ se, hoc repugnat suprà dictis in quæst. 3. arti. 1. ibi enim dictũ est in litera, q; Deo nihil est prius neq; secundũ rem, neq; secundum intellectum. Ex hoc auté sensu sequitur quòd ens sit prius Deo secundum rationem: quoniã si ens est primum intelligibile, sicut sonus primũ audibile, oportet cætera esse posteriora intelligibilia, vt patet ex primo poste. quod enim primo cõuenit alicui, cęteris cõuenit ratione illius. Si quo ad nos, tunc non est respõdendo satisfactum quæsito: vertitur nanque in dubiũ an ratio entis secũdum se sit prior ratione boni, & non an quo ad nos sit prior.

¶ Ad hoc

prima est, quia agens non agit nisi propter finem, & ab agente materia mouetur ad formam: vnde dicitur quòd finis est causa causarum. Et sic in causando bonũ est prius quàm ens [c], sicut finis quàm forma: & hac ratione inter nomina significantia causalitatem diuinam prius ponitur bonũ quàm ens. Et iterum quia secundum Platonicos, qui materiam à priuatione non distinguentes dicebant materiam esse non ens, ad plura se extendit participatio boni quàm participatio entis: nam materia prima participat bonum, cum appetat ipsum: nihil autem appetit, nisi simile sibi: non autem participat ens, cum ponatur non ens. Et ideo dicit Dio. quòd bonum extẽditur ad non existentia. ¶ Vnde patet solutio ad secundum. Vel dicendum, quòd bonum extenditur ad existentia & non existentia, non secundum prædicationem, sed secundum causalitatem: vt per non existentia intelligamus nõ ea simpliciter, quæ penitus non sunt, sed ea, quæ sunt in potentia, & non in actu: quia bonum habet rationem finis, in quo non solum quiescunt, quæ sunt in actu, sed ad ipsum etiam ea mouentur, quæ in actu non sunt, sed in potentia tantum: ens autem non importat habitudiné causæ nisi formalis tantum, vel inhærentis, vel exemplaris: cuius causalitas non se extendit nisi ad ea, quæ sunt in actu.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q; non esse secundum se non est appetibile, sed per accidens: inquantũ scilicet oblatio alicuius mali est appetibilis: quod malum quidem aufertur per non esse: ablatio verò mali non est appetibilis, nisi inquantum per malum priuatur quoddam esse. Illud igitur, qđ per se est appetibile, est esse: nõ esse verò per accidens tantum [c]: inquantũ scilicet quoddã esse appetitur quo homo non sustinet priuari, & sic etiam per accidens non esse dicitur bonum. ¶ Ad quartum dicendũ, quòd vita & sciẽtia, & alia huiusmodi sic appetuntur, vt sunt in actu. vnde in omnibus appetitur quoddã esse, & sic nihil est appetibile nisi ens, & per cõsequẽs nihil est bonũ nisi ens.

ARTICVLVS III.

a *¶ Vtrum omne ens sit bonum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nõ omne ens sit bonum. Bonum enim addit supra ens, vt ex dictis patet [c]. Ea verò, quæ addũt aliquid supra ens, contrahunt ipsum: sicut substantia, quãtitas, qualitas, & alia huiusmodi. ergo bonũ contrahit ens: nõ igitur omne ens est bonũ.

¶ Præterea, Nullum malũ est bonum. Isaiæ 5. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum. sed aliquod ens dicitur malum: ergo non omne ens est bonum.

¶ Præterea, Bonum habet rationem appetibilis: sed materia prima non habet rationem appetibilis, sed appetentis tantum. ergo materia prima non habet rationem boni: nõ igitur omne ens est bonum.

¶ Præterea, Philosophus dicit in 3. meta. quòd in mathematicis non est bonũ: sed mathematica sunt quædam entia, alioquin de eis non esset scientia: ergo non omne ens est bonum.

¶ SED CONTRA, omne ens quod nõ est Deus, est Dei creatura: sed omnis creatura Dei est bona, vt dicit 1. ad Tim. 4. c. Deus verò est maximè bonus: ergo omne ens est bonum.

CONCLVSIO.

¶ Omne ens inquantum ens, est bonum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd omne ens inquantũ est ens, est bonum. ¶ Omne enim ens inquantum est ens, est in actu, & quodammodo perfectum: quia omnis actus perfectio quædam est: perfectum vero habet rationem appetibilis & boni, vt ex dictis patet [c]: vnde sequitur omne ens inquãtum huiusmodi bonum esse.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd substantia, quantitas, & qualitas, & ea quæ sub eis continentur, contrahunt ens applicando ens ad aliquam quidditatem, seu naturam sic autem nõ addit aliquid bonum super ens, sed rationem tãtum appetibilis & perfectionis, quod conuenit ipsi esse in quacunque natura sit, vnde bonum non contrahit ens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nullum ens dicitur malum inquantum est ens, sed inquãtum caret quodam esse, sicut homo dicitur malus inquantum caret esse virtutis, & oculus dicitur malus inquantum caret acumine visus. ¶ Ad tertium dicendum, quòd materia prima sicut non est ens nisi in potentia, ita nec bonum nisi in potentia.

¶ Licet secundum Platonicos dici possit quòd materia prima est non ens propter priuationem adiunctam, sed tamen participat aliquid de bono, scilicet ipsum ordinem vel aptitudinem ad bonum: & ideo non conuenit sibi quòd sit appetibile, sed quòd appetat. ¶ Ad quartum dicendum, quòd mathematica non subsistunt separata secundum esse, quia si subsisterent, esset in eis bonum scilicet ipsum esse ipsorum. sunt autem mathematica separata secundum rationem tantum, prout abstrahuntur à motu & à materia [c]: & sic abstrahuntur à ratione finis

¶ Ad hoc potest dupliciter dici. Primò quòd ens potest comparari ad alia, quæ sunt sui ordinis, id est ad alias rationes formales, & potest cõparari ad res ipsas subsistentes. Si entis ratio comparetur ad alias rationes accipiendo rationes rerum vt distinguuntur contra res ipsas: sic ens est primum intelligibile secundum se, & cætera sunt posteriora secundum intellectum. Sed inter ly cætera nõ clauditur quòd quid erat esse Dei, quoniã non potest esse ita ratio quin sit res, quia non potest abstrahere ab existentia cũ sit ipsum esse. Sed si en-
28 tis ratio comparetur & ad rationes & ad res, tunc non est simpliciter primũ intelligibile, sed deitas est primum intelligibile. Ita quòd intelligibilitas prius inest Deo quã enti, imo inest enti: quia inest Deo. Non enim Deus participatiue est intelligibilis. Et sic vterque textus saluatur, quoniã ibi Deus absolute dicitur primum secũdum intellectum, hic vero ens dicitur primum inter rationes formales.

¶ Secundo potest dici quòd hic accidit amphibologia in ly quo ad nos: quoniam potest determinare vel ordinem vel intelligibilia. Si determinat ordinem, tunc distinguitur contra ordinem secundum se. & sic procedit obiectio: & respõdendum est, quòd intenditur de ordine secundum se, quoniam vt patet ex titulo, non est hic quæstio de ordine cognitionis, quid scilicet prius à nobis cognoscatur: sed de ordine rationis, cuius scilicet ratio formalis sit prior. Si determinat intelligibilia, tunc distinguit intel-
113 ligibilia nostra à nõ intelligibilibus à nobis. Et iuxta hũc sensum dicendum est, quòd hic quæritur de intelligibilibus quo ad nos, id est, de intelligibilib9 nostris, seu à nobis: ita sed quòd sermo præsens est de ordine secundum se nostrorum intelligibilium: & secundũ hoc ens est primum secundũ se intelligibile inter intelligibilia à nobis. Deus autem est primum intelligibile simpliciter. Et hic sensus consonat superficiei literę loquenti de obiecto intellectus nostri, dum significare per vocé admiscet. Quãuis hoc non cogat, quin sequentia de intellectu absolute inquantum intellectus est, cuius tantum obiectum proprium constat esse ens, interpretanda sint: omnis nanque intellectus secundum naturam propriam sumptus, aliud sortitus est proprium obiectum. Diuinus siquidem deitatem, angelicus propriam substantiam, humanus quòd quid est rei materialis, &c. vt suis locis patebit.

1. contra. c. 37. 79. & 40. Et lib. 3. capit. 20. Et veri. q. 21. ar. 2. & 5. 25

a *¶ Super Quæstionis quintæ Articulum tertium.*

Annota. In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, omne ens inquantum ens est bonum, & additur ly inquantum in conclusione ad ostendendum quòd non per accidens, sed per se conuenit omni enti esse bonum. probatur sic: omne ens vt sic est actu, ergo perfectum: ergo appetibile & bonum. omnia clara sunt. Prima consequentia probatur, quia omnis actus perfectio quædam est.

¶ In responsione ad quartum aduerte, quòd litera duo dicit. ¶ Primo nanque verificat assignando rationem quare mathematica non sunt bona. Secundo respondet argumento.

¶ Primum quidem fundatur super hoc, quòd res sunt bonæ (vt infrà patebit) aut quia sunt, aut quia talia sunt, aut quia ordinantur in bonum: mathematica autem vt sic abstrahunt ab his omnibus. Ab esse quidem: quia vt sic non sunt: ab esse autem tali, eadem ratione: quoniam esse tale supponit esse: ab ordine autem ad bonum, quia abstrahunt à fine. Probatur, finis habet rationem mouentis: hæc autem abstrahunt à materia & motu.

1 *Num mathematica bona non sint, quia non subsistunt separata.*

2 *Num mathematica à fine abstrahant, quia abstrahunt à materia, & à motu.*

Quæstio prima. Circa hãc parté occurrũt duo dubia. Primũ est circa illã rationé: q; ideo mathematica nõ sunt bona prima bonitate, quia nõ subsistunt separata: si enim hæc ratio valet, sequitur q; nulla res in vniuersali sumpta est bona: quoniã nulla res vniuersaliter sumpta subsistit per Peripateticos: cõsequés est falsum: ergo.

Quæstio secunda. ¶ Secundum dubium est circa illã rationem, quòd ideo mathematica abstrahũt à fine, quia abstrahunt à materia & motu: quia finis habet rationé mouentis. dupliciter enim deficere videtur hæc ratio. Primo, quia sequeretur q; metaphysicalia abstraherent à fine: quia magis abstrahunt à materia & motu quàm mathematica. ¶ Secundo: quia æquiuocatur de motu: quoniam finis nõ habet rationem mouentis motu proprie dicto, à quo abstrahit mathematicus, sed motu metaphorice dicto, quamuis ergo cóclusio sit vera, ratio tamen nulla est.

Ad primum. ¶ Ad primum dubiũ dicitur, quòd mathematica possunt sumi dupliciter. Vno modo secundũ id quod sunt absolute, & sic idem est iudiciũ de eis & naturalib9 quo ad esse & bonitatem. Non enim triangulus magis abstrahit ab esse quàm albedo: & sic de eis non est hic sermo: sed dici de ipsis potest quòd sunt bona eo modo, quo entia, scilicet secũdum sua indiuidua in rerum natura existentia &c. Alio modo considerantur vt mathematica sunt inquãtum subsunt tali abstractionis modo, & sic negatur par esse iudiciũ de eis & de aliis rebus in vniuersali sumptis. 13 ¶ Ad cuius euidentiam scito, quòd licet omnia vniuersalia in hoc conueniant, quòd non subsistunt in sua vniuersalitate, inter vniuersalia tamen physica, mathematica, & metaphysica magna est differentia, quo ad subsistere in suis abstractionibus propriis. Metaphysicalia nanque secundum propriam abstractioné sumpta subsistunt, quoniam habẽt in rerum natura indiuidua abstrahẽtia ab omni materia sensibili & intelligibili, vt patet de intelligentiis. Mathematica vero secundum propriã abstractioné sumpta nõ existunt, quoniam nullũ habent in rerum natura indiuiduum abstrahens b 424 à materia sensibili. Non enim inuenitur hæc linea, nisi in terminatione corporis sensibilis. Naturalia autem cum nullam habeant propriã abstractionem, sed eam tantum, quæ cõmunis est omnibus scibilibus, scilicet qua vniuersale abstrahit à particulari, manifeste patet quòd subsistunt in rerũ natura dum habent indiuidua subsistentia cũ materia sensibili, & cæteris cõditionibus in vniuersali scitis. Cum ergo in litera dicitur, quòd mathematica nõ subsistunt, non est interpretandum quòd vniuersalia mathematica vniuersaliter sumpta nõ subsistunt. hoc enim esset ridiculũ pro ratione afferre: sed quòd mathematica, vt sic particulariter sumpta nõ subsistunt: seu quod idem est, quòd mathematica vt sic nõ habent aliquod indiuiduum existens in rerũ natura. Et propterea neq; sunt in vniuersali, neq; in particulari: ac per hoc bona esse non possunt, quod de aliis rebus vniuersaliter sumptis dici nõ potest. Et sic patet nullitas consequentiæ ad oppositum factæ: & quare singulariter dicatur de mathematicis quòd non habent esse.

Ad secundum. ¶ Ad secundũ vero dubiũ respõdetur, q; quia sermones semp interpretandi sunt secundũ subiectã materiã, ideo quãuis nõ valeat cõsequẽtia, abstrahit à materia & motu, ergo à fine, vt patet in 12. meta. tex. 37. vbi ponitur finis in immobilib9: valet tamen cõsequentia hæc, mathematica abstrahunt à materia & motu: ergo à fine: quia mathematica non sunt nata habere finé nisi materiæ & motus: quoniã secundũ ré sunt entia naturalia: si enim abstrahũt à materia & motu, oportet ea abstrahere à fine materię & motus. Et si abstrahunt à tali fine, abstrahũt totaliter à fine: quia nõ sunt nata habere alio modo finé. Et per hoc patet etiã responsio ad secundã obiectioné. Cũ enim dicitur, finis habet rationé mouentis, ly mouentis, potest significare puram causalitatem finis: & sic æquiuoce dicitur mouens à motu proprie dicto, sed sic non sumitur hic. Potest quoque significare,

& cau

qui habet rationem mouētis. Non est autem inconueniens, quòd in aliquo ente secundum rationem non sit bonum vel ratio boni, cum ratio entis sit prior quàm ratio boni, sicut suprà dictum est[e].

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum bonum habeat rationem causæ finalis.*

2. dist. 38. lit. 3. Et 3. contra. c. 40. fin. Et lib. 3. c. 16. 17. & 19. Et veri. q. 2. artic. 1. c. 2. 4.

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur quòd bonum non habeat rationem causæ finalis, sed magis aliarū. Vt enim dicit Dio. 4. ca. de. di. no. bonum laudatur vt pulchrum, sed pulchrum importat rationem causæ formalis: ergo bonum habet rationem causæ formalis.

¶ Præterea, Bonum est diffusiuum sui esse, vt ex verbis Dio. accipitur: quibus dicit, quòd bonum est ex quo omnia subsistunt & sunt: sed esse diffusiuum importat rationem causæ efficientis: ergo bonum habet rationem causæ efficientis.

¶ Præterea dicit Augustin. in primo de doc. Christ. quòd quia Deus bonus est, nos sumus: sed ex Deo sumus, sicut ex causa efficiente: ergo bonum importat rationem causæ efficientis.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in secundo physic. quòd illud cuius causa est, est sicut finis & bonum aliorum: bonum ergo habet rationem causæ finalis.

CONCLVSIO.

¶ *Bonum, cùm rationem appetibilis habeat, finalis quoque causæ rationem habere oportet.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cū bonum sit quod omnia appetunt; hoc autem habet rationem finis: manifestū est quòd bonum rationem finis importat; sed tamē ratio boni præsupponit rationem causæ efficientis, & rationem causæ formalis. Videmus enim quòd id quod est primum in causando, vltimum est in causato. ignis enim primo calefacit quàm formam ignis inducat: cum tamen calor in igne cōsequatur formam substantialem: in causando autem primum inuenitur bonum & finis, qui mouet efficientem: secundo actio efficientis mouens ad formam: tertio aduenit forma vnde econuerso esse oportet in causato: quòd primū sit ipsa forma, per quam est ens: secundo consideratur in ea virtus effectiua, secundum quòd est perfectum in esse: quia vnumquodque tunc perfectum est, quando potest sibi simile facere, vt dicit Philosophus in quarto meteororū. tertio consequitur ratio boni, per quam in ente perfectio fundatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd pulchrum & bonum in subiecto quidem sunt idem: quia super eandem rem fundantur, scilicet super formā: & propter hoc bonum laudatur vt pulchrum, sed ratione differūt: nam bonum proprie respicit appetitum: est enim bonum quod omnia appetunt: & ideo habet rationem finis: nam appetitus est, quasi quidā motus ad rem. pulchrum autem respicit vim cognoscitiuam: pulchra enim dicuntur quæ visa placēt: vnde pulchrum in debita proportione consistit[c]: quia sensus delectatur in rebus debitæ proportionatis: sicut in sibi similibus: nam & sensus ratio quædam est: & omnis virtus cognoscitiua. & quia cognitio fit per assimilationem, similitudo autem respicit formam: pulchrum proprie pertinet ad rationem causæ formalis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonum dicitur diffusiuum sui esse eo modo, quo finis dicitur mouere.

& causalitatem finis & effectum eius: & tunc æquiualet huic quod dico, causantis motum: & sic sumitur in proposito, nec est aliqua æquiuocatio, sed sumitur vtrobiq; motus proprie. Et specificatur qualis finis est mathematicorum, quasi diceret, quòd quia finis mathematicorum habet rationem mouentis, id est, causantis motum proprie dictum, sicut & finis naturalium: consequens est quòd si mathematica abstrahāt à materia, & motu, q̄ abstrahant à fine. Et sic ex eadem radice soluitur vtraque obiectio.

Annota. 26 ¶ Secundò in eadem responsione satisfaciat argumento: & argumentum quidem est hoc: mathematica non sunt bona: mathematica sunt entia: ergo quædam entia non sunt bona, in secundo tertiæ figuræ. responsio autem consistit in negatione argumenti: quoniā sophisma est figuræ dictionis, vel a secundum quid ad simpliciter: ly nāque mathematica videtur significare entia: & tamen significat entia sic abstracta: & propterea in litera & negatur conclusio illata, scilicet quòd quædam entia non sunt bona: & conceditur conclusio quæ deberet inferri, scilicet quòd quædam entia, vt subsunt tali abstractioni, nō sunt bona. Nec hoc inconuenit vt in litera dicitur: quia ratio entis etiam abstrahit à ratione boni: sicut quia ratio hominis est prior risibilitate; potest sumi homo in aliquo priori: quia in primo modo dicendi per se in quo conuenit sibi esse animal rationale; & non conuenit sibi esse risibilem. Nec potest tamen inferri: ergo aliquis homo non est risibilis: sed ergo aliquis homo in aliquo priori abstrahit à risibili: in quo non abstrahit ab hominis ratione,

Num mathematica, si non sint formaliter nec actu, nec potentia, possibile sit ea rationem entis habere.

Quæstio. CIrca hanc partem occurrit dubium, quomodo stent ista duo simul: mathematica formaliter loquendo non sunt nec in actu, nec potentia, vt dictum est: & mathematica habent rationem entis, cum ens non dicatur nisi de eo quod est in actu vel potentia.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd hæc duo sane intellecta stant simul. prima enim non negat esse vniuersaliter, sed negat esse sic, scilicet in tali abstractionis modo. Triangulus enim abstractus à materia sensibili nec est, nec esse potest, scilicet secundum talem essendi modum in rerum natura. Et hoc est quod in principio huius responsionis dicitur. Secunda autem affirmat in confuso aliquod esse. Constat autem, quòd cum negatione vnius modi essendi stat affirmatio essendi in communi de eodem subiecto: quia potest verificari secundum alium essendi modum mathematica, ergo & non sunt entia tali modo & sunt absolute entia.

¶ Et si instetur ad propositum, ergo eodem modo dicendum est, quòd non sunt bona tali modo: sed sunt absolute bona: & consequenter male dicitur quòd mathematica nō sunt bona: neganda est sequela: quoniam ad hoc quòd aliquid habeat formaliter rationem entis, sufficit quòd in se sit tale quod ei non repugnet esse in rerum natura, quocunque id modo eueniat, siue secundum suam abstractionem siue non. Ad hoc autem quòd habeat formaliter rationem boni vltra hoc exigitur, quòd ipsum sumatur in ordine ad esse, vel ad finē &c. Modo triangulus & cætera mathematica secundum suas quidditates hoc possident, quòd eis non repugnat existere, & propterea entis rationem formaliter retinent: sed quia non considerantur in ordine ad esse & finem in rerum natura, ideo abstrahunt à boni ratione formaliter, non fundamentaliter, & propterea in eis esse negatur. Cuius signum manifestum est, quòd nulla ibi conclusio demonstratur propter bonum aut melius esse. Nulla ibi demonstratio per causam finalem aut effectiuam, quæ respiciunt esse in rerum natura: sed tantum per formalem: illa enim est propria bono, hæc enti.

a ¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum quartum.*

Annota. IN titulo habere rationem causæ finalis non sumitur hic identice, sed dupliciter: scilicet in actu signato, & in actu exercito. ☞ Si primo modo habere rationem causæ finalis intelligitur, sumitur fundamentaliter fundamento proximo. Non enim quæritur vtrum bonum sit ratio causæ finalis, sed an sit propriū fundamentum illius. Quid autem sit ratio causæ finalis ex secundo physic. & quinto metaphy. patet, scilicet cuius gratia aliquid fit, aut est. ☞ Vnde sensus tituli est, an res eo quia bona vendicet sibi hoc proprium quod sit cuius gratia. Si vero secundo modo intelligitur, tunc habere rationem causæ finalis sumitur formaliter: ita quòd sensus tituli est, Vtrum bonum formaliter sit formaliter ipsa ratio finis in actu exercito, id est, exerceat causalitatem finalem: verbi gratia. si dicatur quòd a sit: aut est simpliciter aut tale, quia est bonum; an ex hoc ipso reddatur causa finalis.

☞ Et hic sensus est in iudicio meo intentus: quia formalis est, & tanto dignus ingenio. Et responsio ad hoc tendit.

Num res habeat rationem causæ finalis in intentione, vel in executione.

Quæstio. CIrca hanc determinationem aduerte breuiter veritatem, quam hinc habes de illa quæstione, vtrum res sit causa finalis in intentione, aut in executione &c. Cum enim hic habeas, quod in secundo quoq; physicorū habetur, quòd bonum importat finis rationem in actu exercito. quod etiā inductiue probatur: dū omnis ratio propter bonum, aut melius, finem affert, oportet vt eadem ratione rem aliquam finem dicas, qua bonam eam asseris: ex supradictis autē patet quòd bonum formaliter vnumquodq; dicitur & est ratione esse: finis igitur rationem habet res ratione esse: ita q̄ sicut forma est ratio causandi effectiue: existere autē est conditio formæ efficiētis: ita esse est ratio causandi finaliter: esse autē in intentione est conditio esse causantis finaliter: esse autem in executione non est finis, sed terminus & effectus, tā finis, quàm efficientis. 209

☞ Et hoc inductione, nō ratione eget: sanitas enim, scientia, balneum &c. appetitur vt insit, vt habeatur &c. non in intentione, sed secundum esse naturale ipsius: & sic esse est ratio quòd appetatur res: quod idem est quod finalizare: sed nunquam aliquid horū finalizaret trahendo appetitum ad se, nisi esset in intētione, vt patet. ex hoc autem experimur sequi executionē rei, quæ vt finis mouet. Et hoc voluit Auer. 12. metaphy. cō. 36. Et hoc bene penetratū soluit omnes difficultates apud intellectū abstrahētem rē ab esse extra animā, ab esse in executione, & ab esse in intentione modo prædicto.

Coment. ¶ In corpore duo. Primo respondetur quæsito. Secundo excluditur tacita obiectio. Quo ad primum est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Bonum habet rationem causæ finalis. Probatur. appetibile habet rationem finis: bonum est appetibile: ergo bonum habet rationem finis.

¶ Quo ad secundum tacita obiectio est hæc: superius iam determinatū est quòd bonum non habet rationem primi, sed vltimi potius. Modo autem dicitur, quòd habet rationem causę finalis, quā constat habere rationem primi: cū finis sit causa causarum: quomodo ergo stāt hæc simul, quòd bonum habeat rationem vltimi & primi? Hanc obiectionem excludendo, primo ponit responsionem: deinde probat ipsam. Responsio est quòd bonum est vltimum in essendo, primum autem in causando: quamuis in litera prima pars respōsionis huius tantum proponatur. Probatio etiam: primum in causando est vltimum in essendo: finis est primum in causando: ergo finis est vltimum in essendo: sed bonum habet rationem finis: ergo maior probatur ex testimonio sensibilium: in quibus primum in causando est, vltimum in causato, vt patet in igne & calore: ergo absolute primum in causando est, vltimum in essendo.

Annota. ¶ Circa maiorem aduerte terminos: quòd ly *primum* & *vltimum* denotant in proposito ordinem generationis: & supponunt pro formis seu rationibus formalibus, quæ sunt principia causandi & essendi: ly vero in causando sumitur vt distinguitur cōtra in essendo: supponitur siquidem hic duplicem dari ordinem generationis inter res. Alterum in causando, alterū in essendo. Et ille quidē attēditur penes prius & post causare, iste vero penes prius & post esse: ita quòd illa res est prior in causando, cuius causalitas nō pendet à causalitate alterius, sed econuerso: & similiter illa res est prior in essendo, cuius esse nō præsupponit esse alterius, sed econuerso. Est ergo sensus maioris, quòd res prior ordine generationis quo ad causalitatem est posterior ordine generationis quo ad esse.

¶ Circa probationem maioris aduerte, quòd ordo rerum in essendo potest considerari absolute: & sic sumitur in maiore: & potest considerari in tali genere puta causatorum: & sic sumitur in probatione maioris: ita quòd ab ordine in essendo inuento inter fundamenta prioris & posterioris causæ, puta caloris & formæ ignis in causato, manu ducere nos voluit ad ordinem in essendo simpliciter. Non enim intendebat maiorem ex vi probationis inferre, sed ostendere quòd non oportet eundem ordinem esse inter res in essendo, qui est in causando, nec econuerso: quod sufficienter ex illa probatione fit. Et rursus intendebat ad intelligibilia hæc, ex sensibilium testimonio eleuare: quod satis hic fit.

Num primum in causando sit vltimum in essendo.

Quæstio. CIrca huius maioris & totius rationis vim, dubium occurrit: quia aut hic est sermo de ordine in causando & essendo absolute, aut respectu huius & in hoc. Si absolute, maior est falsa. Tum quia vltimus finis omnium: puta Deus est primum in causando, & tamen non est vltimum, sed primum quoque in essendo. Tum etiam in exemplo literæ. Forma ignis non solum est primum in essendo

257 118 c ¶ Ad tertium dicendum, quòd quilibet habens voluntatem, dicitur bonus, inquantum habet bonam voluntatem: quia per voluntatem vtimur omnibus, quæ in nobis sunt[c]: vnde non dicitur bonus homo, qui habet bonum intellectum, sed qui habet bonam voluntatem: voluntas autem respicit finem, vt obiectum: & sic quod dicitur, quia Deus est bonus sumus, refertur ad causam finalem.

ARTICVLVS QVINTVS.

a ¶ *Vtrum ratio boni consistat in modo, specie, & ordine.*

19 veri. q. 21. ar. 6.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ratio boni non consistat in modo, specie, & ordine. Bonum enim & ens ratione differunt, vt suprà dictum est[c]: sed modus, species & ordo pertinere ad rationem entis videntur: quia sicut dicitur Sapi. 2. Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti. Ad quæ tria reducuntur, species, modus & ordo[c]: quia, vt dicit Augu. 4. super Gene. ad literam, Mensura omni rei modum prefigit: & numerus omni rei speciem præbet: & pondus omnem rem ad quietem & stabilitatem trahit. ergo ratio boni non consistit in modo, specie, & ordine. ¶ Præterea, Ipse modus, species, & ordo bona quædam sunt: si ergo ratio boni consistit in modo, specie & ordine, oportet etiam q̄ modus habeat modum, speciem & ordinem, & similiter species et ordo: ergo procederetur in infinitum. ¶ Præterea, Malum est priuatio modi, & speciei, & ordinis: sed malum non tollit totaliter bonum: ergo ratio boni non consistit in modo, specie, & ordine. ¶ Præterea, illud in quo consistit ratio boni, non potest dici malum, sed dicitur malus modus, mala species, malus ordo: ergo ratio boni non consistit in modo, specie, & ordine. ¶ Præterea, Modus, species, & ordo ex pondere, numero & mensura causantur vt ex autoritate Augu. inducta patet[c]: non autem omnia bona habent pondus, numerum, mensurā. dicit enim Ambr. in hexam. quòd lucis natura est, vt non in numero, nō in pondere, nō in mensura creata sit: non ergo ratio boni consistit in modo, specie, & ordine.

¶ SED CONTRA est quod dicit Augu. in lib. de natura boni, Hæc tria, modus, species, & ordo, tanquam generalia bona sunt in rebus à Deo factis: & ita hæc tria vbi magna sunt, magna bona sunt: vbi parua, parua bona sunt: vbi nulla, nullum bonum est. quod non esset nisi ratio boni in eis consisteret. ergo ratio boni consistit in modo, specie, & ordine.

CONCLVSIO.

¶ *Bonum omne, cum sit per suam formam, quam principiorum commensuratio præcedit, & quam sequitur inclinatio vel ad opus, vel ad finem, cōsistit in modo, id est, principiorum exigit debitam proportionem: specie, id est, forma, per quam est: et ordine, id est, exigit inclinationem ad aliquid.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vnumquodque dicitur bonum inquantum est perfectum: sic enim est appetibile, vt suprà dictum est[c]: perfectum autem dicitur, cui nihil deest secundum modum suæ perfectionis. cùm autem vnumquodque sit id, quod est per suam formā: forma autem præsupponit quædam, & quædam ad ipsam ex necessitate consequuntur, ad hoc q̄ aliquid sit perfectum & bonū, necesse est quod formam habeat, & ea quæ cōsequūtur ad ipsam. Præexigitur autem ad fornam determinatio siue commensuratio principiorum seu materialium, seu efficientium ipsam: & hoc significatur per modum: vnde dicitur q̄ mēsura modum præfigit. Ipsa autem forma significatur per speciem[c]: quia per formam vnumquodque in specie constituitur: & propter hoc dicitur q̄ numerus speciem præbet: quia diffinitiones significantes speciem sunt sicut numeri secundum philo. in 8. meta. Sicut enim vnitas addita vel subtracta variat speciem numeri, ita in diffinitionibus differentia apposita vel subtracta[c]. Ad formam autem consequitur inclinatio ad finem, aut ad actionem, aut ad aliquid huiusmodi: quia vnumquodque inquantum est actu, agit & tendit in id quod sibi conuenit secundum suam formam: & hoc pertinet ad pondus & ordinem: vnde ratio boni secundū quod consistit in perfectione, consistit etiam in modo, specie, & ordine.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ ista tria non consequuntur ens, nisi inquantum est perfectum, & secundum hoc est bonum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd modus, species, & ordo eo modo dicuntur bona, sicut & entia: non quia ipsa sint quasi subsistentia, sed quia eis alia sunt & entia & bona: vnde non oportet q̄ ipsa habeant aliqua alia, quibus sint bona: nō enim sic dicūtur bona quasi formaliter aliis sint bona, sed quia ipsis formaliter aliqua sunt bona[c]: sicut albedo nō dicitur ens, quia ipsa in aliquo sit, sed q̄a ipsa aliquid est secundum quid vt album.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quodlibet esse est secundum formam aliquam: vnde secundum quodlibet esse rei consequuntur ipsam modus, species, & ordo: sicut homo habet speciem, modum, & ordinem inquantum est homo: & similiter inquantum est albus, habet similiter modum, speciē, & ordinem: & inquantum est virtuosus, & inquantum est sciens, & secundum omnia, quæ de ipso dicuntur. Malum autē priuat quoddam esse, sicut cæcitas priuat esse visus: vnde non tollit omnem modum, speciem, & ordinem, sed solum modum, speciem, & ordinem, quæ consequuntur esse visus.

¶ Ad quartum dicendum, q̄ sicut dicit Aug. in lib. de natura boni, omnis modus inquantum modus bonus est: & sic potest dici de specie & ordine: sed malus modus, vel mala species, vel malus ordo, aut ideo dicuntur, quia minora sunt quàm esse debuerunt: aut quia non his rebus accommodantur, quibus accommodanda sunt: & ideo dicuntur mala, quia sunt aliena & incongrua.

¶ Ad quintum dicendum, q̄ natura lucis dicitur esse sine numero, & pondere, & mensura, non simpliciter, sed per comparationē ad corporalia: quia virtus lucis ad omnia corporalia se extendit inquantum est qualitas actiua primi corporis alterantis, scilicet cæli.

in essēdo, sed etiā in causādo: nā prius forma ignis causat formaliter ignē, siue causātē siue causatū, q̄ calor effectiue calefaciat: et simile est in omnib[9], sēp enī forma pręuenit & in esse & in causalitate formali. Si aūt respectu hui[9] aut in hoc: ergo non habet intentum. Intēdit enī absolute ordinē boni ad alia assignare: & nō in hoc vel illo ¶. Ad hoc dicit q̄ hic sermo est de ordine & in causādo & in essēdo absolute, sed obiectio peccat. Tū q̄a male interpretat̄ maiorem: nō enī intēdimus quòd primū in causādo illud idē numero sit vltimum in essendo, respectu eorum, quorum est primū in causando: hæc enim vniuersalis est impossibilis: nec eam somniauimus: sed intendimus illud idem secundum rationem formalem, siue eandem specie, siue eandem genere, siue eādem secūdū analogiā sit vltimū in essendo in ordine eorum, quorū est primū in causando. Et hoc modo ratio bonitatis diuinæ est prima in causando finaliter: & ipsamet secūdū analogiā est vltima in essendo in re qualibet: vt patet ex articulo primo in responsione ad primū. Tū quia testimonium ex sensibilibus in litera adductum peruertit. vt enim iam dictum est, sensibilia hic adducta sunt, vt ex ordine in causando hoc & in essendo in hoc causato, perciperemus ordinē in causando simpliciter: & in essendo simpliciter, nō esse eundem. Vnde licet forma substātialis ignis sit prior in essendo & in causando simpliciter quàm calor, non tamen est prior in causando hoc, id est, hunc ignem generandum. Prius enim ordine generationis est calefactio quàm generatio formæ ignis. Alteratio enim preuia est generationi: & tamen primum quod sortitur hic ignis genitus est forma ignis, & calor cōsequitur formam: sicut vniuersaliter propria accidentia cōsequuntur formam. At si in sensibilibus ordinem simpliciter cupis inspicere, aduerte quòd causalitas formalis pendet necessario ex effectiua: & liquebit quæsitum. Licet enim in hoc sensibili primum sit quod quid erat esse, quod spectat ad causam formalem: nulla tamen forma aut quidditas vere habet causalitatem formalem secundum rem, nisi ab aliqua causa sit effectiua: quam oportet propter finem agere. cum enim forma non sit causa formalis sui ipsius, sed alterius, puta compositi: & omne compositum vt in quæstione tertia dictum est: & Auer. in 12. meta. comment. 25. testatur, ab alio sit: oportet ante omnem causalitatem formalem esse effectiuam, & ante hanc finalem: in essendo tamen primo inuenitur & in causa forma, & in effectu similitudo formæ. secundo in causa vis actiua, & in effectu eius participatio. tertio in causa bonitas, & in effectu complementum, quod est participatio bonitatis. Et sic simpliciter præposterus est ordo in essendo, & in causando. Pro notitia tamen literæ in calce scito nouitie, quòd duplicis perfectionis meminit, scilicet in esse & absolute & intendit per perfectū inesse, perfectum substātialiter: perfectionem verò absolute, quam dicit in ente fundari, per boni rationem, perfectionem rei simpliciter, seu totalē: hæc enim secūdū boni simpliciter rationē attēdit vt ex suprà dictis patet: tunc enī nihil omnino deest.

25 244 a arg. 35

a ¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum quintum.*

IN titulo nota terminos. Ratio boni non vniuersaliter sed causati: vt patet in articulo sequenti: in Deo enim non habent hæc locum. Et rursus ratio boni non quomodolibet, sed boni vt quod. Modus, species & ordo: Trifariam inuenitur S. Thom. vsum fuisse his terminis. *Annota.* Hic siquidē in corpore per modum intendit commensurationem principiorum efficientium seu materialiū: per speciem formam, per ordinē inclinationem ad aliquid. In prima verò secundæ quæst. 85. art. 4. per speciem intendit formam absolute: per modum mēsuram ipsius formæ. Species enim rerū sunt mensuratæ sicut numeri. per ordinem verò respectum ad aliud. 244 In q̄ō. autem de veritate quæstio. 21. intendit per speciem formā: per modū commēsurationē ipsius esse ad essentiam, cuius est. Ordinem verò penes respectum perfectiui finaliter in ratione boni clausum. 155 Quæ tres expositiones, quāuis valde differre videantur quo ad vnum terminum, scilicet ly modus, si tamen subtilius perscrutemur, in vnum coeūnt: commensuratio nāque principiorum, mensura formæ, & commensuratio esse ad essentiā, mutuo se inferunt: ex tali enim principiorū harmonia tantæ perfectionis forma est: & ex tanta forma tantū esse secundum ordinem generationis: secundum verò perfectionis seu finis ordinē: si tantæ perfectionis esse est producendum: ergo tantæ perfectionis formā ac essentiā oportet supponi: & si hanc: ergo talē præcedentium principiorū dispositionem. 33. c. 51. a. 248. Cōsistat rationem boni consistere in modo, specie & ordine, dupliciter potest intelligi. Vno modo vt in partibus essentialibus, sicut ratio hominis consistit in animali & rationali. Alio modo vt in partibus integralibus non rationis, sed proprie eius materiæ, sicut ratio hominis consistit in carnibus, ossibus & neruis. Et hoc modo intelligo in proposito rationem boni consistere in modo, specie & ordine. Est ergo sensus tituli, an ratio boni vt quod causati cōsistat in forma antecedētibus & cōsequentibus, tanquam in partibus suę ꝓpriæ materiæ.

Comment. ¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Ratio boni consistit in modo, specie, & ordine. ☞ Probatur: vnumquodque est id quod est per suā formam exigentem quædam antecedētia, & consequentia: ergo cui nihil deest secundum modum suæ naturæ, habet speciem, modum, & ordinem: ergo perfectum habet hæc: ergo bonum exigit hæc antecedens: quo ad vtranque partem patet. Prima verò consequentia patet ex quid nominis, speciei, modi & ordinis. Secunda verò tenet per locum à diffinitione ad diffinitum. Tertia autem probatur: quia perfectio est ratio appetibilis.

¶ *Num bonum Angelorum consistat in modo.*

Quæst. CIrca hāc cōclusionē occurrit dubiū: quomodo potest saluari modꝰ in bono substantiali Angelorū: exponēdo modū, id est, cōmensurationē principiorū

essē

ARTICVLVS SEXTVS.

a ¶*Vtrum conuenienter diuidatur bonum per honestum & vtile &c.*

12 q. 99. ar. 5. ca. Et 22. q. 45 art. 3. Et 2. dist. 21. q. 1. ar. 2. ca. Et 1. ethic. le. 5. co. 2.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non conuenienter diuidatur bonum per honestū, vtile, et delectabile. Bonum enim, sicut dicit philosophus in primo ethic. diuiditur per decē prædicamenta: honestū autem, vtile, & delectabile inueniri possunt in vno prædicamento: ergo non conuenienter per hæc diuiditur bonum.

¶Præterea, Omnis diuisio fit per opposita, sed hæc tria non videntur esse opposita: nam honesta sunt delectabilia: nullúmque inhonestum est vtile, quod tamen oportet, si diuisio fieret per opposita, vt opponerentur honestum & vtile: vt etiam dicit Tullius in li. de offi. ergo prædicta diuisio nō est conueniens.

¶Præterea, Vbi vnum propter alterum, ibi vnū tantū est: sed vtile nō est bonum, nisi propter delectabile vel honestum: ergo nō debet vtile diuidi contra delectabile & honestum.

¶SED CONTRA est, quòd Amb. in libro de offici. vtitur ista diuisione boni.

CONCLVSIO.

¶*Bonum non solum humanum, sed, absolute, cum sit appetitiui motus terminus, diuiditur in honestum, vtile, & delectabile.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd hæc diuisio proprie videtur esse boni humani. Si tamen altius & communius rationem boni consideremus, inuenitur hæc diuisio proprie competere bono, secundum quod bonum est. Nam bonum est aliquid inquantum est appetibile, & terminus motus appetitus: cuius quidem motus terminatio considerari potest ex consideratione motus corporis naturalis. Terminatur autem motus corporis naturalis simpliciter quidem ad vltimum, secundum quid autem etiam ad medium, per quod itur ad vltimum, quod terminat motum: & dicitur aliquis terminus motus inquantum aliquam partem motus terminat. Id autem, quod est vltimus terminus motus, potest accipi dupliciter [e], vel ipsa res, in quam tenditur, vtpote locus, vel forma: vel quies in re illa. Sic ergo in motu appetitus id, quod est appetibile terminans motum appetitus secundum quid vt medium per quod tenditur in aliud, vocatur vtile. Id autem, quod appetitur vt vltimum terminans totaliter motum apetitus, sicut quædam res, in quam per se appetitus tendit, vocatur honestum: quia honestum dicitur, quod per se desideratur. Id autem quod terminat motum appetitus, vt quies in re desiderata, est delectatio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum, inquantum est idem subiecto cum ente, diuiditur per decem prædicamenta: sed secundum propriam rationem competit sibi ista diuisio.

¶Ad secundum dicendum, quòd hæc diuisio non est per oppositas res, sed per oppositas rationes. Dicuntur tamen illa proprie delectabilia, quæ nullam habent aliam rationem appetibilitatis, nisi delectationem, cum aliquando sint & noxia & inhonesta. ¶Vtilia verò dicuntur, quæ non habent in se vnde desiderentur, sed desiderantur solum, vt sunt ducentia in alterum, sicut sumptio medicinæ amaræ. ¶Honesta verò dicuntur quæ in seipsis habent vnde desiderentur.

¶Ad tertium dicendum, quòd bonum non diuiditur in ista tria sicut vniuocum æqualiter de his prædicatum, sed sicut analogum, quod prædicatur secundum prius & posterius: per prius enim prædicatur de honesto, & secundario de delectabili, tertio de vtili.

QVAESTIO SEXTA,

De bonitate Dei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE quæritur de bonitate Dei. ¶Et circa hoc quærūtur quatuor. ¶Primò vtrū esse bonum conueniat Deo. ¶Secundò vtrum Deus sit summum bonum. ¶Tertiò, vtrum ipse solus sit bonum per suam essentiam. ¶Quartò, vtrum omnia sint bona bonitate diuina.

ARTICVLVS PRIMVS.

a ¶*Vtrum esse bonum Deo conueniat.*

32 1. contr. ca. 37. Et veri. q. 21. artic. 1. 1m.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd esse bonum non conueniat Deo. Ratio enim boni consistit in modo, specie, & ordine: hæc autē non videntur Deo conuenire, cum Deus immensus sit, & ad aliquid non ordinetur: ergo esse bonum non conuenit Deo.

¶Præterea, Bonum est quod omnia appetunt: sed Deum non omnia appetunt, quia non omnia cognoscunt ipsum. nihil autem appetitur nisi notum. ergo esse bonum non conuenit Deo.

¶SED CONTRA est quod dicitur Tren. tertio, Bonus est Dominus sperantibus in eum animæ quærenti illum.

CONCLVSIO.

¶*Deus omnium effectiua, & appetibilis causa existens, bonus est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd bonum esse præcipuè Deo conuenit. Bonum enim aliquid est secundum quòd est appetibile: vnumquodque autem appetit suam perfectionem. perfectio autē & forma effectus est quædam similitudo agentis, cum omne agens agat sibi simile. vnde ipsum agēs est appetibile, & habet rationem boni: hoc autem est quod de ipso appetitur, vt eius similitudo participetur, cum ergo Deus sit prima causa effectiua omnium [e] manifestum est quòd sibi competit ratio boni & appetibilis. vnde Diony. in lib. de di. no. attribuit bonum Deo, sicut primæ causæ efficienti, dicens, quòd bonus dicitur Deus, sicut ex quo omnia subsistunt.

234

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd habere modum, speciem, & ordinem pertinet ad rationem boni causati, sed in Deo est sicut in causa: vnde ad eum pertinet imponere aliis modum, speciem, & ordinem: vnde ista tria sunt in Deo sicut in causa.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnia appetendo proprias perfectiones appetunt ipsum Deum inquantum perfectiones omnium rerum sunt quædam similitudines diuini esse, ut ex dictis patet [e]. Et sic eorū, quæ Deū appetunt, quædam cognoscunt ipsum secundum seipsum, quod est proprium creaturæ rationalis. 23 Quædam verò cognoscunt aliquas participationes suæ bonitatis, quod etiam extenditur vsque ad cognitionem sensibilem. Quædam verò appetitum naturalem habent absque cognitione: vtpote inclinata ad suos fines ab alio superiori cognoscente [e]. 198

ARTICVLVS SECVNDVS.

a ¶*Vtrum Deus sit summum bonum.*

32 2. di. 1. q. 2. ar. 2. 4. Et 1. cont. c. 41. 74. 95. 3m. et 101. fi. Et li. 3. c. 17. Et po. q. 7. arti. 1. ca. 20. Et mal. q. 3. art. 1. ca.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit summum bonum. Summum enim bonum addit aliquid supra bonum, alioquin omni bono conueniret: sed omne, quod se habet ex additione ad aliquid, est compositum: ergo summū bonū est compositum. sed Deus est summe simplex, vt suprà ostensum est [e]. ergo Deus non est summū bonum.

¶Præ-

efficientium, seu materialium, vt hic dicitur, cum in Angelis non sint principia materialia; & efficiens eorum sit solus Deus, cuius actio est sua substantia.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd iuxta compositionem in hoc loco positam saluatur modus boni Angelici secūdum substantiā quo ad principiū efficiens sic. Deus enim agens potest dupliciter sumi. Vno modo absolute, & sic tam ipse quàm sua actio est supra omnem modum. Alio modo vt agit secundum hanc vel illam ideam, & sic actio Dei est commensurata ita huic, quòd non alij: sicut & idea est ita propria idea huius, quòd nō alterius: & hoc modo actio produ[c]tiua Gabrielis est mod[us] & modificans esse & bonum substantiale Gabrielis: & hoc sufficit. Potest quoque secundum materiale principium saluari modus in Angelis: quoniam essentia est vt materia ipsius esse, & est commensurata illi, sed hoc magis ad alias expositiones spectat: quoniam modus hic antecedit formam, vt patet in litera.

a ¶*Super Quæstionis quintæ Articulum sextum.*

TItulus clarus.

¶In corpore duæ conclusiones. altera secundum communem opinionem: altera propria. Prima est, hæc diuisio dicitur proprie esse boni humani. Secunda est, hæc diuisio proprie est boni in eo quod bonum. Probatur vtraque sic, Terminus corporalis motus conuenienter diuiditur per ea, quæ sunt proportionalia honesto, vtili, & delectabili: ergo terminus motus appetitiui bene diuiditur in honestem, vtile & delectabile: ergo & bonum. Antecedens declaratur ex diuisione termini motus in secundū quid, & simpliciter. Et rursus termini simpliciter in ipsam rem terminantē & quietem in ea. Consequentia verò prima probatur: quia terminus motus appetitiui ex terminatione motus corporalis innotescit. Secunda verò: quia bonum est id quod appetitur. Omnia sunt clara.

b

258

a ¶*Super Quæstionis sextæ Articulum primum.*

TItulus clarus.

¶In corpore vnica conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Deus est bonus.

¶Probatur ratione confirmata autoritate Dionysij, scilicet Deus est prima causa effectiua omnium, ergo appetibilis: ergo bonus. antecedens supponitur: prima verò consequentia probatur, vnumquodque appetit suam propriam perfectionem: ergo similitudinem sui efficientis: ergo à fortiori ipsa causa effectiua est appetibilis: ergo si est prima causa &c. antecedens assūmptum cum omnibus consequentiis ex se est notum. Prima quidē, quia propria perfectio rei, est ipsa similitudo agentis. Secunda verò, quia omne agens agit sibi simile: ac per hoc, si eius similitudo est appetibilis, multo magis ipsum agēs erit appetibile. Cætera sunt clara.

a ¶*Super Quæstionis sextæ Articulum secundum.*

IN titulo nihil est difficile, summum enim addit respectum excessus supremi: ita quòd idem est vtrum sit summum bonum, & vtrum sit bonum excedens omnia alia bona tam actu quàm potentia.

Commen. ¶In corpore articuli vnica conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Deus est summum bonū simpliciter. Hæc cōclusio declaratur primo, deinde probatur. Declaratur quidem distinguendo implicite de summo bono simpliciter, vel in genere. Et vocatur summum bonū in genere, quod excedit cætera in illo ordine rerum, est sicut summum bonum humanum felicitas excedens omnia humana bona: & sic de aliis. Simpliciter verò quod in tota entium latitudine supremum tenet locum: & propterea apponitur in conclusione ly simpliciter. Probatur autem sic, Bonum conuenit Deo sicut primæ causæ effectiuæ omniū non vniuocæ: ergo conuenit ei excellentissime: ergo est summum bonum simpliciter. Antecedens quo ad vtramque partem ex dictis patet. Prima verò consequentia probatur ex differentia modi essendi effectus in causa vniuoca, & in causa æquiuoca seu analoga: quia in vniuoca eodem modo, in æquiuoca verò excellentiori. Aduerte tamen hic, quòd effectum esse in causa æquiuoca excellentiori modo contingit dupliciter. Vno modo formaliter & virtualiter simul. Alio modo virtualiter tantum. Exemplum primi, lumen & diaphaneitas in corporibus cælestibus respectu inferiorum. Exemplum secundi, calor in Sole & in corporibus inferioribus. In proposito est sermo, de effectu præexistente in causa non solum virtualiter, sed etiam formaliter: vnde & Deus est

est bonus formaliter & virtualiter. efficacia rationis fundatur super hoc, quòd vterque effectus causæ æquiuocæ excellentiori modo est in ipsa causa quàm in effectu. Et ideo litera indistinctè de modo essendi effectus in causa æquiuoca loquitur: quoniam hoc sufficiebat intento scilicet, quòd excellentissimo modo bonitas conueniret Deo. Iam enim in præcedenti articulo stabilitum erat quod formaliter conuenit eidem.

Annota. ¶In responsione ad secundum aduerte, quòd responsio consistit in conuersione propositionis. Bonum est quod omnia appetunt, id est, quod omnia appetunt est bonum.

Annota. ¶In responsione ad tertium aduerte, quòd res diuersorum generū dicuntur nullo modo cōparabiles, quando accipiuntur vt sic, id est, inquantum sunt in diuersis generibus. si enim sumerentur secundum aliquod prædicatū in quo conuenirent, possent cōparari.

24 18

a ¶*Super Quæstionis sextæ Articulum tertium.*

IN titulo ly proprium distinguitur cōtra cōmune. ly per essentiam potest determinare subiectum, & potest determinare prædicatum. & siquidē determinat subiectum, tunc ly per essentiā distinguitur contra omne id quod est extra subiecti essentiam. 21 23 Et est sensus, vtrum solus Deus per essentiam, ita quòd non per aliquid extra suam essentiam 22 sit sufficienter bonus formaliter. Si verò ly per essentiam, determinat prædicatum, tunc distinguitur contra esse tale per participationē. Et est sensus, vtrum solus Deus sit bonus per essentiam, id est, sit bonus non participatiue. Vocatur autem participatiue tale quicquid habet aliquam rationem formalem non secūdum totam plenitudinē perfectionis possibilis cōuenire tali rationi formali. Oportet enim q huiusmodi est partem illius tantum habere: & propterea participatiue tale dicitur. 74 Et per oppositum tale per essentiam dicitur, quod ex ipso suo modo essendi omnem plenitudinem illi rationi formali possibilem naturaliter claudit: vt calor si per se subsisteret. In proposito autem, quamuis gratia materiæ hi duo modi coincidant sequendo doctrinam S. Thomæ: quia quod est per essentiam primo modo bonum, est etiam bonum per essentiam secundo modo, 33 & econuerso: quia tamen formaliter & vniuersaliter hi duo modi non coincidunt, quoniā Socrates est per suam essentiam homo, & tamē non est homo per essentiam, 18 sed participatiue. Solus enim homo Platonicus si inueniretur, esset homo per essentiā: & præsens quæstio mota est de ipso bono per essentiam, & non directe de ipsa essentia diuina: quoniam in quæstione tertia iam stabilita est illius simplicitas. & quòd nihil conuenit sibi per aliquid additum suæ essentiæ: ideo ly per essentiam, se tenet ex parte prædicati, & distinguitur contra per participationem: & est sensus, vt suprà diximus. Et hoc quantum est ex parte exponentis affirmatiuæ: nam ex parte negatiuæ ly per essentiam se tenet ex parte subiecti, & est sensus, vt suprà diximus. Et huic sensui fauent omnia argumenta literæ. & ratio in corpore assignata. Vnde hic exclusiue principaliter disputatur propter negatiuam exponentem: quasi affirmatiua ex tertia quæstione habita sit.

35 1. contr. c. 39. et 40. Et opus. 3. ca. 109. 110. 111. & 112. Et veri. q. 21. arti. 5. 25. 27. Et Mat. 19. commen. 9.

¶In corpore vnica conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Solus Deus est bonus per essentiam. probatur hæc exclusiua quo ad vtranque exponentem simul sic. triplex perfectio, scilicet secūdum quòd res in suo esse constituitur &c. soli Deo conuenit per suam essentiam. ergo esse perfectum, ergo esse bonum, ergo solus est bonus per essentiā. Antecedens declaratur distinguendo triplicem gradū perfectionis rei: & ostendendo sigillatim soli Deo conuenire quidditatiue: quia in primo clauditur esse, in secundo accidētia, in tertio finis vltimus. Prima consequentia relinquitur per se nota ex sufficienti diuisione. Secunda probatur: quia vnūquodque intantum est bonum, inquantum perfectum. Tertia relinquitur per se nota.

Annota. ¶Circa antecedens dubium primo est, quòd esse in omnibus citra Deum sit aliud ab essentia: sed hoc est alibi tractandum.

Annota. ¶Dubium secūdo esset, quomodo nulla essentia esset principium operationis, sed hoc inferius quæretur. Ad propositum tamē scito sufficere, quòd esse & principia operationis sint extra essentias omnium substantiarum formaliter. in Dei autem substantia omnia claudantur formaliter. Intentio tamen literæ est de inclusione & exclusione reali & non tantum formali.

¶*Num esse sit de integritate primæ perfectionis rei.*

CIrca primam consequētiam dubium occurrit: quia non videtur efficax. Tum quia quælibet res est perfecta quidditatiue per suā essentiam, vt patet: nec huius oppositum sequitur ex illo antecedente. Tum quia consequentia hæc supponit, quòd esse sit de integritate primæ perfectionis rei, vt patet: 16 hoc autem non videtur verum: quoniam esse est extra integritatem substantialem cuiusque rei citra Deum, in cuius signum nulla diffinitio dicit esse, vt dicitur primo posteriorum. 17

¶Ad hoc dicitur breuiter, quòd res potest dici perfecta dupliciter: scilicet simpliciter & secundum quid. & quòd quādiu res non est in rerum natura quodcunque esse habeat siue obiectum siue quidditatiuum, siue in causa, non dicitur esse perfecta simpliciter, sed secundū quid, id est, in tali esse. Secundum autē esse in rerum natura dicitur perfecta simpliciter, quo ad perfectionem substantialem. Et propterea esse est de integritate primæ

¶Præterea, Bonum est quod omnia appetunt, vt dicit philosophus: sed nihil aliud est quod omnia appetunt, nisi solus Deus, qui est finis omnium: ergo nihil est aliud bonum nisi Deus. Quod etiam videtur per id quod dicitur Matt. 19. Nemo bonus nisi solus Deus. sed summum dicitur in comparatione aliorum, sicut summum calidum in comparatione ad omnia calida. ergo Deus non potest dici summum bonum.

¶Præterea, Summum comparationem importat: sed quæ non sunt vnius generis, non sunt comparabilia: sicut dulcedo inconueniēter dicitur maior vel minor quàm linea. cum igitur Deus nō sit in eodem genere cum aliis bonis, vt ex superioribus patet [e]: videtur quòd Deus non possit dici summum bonum respectu eorum.

¶SED CONTRA est quod dicit Augusti. 1. de trini. quòd trinitas diuinarum personarum est summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur.

CONCLVSIO.

¶*Bonum, cum conueniat Deo vt primæ causæ non vniuoce, sed æquiuoce, excellentissimo modo ei conuenire oportet.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus est summum bonum simpliciter, & non solum in aliquo genere, vel ordine rerum. Sic enim bonum Deo attribuitur, vt dictum est [e], inquantum omnes perfectiones desideratæ effluunt ab eo, sicut à prima causa: non autem effluunt ab eo, sicut ab agente vniuoco, vt ex superioribus patet [e], sed sicut ab agente, quod non conuenit cum suis effectibus, neque in ratione speciei, nec in ratione generis. Similitudo autem effectus in causa quidem vniuoca inuenitur vniformiter, in causa autem æquiuoca inuenitur excellentius, sicut calor excellentiori modo est in Sole quàm in igne. Sic ergo oportet quòd cum bonum sit in Deo sicut in prima causa omnium non vniuoca, quòd sit in eo excellentissimo modo, & propter hoc dicitur summum bonum.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd summum bonum addit super bonum non rem aliquam absolutam, sed relationem tantum: relatio autem, qua aliquid de Deo dicitur relatiue ad creaturas, non est realiter in Deo, sed in creatura, in Deo verò secundum rationem [e]. Sicut scibile relatiue dicitur ad scientiam, non quia ad ipsam referatur, sed quia scientia refertur ad ipsam. Et sic non oportet, quòd in summo bono sit aliqua compositio, sed solum q alia deficiant ab ipso.

¶Ad secundum dicendum, quòd, cum dicitur, bonum est quod omnia appetunt, non sic intelligitur quasi vnumquodque bonum ab omnibus appetatur: sed quia quicquid appetitur, rationem boni habet. Quod autem dicitur, nemo bonus nisi solus Deus, intelligitur de bono per essentiam, vt post dicetur [e]. ¶Ad tertium dicendum, quòd ea, quæ non sunt in eodem genere, siquidem sint in diuersis generibus contenta, nullo modo comparabilia sunt: de Deo autem negatur esse in eodem genere cum aliis bonis: non quòd ipsum sit in quodam alio genere, sed, quia ipsum est extra genus & principium omnis generis [e]. Et sic comparatur ad alia per excessum, & huiusmodi comparationem importat summum bonum.

ARTICVLVS TERTIVS.

a ¶*Vtrum esse bonū per essentiam sit proprium Dei.*

AD TERTIVM sic proceditur, Videtur quòd esse bonum per essentiam non sit proprium Dei. Sicut enim vnum conuertitur cum ente, ita & bonum, vt suprà habitū est [e]: sed omne ens est vnum per suam essentiam, vt patet per philosophū in quarto meta. ergo omne ens est bonum per suam essentiam.

¶Præterea, Si bonum est quod omnia appetunt, cum ipsum esse sit desideratum ab omnibus, ipsum esse cuiuslibet rei est eius bonum. Sed quælibet res est ens per suam essentiam. ergo quælibet res est bona per suam essentiam.

¶Præterea, Omnis res per suam bonitatem est bona. Si igitur aliqua res est quæ non sit bona per suam essentiā, oportebit quòd eius bonitas non sit sua essentia. Illa ergo bonitas cum sit ens quoddam, oportet quòd sit bona, & siquidem alia bonitate, iterum de illa bonitate quæretur: aut ergo erit procedere in infinitum, aut venire ad aliam bonitatem, quæ non erit bona per aliam bonitatem. eadē ergo ratione standum est in primo: res igitur quælibet est bona per suam essentiam.

¶SED CONTRA est quod dicit Boë. in lib. de hebdo. quòd alia omnia à Deo sunt bona per participationem: non igitur per essentiam.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus solus omnimodam perfectionem habeat, cuius esse est sua essentia, sibique omnia essentialiter conueniant, & omnium rerum sit vltimus finis, ipse solus per essentiam bonus est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd solus Deus est bonus per suā essentiam. Vnūquodq; enim dicitur bonum secundum quòd est perfectum. Perfectio autem alicuius rei triplex est. Prima quidem secundum quòd in suo esse constituitur. Secunda verò prout ei aliqua accidentia superadduntur ad suā perfectam operationem necessaria. Tertia verò perfectio alicuius est per hoc, quòd aliquid aliud attingit sicut finē. Vtpote prima perfectio ignis consistit in esse, quod habet per suā formam substantialē. Secunda verò eius perfectio consistit in caliditate, leuitate, & siccitate & huiusmodi. Tertia verò perfectio eius est secundum quòd in loco suo quiescit. Hæc autem triplex perfectio nulli creato cōpetit secundum suam essentiam, sed soli Deo, cuius solius essentia est suum esse: & cui non adueniunt aliqua accidentia: sed quæ de aliis dicūtur accidentaliter, sibi conueniunt essentialiter, vt esse potentem, sapientē & huiusmodi, sicut ex dictis patet [e]. Ipse etiā ad nihil aliud ordinatur sicut ad finem, sed ipse est vltimus finis omnium rerum. Vnde manifestum est quòd solus Deus habet omnimodam perfectionem secundum suam essentiam: & ideo ipse solus est bonus per suam essentiam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnum non importat rationem perfectionis, seu indiuisionis tantum [e]: quæ vnicuique rei competit secundum suam essentiam. Simplicium autem essentiæ sunt indiuisæ & actu & potentia. Compositorum verò essentiæ sunt indiuisæ secundum actum tantum: & ideo oportet quòd quælibet res sit vna per suam essentiam, non autem bona,

primæ perfectionis cuiusque rei non vt pars quidditatis, sed vt actualitas eiusdem. Et per hæc patet responsio ad obiecta. Et si contra hoc instetur, eò quòd res secundum suas essentias comparatæ graduantur simpliciter ex perfectionibus essentialibus, ita quòd aqua est essentialiter perfectior quàm terra, & aër quàm aqua, & ignis quàm aër &c. igitur esse perfectum simpliciter conuenit rei ex sua essentia. Ad hoc 17 est dicendum, quòd quum dicitur, nulla res alia à Deo est per suam essentiam perfecta simpliciter: intelligitur quòd ly per, denotat causam formalem: nõ qualemcunque, 39 c sed sufficientem omni alio præciso: licet enim ignis essentia sit qua formaliter ignis habet substãtialem perfectionem, non tamen est sufficiens ratio quòd ignis sit in sua substãtiali perfectione: sed oportet quòd actuetur per ipsum 29 b esse. Vnde ad instãtiam dicitur, quòd res graduantur ex suis essentiis 34 in perfectione simpliciter non completiue, sed radicaliter. Vel dicatur (& parum differt) quòd res graduantur ex suis essentiis in perfectione simpliciter nõ præscindendo ab earũ esse, imò includendo ordines ad ipsa, quoniam (vt diffuse ostẽdimus in commentariis de ente & essentia) differentia substantialis sumitur ab ordine ad esse: vt etiã Porphyrius insinuauit in vltima ac intima differẽtiæ diffinitione dicens, quòd conducit ad esse, vt ibidem posuimus.

21. q. 27. ar. 3. c. & 1. contr. c. 41. Et veri. quæst. 1. arti. 4. & opusc. 72. quæst. 6.

Annota. ¶ Circa vltimam consequentiam aduerte, quòd (vt diximus in titulo) qa gratia materiæ hæc duo mutuo se inferunt: a, est per suam essentiã bonum, & a, est bonum per essentiam: ideo litera non discreuit inter hæc. Et conclusio, quòd 336 solus Deus per essentiã est bonus, cõclusum esse voluit, quòd solus Deus est bonus per essentiam.

Annota. ¶ In responsione ad primum aduerte tu Thomista, quòd hic expresse habes, quòd vnum nõ dicit ratione perfectionis, ac consequenter nec vnitas, nec eius species dicũt perfectionem simpliciter formaliter loquendo, sed abstrahunt à perfectione & imperfectione.

vt ostensum est [c]. ¶ Ad secundum dicẽdum, quòd licet vnumquodque sit bonum inquantum habet esse, tamen essentia rei creatæ nõ est ipsum esse: & ideo non sequitur quòd res creata sit bona per suam essentiam. ¶ Ad tertium dicendum, quòd bonitas rei creatæ non est ipsa eius essentia [e], sed aliquid superadditum, vel ipsum esse eius, vel aliqua perfectio superaddita, vel ordo ad finẽ. Ipsa tamẽ bonitas sic superaddita dicitur bona sicut & ens: hac autem ratione dicitur ens, quia ea est aliquid, nõ quia ipsa aliquo alio sit. Vnde hac ratione dicitur bona, quia ea est aliquid bonum non quia ipsa habeat aliquam aliam bonitatem, qua sit bona [e].

ARTICVLVS QVARTVS.

a ¶ *Vtrum omnia sint bona bonitate diuina.*

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur, quòd omnia sint bona bonitate diuina. Dicit enim Augusti. 8. de tri. Bonum hoc, & bonũ illud: tolle hoc, & tolle illud: & vide ipsum bonũ, si potes: ita Deũ videbis, nõ alio bono bonum, sed bonum omnis boni. sed vnumquodque est bonũ suò bono. ergo vnumquodque est bonum ipso bono quod est Deus.

¶ Præterea, sicut dicit Boë. in lib. de hebdo. omnia dicuntur bona inquantum ordinantur ad Deum: & hoc ratione bonitatis diuinę. ergo omnia sunt bona bonitate diuina.

¶ SED CONTRA est, quòd omnia sunt bona inquantum sunt: sed non dicuntur omnia entia per esse diuinũ, sed per esse proprium: ergo nõ omnia sunt bona bonitate diuina, sed bonitate propria.

CONCLVSIO.

¶ *Omnia sunt bona diuina bonitate extrinsece & causaliter, bonitatibus verò propriis formaliter.*

¶ RESPONDEO dicendum, quod nihil prohibet in his, quæ relationem important aliquid ab extrinseco denominari: sicut aliquid denominatur locatum à loco, & mensuratum à mensura. Circa verò ea, quæ absolute dicũtur, diuersa fuit opinio. Plato enim posuit omnium rerum species separatas [e]: & quòd ab eis indiuidua denominantur quasi species separatas participando, vt puta quòd Socrates dicitur homo secundum ideam hominis separatam. Et sicut ponebat ideam hominis & equi separatam, quã vocabat per se hominẽ & per se equum, ita ponebat ideam entis, & ideam vnius separatam, quã dicebat per se ens & per se vnum: & eius participatione vnumquodque dicitur ens vel vnum [e]: hoc autẽ quod est per se ens & per se vnum, ponebat esse summũ bonum. & quia bonum conuertitur cum ente, sicut & vnũ: ipsum per se bonũ dicebat esse Deum, à quo omnia dicuntur bona per modum participationis. Et quamuis hæc opinio irrationabilis videatur quantũ ad hoc, quòd ponebat species rerum naturalium separatas per se subsistentes, vt Arist. multipliciter improbat: tamen hoc absolute verũ est, quòd aliquid est primũ, quod per suam essentiã est ens & bonum, quod dicimus Deum, vt ex superioribus patet [e]. huic etiã sententiæ cõcordat Arist. A primo igitur per suam essentiã ente & bono vnumquodq; potest dici bonum & ens, in quãtum participat ipsum per modum cuiusdam assimilationis, licet remote & efficienter, vt ex superioribus patet [e]. Sic ergo vnumquodque dicitur bonum bonitate diuina, sicũt primo principio exemplari effectiuo & finali totius bonitatis. Nihilominus tamen vnumquodque dicitur bonum similitudine diuinæ bonitatis sibi inhærente, quę est formaliter sua bonitas denominãs ipsum. Et sic est bonitas vna omnium, & etiam multæ bonitates. ¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO SEPTIMA, De infinitate Dei, in quatuor articulos diuisa.

POST considerationem diuinæ perfectionis considerandum est de eius infinitate, & de existentia eius in reb. attribuitur enim Deo quòd sit vbiq; & in omnibus rebus inquantum est incircunscriptibilis & infinitus.

¶ Circa primum quæruntur quatuor. ¶ Primò, vtrum Deus sit infinitus. ¶ Secundò, vtrũ aliquid præter ipsum sit infinitum secundum essentiam. ¶ Tertiò, vtrum aliquid possit esse infinitum secũdum magnitudinem. ¶ Quartò, vtrum possit esse infinitum in rebus secundum multitudinem.

ARTICVLVS PRIMVS.

a ¶ *Vtrum Deus sit infinitus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non sit infinitus. Omne enim infinitũ est imperfectum, quia habet rationem partis & materiæ: vt dicitur in tertio physico. sed Deus est perfectissimus. ergo non est infinitus.

¶ Præterea secundum Philosophum in primo physi. finitum & infinitum conueniunt quantitati: sed in Deo non est quantitas, cum non sit corpus, vt suprà ostensum est [e]: ergo non competit sibi esse infinitum.

¶ Præterea, Quod ita est hic quod non alibi est finitum secundũ locum. ergo quod ita est hoc quod non est aliud est finitum secundum substantiam: sed Deus est hoc & non est aliud. non enim est lapis, nec lignum. ergo Deus non est infinitus secundum substantiã.

¶ SED CONTRA est quod dicit Damas. quòd Deus est infinitus, & æternus, & incircunscriptibilis.

CONCLVSIO.

¶ *Esse Dei cum in nullo receptum sit, cum sit ipse suum esse subsistens, infinitus & perfectus est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd omnes antiqui philosophi attribuunt infinitum primo principio, vt dicitur in tertio physico. Et hoc rationabiliter, considerantes res effluere à primo principio in infinitum. Sed quia quidam errauerunt circa naturam primi principij: consequens fuit vt errarent circa infinitatem ipsius. quia enim ponebant primum principium materiam, consequenter attribuerunt primo principio infinitatem materialem, dicentes aliquod corpus infinitum esse primum principium rerum. ¶ Considerandum est igitur, quòd infinitum dicitur aliquid ex eo quod non est finitum: finitur autem quodammodo & materia per formam [e], & forma per materiam. Materia quidem per formam, inquantum materia antequam recipiat formam est in potentia ad multas formas, sed cum recipit vnam, terminatur per illam. Forma verò finitur per materiam inquantum forma in se considerata communis est ad multa, sed per hoc quod recipitur in materia fit forma determinate huius rei. Materia autem perficitur per formam, per quam finitur: & ideo infinitum secundum quod attribuitur materiæ, habet rationem imperfecti: est enim quasi materia non habens formam. Forma autem non perficitur per materiam, sed magis per eam eius amplitudo contrahitur. vnde infinitum secundum quod se tenet ex parte formæ non determinatæ per materiam habet rationem perfecti. illud autem quod est maxime formale omnium est ipsum esse, vt ex superioribus patet [e]. cum igitur esse diuinum non sit esse receptum in aliquo, sed ipse sit suum esse subsistens, vt suprà ostensum est [e]: manifestum est quòd ipse Deus sit infinitus & perfectus. ¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd terminus quantitatis est sicut forma ipsius: cuius signum est, quòd figura, quæ consistit in terminatione quantitatis, est quædam forma circa quantitatem. Vnde infinitum quod competit quantitati est infinitum, quod se tenet ex parte materiæ: & tale infinitum non attribuitur Deo, vt dictum est [e].

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc ipso quòd esse Dei est per se subsistens non receptum in aliquo prout dicitur infinitum, distinguitur ab omnibus aliis, & alia remouentur ab eo. Sicut si esset albedo subsistens [e], ex hoc ipso quòd non esset in alio, differret ab omni albedine existente in subiecto.

a ¶ *Super Quæstionis sextæ Articulum quartum.*

Annota. IN titulo aduerte nouitie, quòd non quæritur hic, vtrum omnia sint bona à bonitate diuina, sed vtrum omnia sint bona bonitate diuina: ita quòd sensus quæstionis non est, vtrum omnia habeant quod sint bona à diuina bonitate: sed sensus est, vtrum bonitas diuina sit qua res bonæ denominantur bonæ, sicut albedine denominantur alba, aut loco locata.

Coment. ¶ In corpore quatuor facit. primo ponit duas distinctiones, simul innuẽs in quo conueniant & differant philosophi, secundo ponit opinionem Platonis. tertio Aristot. quarto respondet quæsito. ¶ Prima distinctio est, nominum quædam important absolutum, & quædam relationem. ¶ Secunda est: denominatio est duplex quædam intrinseca, & quædã extrinseca. Vocatur denominatio intrinseca, quando forma denominatiui est in eo quod denominatur, vt album quantum &c. Denominatio verò extrinseca quando forma denominatiui non est in denominato, vt locatum, mensuratum & similia. Conueniunt autem omnes in hoc, quòd secundum nomina importantia relationem potest fieri denominatio extrinseca, vt patet de locato & mensurato. Differentia verò est inter Platonem & Aristo. an secundum nomina importantia absolutum possit fieri denominatio ab extrinseco. Et hoc est ad nostrum propositum: quia bonum est nomen absolutum, & bonitas diuina est extrinseca rebus aliis.

¶ Quo ad secundum ibi, Plato: ponit quatuor propositiones Platonis. Prima est, species rerum sunt separatæ. secunda est, quòd particularia denominantur ab illis. tertia est, quòd inuenitur idea entis vnius & boni, ita quòd illa est Deus, quarta, ab illa omnia denominantur bona: & sic secundum Platonem respondetur ad quæsitum affirmatiue.

¶ Quo ad tertium ibi, & quamuis: positio Aristotelis in primis duabus propositionibus discordat, in tertia verò concordat. de quarta nihil dicitur.

¶ *Num consentiat Aristo. Platoni ideam boni.*

Quæsti. CIrca hanc partem dubiũ occurrit, quo pacto verum sit Aristotelem consentire Platoni de idea boni: cum expresse in primo ethicorũ impugnet eam.

¶ Ad hoc breuiter dicitur cum Eustratio & S. Tho. in 1. ethi. quòd inter Aristo. & Platonem non est hic differentia nisi verbalis. 134 Reprehendit enim Aristot. hoc, scilicet bonum per essentiam non debet poni per modum speciei separatæ, sicut homo per essentiam &c. Non autem quin detur primum bonum per essentiam quod Deus est, vt patet in duodecimo metaphysi. in fine.

Coment. ¶ Quo ad quartum vnica est conclusio responsiua habens duas partes. 13 33 omnia sunt bona bonitate diuina extrinsece & causaliter, bonitatibus autem propriis formaliter & intrinsece. 24 Probatur, à primo per essentiam bono vnũquodque potest dici bonum per modum assimilationis: ergo vnumquodque dicitur bonum bonitate diuina effectiue & exemplariter & finaliter, similitudine autem illius formaliter: ergo. Antecedens infertur ex præmissis. consequentia autem notis terminis clara est ex se. Tres autem termini sunt notandi. Primus est ly per modum cuiusdam assimilationis. dupliciter enim contingit aliquid dici tale ab aliquo extrinseco: vno modo ita, quòd ratio denominationis sit ipsa relatio ad extrinsecum, vt vrina dicitur sana sola relatione signi ad sanitatem. Alio modo ita, quòd ratio denominationis sit non relatio similitudinis, aut quæuis alia, sed forma, quæ est fundamentum relationis similitudinis ad illud extrinsecum, vt aër dicitur lucidus luce solari, ea ratione qua participat eam per formam luminis. Et quoniam vbi est denominatio primo modo, ibi est denominatio ab extrinseco pura: vbi autem est denominatio secundo modo, ibi est denominatio ab extrinseco, sed non sola: quoniam est etiam ab intrinseco: vt patet: & in proposito sic est: ideo in litera dicitur, quòd à primo per essentiam bono omnia dicuntur bona per modum assimilationis. Ex hoc enim statim sequitur, & quòd denominatione extrinseca & intrinseca possunt dici bona. Secundus est ly sicut. notanter non absolute in litera dicitur, quòd vnumquodq; potest dici bonum diuina bonitate extrinseca denominatione, sed apponitur ly sicut, principio effectiuo &c. Vt enim iam tactum est, denominatio extrinseca est duplex: quædam pura & quædam causalis. Pura quidem est quando sola relatione ad denominatem formam denominatio fit: Causalis verò quando participatio effectus extrinsecæ causæ denominationem fundat. Vnde in proposito, quia vnumquodque dicitur bonum diuina bonitate extrinsece non quomodocunque, sed causaliter, ideo dictum est sicut in principio. Et si hoc diligentius consideraueris, inuenies quòd impossibile est in absolutis fieri denominationem extrinsecam puram, quamuis possit fieri causalis. Tertius est ly exemplari. causa exemplaris distinguitur ab effectiua & coordinatur inter formales: quia est velut extrinseca forma rei. Significatur ergo Deum non solum facere bonitatem aliorum, sed exemplari illas ex sua: quod non accidit sic, quum dicitur Deum facere bouem aut leonem, vt patet.

35 1. dist. 43. q. 1. arti. 1. & 1. cõt. ca. 43. Et po. quæst. 1. arti. 2. Et opusc. 3. ar. 18. 19. & 20.

a ¶ *Super Quæstionis septimæ Articulum primum.*

IN titulo ly Deus, sumitur propriè, vt est nomen naturæ: ita quòd de essentia, non de potentia, aut scientia Dei est quæstio. ly infinitum, cum sit nomen compositum ex in, & finitum, habet ly in, negatiue non priuatiue: ly verò finitum, terminos quantitatis perfectionalis dicit; cum finiti & infiniti ratio quantitati congruat secundum philosophum primo physi. Et sicut duplex est quantitas, scilicet molis & perfectionis: ita duplices sunt termini, & duplex est finitas & infinitas. hic autem cum exclusa iam sit quantitas molis à Deo, oportet intelligi de infinitate perfectionis. Et diligenter aduerte, quòd quia, vt dicitur tertio physicorum, infinitum non est substantia sed accidens rebus consequens est, vt secundum rei naturam infinitas aut finitas requiratur. Alius siquidẽ est modus infinitatis rei, alius potentiæ, alius scientiæ. Infinitas siquidẽ quidditatiua attẽditur penes exclusionẽ terminorũ essẽtialium puta differentiarum & similiũ. & quia in proposito quæstio est de infinitate naturæ diuinæ, ideo de infinitate perfe- 14 ctionis substantialis sermo est. Ita quod sensus est, vtrum Deus secundũ suam essentiam sit tantæ perfectionis quòd omnes terminos seu limites essentiales excludat.

Coment. ¶ In corpore tria facit. primo refert opinionẽ antiquorum. secũdò distinguit de finitate & infinitate. tertio respondet quæsito.

¶ Quo ad primum duo facit. Primum est apud antiquos, primum principium est infinitũ quia ex eo fiunt infinita. ¶ Secundum, quidam antiquorũ errantes infinitatẽ molis attribuerunt primo principio: quia posuerũt primum principiũ materiale: inde & consequens fuit ponere infinitatẽ quantitatiuam, eò quòd quantitas sequitur materiam. Et sic error circa genus principij causauit errorem circa modum infinitatis.

¶ Quo ad secundũ, tam finitas quàm infinitas perfectionis distingui- 362 135 tur: quia quædam se tenet ex parte materiæ, & quædã ex parte formæ. Et differũt in hoc, quòd finitas ex parte materiæ dicit perfectionẽ, infinitas verò imperfectionem: ex parte verò formæ est ecõuerso: infinitas enim dicit perfectionẽ, finitas autem imperfectionem, vt satis clare dicitur in litera.

¶ *Num forma ex eo quòd finita, sit imperfecta: & ex eo quòd infinita, sit perfecta.*

Quæstio. CIrca hanc partem antequam vltra procedatur, est dubium tam cõtra finitatem quàm contra infinitatem formæ. Contra finitatem quidẽ, quia forma bouis, imò apud S. Tho. etiam anima intellectiua perficitur ex coniunctione ad materiam. igitur finitas formæ non dicit imperfectionem, sed perfectionẽ. Cõtra infinitatem vero, quia negotio nullam perfectionem ponit, nec aliqua res ex sola separatione ab alia perfectionem acquirit. Igitur infinitas ex parte formæ non dicit perfectionem.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd forma potest sumi dupliciter, scilicet absolute, in eo quòd forma: & secundum quid id est, in eo quòd talis, puta informatiua materiæ: forma talis perficitur ex vnione ad materiam: nõ autem forma in eo quòd forma. Et quia in proposito est sermo absolute secundum latitudinem formæ, cuius deteriorem partem constat esse illã, quæ est finibilis per materiã. Altera parte libera ac nullis materiæ terminis conclusibili remanente, ideo neganda est consequentia obiecta.

¶ Ad secundum verò dicitur, quod licet negatio seu separatio nõ dicat formaliter perfectionem, dicit tamen fundamentaliter eam. Fundamentũ enim negationis vnibilitatis ad materiam magnam perfectionem formę significat: & hoc sufficit.

Coment. ¶ Quo ad tertium est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue: Deus est infinitus. Probatur, Deus est suum esse subsistens. ergo suum esse non est receptũ in aliquo, ergo est infinitus & perfectus, id est, infinitæ perfectionis, scilicet infinitate tenente se ex parte formæ. antecedens patet ex quæstione tertia. Prima verò consequentia est per se nota. secunda autem probatur ex eo quòd esse est formalissimum omnium.

1 *Num forma finiatur per materiam*
2 *Num non recipi in materia, sit formæ ratio, quòd sit infinita.*
3 *Num probato quòd esse Dei nullo receptiuo coarctatur, probatum sit ipsum esse perfectionis infinitæ.*

Quæstio. CIrca hunc processum dubium occurrit ex Scoto in 1. sen. distin. 2. respondẽdo primæ quæstioni: reprehendit siquidem radices & processum. Inquit in primis, quòd processus noster est talis, forma finitur per materiã: ergo forma, quæ non est nata esse in materia est infinita. Contra antecedens arguit. Omnis forma prius natura quàm recipiatur in materia, est secundum se in tali gradu entium. igitur finita vel infinita. Non igitur primo finitur per respectum ad negationem alicuius extrinseci, puta materiæ, vel cuiuscunque alterius. Contra processum verò, tum quia sequeretur quòd essentia Angeli esset infinita: quia est forma non receptibilis in materia. Nec valet, inquit, si dicatur, quòd natura Angeli finitur per suum esse: quoniam apud nos esse est posterius essentia, & sic natura in primo signo abstrahens ab esse cum sit infinita, ergo in secundo signo non est finibilis per esse. Tum quia peccat secundum sophisma cõsequentis sicut illud tertio physico. Corpus finitur ad aliud corpus, ergo corpus non finitum ad aliquid aliud est infinitum. Circa eundem processum dubiũ occurrit: quia concesso toto non videbitur nouitiis quod sit responsum quæsito. Oportebat enim concludere, Deum esse perfectionis tantæ, vt omnes perfectionis limites excederet, nunc autem probatum est quòd Deus nullo est receptiuo coarctatus, quod distat valde videtur à primo.

¶ Ad euidentiam harum difficultatum, aduertendum est, quòd litera occulte subdistinguit infinitatẽ formalem in infinitatem formæ & infinitatem esse, seu actus, qui est communior forma. Sicut enim duplex est actus, scilicet esse, & forma: ita duplex est potentia receptiua, scilicet essentia & materia: & ita duplex est receptio & irreceptio: & similiter duplex est finitas & infinitas: semper loquendo ex parte actus. 18 17 17 Et sicut esse est actus alterius rationis à forma, & essentia est alterius ordinis potentia à materia: vt differentia compositionis ex esse & essentia, & ex materia & forma ostendit: ita alterius rationis est receptio esse in essentia, & formæ in materia: & similiter finitas esse per essentiã, & formæ per materiam, & econuerso, finitas essentiæ per esse & materiæ per formam. Et vt sigillatim dicatur: esse secundum se perfectionẽ quandam dicit, sed non potest imaginari quantam perfectionem dicat, 234 nisi alicui naturæ intelligatur applicatũ: puta sapientiæ, aut Gabrielis &c. & ideo esse per hoc quòd recipitur in aliqua essentia, limites perfectionis sortitur, secundum modum naturæ recipientis: ac per hoc si nulli omnino quidditati coniungi ponitur, sed in seipso naturaliter subsistere, nullum essentialem terminũ habebit: forma autem etsi secundum se perfectionem dicat, limitata tamen ad tantam perfectionem intelligi potest, etiã si nulli materiæ sit vnibilis, vt de intelligentiis patet. Vnde manifeste colligitur quàm differens sit finitio esse per essentiam, aut econuerso, & terminatio formæ per materiam, vel econuerso: penes illam namque attenditur finitum vel infinitum simpliciter, penes istam verò finitum & infinitum secundum quid tantum. Verum quia esse & forma conueniunt in ratione actus & receptibilis in alio, ideo ex finitate & infinitate formæ ad infinitatem & finitatem esse procedi potest. Et propterea litera ad insinuandam identitatem proportionalem inter vtriusque finitatem, & infinitatem, ex forma ad esse ascendit: ad insinuandam verò diuersam vtriusque rationem subsumpsit non quòd esse est prima forma, sed quòd est formalissimum omnium. Et ex his patet facile responsio ad obiecta Scoti. Dico enim primo, quòd antecedens illud, forma finitur per materiam, non loquitur de finitate simpliciter, sed tali, scilicet penes terminos materiales & propterea obiectio nihil obstat. Et similiter ruunt instantiæ contra processum, quoniam verum est naturam Angeli esse infinitam secundum quid. Et si instetur, quomodo ergo ex illo fundamento probat litera infinitatem simpliciter ipsius Dei? patet responsio ex dictis: litera enim ex infinitate formæ, quæ est secundum quid manu duxit ad infinitatem formalissimi omnium, id est esse, quæ est simpliciter, & ex illa infert Deum infinitum simpliciter. Et quoniam eodem modo posset quis sequendo Scotum arguere de esse: sicut arguit de forma: ideo dico secundo, quòd infinitum sicut & immateriale est prædicatum negatiuum, fundamentaliter tamen positiuum. Et sicut positiuum clausum in ly immateriale optime probatur ex naturali negatione materiæ, tam actu quàm in potentia, ita positiuum clausum in significatione infiniti simpliciter optime demonstratur conuenire Deo ex negatione terminorum essentialium vt in litera fit. Vnde concedo quòd esse prius natura est in seipso tantæ perfectionis, puta finitæ vel infinitæ, quàm sit receptibile aut irreceptibile in hoc vel illo: cum hoc tamen dico, quòd hæc duo mutuo se consequuntur: ita quòd si esse est omnino irreceptibile est infinitum simpliciter & econuerso. Et similiter si est finitum, est receptibile, & econuerso, & propterea potest argui à destructione antecedentis ad destructionem consequentis absque sophismate, vt in conuertibilibus contingit. Et sic patet responsio ad Sco.

¶ Ad id verò, quod nouitij obiiciunt ex dictis iam patere potest. iam enim ostensum est, quòd omnimoda negatio receptionis ipsius esse fundatur super infinita perfectione simpliciter. Et aduerte quàm formalis & ex propriis doctrina sit Sancti Thomæ: de essentiæ namque infinitate agens essentiales terminos tantum lustrauit, nec digressus est ad concomitantia, penes quæ attenditur infinitas potentiæ, aut intellectus, aut voluntatis: vt alij minus perspicaces faciunt.

a ¶*Super Quaestionis septimae Articulum secundum.*

IN titulo aduerte ly infinitum per essentiam, non significat idem quod res infinitae perfectionis: quia ly infinitum non arctatur hic ad infinitum tenens se ex parte formae, quod dicit perfectionem, sed tenetur cōmuniter, vt contineat etiam infinitum ex parte materiae: vt patet ex processu in corpore articuli: & in argumento tertio. Vnde infinitum per essentiam idem significat quod res essentiae indeterminatae omnino, id est, nec ad genus nec ad speciē aliquam, & hoc siue per se, siue reductiue. Et est quaestio de rebus singularibus: quarum tantummodo est inueniri posse in rerum natura: quod dico propter res in abstractione sumptas, quas contingit adeo abstrahere, vt secundum aliquam rationem ad nullū sit genus arctare: tamen secundum rem etiam illa ratio in hac re existens ad aliquod est genus & speciem determinata. Ens enim in homine est in specie humana &c. Ita quòd sensus quaestionis est, an praeter Deum aliqua res in rerum natura existens actu vel potētia, sit essentiae indeterminatae simpliciter.

36 q. 50. art. 24. & q. 86. 2. ca. & 1. dis. 43. q. 1. art. 2. ca. & 1. me. 3. 10.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum aliquid aliud quàm Deus possit esse infinitum per essentiam.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd aliquid aliud quàm Deus possit esse infinitum per essentiam. Virtus enim rei proportionatur essentiae eius. Si enim essentia Dei est infinita, oportet quòd eius virtus sit infinita. ergo potest producere effectum infinitum, cum quantitas virtutis per effectum cognoscatur.

¶Praeterea, Quidquid habet virtutem infinitam habet essentiam infinitam: sed intellectus creatus habet virtutem infinitam: apprehendit enim vniuersale quod se potest extendere ad infinita singularia: ergo omnis substantia intellectualis creata est infinita.

21. e.

¶Praeterea. Materia prima aliud est à Deo, vt suprà ostensum est [e]: sed materia prima est infinita. ergo aliquid aliud praeter Deum potest esse infinitum.

¶SED CONTRA est, quòd infinitum non potest esse ex principio aliquo, vt dicitur in tertio physic. Omne autem quod est praeter Deum est ex Deo, sicut ex primo principio. ergo nihil, quod est praeter Deum, potest esse infinitum.

CONCLVSIO.

¶*Solus Deus per essentiam & simpliciter infinitus est, alia verò omnia finita simpliciter sunt, infinita verò secundum quid.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid praeter Deum potest esse infinitum secundum quid, sed non simpliciter. Si enim loquamur de infinito secundum quod competit materiae, manifestum est quòd omne existens in actu habet aliquam formam, & sic materia eius est determinata per formā. Sed quia materia secundum quod est sub vna forma substantiali, remanet in potentia ad multas formas accidentales, quod est finitum simpliciter, potest esse infinitum secundum quid, vtpote lignum est finitum secundum suam formam, sed tamen est infinitum secundum quid, inquantum est in potentia ad figuras infinitas. Si autem loquamur de infinito secundum quòd conuenit formae, sic manifestum est, quòd illa, quorum formae sunt in materia, sunt simpliciter finita, & nullo modo infinita. Si autem sint aliquae formae creatae non receptae in materia, sed per se subsistentes, vt quidam de Angelis opinantur, erunt quidem infinitae secundum quid inquantum huiusmodi formae non terminantur, neque contrahuntur per aliquam materiam [c]: sed quia forma creata sic subsistens habet esse, & non est suum esse, necesse est quòd ipsum eius esse sit receptum & contractum ad terminatam naturam. Vnde non potest esse infinitum simpliciter [e].

d 262

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc est contra rationem facti, quòd essentia rei sit ipsum esse eius: quia esse subsistens non est esse creatum: vnde contra rationem facti est, quòd sit simpliciter infinitum. Sicut ergo Deus licet habeat potentiam infinitam, non tamen potest facere aliquid non factum [e]: hoc enim esset contradictoria esse simul: ita non potest facere aliquid infinitum simpliciter.

¶Ad secundum, dicendum, quòd hoc ipsum quòd virtus intellectus extendit se quodammodo ad infinita, procedit ex hoc quòd intellectus est forma non in materia, sed vel totaliter separata, sicut sunt substantiae Angelorum, vel ad minus potentia intellectiua, quae non est actus alicuius organi in anima intellectiua corpori coniuncta.

¶Ad tertium dicendum quòd materia prima non existit in rerum natura per seipsam, cum non sit ens in actu, sed potentia tantum. vnde magis est aliquid concreatum, quàm creatum [e]. Nihilominus tamen materia prima etiam secundū potētiā non est infinita simpliciter, sed secūdū quid: quia eius potētia non se extēdit, nisi ad formas naturales.

Commēt.

¶In corpore vnica est cōclusio responsiua quaesito negatiue. Nulla res alia à Deo est infinita simpliciter: quāuis possit esse infinita secūdum quid. Haec cōclusio habet duas partes, vt patet. & in litera quo ad vtranque probatur. verum quia infinitum est duplex, scilicet ex parte actus, & ex parte potentiae, seorsum primo probat vtranque conclusionis partem in infinito materiali, deinde in formali. De illo, quia materia semper finitur per formā aliquam, ac per hoc non est infinita simpliciter, & tamen quia remanet in potentia ad infinitas formas, datur infinitum secundum quid. De hoc verò, quia forma creata, aut est in materia, & consequenter finita per eam; aut subsistens sine materia & recipiens esse, & haec, quia sine materia, ideo infinita secundum quid, id est secundum terminos materiales: quia tamen habet esse receptū, est finita simpliciter: esse enim coaptatum ita huic certae naturae, quòd non alij, limitatum oportet esse simpliciter; alioquin omnis in se naturae perfectionem contineret, & à partibus vniuersi sufficienter enumeratis conclusio vniuersalis proposita probata est: & satis clare, si praecedentia recolantur.

Annot.

¶Aduerte nouitie, quòd non dubitando, sed philosophico more deferendo proprio tractatui de Angelis inferius habendo, dicit quosdam opinari Angelos esse subsistentes subsistantias.

a ¶*Super Quaestionis septimae Articulum tertium.*

IN titulo possit simpliciter, secundum potentiam logicam.

¶In corpore tria, primo assignat causam quaestionis, quòd non est vana, sed necessaria. secundo distinguit corpus. tertio respondet quaesito.

¶Quo ad primum necessitas quaesiti ostenditur extraneitate infinitatis secundum magnitudinem ab infinitate essentiae: quia scilicet aliud est esse infinitum secundum essentiam, & aliud secundum quantitatem, & probatur in naturalibus. Vbi aduerte, quòd inter istas infinitates est duplex differentia. Vna separationis, qua vna non est alia: & haec est manifesta, dum in Deo reperitur infinitas essentiae absque quantitate; & in istis inueniri forte potest infinitas quantitatis absque infinitate essentiae, vt patet in conditionali posita in litera. Altera consecutionis: quia vna non infert aliam: quia scilicet nec infinitum secundum essentiam, infert infinitum quantitatis, nec quod magis dubitari poterat, infinita magnitudo infert infinitam essentiam, vt in litera ostenditur, si esset ignis infinitus, & de hac differentia interpretanda est litera: quoniam est admodum ad propositum.

¶*Num si quid habens magnitudinem infinitam, habeat essentiam infinitam.*

Quaestio.

CIrca hanc partem statim occurrit dubium nouitiorum mentem turbans: eò quòd, vt dicitur octauo physicorum, in magnitudine infinita oportet esse virtutem infinitam: ergo essentiam infinitā. virtus enim non excedit essentiam. quare, si esset ignis infinitus, esset virtutis infinitae, & consequenter essentiae infinitae. falsum est ergo, quod in litera dicitur, quòd si esset magnitudo infinita non haberet essentiam infinitam.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd obiectio laborat inequiuoco, ly enim infinita essentia, potest intelligi dupliciter. Primo de infinitate propria essentię, inquantum essentia, quae vt ex dictis patet, nihil aliud est quàm indeterminatio, id est, carentia terminorum essentialium, scilicet generis & differentiae. ¶Secundo de infinitate communiter sumpta siue quantitatiua &c. In proposito obiectio procedit de infinitate secundo modo. Litera autem loquitur de infinitate primo modo. & ideo signanter in litera dicitur, infinitum secundum essentiam, & non dicitur infinita essentia. Melius enim explicatur infinitas essentialis per ly secundum essentiam, vt patet.

151. b Commēt.

¶Quo ad secundum distinctio est ista, corpus potest sumi dupliciter, physice pro subiecto trinae dimensionis: & mathematice pro ipsa trina dimensione absolute: litera est satis clara.

e 242 153. 151. b. d 433 Annot.

¶Aduerte hic quòd famosa illa distinctio corporis positi à magno Alberto in primo physico. de corpore triplici, scilicet mathematico, physico, & metaphysico, quamuis non habeatur explicite à Sancto Thoma, doctrinae tamen suae non solum non aduersatur, sed congruit quoniam apud ipsum etiam compositum ex materia & forma substantiali, vt praeuenit aptitudinem suiipsius ad quantitatem & motum corpus est ad metaphysici considerationem spectans. Sed quoniam respectu infinitatis secūdum magnitudinē, corpus physicum & metaphysicum non ponunt in numerum, ideo hic substratum trinae dimensioni compositum, scilicet ex materia & forma vnicum tantum membrum constituit: & corpus physicum appellatur; quia secundum formam naturalem speciem sortitur, vt patet inductiue.

e 241

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum possit esse aliquid infinitum actu secundum magnitudinem.*

37 veri. q. 2. art. 2. & 9. quol. art. 1. & 12. quoli. arti. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd possit esse aliquid infinitum actu secundum magnitudinem. In scientiis enim mathematicis non inuenitur falsum: quia abstrahentium non est mendacium, vt dicitur in secundo physico. sed scientię mathemathicae vt vtūtur infinito secundum magnitudinem: dicit enim Geometra in suis demonstrationibus, sit linea talis infinita: ergo non est impossibile aliquid esse infinitum secundum magnitudinem.

¶Praeterea, Id, quod non est contra rationem alicuius, non est impossbile conuenire sibi: sed esse infinitum non est contra rationem magnitudinis: sed magis finitum & infinitum videntur esse passiones quantitatis: ergo non est impossibile aliquam magnitudinem esse infinitam.

¶Praeterea, Magnitudo diuisibilis est in infinitum. Sic enim diffinitur continuum, quod est in infinitum diuisibile, vt patet in tertio physico. Sed contraria nata sunt fieri circa idem: cum ergo diuisioni opponatur additio, & diminutioni augmentum, videtur quòd magnitudo possit crescere in infinitum: ergo possibile est esse magnitudinem infinitam.

¶Praeterea, Motus & tempus habent quantitatem & continuitatem à magnitudine, super quam transit motus, vt dicitur in quarto physico. sed non est contra rationem temporis & motus quòd sint infinita, cùm vnumquodque indiuisibile signatum in tempore & motu circulari sit principium & finis. ergo nec contra rationem magnitudinis erit quòd sit infinita.

¶SED CONTRA: Omne corpus superficiem habet: sed omne corpus superficiem habens est finitum: quia superficies est terminus corporis finiti. ergo omne corpus est finitum. Et similiter potest dici de superficie, & linea. nihil est ergo infinitum secundum magnitudinem.

CONCLVSIO.

¶*Nullum corpus naturale, nec mathematicum potest esse infinitum.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliud est esse infinitum secundum suam essentiam. & secundum magnitudinē. Dato enim quòd esset aliquod corpus infinitum secundum magnitudinem, vtpote ignis, vel aër, non tamen esset infinitum secundum essentiam: quia essentia sua esset terminata ad aliquam speciem per formam, & ad aliquod indiuiduum per materiam. Et ideo habito ex praemisis, quòd nulla creatura est infinita secundum essentiam [c], adhuc restat inquirere, vtrum aliquid creatum sit infinitum secundum magnitudinem. ¶Sciendum est igitur, quòd corpus, quod est magnitudo completa, dupliciter sumitur, scilicet mathematicè, secundum quod consideratur in eo sola quantitas: & naturaliter, secundum quòd consideratur in eo materia & forma. Et de corpore quidem naturali, quòd non possit esse infinitum in actu manifestum est. Nam omne corpus naturale aliquam formam habet determinatam: cum igitur ad formam substantialem consequantur accidentia, necesse est quòd ad determinatam formam consequantur determinata accidentia: inter quae est quantitas. Vnde omne corpus naturale habet determinatam quantitatem & in maius & in minus. Vnde impossibile est aliquod corpus naturale infinitum esse. Hoc etiam ex motu patet: quia omne corpus naturale habet aliquem motum naturalem: corpus autem infinitum non posset habere aliquem motum naturalem, nec rectum, quia nihil mouetur naturaliter motu recto, nisi cum est extra suum locum: quod corpori infinito accidere non posset: occuparet enim omnia loca: & sic indifferenter quilibet locus esset locus eius. & similiter etiam neque secundum motum circularem: quia in motu circulari oportet quòd vna pars corporis transferatur ad locum, in quo fuit alia pars quod in corpore circulari, si ponatur infinitum, esse non posset: quia duae lineae

Commēt.

¶Quo ad tertium respondetur quaesito iuxta duo distinctionis positae membra duabus conclusionibus negatiue. Prima est nullum corpus naturale potest esse infinitum secundum magnitudinem. Probatur dupliciter, primo à priori. formam substantialem sequuntur accidentia: ergo determinatam formam determinata accidentia: ergo determinata quantitas & in maius & in minus. ergo omne corpus naturale habet determinatam quantitatem & in maius & in minus: ergo non potest esse actu infinitum. Secunda consequentia probatur: quia quantitas est vnum de accidentibus sequentibus formam substantialem. tertia verò probatur, quia omne corpus naturale habet determinatam formam substantialem.

¶*Num entia naturalia sint determinatae quantitatis in maius & in minus ab intrinseco.*

Quaestio.

CIrca primam consequentiam dubium occurrit quem sensum habeat. Aut enim ly determinata accidentia importat determinationem genericā, seu specificam: & tunc est sensus, quòd talem formam in specie, puta ignis, sequuntur talia accidentia secundum speciem puta calor, lux, talis figura, leuitas, &c. iuxta hunc sensum consequentia est optima, sed non infert propositum: ex tali enim sensu non sequitur secunda consequentia, ergo quantitas determinata & in maius & in minus. Quantitas enim maior & minor non sunt diuersarum specierum, vt patet. Aut significat etiam determinationem gradualem, quo ad qualitates, & extensionis, quo ad quantitatem: & tunc est sensus, quòd formam determinatam sequuntur non solum ita haec accidentia secundum speciem. quod non illa, sed ita accidentia in tali gradu seu extensione quòd non alio. Et secundum hunc sensum proculdubio est hic intenta: sed potest adhuc dupliciter intelligi. Primo quòd certam formam sequuntur determinata accidentia non solum in toto, sed in omnibus & singulis partibus: puta quòd formam aquae sequitur certa quantitas non solum in aliqua tota aqua, sed in quibuscunque partibus integralibus: & hic sensus alienus est à veritate & proposito: quoniam non datur minima pars aquae, aut albi, vt dicitur in libro de sensu & sensato: sed quacunque parte data datur minor inexistens in homogeneis

¶Secundo

¶Secundo quòd certam formam sequuntur determinata accidentia in toto & partibus possibilibus seorsum existere. Et hic sensus, est directè intentus: quoniam in partibus inexistentibus tantum non est proprie forma, sed formae pars tam actu quàm potentia. in litera autem dicitur, quòd formam determinatam sequuntur accidentia & quantitas determinata. Sed vnde in hoc sensu consequentia valeat, quódue sit illius fundamentum latet. Et ideo vertitur in dubium. Primo quo ad determinationem quantitatis in minus, Secundo quo ad determinationem eiusdem in maius

¶Scotus in secunda sententia, distinctione secunda, quaestione nona, nititur probare oppositum, & sustinere quòd non datur minimum in homogeneis substantiis, potens per se existere, sed quacunque aqua data potest minor per se existere: & sic forma eius non determinat sibi certam quantitatem in minus, vt in litera dicitur. Arguit ergo ex ratione quanti quinto metaph. sic. Non magis essentiale est quanto posse diuidi in partes, quàm quòd vtrunque eorum, in quae diuiditur, possit esse hoc aliquid. ergo singulae partes quantaecunque aquae possunt per se existere. Antecedens patet ex quinto meta. consequentia verò manifesta est. ex se & nihilominus consequēs confirmat quadrupliciter. Tū quia partes sunt eiusdem rationis cum toto quo ad materiam & formam: ergo per se existere, quòd non repugnat toto, non repugnat parti. Tum quia quaelibet pars habet naturam, vnde non repugnat sibi esse indiuiduum eiusdem speciei cum toto. ergo potest esse indiuiduum: & consequenter per se existere. Tum quia partes sunt naturaliter priores toto. ergo eis non repugnat esse prius tempore &c. Tum quia posita illa aqua minima circunscripto omni corruptiuo etiam continente si diuidatur aut post diuisionem, quae erat vna aqua in actu & multae in potentia erunt aquae plures in actu: & habetur intentum, aut non: & si non, ergo annihilata est aqua absque corruptiuo. probatur: quia sola diuisio non corrūpit. probatur: quia diuidit in partes homogeneas, ex quibus constat totum. ergo diuidit in aquas. aut aqua componitur ex non aquis, vt partibus integralibus. Nec est inquit repugnantia ex parte paruae quantitatis: quia forma aquae cum tam parua quantitate praefuit.

¶Contra determinationem verò quantitatis in maius, arguitur ratione & autoritate. Ratione quidem; dato quocunque igne si apponatur combustibile dispositum, certum est quòd comburet. Illud ergo crescit quantum est ex se in infinitum. Et confirmatur autoritate Arist. secundo de anima textu quadragesimoprimo, ignis augeretur in infinitum, si in infinitum apponeretur combustibile, non ergo datur maximus ignis.

¶Ad euidentiam huius difficultatis nota primo, quòd non intendimus hic tractare totaliter de maximo & minimo: quoniam esset extra propositum: sed solum an detur maximum & minimum ex intrinseco, hoc enim exigit ratio assumpta in litera, volens quòd ex intrinseco, ex forma scilicet substantiali, vnaquaeque substantia naturalis vendicet sibi certam quantitatem, tam in maius quàm in minus: & ideo has paucas rationes in hac disputatione adduximus. Fiet autem Deo dante specialis quaestio de maximo & minimo vniuersaliter. Nota secundo quòd duas rationes ab Aristo. habemus ad hoc. Alteram primo physic. tex. trigesimosexto, scilicet quantitas totius consurgit ex quantitatibus partium &c. Sed ista ratio vt patet procedit ex suppositione; supponit enim dari maximum & concludit dari minimum, alioquin totum nō esset certae quantitatis, Alteram in primo de anima. tex. 41. scilicet omnium natura constantium determinata est ratio &c. Et haec ratio, vt inquit Scotus, loquitur de animatis: in quibus tantum habet locum augmentum proprie dictum, de quo ibi est sermo. Verum quicquid sit de illo textu Sancti Thomae vniuersalizauit illam: & quod ibi de anima dicitur, de omni forma substantiali assumpsit, scilicet quòd vendicat sibi certam quantitatem: & probauit eam secundum doctrinam traditam quinto meta, & secundo physi. scilicet quòd causae effectibus, & econuerso comparantur & commensurantur. Ex hoc enim sequitur quòd si formam substantialem naturaliter in communi sequitur quantitas: ergo determinatam formam determinata quantitas sed quantitas non alio modo determinat quàm secundum terminos, non enim corporeitas hominis & aquae differt specie, vt posset dici, quòd determinatam formam sequitur determinata quantitas secundum speciem: igitur sequitur quantitas determinata secundū terminos. Quāuis etiam si quantitates differrent specie, adhuc tamen haberetur fundamentum consequentiae, ex eo quòd determinata forma est vis determinatè: ac per hoc nihil consequens ad ipsam potest esse infinitum: si enim haberet calorē, raritatem, quantitatem aut quodcunque accidens infinitum, iam à forma finita esset vis infinita. quod non est intelligibile. quia ergo formam physicam in communi sequuntur accidentia, consequens est vt certam formam ac per hoc rem certe vis sequantur certa accidentia: non solum ita hęc, quod non illa, sed etiam ita in tali gradu vel termino summo, imò vel medio, quòd non in maiori aut minori. & sic habetur vnde tenet consequentia literae, non solum de quantitate, sed de omnibus accidentibus.

Ex primo physi.

¶Ad rationē ergo Scoti, concesso antecedente negatur consequentia. & ratio est: quia vtrunque scilicet diuidi in partes, & illas posse esse hoc aliquid, si realiter intelligatur nō conuenit quanto per se positiue, sed non repugnāter, vt patet de quātitate caeli. Quantum enim illud nec potest actuali diuisione diuidi, nec potest aliqua pars eius seorsum existere, & tamen est vere quantum. Vtraque ergo cōditio posita in ratione quanti potest impediri ne exerceatur à forma naturali, cui coniuncta est quantitas, Vnde illa diffinitio conuenit quāto vt sic, & tamen alicui quanto repugnat.

Ex primo caeli.

Et si contra hoc afferatur ratio illa Scoti, quādocunque aliqua per se consequētia aliqua duo sunt incompossibilia, & illa duo sunt incompossibilia: sed conditiones quanti & formae minimi sunt incompossibiles. ergo quantum & forma minimi sunt incompossibiles. Respondetur primo applicando totum argumentum ad naturam caeli, quae non patitur diuisionem.

¶Secundo quia multiplicare non est soluere, quòd illa maior est vera de per se consequentibus positiue: non autem non repugnanter. vnde velocitabilitas in infinitum conuenit motui per se non repugnanter. vnde & demonstratur de eo, motui tamen naturali cuilibet repugnat, vt patet secundo caeli, textu trigesimonono: & propterea motus & naturalitas non sunt incompossibiles. Posset tamen aliter dici, quòd illae conditiones non intelliguntur secundum actualem diuisionem, sed secundum designationem. & quòd sic omne quantum est diuisibile, & quaelibet pars potest esse hoc aliquid secundum designationem: & tunc etiam nihil contra propositum nostrum sequitur.

¶Ad primam confirmationem negatur sequela: quia aliquam conditionem requirit forma aquae in per se primo perfectibili, quam non requirit in parte illius. Vna autem harum conditionum est tanta quantitas: & simile est iudicium de tanto calore &c.

¶Ad secundam quoque eodem modo dicitur: quòd non sufficit ad posse esse indiuiduum eiusdem speciei communicare in natura, sed oportet adiungere conditiones requisitas ad per se existere. Quicquid enim habet naturam aquae cum conditionibus necessariis ad per se existendum, potest esse aquae indiuiduum, & non aliter.

¶Ad tertiam negatur consequentia quò ad partes inexistentes tantum.

¶Ad vltimum dicitur quòd si poneretur minimus ignis tantummodo; & diuideretur quòd non solum corrumperetur, sed annihilaretur, licet tam antecedens quàm consequens sit impossibile. Nec oportet quaerere aliud destructiuum quàm diuisionem: quoniam etsi diuisio vt sic non sit corruptiua, diuisio tamen talis, scilicet minimi naturalis, est vniuersaliter corruptiua: & in tali casu annihilatiua. Nec ignis minimus est vnus in actu & multi in potentia; nisi eo modo quo partes dicuntur esse in potentia in toto: quia scilicet sunt per esse non proprium, sed totius, sicut & partes caeli sunt in toto in potentia.

¶Ad ea verò, quae contra maximum obiiciuntur respondetur: quòd maximum ignem dari potest intelligi dupliciter: vno modo loquendo de indiuiduo ignis per se vno alio modo de vno quasi per aggregationem. Et dico quòd datur ex intrinseco maximus & minimus ignis in per se vno indiuiduo: quamuis non detur maximus vnus quasi per aggregationem, nisi ab extrinseco: quia scilicet vniuersi natura non patitur ignem superare caetera elementa &c. Vocatur autem ignis indiuiduum per se vnum, illud quod constat sic ex vna necessario in actu tam forma quàm materia, quòd per solam diuisionem non possent fieri duo ignes. Nec hoc consistit in indiuisibili, sed tota latitudo à quantitate minima ignis, ad quantitatem duorum minimorū exclusiue, constituit per se vnum numero gnem. Quantitas autem duorum minimorum & maior facit vnum

quasi per aggregationem. Et idem est iudicium de aqua, & aliis elementis: & huiusmodi humidis. Nec ex his motus intelligas plantam non esse per se vnam. quæ est vna in actu & multæ in potentia: quoniam partes plantæ organicæ sunt: Et ad complementum naturale indiuidui eius requiritur quòd habeat omnes partes &c. Non sic est in huiusmodi homogeneis, vt patet. Apposito ergo combustibili cuicunque igni &c. concedendum est quòd combureret, & quòd cresceret in infinitum, sed non esset per se vnus numero ignis. Et sic patet responsio ad autoritatem Aristotelis.

¶Num quantitas sit ex accidentibus sequentibus formam substantialem.

Quæstio. Circa probationẽ secundæ consequentiæ occurri dubiumq; a falsum assumitur, scilicet quòd quantitas sit vnum accidentium sequentium formam substantialem, cum constet quantitatem esse accidens consequens materiam. Nec valet dicere, quòd quantitas consideratur dupliciter, scilicet absolute, & vt terminata: & quòd licet absolute sit consequens materiam. terminatio tamen eius sequitur formam. hæc enim, licet sint vera, nõ tamen ad propositum: quia litera ex hoc quòd quantitas, consequitur formam, infert. ergo est terminata. vnde si assumptũ esset quòd quãtitas quo ad terminationem sequitur formam, esset petitio principij. (b 35) ¶Ad hoc videtur dicendum, quantitatem dupliciter sumi posse vno modo secundum id, quòd est in ea de actu, & sic sequitur formam. alio modo secundum id quod est in ea de potẽtia, & sic sequitur materiam. Et quoniam plurimum in ea est quod spectat ad materiã potentiæ, vt patet in definitione quanti. quinto meta. ideo absolute ponitur accidens, consequens compositum ratione materiæ. Et quoniam in proposito est sermo de quantitate in actu quia de infinito in actu: ideo in proposito vtens litera quantitate ex parte actus attribuit ipsam formæ. & ex hoc quòd ipsa secundum quòd est actu sequitur formam, infert, ergo est terminata sicut cætera consequentia formam.

protractæ à centro, quanto longius protrahuntur à centro, tanto longius distant abinuicem: si ergo corpus esset infinitum, in infinitum lineæ distarent abinuicem, & sic vna nunquam posset peruenire ad locum alterius. De corpore etiam mathematico eadem ratio est: quia si imaginemur corpus mathematicum existens actu, oportet quòd imaginemur ipsum sub aliqua forma: quia nihil est actu nisi per suam formam: vnde, cum forma quanti inquantum huiusmodi sit figura, oportebit quòd habeat aliquam figuram: & sic erit finitum. est enim figura, quæ termino, vel terminis comprehenditur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd geometer non indiget sumere aliquam lineam esse infinitam actu: sed indiget accipere aliquam lineam finitam actu, à qua possit subtrahi quantum necesse est: & hanc nominat lineam infinitam.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet infinitum non sit contra rationem magnitudinis in communi, est tamen contra rationem cuiuslibet speciei eius, scilicet contra rationem magnitudinis bicubitæ, vel tricubitæ, siue circularis, vel triangularis, & similium. non autem est possibile in genere esse quod in nulla specie est: vnde non est possibile esse aliquam magnitudinem infinitam, cum nulla species magnitudinis sit infinita.

¶Ad tertium dicendum, quòd infinitum quod conuenit quantitati, vt dictum est[e], se tenet ex parte materiæ: per diuisionem autem totius acceditur ad materiam: nam partes se habent in ratione materiæ: per additionem autem acceditur ad totum secundum quòd se habet in ratione formæ: & ideo non inuenitur infinitum in additione magnitudinis, sed in diuisione tantum.

¶Ad quartum dicendum, quòd motus & tempus non sunt secundum totum in actu, sed successiue: vnde habent potentiam permixtam actui. Sed magnitudo est tota in actu: & ideo infinitum, quod conuenit quantitati, & se tenet ex parte materiæ, repugnat totalitati magnitudinis, non autem totalitati temporis vel motus: esse enim in potentia conuenit materiæ.

Coment. ¶Secundò probatur conclusio ex ratione mobilitatis. Omne corpus naturale habet aliquem modum naturalem, ex primo cæli, textu quinto. Nullum corpus infinitum est naturaliter mobile. ergo. Probatur minor, vtẽdo distinctione motus naturalis facta primo cæli. Quia non potest moueri motu recto: eo quòd omne tale potest extra locum suum saltem secundum partes esse. Nec motu circulari, eo quòd lineæ à centro circuli protractæ, quanto longius protrahuntur, tanto inter se magis distant. ergo in corpore infinito distarent inter se infinite. ergo nunquam vna perueniret ad locum alterius. ergo nunquam vna pars corporis infiniti circularis potest venire ad locum vbi est alia. ergo implicat ipsum moueri: & sumpta est hæc ratio ex primo cæli, textu tricesimoprimo.

¶Secunda conclusio est. nullum corpus mathematicum potest esse infinitum in actu probatur: si est corpus in actu, ergo habet formam: ergo figuram, ergo terminum: ergo non est infinitum. prima consequẽtia probatur. quia nihil est actu nisi per formam suam, secunda verò: quia forma corporis de genere quãtitatis vt sic est figura. tertia autem ex diffinitione figuræ: & hæc ratio sumpta est ex tertio physicorum textu quadragesimo.

Annot. ¶In responsione ad secundum aduerte, quòd si diligenter inspicitur, negat infinitum esse passionem quantitatis, quamuis concedat ei non repugnare. Et si contra hoc afferatur textus decimusquintus primi phy. scilicet finiti & infiniti, ratio quantitati congruit. in promptũ est responsio, quòd hoc non ideo dicitur quòd quantitas vendicet sibi infinitatem, sed econuerso: quia infinitas vendicat sibi quantitatem, quoniam non est intelligibile infinitum, nisi quantum, sicut etiam dicitur vacui ratio conuenit loco. Intendunt enim per hoc philosophi, quòd si ista inueniuntur, oportet reperiri in quantitate & loco &c.

¶Num augmentum tendat in infinitum.

Quæstio. IN responsione ad tertium aduerte, quòd licet responsio sumpta sit ex tertio physico. ex quo sumptæ sunt etiam reliquæ responsiones. ad primum quidem ex textu septuagesimoprimo, ad quartum autem ex septuagesimoquarto. Ad hoc verò ex sexagesimosexto. Licet inquam ita sit, obstant tamen huic responsioni dicta Sancti Thomæ in tertia parte, quæstione nona, articulo duodecimo, & in tertia sententia distinctione decimatertia, quæstione prima, articulo secundo, quæstione tertia. ad primum, imò etiam hic in articulo sequenti in responsione ad secundum, concedendo augmentum figurarum in infinitum, in tertio quoque physico. expresse Aristoteles concedit textu quinquagesimonono, & sexagesimo, magnitudinem augeri in infinitum sicut & diuidi.

¶Ad hoc breuiter respondetur cum Aristo. ibidem, quòd magnitudinem augeri in infinitum potest dupliciter intelligi. Primo ea ratione, quia semper potest fieri sibi additio secundum partes proportionales: & sic ibidem dicitur quòd augeri potest in infinitum: sed per tale augmentum nunquam excedetur certa magnitudo signata. ¶Secundo, quia semper potest fieri additio simpliciter: ita quòd excedat omnem certam quantitatem. Et sic distinguendum est: quia aut loquimur de magnitudine, stando infra limites continui, aut de ea vt induit rationem discreti. Primo modo, nec augmento naturali, nec intellectuali continuum est augmentabile in infinitũ: & causa assignatur in litera. ¶Secundo modo autem augmentabile est in infinitum, sicut & numerus, & ad hoc pertinet augmentum figurarum in infinitum. Dixi autẽ de continuo vt sic, quòd nec intelligibili augmẽto est augmentabile in infinitum, nõ quòd intellectus non possit quacũque magnitudine data fingere maiorem: & sic in infinitũ. sed quoniam in natura continui vt sic, non est potentia ad huiusmodi augmentum: in natura tamẽ numeri materialis est: & similiter in natura continui est potentia ad diminutionem in infinitum, vt patet ex eius ratione. Et sic omnia cõsonant, diuersis modis intellecta.

¶Num accessus ad totum, siue ad formam, prohibeant infinitum. 38 veri. q. 2. arti. 10. Et 9. quol. arti. 1.

Quæstio. Circa rationem assignatam in litera dubium occurrit ex Scoto in tertio senten. distin. decimatertia, quæstione prima. impugnat siquidem eam sic. Quilibet numerus est vnus secundum se formaliter ex octauo, meta. ergo in augmentatione numeri acceditur ad formam. ergo accessus ad formam non prohibet augmentum in infinitum. ergo male in litera dicitur, quòd ideo magnitudo non augetur in infinitum: quia accedit ad totum & formam.

¶Ad hoc dicitur quòd cum numerus augmentabilis in infinitum non sit quilibet numerus, sed numerus continuorum, vt patet tertio physico. textu sexagesimooctauo, Augmentatio numeri non accedit ad numerum simpliciter, sed talem, scilicet partium continui ac per hoc manifeste acceditur non ad totum, sed ad partem: sicut & diuisio continui, ex qua causatur: augmentatio autem continui ad totum simpliciter accedit. Neganda est ergo prima consequentia Scoti quoniam à numero ad numerum talem, id est, materialem arguit, quod non licet in proposito: quia ly materialis minuit rationem numeri quò ad formalitatem: quia addit materialitatem formæ, & permiscet actum potentiæ. vt patet.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum possit esse infinitum in rebus secundum multitudinem.*

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur, quòd possibile sit esse multitudinem infinitam secundum actum. Non enim est impossibile id, quod est in potentia reduci ad actum: sed numerus est in infinitum multiplicabilis: ergo non est impossibile esse multitudinem infinitam in actu.

¶Præterea, Cuiuslibet speciei possibile est esse aliquod indiuiduum in actu: sed species figuræ sunt infinitæ: ergo possibile est esse infinitas figuras in actu.

¶Præterea, Ea quæ non opponuntur adinuicem, non impediunt se inuicem: sed posita aliqua multitudine rerum, adhuc possunt fieri alia multa quæ eis non opponuntur: ergo non est impossibile aliqua iterum simul esse, cum eis: & sic in infinitum. ergo possibile est esse infinita in actu.

¶SED CONTRA est quod dicitur Sapien. 11. Omnia in pondere, numero & mensura disposuisti.

CONCLVSIO.

¶Impossibile est esse multitudinem per se, vel per accidens actu infinitam, possibile est autem eam esse in potentia.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd circa hoc fuit duplex opinio. Quidã enĩ sicut Aui. & Algazel dixerunt, quòd impossibile est esse multitudinẽ actu infinitã ꝑ se, sed infinitam per accidens multitudinẽ esse nõ est impossibile. Dicitur enĩ multitudo esse infinita per se, quando requiritur ad aliquid vt multitudo infinita sit: & hoc est impossibile esse, quia sic oporteret quòd aliquid dependeret ex infinitis. vnde eius generatio nunquam compleretur, cũ non sit infinita pertransire.

¶Per accidens autem dicitur multitudo infinita, quando non requiritur ad aliquid infinitas multitudinis, sed accidit ita esse. Et hoc sic manifestari potest in operatione fabri, ad quam quædam multitudo requiritur per se, scilicet quòd sit ars in anima: & manus mouens, & martellus: & si hæc in infinitum multiplicarentur, nunquam opus fabrile compleretur: quia dependeret ex infinitis causis. Sed multitudo martellorum, quæ accidit ex hoc, quòd vnum frangitur & accipitur aliud, est multitudo per accidens. accidit enim quòd multis martellis operetur, & nihil differt vtrum vno vel duobus, vel pluribus operetur vel: infinitis, si infinito tempore operaretur: per hunc igitur modũ posuerunt, quòd possibile est esse actu multitudinem infinitam per accidens[e]. Sed hoc est impossibile, quia omnem multitudinem oportet esse in aliqua specie multitudinis. Species autem multitudinis sunt secundum species numerorum. Nulla autem species numeri est infinita: quia quilibet numerus est multitudo facta per vnum. Vnde impossibile est esse multitudinem infinitam actu, siue per se, siue per accidens. ¶Item multitudo in rerum natura existens est creata: & omne creatum sub aliqua certa intentione creantis comprehenditur: non enim in vanum agens aliquod operatur. Vnde necesse est quòd sub certo numero omnia creata comprehendantur. Impossibile est ergo esse multitudinem infinitam in actu etiam per accidens. Sed esse multitudinem infinitam in potentia possibile est: quia augmentum multitudinis consequitur diuisionem multitudinis. Quanto enim aliquid plus diuiditur, tanto plura secundum numerum resultant. Vnde sicut infinitum inuenitur in potentia in diuisione continui, quia proceditur ad materiam, vt suprà ostensum est[c], eadem ratione etiam infinitum inuenitur in potentia in additione multitudinis. (c. 37)

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd vnumquodque quòd est in potentia reducitur in actum secundum modum sui esse: dies enim non reducitur in actum, vt sit tota simul, sed successiue: & similiter infinitum multitudinis non reducitur in actum vt sit totum simul, sed successiue: quia post quamlibet multitudinem potest sumi alia multitudo in infinitum.

¶Ad secundum dicendum, quòd species figurarum habent infinitatem ex infinitate numeri. Sunt enim species figurarum, vt trilaterum, quadrilaterum, & sic inde. Vnde sicut multitudo infinita numerabilis non reducitur in actum, quòd sit tota simul, ita nec multitudo figurarum.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet quibusdam positis alia poni non sit eis oppositum: tamen infinita poni opponitur cuilibet speciei multitudinis. Vnde non est possibile esse aliquam multitudinem actu infinitam.

a *¶Super Quæstionis septimæ Articulum quartum.*

IN titulo secundum multitudinem quancunque siue de genere quantitatis, siue extra genus. & hinc patet, quòd ista quæstio est altior & vniuersalior quàm inquisitio, quæ fit tertio physico. quoniam ibi de materiali tantum multitudine sequente diuisionem continui sermo est, hic autem de multitudine vniuersaliter, siue materiali, siue immateriali.

¶In corpore duo. primo refert opinionem Auicennæ & Algazelis ¶Secundo improbando eam respondet quæsito.

¶Quo ad primum duas propositiones refert: ac eas declarat. Altera est impossibile est esse in actu multitudinem infinitam per se. Altera, possibile est esse in actu multitudinem infinitam per accidens. Declarãtur ambæ, manifestatis illis terminis: infinita per se multitudo & infinita per accidens: probantur verò: quia nunquam compleretur opus, si ex infinitis per se dependeret: secus autem per accidens, vt patet in exemplo literæ.

Quo ad secundum sunt duæ conclusiones responsiuæ quæsito secundum diuersitatem actus à potentia. Prima est, impossibile est esse in actu infinitam multitudinem siue per se, siue per accidens.

¶Secunda est, possibile est esse multitudinẽ infinitam in potentia. Prima conclusio probatur dupliciter. Omnis multitudo actu existens est in aliqua specie multitudinis, ergo est secundum aliquam speciem numeri. ergo est finita. antecedens patet. prima verò consequentia probatur: quia species multitudinis sunt secundum species numerorum. secunda, quia numerus est multitudo mensurata per vnum.

¶Num species multitudinis sint secundum species numeri.

Quæstio. Circa primam consequentiam & eius probationem dubitatur: quia multitudo est quid communius quàm numerus: & consequenter debet habere species plures quàm numerus: alioquin communioris rationem non retineret: non ergo species multitudinis sunt secundum speciem numeri. Et confirmatur hoc: quia dici potest quòd species multitudinis finitæ sunt secundum species numeri: non autem species multitudinis absolute: & attestatur his Aristote. quinto metaphy. capitu. de quanto, dicens, quòd pluralitas finita est numerus, quasi infinitatem excipiat.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum ignota ex notioribus naturaliter cognoscamus, & experiamur omnis multitudinis species, quas nouimus proportionales esse speciebus numeri, satis consonat arti, vt possit vniuersalis propositio formari, quòd omnis species multitudinis est secundum aliquam speciem numeri. Ad obiectionem autem dicitur, quod aliud est omnes species multitudinis esse species numeri, quòd falsum est. & aliud, omnes species multitudinis esse secundum species numeri, id est proportionales illis: quod assumptũ est & verũ vnde multitudo, quia vniuersalius quid est, habet multo plures species quàm numerus: quia habet omnes species numeri, & omnes species multitudinis immaterialis, quæ proprie non est numerus, &c. Et per hoc patet ad confirmationem, quòd illud voluntarie, non rationabiliter diceretur. Textus autẽ Aristo. nihil officit, quãdoquidẽ nihil ex illo ad propositum elici potest, nisi quòd pluralitas infinita non esset numerus. sed hoc non obstat processui huic: sed magis cõfirmat secũdam consequentiam, vt patet.

Coment. ¶Secundo probatur eadem conclusio. omnis multitudo in rerũ natura actu existens est creata. ergo comprehẽditur sub aliqua certa intentionis creantis. ergo certo numero. ergo impossibile est ꝙ sit infinita. Antecedens patet: prima verò consequentia probatur: quia non in vanum agẽs aliquid operatur. Reliquæ relinquuntur vt euidentes.

1 *Num omne creatũ, & quomodo cadat in intentione creantis.*

2 *Num ex eo quod quodcunque creatũ est ex intentione creantis, sequatur non posse dari multitudinem creatam infinitam.*

3 *Nũ oporteat multa creata sub vna, vel multis intentionibus creantis cadere.*

f 247 Circa hãc rationem dubitatur. quoniã aut assumit falsum, aut non infert intentũ. Quũ enim assumitur ꝙ omne creatum sub aliqua certa intentione creantis cõprehenditur, aut intelligitur de intentione certã certitudine finis, aut certitudine medij, per quòd acquiritur[a] finis. Si certitudine finis, tũc dupliciter exponi potest: aut ita ꝙ ipsum creatũ sit certus finis, aut ita ꝙ habeat certũ finẽ. Si igitur sensus est, ꝙ omne creatũ cõprehenditur sub aliqua intẽtione creãtis vt certus finis, propositio videtur manifeste falsa: quoniã aliquid creatũ nec est finis creantis, nec alicuius alterius creaturæ puta infinita creatura. Si verò est sensus, ꝙ omne creatũ cõprehenditur sub aliqua creantis intentione vt ad certũ finem, propositio est verissima quia deus ipse & participatio suæ bonitatis est certus cuiusque creati finis intentus à creãte, sed tunc nihil infert ad propositũ: ex hoc enim non sequitur, ergo sub certo numero. Si autẽ sensus est, quòd omne creatũ comprehenditur sub aliqua intentione creantis vt certũ mediũ per quòd acquiritur finis propositio videtur falsa: & nõ probata. Falsa quidẽ: quia potest aliter cõprehendi sub intẽtione creãtis quàm hoc modo. potest enim intẽdi nõ vt certũ mediũ ad acquirendũ finẽ: sed vt concomitãs seu prouenienx ex certo medio per quod acquiritur finis: vt patet ex Auer. 12. Meta. com. 37. vbi vult, ꝙ intelligentiæ moueant orbes vt assimilẽtur Deo in faciendo entia. & ad hoc sequitur infinitas circulationes esse causatas ab eis & infinitos effectus & infinitas animas esse creatas apud Auicennam. Non probata autem, quia ex illo medio nullum agẽs operatur aliquid in vanũ nihil aliud potest inferri, nisi, ergo agit propter finem quo cõcesso diceretur ꝙ multitudo infinita est propter finem extrinsecũ, scilicet Deũ & cõseruationem perpetuæ assimilationis causantis ipsam ad Deum, vt philosophi dicunt.

¶Circa eãdẽ rursus rationẽ dubiũ occurrit: quia cõmitti in ea videt sophisma à sensu diuiso ad cõpositũ: à quolibet creato ad multa, imò infinita collectiue procedendo. Quãuis enim quodlibet creatũ sit terminus alicuius certæ intentionis & operationis ipsius creantis: multa tamẽ creata non oportet esse terminũ alicuius intentionis & operationis, sed multarũ intentionũ & creationũ: & consequẽter infinita creata erunt termini infinitarũ intentionũ sicut & creationum.

¶Circa eandem adhuc rationẽ dubium est: quia radix eius, scilicet omne creatum comprehenditur sub aliqua certa intentione creantis, licet sit vera in creantis per se, in creatis tamen per accidens negaretur ab Auicen. Multitudo enim per accidens infinita non est intenta nisi per accidens vt in litera dicitur. & consequenter non creatur nisi per accidens. Vocatur autem creatum per accidens, quod ad præparationem alterius opus est creari: vt contingit de anima intellectiua quæ præparato à natura corpore disposito semper creatur. Et quia infinita corpora fuerunt iam præparata, infinitæ animæ sunt creatæ: quibus vt sic accidit remansisse in actu: quia incorruptibiles sunt: & sic earum infinitas non ponitur per se intenta, sed consequens ad æternitatẽ generationis humanæ.

¶Ad euidentiam huius processus, Nota primo, quòd ly creatum potest sumi propriæ: vt distinguitur contra causatum: & potest sumi communiter: vt non referat dicere causatum, & creatum. Et quod sumatur communiter vniuersalis probatio literæ insinuat, dum ad illius probationem assumpsit quòd non in vanum agens operatur. Quòd autem sumatur proprie ipsa verbi formalis significatio ostendit: parum autem aut nihil refert vtro modo sumatur. Si enim sumitur proprie, ponderanda sunt verba probationis quum dicit, aliquid operatur, id est, proprium terminum operationis attingit, Et per hoc excluduntur omnia consequentia ad propriũ & intentũ opus agẽtis: & de omni creato verificatur quod est proprius terminus creationis. si verò sumitur communiter, creatum restringendum est ad proprie causatum, vt distinguitur contra creatum. Verum vtroque modo restringitur ad causata vel creata actu existentia: ita quòd collapsa excluduntur: & hoc insinuatur in litera, quum dicitur creantis. quod enim creatum est & perseuerat continue quodãmodo creatur, quia conseruatur: pendet enim & in fieri, & in esse à creante. Cõprehenditur autem sub creantis intentione non solum quòd actualiter cõprehenditur, sed quòd comprehẽsibile est: dato quòd actu non comprehenderetur. Ex hoc autem quòd assumpta propositio non est nisi de actu existentibus, quæ proprij termini actionis sunt: solutio omnium obiectorum habetur: omnia siquidem actu existentia potest creator & vt medium ad acquisitionem alicuius finis ordinare, & vt finem per aliquid aliud assequendum intendere: ex quo enim actu existere ponitur iam terminata eius productio ponitur: & consequenter vt medium ad aliquid acquirendum dirigi potest. Et similiter potuit esse finis intentus & acquisitus per aliquod medium: nec ratio finis, nec ratio medij ad finem repugnat ei quod actu existat. Et propterea cum intentio non sit proprie nisi finis, & medij per quod acquirendus est finis, omne actu existens comprehensibile est sub certa intentione creantis, tam vt finis quàm vt medium. vt finis quidem tum quia nulla est creatura adeo infinita quæ non sit, aut esse possit finis alicuius alterius. Tum quia saltem est certus finis suæ productionis. Tum quia hoc intelligitur quantum est ex se: nulli enim creato actu existenti repugnat quantum est ex se ratio finis, quamuis forte aliquid nullius sit finis. Vt medium autem: quia post ipsum, restant multæ, aut multorum productiones & nobilitates: ad quarum aliquam potest ordinari vt medium, quòd iam est ens in actu. Nec obstat prima contra hoc membrum obiectio: quoniam vt iam patet ex dictis formaliter loquendo de creato, non potest esse consequens proprium creationis terminum: sed oportet creatum creationem terminare. tale autem oportet esse intentum vt finis aut medium ad finem. Nec est verum quòd non sit probata: quoniam ex illa assumpta propositione agens non operatur aliquid in vanum: optime ex fine operationis exterioris concluditur terminus interioris intentionis: ex eo enim quod nullius agentis operatio est in vanum, sed ad certum terminum propriũ: oportet quòd intentio operantis sit etiam respectu certi termini: quoniam intentio agentis statuit finem operationi: & sic patet responsio ad primò obiecta.

¶Ad secũdam verò dubitationẽ dicitur quòd quia tota multitudo existentiũ in actu potest accipi vt vnũ creatũ quoniã non excedit vniuersum, quòd vnius primo intenti creati rationẽ habet: consequẽs est ꝙ non solum singula creata, sed omnia simul, modo actu coexistant sunt cõprehẽsibilia sub aliqua vna certa intẽtione creantis. Et propterea nullũ sophisma in proposito committitur, vbi ex propositione aduersarij ꝙ actu existat infinita multitudo infertur, ergo est cõprehensibilis sub certa intentione creãtis. ergo nõ est infinita: quia tam ratione medij ad consequẽdũ finem, quàm ratione finis repugnat infinitas multitudini.

¶Ad tertium autem dubiũ dicitur: quòd creatũ per accidens potest dupliciter intelligi. Vno modo vt per accidẽs distinguitur contra per se. Et hoc modo negatur dari creatum per accidens: quoniam omne creatũ est per seipsum intentum à creatore, sicut etiã est per seipsum terminus creationis: alioquin non fieret ex nihilo. Alio modo vt per accidens distinguitur contra per se primo: & significat idem quod per aliud. Et hoc modo datur creatũ per accidens, id est, per aliud, saltem occasionaliter. Et hoc modo animæ intellectiuæ tam apud aduersariũ quàm nos creantur per accidens: quãuis apud nos magis per accidens, quàm apud ipsum. Sed hoc non aufert, quin sint per seipsas intentæ singulæ, sicut & per seipsas creatæ: quoniam quãuis inter se habeãt ordinẽ per accidens, relatæ tamẽ ad creantem sunt & per se intentæ, & productæ: imò magis per se quàm quodcũque corruptibile: quoniã res incorruptibiles perfectiores & digniores sunt vniuersi partes ac ꝑ hoc magis intẽtæ. Cuius signũ est, ꝙ in sphæra

actiuorum solæ species sunt per se intentæ: quia solę sunt perpetuę. Et quoniam non solū singulæ, sed infinitæ simul ponuntur in actu, cōsequens est (vt dictū fuit) vt omnes sint per se intentæ & productæ, vtpote sub aliqua vna certa intentione comprehensibiles, imò & simul producibiles, quantum est ex se in actu.

Annot. ¶Aduerte hic. q ex hoc loco habet, q S. Tho. ademit sibi omnē viā concordiæ, cū doctrina Arist. iuxta expositionē suā. Tenet nāque Aristotelē putasse animas intellectiuas immortales et numeratas secundum numerum corporum, & constat Aristo. tenuisse generationem æternam. Ex his autē manifeste sequitur animas humanas esse actu infinitas, quòd hic decernitur impossibile. Et in secundo contra gent. c. 81. dicit non repugnare doctrinę Arist. in 3. physi. & primo cæli. quia vtrobique de infinito materiali sermo fuit. ¶Circa hanc conclusionem multa afferuntur à Capreolo argumenta ex Gregorio & Adam. sed omnia ad tria reducuntur. Primo ergo arguit sic. Dantur infinitæ partes proportionales in actu continuo. ergo possunt dari separatæ: ergo. Probatur sequela. quia omne absolutum existens, potest diuina potentia conseruari sine eo quod non est de essentia illius: sed continuatio vnius cum alia non est de essentia partium ergo. ¶Secundo Deus in quolibet initio cuiusque partis proportionalis vnius horæ, potest creare angelum: ergo in vna hora creare infinitos in actu. Et confirmatur: quia quicquid potest Deus successiue, potest simul in rebus permanentibus. ¶Tertio non minoris potentiæ est Deus quàm infinitæ animæ si essent: & quàm ignis inferni: sed illę possent infinita simul: & ignis infinitos cruciatus, si essent ibi infinitæ animæ ergo. ¶Ad prima duo argumenta respondetur breuiter, quòd ibi est sophisma à sensu diuiso ad compositum. Quamuis enim de ratione singularum partium non sit continuitas cum alia, est tamen ratione omnium simul: quia de ratione earum simul est esse in potentia cui repugnat singularum ab inuicem separatio. Et similiter implicat numerare initia omnia partiū proportionaliū horæ quia ponitur ea successiua numeratione complexa in fine horæ. & tamen infinita: si enim infinita nunquam numerabuntur: & si cōplebuntur non erunt infinita. potest ergo Deus in singulis initiis, non autem in omnibus. Et per hoc ad cōfirmationem: quia nec simul nec successiue potest producere infinita actu existentia. ¶Ad tertium autem concessio toto nihil habetur contra intentū quoniam non ex defectu diuinę potentiæ, sed ex impossibilitate rei factibilis consurgit quòd infinita in actu esse nequeunt. Cum quo tamen stat quòd illæ conditionales sunt veræ sicut si homo est leo, est rugibilis: non tamen sequitur, ergo Deus potest facere hominem rugibilem.

Coment. ¶Secunda conclusio responsiua est. Infinitum secundum multitudinem inuenitur in potentia. Probatur, infinitum inuenitur in potentia secundum diuisionem continui. ergo secundum multitudinem. Probatur sequela: quia augmentum multitudinis sequitur diuisionem magnitudinis, antecedens patet & probatur: quia proceditur ad materiam.

QVAESTIO OCTAVA

De existentia Dei in rebus, in Quatuor articulos diuisa.

QVia verò infinito conuenire videtur q vbique & in omnibus sit: considerandum est, vtrū hoc Deo conueniat. ¶Et circa hoc quęrunt quatuor. ¶Primo, vtrū Deus sit in omnibus rebus. ¶Secūdo, vtrum Deus sit vbiq;. ¶Tertio: vtrū Deus sit vbique per essentiam & potentiam & præsentiam. ¶Quarto, vtrum esse vbiq; sit propriū Dei.

ARTICVLVS PRIMVS.

a ¶*Vtrum Deus sit in omnibus rebus*

AD PRIMVM sic proceditur. videtur, quòd Deus non sit in omnibus rebus. Quod enim est supra omnia, non est in omnibus rebus: sed Deus est supra omnia, secundum illud Psal. Excelsus super omnes gētes dominus, &c. ergo Deus non est in omnibus rebus.

39 1. dist. 37. q. 1. ar. 1. Et 3. contra c. 68.

¶Preterea, Quod est in aliquo, continetur ab eo: sed Deus non continetur à rebus, sed magis continet res: ergo Deus non est in rebus, sed magis res sunt in eo. Vnde Aug. in lib. 83. quæst. dicit, quòd in ipso potius sunt omnia quàm ipse alicubi.

¶Præterea, Quanto aliquod agēs est virtuosius, tanto ad magis distans eius actio procedit: sed Deus est virtuosissimum agēs: ergo eius actio pertingere potest ad ea etiam, quæ ab ipso distant, nec oportet q sit in omnibus.

¶Præterea, Demones res aliquę sunt: nec tamen, Deus est in demonibus: non enim est cōuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. ad Corin. 6. ergo Deus nō est in omnibus rebus.

¶SED CONTRA. Vbicunq; operatur aliquid, ibi est sed Deus operatur in omnibus, secundum illud Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. ergo Deus est in omnibus rebus.

CONCLVSIO.

¶*Deus, cum sit ipsum esse per essentiam, est in omnibus rebus non sicut accidens, sed pars seu intime.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus est in omnibus rebus, non quidem sicut pars essentię, vel sicut accidens, sed sicut agens adest ei in quod agit. Oportet enim omne agens coniungi ei in quod immediate agit: & sua virtute illud contingere: vnde in 7. physi. probatur, quòd motum & mouēs oportet esse simul. Cum autē Deus sit ipsum esse per suam essentiam, oportet quòd esse creatum sit proprius effectus eius[e]: sicut igni re est proprius effectus ipsius ignis. 142 44 516 Hunc autem effectum causat Deus in rebus non solum quando primo esse incipiunt, sed quandiu in esse conseruantur[e]: 508 sicut lumen causatur in aëre à sole quandiu aër illuminatus manet. Quandiu igitur res habet esse, tandiu oportet quòd Deus adsit ei secundum modum quo esse habet. Esse autem est illud, quod est magis intimum cuilibet, & quod profundius omnibus inest, cum sit formale respectu omnium quæ in re sunt (vt ex supra dictis patet). Vnde oportet quòd Deus sit in omnibus rebus, & intime.

17 226 ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus est supra omnia per excellentiam suæ naturæ, & tamen est in omnibus rebus, vt creans omnium esse, vt suprà dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet corporalia dicantur esse in aliquo sicut in continente, tamen spiritualia continent ea, in quibus sunt sicut anima continet corpus[e].
69 vnde & Deus est in rebus, sicut continens res: tamen per quandam similitudinem corporalium dicuntur omnia esse in Deo, inquantum continentur ab ipso.

¶Ad tertium dicendum, quòd nullius agentis quantumcunque virtuosi actio procedit ad aliquid distans, nisi inquantum in illud per media agit. Hoc autem ad maximam virtutem Dei pertinet, quod immediate in omnibus agit. Vnde nihil est distans ab eo, quasi in se illud Deum non habeat. Dicuntur tamen res distare à Deo per dissimilitudinem naturæ vel gratiæ: sicut & ipse est super omnia per excellentiam suæ naturæ.

¶Ad quartum dicendum quòd in dæmonibus intelligitur & natura, quæ est à Deo, & deformitas culpæ, quæ non est ab ipso. Et ideo non est absolute concedendum, quòd Deus sit in demonibus, sed cum hac additione inquantum sunt res quædam. In rebus autem, quę nominant naturam non deformatam, absolute dicendum est Deum esse.

a ¶*Super Quæstionis octauæ Articulum primum.*

IN titulo ly Deus sumitur formaliter, vt est nomen naturæ diuinæ, vt distinguitur contra potentiam, ita quòd non quæritur de Deo secundū potentiam quamcunque, sed secundum substantiam, vt patet ex introductione huius quæstionis, & ex titulo totius tractatus vsque ad decimamquartā quæstionē. Quod vt melius intelligatur: distinguere ly Deus dupliciter. vno modo secūdū seipsum alio modo secundum eius diffusam virtutem. Non est hic quæstio an virtus diuina diffusa sit in omnia, sed an ipse Deus secundum seipsum sit in omnibus: ly sit in: non sumitur determinate pro aliquo speciali modo essendi in, sed indistincte, & in communi. Et hoc bene nota: quia Scotus in 2. distin. 2. q. 1. partis secundæ illius distin. non intellexit hunc titulum, sed differēda est eius ratio vsque ad examen conclusionis, vt melius percipiatur.

Coment. ¶In corpore articuli est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, habens duas partes, Deus est in omnibus rebus intime. Probatur primo prima pars. Deus est ipsum esse per essentiam, ergo habet esse creatum pro proprio effectu, non solū in fieri, sed in cōseruari. ergo est in omnibus sicut agens, & nō sicut accidens. aut pars ergo est in omnibus rebus. Prima consequentia declaratur à simili: sicut ignire est proprius effectus ignis. Et ly quo ad conseruari, declaratur: sicut lumen causatur à Sole quandiu est aër illuminatus. Secunda verò sequela probatur: quia omne agens oportet coniungi ei in quod immediate agit. quod probatur autoritate 7. physi. tex. 8. mouens & motū oportet esse simul. Secunda autem pars conclusionis, scilicet ly intime, probatur sic. esse est formale respectu omnium, quæ in re sunt. ergo inest profundius omnibus. ergo est intimum cuilibet. ergo Deus proprius actor essendi est in omnibus intime.

Annot. ¶Circa hunc processum primo declaranda est forma, deinde termini. & pòst examinabuntur singula. Nota ergo quòd in textu prima consequentia non infert vtrunque: scilicet quòd esse dependeat & in fieri & in conseruari, sed tantum quòd sit proprius effectus. Visum est autem iungere vtrunque in vno consequente, quia in litera omnino secundū horū nō probatur, sed declaratur tantum exemplo luminis. Et quia vere consequentia valet, vt inferius, quum de dependentia & conseruatione rerum erit sermo, patebit: propterea etiam hic superficietenus manifestantur: quia inferius in loco proprio probabuntur.

¶Nota secundo q in cōsequēte secūdæ cōsequētiæ subintelligitur ly immediatū. vt enim patet ex pbatione, sermo est de agente pximo seu immediate agēte, vt si: nec est sermo de quacunque immediatione, sed suppositi. Agēs enī potest dupliciter dici immediatū, vt docetur in tertio contra Gent. cap. 70 scilicet immediatione virtutis, & immediatione suppositi. Est autem immediatio virtutis, quoniam virtus agentis iungitur effectui non mendicando talem coniunctionem ab aliqua alia virtute. Et propterea quanto agens est superius, tanto immediatius agit immediatione virtutis: quoniam inferius agit virtute superioris, & non econuerso. Immediatio autem suppositi est, quando inter suppositum agens & effectum nullum mediat suppositum subordinatum coagens. Et propterea quanto agens est inferius, tanto est immediatius immediatione suppositi. Et quoniam hic est sermo de ipso Deo secundum seipsum, an sit in rebus, ideo immediatio suppositalis est ad propositum: ita quòd consequens illud intendit, quod Deus est in omnibus vt agens immediatum suppositaliter, id est, proximum et propinquissimum suppositaliter: ita quòd inter Deum & quamlibet rem nullū mediat suppositum agens illam. Patet autem hunc esse sensum literæ. Tum ex probatione ibidem inducta: quam constat nonnisi de sic proximo agente & mouente verificari. Tum quia ex sola immediatione virtutis non infertur, ergo Deus secundum seipsum est in omnibus: sed secundum eius diffusam & participatam virtutem, vt Auicen. ponens primam intelligentiam tantum Deum per seipsum produxisse, concederet. Quomodo autem hoc verum sit facile manifestabitur. ¶Nota tertio quòd consequens primæ consequentiæ, scilicet ergo habet esse pro proprio effectu: potest dupliciter intelligi quantum ad præsens spectat. Vno modo vt ly proprium distinguitur contra commune: & sic est sensus, esse est effectus à solo Deo proueniens: excludendo omnem mediam causam effectiuam. Et hunc sensum accipit Scot. in 4. distinct. primæ q. primæ & male. seu de hoc in quæst. 45. inferius disputabitur. Alio modo vt ly proprium distinguitur contra alienum. Alienum autem in proposito dicitur omne quod per aliud inest, etiam si per se insit: & sic proprium idem significat quod per se primo. Et hic est intentus & verus sensus. esse enim est per se primo effectus primæ causæ & ratio cuique rei, quòd sit à prima causa: vt in prædicto loco patebit. Et hoc directe intendit consequentia literæ, volens quòd ab esse per essentiam deriuetur omne esse vt sic & proprius effectus, id est per se primo effectus. Et quamuis vt ibi patebit possit multis modis verificari, ad propositum tamen vnus sufficiat: per quem magis liquet præsens litera: dicitur ergo esse proprius, seu per se primo effectus Dei, quia solus Deus potest omnia facere quæ exiguntur ad hoc vt aliquid sit, quicquid sit illud: omnis enim res aut est materialis, aut immaterialis: si materialis ad esse eius exigitur materia, quę à solo Deo creatur & conseruatur: si immaterialis, à Deo solo est, vt inferius probabitur, cū de potentia creatiua tractabitur. Et hinc patet, quòd in omni re est aliquid productum & conseruatum à solo Deo proxime & immediate. In rebus quidem materialibus substantia materiæ primæ, in separatis autem ipsa substantia. Et propterea Deus dicitur agens omnium immediate immediatione suppositi. Non enim dicitur in litera, quòd Deus est agens immediatum omnium quo ad omnia, sed quo ad aliquid, scilicet ad esse: quia omnia agit immediate quo ad aliquid requisitum ad esse illius. Et propterea assumpsit pro medio termino causalitatem quam habet Deus respectu ipsius esse, quòd omnibus oportet esse commune: quod enim non participat esse, non est.

¶Nota quarto quòd in probatione secundæ partis conclusionis esse dicitur profundius ac intimius omnibus: quia est formale respectu omnium: & meritò. nihil enim in re aliqua est, quòd non actuetur per esse: siue pars essentialis, siue integralis: siue prædicatum substantiale vel accidentale. omnem enim gradum, omnem rationem esse attingit: multa tamen in re sunt, quæ non sunt substantia, aut corpus, &c. profundius ergo omnibus, & quod vltimo in resolutione restat, & quod primo compositionem terminat est esse, &c.

¶*Num Deus adsit omnibus ratione operationis, aut immensitatis, & quid intendat autor.*

CIrca sensum conclusionis & tituli dubium occurrit ex Scot. in 2. distinc. 2. quæst. 5. Ibi enim Quæro, inquit, quid intendis quærere & concludere, aut præsentiam Dei in omnibus ratione operationis, aut ratione immensitatis. Si primum, ergo committitur petitio principij: quia conclusio est, Deus est in omnibus, id est, coniunctus omnibus vt agens, & medius terminus est hoc idem: vt patet in litera. Et prætereá hæc conclusio non est ad propositum: quia quæstio tua est de præsentia, quæ spectat ad immensitatem Dei, vt in introductione quæstionis ponis. Si secundum, ergo præsentia immensitatis concluditur apud te à posteriori ex præsentia agentis vt sic. Et tunc sequitur vlterius, ergo substantia spiritualis est in loco prius natura quàm aliquid operetur, quod tu negas in materia de loco angelorum. ¶Ad hoc dicitur quòd coniunctio Dei cum rebus potest sumi dupliciter. Vno modo pro ipso contactu, quo Deus ipse rem per seipsum tangit. Alio modo pro relatione præsentiæ, qua denominatione relatiua dicitur præsens secundum se alicui. Si sumitur primo modo, sic Deum esse in rebus, nihil aliud est quàm

quam immediate producere & conseruare res. Si verò sumitur secundo modo, sic est relatio rationis in Deo consequens contactum prædictum. ¶Ad obiectionem ergo Scoti dicitur, quod formaliter loquendo hic est quæstio de præsentia spectante ad immensitatem, sed non de illa, quam ipse fingit priorem omni contactu, sed præsentia immēsitatem consequens, cum non possit intelligi absque extremorum existentia, nisi sumatur in potentia. Aut est ipse contactus creaturarum, quo creaturæ fiunt & sunt sic, quòd impossibile esset aliquid fieri aut esse quod non taliter tangatur à Deo, sicut præsentia corporis infiniti ad omnia loca, esset contactus omnium locorum, sic quòd impossibile esset poni locum, qui non tangeretur ab eo. Sed in hoc fallitur imaginatio: quia contactus localis supponit vtrumque extremum, contactus autem diuinus non supponit, sed facit creaturas, alioquin non esset is quo res fiunt & sunt. Aut est relatio præsentiæ, qua Deus relatiue dicitur actualiter præsens creaturæ, & hæc manifeste sequitur existentiam creaturæ. ¶In proposito igitur dicendum est quod quęritur de præsentia immensitatis indistincte. Nec sequitur, ergo datur alia præsentia spiritualis substantiæ prior operatione: quoniam præsentia immensitatis, coincidit cum præsentia per operationem. Nec sequitur, ergo est ibi petitio principij: tum quia quæstio & conclusio est de præsentia indistinctæ: medium autem est præsentia per modum agentis immediati, & sic est processus ab inferiori ad superius affirmatiue. Tum quia dato quòd quæstio & conclusio esset de coniunctione contactus, medium est diffinitio ipsius coniunctionis, & sic non est petitio: quoniam concluditur quasi passio de subiecto per diffinitionem passionis: dum ostenditur Deum esse per seipsum coniunctum omnibus, per diffinitionem eius quòd est esse coniunctum per seipsum: quòd nihil aliud est quàm immediate immediatione suppositi agere ac conseruare omnia. Tum quia si quæstio & conclusio est de esse in rebus per relationem præsentiæ, medium est quasi causa seu fundamentum maioris extremitatis. ¶Et sic patet quòd si quæstio ista intelligitur de esse in rebus specialiter, processus est à priori, scilicet à diffinitione passionis, vel à fundamento relationis. Si autem indistincte, sic est ab inferiori ad superius affirmatiue: & sic nunquam admittitur vitium.

¶*Num agens coniunctum esse oporteat ei in quod agit, & simul cum eo.*

2 *Num ex eo quòd agens coniungitur ei, quod agit sequatur Deum omnia agentem cunctis coniungi secundum seipsum.*

CIrca probationem secundæ consequentiæ occurrit dubium ex Sco. in primo. dist. 37. q. vnica. vbi vult, & quòd ista assumpta propositio, agens oportet coniungi ei, in quod immediate agit, est falsa: & quòd illa Aristo. mouens & motum oportet esse simul: est quasi per accidens: & quòd processus iste, ex his inferens Deum secundum seipsum esse præsentem omnibus non valet. Primum igitur probat sic: Sol agit immediate vbi non est. ergo, antecedens probatur: quia Sol generat in visceribus terræ, mineram vel aliquòd mixtum: & proximum principium elicitiuum talis generationis est substantia Solis. ergo. Quòd enim substantia Solis sit principium generationis substantialis illius mixti patet. Quòd autem sit proximum principium, probatur, quia antecedens quodcunque siue lumen, siue quodlibet aliud, non potest esse principium substantiæ; Præterea agens naturale non posse agere in distans nisi præagat in præsens, oritur ex altero horum, scilicet aut ex concursu duarum potentiarum subordinatarum in eodem agente, aut ex imperfectione potentiæ actiuæ non potentis producere perfectius, nisi procedendo de imperfectiori ad perfectius: exemplum primi, Sol non generat hoc nisi illuminet medium, exemplum secundi, generans non generat nisi alteret & disponat, &c. ergo agens non posse agere in distans quin agat in præsens, est propter istas conditiones. Igitur non est necessarium simpliciter. Quia potest dari agens, in quo neutra harum conditionum habet locum. Et hinc sequitur secundum quia propter istas conditiones verificatur de mouentibus & motis. Et tertium, quia Deus est agens omnipotens, in quo nulla harum conditionum reperitur & propterea ex hoc quod immediate producit aliquid non sequitur necessario. ergo secundum seipsum est præsens illi. Et confirmatur inquit hoc tertium dupliciter. Primo, quia si Deus esset in aliquo certo situ, posset immediate producere aliquid in quacunque distantia: quia esset omnipotens; ergo ex immediata productione non necessario infertur præsentia secundum essentiam. Secundo quia positio priori non necessario sequitur positio posterioris: sed præsentia Dei secundum potentiam est prior præsentia eius secundum substantiam, ergo posita illa non est necesse poni istam. probatur minor, quia prius natura creatura terminat actum diuinæ potentiæ quàm sit ei Deus præsens, vt patet in prima mundi productione. ¶Ad euidentiam horum sciendum est quòd quia in his agentibus, quæ apud nos sunt, inuenitur duplex præsentia agentis ad passum: Altera situalis, qua vltima eorum sunt simul. Altera virtualis, qua operatio agentis attingit effectum seu passum, nullum attingendo medium, siue intersit aliquid, siue non: distincta est etiam in agentibus spiritualibus duplex præsentia. Altera secundum substantiam, qua ipsa substantia agentis definita, aut quasi definita est huic passo. Altera secundum virtutem sicut in supradictis. Et propter hanc duplicem præsentiam laborauit tantum Scotus imponens Sanct. Thom. vtranque contradictionis partem: & quòd posuit primam præsentiam in hoc articulo, & quòd negauit eam in materia de loco angelorum, & quòd plus est, quod apud Sanctum Thomam, hic præsentia secundum substantiam est prior quàm secundum potentiam. Sed longe aliter est, quoniam apud Sanctum Thomam licet aliud sit esse præsentem secundum substantiam, & aliud secundum potentiam, non tamen aliud est esse præsentem secundum substantiam, & aliud secundum potentiam immediate attingentem effectum seu passum. præsentia enim potentiæ, vt in sequenti patet articu. non exigit immediationem suppositi. Nec tamen sunt omnino idē esse præsentem secundum substantiam, & secundum potentiā immediate agentem, &c. Sed distinguuntur sicut ratio præsentiæ & res præsens. Quoniam immediate attingere est ratio præsentiæ non solum potentiæ, sed substantiæ: Ita quòd sicut substantia situata situ est præsens, & tamen ipsa substantia est præsens, ita substantia spiritualis, immediata attinctione est præsens: ita quòd ipsa substantia est præsens & non operatio eius vt quod. Et sic istæ duæ præsentiæ in spiritualibus, non omnino duæ sunt, nec omnino vna, sed habent se medio modo, scilicet vt quo & quod & propterea diximus quòd in litera quæ ex immediate attingere concludit præsentiam substantiæ, proceditur à diffinitione ad diffinitum, id est à ratione ad id cuius est ratio. ¶Ad rationes ergo Sco. singillatim dicēdo. Ad primam negatur quòd Sol agat immediate in distans, falsumque est quòd forma substantialis sit elicitiuum principium generationis mineræ. quoniam substantia nullius operationis est proximum & elicitiuum principium, vt in q. 77. ostendetur diffuse. Nec inconuenit accidens esse principium instrumentale generationis substantiæ. Instrumentum enim non est causa: sed causæ organum. ¶Ad secundum verò dicitur, quòd propter neutram illarum causarum conuenit agentibus naturalibus non posse agere in distans nisi in propinquum præagat, sed est propter imperfectionem negatiue pertinentem ad virtutem actiuam inquantum limitata est, & ideo reseruatur hoc soli Deo: hanc rationem ex sensibus accepimus. Illa verò Sco. finxit vnde Ari. 7. phy. inductiue ex sensibilibus probat mouens etiam intentionale & motum oportere esse simul: vt patet ibi de obiectis sensuum. ¶Et si quæratur quæ vniuersalis ratio sit quòd agens & immediatum patiens oportet esse simul, seu coniungi: Respondetur quòd cum esse simul, seu coniungi, & immediate attingere nō vniformiter se habeat, non potest eis vniformis ratio assignari. Iam enim dictum est, quòd præsentia substantię & præsentia potentiæ immediate in quibusdam sunt omnino diuersæ, in quibusdam autem coincidunt. Et propterea dicendum est, quòd vbi hæ præsentiæ sunt omnino diuersæ præsentia operationis infert præsentiam potentiæ, ex limitatione agentis. Vbi autem sunt quasi idem, illatio tenet ex identitate illarum. Et propterea propositio illa, omne agens, &c. est vniuersaliter vera in omnibus agentibus: quamuis ex diuersis radicibus in diuersis, & ideo ex ipsa merito procedi potuit ad inferendam præsentiam immensitatis diuinæ in omnibus. Et per hoc patet responsio ad vtranque confirmationem. Ad primam quidem negatur conditionalis, quoniam ex illo antecedente sequitur & illud consequens & eius contradictorium, ac per hoc neutrum sequitur. Si enim Deus esset in aliquo certo situ, ex eo quòd Deus omnipotens, sequitur quòd posset in quodcunque vbicunque: ex eo verò, quòd in certo situ, sequitur quòd in nihil posset nisi mediante proximo: hoc enim spectat ad rationem limitati situaliter: & sic patet quòd sequitur vtraque pars contradictionis simul: & consequenter multa. ¶Ad secundam verò dicitur: quòd licet verum sit prius non inferre necessario posterius, quando sunt omnino diuersa: Attamen hæ præsentiæ non sunt omnino diuersæ, sed vt dictum est coincidunt in spiritualibus, vt ratio & id cuius ratio: & propterea se habent aliquo modo vt prior & posterior.

Annot. ¶In responsione ad tertium. Aduerte primo quòd distantia in proposito est quadruplex: scilicet situalis, naturalis suppositalis, & virtualis. situalis patet. Naturalis verò est dissimilitudo naturæ. suppositalis autem mediatio suppositi. Virtualis demum mediatio virtutis virtualiter. Propositio autem illa agens quanto virtuosius tanto potest agere in distantius, loquendo non de agente tali vel tali, sed absolute, de sola distantia naturæ est vera simpliciter. De distantia enim situs patet quòd est falsa: quia non omne agens habet situm etiam diffinitiue. De distantia quoque virtutis pateret etiam: quia quanto agens est superius & consequenter virtuosius, tanto est propinquius virtualiter, vt patet ex dictis. De distantia autem suppositi est aliquo modo vera: simpliciter autem, id est totaliter falsa. Potest siquidem dupliciter intelligi. Vno modo sic, agēs quanto virtuosius tanto potest in distantius suppositaliter quo ad aliquid, & sic est verissima. Vnde Deus posset per infinita quodāmodo supposita media cooperantia educere formā bouis de potentia vel materia vel aliquid huiusmodi facere, quæ ipse nō producit immediate immediatione suppositi, sed virtutis tantum. Alio modo sic. Tanto potest indistantius suppositaliter secundum se totum, & sic propositio est falsissima; imò vt in litera dicitur, hoc ad maximam Dei potentiam spectat, vt nihil compati possit distans secundum se totū suppositaliter: quia in quolibet subsistente oportet aliquid esse productum ac conseruatū continue à Deo immediate immediatione suppositi. vt dictū est. Et quia de ista distantia præsens articulus loquitur, de præsentia illi opposita: ideo in litera absque alia distinctione negata est, & bene propositio illa intendens de distantiori secūdū se totū & non secundū aliquid sui. De distantia autem naturæ, cuius etiam litera meminit, propositio est simpliciter vera: quia quanto agens est virtuosius tanto ex elōgatiori potentia potest facere sibi simile: adeo vt creator ex nullo modo simili producere possit: scilicet ex nulla potentia: quia ex nihilo.

¶Aduerte secundo quòd in litera fit mentio, de distantia suppositali: & de coniunctione virtuali penetrante & superante quodammodo distātiam suppositalem, & de immediatione suppositali: & ex hoc quòd non distātia suppositalis, sed coniunctio virtualis penetrans inuentam suppositalem distantiam, spectat ad perfectionem virtutis, infertur implicite. ergo non distantia, sed coniunctio agentis cū effectu, sequitur perfectionē agentis: & ex hoc infertur explicite, ergo ad maximā Dei virtutē pertinet vt nihil à se distare suppositaliter possit secundum se totum, sed oporteat ipsum esse coniunctum suppositaliter omnibus. & est processus iste per locum à maiori si in productione in qua inuenitur distantia suppositalis, ipsa distātia non sequitur perfectionem agentis, sed potius coniunctio penetrans illam: ergo simpliciter ipsa distantia suppositalis non spectat ad perfectionem agentis, sed potius coniunctio: ergo posse agere in distantiis secundū se totum suppositaliter non sequitur perfectionem virtutis: sed potius coniunctum oportere esse in omnibus ad maximam virtutem spectat.

1. dist. 37 q. 2. art. 1. & 3. Et 3. contra g. c. 68.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Deus sit vbique.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus nō sit vbiq;. Esse enim vbique, significat esse in omni loco. Sed esse in omni loco non conuenit Deo: cui non conuenit esse in loco, nam incorporalia, vt dicit Boë. in lib. de hebdo. non sunt in loco. Ergo Deus non est vbique.

¶Præterea, Sicut se habet tempus ad successiua, ita se habet locus ad permanentia. Sed vnum indiuisibile actionis vel motus, non potest esse in diuersis temporibus, ergo nec vnum indiuisibile in genere rerum permanentium potest esse in omnibus locis. Esse autem diuinum non est successiuum, sed permanens. Ergo Deus non est in pluribus locis. Et ita non est vbique.

¶Præterea, Quod est totum alicubi, nihil eius est extra locum illum. Sed Deus si est in aliquo loco, totus est ibi: non enim habet partes. Ergo nihil eius est extra locum illum. Ergo Deus non est vbique.

¶SED CONTRA est quod dicitur Hiere. 23. Cælum & terram ego impleo.

CONCLVSIO.

¶*Deus est in omnibus locis, tanquam in rebus quibus confert virtutem conseruatiuam locati: & est in omnibus locis, replens omnia loca, non sicut corpus impediens alia locari, sed causando quòd omnia alia sint in loco, & illum repleant.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum locus sit res quædam: esse aliquid in loco, potest intelligi dupliciter. Vel per modum aliarum rerum, id est, sicut dicitur aliquid esse in aliis rebus quocunque modo, sicut accidentia loci sunt in loco. Vel per modum proprium loci, sicut locata sunt in loco. Vtroque autem modo secundum aliquid Deus est in omni loco: quod est esse vbique. Primo quidem sic est in omnibus rebus, vt dans eis esse, & virtutem & operationem: sic enim est in omni loco, vt dans ei esse, & virtutem locatiuam. Item locata sunt in loco inquantum replent locum: & Deus omnem locum replet: non sicut corpus (corpus enim dicitur replere locum, in quātum non compatitur secum aliud corpus:) sed per hoc quòd Deus est in aliquo loco non excluditur, quin alia sint ibi, imo per hoc replet omnia loca: quòd dat esse omnibus locatis, quę replent omnia loca.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd incorporalia non sunt in loco per contactum quantitatis dimensiuæ, sicut corpora, sed per contactum virtutis.

¶Ad secundum dicendum, quòd indiuisibile est duplex: vnum quod est terminus continui, vt punctus in permanentibus, & momentum in successiuis. Et huiusmodi indiuisibile in permanentibus, quia habet determinatum situm non potest esse in pluribus partibus loci, vel in pluribus locis: & similiter indiuisibile actionis vel motus, quia habet determinatum ordinem in motu vel actione, non potest esse in pluribus partibus temporis. Aliud autē indiuisibile est, quod est extra totum genus continui: & hoc modo substantiæ incorporeæ, vt Deus, angelus & anima dicuntur esse indiuisibiles. Tale igitur indiuisibile nō applicatur ad continuum, sicut aliquid eius, sed inquantum contingit illud sua virtute: vnde secundum quod virtus sua se potest extendere ad vnum vel multa, ad paruum vel magnū, secūdū hoc est in vno vel pluribus locis, & in loco paruo, vel magno.

¶Ad tertium dicendū quòd totū dicitur respectu partium. Est autem duplex pars, scilicet pars essentiæ, vt forma & materia dicuntur partes compositi: & genus & differentia partes speciei. Et etiam pars quantitatis, in quam scilicet diuiditur aliqua quantitas[e]. Quod ergo est totum in aliquo loco totalitate quantitatis, non potest esse extra locum illum: quia quantitas locati commensuratur quantitati loci: vnde non est totalitas quantitatis, si non sit totalitas loci. Sed totalitas essentiæ non commensuratur totalitati loci. Vnde non oportet quòd illud quod est totum totalitate essentiæ in aliquo, nullo modo sit extra illud. Sicut apparet etiam in formis accidentalibus, quæ secundum accidens quantitatem habent. albedo enim est tota in qualibet parte superficiei, si accipiatur totalitas essentiæ: quia secundum perfectam rationem suæ speciei inuenitur in qualibet parte superficiei. Si autem accipiatur totalitas secundum quantitatem quam habet per accidens, sic non est tota in qualibet parte superficiei. In substantiis autem incorporeis non est totalitas, nec per se, nec per accidens nisi secundum perfectam rationem essentiæ. Et ideo sicut anima est tota in qualibet parte corporis[e], ita Deus totus est in omnibus & singulis.

ARTICVLVS III.

a *Vtrum Deus sit vbique per essentiam, præsentiam, & potentiam.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd male assignentur modi existendi Deum in rebus, cum dicitur, quòd Deus est in omnibus rebus per essentiam, potentiam, & pręsentiam. Id enim per essentiam est in aliquo, quod essentialiter est in eo. Deus autem non est essentialiter in rebus: non enim est de essentia alicuius rei. Ergo non debet dici quòd Deus sit in rebus per essentiam, pręsentiam, & potentiam.

¶Pręterea, Hoc est esse præsentem alicui rei, scilicet non deesse illi. Sed hoc est Deum esse

a ¶*Super Quæstionis octauæ articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶In corpore duo: primo distinguit, secundo respondet quæsito vnica conclusione bimembri iuxta propositam distinctionem. Distinctio est ista. esse in loco dupliciter: vt in re, & vt in loco. probatur. quia locus est res, & locus. Conclusio vero responsiua est. Deus est vtroque modo secūdum aliquid vbique. probatur quo ad primum modū. Deus dat esse, virtutem, & operationem omnibus rebus: ergo omnibus locis. Quo ad secundum verò. Deus dat esse omnibus replentibus loca. ergo est in omnibus locis quodammodo vt replens omnia loca.

Annot. ¶Circa hæc aduerte quòd replere locum dupliciter dicitur, scilicet formaliter & effectiue. corpus locatum replet locum formaliter, Deus effectiue. Et ex hoc sequitur differētia in litera posita, quòd corpus replens excludit alia: Deus autem replēs non, imò facit alia locari. ¶Et propterea in conclusione non absolute dicitur quòd Deus est in loco vt in loco absolute, sed secundum aliquid, id est, quodammodo: quia scilicet non formaliter sed causaliter.

a ¶*Super Quæstionis octauæ Articulum tertium.*

Titulus ex quid nominis in corpore clarus.

¶In corpore duo. primo distinguit, secundo respondet quæsito ibi, sic ergo. Quo ad primum distinctio est ista. Deus est in aliquo dupliciter, scilicet effectiue & obiectiue, Differunt quo ad propositum hi modi, quia primus est generalis, eo quòd effectiue Deus est in omnibus, Secūdus specialis, eo quòd obiectiue est tantū in creatura rationali. Et vocatur hic modus esse per gratiā, eo quòd ex gratia habet creatura rationalis quòd cognoscat ac diligat Deum actu vel habitu. Rursus modus generalis essendi, in omnibus distinguitur in esse per essentiam, præsentiam, & potētiam, vt patet in rege respectu loci proprij, & loci in prospectu suo, & regni sui: & inde applicando ad Deum.

Annot. ¶Aduerte hic primo quòd quamuis litera in principio corporis ponat distinctionem modi essendi Dei in rebus scilicet effectiue vel obiectiue, postmodum tamen non subdiuidit modum essendi in esse per essentiam, præsentiam, & potentiam quoniam falsa esset subdiuisio: sed intendit subdistinguere modum generalem quo Deus est in omnibus, & accipit distinctionem ex rebus humanis applicátque ad Deum respectu omnium creatorum.

Annot. ¶Aduerte secundo quòd in litera non solum applicantur declarati modi, ad Deum, sed probatur quodammodo rectam esse interpretationem eorum, ex eo quòd singuli contra singulos excellentium hominum errores ponuntur. Contra Manichæos namque esse per potentiam, id est, esse in omnibus immediate immediatione virtutis. Ita quòd omnia agunt quicquid agunt virtute Dei. Contra Auer. verò esse per præsentiam penetratiuam omium & singulorum suo intuitu. Contra Auicen. autem esse per essentiam, id est, immediate immediatione suppositi: quia in quolibet est aliquid creatum à Deo immediate.

Comment. ¶Quo ad secundum respondet quæsito affirmatiue. Deus est in omnibus per præsentiam, essentiam, & potentiam.

376

¶*Num Deus speciali quodam modo sit in rationali creatura.*

Quæstio. Circa singulos modos singula occurrunt dubia, ex Aureolo, vt refert Capreolus, in primo, distinct. 37. Circa illum, qui est modus specialis, dubium est. tum quia Deus est obiectiue in non sanctis, & in quibusdam sanctis: puta infantibus non obiectiue. tum quia Augustinus dicit Deum esse in sanctis, quia intensius.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd iste modus: scilicet per gratiam, nō distinguitur contra modum essendi Dei obiectiue: sed est pars eius à sacris doctoribus per gratiam nominatus: & importat Deum esse obiectiue vt intellectum notitia pariente charitatem, quòd patet solis sanctis conuenire, & etiā infantibus: quia habitum fidei & charitatis ex baptismo sortiuntur. August. autem et magister modū hunc non formaliter vt Sanctus Tho. sed causaliter descripserunt. Ex hoc enim quod Deus deiformes facit rationales creaturas quod est intensius & plenius operari, cōsurgit Deum cognosci & charum haberi ab eis.

376 41 1. dist. 37. q. 1. ar. 2. et in expo. lit.

¶*Num Deus sit in omnibus per præsentiam, quia omnia cognoscit.*

Contra modum per præsentiam arguit: quia cognitum est in cognoscente: & non econuerso. Ac per hoc secundum cognitionem nō debet dici Deus esse in rebus.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd in cognitione sunt duo. modus cognoscendi, & vis cognitionis. si attendatur modus, optime procedit obiectio: si verò vis cognitionis, sic est econuerso: quoniam vis cognitionis consistit in penetratione omnium vsque ad intima quæque. vnde ad Hebræos quarto dicitur de Dei sermone, quem constat esse intellectus signum, quod pertingit vsque ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque ac medullarū, cognitionūmque & intentionum cordis. Et ad hoc attendens diuus Thomas dixit Deum esse per præsentiam in omnibus. Quamuis etiam & dici possit quòd aliud est loqui de notitia absolute: & aliud de notitia intuitiua de qua hic est sermo. hic enim ad res ex propria ratione qua intuitiua est tendit. & propterea modum essendi per præsentiam optime constituit: quamuis ex ratione notitiæ in cōmuni cognoscens non tendat incognitum.

per

per essentiam in rebus, scilicet non deesse alicui rei. ergo idem est esse Deum in omnibus per essentiam & præsentiam. Superfluum ergo fuit dicere, quòd Deus sit in rebus per essentiam, præsentiam, & potentiam.

¶Præterea, Sicut Deus est principium omnium rerum per suam potentiam, ita per scientiam & voluntatem. Sed non dicitur Deus esse in rebus per scientiam & volūtatem. Ergo nec per potentiam.

¶Præterea, Sicut gratia est quædam perfectio superaddita substantiæ rei: ita multæ sunt aliæ perfectiones superadditæ. Si ergo Deus dicitur esse speciali modo in quibusdam per gratiam, videtur quòd secundum quamlibet perfectionem debeat accipi specialis modus essendi Deum in rebus.

¶SED CONTRA est, quod Grego. dicit super Canticorum, quòd Deus communi modo est in omnibus rebus præsentia, potentia, & substantia: tamen familiari modo dicitur esse in aliquibus per gratiam.

CONCLVSIO.

¶*Est Deus in omnibus per potentiam, qua ei omnia subiecta sunt. Est in omnibus per essentiam, quia omnia immediate creauit. Et in cunctis est per præsentiam, quia omnia cognoscit.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus dicitur esse in re aliqua dupliciter. Vno modo per modum causæ agentis: & sic est in omnibus rebus creatis ab ipso. Alio modo sicut obiectum operationis est in operante: quod proprium est in operationibus animæ, secundum quòd cognitum est in cognoscente, & desideratum in desiderante. Hoc igitur secundo modo Deus specialiter est in rationali creatura, quæ cognoscit & diligit illum actu vel habitu. Et quia hoc habet rationalis creatura per gratiam, vt infra pa-
58 tebit[e], dicitur esse hoc modo in sanctis per gratiam. In rebus verò
128 aliis ab ipso creatis quomodo sit considerandum est ex his, quæ in rebus humanis dicuntur. Rex enim dicitur esse in toto regno, scilicet per suam potentiam, licet non sit vbique præsens. Per præsentiam verò suam dicitur aliquid esse in omnibus, quæ in prospectu ipsius sunt, sicut omnia, quę sunt in aliqua domo, dicuntur esse præsentia alicui, qui tamen non est, secundum substantiam suam in qualibet parte domus. Secundum verò substantiam vel essentiam dicitur aliquid esse in loco, in quo eius substantia habetur. ¶Fuerunt ergo aliqui scilicet Manichæi, qui dixerunt diuinæ potestati
336 subiecta spiritualia esse & incorporalia[e], visibilia verò & corporalia subiecta esse dicebant potestati principij contrarij. Contra hos ergo oportet dicere, quòd Deus sit in omnibus per potentiam suā. ¶Fuerunt verò alij, qui licet crederent omnia esse subiecta diuinæ potentiæ, tamen prouidentiam diuinam vsque ad hæc inferiora corpora non extendebant: ex quorum persona dicitur Iob 22. Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat. Et contra hos oportuit dicere, quòd sit in omnibus per suam præsentiam. ¶Fuerunt verò alij, qui licet dicerent omnia ad Dei prouidentiam pertinere, tamen posuerunt omnia non immediate esse à Deo creata: sed quòd immediatè creauit primas creaturas: & illæ creauerunt
39 alias[e]. Et contra hos oportet dicere quòd sit in omnibus per essentiam. Sic ergo est in omnibus per potentiam, inquantum omnia eius potestati subduntur. Est per præsentiam in omnibus, inquantum omnia nuda sunt & aperta oculis eius. Est in omnibus per es-
39 sentiam, inquantū adest omnibus vt causa essendi, sicut dictum est[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus dicitur esse in omnibus per essentiam, non quidem rerum, quasi sit de essentia earum: sed per essentiam suam, quia substantia sua adest omnibus,
d vt causa essendi, sicut dictum est[e].

355 ¶Ad secundum dicendum, quòd aliquid potest dici præsens alicui,
226 inquantum subiacet eius conspectui, quod tamen distat ab eo se-
4 cundum suam substantiam vt dictum est[e]. Et ideo oportuit duos
232 modos poni, scilicet per essentiam, & præsentiam.

39 ¶Ad tertium dicendum, quòd de ratione scientiæ & voluntatis est, quod scitum est in sciente, & volitum in volente. Vnde secundum scientiam & voluntatem magis res sunt in Deo, quàm Deus in rebus. Sed de ratione potentiæ est, quòd sit principiū agendi in aliud. vnde secundum potentiam agens comparatur, & applicatur rei exteriori, & sic per potentiam potest dici agens esse in altero.

¶Ad quartum dicendum, quòd nulla alia perfectio superaddita substantiæ facit Deum esse in aliquo, sicut obiectum cognitum & amatum, nisi gratia. & ideo sola gratia facit singularem modum essendi Deum in rebus. Est autem alius singularis modus essendi
42 Deum in homine per vnionem: de quo modo suo loco agetur[e],
17 tertia parte, quæstione secunda.
18

ARTICVLVS IIII.

1. dist. 37. q. 2. ar. 2. Et 3. cont. capit. 68. Et lib. 4. ca. 17. 16. Et quol.

a ¶*Vtrum esse vbique sit proprium Dei.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd esse vbiq; non sit proprium Dei. Vniuersale enim secundum philosophum est vbiq; & semper, materia etiam prima, cum sit in omnibus corporibus, est vbique. Neutrum autem horum est Deus, vt ex præmissis patet[e]. Ergo esse vbique non est proprium Dei.

¶Præterea, Numerus est in numeratis: Sed totum vniuersum est constitutum in numero, vt patet Sapi. 11. Ergo aliquis numerus est, qui est in toto vniuerso. Et ita vbique. 11. q. 1 articul. 2. d

¶Præterea, Totum vniuersum est quoddam totum corpus perfectum, vt dicitur in primo Cæ. & mun. Sed totum vniuersum est vbique: quia extra ipsum nullus locus est. Non ergo solus Deus est vbique. 17 76. c. 15 21

¶Præterea, Si aliquod corpus esset infinitum, nullus locus esset extra ipsum. Ergo esset vbique. Et sic esse vbiq; nō videtur propriū Dei.

¶Præterea, anima vt dicit Aug. in 7. de tri. est tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte. Si ergo non esset in mundo nisi vnum solum animal, anima eius esset vbique. Et sic esse vbique non est proprium Dei.

¶Præterea, Vt Aug. dicit in epistola ad Volusianum, Anima vbi videt, ibi sentit: & vbi sentit, ibi viuit: & vbi viuit, ibi est. Sed anima videt quasi vbique: quia successiuè videt etiam totum cælum. Ergo anima est vbique.

¶SED CONTRA est quod Amb. dicit in libro de spiritu sancto. Quis audeat creaturam dicere spiritum sanctum, qui in omnibus & vbique & semper est? quod vtique diuinitatis est proprium.

CONCLVSIO.

¶*Deum vbique esse oportet, ac primo, id est, non secundum partem.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd esse vbiq; primo & per se est proprium Dei. Dico autem esse vbiq; primo, quod secundū se totum est vbiq;. si quid enim esset vbiq; secundum diuersas partes in diuersis locis existens, non esset primo vbiq;: quia quod conuenit alicui ratione partis suæ, non conuenit ei primo: sicut si homo est albus dentem, albedo non cōuenit primo homini, sed denti. Esse autem vbiq; per se dico id, cui non conuenit esse vbiq; per accidens, propter aliquā suppositionem factā: quia sic granum milij esset vbiq;, supposito quòd nullum aliud corpus esset. Per se igitur cōuenit esse vbiq; alicui, quādo tale est quòd qualibet positione facta sequitur illud esse vbiq;. Et hoc proprie cōuenit Deo: quia quotcunq; loca ponantur, etiā si ponerentur infinita præter ista, quæ sunt, oporteret in omnibus esse Deū: quia nihil potest esse, nisi per ipsum. Sic igitur esse vbiq; primo & per se conuenit Deo: & est proprium eius: quia quotcunq; loca ponātur, oportet quòd in quolibet sit Deus, nō secundum partem, sed secundum seipsum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vniuersale & materia prima sunt quidem vbique, sed non secundum idem esse[c].

¶Ad secundum dicendum, quòd numerus, cū sit accidens, non est per se, sed per accidens in loco. Nec est totus in quolibet numeratorum. sed secundum partem, & sic non sequitur quòd sit primo & per se vbique.

¶Ad tertium dicendum, quòd totum corpus vniuersi est vbique, sed non primo. quia non totum est in quolibet loco, sed secundum suas partes. Nec iterum per se: quia si ponerentur aliqua alia loca, non esset in eis.

¶Ad quartum dicendum, quòd si esset corpus infinitū, esset vbiq;, sed secundum suas partes.

¶Ad quintum dicendum, quòd si esset vnum solum animal, anima eius esset vbique, non primo quidem, sed per accidens.

¶Ad sextum dicendum, quòd cum dicitur anima alicubi videre, potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum quod hoc aduerbiū alicubi determinat actum videndi ex parte obiecti. Et sic verū est quod dum cælū videt, in cęlo videt: & eadē ratione in cęlo sentit: nō tamē sequitur quòd in cælo viuat, vel sit: quia viuere & esse nō importāt actū trāseuntē in exterius obiectū. Alio modo potest intelligi secūdū quod aduerbiū determinat actū videntis, secūdum quòd exit à vidente. Et sic verū est quòd anima vbi sentit & videt, ibi est & viuit secūdum istū modum loquēdi, & ita nō sequitur quòd sit vbiq;.

¶*Num modus, quo Deus est in rebus per essentiam, distinguatur à modo per potentiam.*

Contra modum per essentiā instat: quia coincidit cū modo per potentiam. Ad hoc dictum iam est: quia per potentiam ponit immediationem virtutis: per essentiam vero immediationem suppositi. Illa est respectu omnium quo ad omnia: ista est respectu omnium, sed non quo ad omnia, sed quo ad aliquid cuiusque, vt patet ex dictis.

¶*Num Rex in regno sit per potentiam.*

Quæstio. Contra modum potentiæ instat: quia rex non est vere in regno secundum potentiam, sed secundum apprehēsionem executorū.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd rex est in regno secundum potentiam modo conuenienti suæ potentiæ. Talis autem modus est media apprehēsione &c. Deus autem est in omnibus secundū potentiā proportionaliter, id est modo suæ potentiæ congruo. Talis autem est participatio virtutis diuinæ secundum rem in omnibus. Vnde nihil obstat, nisi proportionales processus à doctrina alienos quis putet quod est erroneum in arte sciendi.

a ¶*Super Quæstionis octauæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶In corpore vna cōclusio responsiua quæsito affirmatiue sic. Esse vbique per se, & primo est proprium Deo, hac posita, declarantur termini: scilicet ly primo, & ly per se. Deinde probatur conclusio. Deum oportet non secundum partem esse in omnibus locis quocunque ponuntur. ergo esse vbique primo & per se, est proprium Dei. antecedens probatur, quo ad secundam partem: quia nihil potest esse sine Deo in eo: consequentia patet ex terminis. b 107

Annot. ¶Aduerte quòd ratione claritatis materiæ, litera breuitati studens non fuit solicita circa probationem exclusiue, scilicet quòd soli Deo cōueniat: sed sola exponens affirmatiua explicitè probata negatiua relicta est, vt nota ex eodem medio. Nihil enim aliud à Deo est quod oporteat esse non secundum partem in quocunque locis, vt patet. Et propterea hoc non solū conuenit Deo, sed soli Deo: quod est esse ei proprium.

¶Super

a ¶*Super Quæstionis nonæ Artic. primum.*

Titulus clarus.

¶In corpore vna cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Deus est omnino immutabilis; probatur triplici ratione, & autoritate. primo sic, Deus est primum ens. ergo actus purus. ergo omnino immutabilis. antecedens probatum fuit in q. secunda. Prima cõsequẽtia probatur: quia actus est naturaliter prior potentia, secunda vero, quia in omni mutabili oportet esse potentiam. ¶Secundo sic. Deus est omnino simplex: ergo non potest mutari. Probatur sequela: quia omne quod mutatur est aliqualiter compositum, quia quo ad aliquid manet, scilicet subiectum: & quo ad aliquid non. ¶Tertio sic. Deus est infinitus: ergo non potest se extendere vel pertingere ad aliquid de nouo. ergo non potest moueri. Prima consequentia probatur: quia infinitum comprehendit in se totam essendi perfectionem, secunda verò: quia omne quod mutatur pertingit ad aliquid, ad quod prius non pertingebat. autoritas est antiquorũ philosophorum, qui quasi à veritate coacti primum principium immobile fecerunt.

43 *1. dist. 8. q. 3. artic. 1. Et opusc. 3. c. 4.*

3 33 34

a ¶*Super Quæstionis nonæ Artic. secundum.*

Annot. IN titulo proprium sumitur, vt distinguitur contra commune: immutabile sumitur negatiue, vt negat omne mutabilitatis genus.

20

Commẽt. ¶In corpore articuli vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Solus Deus est omnino immutabilis. hæc conclusio cum sit exclusiua, habet exponentem affirmatiuam,
30 Deus est omnino immutabilis, probatam in præcedente articulo: & negatiuam nihil aliud à Deo est omnino immutabile: cui æquiualet vniuersalis affirmatiua de prædicato finito, seu opposito, scilicet omne
33 aliud à Deo est aliquo modo mutabile. Et propterea in litera hæc vniuersalis affirmatiua probatur primo. Deinde epilogando colligitur probatio totius exclusiuæ responsiuæ quæsito.
33 Probatio autem illius vniuersalis affirmatiuæ fit dupliciter. Primo quo ad vnam communem speciem mutationis.
311 secundo quo ad singulas vniuersi partes secundum diuersas mutationes. Probatur ergo primo, quod omnis creatura est mutabilis per potentiam in altero sic. omnis creatura est mutabilis de nihilo in aliquid, & rursus ex aliquo in nihil. ergo scilicet antecedens patet.

QVAESTIO NONA

De Dei immutabilitate: in duos articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de immutabilitate, & æternitate diuina, quæ immutabilitatem consequitur. ¶Circa immutabilitatem verò quæruntur duo. ¶Primo vtrum Deus sit omnino immutabilis. ¶Secundo vtrum esse immutabile sit proprium Dei.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum Deus sit omnino immutabilis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit omnino immutabilis. Quicquid enim mouet seipsum, est aliquo modo mutabile. Sed sicut dicit Augusti. 4. super Gene. ad literam: Spiritus creator mouet se, nec per tempus, nec per locum. ergo Deus est aliquo modo mutabilis.

¶Præterea, Sapien. 7. dicitur de Sapientia, quòd est mobilior omnibus mobilibus. Sed Deus est ipsa sapien. ergo Deus est mobilis.

¶Præterea, Appropinquari & elongari, motum significant: huiusmodi autem dicuntur de Deo in scriptura Iaco. 4. Appropinquate Deo: & appropinquabit vobis. ergo Deus est mutabilis.

¶SED CONTRA est quòd dicitur Mala. 3. Ego Deus, & non mutor.

CONCLVSIO.

¶*Deus, cum sit primum ens, omnino simplex, & per essentiam infinitus, est simpliciter immutabilis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ex præmissis[c], ostenditur Deum esse omnino immutabilem. Primo quidem: quia suprà ostensum est[e], esse aliquod primum ens, quod Deum dicimus: & quòd huiusmodi primum ens oportet esse purum actum absque permistione alicuius potentiæ, eò quòd potentia simpliciter est posterior actu[c]. Omne autem, quod quocunque modo mutatur, est aliquo modo in potentia. Ex quo patet, quòd impossibile est Deum aliquo modo mutari. Secundo, quia omne quod mouetur quantum ad aliquid manet, & quãtum ad aliquid transit: sicut quod mouetur de albedine in nigredinem, manet secundum substantiam, & sic in omni eo quod mouetur attenditur aliqua compositio. Ostensum est autem supra[e], quòd in Deo nulla est compositio, sed est omnino simplex. Vnde manifestum est, quòd Deus moueri non potest. Tertio, quia omne, quod mouetur, motu suo aliquid acquirit & pertingit ad illud, ad quod prius non pertingebat: Deus autem, cum sit infinitus comprehendens in se omnem plenitudinem perfectionis totius esse[e]; non potest aliquid acquirere, nec extendere se in aliquid ad quod prius non pertingebat. Vnde nullo modo sibi competit motus. Et inde est quòd quidam antiquorum, quasi ab ipsa veritate coacti, posuerunt primum principium esse immobile[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd August. ibi loquitur secundum modum, quo Plato dicebat primum mouens mouere seipsum[e]: omnem operationem nominans motum: secundum quod etiam ipsum intelligere & velle & amare motus quidam dicuntur. Quia ergo Deus intelligit & amat seipsum, secundum hoc dixerunt quòd Deus mouet seipsum, non autem secundum quòd motus & mutatio est existentis in potentia: vt nunc loquimur de mutatione & motu.

¶Ad secundum dicendum, quòd sapientia dicitur mobilis esse similitudinarie: secundum quod suam similitudinem diffundit vsque ad vltima rerum: nihil enim esse potest, quòd non procedat à diuina sapientia per quandam imitationem, sicut à primo principio effectiuo & formali, prout etiam artificiata procedunt à sapientia artificis. Sic igitur inquantum similitudo diuinæ sapientiæ gradatim procedit à supremis, quæ magis participant de eius similitudine vsque ad infima rerum, quæ minus participant, dicitur esse quidam processus & motus diuinæ sapientiæ in res: sicut si dicamus Solem procedere vsque ad terram, inquantum radius luminis eius vsque ad terram pertingit. Et hoc modo exponit Dio. c. 1. cæ. hierarch. dicens, quòd omnis processus diuinæ manifestationis venit ad nos à patre luminum moto.

¶Ad tertium dicendum, quòd huiusmodi dicuntur de Deo in scripturis Metaphorice. Sicut enim dicitur Sol intrare domum vel exire, inquantum radius eius pertingit ad domum: sic dicitur Deus appropinquare ad nos vel recedere à nobis, inquantum percipimus influentiam bonitatis ipsius, vel ab eo deficimus.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum esse immutabile sit Dei proprium.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd esse immutabile non sit proprium Dei. Dicit enim Philosophus in 2. Meta. quòd materia est in omni eo, quod mouetur: sed substantiæ quædam creatæ sicut angeli & animæ non habent materiam, vt quibusdam videtur. Ergo esse immutabile non est proprium Dei.

¶Præterea, Omne quod mouetur, mouetur propter aliquem finem: quod ergo iam peruenit ad vltimum finem, non mouetur: sed quædam creaturæ iam peruenerunt ad vltimum finem, sicut omnes beati. Ergo aliquæ creaturæ sunt immobiles.

¶Præterea, omne quod est mutabile, est variabile: sed formæ sunt inuariabiles: dicitur enim in libro Sexto principiorum, quòd forma est simplici & inuariabili essentia consistens. ergo non est solius Dei proprium esse immutabile.

¶SED CONTRA est, quod dicit Augusti. in lib. de natura boni: Solus Deus immutabilis est: quæ autem fecit, quia ex nihilo sunt, mutabilia sunt.

CONCLVSIO.

¶*Solus Deus immutabilis est, omnia verò alia aliquo modo mutabilia, vel per potentiam in alio, vel per potentiam in se, vel secundum esse substantiale & accidentale, seu secundum esse accidentale quocunque modo.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd solus Deus est omnino immutabilis, omnis autem creatura aliquo modo est mutabilis. Sciendum est enim, quòd mutabile potest aliquid dici dupliciter. Vno modo per potentiam, quæ in ipso est. Alio modo per potentiam, quæ in altero est. omnes enim creaturæ antequam essent non erant possibiles esse per aliquam potentiam creatam, cum nullum creatum sit æternum, sed per solam potentiã diuinam, inquantum Deus poterat eas in esse producere. Sicut autem ex voluntate Dei dependet, quòd res in esse produxit, ita ex voluntate eius dependet quòd res in esse conseruat: non enim aliter eas in esse conseruat, quàm semper eis esse dando; vnde si suam actionem eis subtraheret, omnia in nihilum redigerentur[e], vt patet per Augustinum 4. super Gene. ad literam. Sicut igitur in potentia creatoris fuit, vt res essent antequam essent in seipsis, ita in potentia creatoris est postquàm sunt in seipsis, vt non sint. Sic igitur per potẽtiã, quæ est in altero, scilicet in Deo, sunt mutabiles inquantum ab ipso ex nihilo potue-

consequentia probatur quia ex simplici voluntate Dei pendet creatio & conseruatio. Secundo quòd omnis creatura est mutabilis per potentiam in se, vel secundum esse substantiale & accidentale. vel secundum esse accidentale, puta locum: vel secundum malum & bonum: & applicationem ad diuersa. Probatur. in omni creatura est aliquid potens stare cum priuatione, esse substantialis vel localis, vel boni & contactus virtutis huius: ergo. antecedens patet distinguendo tres vniuersi partes. Spheram elementorum cum mixtis: corpora cælestia, & substantias spirituales. consequentia probatur: quia omnis mutatio secundum potentiam in se est ex possibili esse cum vtroque oppositorum successiue.

¶Circa ea quæ hic dicuntur aduerte primo quòd cum in litera distinguitur potentia passiua in potentiam ad esse, & ad consecutionem finis, non distinguitur consecutio finis contra esse in communi, ac si nullum poneret esse: sed contra esse absolute, quod est esse substantiale, vt dicitur 7. Meta. vel contra esse, vt est proprius effectus actus primi. Consecutio nanque finis in actu secundo cõsistit. Aduerte secundo quòd in litera ad perfectionem doctrinæ non solum ponuntur ea, quæ ad conclusionẽ spectant directe, quę scilicet mutabilitatem omnis creaturæ pandunt, sed etiam ea, quæ ad immutabilitatem aliquam earum spectant Et quoniam de his inferius ex proposito erit sermo, in locis propriis cum de angelis ac cælestibus tractabitur, nunc pertranseundum est. De aliis autem mutabilitatem concernentibus modò tractandum est. *Annot.*

44 *1. qõ. 14. art. 15. & q. 19. art. 7. & 1. di. 8. q. 3. art. 1. & 2. Et di. 19. q. 5. art. 3. Et 1. cont. ca. 13. 14. & 15. Et opusc. 3. cap. 4. 16. 17. 124. & 222.*

¶*Num secundum substantiam immutabile, sit per potentiam in alio mutabile.*

CIrca primum membrum distinctionis in litera applicatum ad mutationem ex nihilo: & in nihil &c. occurrit turba multa inuehentiũ ex ignorantia peripateticæ Philosophiæ; Non possunt siquidem aut nolunt percipere, quòd aliquid creatum sit secundum se immutabile substantialiter, & tamẽ mutabile per potentiam in alio. Mutabile dico modo exposito. Et licet rationes ac verba eorum multiplicentur ac dilatentur: radix tamen duplex est: altera rationis, altera autoritatum. Ratio est, quia accepto angelo quæritur aut est ens possibile, aut necessariũ: si possibile, habet intẽtũ. Nã possibile esse & non *Quæstio.* 39 508

& non esse, non est prædicatum accidentale, aut extraneum, vt dicitur 10. Meta. sed est substantia vel in substantia. Si necessarium ergo impossibile non esse: ergo per nullam potentiam potest non esse. Nulla nanque potentia potest impossibile. Autoritas est Auerrois primo cæli. con. 124. & 12. Metaphy. con. 41. Algazer quoque dicit possibile esse quòd alio non existente non est. Repugnat etiam fidei ponere aliquid præter Deum esse necessarium ergo.

¶Ad horum euidẽtiam tria notãda sunt, ex quibus omnia ad hanc materiam spectantia, à quibuscunque obiecta soluuntur. Primũ est, quòd magna differẽtia est inter necessarium & possibile, vt sunt differentiæ entis realis, & vt sunt differẽtiæ entis veri. Inquãtum enim sunt differẽtiæ entis veri, sumuntur logice: & consistunt in sola habitudine terminorum vt patet. Vt autem sunt differẽtiæ entis per se, quod significat substantiam, quantitatem &c. vt dicitur quinto, & sexto Meta. sic sunt conditiones substantiales rerum intrinsece ipsis rebus vt
367 decimo Meta. textu vltimo dicitur de corruptibili & incorruptibili. Aliud est ergo loqui de necessario & possibili, vt sunt differentiæ reales: & aliud vt sunt differentiæ habitudinis terminorum quoniam hoc modo abstrahunt à potentia in se, vel in alio:
365 imò ab omni potentia proprie dicta, quoniam
367 inueniuntur in mathematicis secundum nullam vere potentiam, vt dicitur in quinto Meta. capi. de potentia. & in conclusione eiusdem in principio. Illo verò modo attenditur secundum intrinseca rerum. Vnde distinguatur tam necessarium quàm possibile, in reale & logicum, ne fiat confusio. Secundum est quòd potentia in re existens ad non esse, à qua res possibilis dicitur, non potest etiam si fingendi licentia detur, aliter poni quàm secũdario: quia scilicet est in re potentia ad aliud esse incõpossibile huic esse. quoniam nulla potentia nullũsque appetitus respicit primò non esse, vt dicitur primo ethicorum. vnde oportet vt res carens potentia ad aliud esse incom-
40 possibile huic, careat
42 etiam potentia ad non esse. Et cum constet quod potentia realis ad aliud esse remaneat & perficiatur in aduentu illius: consequens necessario est vt omne, in quo est potentia ad non esse, habeat vel sit aliquid potens remanere cum priuatione eius esse, quod actu habet: & ideo in litera optime dicitur: quòd possibile per potentiam in se, oportet esse istiusmodi intendens de possibili reali. Et per oppositum necessarium reale quod æquiualet immutabili, est quod caret tali potentia. Et hinc sequitur quòd aliquid est possibile logicum, quod tamen est necessarium reale. Possibile quidem logice, quia neutra pars contradictionis de secundo adiacente, implicat contradictionem: puta nec ista, cælum est: nec ista, cælum non est. necessarium vero reale: quia in eo non est potentia ad aliud esse, ac per hoc nec ad priuationem esse quod habet. Et quoniam supponimus quòd quicquid non implicat contradictionem est possibile non solum logice, sed potentia reali omnipotentis Dei: ideo possibile logicum vocari potest etiam possibile reale, extrinsece tamen, quia per potentiam in alio. Et propterea in litera, vbi de Deo agitur & rebus, possibile per potentiam in alio dictum est. Tertium est, quòd commune est omni rei diuersæ à Deo, habere non hanc conditionem affirmatiuam proprie loquendo, scilicet ex se non esse, sed habere hanc negatiuam, scilicet non ex se esse: quia ab alio pender, non solum in fieri, sed in conseruari: quemadmodum aër non ex se est illuminatus. Et propter hanc conditionem dicitur, quòd creaturæ sunt ex se nihil, & ex originis natura defectibiles sunt: & quòd possunt non esse, & multa alia quæ omnia ad prædictum sensum sunt reducenda, quoniam dependentiam ab alio in fieri & conseruari tantum ponũt, non potentiam in creatura ad oppositum. His igitur prælibatis iam patet responsio ad omnia. Ponit enim Sanct. Thom. hic & in secundo contra Gen. c. 30. & 55. & in q. de potentia. q. 5. artic. 3. & vbique angelos & corpora cælestia entia necessaria realia, possibilia tamen logice, & per potentiam in alio: & solum Deum omnimodo necessariũ. Nec hoc repugnat philosophiæ, aut fidei. Non philosophiç quidem, vt iam patet. Nec etiam philosophis: quoniam æquiuocant de possibili & necessario, vt facile patet inducendo. Dicere autẽ quod repugnat fidei, summę est ignorãtię: qualis moderno tẽpore regnare videtur apud quosdã Parisienses: qui præfatum Sanct. Thom. capitulum vt suspectum habent: sed hos cum sua ignorãtia relinquamus. Non enim sunt digni de quibus verba fiant in re tam ardua. 49 333 a

runt produci in esse, & de esse possunt reduci in non esse. Si autem dicatur aliquid mutabile per potentiam in ipso existentem, sic etiã aliquo modo omnis creatura est mutabilis. Est enim in creatura duplex potentia, scilicet actiua & passiua. dico autem potentiam passiuam, secundum quam aliquid assequi potest suam perfectionem, vel in essendo, vel in consequendo finem. Si igitur attendatur mutabilitas rei secundum potentiam ad esse, sic non in omnibus creaturis est mutabilitas, sed in illis solum, in quibus illud quod est possibile in eis potest stare cum non esse. Vnde in corporibus inferioribus est mutabilitas & secundum esse substantiale: quia materia eorum potest esse cum priuatione formæ substantialis ipsorum: & quantum ad esse accidentale, si subiectum compatiatur secum priuationem accidentis: sicut hoc subiectum homo compatitur secum non album, & ideo potest mutari de albo in non album. Si verò sit tale accidens, quod consequatur principia essentialia subiecti, priuatio illius accidentis non potest stare cum subiecto. Vnde subiectum non potest mutari secundum illud accidens, sicut nix non potest fieri nigra. In corporibus verò cælestibus materia non compatitur secum priuationem formæ: quia forma perficit totam potentialitatem materiæ: & ideo non sunt mutabilia secundum esse substantiale[e], sed secundum esse locale: quia subiectum compatitur secum priuationem huius loci, vel illius. Substantiæ verò incorporeæ, quia sunt ipsæ formæ subsistentes, quæ tamen se habent ad esse ipsarum sicut potentia ad actum, non compatiuntur secum priuationem huius actus: quia esse consequitur formam, & nihil corrumpitur nisi per hoc, quod amittit formam. Vnde in ipsa forma non est potentia ad non esse[e]: & ideo huiusmodi substantiæ sunt immutabiles & inuariabiles secundum esse: & hoc est quod dicit Diony. 10. capi. de dist. nost. quòd substantiæ intellectuales increatæ mundæ sunt à generatione, & ab omni variatione, sicut incorporales & immateriales: sed tamen remanet in eis duplex mutabilitas: vna secundum quòd sunt in potentia ad finem, & sic est in eis mutabilitas secundum electionem de bono in malum, vt Dam. dicit. Alia secundum locum: inquantum virtute sua finita possunt attingere quædam loca, quæ prius non attingebant: quod de Deo dici non potest, qui sua infinitate omnia loca replet, vt suprà dictum est[e]. Sic igitur in omni creatura est potentia ad mutationem: vel secundum esse substantiale: sicut corpora corruptibilia: vel secundum esse locale tantum, sicut corpora cælestia: vel secundum ordinem ad finem & applicationem virtutis ad diuersa, sicut in angelis[e]: & vniuersaliter omnes creaturæ communiter sunt mutabiles secundum potentiam creantis, in cuius potestate est esse & non esse earum. Vnde, cum Deus nullo istorum modorum sit mutabilis, proprium eius est omnino immutabilem esse.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de eo, quod est mutabile secundum esse substantiale vel accidentale. De tali enim motu philosophi tractauerunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd angeli boni suprà immutabilitatem essendi, quæ competit eis secundum naturam, habent immutabilitatem electionis ex diuina virtute, tamen remanet in eis mutabilitas secundum locum.

¶Ad tertium dicendum, quòd formæ dicuntur inuariabiles, quia non possunt esse subiectum variationis: subiiciuntur tamen variationi inquantum subiectum secundum eas variatur. Vnde patet, quòd secundum quòd sunt sic variantur: non enim dicuntur entia quasi sint subiectum essendi, sed quia eis aliquid est[e].

¶Et sic patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO DECIMA,

De Dei Aeternitate, in sex articulos diuisa.

DEINDE quæritur de æternitate. Et circa hoc quæruntur sex. ¶Primò, quid sit æternitas. ¶Secundò, vtrum Deus si æternus. ¶Tertiò, vtrum esse æternum sit proprium Dei. ¶Quartò, vtrum æternitas differat ab æuo, & tempore. ¶Quintò, de differentia æui, & temporis. ¶Sextò, vtrum sit vnum æuum tantum, sicut est vnum tempus & vna æternitas.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum conuenienter diffiniatur æternitas, quòd est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non sit conueniens diffinitio æternitatis, quam Boët. ponit 5. de consol. dicens quòd æternitas est interminabilis vitę tota simul & perfecta possessio. Interminabile enim negatiue dicitur. Sed negatio non est de ratione, nisi eorum quæ sunt deficientia: quod æternitati non competit. ergo in diffinitione æternitatis non debet poni interminabile.

¶Præterea, Aeternitas durationem quandam significat: duratio autem magis respicit esse quàm vitam. Ergo non debuit poni in diffinitione æternitatis vita, sed magis esse.

a ¶*Super Quæstionis decimæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶In corpore quatuor, primo, Modus inuestigandi diuinam æternitatem. secũdo prosequitur illum, quo ad particulas positas in diffinitione intrinsece. ibi (cum enim) tertio quo ad particulas positas in diffinitione vt additum: ibi, item ea dicuntur. quarto applicando ad propositum omnia, respondetur quæsito affirmatiue, ibidẽ. sic igitur. b 29

¶Quo ad primum æternitas cognoscenda est per tempus. probatur: quia se habet ad ipsum vt simplex ad compositum. Aeternitas enim, vt patebit, est vnitas, tempus vero numerus. Illa absque successione, hoc prioris & posterioris &c. Constat autem, quòd numerus compositus est respectu vnitatis. & similiter prius & posterius componũt respectu eius quòd stat absque his differentiis. ¶Quo ad secundum ratio æternitatis consistit in apprehensione vniformitatis eius, quod est omnino extra motum. Declaratur. ratio temporis cõsistit in numeratione prioris & posterioris in motu. ergo. probatur cõsequentia: quia proportionaliter se habent, sicut tempus ad successionẽ partis post partem in motu, ita æternitas ad rem carentem his.

43 *1. dist. 8. q. 2. ar. 1. & dist. 19. q. 2. ar. 1. & po. quæ. 3. ar. 14. 10.*

¶*Num æternitati ratio consistat in apprehensione vniformitatis eius, quod est extra motum.*

ADuerte hic quòd hæc propositio in litera posita, scilicet ratio æternitatis consistit in apprehensione vniformitatis: potest dupliciter exponi quo ad ly in apprehensione. Vno modo quòd significet illam consistere in apprehendi seu cognosci: ita quod æternitas sit completiue ab anima, sicut de tempore dicitur. Et sic iudicio meo non intelligitur, eo quòd vnitas vniformitatis perennis actu est absque actu animæ: non minus quàm vnitas essentiæ diuinæ. Alio modo quòd significet idem quod in conceptione obiectiua, qua frequenti vsu vocamus rationem: ac si dixisset, ratio æternitatis consistit in apprehensione, id est in ratione vniformitatis. Et hic est sensus intentus. Sed tamen adhuc potest dupliciter exponi: quoniam potest interpretari formaliter, vel materialiter: formaliter quidem, ita vt ratio æternitatis sit ipsa vniformitas. Materialiter vero, vt sit vnitas vniformitatis. Et quãuis quidam materialiter hanc literã interpretandam putent propter verba San. Tho. in primo sententiarum, distinctione 19. quæstione 2. articulo primo: vbi dicit, quòd sicut prius & posterius motus vt numerata *Quæstio.*

numerata constituunt tẽpus, ita permanentia actus vt vna vnitate vt habet rationem mensurę, est æternitas; & ex hoc solutas putent omnes obiectiones Aureoli recitatas in 9. di. 1. à Capreolo: quia procedunt contra hoc dictum formaliter, & non materialiter intellectum. Ego tamen formaliter hunc text. sicut & cæteros intelligo, motus ea ratione: quia nihil cogit ad materialem sensum. semper enim formalis intellectus reliquis præponitur, si saluari æque potest. Scito igitur quòd cum vniformitas sit species vnitatis, dicit enim vnitatem cõtractam ad formam. Rem enim vniformem synonime dicimus rem vnius formæ. Addere vnitatem ad vniformitatem est nugatio; sicut addere animal homini: vnde in primo sententiarum nõ dicitur quòd vniformitas actus vt vna, sed permanentia actus vt vna. Ac per hoc dicere æternitatem esse vniformitatem, & dicere esse vnitatem, non differunt: nisi quia specialius perfectius atque melius dicitur vniformitas, sicut vniuersaliter melius explicat naturam rei genus proximum quàm remotum. Et propterea merito in hac litera postremo edita melior declaratio posita est. Consistit igitur æternitatis ratio in ratione vniformitatis, vt vniformitas rationem mensurę habet. Patet autem hanc esse mentem literæ, ex eo quòd expresse apprehensio, id est ratio vniformitatis, proportionaliter apponitur cõtra numerationem prioris & posterioris motus. Rationes autem Aureoli facile soluuntur. consistunt enim in his duobus punctis.

¶Primum est, vniformitas est ipsa immutabilitas, & consequenter est quòd mensuratur æternitate: ergo non est formaliter æternitas: tenet cõsequentia, quia aliud attributum est immutabilitas, & aliud æternitas. Antecedens probatur: quia vniformitas opponitur motui, quo ad eius varietatẽ, ergo.

¶Secundum est, tempus non est formaliter difformitas motus: ergo ęternitas non est formaliter vniformitas eius quod est extra motum: & tenet sequela ex progressu huius literæ. Ad hæc siquidem respondetur ostendendo quomodo se habeat vniformitas ad immutabilitatem. res enim vt in præmissa patuit quæstione, dicitur & est immutabilis per negationem potentiæ quomodolibet ad aliter se habere: & ex hoc innascitur in se negatio omnis successionis, & consequenter omnis numeri prioris & posterioris: hoc autem adiuncta ratione mensuræ est esse vniforme. vniformitas enim nihil aliud quàm vnum cui primo ratio mensuræ conuenit: vt dicitur 10. Metaph. in forma vniuersalissime accipiendo formam ponit. Et propterea vniformitatis nomine vtimur etiam in motu, sicut etiam vnitas omnia circuit: & hinc prouenit quòd vniformitas est multiplex iuxta res, quibus applicatur, sicut & vnitas. Alia est enim vniformitas motus, alia rei permanentis, alia mensurati, alia mensuræ: & tamen arguens vtitur vniformitatis vocabulo, ac si esset vniuocum cum contra Arist. doctrinam quarto Meta. Formaliter ergo ad rationes Aureoli negatur quòd vniformitas sit formaliter immutabilitas, imò est vt eius passio: & similiter negatur quòd sit quod mensuratur, imò est mensura. Ad probationem vero dicitur quòd varietati motus opponitur vniformitas non absolute, sed motus eo modo, quo primum motum vniformem dicimus, sed non de tali est hic sermo, sed de vniformitate vt mensura est immutabilitatis. Ad secundum vero negatur sequela: quoniam difformitas motus & vniformitas immobilis non proportionaliter se habent ad rationẽ temporis & æternitatis: quia ad rationem æternitatis sat est vnitas formæ immutabilis. Ad rationẽ vero temporis nõ sat est diuersitas formæ motus, sed exigitur quòd sit diuersitas talis formæ, scilicet prioris à posteriori, vt sic: & ideo cum difformitas motus non dicat nisi diuersam formam motus, non ponit numerum talis formæ motus secundũ prioritatem & posterioritatem, & consequenter nõ sufficit ad temporis rationẽ. vniformitas autem rei immobilis, quia ponit vnitatem omnis formæ, id est cõditionis rei immutabilis, omnia cõplectitur cõstituentia æternitatẽ formaliter.

¶Præterea, Totum dicitur quod habet partes. Hoc autem æternitati non conuenit, cum sit simplex. Ergo inconuenienter dicitur tota.

¶Præterea, Plures dies non possunt esse simul, nec plura tempora. Sed in æternitate pluraliter dicuntur dies & tempora. dicitur enim Micheæ 5. Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. & ad Roma. 16. capit. Secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti. Ergo æternitas non est tota simul.

¶Præterea, Totum & perfectum sunt idem. Posito igitur quòd sit tota, superfluè additur quòd sit perfecta.

¶Præterea, Possessio ad durationem non pertinet. æternitas autem quædam duratio est. Ergo æternitas non est possessio.

DIFFINITIO.

¶*Aeternitas est interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in cognitionem simplicium oportet nos venire per composita, ita in cognitionem æternitatis oportet nos venire per tempus, quod nihil aliud est quàm numerus motus secundum prius & posterius. Cum enim in quolibet motu sit successio, & vna pars post alteram, ex hoc quòd numeramus prius & posterius in motu apprehendimus tempus, quod nihil aliud est quàm numerus prioris & posterioris in motu. In eo autem quod caret motu & semper eodem modo se habet, non est accipere prius & posterius. Sicut igitur ratio temporis consistit in numeratione prioris & posterioris in motu, ita in apprehensione vniformitatis eius, quod est omnino extra motum, consistit ratio æternitatis. Item ea dicuntur tempore mensurari, quæ principium & finem habent in tempore, vt dicitur in quarto physicor. & hoc ideo: quia in omni eo, quod mouetur, est accipere aliquod principium, & aliquem finem. Quod verò est omnino immutabile, sicut nec successionem, ita nec principium, aut finem habere potest. Sic ergo ex duobus notificatur æternitas. Primo ex hoc, quòd id, quod est in æternitate, est interminabile, id est, principio & fine carens: vt terminus ad vtrunque referatur. Secundo per hoc, quòd ipsa æternitas successione caret tota simul existens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd simplicia consueuerunt per negationẽ diffiniri, sicut punctus est cuius pars non est[e]: quod non ideo est, quòd negatio sit de essentia eorum, sed quia intellectus noster, qui primo apprehendit composita, in cognitionem simplicium peruenire non potest, nisi per remotionem compositionis.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud, quod est vere æternum, non solum est ens, sed viuens: & ipsum viuere se extendit quodammodo ad operationem, non autem esse[e]. protensio autem durationis videtur attendi secundum operationem magis quàm secundũ esse: vnde & tempus est numerus motus.

¶Ad tertium dicendum, quòd æternitas dicitur tota, non quia habet partes, sed inquantum nihil ei deest.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut Deus cum sit incorporeus, nominibus rerum corporalium metaphorice in scripturis nominatur, sic æternitas tota simul existens nominibus temporalibus successiuis.

¶Ad quintum dicendum, quòd in tempore est duo considerare, scilicet ipsum tempus, quod est successiuum: & nunc temporis, quod est imperfectum. Dicit ergo tota simul ad remouendum tempus: & perfecta ad excludendum nunc temporis.

¶Ad sextum dicendum, quod illud, quod possidetur firmiter & quiete habetur. Ad designandam ergo immutabilitatem & indeficientiã æternitatis, vsus est nomine possessionis.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Deus sit æternus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non sit æternus. Nihil enim factum potest dici de Deo: Sed æternitas est aliquid factũ. Dicit enim Boë. quod nunc fluens facit tempus: nunc stans facit æternitatem. & August. dicit in lib. 83. quæstionum, quòd Deus est author æternitatis. Ergo Deus nõ est æternus.

¶Præterea, Quod est ante æternitatem, & post æternitatem non mensuratur æternitate. Sed Deus est ante æternitatem (vt dicitur in lib. de causis.) & post æternitatem. dicitur enim Exod. 3. quòd Dominus regnabit in ęternum & vltra. Ergo esse ęternum non conuenit Deo.

¶Præterea, Aeternitas mensura quædam est. Sed Deo non conuenit esse mensuratum. Ergo non competit ei esse æternum.

¶Præterea, In æternitate non est præsens, præteritum vel futurum, cum sit tota simul,

¶Quo ad tertium. Res omnino immutabilis caret principio & fine. probatur: quia caret successione. declaratur: quia mensuratum tempore habet principium & finem in tempore, ex eo quòd omne momentum habet principium & finem. Commen.

¶Aduerte hic breuiter, quia hæc ex quarto physi. sumpta sunt, quòd directe sermo præsens est de principio & fine durationis, excepta vltima propositione, in qua probatur mensuratum tempore habere terminos durationis, ex terminis subiecti motus. Non enim loquitur de terminis durationis subiecti, cum possit mobile, puta cælum poni æternum, sed de terminis magnitudinis subiecti. Et intendit quòd quia omne mobile, ab aliquo in se termino incipit moueri, & vsq; ad alium in se terminum mouetur: ideo omne mensuratũ tẽpore habet principiũ & finem durationis. Et est optima ratio à priori: eo quòd prius & posterius in motu & tempore ex priori & posteriori magnitudinis mobilis & spatij sunt, vt patet in 4. & 6. physi. Alium autem dixi terminum à quo & ad quem siue formaliter & materialiter vt in motu recto, siue formaliter tantum, vt in motu circulari. Nec obstat si cælum ponatur semper ab æterno motum: quia vt in secundo cæli dicitur, sat est quòd inceperit virtualiter, id est habet in se, vnde si incepisset inchoatus esset eius motus, puta punctũ arietis. Annot. d 52 111

¶Quo ad quartum conclusio responsiua eliciue ponitur affirmatiue, scilicet diffinitio illa est cõueniens. probatur: quia notificat æternitatem ex duobus, scilicet, ex proprio mensurato in ly interminabilis vitæ, & ex propria quiditate, in ly tota simul existens. Commẽt. 46

¶Aduerte hic, quòd quia diffinitio processit cõpositiuo inuestigat ministrante diuisione, idcirco in litera distinxit, ex parte mensuræ mensurã durationis in mensuram per modum numeri successiui, & per modum vnitatis immobilis, & exclusa prima, quia tempus est, secundam intulit, ex parte vero mensurari distinxit mensuratum in terminatum principio & fine & in interminatum vtrinque, & excluso primo, quia temporale est, intulit secundum. Cúmq; hæc in æternitatis diffinitione adducta ponantur, conueniens conclusa est. Nec officit quòd omissum est ly perfecta. Tum quia implicite tactum est ponendo vniformitatem immobilis omnino. Talis enim non est vniformitas ipsius nunc temporis, cum non sit extra motum. Tum quia in responsione ad quintum erat hoc explicandum.

3. dis. 2. q. 1. arti. 1. c. Et 1. cont. ca. 15. Et po. q. 3. artic. 17. 23 m. & opusc. 3. c. 5. 6. 7. et 8.

a ¶*Super Quæstionis decimæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo directe respondet quæsito affirmatiue. Deus est maxime æternus, probatur. Deus est maxime immutabilis. ergo est maxime æternus. probatur sequela: quia æternitas consequitur immutabilitatem, sicut tempus motum. Secundo assignatur modus, quo est æternus: ponendo aliam conclusionem, scilicet Deus est sua æternitas: hoc enim est dicere quòd non est æternus denominatiue, sed essentialiter. Hanc autem conclusionem primo ostendit claudere in se quandam singularem Dei excellentiam. Secundo probat. Tertio declarat. Cum enim æternitas species sit durationis, dicendo quòd Deus est sua æternitas, dicitur quoq; quòd est sua duratio. hoc autẽ, id est rem esse suam durationem singulare est in Deo: nulli siquidẽ alteri cõuenire in litera dicitur. Probatur deinde simul & cõclusio & singularitas inclusa in ea. Deus est suũ esse vniforme: & nihil aliud à Deo est suum esse. ergo solus est sua duratio, quæ æternitas in eo est. Declaratur postremo à simili: quia sicut est sua essentia, ita est sua æternitas.

¶Circa vim ac sensum probationis secundæ cõclusionis: Aduerte quòd res hic sumitur pro re subsistente: cuius tantũ est esse proprie loquẽdo. Ita quòd nõ intẽdit litera quòd omnis res alia à Deo distinguatur à sua duratione, cum tẽpus non distinguatur ab ipsa: sed intendit quòd nulla res quæ est quod est: & quòd durat est sua duratio. Annot.

duratio. Vis autem rationis consistit in hoc, quòd, cum res esse & duratio ordine quodam se habeant: quoniam duratio non inest rei nisi mediante esse. Non enim res durat nisi ratione sui esse: quia nanque retinetur esse, durat res omnis, & non ob aliud. cum inquam ita sit, consequens est quòd si alterum extremorum non est idem medio, quòd nec sit idem reliquo extremo. Magis enim distant extrema inter se quàm à medio. Res autem durans alia à Deo, quæ est vnum extremum, non est idem quod suum esse, vt supponimus. ergo nec est idem quod sua duratio: quæ extremum alterum est. 45

¶*Num æternitas Dei sit formaliter duratio.*

Quæstio. 45 43 Circa eandem probationem dubium ex Aureolo apud Capreolum in nona distin. primi occurrit. impugnat siquidem id, quod implicite dicitur: quod æternitas Dei sit formaliter duratio: quia omnis duratio alteri comparata est maior, minor, aut æqualis. æternitas non est huiusmodi. probatur: quia non potest intelligi maior seclusa post vel ante plus durare: ergo omnis duratio maior habet ante vel post: quod repugnat æternitati.

¶Ad hoc breuiter potest dupliciter responderi. Primo negando minorem: & ad probationem dicitur, quòd durationem maiorem includere prius & post in se, contingit dupliciter. vno modo formaliter. alio modo virtualiter & eminenter: sicut calor est in sole. & quòd æternitas est maior cæteris. & verificatur de ea durare prius vel post tempus aliquod: quia in se illa præhabet eminenter. Secundo potest responderi negando maiorem proprie loquendo: quoniam comparatio proprie non fit nisi in vnius rationis rebus. Aeternitas autem est duratio alterius omnino rationis à tempore. Et hoc secundum se loquendo: quamuis concepta vt coëxistens tempori comparetur etiam à viris illustribus.

28 ¶In responsione ad primum, Aduerte duo. Primum est, quòd sicut punctum motum dicitur causare lineam: & tamen in nullo genere causæ causat illam in esse: & propterea non est causa lineæ in esse reali: sed est causa eius in esse cognito: quia facit cognitionem illius in nobis, ita nunc stans dicitur causare æternitatem non in esse reali, sed in esse cognito: quia causat rationem illius in nobis. Et quemadmodum impossibile est punctum moueri, & tamen concipimus & dicimus punctum motum, id est si moueretur, causare lineam: ita dato quòd impossibile sit nunc stare, attamen optime dicimus, nunc stans facit æternitatem, id est, si staret, constitueret æternitatem. Secundum est: quòd hinc patet quàm vanus contra nos fuerit labor rationum Aur. vbi supra ad impugnandum hoc dictum Boëtij & Sancti Thomæ, quia nunc non potest concipi vt stans: & ad remouendum nunc à Deo, æquiuocat nanque de nunc: imò supponit non dari nisi nunc temporis: cum tamen nunc æternitatis sit alterius rationis à nunc temporis. Et rursus, vt dictum est, ipsum nunc temporis si staret, æternitatem constitueret: sicut punctus si moueretur lineam faceret: quare non opus est sensui obiectiones suas adducere. Ex his enim facillime soluuntur.

vt dictum est[e]. Sed de Deo dicuntur in scripturis verba præsentis temporis, præteriti, vel futuri. Ergo Deus non est æternus.

¶SED CONTRA est quod dicit Athanasius, Aeternus pater, æternus filius, æternus spiritussanctus.

CONCLVSIO.

¶*Deus immutabilis existens æternus non solum est, sed est sua æternitas.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ratio æternitatis consequitur immutabilitatem, sicut ratio temporis consequitur motum, vt ex dictis patet[e]. Vnde cum Deus sit maxime immutabilis[e] sibi maxime competit esse æternum. Nec solum est æternus, sed est sua æternitas: cum tamen nulla alia res sit sua duratio: quia non est suum esse. Deus autem est suum esse vniforme. Vnde sicut est sua essentia, ita sua æternitas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nunc stans dicitur facere æternitatem secundum nostram apprehensionem. Sicut enim causatur in nobis apprehensio temporis, eò quòd apprehendimus fluxum ipsius nunc, ita causatur in nobis apprehensio æternitatis inquantum apprehendimus nunc stans. Quòd autem dicit Augustin. quòd Deus est autor æternitatis, intelligitur de æternitate participata. Eo enim modo communicat Deus suam æternitatem aliquibus, quo & suam immutabilitatem. ¶Et per hoc patet solutio ad secundum. Nam Deus dicitur esse ante æternitatem, prout participatur à substantiis immaterialibus. Vnde & ibidem dicitur, quòd intelligentia parificatur æternitati. Quod dicitur in Exod. Dominus regn. in ætern. & vltra. sciendum quòd æternum accipitur ibi pro seculo: sicut habet alia translatio. Sic igitur dicitur quòd regnabit vltra æternum: quia durat vltra quodcunque seculum, id est vltra quancunque durationem datam. Nihil est enim aliud seculum quàm periodus cuiuslibet rei, vt dicitur in libro primo, de cæli. Vel dicitur etiam vltra æternum regnare: quia si etiam aliquid aliud semper esset (vt motus cæli secundum quosdam philosophos) tamen Deus vltrà regnat: inquantum eius regnum est totum simul.

¶Ad tertium dicendum, quòd æternitas non est aliud quàm ipse Deus. Vnde non dicitur Deus æternus: quasi sit aliquo modo mensuratus: sed accipitur ibi ratio mensuræ secundum apprehensionem nostram tantum.

¶Ad quartum dicendum, quòd verba diuersorum temporum attribuuntur Deo inquantum eius æternitas omnia tempora includit[c]: non quòd ipse varietur per præsens, præteritum, & futurum.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum esse æternum sit proprium Dei.*

a 47 1. dist. 8. q. 2. ar. 2. & dis. 19. q. 1. art. 1. Et 4. dist. 49. q. 1. artic. 2. q. 3. Et 1. contra ca. 15. & causis. l. 2. col. 1.

AD TERTIVM sic proceditur, Videtur, quòd esse æternum sit soli Deo proprium. Dicitur enim Daniel. 12. quòd qui ad iustitiam erudiunt plurimos, erunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Non autem essent plures æternitates, si solus Deus esset æternus. non igitur solus Deus est æternus.

¶Præterea, Matth. 20. dicitur. Ite maledicti in ignem æternum. Non igitur solus Deus est æternus.

¶Præterea, Omne necessarium est æternum. Sed multa sunt necessaria, sicut omnia principia demonstrationis: & omnes propositiones demonstratiuæ: ergo non solus Deus est æternus.

¶SED CONTRA est quod dicit Augusti. ad Marcellam: Deus solus est qui exordium non habet: quicquid autem exordium habet, non est æternum: solus ergo Deus est æternus.

CONCLVSIO.

¶*Solus Deus vere & proprie immutabilis cum sit, æternus est, cætera verò eò æterna sunt, quò aliquam immutabilitatem participant.*

a ¶RESPONDEO dicendum, quòd æternitas vere & proprie in solo Deo est: quia æternitas immutabilitatem consequitur: vt ex dictis patet[c]. Solus autem Deus est omnino immutabilis, vt est superius ostensum. Secundum tamen quòd aliqua ab ipso immutabilitatem percipiunt, secundum hoc aliqua eius æternitatem participant[c]. Quædam ergo quantum ad hoc immutabilitatem sortiuntur à Deo, quòd nunquam esse desinunt: & secundum hoc dicitur Ecclesi. primo de terra, quòd in æternum stat: & sic æternitas angelis attribui potest, secundum illud Psal. Illuminans tu mirabiliter in montibus æternis. Quædam etiam æterna in scripturis dicuntur propter diuturnitatem durationis: licet corruptibilia sint. sicut in Psal. dicuntur montes æterni. & Deut. 33. etiam dicitur, De pomis collium æternorum. Quædam autem amplius participant de ratione æternitatis, inquantum habent intransmutabilitatem vel secundum esse, vel vlterius secundum operationem: sicut angeli & beati, qui verbo fruuntur: quia quantum ad illam visionem verbi non sunt in sanctis volubiles cogitationes, vt dicit Augusti. 15. de trinit. Vnde & videntes Deum dicuntur habere vitam eternam: secundum illud Ioan. 17. Hec est vita ęterna, vt cognoscant &c.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dicuntur multę ęternitates secundum quòd sunt multi participantes ęternitatem ex ipsa Dei contemplatione.

¶Ad secundum dicendum, quòd ignis inferni dicitur ęternus propter interminabilitatem tantum. Est tamen in pœnis eorum transmutatio, secundum illud Iob 24. Ad nimium calorem transibunt ab aquis niuium. Vnde in inferno non vera ęternitas, sed magis tempus, secundum illud Psal. Erit tempus eorum in se.

¶Ad tertium dicendum, quòd necessarium significat quendam modum veritatis. Verum autem, secundum Philosophum 6. Metaphi. est in intellectu. Secundum hoc igitur vera & necessaria sunt ęterna, quia sunt in intellectu ęterno, qui est intellectus diuinus solus. Vnde non sequitur, quòd aliquid extra Deum sit æternum.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum æternitas differat ab æuo & tempore.*

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur, quòd ęternitas non sit aliud à tempore. Impossibile est enim duas esse mensuras durationis simul, nisi vna sit pars alterius. Non enim sunt simul duo

a ¶*Super Quæstionis decimæ Articulum tertium.*

IN titulo proprium distinguitur contra cõmune.

¶In corpore duæ conclusiones. Prima est, æternitas vere & proprie est in solo Deo. Probatur. Solus Deus est omnino immutabilis. ergo solus Deus est vere & proprie æternus. tenet sequela: quia æternitas immutabilitatem consequitur. Secunda est, æternitas participatiue inuenitur in aliis. probatur. Immutabilitas participatur quadrupliciter ab aliis. ergo æternitas. tenet sequela: quia inquantum aliqua sunt immutabilia intantum sunt æterna. antecedens declaratur secundum quatuor gradus immutabilitatis. Primus est secundum diuturnitatem: & in hoc sunt corruptibilia, sed longæua valde: vt montes & colles. Secundus est secundum perpetuitatem secundum totum: & in hoc sunt elementa corruptibilia secundũ partes, & non secundum totum: quamuis in litera præpostero ordine numerentur hi gradus. Tertius est secundum incorruptibilitatẽ substantialem simpliciter: & in hoc sunt cælestia & angeli. Quartus est secundum immutabilitatem operationis eiusdem numero omnino. & in hoc sunt beati vt sic.

¶In responsione ad tertium, si nescis nouisse, quomodo intelligatur quòd necessarium significat quendam veritatis modum, memento secundi libri perihermenias, vbi de modalibus agitur: & videbis necessarium in actu signato modum cõpositionis, in qua sola est veritas addere supra propositionem. Et sic intelliges necessarium in actu exercito: cuius argumentum hoc meminit, modum compositionis vere exercere: à quo necessaria dicuntur, & principia & conclusiones demonstrationum. Annot. 48

a ¶*Super Quæstionis decimæ Articulum quartum.*

Infra art. 5. & 1. distin. 10. q. 2. ar. 1. & 2. dis. 2. q. 1. arti. 1. Et quoli. 5. q. 4. & quoli. 10. q. 2. et po. q. 3. artic. 14. 18.

IN titulo aliud realiter.

¶In corpore quinque. Primo ostendit, quòd dubium in hoc quæsito sit non quæsitum, sed ratio quæsiti. Secundo refert quandam opinionem circa dubium: scilicet rationem alietatis inter hæc, scilicet propter habere principium & finem, & non habere &c.

¶Tertio

¶Tertio improbatur: quia hoc est per accidens. Probatur quia hac differentia sublata, remaneret alia à Boë. posita: scilicet per esse totum simul, & esse successiuum. quarto saluatur improbata opinio secundum duplicem sensum, scilicet intelligendo illam differentiam quo ad mensurata: vel de principio & fine in potentia.

¶Quinto respondetur quæsito inquantum dubitabile est: vna conclusione complectēte quodāmodo omnia dicta, & est prima. Inter æternitatem & tempus per se primo differentia est per esse totum simul, & non esse huiusmodi. Ita quòd reliqua hanc consequuntur, & relinquitur ex dictis nota.

Annot. ¶Aduerte hic quòd opinio recitata in litera tres sensus habere potest. primo de habere principium & finem in seipsa mensura, in actu tamen. secundo in mensuratis similiter in actu. tertio in potentia, in seipsa tamen mensura. Et quia cum aliqua differentia de aliquo assignatur, intelligitur quòd illa differentia insit illi in seipso. Et rursus cū absolute dicimus principium aut finem, intelligitur in actu. ideo primus sensus absolute improbatus est. secundus vero & tertius qui possunt exponendo sufferri: deinde appositi vt veri sunt. Sed quoniam non radicalem differētiam, sed secundariam tangebant, ideo vltimo respondendo radicem posuit: omnia in litera clare patent.

Annot. ¶Circa illud dictum in secundo sensu, scilicet quòd motus cæli si esset æternus non mensuraretur tempore secundum totum, sed secundum partes. Dubium occurrit ex Scoto in secundo. dist. secunda. q. tertia. Sed quia hoc spectat ad quartum Physicorum in textu 117. ideo hic vbi nō ex proposito tangitur omittatur. Et similiter dubitatio circa identitatem nunc in toto tempore
45 tactam in responsione ad secundum: quum tractetur in eodē quarto à textu. 103. vsque ad textum 108. ibidē Deo dante tractabitur. & de his est quæstio specialis.

Annot. ¶In responsione ad tertium est dubium circa illud dictum, scilicet quòd esse rerum generabiliū mēsuretur tempore. Arguit enim contra illud Scot. in secundo dist. secunda q. quarta. volens quòd absolute mensuretur æuo. Sed quia in sequenti articulo æui natura notificanda est, & eodem vtitur Sco. argumento contra hoc & contra mensuram operationis angelicæ: idcirco vsque in sequentem differatur articulum.

dies, vel duę horę: sed dies & hora sunt simul, quia hora est pars diei. Sed æternitas & tempus sunt simul: quorum vtrunque mensuram quandam durationis importat. Cum igitur æternitas non sit pars temporis: quia æternitas excedit tempus & includit ipsum, videtur quòd tempus sit pars æternitatis, & non aliud ab æternitate.

¶Præterea, Secundum Philosophum in 4. Physico. nunc temporis manet idem in toto tempore. Sed hoc videtur constituere rationem æternitatis: quòd sit idem indiuisibiliter se habens in toto decursu temporis. Ergo æternitas est nunc temporis. Sed nunc temporis non est aliud secundum substantiam à tempore. Ergo æternitas non est aliud secundum substantiam à tempore.

¶Præterea, Sicut mensura primi motus est mensura omnium motuum, vt dicitur in 4. Physico. ita videtur quòd mensura primi esse sit mensura omnis esse. Sed æternitas est mensura primi esse, quod est esse diuinum. Ergo æternitas est mensura omnis esse. Sed esse rerum corruptibilium mensuratur tempore. Ergo tempus vel est æternitas, vel aliquid æternitas.

¶SED CONTRA est quòd æternitas est tota simul. In tempore autem est prius & posterius. Ergo tempus & æternitas non sunt idem.

DIFFERENTIA.

¶Differt æternitas à tempore, quòd ea est tota simul, tempus verò successiuum est. non autem differunt quòd æternitas principio & fine careat, tempus verò non: nisi quo ad mensurata, vel in potentia intelligendo, ea sic differre.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd manifestum est tempus & æternitatem non esse idem. Sed huius diuersitatis rationem quidam assignauerunt ex hoc quòd æternitas caret principio & fine, tempus autem habet principium & finem. Sed hæc est differentia per accidens, & non per se: quia dato quòd tempus semper fuerit, & semper futurum sit secundum positionem eorum, qui motū cæli ponunt sempiternum, adhuc remanebit differentia inter æternitatem & tempus, vt dicit Boëtius in libro de consolatione Philos. ex hoc quòd ęternitas est tota simul[c]. quod tempori non conuenit: quia æternitas est mensura esse permanentis, tempus verò est mensura motus. Si tamen prædicta differentia attendatur quantum ad mensurata, & non quantum ad mensuras, sic habet aliam rationem: quia solum illud mensuratur tempore quod habet principium & finem in tempore[c], vt dicitur in 4. Physico. Vnde si motus cæli semper duraret, tempus non mensuraret ipsum secundum suam totam durationem, cum infinitum non sit mensurabile, sed mensuraret quamlibet circulationem, quæ habet principium & finem in tempore. Potest tamen & aliam rationem habere ex parte istarum mensurarum, si accipiatur finis & principiū in potentia: quia etiam dato quòd tempus semper duret, tamen possibile est signare in tempore & principium & finem accipiendo aliquas partes ipsius, sicut dicimus principium & finem diei vel anni, quod non contingit in æternitate. Sed tamen istæ differentiæ consequuntur eam, quæ est per se & primo differentiam, per hoc quòd æternitas est tota simul, non autem tempus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procederet, si tempus & æternitas essent mensuræ vnius generis: quod patet esse falsum ex his, quorum est tempus & æternitas mensura.

¶Ad secundum dicendum, quòd nunc temporis est idem subiecto in toto tempore: sed differens ratione: eo quòd sicut tempus respondet motui, ita nunc temporis respondet mobili: mobile autem est idem subiecto in toto decursu temporis, sed differens ratione inquantum est hic & ibi: & ista alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nunc secundum quod alternatur ratione est tempus. Aeternitas autem manet eadem & subiecto & ratione. Vnde æternitas non est idem quod nunc temporis.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut æternitas est propria mensura ipsius esse, ita tempus est propria mensura motus. Vnde secundum quòd aliquod esse recedit à permanentia essendi, & subditur transmutationi. secundum hoc recedit ab æternitate, & subditur tempori. Esse ergo rerum corruptibilium: quia est transmutabile non mensuratur æternitate, sed tempore[c]. tempus enim mensurat non solum quæ transmutantur in actu, sed quæ sunt transmutabilia. Vnde non solum mensurat motum, sed etiam quietem: quæ est eius quod natum est moueri & non mouetur.

ARTICVLVS V.

a *¶De differentia æui & temporis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd æuum non sit aliud à tempore. Dicit enim Augustin. 8. super Genes. ad lite. quòd Deus mouet creaturam spiritualem per tempus. sed æuum dicitur esse mensura spiritualium substantiarum. Ergo tempus non differt ab æuo.

¶Præterea, De ratione temporis est quòd habeat prius & posterius. de ratione verò æternitatis est quòd sit tota simul, vt dictum est[e]: sed æuum non est æternitas. Dicitur enim Eccle. 1. quòd sapientia æterna est ante æuum. Ergo non est totum simul, sed habet prius & posterius, & ita est tempus.

¶Præterea, Si in æuo non est prius & posterius. sequitur quòd in æuiternis non differat esse vel fuisse, vel futurum esse. Cum igitur sit impossibile æuiterna non fuisse, sequitur quòd impossibile sit ea non futura esse. Quod falsum est, cum Deus possit ea reducere in nihilum. ¶Præterea, cum duratio æuiternorū sit infinita ex parte post, si æuum sit totum simul, sequitur quòd aliquod creatum sit infinitum in actu: quod est impossibile. Non igitur æuum differt à tempore.

¶SED CONTRA est quod dicit Boët. qui tempus ab æuo ire iubes.

CONCLVSIO.

¶Aeuum ipsum est medium inter æternitatem & tempus vtroque participans.

¶RESPONDEO dicendum, quòd æuum differt à tempore, & ab æternitate, sicut medium existens inter illa. Sed horū differentiam aliqui sic assignant dicentes, quòd æternitas principio & fine caret, Aeuū habet principium, sed non finem: tempus autem habet principium & finem. Sed hæc differentia
42 est per accidens: sicut suprà dictum est[e]: quia si etiam semper æuiterna fuissent, & semper futura essent, vt aliqui ponunt: vel etiam si quandoque deficerent (quod Deo possibile esset) adhuc æuum distingueretur ab æternitate & tempore. Alij verò assignant differentiam inter hæc tria per hoc, quod æternitas non habet prius & posterius, tēpus autē habet prius & posterius cum innouatione & veteratione: æuum habet prius & posterius sine innouatione & veteratione. Sed hęc positio implicat contradictoria. Quod quidem manifestè apparet, si innouatio & veteratio referantur ad ipsam mensuram. Cum enim prius & posterius durationis non possit esse simul, si æuum habet prius & posterius, oportet quòd priore parte æui recedente posterior de nouo adueniat: & sic erit innouatio in ipso æuo sicut in tempore. Si verò referatur ad mensurata: adhuc sequitur inconueniens. Ex hoc enim res temporalis inueteratur tempore, quod habet esse transmutabile, & ex transmutabilitate mensurati est prius & posterius in mensura, vt patet ex 4. Physic. Si igitur ipsum æuiternum non sit inueterabile nec innouabile, hoc erit quia esse eius est intransmutabile. Mensura ergo eius non habebit prius & posterius. Est ergo dicendum, quòd, cum æternitas sit mensura esse permanentis, secundum quod aliquid recedit à permanentia essendi, secundum hoc recedit ab æternitate. Quædam autem sic recedunt à permanentia essendi, quòd esse eorum est subiectum transmutationis, vel in transmutatione consistit: & huiusmodi mensurantur tempore: sicut omnis motus, & etiam esse omnium corruptibilium. Quædam verò recedunt minus à permanentia essendi, quia esse eorum nec in transmutatione consistit, nec est subiectum transmutationis: tamen habent transmutationem adiunctam, vel in actu vel in potentia: sicut patet in corporibus cælestibus, quorum esse substantiale est intransmutabile: tamen esse intransmutabile habet cū transmutabilitate secundū locū. & similiter patet de angelis, quòd si habent esse transmutabile

¶Super Quæstionis decimæ Articulum quintum.

Titulus clarus.

¶In corpore articuli quatuor. Primo respondet quid in hoc quęsito clarum, quidve ambiguum. secundo tractat quandam opinionem. tertio aliam. quarto propriam respondendo quæsito.

¶Quo ad primum clarum est æuum medium esse inter æternitatem & tempus: ambiguum quomodo est medium propter multitudinem opinionum.

¶Quo ad secundum. Primo ponitur opinio dicens, mediationem attendi penes habere principium & finem. Secundo improbatur: quia mediatio hæc est per accidens, vt patet si æuiterna producta essent ab æterno.

¶Quo ad tertium. ¶Primo ponitur secunda opinio dicens: mediationem attendi penes carere innouatione & veteratione: & tamen habere prius & posterius: quatenus in primo conueniat cum æternitate: & in secundo cum tempore. ¶Secundo improbatur dupliciter. iuxta duplicem intellectum, quem habere potest, scilicet vel referendo vtranque conditionem ad ipsum æuum: vel referendo secundam ad æuum, & primam ad æuiternum mensuratum æuo. Contra primum sensum arguit sic, Prius & posterius secundum durationem non potest esse simul: ergo recedente priore de nouo aduenit posterius. ergo si in æuo est prius & posterius, erit innouatio & inueteratio. Contra secundum sic, æuiternum nec est innouabile, nec inueterabile, ergo est intransmutabile. ergo mensura eius caret priore & posteriore. Antecedens est tuū. prima cōsequentia patet ex se: & probatur ex quarto Physico. quia trāsmutabilitas est propria causa inueterationis: ergo intransmutabilitas non inueterationis iuxta illud, si affirmatio est causa affirmationis &c. secunda vero consequentia probatur ex quarto Physico. quia transmutabilitas mensurati est causa prioris & posterioris in mensura. ergo intransmutabilitas erit causa negationis prioris & posterioris in eandem, iuxta eandem radicem.

Annot. ¶Circa has rationes aduerte quòd Scotus in secundo distinct. secunda. quæstio. secunda hanc opinionem nō sequitur: soluere tamen nititur has rationes literæ defendendo secundum sensum. Dans exemplum sic: si poneretur caro non habens partem & partem sub quātitate, tunc in mensura essent partes, & non in eo cuius essent: & sic in proposito esse angeli est absque innouatione: & tamen mensura est successiua. Vnde ad rationem factam directe contra hoc respondet, negando in sententia quòd transmutabilitas mensurati, sit præcisa causa successionis in mensura. Sed contra, hæc responsio facile conuincitur falsa: tum ad hominem, tum simpliciter. 49 Ad hominem quidem: quia si successio in mensura stat cum mutatione & immutatione proprij subiecti seu mensurati. ergo arguere à successione mensuræ ad transmutationem subiecti non valet: sed est sophisma consequentis: sed ipse Scotus ibidem fatetur quòd ille processus est bonus, & ab effectu ad causam: ergo. 48 Et confirmatur: quia Arist. vsus est illo, nec processus literæ est alius ab illo. si enim successio est in mensura: dicimus, ergo in mensurato: quia variatio mensurati est causa successionis in mensura. Mirum valde est de hoc homine cum eandemmet rationem: quia Aristotel. approbat: quia Sanct. Thom. improbat. Et propterea necesse est vt aut approbationem aut improbationem propriam neget. Simpliciter autem quoniam indiuisibile impossibile est, quòd certificetur ex propriis per diuisibile: ergo impossibile quòd mensuretur per illud: & tenet sequela: quia mensura est certificatio mensurati. Antecedens vero patet in exemplo suo. Nunquam enim sciretur quanta esset caro indiuisibilis per quantitatem diuisibilem: si eius esset. Vnde & de facto per quantitatem specierum in eucharistia non mensuratur corpus Christi: quia non est sub ea diuisibiliter. Et idem est iudicium in quantitate durationis: si enim ipsa est extensa, nunquam mensurabitur indiuisibile & inextensum secundum durationem. Quomodo enim scietur sic illius duratio naturalis: etiam fingi non potest, oportet igitur mensuræ extensæ respondere mensuratum extensum: & indiuisibili indiuisibile, vt litera ex Aristote. deduxit.

Locis suprà arti. 4. notatis.

Commen. ¶Quo ad quartum conclusio responsiua quæsito est. Aeuum est medium inter æternitatem & tempus: quia est immutabile, mutabilitati tamen coniunctum. probatur. Aeternitas est propria mensura esse totaliter permanentis. ergo penes recessum à permanentia attenditur elongatio ab æternitate. ergo mutatio aut mutationis subiectum maxime recedit ab ipso. ergo medium est immutabile, mutationi tamen annexum actu vel potentia. Patet secunda sequela, quia mutatio permanentiæ opponitur directe: & æternitas ipsa nec mutatio est, nec mutationem quouis modo secum compatitur. vltima autem cum cæteris clare patet.

¶*Num operationes angeli mensurentur æuo.*

IN responsione ad primum, Aduerte quòd Scotus arguit contra quatuor propositiones. Prima est affirmatiua, operationes angeli mēsurantur tempore. Secūda est negatiua virtualiter inclusa in præcedente, operationes angeli non mensurantur æuo. Tertia est affirmatiua, visio beata in angelis mensuratur æternitate participata, Et hæ omnes habentur in hac responsione ad primum, vt patet in litera. Quarta vero etiam affirmatiua est, Esse rerum generabilium mensuratur tempore: hæc enim in responsione ad vltimum articuli præcedentis & in corpore huius posita est, cum dictum est, quòd tam id, quod in transmutatione consistit, id est motus, quàm id, quod mutationi subiicitur, quod experimur esse nostrum esse substantiale, tempore mensuratur. Arguit ergo primo in 2. sent. dist. 2. q. 4. contra secundam propositionem, probando illius contradictoriam, quam tenet vt veram, scilicet operationes angeli mensurantur æuo tripliciter. Primo sic, Esse & operatio angeli habent vniformem modum manendi dum manent: ergo habent mensuram eiusdem rationis. Antecedens patet: quia vtrunque est indiuisibile, & tamen defectibile. probatur: quia mensuræ proportionantur diuersis modis manendi, vt patet de successiuis & permanentibus. Secundo sic, Actus beatificus mensuratur æuo: vt per August. patet de fide ad Petrum, cap. 18. ergo: Tertio operatio angeli non mensuratur æternitate, nec tempore: ergo æuo.

¶Ad euidentiam huius difficultatis, aduerte quòd Scotus ibidem tres mensuras durationis ponit: tempus, æuum, & æternitatem, ita quòd tempus rem successiuam, æuum permanentem, defectibilem tamen: æternitas autem rem omnino indefectibilem mensuret. Et propterea tenet esse substantiale rerum, ad quas impossibile est esse motum, & operationes angelicas &c. secundum se mēsurari æuo, & tota radix eius est illa maxima, Quæcunque vniformem habent modum manendi dum manent habent mensuram eiusdem rationis. In præsenti autem litera distinguuntur mensuræ durationis penes mutabilitatem & immutabilitatem rerum. Et vere sic est: quoniam mensura durationis est certificatiua naturalis durationis rei secundum se: alioquin frustra esset. naturalis autem duratio rei ex mutabilitate aut immutabilitate nascitur: loquor de mutabili vel immutabili proprie, id est ex intrinseco: quoniam ex tali mutabilitate tantum pendet naturalis duratio rei. Nihil enim refert ad naturalem durationem rei, an in alio sit potentia destructiua eius, an non, sed solum an in ipsa sit vnde possit deficere, an non. & in hoc errauit manifeste Scot. dicens, nec aliquando non esse, nec posse non esse per propriam potentiam variat mensuram rei. Et fundamentum eius est valde debile, scilicet quia si angelus annihilandus esset, nil minus mensuraretur æuo. Liquet enim quòd naturaliter non fore aliquando, & similiter posse naturaliter non esse variant naturam rei: quia corruptibile & incorruptibile, vt dicitur 10. Metaphy. sunt substantia aut in substantia. variant inquam naturam generice, adeo vt nihil sit eis vniuocum. ergo nec propria mensura est eadem. Et ex hoc prouenit, quòd annihilandus angelus mensuratur æuo: quia scilicet annihilatio non prouenit ex natura eius, sed ab extraneo. ipse enim quantum est per se semper esset. Dicimus ergo rem omnino immutabilem æternitate mensurari, immutabilem autem simpliciter & mutabilem secundū quid æuo, mutabilem autem simpliciter tempore. Et propterea, cum angelus sit immutabilis substantialiter, mutabilis tamen accidentaliter, æuo mensuratur. Operationes vero eius naturales, quia naturaliter sunt mutabiles, ęuo mensurari nequeunt, Aeuo nanque mensuratum æuiternum est, æuiternum autem naturaliter perpetuum est, nullum autem naturaliter mutabile est naturaliter perpetuum. Ad fundamentum autem Scoticum, distinguenda primo est propositio illa: quoniam si sit in sensu composito est falsissima, quoniam, vt dicitur in primo perihermenias, vnūquodque necesse est esse dum est: & sic omnia manentia dum manent habent vniformem modum essendi, quia sunt necessariò: & tamen non habent eandē mensuram. Nec ad hunc sensum arguens facit illam, sed absolute seu in sensu diuiso. Et tunc dicitur, quòd modus manendi est multipliciter distinguibilis, scilicet vel penes necessarium & possibile, vel penes permanens & successiuum, vel penes defectibile & indefectibile: & quocunque modo sumatur, semper est falsa: quoniam nec omne necessarium conuenit in mensura, sed alia est mensura necessarij omnino, vt Dei, & alia necessarij simpliciter: possibilis autem secundū quid, vt sunt reliqua incorruptibilia. Et similiter omnia possibilia nō mensurātur vna mensura, quoniam quædam tempore continuo, & quędam tempore discreto, vt dicetur. Similiter non omne permanens conuenit in mensura, vt patet de superioribus & inferioribus. Nec omnia successiua: quoniam alia est mensura successiuorum successione continua, & alia succedentium successione discreta, vt dicetur. De defectibili autem & indefectibili iam patet defectibilitatem non esse modum rei, vt ab eis sumitur, sed dicere potentiam extraneam, & propterea non est ad propositum: & esset nihil minus falsa, ex eo quòd non omne defectibile vnica mensura certificatur. Ex his autem simplicibus patet responsio ad modos compositos: puta permanens defectibile & similes. Ad formam ergo propositionis dicendū est, quòd habere vniformem modum manendi intrinsecum rei & per se respicientem naturalem durationem rei, est ratio vniformis seu eiusdem mensuræ durationis, & nō absolute habere vniformem modum manendi: & ideo falsum est antecedens illius consequentiæ. Et iam exclusa est eius probatio.

¶Ad secundum negatur antecedens, vt patet in litera, nec est verū quòd Augusti. dicat illud nisi in sensu inferius manifestando, accipiendo scilicet æuum pro æternitate participata.

¶Ad tertiū negatur antecedens pro secūda parte, quia operatio angeli mensuratur nunc temporis non continui, sed discreti.

¶*Num operationes angeli mensurentur tēpore.*

Contra primam propositionem, scilicet angeli mensurantur tempore: arguit Scot. ibidem: sed quoniam argumenta sua militant contra tenentes eas mensurari tempore discreto, quod sit species quantitatis: & hęc propositio non est S. Tho. quoniam apud nos tempus discretum nihil aliud est quàm numerus prioris & posterioris in motu discreto: qui nihil aliud est quàm successio operationis spiritualis ad aliam operationem spiritualem: quales sunt duæ intellectiones sine fantasmatum seruitio. Numerus autem de prædicamento quantitatis sequitur diuisionem continui: oportet vt tempus hoc sit numerus transcendens compositus ex vnitatibus transcendentibus: quia inquam sic est, vnum tantum ex Scoto motiuū afferendum censui, scilicet quia ponuntur multa tempora sine necessitate, oportet etiam multiplicari tempora non solum in pluribus, sed in eodem respectu actuum intellectus & voluntatis &c. hæc autem videntur inconuenientia, ergo.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd necessitas magna est multiplicandi tempus incontinuum & discretum: propter spirituales operationes substantiarum spiritualium: carerent enim aliter proportionatis mensuris. Illæ enim cum sint immediate sibi inuicem succedentes & instantanee secundum se, quia quælibet est tota simul, eleuantur manifeste supra tempus continuum & eius instantia: ad æui autem excellentiam non attingunt, quia corruptibiles materialiter sunt. Oportet ergo vt sine propria mensura remaneant tam nobilia entia, aut tempus discretum ponere: cuius instantibus operationes ipsæ in se mensurentur. Hæc enim sunt ipse motus spiritualis angelorum: cuius numerus est tempus, per quod dicit Augusti. mouere Deum spiritualem creaturam. Multiplicatio autem temporis discreti in pluribus angelis aut in eodem, iudicio meo non est necessaria nisi materialiter: quemadmodum etiam tempus continuum quo nostra mensurantur, materialiter multiplicatur in omnibus mobilibus: & æuum in omnibus æuiternis. Consonum namque rationi videtur, vt sicut omnia æuiterna simplicissimo æuo mensurantur, quod solum est æuum formaliter, ita omnis operatio huiusmodi simplicissima operatione seu simplicissimo nunc illius mensuretur: & similiter omnis successio operationum, simplicissima successione. Talis autem operatio & successio est ea, quæ in primo operante temporaliter inuenitur: quē constat esse supremum angelum, in quo, vt dicetur, est etiam ęuum. Et quia operationes intellectus sunt naturaliter priores & simpliciores operationibus voluntatis, erit vnum tempus omnium huiusmodi temporalium, quod est primo mensura operationum succedentium in intellectu primi angeli: & ex consequenti & extrinsece mensura cæterarum operationum tam suarum quàm aliorum spiritualium. Cum his tamen (vt dictum est) stat quòd quasi materialiter multiplicetur huiusmodi tempus iuxta numerum mensuratorum operum: eò quòd vnum & multa, quæ consequuntur ens, multiplicantur cum rebus ipsis. Dixi autē quasi materialiter: quia non oportet quòd omnino vniuoce saluetur proportio temporum nostrorum ad tempus cuius subiectum est primus motus, & proportio horum temporum ad simplicissimum tempus eorum: sed sat est si est quasi talis.

¶*Num beata visio in angelis mensuretur æternitate participata.*

Contra tertiam verò propositionem, scilicet operatio beata mensuratur æternitate participata, arguit idem in 4. di. 49. q. 6. Operatio beata non est immutabilior æuiterno: ergo non mensuratur ęternitate, sed æuo. Cōsequentia nota. Et antecedens probatur. Tum quia operatio beata est simpliciter minus nobilis quàm substantia angeli beati: quoniā substantia est nobilior accidente. Tum quia perfectio ipsius operationis beatæ nō est immutabilior substantia eiusdem operationis: quoniam id quod inest alicui per accidens, non est immutabilius eo quod inest per se. Cōstat autē quòd substantia operationis mensuratur ęuo: ergo.

Præterea,

¶Præterea. Aeternum vt distinguitur contra æuiternum, non solum est totum simul, sed est indefectibile carens potentia ad non esse: sed nullum creatum est huiusmodi. ergo.

¶Ad euidētiam huius difficultatis scito, quòd quanuis æuū nihil aliud sit quàm æternitatis participatio, distinguitur tamen à S.Tho. hic & in 3. contra gen. ca. 16. & in 4. sentent. 49. quæst. 1. articu. 2. quæst. 3. æternitas participata ab æuo: non sicut perfectum à minus perfecto in eadem specie, sed sicut perfectius à minus perfecto diuersorum ordinū. Aeternitas quippe cū sit propria mensura diuini esse, participata æternitas consequēter est propria mensura esse diuini ordinis. Esse autem diuini ordinis dico, quod possibile est connaturale esse cuicunque creaturæ factæ, aut factibili: de quo in quæst. 12. latior erit sermo. Aeuum autē est mensura esse immutabilis quidem, sed naturalis ordinis. Et hæc est per se primo differētia inter æternitatem participatam & æuum. Ex hac enim & aliæ differentiæ fluunt, & omnes difficultates soluuntur. Quia enim operatio beata diuini est ordinis ideo æternitate dicitur mēsurari participatiue. Hinc etiam oritur vis conclusionis impugnatæ à Sco. scilicet, Intellectus creatus non potest ex se in operationem beatam, ergo mensuratur æternitate. Ex primo siquidem antecedente sequitur, ergo diuini est ordinis: & post, ergo mensuratur æternitate.

44 333 a

cum transmutabilitate secundum electionem: quantum ad eorum naturam pertinet: & cum transmutabilitate intelligentiarum & affectionum & locorum suo modo[e]. Et ideo huiusmodi mensurantur æuo: quod est medium inter æternitatem & tempus. Esse autem, quod mensurat æternitas, nec est mutabile, nec mutabilitati adiunctum. Sic ergo tempus habet prius & posterius: æuum autem non habet in se prius & posterius, sed ei coniungi possunt. æternitas autem non habet prius neque posterius, neque ea compatitur.

b 108

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd creaturæ spirituales quantum ad affectiones & intelligentias, in quibus est successio, mensurantur tempore[e]. Vnde & August. ibidem dicit, quòd per tempus moueri, est per affectiones moueri. Quantum verò ad eorum esse naturale mensurantur æuo. Sed quātum ad visionem gloriæ participant æternitatem.

¶Ad secundum dicendum, quòd æuum est totum simul, non tamen est æternitas: quia compatitur secum prius & posterius.

¶Ad tertium dicendum, q̄ in ipso esse angeli in se considerato non est differentia præteriti & futuri, sed solum secundum adiunctas mutationes. Sed quòd dicimus angelum esse vel fuisse vel futurū esse, differt secundum acceptionem intellectus nostri, qui accipit esse angeli per comparationem ad diuersas partes temporis. Et cum dicit angelum esse vel fuisse, supponit aliquid cum quo eius oppositum nō subditur diuinæ potentiæ[e]. Cum vero dicit futurum esse, nondum supponit aliquid. Vnde cum esse & nō esse angeli subsit diuinæ potentiæ, absolutè considerando potest Deus facere, quod esse angeli non sit futurum: tamen non potest facere quod non sit dum est, vel quod non fuerit postquā fuit.

¶Ad quartum dicendum, quòd duratio æui est infinita: quia non finitur tempore. Sic autem esse aliquod creatum infinitum, quod non finiatur quodam alio, non est inconueniens.

¶Vnde ad primam rationem Sco. negatur antecedens: quoniam operatio beata, dato, quòd ipsa in se non esset immutabilior æuiterno: est tamen immutabilioris ordinis: quia diuini, & propterea dicitur, est immutabilior secundum suum genus. Dixi autem, dato quòd non sit &c. quia minor mutatio sufficit ad non esse operationis beatæ quàm substantię angeli, quia hæc exigit annihilationem, illa nō. Est & rursus immutabilior, quia plura mutabilia immutabilius continet. vna siquidem visio beata absque omni mutatione continet visiones omnium sperantium ad vniuersum eminenter. Nullum autem æuiternum ad hanc immutabilitatem ascendere potest.

¶Ad probationem autem primam dicitur, quòd sicut actus est simpliciter nobilior potentia: & tamen substātia est simpliciter nobilior accidente: & ratione primi actus intelligendi est nobilior materia prima, ratione secundi ecōtra. Ita in proposito, & hæc est vera, quòd substantia est nobilior accidente. Et similiter hæc, quòd esse diuini ordinis est nobilius esse naturali: & propterea vtrunq; est verū in diuersis ordinibus. Substantia quippe angeli est nobilior secundum esse naturæ, operatio autem beata secundum excellentiam deitatis. Et si proprie loqui volumus, æquiuoce comparari videntur.

¶Ad secundam autem probationem negatur quòd substantia operationis beatę mensuretur æuo. substantia enim operationis & eius perfectio vna res numero sunt & eadem mensurantur mensura. vnde nō solum beatitudo operationis, sed ipsa operatio beata mensuratur æternitate participata. Falsum quoque est quòd perfectio non sit immutabilior substantia operationis, eo modo quo distinguuntur: quoniam substātia operationis si sine perfectione beatitudinis esset, in instanti temporis discreti mensuraretur. Perfectio autē deitatis mensuram æternitatis adducit: non eo modo quo accidens superinducitur, sed eo potius modo quo differētia generi adueniens naturam affert specificam. Et propterea non valet probatio in oppositum de Deo quod inest per accidens. cōstat enim quòd natura generica aut quasi generica secundum se non talis aut tantæ perfectionis ex perfectione differētię aduenientis: quę tamen generi accidere conceditur, perfectionem tātam ac talem assequitur, ita quòd vnum ens perfectum sit, & sic est in proposito.

¶Ad secundam autem obiectionē principaliter dicitur, quòd proprie loquendo beatus vt sic, caret potentia ad non esse beatum: sicut cælum caret potentia ad non esse rotundū. Quemadmodū enim materia prima si reciperet formam vnam æquiualentem omnibus formis generabilium & corruptibilium careret potentia ad nō esse illius formæ: ita intellectus habens actum beatum caret potentia ad non esse illius actus. Actus enim ille est omnium bonorum nō aggregatione, sed eleuatione perfectus: & ideo beat: ac immutabilem beatum reddit. Extenso autem vocabulo vt arguens vtitur vocando potentiam nō esse potentiam logicam vel obiectiuam, dicitur, quòd æternū per essentiam oportet carere omnino potentia ad non esse: nō autem per participationem, sed sat est vt distinguatur contra æuiternum diuersitate ordinis: quia illud scilicet est ordinis æterni per essentiam, istud vero naturæ.

¶*Num esse rerum generabilium mensuretur tempore.*

CONtra quartam propositionem arguit Scotus in secundo vbi supra nō aliter quàm contra primam, scilicet esse substantiale habet eundem manendi modum quandiu est quem habet æuiternum: quia successione caret &c. ergo. Sed ad hoc non oportet aliter respondere quàm superius. Non enim penes habere esse modo successiuo vel permanēti distinguuntur mēsuræ, sed penes mutabile & immutabile, vt dictum est. Sed aduerte hic, quòd Scotus ibidē nititur soluere rationem San. Tho. ad hoc in responsione ad tertium in præcedenti articulo factam, scilicet quia motus est mensura non tantum motus, sed etiā quietis. Ait enim quòd substantia bonis absolute mensuratur æuo: quies autem eius tempore: nec aliud ex illa sequitur ratione. Sed hęc responsio non est sufficiens euasio, quoniam tempus comprobatur in litera, mensurare nō solum quietem, sed rem quiescentem: quoniam omne quiescens est mobile: omne autem mutabile secundum quod mutabile mēsuratur tempore. Constat autem quòd secundum substantiam nos sumus mutabiles. ergo secundum substantiā temporales. Et stat vis rationis in hoc. Motus & quies substātialiter accepti, id est mutatio substantialis, & quies sub esse substantiali nō solum in actu, sed in potentia mensurantur tempore. ergo esse substantiale nostrum mensuratur tempore: antecedens patet ex eo quòd actus & potentia ad eiusdē ordinis mensuram spectāt, vt ex primo cæli. & 4. Physi. habetur: consequentia autem tenet ex eo, quòd potentia talis, substantialis est, vt 10. Metaphy. dicitur. 153

¶*Num Aeuū sit totum simul.*

IN responsione ad secundum occurrit dubium circa illā propositionem, æuum est totū simul: Impugnatur siquidē ab illa opinione refutata in litera sic. Aeuum continue fit à Deo, ac per hoc potest deficere ab esse, & consequenter potest annihilari: ac deinde iterum creari. igitur non est totum simul. Et habes in Scot. & in Capreolo in 2. di. 2. q. 2. 50 *2. dist. 2. q. 1. arti. 2. Et 5. q. 1. q. 4.*

¶Ad hæc facile patet responsio ex dictis. æuum enim, siue æuiternum non continue fit proprie loquendo, sed conseruatur à Deo. Nec potest deficere ab esse ex intrinseco, sed Deus potest ipsum annihilare. Et propterea non sequitur, ergo non est totum simul. Si enim posset ex intrinseco esse plus, aut minus, aut præcise tantum secundū durationem tunc non esset totū simul, sed ex eo quod Deus potest, nō sequitur hoc in natura æui, seu æuiterni. Natura enim rei nō est metienda secūdum vires diuinas, sed proprias. In casu autem annihilationis & recreationis dicitur quòd esset successio instantium mensurantiū creationem, annihilationem, & recreationem, & non ipsius æui. Instantia enim illa nihil æui sunt, sed sunt partes temporis discreti, cuius iam meminimus. Idem enim esset tunc iudicium de illo angelo, sicut esset de duobus angelis: quorum vnus prius altero crearetur. vtitur enim æuo tunc ille vnus quasi duo.

¶In responsione ad tertium, aduerte quòd ibi distinguitur esse angeli dupliciter, vno modo absolute, & sic non habet præteritum, nec futurum: sed subditur diuinæ potentiæ: & potest non esse per potentiam in alio. Alio modo vt coëxistens differentiis temporis realis vel imaginarij: & habet præteritū & futurum: & sic dicimus quòd fuit & quòd erit. & sic secundum futurum subditur diuinæ potentiæ: non secundum præteritum. Quia supponitur incompossibile, vt in litera dicitur. Et nota quòd autoritas Hierony. ad Marcellā, solus Deus non nouit præteritum & futurum. & similiter Augusti. Præsens si stat, est æternitas. & similes intelliguntur secundum se: & omnia quæ in eis sunt. Angelus enim secundum affectiones habet præteritum et futurum: similiter æuum. patet adiūcta, nō stat vt in præcedenti artic. dictum est. *Annot.*

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum sit vnum æuum tantum.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit tantum vnū æuum. Dicitur enim in apocryphis Esdræ, Maiestas & potestas æuorum est apud te Domine.

¶Præterea, Diuersorum generū diuersæ sunt mensuræ. Sed quædam æuiterna sunt in genere corporalium, scilicet corpora cælestia: quædam verò sunt spirituales substantiæ, scilicet angeli. Non ergo est vnum æuum tantum.

¶Præterea, Cum æuum sit nomen durationis, quorum est vnum æuum, est vna duratio. Sed non omnium æuiternorum est vna duratio: quia quædam post alia esse incipiūt, vt maxime patet in animabus humanis. Non est ergo vnum æuum tantum.

¶Præterea, Ea, quæ non dependent abinuicem, non videntur habere vnam mensuram durationis. Propter hoc enim omnium temporalium videtur esse vnum tempus: quia omnium motuum quodammodo causa est primus motus: qui prius tempore mensuratur. Sed æuiterna non dependent abinuicem: quia vnus angelus non est causa alterius. Non ergo est vnum æuum tantum.

¶SED CONTRA æuum est simplicius tempore, propinquius se habens ad æternitatem. Sed tempus est vnum tantum. Ergo multò magis æuum.

CONCLVSIO.

¶*Quò plura æuiterna sunt, æua etiam plura sunt, magis tamen vnum tātum æuum est, mensura vnius primi æuiterni, quod simplicissimum est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd est vnum æuum tantum: quidam quòd multa. Quid autem horum verius sit, oportet considerare ex causa vnitatis temporis. In cognitionem enim spiritualium per corporalia deuenimus[c]. Dicunt autem quidam esse vnum tempus omnium temporalium propter hoc, quòd est vnus numerus omnium numeratorum: cum tempus sit numerus secundum Philosophum. Sed hoc non sufficit: quia tempus non est numerus, vt abstractus extra numeratum, sed vt in numerato existens, alioquin non esset continuus: quia 10. vlnæ panni continuitatem habent non ex numero, sed ex numerato. Numerus autem in numerato existens non est idem omnium, sed diuersus diuersorum. Vnde alij asignant causam vnitatis temporis ex vnitate æternitatis, quæ est principium omnis durationis. Et sic omnes durationes sunt vnum, si consideretur eorum principium. Sunt vero multæ, si consideretur diuersitas eorum, quæ recipiunt durationem ex influxu primi principij. Alij vero asignant causam vnitatis temporis ex parte materiæ primæ, quæ est primum subiectum motus, cuius mensura est tempus. Sed neutra asignatio sufficiens videtur: quia ea, quæ sunt vnum principio, vel subiecto, & maxime remoto non sunt vnum simpliciter, sed secundum quid. Est ergo ratio vnitatis temporis, vnitas primi motus, secundum quem cum sit simplicissimus, omnes alij mensurantur, vt dicitur in 10. Metaphy. Si ergo tempus ad illum motum comparatur non solum vt mensura ad mensuratum, sed etiam vt accidens ad subiectum: & sic ab eo recipit vnitatem. Ad alios autem motus comparatur solum, vt mensura ad mensuratum. Vnde secundum eorum multitudinem non multiplicatur: quia vna mensura separata multa mensurari possunt. Hoc igitur habito sciendum, quòd de substantiis spiritualibus duplex fuit opinio. Quidam enim dixerunt, quòd omnes processerunt à Deo in quadam æqualitate, vt Orige. dixit[c]: vel etiam multæ earum, vt quidam posuerunt[c]. Alij verò dixerunt, quòd omnes substantiæ spirituales processerunt à Deo quodam gradu & ordine. Et hoc videtur sentire Dio. qui dicit 10. cap. cæ. hierar. quòd inter substantias spirituales sunt primæ, mediæ, & vltimæ, etiam in vno ordine angelorum[c]. Secundum igitur primam opinionem necesse est dicere quòd sunt plura æua secundum quòd sunt plura æuiterna prima æqualia. Secundum autem secundam opinionem oportet dicere, quòd sit vnum æuum tantum: quia, cum vnumquodque mensuretur simplicissimo sui generis, (vt dicitur in 10. Metaphysi.) oportet quòd esse omnium æuiternorum mensuretur esse primi æuiterni: quod tanto est simplicius, quanto prius. Et quia secunda opinio verior est, (vt infrà ostendetur[e]:) concedimus ad præsens vnum esse æuum tantum.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd æuum aliquando accipitur pro seculo: quod est periodus durationis alicuius rei: & sic dicuntur multa æua, sicut multa secula.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet corpora cælestia & spiritualia differant in genere naturæ, tamen conueniunt in hoc, q̄ habent esse intransmutabile. Et sic mensurantur æuo.

¶Ad tertium dicēdum, quòd nec omnia temporalia simul incipiunt, & tamen omnium est vnum tempus propter primū, quod mensuratur tempore. Et sic omnia æuiterna habent vnum æuum propter primum: etiam si non omnia simul incipiant.

¶Ad quartum dicendum, quòd ad hoc quòd aliqua mensurentur per aliquod vnum, non requiritur quòd illud vnū sit causa omnium eorum, sed quòd sit simplicius.

a ¶*Super Quæstionis decimæ Articulum sextum.*

IN titulo vnum numero.

¶In corpore 4. Primo ponuntur opiniones diuersæ de quæsito. Secundo ponitur via discutiendi quæ opinio sit verior: & dicitur, quòd ex causa vnitatis temporis est procedendū: & probatur, quia in cognitione spiritualiū per corporalia peruenimus. Tertio ipsam viā ingreditur, vbi 4. opiniōes de causa vnitatis temporis afferuntur. Prima ex vnitate numeri. Secunda ex vnitate principij, scilicet æternitatis. Tertia ex vnitate primi subiecti, scilicet materiæ primæ. Quarta ex vnitate primi motus. Et prima quidem reprobatur sic, tempus non est numerus absolute, sed numeratus in motu scilicet cōtinuo. ergo nō ex vnitate numeri est vnus. Secunda vero et tertia simul sic, Tempus est vnum simpliciter. ergo non est vnum principio. et subiecto remoto tantum, tenet sequela. quia vnum subiecto vel principio sunt vnum secundum quid. Quarta autē probatur sic, Primus motus est simplicissimus ergo mensura cæterorum. ergo comparatur ad tempus, non solum vt mensuratum ad mensuram, sed vt subiectum ad accidens: ergo ex eius vnitate est tempus vnum. consequentia prima probatur ex 10. Metaphysi. Aliæ vero relinquuntur per se notæ, quoniā constat quòd quantitas primi mensurati est ipsius mensura coniuncta, cæterorum vero separata. Et propterea non multiplicatur ad multiplicationem cæterorum, sed primi tantum, sicut vniuersaliter accidens multiplicatur ad multiplicationem subiecti. cum ergo primum non multiplicatur: ergo nec mensura, vt in proposito. Quarto principaliter ex ista asignata via ad quæsiti responsionem inducit, iuxta duas opiniones de angelis duas conclusiones ponens. Altera est. æua sunt multa. probatur: prima æuiterna sunt multa. ergo. Altera est, æuum est vnum tantum. probatur: primum æuiternum est vnum tantum. ergo. Antecedentia sunt ipsæ opiniones diuersæ. cōsequentię fundantur super processu facto de vnitate temporis: cuius radix fuit, mensura multiplicatur ad multiplicationem primi mensurati. & quoniam ex his non habetur responsio ad quæsitum certa, ideo subdit tenendam esse secundam conclusionem. Quia probabilior est illius opinio, vt inferius patebit, & sic conclusio responsiua est, Aeuum est tantum vnum. *Commen.*

¶Aduerte hic, quòd sicut quilibet motus habet proprium prius & posterius in seipso, ita etiam habet proprium numerum numeratum illorum: & consequenter proprium tempus: sed quoniam non cuiuslibet motus numerus est certificatiuus omnium motuum ex natura sua, sed tantū numerus primi motus propter eius simplicitatem maximam, ideò solus primi motus numerus temporis complete ratione habet. Et propterea tempus est vnum numero formaliter completeque sumptum: & sunt multa tempora quasi materialiter seu incomplete. Et simile est iudicium de æuo. Eodem enim modo est vnum & multa. Vtrum autem æuum sit accidens, aut esse, aut essentia æuiterni in quæstione speciali quærendum est, Metaphysici quippe negotij hoc est. *Annot.*

¶*Num primum æuiternum mēsuretur æuo: & vnum æuiternum mensuretur per alterum extrinsece.*

CIrca ea, quæ his definita sunt, cōplura sunt dubia. Primo nanque Sco. in 2. di. 2. & q. 3. reprehendit quòd primum æuiternum mēsuretur æuo, quamuis ipsum primū sit extrinseca mensura aliorum. Vnica ratione. Mēsura ex natura rei est notior ex natura rei mensurato: sed nihil est in primo æuiterno notius ipsa substantia æuiterni. ergo nihil est in eo quod habeat rationem mensuræ substantiæ eius. Durandus autem reprehendit mensurationem extrinsecam vnius æuiterni per aliud æuiternum tripliciter. Primo sic. Illud cuius duratio est certior ex propria ratione quàm ex comparatione ad extrinsecum nō mensuratur secūdum durationem per extrinsecum: sed æuiternum est huiusmodi. probatur: quia propria eius ratio est esse immutabile secundum naturam. Secundo: duratio infinita non est mensurabilis, ergo. Tertio nōn quantum non est mensurabile. ergo. tenet sequela: quia æuum caret successione. Hæc & plura alia recitantur à Capreolo in secūdo. distin. secunda: consulto tamen omissis cæteris dicemus, vnde omnia soluentur. 421

¶Ad euidentiam igitur huius scito, quòd vt ex dictis patere iam potest, æuiternum nō mensuratur æuò siue intrinsece, siue extrinsece per modum quātitatis continuæ aut successiue aut etiam discretæ sed per modum vnitatis: quoniam æuum est indiuisibile: totum simul &c. Cum enim æuū sit vnitas immutabilis, vitæ mutabilitati coniunctæ: quanto aliquod, mutabile minus est immutabilitati cōiunctum, tanto est immutabilius & minus compositum: ac per hoc simplicius, & consequēter magis vnū: supponimus autem nūc q̄ æuiternum quāto inferius tanto pluralitati maiori coniunctius est: vnde & habet species minus vniuersales, & operationes minus ambientes locorum, aut corporum. Et propterea supremum æuiternum tanquam maxime immutabile inter immutabilia sic, id est mutationi iuncta, est maxime vnum: & consequenter ex natura sua habet; vnde per accessum & recessum ab eo, cætera æuiterna vt sic mensurantur extrinsece.

¶Ad Scotum ergo negatur minor. Dico nanque quòd æuum existens in primo æuiterno siue sit eius substantia, aut existentia siue nō, est notius in ratione mensuræ ipsa æuiterni substātia, vt immutabilis, quoniam æuū nihil aliud est quàm vnitas per modum mensuræ talis immutabilitatis: ac per hoc ipsum æuum est formaliter vnitas, cui primo debetur ratio mēsuræ, vt patet 4. & 10. Meta. substantia autem sic immutabilis est denominatiue vna, & hanc denominationem importat ly æuiternum. Constat autem vniuersaliter, quod id, quòd est formaliter tale, est certius & notius ex natura rei, eo quòd est denominatiue tale. Quamuis igitur substantia angeli sit simpliciter notissimum omnium, quæ in eo sunt, æuum tamen in genere seu in ratione mēsuræ est notius illius substantia, sicut quamuis substantia corporea sit notior secundum se quantitate, in genere, tamen mensuræ quantitas est notior secundum se.

¶Ad Durandum vero respondendum est negando maiorem, vt patet in perfectione & mensura quidditatiua. Perfectio nanque quidditatiua melius cognoscitur ex intrinseco, quàm ex extrinseco: & tamen vnaqueq; quidditas mensuratur prima quidditate sui generis, est ergo sophisma secundum non causam vt causam: non enim causa mensuræ extrinsecæ est melior certitudo ab extra quàm intra. Sed dependentia certitudinis intrinsecę ab extrinseca, vt à simpliciori, vt dictum est. Ad secūdum verò & tertium similiter dicitur, quòd nihil valent de mensurabili per vnitatem. Infinitum enim & non quantum vniformitatis rationem non subterfugiunt. Restat adhuc dubium quid sit illud primum æuiternum: sed quoniam per accidens esset huic proposito, in tractatu de angelis dicetur. 250 264 530 *a b. c d.*

QVAESTIO VNDECIMA

De vnitate Dei, in quatuor articulos diuisa.

POST præmissa cōsiderandum est de diuina vnitate. ¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum vnum addat aliquid supra ens. ¶Secundo vtrum opponantur vnum & multa. ¶Tertio vtrum Deus sit vnus. ¶Quartò, vtrum sit maxime vnus.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum vnum addat aliquid supra ens.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vnum addat aliquid supra ens. omne enim, quod est in aliquo genere determinato, se habet ex additio-

a ¶*Super Quæstionis vndecimæ Articulum primum.* 264 250

CIrca ordinem quæstionis huius: & præcedentium dubium est: quoniam vnū prius conuenit enti quàm simplicitas, & immutabilitas, & reliqua tractata à quæstione tertia hucusq;. ergo inconuenienter, vltimo loco tractatur de vnitate. antecedēs probatur. quoniam omne ens est vnum, non aut simplex nec immutabile. prius autem est à quo non conuertitur consequentia. *Quæstio.*

¶Ad hoc dicitur quòd sicut tractatus de animalis natura, secundum omnia prædicata quidditatiua præcedit tractatum de vnitate animalis, ita tractatus de natura diuina secundum omnia prædicata quasi quidditatiua, præcedit tractatum de vnitate illius. quoniam vnitas est quasi passio entis: & vnitas talis rei est quasi passio illius. Quatuor autem de quibus tractatum hactenus est, post quæstionem an est de natura diuina, scilicet simplicitas & perfectio: infinitas & immutabilitas: in latitudine quidditatiuorum prædicatorum clauduntur, vt patet inductiue. & ideo prius de illis pertractatum est, & ad eorum complemētum insertę sunt quæstiones de bonitate, de existentia Dei in rebus, déque æternitate. Et sic quasi expedita quidditate ad passionem primam: scilicet vnitatem deuenit. Hanc autem esse mentem autoris, ex introductione quæstionis tertiæ superius in litera posita conijcere potes. ibi enim hæc quinque tractanda proponuntur. Nec obstat obiectio allata. negatur enim quòd vnitas sit prior suprà dictis. Et ad probationem dicitur, quòd prius est à quo non conuertitur consequentia ratione sui, non autem si ratione alterius. V. g. esse coloratum respectu hominis est à quo non conuertitur consequentia, non tamen est prius homine quamuis sit communius prædicatum: & hoc quia coloratum non ratione sui, sed ratione subiecti sui est à quo non conuertitur consequentia. ratione nanque subiecti valet: est homo: ergo est coloratum, & non econuerso. Vnde id à quo non conuertitur consequentia est prius, vel includit aliquid prius, ratione cuius non conuertitur consequentia. & sic

51 q. 30. ar. 3. c. Et 1. dist. 24. 3. c. Et 3. met. lib. 12. & 13. fi.

in proposito. vnum non est formaliter prius, sed includit ens, ratione cuius non valet sequela. est vnum ergo immutabile, sed econuerso.

¶Titulus clarus.

Coment. ¶In corpore duæ conclusiones. Prima directè responsiua quæsito. vnum addit supra ens non rem aliquam, sed solam negationem diuisionis. probatur. vnum nihil aliud significat q̃ ens indiuisum. Ergo. Secunda vero conclusio est corollaria. vnum conuertitur cum ente: & nihilominus probatur. Esse cuiuslibet rei consistit in indiuisione. ergo. antecedens probatur dupliciter. primo inductiue in esse simplicium & compositorũ. secundo à signo: quo vnumquodque custodit suam vnitatem sicut entitatem: omnia patent clare in litera.

¶Num quod enti additur ex vno sit formaliter aliquid positiuum.

Quæstio. Circa primam conclusionem occurrit dubium ex duplici capite: quoniã & Aui. tenet vnũ addere rem aliquam supra ens. & Sco. tenet addere realitatem quandam. Sed quia contra Aui. positionem in 4. Meta. ab Arist. & hic disputatur in litera. Sco. opinio in 4. Metaphy. tangenda est. Putãs ergo vnum signare passioné entis, dicit ipsum importare formaliter ré positiuam, eandem realiter ipsi enti: sicut vniuersaliter tenet passionem identificari proprio subiecto. Probaréque nituntur sequaces eius intentum ibidem multipliciter. Primo vnum formaliter, id est vt distinctum cõtra ens est idem realiter quod ens. ergo est aliquid positiuum. tenet sequela: quia negatio nõ potest identificari enti reali. Secundo vnum formaliter est extra nihil, vtpote entis passio. ergo est positiuum. Tertio vnum formaliter habet rationem primæ mensuræ & principij numeri: ergo vt prius. Quarto vnum dicit perfectionem simpliciter. ergo. probatur antecedens. tum quia in vnoquoque est melius ipsum quàm nõ ipsum. Tum quia fit reductio ad summe vnum: sicut ad summe bonum & iustum &c. hoc enim est proprium perfectionum simpliciter.

¶Ad hoc breuiter respondetur. & primo quidem distinguitur antecedens: quia esse idem contingit dupliciter, scilicet positiue & negatiue. Vnum autem formaliter est idem enti negatiue: quia non aliam naturam significat, sed eandem alio modo, vt dicitur quarto Metaphysic. & sic consequentia nihil valet.

¶Ad secundũ vero dicitur q̃ vnũ formaliter nõ est magis extra nihil quàm alia priuatiua, seu negatiua in genere. est ergo extra nihil sic: & tũc negat̃ cõsequẽtia.

¶Ad tertium autem negatur consequentia. quoniam mensurare cõmune est positiuis & negatiuis. non solum enim in generibus entium simplicissimum mensurat reliqua, sed etiam in generibus ægritudinum & peccatorũ, vt patet in moralibus. Minimum enim in vitiis gulæ mensura est reliquorum: & minimum absolute, id est vnum mensurat multitudinem absolute. vtrũque tamen est negatiuum, scilicet multitudo & vnum, vt in litera huius quæstionis dicitur. Idem autem intelligo numerum transcendentem & multitudinem absolute: & propterea consequens est negatiui numeri negatiuum principium esse.

¶Ad quartum negatur antecedens. Vnum enim non dicit perfectionem nisi diuisio priuata dicat imperfectionem. Vnde sicut relatio formaliter nõ dicit perfectionem simpliciter, ita nec vnitas eius, alioquin paternitas & filiatio diuinæ essent simul imperfectæ: quia nõ vna. Et sicut esse substantiale dicit perfectioné: ita & vnitas eius. Abstrahit ergo vnum à perfectione, & imperfectione.

¶Ad primam vero probationem ex diffinitione Ansel. dicitur, quòd deficit hic illa particula melior. Quoniam quod non est bonum, non potest esse melius.

¶Ad secundam vero dicitur, quòd reductio illa non est propria perfectionibus simpliciter, sed cõmunis etiã negatiuis generalibus. Vnde fit reductio ad summe immutabile ad summe immateriale &c. Quamuis etiam posset cõgrue dici, quòd quia, vt dicitur 4. & 7. Metaph. analogum absolute inuestigatum quæritur pro primo, ac per hoc primo vnũ, quod est vnũ substantiale, est perfectio simpliciter, & reducitur ad summe vnum: sed ex hoc nihil habetur cõtra intentum nostrum: quia ratione substantiæ, quam implicat perfectio ista, inest.

ne ad ens, quod circuit omnia genera. Sed vnum est in genere determinato: est enim principium numeri, qui est speciei quantitatis. ergo vnum addit aliquid supra ens.

¶Præterea, Quod diuidit aliquod commune, se habet ex additione ad illud. Sed ens diuiditur per vnum & multa. Ergo vnum addit aliquid supra ens.

¶Præterea, Si vnum non addit supra ens, idem esset dicere vnum & ens. Sed nugatorie dicitur, ens ens. Ergo nugatio esset dicere ens vnum. Quod falsum est. Addit igitur vnum supra ens.

¶SED CONTRA est, quod dicit Dion. vl. c. de di. no. Nihil est existentiam non participans vno. Quod non esset, si vnum adderet supra ens: quod contraheret ipsum. ergo vnum non habet se ex additione ad ens.

CONCLVSIO.

¶Vnum non addit super ens aliquid reale, sed tantum diuisionis negationem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnum non addit supra ens rem aliquam, sed tantum negationem diuisionis. Vnum enim nihil aliud significat quàm ens indiuisum. Et ex hoc ipso apparet quòd vnum conuertitur cũ ente. Nam omne ens aut est simplex, aut compositum. Quod autem est simplex est indiuisum, & actu, & potentia. Quod autem est compositum, non habet esse, quandiu partes eius sunt diuisæ, sed postquam constituunt & componunt ipsum compositum. Vnde manifestum est, quòd esse cuiuslibet rei cõsistit in indiuisione. Et inde est, quòd vnumquodq; sicut custodit suum esse, ita custodit suam vnitatem.

¶AD PRIMVM igitur dicendum, quòd quidam putantes idem esse vnum quod conuertitur cum ente, & quòd est principium numeri, diuisi sunt in contrarias positiones. Pythagoras enim & Plato videntes quòd vnum quod conuertitur cum ente, non addit aliquam rem supra ens, sed significat substantiam entis prout est indiuisa, existimauerunt sic se habere de vno quod est principiũ numeri. Et quia numerus cõponitur ex vnitatibus, crediderunt quòd numeri essent substantiæ omnium rerum. Econtrario autem Auicen. considerans quòd vnũ quod est principium numeri addit aliquã rem supra substantiam entis. (aliàs numerus ex vnitatibus compositus non esset species quantitatis.) credidit quòd vnum quod conuertitur cum ente, addat rem aliquam super substantiam entis: sicut album supra hominem. Sed hoc manifestè falsum est: q̃a quælibet res est vna per suam substantiam. Si enim per aliquid aliud esset vna quælibet res, cũ illud iterum sit vnum, si esset iterum vnum per aliquid aliud, esset abire in infinitũ. Vnde standum est in primo[e]. Sic igitur dicendum est quòd vnum quod conuertitur cum ente, non addit aliquam rem supra ens[e], sed vnum quod est principium numeri addit aliquid supra ens, ad genus quantitatis pertinens. b 29 r 33

¶Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet id, quod est vno modo diuisum, esse alio modo indiuisum: sicut quod est diuisum numero, est indiuisum secundum speciem: & sic contingat aliquid esse vno modo vnum, alio modo multa. Sed tamen si sit indiuisum simpliciter, vel quia est indiuisum secundum id, quod pertinet ad essentiam rei, licet sit diuisum quantum ad ea, quæ sunt extra essentiam rei: sicut quod est vnum subiecto & multa secũdum accidentia: vel quia est indiuisum in actu, & diuisum in potentia. sicut quod est vnum toto & multa secundum partes: huiusmodi erit vnum simpliciter, & multa secundum quid. Si vero aliquid econuerso sit indiuisum secundum quid & diuisum simpliciter, vtpote quia est diuisum secundum essentiam, & indiuisum secundum rationem, vel secũdum principium siue causam: inerunt multa simpliciter. & vnum secundum quid: & quæ sunt multa numero, & vnum specie, vel vnum principio. Sic igitur ens diuiditur per vnum & multa[e], quasi per vnum simpliciter, & multa secundum quid. c 175 Nam & ipsa multitudo non cõtineretur sub ente: nisi contineretur aliquo modo sub vno. Dicit enim Dion. vlt. c. de di. no. quòd non est multitudo non participans vno: sed quæ sunt multa partibus, sunt vnum toto: & quę sunt multa accidentibus, sunt vnum subiecto: & quę sunt multa numero, sunt vnum specie: & quę sunt speciebus multa, sunt vnum genere: & quę sunt multa processibus, sunt vnum principio.

¶Ad tertium dicendum, quòd ideo non est nugatio, cum dicitur ens vnum, quia vnum addit secundum rationem supra ens.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum vnum & multa opponantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd vnum & multa non opponantur. Nullum enim oppositum prædicatur de suo opposito: sed omnis multitudo est quodammodo vnum, vt ex prædictis patet[e]. ergo vnum non opponitur multitudini. 52 1. dist. 24. q. 1. arti. 2. 4. Et 10. me. le. 4. b 52

¶Præterea, Nullum oppositum constituitur ex suo opposito: sed Vnum constituit multitudinem. Ergo non opponitur multitudini.

¶Preterea, Vnum vni est oppositũ. Sed multo opponitur paucũ. Ergo non opponitur ei vnũ.

¶Præterea, si vnum opponitur multitudini, opponitur ei sicut indiuisum diuiso: & sic opponetur ei vt priuatio habitui. Hoc autem videtur inconueniens, quia sequeretur quòd vnum sit posterius multitudine, & diffiniatur per eam, cum tamen multitudo diffiniatur per vnum. Vnde erit circulus in diffinitione: quod est inconueniens. Non ergo vnum & multa sunt opposita.

¶SED CONTRA: quorum rationes sunt oppositæ, ipsa sunt opposita. Sed ratio vnius consistit in indiuisibilitate. ratio vero multitudinis diuisionem cõtinet. Ergo vnum & multa sunt opposita.

CONCLVSIO.

¶Vnum & multa non eodem modo opponuntur: vnum enim numeri principium multis opponitur, vt mensura mensurato, vnum autem aduersum cum ente multis opponitur vt indiuisum diuiso.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnum opponitur multis, sed diuersimode. Nam vnum quod est principium numeri, opponitur multitudini qui est numerus, vt mensura mensurato. Vnum enim habet rationem primæ mensuræ, & numerus est multitudo mensurata per vnum: vt patet ex 10. Metaphysicæ. Vnum vero quod conuertitur cum ente, opponitur multitudini per modum priuationis, vt indiuisum diuiso.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ nulla priuatio tollit totaliter esse, quia priuatio est negatio in subiecto secũdum Philosophum[e]. Sed tamen omnis priuatio tollit aliquod esse. Et ideo in ente ratione suæ communitatis accidit quòd priuatio entis fundatur in ente: quod non accidit in priuationibus formarũ spiritualium, vt visus, vel albedinis, vel alicuius huiusmodi. Et sicut est de ente, ita est de vno & bono, quod conuertitur cum ente. Nam priuatio boni fundatur in aliquo bono: & similiter remotio vnitatis fundatur in aliquo vno. Et exinde contingit quòd multitudo est quoddam vnum: & malum est quoddam bonum: & non ens est quoddam ens.[e] Non tamen oppositum prædicatur de opposito: quia alterum horum est simpliciter, & alterum secũdum quid. Quod enim secundum quid est ens (vt in potentia) est non ens simpliciter, id est actu: vel quod est ens simpliciter in genere substantiæ, est non ens secundum quid quantum ad aliquod esse accidentale. Similiter ergo quod est bonum secundum quid, est malum simpliciter, vel ecõuerso: & similiter quod est vnum simpliciter, est multa secundũ quid: & ecõuerso.

¶Ad secundum dicendum, quòd duplex est totum. Quoddam homogeneum, quod componitur ex similibus partibus: quoddam vero heterogeneum, quod componitur ex dissimilibus partibus. In quolibet autem toto homogeneo totum constituitur ex partibus habentibus formam totius, sicut quælibet pars aquæ est aqua. & talis est constitutio continui ex suis partibus. In quolibet autem toto heterogeneo quælibet pars caret forma totius. Nulla enim pars domus est domus, nec aliqua pars hominis est homo. Et tale totum est multitudo. Inquantum ergo pars eius non habet formam multitudinis cõponitur multitudo ex vnitatibus, sicut domus ex non domibus: nõ quòd vnitates constituant multitudinem secundum id quod habent de ratione indiuisionis, prout opponuntur multitudini, sed secundum hoc quod habent de entitate: sicut & partes domus constituunt domum per hoc quod sunt quædam corpora, nõ per hoc quod sunt non domus.

¶Ad tertium dicendum, quòd multum accipitur dupliciter. Vno modo absolute, & sic opponitur vni. Alio modo secundum quòd importat excessum quendam, & sic opponitur pauco. vnde primo modo duo sunt multa, non autem secundo.

¶Ad quartum dicendum, quòd vnum opponitur priuatiue multis, inquantum in ratione multorum est quòd sint diuisa.

¶Vnde oportet quod diuisio sit prius vnitate non simpliciter, sed secundum rationem nostræ apprehensionis[e]. Apprehendimus enim simplicia per composita. Vnde diffinimus punctum, cuius pars non est[e] vel principium lineæ. 4 45 431 Sed multitudo etiam secũdum rationem consequenter se habet ad vnum: quia diuisa nõ intelligimus habere rationem multitudinis, nisi per hoc quòd vtrique diuisorum attribuimus vnitatem. Vnde vnum ponitur in diffinitione multitudinis, non autem multitudo in diffinitione vnius. 26 Sed diuisio cadit in intellectu ex ipsa negatione entis, ita quòd primo cadit in intellectu ens[e]. Secundo quod hoc ens non est illud ens & sic secundo apprehendimus diuisionem. Tertio vnum, quarto multitudinem.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum Deus sit vnus.*

53 1. q. 103. artic. 3. Et 1. dist. 2. ar. 1. Et 2. di. 2. 1. q. 1. art. 1. Et 1. contra. cap. 42. Et po. q. 3. artic. 6. Et opusc. 3. ca. 15. Et 12. Meta. fi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod Deus non sit vnus. Dicitur enim 1. ad Cor. 8. Siquidem sunt dij multi & domini multi.

¶Præterea, vnum quod est principium numeri, non potest prædicari de Deo, cum nulla quantitas de Deo prædicetur. similiter, nec vnum quod conuertitur cum ente: quia importat priuationem, & omnis priuatio imperfectio est, quæ Deo non competit. Non

Annot. ¶In responsione ad primũ. Aduerte quòd Scotistæ inuehuntur contra rationem Auer. in 4. Metaph. comment. 3. cõtra Aui. qua hic visus est, Sanct. Tho. aiunt enim quòd est sophisma figuræ dictionis. quoniam mutatur quo in quod. Id nanque quo res est vna, est vnũ vt quo: non vt quod. & ideo non sequitur processus in infinitum: sicut nec ab albo & albedine. Sed hæc reprehensio valde rudis est. Tum quia constat in transcendentibus concretum vere prædicari de abstracto. Entitas enim est ens, & vnitas vna: ac per hoc non mutatur quo in quod. Sed vtitur ratio ipso quo vtroque modo, scilicet vt quo & quod. Et ideo optime concludit: nec est simile de albo & albedine, quia non est alba. Tum quia si vnum addit naturã aliã supra ens puta supra hominé, aut leoné: quàm ratione hæc est vera, natura hominis est vna, cadé erit vera natura vnitatis est vna: omnis enim natura vna est. Nec excusat hoc adiacentia naturæ, scilicet quia natura vnitatis semper inest alij: & propterea est quo: Commune nanque est omni naturæ siue subsistenti, siue inexistenti esse vnã, vt patet in accidentibus. ergo stat ratio in suo robore. De vno auté, quod est principium numeri, quale accidens sit, præsentis non est negotij, sed erit quæstio specialis.

¶In responsione ad secundum nota diligenter: quoniam hoc argumentum fluctuare facit eruditos: quia non penetrant hanc responsionem. Scito quòd responsio literæ stat in illis verbis. Ens diuiditur per vnum & multa quasi per vnum simpliciter, & multa secũdum quid. Et ly simpliciter & secundum quid non determinant ly vnũ, aut ly multa, sed determinant ly diuiditur. Et est sensus, quòd ens diuiditur simpliciter per vnum, & secundum quid per multa, id est vnum continetur simpliciter sub ente, multa autem secundum quid. vnde & statim hoc probatur in litera. Nam & ipsa inquit multa non continentur sub ente, nisi vt participant vno. Et quoniam constat quòd natura talis diuisionis est, quòd membrum simpliciter æquatur diuiso absolute sumpto: & merito: quoniam membrum secundum quid non sapit diuisum nisi secundum quid: ideo stat responsio optime, & quòd vnum cõuertitur cũ ente: & tamen est diuisionis membrum. Exemplum huius est. si distinguitur homo in hominem in actu, & hominem in potentia. Et similiter domus in domum in actu & potentia &c. Reliqua in hac responsione posita sunt ad perfectionem doctrinæ, & ad explanationem intenti: quoniam & vnum tam simpliciter quàm secundũ quid: & multa tã simpliciter quàm secundũ quid vno participãt.

¶Super Quæstionis vndecimæ, Articulum secundum.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, vnum opponitur multis diuersimode. probatur. vnum principium numeri opponitur numero vt mensura mensurato, vnum autem conuersum cum ente, opponitur vt in diuisum diuiso. ergo. Antecedens pro prima parte probatur ex 10. Meta. quia vni primo conuenit mensura, & numerus est multitudo mensurata. pro secunda patet. consequentia autem est euidens, quia alia est oppositio relatiua, alia priuatiua.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd quamuis litera intendat de diuersis vnitatibus & multitudinibus loqui, ex hac tamen doctrina optime deducere poteris, quòd eadem vni- tas

tas diuersimode sumpta, scilicet vt principium numeri, & vt indiuisa opponitur diuersimode eidem multitudini diuersimode sumptæ, scilicet sub ratione numeri, & sub ratione diuisi. Et sic hic distinctio erit, quandoque rerum, quandoque rationum. & quando est rationum conuenit vtrique vni, & vtrique multitudini: quoniam & vnum conuersum cum ente principium est numeri transcendentis, & vnum in prædicamento quantitatis est indiuisum.

¶Num multitudo & quomodo ex vnitatibus componatur.

Quæstio. IN responsione ad secundum dubium occurrit quomodo verificatur quòd multitudo componitur ex vnitatibus, non secundum id q̃d habent de indiuisione, sed secũdum id quod habent de entitate. hoc enim in multitudine transcendenti de qua litera loquitur manifeste est impossibile. Quoniam aut hic est sermo de multitudine, vt multitudo est: aut de rebus multis. Non de rebus multis: vt patet ex vi argumenti, & responsionis, cum dicitur, quòd multitudo est totum heterogeneum. De ipsa autem multitudine constat, quòd non componitur ex rebus vnis, sed ex vnitatibus. Alioquin multitudo transcendens vt multitudo, est esset substãtia, vtpote ex substantiis rerũ composita. ¶Ad hoc dicitur quòd tam vnum quàm multa transcẽdenter sumi possunt dupliciter. Vno modo substantialiter, alio modo cõplectiue, seu formaliter. Si sumãtur primo modo, cõstat quòd multitudo componitur ex rebus vnis: & quòd est substantia seu ens reale, & sic videtur secũdum planum literæ sensum textus primò interpretandus. 210 Et si obiiciatur. ergo non loquitur de multitudine formaliter, dicetur, q̃ loquitur de multitudine formaliter quantum ad id quod realiter est. Altius tamen atque formalius loquendo dicendum mihi videtur, quòd hic est sermo de vnitate & multitudine formaliter & vniuersaliter: 154 & q̃ per illa verba vnitates secundum id quod habent de entitate, non intendit litera rem, quę est vna, sed intendit ipsam vnitatis naturã, prout entis actũ exercet. Quod vt clarius percipiatur ab vno in genere quãtitatis incipiamus. Vnitas de genere quantitatis sumi potest dupliciter. Vno modo vt est non numerus, quod est esse non diuisum in se, quemadmodum numerus est diuisus in plures vnitates. Et sic patet quòd non componit numerum: sicut nec domus componit domum. Alio modo vt est in se talis entitas puta accidens, & sic componit numerum. vnitas quoq; transcendens dupliciter sumi potest. Primo vt est indiuisa quod est esse non multitudinem. Et sic impossibile est componere multitudinem ratione dicta. Alio modo secundum id quod est, id est secundum ipsam negationem diuisionis: non inquantum exercet actum priuationis, sed inquantum habet entis rationem. Et sic componit multitudinem formaliter, & completiue sumptam. Ita quòd hæc distinctio contracta ad vnum & multa transcendenter, non est distinctio priuationis à subiecto positiuo: sed est distinctio actus priuatiui ab actu positiuo. Ita quod ipsa indiuisio, vt exercet actum priuationis non componit. Et ipsa met vt cuiusdam entitatis rationem habet componit multitudinem: quæ secundum veritatem negatiuum ens formaliter est magis quàm vnũ, & quòd hæc sit mens literæ, nõ solum ex formali sensu patet, sed ex respõsione ad quartum. vbi dicitur, quòd diuisa non habent rationem multitudinis nisi vtrunq; diuisorum habeat rationem vnius. hic enim manifeste apparuit, quòd multitudo formaliter ex vnitatibus formalitas consurgit. & consequenter ex negationibus, quoniam solam negationem formaliter addere docuerat in præcedenti articulo.

¶Num diuisio vnitatem præcedat secundum nostræ apprehensionis rationem, vel simpliciter.

IN responsione ad quartum dubium occurrit quomodo verificãtur illa verba. Diuisio est prior vnitate non simpliciter, sed secũdum nostræ apprehensionis rationem. Videtur enim, quòd diuisio sit simpliciter prior vnitate: quoniam habitus naturaliter est prior priuatione. Diuisio autem se habet ad vnitatem vt habitus ad priuationé. ergo. Nec potest dici quòd diuisio non est vere habitus quo priuat vnitas secundum se. Sed est habitus secundum nostrum modum intelligendi: quia oporteret assignare saltẽ circũlocutiue quis est ille habitus quo priuat secundum se vnitas. Nec facile esset hoc fingere: quia ille habitus secundum se aut est quid positiuum, aut negatiuũ. Si positiuum, ergo aliquid positiuũ vltra ens est ante vnitaté: q̃d est impossibile. Si negatiuũ ergo aliqua negatio est ante vnitaté. Et si hoc non incõuenit. cur inconuenit diuisioné, quæ negatio est esse ante vnitatem. ¶Ad hoc dicitur quòd labor est in æquiuoco. Ambæ siquidem propositiones sunt veræ, & q̃ diuisio est prior vnitate simpliciter, id est secundum se in esse intelligibili tamen: eo quòd diuisio negatio est, quæ ens rationis est. Et quòd diuisio est posterior vnitate simpliciter, id est secũdum esse simpliciter, quòd est esse in rerum natura. Esse enim intelligibile est secũdum q̃d tantum. Prima propositio probatur ex dictis. Non enim intelligibile quòd affirmatio non sit prior negatione. Esse autem vnum est esse hoc: & non esse nõ hoc. vbi patet: quòd in ratione vnius clauditur negatio alterius extremæ cõtradictionis. Extrema igit cõtradictionis quorum est ipsa diuisio præcedũt naturaliter vnitatem, Primo enim est homo, & in eodem priori est nõ homo in esse intelligibili. Et sic est diuisio. Deinde homo est homo, & nõ est nõ homo. quod est esse vnum, id est indiuisum. Nõ enim est diuisum in se. ita vt sit homo & non homo. ¶Penes priuationem enim huiusmodi diuisionis vnumquodque est & dicitur vnum. Si vnum priuatiuum nomen est secundum veritatem, vt supponimus. Nullum autem inconueniens est negationem diuisionis esse priorem negatione vnitatis. Quamuis impossibile sit positionem diuisionis in re esse ante positionem vnitatis. Secunda autem propositio patet ex se. Non enim oportet ad hoc quòd homo sit & intelligatur vnus, vt negatio hominis sit in aliqua natura: puta bouina, aut cælesti. Si enim solus homo esset, vnus nihilominus esset sicut ante mundi creationem Deus erat vnus. Et Deus in nulla erat re. Creatis autem aliis posita est diuisio Dei à non Deo in rerum natura. De qua diuisione dicit litera, quod non est prior simpliciter, vt patet ex calce responsionis, vbi dicitur, Secundo apprehendimus quod hoc ens non est illud ens, & sic apprehendimus diuisionem. Quid clarius? hoc ens non est illud ens dicendo diuisionem in rerum natura expressit. Et propter eandem diuisionem dixit, quòd simplicia ex compositis diffinimus. Diuisionem ergo tam realem quàm positiuam postposuit vnitati formaliter. Non autem contradictoriam in esse intelligibili.

a *¶Super Quæstionis vndecimæ Articulum tertium.*

Titulus quærit de vnitate numerali.

Coment. ¶In corpore vna conclusio responsiua affirmatiue. Deus est vnus. probatur

tripliciter. Primo Deus eo.lem formaliter est Deus & hic: ergo est vnus. antecedens patet ex quæstione tertia:quia idem est omnino hic Deus & natura diuina. consequentia probatur. Impossibile est plurificari hunc, ergo & Deū. Secundo. Deus est vniuersaliter perfectus: ergo vnus, probatur consequentia à destructione consequentis ducendo ad oppositum antecedentis, vt clare patet in
76 litera. Tertio. Deus omnia quæ in vniuerso sunt, per se reducit in vnum ordinem, ergo Deus est vnus.

¶Quo ad primam par-
86 tem, antecedens probatur: quia diuersa non conueniūt in vnum ordinem nisi ab aliquo.
83 ¶Quo ad secundum vero sic:Deus est perfectissimum & primum principium. ergo est per se & non per accidēs principium.consequentia vero probatur dupliciter. Tum quia melius per vnum disponuntur res quàm per plura principia. Tum quia vnius nō est causa per se nisi vnū per accidens autē plura.

a ¶*Super Quæstionis vndecimæ Articulum quartum.*

502 TItulus clarus ex dictis.

¶In corpore vna conclusio responsiua affirmatiue. Deus est maxime vn⁹ ꝓbatur.Deus est maxime ens & maxime indiuisus. ergo. antecedens probatur: quo ad primā partem: quia est ipsum esse,quo ad secūdā qa omnino simplex omni diuisibilitate caret.consequentia autem ꝓbatur ex ratione vnius includentis ens & indiuisionem: omnia clara sunt in litera.

175 ¶In responsione ad primum dubium est, quomodo priuatio suscipit magis & minus: propter diuisionem. Ipsa enim diuisio negatio est, de qua est eadem quæstio quomodo suscipit magis & minus.

¶Ad hoc respondetur breuiter q̄ diuisio suscipit magis & minus ratione fundamenti. Magis enim rationale distat à lapide quam boue.Et ꝓpterea maior est diuisio inter hominē & lapidē:& propterea mi-
54 nor est vnitas generis in
q.18. art. quo conueniunt homo
3.c. & q. & lapis, vt patet.
39. arti.3.c. Et causis 1.2.1.

a ¶*Super quæstionis duodecimæ Articulū primum.*

IN titulo intellectus creatus non humanus,
57 & hoc bene nota, possit, absolute, siue per potentiam in alio, siue in se, videre per essentiam, id est intelligere qdditatiue.Ita vt cōplete sciat terminare quæstionē quid est de Deo. Cognoscere em̄ de ali-
33 quo quid, est videre il-
4 lud per essentiam, nom-

est igitur dicendum, quòd Deus sit vnus.

¶SED CONTRA est qđ dicitur Deut. 6. Audi Israël,Dominus Deus tuus vnus est.

CONCLVSIO.

¶*Deus,cū sit omnino simplex,& infinitæ perfectionis,est simpliciter vnus,à quo est totius vniuersi ordo.*

¶RESPONDEO dicēdum,q̄ Deū esse vnū ex trib⁹ demōstratur. Primò qdē ex eius simplicitate.Manifestum est em̄ q̄ illud vnde aliquid singulare est,hoc aliquid, nullo modo est multis cōicabile. Illud em̄ vnde sortes est homo multis cōicari potest:sed id, vñ est hic homo,non potest cōicari nisi vni tm̄[e].Si ergo sor.ꝑ id esset homo, ꝑ qđ est hic homo, sicut nō possunt esse plures sortes, ita nō possent esse plures homines.Hoc autem conuenit Deo. nā ipse Deus est sua natura,vt supra ostensum est[e]. Secundum igitur idem est Deus & hic Deus.Impossibile est igitur esse plures Deos. ¶Scđo vero ex infinitate ei⁹ ꝑfectionis. Ostēsum est enim supra[e],q̄ Deus comprehēdit in se totā perfectionē essendi.Si ergo essent plures dij, oporteret eos differre. Aliquid ergo cōueniret vni quod nō alteri.& sic ille,in quo esset priuatio,non esset simpliciter perfectus. Si autem hoc esset,perfectio alteri eorū deesset. Impossibile est ergo esse plures deos.Vnde & antiqui Philosophi quasi ab ipsa coacti veritate ponentes principium infinitum,posuerūt vnum tantum principium.¶Tertiò ab vnitate mundi. Omnia enim quæ sunt inueniuntur esse ordinata adinuicē,dū quædā quibusdam deseruiunt.Quæ autē diuersa sunt in vnū ordinem non conuenirent, nisi ab aliquo vno ordinarētur.Melius em̄ multa redūcūtur in vnū ordinē per vnū, quàm ꝑ multos[e]: quia per se vnius vnum est causa, & multa nō sunt causa vnius nisi per accidēs: inquantū scilicet sunt aliquo modo vnū. Cū igitur illud,quod est primū,sit perfectissimū & per se, non per accidens,oportet q̄ primū reducēs omnia in vnū ordinem sit vnum tantū.Et hoc est Deus.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum,quòd dicūtur dij multi secundū errorē quorūdam, q̄ multos deos colebant: existimātes planetas & alias stellas esse deos,vel etiā singulas partes mundi. Vnde subdit, Nobis autem vnus Deus &c.¶Ad secundū dicendū quòd vnū secundū quod est principiū numeri,non prædicatur de Deo,sed solū de his, quæ habent esse in materia[e].Vnum enim, quod est principiū numeri,est de genere mathematicorum:quæ habent esse in materia,sed sunt secundū ratione à materia abstracta.Vnū vero,quod cōuertitur cū ente, est quoddā metaphysicū, quod secundū esse non dependet à materia.Et licet in Deo nō sit aliqua priuatio, tamen secundū modū apprehensionis nostræ non cognoscitur à nobis nisi per modū priuationis & remotionis. Et sic nihil ꝓhibet aliqua priuatiue dicta de Deo prædicari,sicut q̄ est incorporeus,infinitus, & similiter de Deo dicitur q̄ sit vnus.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum Deus sit maxime vnus.*

AD QVARTVM sic proceditur.Videtur quòd Deus non sit maximè vnus. vnū enim dicitur secūdum priuationem diuisionis[e]. Sed priuatio non recipit magis & minus.Ergo Deus non dicitur magis vnus quàm alia, quæ sunt vnum.

¶Præterea,Nihil videtur esse magis indiuisibile q̄ id qđ est indiuisibile actu & potentia, cuiusmodi est pūctus & vnitas.Sed in tātū dicit aliquid magis vnū inquātū est indiuisibile.Ergo nō est magis vnū q̄ vnitas & punctus.

¶Præterea,Quod est per essentiā bonū,est maxime bonū. Ergo quod est per essentiā suam vnū,est maxime vnū.Sed omne ens est vnum per suā essentiam [e], vt patet per Philosophū in 4. Meta. Ergo omne ens est maxime vnū. Deus igitur nō est magis vnū q̄ alia essentia.

¶SED CONTRA est quod dicit Boë. quòd inter omnia, quæ vnum dicūtur,arcem tenet vnitas diuinæ trinitatis.

¶RESPONDEO dicēdū,q̄ cū vnū sit ens īduisum,ad hoc q̄ aliqd sit maxime vnū, oportet q̄ sit maxime ens, & maxime indiuisum.Vtrūq; aūt cōpetit Deo.Est em̄ maxime ens,inquātū est nō habens aliquod esse determinatū ꝑ aliquā naturā, cui adueniat, sed est ipsum esse subsistens omnib⁹ modis indeterminatū[e].Est aūt maxime indiuisum, inquātū neq; diuiditur actu,neq; potētia secundū quēcunq; modum diuisionis, cū sit omnibus modis simplex. vt supra ostēsum est[e]. Vnde manifestum est quòd Deus est maxime vnus.

ADPRIMVM ergo dicēdū,q̄ licet priuatio secundū se nō recipiat magis & minus, tamen secundū q̄ eius oppositū recipit magis & minus, etiam ipsa priuatiua dicuntur secundū magis & minus [e]. Secūdū igitur quod aliquid est magis diuisum vel diuisibile, vel minus,vel nullo modo,secundum hoc aliquid dicitur magis & minus, vel maxime vnum.

¶Ad secundū dicendum, q̄ pūctus & vnitas, quæ est principium numeri, non sunt maxime entia, cum non habeant esse nisi in subiecto aliquo. Vnde neutrum eorum est maxime vnum. Sicut enim subiectum non est maxime vnum propter diuersitatem accidentis & subiecti,ita nec accidens.

¶Ad tertium dicendum, q̄ licet omne ens sit vnum per suam substātiam, non tamen se habet æqualiter substantia cuiuslibet ad causandam vnitatem: quia substantia quorundam est ex multis composita,quorundam vero nō.

QVAESTIO DVODECIMA quomodo Deus à nobis cognoscatur in 13. articulos diuisa.

QVIA in superioribus consideraùimus qualiter Deus sit secūdum seipsum, restat cōsiderandum qualiter sit in cognitione nostra, id est quomodo cognoscatur à creaturis.

¶Et circa hoc quæruntur. 13. ¶Primo vtrum aliquis intellectus creatus posit videre essentiam Dei. ¶Secundo vtrum Dei essentia videatur ab intellectu per aliquam speciem creatam. ¶Tertio vtrum oculo corporeo Dei essentia posit videri. ¶Quartò, vtrum aliqua substantia intellectualis creata ex suis naturalibus,sufficiēs sit videre Dei essentiā. ¶Quintò vtrum intellectus creatus ad videndā Dei essentiā indigeat aliquo lumine creato. ¶Sexto vtrū videntiū essentiā Dei vn⁹ alio ꝑfectius videat.¶Septimo vtrū aliqs intellect⁹ creat⁹ posit cōprehēdere Dei essentiam. ¶Octauo vtrū intellectus creatus videns Dei essentiam omnia in ipsa cognoscat. ¶Nono vtrum ea quæ ibi cognoscit,per aliquas similitudines cognoscat. ¶Decimo vtrū simul cognoscat omnia quæ in Deo videt. ¶Vndecimo vtrū in statu huius vitæ posit aliquis homo essentiā Dei videre. ¶Duodecimo vtrum 55 per rationem naturalem Deum in hac vita possumus cognoscere. 12.q.56. ¶Tertiodecimo vtrum supra cognitionem naturalis rationis sit arti.1. ca. in præsenti vita aliqua cognitio Dei per gratiam. & qō.93.

ARTICVLVS PRIMVS. art.2.c.3.

¶*Vtrum aliquis intellectus creatus posit Deum videre per essentiam.* & 3. contra. c.

AD PRIMVM sic ꝓceditur.Videtur q̄ nullus intellect⁹ 5. 54. & creatus posit Deū ꝑ essentiā videre.Chryso.em̄ 57.Et veri. sup Ioā.exponēs illud qđ dicit Ioā.1. Deū nemo vidit q. 8. vnquā: sic dicit, ipsum quod est Deus nō solum pro- art. 1. & phetæ,sed nec angeli viderūt, nec archangeli. Quod quo.7.ar- enim creabilis est naturæ, qualiter videre poterit quod increabi- tic. 2. & le est? Diony.etiam 1. ca.de di.no.loquens de Deo dicit, Neq; sen- quol. 10. sus est eius,neque phantasia, neque opinio,nec ratio, nec scientia. fi. & ¶Præterea,Omne infinitū inquātū huiusmodi,est ignotū:sed Deus opus.1. c. est infinitus,vt supra ostensum est[e]: ergo est secundum se ignotus. 104. & ¶Præterea,Intellectus creatus non est cognoscitiuus nisi existen- Matt.5. tium. Primum enim quod cadit in apprehensione intellectus est co.10.fi. ens[e]. Sed Deus non est existens, sed supra existentia,vt dicit Dio. 35 ergo non est intelligibilis, sed est supra omnem intellectum. 26 ¶Præterea,Cognoscentis ad cognitū oportet esse aliquam propor- d tionem cum cognitum sit perfectio cognoscētis. Sed nulla est pro- 38

plete autem dico terminare qđ est,vt distinguitur contra incōplete: eo modo, quo sciens communia prædicata essentialia alicuius incōplete scit.oportet enim scientem quid habere omnia prædicata quidditatiua vsque ad vltimam differentiam inclusiue. Et nō sumo cōplete,id est cō- 55
prehensiue.imò scire qd est, habet latitudinem 25 quoad modum sciendi. Diuiditur enim in comprehēdere & apprehendere. Et rursus appre- 20 hendere habet multos 260 gradus vt infrà patebit. Est igit quæstio,an aliquis creatus intellectus possit scire de Deo quid est. Et si dubitas de hac expositione vide primū contra gent.ca.3. & tertium eiusdem c.4. & 5.

¶In corpore 4. primo ponitur causa dubitandi.secūdo recitatur opinio negatiua.tertio improbatur.quarto respōdetur quæsito.

¶Quo ad primum est vna propositio.Deus est in se maxime cognoscibilis: propter excessum tamen eius respectu alterius est alicui incognoscibilis.prima pars probatur: quia Deus est actus purus. secunda vero declaratur exemplo solis & visus.

Annot. ¶Aduerte hic quòd cū ex 2. Meta. habeatur q̄ difficultas cognoscendi ex duobus oriri posit, scilicet ex obiecto vel potentia.& hic est quæstio de huiusmodi difficultate seu possibilitate: consonū fuit vt non prætermitteretur hic q̄ causa dubij non est ex parte obiecti: sed ex parte excellentiæ obiecti supra potentiam: quod est esse ex parte potentiæ.

Coment. ¶Quo ad secundum opinio quorundam est, intellectus creatus non potest videre Dei essentiam:ratio eorum est ipsa excellentia Dei supra intellectum creatum, vt in litera dicitur: ibi,hoc igitur quidam attendentes.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd hęc opinio iudicio meo nō est Aui.aut philosophorū:quoniam saltem prima intelligentia creata cognoscit quid est De⁹. apud Auic. quoniā ipse est illius proximū principium:sed hæc opinio fuit aliquorū Christianorum, vt puto.& ideo contra eam ex his, quæ fidei sunt disputat, vt patebit.

Coment. ¶Quo ad tertium reprobatur opinio præfata dupliciter. Primo, si nullus intellectus creatus potest videre Deum,ergo vel nunquam suam beatitudinē obtinebit: vel beatitudo eius in alio consistet quàm in Deo. consequentia probatur: quia beatitudo hominis consistit in altissima eius operatione, quæ est intelligere.consequens autem pro prima parte est manifeste impossibile, pro secun-
312 da est alienum à fide. Et ne hoc voluntarie dici videatur, probatur. De⁹ est principium essendi creaturæ rationali:ergo felicitas creaturæ rationalis consistit in coniunctione ad Deum. consequētia probatur: quia vnumquodque intātum est perfectū inquātū suo coniungitur principio: & est propositio sumpta ex lib. de causis.

Annot. ¶Circa probationē consequentiæ posset dubitari: quia arguit à superiori ad inferius affirma-
17 tiue, scilicet ab altissima operatione, quæ est intelligere,ad talem intellectionem. Sed facile respōdetur: quia altissimæ operationis nomine nō intelligitur ipsum genus operis.puta intelligere vt superficies literæ pre se fert:sed summum illius generis, id est,intellectio altissima, &c. vnde nulla intercedit fallacia. Nec obstat,quòd determinauerit genus operis. hoc enim propter hominem cui insunt alterius generis opera, puta sensibilia,fecit. Meminit autem hominis in probatione: & tamen illatio erat de intellectu creato in communi,vt ex notioribus doctrinam traderet:& eandem esse rationem quo ad hoc de intellectu creato omni innueret: imò & à minori argumentum faceret, si nanque hominis beatitudo in intellectione altissima consistit, à fortiori aliorum quoque intellectualium felicitas,altissima erit speculatio.

Annot. ¶Circa destructionem consequentis: quo ad secundam partem aduerte quòd volens autor aduersarios conuincere,quòd illud sit contra fidem. Attulit propositionem quam oportet expresse credere, scilicet quòd Deus est creator omnis creaturæ rationalis. Et ex hac arguit: ergo in eo quiescit, vnde ista ratio assumit antecedens vt creditum:& consequētiam ratione deducit:& ideo optime concludit apud fideles. Et propterea errant qui contra Auicen. hanc rationem ex Sancto Tho.referunt.

Coment. ¶Secundo improbatur opinio sic, si intellectus creatus non potest videre Deū: ergo nō potest ipsam rerū causam videre: ergo desideriū naturæ erit inane.prima cōsequentia relinquitur per se nota.secūda autē probatur:homini inest naturale desideriū videndi causam visis effectibus,vt eius admiratio attestatur.ergo.

¶*Num intellectus creatus naturaliter desiderat videre Deum.*

CIrca hanc rationem dubium duplex occurrit,Primum est simpliciter,& ad hominem. Non enim videtur verum, quòd intellectus creatus naturaliter desideret videre Deum:quoniam natura non largitur inclinationem ad aliquid, ad quod tota vis naturæ perducere nequit : cuius signum est, quòd organa natura dedit cuilibet potentiæ,quam intus in anima posuit. Et in secundo cæli dicitur,quòd si astra haberēt vim progressiuam natura dedisset eis organa opportuna.Implicare igitur videtur, quòd natura det desiderium visionis diuinæ. Et quòd non possit dare requisita ad visionem illam, puta lumen gloriæ,&c.Apud S.Tho.quoque doctrinam vt dictum est in primo articulo huius operis homo non naturaliter sed obedientialiter ordinatur in felicitatem illam.ergo.

¶Secundum verò dubium est:quia concesso toto processu non sequitur intentum:infert enim tantùm,ergo prima causa videri potest,& non, ergo Deus.Dicam enim quòd Deus inquantum causa rerum videri desideratur,& non secundum substantiam suam in se.Et sic scietur non quid est absolute, sed quid est vt creator,vt gubernator,&c. vt patet in nobis. Desideramus enim ex primo motu scire quid est illa substantia vt primus motor: & huius conditionibus,vt sic notis.quiescit desiderium, vt patet in complemento scientiarum.

portio intellectus creati ad Deum: quia in infinitum distāt. ergo intellectus creatus non potest videre essentiam Dei.

¶SED CONTRA est quod dicitur primæ Ioan.3.videbimus eum sicuti est.

CONCLVSIO.

¶*Cum esse diuinum non sit determinatum ad aliquam naturam, ac simplicißimum, maxime vnum Deum ipsum esse oportet.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum vnūquodque sit cognoscibile secundum quòd est in actu: Deus qui est in actu purus absque omni permixtione potentiæ, quātum in se est, maxime cognoscibilis est. Sed quod est maxime cognoscibile in se, alicui intellectui cognoscibile non est, propter excessum intelligibilis supra intellectum. Sicut Sol, qui est maxime visibilis, videri non potest à vespertilione propter excessum luminis.Hoc igitur attendentes quidam posuerunt, quòd nullus intellectus creatus essentiam Dei videre potest. Sed hoc inconuenienter dicitur. Cum enim vltima hominis, beatitudo in altißima eius operatione consistat, quæ est operatio intellectus[e], si nunquam essentiam Dei videre potest intellectus creatus, vel nunquam beatitudinem obtinebit, vel in alio eius beatitudo consistet, quàm in Deo. Quod est alienum à fide. In ipso enim est vltima perfectio rationalis creaturæ: quod est ei principium essendi. Intantū enim vnumquodque perfectum est,inquantum ad suum principium attingit. similiter etiam est præter rationem. Inest enim homini naturale desiderium cognoscendi causam,cum intuetur effectum: & ex hoc admiratio in hominibus cōsurgit. Si igitur intellectus rationalis creaturæ pertingere non posit ad primam causam rerum,remanebit inane desiderium naturæ [e]. Vnde simpliciter concedendum est quòd beati Dei essentiam videant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vtraque autoritas loquitur de visione comprehensionis. Vnde præmittit Dionysius immediate ante verba proposita dicens: Omnibus ipse est vniuersaliter incomprehensibilis, & nec sensus est, &c. Et Chrysosto. parum post verba prædicta subdit, notionem hic dicit certißimmam patris considerationem & comprehensionem tantam, quantam pater habet de filio.

¶Ad secundum dicendum, quòd infinitum quod se tenet ex parte materiæ non perfectæ per formam, ignotum est secundum se [e]: quia omnis cognitio est per formam. Sed infinitum quod se tenet ex parte formæ non limitatæ per materiam, est secundum se maxime notum. Sic autem Deus est infinitus, & non primo modo, vt ex superioribus patet [e].

¶Ad tertium dicendum, quòd Deus non sic dicitur non existens,quasi nullo modo sit existens, sed quia est supra omne existens: inquantum est suum esse. Vnde ex hoc non sequitur, quòd nullo modo posit cognosci,sed quòd omnem cognitionem excedat: quod est ipsum non comprehendi.

¶Ad quartum dicendum, quòd proportio dicitur dupliciter. Vno modo certa habitudo vnius quantitatis ad alteram, secundum quòd duplum, triplum, & æquale sunt species proportionis. alio modo quælibet habitudo vnius ad alterum proportio dicitur. Et sic potest esse proportio creaturæ ad Deum, inquantum se habet ad ipsum vt effectus ad causam, & vt potentia ad actum. Et secundum hoc intellectus creatus proportionatus esse potest ad cognoscendum Deum.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum essentia Dei ab intellectu creato per aliquam similitudinem videatur.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd essentia Dei ab intellectu creato per aliquam similitudinem videatur. Dicitur enim 1. Ioan.3. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est.

¶Præterea, August. dicit 9. de Trinit. Cum Deum nouimus, fit aliqua Dei similitudo in nobis.

¶Præterea,Intellectus in actu est intelligibile in actu, sicut sensus in actu est sensibile in actu. Hoc autem non est nisi inquantum informatur sensus similitudine rei sensibilis, & intellectus, similitudine rei intellectæ. Ergo si Deus ab intellectu creato videtur in

¶Ad euidētiam horum scito, quòd creatura rationalis potest dupliciter cōsiderari. vno modo absolute,alio modo vt ordinata est ad felicitatem. Si primo modo consideretur, sic naturale eius desiderium non se extendit vltra naturæ facultatem. & sic concedo quòd non naturaliter desiderat visionem Dei in se absolute. Si verò secundo modo consideretur, sic naturaliter desiderat visionem Dei: quia vt sic nouit quosdam effectus, puta gratiæ, & gloriæ: quorum causa est Deus vt Deus est in se absolute, non vt vniuersale agens. Notis autem effectibus naturale est cuilibet intellectuali desiderare notitiā causæ, Et propterea desideriū visionis diuinæ,etsi non sit naturale intellectui creato absolute, est tamen naturale ei supposita reuelatione talium effectuum. Et sic tam ratio hic allegata quàm reliquæ rationes ad idē collectæ,in cap. 50. tertij contra Gen. concludunt inane fore desiderium intellectualis naturæ creatæ, si Deum videre non posit. Non oportuit autem expri- 56 mi, quòd de creatura intellectuali non abso- 4.di.49. lute, sed vt ordinata ad q.2.ar.1. felicitatem esset sermo. Et veri. Quia commune est cuilibet scientiæ, quòd sem- q.8.art.1. per intelligantur termi- Et quo. ni formaliter, vt sub- 7.ar.1.& sunt illi scientiæ, vt pa- 3. contra. tet de quātitate in phy- ca.49.& sicis. Constat autem ex opus. 3.c. secundo contra Gen. 105. cap. 4. quòd creaturæ non sunt de consideratione theologica, nisi vt ordinantur, gubernantur, prædestinantur à Deo in Deum vt supremum omniū finem: alioquin non in ordine ad altissimam causam & propriam theologo theologica considerarentur, vt de se patet.

a 435 35

Coment. ¶Quo ad tertium conclusio responsiua est, beati vident Dei essentiam. nec aliter probatur quàm reprobatione contradictoriæ. oportet enim alteram contradictionis partem esse veram.

a ¶*Super Quæstionis duodecimæ Articulum secundum.*

Annot. IN titulo aduerte, quòd aliud est quod quæritur, & aliud est occasio quærendi. quæritur enim indefinite. An ad visionem diuinam concurrat aliqua similitudo quomodocunque concurrat: sed quærendi occasio est, quia dubitatur, An Deus possit videri per aliquam similitudinem ex parte rei visæ, id est, quæ sit repræsentatiua ipsius Dei, vt ratio videndi, sicut species visibilis repræsentat corporali visui coloratum.

Coment. ¶In corpore tria.Primo naturam visionis quo ad hoc quod est requirere similitudinem declarat. Secundo respondet quæsito,ibi:manifestum est autem.Tertio epilogat expressius quædam manifestans.

¶Quo ad primum tria dicuntur, ex quibus quartum opportunum insinuatur.

¶Primum est numerus requisitorum ad visionem: & dicitur, quòd sunt duo, scilicet virtus visiua, & vnio rei visæ cum vidente. Et probatur, visio non fit actu nisi res visa sit aliquo modo in vidente.ergo.

¶Secundum est modus vnionis: & dicitur, quòd est duplex, scilicet per essentiam ipsius rei visæ: & per similitudinem eius.& manifestatur in corporalibus: quia lapis non est in oculo , sed species lapidis.vterque enim modus expressus est:quamuis alter negatur à corporalibus, quasi per hoc innueret in spiritualibus non impossibile fore.

¶Tertium est modus similitudinis: & dicitur,quòd est duplex, scilicet ex parte rei visæ: & ex parte virtutis visiuæ: declaratúrque secundum membrum ex vi illius conditionalis veræ:si virtus visiua habet esse à re, visa virtus visiua non solum esset ipsa,sed similitudo rei visæ,vt patet:quia effectus est similis causæ. Ex his autem habes quartū,scilicet quòd visio potest tripliciter fieri. primo per essentiam rei visæ.secūdo per essentiam virtutis visiuę.tertio per similitudinem mediam repræsentantem rem visam visiuæ virtuti: vt enim patet ex dictis tot

modis contingit vnionem rei visę cum vidente variari. Verum vt literæ consoni simus, nomine essentiæ virtutis visiuæ, non intelligas tantum ipsam vim visiuam, sed quicquid se tenet ex parte eius, scilicet quodcunque confortatiuum, aut eleuatiuum, &c. ipsius vis visiuæ: siue illud sit lumen gratiæ, vel gloriæ. Totum enim hoc alio vocabulo dicitur similitudo ex parte videntis, vt patet in his, quæ subiunguntur in litera.

actu, oportet quòd per aliquam similitudinem videatur.

¶SED CONTRA est quod dicit August. 15. de Trin. quod cum Apostolus dicit: videmus nunc per speculum & in ænigmate. Speculi & ænigmatis nomine quæcunque similitudines ab ipso significatæ intelligi possunt, quæ accommodatæ sunt ad intelligendum Deum. Sed videre Deum per essentiam non est visio ænigmatica, vel speculatiua, sed contra eam diuiditur. Ergo diuina essentia non videtur per similitudines.

CONCLVSIO.

¶Diuina essentia non per aliquam speciem ex parte diuinæ essentiæ ab intellectu creato conspicitur, sed ex parte intellectus creati, aliqua similitudine vigorati, lumine videlicet gloriæ, apprehenditur & videtur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad visionem tam sensibilem quàm intellectualem duo requiruntur, scilicet virtus visiua, & vnio rei visæ cum visu. Non enim fit visio in actu, nisi per hoc quòd res visa quodammodo est in vidente. Et in rebus quidem corporalibus apparet, quòd res visa non potest esse in vidente per suam essentiam, sed solum per suam similitudinem. Sicut similitudo lapidis est in oculo, per quam fit visio in actu, non autem ipsa substantia lapidis. Si autem esset vna & eadem res, quæ esset principium visiuæ virtutis, & quæ esset res visa, oporteret videntem ab illa re & virtutem visiuam habere, & formam per quam videret. Manifestum est autem, quòd Deus & est autor intellectiuæ virtutis, & ab intellectu videri potest. Et cum ipsa intellectiua virtus creaturæ non sit Dei essentia, relinquitur quòd sit aliqua participatiua similitudo ipsius, qui est primus intellectus. Vnde & virtus intellectualis creaturæ lumen quoddam intelligibile dicitur quasi à prima luce deriuatum [c]: siue hoc intelligatur de virtute naturali, siue de aliqua perfectione superaddita gratiæ, vel gloriæ. Requiritur ergo ad videndum Deum aliqua Dei similitudo ex parte visiuæ potentiæ, qua scilicet intellectus sit efficax ad videndum Deum. Sed ex parte visæ rei, quam necesse est aliquo modo vniri videnti, per nullam similitudinem creatam Dei essentia videri potest. Primo quidem: quia sicut dicit Dionysius primo de diuino nomine. per similitudines inferioris ordinis rerum, nullo modo superiora possunt cognosci. Sicut per speciem corporis non potest cognosci essentia rei incorporeæ. Multo igitur minus per speciem creatam quancunque potest essentia Dei videri. Secundo, quia essentia Dei est ipsum esse eius, vt suprà ostensum est: [e] quod nulli formæ creatæ competere potest. Non potest igitur aliqua forma creata esse similitudo repræsentans videnti Dei essentiam. Tertio, quia diuina essentia est aliquod incircunscriptum continens in se superèminenter quicquid potest significari vel intelligi ab intellectu creato [e]. Et hoc nullo modo per aliquam speciem creatam repræsentari potest: quia omnis forma creata est determinata secundum aliquam rationem vel sapientiæ, vel virtutis, vel ipsius esse, vel alicuius huiusmodi. Vnde dicere Deũ per similitudinem videri, est dicere diuinam essentiam nõ videri. Quod est erroneum. Dicendum ergo, quòd ad videndum Dei essentiam requiritur aliqua similitudo ex parte visiuæ potentiæ, scilicet lumen diuinæ gloriæ confortans intellectum ad videndum Deum. De quo dicitur in Psal. In lumine tuo videbimus lumẽ. Non autem per aliquam similitudinem crea-

¶Quo ad secundum duę conclusiones responsiuæ quæsito ponuntur. Prima affirmatiua. Ad videndum Deum exigitur aliqua similitudo ex parte virtutis visiuæ. Secunda negatiua. Ad vidẽdum Deum impossibile est concurrere aliquam similitudinẽ mediam ex parte rei visæ. Prima conclusio probatur. Deus est autor intellectus creati potentis ipsum videre: ergo intellectus creatus est participata similitudo ipsius essentiæ diuinæ: ergo ad visionem Dei, &c. antecedens patet cum prima cõsequentia: quæ nihilominus confirmatur per locum à diuisione: quia non est ipsa diuina substantia. consequens quoque confirmatur à signo: quia intelligibilis vis lumen dicitur, &c. omnia clara sunt. Secũda autem conclusio probatur tripliciter. Primo sic. Res superior non videtur per similitudinem inferioris ordinis: ergo Deus nõ videtur per aliquam creatam similitudinem, Antecedẽs probatur autoritate Dionysij, & declaratur exẽplo corporeæ similitudinis. cõsequentia verò patet per locum à minori. Secundo. nulla res creata est suum esse: ergo per nullam rem creatam potest videri Deus. Antecedens supponitur. consequentia probatur: quia Deus est suum esse. Tertio sic. omnis res creata est determinata ad genus aliquod. ergo nulla est infinita. ergo per nullam potest videri Deus. vltima consequentia probatur: quia Deus est infinitus secundum omnem modum essendi & intelligendi.

¶Num species inferioris oridinis possit repræsentare rem superioris ordinis.

Contra has rationes quãuis Aureolus apud Capreolum in quarto di. 49. q. 5. multipliciter arguat: tota tamen vis rationum contra hoc consistit, in hoc quòd omnes allatæ rationes peccant nõ distinguendo, sed idem iudiciũ faciendo de specie in essendo: & in repræsentando: cũ tamen constet valde magnam differentiam interesse. Vnde species inquit inferioris ordinis in essendo, & habens esse distinctum ab essentia atque finita in essendo, est in repræsentando, & supremi ordinis, & habens esse idem cum essentia, atque infinita. hæc enim insunt ei obiectiue, illa formaliter: nec hoc inconuenit magis quàm speciem lapidis esse accidens formaliter: & substantiam obiectiue, &c.

¶Ad euidentiam horum scito, quòd indistinctio inter, per se & per accidens errandi occasionem præbet. species quidem rerum, de quibus est sermo, per se quidem non habent quòd sint substantiæ, vel accidentia: sed hoc accidit eis, verùm per se exigit talis species quòd sit repræsentatiuum alterius non per modum signi: quoniam quodlibet potest significare quodcunque, sed per modum similitudinis. Vnde philosophi, vt primo de anima dicitur, conuenerunt in hoc quòd cognitio fit per assimilationem. Et si cognitio debet esse quidditatiua, oportet speciem esse similem non solum secundum genus: sed speciem specialissimam formaliter, vel eminenter. Nunquam enim anima nostra domũ quidditatiue nouit, nisi apud se speciem domus, quæ sit quòd quid est domus, habeat. Oportet igitur speciem, qua videnda est res, esse quòd quid est ipsius rei, nõ secundum modum essendi naturalem rei visæ, sed in alio essendi modo: qui formaliter sumptus & abstrahit ab esse substantiali, & accidentali: vt de se patet. Et exigit quòd sit nobilior, aut saltem æque nobilis quàm sit nobilitas modi essendi rei visæ, vt inductiue patet. Et ratione probatur: quia cognoscens vt sic habet nobiliorem essendi modum cognitum in seipso: vt cognitionẽ terminat. Ex his autem ad rationem literæ descendendo dicitur, quòd speciem esse inferioris ordinis potest dupliciter intelligi, scilicet per se vel per accidens: species inferioris ordinis per accidens, sumitur quum consideratur quòd per accidens est in essendo. Per se verò, quum consideratur quòd est magis vel minus de articulata aut eleuata: qualiter videmus species in sensibus propriis esse inferioris ordinis respectu specierum phantasiæ; & has respectu specierum intellectus nostri. Et constat quòd per species sensus non possunt imaginabilia, nec per imagines possunt intelligibilia videri: & iuxta hunc sensum militat prima ratio, vt patet in exemplo literæ. Deus enim adeò eleuatæ est naturæ, vt omnis quouis modo dearticulata species qualem oportet creatam quamcũq; esse, inferioris sit ordinis per se, inquantum scilicet species. Nec obstat distinctio, quòd in essendo vel in repræsentando. Iam enim ostensum est, quòd loquendo de esse speciei formaliter & per se vt sic, nihil refert dicere in essendo, & in repræsentando: quoniam oportet speciem secundum proprium esse, quòd quid est rei visæ, & consequenter eiusdem ordinis cum re. Et secundum modum essendi per accidens se habere ad substantiale, aut accidentale esse, cum in aliquo sit substantia, & in aliquo accidens. Si species igitur est inferioris ordinis per se, impossibile est quòd sit similis quidditatiuæ rei superioris ordinis. Et nota, quòd non dicitur quòd species inferior non possit visionem facere superioris. quoniã angelus inferior videt forte superiorem naturaliter, sed dicimus, quòd species inferioris ordinis hoc non potest. Constat enim Deum non solum superiorem omni creato intellectu, sed ordinis altioris esse, etiã apud philosophos, vt patet in 12. Metaphy. comment. 44. Secunda quoque ratio assumit, & bene, quòd quemadmodum species domus in mente oportet quòd sit forma domus, ita species Dei, cuius forma est ipsum esse, oportet quòd sit ipsum esse: & super hoc fundetur similitudo ad Deum: Nec vult ista ratio, quòd species Dei sit ipsum esse in esse naturali, sicut est Deus. Sed quòd sit ipm esse in aliquo modo essendi. Alioquin similis non esset species quidditati diuinæ, sed repugnat aliquid esse secundum rem ipsum esse, in quocunque modo essendi creato, aut creabili: quoniam quouis modo reali ponatur res esse, semper est ens per participationem in illo modo essendi. ergo. Tertia autem ratio [f] ex eadem procedit radice: speciem nanque Dei quidditatiuam oportet esse non hoc vel illud, sed infinitum ens, aut secundum esse naturale, aut secundum aliquid aliud esse reale, alioquin realis similitudo & adæquata qualem cognitio exigit non habetur: sed impossibile est secundum quodcunque esse creatum dari vnum aliquod simile adequatæ infinitis perfectionibus. ergo. Vnde patet quòd distinctio de esse & repræsentari contracta ad repræsentare per modum similitudinis, non est distinctio, nisi diuersarum conditionum essendi. Et propterea quòd vniuersaliter negatur de esse rerum, sufficienter negari probatur de esse in repræsentando per modum similitudinis. Et propterea diuinũ S. Tho. ingenium ad distinctionem descendere dedignatum est: puerile siquidem putauit quæ de esse creato liquido negando probauerat, ad talem & talem essendi conditionem creatam adaptare. Sed alij decepti sunt, vt dictum est, propter non distinguere inter, per se & per accidens.

c 65 420 17 25

¶Quo ad tertium duo epilogando concludit: & quòd exigitur similitudo rei ex parte potentiæ eleuandæ, & quòd nulla est similitudo ex parte Dei, scilicet repræsentatiua. Confirmatúrque primum autoritate scripturæ. *Coment.*

¶Aduerte, quòd licet superficietenus consideranti appareat, quòd similitudo ex parte videntis per accidens concurrat ad Dei visionem inquantum similitudo est: quoniam non ponitur vt assimilet: sed vt confortet eleuétque intellectũ. Interius tamen perscrutanti apparebit, quòd per se requiritur inquantum similitudo non vt repræsentandi actum habeat, sed constituendi in esse simili ipsi Deo quasi eiusdem rationis. Oportet enim videtem Deum, esse Deum quodammodo diuinæque naturæ consortem. Constitutiuum autem intellectus creati in esse diuino est ipsum gloriæ lumen: & propterea meritò similitudo hæc à sanctis exaltatur atque repetitur. *Annot.*

¶Aduerte hic, quòd hinc habetur, quod beati non possunt formare verbum de Deo clare viso vt sic, quamuis possint formare verbum de his, quæ in Deo videntur. Cum enim verbum sit similitudo expressa, & clarius præsentãs rem conceptam, quàm species impressa, si impossibile est inueniri speciem impressam creatam respectu alicuius, propter eminentiam rei cognitæ, multò magis impossibile est inueniri speciem expressam. Omnes enim rationes contra illam, sunt contra istam, & omnem aliam speciem. Videbũt ergo omnia in verbo Dei, quod in principio erat apud Deum, & non in aliquo verbo creato: quia iam non viderent vt in litera dicitur. *Annot.*

¶In responsione ad tertiũ. Aduerte q̃ hic ponitur essentia diuina cõstituens intellectum beatum in actu vice speciei intelligibilis, Hoc autem qualiter possibile sit, dupliciter exponi potest. Primo secundũ communem cursum indicantiũ de intellectu & specie intelligibili, sicut de duobus agentibus partialibus. Secundum enim hanc viam dicitur quòd species intelligibilis potest dupliciter sumi: primo vt est forma inhærens, secundo vt gerit vicem intelligibilis. Et q̃ primũ per accidens cõcurrit ad intelligere, secundũ verò per se. Quoniam ex hoc habet comprincipiare intellectionẽ. Et propterea si inuenitur obiectũ per se ipsum potens comprincipiare intellectionẽ cum tali intellectu, ipsum per seipsum dicitur vniri *Annot.*

vniri intellectui & facere ipsum in actu. absque hoc quòd det esse formaliter ipsi intellectui. Et quamuis hanc viam quandoque sectatus docuerim, & forte scripserim, eleuatis tamen mentis oculis vilem nimis aspicere videor naturam cognoscitiuam, si de ea quasi de naturalibus agẽtibus iudicatur. Si anima enim supra naturam est, vt vegetatiua, quæ est infima, testatur, dum ad omnes positionis differẽtias simul mouet, quanto magis intellectus. Dicendũ est ergo: quòd quamuis intellectus & species intelligibilis, se habeant quasi duo partialia agentia: quorum alterũ substantiam, alterum speciem intellectioni præbet: hęc tamen proportio nõ est prima, sed ante ipsam est, quòd se habent sicut materia & forma, & hoc per se loquendo. Et propterea quamuis secunda proportio ex dictis saluetur. non tamen prima, præsertim quòd ex intellectu & specie fit magis vnum, quàm ex materia & forma, vt Auerr. in tertio de anima recte docuit. Oportet igitur saluare quòd intellectus videns Deum prius natura sit Deus, & tamen nulla intentio intellecta sit in eo: & pòst videat Deũ. Vt autẽ in tertio contra Gen. cap. 51. dicitur, essentia diuina, etsi nullius forma esse possit in genere entium, id est, in essendo: potest tamen esse forma intellectus creati in genere intelligibilium. Et ibi quidem redditur pro causa: quia est ipsa actualitas in genere intelligibilium, quia est ipsa veritas, quæ est propria forma intellectus in genere intelligibili, vt habes ibi diffuse. Hic verò assignatur pro causa: quia est ipsum esse, & intendit iudicio meo quòd ex hoc quòd natura aliqua non est suum esse, habet quòd non sit omne suum esse. Et per oppositum, ex hoc quòd natura aliqua est ipsum esse habet q̃ sit omne suũ esse: suum autem dico, id est, sui ordinis. Ex his enim subintellecta illa maxima declarata in litera, scilicet cognitio quidditatiua non fit nisi per esse eiusdem vel superioris ordinis respectu rei cognitæ: manifeste sequitur, quòd essentia diuina habet hoc singulare, quòd est illud esse intelligibile, quod existimaretur dare intellectui si vniretur illi per speciem. Ac per hoc ipsa ex hoc quòd est ipsum esse, habet & quòd sit, & quòd sit forma intelligibilis seipse respectu intellectus videntis ipsam. Sed adhuc mens non quiescit, oportet enim dicere quid importat hoc, scilicet essentiam diuinam facere formaliter intellectum in actu, in genere intelligibilium.

27 4.di.49. q.2.ar.2.

58 373 364 381

¶Ad euidentiam huius scito, quòd in communi loquendo, speciem intelligibilem vniri perfecte intellectui, non est ipsam inhærere intellectui, quoniam ista vnio constituit intellectum non in actu, sed in habitu, sed est ipsum cõstituere in actu secundo. Ad hoc enim ponitur species intelligibilis vt sic, vt intelligens sit intellectum in actu completo. Ipsam autem constituere in actu secũdo, est ipsam non esse actum secundum: sed habere se ad actum secundum vt forma ad esse. Quemadmodum enim forma est principium essendi materię, ita quòd idem est esse materiæ & formæ diuersimode, vt patet de lumine in diaphano, & colore in aqua, &c. Ita species intelligiblis, si actus est in genere intelligibili, est intelligendi principium. Ita quòd intelligere est vt ipsius esse. Et propterea quamuis aliquo modo actiua sit species intellectionis, melior tamen & potior est proportio ipsius formalis quàm actiua. Speciẽ igitur vniri actu intellectui, est constituere ipsum in hoc quòd est esse actu intelligentem. Esse autem actu intelligentem, nihil aliud est quàm intellectum esse perfecte ipsum cognitum. Cognoscere nanque aliquid, vt inferius patebit, nihil aliud est quàm esse etiam illud in actu completo. Ex his autem ad diuina balbutiendo ascendentes dicimus, quòd diuinam essentiam vniri intellectui per seipsam, & constituere formaliter ipsum in actu in genere intelligibili, est ipsam facere formaliter intentionem esse actu vltimo ipsum Deum intelligibiliter, sublatis omnibus, quæ imperfectionis sunt. Hoc autem sufficienter fit substantia ipsa diuina concurrente ad visionem beatam immediate vt obiectum: & principium visionis formale. Dixi autem sublatis imperfectionibus: quia visio beata non est actus & esse substantiæ diuinæ, quia hoc imperfectionis esset, sicut esset speciei intelligibilis creatæ si poneretur.

tam Dei essentia videri potest, quæ ipsam diuinam essentiam repræsentet vt in se est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ autoritas illa loquitur de similitudine, quæ est per participationem luminis gloriæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd Augustin. ibi loquitur de cognitione Dei, quæ habetur in via.

¶Ad tertium dicendum, quod diuina essentia est ipsum esse. Vnde sicut aliæ formæ intelligibiles, quæ non sunt suum esse, vniuntur intellectui secundum aliquod esse, quo informant ipsum intellectum: & faciunt ipsum in actu, ita diuina essentia vnitur intellectui creato vt intellectum in actu, per seipsam faciens intellectum in actu.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum essentia Dei videri possit oculis corporalibus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd essentia Dei videri possit oculo corporali. Dicitur enim Iob 19. In carne mea videbo Deum, &c. & 42. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.

¶Præterea, August. dicit vlt. de ciui. Dei. ca. 29. Vis itaq; præpollentior oculorum erit illorum, scilicet glorificatorum, non vt acutius videant, quàm quidem perhibentur videre serpentes vel aquilæ. Quantalibet enim acrimonia cernendi eadem animalia vigeãt, nihil aliud possunt videre quàm corpora: sed vt videant & incorporalia. Quicunque autem potest videre incorporalia, potest eleuari ad videndum Deum: ergo oculus glorificatus potest videre Deum.

¶Præterea, Deus potest videri ab homine visione imaginaria. Dicitur enim Isa. 6. Vidi dominum sedentem super sol. &c. Sed visio imaginaria à sensu originem habet: phantasia enim est motus factus à sensu secundũ actũ, vt dicitur in tertio de anima: ergo Deus sensibili visione videri potest.

¶SED CONTRA est quod dicit August. in libro de vidẽdo Deum ad Paulinam. Deum nemo vidit vnquã: vel in hac vita sicut ipse est: vel in angelorum vita sicut visibilia ista, quæ corporali visione cernuntur.

CONCLVSIO.

¶Deus, cum sit omnino incorporeus, nullo exteriori, vel interiori sensu per se cognosci potest.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd impossibile est Deum videri sensu visus, vel quocunque alio sensu, aut potẽtia sensitiuæ partis. Omnis enim potentia huiusmodi est actus corporalis organi, vt infra dicetur [e]. Actus autem proportionatur ei, cuius est actus. Vnde nulla huiusmodi potentia, potest se extendere vltra corporalia. Deus autem incorporeus est, vt suprà ostensum est [e]. Vnde nec sensu, nec imaginatione videri potest, sed solo intellectu.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd cum dicitur, In carne mea vibebo Deum saluatorem meũ. nõ intelligitur quòd oculo carnis sit Deũ visurus, sed quòd in carne existens post resurrectionẽ visurus sit Deũ. Similiter quòd dicitur, nunc oculus meus videt te: intelligit de oculo mẽtis: sicut Eph. 1. dicit Apostolus: Det vobis spiritum sapiẽtiæ in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri.

¶Ad secundum dicendum, quòd August. loquitur inquirẽdo in verbis illis, & sub conditione. Quod patet ex hoc quod præmittitur. longe itaq; potẽtiæ alterius erũt, scilicet oculi glorificati, si per eos videbitur incorporea illa natura. Sed postmodum hoc determinat dicẽs: Valde credibile est sic nos visuros mũdana tunc corpora cæli noui & terræ nouæ, vt Deũ vbiq; præsentem: & vniuersa etiam corporalia gubernantẽ clarissima perspicuitate videamus, non sicut nunc inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sed sicut homines, inter quos viuentes motúsque vitales exercentes viuimus: mox vt aspicimus non credimus videre: sed videmus. Ex quo patet, quòd hoc modo intelligit oculos glorificatos Deum visuros: sicut nunc oculi nostri vident alicuius vitam. Vita autẽ non videtur oculo corporali, sicut per se visibile, sed sicut sensibile per accidẽs. Quod quidem à sensu non cognoscitur, sed statim cum sensu ab aliqua alia virtute cognoscitiua. Quòd autem statim visis corporibus diuina præsentia ex eis cognoscatur per intellectum, ex duobus contingit, scilicet ex perspicuitate intellectus, & ex refulgentia diuinæ claritatis in corporibus innouatus.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd in visione imaginaria non videtur Dei essentia, sed aliqua forma in imaginatione formatur, repræsentans Deum secundum aliquẽ modum similitudinis, prout in scripturis diuinis diuina per res sensibiles metaphorice describuntur.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum aliquis intellectus creatus per sua naturalia diuinam essentiam videre possit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis intellectus creatus per sua naturalia diuinam essentiam videre posit. Dicit enim Diony. 4. ca. de diui. no. quòd angelus est speculum pu-

a *¶Super quæstionis duodecimæ Articulũ tertium.* 14

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio negatiue responsiua quæsito. Impossibile est Deum videri sensu visus, & quacunque alia vi sensitiuæ partis. probatur, Potentia sensitiua est actus corporis: ergo est commensurata corpori. ergo non se exendit vltra corporalia. ergo non ad Deum. antecedens patet: consequentia prima probatur: q̃a actus proportionatur ei cuius est actus. secunda patet ex secund. tertia quia Deus est omnino incorporeus, omnia plana sunt.

a *¶Super Quæstionis duodecimæ Articulum quartum.*

IN titulo nihil est obscurum aduertentibus quòd ly per sua naturalia denotat causam sufficientem. *Annot.*

¶In corpore est vnica cõclusio respõsiua quæsito negatiue. Impossibile est quòd aliquis intellectus creatus per sua naturalia essentiam Dei videbat. Probatur vnica ratione sic. Cognitio fit secundũ quòd cognitum est in cognoscente: ergo secundum modum cognoscentis. ergo secundum modum naturæ ipsius cognoscentis. ergo si modus essendi alicuius rei cognitæ excedat modum naturæ cognoscentis, cognitio illius rei est supra naturam illius cognoscentis. ergo cognoscere ipsum esse subsistẽns est supra facultatem naturalem cuiuscunq; intellectus creati, solique intellectui diuino connaturale: ergo intellectus creatus non potest Deum per essentiam videre, nisi per gratiam. Prima consequentia probatur: quia cognitum est in cognoscere secundum modum cognoscentis. secunda verò relinquitur nota. tertia autem manifeste sequitur ex præcedentibus, & nihilominus in litera declaratur, & à posteriori inductiue probatur: distinguendo modos essendi rerum cognoscibilium, vt sic in rres, & ostendendo eos proportionaliter respondere tribus modis essendi naturæ cognoscitiuæ, vt clare patet in litera. quarta autem consequentia probatur: quia nulla creatura est suum esse, sed habet esse participatum. vltima autem est per se nota. *Coment.*

58 4.dis.49. q.2.ar.6. Et veri. q.8. articu.3. Et 3. contra c. 50.

¶Circa declarationem ac probationem tertiæ consequentiæ aduerte duo. Primo quòd licet in litera ponantur tres tantum modi essendi ex parte rei cognitæ, scilicet esse in hac materia, & esse sine materia, & esse ipsum esse subsistens, id est, sine omni potentia: quia tamen primus modus distinguitur, non in plures modos essendi, & ideo tres tantum sunt, sed in duos modos, quorũ alter est rei, alter rationis, scilicet esse in hac materia, & abstrahere ab illa, seu singulariter, & vniuersaliter: & singularia vt sic ad naturam spectant cognoscitiuam cuius est esse actum corporis, quia ad sensitiuam: vniuersalia verò ad naturam, quæ quodammodo est in corpore, & quodammodo non, quia ad intellectiuam humanam, quæ partim est separata & partim coniuncta, vt dicitur in secundo physic. tex. 26. ideo ordines cognoscentium multiplicari possunt, secũdum modos essendi, magis quàm ordines cognitorum. Et propterea in litera in homine, in quo vtraque iungitur natura, ponitur intellectus in altiori ordine quàm sensus: ex hoc tamen nihil deperit rationis efficaciæ. Tum quia sicut vniuersale & singulare ad vnum essendi modum spectãt, scilicet ad esse in materia, ita anima *Annot.*

sensitiua & humana ad vnum modum essendi pertinent, scilicet ad esse formam, quòd quid erat esse, & perfectionem corporis physici, vt in secundo de anima probatur. Tum quia ex his optime habetur quòd modus essendi naturæ cognitæ, nunquam excedit modum naturæ cogoscentis: quod est intentum. Secundo aduerte, quòd ex hoc processu literæ inducendo ex singularibus & sensu: vniuersalibus & intellectu humano, substantiis immaterialibus & intellectibus separatis optime infertur, quòd modus essendi naturæ cognitæ non excedit modum naturæ cognoscentis: & est signum, quòd ille excessus est causa nō cognitionis vt in probatione consequentiæ à priori est assumptum, & sic optime infertur: ergo cognitio ipsius esse per se subsistētis soli intellectui diuino est connaturalis, ac per hoc supra cæteros est.

rum clarißimum suscipiens totam (si fas est dicere) pulchritudinem Dei. Sed vnūquodq; videtur dum videtur eius speculum. Cum igitur angelus per sua naturalia intelligat seipsum, videtur quòd etiam per sua naturalia intelligat diuinam essentiam.

¶Præterea, illud, quod est maxime visibile, fit minus visibile nobis propter defectum nostri visus vel corporalis vel intellectualis. Sed intellectus angeli non patitur aliquem defectum. Cum ergo Deus secundum se sit maxime intelligibilis, videtur quòd ab angelo sit maxime intelligibilis. Si igitur alia intelligibilia per sua naturalia intelligere potest, multò magis Deum.

¶Præterea, Sensus corporeus non potest eleuari ad intelligendam substantiam incorpoream: quia est supra eius naturam. Si igitur videre Deum per essentiā sit supra naturam cuiuslibet intellectus creati, videtur quòd nullus intellectus creatus ad videndum Dei essentiam pertingere posit. Quod est erroneum, vt ex supradictis patet[e]. Videtur ergo quòd intellectui creato sit naturale diuinam essentiam videre.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ro. 6. Gratia Dei vita æterna. Sed vita æterna consistit in visione diuinæ essentiæ, secundum illud Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, &c. Ergo videre Dei essentiam, cōuenit intellectui creato per gratiam, & non per naturam.

CONCLVSIO.

¶*Cum diuina essentia sit supra conditionem cuiuscunque creati intellectus, non potest intellectus creatus per sua naturalia ipsam cognoscere, sed tantum per gratiam.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ impoßibile est quòd aliquis intellectus creatus per sua naturalia essentiam Dei videat. Cognitio enim contingit secundum quòd cognitum est in cognoscente. Cognitum autem est in cognoscente secundum modum cognoscentis. Vnde cuiuslibet cognoscentis cognitio est secundum modū suæ naturæ. Si igitur modus essendi alicuius rei cognitæ excedat modum naturæ cognoscentis, oportet quòd cognitio illius rei sit supra naturam illius cognoscētis. Est autem multiplex modus essendi rerum. Quædam enim sunt quorum natura non habet esse nisi in hac materia indiuiduali, & huiusmodi sunt omnia corporalia: Quædam verò sunt quorum naturæ sunt per se subsistētes, non in materia aliqua, quæ tamen non sunt suum esse, sed sunt esse habētes. Et huiusmodi sunt substantiæ incorporeæ, quas angelos dicimus. Solius autem Dei proprius modus essendi est, vt sit suum esse subsistens. Ea igitur, quæ non habent esse nisi in materia indiuiduali, cognoscere est nobis cōnaturale[e]. eo quòd anima nostra per quam cognoscim⁹ est forma alicuius materiæ. Quæ tamē habet duas virtutes cognoscitiuas. Vnā, quæ est actus alicuius corporei organi. Et huic connaturale est cognoscere res secūdum

Num ex eo quòd cognitum est in cognoscente secundum modum cognoscentis, sequatur æquari cognoscens rei cognitæ, vel excedere, & quantum valeat prima ratio.

35 Circa tertiam consequentiam dubium occurrit. Scotus siquidē in quarto dist. 49. q. 11. & in primo dist. 3. q. 3. & in quolibet. q. 14. articu. 2. eam impugnat. ad diuersa tamen proposita. nam in primo quolib. arguit eam quo ad intellectū nostrū respectu sui naturalis obiecti: in quarto autē respectu essentiæ diuinæ, & intellectus creati.

¶Arguit ergo sic primo. conditionalis illa non sequitur ex præmissis. ergo. antecedens probatur: quia ex hoc quod cognitum est in cognoscente secundum modum naturæ cognoscentis, nihil aliud habetur, nisi quòd cognitio est perfectio proportionata cognoscenti: & similiter obiectum cognitionis. Ex hoc autem non sequitur æqualitas intenta, scilicet ꝙ cognoscentis natura debet æquari obiecto vel excedere. Et confirmatur. Ex proportione inter obiectum & potentiam sequitur magis dissimilitudo & inæqualitas: sicut inter motiuum & mobile, & materiam & formam. Talis siquidem est proportio inter potentiam & obiectum. vnde oculus videt
281 & cælum & terram: &
26 tamen non habet modū
424 essendi similem cælo & terræ, quum illud sit incorruptibile, & magis ad propositum: idea lapidis non est similis lapidi in modo essendi.

¶Secundo, quia si illa conditionalis esset vera: sequeretur ꝙ angelus inferior non cognosceret superiorē: quia modus essendi superioris excedit modū inferioris.

¶Tertio, quia ex illa sequitur ꝙ intellectus creatus etiam illustratus lumine gloriæ, non posset videre Deum. probatur sequela: quia modus essendi Dei excedit modum essendi totius huius scilicet intellectus illustrati & habituati, &c.

¶Quarto, specialiter arguit contra eam vt applicatur ad intellectū nostrū & obiectum in litera assignatū: quia si ista cōditionalis est vera ex natura potētiæ cognoscitiuæ, sequitur ꝙ beati nunquam videbunt Deū. probatur sequela, quia nulla potentia potest eleuari supra suum obiectū adæquatū. visus enim non potest eleuari ad videndum phantasma, nec aliquis habitus aut vis superaddita potest eleuare potentiam supra sub obiectum, sed infra obiecti latitudinem: quoniam potentia prius respicit obiectum ex se quàm habitus adueniat, vt patet.

¶Vltimo addit, quòd arguit litera ex propositionibus non syllogisticis,

¶Ad euidentiam horū scito, quod in q. 14. latius dicetur: radicaliter initium cognitionis est, ex eo quòd natura aliqua est non solū ipsa, sed alia. Et quoniam esse alia non contingit vno tātum modo, diuersi ordines cognoscentium surgūt ex diuersis modis essendi alia. Diuersi autem modi essendi alia surgunt ex diuersis gradibus ipsarum naturarum. Quæ sunt non solum ipsæ, sed alia. Et propterea secundum diuersum ordinē ipsarum naturarum cognoscētium oportet ponere diuersos modos, quibus cognoscens est cognitum. Et ex hoc manifeste sequitur, quòd esse cognitum modificatur secundum modum naturę cognoscentis, & non econuerso. Et quia cognitio naturalis sequitur modum quo naturaliter cognoscens est cognitum: idcirco oportet quòd mensura naturalis cognitionis sit ipsa cognoscentis natura. verbi gratia, anima humana est substantia vltima inter intellectuales. Ac per hoc naturaliter sortitur quòd sint infimo modo intellecta ea, quæ cognoscēda sunt. Et hinc surgit, quòd ipsam oportet esse cognitam dearticulate, iuxta ipsorum naturas: & hinc surgit, ꝙ ipsam oportet habere cognita à phantasmatibus: & consequenter ꝙ capacitas eius naturalis non extendat se ad hoc quòd sit illa cognoscibilia, quæ sunt separata à materia. Angelus autem, quia eleuatioris est essentiæ, vtpura materiam nullo modo requirentis ad sui modi essendi perfectionem, & ipse est alia excellentiori modo quàm anima nostra: vnde est hæc materialia & inferiora eminenter, superiora autem participatiue. Et hæc est radix rationis factæ in litera: quæ fundatur supra hoc quòd cognitum est in cognoscente secundum modum naturæ cognoscentis: & quòd cognitio sit secūdum modum quo cognitum est in cognoscēte. iam enim ex declarata radice patet, quòd ex his sequitur, quòd si cognoscentis natura est inferioris ordinis quàm sit natura cognita, quòd non poterit ex propriis viribus ad visionem illius se extendere, eo quòd non est illud nisi modo proprio sibi: quod est non esse illud nisi diminuta quadam participatione: quę ad visionem nō sufficit. Ex hac eadem quoq; radice omnia obiecta facile soluuntur, terminos literæ prius notantibus. Est siquidem hic sermo non de cognitione vniuersaliter, sed 422 285 56

quòd sunt in materia indiuiduali. Vnde sensus nō cognoscit nisi singularia. Alia verò virtus cognoscitiua eius est intellectus, qui non est actus alicuius organi corporalis. Vnde per intellectum connaturale est nobis cognoscere naturas, quæ quidem non habent esse nisi in materia indiuiduali, non tamen secundum ꝙ sunt in materia indiuiduali, sed secundum ꝙ abstrahuntur ab ea per considerationem intellectus. Vnde secundū intellectū possumus cognoscere huiusmodi res in vniuersali: quod est supra facultatē sensus. Intellectui autē angelico cōnaturale est cognoscere naturas non in materia existentes[e]. Quod est supra naturalem facultatem intellectus animæ humanæ secundum statum præsentis vitæ, quo corpori vnitur. Relinquitur ergo quòd cognoscere ipsum esse subsistens sit cōnaturale soli intellectui diuino, & ꝙ sit supra facultatem naturalem cuiuslibet intellectus creati[e]: quia nulla creatura est suum esse, sed habet esse participatum. Non igitur potest intellectus creatus Deum per essentiam videre, nisi inquantum Deus per suam gratiam se intellectui creato coniungit, vt intelligibile ab ipso.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iste modus cognoscendi Deū est angelo cōnaturalis, vt scilicet cognoscat eum per similitudinem eius in ipso angelo refulgentē[e]. Sed cognoscere Deū per aliquā similitudinē creatā non est cognoscere essentiā Dei, vt suprà ostēsum est[e]. Vnde non sequit͂ quòd angelus per sua naturalia posit cognoscere essentiā Dei.

¶Ad secundum dicendum, quòd intellectus angeli non habet defectum, si defectus accipiatur priuatiue, vt scilicet careat eo quod habere debet. Si verò accipiatur negatiue, sic quælibet creatura inuenitur deficiens Deo comparata, dum non habet illam excellentiam, quæ inuenitur in Deo.

¶Ad tertium dicendū, quòd sensus visus, quia omnino materialis est, nullo modo eleuari potest ad aliquid immateriale. Sed intellectus noster, vel angelicus, quia secundum naturam à materia aliqualiter eleuat⁹ est, potest vltra suā naturā per gratiā ad aliquid altius eleuari. Et huius signum est, quia visus nullo modo potest in abstractione cognoscere id, quod in concretione cognoscit: nullo enim modo potest percipere naturā, nisi vt hāc. Sed intellectus noster potest in abstractione considerare quod in concretione cognoscit. Et si enim cognoscat res habentes formā in materia, tamen resoluit cōpositū in vtrūq;, & cōsiderat ipsam formā per se. Et similiter intellectus angeli licet connaturale sit ei cognoscere esse cōcretū in aliqua natura: tū potest ipsum esse secernere per intellectū, dūm cognoscit quod aliud est ipse, & aliud est suum esse. Et ideo cū intellectus creatus per suam naturam natus sit apprehendere formam cōcretam, & esse concretum, in abstractione per modū resolutionis cuiusdam: potest per gratiā eleuari vt cognoscat substātiam separatam in subsistentem, & esse separatum subsistens.

de visione, id est, cognitione complete quidditatiua, Rursusque sermo est de huiusmodi cognitione, non quocunque modo possibili, sed ex propria natura cognoscentis sufficienter. Modus autem essendi cognoscentis & cogniti, non secundum speciem, sed genus, aut quasi genus sumitur. Et ex his sequitur quòd obiecta, quæ assignantur potentiis non sunt obiecta adæquata extensiue, sed sunt obiecta adæquata intensiue naturaliter: quia supra illa non potest naturaliter potentia quidditatiue penetrare, sed infra. ¶Vnde ad primam obiectionem dicitur, quòd optime illa conditionalis sequitur ex præmissis subtiliter intellectis, vt expositum est. Ex hoc enim quòd cognitio naturalis debet proportionari naturæ cognoscenti, manifeste sequitur, quòd natura cognoscens nō potest esse inferioris ordinis, quàm sit naturaliter cognitū ab ea quidditatiue. Talis nanq; cognitio inferiores vires excedit. Nec est verum quod Scotus imponit literæ, scilicet ꝙ velit æqualitatē seu similitudinē inter cognitū & naturam cognosciti

gnoscitiuam secundū se. Hoc enim nec somniauimus, sed litera hic docuit quòd inter cognitum & naturam cognoscitiuam secundum se exigitur nō excessus ex parte cogniti, & vt dictum est: sermo est de nō excessu in modo essendi generico & cognito quidditatiue ac naturaliter. Vnde non oportet aliter ad opposita respondere. Intellectus siquidem diuinus aut angelicus excedit hæc omnia & genere & plusquā genere: & tamen omnia quidditatiue nouit. Quod autē de oculo respectu cæli affertur, puerile est: quoniam cælum vt visibile non habet alium essendi modum quàm mixtum. vtrunq; enim est singulare sententiæ &c. Corruptibile autē & incorruptibile sunt differentiæ accidentales visibilis vt sic: quemadmodū & cæteræ substantiales differentiæ accidunt visibili, cum substātia sit per accidens visibilis. vnde visus nō videt aliquod visibile excedens ipsum in modo essendi: quod est intentum literæ.

¶Ad secūdam verò obiectionē negatur sequela: quia Angeli nō differunt inter se in modo essendi generice, sed omnes conueniunt, vt in litera dicitur, in hoc ꝙ sunt formæ non in materia omnino.

¶Ad tertiā similiter negatur sequela: quoniā excessu obiecti supra modum cognoscētis nō assignat͂ in litera pro causa visionis obiecti quomodocunq;, sed ex propriis viribus cognoscentis. Argumentum autem supponit esse causam nō visiōis absolute, & ideo peccat secundū non causam, vt causam.

¶Ad quartam negatur quoque sequela: quoniam vt iam patet de obiecto non quocunque sed quidditatiue cognoscibili naturaliter est sermo. Concedo autem quòd intellectus ex natura sua non potest quidditatiue cognoscere altius quid quàm sit natura animæ nostræ, cum quo tamē stat quòd potest per gratiam eleuari ad quidditatiue cognoscendum etiam Deum, non enim conuenit potētiam eleuari ad cognoscendum aliquid quidditatiue, quod est extra obiectum quidditatiue cognoscibile à se naturaliter. Sed obiectio procedit ac si obiectum hoc assignatum esset obiectum adæquatum extensiue, vt sonus respectu auditus. & ideo peccat. Iam enim dictum est, quòd hic est sermo de obiecto adæquato intensiue ex natura potētiæ secundum proprias vires: & non de obiecto adæquato extensiue, extra quod nullus habitus adducere quomodolibet potest potentiam. Propositiones autem, ex quibus litera procedit, etsi nō sunt syllogisticæ formaliter, sunt tamen virtualiter, vt superius eas ordinauimus valde facile, absque tanta mixtura, quantam fecit Scotus.

59 3. contra. ca. 51. 52. & 55. Et opus. 3. c. 105. & 4. distinc. 49. q̄. 2. articul. 7. Et veri. q. 3. art. 3. 14.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum intellectus creatus ad videndum Dei essentiam aliquo creato lumine indigeat.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus creatus ad vidēdum essentiam Dei aliquo lumine creato non indigeat. Illud enim quòd est per se lucidum in rebus sensibilibus, alio lumine nō indiget vt videatur. Ergo nec in intelligibilibus. Sed Deus est lux intelligibilis. Ergo non videtur per aliquod lumen creatū.

¶Præterea, Cum Deus videtur per medium, non videtur per suam essentiā. Sed cum videtur per aliquod lumen creatum, videtur per medium. Ergo nō videtur per suā essentiam.

¶Præterea, Illud, quod est creatū, nihil prohibet alicui creaturæ esse naturale. Si ergo per aliquod lumen creatum Dei essentia videtur, poterit illud lumen esse naturale alicui creaturæ. Et ita illa creatura non indigebit aliquo lumine ad vidēdum Deum. Quòd est impoßibile. Non est ergo necessarium quòd omnis creatura ad videndum Dei essentiam lumen superadditum requirat.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. In lumine tuo videbimus lumen.

CONCLVSIO.

¶*Cum essentia diuina naturam cuiusque creati intellectus excedat, indiget creatus intellectus ad eam intuendum aliquo creato lumine.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd omne quod eleuatur ad aliquid, quod excedit suam naturam, oportet quòd disponatur aliqua dispositione, quæ sit supra suam naturam[e]. Sicut, si aër debeat accipere formam ignis, oportet quòd disponatur aliqua dispositione ad talem formam. Cum autem aliquis intellectus creatus videt Deum per essentiā, ipsa essentia Dei fit forma intelligibilis intellectus. Vnde oportet, quòd aliqua dispositio supernaturalis ei superaddatur ad hoc quòd eleuetur in tātam sublimitatem. Cum igitur virtus naturalis intellectus creati nō sufficiat ad Dei essentiā videndam, vt ostensum est[e], oportet ꝙ ex diuina gratia superaccrescat ei virtus intelligendi. Et hoc augmentū virtutis intellectiuę illuminationem intellectus vocamus, sicut & ipsum intelligibile vocatur lumen, vel lux. Et istud est lumen, de quo dicitur Apoc. 21. quòd claritas Dei illuminabit eā, scilicet societatem beatorum Deum videntium. Et secundum hoc lumen, efficiuntur deiformes, id est Deo similes: secundum illud primæ Ioan. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd lumen creatum, est necessarium ad videndum Dei essentiam, non quòd per hoc lumen Dei essentia intelligibilis fiat, quæ secundum se intelligibilis est, sed ad hoc quòd intellectus fiat potens ad intelligēdum per modum, quo potentia fit potentior ad operandum per habitum. Sicut etiam & lumen corporale necessarium est in visu exteriori inquantum facit medium transparens in actu, vt posit moueri à colore.

¶Ad secūdum dicendum, ꝙ lumen istud non

Comēnt. a ¶*Super Quæstionis duodecimæ Articulum quintum.*

IN titulo intellectus creatus actu vel potentia indigeat, non prōpter melius, sed simpliciter ad consequendam visionem Dei.

¶In corpore vnica conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Intellectus creatus eget lumine creato ad visionem diuinam. probatur. intellectus creatus videns Deum, habet essentiam diuinam pro forma intelligibili. ergo eget dispositione supernaturali eleuante ad tantam sublimitatem. ergo augmento gratuito virtutis intellectiuæ. ergo lumine creato. antecedens patet ex artic. secundo. consequentia prima probatur ex illa maxima, omne quod eleuatur ad aliquid excedēs suam naturam oportet disponi dispositione, quæ sit supra suam naturam. declaratúrque in natura aëris & ignis. secunda autem consequentia probatur: quia naturalis virtus intellectus creati nō sufficit ad videndam Dei essentiam. tertia vero probatur: quia augmentatio intellectiuæ vis illuminatio vocatur, quòd declaratur: quia ipsum intelligibile vt sic, dicitur lumen vel lux. Et confirmatur autoritate Apocalypsis 21. Demum ponitur effectus formalis talis luminis: & dicitur quòd est facere Deiformes: probatúrque autoritate primæ Ioan. 3. Et sic declarauit an est, & quid est ipsius luminis.

Annota. ¶Circa illam maximā, nota quòd aliquid esse supra naturam alicuius contingit dupliciter. Vno modo dignitate, quòd scilicet est supra gradum essentialē naturę alterius: vt ignis respectu aëris. Alio modo potestate, seu efficacia: quia scilicet est supra posse alterius: vt lumen respectu aëris: quamuis aër sit substantia, & lumen sit accidens. In proposito sumitur secundo modo. Et propterea supernaturale simpliciter. si primo modo sumitur, Deus tantum est. secundo autem modo charitas, gratia, lumen gloriæ, & alia huiusmodi supernaturalia sunt: quia superant facultatem omnis naturæ creatæ & creabilis tam actiue quàm passiue: actiue quidem quia possunt in effectus quos non potest natura aliqua. Passiue vero: quia non possunt fieri aut pullulare à quacunque natura: & sic sumitur hic supernaturalis dispositio.

¶*Num, & quomodo omne, quod eleuatur ad aliquid suam naturam excedens, egeat dispositione excedente suam naturam.*

Quæstio. Circa primæ consequentiæ probationem dubium est. Primo, quia si illa maxima est vera, sequitur processus in infinitum in dispositionibus: & patet sequela: quia dispositio ipsa supernaturalis est quædam forma. ergo oportet ipsam antecedi ab alia dispositione supernaturali: & iterum illam ab alia eadē ratione: & sic deinceps. Secundo oritur dubium: quia dato quòd illa maxima sit vera, nō tenet tamen nisi in vere formis & materiis. Modo essentia diuina non est vere forma intellectus creati videntis ipsam, cum non det formaliter illi esse: vndique ergo ratio ruere videtur.

¶Ad primū horū breuiter dicitur cū S. Tho. alibi: ꝙ illa ppositio est verissima de forma, quæ est vt terminus generationis: nō autē de illa, quæ est vt via ad terminū. videmus enī in naturalibus quòd est eadem ratio vt materia disponat͂ pro forma substantiali terminante generationem: & pro accidentalibus pręuiis ad illam, vt patet de aqua, igne & calore: & propterea non sequitur processus in infinitum, sed est status in forma, quæ se habet vt dispositio. dispositionis enim non oportet esse dispositionē, sicut formæ oportet esse dispositionē. Ad secundum autem dicitur per interēptionem: essentia nanque diuina est vere forma intelligibilis, & nō naturalis: & ideo nō oportet quòd det formaliter esse, sed ꝙ det formaliter intelligere: speciei nanq; intelligibilis in actu perfecto esse, est ipsum intelligere. Nec solū essentia diuina est vere forma in esse intelligibili intellectus creati vidētis ipsam, sed etiam est forma vt vltimus generationis terminus. Nō enim est vt forma intelligibilis in habitu: sed in actu, cū qua intelligere non ponit in numerum: sicut nec esse ponit in numerum cum forma cuius est. Non enim sunt duo termini generationis forma & eius esse: sed vnus eodem quippe cursu proportionaliter currit esse intelligibile. 312 38 In 4. distin. 49.

¶Circa probationē secūdæ cōsequētię, aduerte, ꝙ litera simul duo facit: dū & cōsequētia pbat: & quasi aliud mediū ad cōclusionē innuit. probat quidē subintelligēs, ꝙ essentiā diuinā esse formā intellectus: & videre Deū idē sint. Ac p hoc dispositio eleuās ad diuinā essentiā est id qđ eleuat ad videndū. Et cōsequenter, cū intellectus creatus sit insufficiēs ex se, illa dispositio est ipsa eleuatio seu augmētatio virtutis intellectiuæ reddēs ipsam sufficientē ad vidēdū. Aliud quodāmodo innuit mediū pro quāto augmentū hoc ad duo poni insinuatur: & ad disponendum intellectum: pro tam excelsa forma intelligibili: & ad vires præbendum eidem, vt possit elicere actum visionis. Hoc enim secūdum tangitur cum de insufficientia intellectus ad videndum, & augmento virtutis intellectiuæ fit mentio. Annota.

¶Circa terminos consequentis nota primo ly augmentum ex 3. contra gen. c. 53. quòd dupliciter potest virtus agentis augeri. Vno modo per simplicem intētionem, & sic aqua calida fit calidior. Alio modo per alterius formæ appositionē, sicut virtus aëris augetur per superadditum lumē. In proposito est sermo de augmento secundo modo, & non primo. Quoniam prima augmentatio nō dat nisi operationē eiusdem rationis, perfectiorem tamen: secunda autem eleuat ad operationem alterius speciei & generis & ordinis quandoque, vt patet. Secundo ly gratuitum. Cum enim quæstio sit de intellectu tam creato quàm creabili, oportet si augmento opus est, augmētum ipsum esse supra naturam omnis intellectus tam creati quàm creabilis. Ac per hoc extra totum ordinem connaturalium, & consequenter quòd si de ordine gratuitorum non ex modo consequendi tātum, vt vita resurgentium, sed ex ipsa substantia seu quidditate sua, vt charitas. Annota.

¶*Num creatus intellectus ad diuinā essentiā videndā egeat lumine gloriæ.*

Contra hanc conclusionem multi arguunt. in primis Sco. in 3. dist. 14. q. 1. & in 4. dist. 49. q. 11. arguit quadrupliciter. Primo, obiectum ex se lux intelligibilis, sufficienter potens mouere intellectum ad sui visionem non eget lumine coagente sibi ad causandam visionem. Deus est huiusmodi. ergo. Secundo, si lumen gloriæ ponitur vt forma, quia intellectus fiat & sit sufficiens ad videndum Deum. ergo per aliquam formā creatam possibile esse naturaliter videre Deum. probatur sequela: quia sicut cæcus miraculose illuminatus naturaliter videt: ita beatus supernaturaliter illuminatus, naturaliter videt Deum. Lumē enim gloriæ sicut quęlibet perfectio posita in intellectu, perficit intellectū naturaliter, quamuis supernaturaliter ponatur. Tertio, quia quicquid potest Deus mediante causa effectiua, secunda potest sine illa. Sed lumen gloriæ ponitur vt efficiat visionem. ergo. Quarto, quia magis videtur necessarium ponere speciem intelligibilē Dei quàm lumen gloriæ: sed illa non ponitur: ergo. probatur antecedens: quia illa esset propter perfectionem intellectus, vt memoria est: istud autem perficit in actu secundo, ad quod sufficit obiectum præsens in seipso, vt ex dictis patet.

¶Durandus deinde dupliciter arguit. Primo lumē gloriæ ponitur propter excellentiā obiecti super intellectū creatū. vt patet in litera huius articuli. ergo frustra. probatur cōsequentia: quia obiectū in infinitū excedit, non solū intellectū creatū secundū se, sed etiā cum tali lumine. Et cōsequēter lumē tale nō reddit intellectū de improportionato proportionatum. Secūdo, quia quicquid sit, frater Thomas in 4. dist. 49. tenet quòd visio Dei potest cōmunicari huiusmodi in solis dispositionib: viæ, ergo nō exigitur lumē gloriæ, qđ est propria dispositio patriæ. Multa alia recitātur Apud Capreolū. dist. 49. q. 4. argumēta: quæ cōsultò omitto. aut enim supponunt intellectū pure passiue concurrere ad visionem Dei: aut quia ex

requiritur ad videndum Dei essentiam quasi similitudo, in qua Deus videatur: sed quasi perfectio quædam intellectus confortans ipsum ad videndum Deum. Et ideo potest dici, quòd non est medium, in quo Deus videatur, sed sub quo videtur. Et hoc non tollit immediatam visionem Dei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dispositio ad formam ignis non potest esse naturalis nisi habenti formam ignis. Vnde lumen gloriæ non potest esse naturale creaturæ, nisi creatura esset naturæ diuinæ: quod est impossibile. Per hoc enim lumen fit creatura rationalis deiformis, vt dictum est [e].

ARTICVLVS VI.

a ¶ *Vtrum videntium essentiam Dei vnus alio perfectius videat.*

AD SEXTVM sic proceditur, Videtur, quòd vidētium essentiam Dei vnus alio perfectius non videat. Dicitur enim 1. Io. 3. Videbimus Deum sicuti est, sed ipse vno modo est. Ergo vno modo videbitur ab omnibus. Nō ergo perfectius & minus perfecte.

¶ Præterea, August. dicit in lib. 83. q. quòd vnā rem non potest vnus alio plus intelligere. Sed omnes videntes Deum per essentiam, intelligunt Dei essentiam. Intellectu enim videtur Deus non sensu: vt suprà habitum est [e]. Ergo videntium diuinam essentiam vnus alio non clarius videt.

¶ Præterea, Quòd aliquid altero perfectius videatur, ex duobus contingere potest: vel ex parte obiecti visibilis: vel ex parte potentiæ visiuæ videntis. Ex parte autem obiecti: per hoc quod obiectum perfectius in vidente recipitur, scilicet secundum perfectiorem similitudinem, quod in proposito locum non habet. Deus enim non per aliquam similitudinem, sed per eius essentiam præsens est intellectui essentiam eius videnti. Relinquitur ergo quòd si vnus alio perfectius eum videat: quod hoc sit secundum differentiam potētiæ intellectiuę. Et ita sequitur quòd cuius potentia intellectiua naturaliter est sublimior clarius eum videat. Quod est incōueniens, cum hominibus promittatur in beatitudine ęqualitas Angelorum.

¶ SED CONTRA est, quòd vita æterna in visione Dei consistit: secundum illud Io. 17. Hæc est vita æterna &c. Ergo si omnes æqualiter Dei essentiam vidēt in vita æterna, omnes erunt æquales: cuius contrarium dicit Apostolus 1. Corin. 15. Stella differt à stella in claritate.

CONCLVSIO.

¶ *Cum videntium diuinam essentiam vnus alio maiori gloriæ lumine illustretur, perfectius etiā vnus alio ipsam videbit.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd videntium Deum per essentiā vnus alio perfectius eum videbit. Quod quidē non erit per aliquam Dei similitudinem perfectiorem in vno quàm in alio: cum illa visio non sit futura per aliquam similitudinem, vt ostensum est. [e] Sed hoc erit per hoc, quòd intellectus vnius habebit maiorem virtutem seu facultatem ad videndum Deum quàm alterius. Facultas autem videndi Deum non competit intellectui creato secundum suam naturam, sed per lumen gloriæ: quod intellectum in quadam deiformitate constituit, vt ex superioribus patet. [e] Vnde intellectus plus participans de lumine gloriæ perfectius Deum videbit. Plus autem participabit de lumine glorię, qui plus habet de charitate: quia vbi est maior charitas, ibi est maius desiderium. Et desiderium quodammodo facit desiderantem aptum & paratum ad susceptionem desiderati. Vnde qui plus habebit de charitate, perfectius Deū videbit & beatior erit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum dicitur, videbimus eum sicuti est: hoc aduerbium sicuti, determinat modum visionis ex parte rei visæ: vt sit sensus: videbimus eum ita esse sicuti est: quia ipsum esse eius videbimus quod est eius essentia. Non autē determinat modū visionis ex parte videntis: vt sit sensus, quòd ita erit perfectus modus videndi: sicut est in Deo perfectus modus essendi.

¶ Et per hoc etiam patet solutio ad secūdum. Cum enim dicitur quòd rem vnam vnus alio melius non intelligit, hoc habet veritatem si referatur ad modum rei intellectæ: quia quicunq; intelligit rem esse aliter quàm

his facile soluuntur: vel à suis autoribus soluta sunt. ¶ Ad primum Scoti breuiter potest concedi totum: & dici quòd indigentia non est ex parte Dei seu obiecti: sed ex parte intellectus creati. vnde consideratis vtrisque negatur maior.

¶ Ad secundum dicitur, quòd hic est seruandum illud: sententiam tene: sed linguam cohibe: simpliciter quidem nullum inconueniens est concedere, quòd per aliquam formam creatam non tamen vt speciem, intellectus creatus naturaliter videt Deum. Quoniam quilibet habitus, & omnis forma est ex propria natura principiū proprij actus. Habēs enim charitatem vt sic, naturaliter diligit Deū meritorie &c. Non enim minus charitas inclinat ad actum propriū quàm cæteri habitus: signum autem naturalitatis est delectatio. Experimur enim nos delectabiliter omnia operari: quorum habitus habemus: siue naturales, siue supernaturales. Veruntamen ne errādi occasio sumatur, distinguēdum est, quòd videre Deū naturaliter per aliquam formam creatam potest intelligi dupliciter, Vno modo per formam creatam & naturalem, seu cōnaturalem. alio modo per formam creatam supernaturalē, & non solum supernaturaliter. Et quòd primo modo est impossibile, ac refutatum. secundo verò modo est necessarium. Et tale est lumen glorię, illuminatus quidem illo, naturalissime videt Deum: adeo vt impossibile sit non videre illum stante lumine, Vnde patet, quòd non est simile de cæco illuminato: & de intellectu illuminato: quia ibi vis data est naturalis. licet supernaturaliter data: hic verò vis data est supernaturaliter, & data est supernaturalis.

60 4.dis.49. q.2.ar.4. & 3.cont. cap.56. — 57 — 55

¶ Ad tertiū negatur argumentum. est enim sophisma figurę dictionis: mutatur siquidem quid in quale, seu ad aliquid. Visio enim Dei creata non significat rem absolute, sed significat actum in ordine ad agens creatum. & sic est simile sicut si argueretur. Deus producit actum meritoriū mediante voluntate & charitate Petri. ergo potest producere illum sine eis.

¶ Ad quartum negatur antecedens: nec probatio aliquid valet: quoniam memoria intellectiua impertinens est felicitati: quæ consistit in actu & non in habitu. Et bene aduerte quòd Scotus cum sequacibus non potest amplius in hac materia sustineri: quoniā in clementina, ad nostrū. de hære. expresse erroris dānantur dicentes, quòd anima non indiget lumine gloriæ eleuāte ipsam ad videndū Deū, vbi cernis ecclesiā amplexā S. Tho. doctrinā determinasse non solum indigentiā luminis, sed causam, scilicet vt eleuetur anima ad talem visionē, vt in litera dicitur.

¶ Ad primum Durandi, concesso antecedente negatur sequela. Ad probationem dicitur, quòd ex peruersa interpretatione procedit: poni enim propter excellentiam obiecti supra potētiam contingit vno modo vt adæquetur excessus augendo potentiam. Et iuxta hunc sensum procedit probatio, sed contra nullum militat. Alio modo: vt excessus non prohibeat attractionem potentiæ ad tam excellens obiectum. Et ad hunc sensum ponitur lumen gloriæ propter excellentiam obiecti supra potentiam. Contra autem hunc sensum manifeste patet probationem non procedere. Quod si fiat vis in hoc, quòd de nō proportionato fieri dicitur proportionatus. Iam habita est responsio in litera. In arti. primo in responsione ad vltimum declarando, quomodo intelligitur proportionis nomen in proposito.

¶ Ad secundum dicitur, quòd Durandus noluit intelligere illa S. Tho. verba. q. secunda, arti. 7. Lumē siquidē gloriæ potest dupliciter haberi. Vno modo per modum passionis. alio modo per modum habitus. Primo modo non ponit hominē extra viam. Secundo modo est propria patriæ dispositio. & ideo quū in solis dispositionibus viæ dicitur, id est in dispositionibus non ponentibus hominem extra viam simpliciter intelligitur. Et quòd hæc sit mens vera San. Tho. ex eo liquet, quòd in q. de ve. q. 10. artic. 11. ponit idem, quod in quarto: & tamen in eiusdem q. de ve. q. 13. artic. primo. & q. vigesima. artic. secundo, sic exponit. & similiter in secunda secundæ. q. 185. artic. 3. quare indubie sic tenendum est.

Annota. ¶ In responsione ad tertiū quoniam subtilis valde doctrina traditur, aduerte duo. Primo quid est tam esse quàm fieri connaturale alicui. Secundo quæ sit proportio inter lumen gloriæ & diuinam substantiam. esse connaturale est oriri seu pullulare ex intrinsecis illius naturæ, vt ex secundo physic. patet. & in motu elementorum apparet. Fieri vero connaturale est fieri quòd id, quod non fluit ex principiis alicuius, fluat ex principiis eius. hoc autem imaginari nullo modo potest, nisi natura transferatur in naturam: sic enim solummodo principia, à quibus aliquid fluit effici possunt principia eius, à quo non fluit. Proportio inter lumē gloriæ & diuinam essentiam, non in esse naturæ, sed in esse intelligibili, est proportio proprij connaturalis ad naturā à qua fluit. Quod sic ex dictis probatur. lumen gloriæ nihil aliud est quàm vis vt propria dispositio vnitiua diuinæ essentiæ, vt formæ intelligibilis atque factiua visionis diuinę. Ad hæc enim duo lumen gloriæ poni patet ex dictis. sed habere diuinam essentiam vt formā intelligibilem. & similiter videre Deum soli Deo est connaturale. ergo lumen gloriæ soli diuinæ naturæ connaturale est. Et hinc sequitur diuinā essentiam & lumen gloriæ esse eiusdem ordinis eo modo, quo dispositio vltima & forma sunt eiusdem ordinis, scilicet quo ad connaturalitatē, quia scilicet cuicunque naturale est vnum & reliquum: & cui nō vnum neutrum: propterea in litera dicitur, quòd lumen gloriæ non potest esse connaturale alicui, nisi illa res transferatur in diuinam naturam. Ex his autem patet falsitas opinionis Scoti in prima quæst. prolo. primi senten. volentis quòd naturale & supernaturale non distinguant res, sed habitudines ad causas actiuas. Lumen siquidem gloriæ & charitas & dona spiritus sancti: & si qua sunt huiusmodi, omnia sunt supernaturalia entia. non solum quia à solo agente supernaturali causari possunt, sed quia nulli creaturæ factæ aut factibili connaturalia esse possunt, propter quod dicuntur entia supernaturalia, imò diuini ordinis. Et si contra hoc obiiciatur, de distantia infinita inter Deum & lumen gloriæ: aut quòd aliud est loqui de lumine gloriæ per essentiam, & aliud de eo per participationem. Et quòd licet lumen gloriæ per essentiam sit proprium Deo, non tamen per participationem, de quo tamen loquimur, facile responderi potest: quòd distantia infinita nihil aliud infert nisi quòd inter quodcunque lumen gloriæ creatum & Deum sunt infiniti medij gradus. Inter dispositionem nanque propriam & formam substantialem est maxima distantia: & longe maior quàm inter duas substantias: & tamen illæ sunt eiusdem ordinis, quo ad connaturalitatem: & istę non: quamuis istæ magis conueniat in natura: quia forte sunt eiusdem speciei. vt Sortes & Plato &c. Maior ergo vel minor distantia nihil facit ad propositum. igitur non infinita. Nec decipimur vt secunda obiectio proponit. Quoniam sicut tota latitudo visionis diuinæ essentiæ soli Deo est connaturalis, diuersimode tamen: quia in summo incōmunicabiliter ad extra. Citra summum vero communicabiliter plus & minus in infinitum: sic tota latitudo luminis gloriæ & charitatis &c. similiter tota latitudo habendi diuinam essentiam vt formam intelligibilem soli Deo est connaturalis, sed in summo incommunicabiliter: limitate autem communicatur: nō tamen connaturale fit alteri. Sicut si lux acceptetur propria qualitas solis, tota latitudo lucis est connaturalis soli tantùm, sed in summo incommunicabiliter. Citra summum vero communicabilis: non ita vt sit connaturale aliis: quia non vt fluat ab illis (si astra ponantur extraneæ naturæ à solis natura) sed vt sit eorum ex diffusione à luce solari.

56 — 59 — 79

a ¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum sextum.*

Titulus clarus.

Coment. ¶ In corpore tria. Primo proponitur conclusio responsiua quæsito affirmatiue, scilicet videntium Deum vnus perfectius videbit quàm alius. Secundo excluditur falsa huius causa. Tertio probatur ex vera causa.

¶ Quo ad secundum aduerte, quòd idem obiectū melius ab vno videri quàm ab alio ex duobus oriri potest. Primo quia per limpidiorē speciem ab vno videtur quàm ab alio: sicut experimur quòd per speciem in aëre melius videmus quàm per eam in aqua, & per meliora ocularia similiter. Secūdo etiam oriri potest ex acutiore visu. patet. stante nanque identitate visibilis cum æqualitate speciei & visiuæ virtutis, impossibile est fingere vnde melior fiat visio. Distantia nanque & medium &c. omnia ad speciei qualitatem spectant. litera ergo primā causam excludit sufficiēter, ex hoc, quòd visio illa non est futura per speciem: secundam autem amplectitur.

a 424 420 — 59

¶ Quo ad tertium probatur conclusio sic. videntium Deum vnus alio habet maiorem charitatem. ergo maius desiderium. ergo est magis aptus & paratus ad susceptionem Dei. ergo habet maius lumen gloriæ. ergo maiorem facultatem ad videndum Deum. ergo perfectius videbit Deum quàm alius. Antecedens supponitur. prima cōsequentia nota est ex terminis cum secunda & tertia. charitas enim ipsa est desiderium Dei. Desideriū autem constat præparationem magnam esse ad desiderati complexum: lumen verò gloriæ nihil aliud esse quàm dispositionem ad Dei susceptionem, vt iam dictū est. Et propterea desiderij quantitati respōdere oportet: sicut dispositionem aptitudini & præparationi. quarta autem consequentia probatur: quia non naturæ, sed gloriæ lumen cōstituit intellectum in quadam Dei formitate. Ex hoc nanq; quòd diuinæ naturæ participes simus possumus ipsum videre. Vltima autem patet.

60

sit, non vere intelligi: non autem si referatur ad modum intelligēdi: quia intelligere vnius est perfectius quàm intelligere alterius [e].

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuersitas videndi nō erit ex parte obiecti: quia idem obiectum omnibus præsentabitur, scilicet Dei essentia: nec ex diuersa participatione obiecti per differentes similitudines, sed erit per diuersam facultatem intellectus, nō quidem naturalem, sed gloriosam, vt dictum est [e].

ARTICVLVS VII.

a ¶ *Vtrum videntes Deum per essentiam ipsum comprehendant.*

61 4.dis.49. q.1.art.3. Et 3.contra.ca.53. & ver.q. 8.artic.2.

AD SEPTIMVM sic proceditur, Videtur, quòd vidētes Deū per essentiam, ipsum comprehendant. Dicit enim Apostolus Phi. 3. Sequor autem si quomodo comprehēdam. Non autem frustra sequebatur. Dicit enim ipse 1. Cor. 9. Sic curro non quasi in incertum. Ergo ipse comprehendit: & eadem ratione alij, quos ad hoc inuitat dicens, sic currite vt comprehendatis.

¶ Præterea, Vt dicit Augusti. in lib. de videndo Deum ad Paulinam: illud comprehenditur quòd ita totū videtur, vt nihil eius lateat videntem: sed si Deus per essentiam videtur, totus videtur, & nihil eius latet videntem: cū Deus sit simplex: ergo à quocunque Videtur per essentiam, comprehenditur.

¶ Si dicatur quòd videtur totus: sed non totaliter. contrà. Totaliter vel dicit modū videntis, vel modū rei visæ. Sed ille, qui videt Deū per essentiam, videt eum totaliter, si significetur modus rei visæ: quia videt eū sicuti est: vt dictum est [e]. Similiter videt eum totaliter, si significetur modus vidētis: quia tota virtute sua intellectus Dei essentiā videbit. Quilibet ergo videns Deum per essentiam, totaliter eum videbit. Ergo eum comprehendet.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Hier. 32. Fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi: magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. Ergo comprehendi non potest.

CONCLVSIO.

¶ *Cùm lumen gloriæ, quo perfusi diuinam intuentur essentiam, infinitum non sit, impoßibile est quenquam creatum intellectum illam comprehendere, & ipsam cognoscere quantum cognoscibilis est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd comprehendere Deū impossibile est cuicunque intellectui creato: attingere verò mente Deum qualitercunq; magna est beatitudo, vt dicit Augu. ¶ Ad cuius euidētiam sciendū est, quòd illud comprehēditur, quod perfecte cognoscitur. perfecte autem cognoscitur, quod tantum cognoscitur, quantum est cognoscibile. Vnde si id, quod est cognoscibile per scientiam demonstratiuam opinione teneatur, ex aliqua ratione probabili concepta, non comprehenditur, puta si hoc quod est triangulum habere tres angulos æquales duob9 rectis aliquis sciat, per demonstrationem comprehendit illud. Si verò aliquis eius opinionem accipiat probabiliter, per hoc quòd à sapientibus vel pluribus ita dicitur, non comprehendet ipsum: quia non pertingit ad illum perfectū modū cognitionis, quo cognoscibilis est. Nullus autem intellectus creatus pertingere potest ad illum perfectum modum cognitionis diuinæ essentiæ, quo cognoscibilis est. quod sic patet. Vnumquodque enim sic cognoscibile est secundum quod est ens actu. Deus igitur cuius esse est infinitum, vt suprà ostēsum est [e], infinite cognoscibilis est. Nullus autem intellectus creatus potest Deū infinite cognoscere. Intantum enim intellectus creatus diuinam essentiam, perfectius vel minus perfecte cognoscit, inquantum maiori vel minori lumine gloriæ perfunditur [e]. Cūm igitur lumen gloriæ creatum in quocunq; intellectu creato receptum non possit esse infinitum, impossibile est quòd aliquis intellectus creatus Deū infinite cognoscat. Vnde impossibile est quòd Deum comprehendat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd comprehensio dicitur dupliciter. Vno modo strictè & propriè secundum quod aliquid includitur in comprehēdente. Et sic nullo modo Deus comprehenditur nec intellectu nec aliquo alio: quia cum sit infinitus nullo finito includi potest [e]: vt aliquid finitum eum infinite capiat: sicut ipse infinitus est. Et sic de comprehensione nunc quæritur. Alio modo comprehensio largius sumitur secūdum quod cōprehensio insecutioni opponitur. Qui enim attingit aliquem quando iam tenet ipsum: cōprehendere eum dicitur. Et sic Deus comprehēditur à beatis, secundum illud Canti. 3. Tenui eum, nec dimittam. Et sic intelliguntur autoritates Apostoli de comprehensione. Et hoc modo comprehensio est vna de tribus dotibus animæ, quæ respondet spei, sicut visio fidei, & fruitio charitati. Nō enim apud nos omne quod videtur iam tenetur vel habetur, quia videntur interdum distantia, vel quæ non sunt in potestate nostra. Neque iterum omnibus, quæ habemus fruimur: vel quia non delectamur in eis: vel quia non sunt vltimus finis desiderij nostri: vt desiderium nostrum impleant & quietent. Sed hæc tria habent beati in Deo: quia & vident ipsum: & videndo tenent sibi præsentem in potestate habētes semper eum videre: & tenētes fruuntur sicut vltimo fine desiderium implente.

¶ Ad secundum dicendum, quod non propter hoc Deus incomprehensibilis dicitur quasi aliquid eius sit quod non videatur: sed quia non ita perfecte videtur sicut visibilis est: sicut cum aliqua demonstrabilis propositio per aliquam probabilem rationem cognoscitur, non est aliquid eius quod non cognoscatur, nec subiectum, nec prædicatum, nec compositio, sed tota non ita perfecte cognoscitur, sicut cognoscibilis est. Vnde Augu. diffiniendo comprehensionem dicit, quòd totum comprehenditur videndo: quod ita videtur vt nihil eius lateat videntem: aut cuius fines circumspici vel circumscribi possunt: tunc enim fines alicuius circumspiciuntur, quando ad finem in modo cognoscendi illam rem peruenitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd totaliter dicit modum obiecti: non quidem ita quòd totus modus obiecti non cadat sub cognitione, sed quia modus obiecti non est modus cognoscentis [e]. Qui igitur videt Deum per essentiam, videt hoc in eo quod infinite existit: & infinite cognoscibilis est. Sed hic infinitus modus non competit ei, vt scilicet ipse infinite cognoscat. Sicut aliquis probabiliter scire potest aliquam propositionem esse demonstrabilem, licet ipse eam demonstratiue non cognoscat. 604 70e 424 430

ARTICVLVS VIII.

a ¶ *Vtrum videntes Deum per essentiam omnia in Deo videant.*

AD OCTAVVM sic proceditur, Videtur, quòd videntes Deum per essentiam omnia in Deo videant. Dicit enim Greg. in 4. dial. Quid est quod non videant, qui vidētem omnia vident: sed Deus est videns omnia. Ergo qui vident Deum, omnia vident. 62 4.dis.49. 2.artic.5. Et veri. q.artic.4. & 3.cōt. ca.54. & 57.

¶ Item quicunq; videt speculum, videt ea, quæ in speculo resplendent. Sed omnia quæcunque fiunt vel fieri possunt, in Deo resplendent, sicut in quodam speculo: ipse enim omnia in seipso cognoscit. Ergo quicunque videt Deum, videt omnia, quæ sunt & quæ fieri possunt.

¶ Præterea, Qui intelligit id quod est maius, potest intelligere minima, vt dicitur 3. de Anima. Sed omnia, quæ Deus facit vel facere potest, sunt minus quàm eius essentia. Ergo quicunque intelligit Deum, potest intelligere omnia, quæ Deus facit vel facere potest.

¶ Præterea, Rationalis creatura omnia naturaliter scire desiderat. Si igitur videndo Deum non omnia sciat: non quietatur eius naturale desiderium. Et ita videndo Deum non erit beata: quod est inconueniens. Videndo igitur omnia scit.

¶ SED CONTRA est: quòd angeli vidēt Deum per essentiam & tamen non omnia sciunt. Inferiores enim angeli purgan-

¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum septimum.*

Titulus in corpore declaratur.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue impossibile est cuicunque intellectui creato comprehendere Deum. Probatur. Impossibile est lumen gloriæ creatum in quocunque intellectu esse infinitum. ergo impossibile est cuicunque intellectui creato infinite cognoscere Deum. ergo impossibile est cognoscere quantum cognoscibilis est. ergo impossibile est cognoscere perfecte. ergo impossibile est comprehendere Deum. Antecedens patet. prima consequentia probatur, ex eo quòd magis & minus videre Deum attenditur secundum maius & minus lumen gloriæ: & consequenter infinite videre secundum infinitum lumen gloriæ. secunda vero consequentia probatur: quia Deus est infinitè cognoscibilis: quia est infinitę entitatis & actualitatis. tertia autem probatur inductione in propositione scibili. quæ si opinione teneatur nō perfecte cognoscitur. quarta autem probatur ex diffinitione ipsius comprehendere: quòd scilicet est perfecta cognitio.

95 — 60

a ¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum octauum.* Annota. a 80

IN titulo, ly omnia distribuit pro omnibus rebus rerumque rationibus absolutis, & respectiuis: realibus & rationis non solum quæ sunt quocunque modo, sed quę non implicant contradictionem esse. id est, pro omnib9 simpliciter: ly in Deo intelligit obiectiue: ita quòd in hoc obiecto quod est Deus, videat omnia inclusa in eo quomodolibet.

Coment. ¶ In corpore vna cōclusio responsiua quæsito negatiue. Nullus intellectus creatus videre potest in Deo omnia, sed plura vel pauciora iuxta modum videndi Deum. Probatur. quæcunque videntur in Deo, videntur secundum quod sunt in ipso. ergo videntur vt effectus virtualiter contenti in causa: ergo plura vel pauciora, secundum quod perfectius vel minus perfecte videtur Deus. ergo non omnia nisi Deus totaliter comprehendatur. ergo à nullo intellectu creato videri possunt omnia in Deo, sed plura vel pauciora iuxta modum videndi ipsum.

Antece

Antecedens patet. consequentia prima probatur: quia omnia sunt in Deo vt in causa eminentissima. secunda vero probatur: quia quãto aliqua causa perfectius cognoscitur, tanto plures in ea effectus videtur. Et manifestatur hoc ex differentia intellectuum humanorum circa propositum aliquod principium multarum conclusionum. tertia ex secunda euidẽter sequitur. quarta autem probatur: quia nullus intellectus creatus potest Deum comprehendere.

tur à superioribus à nescientia: vt dicit Dio. 7.c.Cæle.hierar [e]. Ipsi etiam nesciunt futura contingentia & cogitationes cordium. hoc enim solius Dei est [e]. Non ergo quicunque vident Dei essentiam, vident omnia.

a ¶ *Num res sint in Deo sicut in causa tantum, et num ex eo quòd res sunt in Deo sicut in causa, sequatur eas in illo videri vt in causa præcise, vel vt in speculo voluntario.*
521
288
289

CONCLVSIO.

¶ *Cum nullus intellectus creatus videndo Deum illum comprehendat, non potest etiam in ipso videre omnia quæ facit, vel facere potest, sed plura, vel pauciora, secundum quòd perfectius, vel imperfectius eam videt.*

Quæstio. Circa primam cõsequentiam dubium occurrit ex Scoto: & ceteris ponentibus in Deo esse res vt in speculo voluntario. Formatúrque ratio contra literam sic. Res sunt in Deo non solum vt in causa, sed vt in speculo volũtario. ergo
84 sophisma consequentis committitur, inferendo. ergo res in Deo videntur præcise vt in causa. Constat enim quòd ly præcise subintelligitur in litera. Alioquin non inferret intentum, vt patet. Antecedens probatur & autoritate Augus. in lib. de videndo Deum. Deus est speculum voluntariũ & si vult videtur, & si nõ vult nõ videtur. & ratione: quia Deus repræsentat omnia distincte: vt speculum: & non indistincte tantum vt causa. & propterea cum totus literæ processus fundetur super hoc, quòd De⁹ repræsentet non nisi vt causa indistincte, ruere videtur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd intellectus creatus videndo diuinam essentiam non videt in ipsa omnia, quæ facit Deus, vel facere potest. Manifestum est enim quòd sic aliqua videntur in Deo secundum quod sunt in ipso. Omnia autem alia sunt in Deo, sicut effectus sunt virtute in sua causa [e]. Sic igitur videntur omnia in Deo sicut effectus in sua causa. Sed manifestum est, quòd quanto aliqua causa perfectius videtur, tanto plures eius effectus in ipsa videri possunt. Qui enim habet intellectum eleuatum, statim vno principio demonstratiuo proposito ex ipso multarum conclusionũ cognitionem accipit. Quod non conuenit ei, qui debilioris intellectus est, sed oportet quòd ei singula explanentur. Ille igitur intellectus potest in causa cognoscere omnes causæ effectus, & omnes rationes effectuum, qui causam totaliter comprehendit. Nullus autem intellectus creatus totaliter Deum comprehendere potest, vt ostensum est. Nullus igitur intellectus creatus videndo Deum potest cognoscere omnia quæ Deus facit, vel potest facere. Hoc enim esset comprehendere eius virtutem. Sed horum, quæ Deus facit, vel facere potest, tanto aliquis intellectus plura cognoscit, quanto perfectius Deum videt.

¶ Ad euidentiam huius scito ex quæstio. de ver. quæst. 12. artic. sexto, quòd res sunt in Deo proprie vt in causa. Metaphorice autem vt in speculo. Deus enim est vere & proprie causa, non & vere & proprie speculum, sed metaphorice. ¶ Dicitur enim speculum, quia distincte repræsentat: sed non est proprie speculum, quia non repræsentat impressa ab alio, vt speculi ratio habet, propter quam conditionem verbo Dei à patre procedenti speculum appropriatur. Sapien. 7. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula: vtpote patris expressa imago. Constat autem ex Diony. & Augus. theologiam symbolicam non esse argumẽtatiuam. nihil igitur ex hoc metaphorico nomine efficax inferri potest. Ad authoritatem ergo Augu. dicitur quòd est locutio metaphorica: propter illam conditionem: quia scilicet distincte repræsentat. Voluntarium autem dicitur ratione voluntariæ collationis luminis gloriæ: & tanti luminis. Et hoc respectu visionis beatæ, respectu verò nouarum reuelationum, Deus non concurrit obiectiue, sed causaliter: & propterea omnino est voluntarium: & quasi speculum exemplare.

¶ Ad rationem autem in oppositum dicitur, quòd vere peccat secundum fallaciam consequentis: ac si repræsentare distincte vno modo contingat, scilicet sicut in speculo. Vbi scito quòd repræsentare distincte dupliciter contingit.

¶ Vno modo, quòd distinctio se teneat ex parte repræsentantis, vt apparet in speculo, in quo quælibet species repræsentans aliquid, remanet distincta à specie repræsentante aliud in eodem speculo. Alio modo ita quòd distinctio se teneat ex parte repræsentatorum: vt si dicamus, anima intellectiua repræsentat distincte formam corporeitatis, & formam mixti, & animam vegetatiuam, & animam sensitiuam. hæc enim non habent in natura intellectiuæ animæ distincta fundamenta similitudinum illarum ad eam, sed per vnum & idem natura animæ intellectiuæ omnibus respondet: vt similis non minus quàm si singulorum proprium similitudinis fundamentum haberet: ita enim repræsentat proprias conditiones cuiusque: ac si singulorum adæquata esset species. Et ratio est: quia excedere non impedit perfectionem repræsentandi: nihil enim minus species albi repræsentaret ipsum, si cum hoc per idem repræsentaret etiã nigrum. Peccat ergo ratio dupliciter. Primo, quia ex sensu metaphorico arguit. Secundo, quia supponit quòd distincte repræsentare non sit nisi distinctio ex parte repræsentantis; quod iam patet esse falsum: & in proposito falsissimum. Deus enim gloriosus non habet in sua natura effectus suos distincte ex parte sui: sed ex parte effectuum: quia ipse est actus perfectissimus omnia vnitissime præhabens: & ex perfectione tam eminente habet, quòd ita est proprium exemplar huius, & illius, id est, ita propria huius & propria illius habet, ac si singulorum distinctum exemplar esset. Vnde consequentia literæ intelligitur cum ly præcise: vt arguendo dicitur. & optima est: quia in Deo omnia alia à se non sunt nisi indistincte & vnitissime: quod est esse virtualiter in causa. Hæc enim est vere veritas secũdum theologiam & philosophiam. vt in quæstio. 14. S. Tho. dicet. Et bene nota: quoniam sine hoc fundamento semper errabis de Deo: & aliis in eo existentibus aut visis loquens: & in pueriles vulgarésque loquacitates incides.

¶ *Num qui plures effectus primæ causæ videt, perfectius primam causam cognoscat, sicut econuerso.*

Quæstio. Circa probationem secundæ consequentiæ dubium occurrit. Nam Scotus in 3. dist. 14. q. 2. dicit quòd hæc probatio continet fallaciã consequentis, Quoniam dato quòd sit verum quòd in litera dicitur, scilicet quòd cognoscens perfectius causam plures effectus in ea videat, non propterea sequitur esse verum econuerso, scilicet quòd eum, qui plura videt, oporteat causam perfectius videre.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Greg. loquitur quantũ ad sufficientiam obiecti, scilicet Dei, quòd quantum in se est sufficienter continet omnia & demonstrat. Non tamen sequitur quòd vnusquisque vidẽs Deum omnia cognoscat: quia non perfecte comprehendit ipsum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd videns speculum non est necessarium, quòd omnia in speculo videat nisi speculum visu suo comprehendat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet maius sit videre Deum, quàm omnia alia: tamen maius est videre sic Deum, quòd omnia in eo cognoscantur quàm videre sic ipsum: quòd non omnia, sed pauciora vel plura cognoscantur in eo. Iam enim ostensum est [e], quod multitudo cognitorum in Deo, cõsequitur modum videndi ipsum vel magis perfectum vel minus perfectum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd naturale desiderium rationalis creaturæ est ad sciẽdum omnia illa, quæ pertinent ad perfectionem intellectus. & hæc sunt species & genera rerum & rationes earum, quæ in Deo videbit quilibet videns essentiam diuinam. Cognoscere autem alia singularia & cogitata & facta eorum, non est de perfectione intellectus creati: nec ad hoc eius naturale desiderium tendit: nec iterum cognoscere illa, quæ nondum sunt, sed fieri à Deo possunt. Si tamen solus Deus videretur, qui est fons & principium totius esse & veritatis, ita repleret naturale desiderium sciendi, quòd nihil aliud quæreretur: & beatus esset. vnde dicit Augustin. confes. Infelix homo qui scit omnia illa, scilicet creaturas: te autem nescit. Beatus autem qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui vero te & illa nouit, non

Et tamen totus processus fundatur super hac propositione subintellecta: & non super illa expresse posita in litera. Quòd autem ista propositio cõuertens illam sit falsa, probat Scotus ibidẽ tripliciter in communi. Primo. causa inquantum causa nullam perfectionem accipit à causato: quia est prior. ergo cognitio principij, vt est causa non perficitur per cognitionẽ conclusionum.

¶ Præterea. Accipio vnum principium cognitum in aliquo gradu, & quero: vtrum eius cognitione non aucta possit per ipsum cognosci aliqua conclusio, aut non: si sic habetur propositũ: & si vna pari ratiõe possunt aliæ in eo clausæ sciri absque perfectiori notitia principij. si non ergo in hoc gradu cognitum principium, nõ est principium: quia nullius est principium.

¶ Præterea. Primo posteriorum quid est supponitur: & quia est passionis scitur: sed cognitio quid est non perficitur per notitiam posterioris. quia ergo notitia principij non fit perfectior propter hoc quòd facit scire principiatũ.

¶ Durandus quoque & Gottifre. cõtra eandem instãt probationem: pro quãto innititur manifestationi illi de principio & conclusionibus. Tum quia non simile est quo ad contineri: quoniam cõclusiones continentur in principio, in potentia & confuse. in causa autem prima effectus continentur in actu & distincte. Tum quia non est simile quo ad cognosci: quoniam in principio nõ cognoscuntur conclusiones in actu: nisi facta deductione sub sumptione, applicatione &c. in prima autem causa simpliciter effectus videntur.

¶ Ad horum euidentiam scito: quòd videri aliquid potest dupliciter. Vno modo in seipso obiectiue: sicut speculum oppositum visui videtur in seipso. Alio modo in alio obiectiue: sicut res post tergum videntis sitæ, videntur in speculo. Videntur enim non in se sed in sibi similibus speciebus in speculo relucentibus: & sicut est in corporalibus: ita in spiritualibus. In proposito igitur non est sermo de omnium visione in seipsis: sed in alio obiecto, scilicet, nõ tamen vt in speculo: sed vt in causa: vt ex dictis patet. Videri autem aliquid in vel ex causa, intelligimus non qualitercunque se habente visa causa ad effectus visionem. sed si se habeat vt per se sufficiens causa illius. Alioquin non ex vi visionis causæ videretur effectus, sed aliunde. Hoc autem stante declaratur intentum sic. Idem manens idem semper quantum est ex se facit idem. ergo causa cognita in aliquo gradu manẽs eadem omnino tam in esse quàm in cognosci. semper faciet idem. ergo impossibile est quòd vt sic faciat cognosci aliquem effectum: quem à principio cognosci non fecit. ergo non potest plurium effectuum notitiam parere: nisi mutata: sed non in esse. ergo in cognosci. & non in minus vt patet: ergo in magis cognosci: quod est intentum. Vnde patet quòd plura videre in causa & perfectius videre causam: sunt conuertibiliter se consequentia. quoniam & si perfectius causam videt, plura in ea videt: & si plura in ea videt, perfectius ipsam videt. Alioquin plura in eo videre esset effectus sine causa. Si enim perfectior modus videndi causam: huiusmodi causa non est: aliqua alia causæ noua dispositio huius effectus causa erit, nec facile erit fingere illam dispositionem in esse vel in cognosci.

¶ Ex his autem iam patet responsio ad Scotum. In conuertibilibus enim nõ cadit sophisma consequentis: sed vno posito reliquum poni intelligitur.

¶ Ad obiectiones autem quas contra veritatem manifestatam, quæ est vera in causa & effectibus, & in principio: non solum in cognoscendo, sed essendo: & conclusionibus facile respondetur, dicendo: quòd Scotus aut fuit aut simulauit se cæcum. Aliud est enim notitiam conclusionum in aut ex principio: vt causa sufficiente præexigere perfectiorem notitiam principij. Et aliud est facere ipsam perfectiorem. Hæc enim distant plusquàm cælum & terra. In litera docetur primum: & non secundum. Et arguens in prima & tertia ratione impugnat secundum tantum. Vnde breuiter concedatur gratis: quòd nec cognitio principij vt causæ, perficitur per notitiam conclusionis: nec quòd notitia quid est, perficitur per notitiam quia est, quæ est demonstrationis effectus: sed vtrobique cæteris paribus supponitur maior notitia principij. & quicquid est: si ex vi cognitionis ipsorum illa sciuntur modo & prius non.

¶ Ad secundã vero obiectionẽ quæ interrogat: vtraq; pars respõderi potest. Primo dicendo quòd principiũ in aliquo gradu cognitũ vt sic, nullius est principiũ

in cogn

in cognoscendo actu propter imperfectionem cognitionis: & non ex natura illius principij. hoc enim nullum inconueniens est. Secundo dato quòd in quolibet gradu cognitum sit principium alicuius conclusionis etiam in cognoscẽdo, negatur sequela. ergo ipsum non aucta eius cognitione erit principium cognoscendi vnam aliam: & si quæratur: quare est quòd ad aliquam conclusionem sufficiat minima visio principij: & ad aliam nõ, Respondet Sanct. Thom. in quæstionibus de ver. q. octa. arti. 4. ad duodecimum, quòd visa causa, in promptu est vnde aliquas cõclusiones in aut ex ea percipiamus: quia sunt manifestius in ea. nõ sic autem est de omnibus: quia multi sunt latentiores effectus: vt experientia testatur.

propter illa beatior est, sed propter te solum beatus.

ARTICVLVS IX.

63 veri. q. 8. artic. 5.

a ¶ *Vtrum ea, quæ videntur in Deo à videntibus diuinam essentiam, per aliquas similitudines videantur.*

AD NONVM sic proceditur, Videtur quòd ea, quæ videntur, in Deo à vidẽtibus diuinam essentiam, per aliquas similitudines videantur. Omnis enim cognitio est per assimilationem cognoscẽtis ad cognitum: sic enim intellectus in actu fit intellectum in actu & visus in actu visibile in actu, inquãtum eius similitudine informatur, vt pupilla similitudine coloris. Si igitur intellectus videntis Deum per essentiam intelligat in Deo aliquas creaturas, oportet quòd earum similitudinibus informetur.

¶ Præterea, Ea, quæ prius vidimus, memoriter tenemus. Sed Paulus videns in raptu essentiam Dei (vt dicit Aug. duodecimo super Gene.) ad literam postquam desiit essentiam Dei videre, recordatus est multorum, quæ in illo raptu viderat: vnde ipse dicit quòd audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. 2. Corin. 12. Ergo oportet dicere, quòd aliquæ similitudines eorum, quæ recordatus est, in eius intellectu remanserint. Et eadem ratione quando præsentialiter videbat Dei essentiam, eorum, quæ in ipsa videbat aliquas similitudines vel species habebat.

¶ SED CONTRA est quòd per vnam speciem videtur speculum: & ea quæ in speculo apparent. sed omnia sic videntur in Deo sicut in quodam speculo intelligibili. Ergo si ipse Deus non videtur per aliquam

¶ Ad primam autem aliorum obiectionem dicitur, quòd imò est similis continẽtia: quoniam principium demonstrationis inquantum habet vim actiuã respectu conclusionum: continet eas in actu: & consequenter non cõfuse: sed distincte ex parte contẽtorum: in suo tamen ordine. Commune est enim omni causæ actiuæ continere effectus in actu formaliter vel eminenter.

¶ Ad secundam autem dicitur quòd licet multum referat cognosci ex alio: & cognosci in alio, & per discursum & sine discursu &c. Quo ad notitiam tamen pluralitatis effectuum: propter causam notam: ita q. ly propter denotet causam sufficientem: nihil refert. Par enim est iudicium cæteris partibus. Et propterea litera vtriusq; meminit & cognitionis in alio: quasi per totum, & cognitionis ex alio: in manifestatione adducta, de principio demonstratiuo. Posset etiam dici, quòd litera intendit de cognitione in alio tantum: & quòd etiam conclusiones cognosci possunt in principio: & non solum ex principio: vt patet in termino scientiæ: vbi resolutis conclusionibus in principijs videntur omnia. Et quòd si quis in principio viso, plures videre incipit conclusiones, ille proculdubio absq; omni discursu perfectius principium penetrat, & Angelicæ potius quàm humanæ naturæ est: quoniam illius est intelligere: nostrum est ratiocinari. Nec obstat quòd litera nominet cognitionem ex principio, quoniam declaratio est à posteriori. Ex hoc enim quòd experimur, quòd cognoscere ex principio plura prouenit ex maiori cognitione principij: signum habemus, quòd cognoscere plura in causa: non nisi ex maiori causæ cognitione procedit: quia si de quo minus videtur & inest: ergo de quo magis. nõ ergo adductum est principium demonstratiuum, vt simile causæ in cognitionis modo respectu conclusionum &c. sed vt signum à posteriori, quare taceant mordaces.

¶ *Num si omnia in Deo viderentur ab ipsum videntibus propter hoc comprehenderetur.*

Quæstio. Circa tertiam consequentiam dubium ex proprijs ipsius diuinæ cognoscibilitatis occurrit. primo ex Aureolo & Gottifre. directe contra consequentiã sic. Cognoscere omnia in Deo habet latitudinem, ergo non infert comprehendere Deum, quòd stat indiuisibili, consequentia nota. & antecedens probatur. cognoscere omnia in Deo cõtingit dupliciter, & habendo cognitionem infinitam extensiue, & habendo cognitionem infinitam intensiue, quæ sola est comprehensio: quia perfectio cognitionis penes intensionem attenditur per se loquendo: ergo contingit cognoscere omnia in Deo clare & magis clare & infinite clare, quod est comprehendere. habet igitur visio omnium in Deo latitudinem. Et confirmatur, omnia alia à Deo si ponerentur, non adæquarent in essendo, Dei infinitum esse. ergo si omnia ponantur cognosci non adæquant eius cognoscibilitatem. ergo non sequitur comprehensio ex cognitione omnium.

¶ Scotus quoque vbi suprà, dupliciter contra hoc arguit. Primo sic, si a. insunt b. & c. ordine quodã: ita quòd b. sit tota ratio: quare inest c. si videns b. non comprehendit a. ergo multo minus videns c. comprehendit a. Exemplum de subiecto & de duabus passionibus, quarum vna inest mediante alia: si videns primam nõ comprehendit subiectum, ergo nec videns secundam. Sed Deo inest infinitas intensiua: & in eo sunt omnia: & infinitas intensiua est ratio quare in eo sunt omnia. & ad videre infinitatem intensiuam, non sequitur comprehensio Dei: vt patet. ergo nec ad videre omnia in Deo sequitur Dei comprehensio.

¶ Secundo sic. Cognoscens vnum effectum in verbo non comprehendit illum effectum: nec verbum vt est illius causa, ergo quotcunque effectus cognoscat, nõ comprehendet vllum eorum nec verbum vt est causa alicuius eorum. ergo cognoscens omnes non comprehendit nec eos nec Deum.

¶ Ad euidentiam horum scito, quòd videre omnia est non solum videre quot, sed quantum potest diuina virtus: quoniam ibi est non solum extensio secũdum numerum, sed intensio secundum perfectionem: quoniam Deus non solum potest quocunq; facto facere aliud, sed quocunq; facto potest semper facere perfectius. vnde, quamuis impossibile sit omnia fieri, siue in esse, siue in cognosci: hæc tamen conditionalis est vera, quòd si fierent, fieret adæquatus effectus diuinæ potentiæ: & similiter si cognosceretur, cognosceretur adæquatus effectus eiusdẽ. Constat autem quòd cognito adæquato effectu alicuius virtutis ipsam virtutem comprehendere facile est. Quòd si sic accidit ex cognitione omnium in se, multo magis cognitio omnium in causa præsupponit comprehensionem ipsius causæ. Quoniam tanta præsupponitur cognitio quanta est vis causandi: alioquin ex causæ notitia, effectus adæquatus, id est, vniuersalitas possibilium nesciretur.

¶ His autem prælibatis. Ad primum negatur antecedens. Probatio autem assumit aut supponit vnum falsum, quòd possit in Deo sciri quot, absque eo quòd sciatur quantum potest. hoc enim monstratum est esse falsum. Videre igitur omnia in Deo & Deum infinite, mutuo se consequuntur.

¶ Ad confirmationem potest dici dupliciter. Primo negando consequentiam vltimam: quia licet ex cognitione omnium non sequatur comprehensio, sequitur tamen ex cognitioe omnium in Deo, seu causa. Et de hac est sermo non de illa. Videtur quoque mihi quòd possit dici secundo, quòd omnia adæquare diuinum esse aut cognosci, potest dupliciter intelligi. vno modo quòd æqualis sit entitas aut cognoscibilitas Dei & illorum. Et hoc modo non adæquarent. Alio modo quòd cognoscibilitas Dei seu diuinæ virtutis, vt sic, non esset maioris cognoscibilitatis quàm eius quam repræsentarent omnia: sicut dicimus quòd intelligere est effectus adæquatus animæ intellectiuæ, & tamen nõ est æqualis entitatis nec cognoscibilitatis primo modo, sed secundo: & hoc modo omnia adæquarent diuinum esse, & diuinam cognoscibilitatem. Verum vt dictũ est cõtradictionem implicat omnia fieri siue in esse siue in cognosci: semper enim quocunq; facto potest aliud atque perfectius facere: & quocunque reuelato potest aliud reuelare: inexhaubilis quippe est diuina virtus.

¶ Ad primum Scoti dicitur quòd maior est vera seruato eodem modo essendi in, nõ autem variato. In his enim quæ formaliter alicui insunt ordine quodã &c. propositio illa est vera. & propterea tenet in exemplo adducto. In his autem, quorum primum inest formaliter & secũdum causaliter vera non est. Quoniam sicut à priori visio causæ infert visionem formaliter existentium in ea, non autem omnium contentorũ virtualiter in illa: quoniam illa manifeste in ea apparent, hæc autem latent in virtute: ita econuerso, visio omnium virtualiter contentorum in causa, infert à posteriori comprehensionem causæ: visio autem formaliter inexistentium infert visionem tantum ipsius causæ: quia illa sunt de ordine latentium. ista verò manifestorum in causa. Et propterea quando b. inest formaliter a. causæ: & c. inest virtualiter, stat quòd visio bene inferat comprehensionem a. & tamen visio c. inferet illam. Sic autem est in proposito: quoniam infinitas intensiua est in Deo formaliter. omnia autẽ sunt in eo non formaliter, sed virtualiter. Et consequenter illa patet viso Deo: & econtra. Ista autem quia latenter insunt: iuxta modum visionis Dei videntur. Et propterea visio istorum omnium in causa, vtpote de ordine occultorũ præsupponit comprehensionem eius: non autem visio finitatis. Variato igitur modo essendi in, falsa est illa maior, hic autem constat variari: ergo.

¶ Ad secundum eiusdem dicitur, quòd comprehendere aliquem effectum potest intelligi dupliciter. Vno modo quòd cognoscatur ipsum secundum omnia etiã possibilia per potentiam in eo existentem. Alio modo quòd cognoscatur ipsum secundum omnia etiam possibilia quomodolibet: siue per potentiam in se siue in alio. Si primo modo sumitur comprehendere, nego quòd videns lapidem in verbo non comprehendat ipsum. Dico enim quòd anima Christi videt in verbo omnem creaturam, & quicquid est in potentia eius. Et consequenter comprehendit omne creatum primo modo. Et eadem ratione comprehẽdit verbum vt est illius vt sic causa. Cuius signum est, quòd ad comprehendendum hoc non exigitur quòd perfectius videat verbum: nec hoc est comprehendere Deum nisi secundum quid, quod non inconuenit. Si autem sumatur comprehendere secundo modo: sic negatur vltima consequentia: quoniam aliquis, & aliqui effectus quodcunq; non sunt adæquatum obiectum diuinæ potentiæ. omne autem possibile est eius obiectum adæquatum, & effectus adæquatus. Et propterea non est idem iudiciũ de vno aut aliquibus & omnibus: sicut nec de inadæquato effectu. Peccat ergo argumentum ab inæquali ad æquale arguens. Cognoscere enim inæqualem effectum in causa: quamuis non præexigat comprehensionem illius, cognoscere tamen æqualem præexigit. Multa alia argumenta in hac materia habes in Capreolo in tertio distinctio. decimaquarta quæstione secunda. Et in quarto distinctio. quadragesimanona quęstio. sexta. vide ibi: hęc enim loco huic opportuna visa sunt.

a ¶ *Super Quæstionis duodecimæ Articulum nonum.*

Titulus clarus est. intendit enim per aliquas similitudines & species intelligibiles præter ipsam diuinam essentiam. Annota.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue. Videntes Deum non vident in eo alia per species eorum, sed per ipsam diuinam essentiam intellectui eorum vnitam. Coment. Probatur vnumquodque sic cognoscitur, secundum quod similitudo eius est in cognoscente. ergo dupliciter contingit aliquid cognosci, scilicet per similitudinem sui, & per similitudinem similis. ergo in se & in alio: ergo alia videri in Deo est videri non per proprias similitudines, sed secundum similitudines suas in Deo: ergo visa in Deo non per species, sed per solam essentiam diuinam intellectui vnitam videntur. Prima consequentia probatur ex eo, quòd quæcunque vni & eidem sunt similia, sibi etiam inuicem sunt similia. Ex hoc enim manifeste sequitur alterum membrum, quod poterat verti in dubium. Secunda verò consequentia probatur per locum à conuertibilibus: cognosci nanque per sui speciem est in seipso vt obiecto cognosci, & econuerso. & similiter cognosci per alterius speciem est in alio obiecto cognosci. tertia autem probatione non eget. Constat nanque quòd res videri in Deo est videri in alio, cui res assimilantur, & pro tanto dicuntur habere suas similitudines in Deo sicut quilibet effectus habet aliquid in causa cui assimilatur. Vltima autem consequentia quò ad secundam partem tenet ex antè determinatis, quòd essentia diuina non per speciem sed per seipsam iungitur intellectui. Et propterea cum in litera ex vi præsentis discursus debuisset concludi. ergo visa in Deo non per proprias species sed per speciem Dei videntur. Illatum tamen est per ipsam essentiam diuinam intellectui vnitam videntur. Tenet nanque ipsa non solum locum obiecti in quo alia videntur, sed supplet etiam vices speciei qua intellectus assimilatur obiecto. Circa hæc Capreolus in tertio distinctione decimaquarta, quæstione secunda. & in quarto distinctione quadragesimanona quæstione sexta, quędam recitat argumenta ex quodam Hibernico & Aureolo omissione digna hoc in loco: aut quia etiam ex litera pueri scirent soluere: aut quia quærunt distinctionem cognitionis matutinæ à vespertina: de quibus vt sic inferius erit tractandum.

Titulus

a ¶ *Super Quaestionis duodecimae Articulum decimum.*

Cōment. Titulus clarus ex dictis.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quaesito affirmatiue. Omnia quae videntur in verbo non successiue, sed simul videntur. Probatur. omnia visa in verbo videntur non per proprias species, sed per solam essentiam diuinam. ergo simul. Antecedēs ex praecedente articulo patet; consequentia probatur. Ratio quare non possumus simul multa intelligere est pluralitas specierum: ergo vbi non est pluralitas specierum: nihil phibet multa simul intelligere. Assumptum probatur dupliciter, scilicet ratione & experiētia. Ratione quidem sic, intellectus non potest simul pluribus speciebus ad intelligendum, id est, in actu completo informari, vt patet à simili in corpore respectu figurarum. ergo pluralitas specierū impedit simul multa intelligere. Experientia autem, quoniam experimur quod intelligere multas partes alicuius totius per proprias species nō possumus simul: & tamen easdē per speciem totius simul intelligimus in toto. Cum vnitate ergo speciei stat multa intelligere simul: non autem cum pluralitate.

Annota. ¶ Aduerte hic primo q̃ sunt multa dubia. An scilicet, de omnibus speciebus sit verum quòd pluralitas impediat. An tantum de his quae sunt eiusdem ordinis. Et rursus; an de quacunque pluralitate specierum sit sermo. An de aliqua, quae scilicet nō ordinetur ad vnum &c. Verum quia haec ex proposito in tractatu de Angelis exquirentur: ideo differantur.

Annota. ¶ Aduerte secūdo, quòd ex hac ratione non habetur quòd oporteat omnia per vnam speciem repraesentata simul intelligi. Sed habetur quòd possibile est secundum naturam intellectus ex quo nullum adest impedimentum. Et quia in visione verbi omne bonū possibile poni de facto debet: quoniam beatitudo est status omniū bonorū aggregatione perfectus. Et in bonis melior est actus potētia: vt dicitur nono Meta. ideo in litera declarata possibilitate conclusum est, quòd de facto omnia simul videntur.

similitudinem sed per suam essentiam: nec ea quę in ipso videntur per aliquas similitudines siue species videntur.

CONCLVSIO.

¶ *Deum videntes non alia vident in eo per species eorum, sed per ipsam essentiam diuinam, eorum intellectui vnitam.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd videntes Deum per suam essentiam ea quę in ipsa essentia Dei vident, non vident per aliquas species, sed per ipsam essentiam diuinā intellectui eorum vnitam [c]. Sic enim cognoscitur vnumquodque secundum quòd similitudo eius est in cognoscente. Sed hoc contingit dupliciter. Cum enim quaecunque vni & eidem sunt similia, sibiinuicem sint similia: virtus cognoscitiua dupliciter assimilari potest alicui cognoscibili [c]. Vno modo secundum se, quando directe eius similitudine informatur. Et tunc cognoscitur illud secūdum se. Alio modo secūdum quòd informatur specie alicuius: quod est ei simile. Et tunc non dicitur res cognosci in seipsa, sed in suo simili. Alia enim est cognitio, qua cognoscitur aliquis homo in seipso, & alia qua cognoscitur in sua imagine [c]. Sic ergo cognoscere res per earum similitudines in cognoscente existentes, est cognoscere eas in seipsis seu in propriis naturis, sed cognoscere eas prout earum similitudines praeexistunt in Deo, est videre eas in Deo. Et hae duae cognitiones differunt. Vnde secundum illam cognitionem, qua res cognoscuntur à videntibus Deum per essentiam, in ipso Deo non videntur per aliquas similitudines alias, sed per solam essentiam diuinam intellectui praesentem: per quam & Deus videtur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus creatus videntis Deum assimilatur rebus quę videntur in Deo: inquantum vnitur essentię diuinę: in qua rerum omnium similitudines praeexistunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquae potentiae cognoscitiuę sunt, quae ex speciebus primo conceptis alias formare possunt. Sicut imaginatio ex pręconceptis speciebus montis & auri: format speciem montis aurei: & intellectus ex praeconceptis speciebus generis, & differentię format rationem speciei. & similiter ex similitudine imaginis formare possumus in nobis similitudinem eius, cuius est imago. Et sic Paulus vel quicunque alius videns Deum, ex ipsa visione essentiae diuinę potest formare in se similitudines rerum, quae in essentia diuina videntur. Quae remanserunt in Paulo etiam postquam desiit Dei essentiam videre. Ista tamē visio, qua videntur res per huiusmodi species sic conceptas, est alia à visione, qua videntur res in Deo.

¶ *Num anima simul vel successiue omnia videat in verbo.*

Contra cōclusionem huius literae Scotus in tertia distinctio. decimaquarta quaestione secunda, tenens quòd anima Christi non omnia simul in verbo, sed successiue ad quodcunque se voluerit conuerti, videat. Arguit dupliciter. Primo sic. Experimur quòd attentio circa plura obiecta simul est minus perfecta. ergo impossibile videtur potentiam finitam perfecta attentione videre infinita simul. Secundo sic, si actualiter videret infinita: ergo perfectio illius animae in infinitum excederet perfectionem alterius animae, quòd videtur inconueniens.

¶ Ad haec breuiter supponendo quòd anima Christi videat in verbo infinita, vt etiam argumenta supponunt: & est verum. Facile respondetur quòd attentio circa plura vt plura intelligibilia est minus perfecta simul: sed non circa plura vt vnum intellectum. Quaecunque autem vnica specie intelliguntur, vt vnum intelligibile obiiciuntur. Vna enim species vnum intelligibile per se est: nec est multa nisi vt vnum sunt. Et propterea videre siue plura, siue infinita in vno non minuit attentionem circa singula in illo: quoniam non ponunt in numerum, nec inter se: nec cum illo vt visa in eo. Ex hoc bene nota. Vnde vana est ista alia causa ficta à Scoto ad impediendum multa simul intelligere. Diminutio siquidem attentionis ex diuersitate specierum causatur. cum vnitate enim speciei stat perfectissima attentio.

¶ Ad secundum verò & potest negari consequentia. videre enim finita aut infinita in Deo non specificat aut per se modificat: seu quantificat visionem Dei. Sed eius causa, scilicet perfectius vel imperfectius videre Deum. Nec valet. videt adeò perfecte vt videat infinita. ergo videt infinite: quoniā visis infinitis vnius ordinis, restant infinita alterius ordinis: & visis illis restant alia. Et vt patuit nunquam omnia videri possunt. Et potest negari destructio consequentis. Anima quippe Christi vt alibi videndum est excedit in infinitū omnes alias animas & Angelos: nō sicut infinitum excedit finitum: quia etiam anima Christi finitum habet gloriae lumē, sed sicut res superioris ordinis excedit omnia inferioris ordinis: quia scilicet si in infinitū inferiora crescerent: nunquam adaequarent rem superioris ordinis: vt patet inductiue. Christus enim est caput super omnem ecclesiā triumphantem &c.

ARTICVLVS X.

a ¶ *Vtrum videntes Deum per essentiam, simul videant omnia, quae in ipso vident.*

AD DECIMVM sic proceditur, Videtur, quòd vidētes Deum per essentiam nō simul videant omnia, quę in ipso vident. Quia secundum Philosophū contingit multa scire, intelligere verò vnum. Sed ea, quę videntur in Deo intelliguntur. Intellectu enim videtur Deus. Ergo non contingit à videntibus Deum simul multa videri in Deo.

¶ Praeterea, Augu. dicit octauo super Gen. ad literam, quòd Deus mouet creaturam spiritualem per tempus, hoc est per intelligētiam & affectionem. Sed creatura spiritualis est Angelus qui Deū videt. Ergo videntes Deum successiue intelligunt & afficiuntur. tempus enim successionem importat.

¶ SED CONTRA est, quod Augu. dicit vlti. de trini. Non erunt volubiles nostrae cogitationes ab aliis in alia euntes atque redeuntes: sed omnem scientiam nostram vno simul conspectu videbimus.

CONCLVSIO.

¶ *Quaecunque videntur in verbo, non successiue, sed simul videri necesse est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ea, quę videntur in verbo, non successiue, sed simul videntur. Ad cuius euidentiā considerandum est, q̃ ideo nos simul nō possumus multa intelligere: quia multa per diuersas species intelligimus. diuersis autem speciebus nō potest intellectus vnius simul actu informari ad intelligēdum per eas [c]: sicut nec vnū corpus potest simul diuersis figuris figurari. Vnde cōtingit quòd quando aliqua multa vna specie intelligi possunt simul intelliguntur [c]. Sicut diuersae partes alicuius totius, si singulę propriis speciebus intelligantur, successiue intelliguntur, & nō simul. Si autem omnes intelligantur vna specie totius simul intelligentur. Ostensum est autem quòd ea quę videntur in Deo, non videntur singula per suas similitudines, sed omnia per vnam essentiam Dei [c]. Vnde simul & non successiue videntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, q̃ sic vnū tm̃ intelligimus, inquātū vna specie intelligimus. Sed multa vna specie intellecta, simul intelliguntur. Sicut in specie hominis intelligimus animal & rationale: & in specie domus parietē & tectū. ¶ Ad secundū dicendū, q̃ Angeli quantum ad cognitionē naturalē, qua cognoscunt res per species diuersas eis inditas nō simul omnia cognoscunt. Et sic mouentur secundū intelligentiam per tempus, sed secūdum quòd vidēt res in Deo simul eas vident.

¶ *Num valeat similitudo illa: sicut impossibile est corpus simul pluribus figuris figurari, ita intellectum pluribus simul speciebus ad intelligendum informari.*

Circa illam similitudinem in litera positam scilicet: sicut corpus nō potest simul formari diuersis figuris &c. Dubiū occurrit: Scotus nanque in primo. distin. 3. q. prima tertiae partis illius distinctionis. in responsione ad tertium argumentū, reprehendens Algazelem autorem huius similitudinis dicit q̃ nihil valet propter duo. Primo quia hic tollitur id quod ibi est ratio impossibilitatis. probatur: quia rationes oppositorum non sunt oppositae in intellectu: vt patet nono metaphysicae. Secundo quia species intelligibiles non sunt figurae: sed formae simplices secundum commentatorem sexto metaphysicae.

¶ Ad haec breuiter dicitur, cum Sanctus Thom. in prima secundae quaest. 54. artic. 1. Ad vltimum. quòd ratio similitudinis cōsistit in hoc, quod est terminare. sicut enim figura est terminatio corporis, sic species intelligibilis nō in habitu, sed in actu est terminatio intellectus, vt ex supradictis patet. Et propterea sicut impossibile est pluribus terminis idem corpus simul terminari, ita intellectum pluribus speciebus in actu. Vnde ad obiectionem primam dicitur, quòd peccat secundum non causam vt causam. non enim causa impossibilitatis figurarum est oppositio proprie dicta: cum inter figuras non sit contrarietas: nec in re, nec in intellectu. Et ideo illud ex nono metaphysic. non est ad propositum.

¶ Ad secundam autem dicitur, quod species intelligibiles in actu non sunt vt figurae quo ad multa: puta extensionem, limitationem &c. sunt tamen vt figurae quo ad hanc conditionem, scilicet terminare id, cuius sunt: & hoc stat cum simplicitate formae: imò ex sua simplicitate habent, quòd termini sint in tam excellenti esse, quale est esse intellectiuum.

ARTICVLVS XI.

a ¶ *Vtrum aliquis in hac vita possit videre Deum per essentiam.*

AD VNDECIMVM sic proceditur, Videtur, quòd aliquis in hac vita possit Deum per essentiam videre. Dicit enim Iacob Gene. 32. Vidi Deū facie ad faciem. Sed videre facie ad faciem, est videre per essentiam, vt patet per illud quod dicitur 1. Corin. 13. Videmus nunc per speculum & in aenigmate: tunc autem facie ad faciem. Ergo Deus in hac vita per essentiam videri potest.

¶ Praeterea, Numeri duodecimo dicit Dominus de Moyse, Ore ad os loquor ei. Sed qui ore ad os loquitur Deo palam, & non per ęnigmata & figuras videt Deum. Sed hoc videre est, Deum per essentiam videre. Ergo aliquis in statu huius vitae potest Deum per essentiam videre.

¶ Praeterea, Illud, in quo alia omnia cognoscimus & per quod de aliis iudicamus est nobis secundum se notum. Sed omnia etiam nunc in Deo cognoscimus. Dicit enim Augustin. duodecimo confes. Si ambo videmus verum esse quod dicis: & ambo videmus verum esse quod dico, vbi quaeso illud videmus? Nec ego in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa, quae suprà mentes nostras est incommutabili veritate. Idem etiam in libro de vera religione dicit, quòd secundum veritatem diuinam de omnibus iudicamus. Et duodecimo de tri. dicit, quòd rationis est iudicare de istis corporalibus secundum rationes incorporales & sempiternas [c]. Quae nisi suprà mentem essent, incommutabiles profecto non essent. Ergo & in hac vita ipsum Deum videmus.

¶ Praeterea, Secundum Augusti. duodecimo super Genes. ad literam, Visione intellectuali videntur ea, quae sunt in anima per suam essentiam. Sed visio intellectualis est de rebus intelligibilibus, non per aliquas similitudines sed per suas essentias, vt ipse ibidem dicit. Ergo, cum Deus sit per essentiam suam in anima nostra, per essentiam suam videtur à nobis.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Exod. 32. Non videbit me homo & viuet, glo. Quandiu hic mortaliter viuitur, videri per quasdā imagines Deus potest, sed per ipsam naturę suae speciem non potest.

CONCLVSIO.

¶ *Non potest Deus ab homine puro in hac mortali vita per essentiam videri.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ab homine puro Deus videri per essentiam non potest, nisi ab hac vita mortali separetur. Cuius ratio est: quia, sicut suprà dictum est, modus cognitionis sequitur modum naturae rei cognoscentis [c]. Anima autem nostra quandiu in hac vita viuimus, habet esse in materia corporali. vnde naturaliter non cognoscit aliqua nisi quae habent formam in materia [c]: vel quę per huiusmodi cognosci possunt. Manifestum est autem quòd per naturas rerum materialium diuina essentia cognosci non potest. Ostensum est enim suprà [c], quòd cognitio Dei per quancunque similitudinem creatam non est visio essentiae ipsius. Vnde impossibile est animae hominis secundum hanc vitam viuentis essentiam Dei videre. Et huius signum est, quòd anima nostra quanto magis à corporalibus abstrahitur, tanto intelligibilium abstractorum fit capacior [c]. Vnde in somniis & alienationibus à sensibus corporis magis diuinae reuelationes percipiuntur, & praeuisiones futurorum. Quòd ergo anima eleuetur vsque ad supremum intelligibilium, quod est essentia diuina, esse non potest quandiu hac mortali vita vtitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Dionysium quarto capite caelesti. hierar. sic in scripturis dicitur aliquis Deum vidisse inquantum formatae sunt aliquae figurae, vel sensibiles, vel imaginariae secundum aliquam similitudinem aliquod diuinum repraesentantes. Quod ergo dicit Iacob, Vidi Deum facie ad faciem: referendum est non ad ipsam diuinam essentiam, sed ad figuram, in qua repraesentabatur Deus. Et hoc ipsum ad quandam prophetię eminentiam pertinet, vt videatur persona Dei loquentis, vel loquens Deus, licet imaginaria visione, vt infrà patebit [c], cum de gradibus prophetiae loquemur. Vel hoc dicit Iacob ad designandam quandam eminentiam intelligibilem contemplationis supra communem statum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Deus miraculose aliquid supernaturaliter in rebus corporeis operatur, ita etiam & supernaturaliter & pręter communem ordinem mentes aliquorum in hac carne viuentium, sed non sensibus carnis vtentium, vsque ad visionem suae essentię eleuauit, vt dicit Augustinus duodecimo super Gene. ad literam. & in libro de videndo Deum, de Moyse, qui fuit magister Iudęorum, & Paulo, qui fuit magister Gentiū. Et de hoc plenius tractabitur, cum de rapta eius agemus [c].

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnia dicimur in Deo videre, & secundum ipsum de omnibus iudicare, inquantum per participationem sui luminis omnia cognoscimus & diiudicamus. Nam & ipsum lumen naturale rationis participatio quędam est diuini luminis [c], sicut etiam omnia sensibilia dicimus videre & iudicare in Sole, id est, per lumen solis. Vnde dicit Augustinus primo soliloquiorum, Disciplinarum spectamina videri non possunt: nisi aliquo velut suo sole illustrentur, videlicet Deo. Sicut ergo ad videndum aliquid sensibiliter non est necesse quòd videatur substantia solis, ita ad videndum aliquid intelligibiliter non est necessarium quòd videatur essentia Dei.

¶ Ad quartum dicendum, quòd visio intellectualis est eorum, quae sunt in anima per suam essentiam, sicut intelligibilia in intellectu. Sic autem Deus est in anima beatorum, non autem in anima nostra, sed per praesentiam, essentiam, & potentiam [c].

ARTICVLVS XII.

a ¶ *Vtrum per rationem naturalem Deum in hac vita cognoscere possimus.*

AD DVODECIMVM sic proceditur, Videtur, quòd per naturalem rationem Deum in hac vita cognoscere non possimus. Dicit enim Boë. in lib. de conso. quòd ratio non capit simplicem formam.: Deus autem maxime est simplex forma, vt suprà ostensum est [c]. Ergo ad eius co-

Cōment. ¶ In corpore vna conclusio responsiua quaesito negatiue. Deus non potest videri per essentiam ab homine puro in hac vita mortali. Vbi nota duos terminos, ly puro, propter Christum qui simul erat viator & comprehensor: ly mortali, propter statum hominum post resurrectionem: in quo corpus non impediet visionem Dei per essentiam. Probatur autem conclusio dupliciter. Primo à priori. modus cognitionis sequitur modum naturae cognoscentis. ergo modum essendi animae nostrae, quo est in corpore mortali: sequitur cognoscere formas in materia, aut per eas. ergo non potest in statu tali videre Deum per essentiam. Antecedens cum prima consequentia patet: quia hoc cognoscere quidam modus cognoscendi est, praecipue respectu superiorum. Secunda autem probatur: quia per nullam speciem aut naturam creatam potest videri Deus. Secundò probatur à signo: quanto magis anima nostra à corporalibus abstrahitur, tanto intelligibilium abstractorum fit capacior. ergo eleuatio ad supremum intelligibilium quod est diuina essentia, exigit separationē ab hac vita mortali. Antecedens manifestatur: quia in somniis & alienationibus à sensibus corporis, magis diuinę reuelationes percipiuntur & pręuisiones futurorum.

¶ *Num in somniis & alienationibus à sensibus corporis diuinae reuelationes magis fiant.*

Contra signum allatum in litera inuehit Scotus in quarto, distinctio. quadragesimaquinta. quaestio. secūda, contra somnium dupliciter. Primo: quia tunc quanto somnus esset profundior, tāto magis talia viderentur. hoc est falsum. ergo. consequentia probatur: quia tunc est maior abstractio à sensibus. Secundo: quia maius miraculum videtur, quòd in somno reuelatur veritas quàm in vigilia, intellectu non nimis circa sensibilia intento: quoniam naturale est in vigilia habere vsum rationis, non autem in somno. Cōtra alienationes verò inuehit, quia hoc fundamentum videtur sumptum ex fictionibus Mahumeti, qui dicitur epilepticus fuisse: & ad operiendam miseriam suam dicebat oportere se cadere Angelo loquente sibi &c. Inde Auicen. reueritus legem suam in metaphysica, docuit haec de alienationibus.

¶ Ad euidētiam horum scito primo ex Sancto Thoma in quaestione de ve. quaestio. duodecima, articulo nono. & secunda secundae quęstio. 171. articul. primo. Ad cognitionem duo concurrere, scilicet receptionem & iudicium. Quo ad receptionem cognoscibilium abstractio à sensibus confert: quo ad iudicium verò non, quoniam impressiones subtiles superiorum, quiescentes melius percipimus, sed iudicare perfectè nequimus nisi facta resolutione, an consonent sensibilibus, vt dicitur tertio caeli, & sexto ethicorum. Vnde litera semper vtitur nominibus pertinentibus ad receptionem, scilicet capacem esse & percipere. Scito secundo: quòd cum sermones intelligendi sint infra genus, de quo est sermo: & hic sic sermo de nostro intellectu: & consequenter de fantasia in actu, quia oportet intelligentem fantasmata speculari: manifeste sequitur vt hic non sit sermo de quali, aut quantacunque abstractione à corporalibus, sed infrà latitudinem intellectus in actu. Et ex his omnia soluuntur: quoniam patet quòd prima sequela nihil valet: quia somnus profundus abstrahit extra latitudinem intellectus in actu. Et similiter, licet sit maius miraculum iudicium veritatis in somno, non tamen receptio. Et simile est in omnibus alienationibus iudicium, vndecunque veniant: si enim infra latitudinem intellectus in actu abstrahunt, quanto magis fantasia circa spiritualia occupatur ministrādo intellectui tanto intellectus intelligibilium superiorum est capacior: vtpote vicinior & minus turbata. Et inde prouenit, quòd melancholicorū alij omnino expertes sunt superiorum: quia scilicet adeò turbatam habent fantasiam vt intellectus in actu haberi nequeat: sicut in pueris ex humido accidit. Alij superiorum multa loquūtur, & praedicunt vera, alij pauca, secundum quod plus aut minus impediuntur interiores vires. Et secundum quod melius habent disposita fantasmata, & secundum altiora fantasmata in his quàm in illis &c. Nec sunt haec ex lege Mahumeti, vt hic dicere non est veritus, sed ex philosophia naturali, ex experientia, ex sacra scriptura, ex sacris doctoribus. Et de philosophia & experientia dictum est: quamuis non desint philosophorum autoritates in de somno & vigilia. Sacra autem scriptura plena est visionibus in somnus: imò Numeri duodecimo Deus locuturum se prophetis in somniis promittit. Et Ioēlis secundo dicitur: inter effectus spiritussancti, somnia somniabunt &c. Augusti. quoque duodecimo super Genesin ad literam inquit: animae humanae secundum quòd à sensibus abstrahitur cōuenit futura praeuidere. Greg. quoque in quarto dial. hoc idem docet: imò dicit hoc conuenire animae, vel ex naturae subtilitate, aut reuelatione superiorum. Taceat ergo praesumptuosa haec vox: Christianissima doctrina haec est, & philosophica simul.

a ¶ *Super Quaestionis duodecimae Articulum duodecimum.*

IN titulo cognoscere non dicit videre, vt superius, sed cognoscere, id est, intelligere: quomodocunque id contingat. Per rationem naturalem, id est, naturali lumine acquisibilem.

¶ In corpore

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue: cum corrolario. Conclusio est. Possumus in hac vita per rationem naturalem cognoscere Deum secundum quòd est prima omnium causa excellentissima. Probatur. naturalis nostra cognitio oritur à sensu, ergo tantum extenditur quantum sensibilia manuducunt: ergo extenditur non ad visionem Dei, sed ad cognitionem eius secundũ quòd prima omnium causa excellẽtissima. Antecedens cum prima cõsequentia patet. secunda verò quo ad primã partem probatur. sensibilia non sunt adequatus effectus diuinæ virtutis: ergo ex eis nõ potest tota virtus diuina cognosci: ergo nec essentia eius videri. Quo ad secũdam verò partem probatur, sensibilia sunt effectus dependentes à Deo, scilicet vt prima causa. ergo ex eis potest Deus vt prima causa cognosci. Corollarium est: tria cognoscimus ex sensibilibus de Deo. causalia, negatiua, & supereminentia. Ad causalitatem quidem pertinentia sunt secundum triplex genus causæ: non solum prædicata causalitatem importantia: puta exẽplar, factiuum, finis &c. sed prædicata absoluta, quæ ex causalitate à posteriori inferuntur, vt esse, viuere, nosse. &c. Et ad hæc reducuntur omnia relatiua ad creaturas. Negatiua autẽ, quæ ex conditionib⁹ antedictis consequuntur; vt quòd incorporeus, quòd infinitus, quòd immutabilis. Ad superuenientiam autem spectantia ex eisdem consequuntur; vt quòd est super omne esse; & intelligibile: & intellectum. hæc enim omnia ex necessitate cõsequuntur ex habitudine inter Deum & sensibilia. Reliqua autẽ obscura sunt naturaliter nobis in hac vita.

e 422

83

a ¶*Super Quæstionis duodecimæ Articulum decimumtertium.*

Cõment. Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiue. perfectior cognitio de Deo habetur per gratiam à nobis quàm per rationem naturæ. Probatur. Humana cognitio per gratiam iuuatur, & quo ad lumen intellectuale: & quo ad fantasmata. ergo perfectior est cognitio. Consequẽtia probatur: quia cognitio nostra ex his duobus consurgit. Antecedens verò probatur, quia per gratiam interdum formantur fantasmata melius exprimentia diuina, interdum res sensibiles, interdum voces: ergo. Exemplum primi in visionibus Prophetarum.

67 q. 32. arti. 1. Et 1. distinc. 3. q. 1. artic. 4. Et veri. q. 10. arti. vlti. Et Boë. tri. q. 1. artic. 4.

gnitionem ratio naturalis peruenire non potest.

¶Præterea, Ratione naturali sine fantasmate nihil intelligit anima, vt dicitur in tertio de anima. Sed Dei, cum sit incorporeus, fantasma in nobis esse non potest. Ergo cognosci non potest à nobis cognitione naturali.

¶Præterea, Cognitio, quæ est per rationem naturalem, communis est bonis & malis, sicut natura eis communis est: sed cognitio Dei competit tantum bonis. Dicit enim Augusti. primo de trini. quòd mentis humanæ acies in tam excellenti luce non figitur: nisi per iustitiam fidei emundetur. Ergo Deus per rationem naturalem cognosci non potest.

¶SED CONTRA est quòd dicitur Roman. 1. Quod notum est Dei, manifestum est in illis, id est, quod cognoscibile est de Deo per rationem naturalem.

CONCLVSIO.

¶*Possumus Deum in hac vita naturali lumine cognoscere secundum quòd omnium prima & eminentissima causa est, non autem secundum quòd in se est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd naturalis nostra cognitio à sensu principium sumit. Vnde tantum se nostra naturalis cognitio extendere potest, inquantum manuduci potest per sensibilia. Ex sensibilibus autem non potest vsque ad hoc intellectus noster pertingere, quòd diuinam essentiam videat: quia creaturæ sensibiles sunt effectus Dei virtutem causæ non adæquantes. Vnde ex sensibilium cognitione non potest tota Dei virtus cognosci: & per consequens nec eius essentia videri. Sed quia sunt eius effectus à causa dependentes ex eis in hoc perduci possumus, vt cognoscamus de Deo an est: & vt cognoscamus de ipso ea, quæ necesse est ei conuenire: secũdum quod est prima omnium causa excedens omnia sua causata [e]. Vnde cognoscimus de ipso habitudinem ipsius ad creaturas: quòd scilicet omnium est causa. & differentiam creaturarum ab ipso: quod scilicet ipse non est aliquid eorum, quæ ab eo causantur: & quòd hæc non remouentur ab eo propter eius defectum, sed quia superexcedit [e].

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd ratio ad formam simplicem pertingere non potest, vt sciat de ea quid est, potest tamen de ea cognoscere, vt sciat an est.

¶Ad secundum dicendum, quòd Deus naturali cognitione cognoscitur per fantasmata effectus sui.

¶Ad tertium dicendum, quòd cognitio Dei per essentiam, cum sit per gratiam non competit nisi bonis. sed cognitio, quæ est per rationem naturalem potest competere bonis & malis. Vnde dicit Augusti. in lib. retractationum. Non approbo quod in oratione dixi, Deus, qui non nisi mundos verum scire voluiiti. responderi enim potest multos etiam non mundos multa scire vera, scilicet per rationem naturalem.

ARTICVLVS XIII.

a ¶*Vtrum per gratiã habeatur altior cognitio Dei quàm ea, quæ habetur per rationem naturalem.*

AD DECIMVMTERTIUM sic proceditur. Videtur, quòd per gratiam non habeatur altior cognitio Dei quàm ea, quę habetur per naturalem rationem. Dicit enim Dion. 1. lib. de mystica theologia, quòd ille, qui melius vnitur Deo in hac vita, vnitur ei sicut omnino ignoto. Quod etiam de Moyse dicit. Qui tamen excellentiam quandam obtinuit in gratiæ cognitione. Sed coniungi Deo, ignorando de eo quid est, hoc contingit etiam per rationem naturalem. Ergo per gratiam non plenius cognoscitur à nobis Deus quàm per rationem naturalem.

¶Præterea, Per rationem naturalem in cognitionem diuinorum peruenire non possumus nisi per fantasmata [e], sic etiam nec secundum cognitionẽ gratię. Dicit enim Dion. primo cap. cæle. hierar. quòd impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circumuelatum. ergo per gratiam non plenius cognoscimus Deum, quàm per rationem naturalem.

¶Præterea intellectus noster per gratiam fidei Deo adhæret. Fides autem non videtur esse cognitio. Dicit enim Gregor. in homel. quòd ea, quę non videntur, fidem habent & non agnitionem. Ergo per gratiam non additur nobis aliqua excellẽtior cognitio de Deo.

¶SED CONTRA est quod dicit Apostolus 1. Cor. 2. Nobis reuelauit Deus per spiritum suum illa, scilicet quæ nemo principũ huius seculi nouit, id est, philosophorum: vt exponit glo.

CONCLVSIO.

¶*Perfectior cognitio de Deo in hac vita habetur per gratiam, quàm per naturalem rationem.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd per gratiam perfectior cognitio de Deo habetur à nobis quàm per rationem naturalem. Quod sic patet. Cognitio enim, quam per naturalem rationẽ habemus, duo requirit: scilicet fantasmata ex sensibilibus accepta, & lumẽ naturale intelligibile: cuius virtute intelligibiles conceptiones ab eis abstrahimus.

¶Et quantum ad vtrunque iuuatur humana cognitio per reuelationem gratię. Nam & lumẽ naturale intellectus confortatur per infusionẽ luminis gratuiti: & interdum etiam fantasmata in imaginatione hominis formantur diuinitus magis exprimẽtia res diuinas; quã ea, quæ naturaliter à sensibilibus accipimus: sicut apparet in visionibus prophetalibus. Et interdũ etiam aliquæ res sensibiles formantur diuinitus, aut etiã voces ad aliquid diuinũ exprimẽdum, sicut in baptismo visus est spiritussanctus in specie columbæ: & vox patris audita est, Hic est filius meus dilectus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet per reuelationem gratię in hac vita non cognoscamus de Deo quid est, & sic ei quasi ignoto coniungamur: tamen plenius ipsum cognoscimus inquantum plures & excellentiores effectus eius nobis demonstrantur, & inquantum ei aliqua attribuimus ex reuelatione diuina, ad quæ ratio naturalis non pertingit, vt Deum esse trinum & vnum.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex fantasmatibus vel à sensu acceptis secundum naturalem ordinem, vel diuinitus in imaginatione formatis tanto excellentior cognitio intellectualis habetur, quanto lumen intelligibile in homine fortius fuerit. Et sic per reuelationẽ ex fantasmatibus plenior cognitio accipitur ex infusione diuini luminis.

¶Ad tertium dicendum, quòd fides cognitio quędam est, inquantum intellectus determinatur per fidem ad aliquod cognoscibile. Sed hæc determinatio ad vnum non procedit ex visione credẽtis, sed à visione eius, cui creditur. Et sic inquantum deest visio deficit à ratione cognitionis, quæ est in scientia. Nam scientia determinat intellectum ad vnum per visionem & intellectum primorum principiorum.

Secundi in columba baptismi Christi. tertij in voce ibidem audita.

Annota. ¶Aduerte hic, quòd cognitio per gratiã in hac vita de Deo, præfertur naturali nõ ex parte modi, quia sic naturalis est potior, cum sit per modum euidentiæ (vt in responsione ad tertium dicitur) sed ex parte obiecti extẽsiue & intensiue: vt in responsione ad primum dicitur, quia plura & occultiora rationi naturali: ac per hoc nobiliora & manifestiora secũdum se per gratiam cognoscimus: vt quòd est trinus &c. Hæc enim tanto aliis præstãt quanto eorum cognoscibilitas tam alta est, vt soli Deo sint naturaliter euidentia: vt in principio libri contra Gentib. aperitur.

e 412

QVÆSTIO DECIMATERTIA, in duodecim articulos diuisa.

CONSIDERATIS his, quæ ad diuinam perfectionem pertinent, procedendum est ad cõsiderationem diuinorum nominum. vnumquodque enim nominatur à nobis secundum quod ipsum cognoscimus.

¶Circa hoc ergo quæruntur duodecim. ¶Primò, vtrum Deus sit nominabilis à nobis. ¶Secundò, vtrum aliqua nomina dicta de Deo prædicentur de ipso substantialiter. ¶Tertiò, vtrum aliqua nomina dicta de Deo proprie dicantur de ipso: an omnia attribuantur ei metaphorice. ¶Quartò, vtrum multa nomina dicta de Deo sint synonima. ¶Quintò, vtrum nomina aliqua dicantur de Deo & creaturis vniuoce, vel æquiuoce. ¶Sextò, supposito quòd dicantur analogice, vtrum dicantur de Deo per prius vel de creaturis. ¶Septimò, vtrum aliqua nomina dicantur de Deo ex tempore. ¶Octauò, vtrum hoc nomen Deus sit nomen naturæ, vel operationis. ¶Nonò, vtrum hoc nomen Deus sit nomen communicabile. ¶Decimò, vtrum accipiatur vniuoce vel æquiuoce secundum quod

quòd significat Deum per naturam, & per participationem & secundum opinionem. ¶Vndecimo, vtrum hoc nomen, Qui est, sit maxime proprium nomen Dei. ¶Duodecimo, vtrum propositiones affirmatiuæ possint formari de Deo.

ARTICVLVS PRIMVS.

a ¶*Vtrum aliquod nomen Deo conueniat.*

68 1. dist. 22. q. 1. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur, videtur quòd nullum nomen Deo conueniat. Dicit enim Dionysius primo capitulo, de Diuino nomine quòd neque nomen eius est, neque opinio. Et Prouerb. 30. dicitur, Quòd nomen eius & quòd nomen filij eius si nosti.

¶Præterea, Omne nomen aut dicitur in abstracto, aut in concreto: sed nomina significantia in concreto non competunt Deo, cum simplex sit: neque nomina significantia in abstracto, quia non significant aliquid perfectum subsistens. Ergo nullum nomen potest dici de Deo.

¶Præterea, Nomina significant substantiam cum qualitate, verba autem & participia significant cum tempore: pronomina autem cum demonstratione, vel relatione. Quorum nihil competit Deo: quia sine qualitate est & sine omni accidente, & sine tempore, & sentiri non potest vt demonstrari possit, nec relatiue significari: cum relatiua sint aliquorum antedictorum recordatiua, vel nominum, vel participiorum, vel pronominum demonstratiuorum. Ergo Deus nullo modo potest nominari à nobis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Exod. 15. Quasi vir pugnator omnipotens nomen eius.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus in hac vita secundum quòd in se est minime à nobis cognoscatur, sed secundum quòd principium omnium eminentissimum est; aliquibus nominibus hoc significantibus nominari potest, nullum est autem nomen diuinam essentiam adæquate repræsentans Deo ab hominibus impositum.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum Philosophum voces sunt signa intellectuum, & intellectus sunt rerum similitudines. Et sic patet, quòd voces referuntur ad res significandas mediante conceptione intellectus. Secundum igitur quòd aliquid à nobis intellectu cognosci potest, sic à nobis potest nominari: ostensum est autem supra [e], quòd Deus in hac vita non potest à nobis videri per suam essentiam, sed cognoscitur à nobis ex creaturis secundum habitudinem principij, & per modum excellentiæ & remotionis [e]. sic igitur potest nominari à nobis ex creaturis. Non tamen ita quòd nomen significans ipsum exprimat diuinam essentiam secundum quòd est. Sicut hoc nomen homo exprimit sua significatione essentiam hominis secundum quòd est: significat enim eius diffinitionem declarantem eius essentiam. Ratio enim quam significat nomen, est diffinitio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea ratione dicitur Deus non habere nomen, vel esse supra nominationem, quia essentia eius est supra id, quod de Deo intelligimus & voce significamus.

¶Ad secundum dicendum, quòd quia ex creaturis in Dei cognitionem venimus, & ex ipsis eum nominamus: nomina, quæ Deo attribuimus hoc modo significant, secundum quòd competit creaturis materialibus: quorum cognitio est nobis connaturalis, vt suprà dictum est [e]. Et quia in huiusmodi creaturis ea, quæ sunt perfecta & subsistentia sunt composita: forma autem in eis non est aliquid completum subsistens, sed magis quo aliquid est: inde est quòd omnia nomina à nobis imposita ad significandum aliquid completum subsistens significant in concretione [e], prout competit compositis. Quæ autem imponuntur ad significandas formas simplices, significant aliquid non vt subsistens, sed vt quo aliquid est: sicut albedo significat vt quo aliquid est album. Quia igitur & Deus simplex est, & subsistens est, attribuimus ei nomina simplicia & nomina abstracta ad significandam simplicitatem eius, & nomina concreta ad significandum subsistentiam & perfectionem ipsius [e]: quamuis nomina deficiant à modo ipsius [e], sicut intellectus noster non cognoscit eum, vt est secundum hanc vitam.

¶Ad tertium dicendum, quòd significare substantiam cum qualitate est significare suppositum cum natura, vel forma determinata in qua subsistit. Vnde sicut de Deo dicuntur aliqua in concretione ad significandum substantiam & perfectionem ipsius, sicut iam dictum est [e], ita dicuntur de Deo nomina significantia substantiam cum qualitate. Verba verò & participia consignificantia tempus dicuntur de ipso, ex eo quòd æternitas includit omne tempus. Sicut enim simplicia subsistentia non possumus apprehendere & significare nisi per modum compositorum, ita simplicem æternitatem non possumus intelligere vel voce exprimere, nisi per modum temporalium rerum: & hoc propter connaturalitatem intellectus nostri ad res compositas & temporales. Pronomina verò demonstratiua dicuntur de Deo secundum quòd faciunt demonstrationem ad id, quod intelligitur, non ad id quod sentitur. Secundum enim quòd à nobis intelligitur, secundum hoc sub demonstratione cadit. Et sic secundum illum modum, quo nomina & participia, & pronomina demonstratiua de Deo dicuntur, secundum hoc & pronominibus nominibus relatiuis significari potest.

a ¶*Super Quæstionis decimætertiæ Articulum primum.*

Cõment. Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue cum modificatione. conclusio est Deus potest à nobis nominari ex creaturis, non autem secundum quòd est secundũ se. Probatur conclusio quo ad vtrãque partem simul. voces sunt signa intellectuum: & intellectus sunt similitudines rerũ. ergo voces referuntur ad res significandas mediis intellectibus: ergo secundum quòd aliquid à nobis intelligitur sic potest à nobis nominari. ergo Deus potest nominari à nobis ex creaturis, & non secundum quòd est secundum se. Antecedens est philosophi primo peri hermenias. consequentia verò tam prima quàm secunda relinquitur nota. Vltima autem probatur: quo ad primam consequentis partem: quia Deus cognoscitur à nobis ex creaturis tripliciter, vt dictum est. Quo ad secundum verò: quia Deus in hac vita non potest videri à nobis per essentiam. Et ad claritatem terminorũ subditur in litera declaratio exemplaris ab opposito: quomodo nomina non significant Deũ secundũ quòd in se est. & intendit, quòd significare rem secundum quod est, est significare terminum naturæ illius: vt lyhomo, quòd impossibile est hic de Deo haberi. quoniam omnia nomina significant terminos, aut rerum communium, aut negationum: vel respectuum &c. vel compositorum ex his, vt patet inductiue.

1 ¶*Num nomina rebus imponantur secundum quòd illas intelligimus.*

2 ¶*Num Diuinorum nominũ aliquod sit, quod diuinam essentiam exprimat.*

Quæstio. Circa hanc partẽ occurrit dubium. Scotus siquidem in primo. distin. vigesimasecunda quæsti. vnica, discutiens hanc propositionem assumptam sicut res intelligitur, ita & nominatur: distinguit eam, scilicet quo ad impositionẽ nominis, vel quo ad vsum nominis impositi, & tria dicit. 65 ¶Primo quòd quo ad impositionem videtur falsa; quod probat sic. 66 Substantia non intelligitur à nobis distinctè in propria natura: & tamen significatur. ergo imponere possumus nomina distinctius significantia quàm intelligimus: consequentia verò & antecedens pro secunda parte probatur; quia cognitis verbi gratia, accidentibus, & proprietatibus lapidis, imponimus nomen illi substantiæ lapidis, intendentes illam significatum iri per nomen; & tamen non cognoscimus distinctè illam. Secundò quòd quo ad vsum est simpliciter falsa. Tertio quòd multis nominibus potest vti viator exprimentibus diuinam essentiam sub ratione ipsius essentiæ diuinæ. Probantur hæc duo: quia verisimile est esse in sacra scriptura huiusmodi nomina, vt Iudæi dicunt de nomine tetragrammaton &c. siue imposita fuerint hæc nomina à Deo, siue ab Angelo.

¶Ad hæc pro quanto veritati non consonant dicendum est. Et ad primum quidem, quòd non est imaginabile imponi nomen distinctius significans quàm concipiatur: & in litera redditur causa; quia voces significant res non nisi mediã conceptione intellectus: igitur significatio causatur ex conceptione: ergo distincta significatio supponit distinctam conceptionem, & confusa confusam, & maior maiorem, & minor minorem &c. Quare ab hac vniuersalissima regula de causa & causato hæc excipienda sunt. Probatio autem sua nihil valet, cum quia antecedens pro prima parte est falsum. Tum quia pro secunda parte male probatur. Dico enim & ita esse experimur, quòd cognitis accidentibus cognoscimus rem quandam sublatere, & secundum se esse & subsistere &c. & huiusmodi res nunquam magis significabitur quàm cognoscetur. si enim cognoscetur confuse, vt in exemplo dato nunquam significabitur nisi confuse. ex tali siquidem nomine nunquam aliquis plus intelliget, quam perfectus impositor apprehenderit: quamuis ex meliori ingenio proprio cognito alicuius nominis significato in re discurrendo alia cognoscat: sicut ex principiis conclusiones deducimus: sed hoc non est ex vi significationis nominis. Vnde & ipsemet Scotus ibidem sub dubio primum dictum relinquere tandem videtur. De secundo verò bene dicit Scotus: experimur enim quòd multis nominibus vtimur confuse notis antequam ad notitiam distinctam illorum terminorum veniamus. 58 De tertio autem, quia experientia teste nullum tale nomẽ diuinum habeamus. 182 Et rursus, quia frustra hominibus talia, darentur nomina: quoniam nos non possumus Deum secundum se cognoscere. Et quia sine sufficienti autoritate nouitas hæc dicitur. Et quia Dion. in primo cæle. Hierar. dicit impossibile est nobis aliter lucere diuinũ radium, nisi varietate sacrorum velaminum, occultatum: 16 a 70 72 videtur mihi simpliciter falsum dictũ Scoti, & dicendum vt in litera dicitur, quòd Deus in hac vita non est à nobis nominabilis nisi ex creaturis: & hoc tam quo ad impositionem, quàm vsum. b

¶*Num nomẽ in abstracto ad subsistentiam spectet magis quàm concretum.*

IN responsione ad secundum dubitare nouitius posset, quo pacto abstractum significatur quo & non per modum subsistentis: cum sit nomen substantiuum. vt Alberto. Substantiui autem proprium est per modum substantiæ significare. Ad hoc breuiter dicitur, quòd incidit hic Sophisma consequentis; à modo substantiæ ad hunc modũ determinatè. affirmando. Substantiuum quidem significat per modum substantiæ, id est per se stantis, id est, solitariè: & non per modum subsistentis. Et si instetur, quòd etiam simitas significat curuitatem in naso: & consequenter non significat formam solitariè, sed cum subiecto. Respondetur quòd hic non est quæstio de significatione & consequentibus ad ipsam, sed de modo significandi. abstractũ autem & concretum in significatione conueniunt: quia vtrunque puram formam significat, vt in prædicamentis de albo dicitur. & ex natura significatæ formæ oportet vtrunque copulare subiectum formæ significare. Sed ex modo significandi differentia est: quia concretum importat subiectum: & compositũ ex modo significandi: vt primum significatum, in cuius signum dicimus quòd simum est nasus curuus: prius nasum quàm curuitatem exprimentes. Abstractum verò subiectum ex modo significandi, aut non importat, sed ex natura rei significatæ: aut si importat; non importat principaliter, sed vltimò. Vnde econuerso dicimus quòd simitas est curuitas nasi. Significat igitur abstractum per modum substantiæ, quo ad hoc, quia significat illud per se, id est, non cum alio. ex modo significandi: & hoc aut simpliciter, aut principaliter. Concretum autem ex modo signifi-

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum aliquod nomen dicatur de Deo substantialiter.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd nullum nomen dicatur de Deo substantialiter. Dicit enim Dam. Oportet singulum eorum, quæ de Deo dicuntur, non quid est secundum substantiam significare, sed quid non est ostendere, aut habitudinem quandam, aut aliquid eorum, quæ assequuntur naturam, vel operationem.

¶Præterea, dicit Dion. primo capite de diui. no. Omnium sanctorum theologorum hymnum inuenies ad beatos thearchiæ processus manifestatiue & laudatiue Dei nominationes diuidentem. Et est sensus quòd nomina, quæ in diuinam laudem sancti doctores assumunt, secundum processus ipsius Dei distinguuntur. Sed quod significat processum alicuius rei, nihil significat ad eius essentiam pertinens. Ergo nomina dicta de Deo, non dicuntur de ipso substantialiter.

¶Præterea. Secundum hoc nominatur aliquid à nobis secundum quòd intelligitur. Sed non intelligitur Deus à nobis in hac vita secundum suam substantiam: ergo nec aliquod nomen impositum à nobis dicitur de Deo secundum suam substantiam.

¶SED CONTRA est quod dicit August. 7. de trini. Deo hoc est esse quod fortem esse, vel sapientem esse, & si quid de illa simplicitate dixeris, qua eius substantia significatur. Ergo omnia nomina huiusmodi significant diuinam substantiam.

CONCLVSIO.

¶*Cum diuinam substantiam imperfecte cognoscamus, nomina negatiua, vel relatiua de Deo non dicuntur substantialiter, sed solum nomina positiua absoluta diuinam substantiam, licet imperfecte designant.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd de nominibus, quæ de Deo dicuntur negatiue, vel quæ relationem ipsius ad creaturam significans, manifestum est quòd substantiam eius nullo modo significant[e], sed remotionem alicuius ab ipso, vel relationem eius ad alium, vel potius alicuius ad ipsum. Sed de nominibus, quæ absolute & affirmatiue de Deo dicuntur, sicut bonus, sapiens, & huiusmodi, multipliciter aliqui sunt opinati. Quidam enim dixerunt, quòd hæc omnia nomina, licet affirmatiue de Deo dicantur, tamen magis inuenta sunt ad aliquid remouendum à Deo, quàm ad aliquid ponendum in ipso. Vnde dicunt, quòd cum dicimus Deum esse viuentem, significamus quòd Deus non hoc modo est sicut res inanimatæ, & similiter accipiendum est in aliis, & hoc posuit rabbi Moy. Alij verò dicunt, quòd hæc nomina imposita sunt ad significandum habitudinem eius ad creata, vt cum dicimus Deus est bonus, sit sensus, Deus est causa bonitatis in rebus, & eadem ratio est in aliis. Sed vtrunque istorum videtur esse inconueniens propter tria. Primo quidem, quia secundum neutram harum positionum posset assignari ratio: quare quædam nomina magis de Deo dicerentur quàm alia. sic enim est causa corporum, sicut est causa bonorum. Vnde si nihil aliud significatur, cum dicitur, Deus est bonus, nisi Deus est causa bonorum, poterit similiter dici, quòd Deus est corpus, quia est causa corporum. Item per hoc quod dicitur, quod est corpus remouetur, quòd non sit ens in potentia tantum sicut materia prima. Secundo, quia sequeretur, quòd omnia nomina dicta de Deo per posterius dicerentur de ipso. Sicut sanum per posterius dicitur de medicina, eò quòd significat hoc tantum quòd sit causa sanitatis in animali, quod per prius dicitur sanum. Tertio: quia hoc est contra intentionem loquentium de Deo. Aliud enim intendunt dicere, cum dicunt Deum viuentem, quàm quòd sit causa vitæ nostræ: vel quòd differat à corporibus inanimatis. Et ideo aliter dicendum est, quòd huiusmodi quidem nomina significant substantiam diuinam & prædicantur de Deo substantialiter, sed deficiunt à repræsentatione ipsius. quod sic patet. Significant enim sic nomina Deum, secundum quod intellectus noster cognoscit ipsum. Intellectus autem noster cum cognoscit Deum ex creaturis, sic cognoscit ipsum secundum quod creaturæ ipsum repræsentant. Ostensum est autem supra[e], quòd Deus in se præhabet omnes perfectiones creaturarum, quasi simpliciter & vniuersaliter perfectus. Vnde quælibet creatura intantum eum repræsentat, & est ei similis, inquantum perfectionem aliquam habet, non tamen ita quòd repræsentet eum, sicut aliquid eiusdem speciei, vel generis, sed sicut excellens principium, à cuius forma effectus deficiunt: cuius tamen aliqualem similitudinem effectus consequuntur: sicut formæ corporum inferiorum repræsentant virtutem solarem. Et hoc supra expositum est[e], cum de perfectione diuina agebatur. Sic igitur prædicta nomina diuinam substantiam significant, imperfecte tamen, sicut & creaturæ imperfecte eam repræsentant. Cum igitur dicitur, Deus est bonus, non est sensus, Deus est causa bonitatis, vel Deus non est malus: sed est sensus, id, quod bonitatem dicimus in creaturis, præexistit in Deo: & hoc quidem secundum modum altiorem. Vnde ex hoc non sequitur, quòd Deo competat esse bonum inquantum causat bonitatem: sed potius econuerso, quia est bonus, bonitatem rebus diffundit: secundum illud August. de doctrina Christiana, inquantum bonus est, sumus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damasc. ideo dicit, quòd hæc nomina non significant quid est Deus, quia à nullo istorum nominum exprimitur quid est Deus perfecte, sed vnumquodque imperfecte eum significat, sicut & creaturæ imperfecte eum repræsentant.

¶Ad secundum dicendum, quòd in significatione nominum aliud est quandoque, à quo imponitur nomen, ad significandum, & id, ad quod significandum nomen imponitur[e]. Sicut hoc nomen, lapis imponitur ab eo quòd lædit pedem, non tamen imponitur ad hoc significandum, quòd significet lædens pedem, sed ad significandam quandam speciem corporum, alioquin omne lædens pedem esset lapis. Sic igitur dicendum est, quòd huiusmodi diuina nomina imponuntur quidem à processibus deitatis. Sicut enim secundum diuersi processus perfectionem creaturæ Deum repræsentant, licet imperfecte: ita intellectus noster secundum vnumquemque processum Deum cognoscit & nominat: sed tamen hæc nomina non imponit ad significandum ipsos processus, vt cum dicitur Deus est viuens, sit sensus, ab eo procedit vita: sed ad significandum ipsum rerum principium prout in eo præexistit vita, licet eminentiori modo quàm intelligatur vel significetur.

¶Ad tertium dicendum, quòd essentiam Dei in hac vita cognoscere non possumus secundum quòd in se est, sed cognoscimus eam secundum quòd repræsentatur in perfectionibus creaturarum. Et sic nomina à nobis imposita eam significant.

candi principaliter significat aliud cum re primo significata. Vnde dictum Auicennę reprehensum ab Auerroi quinto metaphy. commenta. decimoquarto, si ratione modi significandi intelligitur, verum fuit. Nec ratio Auerrois concludit oppositum: quoniam non tenet nisi in formaliter significatis ex vi significationis.

[69] *Po. q. 7. art. 4. & 5. & 1. di. 2. ar. 2. Et 1. contra cap. 51.*

a ¶*Super Quæstionis decimætertiæ Articulum secundum.*

Annot. IN titulo nomen dicatur, id est, secundum suum formale significatum attribuatur, & non secundum id quod copulat: aut pro quo supponit &c. substantialiter vt distinguitur contra accidentaliter: vocando accidens omne quod est extra esse rei. sic enim homo dicitur substantialiter de Sorte, disciplinabile verò & album dicuntur accidentaliter de eodem. Nec restringens quęstionem sed iuxta tituli amplitudinem, siue substantialiter complete, vt vltima differentia, vel difinitio: siue substantialiter incomplete, vt animal respectu hominis dicatur: totum sub quæsito præsenti concluditur, quum quærimus an aliquod nomen substantialiter de Deo dicatur.

Coment. ¶In corpore quinque. primo ponit in quibus nominibus habet locum hæc quæstio. secundo refert duas opiniones. tertio reprobat eas. quarto respondet quæsito affirmatiue. (a) quinto ostendit quis sit sensus quum huiusmodi nomina Deo attribuuntur: & patet particularum distinctio in litera. [74]

¶Quo ad primum duo dicit. Primo quòd sunt tria genera nominum de Deo. Negatiua, vt incorporeus, immensus &c. Relatiua, vt Dominus, finis, efficiens. Et positiua absoluta, vt ens, sapiens, viuens &c. Secundo quòd quæstio non est de primo, aut secundo genere, sed tertio tantum: quia constat quòd illa puram negationem, aut relationem, significant: sicut album puram qualitatem.

¶Quo ad secundum duæ sunt opiniones: prima est ponentium nomina hæc dici de Deo negatiue, secunda relatiue, vt patet.

¶Quo ad tertium contra vtranque opinionem simul tripliciter arguitur clare: in secunda tamen ratione aduerte, quòd fundatur super illa maxima: omne nomen primum dicitur de eo, de quo dicitur formaliter, quàm de cæteris quomodolibet aliter dicatur.

¶Quo ad quartum conclusio responsiua quæsito affirmatiue est. Huiusmodi nomina dicuntur de Deo substantialiter, imperfecte tamen. probatur. nomina significant Deum, vt à nostro intellectu cognitum. ergo vt cognitum ex creaturis. ergo vt repræsentatum ex creaturis. ergo vt assimilantur ei creaturæ. ergo vt supereminens principium: cuius forma defectiue participatur ab eis. ergo substantialiter. Antecedens patet ex primo peri hermenias cum prima & secunda consequentia. [23] tertia autem est per se nota. quarta verò probatur ex quarta quæstione: quia non vt repræsentatum similitudine specifica aut generica. igitur analoga vt principium &c. Vltima autem manifeste sequitur: si enim quod quid est cuiusque creaturæ, diminuta quædam similitudo est substantiæ diuinæ simplicissimæ, [23] [24] oportet vt ipsa diuina substantia participetur, repræsentetur, cognoscatur, nominetur & significetur &c.

¶Quo ad quintum sensus propositionum ex dictis aperitur: explicite dicendo, quòd quum dicimus, Deus est bonus, sensus est id quod bonitatem in creaturis dicimus, est in Deo: [25] & hoc altiori modo.

¶Aduerte hic duo. Primo, quòd ly est, denotat habitudinem formalem: ita quod intendit, est in Deo formaliter. Non sic potest exponi, Deus est corpus &c. Secundo quòd ly, & hoc altiori modo non est accipiendum, vt pars significati. Non enim quum dicimus, Deus est bonus: significatur bonitas Dei & eminentia eius, sed bonitas tantum. Eminentia vero ex modo significandi innuitur, vt ex sequenti articulo patet: ita quòd dicendo, Deus est bonus, ex significato non habetur: nisi quòd id quod boni nomine formaliter importatur, est in Deo formaliter. *Annot.* Et quoniam boni nomen importat bonitatem in concretione: quæ in Deo non habet locum: quia est modus imperfectus: ideo insinuatur quod bonitas est in Deo eminentiori modo quàm significetur: quia significatur vt est in creaturis.

¶In responsione ad primum aduerte, quòd apud excellentes doctores non est idem significare quid est: & esse nomen substantiale: quoniam ad primum exigitur perfectio: ad secundum non. vt in litera dicitur. Et radix est: quia loquuntur proprie de quid posterioristice, & metaphorice, quod absque propriis non est: & non topice: quod communibus contentatur.

¶In responsione ad secundum. Distinctio est sub aliis verbis: importare processus dupliciter formaliter, vel originaliter.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum aliquod nomen dicatur de Deo proprie.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd nullum nomen dicatur de Deo proprie. Omnia enim nomina, quæ de Deo dicimus, sunt à creaturis accepta: vt dictum est[e]. Sed nomina creaturarum metaphorice dicuntur de Deo, sicut, cum dicitur, Deus est lapis vel leo, vel aliquid huiusmodi. Ergo nomina dicta de Deo dicuntur metaphorice.

¶Præterea, Nullum nomen proprie dicitur de aliquo: à quo verius remouetur, quàm de eo prædicetur. Sed omnia huiusmodi nomina, bonus, sapiens, & similia, verius remouentur à Deo, quàm de eo prædicentur: vt patet per Dionysium secundo capitulo Cælestis Hierarchiæ. Ergo nullum istorum nominum proprie dicitur de Deo.

¶Præterea, Nomina corporum non dicuntur de Deo nisi metaphorice: cum sit incorporeus. Sed omnia huiusmodi nomina implicant quasdam corporales conditiones. significant enim cum tempore, & cum compositione, & cum aliis huiusmodi, quæ sunt conditiones corporum. Ergo omnia huiusmodi nomina dicuntur de Deo metaphorice.

¶SED CONTRA est quod dicit Ambro. in lib. 2. de tri. Sunt quædam nomina quę euidenter proprietatem diuinitatis ostendunt: & quædam quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimunt veritatem. alia vero sunt quæ translatiue per similitudinem de Deo dicuntur. Non igitur omnia nomina dicuntur de Deo metaphorice: sed aliqua dicuntur proprie.

CONCLVSIO.

¶*Quia nomina Deo attributa modum significandi creaturarum retinent, Deo proprie ex modo ipso significandi minime competunt, sed quo ad significatum proprie de Deo dicuntur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd, sicut dictum est, Deum cognoscimus ex perfectionibus procedentibus in creaturas ab ipso: quę quidem perfectiones in Deo sunt secundum eminentiorem modum quàm in creaturis. ¶Intellectus autem noster eo modo apprehendit eas secundum quòd sunt in creaturis, & secundum quòd apprehendit, ita significat per nomina. In nominibus igitur, quæ Deo attribuimus, est duo considerare, scilicet perfectiones ipsas significatas, vt bonitatem, vitam, & huiusmodi, & modum significandi. Quantum igitur ad id quòd significant huiusmodi nomina, proprie competunt Deo, & magis proprie quàm ipsis creaturis: & per prius dicuntur de eo. Quantum vero ad modum significandi, non proprie dicuntur de Deo: habent enim modum signicandi, qui creaturis competit.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd quædam nomina significant huiusmodi perfectiones à Deo procedentes in res creatas: hoc modo quòd ipse modus imperfectus quo à creatura participatur diuina perfectio in ipso nominis significato includitur: sicut lapis significat aliquid materialiter ens: & huiusmodi nomina non possunt attribui Deo nisi metaphorice[e]. Quædam vero nomina significant ipsas perfectiones absolute absque hoc quòd aliquis modus participandi claudatur in eorum significatione: vt ens bonum, viuens, & huiusmodi: & talia proprie dicuntur de Deo.

¶Ad secundum dicendum, quòd ideo huiusmodi nomina dicit Diony. negari à Deo, quia id quod significatur per nomen non conuenit eo modo ei quo nomen significat, sed excellentiori modo. Vnde ibidem dicit Dionys. Quod est super omnem substantiam & vitam.

¶Ad tertium dicendum, quòd ista nomina quæ proprie dicuntur de Deo, important conditiones corporales non in ipso significato nominis, sed quantum ad modum significandi. Ea vero quæ metaphorice de Deo dicuntur: important conditionem corporalem in ipso suo significato.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum nomina dicta de Deo sint nomina synonyma.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd ista nomina dicta de Deo sint nomina synonyma. Synonyma enim nomina dicuntur, quæ omnino idem significant. Sed ista nomina dicta de Deo omnino idem significant in Deo: quia bonitas Dei est eius essentia, & similiter sapientia. Ergo ista nomina sunt omnino synonyma.

a ¶*Super Quæstionis decimætertiæ Articulum tertium.*

Annot. [70] *Po. q. 7. art. 4. ad 6. Et. 1. di. 8. q. 4. art. 3. Et dist. 22. ar. 2. Et 1. contra cap. 30.* [68]

IN titulo ly proprie potest sumi dupliciter. Vno modo distinguitur contra communiter. Et sic animal non dicitur proprie de homine: quia dicitur de aliis. Alio modo vt distinguitur contra metaphorice: & sic animal dicitur proprie de homine. florere autem non. Proprie enim dici est significatum nominis inueniri in eo, de quo dicitur secundum se. Metaphorice autem est significatum nominis inueniri in eo, de quo dicitur secundum suam similitudinē tātum: hic sumitur proprie, vt distinguitur cōtra metaphorice.

¶*Quid prius quærendum, num aliquid nomina dicantur substantialiter, vel num aliqua nomina dicantur proprie de Deo.*

Quæstio. CIrca ordinem horum articulorū dubium occurrit: quoniam præposterius videtur ordo seruatus in 2. & 3. articulo: quia in ordine compositiuo communiora prius tractanda sunt. Communius autem est nomen proprie dictum de aliquo quàm substantialiter: quoniam accidentalia nomina etiam proprie dicuntur, vt patet dicendo, Sortes est albus.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd ordo horum articulorum est optimus. non tamen attenditur penes communitatem maiorem & minorem: sed intimiorem ac priorem rationem dubitandi. [68] [69] Prima nanque quæstio cum sit quæstio an est, ideo prima quærendi ratio est, an Deus sit nominabilis. secundum vero quæstionem constat esse quæstionem quid est, & ideo secunda quærendi ratio est: quid in Deo est nominabile: substantia, scilicet sua an relatio, an negatio &c. tertia verò quæstio, quoniam est quia est ideo tertio loco quærendum est quomodo Deus nominatur, & inter hos modos datur latitudo. Nam primus spectat ad ipsam nominis prædicationem: scilicet proprie vel metaphorice, secundus ad vnitatem & multitudinem: scilicet synonyme &c. Constat autem quòd talis est ordo seruatus in litera: optimus igitur est. Nec est verum quòd dici proprie sit communius quàm dici substantialiter: sed habent se sicut excedentia & excessa: quoniam dici substantialiter contingit & proprie, & metaphorice. Possumus enim quod quid est rerum metaphorice significare vt antiqui fecerunt, vnde post determinationē quòd dicuntur nomina de Deo substantialiter, merito dubitatum est an dicantur de Deo proprie.

Coment. ¶In corpore duo, primo distinguit. secundo respondet quæsito. Quo ad primum distinguit ea, quæ sunt in nomine dicto de Deo sic. In nominibus Deo attributis sunt duo: scilicet perfectio significata, & modus significandi. Probatur hæc distinctio sic. perfectiones procedentes in creaturas à Deo, sunt eminētiori modo in Deo quàm in creaturis: ergo habent in se duo, scilicet ipsam perfectionem & modum essendi: ergo conceptus nostri de Deo habent in se duo proportionabiliter: scilicet rem cōceptam & modum concipiendi: ergo nomina attributa Deo habent in se duo scilicet rem significatam, & modum significandi antecedens patet cum prima consequentia: secunda verò probatur, quia Deum ex his perfectionibus cognoscimus non quomodolibet, sed secundum modum, quo sunt in creaturis: id est quòd Deum ex effectibus suis sic cognoscimus, quòd modus essendi effectuum, redundat in nostrum modum concipiendi proportionaliter. & sic conceptus de Deo in duo distingui oportet: non tanquam in diuersa concepta, sed in vnum vt rem conceptam, & alterum vt modum non rei conceptæ, sed ipsius conceptus: qui tamen modus ipsius conceptus à modo rei conceptæ deriuatur. tertia autem sequela euidens est.

¶Quo ad secundum iuxta membra duo distinctionis factæ respondet quæsito vnica conclusione bimembri. Est autem conclusio & aliqua nomina dicta de Deo proprie, & magis & prius dicuntur de Deo quo ad rem significatam, nulla autem quo ad modum significandi. hæc vltima pars probatur: quia habent modum significandi proprium creaturarum. Prima autem pars relinquitur per se nota ex dictis in q. 4.

¶In responsione ad primū. Aduerte ly in ipso nominis significato, ꝙ intelligitur de significato formali proprio, non autem de materiali & communi: sapientia enim non significat qualitatem nisi gratia materiæ, & tanquam quid commune. ex formali enim & sibi proprio significato: nec qualitas, nec habitus: nec aliquid aliud insinuatur, nisi ratio ordinandi, iudicandi, regendique &c. quam contingit esse substantiam & accidens, habitum & actum &c. [125] [9]

a ¶*Super quæstionis decimætertiæ Articulum quartum.*

IN titulo synonyma, id est idem omnino significatum habentia. Ita quòd idem sit dicere, Deus est sapiens, &, Deus est bonus &c. *Annot.*

¶In corpore respondet quæsito vnica conclusione negatiue sic. *Comment.* Nomina huiusmodi attributa Deo, non sunt synonyma. Probatur dupliciter. Primo secundum illas duas vias in articulo secundo confutatas. Secundo iuxta sententiam, quàm sequimur. Prima probatio est, rationes horum nominum sunt diuersæ secundum diuersa negata, aut causata apud illos: ergo non sunt synonyma. Secunda probatio est. [71] *Po. q. 7. artic. 6. Et 1. contra cap. 5.* Intellectus noster cognoscit Deum ex creaturis: ergo conceptiones nostræ de Deo sunt porportionatæ perfectionibus, procedentibus à Deo in creaturas: ergo sunt variæ & multiplices, atque vni omnino simplici correspōdentes. ergo rationes huiusmodi nominum Deo attributorum sunt diuersæ: ergo nomina huiusmodi nō sunt synonyma. Antecedēs cum prima consequentia patet. Secunda autem probatur ex vi proportionis. Quia sicut idem simpliciter omnino multis perfectionibus repræsentatur in esse reali, ita in esse intentionali: quod est dicere ita multis conceptionibus. tertia verò probatur, quia conceptio ipsa est ratio nominis. vltima est per se nota.

¶*Num ratio, quam significat nomē, sit cōceptio intellectus de re significata.*

Questio. CIrca illam propositionem assumptam ad probandum tertiā consequētiam, scilicet ratio, quam significat nomen, est conceptio intellectus de re significata, est dubium: tum quia quarto metaphysicæ, textu, commen. 28. dicitur, quòd ratio, quam significat nomen, est diffinitio. Constat autem quòd diffinitio non est conceptio, cum identificetur diffinito. tum quia ratio nomen est secundæ intentionis: conceptus autem primæ.

Annota. ¶Ad hoc breuiter dicitur ꝙ ratio apud philosophos & theologos in proposito dupliciter sumi potest: scilicet formaliter, vel denominatiue: sicut album sumitur pro albedine formaliter, & pro re, quæ est alba denominatiue. Si sumitur formaliter, sic est nomē intētionis secundæ, & significat relationē quandā: Si denominatiue, sic significat conceptionē & diffinitionem, sed diuersimode, cōceptio enim mentalis ratio nominis dicitur: quia est id, quo refertur nomen significatū extra animā. Diffinitio autem, quia est id, quo explicatur nominis significatum. In præsenti autem litera constat rationem sumi denominatiue pro cōceptione mentali. & dicta est significari per nomen: quia significatur proxime. Diffinitio autem est ratio significata per nomen vltimo. & sic patet solutio obiectorum.

Annot. ¶Aduerte hic ꝙ quæstio præsentis literæ non est de rebus, sed de nominibus. Et propterea, quāuis præsens quæstio potuisset forte decidi ex diuersitate rationū formalium obiectiuarū, vt Scotistę faciunt, immiscēdo materiā de rebus, scilicet de distinctione attributorū diuinorū. Diuinum tamen autoris ingenium quum

didicit ex primo peri hermanias quòd nomina sunt signa earum quæ sunt in anima passionũ formalissime diuersitatem significationis in nominibus ostendit: ex diuersitate conceptionũ animæ significatarũ absq; mixtione aliarũ difficultatũ de rebus. Cum hac enim decisione stat vtraque pars contradictionis in materia de attributis: propter quòd ne tãta operis diuinitas fœdetur, non est hic tractandum de distinctione illa attributorum. sed sit quæstio specialis.

Annot. ¶In responsione ad secundum. Nota q; in pluribus conceptibus clauduntur duo, scilicet assimilatio ad obiectũ, & pluralitas eorũ. Si quæratur ergo multis de rebus: puta de conceptibus, quid respondet in re? respondendum est, q; ipsis conceptibus respõdet res vna multipliciter imitabilis, seu repræsentabilis. Pluralitati autem ipsorũ conceptuum non respondet pluralitas in re obiecta, sed eminentia illius: ex qua habet quòd vnite contineat, quod diuisim ab alio apprehenditur. Vnde arguere ex distinctione conceptuum, ad distinctionẽ obiectæ rei: est arguere à distinctione effectuum ad distinctionẽ causæ. Quod patet esse ridiculum. Quoniam cum multitudine effectuum stat vnitas causæ, vt patet: & propterea in litera vtrunque tangitur, dum dicitur, quòd eis respondet vnum simpliciter multipliciter repræsentatum.

Annot. ¶In reponsione ad tertium. Aduerte quòd illa propositio: [69] Deus est vnus re & plures [68] secundum rationẽ, potest dupliciter percipi. Vno [67] modo vt sit multiplex ratione, subiectiue, id est q; sit subiectum plurium cõceptuum, & est falsa: quoniam vnicus est conceptus in intellectu diuino, quo se, & omnia simul intelligit. Alio modo obiectiue. id est quòd est obiectum plurium conceptuum, siue actualiter, siue virtualiter. & sic est vera, & ad propositum. Ita q; Deus dicitur multiplex secundum rationem, idest obiectum verificans actu vel virtute: plures conceptiones de eo.

¶In eadem responsione aduerte radicem prædictæ propositionis ex parte Dei, esse eminentem eius vnitatem. Ex parte verò intellectus nostri esse proportionem eius ad sensibilia. Et intendit, quòd causa talis ac tantæ pluralitatis rationum de Deo, quæ nominibus significatur, est tanta elongatio nostri intellectus ab illa summa vnitate, quod adeo dearticulate intelligit, quemadmodum in rebus extra diuersificantur imitationes diuinæ. Sicut enim extra aliud est iustitia, aliud sapientia &c. ita etiam in intellectu nostro, & hoc vt infrà patebit: quia est infimus intellectus. Et nota quòd non dixit quia intellectus accipit à rebus, sed dixit, quia intellectus ita multipliciter apprehendit: sicut res multipliciter repræsentant. vnde si intellectus noster non acciperet scientiam à rebus, vt contigit in Adam, nihil minus idem sequitur, ex hoc quod intellectus proportionalis est rebus, vt in litera dicitur. Ex hac autem radice tu qui alios respicis, habere facile potes radicem pluralitatis rationum de Deo. Si enim tanta pluralitas oritur ex summa vnitate obiecti respectu intellectus tam remoti, minor pluralitas orietur ex eadem respectu intellectus propinquioris. Nulla autem pluralitas erit respectu propinquissimi. Et cum constet, quòd propinquissimus intellectus non sit, qui ab intellecto aliquo modo distinguitur, solus diuinus intellectus restat, respectu cuius ex illa summa vnitate nulla conceptuum pluralitas oritur. Radix ergo absolute & vniuersaliter loquendo, & non tantum respectu nostri: quare Deus est multiplex ratione: est eius perfecta vnitas, & finitas intellectus creati. Quod ideo hic dicimus: quia ex hac litera deducitur non quòd ad hanc spectet quæstionem, quæ de nominibus est, & consequenter non nisi de dependentibus à nobis.

Si dicatur quòd ista nomina significant idem secundum rem, sed secundum rationes diuersas. Contra, ratio cui non respondet aliquid in re est vana: si ergo istæ rationes sunt multæ & res est vna, videtur quòd rationes istæ sint vanæ.

¶Præterea, Magis est vnum quod est vnum re & ratione, quàm quod est vnum re & multiplex ratione. Sed Deus est maximè vnus: ergo videtur quòd non sit vnus re & multiplex ratione. Et sic nomina dicta de Deo non significant rationes diuersas. Et ita sunt synonyma.

¶SED CONTRA, Omnia synonyma sibiinuicem adiuncta nugationem adducunt: sicut si dicatur, vestis, indumentum. Si igitur omnia nomina dicta de Deo sunt synonyma, non posset conuenienter dici Deus bonus, vel aliquid huiusmodi, cum tamen scriptum sit Hiere. 32. Fortissime, magne, potens, Dominus exercituum nomen tibi.

CONCLVSIO.

¶*Nomina, quæ propriè Deo dicuntur, synonyma nequaquam sunt.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd huiusmodi nomina dicta de Deo non sunt synonyma. Quod quidem facile esset videre, si diceremus quòd huiusmodi nomina sunt inducta ad remouendam, vel ad designandam habitudinem causæ respectu creaturarum. Sic enim essent diuersæ rationes horum nominum secundum diuersa negata, vel secundum diuersos effectus connotatos. Sed secundum quod dictum est [c], huiusmodi nomina substantiam diuinam significare licet imperfecte: etiam plane apparet secundum præmissa [c], quòd habent rationes diuersas. Ratio enim, quam significat nomen, est conceptio intellectus de re significata per nomen. Intellectus autem noster, cum cognoscat Deum ex creaturis format ad intelligendum Deum conceptiones proportionatas perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas. Quæ quidem perfectiones in Deo præexistunt vnite & simpliciter, in creaturis verò recipiuntur diuise & multipliciter: Sicut igitur diuersis perfectionibus creaturarum respondet vnum simplex principium repræsentatum per diuersas perfectiones creaturarum varie & multipliciter, ita variis & multiplicibus conceptibus intellectus nostri respondet vnum omnino simplex, secundum huiusmodi conceptiones [c], imperfecte in intellectu. [79] Et ideo nomina Deo attributa licet significent vnam rem, tamen quia significant eam sub rationibus multis & diuersis, non sunt synonyma.

¶Et sic patet solutio ad primum: quia nomina synonyma dicuntur, quæ significant vnum secundum vnam rationem. Quæ enim significant rationes diuersas vnius rei, non primo & per se vnum significant: quia nomen non significat rem, nisi mediante conceptione intellectus: vt dictum est [e].

¶Ad secundum dicendum, quòd rationes plures horum nominum non sunt cassæ & vanæ: quia omnibus eis respondet vnum quid simplex per omnia huiusmodi multipliciter, & imperfecte repræsentatum.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum ad perfectam Dei vnitatem pertinet: quòd ea, quæ sunt multipliciter & diuisim in aliis, in ipso sunt simpliciter & vnite. Et ex hoc contingit, quod est vnus re & plures secundum rationem: quia intellectus noster ita multipliciter apprehendit eum, sicut res multipliciter ipsum repræsentant.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum ea quæ de Deo dicuntur & creaturis vniuoce dicantur de ipsis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ea, quæ dicuntur de Deo & creaturis vniuoce de ipsis dicantur. Omne enim æquiuocum reducitur ad vniuocum, sicut multa ad vnum. Nam si hoc nomen canis, equiuoce dicitur de latrabili & marino, oportet quòd de aliquibus vniuoce dicatur, scilicet de omnibus latrabilibus. Aliter enim esset procedere in infinitum. inueniuntur autem: quædam agentia vniuoca, quæ conueniunt cum suis effectibus in nomine & diffinitione, vt homo generat hominem, quædam verò agentia æquiuoca, sicut sol causat calidum, cum tamen ipse non sit calidus nisi æquiuoce. Videtur igitur quòd primum agens [?], ad quod omnia agentia reducuntur, sit agens vniuocum. Et ita quæ de Deo & creaturis dicuntur vniuoce prædicantur.

¶Præterea, Secundum æquiuoca non attenditur aliqua similitudo. Cum igitur creaturæ ad Deum sit aliqua similitudo, secundum illud Gene. 1. Fa. ho. ad ima. & si. no. videtur quòd aliquid vniuoce de Deo & creaturis dicatur.

¶Præterea: mensura est homogenea mensurato, vt dicitur in 10. metaphy. Sed Deus est prima mensura omnium entium, vt ibidem dicitur. Ergo Deus est homogeneus creaturis. Et ita aliquid vniuoce de Deo & creaturis dici potest.

¶SED CONTRA, Quicquid prædicatur de aliquibus secundum idem nomen & non secundum eandem rationẽ prædicatur de eis æquiuoce. Sed nullum nomen conuenit Deo secundum illam rationem, secundum quam dicitur de creatura. Nam sapientia in creaturis est qualitas, non autem in Deo: genus autem variatum mutat rationem, cum sit pars diffinitionis: & eadem ratio est in aliis. Quicquid ergo de Deo & creaturis dicitur, æquiuoce dicitur.

¶Præterea, Deus plus distat à creaturis quàm quæcunque creaturæ ab inuicem. Sed propter distantiam quarundam creaturarum contingit quòd nihil vniuoce de eis prædicari potest: sicut de his, quæ non conueniunt in aliquo genere. Ergo multo minus de Deo & creaturis aliquid vniuoce prædicatur, sed omnia prædicantur æquiuoce.

CONCLVSIO.

¶*Nomina de Deo & creaturis dicta, nõ vniuoce, nec pure æquiuoce, sed analogice dicuntur, secundum analogiam creaturarum ad ipsum.*

¶RESPONDEO dicẽdum quòd impossibile est aliquid prædicari de Deo & creaturis vniuoce. Quia omnis effectus non adæquans virtutem causæ agentis recipit similitudinem agentis non secundum eandem rationem, sed deficienter: ita quod & diuisim & multipliciter est in effectibus, in causa est simpliciter & eodem modo. [c] sicut Sol secundum vnam virtutem, multiformes & varias formas in istis inferioribus producit. Eodem modo, vt suprà dictum est [c], omnes rerum perfectiones, quæ sunt in rebus creatis diuisim & multipliciter, in Deo præexistunt vnitæ. Sic igitur, cũ aliquod nomen ad perfectionem pertinens de creatura dicitur, significat illam perfectionem distinctam secundum rationem distinctionis ab aliis: puta cum hoc nomen sapiens de homine dicitur, significamus aliquam perfectionem distinctam ab essentia hominis, & à potentia, & ab esse ipsius & ab omnibus huiusmodi. Sed cum hoc nomen de Deo dicimus, non intendimus significare aliquid distinctum ab essentia, vel potentia vel esse ipsius. Et sic, cum hoc nomen sapiens de homine dicitur, quodammodo describit & comprehendit rem significatam, non autem cum dicitur de Deo: sed relinquit rem significatam vt incomprehensam & excedentem nominis significationem. vnde patet quòd non secundum eandem rationem hoc nomen sapiens de Deo & de homine dicitur. Et eadem ratio est de aliis. Vnde nullum nomen vniuoce de Deo & creaturis prædicatur. Sed nec etiam puræ æquiuoce, vt aliqui dixerunt. Quia secundum hoc ex creaturis nihil posset cognosci de Deo, nec demonstrari, sed semper incideret fallacia æquiuocationis. Et hoc est tam contra Philosophum, qui multa demonstratiue de Deo probat,

a ¶*Super Quæstionis decimætertiæ Articulum quintum.*

Annot. IN titulo ly vniuoce sumitur vt in prædicamentis diffiniuntur vniuoca. Nec oportet addere aut minuere, vt etiam in fine huius articuli dicitur.

Coment. ¶In corpore quatuor. primo respondet quæsito negatiue, quòd non vniuoce, secundo quòd nec æquiuoce pure. tertio affirmat q; analogice. quarto comparat analogiam ad duo prædicta. Quo ad primum conclusio negatiua est. Nomina communia Deo & creaturis non dicuntur de eis vniuoce. probatur sic. omnis effectus inadæquatus recipit diuisim & multipliciter, quòd in causa est simpliciter & eodem modo: ergo recipit similitudinem agentis non secundum eandem rationem: ergo creaturæ participant diuisim &c. perfectiones, quæ in Deo vnitæ sunt. ergo nomina cõmunia perfectionem importantia, quum de creaturis dicuntur, significant aliquid distinctũ ab aliis. De Deo autem dicta nõ significant aliquid vt distinctum. ergo huiusmodi nomina dicta de creaturis comprehendunt rem significatam. De Deo autem relinquunt rem significatam vt excedentem nominis significationem: [62] ergo huiusmodi nomina non dicuntur de Deo, & aliis secundum eandem rationem: ergo non dicuntur vniuoce de Deo & creaturis. Antecedens declaratur exemplo Solis & inferiorum. Ita quòd declaratio non est tam exemplaris quàm proportionalis. Ex qua etiam proportionalitate prima consequentia manifesta relicta est cum secunda. tertia autem cum reliquis in litera: vt per se nota relinquitur, eo quòd à significatis formalibus ad significantia, vt sic quo ad vnitatem [72] & pluralitatem rationis liquidum est processum esse optimum. Ipsum tamen consequens tertiæ consequentiæ & quartæ declaratur exemplariter in ly sapiens, quod est nomen commune Deo, & creaturis multis. [Po. q. 7. artic. 7. & opusc. 3. ca. 27. Et 1. contra. cap. 32. 33. & 34.]

¶*Num quæ diuisim, & multipliciter in effectibus inueniuntur, in causa autẽ vnite ac simpliciter, eiusdem rationis esse valeant.*

Quæstio. CIrca primam consequentiam occurrit pro nouitiis dubium: quia non videtur valere, eo quòd multa sunt eiusdem rationis genere, vel saltem vniuoce vniuocatione logica, de qua est sermo in corporibus inferioribus & cælestibus, & tamen inferiora hæc comparantur ad cælestia corpora, vt causas ad vnite habentia, quæ hic diuisim participantur. Antecedens patet. Corporeitas enim & diaphaneitas, & lumen &c. sunt eiusdem rationis hic & ibi

¶Ad hoc breuiter dicitur q; illa maxima assumpta in antecedente: ex qua infertur diuersitas rationis intelligitur formaliter. i. vt sic. ita q; semper paticipatio diuisim eius quòd simpliciter ac vnite est in causa, excludit identitatem rationis etiã logicã, ab illa re participata: nõ autẽ ab aliis si qua alia sunt effectui & causæ communia, nõ ex vi talis participationis. Sic autẽ contingit in obiectionibus allatis. Nam diaphaneitas, & similia diuisim sunt in superioribus sicut & hic. Corporeitas autem si vnite ibi est scilicet absq; cõpositione materiæ & formę, vt putat Auer. vniuoce non dicitur de illis & istis. vnde ipse Auerro negat super Porphyrio: corpus esse genus prædicamenti substantiæ. Et ponit corpus compositũ &c. si autem ex materia & forma resultat etiã ibi: iã patet q; diuisim etiã ibi habetur. Propterea dicito, q; corpora cælestia inquantum habent aliquid vnite, q; participatur hic diuisim vt videtur virtutibus actiuis, quarum omnes aut multas in vnica lucis natura habent: nihil habent eiusdem rationis cum istis.

¶*Num ex rerum diuersitate, vel identitate liceat inferre diuersitatem seu identitatem rationis in nominibus.*

CIrca tertiam consequentiam difficultas occurrit non parua, ex duobus capitibus. Primo quòd consequentia nihil valet: quoniam procedit à rerum conditionibus ad nominum conditiones. Constat enim intellectum nostrum, à quo dependent nomina, natum esse adunata diuidere, & propterea posse intelligere & significare perfectionem: puta sapientiam absque intellectione & significatione conditionum suarum: quas habet in re, puta q; sit idem cum aliis, aut non idem. vnde consequentiæ istæ nihil valent: sapientia est in creaturis res distincta à iustitia &c. ergo nomen sapientiæ dictum de creaturis significat sapientiam cum distinctione eius à iustitia &c. sicut non valet, quantitas in mixtis est res coniuncta colori, ergo nomen quanti dictum de mixtis, significat quantitatem coniunctam colori &c. Secundo, quia quicquid sit de consequentia, ipsa tamen propositio consequens, in qua sustentatur præsens positio est in se falsa. Et manifestatur hoc ratione sic. Sapientiæ nomen absolute aut significat sapientiam finitam, aut infinitã, aut vtranque, aut neutro modo, sed abstrahit à finitate & infinitate. Non primum, quia sic ista esset falsa: Deus est sapiens. Non secundum: quia sic ista esset falsa, homo est sapiens. Nec tertiũ, quia sic vtraque prædictarum esset falsa: ergo quartum. & si sic: ergo dicendo, homo est sapiens: & Deus est sapiens: ly sapiens nõ magis significat quid distinctum in prima quàm in secunda, q; a simpliciter & absolute in vtraque prædicatur absque additione aliqua. Et cõfirmatur: quia positionis huius autor in hoc videtur deceptus, quòd non distinxit inter formale significatũ nominis, & materiale suppositum eiusdem. Quãuis enim quum dico, homo est sapiens, ly sapiens gratia materiæ subiectæ, prædicet rem distinctam &c. quia scilicet ipsa sapientia in homine est res distincta ab eius esse &c. Ex formali tamen suo significato non prædicat nisi sapientem esse: siue limitate, siue non ibi sit secundum rem.

¶Ad euidentiam horum tria facere oportet. primo declarare terminos assumptos. Secundo excludere falsum sensum huius processus. Tertio manifestare verum. Scito quòd significare aliquid vt distinctum seu in ratione distincti, cõtingit dupliciter. Vno modo formaliter: id est significare aliquam distinctionem illius ab aliis: & sic non intelligitur in litera. Alio modo fundamentaliter, seu causaliter: & hoc est significare aliquid vt fundans distinctionem sui ab aliis: & sic sumitur in proposito. Intendit enim litera, quòd sapientia & alia huiusmodi significent in creaturis, non quòd quid est sapientiæ & distinctionem eius à iustitia, sed quòd quid est sapientiæ, vt fundat diuersitatem sui à iustitia. Hoc autem vt infrà patebit, non aliunde habet sapientia quàm ex sua quidditate. Et ideo significare sapientiam, vt distinctam ab aliis, nihil aliud est quàm significare sapientiam vt quidditatem. Quum autem audis ly ab aliis, non intelligas ab vniuersis cæteris: quoniam sic omne nomen etiam in Deo significat aliquid distinctum. Nec est in hoc differentia aliqua inter nomina diuina & creaturarum. Sed intelligas ab aliis perfectionibus simpliciter, vel ab aliis possibilibus in eodem inueniri, vt litera aperte præ se fert. Potest autem processus iste habere duos sensus. Primus est, vt ex identitate & distinctione reali perfectionum, inferatur differentia nominum quo ad significare perfectionem & distinctam, & significare non vt distinctam: & iuxta hunc sensum procedunt obiectiones factæ: sed hic sensus est falsus vt obiiciendo probatum est: nec est intẽtus in litera. Alter verò seu sensus est, vt ex identitate distinctione formali perfectionum inferatur prædicta nominum differentia, & hic sensus est intentus verus, formalis & concludens intentum. Ad cuius euidentiam scito, quòd duas perfectiones iungi ad propositum, contingit dupliciter. scilicet identice & formaliter. Identice quidem, vt si fingamus quòd sapientia fortis & eius iustitia sint vna met res. Formaliter autem potest imaginari dupliciter. Primo si fingamus, quòd propria ratio formalis sapientiæ, & propria ratio iustitiæ sint vna ratio formalis. Ita quòd illa vna ratio non sit tertia ratio, sed sit tantum propria sapientiæ, iustitiæ ratio, & huiusmodi identitas est simpliciter impossibilis implicánsque duo contradictoria. Si enim illæ duæ non sunt vna ratio tertia. ergo non sunt vna ratio: quoniam nulla ratio est identitatis formalis vnius ad aliam. ex quo secundum se non sunt vna. & si sint vna ratio: ergo sunt vna tertia ratio: eo quòd vna secundum se non est altera. Secundo potest intelligi, si fingamus rationem sapientiæ, & rationem iustitiæ eminenter claudi in vna ratione formali superioris ordinis, & identificari formaliter. Et hæc identitas est non solum possibilis, sed de facto, omnium perfectionum in Deo. non est enim putandum rationem formalem propriam sapientiæ esse in Deo, sed vt in litera habetur, ratio sapientiæ in Deo non sapientiæ propria est, sed est propria superioris, puta deitatis, & communis eminentia formali iustitiæ, bonitati potentiæ &c. Sicut enim res quæ est sapientia: & res, quæ est iustitia in creaturis, eleuantur in vnam rem superioris ordinis, scilicet deitatem: & ideo sunt vna res in Deo: ita ratio formalis sapientiæ, & ratio formalis iustitiæ, eleuantur in vnãm rationem formalem superioris ordinis, scilicet rationem propriam deitatis: & sunt vna numero ratio formalis eminenter vtranque rationem continens: non tantum virtualiter, vt ratio lucis continet rationem caloris, sed formaliter, vt ratio lucis continet rationem virtutis calefactiuę. Vnde subtilissime diuinum S.Tho. ingenium, ex hoc quòd ratio sapientiæ in Deo est formaliter, non solum ipsa, sed etiam ratio iustitiæ, & consequenter est ratio propria non sapientiæ, sed alicuius tertij. In creaturis autem est formaliter ipsa propria ratio sapientiæ. Intulit, ergo alia est ratio sapientiæ in Deo, & alia sapientiæ in creaturis: ac per hoc nomen commune non dicitur de eis secundum vnam rationem. Quod vt clarius percipiatur exempla subdamus. Si enim quæratur quid est homo inquantum sapiens: respõdebitur q; ordinatiuus vel aliquid huiusmodi. Si verò quæratur, quid est Deus inquantũ sapiens, respondendum est, quòd aliquid eminenter præhabens in se esse ordinatiuum. Vbi manifeste patet, quòd licet ly sapiens sit nomen commune Deo & homini, ratio tamen vtriusque secundum illud nomen: non est omnino eadem: propter hoc: quia ratio sapientiæ in homine est solùm ipsa: in Deo verò est ipsa & aliæ: imò nec ipsa, nec aliæ, sed altior quædam ratio: & hoc est quod in litera acute perspecta dicitur. [230] [24] [71]

¶Ad obiectiones autem in oppositum dicitur. Et ad primam quidem dicitur, quòd processus iste non arguit ex conditionibus rerum ad conditiones nominum absolute, sed ex diuersitate rationis formalis significatæ per nomen in hoc, & in illo, ad destruendam vniuocationem nominis. vt enim patet ex dictis, non ex identitate, aut diuersitate reali, sed ex identitate & diuersitate formali perfectionum inter se intellecta procedit litera. Nec licuisset etiam ex formali identitate perfectionum inter se destruere vniuocationem nominis nisi ex formali identitate eorum, quæ secundum se non sunt idem constaret sequi tertiam rationem altiorem omnibus huiusmodi diuersis. Ex hoc enim quòd non nisi tertia ratio est, proxime liquet formalis distinctio perfectionis eleuatæ & non eleuatæ, seu identificatæ formaliter aliis, & non identificatæ formaliter aliis.

¶Ad secundam verò dicitur, quòd argumentum supponit sapientiæ nomen absolute, non vt significet speciem qualitatis, sed transcendenter sumptũ significat aliquam rationem formalem vnam simpliciter. Quod tamen hic quæritur, & disputatur, & concluditur esse falsum: quia significat rationem formalem vnam secundum analogiam, & non simpliciter. Quomodo autem ratio vna secundum analogiam prædicatur de pluribus, diffuse tractatum à nobis est in tractatu de analogia nominum. Vnde ad quæsitum dicendum esset quòd importat vtranque sapientiam, sed non per modum vniuoci, & ideo sequela nihil valet, quæ hoc supponit.

¶Ad confirmationem autem dicitur, quòd quum dico, Deus est sapiens, ly sapiens ex formali suo significato importat sapientiam eandem formaliter iustitiæ &c. imò vt rectius loquar significat non sapientiam, sed aliquid eminenter præhabens rationem sapientiæ. Quum verò dico, homo est sapiens: ly sapiens prædicat ipsam sapientiæ rationem: vt patet ex responsionibus reddendis quærentibus quid est Deus vt sapiens: & quid est homo vt sapiens. Illud enim formaliter nomen significat: quod respondetur quærenti quid est a. inquantum habet illud nomen. Non est igitur deceptus autor: sed rationem vniuocorum formalem formalissime est intuitus: iuxta Aristo. diffinitionem.

¶*Num aliqua nomina Deo & creaturis communia, vniuoca sint.*

Quæstio. COntra prædictam conclusionem Scotus in primo. dist. 3. quæstionibus prima & tertia. & dist. 8. q. 2. arguit multipliciter. Tum quia nomina huiusmodi habent conceptum certum in communi, stante dubitatione de conceptibus Dei & creaturæ. Tum quia processus metaphysicales vtuntur vna ratione formali in huiusmodi, & auferendo ab ea omnes conditiones imperfectionis attribuunt eam Deo. Tum quia aliter Deus non esset naturaliter cognoscibilis aliquo simplici conceptu, eo quòd ille conceptus non clauderetur essentialiter, nec virtualiter in aliquo relucente in phantasmate. Tũ quia omnis comparatio est in aliqualiter vniuoco ex 7. physi. Constat enim Deum esse perfectius ens quàm creatura. Et quamuis diffuse hæc in commentariis de ente & essentia tractata sint: nunc tamen breuiter respondetur.

¶Ad primum quidem. Illud argumentum nihil aliud concludit, nisi alietatem conceptus sapientiæ. Verbi gratia: in communi sapientia Dei & sapientia creaturæ: sed ex hoc inferre, ergo vniuocus conceptus, est sophisma consequentis. Quoniam conceptus analogus est etiam alius ab inferioribus, non tamen eo alietatis modo, quo est alius conceptus vniuocus ab vniuocatis: quia hic est alius vt præcisus ab eis, ille verò, vt continens eos, vt diffuse scripsimus in tractatu de analogia nominum.

¶Ad secundum vero dicitur, quòd metaphysicales processus vtuntur vna ratione simpliciter in principio inquisitionis, sed in termino vtuntur ratione vna non simpliciter, sed secundum analogiam. sic enim est vna ratio sapiẽtiæ quãdo

expoliata est ab imperfectionibus. Vnde non est par ratio, vt Scotus obiicit de lapide & sapientia: quia ratio lapidis nec in principio, nec in termino inquisitionis potest remanere vna analogice saluata formaliter in Deo & lapide: quia semper lapidis ratio imperfectionem claudit

¶Ad tertium autem dicitur, quòd Deus est cognoscibilis conceptu simplici contento in obiecto relucente in phantasmate participatiue vel imitatiue. Nec oportet quòd contineatur essentialiter, aut virtualiter. datur enim tertius modus.

¶Ad quartum deinde dicitur, quòd comparatio fit etiam in analogo, quod medium est inter vniuocum & æquiuocum: & ideo nega-
77 tur assumptum. Quum enim dicitur, Deus est perfectius ens creatura: comparatio fit in ratione entis vna secundum analogiam, & sic communi vtrique vt alibi docuimus.

quàm etiam contra Apostolum dicentem Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Dicendum est igitur, quòd huiusmodi nomina dicuntur de Deo & creaturis secundum analogiam, id est proportionem. Quod quidem dupliciter contingit in nominibus: vel quia multa habent proportionem ad vnum, sicut sanum dicitur de medicina & vrina: inquantum vtrunque habet ordinem & proportionem ad sanitatem animalis [e]. cuius hoc quidem signum est, illud verò causa: vel ex eo quòd vnum habet proportionem ad alterum: sicut sanum dicitur de medicina & animali, inquantum medicina est causa sanitatis, quæ est in animali. Et hoc modo aliqua dicuntur de Deo & creaturis analogice, & non æquiuoce neque vniuoce. Non enim possumus nominare Deum, nisi ex creaturis, vt suprà dictum est [e]. Et sic quicquid dicitur de Deo & creaturis, dicitur secundum quod est aliquis ordo creaturæ ad Deum, vt ad principium & causam: in qua præexistunt excellenter omnes rerum perfectiones. Et iste modus communitatis medius est inter puram æquiuocationem & simplicem vniuocationem. Neque enim in his, quæ analogice dicuntur, est vna ratio, sicut est in vniuocis: nec totaliter diuersa sicut in æquiuocis, sed nomen quod sic multipliciter dicitur, significat diuersas proportiones ad aliquid vnum. Sicut sanum de vrina dictũ significat signum sanitatis animalis, de medicina verò dictum significat causam eiusdem sanitatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet in prædicationibus oporteat æquiuoca ad vniuocum reduci, tamen in actionibus agens non vniuocum ex necessitate præcedit agens vniuocum. Agens enim non vniuocum est causa vniuersalis totius speciei, vt Sol est causa generationis omnium hominum. Agens verò vniuocum non est causa agens vniuersalis totius speciei (alioquin esset causa suiipsius, cùm sub specie contineatur) sed est causa particularis respectu huius indiuidui: quod in participatione speciei constituit. Causa igitur vniuersalis totius speciei non est agens vniuocum. Causa autem vniuersalis est prior particulari. Hoc autem agens vniuersale, licet non sit vniuocum, non tamen est omnino æquiuocum: quia sic non faceret sibi simile, sed potest dici agens analogicum. Sicut in prædicationibus omnia vniuoca reducuntur ad vnum primum non vniuocum, sed analogicum, quod est ens.

¶Ad secundum dicendum, quòd similitudo creaturæ ad Deum est imperfecta: quia etiã nec idem secundum genus repræsentat, vt suprà dictum est [e].

¶Ad tertium dicendum, quòd Deus non est mensura proportionata mensuratis [e]. Vnde non oportet quòd Deus & creaturæ sub vno genere contineantur.

¶Ea verò, quæ sunt in cõtrarium, concludũt ꝙ non vniuoce huiusmodi nomina de Deo & creaturis prædicentur, nõ autẽ ꝙ æquiuoce.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrum nomina per prius dicantur de creaturis quam de Deo.

AD SEXTVM sic proceditur, Videtur ꝙ nomina prius dicantur de creaturis quàm de Deo. Secundum enim quòd cognoscimus aliquid, secundum hoc illud nominamus, cum nomina secun-

Coment. ¶Quo ad secundum cõclusio negatiua est, hu-
68 iusmodi nomina nõ dicuntur de Deo & aliis pure æquiuoce. Probatur sic si diceretur æquiuoce nihil posset ex creaturis cognosci, aut demõstrari de Deo. Sed hoc est contra Philosophum & Apostolũ: ergo. Consequẽtia probatur: quia incideret fallacia æquiuocationis. destructio verò consequentis patet.

Annot. ¶Aduertenda sunt hic duo. Primum est, ly pure. non enim in litera dicitur absolute, quòd non æquiuoca, sed cum limitatione dicitur, ꝙ non sunt puræ æquiuoca. Addita est autem hęc limitatio, quia secũdum veritatem, analoga compræhendũtur sub æquiuocis: quæ in prædicamentis diffiniuntur. Aequiuoca enim multipliciter inueniuntur. Quædam enim sunt quorum nomen est commune, & ratio secũdum illud nomen est diuersa totaliter, & hæc vocantur pure æquiuoca. Et de his loquitur litera hæc. Quædam verò sunt, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomen est diuersa secundum aliquid: & hæc multis modis inueniuntur, comprehendũntque sub se analoga, vt alibi ostendimus. Secundum est ly nihil in consequente positum: non supponit pro nihilo simpliciter, quoniam dato quòd omnia huiusmodi nomina æquiuoca essent, adhuc possemus cognoscere quòd Deus est creator & super omnia: & quòd non est corpus &c. sed supponit pro nihilo formaliter communi Deo & creaturis: puta esse ens, actum, bonum sapientem &c. Nihil enim horum posset sciri de Deo, sed semper incideret fallacia æquiuocationis vt patet.

Commẽt. ¶Quo ad tertium conclusio responsiua affirmatiue hæc est, quæcunque nomina sunt communia Deo & creaturis, dicuntur de eis secundum analogiam vnius ad alterum, id est creaturæ ad Deum. Declaratur, ly vnius ad alterum, distinguendo analogiam nominum, scilicet quia vel est ratione proportionis aliquorum inter se: & hæc vocatur vnius ad alterum: vel ratione proportionis aliquorum non inter se, sed ad tertium: & hæc vocatur duorum ad tertium, seu multorum ad vnum. Exempla patent in litera. Probatur deinde conclusio: quo ad primam quidem partem per locum à diuisione, propter quod in litera dicitur, dicendum est igitur &c. Quo ad secundam verò sic: Deum non possumus nominare nisi ex creaturis, ergo nomina communia vtriusque dicuntur secundum ordinem vnius ad alterum. Quo ad tertiam verò quia Deus est causa in qua præexistunt omnium rerum perfectiones.

¶Memento hic quòd exempla ponimus non quòd ita sint, sed vt discentes
Annot. intelligant. Non enim ens est analogum Deo & creaturis secundum denominationem extrinsecam, vt sanum: sed in hoc tenet similitudo, quòd vtrobique est analogia ratione ordinis duorum inter se: quamuis dissimiliter sit hic & ibi. Nam inter Deum & creaturam est similitudo formalis imitatiua, quæ etiam in litera tangitur, dum creaturas ordinari in Deum dicitur, vt causam, in qua præexistunt perfectiones omnes. Inter animal verò sanum, & vrinam, non est similitudo, sed relatio significationis: & propterea ibi est analogica communitas secundum prædicationem formalem, hic autem proprie est communitas attributionis ad vnum secundum prædicationem quamcunque, siue extrinsece, siue intrinsece &c.

Coment. ¶Quo ad quartum conclusio est. Iste modus prædicationis medius est inter vniuoca & æquiuoca. probatur per locum à diffinitione ad diffinitum. hic non est vna ratio simpliciter, nec diuersa totaliter, sed secundum quid eadem, & secundum quid diuersa. significat enim diuersas proportiones ad vnum: & propterea ratione diuersarum proportionum est diuersitas secundum quid: ratione verò vnius rei ad quam vel secundum quam illæ diuersæ proportiones fiunt, est secundum quid vna, vt patet in exemplo de sano &c. ergo. hanc materiam si vis plenè intelligere, vide sæpe dictum opusculum de analogia nominum.

¶Quomodo si æquiuoca reducuntur in vniuocum secundum prædicationem, verum sit vniuoca reduci in non vniuocum.

¶In responsione ad primum dubium occurrit, quia finis responsionis contradicit principio eiusdem. In principio siquidem dicitur, quòd æquiuoca reducuntur in vniuocum in prædicationibus. In calce autem dicitur, quòd in prædicationibus vniuoca reducuntur in non vniuocum. Quæstio.

¶Ad hoc dicitur dupliciter. primo in hac responsione facta est duplex comparatio in prædicationibus. Prima est inter vniuoca, & pure æquiuoca, & hæc facta est in principio. Secunda est inter vniuoca & non vniuoca, & hæc facta est in fine. & ideo nulla est contradictio: Sed hæc responsio difficultatem patitur: eo quòd sic non est satisfactum argumento. Vis enim argumenti stat in hoc, quòd vniuocum habet se ad æquiuocum, vt vnum ad multa. Constat autem quòd hoc est verum non solum de pure æquiuocis, sed quocunque modo æquiuocis, seu non vniuocis. Quoniam vnum non solũ est prius multis simpliciter, sed multis secundũ quid, Et sic vniuocum restat prius o-
mnibus non vniuocis, 24 / 18 b
vtpote aliquo modo multitudinem includẽtibus in se. Propterea respondendum videtur secundo, quòd vtrobique facta est comparatio inter eadem, scilicet vniuoca & æquiuoca in communi, seu non vniuoca. Et tamen nulla est contradictio. Quoniam in principio est sermo de reductio- 73 / 1. contra cap. 34. / Coment.
ne resolutiua prædicati in se: in fine autem de reductione resolutiua diuersorum prædicatorum. Aliud est enim resoluere diuersa in vnũ, aliud autem resoluere aliquid in seipso. Ibi enim vnum reducitur in aliud, hic autem vnum distinguitur in sua: vt patet in naturalibus. Ad propositum igitur quando sermo fuit de ordine diuersorum prædicatorum, dictum est quòd non vniuocum est prius. Quia ens est primum ad quod cætera reducuntur. Quum vero sermo fuit de resolutione prædicati in se, dictum est quod vniuocum præcedit non vniuoca, sicut vnum multa. Eo quòd ens ipsum, quòd analogice dicitur de homine & albo, resoluitur in seipsum vniuoce dictum de hominibus, & vniuoce quoque dictum de albis, & hoc concludebat vis argumenti. Conclude ergo quòd comparando diuersa prædicata inter se analogum præcedit, resoluendo autẽ idem prædicatum in se vniuocum præcedit vt vnum multa. Reliqua quæ in hac responsione de agentium ordine dicuntur, infrà, quum de actione Dei ad extra tractabitur, patebunt.

a *¶Super Quæstionis decimætertiæ Articulum sextum.*

TItulus vt iacet in sua amplitudine intelligitur, vt ex responsione patet.

¶In corpore quatuor. Primo regula traditur ad discernendum de quo per prius nomen dicitur, & de quo posterius. Secundo respondetur quæsito quo ad nomina metaphorica. Tertio quo ad proprie dicta secundum opinionem in secundo articulo confutatam: quarto secundum veritatem.

¶Quo ad primum regula est. Analogum prius dicitur de eo, quod ponitur in aliorum diffinitione quàm de aliis. Probatur. In omni nomine analogo est vnũ respectu à cæteris, ergo illud vnum ponitur in diffinitione aliorum: ergo illud vnum est prius cæteris secundum rationem illius analogi. Declaratúrque hoc exemplariter in hoc analogo, quòd est sanum. Antecedens cum prima consequentia non aliter probatur. secunda verò consequentia probatur: quia ratio, quam significat nomen, est diffinitio, ac per hoc prius secundum diffinitionem illius nominis est prius secundum eius rationem: quòd nihil aliud est quàm analogum prius dici de illo quod diffinit cætera quàm de aliis.

¶Num primum analogatum poni oporteat in ratione aliorum analogatorum.

¶Circa antecedens & primam eius consequentiam dubium non dissimulandũ occurrit. Primo ad hominem: quia ipsemet S. Tho. in q. de ve. q. 2. articu. 11. dicit non esse verum vniuersaliter, quòd primum analogatum poni debeat in rationibus aliorum analogatorum. Secundo simpliciter. Tum quia ex dictis patet, sapientiam analogice dici de Deo & aliis, & tamen creatura non dicitur sapiens in ordine ad Deum: nec econuerso, vt patet: sed vterque dicitur sapiens absolute. Tum quia in ratione hominis vt sapiens non clauditur sapientia Dei. Nec in ratione Dei vt sapiens est, clauditur sapientia hominis. ergo. Quæstio.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd analoga inueniuntur duobus modis.

¶Quædam enim significant ipsos respectus ad primum analogatum, vt patet de sano. Quædã vero significant fundamenta tantum illorum respectuum: vt communiter inuenitur in omnibus vere analogis proprie & formaliter saluatis in omnibus analogatis. Propositio ergo illa vniuersalis in antecedente assumpta, intelligenda est vniuersaliter in primo modo analogiæ. Ita quòd sensus est, quòd in omnibus nominibus, quæ de pluribus analogice, id est secundum diuersos respectus dicuntur, oportet poni vnum. In quæstione autem de veritate, de se-

cundo

cundo modo analogiæ dixit oppositum. Et hæc responsio est vniuersalior ea, quam alibi assignauimus, ex q. de ver. quia ista responsio habet locum etiam in analogicis secundum proportionalitatem, metaphorice tamẽ dictis. in his enim etiam vnum ponitur in ratione alterius propter prædictam causam. Ad ea verò: quæ secundo loco obiiciuntur, in quarta parte huius articuli dicetur.

dum Philosophum sint signa intellectuũ. Sed per prius cognoscimus creaturam quàm Deum. Ergo nomina à nobis imposita per prius conueniunt creaturis quàm Deo.

¶Præterea, Secundum Dion. in lib. de di. no. Deum ex creaturis nominamus. Sed nomina à creaturis translata in Deum per prius dicuntur de creaturis quàm de Deo: sicut leo, lapis, & huiusmodi. Ergo omnia nomina, quæ de Deo & de creaturis dicuntur, per prius de creaturis quàm de Deo dicuntur.

¶Præterea, Omnia nomina, quæ cõmuniter de Deo & creaturis dicuntur: dicũtur de Deo sicut de causa omniũ, vt dicit Dio. Sed quod dicitur de aliquo per causam per posterius de illo dicitur: per prius enim dicitur, animal sanum quàm medicina, quæ est causa sanitatis. Ergo huiusmodi nomina per prius dicuntur de creaturis quàm de Deo.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ephe 3. Flecto genua mea ad patrẽ d. n. Iesu. ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur: & eadem ratio videtur de nominibus aliis, quæ de Deo & creaturis dicuntur. Ergo huiusmodi nomina per prius de Deo quàm creaturis dicuntur.

CONCLVSIO.

¶Nomina, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, cũ similitudinem eius ad creaturas significent, de ipsis creaturis prius dicuntur: nomina verò Deo & creaturis cõmunia, de Deo essentialiter dicta quo ad significatum prius de Deo dicuntur, quo autem ad modum significandi de creaturis prius.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in omnibus nominibus, quæ de pluribus analogice dicũtur, necesse est quòd omnia dicantur per respectum ad vnũ. Et ideo illud vnum oportet, quòd ponat in diffinitione omnium [e]. Et quia ratio, quàm significat nomen, est diffinitio, vt dicitur in quarto metaphy. necesse est quòd illud nomen per prius dicatur de eo, quòd ponitur in diffinitione aliorum, & per posterius de aliis secundum ordinem, quo appropinquant ad illud primum, vel magis vel minus. Sicut sanum, quod dicitur de animali, cadit in diffinitione sani, quod dicitur de medicina, quæ dicitur sana inquantum causat sanitatem in animali, & in diffinitione sani, quod dicitur de vrina, quæ dicitur sana, inquantum est signum sanitatis animalis. Sic ergo omnia nomina, quæ metaphoricè de Deo dicuntur, per prius de creaturis dicuntur quàm de Deo: quia dicta de Deo nihil aliud significant quàm similitudines ad tales creaturas. Sicut enim ridere dictum de prato, nihil aliud significat quàm quòd pratum similiter se habet in decore cum floret, sicut homo cum ridet, secundum similitudinem proportionis: sic nomen leonis dictum de Deo nihil aliud significat, quàm quòd Deus similiter se habet vt fortiter operetur in suis operibus, sicut leo in suis [e]. Et sic patet, quòd secundum quod dicuntur de Deo, eorum significatio diffiniri non potest, nisi per illud, quod de creaturis dicitur. De aliis autem nominibus, quæ non metaphorice dicuntur de Deo, esset etiã eadem ratio, si dicerentur de Deo causaliter tantum, vt quidam posuerunt [e]. Sic enim cum dicit, Deus est bonus, nihil aliud esset quàm Deus est causa bonitatis creaturæ. Et sic hoc nomen bonum dictum de Deo clauderet in suo intellectu bonitatem creaturæ. Vnde bonum per prius diceret de creatura quàm de Deo.

¶Sed supra ostensum est [e], quòd huiusmodi nomina non solum dicuntur de Deo causaliter, sed etiam essentialiter. Cum enim dicitur, Deus est bonus, vel sapiens, non solum significatur quòd ipse sit causa sapientiæ vel bonitatis, sed quòd hæc in eo eminentius præexistunt. Vnde secundum hoc dicendum est, quòd quantum ad rem significatam per nomen per prius dicuntur de Deo quàm de creaturis, quia à Deo huiusmodi perfectiones in creaturas manant: sed quantum ad impositionem nominis per prius à nobis imponuntur creaturis quas prius cognoscimus. Vnde & modum significandi habent, qui competit creaturis, vt supra dictum est [e].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit quantum ad impositionem nominis.

¶Ad secundum dicendum, quòd non est eadem ratio de nominibus, quæ metaphorice de Deo dicuntur, & de aliis, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum quòd obiectio illa procederet, si huiusmodi nomina solum de Deo causaliter dicerentur & non essentialiter, sicut sanum de medicina.

Coment. ¶Quo ad secundũ conclusio responsiua est. Nomina metaphorice dicta prius dicuntur de creaturis quàm de Deo. Probatur: ratio horum nominum, vt dicuntur de Deo, non potest intelligi absque ratione eorundem, vt dicuntur de creaturis: ergo. Antecedens patet exemplariter: in communi quidẽ de ridere, in proposito autem de leone. consequentia verò tenet ex regula assignata.

¶Quo ad tertium conclusio hypothetica est. Si communia nomina proprie dicta dicerentur de Deo causaliter tantum, dicerentur per prius de creaturis quàm de Deo. Probatur. Eorum significatio vt de Deo dicuntur, non posset intelligi sine significatione eorundem in creaturis: ergo. Antecedens patet in exemplo boni. consequentia vero tenet ex assignata regula.

¶Quo ad quartum conclusio respõsiua est. Huiusmodi nomina quo ad rem significatã prius de Deo: quo ad impositionem nominis prius de creaturis dicuntur. Probatur hæc conclusio quo ad primam partem. Hæc nomina non solum significãt Deum
77 esse talem causaliter, sed etiam essentialiter: & à Deo emanant aliorum perfectiones. ergo de Deo per prius quàm aliis quo ad rem.

¶Quo ad secundam verò partem. Creaturas prius cognoscimus & nominamus: ergo. Probatur secundo ex signo: habent modum significandi, quod conuenit creaturis: ergo.

¶Num nomina communia Deo & creaturis significent ipsum esse causaliter & formaliter tale.

CIrca illud dictum in probatione primæ partis conclusionis, scilicet huiusmodi nomina non solũ significãt quòd Deus sit causa, sed quòd sit essentialiter talis: dubium occurrit. Si enim quum dicitur Deus est bonus, sensus est, Deus est causaliter & formaliter bonus, sequitur primo, quòd ly bonus: dictum de Deo non significet vnum, contra Aristo. 4. metaph. Sequitur secundo oppositum intenti: quoniam esset sensus: Deus est causa bonitatis aliorum, & in seipso bonitatem habens: vbi manifeste patet aliorum bonitatem cadere in ratione Dei, vt bonus est.

¶Ad hoc dicitur quòd verba illa possunt dupliciter sane intelligi. Primo vt intelligantur de possibili seorsum, id est quòd huiusmodi nomina possunt dici & verificari de Deo vtroque modo scilicet causaliter & formaliter, seorsum tamẽ: ita quòd ista, Deus est bonus, est vera causaliter sumpta: & est etiam vera formaliter sumpta: & non quòd simul importet vtrunque. Et sic nullam ambiguitatẽ ingerit obiectio opposita: quia de vtraque simul significatione loquitur.

¶Secundo vt exponantur de vtroque significato simul: & sic oportet dicere, ꝙ huiusmodi nomina dicuntur de Deo formaliter & causaliter, sed fundamentaliter, verbi gratia, quum dicitur Deus est bonus, non solum significatur quòd Deus est habens bonitatem, sed etiam quòd Deus habet rationem bonitatis talem, qualis nata est fundare causalitatem bonitatis aliorum: ita quòd ly talem non modum aut rationem aliquam addit, supra bonitatem diuinam, sed circumloquitur illam formalem rationem, secundum quàm Deus dicitur bonus. Iam enim diffinitum est, quòd illa non est eadem cum nostra, nisi secundum analogiam. Illa autem ratio quamuis causalitatem non importet, fundat tamen eam proxime, & simile est de aliis. Et sic nulla remanet ambiguitas: quoniam secundum hoc nomina huiusmodi significant vnum. Nec oportet cointelligi bonitatem creaturæ: quoniam non important causalitatem formaliter, sed fundamentaliter tantum. Vtraque responsio est bona, prima tamen magis literalis, eo quòd contra opinionem confutatam loquitur litera. Et constat quòd opinio illa loquebatur de significatione causaliter, non fundamentaliter, sed formaliter, vt patet.

¶Circa eiusdem partis probationem & ipsam primam partem, aduerte quòd quum dicitur nomina huiusmodi communia, prius dici de Deo quantum ad rem significatam, non intelligas hoc materialiter, sed formaliter. Ita quòd hoc verificari oportet de re formaliter significata. Et ratio assignata in litera cõplectitur vtrunque necessariũ ad hoc: scilicet & quòd nomen saluatur formaliter: & quòd illa ratio formalis, est prior secundum rem cæteris: quod probatur, quia est causa cæterarũ. Neutrum enim horum seorsum sufficeret ad concludendum Annot.
nomina prius dici de 187
illo, vt patet inductiue. Ratio enim sani in causa, licet sit prior secundum rem ratione sani in animali: quia tamen ratio sani non formaliter in causa est, poste-
rius de causa dicitur. 69
Ratio quoque boni licet sit formaliter in homine, non tamen prius dicitur de eo quàm de aliis. Nec te conturbet quispiam dicens: ergo non est eadem ratio de
omnibus nominibus cõ 69
munibus Deo & aliis. Eo quòd quædam sunt, quorum formales rationes & si saluantur in Deo, non sunt causæ quòd cætera sint talia: quoniam illæ rationes formales nullam causalitatem habent: momento autoritatis Apostolicæ in litera positæ ad Ephes. 3. Flecto genua mea ad p. d. mei Iesu Christi: ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Si
nanque paternitas di- 70
uina, quæ relatio est atque per hoc à causalitate aliorum remotissima, causa est cæterarũ paternitatum. à fortiori bonitas est causa omnis bonitatis: & scientia omnis scientiæ. & sic de aliis. Et si quæratur in quo genere causæ, nunquã duo genera
desunt, scilicet finalis a c d
& formalis exemplaris; ꝗcquid sit de efficiẽtia. 70

¶Num nomina communia Deo & craturis, vt de Deo dicuntur, includant in sui ratione respectum aliquem ad creaturas, & consequenter posterius de eo dicta sint.

CIrca eandem partem dubium adhuc occurrit ad hominẽ. Tum quia in articulo secundo huius quęstionis oppositũ videtur dictum: quum dictum est, ꝙ dicendo Deus est bonus, sensus est, id quòd bonitatem in creaturis dicimus, eminentius in Deo præexistit. Ecce aperte vides in significatione boni in Deo posita, claudi bonitatem creaturæ: & consequenter prius dici debere de creaturis. Rursus in articulo quinto dictum est, ꝙ hæc nomina dicuntur de creaturis in ordine ad Deum: ergo in ratione horum nominum vt dicuntur de creaturis clauditur Deus: ergo prius de Deo: ita quòd Deus ponitur in diffinitione aliorum cuius oppositum hic tenetur, & patet. Quæstio.

¶Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ secundum veritatem hæc nomina dicuntur analogice, id est proportionaliter: & prius de Deo quàm aliis: qa cũ in vtrisq; dicantur formaliter, formalitas tamẽ in Deo prior est secũdũ rem formalitate illa in aliis. Nõ tamen est sic prior, vt scilicet diffiniens est prius diffinito, sed est prior vt causa exemplaris, saltem est prior exẽplato. Et propterea, sicut omnia exẽplata sunt talia in ordine ad exẽplar, sic omnes creaturæ dicuntur tales: puta bonæ in ordine ad diuinã bonitatem. Et sicut non oportet exẽplata significari cũ ordine ad exẽplar, quãuis illud habeant: ita nõ oportet bonitatẽ creaturæ significari in ordine ad bonitatem diuinã: quãuis secũdũ esse illã semper respiciat vt exẽplar. verba igit̃ quinti articuli, & similia, hic nõ sunt cõfutata, sed exposita: quòd .s. intelliguntur secundũ esse, & nõ secũdũ significari, nisi fundamẽtaliter, pro quãto rationes formales per ea significatæ in creaturis fundant ordinẽ ad Deum vt causam. Verba autem secundi articuli non fuerunt inducta vt diffiniretur significatio nominis in Deo posita, sed vt exponeretur ex notioribus nobis, & ideo nihil obstant. Nulla enim comparatio aut connotatio alterius clauditur in ratione huiusmodi nominum, tam cum de Deo, quàm quum de creaturis dicuntur, sed vere absolute dicuntur, quum absolutas significant perfectiones. Et per hæc patet solutio obiectorum in prima parte huius corporis articuli.

Cõment. a ¶*Super Quæstionis decimætertiæ Articulum septimum.*

Titulus clarus ex tempore, scilicet dominus, saluator, creator &c. ¶In corpore quinque facit. ¶Primo proponit conclusionem responsiuam quæsito. ¶Secundo claudit amplam viam probandi conclusionem. ¶Tertio ibi, veruntamen veram viam aggreditur. ¶Quarto ibi, quum igitur Deus, probat conclusionem. ¶Quinto ibi, non propter aliquam: excludit tacitam obiectionem.

74 ¶Quo ad primum conclusio responsiua quæsito est affirmatiua & particularis, scilicet quædã nomina importantia relationem ad creaturas, dicuntur de Deo ex tempore.

q. 34. ar. 3. 2 m. & q. 43. articu. 2 Et. 1. di. 14. q. 1. ar. 1. 5. m. et di. 30. ar. 1. per totũ. & 2. cap. & di. 37. q. 2. arti. 3. c. & 3 m. & di. 38 ar. 4. 1 m. Et 3. d. 32. art. 3.

¶Quo ad secundum scito, quòd hæc cõclusio ideo difficultatẽ aliquã habere videtur, quia nulla res noua potest Deo aduenire: & propterea si huiusmodi nomina non ponũt rẽ aliquã realem in Deo, nulla erit difficultas. Si autem ponunt rẽ realẽ, secus esset. Et quoniã litera intendit probare conclusionẽ ex hoc medio, scilicet quia nõ ponunt in Deo nisi relationem rationis, idcirco amplissima via, quæ ad hoc statim ducebat, scilicet, nulla relatio est res naturæ: quia erronea est statim exclusa, & hoc est primum. Recitatur autem hic error ab Auerroe. 12. metaphy. cõmen. 19. Confutatúrque hic sic. Res naturales habẽt ordinem, habitudinẽque naturalem adinuicẽ. ergo cõsequentia patet: & antecedens, præter euidentiam quam habet ex 12. metaph. commen. 52. vbi ordo vniuersi bonum eiusdem dicitur, vt per se manifestum assumit.

Annot. ¶Hic esset quærendum an dentur relationes reales: sed quoniam egrederemur propositi limites fiat quæstio specialis.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum nomina quæ important relationem ad creaturas dicantur de Deo ex tempore.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd nomina, quæ important relationem ad creaturas, non dicantur de Deo ex tempore. Omnia enim huiusmodi nomina significant diuinam substantiam, vt communiter dicitur. Vnde & Ambrosius dicit quòd hoc nomen dominus, est nomen potestatis, quæ est diuina substantia: & creatio significat Dei actionem, quæ est eius essentia. Sed diuina substantia non est temporalis, sed æterna. Ergo huiusmodi nomina non dicuntur de Deo ex tempore, sed ab æterno.

¶Præterea. Cuicunque conuenit aliquid ex tempore potest dici factum. Quod enim ex tempore est album, fit album. Sed Deo non conuenit esse factum. Ergo de Deo nihil prædicatur ex tempore.

¶Præterea. Si aliqua nomina dicũtur de Deo ex tempore propter hoc quòd important relationem ad creaturas, eadem ratio videtur de omnibus, quæ relationem ad creaturas important. Sed quædam nomina importantia relationem ad creaturas dicuntur de Deo ab æterno. Ab æterno enim sciuit creaturam & dilexit, secundum illud Iere. xxxj. In charitate perpetua dilexi te. Ergo & alia nomina, quæ important relationem ad creaturas: vt dominus & creator dicuntur de Deo ab æterno.

¶Præterea. Huiusmodi nomina relationem significant. Oportet igitur quòd relatio illa vel sit aliquid in Deo, vel in creatura tantum. Sed non potest esse quòd sit in creatura tantum: quia sic Deus denominaretur dominus à relatione opposita, quæ est in creaturis, nihil autem denominatur à suo opposito. Relinquitur ergo quòd relatio est aliquid in Deo. Sed in Deo nihil potest esse ex tempore, cum ipse sit supra tempus. Ergo videtur quòd huiusmodi nomina non dicantur de Deo ex tempore.

¶Præterea. Secundum relationem dicitur aliquid relatiue: puta secundum dominum dominus: sicut secundum albedinem albus. Si igitur relatio dominij non est in Deo secundum rem, sed solum secundum rationem, sequitur, quòd Deus non sit realiter dominus: quod patet esse falsum.

¶Præterea, In relatiuis, quæ non sunt simul natura, vnum potest esse altero non existente: sicut scibile non existente scientia, vt dicitur in prædicamentis. Sed relatiua, quæ dicuntur de Deo & creaturis, non sunt simul natura. Ergo potest aliquid dici relatiue de Deo ad creaturam, etiam creatura non existente. Et sic huiusmodi nomina dominus & creator dicuntur de Deo ab æterno, & non ex tempore.

¶SED CONTRA, est quod dicit Augusti. quinto de trin. quòd hæc relatiua appellatio dominus, Deo conuenit ex tempore.

CONCLVSIO.

¶*Deus cum sit extra ordinem vniuersi sic quòd omnes creaturæ ad ipsum referantur, & non econtra, nomina, quæ huiusmodi relationem important, de Deo dicuntur ex tempore, & non ab æterno, nisi sequãtur actionẽ intellectus vel volũtatis ipsius Dei.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quædam nomina importantia relationem ad creaturam, ex tempore de Deo dicuntur, & non ab æterno. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd quidam posuerunt relationem non esse rem naturæ, sed rationis tantum. Quod quidem apparet esse falsum, ex hoc, quòd ipsæ res naturalem ordinem & habitudinem habent adinuicem.[c] Veruntamen sciendum est quòd cum relatio requirat duo extrema, tripliciter se habere ad hoc quod sit res naturæ & rationis. Quandoque enim ex vtraque parte est res rationis tantum: quando scilicet ordo, vel habitudo non potest esse inter aliqua nisi secundum apprehensionem rationis tantum, vtpote cum dicimus idem eidem idem. Nam secundum quòd ratio apprehendit bis aliquod vnum, statuit illud vt duo: & sic apprehendit quandam habitudinem ipsius ad seipsum. Et similiter est de omnibus relationibus, quæ sunt inter ens & non ens: quas format ratio inquantum apprehendit non ens vt quoddam extremum. Et idem est de omnibus relationibus, quæ consequuntur actum rationis, vt genus & species & huiusmodi. Quædam vero relationes sunt quantum ad vtrunque extremum res naturæ:[c] quando scilicet est habitudo inter aliqua duo, secundum aliquid realiter conueniens vtrique. sicut patet de omnibus relationibus, quæ consequuntur quantitatem vt magnum & paruum, duplum & dimidium & huiusmodi. nam quantitas est in vtroque extremorum. & simile est de relationibus, quæ consequuntur actionem & passionem, vt motiuum & mobile, pater & filius, & similia. Quandoque vero relatio in vno extremorum est res naturæ, & in altero est res rationis tantum. & hoc contingit, quandocunque duo extrema non sunt vnius ordinis. sicut sensus & scientia referuntur ad sensibile & scibile. quę quidem inquantum sunt res quædam in esse naturali existentes, sunt extra ordinem esse sensibilis & intelligibilis. Et ideo in scientia quidem & sensu est relatio realis, secundum quòd ordinantur ad sciendum vel sentiendum res: sed res ipsæ in se consideratæ sunt extra ordinem huiusmodi. vnde in eis non est aliqua relatio realiter ad scientiam & sensum, sed secundum rationem tantum: inquantum intellectus apprehendit ea, vt terminos relationum scientiæ & sensus. Vnde Philosophus dicit in quinto metaphy. quòd non dicuntur relatiue, eo quòd ipsa referantur ad alia, sed quia alia referuntur ad ipsa. Et similiter dextrum non dicitur de columna, nisi inquantum ponitur animali ad dextram. Vnde huiusmodi relatio non est realiter in columna, sed in animali.

¶Cum igitur Deus sit extra totum ordinem creaturæ, & omnes creaturæ ordinentur ad ipsum, & non econuerso: manifestum est quòd creaturæ realiter referuntur ad ipsum Deũ:[c] sed in Deo non est aliqua realis relatio eius ad creaturas, sed secundum rationem tantum, inquantum creaturæ referuntur ad ipsum. Et sic nihil prohibet huiusmodi nomina importantia relationem ad creaturam prædicari de Deo ex tempore, non propter aliquam mutationem ipsius, sed propter creaturæ mutationem.[e] sicut columna fit dextera animali, nulla mutatione circa ipsam existente, sed animali translato.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd relatiua quædam sunt imposita ad significandum ipsas habitudines relatiuas, vt Dominus seruus, pater & filius, & huiusmodi: & hæc dicuntur relatiua secundum esse. Quædam vero sunt imposita ad significandas res, quas consequuntur quædam habitudines, sicut mouens & motum, caput & capitatum, & alia huiusmodi quæ dicuntur relatiua secundum dici. Sic igitur & circa nomina diuina hæc differentia est consideranda dupliciter. Nam quædam significant ipsam habitudinem ad creaturam, vt Dominus. Et huiusmodi non significant substantiam diuinam directe, sed indirecte inquantum præsupponunt ipsam: sicut Dominium præsupponit potestatem: quæ est diuina substantia. Quædam vero significant directe essentiam diuinam, & ex consequenti important habitudinem, sicut saluator, creator, & huiusmodi, significant actionem Dei, quæ est eius essentia. Vtraque tamen nomina ex tempore de Deo dicuntur quantum ad habitudinem, quam important vel principaliter vel consequenter, non autem quantum ad hoc quòd significant essentiam, vel directe, vel indirecte.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut relationes, quæ de Deo dicuntur ex tempo-

Cõment. ¶Quo ad tertium: via propria ad inuestigandum mediũ cõclusionis inferendæ, est videre, quando relatio est res naturæ, & quando non: & vnde habet quòd sit res naturæ, & vnde quòd non sit nisi rationis. Hanc ergo viam ingrediendo sic proceditur. Relatio exigit duo extrema, ergo tripliciter potest inueniri res naturæ aut rationis, scilicet aut ex parte vtriusque erit res rationis, aut ex parte vtriusque erit res naturæ: aut ex altero res naturæ, & ex altero res rationis. antecedens patet: consequentia verò probatur. Extrema tripliciter variantur, scilicet quòd inter aliqua non nisi per rationem est habitudo: aut in vtroque est res aliqua: vnde alterum respiciat: aut vnum respicit alterum non eiusdem rationis. Assumptum quo ad primam partem declaratur ex contentis sub ea tribus modis relatiuorum, scilicet respicientium idem & non entium: & iuxta secundas intentiones. Vbi nota quòd in primo gradu intellectus facit extrema, non entia, sed extrema: dum distinguit vnum in duo. In secundo vero intellectus facit vnum extremum, & ens ei extremum. Quo ad secundam verò partem declaratur ex duobus generibus relatiuorũ sub ea cõtentorum, scilicet consequentiam, quantitatem & actionem & passionẽ vt patet in quinto metaph. Quo ad tertiam verò declaratur similiter ex duobus, scilicet sensu, seu scientia &c. & dextro in columna. Autoritatéque Aristotelis cõfirmatur.

1 ¶*Num exigatur ad intelligentiam relatiui alterum correlatiuum, ad hoc vt extremum subintelligatur sub ratione termini ipsius relatiui.*

2 ¶*Num terminus relatiui sit ens absolutum, vel respectiuum.*

Quæstio. Hic multa dicuntur, contra quæ obiicitur ab aliis: puta quòd inter ens & non ens, non est relatio realis. Et quòd inter motiuum & mobile est relatio realis. Et quòd scientia habet relationem realem ad scibile: sed quoniam hæc per accidens hic dicuntur, ideo fient de his speciales quæstiones. ¶Veruntamen vnum valde arduum dubium dissimulandum non est circa illa verba literę: in quibus dicitur, quòd relationes rationis in altero extremo, puta scibili & sensibili sunt, inquantum intellectus apprehendit ea vt terminos relationum oppositarum: puta scientiæ & sensus. Est autem dubium duplex. primo circa sensum literæ. Deinde circa rem. Circa sensum quidem, An intendat quòd correlatiuum exigatur ad hoc vt extremum subintelligatur sub ratione termini ipsius relatiui: verbi gratia. An relatio dominij exigatur ad hoc, vt Deus intelligatur, vt dominus est creaturæ inquantum eius est serua: vel potius intendat, quòd correlatiuum comitatur intellectum alterius extremi sub ratione termini: ita quod relatio dominij concomitatur Deum apprehensum vt terminum. Multum autem refert an sic aut sic intendat. Quoniam in primo, correlatiuum ponitur de intrinseca ratione termini, imò ponitur terminus ipse: in secundo verò ponitur correlatiuum consequi rationem termini. Et consequenter in primo sensu ponitur, quòd terminus relatiui oportet esse relatiuum: in secundo verò, quòd est absolutum ens. Et propterea nascitur ardua de hoc quæstio, An terminus relatiui vt sic, sit ens absolutum, vel respectiuum. ¶Et quoniam hæc quæstio necessaria est hic. & intacta, nisi à Scoto, à quo videtur male definita, idcirco tractanda est. Scotus ergo in primo. dist. 30. quæst. prima. motus, vt reor, ex verbis huius literæ, vt more suo caperet, probat multipliciter: quòd terminus relatiui inquãtũ terminus, est res absoluta: ac per hoc nullũ oportet ponere correlatiuũ, vt terminet alterũ relatiuũ: nec secundũ rẽ, nec secundũ rationẽ. Probátque hoc quadrupliciter. Primo sic. Per se differentia inter relatiua tertij modi & alia, est: quia cętera sunt mutua. Ista autem, quæ sunt tertij modi, non sunt mutua. ergo in relatiuis tertij modi, terminus est res absoluta. Antecedens patet, quinto metaphysicæ. cap. ad aliquid: consequẽtia verò est per se nota: qa ex quo non est correlatiuum & est terminus: ergo res absoluta est, quæ terminat. Secundo sic. Actus diffinit potentiam, & non econuerso: ergo actus vt terminus est res absoluta: Antecedens patet. 9. metaph. consequentia probatur. Actus diffinit potentiã vt terminat relationẽ potentię ad ipsum & diffinit vt prior est quã potẽtia. ergo vt terminus est prior potentia, sed vt correlatiuum non est prior potentia: quia correlatiua mutuo se diffiniunt, vt dicit Porphyrius: ergo vt correlatiuũ non est terminus: ergo vt res absoluta. Tertio sic. Relatiuum vt sit diffinitur per terminum. ergo terminus est prior relatiuo. ergo terminus non est ipsum correlatiuum. Antecedẽs patet. prima vero consequẽtia tenet ex septimo & nono metaph. ibi enim prioritas substantiæ respectu accidẽtis: & hic actus respectu potẽtiæ habetur: ex hoc q̃ diffiniunt illa. secunda verò cõsequẽtia patet: quia aliter daretur circulus in priore & posteriore secũdum diffinitionẽ, quod est impossibile. ¶Quarto sic. In relatiuis tertij modi alterũ extremum nullã relationẽ habet, nisi dũ actualiter cõsideratur, & terminat relationem reliqui extremi ad se nullo intellectu cõsiderante: imò etiã existẽte ergo terminat ratione absoluti & nõ ratione relationis cointellectæ. Hęc sunt motiua Scoti satis subtilia: & putauit ea efficacia, ita vt eorum conclusionem veram asserat. Vt autẽ cognoscatur quãtum à verò distet opinio hæc, ex textu quinti metaphysicæ, in quo se fundauit inchoandum est. Errauit siquidem dupliciter in illo textu. Primo quia ipse supponit textum illum intelligi de extremis seu fundamentis relatiuorum. Ita quòd Arist. voluerit dicere, quòd quædam extrema sunt, quæ dicuntur ad aliquid propter relationes, quas habent adinuicem. Quædam verò propter relationem quæ est in vno extremo tantum, Hoc enim esse contra sensum, imo verba Aristo. patet sic. Aristoteles ibi explicite dicit se ponere differentiam inter ea, quæ secundum se sunt ad aliquid. Sed constat quòd fundamenta relationum non sunt ad aliquid nisi per accidens, vt ibidem expresse dicitur: ergo non intelligitur textus ille de rebus, quæ denominantur relatiue, sed de ipsis ad aliquid. Nec potest aliter saluari textus ille. ¶Secundo, Errat in differentia assignata. In textu siquidem illo non dicitur, q̃ quædam sunt mutua relatiua, & quædam non sunt, vt Scotus somniauit: sed differentia assignatur in causa, seu ratione essendi ad aliquid. Ita quod textus affirmat etiam relatiua tertij modi vtrinque esse ad aliquid. Sed differentiam ponit in hoc: quòd in relatiuis primi & secundi modi ratio quòd sint ad aliquid, est vtrunque hoc ipsum quod est ad aliud se habere. In relatiuis verò tertij modi ex parte vnius extremi, ratio quòd sit ad aliquid non est: hoc ipsum quod est ad aliud se habere, sed aliud se habere ad ipsum: vbi manifeste patet quòd tota differentia consistit in ratione essendi ad aliquid, & non in esse mutua, vel non mutua. Et quoniam textus ille est fundamentum theologorum in materia huius articuli

articuli speculatiue scribentium, ideo ad maiorem claritatem discutiendus est sic. Textus ille implicat duo contradictoria. ergo antecedens manifestatur. Textus loquitur de his, quæ secundum se sunt ad aliquid: & negat de aliquo illorum hoc ipsum quod est, esse ad aliud se habere. ergo negat diffinitionem à diffinito, seu quod æquiualet à parte subiectiua per se diffiniti. Antecedens patet pro vtraque parte. In illo textu dicit enim scibile & sensibile, & alia huiusmodi sunt per se ad aliquid, & quòd non dicuntur ad aliquid: quia ipsa ad aliud sint, sed quia alia dicuntur ad ipsa: consequentia patet ex diffinitione ad aliquid posita ab ipso Aristotele in prædicamentis. Et cum hæc contradictio sit manifesta, dicendum videtur, quòd Aristo. loquitur de ad aliquid secundum sua fundamenta, quum dicit, ipsa non sunt ad aliud, sed alia ad ipsa. Et hic paralogismus (vt reor) mente retentus decepit omnes, qui in hoc textu errauerunt. Ad cuius solutionem scito, quòd quia metaphysicus tractat de relatiuis vt sunt per se partes entis, id est vt sunt entia realia. Idcirco differentia ista est intelligenda de relatiuis secundum quòd entia realia sunt, & non de eis sumptis vt abstrahunt ab ente reali, id est secundum quòd importãt, ad, non curando de esse eorum: quemadmodum in prædicamentis diffinita sunt. Et propterea omissa ibidem est differentia ista. Inter relatiua ergo per se differentia ponitur, quo ad esse reale, quòd ponunt, non quòd supponunt, in hoc quod quædam relatiua sunt, quæ ideo entia realia sunt, quia ipsa sunt in rerum natura talia entia, quòd ad aliud se habent. Quædam vero non sunt entia realia, quia ipsa in rerum natura sint ad aliud. Sed hac sola ratione inter realia numerari possunt: quia alia realia dicuntur ad ipsa, ita quòd differentia consistit in hoc: per se relatiuorum quædam sunt relatiua realia per denominationem seu prædicationem intrinsecam. Quædam vero per denominationem extrinsecam. Ab alterius enim realitate relatiua ipsa quoque inter realia relatiua connumerantur. Et iuxta hunc sensum consonat dictum commune, scilicet quòd ex hoc textu habetur, quòd omnia relatiua non sunt mutua quo ad realitatem. Nec obstat si obiiciatur quòd textus non meminit de esse reali: quoniam supponitur quòd de tali esse loquatur, ex eo quòd metaphy. sic est tractare de rebus, vt sunt partes entis realis: & consequenter de relatiuis vt sunt ad aliquid in re, & non vt intelliguntur ad aliquid. Et hinc patet, quòd nulla est contradictio: quoniam non negatur diffinitio, de diffinito, sed insinuatur quòd illa diffinitio conuenit ad aliquid siue sit ens reale, siue sit ens rationis: nec illa negatur ad aliquid, sed negatur à quibusdam, poni esse in rerum natura quòd sit ad aliud: cum quo tamẽ stat quòd formaliter illamet, hoc ipsum quòd sunt ad aliud sunt, vt diffinitio eorum exigit. Laborat ergo argumentum in æquiuoco. Singulare ergo est in relatiuis tertij modi, quòd alterum ideo tantũ est in re ad aliquid, quia reliquum est ad ipsum.

¶Ex his autem facile patet responsio ad quæsitum quo ad relatiua tertij modi. Sed vt vniuersalis doctrina habeatur, scito quòd nomine termini, in proposito intelligitur id, ad quod relatiuum dicitur. & quod in diffinitione relatiui oportet ponere. hæc enim duo ipsemet Scotus concedit conuenire termino. Tunc sic: si absolutum vt sic, esset terminus relatiui. sequeretur primo quòd quum in diffinitione ad aliquid dicitur: Ad aliquid sunt quibus hoc ipsum quod sunt est ad aliud se habere: ly aliud supponeret pro re absoluta: & sic duplum, hoc ipsum quod est, non est ad aliud, id est dimidium: nec seruus est ad Dominum: nec pater ad filium &c. hoc autem ex prædicamentis & expositoribus constat esse falsum. omnes enim dicunt quòd ly aliud supponit pro termino: & assignando illud, dant correlatiuum: Imò textus expresse dicit, quòd Dominus non dicitur ad aliquid aliud in seruo existens, nisi ad ipsum sub ratione serui. Et Auer. ibidem dicit quòd semper id, ad quod dicitur relatiuum, oportet esse in prædicamento relationis. Sequeretur secundo quòd in diffinitione alicuius creaturæ necessario caderet Deus sub propria ratione absoluta. Et quum hoc sit impossibile, sequeretur quòd aliqua creatura naturalis remaneret incognoscibilis naturaliter: patet sequela de creatione passiua: de relatione vniuersi ad Deum vltimum finem &c. Sequeretur tertio quòd relatiuum exigeret in diffinitione sua ex parte termini duo, scilicet correlatiuum & absolutum. Et quum ex prædicamentis patet quòd correlatiuum exigitur vt id ad quod dicitur, illud absolutum quare exiget nulla est ratio.

¶Sequeretur quarto, quòd in diuinis personis non possent saluari relationes ad intra, nisi ponendo personas distingui realiter in absolutis. tenet sequela, quia relatiuum reale exigit terminum realiter à se distinctum. Si ergo paternitatis diuinæ terminus est res absoluta, ergo aliqua res absoluta in diuinis distinguitur à patre realiter. Dicendum est ergo cum peripateticis & cæteris philosophis, quantum vidisse me recolo, quòd terminus relatiui & correlatiuum idem sunt: imò terminare relatiuum est in ratione correlatiui cuiusque.

Responsiones. ¶Et ad primam obiectionem Scoti iam patet responsio. Terminus enim relatiui tertij modi est correlatiuum illius: & hoc ex illo textu. 5. metaphy. expresse dicitur, quum dicitur ibidem de termino, quòd est ad aliquid secundum se: & quòd ad ipsum dicitur aliud: hoc enim non potest nisi de correlatiuo verificari. ergo. Quomodo autem de eodem verificetur etiam quòd ipsum non dicitur ad aliud, iam declaratum est.

¶Ad secundam autem obiectionem dicitur, q̃ falsum supponitur, scilicet quòd de actu vt terminat relationem potentiæ ibi fit sermo. Ibi enim tractatur de natura potentiæ, & de natura secundum transcendentes relationes, quibus essentialiter potentia respicit actum. Et actus talis respicit potẽtiam. Et vult Aris. quòd quia potentia non potest absque actu intelligi: actus autem potest & intelligi & esse absque potentia, vt patet de actu puro: ideo actus est prior potentia, ex malo ergo intellectu literæ illius procedit obiectio. quamuis possit dici q̃ huiusmodi relatiua, quorum vnum importat actum, & reliquum potentiam, non sunt bene assignata: & ideo nec sunt simul natura, nec se diffiniunt inuicem &c. vt Auerrois in prædicamentis dixit. b 227

¶Ad tertiam obiectionem proprie loquendo negandũ est antecedens: quia vt magnus docuit Albert. Relatiuum non diffinitur per terminũ, sed ad terminũ: quia nõ habet esse per terminũ in quocũq; genere causæ, sed ad terminũ. cõsequẽtia autẽ omnino est falsa: quia stat diffiniens esse simul natura & intellectu cum diffinito.

¶Ad autoritates autem Aristo. dicitur quòd tenent: quia loquuntur in materia, in qua inter diffiniens & diffinitum est ordo. vbicunque enim inter diffiniens & diffinitum oportet esse ordinem, ibi valet consequentia: ergo diffiniens est prius. vbi autem nullus est ordo, non potest inferri prioritas. Inter correlatiua autem nullus est ordo, sed sunt omnino simul, vt patet in postprædicamentis. ergo. Et aduerte quòd hic obiectio militat contra autorem suum: arguendo sic. Quicquid sit de termino certum est in relatiuis mutuis vnum esse diffinitiuum alterius, & econuerso. ergo prius & posterius secundum diffinitionem &c. consequentia nota. antecedens vero est Porphyrij hic allegati à Scoto pro se. ergo.

¶Ad vltimam, quæ terret nouitios, patet solutio ex verbis Aristo. Negatur siquidem antecedens: quoniam in relatiuis tertij modi vtrunque extremum simul habet relationem, sed dissimiliter: quia vnum est relatiuum propter relationem, quæ est in ipso ad aliud. Reliquum vero est relatiuum propter relationem realem alterius ad ipsum relatiuum. Nec requirenda est alia existentia istius correlatiui, quàm existentia sui comparis: quoniam ab ea extrinseca denominatione etiam ipsum dicitur esse. Hoc enim est singulare in relatiuis tertij modi, quòd relatiuum reale dicitur ad terminum non realem formaliter nisi denominatione extrinseca: qui tamen est realis fundamentaliter: seu quo ad substratum, vel denominatum. Ex his autem patet responsio ad dubitationem motam circa sensum literæ huius. Ex quo nanque constat quòd Deus non terminat seruitutem, nisi vt Dominus formaliter: quia ly Dominus, est proprius terminus serui: patet quòd intentio literæ est, quòd correlatiuum oportet cointelligi in aliquo: si illud debet intelligi sub ratione termini. Nec obstant his verba Sancti Thomæ, in quæstione de potentia Dei, quæsti. 7. articu. 10. ad quartum: vbi dicit, quòd terminare ordinem seruitutis creatæ, quod clauditur in ratione Dominij, conuenit Deo. Et intendit quòd conuenit Deo secundum rem, vt patet ex argumento ad quod respondet. Hoc inquam non obstat, quoniam intelligitur determinare fundamentaliter. Hoc enim conuenit Deo secundum rem, sicut potestas coërcendi subditos. Et quòd hoc intendat ex eo manifestatur, quia quo ad ordinem ad subditos negat conuenire Deo: quoniam nec formaliter, nec fundamentaliter Deus habet vnde ordinetur ad subditos.

Commẽt. ¶Quo ad quartum probatur conclusio intenta sic. Deus est extra totum ordinem vniuersi, ita quòd creaturæ ordinantur ad ipsum, & non econuerso. ergo creaturæ realiter referuntur ad Deum. In Deo autem non est ad creaturas relatio nisi rationis. ergo nihil prohibet quædam nomina importantia relationem dici de Deo ex tempore. Antecedens patet. prima autem consequentia ex illa maxima in præcedenti parte posita, scilicet quandocunque extrema non sunt vnius ordinis, & vnum respicit aliud in reliquo, non est relatio nisi rationis: ergo, si Deus est extra ordinem &c. secunda autem consequentia est per se nota.

¶*Num ex eo quòd in Deo non est ordo efficaciter, probetur in ipso non esse realem ordinem ad creaturas, & per hoc quæcunque ab ipso excludatur realis relatio.*

Quæstio. Contra rationem adductam in litera pro hac conclusione, Scotus dupliciter instat in loco præallegato. Primo inquit: Ratio ista petit principiũ: quia

quum Deus manifeste sit prior creatura, ac per hoc aliquem ordinem habet, vt prius ad posterius: assumendo quòd in eo non est ordo, nihil aliud est quàm assumere quòd Deus non habet ordinem realem ad creaturam: hoc autem erat probandum. Secundo peccat vt dicit, secundum sophisma consequentis: quia negatio ordinis non infert negationem relationis in communi: quoniam non negationem relationum aequiparantiae. Et tamen litera ex negatione ordinis: negat omnem realem relationem.

¶ Aureolus quoque vt habes in tertia distincti. primi in Capreolo contra hanc rationem instat: sed quoniam assumit vel motiua soluta à Sancto Thoma expresse: vel assumit aliud ab hac ratione loco illius, ideo omittenda censui.

¶ Ad obiecta ergo Scoti dicitur, quòd in aequiuoco laboramus. in litera enim est sermo non de ordine formaliter, quia est relatio, sed de ordine fundamentaliter. Ita quòd esse eiusdem ordinis nihil aliud est quàm esse eiusdem rationis quo ad causam relationis, & esse non eiusdem ordinis, est esse alterius rationis. Ita quòd inter ea sola est relatio realis vtrinque, in quibus est eadem causa referendi vnum ad aliud. Sed hoc contingit multis modis: quia in relatiuis primi modi, scilicet pertinentium ad quantitatem est identitas specifica in causa. In relatiuis autem secundi modi, scilicet pertinentium ad actionem & passionem est identitas quasi specifica, seu formalis: quia vtrinque causa est perfectior propria: quamuis in patiente vt habeatur, & in agente vt conseruetur, vt Auerro. de intelligentiis 12. metaphy. commen. 36. docuit. In relatiuis autem tertij modi, scilicet spectantium ad mensuram & mensuratum, in altero extremo nulla causa est referibilitatis suae ad aliud: & propterea alterius ordinis dicitur quo ad causam relationis. Vnde patet, quòd non petit principium: non est enim idem dicere, in Deo nulla causa, vt referatur ad creaturam, quamuis in creatura sit causa referendi ipsam ad Deum. Et dicere in Deo non est ordo realis ad creaturas, sed illud est causa huius. Et propterea processus iste est à causa ad effectum. Nec peccat secundum consequens: quia non loquitur de ordine formaliter, sed fundamentaliter: quem etiam in relatiuis aequiparantiae oportet esse, duo enim alba eiusdem rationis sunt & simpliciter: & quo ad hoc vt causent ad se inuicem respectus: hoc autem est esse eiusdem rationis.

a 94 191 b

re, non sunt in Deo nisi secundum rationem: ita nec fieri, nec factum esse dicitur de Deo, nisi secundum rationem nulla mutatione circa ipsum existente, sicut est id, Domine refugium factus es nobis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd operatio intellectus & voluntatis est in operante. Et ideo nomina, quę significant relationes consequentes actionem intellectus vel voluntatis, dicuntur de Deo ab aeterno. Quae vero consequuntur actiones procedentes secundum modum intelligendi ad exteriores effectus, dicuntur de Deo ex tempore, vt saluator, creator, & huiusmodi[e].

¶ Ad quartum dicendum, quòd relationes significatae per huiusmodi nomina, quae dicuntur de Deo ex tempore, sunt in Deo secundum rationem tantum: oppositae autem relationes in creaturis sunt secundum rem. Nec est inconueniens quòd à relationibus realiter existentibus in re Deus denominetur: tamen secundum quòd cointelliguntur per intellectum nostrum oppositae relationes in Deo, vt sic Deus dicatur relatiue ad creaturam: quia creatura refertur ad ipsum: sicut philosophus dicit in quinto meta. quòd scibile dicitur relatiue, quia scientia refertur ad ipsum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cum ea ratione referatur Deus ad creaturam, qua creatura refertur ad ipsum: cum relatio subiectionis realiter sit in creatura: sequitur quòd Deus non secundum rationem tantum, sed realiter sit Dominus. Eo enim modo dicitur Dominus, quo creatura ei subiecta est.

¶ Ad sextum dicendum, quòd ad cognoscendum vtrum relatiua sint simul natura vel non: non oportet considerare ordinem rerum, de quibus relatiua dicuntur, sed significationes ipsorum relatiuorum. Si enim vnum in sui intellectu claudat aliud, & econuerso, tunc sunt simul natura: sicut duplum dimidium, & pater & filius, & similia. Si autem vnum in sui intellectu claudat aliud, & nō econuerso: tunc non sunt simul natura. Et hoc modo se habent scientia & scibile. Nam scibile dicitur secundum potentiam: scientia autem secundum habitum vel secundum actum. Vnde scibile secundum modum suae significationis praeexistit scientiae. Sed si accipiatur scibile secundū actum, tunc est simul cum scientia secundum actum. Nam scitum nō est aliquid nisi sit eius scientia. Licet igitur Deus sit prior creaturis: quia tamen in significatione Domini clauditur quòd habeat seruum, & econuerso, ista duo relatiua Dominus & seruus, sunt simul natura. Vnde Deus non fuit Dominus antequam haberet creaturam sibi subiectam.

lectu sola seruitute creaturae: quia esse Dominum nullum esse in rerum naturę ponit nisi esse sui oppositi. Nec est inconueniens in materia relatiua vnum oppositorum esse, quia aliud est vt Aristotelis docuit: & ratio est: quia opposita relatiua in hoc à caeteris oppositis differunt: quòd se simul ponunt: nec vnum in distinctione alterius constituitur, vt Sanctus Thomas docuit. At si obieceris, quòd in materia relatiua non fit denominatio ab extrinseco, vt in secundo contra Gent. capitulo decimotertio, determinatur. Respondeo quòd hoc est verum formaliter, non autem realiter. Non enim Deus dicitur Dominus à seruitute formaliter, sed à relatione Dominij: quae est velut ei inhaerens, sed tamen Deus dicitur Dominus, & realiter Dominus: à realitate seruitutis: quia esse Dominum nullum esse ponit, nisi quod terminus est realis seruitutis. Et sic ista denominatio est formaliter ab extrinseco, & realiter ab extrinseco. Si autem loquamur de eis secundum esse rationis, sic esse Dominum ponit in Deo relationem rationis. Et sic dicitur & vere, quòd Deus dicitur Dominus à Domino, quia est relatio rationis: non quòd hic sint duae relationes Domini, altera extra animam, & altera rationis: sed quia illa relatio Dominij, quae tam debili modo ens dicitur, dupliciter iudicata est à doctoribus: quandoque secundum esse proprium, & sic dicta est relatio & ens rationis tantum: quia nullum habet proprium esse nisi per rationem. Quandoque secundum esse alienum, scilicet oppositi: à quo entis nomen vtrunque meretur, & sic dicta est ens, & inter entis partes numerata quinto metaphysico. quia alia dicitur ad ipsam. Et quia sic nullum esse ponit in denominato, sed in terminato tantum. Ideo semper & simpliciter de istis dicitur, quòd nullum esse ponunt in denominato: puta Deo aut scibili, nisi rationis: quod spectat ad esse proprium. Et bene nota, quòd non dicitur, quòd nullum esse ponunt, sed quòd nullum esse in denominato ponunt: quia ponunt esse in terminato opposito: quod sufficit ad eorum esse extra. Et si hanc distinctionem perspexeris, atque sciueris applicare, diuersa doctorum dicta verificabis: puta quòd istae relationes non sunt entia extra animam. hoc enim verum est secundum esse proprium: & quòd ista sunt, quia opposita sunt. hoc verum est secundum esse alienum. Videbísque Sanctum Thomam, vtrunque tetigisse in hac responsione: Augustinum quoque in quinto de trinita. capitulo vltimo. Aduertes quoque quòd nouitiis compatiens autor magis vsus est relatiuis istis secundum esse rationis: quàm secundum illam essendi diminutionem non facile intelligibilem. Ex his quoque patet, quomodo nullo intellectu considerante potest dici Dominus Deus formaliter: & quomodo non nisi fundamentaliter &c. distinguendo de esse proprio vel alieno ipsius. Habésque hinc defectum Scot. in primo distinct. 30. quaestio. prima, credentis quòd Deus dicitur Dominus ex sola relatione, quae est in creatura. ponit enim effectum formalem, scilicet esse Dominum, absque causa formali, scilicet relatione Dominij, quod non est intelligibile.

75 1. dis. 2. in ex po. lit. & dis. 18. ar. 5. 6m. Et dis. 32. q. 2. ar. 2. 2m.

ARTICVLVS VIII.

a ¶ *Vtrum hoc nomen Deus sit nomen naturae.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hoc nomen Deus non sit nomen naturae. Dicit enim Damascenus in primo libro, quòd Deus dicitur à theyn quod est curare & fouere vniuersa. vel ab ethyn, id est ardere. Deus enim noster ignis cōsumens est. vel à theasthe quod est considerare omnia. Haec autem omnia ad operationē pertinent. Ergo hoc nomen Deus, operationem significat & nō naturam.

¶ Praeterea, Secundum hoc aliquid nominatur à nobis secundum quòd cognoscitur. Sed diuina natura est nobis ignota. Ergo hoc nomen Deus non significat naturam diuinam.

¶ SED CONTRA est quod dicit Amb. in lib. de trinit. quòd Deus est nomen naturae.

CONCLVSIO.

¶ *Hoc nomen Deus quo ad id, ad quod deponitur, diuinam substantiam importat, operationem vero quo ad id, à quo nomen imponitur.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd non est semper idem id, à quo imponitur nomen ad significandum, & id ad quod significandum nomen imponitur[e]. Sicut enim substantiam rei ex proprietatibus vel operationibus eius cognoscimus, ita substantiā rei denominamus quādoq; ab aliqua eius operatione vel proprietate. Sicut substantiam lapidis denominamus ab aliqua actione eius, quia laedit pedem: non tamen hoc nomen impositum est ad significandum hanc actionem, sed substantiam lapidis. Si qua vero sunt, quae secundum se sunt nota nobis vt calor, frigus,

b 69 112

Commen. ¶ Quo ad quintum. Aduerte, quòd intenta conclusio ex duobus impediri posset. Primo ex ipso significato formali horum nominum, scilicet si significarent in Deo aliquam rem naturae: quia in Deo nulla res naturae potest temporaliter poni. Secundo ex fundamento illius rationis. Dato enim quòd Dominus non ponat supra Deum nisi relationem rationis, & ex hoc non prohibeatur temporalitas: si tamen ista relatio rationis non posset denominare temporaliter, nisi propter mutationem aliquam in ipso denominabili, oporteret dicere, quòd nullum huiusmodi nomen potest dici de Deo ex tempore: quoniam in Deo nulla possibilis est mutatio, sed est omnino immobilis, vt in quaestione nona dictum est. Quia igitur litera ista iam impedimentum ex formali significato excluserat, vt confirmatam conclusionis probationem afferret: secundum impedimentum exclusit, praefatae obiectioni tacite respondendo, dum dixit, quòd Deus dicitur ex tempore Dominus. verbi gratia, non propter mutationem aliquam in ipso, sed in creatura: probátque hoc ex simili.

¶ In responsione ad quartum perspicaciter aduerte, quòd correlatiuum tertij modi vt scibile seu in proposito Dominus, & similia, possunt iudicari esse secundùm duo entis genera. Primo in genere entis simpliciter. Secundo in genere entis secundum quid: id est entis rationis. Si loquamur de eis secundum esse simpliciter, tunc ipsa non alia ratione sunt, nisi quia comparia sua, quae terminantur ad ipsa formaliter sunt in rerum natura, ita quòd ad eorum esse extra animam hoc sufficit. sunt enim contenta hoc debilissimo essendi modo. Et sic esse Dominum nihil ponit in Deo secluso omni intellectu, nisi terminare formaliter relationem serui: quam Deus secundum se terminat subiectiue, id est vt quasi subiectum termini formalis: sed ponit vel supponit bene aliquid in creatura: scilicet relationem seruitutis ad Deum vt subiectum &c. nec ipsum terminare formaliter seruitutis relationem plus aliquid ponit, quàm sit esse ipsius terminati: licet alio modo illud ponat. Et secundum hoc Deus est Dominus de nouo, & sine omni intel-

a ¶ *Super Quaestionis decimaetertiae Articulum octauum.*

Annot. IN titulo nomen naturae, sumitur, vt distinguitur contra nomen tam operationis, quàm perfectionis quasi superadditae naturae, per modum proprietatis.

Commen. ¶ In corpore vna est conclusio responsiua quaesito cum distinctione sic. Deus est nomen naturae, quo ad id, ad quod nomen impositum est, operationis vero quo ad id à quo impositum est. Haec conclusio in litera probatur, quo ad duo: scilicet quo ad distinctionem quam in se claudit: & quo ad secundam partem. Prima autem pars vt nota relinquitur. Probatur ergo distinctio sic, nomina rerum per se cognitarum habent id à quo & ad quod nomen imponitur idem. rerum autem per alia tantum, puta effectus, operationes, aut proprietates cognitarum habent id à quo, aliud ab eo, ad quod nomen imponitur: sed nomina diuina sunt rerum secundi ordinis: ergo in eis aliud est à quo, &c. ergo ly Deus habet aliud à quo &c. Maior probatur: quia sicut cognoscitur ita nominatur.

Et ma

Et manifestatur exemplo lapidis, quo ad secundam partem, & qualitatum sensibilium, quo ad primam. Minor patet ex dictis in quaestione duodecima. Secunda autem conclusionis pars probatur: ly Deus est impositum ab vniuersali prouidentia. ergo. Antecedens probatur dupliciter. Primo ex communi vsu loquentium. Secundo autoritate Dio. Et confirmatur in responsione, autoritate Damas.

albedo, & huiusmodi, non ab aliis denominantur. Vnde in talibus idem est quod nomen significat, & id à quo imponitur nomen ad significandum. Quia igitur Deus non est notus nobis in sui natura, sed innotescit nobis ex operationibus vel effectibus eius, ex his possumus eum nominare, vt supra dictum est[e]. Vnde hoc nomen Deus est nomen operationis quantum ad id, à quo imponitur ad significandum. Imponitur enim hoc nomen ab vniuersali rerum prouidentia. Omnes enim loquentes de Deo, hoc intendunt nominare Deum, quòd habet prouidentiam vniuersalem de rebus. vnde dicit Dionysius duodecimo capitulo de diuino nomine, quòd deitas est quae omnia videt prouidentia & bonitate perfecta. Ex hac autem operatione hoc nomen Deus assumptum impositum est ad significandum diuinam naturam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia, quae posuit Damascen. pertinent ad prouidentiam, à qua imponitur hoc nomen Deus ad significandum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum quòd naturam alicuius rei ex eius proprietatibus & effectibus cognoscere possumus, sic eam nomine possumus significare. Vnde, quia substantiam lapidis ex eius proprietate possumus cognoscere secundum seipsam, sciendo quid est lapis, hoc nomen lapis ipsam lapidis naturam secundum quòd in se est, significat. Significat enim diffinitionem lapidis, per quam scimus quid est lapis. Ratio enim, quam significat nomen, est diffinitio, vt dicitur in 4. meta. Sed ex effectibus diuinis diuinam naturam non possumus cognoscere secundum quòd in se est, vt sciamus de ea quid est, sed per modum eminentiae & causalitatis & negationis, vt supra dictum est[e]. Et sic hoc nomen Deus significat naturam diuinam. Impositum est enim nomen hoc ad aliquid significandum supra omnia existens: quod est principium omnium & remotum ab omnibus. Hoc enim intendunt significare nominantes Deum.

ARTICVLVS IX.

a ¶ *Vtrum hoc nomen Deus sit communicabile.*

AD NONVM sic proceditur, Videtur quòd hoc nomen Deus sit communicabile. Cuicunque enim communicatur res significata per nomen, communicatur & nomen ipsum. Sed hoc nomen Deus (vt dictum est[e]) significat diuinam naturam, quae est communicabilis aliis: secundum illud 2. Pet. primo. Magna & pretiosa promissa nobis donauit, vt per hoc efficiamur diuinae consortes naturae. Ergo hoc nomen Deus est communicabile.

¶ Praeterea, Sola nomina propria non sunt communicabilia. Sed hoc nomen Deus non est nomen proprium, sed appellatiuum: quod patet ex hoc, quòd habet plurale, secundum illud Psal. Ego dixi dij estis. Ergo hoc nomen Deus est communicabile.

¶ Praeterea, Hoc nomen Deus imponitur ab operatione, vt dictum est[e]. Sed alia nomina quae imponuntur Deo ab operationibus siue ab effectibus sunt communicabilia, vt bonus, sapiens, & huiusmodi. Ergo hoc nomen Deus est communicabile.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Sapien. 14. Incommunicabile nomen lignis & lapidibus imposuerunt: & loquitur de nomine deitatis. Ergo hoc nomen Deus est nomen incommunicabile.

CONCLVSIO.

¶ *Hoc nomen Deus secundum rem est multis incommunicabile: Communicabile autem secundum existimationem.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquod nomen potest esse communicabile dupliciter. Vno modo proprie. Alio modo per similitudinem. Proprie quidem communicabile est, quod secundum totam significationem nominis est communicabile multis. Per similitudinem autem communicabile est, quod est communicabile secundum aliquid eorum, quae includuntur in nominis significatione. Hoc enim nomen leo proprie communicatur omnibus illis, in quibus inuenitur natura, quam significat hoc nomen leo. Per similitudinem vero communicabile est illis, qui participant quid leoninum, vtputa audaciam, vel fortitudinem[e]: qui metaphorice leones dicuntur. Ad sciendum autem quae nomina proprie sunt communicabilia, considerandum est, quòd omnis forma in supposito singulari existens, per quod indiuiduatur, cōmunis est multis, vel secundum rem vel secundum rationem saltem. Sicut natura humana communis est multis secundum rem & rationem: natura autem solis non est communis multis secundum rem, sed secundum rationem tantum. Potest enim natura solis intelligi vt in pluribus suppositis existens. Et hoc ideo: quia intellectus intelligit naturam cuiuslibet speciei per abstractionem à singulari. Vnde esse in vno supposito singulari vel in pluribus, est praeter intellectum naturae speciei. Vnde seruato intellectu naturae speciei potest intelligi vt in pluribus existens. Sed singulare ex hoc ipso quòd est singulare, est diuisum ab omnibus aliis. Vnde omne nomen impositum ad significandum aliquod singulare, est incommunicabile & re & ratione. Non enim potest in apprehensione cadere pluralitas huius indiuidui. Vnde nullum nomen significans aliquod indiuiduum, est communicabile multis proprie, sed solum secundum similitudinem, sicut aliquis metaphorice potest dici Achilles, inquantum habet aliquid de proprietatibus Achillis, scilicet fortitudinem. Formae vero, quę non indiuiduantur per aliud suppositum, sed per seipsas: quia scilicet sunt formae subsistentes, si intelligerentur secundum quòd sunt in seipsis, non possent communicari nec re neque ratione: sed forte per similitudinem: sicut dictum est de indiuiduis[e]. Sed, quia formas simplices per se subsistentes non possumus intelligere secundum quòd sunt, sed intelligimus eas ad modum rerum compositarum habentium formas in materia: ideo vt dictum est[e] imponimus eis nomina concreta significantia naturam in aliquo supposito[e]. Vnde quantum pertinet ad rationem nominum, eadem ratio est de nominibus, quae à nobis imponuntur ad significandum naturas rerum compositarum, & de nominibus, quae à nobis imponuntur ad significandum naturas simplices subsistentes. Vnde, cum hoc nomen Deus impositum sit ad significandum naturam diuinam, vt dictum est: natura autem diuina multiplicabilis non est, vt supra ostensum est[e]: sequitur quòd

a ¶ *Super Quaestionis decimaetertiae Articulum nonum.*

Commen. TItulus clarus.

¶ In corpore quatuor. Primo distinguit ly communicabile. Secūdo tradit regulas quasdam. Tertio respondet quaesito. Quarto perficit doctrinam de communicabilitate diuinorum nominum.

68

¶ Quo ad primum. Cōmunicabilitas duplex ponitur, scilicet proprie & metaphorice: & satis clara est litera: in qua & definitur vtrunque membrum: & exemplo in leonis nomine aperiuntur.

¶ Quo ad secundum ponuntur quatuor regulae, ad discernenda nomina cōmunicabilia ab aliis: & quàm differenter sint communicabilia. Duae regulę ad sensibilia spectant, duę autem ad formas separatas, & sic nihil vniuersi praetermissum est.

¶ Prima regula est: omne nomen significans naturam distinctam ab indiuiduo, est communicabile proprie: secundum rem vel secundum rationem saltem. Probatur à priori. omnis forma in supposito indiuiduante existens, est secundū se praedicto modo communis: ergo. Antecedens quo ad communitatem rei probatur in natura hominis: quo ad communitatem vero rationis tantum probatur ex natura solis. Si natura specifica intelligitur à nobis abstrahendo à singulari, ergo esse in vno vel pluribus singularibus est praeter intellectum naturę specificę: ergo seruato intellectu naturae specificae, potest etiam sol intelligi vt in pluribus existens.

66

Annot. ¶ Aduerte hic quòd cōmunicabilitas proprie subdiuisa insinuatur in hac regula, scilicet in communicabilitatē secundum rem, & rationem simul: & secundum rationem tantum: & insinuatum est simul: quòd fundamentum communicabilitatis realis est inuentio illius naturę in multis. Quae vt Auicen. dixit: trifariam inuenitur, scilicet. Aut in actu simultaneo, vt patet in natura humana, cuius sunt simul actu plura singularia. Aut in actu successiuo, vt dicitur de Phoenice, quòd vita sequentis mortem exigit prioris. Aut in potentia tantum, vt domus mille angulorum, si nunquam fiet. Fundamentum autem communicabilitatis secundum rationem tantum, ex parte nostri intellectus assignatum est, & dictum, quòd est cognitio naturae absque cognitione indiuiduantium, & haec pluribus modis contingit, vt infrà patebit.

76 q. 39. art. 4. 1m. Et 1. dist. 4. q. 1. ar. 2. 3m. Et dis. 21. q. 2. artic. 1. 4m. Et po. q. 7. artic. 3. 1m.

75

Commen. ¶ Secunda regula est, omne nomen significans singulare est incommunicabile proprie, tam secundum rem quàm rationem: licet sit communicabile metaphorice. Probatur à priori quo ad primam partem: quia singulare vt sic est diuisum ab omnibus aliis. Quo ad secundam vero: quia non potest in apprehensione intellectus cadere pluralitas huius indiuidui. Quo ad tertiā autē exemplo Achillis.

¶ Tertia regula est: omne nomen significans formam non indiuiduam per aliud suppositum, sed per seipsam, secundum quòd in se est, est incommunicabile proprie & re & ratione: quamuis non metaphorice, probatur à priori quo ad primam partem: quia sunt per seipsas subsistētes. Quo ad secundam vero: quia sic intelligerentur secūdū quòd sunt. Sed scito q. huiusmodi nominib⁹ caremus: quia nō possumus intelligere tales formas secūdū q. in se sunt.

¶ Quarta regula est, omne nomen, quod habemus significans huiusmodi formas per se subsistentes, est communicabile proprie non secūdum rem, sed secundum rationem tantum. probatur vltima pars à priori, huiusmodi formae intelliguntur à nobis non suo modo, sed modo rerum compositarum, scilicet habētium formam in materia: ergo quantū ad rationem nominū idem est iudiciū de nominibus significantibus formas, siue separatae sint, siue in alio. Antecedens probatur ex signo, imponimus illis formis nomina concreta: ergo intelligimus illas modo compositorum. Antecedens patet & consequētia probatur. Concreta significant naturam in aliquo. ergo si &c. 73

Annot. ¶ Aduerte hic latitudinē insinuatam in communicabilitate nominū secundum rationem. Sol enim, & Gabriel. ver. g. nomina cōmunia sunt secundum rationem, sed dissimiliter. Sol enim ideo cōmunicabilis dictus est, quia natura sua abstrahit ab hoc: & consequenter pręter eius rationē est vnitas, aut pluralitas singularium. Gabriel vero, quia intelligitur per modum, quo intelliguntur naturę cōpositorum. Quae, vt planius intelligas, scito q. ly secundum rationem vniuersaliter & proprie loquendo in proposito non sonat idem quòd secundum diffinitionē, sed importat modū essendi in ratione nostra. 68 Ita quòd sensus est, quòd omnis natura specifica vt obiecta est intellectui nostro cōmunis ex pluribus: quia obiicitur nō vt hęc, sed vt natura specifica: 75 siue ipsa secundū rem sit ex alio hic, vt natura solis, & sensibilium omniū: 53 siue ex se sit hic, vt de Deo patet, & de angelis probabile est. Latitudo autem manifeste hic habetur, quòd natura Solis cum nō sit ex se hic, & ex parte sui, & ex parte intellectus, habet quod obiiciatur intellectui nostro, nō vt hic & cōsequenter cōmunitas eius secundū rationem, habet vtrinq; fundamentū. Natura autē Gabrielis cum sit ex se hic, ex solo modo intelligendi nostro, sortitur, q. nobis obiiciatur vt ipsa, & nō vt hic. Et pptereа cōicabilitas ista ex nostra tantū parte habet fundamentū.

Vnde

Vnde hinc habere potes, quomodo intelligēdum sit, q; Gabriel est vniuersale & prędicabile de multis, & species &c. Hęc enim & similia sufficit verificari, nō de eis absolute: sed vt obiectis seu cognitis à nobis. Et quoniam diffuse de his in commentariis de ente & essentia scripsimus, non est opus hic eadem replicare.

Commēt. ¶Quo ad tertiū respondet quęsito vna conclusione trimēbri. hoc nomen Deus est incōmunicabile secundum rem, communicabile autem secundum opinionem, & secundum similitudinē. Probat' prima pars: natura diuina significata hoc nomine est incōmutabilis secundū rem. ergo. Secunda quoq; declaratur exemplo solis: & confirmatur autoritate glosæ ad Galatas 4. Tertia vero pars declaratur in participantibus diuina adiuncta autoritate Psalmi.

Annot. ¶Aduerte hic quòd quia prædicta conclusio cum sequēte ex prædictis regulis seqtur manifeste, ideo non oportuit alias addere probationes.

¶Quo ad quartum ponitur hæc cōclusio, si esset aliquod nomen diuinum significans naturā illam inquantum hanc, illud esset omnino incōmunicabile proprie ad extra. Manifestatúrque exemplo ficto in sole: inferitúrque dubium de nomine tetragrammaton. Aduerte hic q; hæc conclusio non solū ad doctrinæ huius complemētum posita est, sed ex vera (vt reor) dubitatione, quę est de illo nomine qđ apud Hebræos in tanta fuit reuerentia. Nos enim nomen illud in actu exercito latet: quamuis in actu signato dicatur tetragrāmaton. Et propterea litera dubitatiue loquitur.

hoc nomen Deus incommunicabile quidem sit secundum rem, sed communicabile quidē sit secundum opinionem: quemadmodum hoc nomen Sol esset communicabile secundum opinionem ponentium multos soles. Et secundum hoc dicitur Gala. 4. His qui natura non sunt dij seruiebatis. Glos. non sunt dij natura, sed opinione hominum. Est nihilominus communicabile hoc nomen Deus, non secundum suam totam significationem, sed secundum aliquid eius per quandam similitudinem, vt dij dicantur, qui participant aliquid diuinum per similitudinem secundum illud, Ego dixi, dij estis. Si vero esset aliquod nomen impositum ad significandum Deum non ex parte naturæ, sed ex parte suppositi secundum quòd consideratur vt hoc aliquid, illud nomen esset omnibus modis incommunicabile: sicut forte est nomen tetragrammaton apud Hebræos. Et est simile si quis imponeret nomen soli designans hoc indiuiduum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd natura diuina non est communicabilis: nisi secundum similitudinis participationem.

¶Ad secundum dicendum, quòd hoc nomen Deus, est nomen appellatiuum & non proprium: quia significat naturam diuinam, vt in habente: licet ipse Deus secundum rem non sit nec vniuersalis nec particularis. Nomina enim non sequuntur modum essendi qui est in rebus: sed modum essendi secundum quòd in cognitione nostra est. Et tamen secundum rei veritatem est incommunicabile, secundum quòd dictum est de hoc nomine sol.

¶Ad tertium dicendum, quòd hæc nomina bonus, sapiens, & huiusmodi similia, imposita quidem sunt à perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas: non tamen sunt imposita ad significandum diuinam naturam: sed ad significandum ipsas perfectiones absolute. Et ideo etiam secundum rei veritatem sunt cōmunicabilia multis. Sed hoc nomen Deus impositum est ab operatione propria Deo: quam experimur continue ad significandam diuinam naturam.

77 *supra articu. 5. ca. & infra q. 29. art. 4. & 1. prol. arti. 2. 2. & di. 35. arti. 4. & 1. contra ca. 32. 33. & 34. & veri. q. 2. artic. 11. & po. q. 7. arti. 7. et opusc. 3. cap. 27.*

ARTICVLVS X.

a ¶*Vtrū hoc nomē Deus vniuoce dicatur de Deo per participationē, secundū naturā, & secundū opinionē.*

AD DECIMVM sic proceditur, Videtur quòd hoc nomen Deus vniuoce dicatur de Deo per naturam & per participationem, & secundum opinionem. Vbi enim est diuersa significatio, non est contradictio affirmantis & negantis: æquiuocatio enim impedit contradictionem. Sed catholicus dicens, idolum non est Deus: contradicit pagano dicenti, idolum est Deus. Ergo Deus vtrobique sumptum vniuoce dicitur.

¶Præterea, Sicut idolum est Deus secundum opinionem & non secundum veritatem, ita fruitio carnalium delectationum dicitur felicitas secundum opinionem & nō secundum veritatem. Sed hoc nomen beatitudo vniuoce dicitur de hac beatitudine opinata, & de hac beatitudine vera: ergo & hoc nomen Deus vniuoce dicitur de Deo secundum veritatem, & de Deo secundum opinionem.

¶Præterea, Vniuoca dicuntur quorum est ratio vna. Sed catholicus cum dicit vnum esse Deum, intelligit nomine Dei rem omnipotētem, & super omnia venerandam: & hoc idē intelligit gentilis cum dicit, idolum esse Deū. Ergo hoc nomen vniuoce dicitur vtrobique.

¶SED CONTRA illud, quod est in intellectu, est similitudo eius quod est in re, vt dicitur in primo periher. Sed animal dictum de animali vero & de animali picto, æquiuoce dicitur. Ergo hoc nomen Deus dictum de Deo vero, & de Deo secundum opinionem æquiuoce dicitur.

¶Præterea, Nullus potest signare id quod non cognoscit. Sed gentilis nō cognoscit naturam diuinam. Ergo cum dicit, idolum est Deus, non signat veram Deitatem: hanc autem signat catholicus dicens vnum esse Deum. Ergo hoc nomen Deus non dicitur vniuoce, sed æquiuoce de Deo vero, & de Deo secundum opinionem.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus participatiue, & æstimatiue non nisi ex veri Dei ratione intelligatur, hoc nomen Deus de Deo participatiue, opinatiue, & vero Deo nec vniuoce, nec pure æquiuoce, sed analogice dicitur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd hoc nomen Deus in præmissis tribus significationibus non accipitur neque vniuoce, neque æquiuoce: sed analogice. Quod ex hoc patet. Quia vniuocorum est omnino eadem ratio, æquiuocorum est omnino ratio diuersa. In analogicis verò, oportet quòd nomen secundum vnam significationem acceptum ponatur in diffinitione eiusdem nominis secundum alias significationes accepti[e]. sicut ens de substantia dictum ponitur in diffinitione entis secundum quòd de accidente dicitur: & sanum dictum de animali ponitur in diffinitione sani secundum quòd dicitur de vrina & de medicina. Huius enim sani, quod est in animali, vrina est significatiua, & medicina factiua. sic accidit in proposito. Nam hoc nomen Deus, secundum quòd pro Deo vero sumitur in ratione Dei, sumitur secundum quòd dicitur Deus secundum opinionem vel participationem. Cum enim aliquem nominamus Deum secundum participationem, intelligimus nomine Dei aliquid habens similitudinem veri Dei. Similter cum idolum nominamus Deum, hoc nomine Deus intelligimus significari aliquid, de quo homines opinantur quòd sit Deus. & sic manifestum est, quòd alia & alia est significatio nominis: sed vna illarum significationum clauditur in significationibus aliis. Vnde manifestum est quòd analogice dicitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nominum multiplicitas non attenditur secundum nominis prædicationem, sed secundum significationem. Hoc enim nomen homo, de quocunque prædicetur, siue vere, siue false, dicitur vno modo. Sed tunc multipliciter diceretur, si per hoc nomen homo intenderemus significare diuersa: puta, si vnus intenderet significare per hoc nomen homo, id quod vere est homo, & alius intenderet significare eodem nomine lapidem, vel aliquid aliud. Vnde patet quòd catholicus dicens idolum non esse Deum, contradicit Pagano hoc asserenti: quia vterque vtitur hoc nomine Deus ad significandum verum Deum. Cum enim Paganus dicit idolum esse Deum, non vtitur hoc nomine secundum quòd significat Deum opinabilem. Sic enim verum diceret, cum etiam catholici interdum in tali significatione hoc nomine vtantur: vt cum dicitur, omnes dij gentium dæmonia.

¶Et similiter dicendum ad secundum & tertium. Nam illæ rationes procedunt secundum diuersitatem prædicationis nominis: & non secundum diuersam significationem.

¶Ad quartum dicendum: quòd animal dictum de animali vero & de picto, non dicitur pure æquiuoce. Sed Philosophus largo modo accipit æquiuoca secundum quòd includunt in se analoga: quia & ens quod analogice dicitur, aliquando dicitur æquiuoce prædicari de diuersis prædicamentis.

¶Ad quintum dicendum, quòd ipsam naturam Dei prout in se est, neque catholicus, neque paganus cognoscit, sed vterque cognoscit eam secundum aliquam rationem causalitatis, vel excellentiæ, vel remotionis, vt supra dictum est[e]. Et secundum hoc in eadem significatione accipere potest gentilis hoc nomen Deus (cum dicit, idolum est Deus) in qua accipit ipsum catholicus dicens, idolum non est Deus. Si vero aliquis esset, qui secundum nullam rationem Deum cognosceret, nec ipsum nominaret, nisi forte sicut proferimus nomina, quorum significationes ignoramus. 55 66 78

1. dis. 8. q. 1. ar. 1. & 3. & po. q. art. 1. c. & q. 7. art. 1. c. & 1. & q. 10. art. 1. 9. & Dio. 5. li. 3. in principio.

ARTICVLVS XI.

a ¶*Vtrum hoc nomen, qui est, sit maxime nomen Dei proprium.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd hoc nomen, qui est non sit maxime proprium nomen Dei. Hoc enim nomen Deus est nomen incommunicabile, vt dictum est[e]. Sed hoc nomen, qui est, non est nomen incommunicabile. Ergo hoc nomen, qui est, non est maxime proprium nomen Dei.

a ¶*Super Quæst. decimætertiæ, Arti. decimū.*

IN titulo. Aduerte q; ly Deus quandoque verificatur de his tribus suppositis: scilicet Deo vero, & deo participatiue, & Deo opinatiue: vt patet quum Moyses dictus est Deus Pharaonis: & Beelzebub, Deus Accaron. Quandoque autem de solo vero Deo affirmatur: vt quum dicitur q; vnus tantum est Deus. Non vertitur hic in dubium, An ly Deus, vt significat habentem verā Deitatem, sit vniuocum: hoc enim est per se notum, esse non solum vniuocum, sed incommunicabile, vt dictum est. Et propterea de omnibus aliis prædicatur negatiue secūdum illam significationē. Sed quod dubitatur hic est, an quum vere affirmatur ly Deus de his tribus: cum scilicet dicitur quòd Dominus ipse est Deus, & q; Moyses est Deꝰ Pharaonis: & Beelzebub est Deꝰ Accaron: vniuoce sumatur an ęquiuoce, vel analogice: id est vnam vel plures. Et si plures, omnino aut secūdum quid habeat significationes. Et sic patet titulus cum respōsione ad primum.

Commēt. ¶In corpore vna cōclusio responsiua quæsito, hoc nomē Deus dicitur de his tribus non vniuoce, nec ęquiuoce, sed analogice. Probatur ex rationibus terminorū quo ad singulas partes vniuoca eādē omnino. Aequiuoca diuersam omnino analoga primā in aliis clausam rationē habent. sed ly Deus dictū de his nō primo, nec secundo: sed tertio modo se habet: ergo est analogum. Maior est ex se nota: quā optime notabis ad effugandā à te & aliis ignorantiam prauæ dispositionis in materia de analogia &c. 72 73 Minor autem probatur inducendo in singulis. Cōstat enim q; participatiue Deus. & similiter opinatus Deus absque veri Dei ratione intelligi nequit, sed bene econuerso, sicut depictꝰ aut opinatꝰ leo absq; veri leonis cointellectione intelligi non potest.

a ¶*Super Quæstionis decimætertiæ, Articulum vndecimum.*

IN titulo: ꝓpriū cū tripliciter sumi possit, vt distinguitur contra cōmune: & vt distinguitur contra metaphoricū: & vt distinguitur contra extraneum. In proposito directæ sumitur tertio modo: ita quòd proprium intimum, maxime autem proprium, id est maxime intimum significat in proposito. Inter nomina siquidem non metaphorice dicta de aliquo, datur latitudo, dum vnius formalis ratio magis intrinseca est illi, quā alterius &c.

Ly maxime autem cōparationem excessiuam dicit respectu cæterorum diuinorum nominum, siue communia sint, vt bonus, sapiens &c. siue propria, vt Deus creator &c. Vtrū autem hæc comparatio extendatur etiam ad nomina diuina composita non apparet: quoniam nulla fit in toto articulo de compositis mentio: sed solum de simplicibus: propterea restabit adhuc sub dubio an ly qui est, sit magis proprium nomen Dei, quàm ly summum bonum, seu ly ens infinitum &c.

Commen. ¶In corpore vna est cōclusio responsiua quæsito affirmatiue.

Annot. ¶Sed aduerte quòd hæc conclusio potest dupliciter formari. Primo sic. hoc nomen, qui est, est maxime proprium nomen Dei triplici ratione. Ita quòd ly triplici ratione sit pars conclusionis: & sit determinatio ly maxime proprium: & sic sensus est maxime proprium quo ad tria, scilicet significationem, modum significandi, & consignificandi: vt in responsione ad primam exprimitur. Alio modo potest formari sine tali limitatione sic, hoc nomen, qui est, est maxime proprium nomen Dei. & sic ly triplici ratione, non est pars conclusionis: sed continuatio cōclusionis cum probationibus: quasi diceret, & probatur tripliciter. ¶Primo sensui duo fauent, scilicet interpositio ly triplici ratione inter subiectum & prædicatum conclusionis in litera. & explicatio in responsione ad primum facta. ¶Secundo quoque sensui fauent duo. ¶Primo, quia in litera secundum singulas rationes sigillatim infertur conclusio sine limitatione. ¶Secundo, quia sine limitatione conclusio est simpliciter vera, & quoniam parui refert quo quis modo eam formet, age vt lubet.

Commen. ¶Probatur ergo in litera conclusio quo ad primum, vel primo sic. Qui est, significat non formam aliquam, sed ipsum esse: ergo significat essentiam solius Dei. ergo est maxime proprium Dei. Prima consequentia probatur, quia solius Dei essentia, est esse. secunda autem, quia vnumquodque denominatur à sua forma.

¶Circa hanc rationem dubitatur: quia non concludit intentum. secunda enim consequentia non infert, quòd hoc nomen sit magis proprium quàm alia nomina: sed quòd hoc nomen conueniat magis Deo quàm aliis rebus: quia significatio eius in Deo saluatur essentialiter: in aliis vero est extra essentiam: & tamen concludendum erat vt etiam in litera infertur, quòd hoc nomen est magis proprium quàm alia nomina.

¶Ad hoc breuiter dicendum est, quòd ratio literæ concludit vtrunque: quoniam ex hoc quòd significatum formale ly qui est, est ipsum esse, optime sequitur: & quòd magis conueniat Deo quàm aliis, quia illi essentialiter, aliis non: & quòd magis conueniat Deo quàm alia nomina: quia est essentiale prius cæteris, cum cætera posterius quid significent. Hoc autem implicite in litera insinuatum est in ly esse, vel in ly non formam aliquam: quasi diceret, non significat formam aliquam, vt cætera nomina, puta sapiens, viuens &c. De transcendentibus autem constabat ea posteriora esse ipso esse: & propterea non oportuit solicitare autorem circa hæc.

¶Quo ad secundum vel secundo probatur conclusio sic. essentia Dei non potest à nobis pro statu viæ intelligi modo quo in se est. ergo omne intellectum quocunque modo determinatum, deficit à modo quo Deus in se est. ergo quanto aliqua nomina sunt minus determinata, tanto magis proprie dicuntur de Deo à nobis. ergo qui est, est maxime proprium nomen Dei. vltima consequentia probatur in litera: quia cætera nomina, aut sunt minus communia: aut si conuertuntur addunt aliquid rationis saltem supra ipsum. Et confirmatur autoritate Damasceni. Priores autem consequentiæ in litera non probantur. Et prima quidem ratione non egebat. quoniam ex se satis liquet. Si enim modus Dei est incognitus, sequitur quòd omnis modus cognitus deficiat à modo Dei. Secunda quoque plane inde deducitur: quoniam si omnis modus cognitus deficit à modo Dei, ergo quanto determinatior modus, tanto magis deficit: quoniam defectus iste ex eminentissima amplitudine modi essendi Dei procedit, ac per hoc quanto ratio significata per nomen est amplior, aut absolutior, tanto minus recedit ab illo interminato pelago diuinæ substantiæ: & hoc est magis proprie dici. non enim aliquod nomen adæquat modum Dei, sed quia minus deficit, magis proprium dicitur. Ita quòd minime inter alia recedere, est maxime proprie dici. Deficere autem in proposito communiter sumitur: quædam enim nomina vt transcēdentia minus determinata deficiunt negatiue: plus tamen & minus vt dictum est: adeo vt quædam alia scilicet determinata, deficiant contrarie, vt corpus &c. Omnis ergo determinatio deficit: quamuis dissimiliter.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd ly est, dupliciter potest determinari: scilicet ex parte prædicati, & ex parte subiecti. Prædicati quidem, quum dicitur, est sapiens, vel bonus &c. Subiecti autem quum dicitur, homo vel bos est &c. hoc autem nomen, qui est, merito indeterminatissimū dicitur: quia vtrinque ly qui est, indeterminatū significat. Non enim significat qui est bonus, aut sapiens, aut substantia, sed absolutissime, qui est absque quacunque determinatione. Ex parte etiam ly qui, cum nulla significetur natura, sed cum sit relatiuum substantiæ: communissime importat substantiam: non vt est certum genus, sed vt omnis essentia, substantia dicitur. Et propterea Damascenus pelagus infinitum substantiæ significare dixit: substantiæ quidem ratione ly qui. pelagus autem infinitū ratione ly est, absque omni determinatione: potest enim determinari infinitis determinationibus: hoc autē maxime manifestat. quoniam adeo eminens est, vt infinities infinitos essendi modos etiam cogitabiles eminentissime comprehendat.

¶Præterea, Diony. dicit 3. capi. de di. no. quòd boni nominatio excellenter est manifestatiua omnium Dei processionum. Sed hoc maxime Deo conuenit, quòd sit vniuersale rerum principium. ergo hoc nomen bonum, est maxime proprium Dei, & non hoc nomen, qui est.

¶Præterea, Omne nomen diuinum videtur importare relationem ad creaturas: cum Deus non cognoscatur à nobis, nisi per creaturas. Sed hoc nomen, qui est, nullam importat habitudinem ad creaturas. Ergo hoc nomen, qui est, non est maxime proprium nomen Dei.

¶SED CONTRA est quod dicitur Exodi 3. quòd Moysi quærenti, si dixerint mihi quod est nomen eius: quid dicam eis? & respondit ei Dominus, sic dices eis: Qui est, misit me ad vos. Ergo hoc nomen, qui est, est maxime proprium nomen Dei.

CONCLVSIO.

¶*Quòd hoc nomen, qui est, triplici ratione est maximè proprium nomen Dei.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd hoc nomen, qui est, triplici ratione est maxime proprium nomen Dei. Primò quidem propter sui significationem. Non enim significat formam aliquam, sed ipsum esse. Vnde cum esse Dei sit ipsa eius essentia: & hoc nulli alij conueniat, vt supra ostensum est[e]: 17 manifestum est quòd inter alia nomina hoc maxime 15 proprie nominat Deum. Vnumquodque enim denominatur à sua forma. Secundò propter eius vniuersalitatem. Omnia enim alia nomina vel sunt minus communia: vel si conuertantur cum ipso, tamen addunt aliqua supra ipsum secundum rationem. Vnde quodammodo informant & determinant ipsum. Intellectus autem noster non potest ipsam Dei essentiam cognoscere in statu viæ secundum quòd in se est: sed quemcunque modum determinet circa id quod de Deo intelligit, deficit à modo quo Deus in se est. Et ideo quanto aliqua nomina sunt minus determinata & magis communia & absoluta, tanto magis proprie dicuntur de Deo à nobis. Vnde & Damascenus dicit quòd principalius omnibus, quæ de Deo dicuntur nominibus, est qui est: totum enim in seipso comprehendens velut quoddam pelagus substantiæ infinitum & indeterminatum. Quolibet enim alio nomine determinatur aliquis modus substantiæ rei: sed hoc nomen qui est, nullum modum essendi determinat, sed se habet indeterminate ad omnes. Et ideo nominat ipsum pelagus substantiæ infinitum. Tertiò vero ex eius significatione. Significat enim esse in præsenti. Et hoc maxime proprie de Deo dicitur, cuius esse non nouit præteritum vel futurum, vt dicit Augustinus in quinto de trin.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc nomen, qui est, est magis proprium nomen Dei, quàm hoc nomen Deus, quantum ad id, à quo imponitur, scilicet ab esse: & quantum ad modum significandi & consignificandi, vt dictum est[e]. 6 Sed quantum ad id ad quod imponitur nomen ad significandum, est magis proprium hoc nomen Deus, quod imponitur ad significandum naturam diuinam. Et adhuc magis proprium nomen est tetragrammaton: quod est impositum ad significandam ipsam Dei substantiam incommunicabilē, & (vt sic liceat loqui) singularē.

¶Ad secundum dicendum, quòd hoc nomen bonum, est principale nomen Dei, inquantum est causa, non tamen simpliciter. Nam esse absolute præintelligitur causæ[e]. 4

¶Ad tertium dicendum, quòd non est necessarium quòd omnia nomina diuina importent habitudinem ad creaturas, sed sufficit quòd imponantur ab aliquibus perfectionibus procedentibus à Deo in creaturas: inter quas prima est ipsum esse, à qua sumitur hoc nomen, qui est. 26

Commen. ¶Quo ad tertium vero, vel tertio probatur conclusio ex significatione qui est, significat esse in præsenti. ergo maxime proprie conuenit Deo. tenet sequela. præsentialitas enim est maxime propria Deo, vt patet per Augustinum.

Annot. ¶Aduerte hic quòd ly, qui est, tripliciter potest considerari. Vno modo absolute & formaliter, & sic considerandum est hic. nec differt ly, qui est, ab ente formaliter, sed quo ad tres conditiones. Prima est: quia ens non ita explicite explanat actum essendi. Secunda est: quia ens non consignificat tempus aliquod. Tertia est: quòd relatiuum clausum in ly ens, est neutri generis, vt patet exponendo ens, id est quod est, vt expresse ab Aristotele exponitur pluries. neutrum autem genus cum informe sit magis ex parte materiæ se tenet. Masculinum autem cum formatum sit, actualitatem insinuat. Vnde dicendo, qui est, actualitas magis insinuatur existentis quàm dicendo quod est: propter quas conditiones adiunctas his quæ in litera dictæ sunt, ly qui est. secundo modo consideratur vt merito appropriatum Deo: & sic cum ratio appropriationis sit, quia ipse solus in rei veritate est. cætera autem sunt & non sunt, pro quanto deesse possunt: & dum sunt non sunt, nisi sic, id est tantæ & talis perfectionis. & non absolute: & oportet, vt hoc nomen sic sumptum eminentiam summam in essendo insinuet, non ex significatione, sed ex appropriatione: sicut si hoc nomen cognoscens, inter homines alicui excellentissimi intellectus approprietur: quasi cæteri in comparatione ad ipsum non cognoscerent, & cætera. Tunc enim, licet non variaretur nominis significatio, plus tamen insinuaret quàm significaret formaliter, cum ex huiusmodi appropriatione ostenderetur excellentia illius. Vnde in proposito, licet qui est, formaliter sumptum de omni existente verificetur, nec pelagus substantiæ infinitum denotet nisi eo modo quo ens, vt appropriatum tamen consideratur, esse quod est ipsa Dei essentia, eminentissime in Deo ponit, pelagúsque illud infinitum in diuino esse ponit: ac per hoc infinitatem per indeterminationem, quam in communi importat: ad infinitatem per eminentiam trahit æternum esse illud innuendo: propter quod nullum nomen simplex, quo ad conceptum, habemus: quòd magis explicet diuinam naturam quidditatiue, quàm ly, qui est. Tertio modo consideratur, qui est, vt est primum membrum huius analogi. scilicet qui est, & sic ly, qui est, non ex appropriatione, sed ex propria ratione est nomen proprium Dei: & verificantur de eo omnia supradicta. Alia tamen ratione: quia non ex appropriatione, sed ex propria significatione, vt dictum est: & quoniam analogum simpliciter prolatum stat pro primo, idcirco ly qui est, absolute pro primo sumitur: & est propriissimum Deo propter supradicta: & hæc sequere, quoniam & vera, & autori consona sunt absolute ac formaliter loquenti.

ARTICVLVS XII.

a ¶*Vtrum propositiones affirmatiuæ possint formari de Deo.*

79 1.dis. 4.q. 2.ar.1.& 1.contra: cap.36.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd propositiones affirmatiuæ non possunt formari de Deo. Dicit enim Dionysius 2.c. cælestis Hierar. quòd negationes de Deo sunt veræ, affirmationes autem incompactæ.

¶Præterea, Boëtius dicit in lib. de Trin. quòd forma simplex subiectum esse non potest. Sed Deus maxime est forma simplex, vt suprà ostensum est[c]. Ergo non potest esse subiectum: sed omne illud, de quo propositio affirmatiua formatur, accipitur vt subiectum. Ergo de Deo propositio affirmatiua formari non potest.

¶Præterea, Omnis intellectus intelligens rem aliter quàm sit, est falsus: sed Deus habet esse absque omni compositione, vt suprà probatum est[c]. Cum igitur omnis intellectus affirmatiuus intelligat aliquid cum compositione, videtur quòd propositio affirmatiua vere de Deo formari non possit.

¶SED CONTRA est, quòd fidei non subest falsum: sed propositiones quædam affirmatiuæ subduntur fidei, vtpote quòd Deus est trinus & vnus, & quòd est omnipotens. Ergo propositiones affirmatiuæ possunt vere formari de Deo.

CONCLVSIO.

¶*Cum humanus intellectus nequeat Deum, vt vnus est, cognoscere, sed sub diuersis rationibus, multas de ipso propositiones affirmatiuas veras formare potest.*

18 d ¶RESPONDEO dicendum, quòd propositiones affirmatiuæ possunt vere formari de Deo. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd in qualibet propositione affirmatiua vera oportet quòd prædicatum & subiectum significent idem secundum rem aliquo modo, & diuersum secundum rationem. Et hoc patet tam in propositionibus quæ sunt de prædicato accidentali, quàm in illis quæ sunt de prædicato substantiali. Manifestum est enim, quòd homo & albus sunt idem subiecto, & differunt ratione. alia enim est ratio hominis, & alia ratio albi. Et similiter cum dico, homo est animal: Illud enim ipsum quod est homo, vere animal est. In eodem enim supposito est & natura sensibilis, à qua dicitur animal, & rationalis, à qua dicitur homo[c]. Vnde & hic etiam prædicatum & subiectum sunt idem supposito, sed diuersa ratione. Sed in propositionibus, in quibus idem prædicatur de seipso, hoc aliquo modo inuenitur: inquantum intellectus id quod ponit ex parte subiecti trahit ad partem suppositi: quod verò ponit ex parte prædicati, trahit ad naturam formæ in supposito existentis: secundum quòd dicitur quòd prædicata tenentur formaliter, & subiecta materialiter. Huic verò diuersitati, quæ est secundum rationem, respondet pluralitas prædicati & subiecti: identitatem verò rei significat intellectus per ipsam compositionem. Deus autem in se consideratus est omnino vnus & simplex: sed tamen intellectus noster secundum diuersas cōceptiones ipsum cognoscit, eò quòd non potest ipsum vt in seipso est videre. Sed tamen, quamuis intelligat ipsum sub diuersis conceptionibus, cognoscit tamen quòd omnibus suis conceptionibus respondet vna & eadem res simpliciter[c]. Hanc ergo pluralitatem, quæ est secundum rationem, repræsentat per pluralitatem prædicati & subiecti: vnitatem verò repræsentat intellectus per compositionem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Diony. dicit affirmationes de Deo esse incompactas vel inconuenientes secundum aliam translationem, inquantum nullum nomen Deo competit secundum modum significandi, vt suprà dictum est[c].

¶Ad secundum dicendum, quòd intellectus noster non potest formas simplices subsistentes secundum quòd in seipsis sunt comprehendere: sed apprehendit eas secundum modum compositorum in quibus est aliquid quod subiicitur, & est aliquid quod inest. Et ideo apprehendit formam simplicem in ratione subiecti, & attribuit ei aliquid.

¶In responsione ad primum dubium occurrit, quia distinctio facta ibidem non habet locum in proposito, quoniam in ly qui est idem est, à quo nomen imponitur, & ad quod nomen imponitur: ergo si est magis proprium nomen quo ad vnum erit quo ad vtrunque: & tamen in litera dicitur, quòd est magis proprium quo ad id à quo: & non quo ad id ad quod: quomodo possunt hæc simul stare?

371 c 428 ¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd licet idem sit: non tamen ad idem comparatur. In vtroque enim nomine: scilicet ly qui est, & ly Deus, sunt duo, scilicet à quo & ad quod: & comparationem proportionaliter faciendo, scilicet cōparando à quo vnius ad à quo alterius: & ad quod vnius ad quod alterius: facile patet sensus clarus literæ: quod esse est magis proprium Deo, quàm vniuersalis prouidentia: & quòd deitas est magis propria Deo, quàm esse: quoniam deitas importat illam naturam quasi secundum differentiam specificam: ly vero qui est, importat eandem quasi secundum genus. Veruntamen quòd quia conceptū, ly Dei: quantum ad id ad quod imponitur, non habemus nisi in alio. Conceptum vero ly, qui est: quantum ad vtrunque habemus. Idcirco licet Deus secundū se magis proprium nomen ac intimius sit, quo ad nos: tamen magis explicatiuū est Dei ly, qui est: quàm ly Deus: propter rationem dictam. Et scito q̄ ly qui est vt appropriatum: seu primum analogatum nomen est: vnicum tantum cōceptum formalem importat. Ita quòd non componitur

a b 60 a

¶Ad tertium dicendum, quòd hæc propositio, intellectus intelligens rem aliter quàm sit, est falsus, est duplex: ex eo quòd hoc aduerbium aliter, potest determinare hoc verbum, intelligit ex parte intellecti, vel ex parte intelligentis[c]. Si ex parte intellecti, sic propositio vera. Et est sensus. Quicunque intellectus intelligit rem esse aliter quàm sit, falsus est. Sed hoc non habet locum in proposito: quia intellectus noster formans propositionem de Deo, non dicit eum esse compositum, sed simplicem. Si verò ex parte intelligentis, sic propositio falsa est. Alius est enim modus intellectus in intelligendo, quàm rei in essendo. Manifestum est enim quòd intellectus noster res materiales infra se existentes intelligit immaterialiter: non quòd intelligat eas esse immateriales, sed habet modum immaterialem in intelligendo. Et similiter cum intelligit simplicia, quæ sunt supra se, intelligit ea secundum modum suum, scilicet compositè: non tamen ita quòd intelligat ea esse composita. Et sic intellectus noster non est falsus formans compositionem de Deo.

ex duobus conceptibus, vt calor albus: neque vt ens per se, neque vt summum bonum: neque vt ens infinitum. Et cum tanta simplicitate explicat pelagus infinitum substantiæ: imò si recte ac perfecte cōcipiatur, explicat quasi causam quare Deus sit ens infinitum: non enim quia ens infinitum, ideo est qui est: sed quia est qui est, ideo esse infinitæ perfectionis est. vnde nō recte sensisse videtur Scotus in 1.di.3.q.1. dicens, quòd simplicior & perfectior conceptus proprius Deo, nobis possibilis sit conceptus huius nominis ens infinitum. Iam enim patet quòd conceptus ly, qui est simplicior, perfectior, ac prior est. 424 430

a ¶*Super Quæstionis decimætertiæ Articulum duodecimum.*

Titulus clarus est.

¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiuæ, propositiones affirmatiuæ verè possunt de Deo formari. Probat. omnis propositio affirmatiua significat identitatem aliquā secundum rem prędicati & subiecti, cū distinctione eorundem secundum rationē: sed in Deo inueniunt̄ hęc duo: ergo. Maior probat̄ dupliciter. Primo inductiue in propositionibus accidentalibus, & essentialibus duplicibus, scilicet & in quibus prædicatū & subiectum habent secundum se rationes diuersas, & in quibus non. Secūdo ratione propositio affirmatiua habet copulam prædicatū & subiectum. ergo importat identitatem ratione copulæ: & distinctionē ratione pluralitatis extremorum. Minor verò probatur. Deus non cognoscit à nobis, vt est in sua omnimoda vnitate, sed sub diuersis rationibus vn⁹ & simplex: ergo. ¶Aduerte Thomista q̄ hinc habes quòd Deus apud Sanctum Thomā, est vnius tantū rationis formalis eleuate cōprehendētis omnia &c. hoc enim intendit quum dicit hic, quòd est omnino vn⁹ & simplex. Alioquin aduersatiua subiūcta cum eius causa non consona scilicet, sed tamen intellectus noster secundū diuersas conceptiones ipsum cognoscit: quia non potest ipsum vt in se est videre. Si ergo posset ipsum vt est videre, nō distinguere deitatem à sapiētia: nec sapiētiā à bonitate secundum rationem: vt modò facit, dicēdo De⁹ est sapiēs & bonus &c. vnica ergo est in Deo formalis ratio tantum. Commēt. Annot. 71. 1.dist.22. artic.2.1. & distin. 34. qō.3. art.1.cor. & po.qō. 7.artic.5. 2.70. Annot. 80 1.dist.15. articul.1. Et 1.contra.c.44. & po.q.8. art.1.c.2. & q.9.artic.5.cor. Et veri.q. 2.artic.1. Et opusc. 3.cap.28. & 35. Et 12.me. l.6.col.5. & 6.

QVAESTIO DECIMA quarta, De scientia Dei, in sexdecim articulos diuisa.

POST considerationem eorum, quæ ad diuinam substantiam pertinent, restat considerandum de his, quæ pertinent ad operationem ipsius. Et quia operatio quædam est, quæ manet in operante, quædam verò quæ procedit in exteriorem effectum. Primo agemus de scientia & voluntate (nam intelligere in intelligente est, & velle in volente) & postmodum de potentia Dei, quæ consideratur vt principium operationis diuinæ in effectum exteriorem procedentis. Quia verò intelligere quoddam viuere est: post considerationem diuinæ scientiæ considerandum est de vita diuina. Et quia scientia verorum est, erit etiam considerandum de veritate & falsitate. Rursum, quia omne cognitum in cognoscente est, rationes autem rerum secundum quòd sunt in Deo cognoscente, ideæ vocantur, cum cōsideratione scientiæ erit etiam adiungenda consideratio de ideis.

¶Circa scientiam verò quæruntur sexdecim.

¶Primo, vtrum in Deo sit scientia. ¶Secundo, vtrum Deus intelligat seipsum. ¶Tertio, vtrū comprehendat se. ¶Quarto, vtrum suum intelligere sit sua substantia. ¶Quinto, vtrum intelligat alia à se. ¶Sexto, vtrum habeat de eis propriam cognitionem. ¶Septimo, vtrum scientia Dei sit discursiua. ¶Octauo, vtrum scientia Dei sit causa rerum. ¶Nono, vtrum scientia Dei sit eorum, quæ non sunt. ¶Decimo, vtrum sit malorum. ¶Vndecimo, vtrum sit singularium. ¶Duodecimo, vtrum sit infinitorum. ¶Decimotertio, vtrum sit contingentium futurorum. ¶Decimoquarto, vtrum sit enuntiabilium. ¶Decimoquinto, vtrum scientia Dei sit variabilis. ¶Decimosexto, vtrum Deus de rebus habeat speculatiuam scientiam vel practicam.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum in Deo sit scientia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in Deo non sit scientia. Scientia enim habitus est qui Deo non competit, cum sit medius inter potentiam & actum. Ergo scientia non est in Deo.

¶Præterea, Scientia (cum sit conclusionum) est quædam cognitio ab alio causata, scilicet ex cognitione principiorum. Sed nihil causatum est in Deo. Ergo scientia non est in Deo.

a ¶*Super Quæst. decimæquartæ Arti. primū.*

Titulus scientia. nomine scientiæ intelligimus

ligimus cognitionem intellectiuam certam & euidentem.

Commēt. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, In Deo est scientia perfectissime. probatur. Immaterialitas est ratio quòd aliquid sit cognoscitiuū, & secundum modum immaterialitatis est modus cognitionis: sed Deus est in summo immaterialitatis: ergo Deus est in summo cognitionis: quod est habere perfectissime scientiam.

18 76 b Maior habet duas partes, & quò ad vtranque probatur. Quo ad primam partem dupliciter. Primo ratione sic. Esse cognoscens est ex habere formam suam & alterius: ergo ex amplitudine naturæ: ergo ex immaterialitate. Antecedens probatur: quia in hoc differt cognoscens à non cognoscente. Prima vero consequentia ex se est euidens: quia quod est ipsum & alia, est magis amplum quàm quod est ipsum tantum: & confirmatur autoritate tertij de anima, Anima est quodammodo omnia. Secunda vero consequentia probatur ex dictis in q.7. quòd coarctatio formæ est ex materia: & infinitas formarum per recessum à materia. Secundo probatur maior autoritate Arist. 2. de anima, quòd plantæ non cognoscunt propter suam materialitatem. 35 36 Quò ad secundam vero partem probatur maior ex gradibus cognoscendi in sensu & intellectu. Ille enim cognoscitiuus est: quia receptiuus specierum sine materia. 427 Iste magis: quia separatus & immixtus, vt dicitur 3. de anima. Minor autē ex supradictis est nota.

35 15 ¶*Num cognoscens distinguatur à non cognoscēte quòd est ipsum & alia, non autem non cognoscens.*

¶Præterea, Omnis scientia vel vniuersalis, vel particularis est. Sed in Deo non est vniuersale & particulare, vt ex superioribus patet[c]. Ergo in Deo non est scientia.

¶SED CONTRA est, quod Apost. dicit Roma. 2. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus sit omnino immaterialis, in ipso scientia est perfectissimo modo.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in Deo perfectissime est scientia. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd cognoscentia à non cognoscentibus in hoc distinguuntur: quia non cognoscentia nihil habent nisi formam suam tantum: sed cognoscens natum est habere formam etiam rei alterius: nam species cogniti est in cognoscente. Vnde manifestum est, quòd natura rei non cognoscentis est magis coarctata & limitata. Natura autem rerum cognoscentium habet maiorem amplitudinem & extensionem. Propter quod dicit Philosophus 3. de anima. quòd anima est quodammodo omnia. Coarctatio autem formæ, est per materiam. Vnde & suprà diximus, quòd formæ secundum quòd sunt magis immateriales, secundum hoc magis accedunt ad quandam infinitatem[c]. Patet igitur, quòd immaterialitas alicuius rei est ratio quòd sit cognoscitiua, & secundum modum immaterialitatis est modus cognitionis. Vnde in 2. de anima dicitur, quòd plantæ non cognoscunt propter suam materialitatem[c]. Sensus autem cognoscitiuus est, quia receptiuus est specierum sine materia: & intellectus adhuc magis cognoscitiuus, quia magis separatus est à materia, & immixtus, vt dicitur in 3. de anima. Vnde cū Deus sit in summo immaterialitatis, (vt ex superioribus patet[c]) sequitur, quòd ipse sit in summo cognitionis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia perfectiones procedentes à Deo in creaturas, altiori modo sunt in Deo (vt suprà dictum est[c]) oportet, quòd quandocunque nomen sumptum à quacunque perfectione creaturæ Deo attribuitur, secludatur ab eius significatione omne illud, quod pertinet ad imperfectum modum, qui competit creaturæ. Vnde scientia non est qualitas in Deo, vel habitus, sed substantia, & actus purus.

¶Ad secundum dicendum, quòd ea, quæ sunt diuisim & materialiter in creaturis, in Deo sunt simpliciter & vnitæ, vt supra dictum est[c]. Homo autem secundum diuersa cognita habet diuersas cognitiones. Nam secundum quòd cognoscit principia, dicitur habere intelligentiam: scientiam verò, secundum quòd cognoscit conclusiones: sapientiam, secundum quòd cognoscit causam altissimam: consilium vel prudentiam, secundum quòd cognoscit agibilia. Sed hæc omnia Deus vna & simplici cognitione cognoscit, vt infrà patebit[c]. Vnde simplex Dei cognitio omnibus istis nominibus nominari potest: ita tamen, quòd ab vnoquoque eorum secundum quòd in diuinam prædicationem venit, secludatur quicquid imperfectionis est, & retineatur quicquid perfectionis est. Et secundum hoc dicitur Iob 12. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, & ipse habet consilium & intelligentiam.

¶Ad tertium dicendum, quòd scientia est secundum modum cognoscentis. Scitum enim est in sciente secundum modum scientis[c]. Et ideo cum modus diuinæ essentiæ sit altior, quàm modus, quo creaturæ sunt, scientia diuina non habet modum creatæ scientiæ; vt scilicet sit vniuersalis vel particularis, vel in habitu, vel in potentia: vel secundum aliquē talem modum disposita.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Deus intelligat se.*

AD SECVNDVM sic proditur. Videtur, q̄ Deus non intelligat se. Dicitur enim in lib. de causis, q̄ omnis sciens, qui scit suā essentiā est re-

Quæstio. Circa differentiam assignatā inter cognoscentia, & non cognoscentia dubitatur. Aut quum dicitur quòd cognoscens natum est esse etiam alia, intendis quòd ly esse intelligatur per identitatem: & sic falsum est, quoniam anima intellectiua non est nata esse idem quod lapis, quod bos &c. Aut per informationem, & tunc aut per intentionalem: & sic est falsa differentia: quia aër non est cognoscens: & tamen recipit colores intentionaliter, Aut naturalem: & tunc est falsissima. Tum quia lapis non est in anima. Tum quia non cognoscentia hoc modo sunt alia. Similiter ly alia, aut stat pro omnibus: & sic est falsum: quia sensus non est natus esse omnia: sed quædam, Aut pro quibusdam: & sic differentia est nulla: quoniam commune est omnibus, quæ apud nos sunt, esse non solum ipsa, sed quædam alia aliquo modo, scilicet per informationem: quoniam omnia non solum sunt substantiæ in se, sed habent ad minus sua accidentia conformia naturis propriis. Ignis enim non solum est ignis, sed leue, rarum, lucidum, calidum. Et quemadmodum hæc habent sua accidentia, ita cognoscens habet sua propria accidentia, species intentionales. Vnde in hoc nulla apparet differentia inter cognoscentia & non cognoscentia.

¶Ad euidentiam huius difficilis ac ardui fundamenti magnæ partis, Metaphysicæ ac Philosophiæ naturalis, duo facienda sunt. Primo formaliter dicendum est ad obiectiones. Secundo radix omnium producenda est in lucem. Ad obiecta facile dicitur, quòd ly esse abstrahit à modis essendi per identitatem, aut informationem: & similiter ly alia, abstrahit ab omnibus aut quibusdam. Sicut etiam ly cognoscitiuum abstrahit à tali & tali cognoscitiuo. Aliquod enim cognoscens est, quod est omnia per identitatem, vt Deus. Aliquod quod est aliqua per identitatem, & aliqua per informationem, vt angeli. Aliquod quod est omnia per informationem, vt anima nostra. Aliquod quod est aliqua per informationem, vt anima pure sensitiua. Et propterea differentia in communi posita, abstrahit ab omnibus his modis, vt nullus excludatur, sed omnes in confuso contineantur.

¶Radix autem ista elucescit, si intuemur per se differentiam, inter modum quo cognoscens est cognitum, & quo materia habet formam. Et similiter quàm differenter fit vnum ex cognoscente & cognito, & materia & forma. Idem enim iudicium est de esse & de vno, cum eandem naturam significent, vt in 4. Metap. dicitur. Sciendum est ergo, quòd per se differentia in hoc est. Quòd cognoscens est ipsum cognitum actu vel potentia. Materia autem nunquam est ipsa forma. Et ex hac differentia quo ad esse sequitur differentia quò ad vnitatem: quòd scilicet cognoscens & cognitum sunt magis vnum, quàm materia & forma, vt egregie dixit Auer. in 3. de ani. commen. 5. Et rationem reddidit modò dictam, quia ex intellectu & intellecto non fit tertium, sicut ex materia & forma: assignando enim pro ratione maioris vnitatis exclusionem tertij, aperte docuit vnitatem cōsistere in hoc, quia vnum est aliud. Vnde Ari. in 3. de ani. hoc idem prædocuit dicens, quòd anima est omnia sensibilia & intelligibilia. Ostenditur autem hanc esse veram per se differentiam ex eo quòd omnes communes animi conceptiones & conclusiones ei consonant: scilicet quòd accidit cognoscitiuo & cognito diuersitas inter ea. & similiter compositio eorum. Et similiter quòd cognitum habeat esse intentionale in cognoscente, & quòd in nulla natura possunt adeo eleuari materia & forma, subiectum & accidens, vt vnum sit idem alteri saluis rationibus eorum, vt de cognoscente & cognito comperimus. 24 34 23

¶Necessitas autem hoc ponendi, ex duabus nascitur positionibus. Altera est, vnumquodque operatur secundū quod est actu, 5. Physico. Altera est; cognitum est principium specificatiuum cognitionis, ex 12. Metaphy. Ex his sequitur, quòd cum cognoscens debeat esse sufficiens principium suæ propriæ operationis, quæ est cognoscere: quia hoc omnibus perfectis naturis commune est: oportet quòd sit specificatiuum principium illius quod est esse cognitum. Et si his adiungas ex 2. cæli t. con. 17. quòd vnumquodque est propter suam operationem: sequetur quòd natura cognoscitiua est talis secundum se, vt sit actu vel potentia ipsum cognitum: quod est esse non solum ipsa, sed alia, vt in litera dicitur. Et si hæc comparaueris ad reliqua entia, videbis differentiam inter cognoscentia, & non cognoscentia manifestari ex hoc. Reliqua nanque entia, aut recipiunt formas propter ipsarum formarum operationes, aut propter operationem tertij compositi ex recipiente & recepto. Exemplum primi in aqua calida, & vniuersali, in subiecto & accidentali forma. Calefactio enim non est propria operatio aquæ, sed caloris. Et idem est iudicium quo ad hoc de aqua frigida: licet enim frigiditas sit naturalis potentia aquæ, frigefacere tamen frigidi, non aquæ propria est operatio. Exemplum secundi patet in formis substantialibus: materia enim non recipit formam propter operationem ipsius materiæ, sed compositi ex ipsa & forma. Cognoscens autem recipiens cognitum, non recipit ipsum propter operationem alicuius compositi resultantis ex eis: neque propter operationem ipsius cogniti: sed propter specificationem propriæ operationis ipsius cognoscentis. Visus enim recipit visibile, propter speciem visionis: quam constat esse visus propriam operationem. Nec obstat quòd visibile vt receptum in visu sit accidens, & visus sit subiectum: quoniam hoc est per accidens: id est ex necessitate materiæ: & non est per se primò intentum. forma enim, intentio, seu species visibilis, non inquantum accidens: sed inquantum visibile & transiens in visum specificat: sed quia hoc non patitur talis natura sensibilis, nisi per intentionem esse, ideo gratia materiæ concurrit accidens, non tamen destruit per se intentum, sed in gradu minus perfecto constituit. Vt enim alibi discutiendum est, & ab Auerroi 11. Metaphy; 3. de anima habetur, Cognoscibile & cognitum non eadem intentione in omnibus sunt vnum: sed magis & minus diminutè; adeo quòd in solo Deo sunt omnino idem. Et sic patet sensus differentiæ assignatæ: & quàm subtiliter naturam cognoscentium tradidit hic diuus Thomas. Quam in hoc consistere non solum ex Aristo. & Auer. vt patet ex dictis, sed etiam ex Alberto ostenditur in tractatu de intellectu & intelligibili. Et hoc diligentissime oportet pro fundamento habere, quotiens de intellectu est sermo; quoniam ex eo multarum quæstionum conclusiones pendent; puta de concursu obiecti, & intellectus ad intellectionem. Et similiter de concursu speciei intelligibilis &c. Et hinc apparebit, quam rudes fuerint qui de sensu & sensibili, intellectu & intelligibili, deque intelligere & sentire tractantes, tanquam de aliis rebus iudicant. Et disces eleuare ingenium, aliūmque rerum ordinem ingredi.

a 23 71 72 86 66 18 veri. q.2. arti.2.& 1.contra. ca.47.& 48.et l.4. c.11.co.3. Et 1.dist. 25.arti.2. Et 12. me.l.8. co.4.

a ¶*Super Quæstionis decimæquartæ Articulum secundum.*

Titulus clarus est.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Deus intelligit seipsum per seipsum. probatur. Deus est absque omni potentialitate actus purus: ergo intellectus & intellectum sunt omnibus modis idem: ergo intelligit seipsum per seipsum. Antecedens patet. prima vero consequentia fundatur super duas propositiones. Altera est; obiectum intellectus oportet esse actu intelligente ad hoc vt intelligat. Altera est; omnis diuersitas intellectus ab obiecto est propter admixtam naturam potentiæ. Prima probatur ex differentia inter operationem transeuntem & immanentem: quia ista intus habet

habet terminum. Secunda ex lib. de Anima sic: sensus in actu est idem cum sensibili in actu: & similiter intellectus in actu cum intelligibili in actu. Non autem est hic eadem potentia, ergo identitas horum sequitur actualitatem status eorum: diuersitas vero potentialitatem. Ex his enim manifeste patet sequela prima sic. Intelligibile oportet esse in intelligente, & non est aliquo modo distinctum nisi per potẽtiam. ergo intellectuale illius in quo nulla est potentia, nullo modo distinguitur ab eo. Si ergo Deus est absque potentia &c. ergo &c. Deinde in litera explanatur cõsequens, quo ad ly omnibus modis, excludendo duos diuersitatis modos: scilicet inter actum & potentiam, & inter substantiam & accidẽs, secunda consequentia patet.

Annot. ¶Circa verba literæ in secunda propositione fundante consequentiam, Aduerte quòd hoc quod dicitur, scilicet secundum hoc tantum sensus vel intellectus aliud est à sensibili vel intelligibili, quia vtrunque est in potentia: dupliciter exponi potest. Primo vt ly vtrunque referat potentiam & obiectum. Secundo vt referat ambas potentias, quas nominauerat, scilicet sensitiuam & intellectiuam. Et si iste secundus sensus teneatur, nihil scabrositatis occurrit & planus literæ sensus seruatur. Si vero primus sensus intentus dicatur eget nitore: quoniam ex hoc haberetur expresse, quòd ad distinctionem inter cognoscentem & cognitum exigitur potentialitas non solum in cognoscente, sed etiam in cognito: quod non est vsquequaque verum. b 280 Potest enim hoc dupliciter intelligi. Primo quòd exigatur potentialitas in vtroque, ita quòd vtrunque sit secundum se potentiam habens: & hæc duplex potentia sit radix distinctionis. Et hoc est falsum vt patet, quum Deus videtur ab aliquo intellectu creato. Tunc enim obiectum est actus purus, & tamen distinctio est inter intellectum & obiectum. Secundo quod exigatur potentialitas vtriusque respectu huius, id est quod obiectum sit potentia intelligibile ab ipso intellectu, & intellectus sit in potentia aliqua ad intelligendum illud: & hoc est verum. Sed iudicio meo non est hic intentum. Tum quia vna potentialitas, scilicet potentia sufficit. Tum quia ista potentialitas obiecti non in se, sed respectu huius non est potentialitas imperfectionis, de qua loquimur. Tum quia vtraque ista potentia resoluitur tandem quo ad hunc effectum, qui est distinctio inter obiectum & potentiam: inter potentialitatem ipsius cognoscitiuæ virtutis. Tum quia planus sensus literæ primam expositionem optime amplectitur, & proposito satisfacit: & ideo primum sequamur.

¶Num in his, quæ carent potentia, & quorum species intelligibilis non distinguitur à sua substantia, intelligens & intellectum sit omnibus modis idem.

Quæstio. Circa expositionem cõsequentis: vbi ly omnibus modis idem explanatur per exclusionem duorum, scilicet status potẽtialitatis: & diuersitatis intellectus à specie intelligibili: dubium occurrit. Quia exclusio horum non sufficienter explanat omnimodam identitatem intellectus & intellecti: & hoc probatur in angelo intelligente seipsum. Constat enim quòd nec est in potentia: neque species, qua se intelligit est aliud à substantia sua: & tamen intellectus & intellectum non sunt omnibus modis idem etiam intelligendo seipsum. Tum quia hoc est proprium Dei. Tum quia conceptus, quem format de seipso, non est substantia sua quicquid ille sit. ¶Ad hoc dupliciter dicitur. Primo quod ly ita, scilicet vt neque careat specie, neque species sit aliud &c. accipiatur limitatiue, id est quod per hæc duo limitetur id quod dixerat, scilicet omnibus modis idem: ac si dixisset sunt omnibus modis idem quo ad hæc duo: & sic dubium motum locum non habet. ¶Et licet hic sensus literæ consonet, pro quarto in articulo quarto, quærendum restat vtrũ intelligere Dei sit idem quod ipse Deus. Considerantibus tamen quod hic est sermo de intellecto, & intellectus identitate: & quod dubium restans de intelligere remanet pro quanto sunt aliquæ difficultates: ex propriis ipsius intelligere, vt distinguitur contra intellectum dici aliter posse videtur: acceptando quòd ly ita, scilicet vt neque careat specie &c. teneatur expositiue. ¶Et ad dubium motum, respondetur quòd exclusio horum duorum adæquat omnimodam identitatem intellectus & intellecti. Sed nomine speciei non est intelligenda species impressa tantum, sed vniuersaliter tam impressa quàm expressa: vbi enim intellectus & species vniuersaliter non distinguitur, ibi intellectus & intellectum omnino est idem. Et hoc in doctrina Sanct. Thom. est indubie verum: quoniam conceptus ipse est species expressa, quæ in solo Deo est substantiã. Et sic in nullo alio saluatur integre exclusio horum duorum. Vtrum autem hoc sufficiat secundum aliorum philosophorum dogmata non est præsentis negotij: sed in 3. de Anima vel in 12. Metaph. dicetur. Quod autem sic vniuersaliter in præsenti litera sumatur species textus insinuat per illa verba, quum est actu intelligens. Si de specie impressa tantum intenderet, non oportuisset dicere quum est actu intelligens: cum illa etiam insit quum intellectus noster non est in actu intelligens, sed dormiens. vnde explanando speciem intelligibilem per statum intellectus in actu secundo, insinuauit, quòd vniuersaliter de specie loqueretur concurrente ad actum secundum, qui est intelligere. Constat autem ad illum concurrere vtranque speciem. De specie ergo vniuersaliter est sermo interpretandus, vt vniuersalior sit sensus.

c 283 485 c 304 438 d 370 82

3. dist. 34. art. 2. q. 1. & 2. Et 1. contra. cap. 3. Et veri. q. 2. ar. 2. 5. & 9ō. 20. art. 4. capi. Et opusc. 3. ca. 106. 213. & 264. co. 9. Et opusc. 9. q̃. 79. 35 83

diens ad essentiam suam reditione completa: sed Deus non exit extra essentiam suam, nec aliquo modo mouetur. Et sic non competit sibi redire ad essentiam suam. ergo ipse non est sciens essentiam suam.

¶Præterea, Intelligere est quoddam pati & moueri, vt dicitur in 3. de anima: scientia etiã est assimilatio ad rem scitam: & scitum etiã est perfectio scientis. Sed nihil mouetur vel patitur vel perficitur à seipso, neque similitudo sibiipsi est, vt Hilarius dicit. Ergo Deus non est sciens seipsum.

¶Præterea, Præcipue Deo sumus similes secundum intellectum: quia secundum mentem sumus ad imaginem Dei, vt dicit Augu. Sed intellectus noster non intelligit se nisi sicut intelligit alia, vt dicitur in 3. de anima. Ergo Deus non intelligit se, nisi forte intelligendo alia.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. ad Corint. 2. Quæ sunt Dei nemo nouit nisi spiritus Dei.

CONCLVSIO.

¶Deus cum sit actus purus in summo immaterialitatis, intelligit se per seipsum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus se per ipsum intelligit. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd licet in operationibus, quę transeunt in exteriorem effectum, obiectum operationis quod significatur vt terminus, sit aliquid extra operantem: tamen in operationibus, quæ sunt in operante obiectum, quod significatur vt terminus operationis, est in ipso operante: & secundum quod est in eo, sic est operatio in actu. Vnde dicitur in lib. de anima, quòd sensibile in actu est sensus in actu, & intelligibile in actu est intellectus in actu[c]. Ex hoc enim aliquid in actu sentimus vel intelligimus, quòd intellectus noster vel sensus informatur in actu per speciem sensibilis vel intelligibilis. Et secundum hoc tantum sensus vel intellectus aliud est à sensibili vel intelligibili: quia vtrunque est in potentia. Cum igitur Deus nihil potentialitatis habeat, sed sit actus purus, oportet quòd in eo intellectus & intellectum sint idem omnibus modis, ita scilicet vt neque careat specie intelligibili: sicut intellectus noster cum intelligit in potentia, neque species intelligibilis sit aliud à substantia intellectus diuini: sicut accidit in intellectu nostro, cum est actu intelligens: sed ipsa species intelligibilis est ipse intellectus diuinus. & sic seipsum per seipsum intelligit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd redire ad essentiam suam, nihil aliud est, quàm rem subsistere in seipsa. Forma enim inquantum perficit materiam dando ei esse, quodammodo supra ipsam effunditur: inquantum verò in seipsa habet esse, in seipsam redit. virtutes igitur cognoscitiuæ, quæ non sunt subsistentes, sed actus aliquorum organorum, non cognoscunt seipsas: sicut patet in singulis sensibus. Sed virtutes cognoscitiuæ per se subsistentes cognoscunt seipsas. Et propter hoc dicitur in lib. de causis, quòd sciens essentiam suam redit ad essentiam suam. Per se autem subsistere maxime conuenit Deo. Vnde secundum hunc modum loquendi, ipse est maxime rediens ad essentiam suam, & cognoscens seipsum.

¶Ad secundum dicendum, quòd moueri & pati sumuntur æquiuoce secundum quòd intelligere dicitur esse quoddam moueri vel pati[c]: vt dicitur in 3. de anima. Non enim intelligere est motus, qui est actus imperfecti, qui est ab alio in aliud: sed actus perfecti existens in ipso agente[c]. Similiter etiam quòd intellectus perficiatur ab intelligibili, vel assimiletur ei, hoc conuenit intellectui, qui quandoque est in potentia: quia per hoc quod est in potentia, differt ab intelligibili, & assimilatur ei per speciem intelligibilem, quæ est similitudo rei intellectæ: & perficitur per ipsam, sicut potentia per actum. Sed intellectus diuinus, qui nullo modo est in potentia, non perficitur per intelligibile, neque assimilatur ei: sed est sua perfectio & suum intelligere.

¶Ad tertium dicendum, quòd esse naturale non est materiæ primæ, quæ est in potentia: nisi secundum quòd est reducta in actum per formam. Intellectus autem noster possibilis se habet in ordine intelligibilium sicut materia prima in ordine rerum naturalium: eo quòd est in potentia ad intelligibilia, sicut materia prima ad naturalia. Vnde intellectus noster possibilis non potest habere intelligibilium operationem, nisi inquantum perficitur per speciem intelligibilem alicuius. Et sic intelligit seipsum per speciem intelligibilem[c]: sicut & alia. Manifestum est autem quòd ex eo quòd cognoscit intelligibile, intelligit ipsum suum intelligere: & per actum cognoscit potentiam intellectiuam. Deus autem est sicut actus purus tam in ordine existentium quàm in ordine intelligibilium: & ideo per seipsum, seipsum intelligit.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum Deus comprehendat seipsum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non comprehendat seipsum. Dicit enim August. in lib. 83. quæstionum, quòd id quod comprehendit se, finitum est sibi. Sed Deus est omnibus modis infinitus. Ergo non comprehendit se. ¶Si dicatur quòd Deus infinitus est nobis, sed sibi finitus. Contra verius est vnumquodque secundum quod est apud Deum, quàm secundum quod est apud nos. Si igitur Deus sibiipsi est finitus, nobis autem infinitus: verius est Deum esse finitũ, quàm infinitum. Quod est cõtra prius determinata[c]. Non ergo Deus comprehendit seipsum.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit ibidẽ: Omne quod intelligit se, cõprehẽdit se. Sed Deus intelligit se. Ergo comprehendit se.

CONCLVSIO.

¶Deus perfecte seipsum comprehendit, cum cognoscat seipsum quantum cognoscibilis est.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ Deus perfecte cõprehendit seipsum. Quod sic patet. Tunc enim dicitur aliquid comprehendi, quando peruenitur ad finem cognitionis ipsius. & hoc est quando res cognoscitur ita perfecte, sicut cognoscibilis est[c]. Sicut propositio demonstrabilis comprehenditur quando scitur per demonstrationem, non autem quando cognoscitur per aliquam rationem probabilem. manifestũ est autem quòd Deus ita perfecte cognoscit seipsum, sicut perfecte cognoscibilis est. est enim vnumquodque cognoscibile secundum modum sui actus[c]. Non enim cognoscitur aliquid secundũ quòd in potentia est, sed secũdum quòd est in actu, vt dicitur in 9. Metaphy. Tanta est autem virtus Dei in cognoscendo, quanta est actualitas eius in existendo: quia per hoc quod actu est, & ab omni materia & potentia separatus Deus cognoscitiuus est, vt ostensum est[c]. Vnde manifestum est, quòd tantum seipsum cognoscit quantum cognoscibilis est. Et propter hoc seipsum perfecte comprehendit.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd comprehendere, si proprie accipiatur, significat aliquid habens & includens alterum. Et sic oportet quòd omne comprehensum sit finitum sicut omne inclusum[c]. Non sic autem comprehendi dicitur Deus à seipso, vt intellect⁹ suus sit aliud quàm ipse, & capiat ipsum & includat. Sed huiusmodi locutiones per negationẽ sunt exponendæ. Sicut enim Deus dicitur esse in seipso, quia à nullo exteriori continetur: ita dicitur comprehendi à seipso: quia nihil est sui q̃d lateat ipsum. Dicit enim August. in lib. de vidẽdo Deum, quòd totum comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur, Deus finitus est sibi: intelligendum est secundum quandam similitudinem proportionis: quia sic se habet in non excedendo intellectũ suum, sicut se habet aliquid finitum in non excedendo intellectum finitum. Non autem sic dicitur Deus sibi finitus, quòd ipse intelligat se esse aliquid finitum.

a *¶Super Quæstionis decimæquartæ Articulum tertium.*

Titulus clarus ex corpore.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Deus perfecte comprehendit seipsum. Probatur, Deus ita perfecte cognoscit seipsum sicut perfecte cognoscibilis est: ergo perfecte comprehendit seipsum. Antecedens probatur sic. vnumquodque tantum est cognoscibile quantum est actu, ergo tanta est Dei cognoscibilitas, quanta est actualitas. Rursus: Deus est cognoscitiuus per hoc quòd est actus ab omni materia & potentia separatus: ergo tanta est vis cognoscitiua quanta est actualitas. igitur vtrunque concludendo, sequitur, tanta est cognoscibilitas quanta vis cognoscitiua, & econuerso. Assumptum primũ patet ex nono Metaphy. Assumptum vero secundum ex articulo primo & secundo. consequentia autem probatur ex ratione comprehensionis sic. Comprehendere est ad finem cognitionis alicuius peruenire: ergo est ita perfecte cognoscere rem, sicut res est cognoscibilis. ergo si Deus ita perfecte cognoscit, sequitur. ergo comprehẽdit: omnia sunt clara: & tamen in litera declaratur ratio comprehensionis exemplariter. in cognitione propositionis demonstrabilis. finis enim cognitionis ipsius non habetur, quousque demonstretur: quoniam semper maneret plus cognoscibilis quàm cognita esset.

61 55 81 80 61

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum ipsum intelligere Dei sit eius substantia.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ipsum intelligere Dei non sit eius substantia. Intelligere enim est quædam operatio. Operatio autem aliquid significat procedens ab operante. Ergo ipsum intelligere Dei non est ipsa substantia.

¶Præterea, Cum aliquis intelligit se intelligere, hoc non est intelligere aliquid magnum vel principale intellectum, sed intelligere quoddam secundarium & accessorium. Si igitur Deus sit ipsum intelligere, intelligere Deum erit sicut cum intelligimus intelligere. Et sic non erit aliquid magnum intelligere Deum.

¶Præterea, Omne intelligere est aliquid intelligere. Cum ergo Deus intelligit se, si ipsemet non est aliud quàm suum intelligere, intelligit se intelligere: & intelligere se intelligere se: & sic in infinitum. Non ergo ipsum intelligere Dei est eius substantia.

¶SED CONTRA est, quod dicit August. lib. 7. de Trini. Deo hoc est esse quod sapientem esse. Hoc autem est sapientem esse, quod intelligere. Ergo Deo hoc est esse, quod intelligere. Sed esse Dei est eius substantia, vt suprà ostensum est[c]. Ergo intelligere[c] Dei est eius substantia.

CONCLVSIO.

¶Deus, cum nullo à se distincto perficiatur, & sit suum esse, eius intelligere non distinguitur ab ipsa eius substantia.

¶RESPONDEO dicendum, quòd est necesse dicere quòd intelligere Dei est eius substãtia. Nam si intelligere Dei sit aliud quàm eius substantia, oporteret, vt dicit philosophus in 2. Meta. quòd aliquid aliud esset actus & perfectio substantiæ diuinæ: ad quod se haberet substantia diuina sicut potentia ad actum: quod est omnino impossibile. Nam intelligere est perfectio & actus intelligentis. Hoc autem qualiter sit, considerandum est. Sicut enim suprà dictum est[c], intelligere non est actio progrediens ad aliquid extrinsecum, sed manet in operãte sicut actus & perfectio eius: prout esse est perfectio existentis. Sicut enim esse consequitur formam, ita intelligere sequitur speciem intelligibilem. In Deo autem non est forma, quæ sit aliud quàm suum esse, vt suprà ostensum est[c]. vnde, cum ipsa sua essentia sit etiam species intelligibilis, vt dictum est[c]: ex necessitate sequitur quòd ipsum eius intelligere sit eius essentia & eius esse. Et sic patet ex omnibus præmissis[c], quòd in Deo intellectus intelligens, & id quod intelligitur, & species intelligibilis: & ipsum intelligere sunt omnino vnum & idem. Vnde patet per hoc quod Deus dicitur intelligens: nulla multiplicitas ponitur in eius substantia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ intelligere non est operatio exiens ab ipso operante, sed manens in ipso.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum intelligitur illud intelligere quod non est subsistens, non intelligitur aliquid magnum. sicut cum intelligimus intelligere nostrũ. Et ideo non est simile de ipso intelligere diuino: q̃d est subsistens.

¶Et per hoc patet responsio ad tertium. Nam intelligere diuinum, quod est in seipso subsistens, est suiipsius & non alicuius alterius, vt sic oporteat procedere in infinitum.

ARTICVLVS V.

a *¶Vtrum Deus cognoscat alia à se.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ Deus nõ cognoscat alia à se. Quæcũq; enĩ sunt alia à Deo, sunt extra ipsum. Sed Augu. dicit in lib. 83. quæst.

83 1. contra. ca. 46. & 47. & li. 4. ca. 11. & 12. Et opusc. 3. cap. 29. & 30. & 31.

a *¶Super Quæstionis decimæquartæ Articulum quartum.*

Cõment. Titulus clarus, ¶In corpore duo: primo cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. secundo epilogus ante dictorum.

¶Quo ad primum, conclusio est. Intelligere Dei est eius substantia: probatur dupliciter. Primo ducendo ad impossibile cum Aristo. si intelligere Dei esset aliud à substantia, sequeretur quòd diuina substantia se haberet ad aliquid aliud, vt potentia ad actum perfectiorẽ: hoc est impossibile. ergo. consequentia probatur: quia intelligere est perfectio & actus intelligẽtis. Secundo probatur ostensiue: substantia Dei est suum esse: & sua species intelligibilis. ergo intelligere Dei est sua substantia. Antecedẽs quo ad primam partem patet ex quæstione tertia.

¶Quo ad secundum ex secundo articulo huius quæstionis, consequentia vero probatur. Intelligere est actus manens in intelligente vt esse: ergo si substantia intelligentis est suum esse, & ipsa species intelligibilis: oportet quòd sit suũ intelligere. Assumptum probatur: quia intelligere consequitur speciem, vt esse formam.

Annot. ¶Ad euidentiam consequentiæ cum sua probatione, quoniam occulta aliqualiter est propter sui profunditatem, ac formalitatem, notanda sunt duo. Primo quòd in litera quatuor dicuntur de intelligere: scilicet quòd manet in intelligente: quòd vt actus & perfectio eius: quòd vt esse est actus existentis: quòd consequitur intelligibilem speciem, vt existere formam: quorum duo prima non probantur: quia clara sunt. tertium autem probatur per quartum: quod relictum est pro constanti. Aduerte secundo quòd quartum dictum, scilicet quòd intelligere consequitur speciem intelligibilem, vt esse formam quo ad tria: quantum ad propositum spectat verificatur. Primo quo ad causalitatem: quoniam forma est ratio essendi: & species intelligibilis est ratio intelligendi. Secundo quo ad necessitatem: quoniam formam in actu necessario comitatur existere: & speciem intelligibilem in actu, non medio modo inter potentiam & actum, necessario comitatur intelligere. Tertio quo ad modũ causandi: quoniam forma complendo quod est facit esse: & species intelligibilis in actu non in genere entis, sed in genere intelligibilis: complendo intellectum: facit intelligere: vt ex primo articu. huius quæstionis: & dictis in quæstio. 12. patere potest. Ex his autem & præcipue ex hoc vltimo liquet tertium dictum literæ: quod est effectus huius quarti. Sequitur enim ex his quòd intelligere est perfectio intelligentis, vt existere est perfectio existentis, id est intelligere ea proportione perficit intelligentem, qua esse perficit existentem: imò intelligere est ipsum esse intelligentis in genere intelligibili: sicut esse est ipsum esse entis in genere entium. Aduerte tertio quòd substantia diuina & est forma: imò actus purus: & in genere entium & in genere intelligibilium. Et ratione primi est ratio essendi, & dicitur ens. Ratione vero secundi est ratio intelligendi: & vocatur forma, seu species intelligibilis. Vnde esse Dei respõdet substantiæ suę, vt puro actui in genere entium. Intelligere vero respondet eidem in genere intelligibilium. Et pportionabiliter sic, quòd intelligere est esse substantiæ diuinæ vt species est intelligibilis in genere intelligibili: vt existere est esse eiusdem in genere entium. Et propterea consequentia cum sua probatione fuit optima & formalis: arguens ex cõcursu vtriusque formæ, in vnam: & identificatione illius vnius cum proprio esse secundum vnum genus. Ex his enim duobus in antecedente assumptis, primo quòd substantia est ipsa species intelligibilis: ac per hoc est forma in vtroque genere: & quòd substantia Dei est suum esse: ac per hoc identificat sibi esse in genere entium, infertur, ergo oportet etiam q̃ sit suum intelligere, id est quòd identificet sibi esse suum, quod sibi conuenit in genere intelligibili. Nõ enim minor est efficacia, infinitas, aut actualitas substantiæ diuinæ in genere intelligibili, quàm in genere entium. Et si oppositum diceretur, sequeretur quòd non esset actus purus in genere intelligibili. Intellectus enim in actu in genere intelligibili: qui claudit in se naturam cognoscentis & cogniti vt sic, comparatur ad intelligere vt potentia ad actum, vt ens ad esse.

17 81 16 17 20 81 8

¶Quo ad secundum epilogus adunans triplicem identitatem patet, cum corollario suo q̃ nullam ponit diuersitatem in Deo ipsum esse intelligentem, omnia clara sunt.

84 1. dist. 35. art. 2. & veri. q. 2. artic. 4. Et 1. contra. cap. 48. et 49.

a *¶Super Quæstionis decimæquartæ Articulum quintum.*

Titulus in communi quærit, non distinguendo quod quid est ab an est.

¶In corpore duo. primo respondet quæsito affirmatiue. secundo assignat modum, quo verificatur conclusio. *Cõment.*

¶Quo ad primum conclusio est. Necesse est Deum cognoscere alia à se. Probatur dupliciter. ¶Primo sic. Deus perfecte seipsum intelligit: ergo perfecte cognoscit virtutem suam: ergo ea, ad quæ se extendit virtus sua: ergo alia à se. *Annot.* Antecedens, licet ex prædictis probatum sit, iterum probatur, ducendo ad impossibile, scilicet, si Deus non perfecte se intelligit: ergo esse suum non est perfectum: hoc est impossibile. Et tenet sequela: quia suum esse est suum intelligere. Prima consequentia relinquitur per se nota. Secunda vero probatur: quia aliter virtus non perfecte cognoscitur, vt patet. Tertia autem: quia virtus diuina se extendit ad alia à se, quod probatur: quia est prima causa omnium. ¶Secundo probatur sic, seu confirmatur. Esse primæ causæ est eius intelligere. ergo

quòd neque quicquam Deus extra seipsum intuetur. Ergo non cognoscit alia à se.

¶Praeterea, Intellectum est perfectio intelligentis. Si ergo Deus intelligat alia à se, aliquid aliud erit perfectio Dei, & nobilius ipso. Quod est impossibile.

¶Praeterea, Ipsum intelligere speciem habet ab intelligibili, sicut & omnis alius actus à suo obiecto. Vnde & ipsum intelligere tanto est nobilius, quãto etiam nobilius est ipsum quod intelligitur. Sed Deus est ipsum suum intelligere, vt ex dictis patet[e]. si igitur Deus intelligit aliquid aliud à se, ipse Deus specificatur per aliquid aliud à se: quod est impossibile. Non igitur intelligit alia à se.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.

CONCLVSIO.

¶Deus, cum perfecte seipsum intelligat, omnia alia à se non per speciem propriam, sed per essentiam suam intelligit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est Deum cognoscere alia à se. Manifestum est enim quòd seipsum perfecte intelligit[e]: Alioquin suum esse non esset perfectum, cum suum esse sit suum intelligere. Si autem perfecte aliquid cognoscitur, necesse est quòd virtus eius perfecte cognoscatur. Virtus autem alicuius rei perfecte cognosci non potest, nisi cognoscantur ea, ad quae virtus se extendit[e]. Vnde cum virtus diuina se extendat ad alia, eò quòd ipsa est prima causa effectiua omnium entium (vt ex supradictis patet[e]:) necesse est quòd Deus alia à se cognoscat. Et hoc etiam euidentius fit si adiungatur, quòd ipsum esse causae agentis primae, scilicet Dei, est eius intelligere. Vnde quicunque effectus praeexistunt in Deo, sicut in causa prima, necesse est, quòd sint in seipso eius intelligere: & quòd omnia in eo sint secundum modum intelligibilem. Nam omne quod est in altero, est in eo secundum modum eius, in quo est.

¶Ad sciendum autem qualiter alio à se cognoscat, considerandum est, quòd dupliciter aliquid cognoscitur[e]. Vno modo in seipso: alio modo in altero. In seipso quidem cognoscitur aliquid, quando cognoscitur per speciem propriam adaequatam ipsi cognoscibili: sicut cum oculus videt hominem per speciem hominis. in alio autem videtur id, quod videtur per speciem continentis: sicut cum pars videtur in toto, per speciem totius: vel cum homo videtur in speculo, per speciem speculi, vel quocunque alio modo contingat aliquid in alio videri.

¶Sic igitur dicendum est, quòd Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam. Alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipo, inquantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd verbum August. dicẽtis, quòd Deus nihil extra se intuetur, non est sic intelligendum, quasi nihil quòd sit extra se intueatur, sed quia id, quod est extra seipsum, non intuetur nisi in seipso, vt dictum est[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd intellectum est perfectio intelligentis, non quidem secundum suam substantiam, sed secundum suam speciem: secundum quam est in intellectu, vt forma & perfectio eius[e]. Lapis enim non est in anima, sed species eius, vt dicitur in 3. de Anima. Ea vero, quae sunt alia à Deo, intelliguntur à Deo inquantum essentia Dei continet species eorum, vt dictum est[e]. Vnde non sequitur, quòd aliquid aliud sit perfectio diuini intellectus, quàm ipsa essentia Dei.

¶Ad tertium dicendum, quòd ipsum intelligere non specificatur per id, quod in alio intelligitur, sed per principale intellectum, in quo alia intelliguntur. Intantum enim ipsum intelligere specificatur per obiectum suum, inquantum forma intelligibilis est principium intellectualis operationis. Nam omnis operatio specificatur per formam, quae est principium operationis: sicut calefactio per calorem. Vnde per illam formam intelligibilem specificatur intellectualis operatio, quae facit intellectum in actu. Et haec est species principalis intellecti: quae in Deo nihil est aliud quàm essentia sua: in qua omnes species rerum comprehenduntur[e]. Vnde non oportet quòd ipsum intelligere diuinum, vel potius ipse Deus specificetur per aliud quàm per essentiam diuinam.

ARTICVLVS VI.

a *¶Vtrum Deus cognoscat alia à se propria cognitione.*

omnes effectus praeexistentes in prima causa sunt in eius intelligere: ergo sunt in ea modo intelligibili. probatur sequela: quia vnũquodque est in altero modo eius in quo est.

¶Num esse primae causae sit eius intelligere.

Quaestio. Circa has rationes aduerte, quòd bis in litera assumitur haec propositio. Esse Dei est eius intelligere: semel ad probandum antecedens primae rationis, & semel constituitur antecedens secundae rationis. Et prima quidem vice, de diuinis humano more loquendo interpretari potest vtroque modo, scilicet for-
83 maliter & identice. Formaliter quidem: quia intelligere est formaliter esse Dei: inquantum intelligens est, vt patet ex dictis. Et propterea si esset imperfectum, esse Dei concluderetur imperfectum. Identice vero: quia etiam sic infertur intentum, subintellectis propositionibus communibus: quoniam cum intelligere Dei subiectiue & obiectiue sit capax perfectionis omnimode secundum se: & sit idem cum esse Dei: si est im-
81 perfectum necessario sequitur, ergo esse Dei est imperfectum à posteriori: ex imperfectione posterioris inferẽdo imperfectionẽ prioris idẽtificantis sibi posterius. si enim omnino perfectum esset identificans,
90 nullam imperfectionem identificati permitteret. Sed secunda vice am-
13 biguum est, quõnã pacto sumatur. Si enim sumitur formaliter, falsum est: quoniam hic est sermo non de esse Dei quasi in communi vt prius, sed de esse Dei vt fundat virtutem actiuam, quia in tali esse praeexistunt omnes effectus causae actiuae. Tale autem esse aliud est formaliter ab intelligere, cum sit perfectio na-
63 turaliter prior &c. Si vero sumitur identice, assumptum est verum: sed ratio nihil valet: quoniam ex formali & identica non sequitur formalis. sic autem esset in proposito: quoniam ista, omnes effectus praeexistunt in esse primae causae, est formalis. Ista vero, esse primae causae, est suum intelligere est identica. Et consequenter ex eis non potest inferri ista formalis. ergo omnes huiusmodi effectus sunt in intelligere Dei. Et confirmatur dubitatio: quia non valet; omnes effectus sunt in esse Dei; esse Dei est relatio: ergo omnes effectus sunt in relatione: & per modum relationis. Et similiter non valet subsumendo esse Dei est eius velle. ergo omnes effectus sunt in velle Dei, & per modum voluntatis: igitur nec de intelligere valet.

¶Ad hoc dicitur dupliciter. Primo: quòd in hoc antecedente illa propositio, intelligere Dei est suum esse; identica est quo ad nos: licet secundum se sit formalis. Et cum dicitur, ex identica & formali &c, conceditur. Sed cum hoc stat: quòd ex tali identica cum tali formali: sequatur formalis, id est, licet nõ sequatur gratia formae: sequitur tamen gratia materiae. Sic autem est in proposito: quoniam de perfectionibus naturalibus Dei loquendo, ex identitate earũ sequitur, quòd quicquid est in vna modo proprio illius, est in alia modo proprio illius alius. Et hoc ideo est: quia perfectiones naturales Dei habẽt naturaliter quicquid perfectionis habere possunt, secundum suas rationes formales. Et cum omnes possint esse infinitae, sunt aequales. Et sic quaelibet modo sibi proportionali ad omnia se naturaliter extendit ad quae vna se extendit. Et propterea cum intelligere Dei sit perfectio naturalis ipsius Dei, & esse similiter: & sunt idem, consequens est quòd quaecunque sunt in esse vt esse, & per modum entis, sunt in intelligere, vt in intelligere & per modum intelligibilem. Et ex hoc patet solutio [illegible] instantias. Nam relationes diuinae & pertinentia ad illas, non sunt perfectiones formaliter, velle autem alia, cũ pertinentibus ad ipsum, licet sit perfectio: non tamen est naturalis, sed libera. ¶ Secũdo dicitur & melius & proculdubio ad mentem literae: quòd illa propositio est formalis. quicquid enim sit de esse Dei. Esse tamen Dei vt primae causae vt sic intelligere est: quoniam non ex eo quod est, sed ex eo quòd intelligit: & vt intelligit non vt est, causat & causatiuus naturaliter est. Nec est verum quòd effectus intellectualis causae vt sic, praeexistant in esse vt praeuenit intelligere: imò quòd praeexistant in esse, est per accidens, id est, ex hoc quòd intelligere est esse: vt in nobis respectu artificialium experimur. Intelligere quippe fundat actiuam virtutem omnis intellectualis causae vt sic, & consequenter primae. Et propterea notanter in litera dicitur hoc esse euidentius si adiungatur, quòd esse primae causae sit eius intelligere. Et sic cessant obiectiones. velle enim est determinans causam intellectualem ad alterum oppositorum producendum, non autem constituens ipsam: & propterea esse primae causae non est velle formaliter sed intelligere.

Annot. ¶Circa consequentiam secundam eiusdem rationis, aduerte, quòd cõsequens dupliciter interpretari potest, secundum quòd intelligibile dupliciter sumitur. Vno modo vt distinguitur contra sensibile, & sic esse modo intelligibili in aliquo, nihil aliud est quàm esse immaterialiter in illo: & iuxta hũc sensum plana est consequentia: quoniam si esse est idem quod intelligere, cum intelligere sit necessario immateriale quod est in esse, erit immaterialiter: quia vnũquodque est in aliquo modo illius in quo est. Alio modo vt distinguitur contra ens: prout genus intelligibile distinguitur à genere entis. Et sic esse modo intelligibili in aliquo, est relucere in eo vt obiectum possibile intelligi. Et iuxta hunc sensum consequentia quoque plana est: quia si esse est intelligere, omnia, quae sunt in esse, sunt in intelligere vt intelligere est, id est, intelliguntur: & si intelliguntur: ergo sunt vt intellecta seu intelligibilia: quoniam vnumquodq; est in aliquo per modum eius in quo est: ac per hoc quae sunt in intelligere sunt modo intelligibili. Inter hos autem duos sensus hoc referre videtur in proposito, quod iuxta primum sensum ex primo antecedente, absque medio sequitur. Iuxta secũdum vero per consequẽtiam aliam mediam, quae in litera fit. Et quãuis litera neutram excludat: quod tamen secundus infert primum, & subtilior ac formalior est, ideo amplectendus est.

Coment. ¶Quo ad secundum assignatur modus, quo alia à Deo cognoscuntur ab ipso vnica conclusione. Alia à Deo cognoscuntur à Deo non in seipsis, sed in ipso Deo. Probatur: Deus videt seipsum & alia per essentiam suam. ergo seipsum in seipso. alia autem à se non in seipsis, sed in substantia sua. antecedens patet, consequentia vero probatur, distinguendo videre dupliciter, in seipso: & in alio: & diffiniendo vtrunque. Ex diffinitionibus namque eorum patet sequela: nam si videri in seipso est videri per propriam & adaequatam speciem, videri vero in alio, est videri per speciem alterius in quo illud est vt in litera dicitur, consequens est: quod ex hoc quòd Deus per essentiam suam, vt speciem videt se & alia: quòd se in se, alia non in seipsis, sed in ipso videat: quia constat quòd essentia sua est species adaequata Deo: & non aliis.

Annot. ¶Aduerte hic duo pro explanatione literae. Primo sensum distinctionis factae in litera de cognitione in seipso, vel in alio: quòd ly in seipso seu alio tenetur obiectiue: ita quòd videri in seipso, significat videri non in alio obiecto, seu viso. Videri autem in alio, significat videri in alio obiecto, seu in alio viso. Secundo verificationem diffinitionum membrorum. cum enim quaelibet species intelligibilis aut sensibilis habeat aliquod adaequatum obiectum: & illud proculdubio sit primo & primum, & illius repraesentatum & obiectũ: oportet quòd si aliquod est adaequatum obiectũ speciei, quòd non in alio obiecto repraesentetur ab illa, sed in seipso, & econuerso, si aliquod non in alio obiecto repraesentatur ab aliqua specie, oportet quòd sit adaequatum, repraesentatum per illam. Si enim est inadaequatum, ergo repraesentatur in alio, scilicet adaequato. nam omni speciei oportet respondere aliquod obiectum adaequatum: in quo omnia continentur repraesentata per illam: alioquin non esset adaequatum illi. Et similiter si aliquid repraesentatur in alio obiecto, oportet quod sit inadaequatum obiectũ repraesentatũ per illam speciem, vt patet. vnde patet ratio vtriusq; diffinitionis. optime enim diffinitur visum in seipso esse, quod per adaequatam sibi speciẽ videtur. Et similiter visum in alio esse quod per speciem continentis, in quo scilicet relucet, videtur.

Num

85 1. dist. 35. art. 3. & d. 36. q. 1. art. 1. & 1. contr. c. 50. & 63. vsque 72. & li. 3. ca. 75. & 76. Et veri. q. 2. artic. 4. & 5. Et opusc. 3. c. 134. & 135. 68 69

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non cognoscat alia à se propria cognitione. Sic enim cognoscit alia à se, vt dictũ est[e], secundum quod alia ab ipso in eo sunt: sed alia ab eo sunt in ipso sicut in prima causa communi & vniuersali. Ergo & alia cognoscuntur à Deo, sicut in causa prima & vniuersali. Hoc autem est cognoscere in vniuersali, & non secundum propriam cognitionem. Ergo Deus cognoscit alia à se in vniuersali, & nõ secundũ propriã cognitionẽ.

¶Praeterea, Quantum distat essentia creaturae ab essentia diuina: tãtum distat essentia diuina ab essentia creaturae. Sed per essentiam creaturae non potest cognosci essentia diuina, vt supra dictum est[e]. Ergo nec per essentiam diuinam potest cognosci essentia creaturae. Et sic cum Deus nihil cognoscat, nisi per essentiã suam, sequitur quod nõ cognoscat creaturã secundũ eius essentiã, vt cognoscat de ea quid est. Quod est propriã cognitionẽ de re habere.

¶Praeterea, Propria cognitio non habetur de re, nisi per propriam eius rationem. Sed cum Deus cognoscat omnia per essentiã suam, non videtur quòd vnumquodque per propriam rationem cognoscat. Idem enim non potest esse propria ratio multorum & diuersorum. Non ergo habet propriam cognitionẽ Deus de rebus, sed communem. Nam cognoscere res non secundum propriam rationem, est cognoscere res solum in communi.

¶SED CONTRA. Habere propriam cognitionem de rebus, est cognoscere res non solum in communi, sed secundum quòd sunt abinuicem distinctae. Sic autẽ Deus cognoscit res. Vnde dicitur Heb. 4. quòd pertingit vsq; ad diuisionem spiritus & animae, compagum quoque & medullarum: & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius.

CONCLVSIO.

¶Cum Deus omnia alia à se per suam essentiam cognoscat, quae rerum perfectiones singulas continet, omnia alia non in communi se propria & distincta cognitione cognoscit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc quidam errauerunt, dicentes[c] quòd Deus alia à se non cognoscit nisi in communi, scilicet inquantum sunt entia. Sicut enim ignis si cognosceret seipsum vt est principiũ caloris, cognosceret naturam caloris, & omnia alia inquãtum sunt calida: ita Deus inquantum cognoscit se vt principium essen-

¶Num videri in seipso sit videri per speciem adaequatam sibi.

¶Num & quomodo Deus videat alia à se.

Quaestio. Circa has diffinitiones occurrit simul dubium difficile, cum radice diuersitatis opinionum, de modo quo Deus videt alia.

¶Ad cuius euidentiam oportet praelibare, quòd species repraesentatiua pluriũ ad obiectũ adaequatum cõparatur vno modo, ad obiectum vero inadaequatum comparari potest duob[us] modis. Nam obiectũ adaequatum non nisi immediate immediatione obiectiua repraesentare potest, obiectum vero inadaequatum potest repraesentare mediate, & immediate: mediate quidem, repraesentãdo ipsum put est in obiecto adaequato: tunc enim repraesentat ipsum mediante obiecto adaequato. immediate vero repraesentando ipsum secundum se abstrahendo à modo, quo est in obiecto adaequato: tunc enim immediate immediatione obiectiua, de qua sola est hic sermo, ipsum repraesentat: & vt sic non repraesentat ipsum mediãte obiecto primo. Exẽplum huius est: si ponatur aliquod visibile, puta lignum iuxta speculum: & in prospectu sortis videntis: & ponamus siue vere siue false, quòd non sit alia species in sorte qua videt ipsum lignum in seipso, & qua videt lignũ in speculo (vtroq; enim modo experimur nos simul idem videre) apparet enim quòd species visibilis illa existens in vidente comparatur ad lignum dupliciter, scilicet immediate, inquantũ est ratio videndi illud in seipso: & mediate, inquantum est ratio videndi illud in speculo. Ex hac autem enucleatione ruit primò definitio prima. Nam hanc manifeste sequitur: quòd stat aliquid videri in seipso, & tamen non per speciem adaequatã sibi: vt patet in adaequato repraesentato inquantum immediate refertur ad speciem repraesentantem. Ruit secundo totus processus literae circa modum, quo alia à Deo cognoscuntur. Nam hic dicitur, quòd licet valeat consequentia. a. videtur per speciem continentis: ergo videtur in alio. non tamen valet: ergo videtur tantum in alio: seu quod idem est, ergo non videtur in seipso: quia illa species continentis potest ad contentum dupliciter comparari. Immediate, scilicet & mediate &c. & tamen in litera expresse vtrunq; infertur. Oritur tertio hinc diuersa circa modum diuinae cognitionis opinio. Nam opinantes quod essentia diuina, quae sola est ei ratio intelligendi, seu species intelligibilis, respicit alia à Deo dupliciter immediate, scilicet & mediate: concedunt consequenter, quòd Deus cognoscit alia à se dupliciter, scilicet in seipso & in seipsis rebus cognitis per vnam tantum rationem cognoscendi: essentiam scilicet diuinam solam. Opinantes vero quòd essentia diuina vt ratio cognoscendi, non potest repraesentare cognitum aliquod immediate, nisi obiectum adaequatum: consequenter dicunt Deum seipsum tantum in seipso, alia vero in se Deo, & non in seipsis videre.

¶Num visum in alio sit visum per speciem continentis.

¶Quomodo & an Deus intelligat alia in seipsis.

Quaestio. Circa conclusionem quoque diffinitionem visi in alio, occurrit dubium ex Scoto in 35. dist. primi tenente, quòd Deus per essentiam suam vt rationem cognoscendi cognoscit alia à se in seipsis inesse obiectiuo, seu cognito positis, per actum intelligendi diuini intellectus. Ex cuius positione potest contra praedicta talis formari ratio: visum in alio, & visum per speciem cõtinentis nõ conuertuntur: igitur haec non est diffinitio illius. consequentia patet, & antecedens probatur: lapis videtur à Deo per speciem continentis, quia per essentiam Dei, quae est species sui & aliorum eminẽter: & tamen videtur in seipso obiectiue: ergo. Probatur haec secunda pars assumpti. Intellectus diuinus actuatus quodammodo essentia sua vt specie intelligibili, est in actu primo sufficiẽti ad producendum in esse intelligibili quodcunque intelligibile: ergo intellecto se, intelligendo lapidem producit lapidem in esse cognito: ac per hoc intellligit lapidem in seipso. Argumenta vero Scoti, quae in eadem quaest. facit, ad sequentem articulum magis spectant: vbi de cognitione distincta aliorum agetur.

¶Ad euidentiam huius difficultatis, duo notãda sunt. ¶ Primo quòd licet in hoc omnes conueniant, quòd essentia diuina siue vt ratio cognoscendi: siue vt obiectum cognitionis (vtrunque enim sibi conuenit) eminenter continet omnia intelligibilia: in hoc tamen est dissentio: quoniam rudiores putant quod in essentia diuina contineantur alia cum quadam distinctione vt relucent res in speculo. Sapientes vero docent, quod in essentia diuina continentur omnia indistincte & eleuate, vt effectus in causis eminentibus, sic tamen perfecte, ac si distincte continerentur. Et quoniam hoc proculdubio est verum, vt naturae causarum ostendunt: ex hoc patere potest, quòd essentia diuina vt species intelligibilis non repraesentat alia immediate, sed mediante seipsa vt obiecto: habet enim se ad alia sicut species causae ad effectus, ad quos causa illa se potest extendere. ¶ Secundo notandum est: quod esse cognitũ seu obiectiuum &c. non vniformiter ab omnibus doctoribus interpretatur. Scotus enim ibidem & in sequenti distinctione putat, quod esse cognitum repraesentatum & quicquid aliud aequiualet, est esse quoddam distinctum contra esse in rerum natura: non tamen est apud eum esse essentiae, sed potius esse secundũ quid, & essentiae & existentiae rerũ. Nec putat tale esse, esse relatiuũ, sed absolutũ, secundum quid tamẽ, & fundans relationẽ vt patet ibidem. Et quo ad hoc non differre dicit respectu huius intellectus, puta humani, aut illius, puta diuini. & in tali esse ponit omnia alia à Deo produci per actũ intellectus diuini: & sic intelligi illa in seipsis: & non solũ in essentia diuina vt in causa.

¶S. Thomas autem in quaest. de ve. q. 21. docuit chimericum hoc esse, quoniam ens rationis distinctum contra ens reale, sufficienter euacuari dixit per negationem & relationem. Constat enim quòd tale esse non est reale: igitur rationis: igitur negatiuum, aut relatiuum. Et vere mirũ est, quomodo in medium lumen offenderunt isti. Constat enim primo ex significatione nominũ: quod cognosci est denominatio extrinseca: & quod res dicitur visa aut cognita denominatione extrinseca: & consequẽter non per aliquod esse cognitum quod formaliter habeat. Constat secundo quòd esse repraesentatum nõ est aliquid in repraesentato: sed sola extrinseca denominatio: alioquin imago alicuius chimerae, haberet vim productiuam chimerae in tali esse: quod est fatuum. Constat tertio, quòd quia non est pluralitas sine necessitate ponenda, & omnia optime saluãtur, ponendo esse cognitũ repraesentatũ &c. esse tãtummodo esse relatiuum, frustra excogitatum est tale esse. secũda pars assumpti patet inductiue: & ideo nolo morari. 90 Aduersantur quoq; hoc propriis dictis Scoti: quoniam sequitur ex hoc, quòd lapis prius habeat tale esse quàm intelligatur à Deo: probatur: quia prius ponitur in esse repraesentato per essentiam diuinam vt speciem intelligibilem: quàm in esse cognito per actũ intellectionis: quia prior est repraesentatio quàm cognitio vt causa effectu. Non bene quoque sonat apud fideles, dicere quòd Deus naturali necessitate non libere producit extra se alia à se in esse absoluto: quamuis secundum quid. Cõtrariatur demum hoc philosophiae explicite ac optime confitenti: quòd Deus nihil intelligit extra se, non solum formaliter, sed obiectiue: quia quicquid intelligit, intelligit per essentiam propriam vt formam intelligibilem: & in essentia propria vt obiecto: nec alio potest diuertere intuitum suum, vt isti fingunt.

¶Ad obiectiones ergo in oppositum dicitur, quòd illae diffinitiones formaliter intellectae, nullam habẽt instantiam, sed sunt in communi verissime: & quacunque hypothesi facta. Visum enim in se vt sic, nõ per alterius speciẽ, sed propriam aut vt propriam: quod est idẽ quod per propriã, formaliter videri oportet: apud species cõcedentes: inter quos est sermo: & ecõuerso quod per propriã aut cõmunem vt propriã videtur, in seipso videtur. Et similiter est de diffinitione visi in alio. Visum enim in alio vt sic, per illius cõtinentis speciẽ videtur: & econuerso: quod per continẽtis speciẽ vt sic videtur, in alio videtur. Vnde siue verum siue falsum sit: quòd eadem species possit mediate, & immediate repraesentare inadaequata, nihil refert in proposito. Quoniã formaliter loquimur. Illa autẽ distinctio materialiter speciem continẽtis, seu adaequatam cõsiderat, vt patet ex dictis.

¶Ad obiectionem autẽ ex Scoto dicitur, quod fundamentum illud Scoticũ supponit hoc falsum, scilicet quod esse cognitũ sit quoddam esse absolutum &c. extra intellectum: quoniã vt ex dictis patet, nihil aliud est quàm esse relatiuũ denominatiõe extrinseca. Vnde ad rationẽ formaliter concedatur: quod Deus per essentiã suam vt speciẽ, est in actu primo sufficiẽti ad producendũ quodcunq; in esse cognito. Et cum infertur: ergo lapidẽ: concedatur. Sed cũ vlterius infertur: ergo talia producta habẽt esse in seipsis, negatur: quoniã nihil aliud tali productione fit, nisi denominatio extrinseca. Ex hoc enim quod Deus intuendo suam essentiã, intuetur in ea lapidẽ, consequitur quod lapis habet istam denominationẽ extrinsecam quod dicitur cognitus à Deo: nec aliquid aliud oportet acquirere vt patet cum hoc sufficiat.

a *¶Super quaestionis decimaequartae Articulum sextum.*

Annot. Titulus propria cognitione. Cognitio propria de aliquo dupliciter intelligi potest. Primo vt distinguitur contra communem ex parte actus cognoscendi, id est de ipso solo: & sic de nulla re. Deus habet propriam cognitionem, quia solam vnicam habet cognitionem, quae nullius est solius; sed ita est huius quod etiam omnium aliorum. ¶ Secundo vt distinguitur contra communem ex parte rei cognitae, id est de propriis ipsius. Et sic sumitur in proposito. Quaerimus enim, an Deus sic cognoscat alia à se, vt intueatur quae sunt propria singulorum.

Coment. ¶In corpore tria. Primo respondet quaesito affirmatiue. Secundo assignat modum verificationis eius. Tertio probat simul conclusionem responsiuam & modum eius: duabus rationibus.

¶Quo ad primum tria. Primo ponitur opinio Auerro. ex 12. Meta. comment. 5. Et de hac recitantur duo, scilicet ipsa opinio, scilicet quòd Deus cognoscit omnia secundum quòd communicant in esse: & modus eius, quia scilicet cognoscendo se vt est primum essendi principium, declaratúrque hoc, exemplo ignis.

¶Secundo reprehenditur, ducendo ad impossibile. si Deus sciret alia tantum inquantum entia. ergo intelligeret entia in communi tantum. ergo in confuso & in potentia, ergo imperfecte: ergo intelligere Dei non esset omnibus modis perfectum: ergo nec esse Dei: quod est impossibile.

Annot. ¶Aduerte quòd cognitio attingens aliquid secundum praedicata cõmunia tantum potest dici imperfecta in potentia, confusa in communi vniuersalis &c. dupliciter. Vno modo ex parte rei cognitae: & hoc modo proculdubio verũ est quòd cognitio talis habet has conditiones. Alio modo ex parte ipsius cognitionis in se: & sic non semper est verum quòd cognitio talis, id est sistens in communibus habeat has conditiones: alioquin metaphysica, quae sistit in cõmunibus omnium esset imperfecta ex parte actus &c. Vnde tres primae consequentiae, ex parte rei cognitae, sumptae sunt ex se euidentes: & probantur in litera ex primo Physic.

vt patet. Nec euadit responsio Auerrois dicentis: quòd quia obiectum scientiæ Dei non est ens, quod est vniuersale ad omnia entia in cõmuni in potentia confuse & imperfecte omnia comprehendens. Sed essentia Dei, quæ nec est vniuersalis, nec particularis &c. ideo sciẽtia Dei nõ est vniuersalis, nec particularis, nõ communis, nec propria, sed æquiuoce est à nostra scientia eleuata. Hoc enim licet sit verum, non tamen soluit obiectũ: quia prædicata cognita de rebus in essentia diuina, oportet esse aut communia, aut propria rebus, aut particularia, aut vniuersalia: quamuis primum obiectũ neutrum sit: & ad prædicata cognita
426 referendo procedunt optimæ tres primæ consequentię: oportet enim scientiam Dei si terminatur ad communia tãtum rerum: ꝙ vt sic ex parte rerum cognitarũ
82 dicatur in cõfuso in po-
83 tentia &c. quia istæ sunt conditiones prædicato-
84 rum cognitorum.

¶Circa quartam consequentiam in qua ad perfectionem cognitionis in seipsa trãsitur: aduerte ꝙ non infertur, ergo cognitio Dei est imperfecta priuatiue: quia negaret cõsequentiã Auerrois, dicendo quòd cognitio Dei est perfectissima: & tamen non attingit res nisi vt sunt entia: quia non est apta nata attingere plus de rebus. Sed infertur, ergo non est omnibus modis perfecta: quod negari non potest à ponentibus antecedens: quia de esse ponitur hic modus perfectionis: quo scilicet attingat ad propria rerum. Hic enim modus aliquam perfectionem dicit cum nulla admixta imperfectione: & consequenter aptus natus est esse in illo intelligere, in quo sunt omnes no-
23 bilitates omnium intelligentiũ ab imperfectionibus præcisibiles: quale est intelligere Dei: sicut & esse eius habet omnium entium nobilitates: vt in litera dicitur.

Coment. ¶Tertio ex hac reprehensione infertur conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Deus cognoscit alia à se propria cognitione. Ex quo enĩ impossibile est ꝙ sistat in communibus. ergo oportet ꝙ veniat ad propria: & declaratur in litera, quid importet cognoscere propria cognitione, scilicet cognoscere res non solum secundum conditiones in quibus communicant, sed secundum eas, quibus abinuicem distinguuntur: hæc enim sunt singulis propria.

¶Quo ad secundum tria sunt. Primo recitantur exempla, quibus alij nituntur ostendere modum, quo Deus cognoscendo se nouit alia: & sunt de luce & colore, & patet. Secundo ostenduntur hæc exempla non ostendere intentum sic, Res in & à Deo sunt secundum duo, scilicet secundum id in quo communicant: & propria quibus distinguũtur: hæc exẽpla non sunt similia quo ad propria, sed quo ad id in quo communicant. ergo huius rationis in litera primo ponitur, & declaratur minor: in vtroque exemplo de lineis respectu centri: & coloribus respectu lucis: & patet secundo maior sic: quicquid perfectionis est in rebus continetur in Deo eminenter: sed non solum id in quo communicant, sed distinguẽs est perfectio, ergo totum est in & à Deo: hæc vltima minor declaratur inductiue in viuentibus: in cognoscentibus in propriis formis rerum. ¶Tertio affertur proportionatum exemplum ad declarandum intentum, & est, quòd Deus se habet ad alia, sicut actus perfectus ad imperfectos: vt homo ad animal, probatur quo ad esse: quia essentia Dei continet omnes rerum perfectiones excellenter. Deinde ꝓbatur quo ad cognosci: qa perfecte cognito actu perfecto, cognoscuntur in eo oẽs imperfecti: & quo ad cõia: & quo ad propria: vt patet in exẽplo adducto.

Annot. ¶Aduerte hic quòd essentia Dei habet duas conditiones in cõtinentia aliorum, vna est excellentia: quia scilicet est in infinitum perfectior cæteris: & sic eminenter res continet. Altera comprehensio: quia scilicet comprehendit in seipsa omnem perfectioné positiuam reperibilem in quacunque: ita quòd nulla res comparata ad ipsum addit aliquid positiuum, quod non contineatur in essentia Dei,

di, cognoscit naturam entis & omnia alia inquantum sunt entia. Sed hoc non potest esse. Nam intelligere aliquid in communi & non in speciali, est imperfecte aliquid cognoscere. Vnde intellectus noster, dum de potentia in actum reducitur, pertingit prius ad cognitionem vniuersalem & confusam de rebus, quàm ad propriam rerum cognitionem: sicut de imperfecto ad perfectum procedẽs[c], vt patet in primo Physicorum. Si igitur cognitio Dei de reb⁹ aliis à se esset in vniuersali tãtum & non in speciali, sequeretur quòd eius intelligere non esset omnibus modis perfectum, & per consequens eius esse. quod est contra ea, quæ superius ostensa sunt[c]. Oportet igitur dicere ꝙ alia à se cognoscat propria cognitione, non solum secundum ꝙ communicant in ratione entis, sed secundum quòd vnum ab alio distinguitur. Et ad huius euidentiam considerandum est: quòd quidam volentes ostendere, quòd Deus per vnum cognoscit multa, vtuntur quibusdam exemplis: vtputa ꝙ si centrum cognosceret seipsum, cognosceret omnes lineas progredientes à centro. vel lux si cognosceret seipsam, cognosceret omnes colores. Sed hæc exempla, licet quantum ad aliquid similia sint, scilicet quantum ad vniuersalem causalitatem, tamen deficiunt quantum ad hoc, quòd multitudo & diuersitas non causantur ab illo vno principio vniuersali, quantum ad id quod principium distinctionis est: sed solum quantum ad id, in quo communicant. Non enim diuersitas coloris causatur ex luce solum, sed ex diuersa dispositione diaphani recipientis. Et similiter diuersitas linearũ ex diuerso situ. Et inde est quòd huiusmodi diuersitas, & multitudo non potest cognosci in suo principio secundum propriam cognitionem, sed solum in cõmuni. Sed in Deo non sic est. supra enim ostensum est[c], quòd quicquid perfectionis est in quacunque creatura, totum præexistit & continetur in Deo secundum modum excellentem. Non solum autem id in quo creaturæ communicãt: scilicet ipsum esse ad perfectionem pertinet, sed etiã ea, per quæ creaturæ adinuicem distinguuntur. Sicut viuere & intelligere, & huiusmodi: quibus viuentia à non viuentibus, & intelligentia à non intelligentibus distinguũtur. Et omnis forma, per quam quælibet res in propria specie constituitur, perfectio quædam est. Et sic omnia in Deo præexistunt, non solum quantum ad id quod commune est omnibus, sed etiam quantum ad ea, secundum quæ res distinguuntur. Et sic cum Deus in se omnes perfectiones cõtineat, comparatur Dei essentia ad omnes rerum essentias nõ sicut commune ad propria, vt vnitas ad numeros, vel centrum ad lineas: sed sicut perfectus actus ad imperfectos: vt si dicerem: homo ad animal: vel senarius, qui est numerus perfectus, ad imperfectos sub ipso contentos. Manifestum est autem quòd per actum perfectum cognosci possunt actus imperfecti, nõ solum in communi, sed etiam propria cognitione. Sicut qui cognoscit hominem, cognoscit animal propria cognitione: & qui cognoscit senarium, cognoscit trinarium propria cognitione. Sic igitur cum essentia Dei habeat in se quicquid perfectionis habet essentia cuiuscunque rei alterius, & adhuc amplius: Deus in seipso potest omnia propria cognitione cognoscere. Propria enĩ natura vniuscuiusq; consistit, secũdum quòd per aliquem modum diuinam perfectionem participat. Nõ autem Deus perfecte seipsum cognosceret, nisi cognosceret quomodocunque participabilis est ab aliis sua perfectio. Nec etiam ipsam naturam essendi perfecte sciret, nisi cognosceret omnes modos essendi. Vnde manifestum est quòd Deus cognoscit omnes res propria cognitione, secundum quod ab aliis distinguuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd sic cognoscere aliquid, sicut in cognoscente est, potest dupliciter intelligi. Vno modo secundum quòd hoc aduerbium sic importat modum cognitioni ex parte rei cognitæ: & sic falsum est. non enim semper cognoscens cognoscit cognitum secundum illud esse quod habet in cognoscente. Oculus enim non cognoscit lapidem secundum esse quod habet in oculo, sed per speciem lapidis quam habet in se, cognoscit lapidem secundum esse quod habet extra oculum. Et si aliquis cognoscens cognoscat cognitum secundum esse quod habet in cognoscente, nihilominus cognoscit ipsum secundum esse quod habet extra cognoscentem. Sicut intellectus cognoscit lapidem secundum esse intelligibile, quod habet in intellectu: inquantum cognoscit se intelligere, sed nihilominus cognoscit esse lapidem in propria natura. Si vero intelligatur secundum quòd hoc aduerbium, sic, importat modum ex parte cognoscentis, verum est quòd sic solum cognoscens cognoscit cognitum, secundum quod est in cognoscente. Quia quanto perfectius est cognitum in cognoscente, tanto perfectior est modus cognitionis.

¶Sic igitur dicendum est, quòd Deus non solum cognoscit res esse in seipso, sed per id

Et hoc quia est ipsum esse, præhabens in se omnem essendi modum. Ambas autem has conditiones inueniri in aliqua re creata non videtur possibile: comparando tamẽ actum perfectum posteriorem ordine generationis ad actus imperfectos priores generatione: vt hominem ad animal, animam intellectiuã ad alias: tetragonum ad trigonum: senarium ad trinariũ &c. aliquo modo hoc saluatur & idcirco in litera exempla hæc afferuntur, vt scilicet ostẽdatur & excellentia & comprehensio omnis positiui: vtrũque enim hæc exempla ostẽdunt: & ideo ostendunt intentum quamuis inepta sint exempla omnia ad tam eminẽtem continentiam. Et propterea in litera inducẽdo exempla dicitur, vt si dicerem homo ad animal: quasi diceret, si con cessa licentia licet &c.

¶Quo ad tertium probatur conclusio simul cum declarato eius modo, dupliciter. Coment. Primo essentia Dei habet in se quicquid pfectionis est in quocunq; & amplius: ergo Deus cognoscendo se cognoscit omnia propria cognitione. Antecedens patet ex dictis: consequentia vero probatur à destructione consequẽtis sic. Si Deus cognoscendo se non nouit alia propria cognitione: ergo non nouit quomodocũque est participabilis sua perfectio. Patet ista sequela ex illa propositione implicite contenta in antecedente: scilicet propria cuiusque natura consistit in aliquo modo participandi diuinam perfectionem: ergo non perfecte nouit seipsum. Tenet ista, ex ipso antecedente: in quo dicitur quòd ipse claudit in se omnem modum perfectionis. ¶Sequitur igitur ex destructione consequẽtis, aut falsitas antecedentis, aut hoc impossibile quòd Deus non perfecte nouit seipsum: quod etiam redundat in falsitatem antecedentis: qa si sic esset, essentia diuina nõ esset infinitæ perfectionis: & consequenter nõ omnem modum perfectionis possibilem eminenter contineret. ¶Secundo probatur sic. Si Deus cognoscendo se non cognosceret alia propria cognitione: ergo non perfecte cognosceret omnes modos essendi. ergo non perfecte cognosceret naturã essendi: omnes consequentiæ sunt euidentes formaliter, seu vt sic acceptæ ex antedictis.

¶Et aduerte quòd hæc ratio directe est contra opinionem in principio corporis recitatam: imò ex illius fundamento procedens contra ipsam: quia quum sit ipsum esse, cognoscendo perfecte se cognoscit naturam essendi: sicut homo separatus apud Platonem cognoscendo se cognosceret perfecte humanitatis naturam, ergo omnem modum essendi, ergo omnem naturam. Quia omnis natura nihil aliud est, quàm aliquis modus essendi. Annot. ¶Nec fallaris in exemplo adducto: quia homo separatus non cognosceret humanitatem cum hoc modo quo est in materia sortis: & cum illo quo est in materia Platonis: imò ex hoc consurgas ad intuendum propositum. Ideo enim homo separatus cognoscendo se, non cognosceret hos modos particulares: quia isti modi aliunde sunt, quàm ex ipsius participatione: scilicet ex materia: sed si fingas præter id, quod ex parte humanitatis se tenet, quòd nihil aliud adsit, de necessitate sequetur quòd cognita humanitate cognoscentur omnes eius modi. Sic autem constat se habere esse ad omnia. Nihil enim est in quacunque re, quin sit aliquod esse. Et propterea esse quod est in re, non aliunde quàm ab esse prouenit. Et secluso eo quod ex parte ipsius esse se tenet, nihil restat: quoniam & materia & omnia, participationes quædam & modi quidam essendi sunt. Et ideo propter ipsius esse vniuersalitatem, ex qua modi essendi omnia constituunt secundum quamcunque positiuam rationem, sequitur quòd cognita natura essendi cognoscantur omnia secundum proprias conditiones. Et quia hanc vniuersalitatem non vidit prima opinio, ideo errauit, iudicans de esse sicut

sicut de aliis perfectionibus specialibus: scilicet viuere, intelligere &c. præter quæ & eorum modos sunt alia: cum tamẽ vt patet, præter esse & illius modos, restet nihil.

Annot. ¶Aduerte hic, ꝙ quum tota dissentio in hac quæstione versetur circa modum, quo in vno
e obiecto cognito omnia
282 cognosci possint, mani-
b feste apparet, quòd communis animi conceptio sapientum fuit, quòd Deus non aliter intelligit alia à se, nisi intelligendo ea in se. Quare cautus esto, quum nouas legis adinuentiones.

Annot. ¶In responsione ad
86 primum aduerte: quòd
1. contra. quum dicitur, lapis videtur in Deo: ly in,
ca. 55. 56. potest denotare mo-
& 57. & dum obiecti: id est mo-
po. q. 9. dum quo lapis obiici-
articu. 2. tur: & potest denotare modum rei cogni-
10m. & tæ vt sic: id est modum
quolib. 11. cognitum: quia lapis
articu. 2. non solum obiicitur in
2m. Et ipso Deo, sed etiam
opusc. 3. modus ille essendi in
cap. 29. Deo cognoscitur. Sed inter hæc est differen-
84 tia: quoniam denotan-
83 do modum obiecti verificatur cum dictione exclusiua: ita quòd ista est vera, lapis videtur à Deo in ipso Deo tantum, quia non aliter obiicitur Deo, quàm in ipso Deo contentus: vt ex dictis patet. Sed denotando modum cognitum non verificatur cum dictione exclusiua: ita quòd lapis videtur à Deo secundum esse quod habet in ipso Deo, sed non tantum: quia lapis etiam videtur à Deo secundum esse quod habet in hoc & illo lapide: & secundum esse quod habet in causis suis: tam materiali quàm effectiua: & breuiter secundum omnes modos essendi, non solum sibi conuenientes, sed possibiles. Deus enim videndo in
64 seipso tantum lapidem, videt lapidem secundum omnes modos essendi quos habet & ha-
292 bere potest: & hoc in
427 litera aliis verbis dicitur, vt patet.
84 ¶In responsione ad ter-
85 tium, aduerte quòd hinc
Annot. patet quòd apud sanctum Thomam ad hoc, vt Deus in essentia intellecta intelligat omnia secundum proprias rationes, sufficit eminens perfectio diuinæ essentiæ: qua omnes & singulas perfectiones omnium ipsam diuersimode imitantium ob-
119 iicit & amplius. Nec
o exigit ponit ad hoc ali-
84 quas relationes: vt in secunda opinione recitata à Scoto in 35. distin. primi dicitur. Propterea rationes, quas
85 contra illas relationes Scotus facit: non sunt contra sanctum Thomam in hac materia.

quòd in seipso continet res, cognoscit eas in propria natura: & tanto perfectius, quanto perfectius est vnumquodque in ipso.

¶Ad secũdum dicendum, quòd essentia creaturæ comparatur ad essentiam Dei, vt actus imperfectus ad perfectum. Et ideo essentia creaturæ non sufficienter ducit in cognitionem essentiæ diuinæ: sed econuerso.

¶Ad tertium dicendum, quòd idem non potest accipi vt ratio diuersorum per modum adæquationis[e]. Sed diuina essentia est aliquid excedens omnes creaturas. Vnde potest accipi vt propria ratio vniuscuiusque secundum quòd diuersimode est participabilis: vel imitabilis, à diuersis creaturis.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum scientia Dei sit discursiua.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd scientia Dei sit discursiua. Scientia enim Dei non est secũdum scire in habitu. Sed secũdum Philosophum in 2. Topic. scire in habitu contingit multa simul: sed intelligere actu vnum tantum. Cum ergo Deus multa cognoscat (quia & se & alia, vt ostẽsum est[e].) Videtur quòd nõ simul omnia intelligat, sed de vno in aliud discurrat.

¶Præterea, Cognoscere effectum per causam est scire discurrẽtis. Sed Deus cognoscit alia per seipsum, sicut effectum per causam. Ergo cognitio sua est discursiua.

¶Præterea, Perfectius Deus scit vnamquãq; creaturam quàm nos sciamus. Sed nos in causis creatis cognõscimus earum effectus: & sic de causis ad causata discurrimus. Ergo videtur similiter esse in Deo.

¶SED CONTRA est, quod August. dicit in 3. de tri. Quòd Deus nõ particulatim vel sigillatim oĩa videt: velut alternante conceptu hinc illuc, inde huc: sed oĩa videt simul.

CONCLVSIO.

¶*Scientia Dei nullo modo discursiua est, sed omnia simul perfecte intelligit.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in scientia diuina nullus est discursus: quod sic patet. In scientia enim nostra duplex est discursus. Vnus secundum succesionem tantum. Sicut cum postquam intelligimus aliquid in actu, conuertimus nos ad intelligendum aliud. Alius discursus est secundum causalitatem. Sicut cum per principia peruenimus in cognitionem conclusionum. Primus autem discursus Deo conuenire non potest. Multa enim, quæ successiue intelligimus, si vnumquodque eorum in seipso consideretur, omnia simul intelligimus, si in aliquo vno ea intelligamus[e]. Puta si partes intelligamus in toto, vel si diuersas res videamns in speculo. Deus autem omnia videt in vno, quod est ipse, vt habitum est[e]. Vnde simul & non successiue omnia videt. Similiter etiam & secundus discursus Deo competere non potest. Primo quidem: quia secundus discursus præsupponit primum: procedentes enim à principiis ad conclusiones non simul vtrunque considerant. Deinde quia discursus talis est procedentis de noto ad ignotum. Vnde manifestum est: quòd quando cognoscitur primum, adhuc ignoratur secundum. Et sic secundum non cognoscitur in primo: sed ex primo. Terminus vero discursus est, quando secundum videtur in primo, resolutis effectibus in causas. Et tunc cessat discursus[c]. Vnde cum Deus effectus suos in seipso videat sicut in causa, eius cognitio non est discursiua.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd licet sit vnum tantum intelligere in seipso: tamen contingit multa intelligere in aliquo vno: vt dictum est[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd Deus non cognoscit per causam, quasi prius cognitam effectus cognitos: sed eos cognoscit in causa. Vnde eius cognitio est sine discursu: vt dictum est[e].

¶Ad tertium dicendum, quòd effectus causarũ creatarum videt quidẽ De⁹ in ipsis causis, multo melius quàm nos: non tamen ita ꝙ cognitio effectuum causetur in ipso ex cognitione causarũ creatarum sicut in nobis[c]. Vnde eius scientia non est discursiua.

ARTICVLVS VIII.

¶*Vtrum scientia Dei sit causa rerum.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ scientia Dei nõ sit causa rerũ. Dicit enim Orige. super epistolã ad Ro. Non propterea aliquid erit: quia id scit De⁹ futurum est, ideo scitur a Deo antequàm fiat.

¶Præterea, Posita causa ponitur effectus: sed scientia Dei est æterna. Si ergo scientia Dei est causa rerum creatarum, videtur quòd creaturæ sint ab æterno.

¶Præterea, Scibile est prius scientia & mensura eius, vt dicitur in 10. Meta. Sed id, quod est posterius & mensuratum, non potest esse causa. Ergo scientia Dei non est causa rerum.

¶SED CONTRA est, quod dicit August. 5. de tri. vniuersas creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt ideo nouit Deus, sed ideo sunt quia nouit.

CONCLVSIO.

¶*Cum esse & intelligere in Deo indistincta sint, ipsum per suam scientiam causare res oportet, adiuncta tamen voluntate.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd scientia Dei est causa rerum. Sic enim scientia Dei se habet ad omnes res creatas: sicut scientia artificis se habet ad artificiata. Scientia autem artificis est causa artificiatorum, eo quòd artifex operatur per suum intellectum. Vnde oportet quòd forma intellectus sit principium operationis: sicut calor est principium calefactionis. Sed considerandum est, quòd forma naturalis inquantum est forma manens in eo, cui dat esse, non nominat principium actionis, sed secundum quòd habet inclinationem ad effectum. Et similiter forma intelligibilis non nominat principium actionis secundum quòd est tantum in intelligente, nisi adiungatur ei inclinatio ad effectum, quæ est per voluntatem. Cum enim forma intelligibilis ad opposita se habeat (cum sit eadem scientia oppositorum) non produceret determinatum effectum, nisi determinaretur ad vnum per appetitum, vt dicitur in nono Metaphy. Manifestum est autem quòd Deus per intellectum suum causat res[c]: cum suũ esse sit suum intelligere. Vnde necesse est quòd sua scientia sit causa rerum, secundum quòd habet voluntatem coniunctam. Vnde scientia Dei secundum quòd est causa rerum, consueuit nominari scientia approbationis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Orig. locutus est attendens rationem scientiæ, cui non competit ratio causalitatis, nisi adiuncta voluntate, vt dictum est[c].

¶Sed quod dicit ideo præscire Deum aliqua, quia sunt futura: intelligendum est secũdum causam consequentiæ: non secundum causam essendi. Sequitur enim, si aliqua sunt futura, quòd Deus ea præscierit: non tamen res futuræ sunt causa quòd Deus sciat.

¶Ad secundum dicendum, quòd scientia Dei est causa rerum secundum quòd res sunt in scientia. Non fuit autem in sciẽtia Dei, quòd res essent ab æterno. Vnde quamuis scientia Dei sit æterna, nõ sequitur tamen quòd creaturæ sint ab æterno.

¶Ad tertium dicendum, quòd res naturales sunt mediæ inter scientiam Dei & scientiam

Quantum autem valeant contra positionem sancti Thomæ de ideis o in sequenti quæstione 293 videbitur.

a ¶*Super Quæstionis decimæquartæ Articulum septimum.*

Titulus clarus est in principio corporis. 119
¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue. Coment. Scientia Dei nullo modo est dis- 87 cursiua. Probatur: in 1. dist. 38. scientia Dei non est dis- art. 1. & cursus secundum suc- 1. contra. cessionem, neque secũ- ca. 61. & dum causalitatem. ergo 62. nullo modo est discur- Et veri. sus. consequentia pro- q. 2. artic. batur ex sufficienti di- 14. stinctione discursus, quę in nobis manifestatur clarè. Antecedens autem quo ad primam partem probatur. discursus secundum successionem consistit in intelligendo vnum post aliud. Sed Deus omnia videt in vno quod est ipse: ergo non discurrit intelligendo vnum post aliud. Quo ad secundum vero probatur dupliciter. Primo: quia discursus secundus includit primum. Secundo, quia secundus est de noto ad ignotum. & consequenter est notitia secundi ex primo: & non in primo. sed Deus cognoscit omnia in primo. ergo non discurrit. Sed scientia sua est sicut scientia in termino discursus. ea enim resolutis iam effectibus in causas, videt effectus in causis, sicut proportionaliter: absque præuia tamen resolutione: Deus omnia in seipso omnium causa videt. Et memento hic corrigere codicẽ si hoc modo se habet. Tertius vero discursus. debet enim legi, terminus vero discursus est.

a ¶*Super Quæstionis decimæquartæ Articulum octauum.*

Titulus.
Aduerte quòd hic articulus est magni momenti: Annot. 118 quoniam hic inchoat quæstio de modo, quo Deus producit res extra se. Quærere enim an scientia Dei sit causa rerum, nihil aliud est quàm quærere, vtrum Deus causet per intellectum. Verum, quia causalitas re- 132.
rum potest dupliciter considerari. Primo secundum se, & sic de ea inferius erit specialis tractatus, vbi omnia plene examinabuntur. Alio modo vt est qualitas scientiæ diuinæ: & sic hoc in loco quæritur, vt complete ostẽdatur qualis sit scientia Dei, an scientia Dei habeat hanc conditionem, scilicet esse causam rerum.
¶In corpore vna conclusio responsio quæsito affir Coment.

nostram. Nos enim scientiam accipimus à rebus naturalibus, quarum Deus per suam scientiam causa est. Vnde sicut scibilia naturalia sunt priora quàm scientia nostra & mensura eius, ita scientia Dei est prior quàm res naturales, & mensura ipsarum[e]. Sicut aliqua domus est media inter scientiam artificis, qui eam fecit, & scientiam illius, qui eius cognitionem, ex ipsa iam facta capit.

ARTICVLVS IX.

¶Vtrum Deus habeat scientiam non entium.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non habeat scientiam nisi entium. Scientia enim Dei non est nisi verorum. Sed verum & ens conuertūtur. Ergo scientia Dei non est non entium.

¶Præterea, Scientia requirit similitudinem inter scientem & scitum. Sed ea, quæ non sunt, non possunt habere aliquam similitudinem ad Deum, qui est ipsum esse. Ergo ea, quæ non sunt, non possunt sciri à Deo.

¶Præterea, Scientia Dei est causa scitorum ab ipso. Sed non est causa non entium, quia non ens non habet causam. Ergo Deus non habet scientiam de non entibus.

¶SED CONTRA est, quod dicit Apostolus ad Romanos 4. Qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.

CONCLVSIO.

¶Cognoscit Deus non entia secundum quid quomodocunque non sint, scientia visionis, non entia vero simpliciter, notitia simplicis intelligentiæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus scit omnia quæcunque sunt quocunque modo. Nihil autem prohibet ea, quæ non sum simpliciter, aliquo modo esse. Simpliciter, enim sunt, quæ actu sunt. Ea vero, quæ non sunt actu, sunt in potentia, vel ipsius Dei, vel creaturæ: siue in potentia actiua, siue in passiua: siue in potētia opinandi, vel imaginandi: vel quocunq; modo significādi. Quæcunque igitur possunt per creaturam fieri, vel cogitari, vel dici, & etiā quæcunq; ipse facere potest, omnia cognoscit Deus: etiāsi actu non sint. Et pro tāto dici potest ꝙ habet etiā nō entiū scientiā. Sed horū, quæ actu non sunt, est attēdenda quædā diuersitas. Quædā enim licet nō sint nūc in actu, tamen vel fuerūt: vel erunt: & omnia ista dicitur Deus scire scientia visionis. Quia cum intelligere Dei, quod est eius esse, æternitate mensuretur, quæ sine successione existens totum tempus cōprehendit, præsens intuitus Dei fertur in totū tempus[e], & in omnia quæ sunt in quocunq; tempore, sicut in subiecta sibi præsentialiter.

¶Quædam vero sunt, quæ sunt in potentia Dei vel creaturæ, quæ tamen nec sunt, nec erunt, neque fuerunt. Et respectu horum non dicitur habere sciētiam visionis, sed simplicis intelligentiæ. Quod ideo dicitur: quia ea, quæ videntur apud nos, habent esse distinctum extra videntem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ secundum quòd sunt in potentia, sic habent veritatem[e] ea, quæ non sunt actu, verum est enim ea esse in potentia: & sic sciūtur à Deo.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum Deus sit ipsum esse, intantum vnumquodque est, inquantum participat de Dei similitudine: sicut vnumquodque intantum est calidum, inquantum participat calorem. Sic & ea, quæ sunt in potentia, etiam si non sunt in actu, cognoscuntur à Deo.

¶Ad tertium dicendū, quòd scientia est causa rerum voluntate adiuncta[e]. Vnde nō oportet quòd quæcunque scit Deus, sint vel fuerint, vel futura sint, sed solum ea, quæ vult esse, vel permittit esse. Et iterum. Non est in scientia Dei, vt illa sint, sed quòd esse posśint.

ARTICVLVS X.

¶Vtrum Deus cognoscat mala.

sito affirmatiue. Scientia Dei est causa rerum. Circa quam conclusionem in litera tria fiunt. Primo probatur. Secūdo ostenditur in communi modus, quo scientia Dei est causa in actu secundo. Tertio probatur efficaciter conclusio cum modo iam expresso.

¶Quo ad primum scientia Dei se habet ad res vt scientia artificis ad artificiata, sed scientia artificis est causa artificialium. ergo sciētia Dei est causa rerum. Maior non probatur vsque ad tertiam partem corporis. Minor autem probatur.
13 Artifex operatur per suum intellectum: ergo forma intellect⁹ est principium operationis: sicut calor calefactionis: & tunc subaudi, sed scientia est ipsa forma intellectus eius. ergo omnia sunt clara.

88 1. dist. 38. artic. 4. Et veri. quæstio. 1. artic. 8. Et 1. contra. cap. 69

¶Quo ad secundum determinatur in communi scientia est causa non nisi adiuncta voluntate. Probatur. scientia non significat rationem causæ ex hoc tantum quòd est in sciente, sed ex inclinatione ad effectum. ergo non nisi ex adiuncta voluntate. Antecedens probatur ex simili in forma naturali, puta calore. consequentia vero probatur: scientia ex se, se habet ad opposita. ergo determinatio ad alteram partem est ex appetitu adiuncto. Assumptum & consequentia habentur 9. Metaphysi.

Annot. ¶Aduerte hic quòd litera satis cautè loquitur de forma naturali. non enim dicit quòd forma naturaliter actiua, puta calor eget aliqua inclinatione superaddita ad hoc vt sit principium actionis, cum hoc sit falsum: sed dicit quòd ipsa forma, scilicet calor inquantū habet hoc, scilicet esse seu manere in subiecto ex hoc siue vt sic, non habet quòd sit seu significetur vt principium actionis. Et hoc verùm est: quoniam aliter sequeretur quòd omnis forma, quæ est in aliquo, esset principium actionis: quod est falsum. Sed quamuis ex hoc non habeat rationem actiui, requiritur tamen hoc ad rationem actiui. Inclinatio autem ad opus est, quæ dat formæ rationem actiui. Nec refert quo ad propositum an talis determinatio sit ab extrinseco ex ipsa natura formæ, vt patet de calore. An ab extrinseco vt contingit in scientia, quæ vt probatum est causæ in actu secundo rationem non habet, nisi vt habet voluntatem adiunctam. Sola enim sumpta nihil vnquam causabit nisi causaret opposita simul: quod est impossibile.

Coment. ¶Quo ad tertium repetitur conclusio adiuncto modo, scilicet scientia Dei est causa rerum secundum quòd habet voluntatem adiunctam. Probatur ratione: quæ est etiam probatio maioris in principio assumptæ. Esse Dei est suum intelligere. ergo Deus est causa rerum per intellectum. ergo scientia Dei est causa rerum secundum quòd habet voluntatem adiunctam, Antecedens patet: & prima consequentia relinquitur, vt nota. secunda autem ex assignato modo, quo intellectus est causa rerum patet. Et nihilominus confirmatur in litera ex singularitate nominis: quia scientia Dei vt causa consueuit dici scientia approbationis.

¶Num ex eo quòd esse Dei est suum intelligere, sequatur, ergo est agens per intellectum.

Quæstio. CIrca primam consequentiam huius rationis dubium occurrit: quæ scilicet sit radix huius consequentiæ, Esse Dei est suum intelligere: ergo Deus est agens per intellectum: habet enim instantiam dupliciter. Primo secundum veritatem. non enim valet, esse Dei est suum intelligere: ergo Deus producit filium vel spiritum sanctum, per intellectum: cum vterque producatur à Deo per naturam, vt infrà patebit. Secundo secundum opinionem tenentium Deum agere ex necessitate naturæ. Concederent enim illi philosophi, quòd esse Dei est eius intelligere; sed negarent sequelam dicendo, quòd Deus producit res per intellectum concomitanter tantum: quia scilicet intelligit se facere eas, sed per naturam solam causaliter.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd radix huius consequentiæ est ista propositio: agere per intellectum est perfectius superius & vniuersalius, quàm agere per naturam, quæ propositio probatur in secundo contra Gentiles. cap. 23. super hac enim supposita, optime sequitur: si esse Dei est eius intelligere, ergo omnes effectus Dei sunt in Deo intelligibiliter, vt ex supradictis patet: quia oportet effectus præexistere in ipsa essentia causæ secundum modum essentiæ ipsius causæ: si autem omnia sunt. & in esse Dei & in intelligere eius, vt sic, & perfectius superius vniuersaliusq; est esse causam rerum per intelligere, quàm per esse tantum, cum constet Deo attribui deberi quòd perfectissimum, quòd supremum, quòd vniuersalissimnm est in causando & causandi modo: absque vlla calumnia sequitur: ergo Deus est causa rerum per intellectum.

¶Ad obiectionem ergo in oppositum pro philosophorum aliquorum opinione iam patet: quòd malè negarent consequentiam. Ad eam vero, quæ tangit materiam de trinitate, dicitur quòd obiectio non est ad propositum: quia sermo est de vere causa effectiuā, quæ non potest intelligi absque essentiali diuersitate causæ & causati. Productiones autem ab intra non sunt causalitates verè & propriè. Nec pater est vere & propriè causa filij: cum eadem numero sit vtriusque substantia, & ideo non est mirum si nō tenet ibi. Posset quoque nihilominus aliter dici, quòd hæc consequentia tenet, supposito quòd ex parte producibilis, non repugnet produci per intellectum: si enim repugnaret ex parte producibilis: quamuis haberet esse intelligibiliter in causa &c. nunquam tamen sequeretur quòd posset per intellectum produci vt patet. 92 Constat autem quòd sic est in proposito, nā personis diuinis repugnat produci per modum artificiati, non autem alijs rebus. Et ideo respectu aliarum rerum infertur: ergo Deus est agens per intellectum, & non, respectu personarum diuinarum. Earum enim est autor per naturam, vt infrà patebit. *Annot.* 101 b

¶In responsione ad secundum, expecta discussionem eius: quoniam, cum per se de causalitate rerum tractabitur, discutietur.

a ¶Super quæstionis decimæquartæ Articulum nonum. 118 87

TItulus clarus.

¶In corpore duo. Primo respondet quæsito affirmatiue. Secundo assignat differētiam quandam inter scientiam diuersimode non entium.

¶Quo ad primum conclusio est. Potest dici quòd Deus habet scientiam non entium. Probatur Deus scit omnia quæ sunt quocunque modo: ergo omnia quæ possunt per potentiam tam suam, quàm creaturæ fieri, cogitari, & dici. ergo eorum quæ non sunt actu. ergo potest dici, quòd Deus habet scientiam non entium. Prima consequentia probatur: distinguendo modos essendi, id est simpliciter & secundum quid: & subdiuidendo secundum quid iuxta multiplicem diuersitatem potentiæ, scilicet creatoris vel creaturæ, actiuæ vel passiuæ, realis vel opinatiuæ &c. Secunda vero consequentia est per se nota: quia non sunt actu hæc omnia. Tertia quoque est euidens, quia ex quo non sunt entia simpliciter, sed in potentia, quæ est conditio diminuens optime de eis verificatur absolute negatio entis: & sic sunt non entia: sicut de homine in potentia vere dicitur non homo: & de arca in potentia non arca.

¶Quo ad secundum differentia est nominalis: quòd quædam non entia dicitur Deus scire scientia visionis, quædam vero simplicis intelligentiæ. Et ratio nominum est, quia visa apud nos habent duas conditiones. Altera est quòd sunt præsentialiter obiecta videnti. Altera quòd habent esse distinctum extra videntem. Et propterea illa quæ quandoque sunt, visionis scientia intelligi dicuntur: quæ vero nunquam, non videri, sed simplici intelligentia sciri dicuntur. Illa enim habent has duas conditiones propter æternitatem scientiæ diuinæ &c. ista neutram.

¶Num non entia, quæ quandoque sunt, ad scientiam visionis spectent, ea vero, quæ nunquam sunt, ad notitiam simplicis intelligentiæ.

Quæstio. CIrca hanc partem est dubitatiuncula: quoniam ista differentia non spectat ad non entia vt sic, sed magis ad non entia inquantum sunt entia: & consequenter per accidens pertinet ad hunc articulum: in quo de scientia non entium agitur. Assumptum patet: quia ea quæ, quandoque sunt pertinent ad scientiam visionis, ea ratione, quia sunt entia: quandoque in actu: & non inquantum non entia. ergo.

¶Ad hoc breuiter dicitur: quòd ista differentia tangit non entia vtroque modo, scilicet inquantum sunt, & inquantum non sunt. Eorum enim, quæ nunquam sunt, sed semper sunt in potentia, non solum ipsæ entitates in potentia, sed negationes actualitatis simplici intelligentia noscuntur. Et similiter eorum, quæ quandoque actu sunt non solum entitatis in actu tali tempore, sed negationes ab actu tali alio tempore: visionis scientia cognoscuntur ab æterno. Et horum ratio est: quia negatio per affirmationem cognoscitur: & illius genus sequitur in essendo & cognoscendo secundum se. Et sic differentia ista est complete complectens non entia ad propositum.

¶Super Quæstionis decimæquartæ Articulum decimum.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non cognoscat mala. Dicit enī Philosophus in 3. de Anima, quòd intellectus, qui non est in potentia, non cognoscit priuationem: sed malum est priuatio boni, vt dicit Augustinus. Igitur, cum intellectus Dei nunquam sit in potētia, sed semper actu (vt ex dictis patet[e]) videtur quòd Deus non cognoscat mala.

¶Præterea, Omnis scientia vel est causa sciti, vel causatur ab eo. Sed scientia Dei non est causa mali nec causatur à malo. Ergo scientia Dei non est malorum.

¶Præterea, Omne quod cognoscitur, cognoscitur per suam similitudinem, vel per suum oppositum. Quicquid autem cognoscit De⁹, cognoscit per suam essentiam: vt ex dictis patet[e]. Diuina autem essentia neque est similitudo mali, neque ei malum opponitur. Diuinæ enim essentiæ nihil est contrarium, vt dicit Augustinus duodecimo de Ciuitate Dei. Ergo Deus non cognoscit mala.

¶Præterea, Quod cognoscitur non per seipsum, sed per aliud imperfecte cognoscitur. Sed malum non cognoscitur à Deo per seipsum: quia sic oporteret quòd malum esset in Deo. Oportet enim cognitum esse in cognoscente. Si ergo cognoscitur per aliud, scilicet per bonum, imperfecte cognoscetur ab ipso. Quod est impossibile: quia nulla cognitio Dei est imperfecta[e]. Ergo scientia Dei non est malorum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur prouerb. xv. Infernus & perditio corā Deo.

CONCLVSIO.

¶Deum, cum quæcunque bona cognoscat, mala etiam per bona scire oportet, quæ bonis accidunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quicunque perfecte cognoscit aliquid, oportet quòd cognoscat omnia, quæ possunt illi accidere. Sunt autem quædam bona, quibus accidere potest, vt per mala corrumpantur. Vnde Deus non perfecte cognosceret bona, nisi etiam cognosceret mala. Sic autem est cognoscibile vnumquodque secundum quod est: vnde cum hoc sit esse mali, quod est priuatio boni: per hoc ipsum quòd Deus cognoscit bona, cognoscit etiam mala, sicut per lucem cognoscuntur tenebræ. Vnde dicit Dionys. 7. capitu. de diui. no. Quòd Deus per semetipsum tenebrarum accipit visionem, non aliunde videns tenebras quàm à lumine.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd verbum Philosophi est sic intelligendum, quòd intellectus, qui non est in potentia, non cognoscit priuationem per priuationem in ipso existētem. Et hoc congruit cum eo, quod suprà dixerat: quòd punctum & omne indiuisibile per priuationem diuisionis cognoscitur[e]. Quod cōtingit ex hoc: quia formæ simplices & indiuisibiles non sunt actu in intellectu nostro: sed in potentia tantum. Nam si essent actu in intellectu nostro, non per priuationem cognoscerentur. Et sic cognoscuntur simplicia à substantiis separatis. Deus igitur non cognoscit malum per priuationem in se existentem, sed per bonum oppositum.

¶Ad secundum dicendum, quòd scientia Dei nō est causa mali, sed est causa boni: per quod cognoscitur malum.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet malum non opponatur essentiæ diuinæ, quæ non est corruptibilis per malum: opponitur tamen effectibus Dei, quos per essentiam suam cognoscit. Et eos cognoscens mala opposita cognoscit.

¶Ad quartum dicendum, quòd cognoscere aliquid per aliud tantum est imperfectæ cognitionis, si illud sit cognoscibile per se. Sed malum non est per se cognoscibile: quia de ratione mali est quod sit priuatio boni. Et sic neque diffiniri, neque cognosci potest, nisi per bonum.

ARTICVLVS XI.

¶Vtrum Deus cognoscat singularia.

ADVNDECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non cognoscat singularia. Intellectus enim diuinus immaterialior est quàm intellectus humanus. sed intellectus humanus propter suam immaterialitatem non cognoscit singularia. sed sicut dicitur in primo de Anima, ratio est vniuersalium, sensus vero particularium. Ergo Deus non cognoscit singularia.

¶Præterea, Illæ solæ virtutes in nobis sunt singularium cognoscitiuæ, quæ recipiunt species non abstractas à materialibus conditionibus. Sed res in Deo sunt maxime abstractæ ab omni materialitate. Ergo Deus non cognoscit singularia.

¶Præterea, Omnis cognitio est per aliquam similitudinem: sed similitudo singularium, inquantum sunt singularia, non videtur esse in Deo: quia principium singularitatis est materia: quæ cum sit ens in potentia tantum, omnino est dissimilis Deo, qui est actus purus. Non ergo Deus potest cognoscere singularia.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur prouerbio. 16. Omnes viæ hominum patent oculis eius.

CONCLVSIO.

¶Cum cognoscere singularia ad creaturarum perfectionem spectet, & si non secundum eandem potentiam, Deum ipsum cognoscere singularia oportet, non quidem vniuersales illorum causas sciendo, seu per applicationem vniuersalium principiorum, sed per essentiam suam singulis propria intuēdo, cum non tantum formæ, sed materiæ causa sit.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ Deus cognoscit singularia. Omnes enim perfectiones in creaturis inuentæ, in Deo præexistunt secundum altiorem modum, vt ex dictis patet[e]. Cognoscere autem singularia pertinet ad perfectionem nostram. vnde necesse est quòd Deus singularia cognoscat. Nam & Philosophus pro inconuenienti habet, quòd aliquid cognoscatur à nobis, quòd non cognoscatur à Deo. Vnde cōtra Emped. arguit in 1. de Anima, & in 3. Metap. ꝙ accideret Deum esse insipientissimum, si discordiam ignoraret. Sed perfectiones, quæ in inferioribus diuiduntur, in Deo simpliciter & vnitæ existunt[e]. Vnde, licet nos per aliam potentiam cognoscamus vniuersalia & immaterialia, & per aliam singularia & materialia: Deus tamen per suū simplicem intellectum vtraq; cognoscit. Sed qualiter hoc esse posśit, quidam manifestare volentes dixerunt, quòd Deus cognoscit singularia per causas vniuersales[e]. Nam nihil est in aliquo singularium, quod non ex aliqua causa oriatur vniuersali. Et ponunt exemplum. Sicut si aliquis Astrologus cognosceret omnes motus vniuersales cæli, posset pronuntiare omnes eclypses futuras. Sed istud non sufficit, quia singularia ex causis vniuersalibus sortiuntur quasdam formas & virtutes, quæ quantūcunque adinuicem coniungantur, non indiuiduantur, nisi per materiam indiuidualem. Vnde qui cognosceret Socratem per hoc quod est albus, vel Sophronici filius, vel quicquid aliud sic dicatur, non cognosceret ipsum inquantum est hic homo. Vnde secundum modum prædictum Deus nō cognosceret singularia in sua singularitate. Alij vero dixerunt, quòd Deus cognoscit singularia applicando causas vniuersales ad particulares effectus. Sed hoc nihil est: quia nullus potest ap-

Coment. TItulus clarus.

¶In corpore primo respondet quæsito affirmando quòd sic est. secundo quomodo est.

29 1. dist. 36. q. 1. art. 2. & ver. q. 2. artic. 15. & 1. contr. c. 71. & 11. quol. q. 2. ar. vnico.

¶Quo ad primum conclusio responsiua directe quæsito affirmatiue est, Deus cognoscit mala. probatur. Deus perfecte cognoscit omnia bona, ergo scit omnia quæ possunt quibuscunque illorum accidere: ergo scit mala. 81 Antecedens cum prima consequentia relinquitur pro euidenti. secunda vero probatur. quia sunt quędam bona, quibus potest accidere vt per mala corrumpantur: 84 vt patet tam de bono naturali, 85 quàm morali.

¶Quo ad secundum modus cognoscendi est per aliud: ita quòd hæc cōclusio, Deus cognoscit mala per bona, probatur, declaratur & confirmatur. Probatur. Primo. esse mali consistit in priuatione boni. ergo cognoscibilitas mali consistit in negatione boni. igitur Deus propter hoc cognoscit mala, bona scit. 85 Antecedens patet. consequentia vero probatur: quia vnūquodque eo modo quo habet esse, habet cognosci. Declarat deinde exēplo: sicut tenebrę noscuntur per lumen, Cōfirmatur demū autoritate Dion. vt patet in litera.

a ¶Super Quæstionis decimæquartæ Articulum vndecimum.

TItulus singularis rerum materialiū. De his enim est dubium, non de singularibus immaterialibus. cum iam dictū sit, quòd nouit seipsum. qué singularem esse constat.

¶In corpore primo respondet directe quæsito quòd sic. Secundo. tractatur quomodo.

Coment. ¶Quo ad primum tria. Primo respondet quæsito affirmatiue. Deus cognoscit singularia. Probatur. omnes perfectiones in creaturis inuentæ præexistunt in Deo altiori modo: cognitio singularium est perfectio homini: ergo præexistit in Deo altiori modo. 90. d 431

¶Secundo ostendit vim huius motiui ex autoritate Aristotelis, Ratio enim ista fundatur in hoc: quòd opus sit omne cognitum à nobis cognosci à Deo: & hoc assumpsit Aristoteles cōtra Empedoclem. Tertio declarat illam particulam in conclusione adiunctam ex vi medij. scilicet altiori modo in hoc attendi dicens, quòd nos per diuersas potentias cognoscimus singularia & vniuersalia. Deus autem simplici intellectu omnia tam materialia quàm immaterialia comprehendit, & probatur: quia quæ diuiduntur in inferioribus sunt simpliciter & vnite in Deo.

Annot. ¶Aduerte hic: quòd quia maior propositio non est vera de præexistentia formali, nisi in perfectionibus simpliciter: ideo licet nostrum cognoscere singulare & sentire sint idem, litera non dixit, sentire: sed cognoscere singulare pertinet ad perfectionem nostram. Sentire enim non est perfectio simpliciter, nec præexistit in Deo formaliter, sed virtualiter tantum. Cognoscere autem singulare, est perfectio simpliciter. & concludendum erat hic quòd præexistit in Deo formaliter.

90. 1. distin. 3. ar. 3. et d. 36. q. 2. artic. 1. & 1. contra ca. 50. 63. vsque 72. & li. 3. cap. 75. & 76. Et veri. q. 2. artic. 4. & 5. Et opus. 3. ca. 134. & 135.

¶Quo ad secundum tria sunt, iuxta opiniones duas & determinationem. prima ergo opinio circa modum, quo Deus intelligit singularia, stat in hoc, quòd Deus cognoscit singularia cognoscēdo omnes eorum causas vniuersales. *Coment.* Probatur hoc sufficere. Nihil est in aliquo singulari quod non ex aliqua vniuersali causa insit, ergo cognitis omnibus causis vniuersalibus, cognoscitur totum singulare. Declaratur etiam exemplo in eclypsi. Refutatur hæc opinio, si Deus cognosceret singularia cognoscendo tantum. vniuersales causas: ergo non cognosceret singularia in sua singularitate. cuius oppositum probatum est, consequentia 32 probatur. 33 Totum aggregatum, quod est in singulari ex causis vniuersalibus, vt sic, non sufficit ad constituendum singulare, ergo. Assumptum probatur & manifestatur. Probatur: quia dempta materia signata seu principio indiuiduationis, quicquid illud sit, cum vniuersale non esse constet, nunquam constituetur singulare. Manifestatur vero hoc in homine exemplariter. 80

¶Secunda vero opinio stat in hoc. Deus cognoscit singularia applicādo vniuersalia ad particularia. Contra applicatio nō est nisi ad præcognitum, 287. b ergo applicatio 85 vniuersalis ad particulare præsupponit cognitionem singularis.

¶Determinatio autem est. Deus cognoscit singularia per essentiam suam. Probatur quo ad primam partem sic. Scientia Dei est causa rerum. ergo se extendit ad omnia, ad quæ se extendit eius causalitas. ergo ad singularia, Antecedens cum prima cō sequentia est notum. Secunda vero probatur. quia Deus est causa non solum formæ, sed materiæ indiuiduātis. Quo ad secundam partem sic, Deus scit

plicare aliquid ad alterum, nisi illud præcognoscat: vnde dicta applicatio non potest esse ratio cognoscendi particularia, sed cognitionem singularium præsupponit. Et ideo aliter dicendum est, quòd cum Deus sit causa rerum per suam scientiam, vt dictum est[e], intantum se extendit scientia Dei, inquantum se extendit eius causalitas[e]. Vnde, cum virtus actiua Dei se extendat non solum ad formas, quibus accipitur ratio vniuersalis, sed etiam vsque ad materiam (vt infrà ostendetur[e]) necesse est quòd scientia Dei vsque ad singularia se extendat, quæ per materiam indiuiduãtur. Cum enim sciat alia à se per essentiam suam inquãtum est similitudo rerum vel vt principium actiuum earum: necesse est quòd essentia sua sit principium sufficiens cognoscendi omnia, quæ per ipsum fiunt, non solum in vniuersali, sed etiam in singulari. Et esset simile de scientia artificis, si esset productiua totius rei, & non formæ tantum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus noster speciem intelligibilem abstrahit à principiis indiuiduantibus. Vnde species intelligibilis nostri intellectus non potest esse similitudo principiorum indiuidualium[e]. Et propter hoc intellectus noster singularia non cognoscit[e]. Sed species intelligibilis diuini intellectus, quæ est Dei essentia, non est immaterialis per abstractionem, sed per seipsam, principium existens omnium principiorum, quæ intrãt rei compositionem, siue sint principia speciei, siue principia indiuidui. Vnde per eam Deus cognoscit non solum vniuersalia, sed etiam singularia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis species intellectus diuini secũdum esse suum non habeat conditiones materiales, sicut species receptæ in imaginatione & sensu: tamen virtute se extendit ad immaterialia & materialia, vt dictum est[e].

¶ Ad tertium dicendum, quòd materia licet recedat à Dei similitudine secundum suam potentialitatem, tamen inquantum vel sic esse habet similitudinem quandam, retinet diuini esse.

ARTICVLVS XII.

a ¶ *Vtrum Deus possit cognoscere infinita.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non possit cognoscere infinita. Infinitum enim secundum quod est infinitum, est ignotum: quia infinitum est cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra assumere, vt dicitur in tertio physico. Augustinus etiam dicit 12. de ciuitate Dei, quòd quicquid scientia comprehenditur scientis comprehẽsione finitur. Sed infinita non possunt finiri. Ergo non possunt scientia Dei comprehendi.

¶ Si dicatur quòd ea, quæ in se sunt infinita, scientiæ Dei finita sunt. Contra. Ratio infiniti est, quòd sit impertransibile, & finiti quod sit pertrãsibile, vt dicitur in tertio physicorum. Sed infinitum non potest transiri nec à finito, nec ab infinito, vt probatur in sexto physicorum: Ergo infinitum non potest esse finitum finito, neque etiam infinito. Et ita infinita non sunt finita scientiæ Dei, quæ est infinita.

¶ Præterea, Scientia Dei est mensura scitorum. Sed contra rationem infiniti est quòd sit mensuratum. Ergo infinita non possunt sciri à Deo.

¶ SED CONTRA est quod dicit Augustinus duodecimo de ciuitate Dei: Quamuis infinitorum numerorum nullus sit numerus, non tamen incomprehensibilis ei, cuius scientiæ non est numerus.

CONCLVSIO.

¶ *Cum Deus sciat omnia quæ sunt in actu, & in potentia tam sua quàm creaturæ, scire infinita, etiam scientia visionis necessarium est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (cum Deus sciat non solum ea, quæ sunt actu, sed etiam ea, quæ sunt in potentia vel sua vel creaturæ, vt ostensum est[e]: hęc autem constat esse infinita:) necesse est dicere, quòd Deus sciat infinita. 88 Et licet scientia visionis, quæ est tantum eorum, quæ sunt, vel erunt, vel fuerunt, non sit infinitorum, vt quidam dicunt, cum non ponamus mũdum ab æterno fuisse: nec generationem & motum in æternũ mansura, vt indiuidua in infinitum multiplicentur: tamen, si diligentius consideretur, necesse est dicere ꝙ Deus etiam sciẽtia visionis sciat infinita. Quia Deus scit etiam cogitationes & affectiones cordium, quæ in infinitũ multiplicabuntur creaturis rationalibus permanentibus absque fine. Hoc autẽ ideo est, quia cognitio cuiuslibet cognoscentis se extendit secundum modũ formę, quæ est principium cognitionis. Species enim sensibilis, quæ est in sensu, est similitudo solum vnius indiuidui: vnde per eam solum indiuiduum cognosci potest. Species autẽ intelligibilis intellectus nostri est similitudo rei quantum ad naturam speciei, quæ est participabilis à particularibus infinitis. Vnde intellectus noster per speciẽ intelligibilẽ hominis, cognoscit quodammodo homines etiam infinitos, sed tamẽ non inquantum distinguuntur ab inuicem, sed secundum quod communicant in natura speciei, propter hoc ꝙ species intelligibilis intellectus nostri nõ est similitudo hominũ quantum ad principia indiuidualia, sed solũ quantũ ad principia speciei. essẽtia aũt diuina, per quã intellectus diuinus intelligit, est similitudo sufficiens omniũ, quæ sunt, vel esse possunt, non solum quantum ad principia communia, sed etiam quantũ ad principia propria vniuscuiusque, 90 vt ostensum est[e]. vnde sequitur ꝙ scientia Dei se extendat ad infinita, etiam secundum quod sunt abinuicem distincta.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd infiniti ratio cõgruit quantitati secundum Philosophum in 3. physic. De ratione autem quantitatis est ordo partium. Cognoscere ergo infinitum secundum modũ infiniti, est cognoscere partem post partem. & sic nullo modo contingit cognosci infinitum. Quia quantacunque quantitas partium accipiatur, semper remanet aliquid extra accipientem. Deus autem non sic cognoscit infinitũ, vel infinita: quasi enumerando partem post partem, cum cognoscat omnia simul, 86 non successiue, vt suprà dictum est[e]. Vnde nihil prohibet ipsum cognoscere infinita.

¶ Ad secundum dicendum, quòd transitio importat quandam successionem in partibus. Et inde est, quòd infinitum transiri non potest, neque à finito, neque ab infinito. Sed ad rationem comprehensionis sufficit adæquatio: quia id comprehendi dicitur, cuius nihil est extra comprehẽdentem. Vnde nõ est contra rationem infiniti, quod comprehendatur ab infinito. Et sic quod in se est infinitum, potest dici finitum scientiæ Dei, tãquam comprehensum, non tamen tanquam pertransibile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd scientia Dei est mensura rerum non quantitatiua: qua quidem mensura carent infinita: sed qua mensurat essentiam & veritatem rei. Vnumquodque enim intantum habet de veritate suæ naturæ, inquantum imitatur Dei scientiam: sicut artificiatum inquantum cõcordat arti. Dato autem ꝙ (37) essent aliqua infinita actu secundum numerum, puta infiniti homines, (92 *Infrà q. 86. artic. 3. & 4. Et 1. di. 38. art. 5. Et 1. contra. c.67. Et veri. q.2. arti. 12. & quoli. 12. q.3.*) vel secundum quantitatem cõtinuam, vt si esset aër infinitus (vt quidam antiqui dixerunt) tamen manifestum est quòd haberent esse determinatum & finitum[e]: quia esse eorum esset limitatum ad aliquas determinatas naturas. vnde mensurabilia essent secundum scientiam Dei.

ARTICVLVS XIII.

a ¶ *Vtrum scientia Dei sit futurorum contingentium.*

AD DECIMVM tertium sic proceditur. Videtur, quòd scientia Dei non sit futurorum contingentium. A causa enim necessaria procedit effectus necessarius: sed scientia Dei est causa scitorum, vt supra dictum est[e]. Cum ergo ipsa sit necessaria, sequitur scita eius esse necessaria. nõ ergo scientia Dei est contingentiũ.

¶ Præter

alia à se per essentiam suam vt similitudo seu actuum principium est eorum. ergo essentia sua est sufficiẽs principium cognoscẽdi omnia, quæ per ipsum fiunt etiam 87 84 in singularia. ergo cognoscit singularia per suam essentiam. Antecedens patet ex dictis: 235 287 consequentia vero ex terminis & probatione primæ partis patet. Vltimo declaratur tota ratio exemplo scientiæ artificis, si fingamus quòd sit causa formæ & materiæ artificiati.

Annot. ¶ Aduerte, quòd tota determinatio huius literæ supponit Deum esse causam proximam materiæ primæ: de quo, quia inferius erit specialis quæstio, supponatur nunc. hoc enim concesso reliqua clara sunt & indubitata.

¶ In responsionibus ad argumenta multa discutienda sunt, C 424 434 sed non hic, sed inferius in locis propriis patebunt.

a ¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulum duodecimum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore tria. Primo respondet quæsito absolute. Secundo specialiter de scientia visionis. Tertio assignat causam vtriusque conclusionis.

¶ Quo ad primum conclusio responsiua de scientia absolute est. Deus scit infinita. Probatur. Deus scit omnia in actu, & omnia, quæ sunt in potentia tam sua quàm creaturæ: ergo scit infinita. Patet sequela. omnia ista constat esse infinita.

91 ¶ Quo ad secundum, an scientia visionis sit infinitorum: duo dicit. (*3.q.x.ar.3. Et 1. d. 39.q.1.a. Et ver.q. 2.ar.9. et articu. 5. 4m. Et 1. contra. ca.69. & 71. Et opusc. 3.c.135.*) Primo refertur opinio negatiua, cum eius motiuo: generatio nec est æterna à parte ante, nec à parte post. ergo quæ sunt erunt & fuerunt sunt finita: ergo scientia visionis non est infinitorum. Secundo confutatur motiuum: & probatur conclusio affirmatiua. Cogitationes & affectiones creaturæ rationalis multiplicabuntur æterno à parte post: ergo scientia visionis est infinitorum. Et sic opinio prima non lustrauit omnem generationem, sed eam tantum, quæ ex cæli motu pendet: & ideo errauit.

¶ Quo ad tertium assignatur propter quid Deus nouit infinita absolute & scientia visionis sic. cognitio se extendit secundum extensionem formæ quæ est cognitiõis principium: ergo cognitio Dei est secundum extensionem essentiæ suæ: ergo extendit se ad infinita etiam secundum quod sunt ab inuicem distincta. Et sic simul probatur quia & propter quid quæsiti. Antecedens probatur inductiue, inchoãdo à cognitione & specie sensibili, & procedendo per intellectionem & speciem intelligibilẽ nostram. in sensu species se extendit ad vnum numero tantum, & sic sensatio. in intellectu nostro species ad vnum formaliter, in quo communicãt infinita in potentia, & similiter intellectio nostra se extendit. Prima consequentia probatur: quia essentia Dei est forma, per quam intellectus diuinus intelligit. Secunda vero, quia essentia Dei extendit se in repræsentãdo ad omnia, quæ sunt & esse possunt non solum quo ad principia cõmunia sed propria cuiusq;, vt iam dictum est.

a ¶ *Super quæstionis decimæquartæ Articulum decimum tertium.*

Annot. Titulus clarus tã quo ad ly futura, quàm quo ad ly contingentia.

Coment. ¶ In corpore quatuor. Primo respondet q. sic. Secundo quomodo ex parte cogniti. ibi, Ad cuius euidẽtiã. Tertio quomodo, & quare ex parte cognoscẽtis. ibi, Et licet. Quatro ponitur quoddam correlarium. ibi, Vnde manifestum est.

¶ Præterea, Omnis conditionalis vere, cuius antecedens est necessarium absolute, consequẽs est necessarium absolute. Sic enim se habet antecedens ad consequens, sicut principia ad conclusionem. Ex principiis autem necessariis non sequitur conclusio nisi necessaria, vt in 1. poste. probatur. Sed hæc est quędam cõditionalis vera, si Deus sciuit hoc futurum esse hoc erit, quia scientia Dei non est nisi verorum. Huius autem conditionalis antecedẽs est necessarium absolute: tum quia est æternũ: tum quia significatur vt præteritum. Ergo & consequens est necessarium absolute. Igitur quicquid scitur à Deo est necessarium. Et sic scientia Dei non est contingentium.

¶ Præterea, Omne scitum à Deo necesse est esse: quia etiam omne scitum à nobis necesse est esse: cum tamen scientia Dei certior sit quàm scientia nostra. Sed nullum contingens futurum necesse est esse. Ergo nullum cõtingens futurum est scitum à Deo.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur in Psal. Qui finxit sigillatim cor eorũ, q intelligit oĩa opera eorũ, scilicet hominũ. Sed opera hominum sunt contingentia, vtpote libero arbitrio subiecta. Ergo Deus scit futura contingentia.

CONCLVSIO.

¶ *Cum Deus sciat omnia, quæ non solum actu, sed potentia sunt tam sua, quam creaturæ, futura omnia contingentia vt in seipsis sunt, secundum statum, quo actu sunt & ab æterno, & simul, scire oportet.*

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd cum supra ostensum sit[e], quod Deus sciat omnia, non solum, quæ actu sunt, sed etiam, quæ sunt in potentia sua, vel creaturæ: horum autem quædam sunt contingentia nobis futura: sequitur quòd Deus contingentia futura cognoscat. ¶ Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd contingens aliquod dupliciter potest considerari[e]. Vno modo in se-

¶ Quo ad primum conclusio responsiua quæsito affirmatiue est. Deus cognoscit futura cõtingentia. Probatur Deus scit omnia non solum quæ sunt actu, sed quæ sunt in potentia sua & creaturę: ergo scit futura contingentia: Antecedens patet ex dictis, consequẽtia probatur: quia quædã horum sunt cõtingẽtia futura nobis.

Annota. ¶ Aduerte quòd ista additio scilicet nobis, non ponitur vt limitatio, aut cõditio diminuens rationem futuri, sed vt declaratio: hęc enim sunt futura simpliciter: quia sunt secundum seipsa futura, & nõ tantum quo ad nos. Sed declarantur futura simpliciter, per futura nobis: quia sunt futura secũdum illam mẽsuram durationis qua nos mẽsuramur, scilicet secundum tempus: & non secundum æternitatem, vt infrà patebit.

Coment. ¶ Quo ad secũdum ponitur duo modi, quibus contingẽtia futura subdũtur diuinæ cognitioni, differenter tamen. Et sic ponitur hæc conclusio. contingentia futura cognoscũtur à Deo put sunt actu in seipsis, & prout sunt in causis suis, sed primo modo certe, secundo modo vero inquantum cognoscibilia sunt. Probatur & declaratur, distinguendo contingentia futura secundum duplicem statum, scilicet in actu, & in potentia causarum: & ponendo differẽtias tres inter hos status. Prima est quo ad differẽtiam temporis: quia vt in actu, habet rationem præsentis: vt in potentia, futuri. Secunda quo ad contingentiam: quia vt in actu, habet rationem determinati ad vnum, vt in potentia, contingentis ad vtranque partem. Tertia quo ad cognitionem: quia vt in actu, potest subdi certæ cognitioni, vt patet de visione corporali: vt in potentia non nisi coniecturæ &c. Ex his enim manifeste sequitur intentum.

Annota. ¶ Aduerte hic, quòd aliud est loqui de natura contingentiæ: & aliud est loqui de statu contingentiæ. Cum enim contingentia sit differentia entium non accidentalis, sed substantialis: quoniam vnumquodque secundum propriam naturam in seipso est ens contingens, vel necessarium &c. & natura rei non varietur, sed sit eadem in actu & in potentia: oportet quòd res contingens siue sit in actu & præsens, siue in potentia & futura, semper sic naturæ contingentis: ac per hoc differentia posita in litera inter cõtingens in actu & in potentia præsens & futurum, non est differentia naturæ: quasi aliam naturã habeat sic, & aliam sic: sed est differentia status eiusdem naturæ. Potest enim vna eadem natura, sua ratione salua, diuersos habere status in actu & in potentia, præsentis & futuri. &c. Status enim actualitatis est status determinati ad alteram partem contradictionis: status vero in causa ad vtramlibet, est status indeterminationis. Constat autem quòd contingentia se tenet ex parte indeterminationis, necessitas autem ex parte determinationis. Et ideo res contingens vt futura & in potentia dicitur habere rationem contingentis quo ad statum, vt præsens autem in actu dicitur habere rationem necessarij quo ad statum. Rursus res quantumcunque contingens, ex statu præsentiæ contrahit quendam necessitatis modum ex suppositione status ad ipsam sub tali statu pertingentem, vt patet ex primo perihermeni as: quia vnumquodq; quod est quando est necessario est. Res autem vt futura seu in potentia, cum non sit, talem necessitatis modum non cõtrahit sed contingens & in statu cõtingente absque tali necessitate relinquitur. Et propterea in litera dicitur: quòd cõtingens vt præsens potest subdi infallibili & certæ scientiæ, & in calce respõsionis ad secundum dicitur, quòd vt sic est necessarium.

Coment. ¶ Quo ad tertium primo ponitur modus, quo Deus hæc nouit, scilicet simul. Et quoniam ex eadem radice pendet ratio quare Deus hęc cognoscat, ideo in litera proposito modo simultatis ex eius causa, propter etiam quid quæsitæ conclusionis ostenditur. Propterea formato conclusionem continentem etiam modum & causam: & ponatur hæc conclusio, Deus cognoscit omnia futura cõtingentia secundum statum quo actu sunt, ab æterno simul. Probatur, æternitas tota simul existens ambit totum tempus: & Dei cognitio mensuratur æternitate: ergo & simul quæ successiue fiũt nouit, & omnia quę sunt in tempore sunt præsentia Deo ab æterno: nõ solum quia rationes eorum habet præsentes apud se, sed quia eius Intuitus ab æterno fertur supra omnia, vt sunt in sua præsentialitate, ergo contingentia etiam inquantum secundum suam præsentialitatem subduntur diuino conspectui, infallibiliter cognoscuntur à Deo. Antecedens quo ad secũdam partem probatur: quia esse Dei mensuratur æternitate.

¶ Quo ad quartum. Corollarium est quod ex his patet, quòd hæc duo stãt simul, scilicet quòd aliquid sit futurum contingens, & quòd certitudinaliter cognoscatur: quia secũdum diuersos status hæc insunt. Subdi enim certæ cognitioni conuenit ei, secundum quòd est actu: sic enim terminat diuinum intuitum: esse vero contingens, futurum conuenit ei, secundum quod est in causis suis, vt iam patet ex dictis.

Annota. ¶ Circa dicta in hoc articulo aduertendum est, quòd hic sunt duo dicta dubitabilia. Primum & præcipuum est ratio adducta ex parte æternitatis. secundum est ratio inclusa ex parte rationum rerum, quas Deus apud se habet. Dicitur enim in litera, quòd omnia sunt pręsentia Deo ab æterno, non solum propter rationes rerum quas apud se Deus præsentes habet, sed quia eius intuitus ab æterno fertur &c. vbi manifeste duæ causæ assignantur: ꝙ res sint præsentes Deo ab æterno, scilicet rationes rerum, & æternitas. Per rationes quidem sunt præsentia omnia in ratione cogniti, id est, vt cognita cognoscenti. Per æternitatem autem vt coëxistentia coëxistẽti. Primo ergo examinabitur, & cum Dei lumine ac diui Thomæ suffragiis defendetur principalis ratio de æternitate. Secundo ratio inclusa de rationibus rerum.

1 *Num omnia, quæ fiunt in tempore, sint præsentia æternitati.*

1 *Num ideo futura contingentia nouit Deus certe, quòd præsentia coëxistat eius æternitati.*

Quæstio. ¶ Circa rationem de æternitate duo vertuntur in dubium. Primo illa propositio, omnia, quæ fiunt in tempore sunt præsentia æternitati. ¶ Secundo applicatio huius ad conclusionem intentam, scilicet quòd ideo Deus cognoscit certe cõtingentia futura.

¶ Contra propositionem ergo illam Scotus in primo dist. 39. arguit quadrupliciter. Primo, quòd non est, nulli potest coëxistere: sed futura non sunt. ergo, maior probatur: quia coëxistere dicit relationem realem. ¶ Secundo, si omnia coëxistunt æternitati, ergo omnia sunt simpliciter in actu, ergo nõ possunt postmodũ poni in actu: prima consequẽtia probatur: quia quod habet esse in actu in seipso respectu causæ primæ, est simpliciter in actu: quod enim est tale respectu primę causę, est tale simpliciter. ¶ Tertio: quia si sic est, ergo sessio mea crastina bis produceretur à Deo, probatur cõsequentia: quia iam est præsens in seipsa æternitati, 88 ergo producta: & adhuc nõ est; ergo producenda &c. ¶ Quarto & est cõfirmatio primi & destructio exempli Sancti Thomę in primo contra gen. capi. 67. & fundamenti eius. 435 Coëxistentia fluentium circa stans, exigit existentiam vtriusque extremi pro eadem mensura durationis. sed impossibile est, quòd duo instantia temporis simul existant in eadem mensura durationis. ergo impossibile est ꝙ coëxistãt simul alteri extremo, scilicet æternitati. Maior patet in centro & in circunferentiæ punctis, si fingamus puncta illa non stare, sed fluere. Certum est enim quòd singula quando essent coëxisterent centro, sed nunquam simul, non ex defectu cẽtri, sed ipsorum: quia scilicet simul non sunt, & ita est de æternitate & tempore.

¶ Contra applicationem rationis ad conclusionem, arguit idem Scotus ibidem tripliciter. Primo sic. sessio mea futura vt futura est, aut scitur à Deo certe, aut non: si sic, ergo nõ oportet ponere ipsam in actu existere ad hoc vt certe sciatur: si non, ergo aliter nouit Deus facta quàm fienda contra Augustinum quinto super Genes. ad literam. Probatur consequentia: quoniam cum facta erit dicta sessio, certe scietur à Deo. Secundo sic. scientia Dei non accipit certitudinem ab alio obiecto quàm propria essentia: ergo non est certa ex hoc quòd sessio est in actu, sed aliunde. Antecedens probatur: quia alioquin intellectus diuinus vilesceret. Tertio sic. Actum angeli secundũ istos coëxistit toti tẽpori. ergo angelus secundum istam rationem poterit naturaliter cognoscere omnia futura contingentia.

¶ Ad has obiectiones respondendo præmitto, quòd iste locus ab aduersantibus iudicatur plenus contradictionis & erroris, à sequentibus autem doctrinã sancti Thomæ reputatur adeo obscurus, vt neminem hactenus viderim, siue scripto siue verbo assertiue tueri hoc dictum: & me iam annis Sorte quindecim fateor latuisse. Sed nudiustertius, dum super commentatione huius articuli meditarer, illuxit (vt arbitror) diui Thomæ ope, veritas plana & in manifesto posita: & ideo paucissimis verbis pertransita. Sciendum est igitur primo ad euidentiam terminorum, quòd esse præsens, seu coëxistere æternitati, formaliter loquendo, abstrahit à præsentia cogniti ad cognoscentem. Quoniam si æternitas esset res non cognoscitiua, & lapis quandoque esset: esset ibi vera præsentia siue coëxistentia absque cognitione aliqua. Patet quoque ex hoc, & ex litera, quòd sermo est de esse rerum, quæ fiunt in tempore, nõ obiectiuo, nec potentiali &c. sed de esse in actu in rerum natura secundum seipsas extra causas suas: ita quòd sermo pręsens est de coëxistentia reali contingẽtium in actu ad æternitatem: & sic quum dicitur omnia esse præsentia æternitati, sensus est, omnia secũdum suum esse in actu in rerum natura, sunt præsentia, id est coëxistunt æternitati.

¶ His prælibatis aduerte, quòd res temporales esse præsentes æternitati potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd in quolibet nunc temporis sint præsentes æternitati, ita quòd coëxistentia cuiuslibet rei ad æternitatem mensuratur quolibet instanti temporis. Et hunc sensum acceperunt, quantum videtur mihi, aduersarij ex verbis sancti Thomæ. Sed errauerunt. hoc enim nunquam somniauit Thomas, imò manifeste implicat contradictionem. Quoniam coëxistentia rei ad æternitatem, æquatur in duratione mensuræ eiusdem existentiæ, cum non coëxistat, nisi secundum suam actualem existentiam: sed existentia instantis, in quo cras sol oritur, non mensuratur instante aliquo præcedente aut sequente. ergo nec quolibet.

¶ Præterea, Si instans semper id est pro quolibet instanti temporis coëxisteret æternitati: ergo coëxisteret aliis instantibus temporis tam preteritis quàm futuris. Et sic illud instans nõ esset labens, & omnia instantia essent vnum instans in veritate, & plura instantia temporis eiusdem essent simul. & præteritum & futurum esset pręsens &c. quæ omnia sunt manifeste impossibilia. Alio modo potest intelligi quòd in quolibet nũc æternitatis sint præsentes æternitati, ita quòd coëxistentia cuiuslibet rei ad æternitatem saluetur in quolibet nunc æternitatis: & hic sensus est verus & intentus à diuo Thoma. Verus quidam: quia cũ æternitas non habeat nisi vnũ nunc, quod ęquatur ipsi æternitati, & excedit omne tempus: necesse est quòd omne instans nostri tẽporis, & quicquid in illo est aut fit, saluetur in nunc æternitatis: & mẽsuretur ab illo: non vt à mensura adæquata, sed excessiua. Vnde vt clarius euadas laqueos à rebus ad propositiones, & à propositionibus ad res procedendo: istæ propositiones, omnia, quæ fiunt in tempore, sunt præsentia æternitati: vel sunt præsentia Deo ab æterno: vel sunt semper præsentia Deo, & similes, distinguendæ sunt. Quia ly sunt, aut consignificat nunc temporis, aut nunc æternitatis. Et similiter ly ab æterno: aut ly semper: aut tenetur syncathegoreumatice, id est quòd distribuat pro omni temporis differentia: aut cathegoreumatice, id est quòd importet sempiternitatẽ perfectam quę importatur in æternitate & ipsius nunc. Et primo modo sunt falsę, secundo autem veræ. Verum quippe est & indubitatum primum instans huius horæ esse in nunc æternitatis. Et similiter verum est, vltimum instans istius horæ, non in hoc nunc temporis quod est principium huius horæ, sed in nunc æternitatis eodẽ esse, pro alio tamen instanti tẽporis, vt de se patet. Et propterea non inconuenit duo contradictoria secundum nunc temporis esse in eodem nunc æternitatis &c. Quod autem hic sensus sit intentus in litera, ex duobus patet. Primo ex eo quòd sic

omnia dicta verificatur & consonāt. Cum enim nunc siue temporis, siue æternitatis nō possit distingui in præsens, præteritum, & futurum, sed præsens tātum est demōstrando in actu signato nunc æternitatis: verum est dicere, omnia æternitate esse præsentia, vt patet dicendo, omnia in nunc æternitatis sunt præsentia æternitati. Et similiter consignificando in actu exercito nunc æternitatis. Verissimum est dicere, omnia sunt præsentia æternitati. Sed fallitur imaginatio dum respicit ly sunt, & ex consuetudine nostra puta cōsignificare oportere nūc temporis. Secundo ex eo quòd sic optime redditur ratio quæsiti & intenti in litera. Ex hoc nanque quod omnium existētiæ tēporales secūdum nunc æternitatis sumptæ sunt præsentes æternitati, optime ac directe sequitur, quòd illi visiōi, quæ æternitate mensuratur, omnia secundū suas existentias simul simultate instantanea æternitatis sunt præsentia. Ac per hoc visio illa, quia terminatur ad res præsentes, certa ac infallibilis est, sicut & nostra.

ipso, secundum quod iam in actu est. & sic non consideratur vt futurum, sed vt præsens: neq; ad vtrumlibet cōtingens, sed vt determinatū ad vnum. & propter hoc sic infallibiliter subdi potest certę cognitioni, vtpote sensui visus, sicut cum video Sortē sedere. Alio modo potest considerari cōtingens, vt est in sua causa. Et sic cōsideratur, vt futurū & vt contingens, nondum determinatum ad vnum: quia causa contingens se habet ad opposita. & sic contingens nō subditur per certitudinē alicui cognitioni. Vnde quicunq; cognoscit effectum cōtingentem in causa sua tantum, non habet de eo nisi cōiecturalem cognitionē. Deus autem cognoscit omnia cōtingentia, nō solum prout sunt in suis causis, sed etiā prout vnumquodq; eorum est actu in seipso [c]. Et licet cōtingentia fiant in actu successiue, nō tamē Deus successiue cognoscit cōtingētia, prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul: quia sua cognitio mēsuratur æternitate, sicut etiam suum esse. Aeternitas autem tota simul existens ambit totū tempus, vt suprà dictum est [c]. Vnde omnia, quæ sunt in tēpore, sunt Deo ab æterno præsentia, non solū ea ratione qua habet rationes rerum apud se præsentes, vt quidam dicūt: sed quia eius intuitus fertur ab æterno supra omnia [c], prout sunt in sua præsentialitate. Vnde manifestum est quòd contingentia & infallibiliter à Deo cognoscuntur: inquantum subduntur diuino conspectui secundum suam præsentialitatem, & tamen sunt futura contingentia suis causis comparata.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd licet causa suprema sit necessaria, tamen effectus potest esse contingens propter cau-

¶ Et confirmatur: quia quemadmodum ad hoc quòd aliquid sit præsens visioni nostrę corporali, nihil aliud exigitur nisi quòd illud visibile sit, & adsit pro mensura durationis qua mensuratur & est ipsa visio: ita ad hoc quòd aliquid sit præsens secundū se diuino conspectui, exigitur quòd sit & adsit secundū illam durationis mensuram, qua mensuratur visio diuina. hæc autem est æternitas. ergo sat est quòd sint secundum æternitatem sumpta, præsentia, & non præterita aut futura, quamuis secundum tempus sumpta sint futura. Vnde patet responsio ad omnes obiectiones, contra illam propositionem, Omnia sunt præsentia Deo ab æterno. Omnes enim laborant in æquiuoco accipientes res vt sunt in tempore, vel instantibus: cum tamen hic sit sermo de temporalibus, & ipso tempore, & eius instantibus: vt sunt seu vtuntur æternitate. ¶ Et per hæc eadem patet responsio ad argumenta quæ afferuntur à Capreolo in 36. d. primi, ex Aureolo.

¶ Ad obiectiones autem secūdo loco cōtra applicationem rationis ad propositum, respondetur, & ad primam, quum dicitur. Sessio mea crastina vt futura aut scitur certe, aut nō. respondetur distinguēdo: quòd quia ista sessio futura vt futura, nō habet esse nisi in suis causis: ad causas autem suas potest dupliciter comparari. Vno modo vt indeterminatas ad producēdam crastinam sessionem meam, vel eius negationem. Alio modo vt determinatas ad illius productionem magis quàm oppositi: vel cum exclusione oppositi. Futura primo modo nō sumuntur vt futura, sed vt futura penitus contingentia: Futura autem secūdo modo sumuntur quidem vt futura, sed declinant ad cōtingentia: secundum quòd determinatio causarum ad alteram partem magis vel minus, vel totaliter exigit. Futura igitur contingentia vt futura ex causis indeterminatis non sunt scibilia, vt in litera dicitur, nec à Deo, nec à quocunque: quia non sunt entia, nec in actu, nec in potētia, magis ipsa quàm opposita. Ex causis autem determinatis sunt cognoscibilia iuxta determinationem causarum. Et quum dicitur: ergo Deus aliter nouit facta quàm fienda. simpliciter negatur consequentia. quia ly aliter in autoritate Aug. dicit modum cognoscendi ex parte cognoscentis, qui in Deo non variatur.

¶ Ad probationem autem superfluum est respondere, adeo puerilis videtur. dicit enim: cognoscit autē cessionem certitudinaliter Deus: quum illa fuerit actu. quis enim ignorat Deo nullam accedere cognitionē, vnde debet dicere, & tamen cognoscit illam certitudinaliter secūdum eius actualem existentiam. sed hoc nō probat consequentiā. Aliud est enim quòd aliter se habeant res vt factæ, quàm vt fiendæ ad Dei cognitionem: & aliud quòd aliter Deus nouit facta quàm fienda. Illud enim est verum in materia cōtingenti loquendo, hoc autē est falsum. Illud significat quòd res aliā dispositionē habet vt facta, & aliā vt fienda: quia vt facta inducit necessitatē quandā, vt fienda non. Et sic vt facta est scibilis certe, vt fiēda non. Et rursus vt facta potest certum intuitum Dei terminare, vt fienda non.

¶ Ad secundam dicitur, quòd aliud est sciētiam Dei capere certitudinem ex sessione sortis, & aliud est sessionem sortis non esse capacem vt sit terminus certe Dei notitię, nisi secundum quòd est in se certa. Primum enim inconuenit. Secundum autem est necessarium. Primum non habetur ex litera, sed secundum. quare conceditur tota ratio, vtpote nihil contra nos dicens: sed supponens falsum, scilicet quòd ex hac positione habeatur, quòd scientia Dei capiat certitudinem ab alio obiecto quàm subiecta sua: deberet enim supponere, quod exigit certitudinē etiam in alio obiecto seu termino scientiæ suæ, non solum in substantia sua. hoc enim hinc habetur & non quod capit certitudinem ab alio.

¶ Ad tertiā dicitur, ꝙ dupliciter deficit. Primo: quia cognitio angeli, qua cognoscit tēporalia, nō mensuratur æuo, & ideo ratio nihil infert. Secūdo: quia repræsentatio singularium temporaliū per principium cognitionis angelicæ, scilicet speciei intelligibilis non mensuratur æuo, sed de nouo aduenit. Et ideo impossibile est quòd futura contingentia naturaliter sciant angeli, vt inferius patebit.

¶ *Num quia rationes omnium rerū, seu ideæ sunt in mente diuina præsentes, ideo omnia futura contingentia nouit certe.*

Contra secūdā autē rationē cōclusionis, scilicet quia Deus habet apud se rationes omniū rerum: arguit Scotus vbi supra, interpretans per rationes rerū ideas earū quadrupliciter. Tū quia rationes extremorū quātumcūq; perfectæ, nō pariunt notitiā cōpositionis eorū cōtingētis. Tū quia mere naturaliter ante omnem determinationē volūtatis diuinæ repręsentāt: quando adhuc cōtingētia determinata nō sunt. Tum quia ex eadē radice sequitur quòd eodē modo sunt contingentium futurorū de facto & non futurorū, sed simpliciter possibilium. Tum quia non magis repræsentant hoc fore illo tempore quàm alio ex eadē radice.

¶ Ad huius difficultatis solutionē prǽmittenda sunt tria. ¶ Primo quòd licet idea & ratio se habeāt sicut superius & inferius: quoniā idea est terminus tantū intellectus, ratio autem cōmunis est, & ad terminum, & ad principium intellectionis. Quia tamē vt in quæstione sequēte dicitur, principiū intelligēdi in Deo nō plurificatur, sed terminus in intelligēdo creaturas: & in litera pluraliter dicitur rationes rerū esse apud Deum præsentes: Idcirco merito per ly rationes rerū interpretamur ideas earum, quas constat comparari ad intellectum diuinum vt quod intelligit: & nō vt quo: vt in sequenti quæstione dicitur. ¶ Secundo præmitto quòd hæc quæstio non coincidit cum illa, an per eandem ideam Deus cognoscat subiectum & accidentia: quoniam aduersarij per has argumentationes intendunt inferre, quòd nec per eandem, nec per diuersas ideas Deus cognoscit complexionem contingentem. Hæc dixerim, ne quis credat anticipari hic quæstionem ibi tractandam. Sed disputatur hic, quòd ideę non se extendunt ad repræsentādum cōplexionem contingētem: quod potius esset in sequēti quęstione differendum, sed propterea rationē San. Thomæ hic inclusam, & à Scoto, Aureolo & Gregorio in hac materia impugnatam, hoc in loco tractāda visa est. Præmitto tertio, quòd licet secūdum viam tenētium quòd ideę nō sunt idem cū substātia diuina, hoc sit difficile, aut impossibile, apud tenentes tamē ideas esse ipsam diuinā essentiam, facillime patet ideas se extendere ad repræsentandas veritates contingentes. Cum enim essentia diuina sit & ratio intelligēdi omnia vt principiū, & ratio intelligendi omnia vt obiectum, vt patet ex supradictis: & ipsa vt principium seu species intelligibilis sit etiam secūdum Scotum hic sufficiens repræsentatiuum omnium etiam veritatum contingentium: oportet quòd ipsammet vt obiectum sit etiam sufficiens ratio omnium etiam veritatum contingentium, alioquin ipsa vt obiectum nō adæquaret seipsam vt speciem intelligibilē, quod est impossibile. Et sic cum ideæ sint ipsa essentia vt est obiectiua ratio rerū, consequens est quòd se extendant etiam ad veritates contingentes.

¶ His prælibatis dicitur, quòd cum apud S. Tho. ideæ sint ipsa essentia Dei vt est obiectiua rerum ratio: optime dictum est, quòd quia rationes seu ideas rerū præsentes apud se habet Deus, ideo nouit omnia futura contingentia certe. Vnde ad primam obiectionem simpliciter negandum est assumptum. Potest tamen pro claritate doctrinę distingui: quòd idea alicuius quidditatis potest dici dupliciter perfecta. Vno modo vt perfectio dicit modum intrinsecum rei cuius est, & sic verum est assumptum: quia quātumcunque perfecte repræsentetur homo secundum omnem scilicet suæ intrinsecæ entitatis modum, nunquam repręsentaretur coniunctio eius cum sessione seu fortuita inuētione thesauri. Alio modo vt perfectio dicit totalitatem omnimodam rei: & sic falsum est assumptum: quoniam si homo repræsentatur secundum omne esse suum: hoc enim est totaliter repræsentari. quia secundum omnia sua esse necesse est, quòd repræsentetur secundum esse quod habet in tali, & tali coniunctione contingenti. Sic autem perfecte repræsentant ideæ diuinæ res, & ideo assumptum in proposito est falsum.

¶ Ad secundum autem & reliqua negatur antecedens, quod est radix omnium, scilicet quòd ideæ mere naturaliter repræsentēt quicquid repræsentāt. Dicimus nanque quòd aliquid repræsentent mere naturaliter, puta quidditates rerum: & aliquid non mere naturaliter, sed naturaliter ex suppositione libera, scilicet existentias rerum & cōiunctiones contingētes. Illa enim repræsentant ante omnem actum voluntatis diuinæ: ista autem supposita libera determinatione diuinæ voluntatis ad alteram partem cōtradictionis, vt ipsemet Scotus acceptat de repræsentatione horum in essentia, vt ratione intelligendi. Et sic patet cætera ruere: quoniam non eodem modo se habent ad futura, & non futura, & ad hoc tempus & aliud, sed determinatę sunt ex supposita voluntate diuina.

¶ Et per hæc patet respōsio ad argumenta Gregorij contra idē in 38. dist. primi.

1 ¶ *Num diuina scientia sit causa necessaria.*

2 *Num scita à Deo sint contingentia propter causas proximas, necessaria autem relata ad diuinam scientiam.*

In responsione ad primum aduerte, quòd duo ex ea habētur ambigua. Primum est, quòd scientia Dei, quæ est prima causa est necessaria. Secundum est, quòd scita, Deo sunt contingentia propter causas proximas, necessaria autem relata ad scientiam Dei. Et quamuis secunda pars huius dicti nō habeatur hic formaliter, explicatur tamen formaliter in responsione ad secundum, & tertium.

¶ Contra primum enim dictum manifeste obstat libertas diuinæ sciētiæ respectu creaturarum vt factibilium: & diuinæ causalitatis. Deus enim libere fecit scibilem factionem creaturarum: quia ipsam voluit, si ipsam noluisset, nec à Deo, nec ab alio sciretur. Et ex eadem radice patet quòd est causa libera. Igitur sciētia Dei respectu eorum, quæ fiunt, vt sic nec est necessaria quo ad scire, nec quo ad causare: omnino igitur falsum est, quòd scientia Dei, quæ est prima causa, est necessaria.

¶ Contra secūdum autem dictum obiicitur. aut intendit quòd vnum & idem in se est contingens & necessariū simul, scilicet quòd contingētiam habeat à causis propriis, necessitatem vero à causa prima. Et hoc est impossibile. quia contingēs & necessarium sunt differentiæ substantiales entium & oppositæ, vt patet: ergo impossibile est quòd idem sit contingens & necessarium secundum idem, quantumcunque ad diuersas causas comparetur. & tenet sequela, quia natura rei non mutatur in se propter diuersitatem habitudinum ad diuersas causas. Aut intēdit, quòd res in se contingens ad primam causam, habet habitudinem necessariam. Ad causas autem proximas habet habitudinem contingentem, seu econuerso, quòd prima causa habet habitudinem necessariam ad effectum in se contingentem. Causæ vero proximæ habent habitudinē contingentem ad eundem. Et contra hoc arguit Scotus in 1. dist. 2. q. 2. & dist. 8. q. 4. & dist. 39. in hac q. 4. Primo sic. Causa, quæ mouet inquantū mota, si necessario mouetur, necessario mouet: sed omnis causa secūda mouet seu agit inquantum mota à prima. ergo, si necessario mouetur à prima, necessario quoq; mouet ipsa: & sic nulla datur causa cōtingēs.

¶ Præterea, Causa prior prius naturaliter & simpliciter respicit effectum quàm causa posterior: ergo in illo priori, causa prima dabit effectui necessitatem. Igitur in secundo instanti naturæ causa proxima non potest eidem dare contingentiā.

¶ Præterea, Omnis effectus cōtingens causæ secundæ potest produci à Deo immediate, stante identitate naturæ illius effectus. ergo esset contingens sublatis

causis

causis secundis: à sola prima causa dependens. ergo.

¶ Præterea, Deus de facto multa contingentia immediate produxit: ergo res nō sunt contingentes ex proximis causis, sed à prima causa principaliter.

¶ Ad huius difficultatis euidentiam scito, quòd de radice vnde oritur contingentia disputare directe non spectat ad hunc locum, in quo de contingentibus in eo quòd scitis, non in eo ꝙ causatis est quæstio, sed spectat partim ad quæstionem decimānonā, in qua de voluntate Dei vt causa est rerū quæritur: quoniā scientia non causat nisi determinata à voluntate: partim ad q. 115. in qua de necessitatione inferiorum à superioribus corporibus disputatur. Sed quia in hoc primo argumento literæ agitur de contingētibus in eo quòd causatis à scientia Dei: quia illa scientia est non solū scientia, sed causa scitorum. & in respōsione dicitur non solū quòd stat causam proximam esse contingentem & remotam necessariā: sed quòd stat etiam causam simpliciter primam esse necessariam, & hoc isti reputant impossibile, ideo duo agenda sunt. Primo agetur de hoc in communi an repugnent ista. Secundo ostenditur quid de facto sit: quomodo scilicet Deus est causa necessaria, & quis sit sensus huius literæ.

sam proximā contingentē. Sicut germinatio plantę est cōtingens propter causam proximā cōtingentē, licet motus solis, qui est causa prima sit necessarius. Et similiter scita à deo sunt cōtingētia propter causas proximas, licet sciētia Dei, quæ est causa prima, sit necessaria [c]. ¶ Ad secundum dicendū, quòd quidā dicunt. quòd hoc antecedens, Deus sciuit hoc contingens futurum, non est necessariū, sed contingens: quia licet sit præteritum, tamen importat respectum ad futurū. Sed hoc non tollit ei necessitatem, quia id, quod habuit respectum ad futurum, necesse est habuisse, licet etiā futurum non sequatur quandoque. Alij vero dicunt hoc antecedens esse contingens: quia est compositum ex necessario & contingenti, sicut istud dictum est contingens, Sortē esse hominem album. Sed hoc etiā nihil est: quia cū dicitur, Deus sciuit esse futurum hoc contingens, contingens non ponitur ibi nisi vt materia verbi, & non sicut principalis pars propositionis. Vnde contingentia eius vel necessitas nihil refert ad hoc, quòd propositio sit necessaria vel cōtingens, vera vel falsa. Ita enim potest esse verum, me dixisse hominem esse asinum, sicut me dixisse sortē currere vel Deum esse, & eadē ratio est de necessario & contingenti. Vnde dicendū est, quòd antecedens est necessarium absolute. Nec tamen sequitur (vt quidā dicunt) quòd cōsequens sit necessarium absolute: quia antecedēs est causa remota cōsequētis: quòd propter causam proximā cōtingens est. Sed hoc nihil est. Esset enim cōditionalis falsa, cuius antecedens esset causa remota necessaria, & consequens effectus contingens. Vtputa, si dicerem, si sol mouetur, herba

¶ Quo ad primū ne simus in æquiuoco, necessarium dupliciter sumitur ad propositum. primo modo simpliciter: scilicet ꝙ omnino impossibile est aliter se habere. Alio modo immutabiliter, ꝙ scilicet nō potest mutari de hoc in oppositū: quāuis absolute potuisset esse oppositū, & nō hoc. In litera de vtraq; necessitate fit mentio respōdendo ad primum. De necessitate quidē simpliciter, quū dicitur in cōmuni, quòd causa remota potest esse necessaria & effectus cōtingens, & exemplificatur de motu solis, quē constat numerari à philosophis inter causas necessarias simpliciter. De necessitate autē immutabilitatis: quū in speciali de sciētia Dei dicitur, ꝙ est causa necessaria. Nō enim est necessaria causa simpliciter, cum potuisset non esse causa, sed est necessaria immutabilitatis necessitate: quia ex quo determinata est vt causa sit, & ad tales effectus tantū producēdo, non potest mutari. In proposito igitur dico quòd nō repugnat effectum esse contingentem & causam remotā, siue illa ponatur prima simpliciter, siue nō esse simpliciter necessariā. Et hoc conuincitur in syllogismis, vbi conclusio contingēs sequitur ex maiore necessaria, & minore contingente, & ex primis principiis necessariis omnes propositiones pendent. Cōuincitur etiam ratione: quia pluralitas ab vniformitate, motus ab immobili, difforme ab vniformi oportet quòd procedat. Sed contingens habet rationem pluralitatis, motus, & difformitatis: quia potest aliter se habere. Necessarium autem vnius immobilis, & vniformis: quia impossibile est aliter se habere. ergo cōtingens à necessario, & non econuerso procedit naturaliter: ac per hoc non repugnat, sed consonat contingenti, quòd à simpliciter necessario ortum habeat. Conuincitur etiam euidentia casualium, quæ apud nos accidunt, vt in litera dicitur: nisi quis neget veram contingentiam in istis inferioribus. Suadetur quoq; autoritate Arist. & Auer. & plurium philosophorum.

¶ Nec sustinendus est Scotus in 2. dist. 1. q. 3. dicens ꝙ philosophi cōcesserunt latenter duo cōtradictoria, dicendo aliquid cōtingenter fieri, & primā causam necessario causare. Nec rationes eius hoc deducunt. Vnde ad primam, quæ est eius Achilles, quā toties replicauit, respondetur ex duplici capite. distinguitur enim primo ly inquantum mota ab anima: aut ostendit causam præcisam, aut concausam. si præcisam, sic illa propositio implicat in adiecto. si enim causa secunda est causa; ergo nō præcise mouet, quia mota: sed etiā ex se aliquid confert. Et si præcise mouet, quia mota, nihil ex se confert: & sic nō est causa. Si vero concausam: principalē tamē, negatur assumptū: quoniā stat quòd necessario moueatur, & nō necessario moueat aliud: quia motio causæ prioris modificatur in causa secūda secundum modum ipsius causæ secūdæ. Et sic, licet à prima causa moueatur necessario secūda recepta tamē motio in secūda: si secūda causa imaginetur contingens modificatur contingentia recipientis. Et quoniā prius natura modificatur quā impellat ad mouendū, motio illa iam modificata ad causam cōtingentē: mouebit secundam ad mouēdum nō necessario, sed cōtingenter. Et si causa secunda ponatur causa naturalis: possibilis tamē deficere, motio illa iā modificata ad naturam causæ secundæ, mouebit illā secūdam ad mouendū nō necessario, sed vt in pluribus iuxta modum propriū ipsius causæ secundæ, & non primæ. Et sic patet ruina totius Scotici ædificij ex vno capite. Rursus distinguitur ly mota ab alia altera distinctione, scilicet aut motione præuia propriæ actioni: sicut aqua calefacit calefacta ab igne. Aut motione cooperante intrinsece ad propriam actionem. Primo modo dato ꝙ esset vera aut sustentabilis. secūdo tamen modo sustineri non potest dicta propositio: quoniā causa cooperans intrinsece, cooperatur vnicuique secūdum modū eius, cui cooperatur. Talis est autē cooperatio primæ causæ, de qua scriptum est, quòd attingit à fine vsque ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter: iuxta scilicet modū cuiusq; cooperans vnicuique. Ad secundam vero obiectionē dicitur, quòd illa prioritas vniuersaliter nō est secūdum aliquā quasi durationē naturæ, vt in vno instāti naturæ effectus attingatur à prima causa, & in alio à secūda, vt arguēs imaginatur: sed est secundū independentiā & immediationē virtutis: quia prior indepēdētius & immediatius immediatione virtutis attingit effectū quàm secūda: in eodē tamē instāti naturæ effectus ab vtraq; attingitur. Nec propterea sequitur, ergo simul suscipit necessitatē & cōtingentiā: quia non attingitur à prima secundum se & seorsum, sed modificata in secunda: sed sequitur, ergo suscipit cōtingentiam à duabus causis simul necessaria & contingente. Ad tertiam autem & quartam obiectiones dicitur, quòd non est cōtra hoc quod modo discutimus in communi, sed descendunt ad causalitatem causæ primæ de facto. Et propterea patebit nunenunc quid dicendum.

De prima causa causalitate.

¶ Quo ad secundū igitur, scilicet quomodo prima causa de facto causet, breuiter dicitur, quòd prima causa proprie loquendo nec est causa necessaria simpliciter, neque contingēs, sed superior vtraq;. Nec habemus magis propriū vocabulā, quā vt dicatur quòd est causa libera. Necessitas enim simpliciter repugnat libertati, contingentia vero imperfectionē in libertate importat: quia ponit immutabilitatem: & idcirco diuus Tho. in primo sen. dist. 38. præueniens inepta modernorū vocabula, negat Deum causare cōtingenter. Cum enim regulare sit, quòd superius præhabet in se vnite quæ in inferioribus sunt sparsa, consequens est, vt causa prima superior necessariis & contingentibus, præhabeat in se nō formaliter, sed eminēter naturā & modum causarum necessariarum & contingentiū, & sit causa vtrorunque, & cooperatur vtrisq; ad earum proprios effectus secūdum modos earum. Et propterea nos, quib9 omnis causa videtur necessaria aut contingens, stupemus, nō præualentes videre quomodo vna causa sit communis necessariis & contingentibus immediate. sed si eleuemus mentis oculos in excellētius genus causæ, eminentiorēmque causandi modum, cessat stupor, & omnia cōsonant: quāuis remaneamus in caligine non intuētes illum modum, quo omnibus intrinsece illabens, cunctis iuxta suos modos cooperatur: & hoc est valde attendendū in huiusmodi materiis. Appellatur tamen Deus vel eius sciētia causa necessaria, propter necessitatem non simpliciter, sed immutabilitatis: quæ in eo etiam inquantum causa, formaliter saluatur. Vnde cum quæritur, vtrum prima radix contingentiæ sit diuina voluntas, an causæ proximæ. Respondendum est cum duplici distinctione circa sensum quæsiti. Prima est, de ly diuina voluntas: potest enim intelligi diuina voluntas, id est contingentia in diuina voluntate, vt moderni intelligunt: & sic respondendum est negatiue. Tum quia supponit falsum, scilicet velle diuinū esse contingens, cum non contingens nec necessarium, sed liberum & necessariū immutabilitatis necessitate sit. Tum quia etiā si voluntas diuina necessario simpliciter causaret, adhuc saluari potest cōtingentia, vt patet ex dictis, propter modificatam pertingentiam ad effectus vltimarum causarum defectibilium, aut ad vtrumlibet. Potest etiā intelligi diuina voluntas absolute, id est efficacia sui velle: & sic respondetur cū diuo Thoma affirmatiue: quoniā diuina voluntas est causa adeò efficax, vt suo imperio efficiat & necessaria, & contingentia. Secūda autem distinctio est de ly, prima radix. Potest enim intelligi prima, id est propria: & dicendum est negatiue, vt patet ex dictis. Potest quoq; intelligi prima, id est principalis & primaria: & sic patet, quòd respōdendum est affirmatiue. Ex his autem patet quid ad tertiam, & quartam obiectionem Scoti dicendum est: concedendo enim assumpta dicitur, quòd illa essent contingentia propter efficaciam primæ causæ, & propter supplementum supplens vicem causæ cōtingentis in tertia obiectione. Et ipse est causa proxima in quarta obiectione, non contingens formaliter, sed cōtingens virtualiter, vt patet ex dictis. Sensus autem verborum literæ, in responsione ad secundum & tertium, quo ad hoc, res scitæ relatę ad scientiam Dei sunt necessariæ, nihil obstat proposito: quoniam non est ibi sermo de rebus scitis relatis ad sciētiam Dei vt causam, sed vt scientiam. Si enim omnia scita referātur ad sciētiam diuinam, vt effectus, ad causam sic quædā sunt necessaria: & quædam contingentia. nec aliquid est simul necessarium & contingens, nec aliquid habet habitudinem necessariam ad talem causam ex parte causæ: seu rectius loquendo, nec ad aliquid habet habitudinem necessariā talis causæ, sed liberam ad omnia & immutabilē, vt patet ex dictis. si autē referantur ad diuinam sciētiam vt scientiā: cum omne scitū, vt sic, sit impossibile alitęr se habere, vt patet primo posteriorū, sic omnia scita sunt necessaria, nō in se simpliciter, sed ex suppositione, secūdum eā dispositionē: ex qua habēt, quòd sint scita, id est terminantia diuinū intuitū: hoc est dictū, quòd licet cursus sortis sit in se & simpliciter cōtingēs, tamē cursus sortis supposito quòd sit, necessarius est, dum est, vt patet primo peri hermenias. Et si adiungas his, ꝙ cursus sortis non est capax, vt terminet intellectum certum, nisi vt præsens dum est: consequens erit, quòd cursus sortis relatus ad diuinam scientiā vt sic, est necessarius, id est, in statu necessitatis: quāuis in se sit contingens, & relatus ad causas proximas sit contingens. Et sic patet & ratio & sensus omnium, & responsio ad obiecta. benedictus Deus.

¶ *Num hoc antecedens sit necessarium, Deus sciuit hoc contingens futurum.*

In responsione ad secundum tria sunt ambigua. Primum est, quòd illud antecedens est absolute necessarium. Secundum est: illa regula, quādo in antecedente ponitur aliquid pertinēs ad actum animę, cōsequens est accipiendū non secundū esse quòd habet in se, sed in anima. Tertium est applicatio huius ad proprium.

¶ Circa primum diligenter aduerte: quòd disceptātibus de hoc æquiuocatio pabulum præbet. Adeòq; abducit vt Thomistę quidā cæcutiant in medio lumine: glosantes literam cōtra eius intentionem. Scito igitur, quòd quæstio de necessitate scientiæ, vel præscientiæ Dei respectu futurorum potest, quātum ad propositū spectat, dupliciter discuti. Primo absolute & secūdum rem. An scilicet Deus necessario sciat a. esse futurum. & hæc quæstio clara iam est: quia nō necessario absolute, sed libere nouit a. esse futurū: cum quo tamen stat, quòd necessario necessitate immutabilitatis, nouit a. esse futurum, vt patet ex dictis. Et in hoc nescio doctorem aliquem discordare. Sed hoc est extra propositū præsentis argumenti, quòd vim propositionū discutit, nō rerum absolute. Alio modo potest discuti vt significatur per tales ꝓpositiones. Et sic de ea in hoc argumento est sermo. Vnde licet primo modo, id est, secundum rem absolute, nulla sit differētia inter istam, Deus scit a. futurum, & istam, Deus sciuit a. futurum: quia scientia Dei in se est æterna, nec transit in præteritum &c. Magna tamen differentia est inter eas secundo modo: quia in prima significatur scire Dei, vt præsens, in secūda vero vt præteritum. Et ideo tanta est differētia inter eas, quanta inter necessitatē propositionis de præsenti & de præterito in materia contingenti: accipiendo contingens, vt est differentia materiæ propositionū, quum distinguitur triplex materia propositionum, scilicet remota, necessaria, & cōtingens. Constat autem ex communibus, quòd inter propositionem de præsenti & præterito veram in materia contingenti, puta sortes sedet: & sortes sedit, hæc est differētia: quòd illa de præsenti non est necessaria absolute: quāuis sit necessaria cum appositione, dum sedet vt dicitur in primo peri her. Ista vero de præterito est necessaria absolute,

vt patet

vt patet ex contradictoriis earum: huius enim cõtradictorium est simpliciter impossibile, etiam per diuinam potentiam, scilicet sortes non sedit. Illius vero contradictorium absolute est impossibile, scilicet sortes non sedet. Quia quãuis vere sedeat, non tamen necessario, sed qui iam sedit, non solum vere sedit, sed necesse est ipsum sedisse: quoniam impossibile est ipsum non sedisse. Hoc enim solo priuatur Deus, ingenita facere quæ facta sunt, dixit Agathon sexto Ethi. Cum igitur omnis propositio vera de præterito sit necessaria, consequens est, quòd licet ista
63 sit cõtingens, Deus vult a.fore, ista tamen est necessaria, Deus voluit a. fore. Et similiter licet hæc sit cõtingens, Deus scit a.fore: ista tamen est necessaria, Deus sciuit a.fore. Et sic patet quàm
574 optime, ac subtiliter diuus Thomas in litera dixerit: quòd istud antecedens, Deus sciuit a.fore, est necessarium absolute. Et quod non intendit quòd sit tãtum necessarium, id est immutabile, vt quidam glosant, & male. nam frustra addidisset ly absolute, & laborasset alios reprehendendo. Patet etiã quòd nihil officit necessitati
435 absolute illius transitus actus sciẽdi super futuro cõtingenti: quãuis multum hoc referat, loquendo de sciẽtia Dei absolute. Patet etiam quòd posteriores non videntur intellexisse hunc locum. Et ideo ventilantes hoc argumentum ad scientiam Dei in se absolute, & propositiones de præsenti diuerterunt, ac si æquiualerent illis de præterito, hæc de primo.

germinabit. Et ideo aliter dicẽdum est, quòd quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, consequens est accipiendum non secundum esse quod in se est, sed secundum quòd est in anima. Aliud enim est esse rei in seipsa, & esse rei in anima [c]. Vtputa, si dicam, si anima intelligit aliquid, illud est immateriale: intelligendum est quòd illud est immateriale secundum quòd est in intellectu, non secundum quòd est in seipso. Et similiter si dicam, si Deus sciuit aliquid illud erit [c]. Consequens intelligendum est prout subest diuinæ scientiæ, scilicet prout est in sua præsentialitate. Et sic necessarium est sicut & antecedẽs. Quia omne quod est quum est, necesse est esse, vt dicitur in 1. peri her.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea, quæ temporaliter in actum reducuntur, à nobis successiue cognoscuntur in tempore, sed à Deo in æternitate, quæ est supra tempus. Vnde nobis, quia cognoscimus futura contingentia inquantum talia sunt certa esse non possunt, sed soli Deo, cuius intelligere est in æternitate supra tempus [e]. Sicut ille, qui vadit per viam, non videt illos, qui post eum veniunt: sed ille, qui ab aliqua altitudine totam viam intuetur, simul videt omnes transeuntes per viam. Et ideo illud, quod scitur à nobis, opor-

¶ *Num quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ, consequens sit exponendum secundum esse quod habet in se, an secundum esse, quod habet in anima.*

QVo ad secundum Greg. de Arimino in primo. dist. 38. arguit hanc regulam falsitatis: quia valet, Scio lapidem esse materiale. ergo lapis est materialis, & tamen constat, quòd consequens intelligitur de lapide in seipso, & non secundum esse quod habet in anima. Et similiter possunt afferri mille instantiæ. Puta, scio Sortem currere. ergo Sortes currit &c.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ista regula formaliter, & bene intellecta, est verissima. Formaliter quidẽ. Tum quia intelligenda est de consequente quo ad id, quod infertur in eo ex vi actus animæ positi in antecedente, & non ex aliquo alio assumpto in antecedente. Tum quia intelligenda est de illo ex vi actus animæ illato vt sic, seu inquantum infertur ex tali actu, & non absolute. Bene autem, quia esse in anima & ly esse in se, non sic interpretanda sunt vt prima facie apparet, prout scilicet esse in anima distinguitur contra esse in rerum natura. Sed ly esse in anima sumitur hic, vt est commune ad illum modum essendi, quo distinguuntur entia in anima ab entibus extra animam: & ad illud esse seu illam dispositionem, qua res terminat actum animæ. Esse vero in se sumitur hic stricte, pro esse quod debetur ei absolute, vt sic, id est inquantum conuenit ei absolute, siue tale esse conueniat sibi secundum prædicata quidditatiua. Puta, homo est animal: siue secundum prædicata existentiæ, vt sortes est, aut currit. Ita quòd sensus regulæ est, ꝙ quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animæ: consequens inquantum sequitur ex vi illius actus animæ, est intelligendum secundum esse quod habet in anima, id est secundum esse obiectiuum, vel secundum conditiones in obiecto terminantes actum animæ, & non secundum esse quod habet in se, id est & non est illud intelligẽdum absolute & simpliciter, vt sic. Quòd autem regula sic intellecta sit verissima, probatur: quia actus animæ, de quibus est sermo, sunt immanentes: nec sunt nisi cognoscere & appetere. Tales autem actus vt sic nihil ponunt in suis obiectis, & ideo quòd ex eorum vi infertur cõuenire obiectis vt sic, non conuenit rebus obiectis absolute. Dico autem vt sic, quia gratia materiæ, propter coincidentium conuenientiam absolute alicui: & illatorum de eodem ex vi actus animæ: contingit id quod infertur ex actu animæ conuenire rei absolute & in se, sed hoc accidit illato inquantũ pendet ex actu animæ. Vnde, quum ista consequentia, scio sortem cursurum, ergo sortes curret, sit optima: & consequentia teneat ex vi actus sciendi: quia, scilicet est certus, verus, & infallibilis: consequens non est accipiẽdum in se, id est tanquam vna propositio vera, certa & infallibilis per seipsam seorsum: sed vt consequẽs ex tali antecedente, id est, ergo sortes curret, ea veritate certitudine & infallibilitate, qua scitur cursurus. Et hoc ideo dictum est, quia actus animæ non infert in eo aliam certitudinem, veritatem, & infallibilitatem. Ista vero consequentia, scio hominem esse corruptibilẽ, ergo est corruptibilis, est bona, sicut præcedens, & formaliter intellecta infert cõsequens intelligendũ sicut præcedens: sed gratia materiæ. consequens etiã seorsum sumptũ, est certum. Quòd autẽ hæc sit mens literæ, patet ex eo quòd in litera sub ly esse in anima, duo subsumuntur. Alterum pertinẽs ad esse obiectiuũ in illo exemplo, intelligo lapidẽ: ergo lapis est immaterialis. Alterũ spectans ad conditionem inhærentẽ rei obiectæ, quæ res terminat actum animæ in illa propositione, quæ est consequẽs cõditionalis propositæ, scilicet a. erit, exponendo ꝙ debet accipi: vt subest diuinæ scientiæ, id est, vt est in sua prǽsentialitate. Constat enim ꝙ de esse in actu præsentialiter ipsius a. in rerũ natura loquitur. Illud enim est illa cõditio, secundũ quã terminat diuinum intuitũ, vt patet ex dictis. ¶ Et si iunxeris simul, quòd esse in actu conuenit a. in seipso. & quòd accipere a. vt terminat sciẽtiã Dei, id est, secundũ suã præsentialitatẽ, nõ est accipere a. in seipso, sed secundum quòd est in anima, manifeste videbis quòd a. tunc tantum sumitur secundum esse in se, quando sumitur secundum id quod conuenit ei absolute, vt sic, & non vt infertur ex actu animæ, vt exposuimus.

¶ Et sic patet responsio ad obiecta: quia materialiter militant, non formaliter: & male interpretantur, ly esse in anima. hæc de secundo.

¶ *Num aliquod futurum contingens vt scitum à Deo sit necessarium, & scitum vt præsens.* Quæstio.

tet esse necessarium etiam secũdum quòd in se est: quia ea, quæ in se sunt cõtingentia futura, à nobis sciri non possunt. Sed ea, quæ sunt scita à Deo, oportet esse necessaria secundum modum, quo subsunt diuinæ scientiæ (vt dictum est) non autem absolute secũdum quod in propriis causis considerantur. Vnde & hęc propositio, omne scitum à Deo necessariũ est esse: cõsueuit distingui, quia potest esse de re, vel de dicto. si intelligatur de re, est diuisa & falsa. Et est sensus, omnis res, quam Deus scit est necessaria. Vel potest intelligi de dicto: & sic est composita & vera: & est sensus, hoc dictum scitum à Deo esse est necessarium. Sed obstant quidam dicentes, quòd ista distinctio habet locum in formis separabilibus à subiecto. Vt si dicam, album possibile est esse nigrum. Quæ quidem de dicto est falsa, & de re est vera. Res enim, quæ est alba potest esse nigra: sed hoc dictum, album esse nigrum, nũquam potest esse verum. In formis autem inseparabilibus à subiecto non habet locum prædicta distinctio. Vt si dicam, coruum nigrum possibile est esse album: quia in vtroque sensu est falsa. Esse autem scitum à Deo est inseparabile à re: quia quod est scitum à Deo, non potest esse nõ scitum. Hæc autem instantia locum haberet, si hoc quod dico scitum

QVo ad tertiũ, scilicet, applicationem regulę ad proposita, ambiguitas surgit. ¶ Primo, quia in litera cõmittitur implicatio in adiecto, dicendo ꝙ consequens sumitur vt subest sciẽtiæ Dei, scilicet put est in sua presentialitate implicat enim quòd aliquid si sumitur vt futurũ vt sic sumat vt præsens. Constat autẽ ꝙ in cõsequente dicente a. erit, a sumitur vt futurũ. ergo nõ stat quòd hoc consequens significãs a. vt futurum sumat vt præsens, quãuis stet, ꝙ res futura sumat vt præsens. Aliud enim est iudiciũ de ipsa re absolute, & de ipsa vt significata per orationẽ de futuro, vt patet ex dictis. vnde nõ videtur intelligibile ꝙ hoc consequens, a. erit, sumatur vt præsens: quia si sumitur vt præsens, iam non est ly a. erit, sed a. est, & si est illa propositio a. erit, iam nõ sumitur vt præsens. Secundo dubitatur: quia incõpacta & dissona videtur responsio hæc: quoniã antecedens accipit scientiã vt significatam in præterito: & nõ vt æternitate mensuratã. Et consequẽs accipiendũ dicit, vt præsens. hæc enim non cõgruunt ad inuicẽ: eo quòd, vt patet ex dictis res vt præsens respondet æternitati, & actui cognitionis, vt mensuratur æternitate. Tertio dubitatur: quia ista responsio dato quòd sit vera, non tamen est sufficiens: quia tota respõsio recurrit tandem ad necessitatem rei in sua præsentialitate. Ex dictis autem superius constat, quòd etiam sublata illa ratione præsentialitatis rerum ad æternitatem, adhuc Deus habet certam notitiã contingentium, propter rationes rerum apud se præsentes. Igitur cum hoc argumentum militet simpliciter: & nõ secundum illam rationem tantum, oportebat respondere simpliciter, & non iuxta illam rationem tantum, vt in litera fit. ergo insufficiens.

¶ Ad euidentiã horũ prædeclarãdus est sensus literæ. Ad cuius perceptionẽ, nota ꝙ istud consequẽs verũ, scilicet a. erit, claudit duo, scilicet futuritionẽ ipsius a. & præsentialitatẽ quãdoq; ipsius a. Oportet enim ad eius veritatẽ vtrunq; concurrere, & quòd sit futurũ, & ꝙ quãdoq; illa de secundo adiacẽte de pñsenti sibi correspõdẽs, s. a est, sit vera. Quũ autẽ vt ex dictis patet a. in sua tãtũ futuritiõe inspectũ, nõ sit certi intuitus capax, ꝓpter sui defectũ: q. a. s. nõ habet rõnẽ certi cognoscibilis: Oportet ꝙ a. vt præsens sumatur ad hoc vt certi intuitus terminus sit. Ac per hoc istud cõsequẽs a. erit, quũ ratione futuritionis nõ sit terminus certi intuitus, ꝙ a. quãdoq; sit, relinquitur ꝙ ratio quare terminet certũ intuitũ, est inclusa in eo propositio de præsenti sibi correspondẽs, scilicet a. est. ita ꝙ istud cõsequẽs a. erit, nõ aliũde certo intuitu cognoscit verũ: nisi quia videtur ista sibi respõdens & inclusa in eo, scilicet a. est quãdoq;. Est igitur sensus literæ, quòd ista ꝓpositio, s. a. erit, quæ est consequẽs in cõditionali ꝓposita, potest sumi dupliciter. primo absolute, & sic nõ est necessaria: & potest sumi vt substãtia diuinæ sciẽtiæ. i. vt est terminus intuitus certi & infallibilis: & sic est necessaria illo necessitatis modo, quo ista est necessaria: a. est, dũ est: quia ly a. erit, est terminus diuini intuitus inquantum includit in se illã de præsenti, scilicet a. est: & nõ inquantũ est futurum.

¶ Ad primam ergo obiectionem negatur, quòd hic sit implicatio in adiecto, quia hic non accipitur futurum formaliter, vt præsens: sed est explicatio & distinctio inclusorũ in propositione de futuro. Distinguitur hic pręsentialitas futura ipsius a. contra futuritionem eius: & vtraque clauditur in illo consequente. Et docetur, quòd illud est consequens est certæ cognitionis capax, ratione præsentialitatis, & non ratione futuritionis. Et quia sub præsentialitate est necessarium, sequitur quòd hoc cõsequens sumptum secundum eam dispositionem, qua subest diuinæ scientiæ sit necessarium: vbi patet nullam intercedere implicationem.

¶ Ad secundam autem obiectionem facile dicitur, quòd actus sciẽdi in Deo per verbum præteriti temporis non consignificatur vt præteritus: consignificaretur enim falso. sed consignificatur vt coëxistens præterito. Nihil autem obest æternitati actus coëxistentia a. ad præteritum; imò eam concomitatur.

¶ Ad tertiam autem dicitur breuiter, quòd obiectio procedit ex malo intellectu literæ. Non enim responsio ista fundatur super æternitate actus, aut super coëxistentia rerum ad æternitatem, vt obiectio supponit: sed fundatur super dispositione, secundum quam res est scibilis, aut non scibilis. Res enim contingens futura vt sic, non est scibilis, sed vt præsens est scibilis: vt patet ex dictis: & hoc est verum, siue sciatur presentialitas rei ratione æternitatis, siue ratione idearum in mente diuina repræsentantium res cum conditionibus existentiæ: siue ratione essentiæ diuinæ repræsentantis prædicta in ratione speciei intelligibilis, siue ratione specierum infusarum in mente alicuius: puta alicuius angeli, vel animæ Christi. Nihil enim refert in proposito, quo quis modo ponat præsentiam rei cognosci. Sat est in proposito, quòd consequens non est cognoscibile, certe nisi ratione presentialitatis inclusæ corresponsuræ.

Annota. ¶ In respõsione ad tertiũ omnia ex prędictis patẽt. Illud tamẽ aduerte, ꝙ in principio responsionis, vbi assignatur differentia inter necessitatem sciti à nobis & à Deo: quia illud dupliciter oportet esse certum, scilicet in se: & vt subest scientiæ: hoc autẽ vt scitum tantũ. Redditur ratio huius differentiæ ex æternitate intuitus diuinũ. Et quidẽ ratio est bona sufficiensq;, sed nõ est sola. quare caue ne fallaris.

¶ Super

a ¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulum decimumquartum.*

Cõment. TItulus clarus.

¶ In corpore duo, primo respondet quæsito quòd sic. secundo quomodo.

¶ Quo ad primum conclusio respõsiua quæsito affirmatiue est. Deus scit enuntiabilia. Probatur. Deus scit quicquid est in potentia tam sua quam creaturæ: sed enũtiabilia sunt in potestate nostra. ergo Deus scit omnia illa.

importaret aliquã dispositionẽ subiecto inhęrentẽ: sed cũ importaret actũ sciẽtis ipsi rei scitæ (licet semper sciatur) põt aliquid attribui secundũ se, quod nõ attribuitur ei inquãtũ stat sub actu sciendi. Sicut esse materiale attribuitur lapidi secundum se, quod non attribuitur ei secundum quòd est intelligibile.

ARTICVLVS XIIII.

a ¶ *Vtrum Deus cognoscat enuntiabilia.*

AD DECIMVMQVARTVM sic proceditur, Videtur, ꝙ Deus non cognoscat enũtiabilia. Cognoscere enim enũtiabilia conuenit intellectui nostro, secundum quòd componit & diuidit. Sed in intellectu diuino nulla est compositio. Ergo Deus non cognoscit enuntiabilia.

¶ Præterea, Omnis cognitio fit per aliquam similitudinem. Sed in Deo nulla est similitudo enuntiabilium, cum sit omnino simplex. Ergo Deus non cognoscit enuntiabilia.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Dominus scit cogitationes hominum. Sed enũtiabilia continẽtur in cogitationibus hominum. Ergo Deus cognoscit enuntiabilia.

CONCLVSIO.

¶ *Cum sciat Deus quæcunque in sua & creaturæ potestate sunt, enuntiabilia omnia ei nota esse necesse est, non quidem per aliquam compositionem, vel diuisionem, sed per simplicem intuitum suæ essentiæ.*

¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ cũ formare enũtiabilia sit in potestate intellectus nostri: Deus autẽ scit quicquid est in potẽtia sua, vel creaturæ, vt supra dictũ est [c] necesse est quòd Deus sciat oĩa enuntiabilia, quæ formari possunt. Sed sicut scit materialia immaterialiter & composita simpliciter: ita scit enuntiabilia nõ per modũ enuntiabiliũ [c], quod scilicet in intellectu eius sit compositio vel diuisio enũtiabiliũ, sed vnũquodq; cognoscit per simplicem intelligẽtiã intelligẽdo essentiã vniuscuiusque. Sicut si nos in hoc ipso qđ intelligimus qd est homo, intelligeremus oĩa, quę de hoĩe prędicari possunt. Quod quidẽ in intellectu nostro nõ cõtingit: qui de vno in aliud discurrit, ꝓpter hoc ꝙ species intelligibilis sic repręsentat vnũ quod non repręsentat aliud [c]. Vnde intelligendo quid est homo, non ex hoc in ipso alia, quę ei insunt, intelligimus, sed diuisim secũdum quãdam successionẽ. Et propter hoc ea, quæ seorsum intelligimus, oportet nos in vnum redigere per modum compositionis vel diuisionis enuntiationem formando. Sed species intellectus diuini, scilicet eius essentia sufficit ad demonstrandum omnia. Vnde intelligẽdo essentiam suam cognoscit essentias omniũ. & quæcunq; eis accidere possunt [c].

¶ Quo ad secundũ ostenditur modus, quo Deus cognoscit enuntiabilia vna conclusione. Deus scit enuntiabilia nõ componendo & diuidendo, sed per simplicem intelligentiam. id est, nõ per modum secundę opera-
93 tiõis intellectus, sed primæ. Probatur dupliciter. Primo à simili. Deus scit materialia immaterialiter: composita simpliciter. ergo enũtiabilia non enuntiando, sed intuẽdo. Et declarat quomodo hoc esse possit, ex emplo ficto in intellectu nostro: si intelligendo quid hominis, intelligeremus ipsũ esse albũ &c. ¶ Secunda ratione. Species intellectus diuini, id est, eius essentia, sufficit ad demonstrandum omnia, ergo Deus intelligendo essentiam suam intelligit essentias omnium, & quæcunque eis accidere possunt. Antecedens patet: consequẽs fundatur super hoc, ꝙ ratio necessitans ad intelligendum componendo & diuidendo est, quia species intelligibilis est limitata in repræ-
88 sentãdo: quod probatur
294 in litera sic. Species intelligibilis repræsentat sic vnum quod nõ aliud: ergo intelligendo per illam speciem vnum, puta quid est homo, nõ intelliguntur alia, quæ ei accidunt, seu possunt accidere: ergo diuisim homo & accidentia intelliguntur. ergo oportet ea in vnum redigere cõponendo, vt intelligamus vnum inesse alij. Igitur de primo ad vlti-
921 mum, si species repræsentat sic vnum quod nõ aliud, intellectus cogitur componere. Et quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, in causis propriis, consequens est, quòd si species intelligibilis repræsentat sic vnum quod etiam alia,
427 quod nulla est componendi necessitas, sed simplici intuitu obiecti per illam speciem repręsentati omnia intelliguntur, vt consequentia, assumpta dicebat.

infra q°. 16. arti. 5. primum. Et 1. dist. 38. arti. 3. & di. 41. artic. 5. c. Et 1. contra. 58. sextum. & c. 59. Et ver. q. 2. a. 7.

Annota. ¶ Aduerte hic quòd ista verba literæ possunt dupliciter accipi: primo vt limitatio speciei intelligibilis in repræsentando, sit ratio componendi & diuidendi. Et hic sensus est falsus & contra mentem sancti Thomæ. inferret enim, quòd angeli componendo intelligerent, quoniam habent species limitatas. ¶ Secundo vt limitatio talis, id est respectu eorum, quæ nata sunt alicui cõuenire, sit ratio componendi. Et hic sensus est verus & intentus. Verus quidem, quia ex hoc, quòd species ita repræsentat subiectum & non prædicatum, oritur compositio. Et non ex hoc quòd repræsentat subiectum & non quodcunque aliud omnino impertinens tali subiecto. Intentus autem: quia in litera bis hoc innuitur. Primo in exemplo de homine: & quum dicitur, intelligeremus omnia, quæ de homine prædicari possunt.

¶ Secundo quum in ratione infert sequendo idem exemplum. Non ex hoc ipso alia, quæ ei insunt intelligimus. verum de hac materia in tractatu de Angelis diffuse dicetur inferius.

a ¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulum decimumquintum.*

Cõment. TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Scientia Dei non est variabilis. probatur: substãtia Dei est omnino immutabilis: ergo scientia Dei est omnino inuariabilis. Probatur consequentia: quia scientia est ipsa substantia Dei.

a ¶ *Num hæc sit vera, quicquid Deus sciuit scit.* Quæstio.

IN responsione ad tertium, circa illud dictum, scilicet hæc nõ est vera, quicquid Deus sciuit scit: si ad enuntiabilia referatur, dubium occurrit ex triplici capite. Primo sic. Sicut enuntiabilia quandoq; sunt vera & quandoque nõ, & ideo prius scita nesciuntur: ita res quædam. puta Sor. quandoque est ens. & quandoque non:

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ratio illa ꝓcederet, si Deus cognosceret enuntiabilia per modum enuntiabilium.

¶ Ad secũdum dicendũ, ꝙ cõpositio enũtiabilis significat aliqđ esse rei. Et sic Deus per suũ esse quod est eius essentia, est similitudo oĩum eorum, quæ per enuntiabilia significantur.

ARTICVLVS XV.

a ¶ *Vtrum scientia Dei sit variabilis.*

AD DECIMVMQVINTVM sic proceditur, Videtur, ꝙ sciẽtia Dei sit variabilis. Sciẽtia enĩ relatiue dicit ad scibile. Sed ea, quæ importãt relationẽ ad creaturã, dicũtur de Deo ex tẽpore, & variant secũdũ variationẽ creaturarũ. Ergo sciẽtia Dei est variabilis secundũ variationẽ creaturarũ.

¶ Preterea, Quicquid potest Deus facere, potest scire: sed Deus potest plura facere quàm faciat: Ergo potest plura scire quàm sciat. Et sic scientia sua potest variari secundum augmentum & diminutionem.

¶ Præterea, De⁹ sciuit Christũ nasciturũ. Nũc autẽ nescit Christum nasciturũ: quia Christus nasciturus non est. Ergo nõ quicqd Deus sciuit scit. Et ita sciẽtia Dei videt esse variabilis.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Iac. primo, quòd apud Deũ non est transmutatio, neque vicissitudinis obumbratio.

CONCLVSIO.

¶ *Scientia Dei, cum non distinguatur ab ipsa eius immutabili substantia, variabilis nullo modo est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cum scientia Dei sit eius substantia, vt ex dictis patet [a]: sicut substantia eius est omnino immutabilis, vt supra ostensum est [c], ita oportet scientiam eius omnino inuariabilem esse.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ dñs & creator & huiusmodi importãt relationes ad creaturas secundũ ꝙ in seipsis sunt. Sed scientia Dei importat relationẽ ad creaturas, secũdum ꝙ sunt in Deo: quia secundũ hoc est vnũquodque intellectũ in actu quod est in intelligente. Res autẽ creatæ sunt in Deo inuariabiliter, in seipsis autẽ variabiliter. Vel aliter dicẽdum est, quòd dñs & creator & huiusmodi importãt relationes, quæ consequũtur actus, qui intelliguntur terminari ad ipsas creaturas secundum quòd in seipsis sunt: & ideo huiusmodi relationes, varie de Deo dicũtur secundum variationem creaturarum. Sed scientia & amor & huiusmodi important relationes, quæ consequuntur actus, qui intelliguntur in Deo esse [c]. Et ideo inuariabiliter prædicantur de Deo.

¶ Ad secundũ dicẽdum, ꝙ Deus scit etiam ea, quæ potest facere & non facit. Vnde ex hoc

ergo etiam res corrupti-
294 biles prius scitæ nesciũtur: ergo nulla est differentia inter enuntiabilia & res quo ad hoc: cuius oppositum ex litera habetur. consequentia patet. & propositio probatur: quia non magis fundat scibile verum quam ens. Vnumquodq; enim cognoscibile est secundum quòd est ens. Et cõfirmatur, quia sicut deus ab æterno intuetur natiuitatem Christi pro tali tempore, ita hoc enũtiabile, Christus nascitur pro eodem tempore. Et sicut intuetur non esse natiuitatis Christi pro aliis tẽporibus: ita falsitatem prædicti enuntiabilis: ergo sicut nõ dicitur nescire natiuitatem Christi quam sciuit, sic non debet concedi nescire illud enuntiabile quod sciuit. ¶ Secundo sic optime sequitur, De⁹ nescit aliquid eorũ quæ sciuit: ergo pauciora scit quàm sciuit: consequens dicitur non concedendum in responsione ad secũdum: quia implicat sensum compositũ. consequentia autem probatur, quia minutus est de facto numerus scitorũ. ¶ Tertio sic. Deus sciuit aliquod enuntiabile qđ
a nescit: ergo scire suum
80 transiuit in nescire: ergo
43 variatio est in scientia
44 Dei. Nec videtur sufficere responsio posita in litera: quia non idem esse iudicium de enuntiabili & de re litera sustinet.

94 infrà q°. 19. art. 7. cont. Et 1. dist. 38. ar. 2. & arti. 5. cont. & dist. 39. q. 1. artic. 3. quintum. Et ver. q. 2. artic. 5.

¶ Ad euidentiam huius materiæ notanda sunt duo. primo quòd inter enuntiabile & rẽ hęc est differẽtia ad propositũ, quòd enuntiatio eadem manens & perseuerans mutatur de vera in falsam: & consequenter de scibili in nescibilem, & econuerso. vt patet. Res autem si mutatur de esse in nõ esse aut ecõuerso, non perseuerat: & propterea nõ potest demonstrari vna & eadem res
e manẽs modo scibilis: &
174 modo nescibilis, sicut v-
191 na enuntiatio. Secundo
b aduertendũ est, quòd de variatione scientiæ Dei põt dupliciter esse sermo. Primo ex parte actus sciendi: & sic omnino est immutabilis, tam actu quam potentia, vt dicitur in responsione ad secundũ: quãuis scientia visionis potuisset ad plura vel pauciora determinari: ab ęterno absolute loquẽdo. Sed semel determinata omnino ex parte Dei inuariabilis est. Alio modo ex parte scitorũ. Et sic nõ quo ad res, sed quo ad enũtiabilia nihil prohibet ipsam mutari: quia mutatio ista nullã mutationẽ ponit in Deo, sed in enũtiabili scito: quia scilicet mutatur de scibili in nescibile. & ecõuerso. Ex his autẽ patet respõsio ad obiecta. Ad primũ enim iam assignata est differẽtia inter rẽ & enũtiationẽ illius: quare nõ est eadẽ ratio &c. Et ad cõfirmationẽ nihilominus addẽdũ est: quòd res, scilicet natiuitas Christi, determinat sibi certũ sui esse tẽpus. Enuntiatio autẽ, scilicet Christus nascitur, nullum certum tempus consignificat, sed præsens in cõmuni, seu vage secundum tempus quo formatur aut profertur: & ideo modo est verum, & modo falsum: quia alicui præsenti adæquatur & alicui non: perseuerans tamen idem omnino. quod non potest dici de re, quæ certum habet sui esse tempus præsens.

¶ Ad secũdum autẽ conceditur referẽdo ad enũtiabilia ex parte eorũ: nec oppositũ docuit litera in respõsione ad secũdum: quoniã ibi est sermo de augmẽto & diminutione sciẽtiæ diuinæ ex parte Dei, & reputatur incõueniens augmentatio non solũ de facto, sed de possibili. Et propterea quantũ est ex parte Dei, negandũ est plura scire quã sciat. Et ꝙ hæc sit mens literę patet. quia potẽtiam Dei ad determinandã sciẽtiã visionis pertractat, inferens nõ debere concedi Deum posse plura scire quàm sciat propter sensum compositũ inferentem mutabilitatem ex parte

ex parte Dei: quia infert ſcientiam Dei iam determinatam poſſe à Deo mutari. ¶ Ad tertium vero negatur ſequela, vt patet ex dictis: quia hoc non eſt propter variationem ſcientiæ, ſed ſciti. Et licet non ſit idem iudicium de re & enuntiatione, quo ad hoc, quòd idem ſe ſaluo mutetur de ſcibili in non ſcibile, vt dictum eſt: tamen quo ad hoc quòd variatio vtriuſque non redundat in variationem diuinæ ſcientiæ, idē eſt iudiciū. Et quo ad hoc adducitur in litera declaratio à ſimili, ex rerum variatione ſumpta, non quo ad primum.

88 quòd poteſt plura facere quàm facit, non ſequitur quòd poſſit plura ſcire quàm ſciat, niſi hoc referatur ad ſcientiam viſionis [e], ſecundum quā dicitur ſcire ea, quæ ſunt in actu ſecundum aliquod tempus. Ex hoc tamen quòd ſcit quòd aliqua poſſunt eſſe, quę non ſunt, vel etiam non eſſe, quę ſunt, non ſequitur quòd ſcientia ſua ſit variabilis: ſed quòd cognoſcat rerum variabilitatem. Si tamen aliquid eſſet, quod prius Deus neſciuiſſet & poſtea ſciret, eſſet eius ſcientia variabilis: ſed hoc eſſe non poteſt: quia quicquid eſt, vel poteſt eſſe ſecundum aliquod tempus, Deus in æterno ſuo ſcit. Et ideo ex hoc quod ponitur aliquid eſſe ſecundum quodcunque tempus, oportet poni quòd ab æterno ſit ſcitum à Deo. Et ideo non debet concedi, quòd Deus poſſit plura ſcire quàm ſciat. quia hęc propoſitio implicat quòd antè neſciuerit, & poſtea ſciat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd antiqui nominales dixerunt idem eſſe enuntiabile Chriſtum naſci & eſſe naſciturum & eſſe natum: quia eadem res ſignificatur per hęc tria, ſcilicet natiuitas Chriſti. & ſecundum hoc ſequitur, quòd Deus quicquid ſciuit ſciat: quia modo ſcit Chriſtum natum, quod ſignificat idem ei, quod eſt Chriſtum eſſe naſciturum. Sed hęc opinio falſa eſt. Tum quia diuerſitas partium orationis diuerſitatem enuntiabilium cauſat. Tum etiam quia ſequeretur quòd propoſitio, quę ſemel eſt vera, eſſet ſemper vera. quod eſt contra Philoſophum, qui dicit, quod hęc oratio, Sor. ſedet, vera eſt eo ſedente: & eadem falſa eſt eo ſurgente. Et ideo concedendum eſt quòd hæc non eſt vera, quicquid Deus ſciuit ſcit, ſi ad enuntiabilia referatur: ſed ex hoc non ſequitur quòd ſcientia Dei ſit variabilis. Sicut enim abſque variatione diuinæ ſcientię eſt quòd ſciat vnam & eandem rem quandoque eſſe, & quandoque non eſſe, ita abſque variatione diuinæ ſcientiæ eſt, quòd ſcit aliquod enuntiabile quandoque eſſe verum, & quandoque eſſe falſum. Eſſet autem ex hoc ſcientia Dei variabilis, ſi enuntiabilia cognoſceret per modum enuntiabilium componendo & diuidendo, ſicut accidit in intellectu noſtro. Vnde cognitio noſtra variatur, vel ſecundum veritatem & falſitatē: puta ſi mutata re eandem opinionem de re illa retineamus. Vel ſecundum diuerſas opiniones, vt ſi primo opinemur aliquem ſedere, & poſtea opinemur eum non ſedere: quorum neutrum poteſt eſſe in Deo.

a ¶ Super Quæſtionis decimæquartæ Articulum decimumſextum.

Cōment. Titulus clarus. ¶ In corpore duo. primo in communi diſtinguit ſcientiā ſpeculatiuam & practicā. ſecūdo reſpondet quęſito. ¶ Quo ad primum diſtinctio eſt iſta. Scientia quædam eſt ſpeculatiua tantum, quędam practica tantū, quædam ſecundum quid practica, & ſecundum quid ſpeculatiua. Declaratur ſic. ſcientia dicitˀ ſpeculatiua tripliciter, ſcilicet ex obiecto, aut modo, aut fine: ergo quædam eſt ſpeculatiua tantum &c. Antecedēs declaratur exemplariter. cōſequētia probatur: quia ſpeculatiua ex obiecto eſt ſpeculatiua tantum. ſpeculatiua vero ex modo tantum, aut fine tantum, eſt ſecūdum quid practica, & ſecundum quid ſpeculatiua. quæ vero nullo horum modorū ſpeculatiua eſt, relinquitur quòd practica tantum ſit.

Annota. ¶ Circa hāc partem aduerte primo, quòd practicum & ſpeculatiuum hic ſumitur nō ſolum vt ſunt conditiones ſcientiæ, ſecūdum ſe, ſed etiā ex parte ſciētis. Et propterea dicitur quòd ars domificatiua nō intendētis domificare eſt ſpeculatiua ex fine & practica, ex modo &, obiecto. gloſſandū eſt enim de fine ex parte ſcientis: & non ipſius ſcientiæ. Quoniā ſi loquimur de fine ipſius ſcientiæ, ipſa eſt etiam practica ex fine, quoniā finis eius eſt domificatio. Et hoc ſi aduerteris, deludes irriſiones aduerſariorū. Aduerte ſecundo, quòd ſicut ſpeculatiua eſt tripliciter, ita practica. Prima ex obiecto, modo, & fine etiam ſciētis, & hæc eſt tantum practica. Secunda ex obiecto modo & fine ſcientię nō ſcientis, & hæc eſt vere practica. Sed in litera dicitur ſecundum quid ſpeculatiua ex parte finis ſcientis. Tertia ex obiecto; ſed non modo neque fine ſcientiæ, & hæc eſt etiam ſecūdum quid practica, ſcilicet ex parte obiecti. & ſecundum quid ſpeculatiua, ſcilicet ex modo & fine ſciētiæ; quia ſe concomitantur. Quum enim aliquid practice ſcitur, iam ex ſe ad opus ordinatur, & ecōuerſo. Aduerte tertio quòd per ſpeculatiuam ex modo tantum, id eſt, de obiecto operabili modo ſpeculatiuo non intelligitur ſcientia de operabili in vniuerſali; quoniam ſcientia de operabili ſiue ſit per principia proxima operationis, ſiue per principia remota & vniuerſalia operationis, ſub eodem membro cadit. Sed intelligitur ſcientia de operabili ſcrutans non quomodo res fiat, ſed quid eſt &c. vt in litera dicitur. Talis enim cognitio non ſpectat ad artifices, ſed ad philoſophos: qui cum ſciant quid eſt cithara, aut domus, ſcientiam tamen illa faciendi non habent.

95 Infrà qō. 34. art. 3. co. & 12. q. 3. art. 5. primū & 1. ſentent. in prolog. Et veri. q. 3. ar. 3. co.

ARTICVLVS XVI.

a ¶ *Vtrum Deus de rebus habeat ſcientiam ſpeculatiuam.*

AD DECIMVMSEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd Deus de rebus nō habeat ſcientiam ſpeculatiuam. Scientia enim Dei eſt cauſa rerum, vt ſupra oſtenſum eſt [e]. Sed ſcientia ſpeculatiua non eſt cauſa rerum ſcitarum. Ergo ſcientia Dei non eſt ſpeculatiua.

¶ Præterea, Scientia ſpeculatiua eſt per abſtractionem à rebus: quod diuinæ ſcientiæ non competit. Ergo ſcientia Dei non eſt ſpeculatiua.

¶ SED CONTRA, Omne quod eſt nobilius, Deo eſt attribuendum. ſed ſcientia ſpeculatiua eſt nobilior quàm practica, vt patet per Philoſophum in principio metaphyſic. Ergo Deus habet de rebus ſcientiam ſpeculatiuam.

CONCLVSIO.

¶ *Deus, cum non ſit quoddam operabile, cætera verò omnia, quorum ſcientiam habet, per ſe vel per accidens, operabilia ab ipſo ſint, ſeipſum ſcientia tantum ſpeculatiua cognoſcit, alia verò à ſe, & practica & ſpeculatiua ſcientia, ſcit.*

¶ RESPONDEO dicēdum, quod aliqua ſcientia eſt ſpeculatiua tantum, aliqua practica tantum, aliqua vero ſecundum aliquid ſpeculatiua, & ſecundum aliquid practica. Ad cuius euidentiam ſciendū eſt, quòd aliqua ſciētia poteſt dici ſpeculatiua tripliciter. ¶ Primo ex parte rerum ſcitarum, quæ non ſunt operabiles à ſciente. ſicut eſt ſcientia hominis, de rebus naturalibus, vel diuinis. ¶ Secundo, quantum ad modum ſciendi. Vt puta, ſi ædificator conſideret domum diffiniendo & diuidendo & cōſiderando vniuerſalia prędicata ipſius. Hoc ſiquidem eſt operabilia modo ſpeculatiuo conſiderare, & non ſecundum quòd operabilia ſunt. Operabile enim eſt aliquid per applicationem formæ ad materiam, non per reſolutionem compoſiti in principia vniuerſalia formalia. ¶ Tertio, quantum ad finem. Nam intellectus practicus differt fine à ſpeculatiuo, ſicut dicitur in tertio de anima. Intellectus enim practicus ordinatur ad finem operationis: finis autem intellectus ſpeculatiui eſt conſideratio veritatis. Vnde, ſiquis ædificator conſideret qualiter poſſet fieri aliqua domus, non ordinans ad finem operationis, ſed ad cognoſcendum tantum, erit (quantum ad finem) ſpeculatiua conſideratio, tamen de re operabili. Scientia igitur, quæ eſt ſpeculatiua ratione ipſius rei ſcitæ, eſt ſpeculatiua tantum. Quæ vero ſpeculatiua eſt ſecundum modum vel finem, eſt ſecundum quid ſpeculatiua, & ſecundum quid practica. Cum vero ordinatur ad finem operationis, eſt ſimpliciter practica. Secūdum hoc ergo dicendum eſt, quòd Deus de ſeipſo habet ſcientiam ſpeculatiuam tantum: ipſe enim operabilis non eſt. De omnibus vero aliis habet ſcientiam & ſpeculatiuam & practicam. Speculatiuam quidem quantum ad modum. Quicquid enim in rebus nos ſpeculatiue cognoſcimus diffiniendo & diuidendo, hoc totum Deus multò perfectius nouit. Sed de his, quę poteſt quidem facere, ſed ſecundum nullum tempus facit: non habet practicam ſcientiam, ſecundum quòd practica ſcientia dicitur à fine. Sic autem habet practicam ſcientiam de his, quæ ſecundum aliquod tempus facit. Mala vero licet ab eo non ſint operabilia, tamen ſub cognitione practica ipſius cadunt; ſicut & bona, inquantum permittit vel impedit vel ordinat ea, ſicut & ægritudines cadunt ſub practica ſcientia medici, inquantū per artem ſuam curat eas.

Cōment. ¶ Quo ad ſecūdum tria dicuntur. primo cōparatur ſcientia Dei ad ipſum Deum. ſecundo ad alia à ſe. tertio reſpondetur cuidam tacitæ obiectioni. De primo ponitur concluſio, Scientia Dei de ſeipſo eſt ſpeculatiua tantum: probatur, quia ipſe non eſt operabilis. De ſecundo ponitur concluſio. Scientia de aliis à ſe eſt ſpeculatiua & practica: etiam diuerſimode, probatur primo, quòd ſit ſpeculatiua quia omnia nouit modo ſpeculatiuo quid ſunt &c. Deinde quòd ſit practica, diuerſimode: quia de factibilibus, quæ nūquam fiunt, practicam habet virtute, id eſt, ex obiecto & modo & fine ſciētiæ, non fine ſcientis. De his vero quæ de facto quandoq; fiunt, habet practicam ſimpliciter & actu. Obiectio autem, cui reſpōdetur, eſt, quia mala non facit deus, neq; ſunt de numero factibilium, aut factorū à Deo. quomodo ergo hæc ad ſciētiam practicam ſpectabunt? Reſpōdetur quòd ſicut medicina eſt non ſolum ſani, ſed ægri: ita ſcientia Dei non faciendo, ſed permittendo, ordinando, impediendo &c.

Annota. ¶ Aduerte hic, quòd de ſciētia Dei poſſumus loqui dupliciter. Primo abſolute ſecūdum quòd in ſe eſt: & ſic cum ſit vna & ſimplex præhabēs in ſe eminenter omnē ſciētiæ perfectionem, neque eſt practica, neque ſpeculatiua, ſed altius quid eminenter continens vtrunque, iuxta eā, quę in prologo dicta ſunt. Alio modo in reſpectu talis ſciti: & ſic dicitur hic de ea quòd eſt ſpeculatiua, aut practica. Reſpectu quidē huius ſciti quod eſt eſſentia ſua, non vt eſſentia eſt adæquatum obiectum ſcientiæ, ſic enim pertinet ad ſcientiam Dei abſolute: ſed vt eſt quoddam ſpeciale ſcitum diſtinctum contra alia ſcita, ſcilicet alia à Deo, eſt ſpeculatiua. Reſpectu vero aliorum eſt practica &c. vt in litera dicitur.

a *Num ſciētia, quam Deus de ſe & de aliis habet, ſit practica, an ſpeculatiua.*

Circa poſitas concluſiones dubium occurrit ex Scoto. ipſe ſiquidem in prologo primi ſententiarum tenet oppoſitum primæ concluſionis, dum definit ſcientiam Dei de ſeipſo eſſe ſimpliciter practicam: aut nihil ſibi deeſſe quin ſit practica, niſi quòd voluntas Dei non eſt bona ex regula, ſed naturaliter ex ſeipſa. & in 38. diſtinct. primi, tenet oppoſitum ſecundæ cōcluſionis, quo ad hoc, quòd Deus habet ſcientiam practicam de aliis à ſe: vult enim quòd non habeat ſcientiam practicam de aliis à ſe, ſed ſpeculatiuam. Ratio eius contra primam concluſionem conſiſtit in hoc, ſcientia de eſſentia Dei eſt prior naturaliter amore illius eſſentiæ, & rectificatiua illius: ergo eſt practica. Et ad rationem pro concluſione in litera poſitam, ſcilicet quia Deus non eſt operabilis, reſpondet quòd Deus eſt operabilis: id eſt, attingibilis per operationem immanentem, amoris ſcilicet. Ratio vero contra ſecundam conſiſtit in hoc. Nulla notitia de rebus ante determinationem diuinæ voluntatis dictat res eſſe agendas: ergo nulla eſt ibi notitia practica de rebus. Antecedens patet, & conſequentia probatur: quia ſcientia practica eſt dictatiua ad operandum. In prologo autem fundat ſe ſuper prioritate ſic, nulla notitia de rebus &c. eſt prior actu voluntatis diuinæ &c. ergo non eſt practica.

¶ Ad has

¶ Ad has autem obiectiones ſuppoſitis his, quæ in prologo dicta ſunt, & in quæſtione ſpeciali de praxi, non eſt difficile reſpondere. Ad primam enim neganda eſt conſequentia, quicquid ſit de antecedente: plus enim exigitur ad notitiā practicam, vt ibi patuit. Solutio rationis noſtræ à Scoto data valeret quidē, ſi Deus, aut operatio, qua à ſe amatur, fieret vel etiam regularetur ſcientia practica. ¶ Oportet nanq; omnē cauſam eſſe cauſam vel operationis vel effectus: ſcientia autem practica cauſam ſonat, vt patet ex nomine: & 9. meta. Et reſpectu quidem creaturarum factibilium cauſa in Deo ponitur in ordine ad effectū, non in ordine ad factionē: quia illa eſt ſubſtantia Dei. Reſpectu autem ipſius Dei quo ad neutrū poni poteſt: quia nec ipſe, nec operatio ſit, aut pendet. Ridiculum ergo eſt audire Deum eſſe operabilem ſciētia ſua practica. ¶ Ad obiectionem vero contra ſecundā concluſionem primo loco factam, negatur cōſequentia: falſum enim manifeſte eſt, quòd notitia practica debeat eſſe dictatiua ad operandum, ſatis eſt enim quòd ſit regulatiua. Ars enim domificatiua non dictat domificādum eſſe, imò eſt indifferens ad oppoſita, vt patet 9. metaphy. ¶ Et per hoc patet reſpōſio ad obiectionē ſecundo loco adductā: falſum quippe eſt aſſumptum, quoniam vt dicitur 9. meta. potentia rationalis, quā conſtat eſſe notitiam practicā, determinatur ab appetitu, & nō econuerſo. Et ideo præſupponitur ab appetitu vt indifferēs. Vnde mirū eſt de iſto homine, quomodo præclarū eius ingenium non aduertit, ꝙ quemadmodū ars domificatiua abſolute, præuenit actum voluntatis, & præuenitur à voluntate, vt determinatiua ipſius ad operandū, & præuenit executionem, ſcilicet ipſam domificationē: ita rationes omnium operum factibiliū à Deo, naturaliter in eſſentia diuina relucent, præueniendo omnem voluntatis actum: ſed præueniri eas oportet à voluntate diuina, vt determinentur ad operādum. Vnde quædam rationes ſunt determinatæ ad operandum, & quædā non, vt in litera dicitur. Et illæ etiam, quæ determinatæ ſunt à diuina voluntate, præueniunt executionem, ſcilicet factionem ad extra. Nec refert ad propoſitum, vtrum potentia executiua in Deo ſit ipſa voluntas, an tertia potentia: quoniam etiam ipſa voluntas vt determinans præcedit, & vt exequens ſequitur.

96 infrà qō. 44. art. 3. Et 1. diſt. 36. qō. 2. articul. 2. Et ver. q. 3. arti. 1.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd ſcientia Dei eſt cauſa, non quidem ſuiipſius, ſed aliorum. Quorundam quidem actu, ſcilicet eorum, quæ ſecundum aliquod tempus fiunt. Quorundā vero virtute, ſcilicet eorum, quæ poteſt facere, & tamen nunquam fiunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ſcientiam eſſe acceptam à rebus ſcitis, non per ſe conuenit ſcientiæ ſpeculatiuæ, ſed per accidens inquantum eſt humana.

¶ Ad id vero, quod in contrarium obiicitur dicendum, quòd de operabilibus perfecta ſcientia non habetur, niſi ſciantur inquantum operabilia ſunt. Et ideo, cum ſcientia Dei ſit omnibus modis perfecta, oportet quòd ſciat ea, quę ſunt à ſe operabilia inquantum huiuſmodi, & non ſolum ſecundum quòd ſunt ſpeculatiua. Sed tamen non receditur à nobilitate ſpeculatiuæ ſcientiæ, quia omnia alia à ſe videt in ſeipſo. Seipſum autem ſpeculatiue cognoſcit, & ſic in ſpeculatiua ſuiipſius ſcientia habet cognitionem, & ſpeculatiuā & practicam omnium aliorum.

QVÆST. DECIMAQVINTA de Ideis, in tres articulos diuiſa.

POST Conſiderationē de ſcientia Dei, reſtat conſiderare de ideis. ¶ Et circa hoc quæruntur tria. ¶ Primo an ſint ideæ. ¶ Secundo: vtrum ſint plures vel vna tantum. ¶ Tertio vtrum ſint omnium quæ cognoſcuntur à Deo.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum ideæ ſint.*

AD PRIMVM ſic proceditur, Videtur, quòd ideæ nō ſint. Dicit enim Dio. 7. capitu. de di. no. quòd Deus non cognoſcit res ſecundum ideam. Sed ideæ non ponūtur ad aliud niſi vt per eas cognoſcantur res. Ergo ideæ non ſunt.

¶ Præterea. Deus in ſeipſo cognoſcit omnia, vt ſupra dictum eſt [e]: ſed ſeipſum non cognoſcit per ideam. Ergo nec alia.

¶ Præterea. Idea ponitur, vt principium cognoſcendi, & operandi. ſed eſſentia diuina eſt ſufficiens principium cognoſcendi & operandi omnia: non ergo neceſſe eſt ponere ideas.

¶ SED CONTRA eſt, quod dicit Auguſt. in lib. lxxxiij. q. Tanta vis in ideis conſtituitur, vt niſi his intellectis, ſapiens eſſe nemo poſſit.

CONCLVSIO.

¶ *Cum omnia ſint à Deo, non à caſu facta, neceſſarium eſt in eius mente omnium ideas præexiſtere obiectiue, ad quarum ſimilitudinem omnia condita ſunt.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd neceſſe eſt ponere in mente diuina ideas. Idea enim græce, latine forma dicitur. Vnde per ideas intelliguntur formæ aliarum rerum preter ipſas res exiſtentes. Forma autem alicuius rei præter ipſam exiſtens ad duo eſſe poteſt: vel vt ſit exemplar eius cuius dicitur forma [e]: vel vt ſit principium cognitionis ipſius, ſecundum quòd formę cognoſcibilium dicuntur eſſe in cognoſcente. Et quantum ad vtrunque eſt neceſſe ponere ideas. quod ſic patet. In omnibus enim, quæ non à caſu generantur, neceſſe eſt formam eſſe finem generationis cuiuſcunque. Agens autem non ageret propter formam niſi inquātum ſimilitudo formæ eſt in ipſo [e]. Quod quidem contingit dupliciter. In quibuſdam enim agentibus præexiſtit forma rei fiendæ ſecūdum eſſe naturale, ſicut in his, quæ agunt per naturam. ſicut homo generat hominem, & ignis ignem. In quibuſdam vero ſecundum eſſe intelligibile, vt in his, quæ agunt per

a ¶ *Super Quæſtionis decimæquintæ Articulum primum.*

Annota. IN titulo nihil aliud notādum eſt, niſi ꝙ quid noīs ideæ in corpore declaratur.

Cōment. ¶ In corpore tria. Primo proponit concluſionem reſponſiuam quæſito. ſecundo aſſignat quid nominis ideę. tertio probat concluſionem reſponſiuam. ¶ Quo ad primum concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue eſt. Neceſſe eſt ponere ideas in mente diuina. Vbi aduerte quòd eſſe in mente ſumitur formaliter, id eſt inquantum mens eſt. Hoc autem eſt eſſe obiectiue, vt intellectum in intelligente, & non vt forma in eo, cuius eſt forma. Senſus ergo concluſionis eſt, quòd neceſſe eſt ponere ideas obiectiue in intellectu diuino. ¶ Quo ad ſecundum, idea ſignificat formam alicuius rei præter rem ipſam exiſtentem, & declaratur ex idiomate Græco. Si vis ideæ diffuſæ diffinitionem videre, lege quæſtio. 3. de veri. arti. primo. ¶ Quo ad tertium probatur concluſio propoſita ſic. Mundus nō eſt factus à caſu, ſed eſt factus à Deo per intellectū agentē: ergo forma mūdi eſt finis ſuæ generationis: ergo in mente diuina eſt forma, ad ſimilitudinē cuius mundus eſt factus. ergo in mente diuina eſt idea. Antecedens quo ad vtranq; partē ſupponitur vt inferius monſtrādum in loco ſuo. Prima autē conſequentia probatur ex illa maxima: in omnibus, quæ generātur non à caſu, forma eſt finis generationis. ſecunda vero conſequentia duo infert, ſcilicet, & quòd forma ad cuius ſimilitudinē &c. eſt in Deo, & quòd eſt tali modo, ſcilicet in mēte diuina, id eſt obiectiue, & quo ad vtrunq; in litera probatur. quo ad primū: quia cōmune eſt omni agenti præhabere ſimilitudinē intentæ formæ. quo ad ſecundum vero eſt differentia inter agens naturale, & à propoſito in modo habendi illam ſimilitudinem: quia illud ſecundum eſſe naturale, vt patet in igne, hoc ſecundum eſſe intelligibile, vt patet in artifice. ſi ergo Deus eſt agens per intellectum: ergo &c. Tertia deinde conſequentia probatur: quia in hoc conſiſtit ratio ideæ. probatur. Ratio ideæ eſt vt ſit formā præter rem, exemplar rei, & principium cognitionis &c.

Annota. ¶ Aduerte hic diligenter, ꝙ in litera caute dicitur, ꝙ idea ponitur vt exēplar, & non dicitur vt principiū eſſendi. Quia principiū eſſendi ſonaret formā, qua agēs agit. Idea autē nō ſignificat talē formā, ſed formā, quā agens cōcipit, ad cuius ſimilitudinē operatur, & non qua operatur. & hoc eſt proprie exēplar. Et ꝓpterea in exēplo de domificatore expreſſe ſubiūgitur, quòd idea domus eſt forma, quā mente cōcipit, & non ars domificatiua. Similiter quum litera dixiſſet, ꝙ idea eſt principiū cognitionis, ſtatim addidit limitationē ſecūdū quòd formæ cognoſcibilium dicuntur eſſe in cognoſcente, quaſi diceret, non dico ꝙ idea eſt principiū cognitionis: quia hoc ſonaret ꝙ ipſa eſſet ratio cognoſcendi, vt ſpecies intelligibilis: ſed ꝙ ipſa eſt principiū cognitionis eo modo, quo formæ cognoſcibilium obiectiue in cognoſcente exiſtentes, principia cognitionis ipſarum rerū cognoſcibiliū dicuntur. Et quī in penultimo cōſequēte totum hoc cōtinebatur, ſcilicet forma mūdi præter mūdum exiſtens, & cauſalitas exēplaris, & modus eſſendi intelligibiliter ſeu obiectiue, ideo merito vltima conſequentia ex his quæ ad rationē ideæ ſpectant & iam poſita erant, probata eſt, prægnātibus verbis ſcilicet, & in hoc conſiſtit ratio ideæ. 84 85

¶ *Num idea in Deo ſit eſſentia diuina.*

Quæſtio. IN reſponſione ad tertiū dubiū occurit: quia falſum & incōſonās videtur, ꝙ idea ſit eſſentia diuina. Falſum quidē inquit Sco. in 1. diſ. 35. quia tota ratio ideæ ſaluatur in lapide habente eſſe obiectiuum in intellectu diuino: ergo idea in Deo non eſt eſſentia diuina. Antecedens patet applicando totam ideę rationem. Et confirmari poſſet aſſumēdo diffinitionem poſitam in quęſtio. de veri. q. 3. a. primo. & eam, quæ ex hoc ar. habetur, ſcilicet, ꝙ eſt forma alicuius rei præter ipſam rem exēplar atq; principiū ſic cognitiōis eiuſdē. 236 conſequētia autē probatur. eſſe obiectiuū non eſt eſſe reale, ſed eſt eſſe diminutū. ergo non eſt eſſentia diuina. Incōſonās autē, quia idea aut eſt eſſentia diuina vt eſt, aut eſſentia diuina vt eſt obiecta intellectui diuino. ſi primo modo, vt in artic. ſequenti innuitur, vbi dicitur, quòd idea vt eſſētia diuina eſt ſic immutabilis. hoc enim cōuenit eſſentiæ diuinæ ſecundū quòd ens eſt. Male ergo reſponſum eſt ad principale quæſitū articuli. b 236 Et probatur ſequela. quæſtionis an eſt de re habente eſſe in rerum natura, & in intellectu, male reſpōdetur affirmatiue, per eſſe quòd habet in intellectu, prætermiſſo eſſe in rerū natura: ſicut quærēti an ſphæra ignis ſit, male reſponderetur, quòd eſt in intellectu. Et ratio eſt: quia eſſe in intellectu eſt eſſe ſecundum quid, eſſe in rerū natura eſt eſſe ſimpliciter. Quæſtio autē an eſt, quærit de eſſe ſimpliciter. & propterea ſi reſpōdeatur de eſſe in mente, inſinuatur ꝙ illa res nō habet aliud eſſe, ſed eſſe in mente eſt eius eſſe ſimpliciter. Si igitur idea eſt eſſentia ſecundū eſſe reale, male reſponſum eſt quæſito. Neceſſe eſt ponere ideas in mēte diuina. Si autē idea eſt eſſentia vt obiecta eſt intellectui diuino, male ergo dictū eſt ꝙ eſt ipſa eſſentia diuina: quoniā eſſentia diuina vt obiectā, non habet eſſe reale ſed obiectiuū. Et ſi per impoſſibile eſſentia diuina nō eſſet in rerum natura, & eſſet obiecta intellectui, ideæ ratio ſaluaretur. Ideā ergo eſſe idē quod eſſentia eſt per accidēs, imò ſuperfluū: quia natura cuiuſq; rei eſt obiecta intellectui diuino, ſecūdario tamen, etiā ſi nunquā identificaretur eſſentiæ diuinæ vt obiecta eſt intellectui diuino: quoniam ipſa cognoſcitur à Deo non ſolum vt eſt in priori obiecto, ſed ſecundum ſe. Hæ rationes non ſunt ex Sco. formaliter: ſed vt veritas eluceſcat, partim ex ipſo, partim ex litera, eas formandas credidi.

¶ Ad euidentiam horum duo videnda ſunt: ex quibus ſolutio omnium pendet. primo quomodo idea ſe habeat ad eſſe. ſecundo quid ſit eſſe obiectiuum. ¶ Quo ad primū ſcito ꝙ vt ex allegatis locis patet, de ratione ideæ eſt eſſe exēplar rei. De ratione autē exēplaris eſt eſſe formatiuū rei mediātē, agēte per intellectū. Vnde ibidē dicitˀ, ꝙ ſi oīa agerēt de neceſſitate naturæ nō ponerētur ideæ. De ratione autē formatiui ſic eſt eſſe in mente: nunquā enim exēplar aliquod eſt ſic formatiuū, niſi potentia remota, niſi ſit in mente. & ſi eſt in mente, tantū formatiuum ſic ſaluatur. Modus ergo eſſendi exēplari neceſſarius eſt eſſe in mēte. Cæteri autē modi eſſendi ſunt per accidens abſolute loquendo. Et propterea in litera, quæſtioni an eſt, de ideis reſpōſum eſt quòd ſunt in mēte diuina. Eſſe namque in mente eſt ſimpliciter neceſſariū eſſe idearū, & formaliter cōuenit ideæ vt idea eſt. Nec curauit autor de eſſe idearū in rerum natura, vt Platoni aſcribitur. Quoniam hic theologiā tradebat & de diuino intellectu: Illa autē diſcuſſio metaphyſicalis eſt, ad tractatū de ſeparatis ſubſtātiis ſpectans. Vnde patet, quòd idea in Deo eſt, formaliter loquēdo, eſſentia diuina, vt in mēte eſt diuina. Nec oppoſitum in illis verbis ſequentis articuli dicitur. Quoniam ly immutabile claudere intelligitur in ſe rationē exemplari, ac per hoc vt ex dictis patet, idea dicitur eſſentia diuina vt exemplar eſt, id eſt vt formatiua eſt rei medio intellectu: hoc autem patet non conuenire eſſentiæ ſecūdum quòd eſt mere naturaliter, ſed ſecundum quòd eſt obiectiua diuinæ menti. Sed quid eſt eſſe ſic, ſcilicet obiectiue, quod ſecundo loco videndum erat. Sco. in 1. diſtinctio. 36. determinat quòd eſſe cognitum non eſt eſſe reale abſolutum, aut reſpectiuum, nec eſt eſſe relatiuum ſecundum rationem, ſed eſt eſſe diminutum rei, ſiue abſolute, ſiue relatiue: quod vocatur eſſe ſecundum quid: ita quòd res habens talem modum eſſendi, fundat relationem rationis ad intellectum: vtrâque lapidem & cætera entia

producta

producta esse ab æterno a Deo per actum intellectus diuini in tali esse, & huiusmodi entia secundum quid esse & vocari ideas: quia eis conueniunt omnes conditiones idearum, vt arguẽdo fuit deductum. Ego autem peripatetico lacte educatus, ac in aëre, vt aiunt, loqui nesciens: præter latitudinem entis realis, solũ ens rationis noui. 5. & 6. meta. Ens autem rationis relationem, aut negationẽ didici à Sanct. Thom. in quæst. de ver. q. 21. artic. Vnde, cum esse obiectiuũ non sit modus essendi secundum rem, neque sit negatio, restat quòd sit esse relatiuum secundum rationem in communi loquendo. Sed quoniã esse diuinum est tantę excellentiæ, vt omnes essendi modos siue extra animam, siue in anima eminẽter præhaberet, oportet vt et esse naturale ipsius diuinæ essentiæ, sit nõ solum ordinis intelligibilis & in actu purissimo, sed sit etiam (& nõ per accidens) esse obiectiuum eiusdẽ respectu intellectus sui: alioquin non omnes essendi modos vnico modo eminentissime cõtineret. ac per hoc nec essentia diuina vt obiecta intellectui habet esse diminutũ, nec aliqua res vt obiecta diuino intellectui habet esse diminutum. Et de essẽtia diuina quidem manifeste sequitur, quia eius esse obiectiuũ est esse naturale ipsius Dei propter eius eminentiam. De aliis vero sequitur ex eo quòd alia nõ aliter possunt obiici Deo quàm in obiecta essentia diuina: nihil enim Deus intelligit extra se, sed omnia in se tantum. Ita quòd in se cognoscit vtrunque, scilicet & lapidem in essentia obiecta, & lapidem absolute, & lapidem hũc, & lapidem in anima mea &c. omnia enim hæc nouit: sed modus, quo hęc obiiciuntur est vnus, scilicet in essentia diuina. Et consequenter esse obiectiuum rerum respectu intellectus diuini, nõ est esse relatiuum: sed absolutum realissimum, scilicet esse Dei. Et quia idea in Deo, de qua est sermo, significat res secundum tale esse, ideo merito dictum est quod est ipsa essentia diuina &c.

246 118 97 236

¶ Ad primam ergo obiectionem in oppositum negatur sequela. Ad probationẽ autem dicitur quòd licet esse obiectiuum in communi, non sit reale: esse tamen obiectiuum apud intellectum diuinum, est reale.

¶ Ad secundum autem iam patet, quòd idea in Deo est essentia diuina, vt obiecta diuino intellectui &c. Et cum arguitur: ergo male dictum est, quòd essentia sit: negatur sequela. Tum quia non est dictum, quòd est essentia inquantum habet esse naturale. Tum quia si hoc sine reduplicatione fuisset dictum, verificaretur propter vnitatem vtriusq; in Deo. Essentia enim diuina habet vtrunque modum essendi eminenter: in suo vnico excellentissimo modo essendi. Et propterea affirmando identitatem ideæ cum essentia non sequitur formaliter loquendo more humano: ergo affirmatur identitas cum essentia, inquantum est in rerum natura. In litera autem non affirmatur hoc secundum, sed primum. Et ideo illæ duæ consequentiæ, quæ obiiciendo subiunctæ sunt, scilicet, ergo ideam in Deo esse idem cum essentia diuina, est per accidens. Et ergo est superfluum nihil valent: quia identitas cum essentia est per se & necessaria, ex eo quòd nihil potest obiici intellectui diuino nisi in essentia diuina: ità quod modus, quo res obiectæ obiiciuntur: necessario est esse in obiecta essentia: alioquin Deus intelligeret aliquid extra se, & vilesceret eius intellectus, vt 12. metaphy. patet. vnde falsum & impossibile est, quòd lapis obiiciatur in Deo in seipso lapide obiectiue. Quod tamen argumentum assumit & supponit ex ignorantia metaphy.

¶ Ad illam autem hypotheticam deductionem, si essentia diuina non esset in rerum natura, & esset obiecta suo intellectui, saluaretur ratio ideæ: ergo identitas ideæ cum essentia est per accidens. Admissa conditionali, negatur vlterior sequela: imò sequitur oppositum: quia stante illa conditionali, idea esset ipsa essentia vt obiecta. Et si dicatur: ergo ideam esse essentiam diuinam secundum esse reale est accidens. negatur sequela. Quoniam esse obiectiuum essentiæ diuinæ apud intellectum Dei non est per accidens reale, sed per se, ex eminentia propria ipsius. Sed falli multos contingit in hoc, ex eo quòd consideratur esse obiectiuum absolute, & reale absolute: quæ constat non esse idem. Cum hic sit sermo de esse obiectiuo tali, & tali reali: ex quibus oritur identitas, balbutiendi tamen accepta licentia.

intellectum. sicut similitudo domus præexistit in mente ædificatoris. Et hæc potest dici idea domus: quia artifex intendit domum & assimilare formę, quã mente concepit. Quia igitur mundus non est casu factus, sed est factus à Deo per intellectum agente (vt infra patebit [e]) necesse est quòd in mente diuina sit forma ad similitudinem cuius mundus est factus. Et in hoc consistit ratio ideæ [e].

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Deus non intelligit res secundum ideam extra se existentem, & sic etiam Arist. improbat opinionem Platonis de ideis, secundum quòd ponebat eas per se existentes, non in intellectu.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet Deus per essentiam suam se & alia cognoscat, tamen essentia sua est principium operatiuum aliorum, non autem suiipsius: ideo habet rationem ideæ secundum quòd ad alia comparatur: non autem secundum quòd comparatur ad ipsum Deum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Deus secundum essentiam suam est similitudo omnium rerũ. Vnde idea in Deo nihil est aliud quàm Dei essentia.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum sint plures ideæ.

67 1. dist. 36. q. 2. a. 2. & 1. contra. c. 54. Et veri. q. 3. artic. 2. Et opusc. 9. q. 66.

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur, quòd non sint plures ideæ. Idea enim in Deo est eius essentia: sed essentia Dei est vna tantum: ergo & idea est vna.

¶ Præterea, Sicut idea est principium cognoscendi & operandi, ita ars & sapientia. sed in Deo non sunt plures artes & sapientię: Ergo nec plures ideæ.

¶ Si dicatur quòd ideę multiplicantur secundum respectus ad diuersas creaturas: Contra. Pluralitas idearum est ab ęterno: si ergo ideæ sunt plures, creaturę autem sunt temporales: ergo temporale erit causa æterni.

¶ Pręterea, Respectus isti, aut sunt secundum rem in creaturis tantum, aut etiam in Deo: si in creaturis tantũ (cum creaturæ non sint ab ęterno) pluralitas idearum non erit ab æterno: si multiplicentur solum secundum huiusmodi respectus. Si autem realiter sunt in Deo, sequitur quòd alia pluralitas realis sit in Deo, quàm pluralitas personarum: quod est contra Damas. dicentem, quòd in diuinis omnia vnum sunt, pręter in generationem, generationem & processionem. Sic igitur non sunt plures ideæ.

¶SED CONTRA est quod dicit Augustin. in lib. 83. quęstio. ideæ sunt principales quędam formæ, vel rationes rerum stabiles atq; incommutabiles: quia ipsæ formatę non sunt: ac per hoc æternę: ac semper eodem modo se habentes, quæ diuina intelligentia continentur. Sed cum ipsę neque oriantur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit.

CONCLVSIO.

¶ Cum in mente diuina sint omnium rerum propriæ rationes, plures ideas in eius mente esse necesse est, vt intellectus tamen.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere plures ideas. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd in quolibet effectu illud, quod est vltimus finis, proprie est intentum à principali agente: sicut ordo exercitus à duce. Illud autem, quod est optimum in rebus existens, est bonum ordinis vniuersi, vt patet per Philosophum in 11. metaphy. Ordo igitur vniuersi est proprie à Deo intentus, & non per accidens proueniens secundum successionem agentium: prout quidam dixerunt, quòd Deus creauit primum creatũ tantum: quòd creatum creauit secundum creatum [e], & sic inde quousque producta est tanta rerum multitudo. secundum quam opinionem Deus non haberet nisi ideam primi creati. Sed, si ipse ordo vniuersi est per se creatus ab eo, & intentus ab ipso, necesse est quòd habeat ideam ordinis vniuersi. Ratio autem alicuius totius haberi non potest, nisi habeantur propriæ rationes eorum, ex quibus totum constituitur, Sicut ædificator speciem domus concipere non posset nisi apud ipsum esset propria ratio cuiuslibet partium eius. Sic igitur oportet q in mente diuina sint proprię rationes omnium rerum. Vnde dicit Aug. in lib. lxxxiij. q. quòd singula propriis rationibus à Deo creata sunt. vnde sequitur, q in mẽte diuina sint plures ideæ. Hoc aũt quomodo diuinæ simplicitati nõ repugnet, facile est videre, si quis cõsideret ideã operati esse in mẽte operantis, sicut quòd intelligitur, non autẽ sicut species, qua intelligitur, quæ est forma faciens intellectũ in actu. Forma enim domus in mente ædificatoris est aliquid ab eo intellectum: ad cuius similitudinem domũ in materia format. Non est autem cõtra simplicitatem diuini intellectus, quòd multa intelligat: sed contra simplicitatem eius esset, si per plures species eius intellectus formaretur. Vnde plures ideæ sunt in mente diuina, vt intellectæ ab ipso. Quod hoc modo potest videri. Ipse enim essentiã suã perfecte cognoscit: vnde cognoscit eam secundum omnem modum, quo cognoscibilis est. Potest autem cognosci non solum secundum q in se est, sed secũdũ quod est participabilis secũdũ aliquẽ modũ similitudinis [e] à creaturis. Vnaquęque autem creatura habet propriã speciẽ secundum quòd aliquo modo participat diuinæ essentiæ similitudinem. Sic igitur in quantum Deus cognoscit suam essentiam vt sic imitabilem à tali creatura, cognoscit eam vt propriam rationem & ideam huius creaturæ [e]; Et similiter de aliis. Et sic patet, q Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum: quæ sunt plures ideæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd idea non nominat diuinam essentiam inquantum est essentia, sed inquantum est similitudo, vel ratio huius vel illius rei. Vnde secundum quòd sunt plures rationes intellectæ ex vna essentia, secundum hoc dicuntur plures ideæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd sapientia & ars significantur, vt quo Deus intelligit, sed idea, vt quod Deus intelligit. Deus autem vno intelligit multa, & non solum secundum quòd in seipsis sunt, sed etiam secundum quòd intellecta sunt: quod est intelligere plures rationes rerum. Sicut artifex dũ intelligit formam domus in materia, dicitur intelligere domũ: dũ autẽ intelligit formam domus vt à se speculatam (ex eo quod intelligit se intelligere eam) intelligit ideam vel rationem domus. Deus autem non solum intelligit multas res per essentiam suam, sed etiã intelligit se intelligere multa per essentiam suam [e]. Sed hoc est intelligere plures rationes rerum vel plures ideas esse in intellectu eius vt intellectas.

¶Ad tertium dicendum, quòd huiusmodi respectus, quibus multiplicantur ideæ, non causantur à rebus, sed ab intellectu diuino comparante essentiam suam ad res.

¶Ad quartum dicendum, q respectus multiplicantes ideas non sunt in rebus creatis, sed in Deo: ¶Non tamẽ sunt reales respectus: sicut illi quibus distinguuntur personæ: sed respectus intellecti à Deo.

ARTICVLVS III.

a ¶Vtrum omnium, quæ cognoscit Deus sint ideæ.

98 1. dis. 36. q. 2. art. 3. et 1. d. 1. q. 1. art. 2. c. et ver. q. 3. art. 4. 5. 6. et 7. et 8.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non omnium quæ cognoscit Deus, sint ideæ in ipso. Mali enim idea nõ est in Deo, quia sequeretur malũ esse in Deo.

a ¶ Super Quæstionis decimæquintæ Articulum secundum.

TItulus clarus.

¶ In corpore tria facit. Primo respõdet quæsito affirmatiue. Secundo ostendit quòd hæc pluralitas non repugnat diuinæ simplicitati. Tertio ostendit quomodo hic pluralitas est. *Cõment.*

¶Quo ad primum conclusio respõsiua est. Necesse est ponere ideas plures. probatur. Vltimus finis in quolibet effectu est proprie intentus à principali agente: ergo ordo vniuersi est proprie intentus & per se factus a Deo: ergo in mẽte diuina est idea ordinis vniuersi: ergo in ea sunt propriæ rationes omnium rerum: ergo in ea sunt plures ideæ. Antecedẽs manifestatur in ordine exercitus & duce. Prima vero consequentia probatur: quia optimum in rebus existens est ordo: quod firmatur ex 12. meta. Et cõfirmatur veritas consequentis ex destructione opinionis Aui. &c. secunda autem est per se nota. tertia vero probatur: quia ratio totius haberi non potest, nisi habeantur rationes omniũ ex quibus totum constituitur, vt patet in domo & eius partibus. Confirmaturq; veritas consequentis autoritate Aug. vltima demum consequentia non eget probatione.

Annota. ¶ Aduerte, quòd notanter in primo antecedente non dicitur vltimus finis, sed dicitur vltimus finis in quolibet effectu: quoniam hic est sermo de fine intrinseco effectus, & non de fine, qui est extra effectum: vt enim patet 13. meta. text. 52. Bonum vniuersi est duplex, scilicet in ipso vniuerso manẽs, & aliud extra ipsum. primum est ordo, secũdum est Deus: propter quem est etiam ipse ordo. Ordo ergo vniuersi, quia est optimum in toto vniuerso oportet esse vltimum in hoc effectu, qui est vniuersum, & consequenter respondere principali agenti: quòd supponimus esse Deum. Et sic Deus est actor per se, & finis ipsius ordinis: quemadmodum dux respectu ordinis exercitus. 246

¶ Aduerte secundo, quòd litera, vt ostenderet vim huius medij, ad inferendam pluralitatem idearum in Deo, inseruit opinionem Aui. de modo, quo pluralitas emanauit creaturarum: de qua inferius erit sermo. si enim distinctio creaturarũ non per se intenta esset à Deo, sed ex parte Dei esset per accidẽs, scilicet propter successionem agentium: seu quouis alio modo, non habemus viam concludendi in Deo exemplaria multorũ, sed vnius tantum. Nullus enim opifex exigit ideam eorum, quæ sunt per accidens.

Cõment. ¶ Quo ad secundum ostenditur, quòd pluralitas idearum non repugnat diuinæ simplicitati ex differentia, quæ est inter quod & quo aliquis intelligit: vtitúrque tali ratione: multiplicare quod, non repugnat simplicitati, sed multiplicare quo: sed idea est quod & non quo: ergo multitudo idearum nõ repugnat simplicitati diuinæ. maior probatur: quia multa intelligere non ponit compositionem, aut imperfectionem &c. sed bene hoc ponit multis speciebus intelligere. minor probatur inductiue ex idea domus in mente artificis &c.

¶ Num quod, vel quo intelligitur, ponat in Deo pluralitatem realem, siue rationis. *Quæstio.*

CIrca differentiam in litera assignatam inter quod & quo intelligitur: dubium occurrit. Primo aut est sermo de pluralitate reali, aut rationis. si reali vtriusque pluralitas præiudicat diuinæ simplicitati: si rationis vtrunque potest pari ratione plurificari. Quoniam essentia diuina vt species comprehendit omnes species intelligibiles, quemadmodum ipsa vt obiecta comprehendit omnia obiecta, & sic æqua est vtrinque pluralitas secundum rationem. Secundo intellectum à Deo non potest esse nisi vnum numero, vt patet 12. metaphy. ergo repugnat multiplicare quod intelligitur à Deo. falsum est ergo, quòd pluralitas eius quod intelligitur, non præiudicat. Tertio in Deo est sapientia & ars, & scientia: ergo quo intelligitur, multiplicatur in Deo. probatur sequela: quia se habent vt quo Deus intelligit: vt etiam expresse litera dicit in responsione ad secundum.

¶ Ad euidentiam horum scito, quantum ad ly quo & quod: quòd hic est sermo de quo & quod in actu exercito, scilicet de illis rationibus formalibus, seu rebus quæ exercent actum ipsius quo, vel actum ipsius quòd vt in proposito. Idea est quòd intelligitur in actu exercito: quoniã significat id quod se habet ad intellectionẽ vt obiectũ vel terminus. Ars verò est quo in actu exercito: quia importat id quòd se habet vt principiũ formale intellectionis, & sic de aliis. Quantum verò ad multitudinem seu pluralitatem scito q hic est sermo non de pluralitate reali, nec de pluralitate rationis, formaliter loquendo: sed de pluralitate simpliciter q aut quo. Ita q intentio literæ est ponere differentiam in hoc, quòd ratio formalis exercens actũ quòd potest multiplicari simpliciter posítq; absolute dici multæ: Ratio vero exercens actum quo non potest sic multiplicari vt possit absolute dici multæ. Ad primam ergo obiectionem in oppositũ patet responsio, dicimus enim quòd quia idea est quod intelligitur, & ad pluralitatem cogniti sufficit omnis distinctio rationis. nam aliud cognitum est punctum vt principium, & aliud vt finis. ideo ad pluralitatẽ idearum sufficit distinctio illa relatiua: qua essentia vt sic imitabilis est vnum cognitũ, & vt sic imitabilis est aliud cognitũ &c. Ad pluralitatẽ vero principij intelligendi non sufficit quælibet distinctio rationis, sed requiritur distinctio secundum propriam & per se rationẽ principij intelligendi. Ideo non est par ratio multitudinis ipsius quo 85 & ipsius quòd quum ergo dicitur, essentia diuina, ita plura continet obiecta sicut ratio, conceditur, sed negatur, q sicut pluralitas illa, quæ intelligitur in ipsa obiecta sufficit ad pluralitatem simpliciter ipsius quod: ita eadẽ pluralitas quę intelligitur in eadem vt ratio seu spẽs intelligendi, sufficiat ad pluralitatẽ ipsius quo, propter rationem iam dictã. Ad secundam aũt obiectionẽ dicitur dupliciter. Primo q intellectũ à Deo non est nisi vnum, vt distinguitur cõtra multa disparata, & nõ vt simpliciter distinguitur cõtra multa. Ideo non sunt multa cognita disparata nec inter se, nec ab essentia diuina: quoniã quęlibet est ipsa essentia. Contra simplicitatẽ namque intellectus est, si multa disparata cognita vt sic. i. in esse cognito (formaliter enim loquimur) haberet: vt in nobis cõtingit, quoniã triangulum & bouem intelligimus. Habere autẽ multa cognita non disparata, imò in vno numero cõmunicãtia nõ præiudicat simplicitati. Secũdo q intellectũ per se primo à Deo oportet esse vnũ. Idea autem est intellectum per se secũdo, & ideo cõpatitur multitudinẽ. Non enim dictũ est in litera, q omne quòd potest multiplicari, sed quòd multiplicare, quod nõ præiudicat simplicitati. Sat autem hoc verificatur, si quod per se secundo plurificari potest.

¶ Ad tertium autẽ dicitur q laborat in æquiuoco. Non enim intẽdit litera quòd in Deo non possint poni plura diuersarum rationũ quo: sed quòd nullũ eorũ potest multiplicari: non enim sunt in Deo multæ sapientiæ, neque multæ artes &c. sed sunt in Deo multæ ideæ.

Cõment. ¶ Quo ad tertiũ ostenditur modus, quo prædicta pluralitas obiectiua est in intellectu diuino: Deus perfecte intelligit essentiam: ergo cognoscit eã omni modo, quo cognoscibilis est: ergo cognoscit eã non solum secundũ se, sed secundum q est quocunque modo participabilis à creatura: ergo cognoscit vt sic immitabilem à tali creatura: ergo vt propriam rationem huius creaturæ: ergo cognoscit plures rerum rationes: quas vocamus ideas. Antecedens patet cum prima consequentia. secunda autẽ probatur. Quia Deus vtroq; modo est cognoscibilis. Quarta autem probatur: quia species creaturarũ sunt secundum modos participandi diuinæ essentiæ similitudinem. Quinta autem patet ex eo, quia par est de creatura hac & aliis iudicium.

Annot. ¶ In responsione ad primum aduerte diligenter, quòd hic non est sermo de quacunque similitudine, sed exemplari tantum. Imitabile autem exẽplariter nõ est, nisi obiectum intellectus. Et propterea, licet essentia diuina absolute sit prius imitabilis quàm sit obiecta, non tamen est prius imitabilis exemplariter quàm sit obiecta: qa de ratione exẽplaris, vt dictũ fuit, est esse obiectũ. vnde, si Deus nõ esset intellectuale agens, essentia sua esset quidem imitabilis, sed non exemplariter: ac per hoc non haberet rationem ideæ: & hoc insinuat litera dicens quòd non nominat essentiam, sed rationem intellectam ex ea.

Annot. ¶ In responsione ad secũdũ & tertiũ, propter clariorẽ intellectũ nota simul tria. Primo quòd idea significat essentiã diuinã imitabilẽ exẽplariter. Et quia imitabilitas põt sumi dupliciter. s. fundamẽtaliter, id est, p absoluto: & formaliter, id est, pro respectu: tripliciter ideę significatio imaginari põt: Primo vt significet absolutum tantum. secũdo respectiuũ tantũ. tertio vtrunq;. Et quidem q nõ tantũ fundamentum imitabilitatis significet ex eo pbatur: quia cũ illud sit omnino vnum in omnibus ideis, quia est ipsa simplicissima essentia diuina, in qua non potest distingui absolutum imitabile à lapide, ab absoluto imitabili à leone, non posset sustineri pluralitas idearum in Deo. Plures enim ideas intelligere est impossibile, nisi significatum ideæ plurificatum intelligatur. Quod etiam nõ tantũ respectum significaret ex eo patet quòd essentiã diuinam significare dicitur. Vnde relinquitur q vtrunque significet, non eo modo quo ly vestis significaret hominem album, si vtrique imponeretur: quoniã sic idea nõ haberet vnã rationem; sed eo modo quo nomina significant absolutum relatiue, vt saluator & creator &c, ac per hoc de ratione ideæ in Deo sunt & essentia & relatio: non vt partes componẽtes vnam cõmunem rationem, sed vt res & modus, vt determinabile & determinatio, vt cõmune & proprium. Secundo nota, quòd ideas tam in artificibus quàm in Deo contingit intelligi dupliciter. primo vt aliorum sunt ideę. secundo vt in seipsis sunt. Exemplum vtriusq; mẽbri habetur in litera, in responsione ad secundum. Quum artifex faciendam domum cõtemplatur, ad ideam domus intellectio terminatur, vt idea est domus. Quum autem artifex in actu reflexo ipsam quam mente concipit ideam considerat, ad ipsam intellectio terminatur, vt in se est: eodem quoque modo in Deo contingit. 191. d. Ex hac autem distinctione facile percipere potes ideas constitui non per intelligi ipsas vt in se: sed per intelligi ipsas vt ideas aliorũ. Nec refert ad propositũ, an illud intelligi sit actualiter, aut habitualiter. Et propterea conceditur q in Deo sunt plures ideę: antequam sint ideæ intellectæ, secundum se. Et propter hoc in litera in calce responsionis ad secũdũ de secũdo modo quo intelliguntur, dicitur, & hoc est plures ideas esse in intellectu eius vt intellectas: quia aliud est plures ideas esse in intellectu eius & aliud est plures ideas esse in intellectu eius vt intellectas. Primum enim dicit eas esse obiectiue in intellectu, vt aliorum rationes: secũdum verò dicit eas esse obiectiue, vt secundum se intellectæ, ideo addidit, vt intellectas. Tertio nota quòd respectus isti distinguentes ideas, qui sint etiã cõstitutiui earũ nõ consequũtur actum intellectus diuini intelligẽtis ideas, sed fiunt per actum intellectus diuini intelligẽtis essentiam suam comparatiue. Ita quòd nõ est imaginandum, quòd prius intelligatur essentia vt imitabilis, & deinde sequatur respectus idealis: sed q ipsa intellectio essentiæ, vt imitabilis, est cõstitutio respectus idealis. Ex hoc autem habes, quòd respectus idealis non ponitur necessarij ad hoc, vt Deus distincte intelligat creaturas, vt quidam interpretari videntur. Constat enim quòd perfectio intellectionis diuinæ non mendicat à respectibus rationis. sed ponuntur necessarij, vt necessario constitui ex perfectione intellectionis diuinæ. Vnde in corpore articuli autor dixit, quòd quia Deus perfectissime intelligit essentiam suam, ideo intelligit eam vt tot modis imitabilem: hoc enim est constitui plures respectus ideales, intelligique plures ideas, vt aliorum rationes sunt: & intelligere creaturas distincte in essentia diuina sibi obiecta. Et hæc si bene contẽplatus fueris, obiectiones aliorum deridebis: quas non adduxi, quia non contra sensum expositum doctrinæ Sanc. Tho. militant.

a ¶ Super Quæstionis decimæquintæ Articulum tertium.

TItulus clarus.

¶ In corpore duo primo distinguit, secundo respondet quæsito. *Comment.*

¶ Quo ad primum, Idea diuina dupliciter sumitur, vt exemplar, & vt ratio. Manifestatur distinctio dupliciter. primo ex differentia duorum officiorum attributorum ideis à Platone generare & cognitionem facere: secundo ex differentia speculatiui & practici.

¶ Quo ad secundum respondet quæsito duabus propositionibus affirmatiuis, iuxta membra distinctionis præmissæ. Prima est idea secundum quod exemplar, est omnium, quæ à Deo secundum quodcunque tempus fiunt. Secunda est idea vt ratio, est omnium factibilium & cognoscibilium secundum proprias rationes tam speculatiue quàm practice. Hæ propositiones non aliter in litera probantur: quoniam ex quæst. 14. ex prædictis patent. Illud tamen non prætereas, quòd idea vt ratio sumitur pro ratione obiectiua, vt in primo articulo ipsa litera exposuit: dicitur igitur idea ratio obiectiua rei. Hoc etiam modo idea Platonica ratio cognoscendi esset.

Annot. ¶ In responsione ad tertium, aduerte, quòd hic Sanct. Tho. retractat dicta in quæst. de ve. quæst. 3. articul. 5. & in 1. sent. distinc. 36. articul. vltimo, de idea materiæ primæ. Nec oportet fingere glossas: quoniam medius terminus hic assumptus, scilicet quia secundum se non est cognoscibilis, expresse alibi dicta elidit vt patet intuenti. Sed dubium hic restat cuius compositi idea, materiæ primæ sit idea. Si tamen litera perspicaciter videatur, facile patebit, quòd idea vt ratio respondens materiæ primæ, est idea corporis, quòd est genus in prædicamento subiectæ: quoniam secundum illius formam diffinitur si diffinire-

Deo: Sed mala cognoscuntur à Deo. Ergo nõ omnium, quæ cognoscuntur à Deo sunt ideæ.

¶Præterea Deus cognoscit ea quæ nec sunt, nec erunt, nec fuerũt: vt suprà dictũ est[e]. Sed horum nõ sunt ideæ: quia dicit Dio. v. c. de di. no. q exẽplaria sunt diuinæ volũtates determinatiuæ & effectiuæ rerum. Ergo nõ omnium, quæ à Deo cognoscuntur, sunt ideæ in ipso.

¶Præterea, Deus cognoscit materiam primam. Quæ nõ potest habere ideam, cum nullam habeat formam. Ergo idem quod prius.

¶Præterea, Constat quòd Deus scit nõ solum species, sed etiam genera & singularia & accidentia. Sed horum non sunt ideæ, secundum positionem Platonis, qui primus ideas introduxit, vt dixit August. Non ergo omnium cognitorum à Deo sunt ideæ in ipso.

¶SED CONTRA Ideæ sunt rationes in mente diuina existentes, vt per Aug. patet. Sed omnium, quæ cognoscit Deus, habet proprias rationes. Ergo omnium, quæ cognoscit, habet ideam.

CONCLVSIO.

¶Omnium eorum, quæ secũdum, quodcunque tempus fiunt, sunt ideæ in Deo, quo exẽplaria sunt, vt verò rationes cognoscendi omnium ab ipso factibilium in ipso ideæ sunt tam speculatiuæ, quàm practicæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (cũ ideæ à Platone ponerentur principia cognitionis rerum & generationis ipsarum) ad vtrunque se habet idea, prout in mente diuina ponitur. Et secundum quod est principium factionis rerum, exemplar dici potest, & ad practicam cognitionem pertinet. Secundum autem quòd principium cognoscitiuum est proprie dicitur ratio, & potest etiam ad scientiam speculatiuã pertinere. Secundũ ergo quod exemplar est secundũ hoc se habet ad omnia: quæ à Deo fiunt secũdũ aliquod tẽpus. Secundum vero quod principiũ cognoscitiuũ est se habet ad omnia, quæ cognoscuntur à Deo, etiam si nullo tempore fiant: & ad omnia, quæ à Deo cognoscuntur secundum porpriam rationem, & secũdum quod cognoscuntur ab ipso per modum speculationis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd malum cognoscitur à Deo non per propriam rationem, sed per rationem boni. Et ideo malum non habet in Deo ideam, neque secundum q idea est exemplar, neque secundum quòd est ratio.

¶Ad secundum dicendũ, quòd eorũ quæ neque sunt neq; erunt neque fuerunt, Deus non habet practicam cognitionẽ, nisi virtute tantum. Vnde respectu eorũ non est idea in Deo secundum quod idea significat exemplar, sed solum secundum quòd significat rationem.

¶Ad tertium dicendum, q Plato secundum quosdam posuit materiam non creatam, & ideo non posuit ideam esse materiæ, sed materię concausam. Sed quia nos ponimus materiam creatam à Deo, non tamen sine forma[e]: habet quidem materia ideam in Deo, non tamen aliam ab idea compositi. Nam materia secundum se neque esse habet, neque cognoscibilis est.

¶Ad quartum dicendum, q genera non possunt habere ideam aliam ab idea speciei secundum quòd idea significat exemplar: quia nũquam genus fit nisi in aliqua specie. Similiter etiam est de accidentibus, quæ inseparabiliter cõcomitantur subiectum: quia hæc simul fiunt cum subiecto. Accidentia autem, quæ superueniunt subiecto, specialem ideam habent. Artifex enim per formã domus facit omnia accidentia, quę à principio concomitantur domum. Sed ea, quæ superueniunt domui iam factę, vt picturæ vel aliquid aliud, facit per aliquam aliam formam. Indiuidua vero secundum Platonẽ non habebant aliam ideam quàm ideã speciei. Tum quia singularia indiuiduantur per materiam, quam ponebat esse increatam (vt quidam dicunt) & concausam ideæ. Tum quia intentio naturę consistit in speciebus, nec particularia producit, nisi vt in eis species saluentur. Sed prouidentia diuina non solum se extendit ad species, sed ad singularia, vt infra dicetur[e]. 137 145

QVAESTIO SEXTADECIMA, De veritate, in octo Articulos diuisa.

QVONIAM autẽ scientia verorũ est: post cõsiderationẽ scientię Dei de veritate inquirendũ est.

¶Circa quam quęruntur octo.

¶Primo. vtrũ veritas sit in re, vel tantum in intellectu. ¶Secundo, vtrum sit tantum in intellectu cõponente & diuidente. ¶Tertio, de cõparatione veri ad ens. ¶Quarto, de comparatione veri ad bonum. ¶Quinto, vtrum Deus sit veritas. ¶Sexto, vtrum omnia sint vera veritate vna, vel pluribus. ¶Septimo, de æternitate veritatis. ¶Octauo, de incommutabilitate ipsius.

ARTICVLVS PRIMVS.

a ¶*Vtrum veritas sit tantum in intellectu.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd veritas non sit tantum in intellectu, sed magis in rebus. Aug. enim in lib. sol. reprobat hãc notificationẽ veri. Verum est id q videtur quia secũdũ hoc lapides, qui sunt in abditissimo terrę sinu non essent veri lapides: quia non videntur. Reprobat etiam istã, verum est quod ita se habet vt videtur cognitori, si velit & possit cognoscere: q secundũ hoc sequeretur q nihil esset verum, si nullus posset cognoscere. Et diffinit sic verum, Verum est id qđ est. Et sic videtur q veritas sic in rebus, & non in intellectu. 99 1. di. 19. q. 5 art. Et ver. q. 1. arti. 1.

¶Preterea, Quicqd est verũ, veritate verũ est. Si igitur veritas est in intellectu solo, nihil erit verum, nisi secundũ quòd intelligitur: q est error antiquorum philosophorum, qui dicebant omne quod videtur esse verum. Ad quòd sequitur contradictoria simul esse vera: cum contradictoria simul à diuersis vera esse videantur.

¶Præterea, Propter quod vnũquodque & illud magis, vt patet primo posteriorum. Sed ex eo quòd res est, vel non est, est opinio, vel oratio vera vel falsa secundum Philosophũ in prædicamentis. Ergo veritas magis est in rebus quàm in intellectu.

¶SED CONTRA est, q Philosophus dicit sexto metaphy. quòd verum & falsum non sunt in rebus, sed in intellectu.

CONCLVSIO.

¶Verum, cum sit terminus intellectus, sicut bonum appetitus, veritatem omnem in intellectu esse oportet principaliter, secundario autem in rebus secundum ordinem ad intellectum, à quo dependent.

¶RESPONDEO dicendũ, q sicut bonũ nominat id in qđ tẽdit appetitus, ita verũ nominat id, in qđ tendit intellectus. Hoc autẽ distat inter appetitum & intellectũ siue quãcunq; cognitionẽ, Quia cognitio est secundũ q cognitum est in cognoscente: appetitus autem est secundũ q appetens inclinatur in ipsam rem appetitã[c]. Et sic terminus appetitus, quod est bonum, est in re appetibili. Sed terminus cognitionis, quod est verum, est in ipso intellectu. 163 269 Sicut autem bonum est in re inquantum habet ordinem ad appetitum, & propter hoc ratio bonitatis deriuatur à re appetibili in appetitum, 404 secundum q appetitus dicitur bonus prout est boni: ita (cũ verum sit in intellectu secundũ q conformatur rei intellectæ) necesse est q ratio veri ab intellectu ad rem intellectã deriuetur vt res etiam intellecta vera dicatur, secundũ q habet aliquem ordinẽ ad intellectum. 107 Res autem intellecta ad intellectũ aliquem potest habere ordinem[c], vel per accidens. 231 Per se quidẽ habet ordinem ad intellectum, à quo depẽdet secũdum suum esse, per accidẽs autẽ ad intellectum, à quo cognoscibilis est. Sicut si dicamus quòd domus comparatur ad intellectum artificis per se, per accidẽs autem comparatur ad intellectũ, à quo non dependet. Iudiciũ autem de re nõ sumitur secũdũ id qđ inest ei per accidẽs, sed secũdũ id qđ inest ei per se. Vnde vnaquæq; res dicitur vera absolute secũdũ ordinem ad intellectũ, à quo dependet. Et inde est q res artificiales dicuntur veræ per ordinem ad intellectum nostrum, dicitur enim domus vera, quæ assequitur similitudinem formæ, quæ est in mente articis. Et dicitur oratio vera, inquantum est signum intellectus veri. Et similiter res naturales dicuntur esse veræ secundum quòd assequuntur similitudinem specierum, quæ sunt in mente diuina. Dicitur enim

tur. Idea enim vt ratio, est omnis cognoscibilis per propriã rationem: vt in litera dicitur. Idea autem eius vt exẽplar, 88 non est alio modo quęrenda quàm ideæ generum, de quibus in litera dicitur, quod nõ habent aliam ideã à specie &c.

a ¶*Super Quæstionis decimæsextæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶In corpore duo, primo respondet quæsito, secundo assignat rationẽ plurium diffinitionum veritatis, ibi, Et secũdum hoc veritas.

Cõment. ¶Quo ad primum, conclusio responsiua quæsito est, veritas principaliter est in intellectu, secundario in rebus in ordine ad intellectum, à quo dependent. Hæc conclusio habet tres partes: & quo ad primam quidem probatur, verum est terminus intellectus, ergo est in intellectu. Antecedens declaratur, ex proportionali conuenientia inter verum & bonum: quia sicut bonum significat id, in quod tendit appetitus, ita verum id, ad quod tendit intellectus, consequentia verò probatur ex differentia inter appetitum & cognitionem ex 6. metaphysi. quia ille extra, hęc intus perficitur.

¶Quo ad secundam verò partem, scilicet q secundario in rebus probatur ibi (sicut autem bonum) verum est in intellectu secundum q conformatur rei intellectæ: ergo ratio veri ab intellectu ad rem intellectam deriuatur: ergo res intellecta vera dicitur secũdũ quòd habet ordinem ad intellectum, Antecedens manifestatur, ex proportionali conuenientia inter bonum & verum: quia sicut bonum est in re vt conueniens est appetitui, ita verum in intellectu &c. consequentia quoque vtraque ex eadẽ radice probatur: prima, quia ex bono in re bonitas ad appetitum deriuatur. secunda quoque, quia ex hoc appetitus boni dicitur bonus.

c 235 241 b c ¶Quo ad tertiã autem partem, scilicet à quo depẽdent, probatur ibi (Res autem intellecta) dupliciter. primo ratione. secundo ab effectibus.

¶Ratio est. Iudicium de vnaquaque re non fit secũdum ea, quæ insunt per accidens, sed per se: ergo vnaquæque res dicitur vera absolute secũdum ordinem ad intellectum à quo dependet. Antecedens patet: consequentia vero probatur ex differẽtia inter ordinem rei ad intellectum causatiuum vel cognoscitiuum tantũ: quia scilicet ad istum per accidens, ad illum per se ordinem habet: quod declaratur exemplo domus respectu artificis & non artificis. Effectus autem testimonium præbentes his, sunt artificialia & naturalia. artificialia enim tam mechanica, vt domus: quã liberalia, vt oratio: vera absolute sunt, si conformia sunt artibus. Naturalia quoque vera absolute sunt, si consonant opifici, quem supponimus esse primum intellectum.

¶Circa prædicta duæ propositiones aduertendæ sunt, prima est, verũ est id in quod tendit intellectus sicut bonum &c. hæc enim inferius articulo 3. ad tertium discutietur. Altera est, cognitio est secundũ q cognitum est in cognoscente. Appetitus autem secundum inclinationẽ ad rẽ. Et hęc in quęstione 80. arti. 3. defendetur: vbi comparabitur intellectui voluntas.

¶Quo ad secundum redditur ratio sex diffinitionũ veritatis: quòd tres pertinent ad verum in re, duę ad verum in intellectu, & vna ad verũ vtrobique: omnia clara sunt.

¶*Super Quæstionis decimæquintæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus clarus apud retinentes, quòd intellectus componens & diuidens non significat substantiam aut potentiam aliquam: sed operationem intellectus, vocatam compositio & diuisio in tertio de anima.

enim verus lapis, quia assequitur propriam lapidis naturam secundũ præconceptionem intellectus diuini. Sic ergo veritas principaliter est in intellectu, secundario vero in rebus secundum quòd comparatur ad intellectum vt ad principium. Et secundum hoc veritas diuersimodè notificatur. Nam August. in libro de vera religio. dicit, quòd veritas est qua ostenditur id quod est. Et Hilarius dicit, quòd verum est declaratiuum aut manifestatiuum esse. Et hoc pertinet ad veritatem secundum quòd est in intellectu. Ad veritatem autem rei secũdum ordinem ad intellectum, pertinet diffinitio Aug. in lib. de vera relitalis, Veritas est summa similitudo principij, quæ sine vlla dissimilitudine est. Et quædam diffinitio Ansel. talis, Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. Nã rectum est, quod principio concordat. Et quædam diffinitio Auic. talis, Veritas vniuscuiusque rei est proprietas sui esse quod stabilitum est ei. Quod autem dicitur q veritas est adæquatio rei & intellectus, potest ad vtrunque pertinere.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, q Augusti. loquitur de veritate rei, & excludit à ratione huius veritatis comparationem ad intellectum nostrum. Nam id, quod est per accidens ab vnaquaque diffinitione excluditur.

¶Ad secundum dicendum, quòd antiqui philosophi species rerum naturalium non dicebant procedere ab aliquo intellectu, sed eas prouenire à casu. Et quia considerabant, quòd verum importat comparationem ad intellectum, cogebantur veritatem rerum constituere in ordine ad intellectum nostrum: Ex quo inconuenientia sequebantur, quæ Philosophus prosequitur in quarto metaphy. Quæ quidem inconuenientia non accidunt, si ponamus veritatem rerum consistere in comparatione ad intellectum diuinum.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet veritas intellectus nostri à re causetur, non tamen oportet quòd in re per prius inueniatur ratio veritatis, sicut neque in medicina per prius inuenitur ratio sanitatis quàm in animali. Virtus enim medicinæ non sanitas eius causat sanitatem, cum non sit agens vniuocum. Et similiter esse rei non veritas eius causat veritatem intellectus. Vnde Philosophus dicit quòd opinio & oratio vera est ex eo, quòd res est, non ex eo quòd res vera est.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum veritas sit in intellectu componente & diuidente.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd veritas non sit solum in intellectu componẽte & diuidẽte. 100 1. d. 19. q. 5. arti. 1. 7m. & ver. q. 1. art. 3. Dicit enim Philosophus in 3. de anima, q sicut sensus propriorum sensibilium semper veri sunt, ita & intellectus eius quòd quid est. Sed compositio & diuisio non est neque in sensu neque in intellectu cognoscẽte quòd quid est. Ergo veritas non solum est in compositione & diuisione intellectus.

¶Preterea, Isaac dicit in libro de diffinitionibus, quòd veritas est adæquatio rei & intellectus: sed sicut intellectus complexorum potest adæquari rebus, ita intellectus incomplexorum & etiam sensus sentiens rem vt est. Ergo veritas non est solum in compositione & diuisione intellectus.

¶SED CONTRA est, qđ dicit Philosophus in 6. metaph. quòd circa simplicia & qđ quid est, non est veritas, nec intellectus, neque in rebus.

CONCLVSIO.

¶Verum est tantum in intellectu componente, vel diuidente, non autem in sensu, vel intellectu quid est rei concipiente.

¶RESPONDEO dicendum, quòd verum (sicut dictum est[c]) secundum sui primam rationem est in intellectu. 93 Cum autem omnis res sit vera secundum quòd habet propriam formam naturæ suæ: necesse est q intellectus inquantum est cognoscens, sit verus inquantum habet similitudinem rei cognitæ, quæ est forma eius inquantum est cognoscens. Et propter hoc per conformitatem intellectus & rei veritas diffinitur. Vnde conformitatem istam cognoscere, est cognoscere veritatem. Hanc autem nullo modo sensus cognoscit[c]. 108 Licet enim visus habeat similitudinem visibilis, non tamen cognoscit comparationem, quæ est inter rem visam, & id

Cõment. ¶In corpore est vnica conclusio respõsiua quęsito affirmatiue, veritas propriè loquendo est tantum in intellectu cõponente & diuidente. Hæc conclusio habet duas exponentes, scilicet veritas propriè loquendo est in intellectu componente & diuidente, & quod in nullo alio. Probantur quo ambæ simul in litera sic, omnis res est vera secundum quod habet propriã formam suæ naturæ: ergo intellectus vt cognoscẽs est verus secundũ quòd assimilatur rei cognitæ: ergo veritas est conformitas intellectus & rei: ergo cognoscere veritatem est cognoscere conformitatem cognitionis ad cognitũ: ergo nec sensus nec intellectus quod quid est, sed intellectus iudicans. ita esse sicut apprehendit cognoscit primo & dicit verum: ergo intellectus componens & diuidens cognoscit verum. ergo in eo tãtum est verum secundũ proprium modũ nomine veri importatũ: ergo in eo tantum est verum proprie loquendo. Prima consequẽtia probatur. quia similitudo rei cognitę est propria forma intellectus vt cognoscens. Secunda vero manifeste tenet ex suo antecedente probato: adiecta illa propositione in principio corporis articuli posita: scilicet verum secũdum sui primam rationem est in intellectus. Si enim sic est & veritas intellectus attenditur secundum similitudinem ad rem: consequens est, quòd veritas per cõformitatẽ intellectus & rei definiẽda sit. Tertia autẽ vt nota relinquitur, & vere nota est quoniam si veritas cognitionis consistit in similitudine seu conformitate intellectus & rei, oportet vt cognoscere veritatem sit cognoscere conformitatem hanc, scilicet intellectus & rei: & econuerso, cognoscere hanc conformitatem, sit cognoscere veritatem. Quarta verò quo ad partes negatiuas declaratur in visu & intellectu simplici. Quo ad affirmatiuam verò, nec probatione, nec manifestatione eget. Quinta autem probatur: quia in omni propositione aliquam formam significatam per prædicatum applicat rei significatæ per subiectum, vel remouet ab ea. Sexta verò & probatur: quia verum est perfectio intellectus vt cognitum. & manifestatur ex differentia, ex supradictis consequente inter cognoscentem esse verum & cognoscentem cognoscere verum. Illud enim est cognoscentem esse verum vt quandam rem. Et ideo conuenit sensui & intellectui quod quid est: & vocibus incomplexis: hoc autem est habere verum vt cognitum in cognoscẽte: & ideo in intellectu componente vocibusque complexis vt signis &c. Vltima demum consequentia per se nota est: vt patet.

Annot. ¶Ad euidentiam horũ aduerte, quòd planus sensus, quę superficies huius literæ prima fronte ostẽdit, videtur quòd quia cognitio sensus, puta visus, aut etiã simplicis intellectus, cõformis est rei: ideo vera dici potest, Sed quia nõ potest illam conformitatem, quæ est inter ipsam cognitionẽ simplicẽ & rẽ cognoscere, ideo non cognoscit verum. Et quia intellectus cõponẽs illã cognoscit, ideo cognoscit verũ. Sed huiusmodi sensus alienus est ab hac litera secundũ veritatem. Tum quia falsum est, quòd intellectus simplex non cognoscat illã conformitatẽ, quoniam conformitas illa diffinibile quoddã est, & consequenter simplici intellectu cognoscitur. Tum quia illa conformitas non cognoscitur nisi reflexe ab intellectu, verum autem cognoscitur directe & non reflexe tantũ. Tum quia medius terminus in litera adductus ad probandum, q conformitas, in qua cõsistit veritas: cognoscatur ab intellectu componendo vel diuidendo, non esset ad propositum, vt patet applicãti. Vt igitur præsens litera cum qualibet sibi simili pateat, notato quatuor. Primo quòd aliud est loqui de intellectu etiam in actu secundo, & aliud de intellectu inquantum cognoscens: & similiter aliud est loqui de veritate illius, & aliud de veritate istius. Ad veritatem enim intellectus in actu secundo non plus requiritur quàm ad veritatem sensus in actu secundo. vnde & intellectus & sensus in actu, verus dicitur vt quædam res vera, quando cognitio assimilatione ad cognitum informatur. Ad veritatem autem intellectus vt cognoscens est, exigitur quòd veritas sit in eo vt est cognoscens, hoc autem non est nisi sit in eo vt cognita. Et propterea litera inuestigans vbi proprie verum sit à propria forma intellectus non in actu primo aut secundo, sed vt cognoscens est procedit: & vult quòd propria eius forma ac perfectio est similitudo cogniti, non quæ est principium cognitionis, sed quæ est terminus, vel quasi terminus seu perfectio ad quam attingẽdo cognitio perficitur. Pro quo nota secundo, quòd similitudo rei cognitæ dupliciter sumitur quãtum ad propositum spectat. Primo pro specie intelligibili siue sensibili simplici, id est, per modum incomplexi repræsentantis, quicquid sit illa species. Secundo pro specie repræsentatiua cogniti: vt sic siue complexe siue incomplexe quicquid sit illa, siue species impressa, siue expressa, siue ipsa cognitio: hæc enim non variant propositum. In præsenti litera non sumitur similitudo cogniti primo modo, vt superficialis expositio intelligit, sed secundo, ita quòd sensus literæ est, quòd similitudo attacta seu assequuta à cognitione est propria forma & perfectio intellectus vt cognoscens est & illa cognitio quæ sui ipsius cõformitatem cum re cognoscit, illa cognoscit verum: & nulla alia, quomodocunque sit illa conformitas, scilicet siue per modum complexi siue incomplexi. Tertio nota, quòd cognoscere conformitatem sui ad cognitum contingit dupliciter, scilicet in actu signato, & in actu exercito. Cognoscere conformitatem in actu signato, est cognitionem terminari ad relationem conformitatis. Cognoscere vero conformitatem in actu exercito, est cognoscere aliquid in se vt conforme cognito: quòd vt clarius percipiatur, manifestatur in actu dicendi, quoniam clarius apparet propositũ in ipso. Dicit quispiam conformitatem intellectus & rei in actu signato, quum hæc verba seu significata eorum in communi vel in speciali materia, quam intelligit, dicit mentaliter vel vocaliter: dicit autem in actu exercito, quando aliquid dicit vt conforme rebus. Nunquam autem dicit aliquid vt conforme vel difforme rei: quamdiu incomplexum aliquod dicit: dicendo enim homo, aut centaurus, aut vacuum: nihil dico vt conforme vel difforme rei alicui: sed cum primo dicit, homo est: aliquid dicitur conforme vel difforme rei: quoniam dicit aliquid significans hominem esse, vt de se patet: & simile est de credere, & cognoscere. Cognoscere igitur conformitatem sui ad rem: nihil aliud est quam cognoscere aliquid in se vt conforme rei: hoc autem nihil aliud est quàm apprehendere cõplexum aliquod. Apprehendendo enim ly homo est, apprehendo aliquid vt conforme. In proposito non sumitur cognoscere conformitatem primo modo, vt superficialis illa expositio accepit, sed secundo. Et propterea in litera probatur, quòd cognoscere sui conformitatem ad rem, est proprium intellectus componentis & diuidentis. Ex eo quòd enuntiatio omnis ponit vel remouet aliquid à subiecto. si enim cognoscere conformitatem sui ad rem, est cognoscere aliquid in se vt conforme rei. Et nunquam cognoscitur aliquid in se vt conforme, nisi quum cognoscitur enuntiatio, quam constat esse in enuntiante & conformitatem, vel difformitatem ad rem importare: oportet q solus intellectus enuntians cognoscat ac dicat conforme vel difforme vt sic. Et q a hoc solũ est dicere & cognoscere verũ in actu exercito, ideo solus intellectus componens & diuidens cognoscit & dicit verum. Et verum in actu exercito est in solo intellectu componẽte & diuidente, vt cognitum & dictum in cognoscente & dicente. Ita enim distinguendum est de cognitione veri in actu exercito & signato, sicut de prædictis. Quam distinctionem si non capis, ex distinctione hac quo ad significationem percipiet etiam nouitius quilibet. significare enim verũ, vt in logicalibus instructionibus habetur, dupliciter inuenitur, scilicet in actu exercito & significato. Nam ly verũ, significat verum, sed non exercet ipsum, sed ly homo est bipes, significat verum, quia exercet ipsam veritatem. Et ly homo est alatus, significat falsum in actu exercito &c. Et propterea in primo perihermenias dicitur: quòd enuntiatio est oratio significans verũ vel falsum, scilicet in actu exercito: quòd est significare conforme rei, vel difforme vt sic.

¶Ex his autem patet quartum, quòd obscuritatem magnam in hac materia po-

nit scilicet, quòd veritas est cōformitas intellectus & rei. hoc enim potest intelligi de veritate rei, vel de veritate absolute. Et primo modo est optime dictū quoniā veritas, qua omnis res in suo gradu essendi dicit vera, siue cognoscat siue nō, consistit in conformitate horum duorum, vt patet ex litera hac & præcedente. Secundo autem modo vt prima fronte apparet est benedictum, sed particulariter intelligendum quia non conformitas cuiuscunque intellectus, sed intellectus complexi tantum est veritas, vt patet ex dictis. Sed si altius diffinitionem hanc perscrutati fuerimus, inueniemus quòd vniuersaliter & proprie loquēdo hæc diffinitio soli veritati absolute cōuenit, & nō veritati rei nisi extensiue. Conformitas enim intellectus ad rem dupliciter potest in intellectu inueniri. Vno modo per antecedens, alio modo per se. Nulli enim intellectui incōplexo vt sic, conuenit per se conformitas ad rem: quia incōplexum vt sic repectum nullum æqualitatis, aut inæqualitatis, ad alterum exercet: quamuis forte adæquatum alteri de facto sit, vt patet inductiue. Complexa autem enuntiatio mentalis omnis per se exercet in propria ratione q; sit æqualis & inæqualis enuntiatæ rei: quoniam essentialiter est similitudo q; hoc insit vel non insit illi. Et si quidem insit quod repræsentat in esse, conformis dicitur, sin autē, difformis. Quū igitur aliquis intellectus sit ex propria ratione conformis aut difformis: & de ratione veritatis absolute sit cōformitas intellectus: cōsentaneū est, q; de intellectu, cui per se cōuenit conformitas, est sermo. Ita quòd sensus est, veritas est conformitas intellectus & rei, id est, veritas est intellectus per se conformis rei, vel conformitas intellectus per se, subiecti, conformitatis, vt sic in diffinitione veritatis ponatur intellectus tanquā subiectum non per antecedens, sed per se. Talis autem est intellectus cōponēs vt dictū est. Vnde Ari. 4. metap. tex. 27. diffiniuit verum & falsum per enuntiabile dicēs, q; verū est ens esse & nō ens nō esse: falsum autē ens nō esse & nō ens esse. Ita q; enuntiabile diffinit verū, & verū enūtiationē: vt ostēdatur verū proprie in huius compositione tantū inueniri, vt verū exercite.

quod ipse apprehendit de ea. Intellectus autem conformitatē sui ad rem intelligibilem cognoscere potest: sed tamen non apprehendit eam secundum quòd cognoscit de aliquo quod quid est. Sed quando iudicat rem ita se habere sicut est forma, quam de re apprehēdit, tunc primo cognoscit & dicit verum. Et hoc facit componendo, & diuidēdo. Nam in omni propositione, aliquam formā significatam per prædicatum vel applicat alicui rei significatæ, per subiectum, vel remouet ab ea, & ideo bene inuenitur quòd sensus est verus de aliqua re vel intellectus cognoscendo quod quid est, sed non quòd cognoscat aut dicat verum. Et similiter est de vocibus, complexis, aut incomplexis. Veritas quidem igitur potest esse in sensu, vel in intellectu cognoscente quod quid est, vt in quadam re vera, non autem vt cognitum in cognoscente: quod importat nomen veri. Perfectio enim intellectus est verum vt cognitū. Et ideo proprie loquēdo, veritas est in intellectu cōponēte & diuidente, non autem in sensu, neque in intellectu cognoscente quod quid est.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

101 *ver. q. 1. ar. 2. 1 m & 1. di. 19. q. 5. a. 1. 7 m* 99

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum verum & ens conuertantur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd verum & ens non conuertantur. Verum enim est proprie in intellectu (vt dictum est[e]) ens autem proprie est in re. Ergo non conuertuntur.

¶Præterea, Id quod se extendit ad ens & non ens, non conuertitur cum ente. sed verum se extendit ad ens & non ens. nam verum est quod est esse: & quod non est non esse. Ergo verum & ens non conuertuntur.

¶Præterea, Quæ se habent secundum prius & posterius, non videntur conuerti. sed verum videtur prius esse quàm ens. nam non intelligitur nisi sub ratione veri. Ergo videtur quòd non sint conuertibilia.

¶SED CONTRA, est quod dicit Philosophus 2. metaphysi. quòd eadem est dispositio rerum in esse & veritate.

CONCLVSIO.

¶*Cum quodcunque sit cognoscibile & verum, inquantum ens, verum ipsum cum ente certi necesse est, sicut & bonum: addit tamen verum ipsi enti ordinem ad intellectum.*

¶RESPONDEO dicendum, q; sicut bonum habet rationem appetibilis, ita verum habet ordinem ad cognitionem. Vnumquodq; autem inquātū habet de esse, in tantū est cognoscibile. Et propter hoc dicitur in 3. de anima: q; anima est quodammodo omnia secundum sensum & intellectum. Et ideo sicut bonum conuertitur cum ente[e], ita & verum. Sed tamen sicut bonum addit rationem appetibilis supra ens, ita & verum comparationem ad intellectum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q; verū est in rebus & in intellectu (vt dictū est[e].) Verum autē quod est in rebus, conuertitur cū ente secundum substantiam. Sed verū qđ est in intellectu, conuertitur cum ente, vt manifestatiuū cū manifestato. Hoc enim est de ratione veri, vt dictum est[e]. Quāuis posset dici, q; etiam ens est in rebus & in intellectu sicut & verum: licet verum principaliter in intellectu. ens vero principaliter in rebus. Et hoc accidit propter hoc, q; verum & ens differunt ratione.

¶Ad secūdum dicendum, quòd non ens non habet in se vnde cognoscatur, sed cognoscitur, in quantum intellectus facit illud cognoscibile. Vnde verum fundatur in ente, inquantum non ens est quoddam ens rationis apprehensum, scilicet à ratione.

¶Ad tertium dicendum, quòd cum dicitur, quòd ens non potest apprehendi sine ratione veri: hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo ita quòd non apprehendatur ens, nisi ratio veri assequatur apprehensionem entis. Et sic locutio habet veritatem. Alio modo posset sic intelligi, quòd ens non posset apprehendi, nisi apprehenderetur ratio veri. Et hoc falsum est. Sed verum non potest apprehendi, nisi apprehendatur ratio entis: quia ens cadit in ratione veri. Et est simile, sicut si comparemus intelligibile ad ens. non enim potest intelligi ens, quin ens sit intelligibile. Sed tamen potest intelligi ens ita quòd non intelligatur eius intelligibilitas. Et similiter ens intellectum est verum, non tamen intelligendo ens, intelligitur verum.

a ¶*Super Quæstionis decimæsextæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo ly verum, in suæ analogiæ cōmunitate sumitur, vt ex respōsione ad primum habetur.

Coment. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, verum & ens conuertuntur. Probatur ratione includente simul vim medij & manifestationem ex proportionali similitudine veri & boni. Vis medij est, vnunquoq; inquantum habet de esse intantum est cognoscibile: ergo ens & verum conuertuntur. Antecedens manifestatur ex autoritate 3. de anima, in qua dicitur, animam esse omnia: quia est omnia cognoscibilia. hoc enim non esset verum, nisi cognoscibilitas adæquaret esse, vt patet. consequentia vero probatur: quia verū importat ordinem ad cognitionem, id est, cognoscibile. Proportionalis autem similitudo consistit in tribus. Primo in hoc, sicut bonū significat appetibile, ita verum cognoscibile. Secundo quòd sicut bonum conuertitur cum ente, ita verum. Tertio sicut bonum addit supra ens ordinem ad appetitum; ita verum ordinem ad intellectum.

¶*Num verum importat cognoscibile in communi, an cognoscibile ab intellectu.*

Quæstio. ¶Circa hoc est vnum dubium: quoniam vis medij consistit in hoc, quòd verum importet cognoscibile in communi, vt patet & in verbis literæ & ex authoritate inducta ex 3. de anima. hoc autē esse falsum litera in calce dicit. Quoniā dicit, quòd importat ordinem ad intellectum: ac per hoc importat cognoscibile sic. scilicet per intellectum: & non cognoscibile in communi: & vere sic est, quoniam vt in primo articulo dictum est, verum importat id in quod tendit intellectus.

¶Ad hoc breuiter dicitur negando: quòd vis medij exigat quòd verum significet cognoscibile, in communi. sufficit enim quòd vel significet cognoscibile in communi, vel significet tali modo: sic quòd ille modus sit ita amplus quòd se extendat ad omnia, ad quæ se extendit cognoscibile in communi: nihil enim refert ad vim rationis, an verum importet cognoscibile in communi, an aliquid illi æquiualens: vti obique enim sequitur conuertibilitas veri cum ente. Sic autē est in proposito: quoniam intelligibilitas ad omnia se extendit ad quæ se extendit cognoscibilitas, omne enim cognoscibile est intelligibile: & vnūquodq; quātū habet de esse, tantū habet de intelligibilitate. Inchoauit autem à cognoscibili litera, & peruenit ad intelligibile, vt à facilioribus tradere disciplinam, hoc qđ diximus subintelligendum relinquens. 27 25 Sicut etiam dicens, vnunquodque inquantum habet esse, in tantum est cognoscibile, relinquit, & econuerso, quod tamen subintelligi oportet, vt conuertibiliter se consequantur ens & verum. 95

¶*Num verum sit obiectum intellectus & quomodo sequatur comprehensionem intellectus.* *Quæstio.*

¶In responsione ad tertium dubium occurrit: quoniam responsio hæc repugnare videtur supra & alibi dictis Sanc. Thō. Dictū est enim in 1. arti. quòd verū est, in quod tendit intellectus, sicut bonum est in quod tendit appetitus. Et alibi dicitur q; verum est obiectū intellectus; Modo autem dicitur, quod veri ratio assequitur apprehensionem entis: obiectum enim intellectus non sequitur, sed præuenit potius intellectio 93 non videtur etiam contra veritatem: quoniam non ideo ens est verum 93 quia apprehenditur, sed econuerso quia est verū, ideo apprehenditur siue actu siue potentia. ¶Ad hoc dicitur, q; verū dupliciter sumitur, vt patet ex dictis. s. pro veritate rei. & proprie: & q; proprie est terminus intrinsecus intellectionis, & obiectum intrinsecum eius: imo propria intelligentis perfectio obiectiua. Et sic verum non consequitur, nec præcedit intellectionem, sed simul est perficiens ipsam. Et de hoc non loquitur præsens litera, sed litera articuli primi: quæ infertur verum esse in intellectu. Verum autē rei est posterius quidem ente, prius autem cognitione, & est obiectum intellectus non formale: quoniam illud est ens: sed est conditio propria obiecti formalis: ens enim licet secundum omnes conditiones & modos & rationes terminet intellectum, dum omnia intelliguntur actu vel potentia: certam tamen exigit conditionem generalem: qua exercet hoc quòd est perficere intellectum obiectiue: & hanc addit verum supra ens. Non enim quomodolibet perficit intellectum, sicut nec quomodolibet perficit appetitum, nec quomodolibet agit. Vnde inter verum & bonum, quamuis conueniant in hoc quòd vtrunque est obiectum & terminans &c. hoc interest. quòd bonum obiectum formale voluntatis: verum autem conditionem obiecti formalis significare videtur. Et propterea omnis appetitio est appetitio boni formaliter, omnis autem intellectio non est intellectio veri formaliter, vt in litera dicitur: sed rei vere. ita quòd ly rei notat rem intellectuam, & ly vere conditionem qua res intelligitur. propter quod rationes Scoti in 1. dist. 3. quæst. 4. vol. 5. quibus impugnat verum esse proprium obiectum intellectus, 100 non oportet soluere: quoniam de obiecto formali loquuntur, quod in hac litera docetur non esse. Ad opposita igitur dicendum est, quòd dicta S. Thom. nec inter se nec veritati aduersantur: quoniam non intendit hoc litera, quod ratio veri consequatur apprehensionem de veritate rei loquendo: sed quod ratio veri astat seu assistit apprehensioni, hoc enim intendit per ly assequitur. assequi enim proprie loquendo non est sequi, sed potius pertingere. Manifeste enim litera ostendit quòd nihil aliud intendit, nisi quòd verum est quando ens intelligitur: & tamen verum non intelligitur: vt etiam exemplum de intelligibilitate ostendit. Constat enim prius obiectum esse intelligibile quàm apprehendatur. Nec propterea ponimus verum in re absque ordine ad intellectum, sed ponimus primo ens, deinde ens vt perfectiuum intellectus, & tertio intelligibile: quoniam intelligibile est quia verum est: & non econtra. In hoc autem quod est esse perfectiuum intellectus manifeste patet ordo ad intellectum,

Super

ARTICVLVS IIII

a ¶*Vtrum bonum secundum rationem sit prius quàm verum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q; bonum secundum rationem sit prius quàm verum. Quod enim est vniuersalius, secundum rationē prius est: vt patet ex primo physi. Sed bonum est vniuersalius quàm verum. Nā verū est quoddam bonum scilicet intellectus. Ergo bonum prius est secundum rationem quàm verum.

¶Præterea bonum est in rebus, verum autem in compositione & diuisione intellectus, vt dictum est[e]. Sed ea quæ sunt in re sunt priora his, quæ sunt in intellectu. Ergo prius est secundum rationem bonum quàm verum.

¶Præterea veritas est quædam species virtutis, vt patet in 4. ethi. Sed virtus continetur sub bono. Est enim bona qualitas mētis: vt dicit Aug. Ergo bonum est prius quàm verum.

¶SED CONTRA, quod est in pluribus est prius secundum rationem. Sed verū est in quibusdam, in quibus non est bonum, scilicet in mathematicis. Ergo verū est prius quàm bonum.

CONCLVSIO.

¶*Verum, cum propinquius sit enti quàm bonum & ipsam cognitionem respiciat, quæ prior est appetitione, quàm respicit bonū, est prius secundum suam rationem quàm bonum.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd licet bonum & verum supposito cōuertantur cum ente, tamen ratione differunt. Et secundum hoc verum absolute loquendo prius est quàm bonum. quòd ex duobus apparet. Primo quidem ex hoc, q; verum propinquius se habet ad ens, quòd est prius, quàm bonum. Nām verum respicit ipsum esse simpliciter & immediate: ratio autem boni cōsequitur esse, secundum q; est aliquo modo perfectum. sic enim appetibile est[e]. Secundo apparet ex hoc, q; cognitio naturaliter præcedit appetitum. Vnde, cum verum respiciat cognitionem, bonum autem appetitum, prius erit verum quàm bonum secundum rationem.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū q; volūtas & intellectus mutuo se includunt[e]. nā intellectus intelligit volūtatē, & voluntas vult intellectū intelligere. Sic ergo inter illa, quæ ordinātur ad obiectū volūtatis, continentur etiam ea, quæ sunt intellectus, & econuerso. Vnde in ordine appetibiliū bonū se habet vt vniuersale, & verum vt particulare. in ordine autē intelligibilium est ecōuerso. Ex hoc ergo, quòd verum est quoddam bonum: sequitur quòd bonum sit prius in ordine appetibilium, non autem quòd sit prius simpliciter.

¶Ad secundum dicendum, quòd secundum hoc est aliquid prius ratione, quod prius cadit in intellectu[e]. Intellectus autem per prius apprehendit ipsum ens, & secundario apprehendit se intelligere ens, & tertio apprehendit se appetere ens. Vnde primo est ratio entis, secūdo ratio veri, tertio ratio boni: licet bonum sit in rebus.

¶Ad tertium dicendum, quòd virtus, quæ dicitur veritas, non est veritas communis, sed quædam veritas, secundum quam homo in dictis & factis ostendit se vt est. veritas autem vitæ dicitur particulariter: secundum quòd homo in vita sua implet illud, ad quod ordinatur per intellectum diuinum[e]: sicut etiam dictum est veritatem esse in cæteris rebus. Veritas autem iustitiæ est secundum quòd homo seruat id, quod debet alteri secundum ordinem legum. Vnde ex his particularibus veritatibus non est procedendum ad veritatem communem.

a ¶*Super Quæstionis decimæsextæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo ly secundum rationem, proprie cadit supra ly bonum & verum, & non supra ly prius: 101 *versic. q. 21. ar. 3.* quamuis in idem redeat vterque sensus, si accipiatur prioritas rationis secundum se, vt ex responsione ad primum sumi potest, nō quo ad nos tantum. Est ergo sensus. vtrum ratio boni sit prior ratione veri.

100 *Coment.* ¶In corpore duo. primo excluditur tacita obiectio contra ipsam quæstionem. Secundo respondetur quæsito.

¶Quo ad primum dicitur q; licet vtrunque horum conuertatur cum ente supponenter: distinguuntur tamen ratione. Dixit enim hoc: quoniam cum ordo supponat distinctionem, & quæstio hæc est de ordine boni & veri: oportet ipsorum distinctionem præhabere. Ex dictis autem hactenus habetur quòd idem sunt bonum & verum, quod ens: & consequenter inter se. Quomodo ergo nunc quæritur de ordine? Hæc enim obiectio per pauca illa verba in principio literę excluditur: quoniā in eis declaratur quòd identitas est in supposito, non in ratione formali horum: sed in hac distinguūtur.

25 26 ¶Quo ad secundum: respondetur quæsito vnica conclusione: veri ratio absolute est prior ratione boni. Probatur dupliciter. primo verū sequitur esse simpliciter, & immediate. Bonum autem a 410 consequitur esse secundum q; est aliquo modo perfectum id est, secundū quòd habet aliquo modo rationem perfectionis: ergo verum est propinquius enti quàm bonum: ergo est prius. Antecedens pro secunda parte probatur: quia ens est sic appetibile, id est, ens non habet rationem appetibilis, nisi vt rationem perfectionis induit. 26 Quod patet. Tum quia ens non secundum quancunque considerationem comitatur boni ratio: vt patet in Mathe. Tum quia omne appetens appetit perfectionē aliquam. Secunda quoque consequētia probatur: quia ens constat esse prius bono, imò primum simpliciter. Secundo probatur conclusio, verum respicit cognitionē, bonum autem appetitum: ergo verum est prius bono. 107 probatur sequela: quia 99 cognitio naturaliter præcedit appetitionem.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum Deus sit veritas.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, q; Deus non sit veritas. Veritas enim cōsistit in cōpositione & diuisione intellectus[e]. sed in Deo non est cōpositio & diuisio. Ergo non est ibi veritas.

¶Præterea, Veritas secundū Aug. in lib. de vera relig. est similitudo principij. Sed Dei non est similitudo ad principium. Ergo in Deo non est veritas.

¶Præterea, Quicquid dicitur de Deo dicitur de eo vt de prima causa omnium. Sicut esse Dei est causa omnis esse: & bonitas eius est causa omnis boni. Si ergo in Deo sit veritas, ergo omne verum erit ab ipso. Sed aliquem peccare est verū. Ergo hoc erit à Deo. Quod patet esse falsum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita.

CONCLVSIO.

Deus, cum sit suum esse & intelligere, & mensura omnis esse & intellectus in ipso non solum est veritas: sed ipse summa & prima veritas est.

¶RESPONDEO dicendum, q; sicut dictum est[e], veritas inuenitur in intellectu secundum q; apprehendit rem vt est, & in re secundum q; habet esse conformabile intellectui. Hoc autē maxime inuenitur in Deo. Nā esse suum, non solum est conforme suo intellectui, sed etiā est ipsum suū intelligere[e]: & suū intelligere est mensura & causa omnis alterius esse, & omnis alterius intellectus[e]: & ipse est suum esse & intelligere. Vnde sequitur, quòd non solum in ipso sit veritas, sed q; ipse sit ipsa summa & prima veritas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q; licet in intellectu diuino non sit compositio & diuisio: tamen secūdum suam simplicē intelligētiā iudicat de omnibus, & cognoscit omnia cōplexa. Et sic in intellectu eius est veritas.

¶Ad secundum dicendum, q; verū intellectus nostri est secundum q; conformatur suo principio .s. rebus à quibus cognitionem accipit, veritas etiam rerum est secundū q; cōformātur suo principio, scilicet intellectui diuino. sed hoc proprie loquendo non potest dici in veritate diuina: nisi forte secundū quod veritas appropriatur filio, qui habet principium. Sed si de veritate essentialiter dicta loquamur, non potest intelligi, nisi resoluatur affirmatiua in negatiuā: sicut cū dicitur, pater est à se: quia nō est ab alio. Et similiter dici potest similitudo principij veritas diuina, inquantū esse suum non est suo intellectui dissimile.

¶Ad tertium dicendum, q; non ens, & priuationes non habent ex seipsis veritatem, sed solum in apprehensione intellectus[e]. Omnis autem apprehensio intellectus à Deo est. Vnde quicquid est veritatis in hoc, quod dico, istum fornicari est verum, totū est à Deo. Sed si arguatur, ergo istum fornicari est à Deo. est fallacia accidentis.

a *Super Quæstionis decimæsextæ Articulum quintum.*

Coment. TItulus clarus.

¶In corpore vna cōclusio responsiua quæsito. In Deo non solum est veritas, sed ipse est veritas prima & summa. Conclusio hæc claudit in se quatuor partes, prima est, quod in Deo est veritas, vt in re. secunda, quòd in Deo est veritas obiectiue: tertia, quòd Deus est veritas. quarta, quòd est prima & summa. Et quo ad omnes in litera probatur.

103 *12. q. 3. ar. 7. co. & q. 93. ar. 1, 3 m & 22. q. 27. ar. 4. cor. & 1. contra. c. 59. et 60. 61. & 62. Et lib. 3. cap. 51. et opus. 3. cap. 105. & Ioan. 14. le. 2. col. 1. fin.*

¶Quo ad primam quidem: esse Dei est non solum conforme suo intellectui, sed etiā ipsum intelligere: ergo est maxime verum veritate rei. probatur sequela: quia veritas in re est secundum quòd habet esse conformabile intellectui.

¶Quo ad secundum verò, Intelligere Dei est mensura omnis alterius esse & intellectus; ergo 99 100 cognoscit verum. probatur sequela: quia veritas in intellectu est secundum quod apprehendit rem vt est. Constat enim intellectionē mēsurantem 83 omne esse oportere apprehēdere res esse vt sunt; & similiter mensurantē omnem 132 intellectum etiam componentem & diuidentem oportere apprehendere quicquid à quocunque apprehenditur.

¶Quo ad tertiam autē: Deus est suum esse & suum intelligere: ergo est ipsa veritas. & patet sequela. ex eo enim quod est suum esse, sequitur ergo est ipsa veritas rei. Ex eo autem quod est suum intelligere: sequitur ergo est ipsa veritas in intellectu.

¶Quo ad quartam autem particulam, probatio non specialiter affertur: sed ex insertis in præcedentibus habetur. Ex eo nanque q; est suum esse & intelligere, habet rationem primæ mensuræ, & causæ omnis esse, & intellectus, manifeste sequitur quòd quæ illic est veritas, summa & prima est.

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum sit vna sola veritas, secundum quam omnia sunt vera.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, q; vna sola sit veritas, secundum quam omnia sunt vera. Quia secundum Aug. nihil est maius mente humana nisi Deus. Sed veritas est maior mente humana: alioquin mens iudicaret de veritate. Nunc autē omnia iudicat secundum veritatem, & non secūdū seipsam. Ergo solus Deus est veritas. Ergo non est alia veritas quàm Deus.

¶Præterea Ansel. dicit in lib. de veritate, q; sicut tempus se habet ad temporalia, ita veritas ad res veras. sed vnum est tēpus omnium tēporalium. Ergo vna est veritas qua omnia vera sunt.

¶SED CONTRA est quod in psal. di-

a ¶*Super Quæstionis decimæsextæ Articulum sextum.*

Coment. TItulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito. Veritas, qua omnia sunt vera, quodammodo est vna, & quodammodo non. Probatur hæc conclusio, quo ad vtranque partem simul hoc modo. Veritas per prius est in intellectu, & per posterius in rebus in ordine ad intellectū diuinum: ergo veritas in intellectu existens, secundum propriam rationē multiplicatur & in diuersis intellectibus creatis, & in vno & eodem secundum diuersa cognita: veritas autem, qua omnes res veræ dicuntur, est vna ac prima. Antecedens patet ex dictis. consequentia au-

104 *12. q. 95 ar. 1. 3. m Et 1. di. 19. q. 5. ar. 2. Et ver. q. 1 artic. 4. & 8. Et psal. 11. col. 2.*

tem quo ad vtriusque partis illationem probatur ex differentia inter vniuocum & analogũ, in hoc, quòd illud in quolibet vniuocato faluatur secundũ propriam rationem. Istud autem in primo tantum ponit propriã rationem, in aliis autem fundatum ordinem ad primũ. Exempla habentur in litera. Quo ad id verò, quòd in secunda parte consequentis implicite claudatur. scil. omnia respiciantur, Diminutę sunt veritates à filiis hominũ.

CONCLVSIO.

¶ *Veritas relata ad intellectũ, in quo prius est quã in rebus, multiplicatur secundum intellectuum multiplicationem: relata vero ad res non nisi vna est & prima, cuius ratione omnia vera dicuntur.*

¶ RESPONDEO dicẽdum, q̃ quodammodo vna est veritas, qua omnia sunt vera, & quodammodo non. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd quando aliquid prædicatur vniuoce de multis, illud in quolibet eorum secundum propriam rationem inuenitur, sicut animal in qualibet specie animalis. sed quando aliquid dicitur analogice de multis, illud inuenitur secundum propriam rationem in vno eorum tantum, à quo alia denominantur. Sicut sanum dicitur de animali, & vrina, & medicina: non quòd sanitas sit nisi in animali tantum, sed à sanitate animalis denominatur medicina sana, inquantum est illius sanitatis effectiua: & vrina inquantum est illius sanitatis significatiua. Et quamuis sanitas non sit in medicina, neque in vrina, tamen in vtroque est aliquid, per quod hoc quidem facit, illud autem significat sanitatem. Dictum est autem[e], q̃ veritas per prius est in intellectu, & per posterius in rebus, secundum quod ordinantur ad intellectum diuinum. Si ergo loquamur de veritate, prout existit in intellectu secundum propriam rationem, sic in multis intellectibus creatis sunt multæ veritates: & in vno & eodem intellectu, secundum plura cognita. Vnde dicit glos. super illud psal. Diminutæ sunt veritates à fi. hom. &c. quòd sicut ab vna facie hominis, resultant plures similitudines in speculo, sic ab vna veritate diuina resultant plures veritates. Si verò loquamur de veritate secundum quòd est in rebus, sic omnes sunt veræ vna prima veritate, cui vnumquodque assimilatur secundum suam entitatem. Et sic licet plures sint essentiæ vel formæ rerum, tamen vna est veritas diuini intellectus: secundum quam omnes res denominantur veræ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ q̃ anima non secundum quamcumq; veritate iudicat de rebus omnibus, sed secundum veritatem primam[e]: inquantum resultat in ea sicut in speculo secundum prima intelligibilia. Vnde sequitur quòd veritas prima sit maior anima, Et tamen etiam veritas creata, quæ est in intellectu nostro, est maior anima non simpliciter: sed secundum quid: inquantum est perfectio eius, sicut etiam scientia posset dici maior anima. Sed verum est q̃ nihil subsistens est maius mente rationali, nisi Deus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dictum Augustini veritatem habet, secundum quod non secundum quamcumq; veritate iudicat de rebus omnibus, sed secundum veritatem primam[e]: inquantum resultat in ea sicut in speculo secundum prima intelligibilia. Vnde sequitur quòd veritas prima sit maior anima, Et tamen etiam veritas creata, quæ est in intellectu nostro, est maior anima non simpliciter: sed secundum quid: inquantum est perfectio eius, sicut etiam scientia posset dici maior anima. Sed verum est q̃ nihil subsistens est maius mente rationali, nisi Deus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd dictum Augustini veritatem habet, secundum quod

Quæstio. ¶ Circa partem primam consequẽtis, dubium occurrit. Aut illa pars, scilicet veritas intellectus multiplicatur: non est in litera probata nisi auctoritate glosæ, aut veritas inuenitur vniuoce in omnibus intellectibus saltem creatis. vtrunque autem horum est inconueniens. ergo. Assumptum probatur. In litera nulla probatio est nisi ex differentia inter vniuocum & analogum. & ex parte analogi (vt patet in litera) non infertur multiplicatio, sed ex parte vniuoci: ergo aut non probatur: aut probatur ex conditione vniuoci, q̃d multiplicat ad multiplicationẽ vniuocatorum: & sic supponitur veritatẽ vniuoce inuenirі in omnibus intellectibus creatis. Quòd autem vtrunque horum sit inconueniens, manifestatur. Et primũ quidem: q̃hia in litera post differentiã inter vniuocum & analogum ac applicationem eius ad materiam, de qua est sermo, statim cũ nota illationis concluditur, dicẽdo, si ergo loquamur &c. Secundum autem, quia veritas in intellectu nostro est compositio & diuisio. in intellectu vero angelico & diuino est simplex intelligentia eminenter, præhabens quicquid & nostra simplex intelligentia & compositio & diuisio habet.

Eadem quæstio. ¶ Circa eandem quoque partem dubiũ occurrit: quia videtur litera implicare. Quoniã si analogum in vno tantum secundum propriam rationem saluatur, & ex quæst. 13. constat omnia nomina communia Deo & aliis esse analoga: & cõsequenter veritatem analogice inueniri in intellectu diuino & aliis intellectibus, sequitur quòd in multis intellectibus non sunt multæ veritates: sed omnes intellectus sunt veri vna sola veritate scilicet intellectus diuini: & econuerso, si veritas multiplicatur ad multiplicationẽ intellectuum verorum: ergo non per prius & posterius dicitur de eis: quia quòd per prius & posterius dicitur, in vno tantum formaliter inuenitur, vt litera sonat.

Quæstio. ¶ *Num & quomodo omnia sint vera veritate prima quæ Deus est.*

¶ Circa secundam quoque partem consequentis dubium occurrit. Quia cum dicitur omnia esse vera veritate diuina, loquendo de veritate relata: tunc secundum denominationem extrinsecam, aut intrinsecam: non intrinsecam, vt patet: ergo extrinsecam: & si sic, ergo res aut non sunt veræ formaliter: quod est inconueniens; quia vnaquæque res habet in se propriam veritatem rei, qua dicitur vera: vt patet de sensu respectu proprij sensibilis. Aut sunt veræ vtroque modo: sicut in q. de bono dictum est: quod omnia sunt bona bonitate diuina exemplariter, finaliter, & effectiue, & tamen cum hoc sunt bonitatibus propriis formaliter bonæ. Et si sic, ergo non sunt veræ sola veritate diuina.

¶ Ad primam dubitationem dicitur negando disiunctiuã illã: quoniã datur tertius modus exponendi literam. Ad cuius euidentiam sciẽdũ, q̃ in vniuoca prædicatione duo claduntur, scilicet prædicari formaliter de vniuocatis, & prædicari de eis secundum eandem omnino rationem formalem, vt patet in animali respectu bouis & leonis. Multiplicatio autem eius ad multiplicationem subiectorum, non conuenit ei ex secundo, quoniã ipsi soli conueniret: quod cõstat esse falsum, sed conuenit ei ex primo: in quo communicat cum aliquibus non vniuocis. Vnde, cum in proposito sit sermo de vniuoco inquantum multiplicatur ad multiplicationem subiectorum, consequens est, q̃ propositio, in cuius virtute tenet sequela, quo ad primam partem non est ista, vniuocum multiplicatur ad multiplicationẽ vniuocatorum, sed ista cõmunior: & clausa in prædicta prædicatum formaliter multiplicatur ad multiplicationẽ subiectorũ. Et cum concedo, q̃ sub sumi intelligitur q̃ veritas sit formaliter prædicatum respectu intellectus: & sic infertur. ergo veritas multiplicatur ad multiplicationem intellectuũ, imò intellectorum: siue in vno siue in diuersis intellectibus. Meminit autem litera potius vniuoci quàm prædicati formaliter, vt à notioribus traderetur disciplina.

¶ Ad secundam vero dubitationem dicitur, q̃ illa regula de analogo tradita in litera non est vniuersalis de omni analogiæ modo, imò propriè loquendo, vt patet primo ethic. nulli analogo cõuenit: sed cõuenit nominibus ad vnum vel in vno, aut ab vno quæ nos abusiue vocamus analoga. Veritas autẽ, sũ cõparetur ad res & intellectus est nomen ab vno: quoniã in intellectu solo est veritas, à qua res dicuntur veræ. Si vero comparetur ad intellectus inter se, sic est nomen analogum. Nam proportionaliter saluatur, formaliter tamen in quolibet intellectu cognoscente verũ. Esse ergo nomẽ aliquid secundum propriam rationem in vno tantum est conditio nominum, quæ sunt ad vnum, aut ab vno &c. & non nominum proportionaliter dictorũ. Veritas autẽ respectu intellectus diuini & aliorum proportionale nomen est. & ideo non sequitur q̃ in solo Deo sit. Iam enim dictum est in solutione primi dubij, quòd omni prædicato formaliter de pluribus, conuenit plurificari ad plurificationem subiectorum: siue illud sit vniuocum, vt animal: siue proportionale, vt ens &c. ¶ De huiusmodi autem differentia nominum plene scriptum inuenies in tractatu de analogia nominum.

¶ Ad dubium autem contra secundam partem conclusionis responsio ex litera habetur, vbi dicitur, quòd licet plures sint essentiæ vel formæ rerum tamen vna est veritas &c. ¶ Hæc enim verba post probatam conclusionem adiuncta sunt, ad declarandam differentiam inter bonitatem & veritatẽ, quo ad hoc: quoniam res omnes dicuntur bonæ dupliciter, intrinsece & extrinsece, vt in q. 6. dictum est: veræ autem dicuntur extrinsece tantum denominatione: ita quòd nulla est in rebus formaliter veritas, sed imitatiue seu adimpletiue respectu intellectus diuini, & causaliter respectu nostri intellectus speculatiui. Si enim nullus esset intellectus, nulla res vera, nullus sensus verus dici posset, nisi æquiuoce, vt in q. de ve. q. 1. art. 4. dicitur. quemadmodum si non esset sanitas animalis medicina nulláque diæta sana dici posset. Et omnium vna est ratio: quia scilicet in ratione veri in rebus cadit veritas intellectus, & sani in medicina & dicta cadit sanitas animalis, & sic de aliis, sublata enim diffinitione non remanet idem nomen nisi æquiuoce.

a ¶ Super Quæstionis decimæ sextæ Articulum septimum.

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue, nulla veritas creata est æterna. Probatur, veritas enuntiabilium, & rerum, nihil aliud est quàm veritas intellectus: ergo, si nullus intellectus esset æternus nulla veritas

Coment.

creata est æterna, ergo in solo intellectu diuino veritas æternitatẽ habet: ergo nulla veritas creata est æterna. Antecedẽs quo ad primã partem p̃batur, enuntiabile in voce est verum significatiue tantum, sicut vrina est sana. In mente autem est per seipsum: formaliter verum: ergo. Quo ad secundam vero ex dictis assumitur prima consequentia relinquitur nota per se: eò quòd non datur alia veritas præter tres has. scilicet, in signo, & in intellectu, secunda p̃batur, quia solus intellectus diuinus est æternus. tertia autem: quia veritas in intellectu diuino est ipse Deus, vt in art. 3 dictum est. Creata autem veritas est aliud à Deo.

Annot. ¶ Adueretur hic duo primo quòd cõclusio principalis non ponitur formaliter in litera, sed virtualiter in illa vniuersaliore propositione, nihil aliud, quàm Deus est æternum: quia veritas Deus est. ¶ Secundo q̃ ex hoc loco apertissime habes, quòd nullum secũdario obiectum diuini intellectus ponendũ est quod sit aliud à Deo: quoniam si propositiones cognitæ seu earum veritas quòd idem est in intellectu diuino sunt Deus: quanto magis lapis, & quicquid aliud incomplexe significatur? & hoc est bene notandum, ad confirmandam notitiam de intelligere diuino traditam.

1. di. 19. q. 5. art. 3. & ver. q. 1. ar. 6. Coment. *a ¶ Super Quæstionis decimæ septimæ Articulum octauum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito cum vno corollario, conclusio est: Veritas intellectus diuini est immutabilis, nostri autem intellectus est mutabilis. Circa quam conclusionem tria dicuntur. Primo redditur ratio, quare respondetur de veritate intellectus, cum quæsitum fuerit, de veritate in communi: & dicitur in principio corporis quòd hoc fit, quia veritas in solo intellectu est formaliter ergo & mutabilitas & immutabilitas eius. Cæterarum conditiones sequuntur esse. Secundo probatur conclusio. Tertio declaratur ille terminus mutabilis in conclusione positus, Potest tũ sumi dupliciter, scilicet subiectiue & terminatiue. in proposito sumi dicitur terminatiue & non subiectiue: & ratio est, quia forma sic. i. terminatiue vocantur mutabiles, non subiectiue. Probatur igitur conclusio sic. Veritas intellectus est conformitas intellectus ad res. ergo potest variari ex parte intellectus & rei: ergo

¶ Ad secundum dicendum quòd aliquid esse semper & vbique, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia habet in se vnde se extendat ad omne tempus & ad omnem locum, sicut Deo competit esse vbique & semper. Alio modo, quia non habet in se quo determinetur ad aliquem locum vel tempus, sicut materia prima dicitur esse vna, non quia habet vnam formam: sicut homo est vnus ab vnitate vnius formę: sed per remotionem omnium formarum distinguẽtium. Et per hunc modum quòd licet vniuersale dicitur esse vbique & semper: inquantum vniuersalia abstrahuntur ab hic & nunc: sed ex hoc non sequitur ea esse æterna nisi in intellectu si quis sit æternus.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ illud, q̃d nunc est, ex eo futurum fuit antequã esset: q̃a in causa sua erat, vt fieret. Vnde sublata causa non esset futurum illud fieri. sola autem causa prima est æterna. Vnde ex hoc non sequitur quòd ea quæ sunt semper, fuerit verum ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, vt essent futura. Quæ quidẽ causa solus Deus est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia intellectus noster non est æternus, nec veritas enuntiabilium, quæ à nobis formantur, est æterna. sed quandoque incœpit. Et antequam veritas esset, non erat verum dicere veritatem talem non esse, nisi ab intellectu diuino, in quo solum veritas est æterna: sed nunc verum est dicere veritatem tunc non fuisse. Quod quidem non est verum, nisi veritate, quę nunc est in intellectu nostro, non autem per aliquam veritatem ex parte rei: quia ista est veritas de non ente. Non ens autem non habet ex se vt sit verum, sed solum modo ex intellectu apprehendente ipsum. Vnde intantum est verum dicere veritatem non fuisse, inquantum apprehendimus non esse ipsius vt præcedens esse eius.

ARTICVLVS VIII.

a ¶ Vtrum veritas sit immutabilis.

AD OCTAVVM sic proceditur: Videtur quòd veritas sit immutabilis. Dicit enim Aug. in lib. de lib. arb. quòd veritas non est æqualis menti: quia esset mutabilis sicut & mens.

¶ Præterea, Id, quod remanet post omnem mutationem, est immutabile, sicut prima materia est ingenita & incorruptibilis: quia remanet post omnem generationem & corruptionem. Sed veritas remanet post omnem mutationem. quia post omnem mutationem verum est dicere esse vel non esse. Ergo veritas est immutabilis.

¶ Præterea, Si veritas enuntiationis mutatur maxime, mutatur ad mutationem rei. Sed sic non mutatur. Veritas enim secundum Ansel. est rectitudo quędam in quãtum aliquid implet id, quod est de ipso in mente diuina. Hęc autem propositio, sortes sedet, accipit à mente diuina, vt significet sortem sedere. quod significat etiam eo non sedente. Ergo veritas propositionis nullo modo mutatur.

¶ Præterea, Vbi est eadem causa, & idem effectus. sed eadem res est causa veritatis harum trium propositionum, sor. sedet, sedebit, & sedit. Ergo eadem est harum veritas. Sed oportet quòd alterum horum sit verum. Ergo veritas harum propositionum immutabiliter manet. Et eadem ratione cuiuslibet alterius propositionis.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in psal. Diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

CONCLVSIO.

¶ *Sola diuini intellectus veritas immutabilis est, nostri vero mutabilis, in quo est opinionũ alternatio, & quędam res multę latent: veritas autem rerũ naturalium immutabilis est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est[c]) Veritas proprie est in solo intellectu, res autem dicuntur veræ à veritate, quę est in aliquo intellectu. Vnde mutabilitas veritatis considerandа est circa intellectum. Cuius quidem veritas in hoc consistit, quod habeat conformitatem ad res intellectas. Quę quidem conformitas variari potest dupliciter, sicut & quęlibet alia similitudo ex mutatione alterius extremi. Vnde vno modo variatur veritas ex parte intellectus ex eo quòd de re eodem modo se habente aliquis aliam opinionem accipit. Alio modo si opinione eadem manente res mutetur. Et vtroque modo fit mutatio de vero in falsum. Si ergo sit aliquis intellectus in quo non possit esse alternatio opinionum, vel cuius acceptionem non potest subtersugere res aliqua, in eo est immutabilis veritas. Talis autem est intellectus diuinus vt ex superioribus patet[c]. Vnde veritas diuini intellectus est immutabilis, veritas autem intellectus nostri mutabilis est. Non quòd ipsa sit subiectum mutationis[c], sed inquantum intellectus noster mutatur de veritate in falsitatem. sic enim formę mutabiles dici possunt. Veritas autem intellectus diuini est, secundum quam res naturales dicuntur verę, quæ est omnino immutabilis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. loquitur de veritate diuina.

¶ Ad secũdum dicẽdũ, q̃ verũ & ens sunt conuertibilia. Vnde sicut ens non generatur, neque corrumpitur per se, sed per accidens, inquantum hoc vel illud ens corrumpitur vel generatur, vt dicitur in 1. physi. ita veritas mutatur non quòd nulla veritas remaneat, sed quia non remanet illa veritas quę prius erat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd propositio non solum habet veritatem sicut res alię veritatem habere dicuntur, inquantum implent id quod de eis est ordinatum ab intellectu diuino, sed dicitur habere veritatem quodam speciali modo inquantum significat veritatem intellectus. Quę quidem consistit in conformitate intellectus & rei. Quą quidem subtracta mutatur veritas opinionis: & per consequens veritas propositionis[c]. Sic igitur hęc propositio, sortes sedet, eo sedente vera est: & veritate rei inquantum est quędam vox significatiua, & veritate significationis, inquantum significat opinionem veram: forte vero surgente remanet prima veritas, sed mutatur secunda.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sessio sortis, quę est causa veritatis huius propositionis Sortes sedet: non eodem modo se habet dum sortes sedet, & postquam sederit, & antequam sederet. Vnde & veritas ab hoc causata diuersimode se habet: & diuersimode significatur propositionibus de præsenti, præterito, & futuro. Vnde non sequitur quòd licet altera trium propositionum sit vera, quòd eadem veritas inuariabilis maneat.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA
de Falsitate, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE quæritur de falsitate. ¶ Et circa hoc quęruntur quatuor. ¶ Primo vtrum falsitas sit in rebus. ¶ Secundo vtrum sit in sensu. ¶ Tertio vtrum sit in intellectu. ¶ Quarto, de oppositione veri & falsi.

ARTICVLVS I.

a ¶ Vtrum falsitas sit in rebus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd falsitas non sit in rebus. Dicit enim Aug. in libro soliloq. Si verum est id quod est, falsum non esse vspiam concludetur quouis repugnante.

¶ Præterea, falsum dicitur à fallendo: sed res non fallunt, vt dicit Aug. in lib. de vera relig. quia non ostendunt aliud quàm suam speciem. Ergo falsum in rebus non inuenitur.

¶ Præterea, Verum dicitur in rebus per comparationem ad intellectum diuinum, vt supra dictum est[c]. sed quælibet res in quantum est imitatur Deum. Ergo quelibet res vera est absque falsitate. Et sic nulla res est falsa.

sitas: ergo falsitas est in intellectu, & non in rebus, nisi in ordine ad intellectum: ergo falsitas simpliciter rerum consistit in difformitate ad intellectum, quem per se respicit: ergo ad intellectum, à quo dependet: ergo falsitas secundum quid rei consistit in difformitate ad intellectum per accidens: ergo à quo non dependet. prima consequentia probatur: quia opposita sunt circa idē. secunda quoque, quia veritas est in intellectu & non in rebus nisi in ordine ad intellectum.
89 tertia autem, quia vnumquodque nominatur simpliciter ab eo quod conuenit per se. quarta verò, quia intellectus, à quo dependet res per se respicitur. quinta autem cum sexta probatur ex oppositis tertiæ, & quartæ: quia scilicet ab intellectu per accidens denominatur res secundum quid. Et quia intellectus, à quo res non pendet, est per accidens.

¶Quo ad secundum prima conclusio responsiua, scilicet falsitas simpliciter non est in rebus dependentibus à Deo nisi forte in voluntariis, probatur, res naturales dependent ab intellectu diuino, sicut artificiales ab intellectu humano: ergo falsitas simpliciter naturalium consisteret in difformitate ad intellectū diuinum: ergo in rebus dependentibus à Deo non est falsitas simpliciter nisi forte in voluntariis. Antecedens supponitur:
102 consequentia
6 probatur: quia res artificiales dicuntur falsæ simpliciter inquantum deficiunt à forma artis. & manifestatur hoc ex vsu loquendi, dicitur enim aliquis falsam grāmaticam fecisse, quia defecit ab arte grammaticæ. Et sumitur hic deficere non negatiue, sed contrarie. qđ idē est qđ esse difforme. defectus enim negatiue constituit opus imperfectū. Sed contrarie constituit falsum. Et ideo vt clarior esset sensus vsus sum in consequētiis difformitatis nomine. secunda verò consequētia probatur, quicquid in rebus accidit exceptis his, in quorū potestate est subducere se ab ordine diuini intellectus, ex ordinatione intellectus diuini procedit: ergo in rebus depēdētibus à Deo &c. Et confirmatur exceptio autoritate scripturæ directe, & ex opposito autoritate quoque scripturæ confirmato scilicet veritate vitæ dicta de actu virtuoso.

Annot. ¶Aduerte hic tria. Primum est, q litera res naturales pponit dependere ab intellectu diuino,

¶SED CONTRA est quod dicit Aug. in lib. de vera reli. q omne corpus est verum corpus, & falsa vnitas: quia imitatur vnitatem, & non est vnitas. Sed quælibet res imitatur diuinam bonitatem, & ab ea deficit. Ergo in omnibus rebus est falsitas.

CONCLVSIO.

¶In rebus ad diuinum intellectum relatis non est falsitas simpliciter, nisi forte in voluntariis, in quorum potestate est subducere se à regula diuina: in rebus vero ad nostrum intellectum relatis est secundum quid falsitas & significatiue & causaliter.

¶RESPONDEO dicendum, q cum verum & falsum opponantur: opposita autem sunt circa idem: necesse est, vt ibi prius quæratur falsitas, vbi primo veritas inuenitur, hoc est in intellectu[e]. In rebus autem neque veritas neque falsitas est nisi per ordinem ad intellectum. Et quia vnumquodque secundū id, quod cōuenit ei per se, simpliciter nominatur: secūdū autē id, quod cōuenit ei per accidens, non nominatur nisi secūdum quid: res quidem simpliciter falsa dici posset per comparationem ad intellectum, à quo dependet, cui comparatur per se, in ordine autem ad alium intellectum, cui comparatur per accidens, nō posset dici falsa nisi secūdum quid. Dependent autem ab intellectu diuino res naturales, sicut ab intellectu humano res artificiales. Dicūtur igitur res artificiales falsæ simpliciter & secundum se inquantū deficiunt à forma artis. Vnde dicitur aliquis artifex opus falsum facere, quando deficit ab operatione artis. Sic autē in rebus dependentibus à Deo, falsitas inueniri non potest p cōparationē ad intellectū diuinū, cum quicquid in rebus accidit, ex ordinatione diuini intellectus procedat: Nisi forte in voluntariis agentibus tantū, in quorum potestate est subducere se ab ordinatione diuini intellectus: in quo malum culpæ consistit, secundū q ipsa peccata falsitates & mendacia dicūtur in scripturis, secundū illud Psal. Vt quid diligitis vanitatē & quæritis mēdacium? Sicut p oppositum operatio virtuosa veritas vitæ nominatur inquantum subditur ordini diuini intellectus[e], sicut dicitur Ioā. tertio, Qui facit veritatem venit ad lucē. Sed p ordinem ad intellectū nostrū, ad quē comparantur res naturales p accidēs, possunt dici falsę nō simpliciter, sed secundū quid. Et hoc dupliciter. Vno modo secūdū rationem significati, vt dicatur illud esse falsum in rebus, qđ significatur vel repræsentatur oratione vel intellectu falso. secūdū quē modū quælibet res potest dici esse falsa quātū ad id qđ ei nō inest. Sicut si dicamus diametrum esse falsum cōmēsurabile, vt dicit Philosophus in quinto metaphy, & sicut dicit Aug. in lib. soliloquiorum, q tragœdus est falsus Hector. Sicut econtrario potest vnūquodq; dici verū secūdū id, qđ cōpetit ei, alio modo p modū causæ. Et sic dicit res esse falsa q nata est facere de se opinionē falsam. Et quia innatum est nobis per ea quę exterius apparent de rebus iudicare, eo q nostra cognitio à sensu ortum habet, q primo & p se est exteriorū accidentiū: ideo ea quæ in exterioribus accidentibus habent similitudinē aliarū rerū, dicūtur esse falsa secūdum illas res, sicut fel est falsum mel, & stannū est falsum argentum. Et secūdū hoc dicit Augu. in libro soliloquiorū, q eas res esse falsas nominamus quæ verisimilia apprehendimus. Et philosophus dicit in quinto metaphy. q falsa dicuntur quę cunque apta nata sunt apparere aut qualia non sunt, aut quæ non sunt. Et per hunc modum etiā dicitur homo falsus, inquantum est amatiuus falsarum opinionum vel locutionum, non autem ex hoc q potest eas confingere: quia sic etiam sapientes & scientes falsi dicerentur, vt dicitur in quinto metaphy.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q res cōparata ad intellectū secundū id qđ est, dicitur vera: secūdū id qđ nō est dicit falsa. Vnde verus tragœd9 est falsus Hector, vt dicit in quinto soliloquiorum. Sicut igitur in his, quæ sunt inuenitur quoddā non esse, ita in his quæ sunt inuenitur quædam ratio falsitatis.

¶Ad secūdum dicendum, quòd res per se non fallunt, sed per accidens. Dant enim occasionem falsitatis, eò quòd similitudinem eorum gerunt, quorum nō habent existentiam.

¶Ad tertium dicendū, q per comparationē ad intellectum diuinum non dicuntur res falsæ, quod esset eas esse falsas simpliciter, sed per comparationem ad intellectum nostrum: quod est eas esse falsas secundum quid. Ad quartum, quod in oppositum obiicitur, dicendum, quòd similitudo vel repræsentatio deficiens non inducit rationem falsitatis, nisi inquantum præstat occasionem falsæ opinionis. Vnde non vbicunque est similitudo dicitur res falsa, sed vbicunque est talis similitudo, quæ nata est facere opinionem falsam, non cuicunque, sed vt in pluribus.

ARTICVLVS II.

a ¶Vtrum in sensu sit falsitas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd in sensu non sit falsitas. Dicit enim Augu. in lib. de vera religione: Si omnes corporis sensus ita nuntiant vt afficiuntur, quid ab eis amplius exigere debemus ignoro. Et sic videtur quòd ex sensibus non fallamur. & sic falsitas in sensu non est.

¶Præterea, Philosophus dicit in quarto metaphysicorum, quòd falsitas non est propria sensui, sed fantasiæ.

¶Præterea, in incomplexis non est verum nec falsum, sed solum in complexis. Sed componere & diuidere non pertinet ad sensum. Ergo in sensu non est falsitas.

¶SED CONTRA est quod dicit August. in lib. soliloq. Apparet nos in omnibus sensibus similitudine lenocinante falli.

CONCLVSIO.

¶Sensus cum in proprium sensibile per se primo feratur, in communia autem & per accidens non per se primo respectu proprii sensibilis nunquam falsus est nisi ex organi indispositione, aliorum sensibilium vero nonnunquam falsus est.

¶RESPONDEO dicēdum, q falsitas non est quærenda in sensu, nisi sicuti ibi est veritas. Veritas autem non sic est in sensu, vt sensus cognoscat veritatem, sed inquantum veram apprehensionem habet de sensibilibus, vt suprà dictum est[e]. Quod quidem contingit eo quòd apprehendit res vt sunt. Vnde contingit falsitatem esse in sensu ex hoc quòd apprehendit vel iudicat res aliter quàm sint. Sic autem se habet ad cognoscendum res inquantum similitudo rerum est in sensu. Similitudo autem alicuius rei est in sensu tripliciter. Vno modo primo & per se, sicut in visu est similitudo colorum, & aliorum proprium sensibilium. Et alio modo per se, sed non primo. sicut in visu est similitudo figuræ, vel magnitudinis, & aliorum communium sensibilium omnium. Tertio modo nec primo nec per se, sed per accidens. Sicut in visu est similitudo hominis, non inquantum est homo, sed inquantum huic colorato accidit esse hominem. Et circa propria sensibilia sensus non habet falsam cognitionem, nisi per accidens[e], & in paucioribus: ex eo scilicet, quòd propter indispositionem organi, non conuenienter recipit formam sensibilem, sicut & alia passiua propter suam indispositionem deficienter recipiunt impressionem agentium. Et inde est, quòd propter corruptionem linguæ

vt artificiales ab humano: & tamen non infert, ergo in naturalibus: sed vniuersalissime, ergo in rebus dependentibus à Deo &c. fecit autem hoc: quia idem iudiciū est de omnibus & de naturalib9: omnia enim quatenus ab ipso pendent, statutum in eo habent quid eis conueniat: cui cōformia oportet esse, exceptis voluntariis. secundum est, quòd omnia alia à Deo, possunt comparari ad intellectum diuinum dupliciter. Vno modo vt cognita ad cognoscentem. Alio modo vt mensurata ad mensuram, seu regulata ad regulam. Si primo modo compararentur, nulla est differentia inter alia & voluntaria quo ad subductionem ab ordine respectu intellectus diuini, quoniam omnia æque nuda & aperta sunt coram eo. Sed si compararentur secundo modo, sic est 108 ver. q. 1. ar. 10. & periher. l. 3.
differentia posita in litera: quoniam in rebus aliis nihil accidit nisi ex aliquo ordine regulato à diuino intellectu, licet ille ordo non congruat huic, vt patet in monstris. In voluntariis autem accidit deformitas moralis, nō ex ordine aliquo à Deo statuto. Nullum enim rerum ordinem statuit, ex quo culpa fieret, nullaque regula in Deo est, cui culpa conformis sit. Sed ex potentia peccandi liberi arbitrii, quæ vt sic nec per se, nec per accidens est à Deo, vt alibi patet. Tertium, est quod in litera dicitur, nisi forte in voluntariis. Non qa dubium est: sed quia non est necesse in voluntariis inueniri huiusmodi falsitatem. Vel quia adhuc de voluntariis non est determinatum.

Coment. ¶Secunda vero conclusio, scilicet falsitas secundum quid est in rebus, dupliciter declaratur, res naturales relatæ ad intellectum nostrum, 100
sunt & significatæ, & causæ, & significantur quandoque secundum id quod non inest, & natæ sunt quædam facere de se falsam opinionem: ergo vtroque modo in eis potest dici falsitas secundum q.d. Antecedens patet quo ad omnes partes inductiue. consequentia autem probatur ex ratione falsi, & cōfirmatur vtrunque membrum autoritatibus Augustini & Aristotelis, vt patet in litera. Omnia clara sunt.

a ¶Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum secundum. 264

Coment. Titulus ex principio corporis est clarus. ¶In corpore duo. primo declarat tituli sensum. secundo respondet quæsito ibi: sic autem.

¶Quo

infirmis dulcia amara esse videntur. De sensibilibus vero communibus & per accidens potest esse falsum iudicium etiam in sensu recte disposito: quia sensus non directe refertur ad illa, sed per accidens, vel ex consequenti, inquantum refertur ad alia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensum affici est ipsum eius sentire. Vnde per hoc quòd sensus ita nuntiant, sicut afficiuntur, sequitur quòd non decipiamur in iudicio, quo iudicamus nos sentire aliquid: sed ex eo quòd sensus aliter afficitur interdum quàm res sit, sequitur quòd nuntiet nobis aliquando rem aliter quàm sit. Et ex hoc fallimur per sensum circa rem, non circa ipsum sentire.

¶Ad secundum dicendum, quòd falsitas dicitur non esse propria sensui: quia non decipitur circa proprium obiectum. Vnde in alia translatione planius dicitur, quòd sensus proprii sensibilis falsus non est. Fantasiæ autem attribuitur falsitas: quia repræsentat similitudinem rei etiam absentis. Vnde quando aliquis conuertitur ad similitudinem rei tanquam ad rem ipsam, prouenit ex tali apprehensione falsitas. Vnde etiam Philosophus in quinto metaphysi. dicit quòd vmbræ & picturæ & somnia dicuntur falsa, inquantum non subsunt res, quarum habent similitudinem.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit, quòd falsitas non sit in sensu, sicut in cognoscente verum & falsum.

ARTICVLVS III.

a ¶Vtrum falsitas sit in intellectu.

109 ver. q°. 1. articu. 12. & 1. dist. 19. quæ. 5. ar. 1. 7^m. & 3. contra. c. 108 §. 4.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd falsitas non sit in intellectu. Dicit enim Augusti. in lib. 83. quæst. Omnis qui fallitur, id in quo fallitur, non intelligit. Sed falsum dicitur esse in aliqua cognitione secundum quod per eam fallimur. Ergo in intellectu non est falsitas.

¶Præterea, Philosophus dicit in tertio de anima, quòd intellectus semper est rectus. Non ergo in intellectu est falsitas.

¶SED CONTRA est quod dicitur in tertio de anima, quod vbi compositio intellectuum est, ibi verum & falsum est. Sed compositio intellectuum est in intellectu. Ergo verum & falsum est in intellectu.

CONCLVSIO.

¶In intellectu quod quid est rei concipiente non est falsitas nisi per accidens: sed in intellectu componente vel diuidente.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut res habet esse per propriam formam, ita virtus cognoscitiua habet cognoscere per similitudinem rei cognitæ. Vnde sicut res naturalis non deficit ab esse, quod sibi competit secundum suam formam, potest autem deficere ab aliquibus accidentalibus, vel consequentibus: sicut homo ab hoc quod est habere duos pedes, non autem ab hoc quod est esse hominem: ita virtus cognoscitiua non deficit in cognoscendo respectu illius rei, cuius similitudine informatur. potest autem deficere circa aliquid consequens ad ipsam vel accidens ei, sicut est dictum[e], quòd visus non decipitur circa sensibile proprium, sed circa sensibilia communia, quæ consequenter se habent ad ea, & circa sensibilia per accidens. Sicut autem sensus informatur directe similitudine propriorum sensibilium, ita intellectus informatur similitudine quidditatis rei. Vnde circa quod quid est intellectus non decipitur, sicut neque sensus circa sensibilia propria[e]. In componendo vero vel diuidendo potest decipi dum attribuit rei cuius quidditatem intelligit, aliquid, quod eam non consequitur, vel quod ei opponitur. Sic enim se habet intellectus ad iudicandum de huiusmodi, sicut sensus ad iudicandum de sensibilibus communibus, vel per accidens.

¶Hæc tamen differentia seruata, quæ suprà circa veritatem dicta est[e], quòd falsitas in intellectu esse potest, non solum quia cognitio intellectus falsa est, sed quia intellectus eam cognoscit sicut & veritatem. In sensu autem falsitas non est vt cognita, vt dictum est[e]. Quia vero falsitas intellectus per se solum circa compositionem intellectus est, per accidens etiam in operatione intellectus, qua cognoscit quod quid est, potest esse falsitas, inquantum ibi compositio intellectus admiscetur. Quod potest esse dupliciter. Vno modo secundum quòd intellectus diffinitionē vnius attribuit alteri[e]. Vt si diffinitionem circuli attribuat homini. vnde diffinitio vnius rei est falsa de altera. Alio modo secundum quòd partes diffinitionis componit adinuicem, quę simul sociari non possunt. Sic enim diffinitio non est solum falsa respectu alicuius rei, sed est falsa in se. vt si formet talem diffinitionē, animal rationale quadrupes, falsus est intellectus sic diffiniendo: propterea quòd falsus est in formando hanc compositionem, aliquod animal rationale est quadrupes. Et propter hoc in cognoscendo quidditates simplices nō potest esse intellectus falsus: sed vel est verus, vel totaliter nihil intelligit.

¶Quo ad primum dicit, quòd sensus quæstionis est, vtrum sensus sit falsus, id est habens falsam apprehensionem, id est apprehendat rem aliter quàm est: & non vtrum sit falsus, id est cognoscat vel dicat falsum, probatque hoc ex veritate sensus: quia eodem modo in eo inuenitur veritas, scilicet vt consistit in apprehensione rei sicut est. Et sic etiam patet quid significat falsitas sensus, scilicet apprehendere rem aliter quàm est.

¶Quo ad secundum conclusio responsiua quæsito est. Sensus respectu proprii obiecti non est falsus nisi per accidens, sed respectu sensibilis communis, & per accidens est falsus. Probatur. sensus sic cognoscit res vt assimilatur eis: ergo quædam per se primo: quædam per se non primo: & quædam per accidens cognoscit. ergo respectu sensibilis proprii non nisi per accidens fallitur. Respectu vero aliorum falli potest. Antecedens patet. consequentia autem prima probatur: quia tripliciter similitudo in sensu inuenitur, scilicet per se primo &c. secunda autem consequentia in litera non probatur, nisi ex hoc, quòd ad per se primo sensibile directe sensus refertur. Ad alia vero ex consequenti, vel per accidens. In articulo tamen sequenti ratio assignabitur. Quo ad exceptionem tamen, id est nisi per accidens manifestatur. & de quali accidente intelligatur: quia de indispositione organi. Et probatur, quia hoc est commune omnibus passiuis; scilicet indispositionem eius impedire receptionem formæ. Et confirmatur experientia in sensu gustus.

¶In responsione ad primum nota distinctionem sensus ex quæstio. de ver. q. prima artic. 2. Sensus dupliciter. Vno modo vt cognoscit res, secundo vt offert superiori potentiæ: & hoc dupliciter, scilicet vt res quædam, & vt indicatiuus rerum. Primo modo sensus tractatus est hic, & dictum est, quod est verus respectu proprii sensibilis &c. Secundo autem modo, scilicet vt res offerens se in actu secundo superiori, est semper simpliciter verus: sicut & cæteræ res iuxta determinationem in articulo præcedenti. Et hoc modo accepit sensum Augusti. in autoritate inducta. Tertio autem modo scilicet vt nuntius rerum, est falsus quandoque causaliter: quia natus est pluries facere falsam æstimationem de re. Semper ergo sensus facit veram æstimationem de dispositione propria, sed non de dispositione rerum sensatarum, & hoc intendit responsio literæ huius distinguens iudicium ex sensibus duplex, scilicet de ipso sensu in actu, & de re sensata. Et quo ad primum non fallimur per sensum, sed quo ad secundum.

a ¶Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum tertium.

Commen. Titulus clarus. ¶In corpore tria. Primo in quo intellectu est, aut non est falsitas. Secundo ibi (hac tamen differentia) quomodo in illo intellectu, in quo est, vt inuenitur falsitas. Tertio ibi (quia vero falsitas) quomodo & quando ex illo deriuatur falsitas in intellectu, in quo non est.

¶Quo ad primum est hæc conclusio, falsitas non est in intellectu quod quid est, sed componente & diuidente. Hæc conclusio probatur ratione, & manifestatur simul in se & in sua probatione, ex proportionali similitudine intellectus & sensus. Ratio igitur est hæc. Res naturalis non deficit ab esse quod sibi conuenit secundum suam formam, sed deficere potest ab accidentibus vel consequentibus: ergo virtus cognoscitiua non deficit à cognitione illius, cuius similitudine informatur, sed accidentium eius vel consequentium: ergo intellectus circa quod quid est non decipitur, sed in componendo vel diuidendo. Antecedens probatur inductiue in homine, consequentia vero probatur, sicut res se habet ad esse per formam, ita virtus cognoscitiua ad cognoscere per similitudinem rei cognitæ: ergo, si res non potest deficere &c. Secunda vero consequentia quo ad primam partem probatur: quia intellectus informatur similitudine quidditatis. quo ad secundam vero, quia cōponendo attribuitur qdditati aliquid, vel non consequens, vel oppositum. Similitudo autem proportionalis est: sicut sensus visus se habet ad sensibile proprium, ita intellectus ad quod quid est. Et sicut ille informatur directe similitudine proprii sensibilis, ita hic similitudine qdditatis: & propterea in neutro vt sic est falsitas. Sicut quoque ille se habet ad sensibilia communia & per accidens, 108
ita hic ad iudicandum de consequentibus, vel accidentibus quidditati: quod fit componendo vel diuidendo. Et propterea in vtroque potest esse falsitas.

¶Circa antecedens aduerte, quòd potest bene & male interpretari. Annot.
Male quidem, si intelligatur quòd esse rei naturalis non potest deficere, 429 295
hoc enim non est verum nisi in rebus incorruptibilibus. Bene autem, si intelligatur, quòd esse rei naturalis non potest deficere, ipsa re naturali salua: & sic intendit litera. vnde non dicit, quòd nulla res naturalis potest deficere, 100
sed dicit quòd non potest deficere ab esse, quod sibi competit secundum suam formam: 108
tanquā si diceret, quòd nulla res habens aliquā formam, dum habet illam, potest deficere ab esse, quod conuenit secundum illam. Et est propositio per se nota, quia esse est de ratione formæ, vt patet 7. metaphysic. 295 429

¶Circa probationem consequentiæ, illam scilicet proportionalem: Annot.
sicut res habet esse per propriam formam, ita virtus cognoscitiua cognoscere per similitudinem rei cognitę. Aduerte, quòd cognoscere est ipsum esse speciei cognoscibilis: quando est vere actu in genere cognoscibili, sicut diximus, q intelligere est ipsum esse speciei intelligibilis actu in genere intelligibili, & non medio modo existentis: ita quòd hoc est commune omni cognoscitiuæ virtuti, sicut sensitiui siue intellectiui ordinis, scilicet, quòd cognoscere est esse speciei, quæ cognoscit sumendo illam speciem (quicquid illa sit) in actu in genere cognoscibili, quicquid sit de esse eius actu in genere entium. Et hoc est valde notandum pro notitia partis sensitiuæ & intellectus.

¶Quo ad secundum est hæc conclusio, falsitas est in intellectu componente dupliciter, scilicet formaliter & obiectiue. probatur & manifestatur. Probatur quidem: quia veritas est in eodem intellectu eisdem modis. Manifestatur vero ex differentia ad sensum, vt patet. Commen.

¶Quo ad tertium ponitur conclusio vna cum suo corollario. conclusio est. falsitas est in intellectu quod quid est per accidens. probatur & manifestatur, probatur quidem sic: falsitas per se est in compositione intellectuum tantum, ergo in intellectu quod quid est habet locum ratione compositionis admixtæ. ergo inuenitur in eo per accidens. omnes consequentiæ sunt notæ: prima enim fundatur super hoc quòd e[illegible] primo tali cætera oportet dici talia, inquantum participant illud, vt patet primo posteriorum. secunda super hoc, quòd non est de ratione quod quid est esse compositum. quod etiam patet. Manifestatur autem conclusio distinguendo duos modos, quibus compositio admiscetur intellectui circa quod quid est. primus consistit in coniunctione diffinitionis cum diffinito, secundus in coniunctione partium diffinitionis, vt patet in litera. & differunt in

hoc hi modi, quòd error in secundo constituit quod quid est in se falsum, primus autem falsum huic.

¶Corollarium est quòd in cognoscendo quidditates simplices intellectus non potest esse falsus, sed aut verus aut nullus.

¶Circa primum modum falsitatis & hoc corollarium occurrit dubium. tum quia coniunctio diffinitionis cum diffinito est extra intellectum quod quid est. Intellectus enim quod quid est lineæ non dicit, linea est longitudo cuius extrema sunt duo puncta: sed dicit tantum lon-
422 gitudo cuius extrema sunt duo puncta. hæc enim est diffinitio quā solam constat ad primam operationem intellectus spectare. Illud autem totum, linea est longitudo &c. ab intellectu componente dicitur. sicut etiam dicitur linea est curua vel recta: cur ergo magis falsitas illius cōiunctionis quàm huius primæ imponitur operationi. Tum quia iste modus falsitatis ita habet locum in simplicibus, sicut in compositis: potest enim simplicissimus conceptus iungi, cui non conuenit quidditatiue. Et sic in simplicibus potest etiam esse error per accidens: cuius oppositum litera sonat in corollario.

110 *12c. quæ. 64. art. 3. 3m. & 1. dist. 9. q. 5. artic. 1. 8m. & ver. q. 1. artic. 10. 5m.* ¶Ad euidentiam horum scito, quòd sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci: & propterea quantum differt coniūctio diffinitionis cum diffinito à coniunctione cum cæteris, tantum interest vt exigatur cognitio illius coniunctionis ad quod quid est: & non coniunctionis cum aliis. Coniunctio enim diffinitionis cum diffinito dat diffinitioni quòd sit quod quid est. Nulla enim ratio est quidditas nisi inquantum est alicuius entis quidditas. Et propterea cognoscere quod quid est, non contingit nisi cognoscatur coniunctio diffinitionis cum diffinito. Si enim cognosceretur diffinitio nesciendo cuius rei sit, non sciretur quidditas aliqua, sed quid significat nomen: sic enim se haberet huiusmodi diffinitionem apprehendens, sicut modo se habet formans conceptum montis aurei vel cuiuscunque alterius figmenti ex non impossibilibus. non sic autem se habet ad quod quid est coniunctio cum passionibus & aliis, quoniam absque illis quidditatis ratio saluatur. Quia ergo quòd quid est essentialiter exigit in essendo id cuius est: quanuis non hoc vel illud, oportet vt etiam in cognosci illud exigat. ac per hoc illa coniunctio ad primam spectat operationem intellectus, sicut & coniunctio partium diffinitionis: quamuis hæc vltima magis. Et quoniam coniunctio diffinitionis cum diffinito, si secundum se iudicetur, consurgit ex compositione diffiniti, nisi enim esset compositum, locum in eo non haberet abstractio diffinitionis ab eo, quantum est ex se: cum nihil abstrahat secundum se ab omnino seipso. Propterea si aliqua quidditas inuenitur ita simplex, vt scilicet sit rei simplicis quidditas, circa illam nullus ex parte sua error esse potest, sicut nulla est compositio. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

CONCLVSIO.

a ¶*Num in quidditatibus simplicibus contingat falsitas, & coniunctio definitioni cum finito spectet ad intellectum quod quid est.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia quidditas rei est proprium obiectum intellectus[e]: propter hoc tunc proprie dicimur aliquid intelligere, quando reducentes illud in quod quid est sic de eo iudicamus: sicut accidit in demonstrationibus in quibus non est falsitas. Et hoc modo intelligitur verbum August. quòd omnis, qui fallitur, non intelligit id in quo fallitur: non autem ita, quòd in nulla operatione intellectus aliquis fallatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd intellectus semper est rectus, secundum quod intellectus est principiorum, circa quæ non decipitur ex eadem causa, qua non decipitur circa quod quid est. Nam principia per se nota sunt illa, quæ statim intellectis terminis cognoscuntur, ex eo quòd prædicatum ponitur in diffinitione subiecti.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum verum & falsum sint contraria.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd verum & falsum non sint contraria. Verum enim & falsum opponuntur, sicut quod est & quod non est. nam verum est id quod est, vt dicit Augusti. Sed quod est & quod non est, non opponuntur contrarie. Ergo verum & falsum non sunt contraria.

¶Præterea, Vnum contrariorum non est in alio. Sed falsum est in vero. Quia sicut dicit Augusti. in lib. solil. Tragœdus non esset falsus Hector, si non esset verus Tragœdus. Ergo verum & falsum non sunt contraria.

¶Præterea, In Deo non est contrarietas aliqua: nihil enim diuinæ substantię est contrarium, vt dicit Augusti. 14. de ciui. Dei. Sed Deo opponitur falsitas. nam idolum in scriptura mendacium nominatur. Iere. 8. Apprehenderunt mendacium. gloss. id est, idola. Ergo verum & falsum non sunt contraria.

¶SED CONTRA est quod dicit Philosophus in secundo periher. Ponit enim falsam opinionem veræ contrariam.

CONCLVSIO.

¶*Verum est falsum, cum subiectum sibi determinet, & in eo aliquid ponat, contrarie tantum opponuntur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd verum & falsum opponuntur vt contraria, & non sicut affirmatio & negatio, vt quidam dixerunt.

¶Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd negatio neque ponit aliquid neque determinat sibi aliquod subiectum. Et propter hoc potest dici tam de ente, quàm de non ente. sicut non videns & non sedens. Priuatio autem non ponit aliquid, sed determinat sibi subiectum[e]. Est enim negatio in subiecto vt dicitur quarto Metaphysicorum. Cæcum enim non dicitur nisi de eo quod est natum videre. Contrarium vero & aliquid ponit & subiectum determinat. Nigrum enim est aliqua species coloris. Falsum autem aliquid ponit. Est enim falsum (vt dicit Philosophus quarto metaphysicorum) ex eo quod dicitur vel videtur aliquid esse quod non est, vel non esse quod est. Sicut enim verum ponit acceptionem adæquatam rei, ita falsum acceptionem rei non adæquatam. Vnde manifestum est, quòd verum & falsum sunt contraria.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd id, quod est in rebus, est veritas rei, sed id quod est vt apprehensum, est verum intellectus, in quo primo est veritas. Vnde & falsum est id quod non est vt apprehensum. Apprehendere autem esse & non esse, contrarietatem habet, sicut probat Philosophus in secundo periher. quòd huic opinioni, bonum est bonum, contraria est, bonum non est bonum.

¶Ad secundum dicendum, quòd falsum non fundatur in vero sibi contrario, sicut nec malum in bono sibi contrario, sed in eo quod sibi subiicitur[e]. Et hoc ideo in vtroque accidit: quia verum & bonum contraria sunt falso & malo, & conuertuntur cum ente. Vnde sicut omnis priuatio fundatur in subiecto, quod est ens, ita omne malum fundatur in aliquo bono, & omne falsum in aliquo vero.

¶Ad tertium dicendum, quòd quia contraria & opposita priuatiuæ nata sunt fieri circa idem, ideo Deo prout in se consideratur, non est aliquid contrarium: neque ratione suæ bonitatis, neque ratione suæ veritatis: quia in intellectu eius non potest esse falsitas aliqua. Sed in apprehensione nostra habet aliquid contrarium. nam veræ opinioni de ipso contrariatur falsa opinio. Et sic idola mendacia dicuntur opposita veritati diuinæ, inquantum falsa opinio de idolis contrariatur veræ opinioni de vnitate Dei.

Annot. ¶In responsione ad primam aduerte, quòd ideo quidditas dicitur proprium obiectum intellectus, quia intellectus in communi se habet ad quidditatem sicut visus ad colorem, ita quòd per se primo cognoscit quod quid est, & ab ipso tantum perficitur, & mouetur per se primo. Huius autem ratio assignatur. Tum quia species intelligibilis primo est quidditatis, vt in corpore articuli dicitur. Tum quia in quod quid est clauditur cognitio omnis complexionis, siue conuenientis, siue disconuenientis: adeo quòd, si quis perfecte penetraret quidditates rerum, perfecte intelligeret in eis omnes propositiones de earum accidentibus, vt inferius in tractatu de Angelis patebit. Tum quia quòd quid est, cognoscibile est ex se. complexio autem non nisi ex quod quid est. In cuius signum principia cognoscimus inquantum terminos cognoscimus, vt dicitur primo Poster. Et omnes dubitationes resoluendo in quod quid est iudicamus.

a ¶*Super quæstionis decimæseptimæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo ly contraria sumitur proprie, vt contrarietas distinguitur contra alias oppositionum species.

Commen. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, verum & falsum sunt contraria. Probatur sic, falsum est dici, vel videri ens non esse, aut non ens esse: ergo falsum significat acceptionem inadæquatam rei: ergo falsum ponit aliquid & determinat sibi subiectum: ergo nec contradictorie nec priuatiue, sed contrarie opponitur vero. Antecedens probatur ex quarto Metaphysicorum, textu vigesimoseptimo. Prima consequentia patet, & ex significatione veri, quia scilicet ponit acceptionem adæquatam rei: confirmatur. secunda autem est ex se euidens: quia acceptio difformis est aliquid. vltima autem probatur ex differentia inter opposita contradictorie, priuatiue & contrarie: quia scilicet in illa alterum est pura negatio absque subiecto. In secunda negatio in subiecto. In tertia positio in subiecto.

¶Aduerte hic, quòd litera supponit verum & falsum opponi tanquā per se notum, & solum modum oppositionis venatur ac determinat. Et ideo consequentia tertia nullam patitur calumniam. Confirmatio quoque primæ consequentiæ ex significatione veri valde efficax est, si quarto Metaphysicorum creditur: quoniam ibidem nulla disparitas, quo ad significare positiuum ponitur: & tamen vtrunque diffinitur. 52 verum enim inquit Aristo. est ens esse, & non esse: falsum autem ens non esse, & non ens esse. vnde qua ratione verum significat positiuum, scilicet enunciationem enti & non enti conformem, eadem falsum significat enunciationem vtrique difformem: & non significat negationem conformitatis, vt illi in litera recitati putauerunt.

Annot. ¶Circa primum consequens, scilicet falsum, ponit acceptionem inadæquatam rei. aduerte, quòd dupliciter potest intelligi. Vno modo quòd falsum significat, formaliter acceptionē difformem, vt nigrum colorem congregatiuum. Alio modo quod ponat relationem difformitatis formaliter, & acceptionem fundamentaliter: sicut dissimile significat relationem & ponit qualitatem. Primo modo non potest intelligi: quoniam sequeretur quòd vnum contrariorum formaliter sumptum transiret in reliquum: quod non est intelligibile. non enim potest percipi quòd albedo fiat nigredo, sed quòd res quæ est alba mutetur in nigram. patet autem sequela ex prædicamentis, vbi dicitur, quòd eadem numero oratio suscipit verum & falsum. si enim vnamet enuntiatio modo est vera & modo esse falsa, & tam verum quàm falsum formaliter significat enuntiationem, oportet quòd vnum contrariorum formaliter recipiat alterum. Vnde ex hoc ipso, quòd vnamet numero oratio est modo vera, modo falsa: patet quòd verum & falsum aliquid in oratione significant, & non ipsam enuntiationem. In cuius signum, cum subsumendum esset in litera: quòd falsum significat aliquod positiuum in certo subiecto, nihil aliud subiunctum est nisi quòd falsum ponit acceptionem inadæquatam, vt inadæquationem significari in acceptione intelligeres. Est tamen circa hoc aduertendum, quòd sicut simile & dissimile contrarie opponuntur: & dupliciter contingit ea contrariari, scilicet ratione fundamenti, sicut quum album simile alteri albo mutatur in nigrum, quod est dissimile albo: & ratione termini, si scilicet terminus mutaretur in nigrum: ita verum contrarie quidem opponitur falso: & dupliciter potest contingere. Ex parte quidem termini, cum eadem oratio de vera fit falsa, propter mutationem rei significatæ, vt patet in materia contingenti. Ex parte autem fundamenti, quum fundamenta ipsa sunt contraria: fundamentum autem veritatis & falsitatis vt ex dictis patet, est enuntiatio seu acceptio intellectus. Enuntiationum autem vt in secundo periher. probatur, contrarietas inuenitur primo inter affirmatiuam & negatiuam eiusdem de eodem &c. quarum alteram oportet esse veram, & alteram falsam. Igitur de primo ad vltimum, mutatur intellectus de vero in falsum ex parte fundamenti, dum de enuntiatione vnius partis contradictionis transit in aliam. Quoniam autem mutatio ex parte termini in vero & falso, aut non est vere contrarietas, eò quòd sine sui mutatione de vno in aliud mutatio transit: aut si pro vera contrarietate, qualis inter relatiua esse potest, acceptatur, non habet contrarietatis rationem, ex mutatione termini: quoniam mutatio termini contingit, & de contrario in contrarium, & de affirmatione in negationem, aut econuerso: mutatio autem de vero in falsum ex parte fundamenti, habet rationem contrarietatis ex mutatione inter fundamenta: quia scilicet mutatio intellectus de opi-

52 a de opinione affirmatiua in negatiuā, aut ecōuerso est verè inter contraria. Et q plus est ex cōtrarietate fundamētorū innascitur contrarietas veri & falsi secundum terminum. nam ideo hæc oratio, sort. sedet eo surgente, dicitur suscipere aliud contrarium, scilicet falsum. quia est contraria illi, quæ est vera, scilicet sortes non sedet: nisi enim esset inter ipsas orationes contrarietas, mutatio de vero in falsum, veræ contrarietatis rationem non haberet. Et propterea in litera non fit mentio nisi de contrarietate ex parte fundamenti innata. & merito: quia relationis naturam secundum fundamenti naturam maxime videmus, eò quòd aut est idem cum eo, aut naturalis eius quasi passio.

Annot. ¶In responsione ad secundum, videto quòd large vtitur contrarietatis vocabulo idem: prout scilicet etiam priuatiuam continet oppositionem: vt patet de bono & malo transcendenter sumptis: & ex verbis subiunctis, scilicet sicut omnis priuatio fundatur in subiecto, ita omne malum &c. Fecit autem hoc autor: non incuria, sed quia quo ad vim argumenti idem est iudicium de contrariis & priuatiue oppositis insinuare voluit, quòd *1. contra. 97.* responsio propria etiam debet esse eadem, siue contrarie siue priuatiue opponantur. Et propterea contrarietatis nomen extendere docuit.

QVÆSTIO DECIMAOCTAVA, De vita Dei, in quatuor Articulos diuisa.

QVONIAM autem intelligere viuentium est, post considerationem de scientia & intellectu diuino, considerandum est de vita ipsius. Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo quorum sit viuere. Secundo, quid sit vita. ¶Tertio, vtrum vita Deo conueniat. ¶Quarto vtrum omnia in Deo sint vita.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum omnium naturalium rerum sit viuere.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd omnium rerum naturalium sit viuere. Dicit enim Philosophus in octauo physicorum, quòd motus est vt vita quædam natura existentibus omnibus. Sed omnes res naturales participant motum. Ergo omnes res naturales participant vitam.

¶Præterea, Plantæ dicuntur viuere, inquantum habent in seipsis principium motus augmenti & decrementi. Sed motus localis est perfectior & prior secundam naturam quàm motus augmenti & decrementi, vt probatur in octauo physico. Cum igitur omnia corpora naturalia habeant aliquod principium motus localis, videtur quòd omnia corpora naturalia viuant.

¶Præterea, Inter corpora naturalia imperfectiora sunt elementa. Sed eis attribuitur vita. Dicuntur enim aquæ viuæ. Ergo multo magis alia corpora naturalia vitam habent.

¶SED CONTRA est quòd dicit Dionysi. sexto capi. de diui. nomi. quòd plantæ secundum vltimam resonantiam vitę habent viuere. Ex quo potest accipi, quòd vltimum gradum vitæ obtinent plantæ. Sed corpora inanimata sunt infra plantas. Ergo eorum non est viuere.

CONCLVSIO.

¶*Cum motu viuentia à non viuentibus cognoscantur, ea proprie vt vere dicentur, quæ seipsa secundum aliquam speciem motus mouent.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ex his, quæ manifeste viuunt, accipere possumus, quorum sit viuere, & quorum non sit viuere. Viuere autem manifeste animalibus conuenit. Dicitur enim in libro de vegetabilibus, quòd vita in animalibus manifesta est. Vnde secundum illud oportet distinguere viuentia à non viuentibus secundum quòd animalia dicuntur viuere. Hoc autem est in quo primo manifestatur vita, & in quo vltimo remanet. ¶Primo autem dicimus animal viuere, quando incipit ex se motum habere, & tandiu iudicatur animal viuere quandiu talis motus in eo apparet: quando vero iam ex se non habet aliquem motum, sed mouetur tantum ab alio, tunc dicitur animal mortuum per defectum vitæ. Ex quo patet, quòd illa proprie sunt viuentia, quæ seipsa secundum aliquam speciem motus mouent, siue accipiatur motus proprie, sicut motus dicitur actus imperfecti, id est existentis in potentia: siue motus accipiatur communiter, prout motus dicitur actus perfecti, prout intelligere & sentire dicitur moueri[e], vt dicitur in tertio de anima: vt sic viuentia dicantur quæcunque se agunt ad motum vel operationem aliquam, ea vero, in quorum natura non est vt se agant ad aliquem motum vel operationem, viuentia dici non possunt, nisi per aliquam similitudinem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud Philosophi potest intelligi vel de motu primo, scilicet corporum cælestium, vel de motu communiter. Et vtroque modo motus dicitur quasi vita corporum naturalium per similitudinem, & non per proprietatem. Nam motus cæli est in vniuerso corporalium naturarum, sicut motus cordis in animali quo conseruatur vita. Similiter etiam quicunque motus naturalis hoc modo se habet ad res naturales, vt quędam similitudo vitalis operationis. Vnde si totum vniuersum corporale esset vnum animal, ita quòd ille motus esset à mouente intrinseco, vt quidam posuerunt, sequeretur quòd motus esset vita omnium naturalium corporum.

¶Ad secundum dicendum, quòd corporibus grauibus & leuibus non competit moueri nisi secundum quòd sunt extra dispositionem suę naturę, vtpote cum sunt extra locum proprium. Cum enim sunt in loco proprio & naturali quiescunt. Sed plantę & alię res viuentes, mouentur motu vitali: secundum hoc quòd sunt in sua dispositione naturali, non autem in accedendo ad eam vel in recedendo ab ea. Imò secundum quòd recedunt à tali motu recedunt à naturali dispositione. Et præterea corpora grauia & leuia mouentur à motore extrinseco vel generante, qui dat formam[e], vel remouente prohibens, vt dicitur in octauo physico. & ita non mouent seipsa, sicut corpora viuentia[e].

¶Ad tertium dicendum quòd aquæ viuæ dicuntur quæ habent continuum fluxum. Aquę enim stantes, quæ non continuantur ad principium continue fluens: dicuntur mortuæ, vt aquæ cisternarum & lacunarum. Et hoc dicitur per similitudinem. Inquantum enim videntur se mouere, habent similitudinem vitæ. Sed tamen non est in eis vera ratio vitæ: quia hunc motum non habent à seipsis, sed à causa generante eas: sicut accidit circa motum aliorum grauium & leuium.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum vita sit quædam operatio.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vita sit quædam operatio. Nihil enim diuiditur nisi per ea, quæ sunt sui generis. Sed viuere diuiditur per operationes quasdam, vt patet per Philosophum in 2. lib. de anima: qui distinguit viuere per quatuor, scilicet alimento vti, sentire, moueri secundū locū, & intelligere. ergo vita est operatio quædā. 112 *12. quæ. 3. ar. 2. 1m. & q. 56. ar. 1. 2m. & 32. q. 19. arti. 7. cor. & 1. metap. co. 5. princip.*

¶Præterea, Vita actiua dicitur alia esse à contemplatiua. Sed contemplatiui ab actiuis non diuersificantur nisi secundum operationes quasdam. ergo vita est quædam operatio.

¶Præterea, Cognoscere Deum est operatio quædam. Hæc autem est vita, vt patet per illud Ioan. 17. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum. Ergo vita est operatio.

¶SED CONTRA est quod dicit Philosophus in secundo de anima, Viuerę, viuentibus est esse.

a ¶*Super Quæstionis decimæoctauæ Articulum primum.*

Commēt. TItulus clarus. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito. Illa propriè sunt viuentia, quæ seipsa secundum aliquam speciem motus mouent. Hæc conclusio primo probatur, deinde explanatur. Probatio est, differentia viuentium à non viuentibus, ex manifeste viuentibus sumenda est: ergo ex vita animalium: ergo ex eo, in quo primo manifestatur vita, & in quo vltimo remanet: ergo ex mouere seipsum. ergo illa propriè sunt viuentia, quæ seipsa secundum speciem aliquam motus mouent. prima consequentia probatur autoritate libri, de Vegetabilibus. Tertia autem probatur: quia tandiu iudicatur animal viuere, quandiu ex eo motus apparet &c. Explanatur vero quo ad terminos, dicendo quòd ly motus, communiter sumitur. & ab opposito: quia quæ non se agunt, non nisi similitudinarie viuere dicuntur.

¶In responsione ad secundum, aduerte quòd nō intendit litera similitare conclusionem iam probatam quasi addenda fuisset hæc particula, scilicet in sua naturali dispositione: sed intendit, quòd ex ista differentia, scilicet quòd grauia & leuia non mouent se in sua naturali dispositione, viuentia autem sic, habetur quòd illis non conuenit absolute mouere se, sed viuentibus tantum: propterea quia hic manifestatur quòd motus illorum per se spectat ad accessum ad perfectionem naturalem, & consequenter spectat ad 113 a complementum generationis ipsorum. Et quia nihil generat se, sed ab eo à quo generatur completur suum generari: ideo motus grauium & leuium generanti attribuitur. In motu autem viuentium manifeste patet nihil horum inueniri. Et propterea sola viuentia seipsa mouent. Et hæc sunt valde notanda in materia de motu grauium & leuium: quoniam subtilissima & clarissima ratio eorum motus hinc habetur.

a ¶*Super Quæstionis decimæoctauæ Articulum secundum.*

Commēt. TItulus clarus est. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito: vita propriè est esse substantiale, minus propriè vero est operatio. Hæc conclusio quo ad vtranque partem simul probatur sic. Intellectus noster accipit à sensu: ergo ex his, quæ apparent exterius de re cognoscimus essentiā: ergo plerunque ex proprietatibus exterioribus imponuntur nomina ad significandas essentias rerum. ergo huiusmodi nomina quandoque accipiuntur propriè pro ipsis essentiis, & minus propriè pro proprietatibus, 515 à quibus imponuntur: ergo vitæ nomen sumitur pro- 385 [illegible] pric

prie pro substantia cuius naturę conuenit mouere se, & minus proprie pro operatione vitali: ergo viuere proprie nihil aliud est quàm esse in tali natura: ergo vita significat hoc ipsum: ergo
109 go viuum non est prædicatum accidẽtale, sed substantiale: ergo de primo
66 mo ad vltimũ vita pro-
107 prie est esse substantiale, minus propriè est operatio. Prima consequentia secundum duo clausa in consequente, scilicet exteriora & q̃d-
68 ditas: ex duobus in ante-
65 cedente clausis, scilicet intellectu & sensu probatur. primum est, quia intellectus est cognitiuº quidditatis rei, secũdum
b vero est, quia accidentia
60 exteriora sunt propria sensus. Secunda consequentia probatur: quia sicut cognoscimus, sic nominamus. Tertia declaratur in hoc nomine corpus, respectu substãtiæ & quãtitatis. Quarta probatur, quia vitæ nomen sumitur ex exterius apparente, scilicet mouere se &c. Quinta per se nota relinquitur. Sexta probatur: quia vita non differt à viuere nisi penes modum significandi, scilicet in abstracto: & declaratur exemplo cursus. Septima est per se nota. Et cõfirmatur nihilominus secunda pars conclusionis autoritate 9. Ethicorum.

a ¶*Super Quæstionis decimæoctauæ Articulum tertium.*
b
265

Annot. IN titulo, conueniat, intelligitur formaliter: nam virtualiter ideo vitæ perfectionem conuenire in quæstio. quarta probatum est.

Commen. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito. Vita maxime propriè in Deo est, vbi antequam probetur, nota quòd autor aliud quærit, & aliud respondet. Quærit enim simplicẽ quęstionem an est de vita Dei. Respondet autẽ de eminentissimo modo viuendi. fecit autem hoc quoniam Deum viuere ex supradictis satis constabat cum declaratum iam sit ipsum esse intellectualis naturę. Sed quomodo viuat ex propriis ostendendum erat. probatur ergo sic. viuere dicitur aliqua inquãtum operãtur ex seipsis non quasi ab aliis mota: ergo quanto perfectius hoc cõuenit alicui, tanto perfectius in eo conuenitur vita: ergo mouentia se quo ad finem, formam & executionẽ, perfectius viuunt quàm mouentia se quo ad formam & executionẽ tantum: & hæc quàm mouentia se tantum quo ad executionem: ergo illud, cuius natura est ipsum esse & intelligere, & id quod naturaliter habet, non determinatur sibi ab alio, obtinet summum vitæ gradum: ergo in Deo maxime est vita.

¶Ad euidentiam secundæ consequentiæ, quia cõparatio intelligi non potest nisi gradus comparatorum ostendatur, litera graduat mouentia se, & ex ipsa graduatione necessitatem consequentiæ ostendit. Duo ergo facit. primo ostendit ea, ex quibus graduantur viuentia. secundo tres gradus viuentium ordinat. Tria autẽ sunt, ex quibus mouentia se graduantur, scilicet, finis, forma & executio. Et propterea aliqua mouent se ad executionem tantum. Aliqua ad executionem & formam, & hæc perfectius mouent se. Aliqua ad executionem & formam & finem, & hæc perfectissime. In primo ordine sunt plantæ, vt patet ex motu augmenti. In secundo sunt animalia, vt patet ex eo quod principium motus eorũ non est forma à natura indita, sed per sensum accepta: & ratione latitudinis in ipsis animalibus inuentæ, scilicet quòd quanto perfectius sentiunt, tanto perfectius mouent seipsa: quod manifestatur in differenti motione animaliũ perfectorum & imperfectorum. In tertio sunt intellectum habentia. quod probatur: quia solius rationis ac intellectus est cognoscere proportionem finis & eius quod est ad finem: vnũmque in alterum ordinare: ergo & pręstituere sibi finem: & declaratur signo eminentia huius vitę, ex eo quòd in vno & eodem homine pars intellectiua mouet potentias sensitiuas, & per illas corporalia organa. Cõfirmatúrque exemplo, in artificialibus. Pro tertia autem consequentia ponit litera in supremo viuendi gradu latitudinem: & sic summum in eo declarat. Mouẽtium ergo se ad executionẽ, formam & finem: alia mouent se quo ad quædam: quædam vero ab alio sortiuntur. Alia mouent se quo ad omnia, id est ita quòd nihil ab alio habent. In primo ordine sunt intellectus creati. In secundo vero Deus ipse. Et primum probatur in intellectu nostro. Quo ad intellectũ quidem, quia pręstitura sunt ei prima principia. Quo ad voluntatem vero, quia pręstitutus est ei vltimus finis: quem non potest nõ velle. Cætera sunt nota: & confirmatur processus ex processu Aristo. 12. Metaphysi.

113 1.con.cap. 97.98.99 & lib. 4. capi.13.fi. & lo.14. li.2.co.2. & 2. me. lib. 2. co. 5.fi.
111
112
111
385
369

CONCLVSIO.

¶*Vitæ nomen substantiam & esse propriæ illius naturæ cui conuenit se mouere significat, nonnunquam vero & minus propriæ vitalem operationem.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex dictis patet[e]) intellectus noster, qui proprie est cognoscitiuus quidditatis rei vt proprij obiecti, accipit à sensu[e]: cuius proprij obiecta sunt accidentia exteriora. Et inde est, quòd ex his, quæ exterius apparent de re, deuenimus ad cognoscendam essentiam rei. Et quia sic nominamus aliquid sicut cognoscimus illud (vt ex supradictis patet[e]) inde est quòd plerunque à proprietatibus exterioribus imponuntur nomina ad significandas essentias rerum. Vnde huiusmodi nomina quandoque accipiuntur proprie pro ipsis essentiis rerum, ad quas significandas principaliter sunt imposita[e]: aliquando autem sumuntur pro proprietatibus, à quibus imponuntur. & hoc minus proprie. Sicut patet quòd hoc nomen corpus impositum est ad significandum quoddam genus substantiarum, ex eo quòd in eis inueniuntur tres dimensiones. Et ideo aliquando ponitur hoc nomen corpus ad significandas tres dimensiones, secundum quod corpus ponitur species quantitatis. Sic ergo dicendum est & de vita. Nam vitæ nomen sumitur ex quodam exterius apparenti circa rem, quod est mouere seipsum: non tamen est impositum hoc nomen ad hoc significandum, sed ad significandam substantiam, cui conuenit secundum suam naturam mouere seipsam, vel agere se quocunque modo ad operationem. Et secundum hoc viuere nihil aliud est quàm esse in tali natura, & vita significat hoc ipsum, sed in abstracto. sicut hoc nomen cursus significat ipsum currere in abstracto[e]. Vnde viuum non est prædicatum accidentale, sed substantiale. Quandoque tamen vita sumitur minus proprie pro operationibus vitæ, à quibus nomen vitæ assumitur: sicut dicit Philosophus nono Ethicorum, quòd viuere principaliter est sentire, vel intelligere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus ibi accipit viuere pro operatione vitæ. Vel dicendum est melius quòd sentire & intelligere & huiusmodi quandoque sumuntur pro quibusdam operationibus, quandoque autem pro ipso esse sic operantium. Dicitur enim nono ethico. quòd viuere est sentire vel intelligere, id est habere naturam ad sentiendum, vel intelligendum. Et hoc modo distinguit Philosophus viuere per illa quatuor. Nam in istis inferioribus quatuor sunt genera viuentium. Quorum quædam habent naturam solum ad vtendum alimento, & ad consequentia, quæ sunt augmentum & generatio. Quædam vlterius ad sentiendum, vt patet in animalibus immobilibus, sicut sunt ostrea. Quædam vero cum his vlterius ad mouendum se secundum locum, sicut animalia perfecta, vt quadrupedia & volatilia & huiusmodi. Quædam verò vlterius ad intelligendum sicut homines.

¶Ad secundum dicendum, quòd opera vitæ dicuntur quorum principia sunt in operantibus vt seipsos inducant in tales operationes. Contingit autem aliquorum operum inesse hominibus non solum principia naturalia (vt sunt potentiæ naturales) sed etiam quædam superaddita, vt sunt habitus inclinantes ad quædam operationum genera quasi per modum naturæ, & facientes illas operationes esse delectabiles. Et ex hoc dicitur quasi per quandam similitudinem, quòd illa operatio quæ est homini delectabilis, & ad quam inclinatur, & in qua conuersatur, & ordinat vitam suam ad ipsam, dicitur vita hominis. Vnde quidam dicuntur agere vitam luxuriosam, quidam vitam honestam. Et per hunc modum vita contemplatiua ab actiua distinguitur. Et per hunc etiam modum cognoscere Deum dicitur vita æterna. ¶Vnde patet solutio ad tertium.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum Deo conueniat vita.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deo non conueniat vita. Viuere enim dicuntur aliqua secundum quod mouent seipsa, vt dictũ est[e]. Sed Deo nõ competit moueri. Ergo neque viuere.

¶Præterea, in omnibus, quæ viuunt est accipere aliquod viuendi principium. Vnde dicitur in 2. de anima, quòd anima, est viuentis corporis causa & principium. Sed Deus non habet aliquod principium. Ergo sibi non competit viuere.

¶Præterea, Principium vitæ in rebus viuentibus, quæ apud nos sunt est anima vegetabilis, quæ non est nisi in rebus corporalibus. Ergo rebus incorporalibus nõ competit viuere.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Cor meum & caro mea exul. in de. vi.

CONCLVSIO.

¶*Dei natura, cum sit ipsum esse & intelligere, ei maxime vita conuenit.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd vita maxime proprie in Deo est. ¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd cum viuere dicantur aliqua secundum quòd operantur ex seipsis, & non quasi ab aliis mota[e], quanto perfectius competit hoc alicui tanto perfectius in eo inuenitur vita. In mouentibus autem & motis tria per ordinem inueniuntur. Nam primo finis mouet agentem. Agens vero principale est quod per suam formam agit. Et hoc interdum agit per aliquod instrumentum, quod non agit ex virtute suæ formæ, sed ex virtute principalis agentis. Cum instrumento competit sola executio actionis. inueniuntur igitur quædam, quæ mouent seipsa non habito respectu ad formam vel finem, quæ inest eis à natura: sed solum quantum ad executionem motus: sed forma, per quam agunt, & finis propter quem agunt, determinantur eis à natura: Et huiusmodi sunt plantæ: quæ secundum formam inditam eis à natura mouent seipsas secundum augmentum & decrementum[e]. Quædam vero vlterius mouent seipsa non solum habito respectu ad executionem motus, sed etiam quantum ad formam, quæ est principium motus, quam per se acquirunt. Et huiusmodi sunt animalia, quorum motus principium est forma non à natura indita, sed per sensum accepta. Vnde quanto perfectiorem sensum habent, tanto perfectius mouent seipsa. Nam ea, quæ non habent nisi sensum tactus, mouentur solum infra seipsa motu dilatationis & constrictionis, vt ostrea parum excedentia motum plantæ. Quæ vero habent virtutem sensitiuam perfectam, non solum ad cognoscendum coniuncta & tangentia, sed etiam ad cognoscendum distantia, mouent seipsa in remotu processiuo. Sed quamuis huiusmodi animalia formam, quæ est principium motus, per sensum accipiant, non tamen per seipsa præstituunt sibi finem suæ operationis, vel sui motus: sed est eis inditus à natura, cuius instinctu ad aliquid agendũ mouẽtur per formã sensu apprehẽsam. Vnde supra talia animalia sunt illa, quæ mouent seipsa[e], etiam habito respectu ad finem, quẽ sibi præstituunt. Quod quidem non fit nisi per rationem & intellectum cuius est cogno- 418

¶Num

¶*Num animalia per seipsa formam, qua se moueant, acquirant.*
a
500

Annot. Circa secundum viuendi gradum dubium occurrit, quomodo verum sit: quòd animalia per seipsa acquirant formam, qua se mouent. Sensus enim vt in 2. de Anima dicitur, est potentia passiua à sensibili: & sentire in pati consistit: ergo animalia ad habendam formam sensibilem purè passiuè concurrunt, non ergo acquirunt eam perseipsa.
124 ¶Ad hoc breuiter, ve-
407 rè tamen, quia non est hic locus proprius huius materiæ, dicitur, quòd licet ad habendam formam sensibilem in genere entium seu medio modo inter potentiam & actum, sensus exterior concurrat pure passiue: ad habendam tamen eam in genere cognoscibiliũ seu in actu simpliciter, seu puro, sensus etiam exterior concurrit, non solum passiue, sed etiam actiue. Et ratio est, quia anima, vt in 2. de anima dicitur, est causa affecti-
425 ua illius alterationis, in
276 qua consistit sentire: seu
283 & in idem redit illius alterationis, quę est sentire. Cõstat autem quòd sentire non est pati à sensibili, quoniam etiã diaphanum videret, sed est pati vitaliter à sensibili, hoc autem est sensum esse actu ipsum sensibile vt sic, vt ex dictis in q. 14. patet. Igitur animal habet formam sensibilem & ab alio, & facit eam in se. Et propterea optime in litera dicitur, quòd mouet se quo ad formam: & acquirit eam per seipsum &c. Et hæc bene nota, vt scias diuersa & Aristotelis & Sancti Thomæ dicta sane intelligere.

a ¶*Super Quæstionis decimæoctauæ, Articulum quartum.*

Commen. Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Omnia in Deo sunt vita diuina: probatur. In Deo idem est intellectus, intellectum & intelligere: ergo quicquid est in Deo
114 vt intellectum est Dei
4.contra. vita: ergo omnia in Deo
cap.13.fi. sunt vita diuina: prima
Et veri. consequentia probatur:
q.4.ar.8. quia viuere Dei est eius intelligere: secunda vero: quia omnia quæ facta sunt, in ipso sunt vt intellecta.

¶Aduerte hic. Primo quòd quia perfecta vitæ ratio non saluatur nisi in rebus, quæ quandoque fiunt, vt in responsione ad quartum patebit, ideo litera quasi limitauit ly omnia, ad omnia facta, id est, quæ secundum aliquod tempus facta sunt, fiunt aut fient. Aduerte secundo quòd vt ex responsione ad quartum patet, hæc propositio hic posita, quicquid est in Deo, vt intellectum est vita eius, interpretanda est de intellecto per se, ad excludendum mala quæ sunt intellecta per aliud, scilicet per bona.

¶In responsione ad tertium: si releuare vis responsionem ac rationem hanc ad omnia, nomine materiæ intellige omne quod se tenet ex parte materiæ, id est, potentiam. Idea enim diuina in hoc excedit Platonicam: quòd ista est immaterialis tantum: illa vero & materiæ & potentiæ expers, actus purus est. Et propterea Gabriel de cuius ratione non est materia sed potentia: verius in seipso est Gabriel quàm 113 in Deo: sed litera meminit materiæ tantum: 83 quia de non viuentibus 103 argumentum loquitur: quæ constat materialia esse & manifestum impedimentum habere ne sint verius ipsa in Deo.

¶In respõsione ad quartum: recolito quod in articu. secundo dictum est: quòd viuere proprie significat ipsum esse viuentis, quod est principium operationis vitalis, minus proprie vero operationem vitalem. Ex hoc autem sequitur, quòd aliquid potest dici viuere vel vita dupliciter. vno modo quia est ipsa operatio vitalis, & sic omnia quorum in Deo est ratio seu similitudo viuunt in ipso: quia sunt eius intelligere. Secundo: quia est principium vitalis operationis, & sic sola bona, quæ quandoq; fiunt, viuunt in Deo: quoniam sola hæc in Deo mouent seipsa ad se esse extra Deum. sunt enim in Deo velut creatrices essentiæ.

scere proportionem finis, & eius quod est ad finem[e]: & vnum ordinare in alterum. Vnde perfectior modus viuendi est eorum quæ habent intellectum. Hæc enim perfectius mouent seipsa. Et huius est signum, quod in vno & eodem homine virtus intellectiua mouet potentias sensitiuas, & potentiæ sensitiuæ per suum imperium mouent organa, quæ exequuntur motum. Sicut etiam in artibus videmus, quòd ars, ad quam pertinet vsus nauis, scilicet ars gubernatoria, præcipit ei, quæ inducit formam nauis: & hæc præcipit illi, quæ habet executionem tantum in disponendo materiam. Sed quamuis intellectus noster ad aliqua se agat, tamen aliqua sunt ei præstituta à natura, sicut sunt prima principia, circa quæ non potest aliter se habere, & vltimus finis, quem non potest non velle[e]. Vnde licet quantum ad aliquid moueat se, tamen oportet quòd quantum ad aliqua ab alio moueatur. Illud igitur, cuius sua natura est ipsum eius intelligere, & cui id, quod naturaliter habet non determinatur ab alio, hoc est quod obtinet summum gradum vitæ. Tale autem est Deus. Vnde in Deo maxime est vita. Vnde philosophus in 2. meta. ostenso, quòd Deus sit intelligens, concludit quòd habeat vitam perfectissimam & sempiternam: quia intellectus eius est perfectissimus & semper in actu.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicitur in 9. metaphysi. duplex est actio. Vna quæ transiuit in exteriorem materiam, vt calefacere & secare. Alia, quæ manet in agente, vt intelligere, sentire & velle[e]. Quarum hæc est differentia. Quia prima actio non est perfectio agentis quod mouet, sed ipsius moti: secunda autem actio est perfectio agentis. Vnde quia motus est actus mobilis, secunda actio inquantum est actus operantis, dicitur motus eius ex hac similitudine, quòd sicut motus est actus mobilis, ita huiusmodi actio est actus agentis, licet motus sit actus imperfecti: scilicet existentis in potentia. huiusmodi autem actio est actus perfecti, id est existentis in actu, vt dicitur in 3. de anima. Hoc igitur modo quo intelligere est motus id quod se intelligit, dicitur se mouere. Et per hunc modum etiam Plato posuit quòd Deus mouet seipsum, non eo modo quo motus est actus imperfecti.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Deus est ipsum suum esse & suum intelligere, ita & suum viuere. Et propter hoc sic viuit, quòd non habet viuendi principium.

¶Ad tertium dicendum, quòd vita in istis inferioribus recipitur in natura corruptibili, quæ indiget & generatione ad conseruationem speciei, & alimento ad conseruationem indiuidui. Et propter hoc in istis inferioribus non inuenitur vita sine anima vegetabili. Sed hoc non habet locum in rebus incorruptibilibus.

ARTICVLVS IIII.

¶*Vtrum omnia sint vita in Deo.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non omnia sint vita in Deo. Dicitur enim actuum 17. In ipso viui. mo. & su. sed non omnia in Deo sunt motus. ergo non omnia in ipso sunt vita.

¶Præterea, Omnia sunt in Deo sicut in primo exemplari. Sed exemplata debent conformari exemplari. Cum igitur non omnia viuant in seipsis, videtur quòd non omnia in Deo sint vita.

¶Præterea, Sicut Augustinus dicit in libro de vera reli. substantia viuens est melior qualibet substantia non viuente. Si igitur ea quæ in seipsis non viuunt in Deo sunt vita, videtur quòd verius sint res in Deo quàm in seipsis. Quod tamen videtur esse falsum, cum in seipsis sint in actu, in Deo vero in potentia.

¶Præterea, Sicut sciuntur à Deo bona & ea quæ fiunt secundum aliquod tempus, ita mala, & ea quæ Deus potest facere, sed nunquam fiunt. Si ergo omnia sunt vita in Deo inquantum sunt scita ab ipso, videtur quòd etiam mala, quæ nunquam fiunt, sunt vita in Deo: inquantum sunt scita ab eo. Quod videtur inconueniens.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 1. Quod factum est, in ipso vita erat. Sed omnia præter Deum facta sunt. ergo omnia in Deo sunt vita.

CONCLVSIO.

¶*Viuere Dei, cum sit eius intelligere, quæcunque sunt in ipso vt per se intellecta, vita in ipso sunt.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est[e]) viuere Dei est eius intelligere, in Deo autem est idem intellectus, & quod intelligitur, & ipsum intelligere eius[e]. Vnde quicquid est in Deo vt intellectum, est ipsum viuere vel vita eius. Vnde cum omnia, quæ facta sunt à Deo, sint in ipso vt intellecta, sequitur quòd omnia in ipso sunt ipsa vita diuina.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd creaturæ in Deo esse dicuntur dupliciter. Vno modo inquantum continentur & conseruantur virtute diuina, sicut dicimus ea esse in nobis quæ sunt in nostra potestate. Et sic creaturæ dicuntur esse in Deo, etiam prout sunt in propriis naturis. & hoc modo intelligendum est verbum Apostoli dicentis, In ipso vi. mo. & sumus: quia etiam nostrum viuere & nostrum esse, & nostrum moueri causantur à Deo. Alio modo dicuntur res esse in Deo sicut in cognoscente. Et sic sunt in Deo per proprias rationes, quæ non sunt aliud in Deo ab essentia diuina. Vnde res prout sic in Deo sunt, sunt essentia diuina. Et quia essentia diuina est vita, non autem motus, inde est quòd res hoc modo loquendi in Deo non sunt motus, sed vita.

¶Ad secundum dicendum, quòd exemplata oportet conformari exemplari secundum rationem formæ, non autem secundum modum essendi. nam alterius modi esse habet forma quandoque in exemplari, & in exemplato. Sicut forma domus in mente artificis habet esse immateriale & intelligibile, in domo autem, quæ est extra animam, habet esse materiale & sensibile. Vnde & rationes rerum, quæ in seipsis non viuunt, in mente diuina sunt vita: quia in mente diuina habent esse diuinum.

¶Ad tertium dicendum, quòd si de ratione rerum naturalium non esset materia, sed tantum forma omnibus modis, veriori modo essent res naturales in mente diuina per suas ideas, quam in seipsis. Propter quod & Plato posuit, quòd homo separatus erat verus homo, homo autem materialis est homo per participationem. Sed quia de ratione rerum naturalium est materia[e], dicendum quòd res naturales verius esse habent simplici- 365 ter in mente diuina quàm in seipsis: quia in mente diuina habent esse increatum, in seipsis autem esse creatum. Sed esse hoc vtpote homo vel equus, verius habent in propria natura quàm in mente diuina: quia ad veritatem hominis pertinet esse materiale, quod non habent in mente diuina. Sicut domus nobilius esse habet in mente artificis quàm in materia: sed tamen verius dicitur domus quæ est in materia, quàm quæ est in mente: quia hæc est domus in actu, illa autem domus in potentia.

¶Ad quartum dicendum, quòd licet mala sint in Dei scientia, inquantum sub Dei scientia comprehenduntur[e], non tamen sunt in Deo sicut creata à Deo, vel conseruata ab ipso: neque sicut haben- a tia rationem in Deo. Cognoscuntur enim à Deo per rationes bono- 89 rum. Vnde non potest dici, quòd mala sint vita in Deo. Ea vero, quæ secundum nullum tempus sunt, possunt dici esse vita in Deo, secundum quod viuere nominat intelligere tantum, inquantum intelliguntur à Deo[e]: non autem secundum quòd viuere importat prin- 97 cipium operationis.

essentiæ. Reliqua autem factibilia non viuunt hoc modo: quoniam nunquam mouent se ad hoc quòd sint in seipsis. Et intendit litera in calce huius responsionis quod clarius expressum fuerat in quæstio. de ve. quæstio. 4. articulo vltimo.

QVAESTIO DECIMANONA, De voluntate Dei, in duodecim Articulos diuisa.

POST considerationem eorum, quæ ad diuinam scientiam pertinent, considerandum est de his, quæ pertinent ad voluntatem diuinam, vt sit prima consideratio de ipsa Dei voluntate. secunda de his, quæ ad voluntatem, absolute pertinent. Tertia de his quæ ad intellectum in ordine ad voluntatem pertinent.

¶Circa ipsam autem voluntatem quæruntur duodecim. ¶Primo vtrum in Deo sit voluntas. ¶Secundo, vtrum Deus velit alia à se. ¶Tertio, vtrum quicquid Deus vult ex necessitate velit. ¶Quarto, vtrum voluntas Dei sit causa rerum. ¶Quinto, vtrum voluntatis diuinæ sit assignare aliquam causam. ¶Sexto, vtrum voluntas diuina semper impleatur. ¶Septimo, vtrum voluntas Dei sit mutabilis. ¶Octauo, vtrum voluntas Dei necessitatem rebus volitis imponat. ¶Nono, vtrum in Deo sit voluntas malorum. ¶Decimo, vtrum Deus habeat liberum arbitrium. ¶Vndecimo, vtrum sit distinguenda in Deo voluntas signi. ¶Duodecimo, vtrum conuenienter circa diuinam voluntatem ponantur quinque signa.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum in Deo sit voluntas.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Deo non sit voluntas. Obiectum enim voluntatis est finis & bonum. sed Dei non est assignare aliquẽ finẽ. Ergo volũtas nõ est in Deo.

¶Præterea, Voluntas est appetitus quidam. Appetitus autem (cum sit rei non habitæ) imperfectionem designat, quæ Deo non competit. Ergo voluntas non est in Deo.

¶Præterea, Secundum Philosophum in 3. de anima, voluntas est mouens motum. Sed Deus est primum mouens immobile, vt probatur 8. physi. Ergo in Deo non est voluntas.

¶SED CONTRA est, quod dicit Apostolus Roma. 12. Vt probetis quæ sit voluntas Dei.

CONCLVSIO.

¶*Cum in Deo sit ita intellectus quod suum intelligere, idem est intellectus & esse, & ita in eo sic voluntas est, quod eius velle est suum esse.*

¶RESPONDEO dicendum, in Deo voluntatem esse, sicut & in eo est intellectus. Voluntas enim intellectum consequitur. Sicut enim res naturalis habet esse in actu per suam formam ita intellectus intelligens actu per suam formam intelligibilem. Quælibet autem res ad suam formam naturalem hanc habet habitudinem, vt quando non habet ipsam, tendat in eam, & quando habet ipsam quiescat in ea. & idem est de qualibet perfectione naturali quod est bonum naturæ. Et hæc habitudo ad bonum in rebus carentibus cognitione vocatur appetitus naturalis [c]. 198
Vnde & natura intellectualis ad bonum apprehensum per formam intelligibilem similem habitudinem habet, vt scilicet cum habet ipsum quiescat in illo, cum vero non habet quærat ipsum. & vtrunque pertinet ad voluntatem. Vnde in quolibet habente intellectum est voluntas, sicut in quolibet habente sensum est appetitus animalis. Et sic oportet in Deo esse voluntatem, cum sit in eo intellectus. Et sicut suum intelligere est suum esse [e], ita suum velle. 85

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet nihil aliud à Deo sit finis Dei, tamen ipsemet est finis respectu omnium, quæ ab eo fiunt, & hoc per suam essentiam, cum per suam essentiam sit bonus, vt supra ostensum est [c]. Finis enim habet rationem boni. 35

¶Ad secundum dicendum, quòd voluntas in nobis pertinet ad appetitiuam partem. Quæ licet ab appetendo nominetur, non tamen hunc solum habet actum vt appetat, quæ non habet: sed etiam vt amet quod habet & delectetur in illo. Et quantum ad hoc voluntas in Deo ponitur. Quæ semper habet bonũ quod est eius obiectum, cum sit indifferens ab eo secundum essentiam, vt dictum est [e]. 33

¶Ad tertium dicendum, quòd voluntas cuius obiectum principale est bonum, quod est extra voluntatem, oportet quod sit mota ab alio. Sed obiectum diuinæ voluntatis est bonitas sua, quæ est eius essentia. Vnde, cum voluntas Dei sit eius essentia, non mouetur ab alio à se, sed à se tantum, eo modo loquendi quo intelligere & velle dicitur motus [e]. Et secundum hoc Plato dixit, quòd primum mouens mouet seipsum. 111

a ¶*Super Quæstionis decimænonæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo voluntas sumitur dupliciter. Primo pro actu volendi. Secundo pro principio seu potentia elicitiua actus volendi. Nec refert in proposito, quo quis modo accipiat: quia vbi vnum, ibi reliquum, & econuerso.

Commẽt. ¶In corpore tria. Primo proponitur conclusio responsiua quæsito cum suo medio termino. Secundo probatur medium: manifestatur vis eius, deduciturque conclusio quo ad primam partem. Tertio idem probatur quo ad secundam partem in calce.

¶Quo ad primum conclusio est. In Deo est voluntas sic, quòd suum velle est suum esse: medium autem est, voluntas sequitur intellectũ. in Deo autem est intellectus. ergo.

Annot. ¶Aduerte hic duo. Primo, quòd licet secunda conclusionis pars non expresse ponatur in litera, sed concludatur tantum in calce: implicite tamen proposita intelligitur in ly, sicut, quum proponitur voluntatem esse in Deo sicut intellectum. Secundo, quòd quia medium est proprium subiectum voluntatis. Intellectiuum enim est per se primo volitiuum. Idem erit probatum quòd intellectum sequitur voluntas: & probare à priori voluntatem esse: & quid est voluntas: & propter quid est voluntas: quamuis voluntatem esse in communi probatione non egeat: quia experimur eam esse in nobis. Et propterea valde notanda sunt quæ sequuntur, vtpote arduum arcanum indicatura.

115
3.quæ.18. art.1.cor. Et 2.dist. 45.art.1. Et 1.contra capi. 72.&73. §.2.& li. 4.cap.19. co.2. Et veri.q. 23.arti.1. Et opusc. 3.capi.32. & 35.

Commẽt. ¶Quo ad secundum proceditur sic. Intellectus intelligens actu est per suam formam intelligibilem, sicut res naturalis est per suam formam, ergo natura intellectualis bonum apprehensum per formam intelligibilem, quum non habet, quærit: quum habet, quiescit in illo: ergo in quolibet habente intellectum est voluntas: ergo in Deo est voluntas. Prima consequentia probatur ex vi proportionalis similitudinis inter formam naturalem & intelligibilem in antecedente assumptæ: quia quælibet res naturalis habet hæc duo. primum est, habitudo talis ad formam seu perfectionem naturalem vt in habita quiescat, in non habitam vero inclinetur. Secundum est, quòd talis habitudo in carentibus cognitione vocatur appetitus naturalis. Secunda vero probatur ex eadem radice, dupliciter: primo, quia vtrunque illorum spectat ad voluntatem: secundo ex proportionali: quia ex eadem causa, in quolibet habente sensum est appetitus animalis. Tertia autem consequentia probatur: quia in Deo est intellectus.

Quæstio. ¶Circa primam consequentiam dubium est. quia expresse declinat proportionalis similitudo à forma intelligibili ad bonum apprehensum per illam. Exigebat enim processus iste, vt illatum esset: ergo natura intellectualis ita se habet ad formam intelligibilem, quòd in habita quiescit, & in non habitam inclinatur: quia forma intelligibilis est sicut forma naturalis. Et tamen in litera declinatum est ad bonum apprehensum per formam intelligibilem. Malus ergo videtur hic processus: vtpote sine fundamento. Et augetur dubitatio: quia forma intelligibilis est intus, bonum vero apprehensum est extra: vt patet in sexto metaphysicorum.

Quæstio. ¶Circa secundam quoque consequentiam dubium est. Quia ex tali processu nihil habetur, nisi quòd in natura intellectuali est appetitus formæ intelligibilis, vel etiam rei apprehensæ: sed non habetur ex hoc, quòd ille appetitus sit actus elicitus: quod tamen probandum erat: probatio siquidem illius consequentiæ, scilicet quia istud appetere spectat ad voluntatem, præsupponit voluntatem quam quærimus.

¶Ad euidentiam horum prænotanda est differentia inter appetitum naturalem & animalem, prout diuiditur in rationale & sensitiuum &c. Differunt nanque primo. quia animalis est speciale genus potentiæ animæ, vt patet secundo de anima: naturalis vero communis est omnibus. Secundo quia naturalis consequitur rationem formalem rei absolute, animalis vero sequitur naturam inquantum apprehensiua est. Tertio, quia naturalis est actu ex sola natura, animalis vero non potest exire in actum nisi ex apprehensione. Quarto quia appetere naturaliter non est actus elicitus, sed ipsa inclinatio huius ad hoc, appetere autem animaliter, est operatio, quæ est actus secundus. Quinto quia appetitus naturalis est ad vnum, animalis vero ad multa, iuxta multitudinem apprehensorum bonorum. Sexto, quia naturalis est rei, quia conueniens illi particulari potentiæ appetenti. Animalis vero est rei, quia conueniens toti seu supposito. Septimo, quia naturalis in actu inest rei ab alio. animalis vero ex se: quia bonum mouet inquantum apprehensum à seipso appetente, & non ab alio. Ex his autem patet, quod modo intendimus, scilicet quòd quicquid appetitur non quatenus apprehensum, naturali appetitu appetitur. Quicquid autem appetitur quia apprehensum elicito actu appetitus sensitiui aut intellectiui appetitur. Vnde apprehensio ipsa dupliciter potest appeti. Primo naturali appetitu, & sic ab intellectu appetitur, inquantum intellectus naturaliter inclinatur in hanc perfectionem suam, quæ est apprehendere res. Secundo rationali appetitu, & sic à voluntate appetitur, vt apprehensa, vt patet. Cum considerando quàm excelsum ac optimum sit videre Deũ aut intelligere naturas corporum cælestiũ &c. optamus illam habere cognitionem, & gauderemus si illam haberemus. hos enim actus voluntatis, non naturæ opera esse experimur in nobisipsis. Habetur autem ex hac veritate manifeste, quòd appetere actu elicito sequitur apprehensionem, sicut appetere naturaliter, sequitur naturam aliquam etiam imperfectissimam, puta materiam primam. Et si contemplatus fueris, quòd cognoscere est cognoscentem esse actu cognitum: & quòd quia omne esse est secundum aliquam formam: quòd hoc esse quod significat cognoscere est secundum formam cognoscibilem actu in genere cognoscibili: videbis duo: Primo, quòd formam intelligibilem constituere intellectum in actu est constituere ipsum in esse rem apprehensam vt sic. Et consequenter in processu literæ à forma intelligibili ad rem apprehensam in prima consequentia, nullum fuit vitium, nulla obliquitas, sed artificiosa expressio: quòd de forma intelligibili loquebatur, non in genere entium, sed in genere intelligibili: non qualitercunque, sed inquantum constituit intellectum esse ipsum cognitum apprehensibiliter. Secundo, quòd quia omne esse sequitur appetitus, & proportionaliter quale esse, talis appetitus: merito, quia duo tantum sunt genera essendi: primum secundum quòd res est aliquid secundum naturale esse: secundum vero, secundum quod res est aliquid apprehensibiliter: oportet duplicem appetitum ponere, & proportionaliter, vt scilicet quia primum genus essendi consistit in esse per modum actus primi, secundum autem consistit in esse per actum secundum, qui est apprehendere: ideo appetere appetitu sequente esse naturale non est actus secundus, sed inclinatio, vt dictum est. Appetere vero appetitũ sequente esse quod in cognitione consistit, est actus secundus elicitus à virtute appetitiua consequente naturam, inquantum apprehensiua est. Et hoc est vere fundamentum in litera assumptum. hæc est proportionalis similitudo formæ naturalis & intelligibilis. Vnde manifeste incepit ex hoc, quod sicut forma naturalis constituit ens, ita forma intelligibilis constituit cognoscens, id est ens tali modo: vt hic & ex præcedentibus patet. Ac per hoc patet solutio ad vtrunque dubium. Neque enim probatio secundæ consequẽtiæ præsupponit voluntatem, sed conclusio ex prima consequentia, quod tendere in apprehensum non habitum & quiescere in habitu in natura intellectuali vt sic sunt, quod est esse actus elicitos, optime illatum est, ergo voluntas ibi est: quia actus

actus hi ad voluntatem spectant vt experientia restatur, & ratio conuincit.

¶Quo ad tertium probatur secunda pars conclusionis sic. Intelligere Dei est suum esse: ergo velle Dei est suum esse. consequentia probatur: ex similitudine proportionali per ly sicut. Cum enim vtrunque sit actus secundus, & immanens &c. oportet si alterum identificatur esse diuino, quòd etiam reliquum.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Deus velit alia à se.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non velit alia à se. Velle enim diuinum est eius esse: sed Deus non est aliud à se. ergo non vult aliud à se.

¶Præterea, Volitum mouet volentem, sicut appetibile, appetitum, vt dicitur in 3. de anima. Si igitur Deus velit aliquid aliud à se, mouebitur eius voluntas ab aliquo alio: quod est impossibile.

¶Præterea, Cuicunque voluntati sufficit aliquod volitum, nihil quærit extra illud. Sed Deo sufficit sua bonitas, & voluntas eius ex ea satiatur. Ergo Deus non vult aliquid aliud à se.

¶Præterea, Actus voluntatis multiplicatur secundum volita. Si igitur Deus velit se & alia à se, sequitur quòd actus voluntatis eius sit multiplex, & per consequens eius esse: quod est eius velle. Hoc autem est impossibile. Non ergo vult alia à se.

¶SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit 1. Thessa. 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.

CONCLVSIO.

¶*Cum ad perfectionem voluntatis spectet, vt bonum, quod quis habet, aliis communicet, hoc diuinam præcipue voluntatem decet vt se & alia velit, se vt finem, cætera vero vt ad finem ordinata, id est propter se, quo condecet eius summam bonitatem alia participare.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus non solum se vult, sed etiam alia à se. Quod apparet à simili prius introducto [e]. Res enim naturalis non solum habet naturalem inclinationem respectu proprij boni, vt acquirat ipsum cum non habet, vel vt quiescat in illo cum habet, sed etiam vt proprium bonum in alia diffundat [e] secundum quòd possibile est. Vnde videmus, quòd omne agens inquantum est actu perfectum, facit sibi simile. Vnde & hoc pertinet ad rationem voluntatis: vt bonum quod quis habet aliis communicet secundum quòd possibile est. Et hoc præcipue pertinet ad voluntatem diuinam: à qua per quandam similitudinem deriuatur omnis perfectio. Vnde si res naturales inquantum perfectæ sunt, suum bonum aliis communicant, multo magis pertinet ad voluntatem diuinam, vt bonum suum aliis per similitudinem communicet, secundum quòd possibile est. Sic igitur vult & se esse, & alia. Sed se vt finem: alia vero vt ad finem: inquantum condecet diuinam bonitatem, etiã alia ipsam participare.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet diuinum velle sit eius esse secundum rem, tamen differt ratione secundum diuersum modum intelligendi & significandi, vt ex superioribus patet [c]. In hoc enim quòd dico, Deum esse, non importatur habitudo ad aliquid, sicut in hoc quod dico, Deum velle. Et ideo licet non sit aliquid aliud à se, vult tamen aliquid aliud à se. 71 78 b 115

¶Ad secundum dicendum, quòd in his, quæ volumus propter finem, tota ratio mouendi est finis: & hoc est quod mouet voluntatem. Et hoc maxime apparet in his, quæ volumus tantum propter finem. Qui enim vult sumere potionem amaram, nihil in ea vult nisi sanitatem: & hoc solum est quod mouet eius voluntatem. Secus autem est in eo, qui sumit potionem dulcem, quam non solum propter sanitatem, sed etiam propter se aliquis velle potest. Vnde, cum Deus alia à se non velit, nisi propter finem, qui est sua bonitas, vt dictum est [c]: non sequitur quòd aliquid aliud moueat voluntatem eius, nisi bonitas sua. Et sic sicut alia à se intelligit intelligendo essentiam suam, ita alia à se vult volendo bonitatem suam. 115

¶Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quòd voluntati diuinæ sufficit sua bonitas, non sequitur quòd nihil aliud velit, sed quòd nihil aliud vult, nisi ratione suæ bonitatis. Sicut etiam intellectus diuinus, licet sit perfectus ex hoc ipso quòd essentiam diuinam cognoscit, tamen in ea cognoscit alia.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut intelligere diuinum est vnum, quia multa non videt nisi in vno, ita velle diuinum est vnum & simplex: quia multa non vult, nisi per vnum, quod est bonitas sua.

a ¶*Super Quæstionis decimænonæ Articulum secundum.*

Commen. Titulus clarus.

116
1.dist.45. articu.2. Et 1.contra.capit. 74.75.& 84.& veri.quæsti. 23.art.4.

¶In corpore articuli duo: primo respondet quæsito quòd sic est. secundo ostendit quomodo est in calce, ibi, sed se vt finem.

¶Quo ad primum conclusio responsiua est, Deus vult se & alia. probatur. Res naturales inquantum perfectæ sunt, naturaliter inclinantur ad communicandũ suũ bonum aliis, ergo ad rationem voluntatis pertinet, vt bonum, quod quis habet, aliis cõmunicet: ergo hoc præcipue pertinet ad voluntatem diuinã: ergo Deus vult se & alia. Antecedẽs declaratur & probatur. Declaratur quidem distinguẽdo duplicem inclinationem naturæ, scilicet ad bonũ propriũ, & aliorum, probatur vero ab effectu: quia omne agens perfectum agit sibi simile. Prima consequẽtiã probatur ex proportionali similitudine inter naturalem inclinationem & rationalem, quæ est voluntas. Secunda autem probatur: quia à diuina voluntate deriuatur omnis perfectio tanquam illi similis, vt domus in lignis, est similis domui volitæ ab artifice. Tertia autem probatione non eget. 115

¶*Num velle alia à se perfectionem aliquã dicat ipsius voluntatis, & diuinæ.*

28 b

Quæstio. Circa hũc processum dubium est. Processus iste videtur fundari in hoc, quòd quicquid perfectionis est in inferiori, ponẽdum est proportionaliter in superiori. Super hoc enim videtur fundari tam prima quàm secunda consequentia. Prima quidẽ, quoniam ex quo inclinatio naturæ inquãtum perfecta tendit in bonũ alterius: fatendum est q. inclinatio apprehensiua tendat etiam in bonum alterius. Secunda quoque quia, si hoc inuenitur in aliqua voluntate, præcipue in diuina, vtpote perfectissima, & quæ magis facit sibi simile, quàm quæcunque alia voluntas, & quodcunque agens perfectum, quoniam ab ea omnis deriuatur perfectio. In hoc autem processu sic fundato, latet hæc propositio falsa, scilicet Deum velle alia est perfectio quædam suæ voluntatis, ergo processus malus. Quòd enim ista propositio in hoc claudatur processu patet: quia, si inclinatio in bonum alterius, perfectio non supponeretur, non valeret processus, ergo ponenda est in voluntate: & ergo in diuina, præsertim, quod omnia, quæ Deo & creaturis communia sunt, vt voluntas & intellectus &c. ad ipsum omni imperfectione sublata transferri intelligimus, quo ad id, quod perfectionis est. Quod autem illa propositio sit falsa: patet, quia si Deus nullum aliud à se vellet, esset æquè perfectus sicut modo est. Velle igitur alia, nullam ei perfectionem addit.

¶Ad hoc potest dupliciter responderi, iuxta duos sensus, quibus potest intelligi Deum velle alia. Primo velle actualiter alia esse. Secundo velle potentialiter alia, id est esse volitiuum aliorum, siue velit alia, siue non. Et siquidem intelligatur conclusio ista secundo modo, nulla est ambiguitas: quoniam esse volitiuum aliorum est perfectio in Deo, sicut esse factiuum aliorum est perfectio naturæ. Nec potuit Deus non esse volitiuus aliorum, quãuis potuit non velle alia. Si vero intelligatur conclusio etiam primo modo, difficile est soluere. dicendum tamen mihi videtur, quòd de voluntate in communi loquendo, consequentia est optima: quoniam ad perfectionem actus voluntatis spectat amor amicitiæ, & liberalitas &c. quibus aliorum bona volumus: deesset enim huiusmodi perfectio actibus voluntatis: in cuius signum charitas voluntati infunditur. gratia enim non mutat naturam subiecti, sed perficit illud per modum ipsius. De voluntate autem diuina loquendo, consequentia bona est: Sed proportionalitas valde ponderanda, si inclinatio in bonum aliorum est perfectio naturæ per modum naturæ, consequens est quòd inclinari in bonum aliorum erit perfectio voluntatis per modum voluntatis, id est voluntaria. Et si inclinari in bonum aliorum per modum voluntatis, est perfectio voluntatis. ergo inclinari in bonum aliorum per modum voluntatis diuinæ, erit perfectio voluntatis diuinæ. Sed quum dices per modum voluntatis diuinæ, duas limitationes addis perfectioni: altera est, quòd est voluntaria, altera est quòd omnino libera, ac independens, vtpote primæ voluntatis naturæ conformis. Concedere autem quòd Deum velle alia, est perfectio voluntaria & omnino libera, nullum inconueniens est. Neq; enim ex hoc sequitur, quòd Deo potuit deesse aliqua perfectio, scilicet velle alia, sed quòd potuit deesse aliqua perfectio voluntaria ac omnino libera. Hæc enim est conditio diminuens ratione perfectionis, respectu eius in quo est: quoniam significat suum oppositũ non esse imperfectionẽ.

¶*Num Deus velit omnia, quæ velle potest.*

Quæstio. Circa eandem deductionem, imò verba literæ dubium occurrit. Quoniam & ex hoc processu sequi videtur, quòd Deus non solum velit alia, sed quòd velit omnia quæ velle potest. Et hoc in litera exprimitur, dum dicitur; quòd ad diuinam spectat voluntatem vt bonum aliis communicet secundum quòd possibile est: hoc autẽ est falsum: quoniã multa posset Deus velle quæ nõ vult: vt patet. c 115

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum Deũ velle alia, vt in sequenti articulo patebit, sit omnino liberum, nec vllam habeat causam, non potest nisi post factum, aut ex reuelatione cognosci, quòd Deus vult alia, & consequenter quòd vult hæc vel illa. Nec ad hoc ostendendum factus est literæ huius processus. Sed ad ostendendum quòd velle alia ad perfectionem voluntariam, tamẽ voluntatis diuinæ spectatur: omnia autem vel quædam, hæc vel illa velle hinc non habetur nec haberi potest: quoniam cũ hic concludatur perfectio voluntaria, & diuina voluntas sibiipsi sit lex & ratio, nihil aliud rationabiliter dici hinc potest, quàm quod in litera dicitur, quòd scilicet ad eam spectat alia velle secundum quòd possibile est: sumendo possibile à potentia ordinata, & non à potentia simpliciter. Nam hoc tantundem est, ac si diceretur, secundum quòd ipsa diuina voluntas vult.

117
1.dist.43. qõ.2. per totum.& disti.47. articul.1. Et 1.contra. capi. 80.81.82. 83.& 89. fin. Et lib.2. capit.25. & 27.fi. Et li.3.c. 97.co.3. Et veri.q. 23.art.4. Et po.qõ. 3.artic.1.

¶Quo ad secundum distinguitur duplex modus, quo aliquid est volitum, scilicet, vt finis, & vt ad finem, & dicitur quòd Deus vult se vt finem, alia vt ad finem. Et probatur seu manifestatur quo modo vtrunque horum fit, quum dicitur inquantum condecet diuinam bonitatem etiam alia ipsam participare. Experimur siquidem in nobis, quòd quum nosipsos perfecte amamus, nõ solum volumus nos esse, viuere &c. sed etiã volumus nobis quod nos decet: & ex hoc volumus beneficiè esse, nõ principaliter, vt aliis bona velimus, sed quia volumus quod nos decet, sequitur aliorũ bonũ. Cũ autẽ deceat diuinã bonitatẽ participari, Deus aliis vult bona: quia decet se, seu bonitatẽ suã, & cõsequenter se vult vt finẽ, & alia à se vt ad finẽ: quia propter se modo dicto. Nec hoc est minuere liberalitatẽ aut amorẽ Dei erga nos adeo cõmendatũ, sed est aperire quã immensæ amabilitatis sit diuina bonitas, ostendereq; creaturã nõ esse talis modi amabilitatis capacẽ. Nihil enim minus habet, quod eo quo nõ potest modo amari, à Deo nõ amatur: quin imò amor liberalissimus versus nos manifestatur, quũ videtur quod diuinã bonitatẽ sic participari decet, q. oppositũ nõ dedecet, sic decet q. nihil sibi, sed nobis tantũ cõfert. Hinc enim patet, q. Deũ velle libere hanc decentiã est nostrũ eligere bonum: quia est velle sic suã bonitatẽ, vt etiã nos simus. poterat enim absq; vllo damno suo velle etiã sic eam, quod nihil eam participaret, vt in sequẽti patet articulo.

Commen.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum quicquid Deus vult, ex necessitate velit.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd quicquid Deus vult, ex necessitate velit. Omne enim æternum est necessarium: sed quicquid Deus vult ab æterno vult, aliàs vo-

a ¶*Super Quæstionis decimænonæ Articulum tertium.*

Commẽt. Titulus in corpore declaratur.

¶In corpore duo. Primo declaratur ly necessario in titulo positum, quot modis sumitur. & distinguitur necessarium absolute, & ex suppositione, vt clare

vt clare patet. Secundo ponitur conclusio responsiua quæsito, scilicet Deus necessitate absoluta vult aliquid, non omnia, nisi ex suppositione. Hæc conclusio habet tres partes. Et primo probatur quo ad primam sic. Voluntas sicut & quælibet potentia necessariam habet habitudinem ad proprium principale eius obiectum: ergo Deus ex necessitate vult bonitatem suam esse. ergo Deus vult necessario aliquid. Antecedens probatur dupliciter, scilicet inductione & ratione: inductio fit in voluntate nostra, & in visu. Ratio affertur: quia de ratione potentiæ est vt in illud, scilicet proprium & primum obiectum tendat. Consequentia autem probatur: quia bonitas
33 diuina est proprium & adæquatum obiectum voluntatis diuinæ. Deinde probatur quo ad secundam partem sic. Ea, quæ sunt ad finem non ex necessitate volumus volentes finem, nisi sint talia sine quibus finis esse non potest. Sed alia à se vult Deus inquantum ordinantur ad diuinam bonitatem vt finem, & sine eis potest diuina bonitas esse. ergo alia à se Deus non ex necessitate vult. non ergo omnia ex necessitate absoluta vult. Maior probatur, manifestaturque inductiue in tribus exemplis: quorum prima duo spectant ad exceptionem, & tertium directe ad præiacentem. Minor vero probatur: quia bonitas Dei ex se sola sic est perfecta, quòd ex aliis nihil ei perfectionis accrescit. Demum probatur conclusio quo ad tertiam partem sic. Voluntas Dei non potest mutari. ergo supposito quòd velit, non potest non velle, ergo necessitate suppositionis vult alia à se: quod erat probandum, & sic probata est tota conclusio proposita.

Annot. ¶Circa probationem primæ partis conclusionis aduerte, quòd illa maxima, omnis potentia habet habitudinem necessariam ad proprium obiectum, non
a 122 407 intelligitur quo ad exercitium actus, sed quo ad specificationé eius: id est, non sonat quòd omnis potentia necessario exercetur circa obiectum, cum experiamur potentias quandoque otiosas esse: sed quod si exercetur, oportet quòd circa proprium obiectum exer-
c 416 ceatur. Hoc enim idem est ac si diceretur, quòd exercitus actus necessariam habet habitudinem ad proprium potentiæ obiectum: hoc autem est quod per illam maximam intenditur, & optime proposito deseruit, in quo
55 212 non quæritur de exercitio actus, sed de specificatione exerciti actus. Non enim est quæsitum an Deus velit, sed an quicquid vult necessario velit. Vbi manifeste patet, quòd de exercito actu insinuato in ly quicquid vult specificationem quærit, an scilicet necessariam aut non necessariam habitudinem ad volitum habeat. De veritate autem inductionis, quo ad vtrunque introductorum non est præsentis speculationis, an scilicet visus sic se habeat ad colorem & voluntas nostra ad beatitudinem. Nihil enim ad propositum hoc refert: quoniam, si sic non se habent ad ista, habent se tamen sic ad propria obiecta, quæcunque sint illa. Exempla enim ponimus vt discentes intelligant.

luntas eius esset mutabilis. Ergo quicquid vult, ex necessitate vult.

¶Præterea, Deus vult alia à se inquantum vult bonitatem suam. Sed Deus bonitatem suam ex necessitate vult, ergo alia à se ex necessitate vult.

¶Præterea, Quicquid est Deo naturale est necessarium: quia Deus est per se necesse esse & principium omnis necessitatis, vt suprà ostensum est[c]; sed naturale est ei velle quicquid vult, quia in Deo nihil potest esse præter naturam, vt dicitur in 5. Meta. Ergo quicquid vult, ex necessitate vult.

¶Præterea, Non necesse esse & possibile non esse æquipollent. Si igitur non necesse est Deum velle aliquid eorum quæ vult, possibile est etiam eum non velle illud, & possibile est eum velle illud quod non vult. Ergo voluntas diuina est contingens ad vtrumlibet. Et sic imperfecta: quia omne contingens est imperfectum & mutabile.

¶Preterea, Ab eo, quod est ad vtrumlibet, non sequitur aliqua actio, nisi ab aliquo alio inclinetur ad vnum, vt dicit commen. in 2. Phy. Si ergo voluntas Dei in aliquibus se habet ad vtrumlibet, sequitur quòd ab aliquo alio determinetur ad effectum. & sic habet aliquam causam priorem.

¶Preterea, Quicquid Deus scit ex necessitate scit. sed sicut scientia diuina est eius essentia, ita voluntas diuina. Ergo quicquid Deus vult, ex necessitate vult.

¶SED CONTRA est, quod dicit Aposto. Ephesi. 1. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suę. Quod autem operamur ex consilio voluntatis, non ex necessitate volumus. non ergo quicquid Deus vult ex necessitate vult.

CONCLVSIO.

¶Cum bonitas diuina sit proprium diuinæ voluntatis obiectum sufficiens bonum ad quam alia ordinantur vt ad finem non necessario, sed quia illa Deus vult, bonitatem ipsam suam Deus absolute & necessario vult, alia vero à se non necessario, nisi ex suppositione scilicet, supposito quod velit non potest non velle.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necessarium dicitur aliquid dupliciter, scilicèt absolute, & ex suppositione[c]. Necessarium absolute iudicatur aliquid ex habitudine terminorum, vtpote quia prædicatum est in diffinitione subiecti; sicut necessarium est hominem esse animal, vel quia subiectum est de ratione predicati, sicut hoc est necessariũ, numerum esse parem vel imparem. sic autem non est necessarium sor. sedere. Vnde non est necessarium absolute, sed potest dici necessarium ex suppositione. Supposito enim quòd sedeat, necesse esse est eum sedere dum sedet[c].

¶Circa diuina igitur volita hoc considerandum est, quòd aliquid Deum velle est necessarium absolute, non tamen hoc est verum de omnibus, quæ vult. Voluntas enim diuina necessariam habitudinem habet ad bonitatem suam, quæ est proprium eius obiectum. Vnde bonitatem suam esse Deus ex necessitate vult, sicut & voluntas nostra ex necessitate vult beatitudinem[c]. Sicut & quælibet alia potentia necessariam habitudinem habet ad proprium & principale obiectum, vt visus ad colorem, quia de sui ratione est vt in illud tendat. Alia autem à se Deus vult inquantum ordinantur ad suam bonitatem, vt in finem. Ea autem, quæ sunt ad finem, non ex necessitate volumus volentes finem, nisi sint talia, sine quibus finis esse non potest[c]. sicut volumus cibum volentes conseruationem vitæ, & nauem volentes transfretare. Non sic autem ex necessitate volumus ea, sine quibus finis esse potest: sicut equum ad ambulandum: quia sine hoc possumus ire: & eadem ratio est in aliis. Vnde, cum bonitas Dei, sit perfecta, & esse posit sine aliis, cum nihil ei perfectionis ex aliis accrescat, sequitur quòd alia à se eum velle non sit necessarium absolute, & tamen necessarium est ex suppositione. Supposito enim quod velit, non potest non velle: quia non potest voluntas eius mutari.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc quod Deus vult ab æterno quicquid vult, non sequitur quòd necesse est eum illud velle nisi ex suppositione.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet Deus ex necessitate velit bonitatem suam, non tamen ex necessitate vult ea, quæ vult propter bonitatem suam: quia bonitas eius potest esse sine aliis.

¶Ad tertium dicendum, quòd non est naturale Deo velle aliquid aliorum, quæ non ex necessitate vult: neque tamen innaturale, aut contra naturam, sed est voluntarium.

¶Ad quartum dicendum, quòd aliquando aliqua causa necessaria habet non necessariam habitudinem ad aliquem effectum: quod est propter defectum effectus, & non propter defectum causæ. Sicut virtus Solis habet non necessariam habitudinem ad aliquid eorum, quæ contingenter hic eueniunt, non propter defectum virtutis solaris, sed propter defectum effectus non necessario ex causa prouenientis. Et similiter, quòd Deus non ex necessitate velit aliquid eorum quæ vult, non accidit ex defectu voluntatis diuinæ, sed ex defectu, qui competit volito secundum suam rationem: quia scilicet est tale, vt sine eo esse posit perfecta bonitas Dei. Qui quidem defectus consequitur omne bonum creatum.

¶Ad quintum ergo dicendum, quòd causa, quæ est ex se contingens, oportet quòd determinetur ab aliquo exteriori ad effectum. Sed voluntas diuina, quæ ex se necessitatem habet, determinat seipsam ad volitum, ad quod habet habitudinem non necessariam.

¶Ad sextum dicendum, quòd sicut diuinum esse in se est necessarium, ita & diuinum velle & diuinum scire. Sed diuinum scire habet necessariam habitudinem ad scita, non autem diuinum velle ad volita: quod ideo est, quia scientia habetur de rebus secundum quòd sunt in sciente, voluntas autem comparatur ad res secundum quòd sunt in seipsis[c]. Quia igitur omnia alia habent necessarium esse secundum quòd sunt in Deo, non autem secundum quòd sunt in seipsis, habent necessitatem absolutam, ita quòd sint per seipsa necessaria, propter hoc Deus quæcunque scit, ex necessitate scit: non autem quæcunque vult, ex necessitate vult.

¶Num ex aliorum volitione, aliquid perfectionis diuinæ bonitati accrescat.

Quæstio. Circa probationem secundæ partis dubium occurrit. Falsum nanque videtur quòd nihil perfectionis accrescat diuinæ bonitati ex aliorum volitione. Nam & in articulo præcedente, & in primo contra gen. capi. 76. expressius habetur, quòd ex hoc quòd Deus vult suam perfectionem, vult alia. Igitur ex volitione aliorum pendet perfecte esse volitam essentiam diuinam. Et si sic est, cum oporteat essentiam diuinam esse perfectissime volitam à Deo; sequitur, ergo necessario alia sunt volita à Deo: cuius oppositum hic & ibi determinatur: nec potest dici ad hoc, quòd præsens litera non dicit, quòd ex volitione aliorum nil perfectionis diuinæ bonitati accrescit, sed ex ipsis aliis volitis nil perfectionis ei accrescit. hoc enim puerile est. Tum quia sic processus literæ de volitione inquirés aliorum nullus esset. Tum quia obiectio militat contra ipsam volitionem: etiam si nunquam esset hæc litera. Nec potest rursus dici, quòd diuinam bonitaté perfecte amari non pendet ex volitione aliorum, sed potius econuerso, scilicet quòd volitio aliorum pendet ex hoc quòd diuina bonitas est perfecte volita. Quoniam licet hoc sit verum, vt ibidem dicitur, non euaditur tamen à difficultate obiecta: stante enim hoc adhuc sequitur alia necessario esse volita à Deo: quoniam diuina bonitas necessaria est ab eo non solum volita: sed perfecte volita: hoc autem necessario concomitatur aliorum volitio, vt dictum est. ergo.

¶Ad hoc est dicendum, quòd modus, quo res est volita, est duplex: quidam intensiuus, quidam extensiuus. Et quòd inter hos tantum differt, quòd primus graduat perfectionem amoris, secundus autem non, sed extendit ipsum. Et si quandoque inuenitur scriptum quòd secundus pertinet ad perfectionem, intelligendum est de perfectione extensiua, & non simpliciter. Vnde in proposito diuina bonitas necessario est perfectissime volita, à Deo perfectione intensiua: quia est infinite amata: sicut est infinite amabilis: sed non necessario est perfecte volita perfectione extensiua, sed libere. Amari autem sic, scilicet secundum condecentiam ad extra, seu vt diffundatur, participetur, & multiplicetur secundum suam similitudinem, non ad perfectionem intensiuam, sed extensiuam pertinet: & consequenter non cum necessario, sed cum libere conuenientibus Deo computandum est. Quia igitur diuina bonitas libere est sic perfecte volita à Deo, ideo libere alia vult, & non econuerso. Et ideo proprie loquendo nec ex aliis, nec ex aliorum volitione, aliquid perfectionis etiam extensiue diuinæ bonitati accrescit, sed econuerso, ex perfecta extensiue volitione suæ bonitatis, Deus esse & alias perfectiones vult aliis.

¶In responsione ad quintum & quartum, nota diligentissime doctrinam in primo contra Gent. ca. 83. de contingentia ad vtrunlibet dupliciter inuenta, scilicet quandoque ex parte causæ, & quandoque ex parte eius, ad quod dicitur. Et plene intelliges ea, quæ hic dicuntur breuissime. Ex his autem, quæ hic dicuntur & ibi explanantur, habes quàm rudis & nouus sermo sit Scoti in primo dist. 39. voluntatem diuinam primam causam contingentem appellantis. Fas quippe non est in diuina voluntate contingentiam dicere. Sed vt in litera dicitur, est in se necessaria non necessariam habens habitudinem ad secundario volita, si necessariũ aut contingens tribuendum est. Magis proprio enim vocabulo liberam illam dicere debemus, vt alibi sanctus Thomas docet: quoniam libertas media est inter necessitatem & contingentiam. Illa enim impossibilitatem aliter se habendi, hæc possibilitatem aliter se habendi successiue, id est, mutabiliter ponit: libertas autem absque mutabilitate aliter se haberi posse significat.

Annot. ¶In responsione ad sextum aduerte, quòd illa propositio, quæcunq; Deus scit de necessitate scit, si intelligatur de scientia simplicis intelligentiæ, quæ scilicet naturaliter præcedit actũ voluntatis, verissima est: nec est in ea dubium. Et sic videtur intendere litera, quæ de scientia aliorum vt distinguitur contra voluntatem eorum tractat in hoc argumento. de his enim verum est, q̃ habent esse in Deo ex necessitate. Si quis autem dictum hoc accipit de scitis à Deo omnibus qualitercũque animaduertat, quòd cõplexiones contingentes puta me nunc scribere, nõ sunt vere necessario: sed libere: & consequenter libere in Deo habét esse, & non ex necessitate. Ac per hoc prædicta responsio in his non habet locum. Est tamen quidam necessitatis modus etiam in horum scientia apud Deũ, qui non est in eorum volitione: quoniam omne scibile quàm primũ est scibile, oportet scitum esse à Deo nõ autem omne volibile quàm primum est volibile, oportet esse à Deo volitum, vt patet, Et ratio diuersitatis est: quia omne verũ oportet esse in Deo, & consequenter cognitum: quia cognitum secundum quòd in cognoscente est cognoscitur, omne autem bonum non oportet esse aut fore in seipso, & consequenter non oportet esse volitum à Deo. Ex hoc autem patet differentia supradicta inter diuersa scita à Deo: quia illa, quæ ex se sunt scibilia absoluta necessitate cognoscuntur à Deo. Illa vero, quæ sortiuntur veritatem & consequenter scibilitatem ex voluntate diuina, supposita eorum veritate, necessario sciuntur. nihil autem aliud à Deo, quantũcunque supponatur bonum, necessario est ab eo volitum, vt patet. Vnde de scibilibus & amabilibus, formaliter loquendo possunt verba literæ vniuersaliter intelligi, vt scilicet omne scibile sit necessario scitum à Deo, non autem omne amabile est necessario volitum, quia omne scibile habet necessario esse in Deo: quamuis quorundam scibilium scibilitas non sit necessaria. Non autem omne amabile habet esse, aut fore necessario, Et bene notato sanéque intelligito verba literæ in redditione causæ præfatæ, quoniam non intendit necessitatem simpliciter ab vniuerso excludere: quam in secundo contra Genti. cap. 30. probat: sed necessitatem essendi: quoniam nullam rem esse est simpliciter necessarium, nisi Deum: & hoc insinuant illa verba ita quòd sint per seipsa necessaria, & simpliciter intendit, quòd necesse est omnia vel omnia scibilia habere esse in Deo.

120 b

ARTICVLVS IIII.

118 1. dist. 4. artic. 1. Et 3. contra. cap. 97. & li. 4. ca. 10. princi. & po. q. 3. art. 15. Et ps. 50. co. 2. Et 10. s. l. 3. co. 9.

a *¶Vtrum voluntas Dei sit causa rerum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas Dei non sit causa rerum. Dicit enim Diony. cap. 4. de di. no. Sicut noster Sol non ratiocinans, aut præeligés, sed per ipsum esse illuminat omnia participare lumen ipsius valentia: ita & bonum diuinum per ipsam essentiam omnibus existentibus immittit bonitatis diuinæ radios. Sed omne quod agit per voluntatem agit, vt ratiocinans & præeligens. Ergo Deus non agit per voluntatem. Ergo voluntas Dei non est causa rerum.

¶Præterea, Id, quod est per essentiam, est primũ in quolibet ordine. Sicut in ordine ignitorum est primum. Sed Deus est primum agens. Ergo est agens per essentiam suam, quæ est natura eius. Agit igitur per naturam, & non per voluntatem. Voluntas igitur diuina non est causa rerum.

225 ¶Præterea, Quicquid est causa alicuius per hoc quod est tale, est causa per naturam, & non per voluntatem[c]. Ignis enim causa est calefactionis, quia est calidus: sed artifex est causa domus, quia vult eam facere. Sed Augustin. dicit in primo de doct. Christia. quòd quia Deus bonus est, sumus. Ergo Deus per suam naturam est causa rerum, & non per voluntatem.

¶Præterea, Vnius rei vna est causa. Sed rerũ creatarum est causa scientia Dei, vt suprà dictum est[c]. Ergo voluntas Dei non debet poni causa rerum.

87 ¶SED CONTRA est, quod dicitur Sap. 11. Quomodo posset aliquid permanere nisi tu voluisses.

CONCLVSIO.

¶Deus cum sit primum agens, per intellectum & voluntatem cuncta causare, dicendum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere voluntatem Dei esse causam rerum, & Deum agere per voluntatem, non per necessitatem naturæ, vt quidam existimauerunt[c]. Quod quidem apparere potest
87 510 tripliciter. Primo quidem ex ipso ordine causarum agentium. Cum enim propter finem agat intellectus & natura (vt probatur in 2. Physico.) necesse est vt agenti per naturam prædeterminetur finis & media necessaria
l 13 ad finem ab aliquo superiori intellectu[c]. Sicut sagittæ prædeterminatur finis & certus modus à sagittante. Vnde necesse est, q̃ agés per intellectum & volũtatem sit prius agente per naturam. Vnde, cum primum in ordine agentium sit Deus[c]. necesse est quòd per intellectum & voluntatem agat. Secundo ex ratione naturalis agentis, ad quod pertinet vt vnum effectum producat: quia natura vno & eodem modo operatur[c], nisi impediatur. Et hoc ideo, quia secundum quòd est tale agit. vnde quandiu est tale, non facit nisi tale. Omne enim agens per naturam habet esse determinatum. Cum igitur esse diuinum non sit determinatum, sed contineat in se totam perfectionem essendi[c], non potest esse quòd agat per necessitatem naturæ: nisi forte causaret aliquid indeterminatum & infinitum in essendo: quod est impossibile, vt ex superioribus patet[c]. Non igitur agit per necessitatem naturæ, sed effectus determinati ab infinita ipsius perfectione procedunt secundum determinationem voluntatis & intellectus ipsius. Tertio ex habitudine effectuum ad causam. Secũdum hoc enim effectus procedunt à causa agente secundum quòd præexistunt in ea: quia omne agens agit sibi simile. Præexistunt autem effectus in causa secundum modum causæ. Vnde cum esse diuinum sit ipsum eius intelligere[c]: præexistunt in eo effectus eius secundum modum intelligibilem, & per modum intelligibilem procedunt ab eo, & sic per consequens per modum voluntatis. Nam inclinatio eius ad agendum quod intellectu conceptum est, pertinet ad voluntatem. Voluntas igitur Dei est causa rerum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Diony. per verba illa non intendit excludere electionem à Deo simpliciter, sed secundum quid: inquantum scilicet non quibusdam solum bonitatem suam communicat, sed omnibus[c]: prout scilicet electio discretionem quandam importat.

¶Ad secundum dicendum, quòd quia essentia Dei est eius intelligere & velle ex hoc ipso quòd per essentiam suam agit, sequitur q̃ agat per modum intellectus & voluntatis.

¶Ad tertium dicendum, quòd bonum est obiectum voluntatis. Pro tanto ergo dicitur, quia Deus bonus est sumus[c], inquantum sua bonitas est ei ratio volendi omnia alia, vt supradictum est[c].

¶Ad quartum dicendum, quòd vnius & eiusdẽ effectus etiam in nobis est causa scientia vt dirigens, qua concipitur forma operis, & voluntas vt imperans: quia forma vt est in intellectu tantum, non determinatur ad hoc quòd sit vel non sit in effectu, nisi per voluntatem[c]. Vnde intellectus speculatiuus nihil dicit de operando. Sed potentia est causa vt exequens, quia nominat immediatum

a *¶Super Quæstionis decimanonæ Articulum quartum.*

Comment. Titulus clarus.

¶In corpore duo. primo proponit conclusionem. secundo probat conclusionem tripliciter.

¶Quo ad primum tria dicit. Primo conclusionem responsiuam quæsito affirmatiue, scilicet, voluntas Dei est causa rerum. Secundo quid hoc importat, scilicet, Deum agere per voluntatem & non per naturæ necessitatem. Tertio quod quidam existimarunt Deum agere per naturæ necessitatem.

Annot. ¶Vbi aduerte, quod agere per necessitatem naturæ dupliciter potest intelligi. Primo vt idem sonat,
13 quòd agere naturaliter eo modo, quo agentia naturalia. secundo Phy, tex. 49. & 9. Meta. tex,
215 3. & 10. distinguuntur contra agentia à proposito. Et sic agere naturaliter est agere non quia agens vult hoc, dato etiam quòd velit illud. Sed est agens, quia
23 est tale, vt patet in generatione hominis, quamuis enim Sortes velit generare, non tamen generat quia vult, sed quia est talis dispositio-
36 a nis naturalis &c. Secundo sumi potest vt idem sonat quod agere non libere, eo modo quo dicimus quòd non libere, sed necessitate naturali Deus vult se, & nos volumus bonum. Et quamuis vtrunque de Deo existimatum sit, & quòd agat non quia
83 vult, quamuis volens, sed quia est talis naturæ, vt in secundo cõtra Gent. cap. 23. dicitur. Et quòd agat quia intelligit & vult, naturali tamen necessitate tale intelligere & velle habens, vt ibidem in cap. 26. & 27. tangitur. In præsenti tamen litera primo modo sumitur agere per necessitatem naturæ. Ita quòd intentio præsens est ostendere, quòd Deus agit quia vult, & non quia est. Ex coniunctione autem conclusionis præ-
238 cedentis articuli cũ hac sufficienter habetur solutio secundæ quæstionis: quia si agit q̃a vult, vt hic ostenditur, & se tantum vult naturaliter, & cætera libere, vt ostensum est: ergo aget alia,
28 c quia illa vult libere.

116 b ¶Quo ad secundũ probatur tripliciter intenta conclusio. Primo ex ordine agentium sic, tam natura quàm intellectus agit propter finem: ergo agenti per naturam prædeterminatur finis & medium ab aliquo intellectu: ergo agens per intellectum est prius agente per naturam. ergo Deus est agens per
87 intellectum & voluntatem. antecedens probatur ex secundo Physic. prima consequentia manifestatur exemplo sagittæ, secunda relinquitur per se nota. tertia vero probatur: quia Deus est primum agens. Nec te moueat quòd secunda consequentia sic leuiter tacta est: quia communis animi conceptio est, quòd agere propter finem exigit finem cognosci, vel ab ipso tendente in finem vel aliquo dirigente, vt in sagitta contingit. Et quia constat naturam vt sic non cognoscere, ideo liquet, quòd oportet à cognoscente dirigi. Inter agere quoque per intellectum & per voluntatem nulla differentia est in proposito: quoniam nec intellectus agit absque voluntate, quæ est appetitus intellectiuus: nec voluntas absque intellectu: quia bonum intellectum mouet eam. Et ideo nullum vitium committitur ex vno in aliud declinando.

¶Secundo probatur ex ratione naturalis agentis sic. Agens per naturam agit quia est tale, ergo operatur vno modo. ergo vnum effectum: ergo habet esse determinatum. ergo Deus non potest agere per naturam: ergo determinati effectus ab infinita illius bonitate procedunt secundum determinationem intellectus & voluntatis. Antecedens probatur ab effectu: quia quandiu est tale, non facit nisi tale. prima consequentia cum secũda & tertia relinquitur nota: & prima quidem cum secunda procedit à priori. tertia, propter quam antecedens cum prioribus est inductũ, à posteriori infert prius, vt patet. quarta vero primo probatur: quia esse diuinum non est determinatum. quod ex eo patet, quòd continet in se totam essendi perfectionem. secundo manifestatur vis probationis ducendo ad impossibile, si esse infinitum causaret naturaliter, causaret aliquid infinitũ in essendo: hoc est impossibile: ergo. Quinta autem cõsequentia ex vi distinctionis agẽtium

principium operationis. Sed hæc omnia in Deo vnum sunt.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum voluntatis diuinæ sit assignare aliquam causam.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd voluntatis diuinæ etiam sit assignare aliquam causam. Dicit enim August. lib. 83. q. Quis audeat dicere Deum irrationabiliter omnia condidisse? Sed agenti voluntario, quod est ratio operandi, est etiam causa volendi. Ergo voluntas Dei habet aliquam causam.

¶Præterea, In his quæ fiunt à volente, qui propter nullam causam aliquid vult, non oportet aliam causam assignare nisi voluntatem volentis. sed voluntas Dei est causa omnium rerum, vt ostensum est [c]. Si igitur voluntatis eius non sit aliqua causa, non oportebit in omnibus rebus naturalibus aliam causam quærere, nisi solã voluntatẽ diuinam. Et sic omnes scientiæ essent superuacuæ: quæ causas aliquorũ effectuum assignare nituntur: quod videtur inconueniens. Est igitur assignare aliquam causam voluntatis diuinæ.

¶Præterea, Quod fit à volente, non propter aliquam causam dependet ex simplici voluntate eius. si igitur voluntas Dei non habeat aliquam causam, sequitur quòd omnia quæ fiunt dependeant ex simplici eius voluntate, & non habeant aliquam causam aliam: quod est inconueniens.

¶SED CONTRA est, quòd dicit Aug. in lib. 83. q. Omnis causa efficiens maior est eo quod efficitur: nihil tamen maius est volũtate Dei. Nõ ergo causa eius quærenda est.

CONCLVSIO.

¶*Cũ Deus vnico & simplicissimo actu velit omnia in sua bonitate, eius volũtatis nulla prorsus causa est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd nullo modo voluntas Dei causam habet.

¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd cum voluntas cõsequatur intellectum [c]: eodem modo contingit esse causam alicuius volentis vt velit, & alicuius intelligentis vt intelligat. In intellectu autẽ sic est quòd si seorsum intelligat principium, & seorsum conclusionem, intelligentia principij est causa scientiæ conclusionis. Sed si intellectus in ipso principio inspiceret conclusionem, vno intuitu apprehendens vtrunque in eo scientia conclusionis non causaretur ab intellectu principiorum: quia idem non est causa suiipsius, sed tamen intelligeret principia esse causas conclusionis. Similiter est ex parte voluntatis, circa quam sic se habet finis ad ea, quæ sunt ad finem, sicut in intellectu principia ad conclusiones [c]. Vnde si aliquis vno actu velit finem, & alio actu ea, quæ sunt ad finem, velle finem erit ei causa volendi ea quæ sunt ad finem: sed, si vno actu velit finem & ea, quæ sunt ad finem, hoc esse non poterit: quia idem non est causa suiipsius. Et tamen erit verum dicere, quòd velit ordinare ea, quæ sunt ad finem in finem. Deus autem sicut vno actu omnia in essentia sua intelligit [c], ita vno actu vult omnia in sua bonitate [c]. Vnde sicut in Deo intelligere causam non est causa intelligendi effectus, sed ipsa intelligit effectus, in causa [c] ita velle finem, non est ei causa volendi ea, quæ sunt ad finẽ. Sed tamen vult ea, quæ sunt ad finem ordinari in finem [c]. Vult ergo hoc esse propter hoc, sed non propter hoc vult hoc.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd voluntas Dei rationabilis est nõ quòd aliquid sit Deo causa volendi, sed inquantum vult vnum esse propter aliud.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum velit Deus effectus sic esse vt ex causis certis proueniant ad hoc quòd seruetur ordo in rebus, non est superuacuum etiam cum voluntate Dei alias causas quærere. Esset tamen superuacuum, si aliæ causæ quærerentur vt primę, & non dependentes à diuina voluntate. Et sic loquitur August. in 3. de tri. Placuit vanitati philosophorum etiam aliis causis effectus cõtingentes tribuere. cum omnino videre non possent superiorem cæteris omnibus causam, id est, voluntatem Dei.

¶Ad tertium dicendum, quòd cum Deus velit effectus esse propter causas, quicunque effectus præsupponunt aliquem alium effectum, non dependent ex sola Dei voluntate, sed ex aliquo alio. Sed primi effectus ex sola diuina voluntate dependent, vtpote, si dicamus quòd Deus voluit hominem habere manus vt deseruirent intellectui operando diuersa opera: & voluit eum habere intelle-

patet. Et aduerte, quòd ista ratio concludit, quòd Deus non potest naturaliter agere aliquem vnum effectum per seipsum solum. Si quis autem poneret Deum solum, nullam rem integraliter causare, sed cõcausantibus aliis causis ipsum dare esse effectibus, diceret quòd proprius effectus diuini esse infiniti est esse indeterminate secundũ se, sed determinate tamẽ semper inuentũ ꝑpter secundas causas. Sed hoc à seipso discordat: quoniam si esse diuinum est infinitum, oportet ab ipso prœmanasse esse omnium illarum causarum concausantiũ: quoniã omnem essendi modum ab infinito esse oportet prouenire: & si sic est, ergo cõcedere oportet quòd Deus aliquem effectum per seipsum solum integraliter producere potest. ergo non per necessitatem naturæ, nisi dari possit effectus infiniti esse, vt in litera dicitur: stat ergo ratio.

119 1. dist. 41. arti. 3. co. Et 1. con. cap. 86. & li. 2. c. 28. et 29. Et lib. 3. cap. 97.

¶Tertio probatur ex habitudine effectuum ad causam sic: effectus præexistunt in causa secundum modum causæ. ergo effectus præexistunt in Deo secundũ modum intelligibilem: ergo procedunt ab eo secũdum modum intelligibilem: ergo per modũ voluntatis. ergo voluntas Dei est causa rerum, prima consequẽtia probatur: quia esse Dei est eius intelligere, secunda probatur: quia effectus procedunt à causa secundum modum, quo præexistunt in causa: quod probatur, quia omne agẽs agit sibi simile. tertia cõsequẽtia probatur, quia inclinatio ad agendum id, quod per intellectum conceptum est, voluntatis est. Vltima est per se nota.

218

¶*Num & quomodo verum sit quòd effectus procedunt à suis causis prout in illis existunt.*

115 Quæstio.

Circa ꝑpositionem assumptam in probatione secundæ consequentiæ dubium occurrit. Quia aut est falsa, aut dissonat à sua probatione. vtrũque est inconueniens: ergo. propositio enim literæ est ista, effectus procedũt à causa secundum quòd præexistunt in ea: & probatio eius subditur, quia omne agens agit sibi simile. Tunc sic, aut propositio intendit de modo effectus procedentis, aut de modo procedendi, si intendit quòd effectus procedens à causa habet modum essendi similem modo, quo præexistit in causa, probatio quidem est consona, vt patet, sed ipsa est falsissima: quoniam domus procedens ab artifice non assimilatur domui in mente in modo essendi, nec sequitur ex illa maxima, quæ intelligitur quantum ad formam qua agit. Si autem intendit de modo procedendi, scilicet, quòd effectus à causa procedit illo vel simili modo, quo præexistit in ea, tunc probatio nõ est ad propositum: quia vt diximus intelligitur quo ad formam qua agens agit: & non quo ad modum, quo forma est in eo: & nihilominus habet multas instantias: quoniam domus habet esse intelligibile in agente, procedit tamen ab eo sensibiliter: & calor habet esse incorruptibile & vniuersale in luce solis, procedit tamen corruptibiliter & particulariter. Vndique igitur ambiguitas est.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ illa maxima, omne agens agit sibi simile, quamuis vniuersaliter non verificetur, nisi quo ad formam, non tamen est arctãda ad formam, sed est intelligenda cũ ly quãtum potest. Videmus enĩ ꝙ si fuerit actiuũ vniuocũ vehementis virtutis, ꝙ facit sibi simile, nõ solum quo ad formã, sed quo ad indiuiduales conditiones. Mas enĩ fortis generat marem, & iracũdus iracundum, vt in 7o. dicitur Ethi. In modo igitur quo effectus procedit à causa, consideranda sunt duo. Primo modus processionis tenens se ex parte causæ. Et secundo modus eiusdẽ tenens se ex parte effectus. Si enim attẽdimus ad modum procedendi ex parte causæ vniuersaliter verificatur, quòd processio est similis modo existendi in causa: quia est illius modus prius effectus in genere causæ efficientis: ita quòd sicut forma procedens est à forma in causa: & propterea similis illi: ita modus procedẽdi ex parte causæ, est à modo præexistẽdi in causa & cõsequenter similis illi: quia omne agens agit sibi simile: & sic patet quomodo illa propositio assumpta est vera, de modo procedendi: & optime probatur per illam maximam.

¶Sed si attendamus modum procedendi ex parte effectus, sic propositio assumpta vt dictum est, nõ vniuersaliter verificatur, nec ad hoc est inducta sua probatio neque ipsa, quoniam modus iste proprie loquendo magis est modus participandi vel suscipiendi causam, quàm procedendi ab ea: & ideo instantiæ allatæ non militant contra intentum, quoniam de modo participandi loquuntur ex parte effectus. Litera autem loquitur de modo procedendi à causa ex parte ipsius causæ. Domus enim procedit ab arte intelligibiliter, quoniam à prohæresi, vt dicitur 9. Metaphy. quamuis in materia sensibiliter suscipiatur, ac per organa fiat. Effectus quoque corporum cælestium ex parte eorum procedũt incorruptibiliter, & vniuersaliter iuxta modum formarum, quibus agunt, procedunt enim per actiones eorum æternas, & commensuratas eis, quãuis participatio eorum apud sphæram generabilium &c. sit corruptionis & dearticulationis plena: quia passio non æquatur actioni.

418

a ¶*Super Quæstionis decimænonæ Articulum quintum.*

Titulus intelligendus, vt sonat de vera causa. 44

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue. Voluntatis diuinæ nulla est causa. Hæc cõclusio probatur, manifestatur, & saluatur simul id, quod difficultatem in hac re facit, scilicet Deus vult alia propter finẽ. Probatio est, volũtas eodem actu volens finem, & ea quæ sunt ad finem, non habet volitionẽ causatam: ergo voluntas diuina nõ habet causam: antecedẽs probatur, quia idem nõ est causa sui ipsius: & manifestatur ab opposito, scilicet quando alio actu volumus finem, & alio ea, quæ sunt ad finem. consequentia vero probatur. quia voluntas diuina vno actu vult omnia in sua bonitate. Manifestatio vero consistit in ꝑportionali similitudine inter intellectum & voluntatẽ quo ad modum habendi, vel non habendi causam: habendi quidem, quia intellectus alio actu intelligens principia & conclusiones, habet scientiã causatam. Non habendi vero: quia intellectus eodem actu principia & conclusiones intelligẽs, non habet conclusionum scientiam causatam ex principiis eadem ratione: quia scilicet idem non est causa suijpsius. Idem autem quod difficultatem ingerit, scilicet quòd Deus vult alia propter finem saluatur: primo distinguẽdo, quòd aliud est velle alia propter finem: & aliud est velle alia esse propter finem: & quòd hoc secundum est verum, non autẽ primum. Secũdo aperiendo hoc ex inchoata proportionalitate: quia intellectus intelligẽs vno actu cõclusiones & principia, non intelligit conclusiones ex principiis: tamen intelligit conclusiones esse ex principiis, & proportionaliter est in voluntate: causa autem totius proportionalitatis huius in litera tangitur, cum dicitur, quia voluntas sequitur intellectum.

89 Comment. 8 129 148

¶Ad euidentiam eorũ, quæ hic dicuntur, & in responsione ad tertiũ aduerte has quatuor propositiones. Prima est, hoc est propter hoc. Secunda, Deus vult hoc esse propter hoc. Tertia, hoc est volitum à Deo propter hoc aliud volitũ ab eo. Quarta, Deus vult hoc, quia vult illud aliud. Inter has autẽ manifesta est differentia. qm̃ prima de rebus absolute loquitur. Secũda autẽ de eisdẽ vt volitis simplici voluntate à Deo. Tertia autẽ & quarta causalitatẽ vnius volitionis respectu alterius includere vidẽtur. Et quantũ ex hac litera apparet, negandæ vidẽtur istæ duæ vltimæ, cũ expresse dicitur, ꝙ Deus nõ propter hoc vult hoc, verũ, si diligentius consideremus intentionẽ autoris & responsionẽ ad tertiũ cum doctrina tradita in 1. contra Gẽt. c. 87. & 88. Quo ad rem quidem dicendũ est, ꝙ actus voluntatis diuinæ attingens hoc volitũ, puta vniuersum, vel hominẽ ex parte actus, caret causa nõ solũ vt tale ens est, sed etiã vt attingens tale volitũ, ita ꝙ attingentia velle diuini respectu vniuersi ex parte actus non causatur ex attingentia velle diuini respectu bonitatis suæ. Et hoc intendit cum dicit, ꝙ Deus non propter hoc vult hoc. Idẽ tñ actus ex parte voliti habet causam, ita ꝙ attingẽtia passiua vnius causatur ex attingentia passiua alterius, id est, esse volitũ vnius causatur ex esse volito alterius: ita ꝙ non solum hominẽ esse causatur in genere causæ finalis ex vniuersi perfectione, sed etiã hominẽ esse volitũ à Deo causatur ex hoc ꝙ vniuersum est volitum à Deo. Et si instetur à passiua ad actiuam, volitum causatur à volito. ergo velle causatur à velle. Negandus est processus. Vel distinguendũ est, ꝙ processus talis tenet, qñ passiuũ æquatur actiuo. Quãdo aũt actio excedit passionem, ita ꝙ actio est vna, passiones sunt multæ: stat passionem causari ex passione absq;

ctum ad hoc quòd esset homo: & voluit eum esse hominem vt frueretur ipso [c], vel ad complementum vniuersi. Quæ quidem non est reducere ad alios fines creatos vlteriores. Vnde huiusmodi dependent ex simplici voluntate Dei, alia vero ex ordine etiam aliarum causarum.

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum voluntas Dei semper impleatur.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd volũtas Dei non semper impleatur. Dicit enim Apostolus, primæ ad Timo. 2. quòd Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Sed hoc non ita euenit. Ergo voluntas Dei non semper impletur.

¶Præterea, Sicut se habet scientia ad verum, ita volũtas ad bonum. sed Deus scit omne verum. Ergo vult omne bonũ, sed non omne bonũ fit. Multa enim bona possunt fieri quæ non fiunt. Nõ ergo volũtas Dei semper impletur.

¶Præterea, Voluntas Dei cum sit causa prima, non excludit causas medias [c], vt dictum est. Sed effectus causæ primæ potest impediri per defectum causæ secundę. Sicut effectus virtutis motiuæ impeditur propter debilitatem tibiæ. Ergo & effectus diuinæ voluntatis potest impediri propter defectum secundarum causarum. Non ergo voluntas Dei semper impletur.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Omnia quæcunq; voluit Deus fecit.

CONCLVSIO.

¶*Cum diuina voluntas sit vniuersalissima omniũ causa, ipsam semper impleri oportet.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est volũtatem Dei semper impleri [c].

¶Ad cuius euidentiam considerandum est, ꝙ cum effectus conformetur agenti secundum suam formam, eadem ratio est in causis agẽtibus, quæ est in causis formalibus. In formis autem sic est, ꝙ licet aliquid posit deficere ab aliqua forma particulari, tamen à forma vniuersali nihil deficere potest. Potest enim esse aliquid, quod non est homo vel viuum, non autem potest esse aliquid quod nõ sit ens. Vnde hoc idem in causis agentibus contingere oportet. Potest enim aliquid fieri extra ordinem alicuius causæ particularis agentis, non autem extra ordinem alicuius causę vniuersalis, sub qua omnes causæ particulares comprehenduntur [c]: quia si aliqua causa particularis deficiat à suo effectu, hoc est propter aliquam aliam causam particularem impedientem, quæ continetur sub ordine causæ vniuersalis. Vnde effectus ordinem causæ vniuersalis nullo modo potest exire. Et hoc etiam patet in corporalibus. Potest enim impediri, quòd aliqua stella non inducat suum effectum. Sed tamen quicunque effectus ex causa corporea impediente in rebus corporalibus consequatur, oportet quòd reducatur per aliquas causas medias in vniuersalem virtutem primi cæli. Cum igitur voluntas Dei sit vniuersalis causa omnium rerum, impossibile est, quòd diuina voluntas suum effectum non consequatur. Vnde quod recedere videtur à diuina voluntate secundum vnum ordinem, relabitur in ipsam secundum alium. Sicut peccator, qui quantum est in se, recedit à diuina voluntate peccando, incidit in ordinem diuinæ voluntatis, dum per eius iustitiam punitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd illud verbum Apostoli, ꝙ Deus vult omnes homines saluos fieri &c. potest tripliciter intelligi. Vno modo vt fit accommoda distributio secundum hunc sensum, Deus vult saluos fieri omnes homines, qui saluantur: non quia nullus homo sit quem saluum fieri non velit: sed quia nullus saluus fit quem non velit saluum fieri, vt dicit August. Secundo potest intelligi vt fiat distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, secundum hunc sensum: Deus vult de quolibet statu hominum saluos fieri mares & fœminas, Iudæos, & Gentiles, paruos & magnos, non tamen omnes de singulis statibus. Tertio secundum Damasce. intelligitur de voluntate antecedente. non de voluntate consequente. Quæ quidem distinctio nõ accipitur ex parte ipsius voluntatis diuinæ, in qua nihil est prius vel posterius, sed ex parte volitorum.

¶Ad cuius intellectum considerandum est, quòd vnumquodque secũdum quod bonum est, sic est volitum à Deo. Aliquid autem potest esse in prima sui consideratione, secundum quod absolute consideratur bonum vel malum, quod tamen prout cum aliquo adiuncto consideratur, quæ est consequens consideratio eius, econtrario se habet. Sicut hominem viuere est bonum: & hominem occidi est malũ secundũ absolutam cõsiderationem. Sed si addatur circa aliquẽ hominem, ꝙ sit homicida vel viuens in periculum multitudinis, sic bonum est eum occidi, & malum est eum viuere. Vnde potest dici quòd iudex iustus antecedenter vult omnem hominem viuere, sed consequenter vult homicidam suspendi. Similiter Deus antecedenter vult omnem hominem saluari, sed consequenter vult quosdam damnari secundum exigentiam suæ iustitiæ. Neque tamen id quod antecedenter volumus, simpliciter volumus, sed secundum quid: quia voluntas comparatur ad res secundum quòd in seipsis sunt, in seipsis autem sunt in particulari. Vnde simpliciter volumus aliquid secundum quod volumus illud consideratis omnibus circũstantiis particularibus: quod est consequenter velle. Vnde potest dici, quòd iudex iustus simpliciter vult homicidam suspendi, sed secundum quid vellet eum viuere, scilicet inquantum est homo. Vnde magis potest dici velleitas, quàm absoluta voluntas. Et sic patet ꝙ quicquid Deus simpliciter vult, fit, licet illud quod antecedenter vult, non fiat.

¶Ad secundum dicendum, quòd actus cognoscitiuæ virtutis est secundum ꝙ cognitum est in cognoscente: actus autem virtutis appetitiuę est ordinatus ad res secundum quod in seipsis sunt [c]. Quicquid autem potest habere rationem entis & veri, totum est virtualiter in Deo, sed non tantum existit in rebus creatis. Et ideo Deus cognoscit omne verũ, non tamen vult omne bonum: nisi inquantum vult se, in quo virtualiter omne bonum existit.

¶Ad tertium dicendum, quòd causa prima tunc potest impediri à suo effectu per defectum causæ secundæ, quando non est vniuersaliter prima sub se omnes causas comprehendens: quia sic effectus nullo modo posset suum ordinem euadere. Et sic est de voluntate Dei, vt dictum est [c].

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum voluntas Dei sit mutabilis.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd volũtas Dei sit mutabilis. Dicit enim dominus Gen. 6. Pœnitet me fecisse hominem. Sed quemcunq; pœ-

absq; hoc, ꝙ actio causetur. & merito: quia causare & causari diuersitatẽ exigũt. Et ꝑpterea vnitas actionis attingẽtis tot passa causalitatẽ à se excludit, multiplicatio autẽ passionũ iuxta numerũ passorũ causalitatẽ vnius ab altera non excludit. Quo ad ꝑpositiones vero dicendũ videtur, ꝙ nõ solũ primæ duæ, sed etiam tertia bene sonat, quoniã nõ ponit depẽdentiam volitionis ex parte actus, sed ex parte voliti: & expresse in loco allegato dicitur, ꝙ vnum volitum à Deo est causa alteri, ꝙ cadat sub ordine voluntatis diuinæ. Quarta autẽ, quoniã dependentiã significat ex parte actus cõcedenda seu in vsum deducenda nõ est, sed pie exponenda, & ex parte voliti interpretanda, si alicubi inuenit. Hinc quoque habes differentiã inter secundum argumentũ & tertiũ in litera. secundũ enim loquitur de causis rerũ volitarũ absolute. Tertium vero de causis rerũ in ordine ad voluntatẽ diuinã: ex parte tamẽ voliti. verbi gratia, primũ intendit ꝙ nõ sit quærendũ, quare homo habet manus. secundum vero, ꝙ nõ sit quærendum quare Deus voluit hominem habere manus. & illud quidem spectat ad primam propositionẽ, hoc ad tertiã proprie loquendo: & sic intelliges responsiones.

234

120 1. dist. 47. arti. 1. & arti. 2. co. Et veri. q. 23. art. 2. coro. Et quoli. 11. arti. 3. colũn. & quol. 12. art. 4. co.

b e 119 137

a ¶*Super Quæstionis decimænonæ Articulum sextum.*

Annot. IN titulo nota duo. Primo ꝙ voluntas sumitur hic non pro velleitate, sed pro velle simpliciter. Secundo quòd aliud est quærere, vtrum omne qđ fit Deus velit: & aliud, vtrũ omne qđ Deus vult fiat: hic non quæritur primum, sed secundum: quoniã hoc solum importat titulus. de primo autem in articulo nono erit sermo.

136

Coment. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Necesse est volũtatẽ Dei semper impleri. Probatur sic, in formis sic est, quòd à forma vniuersali nihil potest deficere: quãuis aliquid possit deficere ab aliqua forma particulari. ergo hoc idem oportet esse in causis agentibus: quod extra ordinem agentis simpliciter vniuersalis, sub quo omnes causæ particulares comprehenduntur, nihil fieri potest: quãuis extra ordinẽ alicuius agentis particularis aliquid fiat. Ergo impossibile est ꝙ diuina voluntas suum effectũ non cõsequatur. Oportet igitur ipsam semper impleri. antecedens declaratur in prædicatis essentialiter ordinatis: quoniam ibi manifesta est vniuersalitas formarũ. prima vero consequentia probatur: quia effectus conformatur agenti secundum suam formam. secunda vero cõsequẽtia probatur: quia voluntas Dei est vniuersalis causa omnium rerum. Præter has autem probationes primũ consequens, quod est proprium fundamẽtum huius conclusionis confirmatur, & manifestatur. Confirmatur quidem ex ratione deficiendi ab intento effectu: quia scilicet est concursus alterius causæ non contentæ vt sic sub illa. Manifestatur autem in effectibus stellarum & primi cæli. Secũdum quoque consequens, quod est ipsa conclusio, manifestatur ex peccatore: in quo videtur non impleri diuinam voluntatem, & omnia clara sunt in litera.

a 136

¶Circa hunc processum nota quatuor. Primo, quòd defectus, de quo est sermo in litera, non sumitur hic negatiue, sed contrariè: quoniam in vtroque genere causæ potest defectus negatiue ab vniuersalissima causa inueniri. Cæcitas enim non est ens, nec tamen est enti contraria, sed tali enti, puta visui: & peccator peccando deficit à diuina voluntate negatiue: non enim agit quod Deus vult, non tamen contrariè, vt patebit. Secundo quòd eadem ratio est quo ad causas agentes & formales quo ad hoc expressum, id est, vniuersalem extensionem: & non oportet quo ad cætera: hoc enim sequitur ex illa maxima, effectus conformatur agenti secundum formam: manifeste nanque hinc sequitur, quòd extensio formę & agentis proportionaliter se habet. Tertio quod notanter in litera dicitur: Peccator recedere videtur à diuina voluntate, quoniam simpliciter non agit peccans contra voluntatem Dei consequentem, vt patet ex eo, quòd Deus vult permittere hunc nunc sic &c. peccare: sed agit pro tanto contra diuinam voluntatem, quia contra antecedentem eius voluntatem agit: & quia non vo[illegible] à Deo voluntate consequenti [illegible]git: & quia contra præcepta ac re[illegible] eius, quod dicitur in litera: agit contra ordinem [illegible] voluntatis [illegible] facit: & quia [illegible] odio voluntatis diuinæ perpetrat. Quarto, quòd ea, quæ hic dicuntur de impedimento causarum agentium, intelligenda sunt formaliter, infra ordinem causarum effectiuarum vt sic, quoniam si considerarentur impedimẽta materiæ vt sic, aliter forte diceretur. Sed de his inferius erit sermo diffusus, cum de gubernatione rerum loquemur. Nunc hæc sat sunt, quoniam voluntas diuina adeò vniuersalis est causa, vt etiam omnis materiæ conditiones eidem subsint.

99 117 f e 121

1. dist. 39. q. 1. art. 1. cor. & ad 3m. et 4. Et 1. contra. c. 82. Et li. 2. c. 25. fi. Et lib. 3. ca. 91. & 78. fin. Et po. b. 3. art. 15. 7m.

a ¶*Super Quæstionis decimænonæ Articulum septimum.*

Titulus est clarus.

Coment. ¶In corpore est vnica conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Voluntas Dei est omnino immutabilis. Probatur. voluntas est boni: ergo dupliciter tantum potest incipere velle, scilicet, quia

quia incipit vel esse, vel cognosci sibi bonum. ergo non potest incipere velle absque præsupposita mutatione intellectus, vel dispositionis substantiæ propriæ. ergo non est mutabilis absque aliqua harum mutationum. ergo voluntas Dei est immutabilis omnino. Prima consequentia aliter non probatur: ipsum tamen consequens declaratur quo ad vtranque partem, ex calefieri & consilio. Secunda est per se nota. Tertia autem ex differentia inter mutare voluntatem, & velle mutationem, manifestatur. Quarta demum probatur: quia tam substantia quàm scientia Dei est omnino immutabilis.

Annot. ¶Circa has consequentias duo nota. Primo quòd antecedens tanquam vulgata propositio est diminute scriptum: subintelligi enim oportet ly intellecti. Et sic manifeste patet primam cõsequentiam nõ egere probatione: quoniam si velle est tantum respectu boni intellecti, oportet quòd noua volitio sit aut ex nouitate boni, aut ex nouitate intellectionis. Secundo quòd tertia consequentia in litera non habetur in se, sed in sua tantum probatione, sed ad claritatem maiorem expressimus illam. 11

¶Nam aliquis incipiat velle, quod incipiat sibi esse vel cognosci bonum, an quod incipiat alteri esse bonum.

Quæstio. Circa primam consequẽtiam dubium occurrit propter ly sibi in consequẽte positum. Videtur enim quòd illa particula falsificet cõsequens, & non sequatur ex antecedente. Falsum quidem reddat consequens, quia potest aliquis incipere velle, quia incipit esse vel cognosci bonum [illegible] vt manifestatur in amore amicitiæ. Quod vero non sequatur ex antecedente, certe liquet: quoniam bonum alterius sub bono clauditur intellecto. ¶Ad hoc dicitur, quòd vt patet 8. Ethic. Amabile quidem bonũ, vnicuique autem propriũ: & propterea voluntas primo est boni proprij, secundo autem est boni alieni. vnde & ibidẽ dicitur, quòd amicabilia quæ sunt ad alios, venerunt ex amicabilibus, quæ sunt ad se. Propter quod consequentia ista, si de bono per se primo volito seu volibili intelligatur, est optima formaliter. Si autem de bono vniuersaliter intelligitur, vt antecedens sonat, consequentia tenet etiam formaliter: & fundatur super hoc, quod mutabilitas seu nouitas volitionis circa aliena, oritur ex mutabilitate amoris proprij, & immutabilitas circa aliena ex immutabilitate circa propria. Et hoc rationabiliter: quia amor aliorum oritur ex proprio. Ex hoc enim patet, quòd in consequente, alienus amor etsi non formaliter, virtualiter tamen est inclusus: & consequenter incipere velle, quia incipit esse vel cognosci bonum alteri, non est alia ratio seu alius modus incipiendi velle ab his, qui in consequente sunt expressi. Et sic cessat obiectio falsitatis: quia illi alij modi non ponuntur in numerum cum istis, nec excluduntur: sed clauduntur in his virtualiter. Et obiectio consequentiæ, quia vt dictum est infertur nouitas volitionis respectu boni vniuersaliter quamuis difformiter: quia respectu proprij formalis, respectu alieni virtualiter. Fecit autem hoc autor non tantum breuitatis gratia, sed ea potius ratione motus: quia de voluntate diuina loquebatur, de qua perspicuum ex dictis erat, quòd alia non vult nisi bonitatem propriam volendo: ita quòd ipsa sola est ei volendi causa. Et sic in materia, de qua est quæstio, sat fuit vniuersalem maiorem de proprio bono assumere, verissimam formaliter. minor enim iam probata est, scilicet, Deus quicquid vult, bonitatem propriam volendo vult.

43 94

¶In responsione ad quartum diligenter aduerte, quòd intentio eius est negare in Dei voluntate potentiam ad opposita: quoniam in ea nulla omnino est potentia, sed est velle eius aut necessarium simpliciter, vt velle se: aut necessarium immutabiliter, vt velle alia: & huc tendunt manifeste verba literæ in responsione ex negatione necessarij absolute, eligendo necessarium immutabiliter: quasi dixisset, quòd ex negatione necessarij absolute non sequitur potentia seu possibile secũdum aliquam potẽtiam, sed stat quòd ponatur necessariũ immutabiliter. 115 Non enim cum dicitur Deus potest velle hoc, aut oppositum: ly potest, denotat possibile secundũ aliquam potentiam, sed possibile ex habitudine terminorum, vt expresse habes in primo contra Gentiles, cap. 83. Et propterea imaginatio Scotica in primo distin. 39. quæst. j. de potentia priore naturaliter actu absq; mutabilitate, quã in voluntate diuina fingit, voluntaria est: omnis enim potentia contradictionis est cum mutabilitate aliqua, vt 9. Metaphysic. habetur, & argumentum hoc in litera factum conuincit. 66 72

nitet de eo quod fecit, habet mutabilem voluntatem. ergo Deus habet mutabilem voluntatem.

¶Præterea, Ieremiæ 18. ex persona domini dicitur, Loquar aduersus Gentem & aduersus regnum, vt eradicẽ & destruam & disperdam illud: sed si pœnitentiam egerit Gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. Ergo Deus habet mutabilem voluntatem.

¶Præterea, Quicquid Deus facit, voluntariè facit. sed Deus non semper eadem facit. Nam quandoque præcepit legalia obseruari, quandoque prohibuit. Ergo habet mutabilem voluntatem.

¶Præterea, Deus non ex necessitate vult qđ vult, vt supra dictũ est [c]. Ergo potest velle & non velle idem. Sed omne, quod habet potentiam ad opposita, est mutabile. Sicut quod potest esse & non esse, est mutabile secundum substantiam: & quod potest esse hic & non esse hic, est mutabile secundum locum. Ergo Deus est mutabilis secundum voluntatem.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Nume. 23. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur: neque vt filius hominis, vt mutetur.

CONCLVSIO.

¶Substantia diuina, & eius scientia cum sint inuariabilia, voluntatem quoque eius immutabilem esse necesse est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd voluntas Dei est omnino immutabilis. Sed circa hoc considerandum est, quòd aliud est mutare voluntatem, & aliud est velle aliquarum rerum mutationem. Potest enim aliquis eadem volũtate immobiliter permanente velle quòd nunc fiat hoc, & postea fiat contrarium. Sed tunc voluntas mutaretur, si aliquis inciperet velle, quod prius non voluit, vel desineret velle quod voluit. Quod quidem accidere non potest, nisi præsupposita mutatione vel ex parte cognitionis, vel circa dispositionem substantiæ ipsius voluntatis. Cum enim voluntas sit boni, aliquis de nouo dupliciter potest incipere aliquid velle. Vno modo sic, quòd de nouo incipiat sibi illud esse bonum, quod non est absque mutatione eius. Sicut adueniente frigore, incipit esse bonum, sedere ad ignem, quod prius non erat. Alio modo sic, quòd de nouo cognoscat illud esse sibi bonum, cum prius hoc ignorasset. Ad hoc enim consiliamur, vt sciamus quid nobis sit bonum. Ostensum est autem supra [c], quòd tam substantia Dei, quam eius scientia est omnino immutabilis. Vnde oportet voluntatem eius omnino esse immutabilem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q illud verbum domini, metaphorice intelligẽdum est, secundum similitudinem nostrã [c]. Cum enim nos pœnitet, destruimus quod fecimus: quamuis hoc esse posit absque mutatione voluntatis, cum etiam aliquis homo absque mutatione voluntatis interdum velit aliquid facere, simul intendens postea illud destruere. Sic igitur Deus pœnituisse dicitur secundum similitudinem operationis inquantum hominem quem fecerat, per diluuium à facie terræ deleuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd voluntas Dei cũ sit causa prima & vniuersalis, non excludit causas medias, in quarum virtute est vt aliqui effectus pducãtur. Sed quia omnes causæ mediæ non adæquant virtutem causæ primæ [c], multa sunt in virtute & scientia & voluntate diuina, quæ non continentur sub ordine causarum inferiorum, sicut resuscitatio Lazari. Vnde aliquis respiciens ad causas inferiores dicere poterat, Lazarus non resurget: respiciens vero ad causam primam diuinam poterat dicere, Lazarus resurget. Et vtrunque horum Deus vult, scilicet quòd aliquid quãdoq; sit futurũ secũdum causam inferiorem: quod tamen futurũ nõ sit secũdum causam superiorem, vel econuerso. Sic ergo dicẽdum est, quòd Deus aliquando pronuntiat aliquid futurum secundum quòd continetur in ordine causarum inferiorum, vt puta secundum dispositionem naturę vel meritorum: quod tamen non fit, quia aliter est in causa superiori diuina. Sicut cum prædixit Ezechię, Dispone domui tuæ, quia morieris & non viues (vt habetur Esa. 38.) neque tamen ita euenit, quia ab æterno aliter fuit in scientia & voluntate diuina quæ immutabilis est. Propter quod dicit Greg. quòd Deus immutat sententiam, non tamen mutat consilium, scilicet voluntatis suæ. Quod ergo dicit, pœnitentiam agam ego, intelligitur metaphoricè dictum. Nam homines quando non implent quod comminati sunt, pœnitere videntur.

¶Ad tertium dicendum, quòd ex ratione illa non potest cõcludi, quòd Deus habeat mutabilem volũtatem, sed quòd mutationẽ velit.

¶Ad quartũ dicendum, quod licet Deum velle aliquid non sit necessarium absolute, tamen necessarium est ex suppositione propter immutabilitatem diuinę voluntatis, vt supra dictum est [c].

ARTICVLVS VIII.

a *¶Vtrum voluntas Dei necessitatem rebus volitis imponat.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas Dei rebus volitis necessitatem imponat. Dicit enim Augu. in Enchi. Nullus fit

a *¶Super quæstionis decimanonæ Articulum octauum.*

Annot. IN titulo nota duo. Primo quòd hic est sermo de necessitate absoluta, qua quædam partes vniuersi dicuntur necessaria, vt corpora cælestia, & intelligentiæ: quædam vero contingentia vt fortuita, & casualia: & libera. Secundo quod aliud est quærere, vtrum omnia sint necessaria: & aliud est quærere, vtrũ omnibus volitis à Deo imponatur necessitas. primum enim non est præsentis negotij, quoniam non est hic consideratio de vniuerso, aut partibus eius, sed de diuina voluntate. Secundum autem importat, an ex hoc, quòd aliquid est volitum à Deo, sequatur illud esse in se necessariũ absolute. Et hoc hic quæritur: nil enim aliud ad hunc spectat tractatum, nisi quid ex diuina volitione res volitæ sortiuntur. hic est ergo sensus tituli.

117 *Cõment.* ¶In corpore tria facit. Primo ponit conclusionem responsiuam quæsito. Secundo tractat circa rationem illius conclusionis quandam opinionem. Tertio assignat ipse veram rationem conclusionis. ¶Quo ad primũ cõclusio respõsiua clare patet in litera. Diuina volũtas qbusdã volitis à se necessitatẽ imponit, & qbusdam nõ. ¶Quo ad secundum duo facit. Primo recitat opinionem, scilicet quòd quidam putarunt rationem huius esse disparitatem mediorum agentium: quia scilicet quædam agit per causas medias necessarias, & quædam per causas contingentes. Deinde reprehendit hanc opinionem dupliciter. Primo sic, Diuina voluntas est causa prima non impedibilis ob defectum cuiuscunq; causæ secundæ: ergo diuina voluntas non habet effectum contingentem propter causam secundam. & probatur consequẽtia: quia effectus primæ causæ est contingens propter defectum causæ secundæ: ex eo q impeditur effectus primæ causæ per defectũ secundæ: vt patet de Sole, & planta, respectu perficiendi fructus. Secundo ducendo ad incõueniens sic, distinctio necessarij à contingente refertur tantũ in causas secũdas: ergo est præter intentionem, & voluntatem diuinam: quod est inconueniẽs.

112. 12. q. 10. art. 4. Et 1. contra. ca. 85. Et lib. 2. cap. 29. & li. 3. c. 73. vsque 78. et 79. fin. Et veri. q. 23. art. 5. Et 1. periher. l. 14. col. 5.

¶Num effectus contingens propter contingentiam secundæ causæ proueniat ex impedimento primæ causæ semper.

Quæstio. ¶Circa primam rationem dubium est: eo quòd prima propositio, supra quam tota fundatur ratio, falsa videtur. Non enim distinguit inter modificari & impediri. Effectus enim contingens propter contingentiam secundæ causæ nõ prouenit ex impeditione semper primæ causæ, sed quandoque ex modificatione primæ causæ in secunda: & sic videtur intellexisse opinio illa, quòd quia diuina voluntas modificatur in causa contingente, ideo habet effectus contingentes.

Num

¶Num distinctio necessarij & contingentis referatur tantum in causas secundas cõtingentes, & propter hoc nõ sint effectus cõtingentes à Deo voliti.

Quæstio. ¶Circa secundam quoque rationem duplex dubitandi ratio occurrit. Tum quia antecedens recedit à quæsito, vt in titulo declaratum est. Loquitur enim de distinctione inter necessarium & contingẽs absolute: tum quia consequẽtia nihil valet. Dato enim quòd contingẽtia esset propter causas secundas, stat cõtingentiam esse volitam à Deo, quoniã ab eo sunt volitæ propter perfectionem vniuersi ipsæ causæ contingentes: & consequenter effectus earum: & sic vndique ruere videntur rationes ambæ. 220

¶Quæ sit vera contingentiæ causa.

Quæstio. ¶Circa ipsam opinionis reprehensionem etiã dubiũ occurrit, quoniã irrationabiliter reprehendi videtur. Quia dato, quòd sit aliqua alia altior causa contingentiæ, ipsa tamen natura causarũ secũdarum defectibilium seu liberarum, propria contingentiæ causa est: ac per hoc reprehensioni non debuit esse locus, quando effectui propria est reddita causa, quãuis nõ omnis. ¶Ad euidẽtiam horum sciendum est, q quãuis, vt in titulo dictũ est, alia quæstio formaliter sit de causa contingentiæ, & alia de causa contingentiæ volitæ à Deo: quia tamen voluntas diuina vnumquodque vult esse propter suam causam in quocunque genere causæ, coincidũt ambæ quæstiones quo ad materiam, & propterea non extra propositum, imò ad hoc necessarium est de causa contingentiæ differere. 115 Et reuera nihil aliud in dubium vertitur hic, nisi quæ sit prima propria radix contingentiæ: & hoc in genere causæ efficientis. ¶Nec descendit sermo præsens ad contingentiam talem vel talem, sed contingentiæ absolute. propriam ac primam radicem quærit, an scilicet sit aliqua conditio causarum secundarum, an sit aliqua conditio ipsius diuinæ voluntatis, quæ est prima omnium causa. ¶Et opinio quidem in litera recitata, ac reprehensa, credit radicem huiusmodi, esse conditionem secundæ causæ, id est defectibilitatem seu possibilitatẽ contradictionis in causis secũdis inuentam. Quod vt melius intelligatur, sciendũ est quòd instrumẽtum defectiuum dupliciter contingit cõcurrere ad artis opus. ¶Vno modo vt defectus non sit electus ab artifice, sed sit consequens instrumentum electum ex necessitate materiæ. ¶Secundo modo vt defectus ipse sit electus ab artifice. Verbi gratia. scriptor dupliciter potest vti malo calamo. Primo, quia statuit se vti omni genere calami. Secundo, quia statuit se facturum malas literas. In primo casu cum scriptor vtens calamo lapideo, malas format literas, aduertenda sunt duo. Primo quòd tam malitia calami, quàm malitia literarum non cadit sub electione scriptoris, sed consequitur malitia ex necessitate materiæ. ¶Non enim ipse malum elegit calamũ, sed quia omne genus calami elegit, ex necessitate lapideæ materiæ defectus in calamo resultauit: & propterea deformitas literarum reducitur vt in propriam & primam radicem in ipsam conditionem calami, & non in scriptorem, qui si idoneo vteretur calamo, bonas literas faceret: & sic conditio calami est impeditiua virtutis scriptoris modificatæ per calamum. In secundo vero casu deformitas literarum cum defectu calami sub electione cadit scriptoris: imò ex hoc ipso malum calamum elegit, vt malas literas formet, quatenus instrumentum habeat conforme malo effectui intento, & sic virtus scriptoris modificatur quidem in calamo malo, sed non impeditur, imò defectus ipse calami obsequitur eidem, quoniam electus est ad modificationem virtutis suæ, vt suauiter intentum defectuosum effectum attingat. ¶Tenet igitur ad propositum applicando, recitata opinio, quòd Deus gloriosus, quia omni genere causarum secũdarum vti statuerit, & infra latitudinem causarum secundarum inueniuntur quædam defectiuæ vel ad vtrũlibet, propterea sequatur cõtingentia. Et sic intellecta opinio hæc, optime reprehensa est: est enim reprehensibilis, vt in litera dicitur ob modestiam autoris: quia insufficienter causam reddit contingentiæ: imò vt in fine corporis huius articuli tangitur, & ex dictis iam patere potest, propriam causam contingentiæ non reddidit. Quoniam dum conditionem secundæ causæ propriam radicem dixit, primæ causæ in qua est vera radix locum non reliquit, vt in exemplo dato apparet. Et per hoc patet solutio tertiæ dubitationis. ¶Reprehensa quoque rationabiliter vtroque ex medio: quoniam virtutem primæ causæ modificari in secunda etsi contingat dupliciter, scilicet cum impedimento & sine impedimento eius, vt in exemplo dato manifestum est: vtrobique enim virtus scriptoris malò modificata est calamo, semper tamen quando defectus in effectu reducitur in conditionem causæ secundæ tanquam in primam radicem, oportet quòd conditio causæ secundæ sit impediens: & non solum modificans primæ efficaciam. Et quia sic opinio illa tenet, ideo prima ratio efficax contra ipsam est: & sic prima dubitatio clarificata est. Ad ea autem quæ in secunda dubitatione allata sunt, ex eodem fundamento patet responsio: non enim recessum est à proposito: quia quæstiones, vt iam diximus, quo ad materiam coincidunt. ¶Neque sub directa voluntate diuina caderet contingentia, sed esset in vniuerso ex necessitate materiæ, id est ex necessitate naturarum causarum secundarum, vt in exemplo dato apparet: hoc autem est valde inconueniens: quoniam contingentia est de primis partibus entis, & inuenitur in naturis pure sensibilium, & in naturis pure intellectualium, & in natura media inter vtranque, puta humana.

saluus, nisi quem Deus voluerit saluari. Et ideo rogandus est vt velit, quia necesse est fieri si voluerit.

¶Præterea, Omnis causa, quę non potest impediri, ex necessitate suum effectum producit: quia & natura semper idem operatur, nisi aliquid impediat, vt dicitur in 2. Physic. sed voluntas Dei non potest impediri [c]. dicit enim Apost. ad Roma. 9. Voluntati enim eius quis resistit? Ergo voluntas Dei imponit rebus volitis necessitatem.

¶Præterea, Illud, quod habet necessitatem ex priori est necessarium absolute. Sicut animal mori est necessariũ, quia est ex cõtrariis compositũ. Sed res creatæ à Deo comparantur ad voluntatem diuinam sicut ad aliquid prius, à quo habent necessitatem: cũ hęc conditionalis sit vera est necessaria. sequitur ergo, qđ omne, quod Deus vult, sit necessariũ absolute.

¶SED CONTRA, Omnia bona, quæ fiunt, Deus vult fieri. Si igitur eius voluntas imponat rebus volitis necessitatem, sequitur quòd omnia bona ex necessitate eueniunt. Et sic perit lib. arbitrium, & consiliũ, & omnia huiusmodi.

CONCLVSIO.

¶Diuina voluntas non omnibus, sed quibusdam necessitatem imponit, quibus s. causas necessarias aptauit, cõtingẽtibus autẽ aptauit cõtingẽtes causas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd diuina voluntas quibusdam volitis necessitatem imponit, non autem omnibus. Cuius quidem rationem aliqui assignare voluerunt ex causis mediis: quia ea, quæ producit per causas necessarias, sunt necessaria: ea vero, quæ producit per causas contingentes sunt contingentia [c]. Sed hoc non videtur sufficienter dictum propter duo. Primo quidem: quia effectus alicuius primæ causæ est contingens propter causam secundam, ex eo quòd impeditur effectus causæ primæ per defectum causæ secundæ. Sicut virtus solis per defectum plantæ impeditur. Nullus autem defectus causæ secundæ impedire potest quin voluntas Dei effectum suum producat [c]. Secundo quia si distinctio contingentium à necessariis referatur solum in causas secundas, sequitur hoc esse præter intentionem & voluntatem diuinam: quod est inconueniens. Et ideo melius dicendum est, quòd hoc contingit propter efficaciam diuinæ voluntatis. Cum enim aliqua causa efficax fuerit ad agendum, effectus consequitur causam: non tantum secundum id quod fit, sed etiam secundum modum fiendi vel essendi. Ex debilitate enim virtutis actiuæ in semine contingit quòd filius nascitur dissimilis patri in accidentibus, quæ pertinent ad modum essendi. Cum igitur voluntas diuina sit efficacissima, non solum sequitur quòd fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed q eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult. Vult autẽ quædã fieri Deus necessario, quædã contingẽter, vt sit ordo in rebus ad cõplemẽ-

Cõment. ¶Quo ad tertium tria facit. ¶Primo reddit causam veram propositæ conclusionis dicens, quòd est efficacia diuinæ voluntatis. ¶Secũdo manifestat hoc sic. effectus consequitur causam efficacem, nõ tamen secundũ id quod fit, sed etiam secũdum modum essendi vel fiendi: ergo ea, quæ Deus vult fieri, sortiuntur à voluntate sua, non solũ quòd fiãt, sed etiam modum quo vult quòd sint & fiant: ergo quædam ab ea habent quòd fiant necessario, & quædam contingenter. 22 ergo ex hoc quibusdam effectibus adaptauit causas necessarias, & quibusdam contingentes: non imponit ergo omnib9 volitis necessitatem diuina voluntas: quia tantæ efficaciæ est vt fiant res etiã quomodo vult. 120 Antecedens manifestatur in litera in generatione filij quo ad similitudinem accidentium. prima vero cõsequentia probatur: quia voluntas Dei est efficacissima causa. secunda autem, quia Deus vult contingẽtiam & necessitatem: quod probatur ex causa finali: propria scilicet ex perfectione vniuersi. tertia autẽ manifestatur: quia contingentia præexigunt causas contingentes: & necessaria necessarias vt proximas & conformes sibi causas: aliter enim non essent omnia disposita suauiter. Vltima autem patet de primo ad vltimum. ¶Tertio ex determinatione iam facta redit ad reprehendendum prærecitatam opinionem dicens, quòd est totum oppositum eius, quod illa dixerat: quoniam ex hoc sequitur, quòd ideo Deus voluit causas contingentes, quia voluit contingentia in vniuerso: & non econuerso: quia causæ contingentes sunt volitæ, ideo consecutiue volita est contingentia. Et hæc quidem iam in exemplis suprà positis explanata sunt. Ad pleniorem tamen determinationis huius intelligentiam scire debent nouitij, quòd aliud est velle aliquid, & aliud est facere illud, vt in nobis experimur, & propterea in illa voluntate, quæ non solum est voluntas, sed efficax causa, quamuis respectu causabilis idem sit velle & facere: ex velle tamen discurri conceditur ad facere: & sic in litera, quia Deus vult res & modos essendi ac fiendi rerum, ad efficere proceditur vt scilicet quia illud velle efficacissimum est, & res & modi voliti fiunt.

Annot. De Radice vera cõtingentiæ. ¶Circa istam materiam, quoniam hic est proprius locus, iterum sciendum est, quòd post hæc scripta diui Thomæ noua surrexit opinio de prima radice contingentiæ, posita à Scoto in primo sentent. distinct. 2. quæst. 2. & distin. octaua, quæst. 2. & distinct. trigesimanona. quæst. Credit enim, quòd prima radix contingentiæ sit quidem conditio diuinæ voluntatis, & in hoc concordat nobiscum: sed nos dicimus, quòd illa conditio est summa efficacia illius; ipse autem dicit, quòd est contingentia illius. Et quantum ad propositum spectat, nomine contingentiæ in diuina voluntate, intendit libertatem illius, ita quòd imaginatur, quòd quia Deus libere vult & causat, ideo est contingentia in vniuerso, adeóq; huic scientiæ inhæret vt dicat nihil posse euenire contingenter, si Deus omnipotens libere non causaret: dixitque Aristot. cum cæteris philosophis contradictoria concessisse, cum aliquid contingenter fieri asseruerunt: & tamen Deum agere de necessitate putauerunt. Affert autem complura tum ad probationem, tum ad defensionem suæ positionis. Verum, quia quædam spectant ad contingentiam talium, id est, rerum subditarum corporibus cælestibus: & de his erit sermo proprius, cum de gubernatione rerum inferius agetur, ideo illa tantum hic afferenda censui quæ contingentiam absolute respiciunt. Afferam ergo primo rationes suas, deinde dicam quid mihi de hac opinione videtur. tertio respondebitur rationibus eius. ¶Prima ratio & potissima, quæ mouit Scotum est hæc. Causa mouens inquantum mota, si necessario mouetur, necessario mouet. sed omnis causa secunda est mouens inquantum mota à prima, ergo si necessario mouetur, necessario mouet: igitur si prima causa non contingenter causat, nihil in vniuerso contingenter fit: & sic contingentia in vniuerso est, ex hoc quòd Deus contingenter vult & causat. & probatur minor: quia nulla causa secunda agit aliquid nisi in virtute primæ. ¶Secunda ratio est. prima causa prius naturaliter respicit effectum, quàm quæcunque alia causa: ergo si necessario causat, omnis effectus in illo priori habet necessariam habitudinem ad ipsam: ergo nullus effectus fit contingenter. & probatur secunda sequela: quia impossibile est, quòd idem effectus habeat habitudinem contingentis & necessarij, respectu tam eiusdem quàm diuersarum causarum. Videtur autem mihi hanc opinionem & in se & in suis fundamentis esse falsam. ¶Primo, quia ex ipsa sequitur hanc partem vniuersi non esse à Deo vt ab agente à proposito. Quod est & contra Theologos, & contra Philosophos; & probatur sequela sic. effectus agentis à proposito vt sic oportet esse electum ab eo, vt patet 9. Metaphysi. vbi potentia rationalis à prohæresi determinari ad agendum dicitur: sed si contingentia oritur ex modo volendi ipsius Dei, ipsa non est electa, sed consequens modum eligendi. ergo ipsa non est effectus Dei vt agentis à proposito. Et sic contingentia est in vniuerso præter intentionem Dei: vtpote consequens modum volendi eius, non volitionem ipsam. ¶Secundo, quia dato quòd diuina voluntas non libere, sed naturali necessitate vellet & cau-

sarct, salua tamen efficaciæ suæ virtute hoc vniuersum quale nunc est, adhuc contingentia saluaretur. Tum quia essent causæ defectibiles. Tum quia essent agentia libera; puta homines. Et hoc euidentius apparet, si fingamus mundum non esse à Deo, sed quasi ex se: tunc enim manifeste apparet, quòd ex hoc ipso, quòd non omnis effectus habet per se causam, aliquid contingenter euenit, vt patet 6. Metaphy.

¶Ad primam autem rationem Scoti multipliciter responderi potest. ¶Primo distinguẽdo ly mota, seu ly mouetur. Dupliciter enim contingit secundam causam moueri à prima. (238) Vno modo motione præuia propriæ actioni, sicut baculus mouet lapidem motus à manu. Alio modo motione cooperatiua intrinsece propriæ actioni. & quicquid sit de maiore in primo sensu, (117) in secundo tamen est falsa: in quo tantum verificatur minor. non enim oportet cum aliquis vult aliquid, seu cum sol illuminat primam causam præuia motione cooperari, sed sufficit & exigitur eam intrinsece cooperari tali electioni vel illuminationi. & hoc qa cooperatio in vnoquoq; est secundũ naturam vniuscuiusque, sic enim disponit omnia suauiter. Vnde siue necessario siue libere cooperetur Deus, nihil minus creata voluntas libere vtitur illa cooperatione.

123 2. di. 46. articu. 4. Et 1. contra c. 95. Et lib. 2. c. 25. fin. Et po. q. 1. arti. 6. & 5. quo. q. 3. art. 2.

¶Secundo distinguendo ly inquantum mota, quoniam potest denotare causam præcisam, & potest denotare concausam. ☞ Et si quidem denotet causam præcisam, minor est falsa. non enim causa secunda mouet ob hoc præcisè, quia mouetur, sed etiam ex virtute propria. Si autem denotet concausam, maior est falsa: quoniam stat causam secundam necessario moueri à prima; & cum hoc ipsum moueri modificari ex natura causæ secundæ: & sic mouere causæ secundæ prouenit non ex moueri tantum, sed ex moueri & (97) modo proprio ipsius causæ secundæ. Ex tali autem modo consurgere potest, quòd non necessario mouet, vt patet in causis defectibilibus. illa autem propositio adiuncta scilicet causa secunda, nihil agit nisi in virtute primæ, non iuuat: quoniam non est sensus quod causa secunda nullam virtutem habeat nisi primæ, sed quod ipsa secunda nullum effectum producit, nisi virtute primæ concurrente, & coniungente virtutem secundæ suo effectui: quoniam prima omnia attingit immediate immediatione virtutis, vt in quæstione 8. declaratum est. Ad secundam vero rationem dicitur, quòd prima consequentia nihil valet: quoniam prima causa non attingit effectum secundæ causæ in seipsa, sed modificata cooperatione sua iuxta modum ipsius causæ secundæ, & propterea effectus secundæ causæ in illo priori haberet necessariam habitudinem ad primam, sed solam ex se cõtingenter fieri habitudinem haberet. Illa enim propositio assumpta non est sic intelligenda: quasi sit aliqua duratio naturæ, in cuius primo instanti causa prima respiciat effectum: & in secundo causa secunda. ☞ Puerilis enim hic est sensus, ex quo tamen consequentia processisse videtur, sed est intelligenda quo ad independentiam & intimitatem. attingit enim prima causa effectum secundæ & independentis & intimius quàm secunda, vt patet in principio libri de causis. Et propterea dicitur respicere prius. Ex hoc autem sensu nihil consequentiam valere patet.

tum vniuersi. Et ideo quibusdam effectibus aptauit causas necessarias, quæ deficere non possunt, ex quib⁹ effectus de necessitate proueniunt. quibusdam autem aptauit causas contingentes defectibiles, ex quibus effectus contingenter eueniant[e]. Non igitur propterea effectus voliti à Deo eueniunt cõtingenter, quia causæ proximæ sunt contingentes, sed propterea, quia Deus voluit eos contingenter euenire, contingentes causas ad eos præparauit.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd per illud verbum August. intelligenda est necessitas in rebus volitis à Deo, non absoluta, sed conditionalis[e]. Necesse est enim hanc conditionalem veram esse, si Deus hoc vult, necesse est hoc esse.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex hoc ipso quòd nihil voluntati diuinæ resistit, sequitur quòd non solum fiant ea, quæ Deus vult fieri, sed quòd fiant contingenter vel necessario, quæ sic fieri vult.

¶Ad tertium dicendum, quòd posteriora habent necessitatem à prioribus secundum modum priorum. vnde & ea, quæ fiunt à voluntate diuina, talem necessitatem habent, qualem Deus vult ea habere, scilicet, vel absolutam, vel conditionalem tantum. Et sic non omnia sunt necessaria absolute.

ARTICVLVS IX.

a *¶Vtrum voluntas Dei sit malorum.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quòd voluntas Dei sit malorum. Omne enim bonum, quod fit, Deus vult: sed mala fieri bonum est. Dicit enim August. in Enchi. Quamuis ea, quæ mala sunt, inquantum mala sunt, non sint bona, tamen vt non solum sint bona, sed etiam vt sint mala, bonum est fieri. Ergo Deus vult mala.

¶Præterea, dicit Diony. 3. cap. de di. no. Erit malum ad omnis, id est, vniuersi perfectionem conferens. Et August. dicit in Enchi. Ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. in qua etiam illud, quod malum dicitur bene ordinatum, & loco suo positum, eminentius commendat bona, vt magis placeat, & laudabiliora sint dum comparantur malis. Sed Deus vult omne illud, quod pertinet ad perfectionem & decorem vniuersi[e], quia hoc est, quod Deus maxime vult in creaturis. Ergo Deus vult mala.

¶Præterea, Mala fieri, & non fieri sunt contradictorie opposita: sed Deus non vult mala non fieri, quia cum mala quædam fiant, non semper voluntas Dei impleretur. Ergo Deus vult mala fieri.

¶SED CONTRA est, quod dicit Aug. in lib. 83. quæst. Nullo sapiente homine autore, fit homo deterior. Est autem Deus omni sapiente homine præstantior, multo igitur minus Deo autore fit aliquis deterior. illo autem autore fit aliquid quod fit illo volente. Non ergo volẽte Deo fit homo deterior. Cõstat autem quòd quolibet malo fit aliquis deterior. Ergo Deus non vult mala.

CONCLVSIO.

¶Cum nil magis Deus velit quàm bonitatem suã, cui culpæ malum oppositum est, & ex aliis bonis vnũ alio magis velit: culpæ malum nullo modo vult, malum vero naturalis defectus, ac pœnæ, nonnunquam ipsum velle non dedecet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum ratio boni sit ratio appetibilis (vt suprà dictum est[c]) malum autem opponatur bono: impossibile est quòd aliquod malum inquantum huiusmodi appetatur nec appetitu naturali, nec animali nec intellectuali, qui est voluntas. Tamen aliquod malum appetitur per accidens[e], inquantum consequitur ad aliquod bonum. Et hoc apparet in quolibet appetitu. Non enim agens naturale intendit priuationem vel corruptionem, sed formam, cui coniungitur priuatio alterius formæ: & generationem vnius, quæ est corruptio alterius. Leo enim occidens ceruum, intendit cibum, cui coniungitur occisio animalis. Similiter fornicator intendit delectationem, cui coniungitur deformitas culpæ. Malum autem, quod coniungitur alicui bono, est priuatio alterius boni. Nunquàm igitur appeteretur malum, nec per accidens, nisi bonum, cui coniungitur malum, magis appeteretur, quàm bonum quod priuatur per malum. Nullum autem bonum Deus magis vult, quàm suam bonitatem. Vult tamen aliquod bonum magis quàm aliud quoddam bonum. Vnde malum culpæ, quod priuat ordinem ad bonum diuinum, Deus nullo modo vult, sed malum naturalis defectus, vel malum pœnæ vult, volendo aliquod bonum, cui coniungitur tale malum. Sicut volendo iustitiam vult pœnam, & volendo ordinem naturæ seruari, vult quædam naturaliter corrumpi[e].

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quidam dixerunt, quòd licet Deus non velit mala, vult tamen mala esse vel fieri, quia licet mala non sint bona, bonum tamen est mala esse, vel fieri. Quod ideo dicebant, quia ea, quæ in se mala sunt, ordinantur ad aliquod bonum. Quem quidem ordinem importari credebant in hoc, quòd dicitur mala esse vel fieri. Sed hoc non rectè dicitur, quia malum non ordinatur ad bonum per se, sed per accidens. Præter intentionem enim peccantis est, quod ex hoc sequatur aliquod bonum. Sicut præter intentionem tyrannorum fuit, quòd ex eorum persecutionibus clareseceret patientia martyrum. Et ideo non potest dici, quòd talis ordo ad bonum importetur per hoc, quod dicitur, quòd malum esse vel fieri sit bonum, quia nihil iudicatur secundum illud, quod competit ei per accidens, sed secundum illud, quod competit ei per se.

¶Ad secundum dicendum, quòd malum non operatur ad perfectionem & decorem vniuersi, nisi per accidens, vt dictum est[e]. Vnde & hoc quod dicit Diony. quòd malum est ad vniuersi perfectionem conferens, concludit inducendo quasi ad inconueniens.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet mala fieri & mala non fieri, contradictorie opponantur: tamen velle mala fieri & velle mala non fieri, non opponuntur contradictorie, cum vtrunq; sit affirmatiuum. Deus igitur neque vult mala fieri, neque vult mala non fieri, sed vult permittere mala fieri. Et hoc est bonum.

a *¶Super Quæstionis decimænonæ Articulum nonum.*

Annota. IN titulo aduerte duo. ☞ Primo quòd voluntas hic non sumitur vt se extendit ad velle & nõ velle, eo modo quo (25) videre se extendit ad videre & non videre: dum visu percipimus tenebras. Constat enim bonum & malum opponi, (26) & ad voluntatem spectare per velle aut non velle. Nec rursus sumitur velle vt se extendit ad velle & nolle: quoniam constat Deũ multa mala nolle, quæcunque scilicet non permittit suos electos incurrere: sed sumitur velle proprie pro actu positiuo per modum acceptantis: nolle enim significat actum positiuum, sed per modum repellentis: & quod sic sumatur hic voluntas, patet ex ratione, quæ in litera ponitur ad probandam conclusionem responsiuam: in hoc enim solo sensu probatur. ☞ Secundo, quòd malum est priuatio boni debiti: oportet enim omnes has conditiones habere negationem, si mali rationem habet. (b 130) Malum vero pœnæ præter hoc includit rationem inuoluntarij, culpæ autem volũtarij. hic autem quæritur de malo in communi. respondebitur autem distincte.

Cõment. ¶In corpore vna est conclusio respõsiua quæsito, habens tamen plures partes: Deus nullo modo vult malum culpæ, vult tamen per accidens malum naturalis defectus, & malum pœnæ. ☞ Probatur. malum bono opponitur: ergo impossibile est malum appeti, nisi coniunctum bono magis appetito quàm alterum bonum priuatum per malum: ergo impossibile est malum culpæ esse volitum à Deo, possibile tamen est malum tam naturalis defectus, quàm pœnæ esse à Deo volitum. prima cõsequentia probatur: (a) quia ratio boni est ratio appetibilis. & quo ad primam partem declaratur, atque manifestatur in omni genere appetitus, scilicet naturalis, animalis, & intellectualis: in actione naturali, & appetitu leonis, & voluntate fornicatoris. Quo ad secundam autem partem probatur: quia omne malum coniunctum alicui bono est priuatio alterius. secunda autem consequentia, quo ad primam partem probatur: quia nihil est magis volitum à Deo quàm bonum suum, cui malum culpæ opponitur. quo ad secundam manifestatur: quia Deus vult vnum bonum magis alio, & in pœnalibus quidem magis vult iustitiam quàm bonum pœna priuatum; in naturalibus quoque magis vult ordinem naturæ, quàm vitam huius agni comesti à lupo.

¶Circa

124 2 dist. 25. q. 1. art. 1. Et 1. contra. c. 88. Et veri. quæst. 23. articu. 3. & mal. quæst. 16. articu. 5. corolla.

¶Num malum culpæ non sit à Deo volitum, quia priuat ordine ad bonum diuinum.

¶Circa probationem secundæ cõsequentiæ aduerte, quòd in litera non dicitur, quòd malũ culpæ priuat bono diuino, sed quòd priuat ordine ad ipsum. ☞ Et propter hoc dubium oritur, quia nihil videtur valere illa ratio: (123 Quæstio.) omne enim malum priuat aliquo ordine ad bonitatem diuinam: quoniam omnis ordo ad eam est, sicut ad vltimum finem, & primum fontem &c. ergo ex hoc quòd malum culpæ priuat ordine ad bonum diuinum, non sequitur quòd non possit esse volitum à Deo per accidens, & si de ipso sequitur, ergo & de quolibet alio malo. ¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd malum culpæ in hoc differt à cæteris malis, (412) quòd ipsum quantum est ex se est priuatiuum boni diuini (113) secundum seipsum, (412) si esset priuabile: quemadmodum (117) amor amicitiæ erga Deum est positiuum boni diuini secundum se, si esset ponibile: cætera autẽ mala respiciunt bonitatem diuinam in aliquo particulari effectu. ☞ Et propterea caute in litera vtrunque insinuatum est. scilicet, & quòd priuaret bono diuino (116) secundum se, in hoc quod (117) dixit, quòd Deus nihil magis vult quàm bonitatem suam: & quòd de facto nõ priuat ipso, sed ordine ad ipsum, quod intellige secũdum seipsum, vt hinc habeas differentiam à cæteris (125 2. di. q. 5. arti. vlti. & ver. q. 13. arti. 3.) malis. Et per hoc patet responsio ad dubium. Non enim est eadem ratio de ordine ad diuinam bonitatem secundum seipsam, & de ordine ad eam secundum aliquam certam participationem ipsius.

Annot. ¶In responsione ad primum aduerte duo. ☞ Primo, quòd in litera iudicium de malo culpæ secundum se fit ex intentione peccantis, propterea, quia malum culpæ non est effectus reducibilis in causas superiores, (a, d, e) sed pro propria (14) causa habet ipsum peccantem (70) vt sic. Iudicium autem de vnaquaque re (73) secundũ propriam eius (121 a) causam agendum est. (7 a a) ☞ Secundo, quòd autoritati August. arguendo adductæ nihil in litera respondetur, & nisi sit defectus codicis, omissa non videtur: quia ex dictis hic apparet glossa illorum verborũ Augustini, scilicet quòd intelligenda sunt per accidens; mala enim esse est (84) bonum fieri non per se, sed per accidens.

a *¶Super quæstionis decimænonæ Articulum decimum.*

ARTICVLVS X.

a *¶Vtrum Deus habeat liberum arbitrium.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non habeat liberum arbitrium. Dicit enim Hieronymus in Homelia de filio prodigo, Solus Deus est, in quem peccatum non cadit, nec cadere potest: cætera, cum sint liberi arbitrij, in vtranque partem flecti possunt.

¶Præterea, Li. arbitrium est facultas rationis & voluntatis, qua bonum & malum eligitur: sed Deus non vult malum, vt dictum est[c]. Ergo lib. arbitrium non est in Deo.

¶SED CONTRA est, qđ dicit Ambrosius in lib. de trin. Spiritus sanctus diuidit singulis prout vult: id est, libero voluntatis arbitrio, non necessitatis obsequio.

CONCLVSIO.

¶Deus liberum arbitrium habet respectu aliorum à se, quæ non necessario vult, respectu sui vero nullam libertatem habet, cum se necessario velit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd lib. ar. habemus respectu eorum, quæ non necessario volumus, vel naturali instinctu. Non enim ad li. ar. pertinet quòd volumus esse felices, sed ad naturalem instinctum[e]. Vnde & alia animalia, quæ naturali instinctu mouentur ad aliquid, non dicuntur lib. arb. moueri[c]. Cum igitur Deus ex necessitate suam bonitatem velit, alia vero non ex necessitate (vt suprà ostensum est[c].) respectu illorum, quæ non ex necessitate vult, lib. ar. habet.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Hierony. videtur excludere à Deo lib. ar. non simpliciter, sed solum quantum ad hoc quod est deflecti in peccatum.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum malum culpæ dicatur per auersionem à bonitate diuina: per quam Deus omnia vult (vt suprà ostensum est[e]) manifestum est quod impossibile est eum malum culpæ velle. Et tamen ad opposita se habet inquantum velle potest hoc esse, vel non esse. Sicut & nos nõ peccando possumus velle sedere, & nõ velle sedere.

ARTICVLVS XI.

a *¶Vtrum sit distinguenda in Deo volũtas signi.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit distinguenda in Deo voluntas signi. Sicut enim voluntas Dei est causa rerum, ita & scientia. Sed non assignantur aliqua signa ex parte diuinæ scientiæ. Ergo neque debent assignari aliqua signa ex parte diuinæ voluntatis.

¶Præterea, Omne signum, quod non concordat ei, cuius est signum, est falsum. Si igitur signa, quæ assignantur circa voluntatem diuinam, non concordant diuinæ voluntati, sunt falsa: si autem concordant superflue assignantur. Non igitur sunt aliqua signa circa voluntatem diuinam assignanda.

¶SED CONTRA est, quòd voluntas Dei est vna, cum ipsa sit Dei essentia: quandoque autem pluraliter significatur, vt cum dicitur, Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Ergo oportet, quòd aliquando signum voluntatis pro voluntate accipiatur.

CONCLVSIO.

¶Distinguitur in Deo voluntas signi à voluntate simpliciter, siue beneplaciti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in Deo quædam dicũtur proprie, & quædam secundum metaphoram, vt ex suprà dictis patet[c]. Cum autem aliquæ passiones humanæ in diuinam prædicationem metaphorice assumuntur, hoc fit secundum similitudinem effectus. vnde illud, quod est signum talis passionis in nobis, in Deo nomine illius passionis metaphorice significat. Sicut apud nos irati punire consueuerunt. Vnde ipsa punitio est signum iræ. Et propter hoc ipsa punitio nomine iræ significatur, cum Deo attribuitur. Similiter id, quod solet esse in nobis signum voluntatis, quandoque metaphorice in Deo voluntas dicitur. Sicut cũ aliquis præcipit aliquid, signum est, quòd velit illud fieri: Vnde præceptum diuinum quãdoque metaphorice voluntas Dei dicitur, secundum illud Matthæi 6. Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra. Sed hoc distat inter voluntatem & iram: quia ira de Deo nunquam proprie dicitur, cũ in suo principali intellectu includat passionem: voluntas autem proprie de Deo dicitur. Et ideo in Deo distinguitur voluntas proprie, & metaphorice dicta. Voluntas enim proprie dicta vocatur voluntas beneplaciti. Voluntas autem metaphorice dicta est voluntas signi, eo quòd ipsum signum voluntatis voluntas dicitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod scientia non est causa eorum, quæ fiunt, nisi per voluntatem[e]. Non enim quæ scimus facimus, nisi velimus. Et ideo signum non attribuitur scientiæ, sicut attribuitur voluntati.

¶Ad secundum dicendum, quòd signa voluntatis dicuntur voluntates diuinæ, non quia sint signa quòd Deus velit, sed quia ea, quæ in nobis solent esse signa volendi, in Deo diuinæ voluntates dicuntur. Sicut punitio non est signum quòd in Deo sit ira, sed punitio ex eo ipso quòd in nobis est signum iræ, in Deo dicitur ira.

ARTICVLVS XII.

a *¶Vtrum conuenienter circa diuinam voluntatem ponantur quinque signa.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. videtur quòd inconuenienter circa diuinam voluntatem ponantur quinque signa, scilicet prohibitio, præceptum consilium, operatio, & permissio. Nam eadem, quæ nobis præcipit Deus, vel consulit, in nobis quandoque operatur: & eadem, quæ prohibet, quandoque permittit. Ergo non debent ex opposito diuidi.

¶Præterea, Nihil Deus operatur, nisi volens, vt dicitur Sapientiæ 2. Sed voluntas signi distinguitur à volũtate beneplaciti. Ergo operatio sub voluntate signi cõprehendi nõ debet.

¶Præterea, Operatio & permissio communiter ad omnes creaturas pertinent, quia in omnibus Deus operatur, & in omnibus aliquid fieri permittit. Sed præceptum, consilium, & prohibitio pertinent ad solam rationalem creaturam. Ergo non veniunt conuenienter in vnam diuisionem, cum non sint vnius ordinis.

¶Præterea, Malum pluribus modis contingit quàm bonum: quia bonum contingit vno modo, sed malum omnifariam, vt patet per Philosophum in 2. ethic. & per Diony. in 4. c. de di. no. Incõuenienter igitur respectu mali assignatur vnum signum tantum, scilicet prohibitio, respectu vero boni duo signa, scilicet consilium & præceptum.

CONCLVSIO.

¶Quinque signis diuina dignoscitur voluntas, quæ & voluntas signi denominatur, scilicet prohibitio & permissio respectu mali, præceptum, consilium, & operatio respectu boni.

¶RESPONDEO dicendum, quòd huiusmodi signa voluntatis dicuntur ea, quibus consueuimus demonstrare nos aliquid velle. potest autem aliquis declarare se velle aliquid vel per seipsum, vel per alium. per seipsum quidem inquantum facit aliquid vel directe vel indirecte, & per accidẽs. Directe quidem, cum per se, aliquid operatur. & quantum ad hoc dicitur esse signum operatio. Indirecte autem inquantum non im-

TItulus in corpore & ex vsu clarus est, quo ad quid nominis: quòd hic sufficit.

¶In corpore vna conclusio responsiua. Deus habet liberum arbitrium. Probatur. Deus vult non ex necessitate alia à se. ergo respectu illorum habet liberum arbitrium. probatur consequentia: quia liberum arbitrium est eorum, quæ non necessario, vel naturali instinctu sunt volita: quod manifestatur: & in nobis respectu felicitatis: & in aliis animalibus, respectu eorum, quæ naturali instinctu appetunt.

a *¶Super Quæstionis decimænonæ Articulum vndecimum.* 84

TItulus in corpore declarabitur, quo ad illum terminum voluntas signi, ly vero distinguenda, signat non participationem ipsius voluntatis signi in plures, sed distinctionem ipsius à voluntate bene placiti, de qua hactenus habitus est sermo. Ita quòd sensus quæstionis est, vtrum distinguenda sit voluntas signi in Deo à voluntate simpliciter, seu beneplaciti. Annot.

126 1. dist. 45. artic. 4. Et veri. quæst. 23. articu. 3. Cõment.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, in Deo distinguitur voluntas signi à voluntate simpliciter. ☞ Manifestatur, in Deo signum voluntatis dicitur voluntas: ergo voluntas dicitur in Deo metaphorice: ergo distinguenda est voluntas signi à voluntate beneplaciti. Antecedens declaratur autoritate Matthæi 6. consequentia vero prima manifestatur ex proportionalitate signi alicuius passionis & signi volitionis: vt patet in ira & punitione &c. secunda autem consequentia manifestatur ex differentia inter iram & voluntatem: in hoc quòd illa inuenitur etiam proprie in Deo, & ex terminis: quia voluntas signi nihil aliud est quàm[n] voluntas metaphorice dicta: voluntas vero beneplaciti, est voluntas proprie dicta. Vnde patet quòd distinctio voluntatis diuinæ in voluntatem beneplaciti & signi non est distinctio rei, sed vocis in suas significationes.

a *¶Super Quæstionis decimænonæ Articulum duodecimum.*

TItulus in primo argumento explanatur, dum explicantur ipsa quinque signa in hoc versu contenta. Præcipit, ac prohibet, permittit, consulit, implet. Annota.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua affirmatiue. Ista quinq; signa conuenienter ponuntur circa diuinam voluntatem. ¶Manifestatur primo ex parte volentis, ex eo quòd his quinque modis declaramus nos aliquid velle. Secundo ex parte voliti, ex eo quòd distinguuntur penes præsens, vel futurum malum & bonum, necessariū & superabūdans, interseritúrq; ꝙ ita sit de facto. s. ꝙ hæc quinq; dicantur diuinæ voluntates autoritate Matth. 6. & Augustini.

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum primum.*

Annota. Titulus clar⁹ est, quærit enim de inesse formaliter. Iam enim manifestum est omnia in Deo esse virtualiter.

Coment. ¶In corpe vnica est conclusio respōsiua quæsito affirmatiue. In Deo est amor. ¶Probat' motus voluntatis & cuiuslibet appetitiuæ virtutis tēdit in bonū p se, in malū aūt per aliud: ergo prim⁹ volūtatis motus & cuiuslibet appetitiuæ virtutis est in bonū in cōi: ergo primus act⁹ volūtatis & appetitus est amor: ergo in quocūque est volūtas vel appetitus oportet esse amorem: ergo in Deo necesse est ponere amorē. Antecedens declarat' quia malum non cadit sub appetitu: nisi inquātum apponitur bono. ¶Cōsequentia vero prima quo ad primam partē, s. ꝙ primus actus tendat in bonū. Probatur ex eo ꝙ id quod est per se, prius est eo quòd est per aliud. Quo ad secūdā vero scilicet, in cōi, quia cōmuni⁹ naturaliter est prius: cui⁹ signū ad propositū est, ꝙ intellectus prius respicit verū cōe quàm vera particularia. ¶Secūda aūt cōsequentia pbatur ex differētia obiecti amoris ad obiecta aliorū actuū volūtatis & appetitus: quia amor est respectu boni in cōi: desideriū aūt spes & delectatio respectu boni specialis, puta pñtis vel futuri. Et cōfirmatur ex hoc, ꝙ oēs alij motus appetitiui nascunt' ex amore: qđ manifestatur inductiue in actibus desiderij, gaudij, odij, tristitiæ &c. ¶Tertia aūt consequentia probatur: q a remoto primo remouentur alia. ¶Quarta aūt probatur: quia in Deo est volūtas.

Annot. ¶Circa prædicta duo occurrunt notanda, ¶Primo, ꝙ cum in litera dicitur, ꝙ amor respicit bonū in cōi, ly in cōmuni, non significat idē quod vniuersale, sed significat idem quod absolute. Amor enim omnis est boni absq; alia limitatione, delectatio autem est boni cōiuncti &c. Dixit autē hoc: quia litera vsq; ad vltimam consequentiam loquitur tam de amore, qui est in appetitu sensitiuo, quē cōstat non attingere bonū secūdū sensum vniuersale, hoc absolute. Nec tamen efficaciæ illius probationis, ꝙ est cōmuni⁹ naturaliter est prius, per hoc aliquid adimitur: quoniam bonum absolute, ad bonum cū certa conditione se habet proportionaliter, vt cō-

pedit operationem, nam remouens prohibēs dicitur mouens per accidens, vt dicitur in 8. Physic. Et quantum ad hoc dicitur signum permissio. Per alium autem declarat se aliquid velle inquantum ordinat alium ad aliquid faciendum vel necessaria inductione. quod fit præcipiendo, quod quis vult: & prohibendo contrarium, vel aliqua persuasoria inductione, quod pertinet ad consilium. Quia igitur his modis declaratur aliquem velle aliquid: propter hoc ista quinque nominantur interdum nomine voluntatis diuinæ, tanquam signa voluntatis. Quod enim præceptum, consilium, & prohibitio dicantur Dei volūtas, patet per id quod dicitur Matth. 6. Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Quod autem permissio vel operatio dicantur Dei voluntas, patet per August. qui dicit in Enchi. Nihil fit nisi omnipotens fieri velit, vel sinendo vt fiat, vel faciendo. Vel potest dici, quòd permissio & operatio referantur ad præsens. Permissio quidem ad malum, operatio vero ad bonum. Ad futurum vero prohibitio respectu mali, respectu vero boni necessarij præceptum, respectu vero superabundantis boni consilium.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd nihil prohibet circa eandem rem aliquē diuersimode declarare se aliquid velle. Sicut inueniuntur multa nomina idem significātia. Vnde nihil prohibet, idem subiacere præcepto & consilio & operationi, prohibitioni, vel permissioni.

¶Ad secūdum dicendum, quòd sicut Deus potest significari metaphorice velle id, quòd non vult voluntate propriè accepta, ita potest metaphoricè significari velle id, quod proprie vult. Vnde prohibet de eodem esse voluntatem beneplaciti, & voluntatem signi. Sed operatio semper est eadem cum voluntate beneplaciti, non autem præceptum, vel consilium. Tum quia hæc est de præsenti, illud de futuro. Tum quia hæc per se est effectus voluntatis, illud autem per alium, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd creatura rationalis est domina sui actus. Et ideo circa ipsam specialia quædam signa diuinæ voluntatis assignantur, inquantum rationalem creaturam Deus ordinat ad agendum voluntarie & per se. Sed aliæ creaturæ non agunt nisi motæ ex operatione diuina. Et ideo circa alias non habent locum nisi operatio & permissio.

¶Ad quartum dicendū, quòd omne malum culpæ, licet multipliciter contingat, tamen in hoc conuenit quòd discordat à voluntate diuina. Et ideo vnum signum respectu malorum assignatur, scilicet prohibitio. Sed diuersimode, bona se habent ad bonitatem diuinam, quia quædam sunt, sine quibus fruitionem diuinæ bonitatis consequi non possumus, & respectu horum est præceptum: quædam vero sunt, quibus perfectius consequimur, & respectu horum est consilium. Vel dicendum quòd consilium est non solum de melioribus bonis assequendis, sed etiam de minoribus malis vitandis.

QVAESTIO VIGESIMA de amore Dei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quæ absolute ad voluntatem Dei pertinent. In parte autem appetitiua inueniuntur in nobis, & passiones animæ, vt gaudium, amor, & huiusmodi, & habitus moraliū virtutum, vt iustitia, fortitudo, & huiusmodi. Vnde primo considerabimus de amore Dei. Secundo de iustitia Dei & misericordia eius.

¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum in Deo sit amor. ¶Secundo, vtrum amet omnia. ¶Tertio, vtrum magis amet vnū quàm aliud. ¶Quarto, vtrum meliora magis amet.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum amor sit in Deo.*

127 Infrà q. 82. art. 5. 1m. Et 3. di. 32. art. 1. 1m. Et 1. contra c. 89. 90. 91 & 96. Et lib. 4. c. 19. col.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd amor non sit in Deo. Nulla enim passio est in Deo. Amor est passio. Ergo amor non est in Deo.

¶Præterea, Amor, ira, tristitia, & huiusmodi contra se diuiduntur. Sed tristitia & ira nō dicuntur de Deo nisi metaphorice. Ergo nec amor.

¶Præterea, Dionysius dicit 4. cap. de diui. nomi. Amor est vis vnitiua & concretiua. Hoc autem in Deo locum habere non potest, cum sit simplex. Ergo in Deo non est amor.

¶SED CONTRA est, quod dicitur primæ Ioan. 4. Deus charitas est.

CONCLVSIO.

¶*Cum in Deo sit voluntas, in eo amorem ponere fas est, causam & radicem cuiusque motus appetitiuæ virtutis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere amorem in Deo. Primus enim motus volūtatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis est amor. Cum enim actus voluntatis, & cuiuslibet appetitiuæ virtutis tendat in bonum & malum, sicut in propria obiecta: bonum autem principalius & per se est obiectum voluntatis & appetitus: malum autem secundario & per aliud, inquantum scilicet opponitur bono: oportet naturaliter esse priores actus voluntatis & appetitus, qui respiciunt bonum his, qui respiciunt malum, vt gaudiū, quàm tristitia, & amor quàm odium. Semper enim qđ est per se, prius est eo, quod est per aliud. Rursus quod est cōmunius naturaliter est prius. Vnde & intellectus per prius habet ordinem ad verum commune, quàm ad particularia quædam vera. Sunt autem quidam actus voluntatis & appetitus respicientes bonum sub aliqua speciali conditione. Sicut gaudium & delectatio est de bono præsenti & habito, desiderium autem & spes de bono nondum adepto. Amor autem respicit bonum in communi siue sit habitum siue non habitum. Vnde amor naturaliter est primus actus voluntatis & appetitus. Et propter hoc omnes alij motus appetitiui præsupponunt amorem, quasi primam radicem. Nullus enim desiderat aliquid nisi bonum amatum: neque aliquis gaudet nisi de bono amato. Odium etiam non est nisi de eo, quod contrariatur rei amatæ. Et similiter tristitiam & cætera huiusmodi, manifestum est in amorem referri sicut in primum principium. Vnde in quocunque est voluntas vel appetitus, oportet esse amorem. Remoto enim primo remouentur alia. Ostensum est autem[c] in Deo esse voluntatem. Vnde necesse est in eo ponere amorem. 315

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ vis cognitiua non mouet nisi mediante appetitiua: & sicut in nobis ratio vniuersalis mouet mediante ratione particulari, vt dicitur in tertio de Anima, ita appetitus intellectiuus, qui dicitur voluntas, mouet in nobis mediante appetitu sensitiuo. Vnde proximū motiuum corporis in nobis est appetitus sensitiuus. Vnde semper actum appetitus sensitiui concomitatur aliqua transmutatio corporis, & maxime circa cor, quod est primum principium motus in animali. Si igitur actus appetitus sensitiui inquantum habent transmutationem corporalem annexam passiones dicuntur, non autem actus voluntatis. Amor igitur & gaudium & delectatio secundum quod significant appetitus sensitiui passiones sunt[c], non autem secundum quòd significant actus appetitus intellectui. Et sic ponuntur in Deo. Vnde dicit Philosophus in 7. Ethic. quòd Deus vna & simplici operatione gaudet. Et eadem ratione sine passione amat. b 101

¶Ad secundum dicendum, quòd in passionibus sensitiui appetitus est considerare aliquid quasi materiale, scilicet corporalem transmutationem: & aliquid quasi formale, quod est ex parte appetitus. Sicut in ira (vt dicitur in primo de Anima) materiale est accensio sanguinis circa cor, vel aliquid huiusmodi, formale vero appetitus vindictæ. Sed rursus ex parte eius, quod est formale in quibusdam horum designatur aliqua imperfectio. Sicut in desiderio, quod est boni non habiti, & in tristitia, quæ est mali habiti. Et eadem ratio est de ira, quæ tristitiam supponit. Quædam vero nullam imperfectionem designant, vt amor & gaudium. Cum igitur nihil horum Deo conueniat secundum illud, quod est materiale in eis (vt dictum est[c]) illa, quæ imperfectionem important, etiam formaliter Deo cōuenire non possunt, nisi metaphorice propter similitudinem effectus, vt supra dictum est[c]. Quæ autem imperfectionem non important de Deo proprie dicuntur, vt amor & gaudium. tamen sine passione, vt dictum est[c]. a b c 114 e 15 b 125 a 70 e

¶Ad ter

¶Ad tertium dicendum, quòd actus amoris semper tendit in duo, scilicet in bonum, quod quis vult alicui, & in eum, cui vult bonum. Hoc enim est proprie amare aliquem velle ei bonum. Vnde in eo, quòd aliquis amat se, vult bonum sibi. Et sic illud bonum quærit sibi vnire inquantum potest. Et pro tanto dicitur amor vis vnitiua etiam in Deo, sed absque compositione: quia illud bonum, quod vult sibi, non est aliud quàm ipse, qui est per suam essentiam bonus, vt suprà ostensum est[c]. In hoc vero quòd aliquis amat alium, vult bonum illi. Et sic vtitur eo tanquam seipso, referens bonum ad illum, sicut ad seipsum. Et pro tanto dicitur amor vis cōcretiua, quia alium aggregat sibi habēs se ad eum sicut ad seipsum. Et sic etiam amor diuinus est vis concretiua absq; compositione, quę fit in Deo, inquantum aliis bona vult.

33

ARTICVLVS II.

118

a ¶ *Vtrum Deus omnia amet.*

11. q. 110. arti. 1. col. Et 3. dist. 32. arti. 1. 2. & 3. Et 1. cont. capit. 91. Et lib. 3. capi. 150. principi. Et ver. q. 27. artic. 1. corr. Et ver. q. 2. artic. 7. 2m. 304.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non omnia amet. Quia secundum Dion. 4. capi. de diuin. nom. amor amantem extra se ponit, & eum quodammodo in amatum transfert. Inconueniens autem est dicere, quòd Deus extra se positus, in alia transferatur. Ergo inconueniens est dicere, quod Deus alia à se amet.

¶Præterea, Amor Dei æternus est. Sed ea, quæ sunt alia à Deo, non sunt ab æterno nisi in Deo. Ergo Deus non amat ea nisi in seipso: sed secundum quòd sunt in eo non sunt aliud ab eo. Ergo Deus non amat alia à seipso.

¶Præterea, Duplex est amor, scilicet concupiscentiæ & amicitiæ[c]. sed Deus creaturas irrationales non amat amore concupiscentiæ: quia nullius extra se eget. Nec etiam amore amicitiæ: quia non potest ad res irrationales haberi, vt patet per Philosophum in 8. Ethicorum. Ergo Deus non omnia amat.

¶Præterea, In Psal. dicitur, Odisti omnes, qui operantur iniquitatem. Nihil autem simul odio habetur & amatur. Ergo Deus non omnia amat.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Sapien. 1. Diligis omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum, quæ fecisti.

CONCLVSIO.

¶ *Cùm omnia existentia sint bona, & à Deo, ab illo amari credendum est: sed secus quàm nos, qui à rerum bonitate ad amorem impellimur, ipse verò cuncta diligit creando & infundendo illis bonitatem.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus omnia existentia amat. Nam omnia existentia inquātum sunt, bona sunt. Ipsum enim esse cuiuslibet rei quoddam bonum est, & similiter quælibet perfectio ipsius. Ostensum est autem supra[c], quòd voluntas Dei est causa omnium rerum. Et sic oportet, quòd intātum habeat aliquid esse, aut quodcunque bonum, inquantum est volitum à Deo. Cuilibet igitur existenti, Deus vult aliquod bonum. Vnde, cum amare nil aliud sit, quàm velle bonum alicui[c], manifestum est, quòd Deus omnia quæ sunt, amat, Non tamen eo modo, sicut nos, Quia enim voluntas nostra non est causa bonitatis rerum[c], sed ab ea mouetur sicut ab obiecto: amor noster, quo bonum alicui volumus, non est causa bonitatis ipsius, sed econuerso bonitas eius vel vera vel æstimata prouocat amorem, quo ei volumus & bonum conseruari, quod habet, & addi, quod non habet: & ad hoc operamur. Sed amor Dei est infundens & creans bonitatem in rebus.

116
118
227
87
118
d
142

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd amans sic fit extra se in amatum translatum, inquantum vult amato bonum, & operatur per suam prouidentiam, sicut & sibi. Vnde dicit Dionysius quarto ca. de diuino nomine: Audendum est autem & hoc pro veritate dicere, quòd & ipse omnium causa per abundātiam amatiuæ bonitatis, extra seipsum fit ad omnia existentia prouidentiis.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet creaturæ ab æterno non fuerint nisi in Deo[c], tamen per hoc quod ab æterno in Deo fuerunt, ab æterno Deus cognouit res in propriis naturis. Et eadem ratione amauit. Sicut & nos per similitudines rerum, quæ in nobis sunt cognoscimus res in seipsis existentes.

84

¶Ad tertium dicendum, quòd amicitia non potest haberi, nisi ad rationales creaturas, in quibus contingit esse redamationē & communicationem in operibus vitæ: & quibus cōtingit bene euenire, vel male secūdum fortuna & fœlicitatem: sicut & ad eas proprie beneuolentia est. Creaturę autem irrationales non possunt pertingere ad amandum Deum, neque ad communicationem intellectualis & beatæ vitæ, qua Deus viuit. Sic igitur, Deus, proprie loquēdo, non amat creaturas irrationales amore amicitiæ, sed amore concupiscentiæ, inquantum ordinat eas ad rationales creaturas: & etiam ad se ipsum, non quasi eis indigeat, sed propter suam bonitatem & nostram vtilitatem. Concupiscimus enim aliquid & nobis & aliis.

¶Ad quartum dicendum, quòd nihil prohibet vnum & idem secundum aliquid amari, & secundum aliquid odio haberi. Deus autem peccatores inquantum sunt naturæ quædā amat. Sic enim & sunt & ab ipso sunt. Inquantum vero peccatores sunt, non sunt, sed ab esse deficiunt. Et hoc in eis à Deo non est. Vnde secundum hoc, ab ipso odio habentur.

mune ad proprium, seu vt communius ad minus commune. ¶Secūdo quòd cum in litera dicitur, quòd amor est primus actus voluntatis & appetitus, nomine appetitus intelligit totam latitudinem appetitiuæ virtutis in qualibet natura, & nō quamlibet potētiam appetitiuam. Et per hoc excluditur instantia de primo actu irascibilis. Licet enim primus eius actus non sit amor, sed spes: primus tamen actus totius appetitus sensitiui distincti in cōcupiscibilem & irascibilem est amor.

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum secundum.*

Coment. Titulus est clarus. ¶In corpore vnica est cōclusio. Deus amat omnia existentia, non tamen eo modo sicut nos, Hæc conclusio quo ad primam partem sic probatur. omnia existentia inquātū sunt, bona sunt: & sic quòd hoc habent inquantum sunt volita à Deo: ergo cuilibet existenti Deus vult aliquod bonū: ergo Deus omnia quæ sunt, amat. Antecedens quo ad primā partem pbatur: quia ipsum esse & quælibet rei perfectio bonitas quædam est. quo ad secundam vero, quia volūtas Dei est causa rerū. consequentia vero prima probatione non eget. secūda autem probatur ex eo, ꝙ amare nihil aliud est quā velle alicui bonum. Quo ad secūdam autem partem manifestatur conclusio, quia amamus moti à bonitate rei amatæ, Deus autem amat creando & infundendo bonitatem quam amat.

119 2. dist. 26. a. 1. 2m. Et 3. dist. 19. a. 5. q. 1. & dist. 23. art. 4. Et 1. contra ca. 91. col. 2. et 3.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum Deus æqualiter diligat omnia.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus æqualiter diligat omnia. Dicitur enim Sapien. 6. æqualiter est ei cura de omnibus. Sed prouidētia Dei quam habet de rebus est ex amore, quo amat res. Ergo æqualiter amat omnia.

¶Præterea, Amor Dei est eius essentia. Sed essentia Dei magis & minus nō recipit. Ergo nec amor eius. Non igitur quædam aliis magis amat.

¶Præterea, Sicut amor Dei se extendit ad res creatas, ita & scientia & voluntas. Sed Deus non dicitur scire quædam magis quam alia, neque magis velle. Ergo nec magis quædam aliis diligit.

¶SED CONTRA est, quod dicit Augu. super Io. Omnia diligit Deus quę fecit, & inter ea magis diligit creaturas rationales: & illis eas amplius, quæ sunt membra vnigeniti sui: & multo magis ipsum vnigenitum suum.

CONCLVSIO.

¶ *Ex parte actus voluntatis Deus æqualiter omnia amat, cum simplici & eodem modo se habēte actu voluntatis amet, ex parte vero boni voliti ab ipso non omnia æqualiter amat, sed vni maius bonum vult quàm alij.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd cum amare sit velle bonum alicui, duplici ratione potest aliqđ magis vel minus amari. Vno modo ex parte ipsius actus voluntatis, qui est magis vel minus intensus. Et sic Deus non magis quædam aliis amat, quia omnia amat vno & simplici actu voluntatis[c]: & semper eodem modo se habente. Alio modo ex parte ipsius boni, quod aliquis vult amato. Et sic dicimus aliquem magis alio amare, cui volumus maius bonum: quamuis non magis intensa voluntate. Et hoc modo necesse est dicere ꝙ Deus quædam aliis magis amat. Cum enim amor Dei sit causa bonitatis rerum, (vt dictū est[c]) non esset aliquid alio melius, si Deus non vellet vni maius bonum quam alteri. 19 228

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd dicitur Deo æqualiter esse cura de omnibus, non quia æqualia bona sua cura omnibus dispenset, sed quia ex æquali sapientia & bonitate omnia administrat.

¶Ad secundum dicēdum, quòd ratio illa procedit de intentione amoris ex parte actus voluntatis, qui est diuina essentia. Bonum autem quòd Deus creaturæ vult, nō est diuina essentia. Vnde nihil prohibet illud intendi vel remitti.

¶Ad tertiū dicendum, ꝙ intelligere & velle significant solū actus, non autem in sua significatione includūt aliqua obiecta, ex quorum diuersitate possit dici Deus magis vel minus scire aut velle, sicut circa amorē dictum est[c].

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum tertium.*

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore duo facit. ¶Primò distinguit quòd inæqualiter amare contingit dupliciter: & probat distinctionem ex eo, quòd amare est velle bonum alicui. ¶Secūdo respondet quæsito duabus conclusionib⁹ iuxta prędicta membra distinctionis. ¶Prima conclusio est, Deus ex pte actus amandi omnia æqualiter amat. probatur. amat vno simplici & semper eodem modo se habente actu voluntatis: ergo æqualiter. Secunda conclusio est, Deus ex parte boni voliti amato, quædam amat magis aliis. probatur. si Deus nō vellet vni maius bonum quàm alteri: nō esset aliquid alio melius. hoc est manifeste falsum: ergo consequentia probatur: quia amor Dei est causa bonitatis rerum.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *An Deus semper magis diligat meliora.*

130 3. dist. 32. artic. 5. q. 1. 2. 3. & 4. & dist. 31. quæ. 2. ar. 3. qō. 3.

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur, ꝙ Deus non semper magis diligat meliora. Manifestum est enim quòd Christus est melior toto genere humano cum sit Deus & homo. Sed Deus magis dilexit genus humanum, quam Christum quia dicitur Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum,

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæ Articulum quartum.*

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore vna cōclusio responsiua quæsito affirmatiue. Deus magis diligit meliora. probatur. Voluntas Dei est causa bonitatis in rebus: ergo Deum magis diligere aliquid, nihil aliud est quàm velle illi maius bonum. ergo ex hoc aliqua sunt meliora quòd Deus magis bonū vult. ergo meliora plus amat.

¶In

¶ In respõsione ad quintum, dubiũ ingerunt verba in calce posita, scilicet ꝙ peccator prędestinatus secũdum aliquod tempus non est nec bonus neque malus. Videtur enim sententia hæc & falsa & cõtra autoris doctrinam: quoniã tam angelus quàm homo secundũ ipsum fuit creatus in gratia: & quilibet homo contrahit peccatum originale. Et dato quòd non essent creati in gratia vno tantũ instãti, & nõ per aliquod tempus fuissent neq; boni neque mali: omnino igitur apparet hęc verba falsa. Ad hoc tripliciter dicitur.

ꝩ Primo quòd hæc verba sunt vera de possibili: quicquid sit de facto & nomine temporis intelligitur omnis mensura durationis etiam instantanea. Tã angelus enim quàm homo quãdoque, scilicet in primo instãti potuit esse neque bonus neque malus moraliter.

ꝩ Secundo quòd verificãtur de bonitate & malitia morali personali, id est per proprium actum. infans enim quamuis sit malus peccato naturæ, ex proprio tamen opere neque bonus neque malus est.

ꝩ Tertio quòd ista sunt simpliciter vera & absolute intelligenda absque restrictione aliqua: & licet peccator prędestinatus postquàm habuit esse, semper fuerit bonus aut malus: quãdoque tamen, scilicet per infinitum tempus quo nõ fuit
128 neque bonus neque malus fuit.
129 ¶ Et hæc expositio magis formalis est & proposito consona, & absq; quæstione. Intẽdit enim litera docere nõ esse mirum peccatorem prędestinatũ, esse pro aliquo tempore peiorem & minus amatum, ex eo quòd pro aliquo tempore nõ erat aliquo modo amatus, quando scilicet non erat: quoniam tunc neq; bonus neque malus erat vniuersaliter loquẽdo de bono & malo: vt patet.

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæprimæ Articulum primum.*

Annota. Titulus vt iam patet ex dictis quærit, vtrum iustitia sit formaliter in Deo.

Cõment. ¶ In corpore duo facit.
229 ꝩ Primo enim distinguit iustitiam in duas
536 species, scilicet commutatiuam, & distributiuã. ꝩ Secundo respondet quæsito duabus conclusionibus, iuxta numerũ specierum iustitiæ.

ꝩ Prima conclusio est negatiua, ideo non est iustitia commutatiua. probatur autoritate Apostoli, quis prior &c.

ꝩ Secunda est affirmatiua, in Deo est iustitia distributiua. & probatur. Iustitia distributiua est, secundum quam datur vnicuiq; secũdum suam dignitatem. ergo ordo vniuersi demõstrat Dei iustitiam: igitur in eo est iustitia. cõsequẽtia probatur ex proportionali, quia sicut ordo familiæ congruus ostendit iustitiam in gubernante, ita ordo vniuersi &c. & cõfirmat autoritate Dioñ.

Ergo Deus nõ semper magis diligit meliora.

¶ Præterea, Angelus est melior homine, Vnde in Psal. dicitur de homine, Minuisti eum paulominus ab Angelis. Sed Deus plus dilexit hominem quàm Angelũ. Dicitur enim Heb. 2. Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. ergo Deus non semper magis diligit meliora.

¶ Præterea, Petrus fuit melior Ioanne: quia plus Christum diligebat. Vnde dominus sciẽs hoc esse verum, interrogauit Petrum dicens, Simon Ioannis diligis me plus his? Sed tamen Christus plus dilexit Ioãnem quàm Petrum. Vt enim dicit Augu. super illud Io. 20. Simon Ioannis diligis me? hoc ipso signo Io. à cæteris discipulis discernitur. non quòd solum eum, sed quòd plus eum cæteris diligebat. Non ergo semper magis diligit meliora.

¶ Præterea, Melior est innocens pœnitente, cum pœnitentia sit secunda tabula post naufragium, vt dicit Hier. Sed Deus plus diligit pœnitentem quàm innocentem, quia plus de eo gaudet. Dicitur enim Luc. 15. Dico vobis, quòd maius gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouẽ iustis, qui non indi. pœni. Ergo Deus nõ semper magis diligit meliorem.

¶ Præterea, Melior est iustus præscitus quàm peccator prædestinatus. Sed Deus plus diligit peccatorem prædestinatum, quia vult ei maius bonum, scilicet vitam æternam. Ergo Deus non semper magis diligit meliora.

¶ SED CONTRA vnumquodq; diligit sibi simile, vt patet per illud, qđ habetur Eccle. 13. Omne animal diligit sibi simile. Sed intantũ aliquid est melius, inquãtum est Deo similius. Ergo meliora magis diligunt à Deo.

CONCLVSIO.

¶ *Cũ ex eo aliqua alijs meliora sint, quòd eis maius bonum Deus vult, ipsum meliora diligere dicendũ est.*

¶ RESPONDEO dicẽdum, quod necesse est dicere secũdum prædicta quòd Deus magis diligat meliora. Dictum est enim [c], quòd Deum diligere magis aliquid nihil aliud est quam ei maius bonum velle. Voluntas enim Dei est causa bonitatis in rebus. Et sic ex hoc sunt aliqua meliora, quòd Deus eis maius bonũ vult. Vnde sequitur ꝙ meliora plus amet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus Christum diligit, non solum plus quam totum humanum genus, sed etiam magis quã totam vniuersitatem creaturarum: quia scilicet ei maius bonum voluit, quia dedit ei nomen qđ est super omne nomen, vt verus Deus esset. Nec eius excellentiæ deperiit ex hoc, quòd Deus dedit eum in mortem pro salute humani generis: quinimo ex hoc factus est victor gloriosus. Factus enim est principatus super humerum eius, vt dicitur Esa. 9.

¶ Ad secundum dicendum, quòd naturã humanam assumptam à Dei verbo in persona Christi (secundũ prædicta [c]) Deus plus amat quàm omnes Angelos: & melior est maxime ratione vnionis. Sed loquendo de humana natura communiter, eam Angelicę comparãdo secundum ordinem ad gratiam & gloriam æqualitas inuenitur [c]: cum eadem sit mẽsura hominis & Angeli, vt dicitur Ap. xx. ita tamẽ quòd quidam Angeli quibusdam hominibus, & quidam homines quibusdã Angelis quantum ad hoc potiores inueniuntur. Sed quantũ ad conditionem naturæ Angelus est melior homine. Nec ideo naturam humanam assumpsit Deus quia hominẽ absolute plus diligeret, sed quia plus indigebat. Sicut bon⁹ paterfamilias aliquid pretiosius dat seruo ægrotãti, quod non dat filio sano.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hæc dubitatio de Petro & Ioanne multipliciter soluitur. Aug. nanque refert hoc ad mysterium dicẽs, quòd vita actiua, quæ significatur per Petrũ, plus diligit Deum quàm vita contemplatiua, quæ significatur per Ioannem, quia magis sentit præsentis vitæ angustias, & æstuantius ab eis liberari desiderat, & ad Deum ire. Cõtemplatiuam vero vitam Deus plus diligit: quia magis eam conseruat. Non enim finitur simul cum vita corporis, sicut vita actiua.

¶ Quidam vero dicunt, quòd Petrus plus dilexit Christum in membris. Et sic etiam à Christo plus fuit dilectus. Vnde ei ecclesiam cõmendauit. Ioannes vero plus dilexit Christum in seipso. Et sic etiam plus ab eo fuit dilectus. Vnde ei commẽdauit matrem. Alij vero dicunt, quòd incertum est quis horum plus Christum dilexerit amore charitatis, & similiter quem Deus plus dilexerit in ordine ad maiorẽ gloriam vitæ ęternæ. Sed Petrus dicitur plus dilexisse quantum ad quãdam promptitudinem, vel feruorem. Ioannes vero plus dilectus quantum ad quædam familiaritatis indicia, quæ Christus ei magis demonstrabat propter eius iuuentutem & puritatem. Alij vero dicunt, quòd Christus plus dilexit Petrum quantum ad excellentius donum charitatis. Ioannem vero plus quantũ ad donum intellectus. Vnde simpliciter Petrus fuit melior & magis dilectus: sed Ioannes secundum quid. Præsumptuosum tamen videtur hoc diiudicare, quia, vt dicitur prouerb. 16. Spirituũ ponderator est dominus & non alius [c].

¶ Ad quartum dicendum, quòd pœnitentes & innocentes se habent sicut excedentia & excessa. Nam siue sint innocentes, siue pœnitentes, illi sunt meliores & magis dilecti, qui plus habent de gratia. Cæteris tamen paribus innocentia dignior est & magis dilecta. Dicitur tamen Deus plus gaudere de pœnitente quàm de innocente: quia plerunq; pœnitentes cautiores, humiliores, & feruentiores resurgunt. Vnde Greg. dicit ibidem, quòd dux in prælio eum militem plus diligit, qui post fugam conuersus fortiter hostem premit, quàm qui nunquam fugit, nec vnquam fortiter fecit. Vel alia ratione, quia ęquale donum gratiæ plus est comparatum pœnitenti, qui meruit pœnam, quàm innocenti, qui nõ meruit. Sicut cẽtum marchæ maius donum est si dentur pauperi, quàm si dentur regi.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cum volũtas Dei sit causa bonitatis in rebus, secundũ illud tẽpus pensanda est bonitas eius, qui amatur à Deo secundum quod dandum est ei ex bonitate diuina aliquod bonum. Secundum ergo illud tẽpus, quo prædestinato peccatori dandum est ex diuina voluntate maius bonum, melior est, licet secundum aliquod aliud tempus sit peior: quia & secundum aliquod tempus non est nec bonus, neque malus.

QVÆST. VIGESIMAPRIMA de Iustitia & Misericordia Dei, in quatuor articulos diuisa.

POST consideratione diuini amoris de iustitia & misericordia eius agẽdum est. ¶ Et circa hoc quærũtur quatuor. ¶ Primo, vtrum in Deo sit iustitia. ¶ Secundo, vtrũ iustitia eius veritas dici possit. ¶ Tertio, vtrum in Deo sit misericordia. ¶ Quarto, vtrũ in omni opere Dei sit iustitia & misericordia.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum in Deo sit iustitia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ in Deo non sit iustitia. Iustitia enim contra tẽperantiã diuiditur. Temperantia autem nõ est in Deo. Ergo nec iustitia. *4. dis. 46. q. 1. art. 1. quæst. 1. & 1. contra c. 93.*

¶ Præterea, Quicunq; facit omnia pro libito suæ voluntatis, non secundum iustitiam operatur. Sed sicut dicit Apost. ad Ephe. 1. Deus operatur omnia secundum consilium suæ voluntatis. Non ergo ei iustitia debet attribui.

¶ Præterea, Actus iustitiæ, est reddere debitum, sed Deus nulli est debitor: ergo Deo non competit iustitia.

¶ *Num in Deo sit iustitia commutatiua.*

¶ Circa primam conclusionem dubium est. *Quæstio c* 131

ꝩ Tum quoniã falsum videtur in Deo non esse iustitiam cõmutatiuam: quoniam forma diuini iudicij fit secundum iustitiam commutatiuam, dum recõpensat & præmia meritis & supplicia peccatis, vt expresse autor dicit in secunda secundæ quæst. 61. artic. 4. ad primum. ꝩ Tum quoniam probatio non videtur sufficiẽs: quoniam ad iustitiam commutatiuam spectat nõ solum retributio, sed etiã ipsa prior datio. Non solum enim emptio, sed etiam venditio iustitia commutatiua regulatur. Et propterea ex negatione secundi actus in Deo nõ videtur sufficienter illata negatio talis iustitiæ: quoniam saluatur etiam in primo actu. Ad hæc retrogradò ordine respondetur, quòd neuter actus commutatiuæ iustitię locũ habet in Deo: quia sicut non potest dare pro acceptis, ita nec potest dare pro accipiẽdis: nihil enim sibi ex creaturis accrescere potest. ꝩ Excluditur quoq; ex hoc, quòd nemo potest prius aliquid dare Deo: vterque actus ab ipso: quoniam si nemo potest prius dare, consequens est, quòd nemo possit ęquiualens reddere, & consequẽter quòd Deus non possit pro æquiualente accipiendo dare: & sic commutatiua iustitia, quæ æqualitatẽ inter datũ, & acceptum facit, locum in eo habere non potest. Ad primã vero dicitur qđ inde nõ potest haberi, nisi quòd quidam modus commutatiuæ iustitiæ in diuina distributione seruatur, dum pro demeritis supplicia, et pro meritis prę mia dispẽsat. hic autem intenditur quòd in Deo nõ est ipsa iustitia commutatiua.

¶ In responsione ad tertium aduerte doctrinã, traditam in secũda contra gent. in capit. 28. & contra

¶ Præterea, Quicquid est in Deo, est eius essentia: sed hoc nõ competit iustitiæ. dicit enim Boë. in lib. de heb. quòd bonum essentiam, iustum vero actum respicit. Ergo iustitia non competit Deo.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Iustus dominus, & iustitiam dilexit.

CONCLVSIO.

¶ *Cum omnia nostra ex Deo sint, nec quisquam quippiam dederit, pro quo sibi à Deo retribuatur, iure in ipso iustitia commutatiua non est, sed distributiua, qua singulis quod sibi ad sui complementum spectat, tribuere dicitur, vt inde vniuersi ordo seruetur.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est species iustitiæ. Vna, quæ consistit in mutua datione & acceptione: vt puta quæ consistit in emptione & venditione, & aliis huiusmodi communicationibus, vel commutationibus. Et hæc dicitur à philosopho in 5. Ethic. Iustitia commutatiua, vel directiua commutationum, siue communicationum: & hæc non competit Deo, quia vt dicit Apost. Roma. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Alia, quæ consistit in distribuendo. & dicitur distributiua iustitia, secũdum quod aliquis gubernator, vel dispensator dat vnicuique secundum suam dignitatem. Sicut igitur ordo congruus familiæ, vel cuiuscunq; multitudinis gubernatæ demõstrat huiusmodi iustitiam in gubernante: ita ordo vniuersi, qui apparet tam in rebus naturalibus, quàm in rebus voluntariis, demonstrat Dei iustitiam. Vnde dicit Dio. 8. ca. de diui. no. Oportet videre in hoc veram Dei esse iustitiam, quòd omnibus tribuit propria, secundum vniuscuiusque existentium dignitatem: & vniuscuiusque naturam in proprio saluat ordine & virtute.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtutum moralium quædam sunt circa passiones: sicut temperantia circa concupiscentias: fortitudo circa timores & audacias: mansuetudo circa iram.
127 Et huiusmodi virtutes Deo attribui nõ possunt, nisi secundum me-
125 taphoram: quia in Deo neque passiones sunt (vt suprà dictum est [c])
a neque appetitus sensitiuus, in quo sunt huiusmodi virtutes, sicut in subiecto, vt dicit philosophus in quarto Ethi. Quædam vero virtutes morales sunt circa operationes, vt puta circa dationes & sumptus, vt iustitia & liberalitas & magnificentia, quæ etiam non sunt in parte sensitiua, sed in volũtate. Vnde nil prohibet huiusmodi virtutes in Deo ponere: non tamen circa actiones ciuiles, sed circa actiones Deo conuenientes. Ridiculum est enim secundum virtutes politicas Deum laudare, vt dicit Philosophus in 10. Ethic.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cum bonum intellectum sit obiectum voluntatis, imposibile est Deum velle nisi quod ratio suæ sapientiæ habet. Quæ quidem est sicut lex iustitiæ, secundum quam eius voluntas recta & iusta est. Vnde quod secundum suam voluntatem facit, iuste facit, sicut & nos quod secundum legem facimus iuste facimus. Sed nos quidem secũdum legem alicuius superioris, Deus autem sibiipsi est lex.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnicuique debetur quod suum est. Dicitur autem esse suum alicuius, quod ad ipsum ordinatur. Sicut seruus est domini, & non econuerso. Nam liberum est, quod sui causa est. In nomine ergo debiti, importatur quidam ordo exigentiæ vel necessitatis alicuius ad quod ordinatur. est autem duplex ordo considerandus in rebus. Vnus, quo aliquid creatum ordinatur ad aliud creatum. Sicut partes ordinantur ad totum, & accidentia ad substantias, & vnaquæque res ad suum finem. Alius ordo quo omnia creata ordinantur in Deum. Sic igitur & debitum attendi potest dupliciter in operatione diuina. Aut secundum quòd aliquid debetur Deo. Aut secundum quòd aliquid debetur rei creatæ. Et vtroque modo Deus debitum reddit. Debitum enim est Deo, vt impleatur in rebus id, quod eius sapiẽtia & volũtas habet, & quod suam bonitatem manifestat. Et secundum hoc iustitia Dei respicit decentiam ipsius, secundum quam reddit sibi quod sibi debetur. Debitum etiã est alicui rei creatæ, quòd habeat id, quod ad ipsam
119 ordinatur [c]. Sicut homini quòd habeat manus, & quòd ei alia ani-
c malia seruiant. Et sic etiam Deus operatur iustitiam, quando dat
234 vnicuique quod ei debetur secũdum rationem suæ naturæ & conditionis. Sed hoc debitum dependet ex primo: quia hoc vnicuique debetur, quod est ordinatum ad ipsum secundum ordinem diuinæ sapientiæ. Et licet Deus hoc modo debitum alicui det, non tamen ipse est debitor, quia ipse ad alia non ordinatur, sed potius alia in ipsum. Et ideo iustitia quandoque dicitur in Deo condecentia suæ bonitatis: quandoq; vero retributio pro meritis. Et vtrunque modum tangit Ansel. dicens: Cum punis malos, iustum est: quia illorũ meritis conuenit. Cum vero parcis malis, iustum est: quia bonitati tuæ condecens est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet iustitia respiciat actum, non tamẽ per hoc excluditur quin sit essentia Dei: quia etiam id, quod est de essentia rei, potest esse principium actionis. Sed bonum non semper respicit actum, quia aliquid dicitur esse bonum non solum secundum quod agit, sed etiam secundum quod in sua essentia perfectum est. Et propter hoc ibidem dicitur, quòd bonum comparatur ad iustum, sicut generale ad speciale.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum iustitia Dei sit veritas.*

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur, quòd iustitia Dei non sit veritas. Iustitia enim est in volũtate. Est enim rectitudo voluntatis, vt dicit Ansel. veritas autem est in intellectu secundum Philosophum in 6. metaph. & in 6. Ethic. Ergo iustitia nõ pertinet ad veritatem.

¶ Præterea, Veritas secundum Philosophum in 4. Ethi. est quædã alia virtus à iustitia. Non ergo veritas pertinet ad rationem iustitiæ.

¶ SED CONTRA est, quod in Psal. dicitur, Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Et ponitur ibi veritas pro iustitia.

CONCLVSIO.

¶ *Iustitia in Deo reperta cõueniẽter veritas nominatur, secundum quam res intellectui cõformantur.*

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd veritas cõsistit in adęquatione intellectus & rei, sicut suprà dictum est [c]. Intellectus autẽ, qui est causa rei, cõparatur ad ipsam sicut regula & mensura. Ecõuerso autem est de intellectu qui accipit scientiã à rebus [c]. Quando igitur res sunt mẽsura, & regula intellectus, veritas cõsistit in hoc quòd intellectus adæquatur rei vt in nobis accidit. Ex eo enim, quòd res est vel non est, opinio nostra & oratio vera vel falsa est. Sed quando intellectus est regula vel mẽsura rerũ, veritas cõsistit in hoc, ꝙ res adæquantur intellectui. Sicut dicitur artifex facere verũ opus quando concordat arti. Sicut autem se habẽt artificiata ad artem, ita se habent opera iusta ad legem, cui cõcordant. Iustitia igitur Dei, quæ constituit ordinem in rebus conformem rationi sapientiæ suæ, quæ est lex eius [c], conueniẽter veritas nominatur. Et sic etiam dicitur in nobis veritas iustitiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd iustitia quantum ad legem regulantem est in ratione vel intellectu. Sed quantum ad imperium, quo opera regulantur secundum legem est in voluntate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd veritas illa, de qua loquitur Philosophus ibi, est quædam virtus, per quam aliquis demonstrat se talem in dictis vel factis qualis est [c]. Et sic consistit in conformitate effectus ad causam & regulam, sicut de veritate iustitiæ dictum est [c].

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum misericordia competat Deo.*

AD TERTIVM sic proceditur, Videtur, quòd misericordia Deo nõ competat. Misericordia enim est species tristitiæ, vt dicit Damasce. Sed tristitia nõ est in Deo. Ergo nec misericordia.

¶ Præterea, Misericordia est relaxatio iustitiæ: sed Deus nõ potest prætermittere id quod ad iustitiam suam pertinet. Dicitur enim 2. ad Thi. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, seipsum negare nõ potest. Negaret autem seipsum, vt dicit glo. ibidem, si dicta sua negaret. Ergo misericordia Deo non competit.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Miserator & misericors dominus.

CONCLVSIO.

¶ *Cum de alicuiũ miseria tristari minime Deo conueniat, sed magis eam repellere, misericordia nõ secundum passionis affectum, sed effectum maxime ei conuenire dicitur.*

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ misericordia est Deo maxime attribuenda, tamen secundum effectum non secundũ passionis affectum [c]. ad cuius euidentiã considerandum est, ꝙ misericors dicitur aliquis, quasi habens miserũ cor: quia scilicet afficitur ex miseria alterius per tristitiã, ac si esset eius ꝓpria miseria. Et ex hoc sequitur ꝙ operetur ad depellẽdam miseriã alterius, sicut miseriã propriam.

contra Gent. in c. 28. & 29. & melius hæc intelliges, videns quòd hoc potius est iustum condecentiæ in ordine ad Deum, quàm simpliciter iustum. 132 *4. di. 4. q. 1. arti. 1. & 3.*

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæprimæ Articulum secundum.*

Titulus ex dictis est clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. *Cõment.* Iustitia Dei conuenienter veritas nominatur. ꝩ Probatur veritas intellectus regulantis, & mensurantis res, consistit in adæquatione rerum ad intellectum: iustitia autem consistit in conformitate operum ad legem, cui concordat. ergo iustitia Dei conuenienter veritas nominatur. 99 Antecedens pro prima parte probatur ex conuenientia, & differentia veritatis in intellectu accipiẽte à rebus, & causante res. 100 Conuenientia quidẽ quia veritas cõsistit semper in adæquatione intellectus, & rei. Differentia autem, quia in intellectu causato est adęquatio intellectus ad res: in causante autem est adæquatio rerum ad intellectum. pro secunda vero parte: quia sicut se habẽt artificiata ad artem, ita se habent opera iusta ad legem. 131 b consequentia autem probatur, quoniã iustitia Dei facit ordinem in rebus conformẽ sapientiæ suæ, quæ est omnium lex. Et confirmatur tota manifestatio ex eo quòd etiam in nobis sic inuenitur veritas iustitiæ.

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæprimæ Articulum tertium.* 102

Titulus iam patet ex vsu. o

¶ In corpore duo facit. Primo respondet quæsito. *Cõment.* Secundo clarificat responsionem. Conclusio responsiua est, misericordia est maxime in Deo non secundum passionis affectum, sed secundum effectum. 113 *2. 2e. q. 30. art. 2. 1m. & 4. distin. 46. q. 2. ar. 1. q. 1. & 1. con. capit. 91. fin. & Psal. 24. col. 6.* Probatur: tristari de miseria aliena non cõuenit Deo, sed repellere eam, hoc maxime ei conuenit. ergo misericordia nõ quãtum ad affectum, sed quantũ ad effectum maxime Deo conuenit. Antecedẽs explanatur, quo ad ly miseria, vt scilicet sonet defectum quemcunque. & probatur quo ad secundam partem, sic. defectus non tolluntur nisi per alicuius bonitatis perfectionem: ergo hoc maxime pertinet ad Deum, quia ipse est prima bonitatis origo. a Consequentia autem probatur: 127 quia affectus misericordiæ est tristitia, effectus vero est depulsio alienæ miseriæ. Clarificatio autem consistit in differenti habitudine diffusæ à Deo

Pedro Ruiz del moral fuente el saz

& hic est misericordiæ effectus. Tristari ergo de miseria alterius non competit Deo, sed repellere miseriam alterius hoc maxime ei cōpetit, vt per miseriam quemcunq; defectum intelligamus. Defectus autem non tolluntur, nisi per alicuius bonitatis perfectionē. Prima autem origo bonitatis Deus est, vt suprà ostēsum est [e]. Sed considerandum est quòd elargiri perfectiones rebus pertinet quidem & ad bonitatem diuinam & ad iustitiam, & ad liberalitatem & misericordiam: tamen secundum aliam & aliam rationem. Communicatio enim perfectionum absolute considerata pertinet ad bonitatem, vt suprà ostēsum est [e]. Sed inquantū perfectiones rebus à Deo dantur secundum earum proportionem, pertinet ad iustitiā, vt dictum est suprà [e]. Inquantum vero nō attribuit rebus perfectiones propter vtilitatem suam, sed solum propter suam bonitatem [e], pertinet ad liberalitatem. Inquantum vero perfectiones datæ rebus à Deo omnem defectum expellunt, pertinet ad misericordiam.

¶ AD PRIMVM igitur dicēdum, quòd obiectio illa procedit de misericordia quantum ad passionis affectum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Deus misericorditer agit, non quidem contra iustitiam suam faciendo, sed aliquid supra iustitiam operando. sicut si alicui, cui debentur centum denarij, aliquis ducentos det de suo, tamen nō contra iustitiam facit, sed liberaliter vel misericorditer operatur. Et similiter si aliquis offensam in se cōmissam remittat. Qui enim aliquid remittit, quodammodo donat illud. Vnde apostolus remissionem donationem vocat Ephe. 5. Donate inuicem sicut & Christus vobis donauit. Ex quo patet quòd misericordia non tollit iustitiam, sed est quædam iustitiæ plenitudo. Vnde dicitur Iacobi 2. quòd misericordia superexaltat iudicium.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum in omnibus operibus Dei sit misericordia & iustitia.*

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur, quòd non in omnibus Dei operibus sit misericordia & iustitia. Quædam enim opera Dei attribuūtur misericordiæ, vt iustificatio impij. Quædam vero iustitię, vt dānatio impiorum. Vnde dicitur Iac. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui nō fecerit misericordiā. Non ergo in omni opere Dei apparet misericordia & iustitia.

¶ Præterea, Apostolus ad Ro. 15. cōuersionem Iudæorum attribuit iustitiæ & veritati, conuersionem autem gentium misericordiæ. Ergo non in quolibet opere Dei est iustitia & misericordia.

¶ Præterea, Multi iusti in hoc mūdo affliguntur. Hoc autem est iniustum. Non ergo in omni opere Dei est iustitia & misericordia.

¶ Præterea, Iustitiæ est reddere debitum, misericordiæ autem subleuare miseriam. Et sic tam iustitia quàm misericordia aliquid præsupponit in suo opere. Sed creatio nihil præsupponit [e]. Ergo in creatione neque misericordia est, neque iustitia.

¶ SED CONTRA est qđ dicitur in Psal. Omnes viæ domini misericordia & veritas.

CONCLVSIO.

¶ *Cum in cunctis Dei operibus quod sibi & creaturæ debetur nullo prorsus modo à Deo prætermitti oporteat, & debitum omne in aliquid ex diuina bonitate collatum reducatur, necesse est in quouis illius opere iustitiam & misericordiam inueniri.*

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd necesse est quòd in quolibet opere Dei misericordia & veritas inueniantur. si tamen misericordia pro remotione cuiuscunq; defectus accipiatur, quāuis non omnis defectus proprie possit dici miseria, sed solum defectus rationalis naturæ quam cōtingit esse felicem. Nam miseria felicitati opponitur. Huius autē necessitatis ratio est: Quia cum debitum, quod ex diuina iustitia redditur, sit vel debitū Deo, vel debitum alicui creaturæ, neutrum potest in aliquo opere Dei prætermitti. Non enim potest facere aliquid Deus, quod non sit conueniens sapientiæ & bonitati ipsius, secundum quem modum diximus [e] aliquid esse debitū Deo. Similiter etiam quicquid in rebus creatis facit, secundum conueniētem ordinem & proportionem facit, in quo consistit ratio iustitiæ. Et sic oportet in omni opere Dei esse iustitiam. Opus autem diuinæ iustitiæ semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur. Creaturæ enim nō debetur aliquid nisi propter aliquid in eo præexistens, vel præconsideratū. Et rursus si illud creaturæ debetur, hoc erit propter aliquid prius. Et cum non sit procedere in infinitum, oportet deuenire ad aliquid, quod ex sola bonitate diuinæ voluntatis dependeat, quæ est vltimus finis. Vtpote si dicamus quòd habere manus debitum est homini propter animam rationalem [e]: animam vero rationalem habere ad hoc quòd sit homo, hominem vero esse propter diuinam bonitatem. Et sic in quolibet opere Dei apparet misericordia quantum ad primam radicem eius. Cuius virtus saluatur in omnibus consequentibus, & etiam vehemētius in eis operatur, sicut causa primaria vehementius influit quàm causa secunda. Et propter hoc etiam ea, quę alicui creaturæ debentur, Deus ex abundantia suæ bonitatis largius dispensat quàm exigat proportio rei. Minus enim est quod sufficeret ad conseruandum ordinem iustitię quàm quod diuina bonitas confert, quæ omnem proportionem creaturæ excedit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quædam opera attribuuntur iustitiæ, & quædam misericordiæ: quia in quibusdam vehementius apparet iustitia, in quibusdam misericordia. Et tamē in damnatione reproborum apparet misericordia: non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter alleuians, dum punit citra condignum. Et in iustificatione impij apparet iustitia, dum culpas relaxat propter dilectionem, quam tamē ipse misericorditer infundit. Sicut de Magdalena legitur Luc. 7. capit. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ iustitia & misericordia Dei apparet in cōuersione Iudæorū, & gētium. Sed aliqua ratio iustitiæ apparet in cōuersione Iudæorum, quæ non apparet in conuersione gētium, sicut quòd saluati sunt propter promissiones patribus factas.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in hoc etiam quòd iusti puniuntur in hoc mundo, apparet iustitia & misericordia, inquantum per huiusmodi afflictiones aliqua leuia in eis purgantur & ab effectu terrenorum in Deum magis eriguntur, secundum illud Greg. Mala, quæ in hoc mundo nos premunt, ad Deum nos ire compellunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet creationi non præsupponatur aliquid in rerum natura, præsupponitur tamen aliquid in Dei cognitione. Et secundum hoc etiam saluatur ibi ratio iustitiæ inquantum res in esse producitur, secundum quòd conuenit diuinæ sapiētiæ, & bonitati. Et saluatur quodammodo ratio misericordiæ, inquantum res de non esse in esse mutatur.

QVÆSTIO VIGESIMA SEcunda de Prouidentia Dei, in quatuor articulos diuisa.

CONSIDERATIS autem his, quæ ad voluntatē absolute pertinēt, procedendum est ad ea, quæ respiciunt simul intellectum & voluntatem. Huiusmodi autem est prouidētia quidem respectu omnium: prædestinatio vero & reprobatio, quæ ad hæc consequūtur, respectu hominum specialiter in ordine ad æternam salutem. Nam & post morales virtutes in scientia morali consideratur de prudentia, ad quam prouidentia pertinere videtur.

¶ Circa prouidentiam autem Dei quæruntur quatuor. ¶ Primo, vtrum Deo conueniat prouidentia. ¶ Secundo, vtrum omnia diuinæ prouidentiæ subsint. ¶ Tertio, vtrum diuina prouidentia immediate sit de omnibus. ¶ Quarto, vtrum prouidentia diuina imponat necessitatem rebus prouisis.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum prouidentia Deo conueniat.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd prouidentia Deo non conueniat. 135 Prouidentia enim secundum Tullium est pars prudentiæ. 3.contra c. Prudentia autem (cum sit bene consiliatiua secundum philosophum in 94. col. 2. 6. ethi.) & ver. q. Deo cōpetere non potest: qui nullum dubium 5. artic. 1. habet, vnde eum consiliari oporteat. Ergo prouidentia Deo non competit.

¶ Præterea, Quicquid est in Deo, est æternū. Sed prouidentia non est aliquid æternum. est enim circa existentia, quæ non sunt ęterna secundū Dam. Ergo prouidentia nō est in Deo.

¶ Pręterea, Nullum cōpositum est in Deo. Sed prouidentia videtur esse aliquid cōpositum: quia includit in se volūtatem & intellectum. Ergo prouidentia non est in Deo.

¶ SED CONTRA est, qđ dicitur Sapiē. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidētia.

CONCLVSIO.

¶ *Cum in mente diuina præexistant omnium rerū rationes, prout in finem, & præcipue vltimum ordinātur, in eo prouidentiam esse necesse est: quæ est ratio ordinis rerum in finem.*

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ necesse est ponere prouidentiā in Deo. Omne enim bonum, quod est in rebus, à Deo creatum est, vt supra ostensum est [e]. In rebus autem inuenitur bonum non solum quantum ad substantiā rerum, sed etiā quantum ad ordinem earum in finē, & præcipue in finem vltimum, qui est bonitas diuina, vt suprà habitum est [e]. Hoc igitur bonum ordinis in rebus creatis existēs à Deo creatum est. Cum autē Deus sit causa rerum per suum intellectum, & sic cuiuslibet sui effectus, oportet rationem in ipso præexistere (vt ex superioribus patet [e]) necesse est ꝙ ratio ordinis rerum in finem in mente diuina præexistat. ratio autem ordinandorum in finem proprie prouidētia est. Est enim principalis pars prudētiæ, ad quam aliæ duæ partes ordinātur, scilicet memoria præteritorum, & intelligentia præsentium: prout ex præteritis memoratis & pręsentibus intellectis coniectamus de futuris prouidendis. Prudentię autem proprium est secundum Philosophum in sexto Ethic. ordinare alia in finem, siue respectu suiipsius, sicut dicitur homo prudens, qui bene ordinat actus suos ad finem vitæ suę: siue respectu aliorum sibi subiectorum in familia, vel ciuitate vel regno. secundum quem modū dicitur Matth. 24. Fidelis seruus & prudens quem constituit do. super familiam suam. Secundum quem modum prudentia, vel prouidentia Deo cōuenire potest. Nam in ipso Deo nihil est in finē ordinabile, cū ipse sit finis vltimus. Ipsa igitur ratio ordinis rerum in finem prouidentia in Deo nominatur. Vnde Boē. 4. de consola. dicit, quòd prouidentia est ipsa diuina ratio in summo omnium principe cōstituta, quæ cuncta disponit. Dispositio autē potest dici tam ratio ordinis rerum in finem, quàm ratio ordinis partium in toto.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ secundum Philosophū in sexto Ethi. Prudētia proprie est præceptiua eorum, de quibus eubulia recte cōsiliatur: & synesis recte iudicat. Vnde licet cōsiliari non cōpetat Deo secundū quòd cōsilium est inquisitio de rebus dubiis, tamen præcipere de ordinādis in finem, quorum rectam rationem habet, competit Deo: secundum illud Psal. Præceptum posuit, & nō præteribit. Et secundum hoc competit Deo ratio prudētiæ, & prouidentiæ. Quāuis etiam dici possit, quòd ipsa ratio rerum agendarū consilium in Deo dicitur, non propter inquisitionem, sed propter certitudinē cognitionis, ad quam consiliantes inquirendo perueniunt. Vnde dicitur Ephes. 1. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad curā duo pertinent [e], scilicet ratio ordinis, quæ dicitur prouidentia, & dispositio & executio ordinis, quæ dicitur gubernatio. Quorum primū est æternum, secundum temporale.

¶ Ad tertium dicendum, quòd prouidētia est in intellectu, sed præsupponit volūtatem finis. Nullus enim pręcipit de agendis propter finem, nisi velit finē. Vnde præsupponit & prudentia virtutes morales, per quas appetitus se habet ad bonum, vt dicitur in 6. Ethi. Et tamē si prouidentia ex æquali respiceret volantatē & intellectū diuinum, hoc esset absq; detrimento diuinæ simplicitatis, cū voluntas & intellectus in Deo sint idē, vt suprà dictum est [e].

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum omnia sint subiecta diuinæ prouidentiæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur, quòd non omnia sint subiecta diuinæ prouidentię. Nullum enim prouisum est fortuitum: Si ergo omnia sunt prouisa à Deo, nihil erit fortuitū. Et sic perit casus, & fortuna. Quod est contra communem opinionem.

¶ Præterea, Omnis sapiens prouisor excludit defectum, & malum quantum potest ab his, quorum curam gerit. Videmus autem multa mala in rebus esse. Aut igitur Deus non potest ea impedire (& sic non est omnipotens) aut non de omnibus curam habet.

¶ Præterea, Quę ex necessitate eueniunt, prouidentiam, seu prudentiā non requirunt. Vnde secūdum Philosophum in sexto Ethi. Prudentia est recta ratio contingentium de quibus est consilium, & electio. Cum igitur multa in rebus ex necessitate eueniant, nō omnia prouidentiæ subduntur.

¶ Præterea, Quicunq; dimittitur sibi, non sub est prouidentię alicuius gubernantis. Sed homines sibiipsis dimittuntur à Deo, secundum illud Eccle. 15. Deus ab initio cōstituit hominē, & reliquit eum in manu consilij sui. Et specialiter mali secundum illud, Dimisit illos secūdum desideria cordis eorum. Non igitur omnia diuinæ prouidentię subsunt.

¶ Præterea, Apostolus 1. Co. 9. dicit, quòd non est Deo cura de bobus. Et eadem ratione de aliis creaturis irrationalibus. Non igitur omnia subsunt diuinę prouidentiæ.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Sapien. 8. de diuina sapientia, quòd attingit à fine vsque ad finem fortiter & dispo. omnia sua.

CONCLVSIO.

¶ *Deus, cum omnium sit prima causa, omnia etiam in particulari cognoscens, quæuis subiecta esse diuinæ prouidentiæ non tantum in vniuersali, sed etiā in singulari necessarium est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quidam totaliter prouidentiam negauerunt, sicut Democritus & Epicurei, ponentes mūdum factum esse casu [e]. Quidam vero posuerunt incorruptibilia tantum prouidentię subiacere, corruptibilia vero non secūdum indiuidua, sed secūdum species: sic enim incorruptibilia sunt. Ex quorum persona dicitur Iob 22. c. Nubes latibulum eius, & circa cardines cæli perambulat, neque nostra considerat. A corruptibilium autem generalitate excepit Rabbi Moyses homines propter splendorē intellectus, quo participant. In aliis autem indiuiduis corruptibilib⁹ aliorum opinionem est secutus. sed necesse est dicere oīa diuinæ prouidentiæ subiacere, non in vniuersali tantum, sed etiā in singulari. Quod sic patet. Cū enim omne agens agat propter finem, tantū se extēdit ordinatio effectuū in finem, quantū se extendit causalitas primi agentis. Ex hoc enim contingit in operib⁹ alicuius agentis aliquid prouenire non ad finem ordinatum, quia effectus ille consequitur ex alia causa pręter intentionem agentis. Causalitas autem Dei, qui est primum agens, se extendit vsq; ad omnia entia non solum quantū ad principia speciei, sed etiam quantum ad indiuidualia principia [e], non solum incorruptibilium, sed etiam corruptibilium. Vnde necesse est omnia, quæ habent quocunque modo esse, ordinata esse à Deo in finem, secundum illud Apostoli ad Romanos 13. Quæ à Deo sunt ordinata sunt.

à Deo perfectionis ad eius bonitatē, iustitiam, liberalitatem, & misericordiam: & satis clare est in litera.

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæprimæ Articulum quartum.*

34 Cōment. Titulus est clarus.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, scilicet in quolibet opere Dei misericordiam & iustitiam oportet inueniri.

32 ¶ Circa quam tria facit. 34 Primo misericordię nomen extendit, extendendo nomen miseriæ ad 116 omnem defectum: & rationem 131 extensionis assignat: c quia cum miseria 328 opponatur felicitati, in sola rationali creatura, quę felicitatis est capax, miseria proprie inueniri potest.

¶ Secundo probat conclusionem quo ad iustitiam sic: debitum ex diuina iustitia contingit dupliciter, scilicet Deo vel creaturę: & neutrum potest in aliquo opere Dei prętermitti: ergo in omni opere Dei oportet esse iustitiam. Antecedens quo ad primam partem habetur ex dictis in primo articulo ad tertium: quo ad secundam vero manifestatur, quia non potest facere Deus aliquid, quod non congruat sapientiæ & bonitati ipsius: & similiter quicquid in rebus creatis facit, conuenienti ordine & proportione disponit.

134 4. dis. 46. q. 2. artic. 2. quæs. 1. Et 2. contra ca. 28. & ver. q. 2. artic. 1. 8m. & po. q. 5. arti. 4. 6m. Et post. 24. col. 6. & ad ro. 25. col. 4. ¶ Aduerte hic, quòd illa propositio in litera posita, neutrum potest in aliquo opere Dei prætermitti, non est intenta ab autore prout sonat, quoniam in opere creationis proprie nulla potest inueniri ratio debiti respectu alicuius creaturæ, sed solum respectu sapientiæ & voluntatis diuinæ, vt in responsione ad quartum hic habes: sed est interpretanda quo ad opera prouidētiæ & gubernationis: ad quod insinuandum cum illa manifestatur in litera, notanter dicitur: quicquid in rebus creatis facit Deus, quasi diceret, quod quicquid facit, facit creatione supposita.

¶ Probatur deinde conclusio quo ad misericordiam sic, opus diuinæ 328 iustitiæ semper præsupponit opus misericordiæ, & in eo fundatur: ergo in quolibet opere Dei apparet misericordia, quātum ad primam eius radicem. Antecedēs probatur; quia reducitur debitum in aliquid ex sola diuina bonitate collatum, quod probatur: quia aliter procederetur in infinitum & declaratur exemplariter.

¶ Tertio, quia ex hac probatione videbatur quòd misericordia concurreret ad opera Dei quasi remota causa, ideo declarat, quòd cōcurrerit eminentius quàm iustitia, & hoc dupliciter. ¶ Primo, quia causa primaria vehementius influit quàm secūda: & sic vis misericordiæ & saluatur, & vehementius operatur in omnib⁹ consequentibus.

¶ Secūdo ab effectu: quia debita alicui creaturæ largius Deus dispensat, quam proportio rei exigat: & hoc ex abundantia bonitatis suæ. Patet autem sic esse, quia minus eo quód de facto diuina bonitas confert, ad conseruandum iustitiæ ordinem sufficeret. c 131

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæsecundæ Articulum primum.*

Titulus clarus est. Cōment.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, necesse (c 219 131) esse prouidentiam in Deo. Et probatur: omne bonum quod est in reb. est creatum à Deo: ergo bonum ordinis rerum in finē, & pręcipue vltimū est creatū à Deo: ergo ratio ordinis rerum in finem in mente diuina preexistit: ergo in eo est prouidentia. Antecedēs patet. prima vero consequentia probatur: quia in rebus creatis non solū inuenitur bonitas secundū substantias rerum, sed secūdum ordinē earum in finem, & præcipue vltimum. Secunda autē probatur: quia Deus est causa rerum per intellectū. Tertia autē probatur, ex ipsa diffinitione prouidentiæ: quia scilicet est 34 ratio ordinis rerū in finem: & declarantur 116 singulæ particulæ. 33 Primo quòd sit ratio: quia est principalis pars pruden- 134 tiæ. Secundo quòd sit 115 a ordinis in finem: quia proprium prudentiæ est ordinare in finem. Tertio quòd sit rerum ex 1. di. 39. q. 2. ar. 1. & 3. contra. differentia inter prudentiam monasticam & œconomicam, vel politicam: quoniā illa est ratio ordinis propriorum 77 actuum ad finē vitæ suę, 123 ista vero est ratio ordinis subiectorum sibi in finem eorum, vt patet Matth. 24. Ex hac enim distinctione sequitur quòd prouidentia diuina non est pars prudentiæ monasticæ: quoniā ista impossibilis est Deo: quia nihil habet ordinabile in finē, sed est pars prudentiæ quasi politicæ, imò monarchicæ: & cōsequenter oportet quòd sit ordinans res ipsi subiectas in suos fines. Et confirmatur hęc definitio autoritate Boē. &c. & ex differentia inter prouidentiam & dispositionem.

¶ *Quomodo prouidētia sit ratio ordinis rerum in finem.*

Quæstio. ¶ Circa diffinitionē prouidentię dubium difficile occurrit, an quum dicitur ordinis rerū in finem, intelligatur & ipse ordo in finē, & peruētio ad finē: & an ordo tantū. Est autem ratio dubitādi: quia expresse in quæstionib⁹ de veritate q. 6. arti. 1. dicitur quòd prouidentia diuina est ratio ordinis in finem & non euentus. i. consecutionis ipsius finis: in sequentibus autem pluries habetur in oppositum, & in sequenti arti. In responsione ad primum: & in articu. 4. apertissime: & in arti. 6. sequentis quæstionis: ita vt non sit locus inficiationi. Ad hoc breuiter iudicio meo dicendum est, 137 quòd autor 505 mutauit sententiā in melius: & id de mente sua tenēdum est quod hinc & ex tertio contra gent. cap. 94. habetur: scilicet quòd prouidētia est ratio ordinis in finē quo ad vtrunq; scilicet ordinationis, & consecutionis: Et hoc rationabilius est: quoniam prouidentia ad voluntatem Dei consequentem spectat: & ad omnia quomodolibet entia, vt in sequentibus patebit, se extendit vt causa per se: cum his enim non stat prouidentiam ordinem tantū respicere. sic enim multa preter ipsam euenirēt, sicut de facto præter rerum ordinem eueniunt, sed nō præter ordinem & euentum. b d 11 118 136

a ¶ *Super Quæstionis vigesimæsecundæ Articulum secundum.*

Titulus nulla eget expositione: qui enim dicit oīa nihil excludit. Infrà qō. 103. ar. 5. & 1. dist. 39. qō. 2. arti. 2. & 3. cōtra. c. 164. 94. & 111. & veri. qō. 5. arti. 2. & 4. & op. 3. ca. 124. 132. & 133. & opus. 15. c. 13. 14. & 15. Cōment.

¶ In corpore duo facit. Primo refert tres opiniones circa quæsitum. Prima est Democriti & Epicuri, dicentium nihil esse subiectum diuinæ prouidentiæ. Secūda est Auerrois in 12. metaph. commen. 52. & 54. dicētis res incorruptibiles solas subdi diuinæ prouidentiæ. Tertia est Rabbi Moysi, dicentis non solum incorruptibilia, sed etiam singularia, humanæ tamen speciei tātum diuinæ subiecta prouidentiæ: rationes autem ex quibus emanarunt opiniones in litera arguēdo adducuntur. Secundo respōdet quæsito secundum veritatē vnica conclusione, quam dupliciter probat. Est ergo conclusio responsiua. omnia diuinæ prouidētiæ subiacent, non tantum in vniuersali, sed etiam in singulari, & probatur primo sic. Omne agēs agit propter finem: ergo omnia subiecta causalitati primi agentis sunt etiam subiecta ordinationi eiusdem in finem, ergo omnia quæ habent quocunque modo esse, sunt ordinata à Deo in finem. ergo omnia inquantum habent quomodolibet esse, in tantū diuinæ subiiciuntur prouidentiæ. 251 Prima consequētia manifestatur ab opposito: quia scilicet propterea in operibus alicuius agētis aliquid interuenit, nō subditum illius ordini, quoniam effectus ille non subiicitur causalitati illius causæ, sed ex aliqua alia causa præter intentionem ipsius prouenit. Secunda vero cōsequentia probatur ex eo quòd causalitas Dei extendit se vsq; ad omnia etiam indiuidualia &c. Et confirmatur eius cōsequens autoritate apostoli. Tertia autem consequentia probatur ex ipsa diffinitione prouidentiæ; quia scilicet est ratio ordinis rerum in finem.

¶ Circa hāc rationē nota tria. Anneta. Primū est ꝙ prima cōsequētia propterea est à posteriori, 90 quoniam per se ex vi antece- 287 dentis tenet. 235 cum enim dico, omne agens agit propter finem, causalitatem

Cum ergo nihil aliud sit Dei prouidẽtia quã ratio ordinis rerũ in finẽ, vt dictũ est[c], necesse est omnia in quãtum participãt esse, in tantũ subdi diuinæ prouidentiæ. Similiter etiam suprà ostẽsum est[c], quòd Deus omnia cognoscit, & vniuersalia & particularia. Et cũ cognitio eius comparetur ad res sicut cognitio artis ad artificiata (vt suprà dictum est[c]) necesse est quòd omnia supponantur suo ordini, sicut omnia artificiata subduntur ordini artis.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ aliter est de causa vniuersali, & de causa particulari. Ordinem enim causæ particularis aliquid potest exire, nõ autem ordinẽ causæ vniuersalis[c]. Non enim subducitur aliquid ab ordine causæ particularis, nisi per aliquã aliam causam particularẽ impedientẽ. Sicut lignũ impeditur à cõbustione per actionẽ aquę. Vnde, cum omnes causæ particulares cõcludantur sub vniuersali causa, impossibile est aliquẽ effectum ordinẽ causæ vniuersalis effugere. Inquantum igitur aliquis effectus ordinem alicuius causæ particularis effugit, dicitur esse casuale, vel fortuitum respectu causę particularis: sed respectu causæ vniuersalis, à cuius ordine subtrahi non potest, dicitur esse prouisum. Sicut & cõcursus duorũ seruorum, licet sit casualis inquantum ad eos, est tamen prouisus à domino, qui eos scienter sic ad vnum locum mittit, vt vnus de alio nesciat.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ aliter de eo est, qui habet curam alicuius particularis, & de prouisore vniuersali, quia prouisor particularis excludit defectũ ab eo, qđ eius curæ subditur, quantum potest: sed prouisor vniuersalis permittit aliquẽ defectum in aliquo particulari accidere, ne impediatur bonum totius[c]. Vnde corruptiones, & defectus in rebus naturalibus dicuntur esse contra naturã particularẽ, sed tamen sunt de intẽtione naturæ vniuersalis, inquantũ defectus vnius cedit in bonum alterius, vel etiã totius vniuersi. Nã corruptio vnius est gñatio alterius, per quã species cõseruatur. Cũ igitur Deus sit vniuersalis prouisor totius entis, ad ipsius prouidentiam pertinet, vt permittat quosdã defectus esse in aliquibus particularib⁹ rebus, ne impediatur bonum vniuersi perfectum[c]. Si enim omnia mala impedirẽtur, multa bona deessent vniuerso. nõ enim esset vita leonis, si nõ esset occisio animaliũ: nec esset patiẽtia martyrũ, si nõ esset persecutio tyrãnorũ. Vnde dicit Aug. in enchi. Deus omnipotens nullo modo sineret malũ aliqđ esse in operib. suis, nisi vsqueadeo esset omnipotẽs, & bonus, vt benefaceret etiã de malo. Ex duab⁹ autem rationib. quas nunc soluimus, vidẽtur moti fuisse, qui diuinæ prouidentiæ subtraxerunt corruptibilia, in quib⁹ inueniuntur casualia, & mala.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ homo nõ est institutor naturæ, sed vtitur in operib. artis & virtutis ad suum vsum rebus naturalibus. Vnde prouidẽtia humana non se extendit ad necessaria, quæ ex natura proueniunt, ad quæ tamẽ se extendit prouidentia Dei, qui est autor naturæ. Et ex hac ratione videnẽ moti fuisse, qui cursum rerum naturaliũ subtraxerunt diuinæ prouidẽtiæ attribuẽtes ipsum necessitati materiæ, vt Democritus & alij naturales antiqui.

¶Ad quartum dicendum, quòd in hoc quod dicitur, Deum hominem sibi reliquisse, non excluditur homo à diuina prouidentia, sed ostenditur, quòd non præfigitur ei virtus operatiua determinata ad vnum sicut rebus naturalibus[c]: quę aguntur tantũ quasi ab altero directæ in finem, non autem seipsa agũt, quasi se dirigentia in finem, vt creaturæ rationales per liberum arbitriũ, quo consiliantur & eligunt. Vnde signãter dicit, In manu cõsilij sui. Sed quia ipse actus lib. ar. reducitur in Deum sicut in causam, necesse est vt ea, quæ ex libe. arbitrio fiunt, diuinę prouidentiæ subdantur. Prouidẽtia enim hominis cõtinetur sub prouidẽtia Dei, sicut causa particularis sub causa vniuersali. Hominum autem iustorum quodam excellentiori modo Deus habet prouidentiam quàm impiorum, inquantũ non permittit contra eos euenire aliquid, quod finaliter impediat salutem eorum. Nam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum, vt dicitur Roma. 8. Sed ex hoc ipso, quòd impios non retrahit à malo culpæ, dicitur eos dimittere: non tamẽ ita, quòd totaliter ab eius prouidentia excludãtur, alioquin in nihilum deciderent, nisi per eius prouidentiã conseruarentur. Et ex hac ratione videtur motus fuisse Tullius, qui res humanas, de quibus consiliamur, diuinæ prouidentię subtraxit.

¶Ad quintum dicendum, quòd quia creatura rationalis habet per libe. arbit. dominium sui actus (vt dictum est[c]) speciali quodam modo subdi t diuinę prouidẽtiæ, vt scilicet ei imputetur aliquid ad culpam vel ad meritum: & reddatur ei aliquid vt pœna vel præmium[c]. Et quantum ad hoc curam Dei Apostolus à bobus remouet, non tamen ita quòd indiuidua irrationalium creaturarum ad Dei prouidentiam non pertineant, vt Rabbi moyses existimauit[c].

ARTICVLVS III.

¶Vtrum Deus immediate omnibus prouideat.

AD TERTIVM sic proceditur, Videtur, ꝙ Deus nõ immediate omnib. prouideat. Quicqd enim est dignitatis, Deo est attribuendum. Sed ad dignitatem alicuius regis pertinet ꝙ habeat ministros, quibus mediãtibus subditis, puideat. Ergo multo magis Deus non immediate omnibus prouidet.

¶Præterea, Ad prouidentiã pertinet res in finẽ ordinare. Finis autẽ cuiuslibet rei est eius perfectio & bonũ. Ad quãlibet autẽ causam pertinet effectũ suum perducere ad bonum. Quælibet igitur causa agẽs est causa effectus prouidentię. Si igitur Deus oĩbus immediate prouidet, subtrahũtur omnes causæ secundæ.

¶Præterea, Augu. dicit in ench. quòd melius est quędam nescire quàm scire, vt vilia. Et idem dicit Philosophus in 2. meta. Sed omne quod est melius, Deo est attribuendum. Ergo Deus non habet immediate prouidentiã quorundam vilium & minorum.

¶SED CONTRA est ꝙ dicitur Iob 34. Quem cõstituit alium super terram? aut quẽ posuit super orbem, quem fabricatus est? Super quo dicit Greg. Mundum per seipsum regit, quem per seipsum condidit.

CONCLVSIO.

¶Immediate Deus omnibus prouidet quo ad ordinis rationem, quo vero ad exequutionem ordinis per aliqua media prouidet.

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ ad prouidentiam duo pertinent. s. ratio ordinis rerũ prouisarum in finẽ, & executio huius ordinis, quę gubernatio dicitur[c]. ¶Quantum igitur ad primũ horum Deus immediate omnibus prouidet, qui in suo intellectu habet rationẽ omniũ etiã minimorũ[c]. & quascunq; causas aliquibus effectibus prefecit dedit eis virtutem ad illos effectus producẽdos. Vnde oportet quòd ordinẽ illorũ effectuũ in sua ratione prehabuerit. ¶Quantum autem ad secũdum sunt aliqua media diuinæ prouidentię: quia inferiora gubernat per superiora, nõ propter defectũ suę virtutis, sed propter abundãtiam suæ bonitatis, vt dignitatem causalitatis etiã creaturis cõmunicet. Et secundũ hoc excluditur opinio Platonis (quam narrat Greg. Nicenus) triplicem prouidẽtiam ponentis. Quarũ prima est summi Dei, qui primo & principaliter prouidet rebus spiritualibus, & consequenter toti mundo quantum ad genera, species & causas vniuersales. Secunda vero prouidentia est, qua prouidetur singularibus generabilium & corruptibilium. Et hanc attribuit diis: qui circueunt cælos, id est substãtiis separatis, quę mouent corpora cęlestia circulariter. Tertia vero prouidẽtia est rerum humanarum: quã attribuebat dæmonibus quos Platonici ponebãt medios inter nos, & Deos, vt narrat Aug. 7. de Ci. Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ habere ministros executores suæ prouidentię pertinet ad dignitatẽ regis. Sed quòd non habeat rationem eorum, quę per eos agenda sunt, est ex defectu ipsius. Omnis enim sciẽtia operatiua tanto perfectior est quanto magis particularia considerat, in quibus est actus.

¶Ad secundum dicẽdum, ꝙ per hoc ꝙ Deus habet immediate prouidẽtiã de reb⁹ omnib⁹, nõ excludũtur causę secundę, quæ sunt executrices huius ordinis, vt ex supradictis patet[c].

¶Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ nobis melius est non cognoscere mala & vilia, inquãtũ per ea impedimur à cõsideratione aliquorũ meliorum: quia nõ possumus simul multa intelligere: & inquãtum cogitatio malorũ pręuertit interdũ voluntatẽ in malum. Sed hoc nõ habet locum in Deo, qui simul omnia vno intuitu videt, & cuius voluntas ad malum flecti non potest.

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum prouidentia rebus prouisis necessitatem imponat.*

AD QVARTVM sic proceditur, Videtur, quòd diuina prouidentia necessitatem rebus prouisis imponat. omnis enim effectus qui habet aliquã causam per se quæ iam est vel fuit, ad quam de necessitate sequitur prouenit ex necessitate, vt Philosophus probat in sexto metaph. Sed prouidẽtia Dei (cũ sit æterna) prexistit & ad eam sequitur effectus de necessitate. Non enim potest diuina prouidentia frustrari. Ergo prouidentia diuina necessitatem rebus prouisis imponit.

¶Præterea, Vnusquisq; prouisor stabilit opus suum quãtum potest ne deficiat. Sed Deus est summe potens. Ergo necessitatis firmitatem rebus à se prouisis tribuit.

¶Præterea, Boë. dicit 4. de con. quòd fatum ab immobilibus prouidentię proficiscens exordiis actus fortunásque hominum indissolubili causarum connexione astringit. Videtur ergo quòd prouidentia necessitatem rebus prouisis imponat.

---

litatem agentis significo, in hoc quod dico, agit. ordinationem vero effectus in finem significat ly propter finẽ. Causalitas ergo amplior nõ est ordinatione, nisi agat nõ propter finem: & propterea optime sequitur, & sine alio medio, quòd si actio est propter finẽ, tantũ se extẽdit ordinatio in finẽ, quantum causalitas: quia ly propter, adęquat ly agit. ¶Secundum est, ꝙ causalitatis nomen in litera positũ quo ad præsens negotiũ ponderandũ est: & satis

335 proprie accipiendũ: quoniam non sumitur pro quocunq; modo aliquid facere, sed pro facere aliquid: sic quod per ipsam

88 actionem suam faciat id

85 quod effectus dicit per seipsum: ita quòd illud

90 vere illam conditionem

87 quæ facta est ab illa cau-

99 salitate habeat, in cuius

107 signum in litera effectus per accidẽs alicuius causæ, dicitur esse per causalitatem alterius causę, & nõ illius causæ, cuius

120 dicitur effectus per accidẽs. sic autem intellecta causalitas nihil aliud est quàm causalitas per se. Nec tamen oportuit in litera exprimi ly per se: quoniam in sermonibus scientificis omnia interpretanda sunt per se.

¶Tertium est, quòd quũ dicitur hic, quòd causalitas Dei extẽdit se vsq; ad omnia &c. intelligẽdum est prout dictum & expositũ fuit in quęstione octaua, scilicet per essentiam, & potentiam, alias processus iste nihil valeret, vt facile patere potest consideranti.

Coment. ¶Secunda ratio ad conclusionem est: Deus omnia cognoscit etiam in particulari, vt artifex eorum: ergo necesse est ꝙ omnia supponantur suo ordini. & probat sequela:

c quia omnia artificia-

253 ta subdũtur ordini artis.

Annota. ¶Aduerte hic, ꝙ nõ est intentio literæ ponere identitatẽ artis, & prouidentiæ: quoniã earum differentia est manifesta dum ars respicit ipsam substantiã artificiatorũ: prouidẽtia autẽ ordinẽ in finẽ, sed intendit proportionaliter se habere artẽ, & prouidentiam, & propterea &c. In cuius

123 signum litera in probatione cõsequentię vtitur ly sicut, quod est nota non identitatis, sed similitudinis proculdubio proportionalis hic.

Annota. ¶In responsione ad primum: aduerte quòd tam fortuitum quàm casuale relatiuũ est; & propterea non oportet ꝙ id quod in se, & simpliciter est fortuitũ, esse fortuitum respectu omnis agentis.

Hæc est enim differentia inter absoluta, & respectiua, quòd quando est aliquid in se simpliciter tale secundum aliquod prædicatum absolutum, non desinit esse aut dici tale ex comparatione ad quodcunque; quando vero aliquid est tale in se, & simpliciter secundum aliquod prædicatum respectiuum: non solum non habet tale prædicatum in ordine ad quodcunque, sed ad correlatiuum tantum, verum etiam oppositum prędicatum respectiuum in ordine tamen ad aliud correlatiuũ sortiri potest: vt patet de albo, quod quum absolute sit alteri albo simile, ad nigrum tamen comparatum est dissimile. Sic igitur quia res dicuntur fortuitæ vel casuales in ordine ad naturam, & intentionem creatam, non inconuenit, quòd in ordine ad diuinam intẽtionem non fortuitæ, sed per se intentæ sint & dicantur: ita tamen, quòd secundum se sumptæ simpliciter casuales, seu fortuitæ, & sint & dicantur, ea ratione, quia vnaquæque res est, & iudicatur secundum proprias & proximas causas. Et per hoc patet non contradicere doctrinam hanc de prouidentia diuina doctrinæ traditæ in philosophia naturali, & 6. metaph. quoniam vtrobique res examinatæ iudicatæque sunt secundum quòd pendent ex proximis vel saltem particularibus causis; quales sunt omnes causæ creatæ: quarum nec intentionibus nec causalitatibus subest modus, quo effectus causatur, scilicet necessario, vel contingenter. hoc enim proprium est primæ causæ, quæ respicit ens in eo quod ens.

¶Num mala culpæ sint permissa à Deo propter perfectionem vniuersi; & quomodo.

Quæstio. ¶In responsione ad secundum dubium occurrit, quo pacto mala culpæ sint permissa à Deo propter perfectionem vniuersi. Tum quia si Deus cooperatus fuisset cum gratia sua, tam angelis, quàm hominibus, qui lapsi sunt, ad perpetuam in bono perseuerantiam, vt possibile fuit, vniuersum multo melius esset, eò quòd nihil ab ordine respiciente diuinam voluntatem secundum se, qui est supremus ordo in vniuerso, defecisset: quoniam in tali defectu malum culpæ consistit, vt suprà dictum fuit. Tum quia virtutes, quæ ex malo culpæ occasionantur, vt patiẽtia martyrum, & pœnitẽtia &c. non deessent vniuerso: quoniam inuenirentur secundum præparationem animi. Ad hoc dicitur quòd integritas vniuersi maius bonũ est, quàm quodcunque particulare bonum creatũ, vt patet Gen. primo. exigit autem vniuersi integritas virtutes, & si qua sunt alia ex malo occasionaliter prouenientia, non solum in statu imperfecto, sed in statu

113 perfecto: constat autem perfectum virtutis statum consistere in actu secundo, & non in habitu, vt patet primo Ethi. & 12. Metaphysi. deessent ergo multæ perfectiones vniuerso, puta iustitia punitiua, patientia martyrum, & similia, imò, quod maxime ponderãdum est, deesset vniuerso hostia illa diuini suppositi, quam in cruce obtulit, quod adeò bonum fuit & est, vt excedat in bonitate omne malum culpæ non solum hominum, sed dæmonum. Vnde & ipse ordo in diuinam bonitatem secundum se, quamuis ex malo culpæ sit læsus, & tantum tamen boni ad eundem ordinem spectantis ex malo culpæ Deus effecit, vt feliciter actum cum vniuerso dicere

224 possimus: quam Deus

126 mala culpæ permisit;

d iuxta illud Gregorij, O felix culpa, &c. Subest

120 etiam naturalis ratio, cur malum culpæ permissum fuerit, scilicet

b suauis rerum dispositio: potentia nanque pec-

504 candi ab vniuerso sub-

554 trahi non potuit sine

o illius maxima iactura,

137 in amissione omnium creaturarum intellectua- Infrà q. lium: vt alibi patet. actus 113. ar. 6. autem peccati ab huiusmodi & 3. con. potentia progrediens, c. 75. 77. quamuis prohiberi, id est, 83. et 94. non permitti potuisset, suauis ta col. 2. & men dispositio liberi opus. 3. c. arbitrij creati hoc non exigit, sed magis vt sua vi seipsum agat: & quoniam ad 154. & prouidentiam diuinam spẽctat disponere omnia suauiter, sapientissime elegit opus. 15. Deus permissionem malorum culpæ. Nec fallaris cum legis in litera, mala esse cap. 14. de intentione naturæ vniuersalis: ac perinde mala culpæ esse de intentione primi, & vniuersalissimi agentis. Hæc enim non ita sunt intelligenda, vt ipsa mala sint volita seu intenta siue per se, siue per accidens: quoniam hoc esse impossibile de malo culpæ suprà manifestatum est: sed quòd ipsa mala non sunt nolita seu exclusa per intentionem seu volitionem causæ primæ, & quòd permissio malorum culpæ est intenta propter integritatem ac perfectionem vniuersi: & secundum permissionem hanc tenet similitudo proportionalis inter intentionem naturæ vniuersalis respectu malorum naturalium, & intentionem Dei gloriosi respectu malorum culpæ.

a *¶Super Quæstionis vigesimæsecundæ Articulum tertium.*

Annota. IN titulo ly immediate, significat negationem medij prouisoris ad prouidentiæ diuinæ complementum, & sensus est, vtrum ad actum prouidendi omnibus, qui Deo conuenit, requiratur, aut etiam concurrat aliquis medius prouisor, vt sic.

Coment. ¶In corpore tria facit. Primò distinguit actus prouidentiæ in duo: scilicet in ordinare, & executionem statuti ordinis, & primus proprie dicitur prouidere, secundus vero gubernare. Secundo respondet quæsito duabus conclusionibus iuxta hos duos actus. Prima est, Deus immediate prouidet omnibus quo ad rationem ordinis. Secunda vero est, Deus per aliqua media prouidet quantum ad executionem. Probatur prima, Deus habet in intellectu suo rationem omnium etiam minorum, & dedit causis quas effectibus perfecit virtutẽ ad illos effectus producẽdos: ergo in sua ratione præhabet ordinem illorum effectuum in finem: ergo Deus per seipsum prouidet omnibus quo ad rationem ordinis. Secũda vero probatur: quia Deus gubernat inferiora per superiora. & excludit statim tacita obiectio cõtra eã: dum dicitur, quòd gubernare per media conuenit Deo non propter defectum virtutis, &c. vt patet in litera.

Annota. ¶Attende nouitię, quòd inter prouidere & gubernare hoc interest, ꝙ prouidere est operatio immanẽs, gubernare vero transiens. Et propterea prouidere nõ per seipsum, ponit imperfectionem in ipso prouidẽte, quoniam importat ipsum non statuere in mẽte sua totum omniũ ordinem in omnem finẽ, sed partem tantum: gubernare vero per media non ponit imperfectionem in gubernante, nisi

b ex eius defectu proce-

235 dat, sed ponit actionem eius transeuntem multis quasi instrumẽtis expleri: quod non incõuenire Deo patet.

Comenta. ¶Tertio excluditur ex

105 dictis opinio Plat. satis clare, de qua tamẽ si diffuse videre cupis quomodo impugnetur, lege tertium contra gen. cap. 76. ibi enim aduertes etiam, quòd nõ est intentionis præsentis, excludere medios prouisores, vt executores diuini ordinis pertingentis vsque ad minima: hoc enim esset etiã tollere prudẽtiã humanam: sed excludere medios puisores vt prouisores tantum, id est ita prouisores quòd nõ executores præfati ordinis, sed alterius, in diuino actu aliter non comprehensi. Et si vis perspicere cõclusiones plenius hic positas: lege tertiũ contra gent. capit. 94. vbi nunc facta distinctio cum eisdem conclusionibus diffusius ponitur, & manifestatur in principio solutionis.

a *¶Super Quæstionis vigesimæsecundæ Articulum quartum.*

Annota. TItulus ex dictis in quæstione 19. articul. 8. clarus est. Est enim quæstio, vtrum expositione diuinæ prouidẽtiæ modo declarato, sequatur quòd omnia prouisa sunt necessaria.

Cõment. ¶In corpore duo facit. Primo proponit conclusionem responsiuam, annexa recitatione oppositæ opinionis. Secundo probat conclusionem ipsam. Conclusio est, diuina prouidentia imponit necessitatem quibusdam & non omnibus. Probatur sic, ad prouidentiam diuinam pertinet ordinare res in finem: ergo ad perfectionem vniuersi. ergo omnes gradus entium producere: ergo quibusdam effectibus præparare causas necessarias, & quibusdam contingentes: non igitur ad eam spectat omnibus necessitatem imponere. prima cõsequentia probatur: quia perfectio vniuersi est principale bonum existens in ipso: bonitas enim diuina est longe maius bonum, sed separatum ab vniuerso. & finis eius separatus vt patet 12. metaph. secunda autem probatur: quia perfectio vniuersi non esset, si non omnes essendi gradus inuenirentur in rebus. tertia vero, quia oportet ad hoc vt necessario vel contingenter eueniant effectus, causas proximas esse huiusmodi. Hic non opus est amplius repetere disputationem de contingentia, sufficiunt siquidem supradicta etiam huic loco.

¶Quomodo infallibilitas diuinæ prouidentiæ, stet cum his quæ libere agimus, & si contingenter eueniant.

Quæstio. ¶In responsione ad primum dubitatio occurrit valde ardua, & forte ab humano intellectu insolubilis. Ad cuius euidentiam vt melius percipiatur in quo consistit dubitatio, aduertendum est quòd aliud est à contingenter euenire, & aliud est à necessario euenire, & aliud est à infallibiter, seu ineuitabiliter euenire: tam primum enim quàm secundum importat ordinem effectus ad causam in actu positam. Illud quidẽ quòd sua causa habet potentiam ad vtrumlibet, hoc vero, quòd sua nõ potest deficere ab ipsius causalitate: sed tertium communius est vtroque: quoniam & contingentia, & necessaria sequuntur diuinam prouidentiam positam in actu infallibiliter, seu ineuitabiliter: & cum hoc illa sequuntur contingenter, & ista necessario. Ex his enim, quamuis quiescat intellectus attendens ad responsionem in litera positam circa saluationem cõtingentiæ, fluctuat tamen circa connexionem prædictæ infallibilitatis cum libero arbitrio imò vt rectius loquar, cum libero euentu ipsarum operationum, quas liberas dicimus: & similiter cum ambiguo euentu contingentium aliorum. Cum enim in operatione libera sit cõsiderare ipsam voluntatẽ, illius causam, & euentum, seu executionem ipsius nunc, ita quòd nõ opposite: quamuis difficile non sit saluare naturam talis causæ, scilicet libere cum prædicta infallibilitate, eò quia huiusmodi infallibilitas nihil dat vel aufert causæ ad vtrumlibet: sed cum

o ipsa stat, quòd causa ha-

122 beat potentiam indiffe-

112 b rentem ad illud infallibile, & ad eius oppositum: & propter hoc diuina prouidentia nõ adimit contingẽtiam à rebus, verũm saluare prædictã infallibilitatẽ cum indifferentia seu libertate executionis seu euentus, hoc opus hic labor est. Si enim infallibile est mediluculo primo futuro scribere, quamuis potentiam habeam ad

338 vtrũlibet, id est, ad scri- sup. q. 19. bendum tunc, vel ad nõ arti. 8. & scribẽdum tunc, attamẽ 12. q. o. potentia ista atq; liber- arti. 4. & tas non exibit in actum 1. dist. 39. negationis scribẽdi, sed affirmationis. sic ꝙ ine- q. 2. art. 2. uitabile est quin affirma- & 2. con. tio eueniat. & si sic est cum iam ab æterno di- c. 69. 70. uina prouidentia sit in 71. 93. fin. actu determinata respe- & 94. et ctu omnium, & immuta opus. 3. ca. bilis & infallibilis &c. 141. & sequitur quòd de facto omnia ineuitabiliter e- 142. & ueniant, quamuis quędã opus. 15. contingenter, & quædã cap. 15. necessario. Notanter autem dixi de facto: quia de possibili absolute loquendo potest Deus nõ determinare prouidentiam suã ad hoc, vel illa futura. Sed cum iam determinata est, repugnat immutabilitati efficacię vniuersalitati atque certitudini suæ, euitabilitas euenientium. Et si omnia ineuitabiliter eueniunt de facto: vt quid consiliamur, & conamur ad hæc magis quàm illa prosequenda vel vitanda? Nil enim minus videtur ex hoc destrui pars moralis; omnísque conatus ecclesiæ, atq; exhortatio ad bonum, quàm ex negatione cõtingentiæ. Quamuis enim negatio euitabilitatis, & negatio contingentiæ non æquiualeãt, vt iam patet ex dictis, quo ad proposita tamen incontinẽtia æqualiter videntur. Nullus enim consiliatur de ineuitabili, nec aliquis conatur, aut hortatur aut orat circa ineuitabilia.

Solutio. ¶Ad hanc dubitationem nihil scriptum reperi in S. Thoma: quoniam nullibi eum mouisse hanc recolo, sed semper studuit ad saluandam contingentiam: in aliis quoque doctoribus nihil hactenus comperi ad quæstionem istam, nisi quæ communiter dicuntur de sensu composito, & diuiso, de necessitate consequentiæ & consequentis: de libertate electionis diuinæ in æternitate: déque natura causarum ad vtrumlibet in vniuerso inuentarum. Sed hæc omnia vt ex dictis patet intellectum non quietant: quoniam vt iam dictum est, non de Deo secũdum se considerato, sed secundum quòd de facto est: & similiter non de ipsis naturis causarum, aut rerum, nec de necessitate, aut contingentia, sed de compossibilitate ineuitabilium euentuum, cum contingentia & libertate eorundem est quæstio. Non enim satisfit quæsito, dicendo, quòd actus eueniens est euitabilis & ineuitabilis: Euitabilis quidem secũdum se, ineuitabilis vero secundum quòd est prouisus. licet enim hoc sit verum, tamen non soluit nodum: quoniam actus eueniẽs de facto est iam prouisus ab æterno: & esse prouisum vincit conditiones ipsius secundum se: & consequenter actus eueniens est simpliciter, id est omnibus consideratis ineuitabilis, & secundum quid, id est solitarie sumptus euitabilis. sicut proiectio mercis tempore naufragij est simpliciter volita, quia omnibus consideratis est volita, & secundum quid est nolita: quia secundum se proiectio ipsa displicet. Nihil quoque ad propositum facit dicere, quòd esse prouisum nihil ponit in actu eueniente: in hoc enim exemplo manifeste apparet nihil ad rem referre, an ponat vel non ponat: esse nanque volitum nihil ponit in proiecta merce: & tamen &c. Nec etiam euaditur dicendo, quòd quia actus eueniens est prouisus à Deo, & ineuitabilitas eius sequitur esse prouisum, vtires respectiua

ad Deum

ad Deum: actus eueniens est de facto ineuitabilis respectu Dei, non autem respectu nostri. Hoc enim æquiualet in nihilo: quoniam si de facto ineuitabilis est à Deo, ergo & de facto ineuitabilis est & simpliciter, & à nobis: quoniam impossibile est à quocunq; vitari, quòd à Deo de facto vitari nõ potest: propter ipsius summam efficaciam. Oportet igitur, si quæstionis huius veritas quietare debet intellectum nostrum, alterum duorum dicere, aut quòd esse prouisum non sequatur ineuitabilitas, aut quòd ineuitabilitas euentus prouisi nõ deroget euitabilitati eorundem euentuum. Et hoc secundum quidem propter rationem supra adductã non capio quomodo possit verificari. Liquet enim quòd non nisi secundum quid euitabilitas saluari apparet. Primum autẽ, quamuis communiter à doctoribus destruatur, dicentibus ꝙ esse prouisum seu volitũ seu prædestinatum (pro a b eodem enim quo ad hãc difficultatem omnia ac- 105 cipio) sequitur ineuitabilitas. Ego autem nõ vt opponam me cõtra tor- 143 rentẽ, nec asserendo, sed stante semper captiuita- c te intellect⁹ in obsequiũ Christi, suspicor, quòd quemadmodũ esse prouisum, nec contingentiam, nec necessitatẽ ponit in euentu prouiso, vt in litera dicitur: eo quia 122 Deus est causa super excedens eminenter præhabens necessaria & cõtingentia: per hoc enim euadit sanct. Tho. ab illa ratione 6. meta. hic allata. Intendit enim quòd propositiones Ari. verificantur in causis particularibus. quarum aliæ sunt necessariæ, aliæ cõtingentes: aliæ per se, & aliæ per accidens, non autem in causa vniuersalissima excedente necessarias & contingẽtes per se & per accidens: quoniã ad eam spectat producere, vt effectus electos non solum res, sed omnes rerum & euentuum modos. Ita eleuãdo altius mentis oculos, ipse Deus ex sua altiori, quã cogitari possumus, excellentia, sic reb. euentibúsq; prouidet, vt esse prouisum ab eo, sequatur aliquid altius, quàm euitabilitas vel ineuitabilitas, vt sic ex passiua prouisione euentus, neutrius cõbinationis alterum membrũ oporteat sequi. Et si sic est quiescet intellectus non euidẽtia veritatis in specie, sed altitudine inaccessibili veritatis occultæ. Et hoc ingeniolo meo satis rationabile videtur. 135 Tum propter rationem 146 prædictam. Tum quoniam vt ait Gre. minus de Deo sentit, qui hoc tãtum de illo credit, quod suo ingenio metiri potest. Nec propterea negandum aliquid eorum, quæ ad diuinam immutabilitatem, actualitatem, certitudinem, atque vniuersalitatẽ, & similia spectare scimus, aut ex fide tenemus, sed suspicor aliquod occultum latere, vel ex parte ordinis, quę est inter Deum & euentum prouisum: vel ex glutino inter ipsum euentum, & esse prouisum arbitror: & sic intellectum animæ nostræ oculum noctuæ esse considerans, in ignorantia sola quietem illius inuenio. Melius est enim tam fidei catholicæ, quàm philosophiæ fateri cæcitatem nostram, quàm asserere tanquam euidentia, quæ intellectum non quietant: euidentia nanque quietatiua est. Nec propterea omnes doctores præsumptionis accuso: quoniam balbutiendo vt potuerunt, immobilitatem ac efficaciam summam, & æternam diuini intellectus voluntatis potestatisque insinuare intenderunt omnes per ineffabilitatem ordinis diuinę electionis ad euentus omnes: quorum nihil præfatæ suspitioni obstat: quæ altius quid in eis latere credit. Et vere si sic prædicaretur, nullus forte circa prędestinationem erraret Christianus, sicut non errat in materia trinitatis: quia dicitur, & scribitur: & ita est, quòd occulta est humano intellectui, & sola fides sufficit. Optimum autem atque salubre consilium est in hac re, inchoare ab his, quæ certo scimus & experimur in nobis scilicet, quòd omnia, quæ sub libero arb. nostro continentur, euitabilia à nobis sunt, & propterea digni sumus pœna vel præmio. Quomodo aũt hoc saluo, diuina saluetur prouidentia ac prædestinatio &c. credere quòd sancta mater ecclesia credit. Scriptum est enim, altiora te ne quæsieris. plurima enim sunt tibi supra sensus hominum reuelata. Et hoc est vnũ de illis.

¶SED CONTRA est, quod dicit Dio. 4. c. de diu. no. quòd corrumpere naturam nõ est diuinæ prouidentiæ. Hoc autẽ habet quarundam rerum natura quòd sint contingẽtia. Non igitur diuina prouidentia necessitatem rebus imponit contingentiam excludens.

CONCLVSIO.

¶Cum ad diuinam prouidentiam propter vniuersi perfectionem spectet quoscunque essendi gradus in ipso producere, non omnibus rebus à se prouisis necessitatem imponit, sed quibusdam, quibus præparauit causas necessarias.

¶RESPONDEO dicendum, quòd prouidentia diuina quibusdam rebus necessitatem imponit, non autem omnibus, vt quidã crediderunt. Ad prouidẽtiam enim pertinet ordinare res in finem. Post bonitatem autem diuinã, quę est finis à rebus separatus[e], principale bonum in ipsis rebus existens est perfectio vniuersi. Quæ quidem non esset, si non omnes gradus essendi inuenirẽtur in rebus[e]. Vnde ad diuinam prouidentiam pertinet omnes gradus entium producere. Et ideo quibusdam effectibus præparauit causas necessarias vt necessario euenirẽt, quibusdam vero causas contingentes vt euenirent contingenter secundum cõditionem proximarum causarum[e].

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd effectus diuinæ prouidẽtiæ non solum est aliquid euenire quocunque modo, sed aliquid euenire vel contingenter, vel necessario. Et ideo euenit infallibiliter & necessario, quòd diuina prouidentia disponit euenire infallibiliter & necessario: & euenit contingenter, quod diuinæ prouidentię ratio habet vt contingenter eueniat.

¶Ad secundum dicendum, quòd in hoc est immobilis & certus diuinæ prouidentię ordo, quòd ea, quę ab ipso prouidentur, cuncta eueniunt eo modo, quo ipse prouidet, siue necessario siue contingenter.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd indissolubilitas illa & immutabilitas quam Boë. tangit, pertinet ad certitudinem prouidentię, quæ non deficit à suo effectu neque à modo eueniendi, quem prouidit, non autem pertinet ad necessitatem effectuum. Et considerãdum est quòd necessariũ & contingens proprie consequuntur ens inquantum huiusmodi. Vnde modus contingentiæ & necessitatis cadit sub prouisione Dei, qui est vniuersalis prouisor totius entis: non autem sub prouisione aliquorũ particularium prouisorum.

QVÆST. VIGESIMA tertia de Prædestinatione, in octo articulos diuisa.

POST considerationem diuinæ prouidentię agendũ est de prædestinatione. ¶Et circa prędestinationem quęruntur octo. ¶Primo, vtrum Deo conueniat prædestinatio. ¶Secundo, quid sit prędestinatio: & vtrum ponat aliquid in prædestinato. ¶Tertio, vtrum Deo competat reprobatio aliquorum hominum. ¶Quarto, de comparatione prędestinationis ad electionem, vtrum scilicet prædestinati eligantur. ¶Quinto, vtrũ merita sint causa vel ratio prędestinationis, vel reprobationis, aut electionis. ¶Sexto, de certitudine prædestinationis, vtrum scilicet prędestinati infallibiliter saluẽtur. ¶Septimo, vtrum numerus prædestinatorum sit certus. ¶Octauo, vtrum prędestinatio possit iuuari precibus sanctorum.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum homines prædestinentur à Deo.*

AD PRIMVM sic proceditur, Videtur, quòd homines nõ prędestinentur à Deo. Dicit enim Damas. in 2. lib. Oportet cognoscere quòd omnia quidem præcognoscit Deus: non autem omnia prædeterminat. Præcognoscit enim ea, quæ in nobis sunt: non autem prędeterminat ea: sed merita & demerita humana sunt in nobis, inquãtum sumus nostrorum actuum domini per liberum arb. Ea ergo, quæ pertinent ad meritum vel demeritum, non prædestinantur à Deo. Et sic hominum prædestinatio tollitur.

¶Præterea, Omnes creaturæ ordinantur ad suos fines per diuinam prouidẽtiam, vt suprà dictum est[e]. Sed aliæ creaturæ non dicuntur prædestinari à Deo. Ergo nec homines.

¶Præterea, Angeli sunt capaces beatitudinis, sicut & homines. Sed angelis non competit prædestinari (vt videtur, cum in eis nũquam fuerit miseria: prędestinatio autẽ est propositum miserendi, vt dicit Aug.) Ergo homines non prædestinantur.

¶Prӕterea, Beneficia hominibus à Deo collata per spiritum sanctum viris sanctis reuelantur, secundum illud Apostoli 1. Cor. 2. Nos autem nõ spiritum huius accepimus mundi, sed spiritũ, qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Si ergo homines prædestinarentur à Deo (cum prædestinatio sit Dei beneficium) esset prædestinatis nota sua prædestinatio, Quod patet esse falsum.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Roma. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit.

CONCLVSIO.

¶Prædestinantur homines à Deo, prout ordinis ipsorum transmissionis in vltimum finem, ratio in ipso præexistit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deo conueniens est homines prædestinare. Omnia enim diuinæ prouidentiæ subiacent, vt suprà ostensum est[e]. Ad prouidẽtiam autem pertinet res in finem ordinare, vt dictũ est[e]. Finis autẽ, ad quem res creatæ ordinantur à Deo, est duplex. Vnus, qui excedit proportionem naturæ creatæ & facultatem, & hic finis est vita æterna, quæ in diuina visione consistit: quæ est supra naturam cuiuslibet creaturæ, vt supra habitum est[e]. Alius autem finis est naturæ creatæ proportionatus: quem scilicet res creata potest attingere secundum virtutem suæ naturæ. Ad illud autem, ad quod non potest aliquid virtute suæ naturæ peruenire, oportet quòd ab alio transmittatur, sicut sagitta à sagittante mittitur ad signum. vnde proprie loquendo rationalis creatura, quæ est capax vitæ æternæ, perducitur in ipsam quasi à Deo transmissa. Cuius quidem transmissionis ratio in Deo præexistit, sicut & in eo est ratio ordinis omnium in finem, quam diximus esse prouidentiam[e]. Ratio autem alicuius fiendi in mente actoris existens est quædam præexistentia rei fiendæ in eo. Vnde ratio prædictæ transmissionis creaturæ rationalis in finem vitæ æternę, prædestinatio nominatur. Nam destinare est mittere. Et sic patet quòd prædestinatio quantum ad obiecta, est quædam pars prouidentiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damas. nominat prædeterminationem impositionem necessitatis: sicut est in rebus naturalibus, quæ sunt prædeterminatæ ad vnum. Quod patet ex eo quod subdit, non enim vult malitiam, neque compellit virtutem. Vnde prædestinatio non excluditur.

¶Ad secundum dicendum, quòd creaturę irrationales non sunt capaces illius finis, qui facultatem humanæ naturę excedit. Vnde non proprie dicuntur prędestinari. Etsi aliquando abusiue prędestinatio nominetur respectu cuiuscunque alterius finis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ prędestinari conuenit angelis, sicut & hominibus: licet nunquam fuerint miseri. Nam motus non accipit speciem à termino à quo, sed à termino ad quem[e]. Nihil enim refert quantum ad rationem dealbationis, vtrum ille, qui dealbatur fuerit niger, aut pallidus, vel rubeus. Et similiter nihil refert ad rationem prędestinationis, vtrũ aliquis prædestinetur in vitam æternã à statu miseriæ, vel non. Quãuis dici possit, ꝙ omnis collatio boni supra debitum eius, cui confertur, ad miseriam pertineat: vt supra dictum est[e].

¶Ad quartũ dicendũ, ꝙ etiã si aliqbus ex speciali priuilegio sua pdestinatio reueleť, nõ tñ cõuenit vt reueletur omnibus: qa sic illi, qui non sunt prædestinati, desperarent: & securitas in prędestinatis negligentiam pareret.

a ¶Super Quæstio. vigesimætertiæ Articulum primum.

Annota. IN titulo aduerte, quòd hic quæritur de diuina prædestinatione, non simpliciter ex modo quærendi, sed respectu hominum: vtrunque tamen est intentum. Et propterea in corpore determinat quęstionem an est simpliciter, in responsionibus vero argumentorum respectu hominum.

Cõment. ¶In corpore ponitur vnica conclusio responsiua quęsito affirmatiue, in Deo est prædestinatio: cum vno corollario in calce. 139 Probatur conclusio sic. vita æterna in diuina visione cõsistens est finis excedens proportionem & facultatem naturæ creatæ: ergo rationalis creatura illius capax perducitur in ipsam, quasi à Deo transmissa: ergo huius transmissionis ratio in Deo pręexistit: ergo in Deo est prædestinatio. Antecedens declaratur distinguendo duplicem finem, in quẽ à diuina prouidẽtia creatura ordinatur, scilicet proportionatum & superexcedentem: & probatur ex supradictis in quæstione 12. Prima cõsequentia probatur: quia ad id, quod non potest aliquid sua virtute pertingere, oportet ab alio transmitti: sicut sagitta à sagittante, secunda vero probatur: quia in eo est ratio ordinis omnium in finem, quæ vocatur prouidentia. tertia autem probatur sic. ratio rei fiendæ in mente actoris præexistens est quædam præexistentia: ergo ratio huiusmodi trãsmissionis fiendæ est pręexistens transmissio: ergo est prædestinatio. probatur hoc vltimum: quia destinare est mittere: & prædestinatio, est ratio huiusmodi trãsmissionis in vitam ęternam. Corollarium vero est: prædestinatio quantum ad obiecta, est pars prouidentiæ: & probatur: quia prouidentiæ diuinę subiacent omnia quo ad ordinem in finẽ.

1. dist. 40. q. 2. artic. vnico. & 3. contra. cap. vlt.

135 136

136 13 58 131

¶Aduerte hic, quòd prædestinatio ex parte actus non ponitur pars prouidentiæ: quoniam actus diuinus nec partis, nec totius rationem in se habet: sed quantum ad obiecta pars ponitur prouidentiæ, quoniam quodlibet trium subiectorum prædestinationi, pars est subiectorum prouidentiæ. res est enim creatura rationalis: ordo vero transmissio, finis vita æterna. constat autem quodlibet horum, partem esse totius entis, ordinis, & finis creati, prouidentiæ subiecti. Annota.

¶Circa hanc partem nota differentiam inter S. Tho. doctrinam & alios. de quorum numero est Sco. in 40. distinct. primi. putant enim prædestinationem proprie electionem & consequenter actum diuinę voluntatis significare. Hic autem expresse dicitur, quòd actum intellectus importat sicut & prouidentia: quoniam pars est prudentię. Ad cuius maiorem claritatem recolito, quòd diuinus intellectus, nostro more loquendo, Primo excogitauit ordinem eligendorum ac mittendorum in vitam æternam, eiúmque suæ voluntati proposuit acceptandum: deinde libera sua voluntas illum ordinem exequendum elegit, & sic tertius ordo, qui prius, id est secundum se rationem excogitari habebat, modo habet rationem statuti. Annota. 135 Diuersitas igitur opinionum in hoc cõsistit, quòd illi ipsam electionem, quæ ordinem illum excogitatum ac propositum statuit, prædestinationis nomine intelligendam dicunt. Nos autem non ordinem excogitatum, sed ordinem statutum in ipsa autoris mente prædestinationis nomine significamus. Et quoniam diuersitas hæc de vocabulis est potius b quàm rebus: eo quod 238 hæc omnia requiri ad prædestinationem nullus ambigit, & vnusquisque in suo sensu abundet, modo nominibus vtamur vt plures.

ARTICVLVS II.

a *¶Vtrum prædestinatio aliquid ponat in prædestinato.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod prędestinatio ponat aliquid in prędestinato. Omnis enim actio ex se passionẽ infert. Si ergo prędestinatio actio est in Deo, oportet quòd prędestinatio passio sit in prædestinatis.

¶Prӕterea, Orig. dicit super illud Roman. 1. Qui prędestinatus est &c. Prædestinatio eius est qui non est, sed destinatio eius est qui est. Et August. dicit in lib. de prædestinatione sanctorum: Quid est prædestinatio nisi destinatio alicuius existẽtis? Ergo prædestinatio non est nisi alicuius existentis. & ita ponit aliquid in prædestinato.

¶Præterea, Præparatio est aliquid in præparato. Sed prædestinatio est præparatio beneficiorum Dei, vt dicit Aug. in li. de prædestinatione sanctorum. Ergo prædestinatio est aliquid in prædestinatis.

¶Præterea, temporale non ponitur in diffinitione æterni. Sed gratia, quæ est aliquid temporale, ponitur in diffinitione prædestinationis. Nã prædestinatio dicitur esse præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Ergo prædestinatio non est aliquid æternum. Et ita oportet quòd non sit in Deo, sed in prædestinatis. Nam quicquid est in Deo, est æternum.

¶SED COMTRA est, quod Aug. dicit, ꝙ prædestinatio est prescientia beneficiorum Dei. Sed præscientia non est in præscitis, sed in prsciente. Ergo nec prædestinatio est in prædestinatis, sed in prædestinante.

CONCLVSIO.

¶Sicut prouidentia est ratio ordinis rerum in finem in mente prouisoris existens, & non in rebus prouisis, ita prædestinatio tantum in mente diuina ponit rationem ordinis electorum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd prædestinatio non est aliquid in prædestinatis, sed in prædestinante tãtum. Dictũ est enim[e], ꝙ prædestinatio est quædam pars prouidentiæ. Prouidentia autem non est in rebus prouisis, sed est quædam ratio in intellectu prouisoris, vt supra dictum est[e]. Sed executio prouidentiæ, quæ gubernatio dicitur, passiue quidem est in gubernatis, actiue autem est in gubernante. Vnde manifestum est, ꝙ prædestinatio est quædam ratio ordinis aliquorum in salutem æternam in mente diuina existẽs: executio autem huius ordinis est passiue quidem in prędestinatis, actiue autem est in Deo. Est autem executio prædestinationis vocatio & magnificatio, secundum illud Apostoli ad Ro. 8. Quos prædestinauit, hos & vo. & quos vocauit, hos & magnificauit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ actiones in exteriorem naturã transeuntes inferunt ex se passionem, vt calefactio & secatio[e], non autem actiones in agente manentes vt sunt intelligere & velle, vt supra dictum est[e]. Et talis actio est prædestinatio. Vnde prędestinatio non ponit aliquid in prędestinato. Sed executio eius, quę transit in exteriores res, ponit in eis aliquem effectum.

¶Ad secũdũ dicendũ, ꝙ destinatio aliquando sumitur pro reali missione alicuius ad aliquẽ terminum: & sic destinatio non est nisi eius quod est. Alio modo sumitur destinatio pro missione, quã aliquis mente concipit, secundũ ꝙ dicimur destinare qđ mẽte firmiter proponimus. Et hoc secundo modo dicitur 2. Macha. 6. cap. ꝙ Eleazarus destinauit non admittere illicita propter vitę amorem. Et sic destinatio potest esse eius quod non est. Tamẽ prędestinatio ratione antecessionis quam importat, potest esse eius quod non est, qualitercunque eius destinatio sumatur.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ duplex est prępa ratio. Quędã patientis vt patiatur. & hęc præparatio est in præparato. Quędam alia est agentis vt agat. Et hęc est in agente. Et talis prępa ratio est prędestinatio, prout aliquod agens per intellectũ dicitur se prępa rare ad agendũ inquantũ pręcõcipit rationem operis fiendi. Et sic Deus ab ęterno prępa rauit prędestinando concipiens rationem ordinis aliquorum in salutem.

¶Ad quartũ dicẽdũ ꝙ gratia non ponitur in diffinitione prędestinationis quasi aliqd existẽs de essentia ei⁹: sed inquãtũ pdestinatio importat respectum ad gratiam, vt causę ad effectum: & actus ad obiectum. Vnde nõ sequitur ꝙ prędestinatio sit aliquid temporale.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum Deus aliquem hominem reprobet.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videť ꝙ Deus nullũ hominẽ reprobet. Nullus eñ reprobat quẽ diligit, sed Deus omnẽ hominẽ diligit, secundum illud Sap. Diligis omnia, q̃ sunt & nihil odisti eorũ, quæ fecisti. Ergo de⁹ nullũ hominẽ reprobat.

¶Præterea, Si Deus aliquẽ hominẽ reprobat, oportet quòd sic se habeat reprobatio ad

a ¶Super Quæstionis vigesimætertiæ Articulum secundum.

Annot. IN titulo vtrum ponat aliquid, id est cum dicitur, Sortes est prædestinatus, vtrum ly prædestinatus, prædicet aliquod ens in Sor. substantiale, aut accidentale, vt cum dicitur, Sor. est animal, vel Sor. est albus: aut nihil ponit in eo, sed denominat tantum denominatione extrinseca, sicut cum dicitur, album videtur.

Cõment. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito negatiue. prædestinatio non est aliquid in prædestinato, sed in prædestinante tantum. probatur & 133 manifestatur conclusio. 4 Probatur quidem sic, prouidentia nihil ponit in prouisis, sed in intellectu tantum prouisoris rationem ordinis &c. ergo prædestinatio in mente tantum 140 diuina ponit rationem ordinis electorum &c. Et probatur consequentia, quia prædestinatio pars est prouidentiæ. Manifestatur vero ex differentia inter ipsam prædestinationem, & illius executionem: quoniam hæc actiue sumpta ponit aliquid in exequente ipso, scili- 1. di. 40. cet Deo, & aliquid in q. 1. ar. 1. prædestinatis. Et declaratur hoc ex differentia simili inter prouidentiã, & gubernationem, quæ actiue quidem in gubernante, passiue vero in gubernatis ponit aliquid. Et quoniam executio prædestinationis aliquo vno proprio caret nomine, idcirco in litera duobus exprimitur, dum subditur, quòd est vocatio, & magnificatio, ex testimonio apostoli &c.

a ¶Super Quæstionis vigesimætertiæ Articulum tertium.

Annot. IN titulo, reprobare in communi significat repulsionem alicuius tanquam indigni. in proposito autem, indignitas ista attenditur, respectu vitæ æternæ.

Cõment. ¶In corpore duo facit. Primo respondet quæsito affirmatiue determinando quæstionem an est. Secundo ibi, sic igitur determinat quęstionẽ quid est. Et quanuis hoc non fuerit directe quæsitũ: quia tamen propria causa an est, est quid est, vt in 2. poste. dicitur, merito vtrũque simul determinať. Quo ad primum omnium est hæc conclusio. Deus aliquos reprobat. Probatur, ad prouidentiam pertinet permittere aliquem defectum in rebus illi subiectis: ergo ad prouidentiam diuinam pertinet permittere aliquos à vita æterna deficere. ergo aliquos reprobare. Antecedens patet ex dictis. prima vero consequentia probatur: quia ad diuinam prouidentiam pertinet ordinare homines in vitam æternam. Secunda autem quia nihil aliud est quã reprobare. 139 135

¶Quomodo ex prouidentia ad aliquorum reprobationem fiat transitus.

Quæstio. ¶Circa hãc rationẽ dubium occurrit: quoniã tota vis eius nõ infert intentum. Aut enim intendit inferre, quòd reprobatio, seu permissio defectus à vita æterna recte infertur ex hoc quòd prouisoris est permittere: aut intendit ꝙ ex hoc recte infertur ꝙ permissio si est, pertinet ad prouidentiam. Et si quidem intendit hoc secundum non respondet quæsito: quoniam ex hoc non habetur, ꝙ Deus aliquos reprobat, sed quòd si reprobat, reprobare ad prouidentiam suam spectat. Si autẽ intendit primũ, tunc ratio nihil valet: imo cõmittitur sophisma consequentis, dum arguitur à prouidentia in cõmuni respectu finis, in cõmuni ad prouidentiam respectu huius finis in vita æterna. Quamuis enim ad prouidentiam vniuersi exigatur permissio alicuius defectus, & similiter prouidentiæ in cõmuni non repugnet permittere aliquos defectus, non tamen omnis prouidẽtia hoc exigit, vt patet de prouidentia necessariorum vt sic: & tamen litera infert, ac si illa propositio, scilicet ad prouidentiam pertinet permittere, esset vniuersalis. Ad hoc breuiter respondetur, quòd primus sensus est directe de intentione literæ: quoniã sic respondet quæsito. Nec oportet propterea sophisma aliquod admittere, nec illa propositione vt simpliciter vniuersali vti, sed vniuersali in materia defectibili secundũ se. Ita ꝙ sensus est, ad prouidẽtiam rerum secũdum se defe-

275 113 141

1. di. 40. q. 4. arti. 1. & 2. Et 3. con. cap. vlti. Et ro. 9 l. 2. [illegible]

ctibilium à fine ſpectat permittere &c.et tunc optime ſequitur.ergo prouidẽtia diuina habet hunc actum,ſcilicet permittere aliquos deficere à vita æterna: quoniam creaturæ rationales ſunt defectibiles ab hoc fine. Et ſi quæras fundamentũ illius præmiſſæ,ſcito quòd eſt ſuauis diſpoſitio rerum prouiſarũ.ex hoc enim quòd prouidentia ſuauiter diſponit,defectibilia ſuis viribus relinquit,et ſic eueniunt defectus.

Coment. ¶Quo ad ſecundũ tria de reprobatione dicit. Primo, ꝙ eſt pars prouidentiæ: & probat hoc ex proportionalitate ad prædeſtinationem.Secũdo, ꝙ nõ eſt tantũ præſcientia. & probat hoc ex ſuo toto, ſ. ex prouidentia, quę manifeſte addit ſupra præſcientiam. Tertio ꝙ includit volũtatẽ permittendi caſum & puniendi culpam: & probat hoc rurſus ex ꝑportionalitate ad prædeſtinationem in hoc, ꝙ illa reſpicit & id, quod eſt præſentis ſeculi, & quod futuri &c. Ex his autem facile colligitur quid eſt reprobatio, ꝙ ſ. eſt præſcientia cum voluntate permittendi culpam & damnandi propter culpam.

130

reprobatos ſicut prædeſtinatio ad prædeſtinatos. Sed prædeſtinatio eſt cauſa ſalutis prædeſtinatorum [c]. Ergo reprobatio erit cauſa perditionis reproborũ. Hoc autem eſt falſum. Dicit enim Oſee 13. Perditio tua Iſraël ex te eſt, tantummodo ex me auxilium tuum. Non ergo Deus aliquem reprobat.

¶Pręterea. Nulli debet imputari qđ vitare nõ poteſt. Sed ſi Deus aliquẽ reprobat, nõ poteſt vitare quin ipſe pereat. Dicit enim Eccle. 7. Cõſidera opera Dei, ꝙ nemo poſſit corrigere quẽ ipſe deſpexit. Ergo non eſſet hominibus imputandum ꝙ pereunt. Hoc autem eſt falſum. Non ergo Deus aliquem reprobat.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Mal. 1. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.

CONCLVSIO.

a ¶*Cum ad diuinam prouidentiam pertineat aliquos permittere à vita æterna deficere, ad eum pertinet etiam aliquos conſequenter reprobare.*

¶RESPONDEO dicendũ ꝙ Deus aliquos reprobat. Dictũ enim eſt[c] ſupra, ꝙ prædeſtinatio eſt pars ꝓuidentię: Ad ꝓuidẽtiã autẽ pertinet permittere aliquẽ defectũ in rebꝰ quæ ꝓuidentiæ ſubdunť, vt ſupra dictum eſt[c]. Vnde, cũ per diuinam prouidentiã homines in vitã æternã ordinentur, pertinet etiam ad diuinã prouidẽtiã vt permittat aliquos ab iſto fine deficere. Et hoc dicitur reprobare. Sic igitur ſicut prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ reſpectu eorum, qui diuinitus ordinantur in æternam ſalutem, ita reprobatio eſt pars prouidentiæ reſpectu illorum qui ab hoc fine decidunt. Vnde reprobatio non nominat præſcientiam tantũ, ſed aliquid addit ſecundũ rationem ſicut & prouidentia: vt ſupra dictũ eſt[c]. Sicut enim prædeſtinatio includit voluntatẽ conferendi gratiam & gloriã, ita reprobatio includit voluntatem permittendi aliquem cadere in culpam & inferendi damnationis pœnam pro culpa.

136 a ¶*Super quæſtionis vigeſimætertiæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo electionis vocabulum proprie ſumitur, prout ſonat actũ volũtatis quo optione propoſita vnum ma uult altero.

139

b

Coment. ¶In corpore vna eſt cõcluſio reſponſiua affirmatiue. omnes prædeſtinati ſunt electi & dilecti à Deo. Probatur, prudentia eſt ratio in intellectu exiſtens præceptiua ordinationis aliquorũ in finẽ ergo prouidentia eſt ratio pceptiua &c. Ergo pdeſtinatio eſt ratio pręceptiua ordinis aliquorũ in vitã æternam. ergo prædeſtinatio aliquorũ præſupponit, ꝙ Deus illorũ velit ſalutem: ergo prædeſtinatio præſupponit electionẽ, & electio dilectionẽ: ergo omnes prędeſtinati ſunt electi & dilecti à Deo, prima conſequẽtia probatur. qa ſicut eſt de prudẽtia, ita de prouidentia. Et aduerte ꝙ ly ſicut, potius expreſſiue q̃ ſimilitudinarie tenetur, quoniã prouidentia, vt ſuperius dictũ fuit, principalis prudentiæ pars eſt, imò eſt ipſe pręcipuus actus prudentiæ politicæ. Secunda vero in litera explicite nõ habetur, ſed ob clariorem cõtextum appoſita eſt: & patet ex eo ꝙ prædeſtinatio eſt pars prouidẽtiæ. Tertia autem probatur, quia non præcipitur aliquid ordinãdũ in finem niſi pręexiſtente volũtate finis. Et hoc intellige de vere interiori præcepto: quod dico propter exterius præceptũ: quod ſignum diuinę voluntatis in qõ. 19. poſitũ eſt: illo enim modo præceptũ ſumendo multa Deus præcepit quæ non vult, vt patet in peccatoribus. Quarta autẽ probatur, quia ad tale velle diuinum pertinet electio & dilectio. Et quoniã in hac quarta cõſequentia tria inferuntur, ſ. electio & dilectio & ordo inter electionẽ & dilectionẽ diuinam: ideo ſingula in litera manifeſtãtur. Et primo quòd ex tali velle ſequatur dilectio: quia eis vult hoc bonũ, diligere enim eſt velle illi bonũ. Secũdo, ꝙ electio quia hoc bonum vult illis præ aliis quos reprobat.

135 b

138

138 b

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ Deus omnes homines diligit, & etiam omnes creaturas, inquantum omnibus vult aliquod bonum. non tamen quodcũq; bonum vult omnibus. Inquantum igitur quibuſdam non vult hoc bonum quod eſt vita æterna, dicitur eos habere odio, vel reprobare.

¶Ad ſecundum dicendũ, ꝙ aliter ſe habet reprobatio in cauſando q̃ prædeſtinatio. Nam prædeſtinatio eſt cauſa & eius qđ expectatur in futura vita à prędeſtinatis, ſ. gloriæ, & eius qđ percipitur in præſenti, ſ. gratiæ. Reprobatio vero non eſt cauſa eius qđ eſt in præſenti, ſ. culpæ, ſed eſt cauſa derelictionis à Deo. Eſt tñ cauſa eius quod redditur in futuro, ſ. pœnę æternæ. Sed culpa pro venit ex li. arbi. eius, qui reprobatur & à gratia deſeritur. Et ſecundum hoc verificatur dictum prophetæ, ſ. Perditio tua Iſraël ex te.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ reprobatio Dei nõ ſubtrahit aliquid de potentia reprobati. Vnde cũ dicitur ꝙ reprobatus non poteſt gratiam adipiſci, nõ eſt hoc intelligendũ ſecũdum impoſſibilitatem abſolutã, ſed ſecũdũ impoſſibilitatẽ conditionatã, ſicut ſupra dictum eſt[c] ꝙ prædeſtinatũ neceſſe eſt ſaluari neceſſitatẽ conditionata, quæ non tollit libertatem ar. Vnde licet aliquis non poſſit gratiã adipiſci qui reprobatur à Deo, tamẽ ꝙ in hoc peccatũ vel illud labatur, ex eius lib. arbi. contingit. Vnde & merito ſibi imputatur in culpam.

Tertio quòd electio dilectionem præſupponit: & hoc ex differẽtia inter ordinem horum actuum in nobis & in Deo: quoniam in Deo dilectio electionem præcedit, in nobis vero econtra: & ratio eſt, quia voluntas ſua cauſat bonitatem rerum, noſtra autem à bonitate rerum mouetur.

Annot. ¶Circa differentiã nunc aſſignatã, aduerte qđ prædicta differentia eſt intelligenda reſpectu vnius & eiuſdem obiecti, & rurſus de prima ratione electionis: aliter non apparet vera differentia iſta vniuerſaliter intellecta. Cũ enĩ amor ſit primꝰ actus volũtatis, nõ poſſumus eligere niſi ꝑamemus: ſed tñ ex amore circunſtantiarũ eligimus hunc vt ipſum amemus, vt patet in electione vxoris: & ſic reſpectu huius & non ſimpliciter in nobis electio dilectionẽ præcedit: manifeſte quoq; in dilectione noſtra benefica patet, ꝙ q̃uis benefacere præcedat electionem eiuſdem cui benefaciat, dũ omnes æquo amore proſequeremur: fieri tñ nõ poteſt, vt effectus in amato ex ſolo noſtro amore proueniens ad electionem eiuſdẽ nos ducat: quoniã ſtãte paritate amoris ſequi nõ poteſt electio. diſparitas autẽ ſi fiat in amãdo ab obiecti circunſtantiis magis amatis mouemur ad eligendum hunc præ aliis vt ametur. Et ſic dilectio noſtra non poteſt eſſe prima electionis ratio reſpectu eiuſdẽ, quãuis poſſit eſſe ſecundaria: vt cũ ex amore alicuius eligitur ille met vt ametur ad aliquod aliud bonũ, vt quotidie fit. In Deo autẽ oportet dilectionem huius pręcedere vt primã & totam cauſam ex parte amati electionis illius: qa electio diſparitatem vnius ab altero ſupponit, & tota diſparitatis ratio in creatura eſt bonũ illi à Deo volitũ, & ſic dilectio electionis eſt ratio apud Deum.

142 infra qõ. 2.4. ar. 1. cõ. & 1. di. 41. ar. 1. & 2. ſ. & ver. q. 6. ar. 1. co. et 2m. & ro. 9. l. 2. co. 3.

a argᵒ 118

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum prædeſtinati eligantur à Deo.*

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Videtur, ꝙ prædeſtinati non eligantur à Deo. Dicit enĩ Dio. 4. ca. de di. no. ꝙ ſicut ſol corporeus non eligendo omnibus corporibꝰ lumẽ immittit, ita et Deus ſuã bonitatẽ[c]. Sed bonitas diuina communicat ꝑcipuè aliquibus ſecundum participationem gratiæ & gloriæ. Ergo Deus abſque electione gratiam & gloriam communicat. Quod ad prædeſtinationem pertinet.

¶Præterea, electio eſt eorũ quæ ſunt: ſed prędeſtinatio ab ęterno eſt, etiã eorũ quę nõ ſunt. Ergo prędeſtinatur aliqui abſque electione.

¶Præterea, Electio quandam diſcretionẽ importat. Sed Deus vult omnes homines ſaluos fieri, vt dicitur 1. Tim. 2. Ergo prædeſtinatio quæ præordinat homines in ſalutem, eſt abſque electione.

¶SED CONTRA eſt qđ dicitur Eph. 1. Elegit nos in ipſo ante mũdi conſtitutionem.

CONCLVSIO.

¶*Omnes à Deo prædeſtinati ſunt electi & dilecti, cum prædeſtinatio electionem & ea dilectionem ſequatur.*

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ prædeſtinatio ſecũdũ rationẽ præſupponit electionẽ & electio dilectionẽ. Cuius ratio eſt: quia prędeſtinatio (vt dictum eſt[c]) eſt pars prouidentiæ. Prouidentia autem ſicut & prudentia, eſt ratio in intellectu exiſtens præceptiua ordinationis aliquorum in finẽ, vt ſupra dictum eſt[c]. Non autem præcipitur aliqd ordinandum in finẽ niſi præexiſtẽte voluntate finis. Vnde prædeſtinatio aliquorum in ſalutẽ æternam præſupponit ſecundum rationẽ, ꝙ Deus illorum velit ſalutẽ. Ad qđ pertinet electio & dilectio. Dilectio qdẽ inquãtũ vult eis hoc bonum ſalutis ęternæ. Nam diligere eſt velle alicui bonũ, vt ſupra dictũ eſt. Electio autẽ inquãtum hoc bonũ aliquibꝰ prę aliis vult cum quoſdam reprobet, vt ſupra dictum eſt[c]. Electio tñ & dilectio aliter ordinanť in nobis & in Deo, eo quòd in nobis voluntas diligendo non cauſat bonum, ſed ex bono præexiſtente incitamur ad diligẽdum[c]. Et ideo eligimꝰ aliquẽ, quẽ diligamus. Et ſic electio dilectionem ꝑcedit in nobis. In Deo autẽ eſt econuerſo. Nã voluntas eius, qua vult bonũ alicui diligendo, eſt cauſa ꝙ illud bonũ ab eo prę aliis habeať. Et ſic patet, ꝙ dilectio ꝑſupponit electioni ſecundũ rationẽ, & electio prædeſtinationi. Vnde omnes prædeſtinati ſunt electi & dilecti.

129

35

4

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum ꝙ ſi cõſidereť cõmunicatio bonitatis diuinę in cõmuni, abſq; electione bonitatẽ ſuã cõmunicat, inquãtũ ſ. nihil eſt qđ nõ participet aliqd de bonitate eius, vt ſupra dictũ eſt[c]. Sed ſi cõſideretur cõmunicatio iſtiꝰ vel illius boni, nõ abſq; electione tribuit, quia quædam bona dat aliquibus, quæ non dat aliis. Et ſic in collatione gratiæ & gloriæ attenditur electio.

¶Ad ſecundum dicendum ꝙ quando volũtas eligẽtis ꝓuocať ad eligẽdũ à bono in re ꝑexi-

a ¶*Super quæſtionis vigeſimætertiæ Articulum quintum.*

Titulus in corpore declaratur. 127

¶In corpore tria facit. primo declarat titulum ſecundo tractat tres opiniones circa quęſitũ. tertio reſpõdet quęſito. Quo ad primũ diſtinguit ꝙ prædeſtinationẽ cauſari ex præſcitis meritis poteſt intelligi dupliciter: primo ex parte actus, & ſic nulla eſt quęſtio. ſecundo ex parte effectus, & ſic vertitur in dubium. Manifeſtãtque hanc diſtinctionem cum ſuis membris ex diuina volũtate: quoniam ipſa clauditur in prædeſtinatione: eadem ſiquidem diſtinctione vti oportet cum de cauſa, quare Deus velit aliquid quæſtio eſt, vt ex ſupra dictis patet: & litera eſt clara.

128

141

Coment.

128

34

128

¶Quo ad ſecũdũ prima opinio eſt Ori. dicẽtis pręterita ante hãc vitã merita, animarũ causã eſſe ꝑdeſtinationis. Et confutať autoritate Apl'i, Cũ nõdũ boni aliqđ egiſſent, &c. Secũda eſt Pelagianorũ dicẽtium, ꝙ merita pręexiſtentia in hac vita ſunt ratio prædeſtinationis, quia initium benefaciendi ex nobis eſt. ſed hæc confutatur autoritate Apoſtoli, quòd non ſumus ſufficientes cogitare, & cętera. Conſtat enim ꝙ cogitatio eſt primũ ex nobis initiũ cooperandi bene. Tertia opinio eſt, quòd merita fũtura in hac tãtũ vita ſunt cauſa prædeſtinationis. Et ad hãc opinionẽ reducit opinio retractata ab Au. ſ. quòd fides futura fuit ratio prędeſtinationis Iacob magis q̃ Eſau. Sed hãc opinionẽ cõfutat autor in litera ſic: Si aliquid ex parte noſtra eſſet cauſa prædeſtinationis, illud nõ clauderetur ſub prædeſtinationis effectu: ſed totum quod inuenitur in bono vſu gratiæ, eſt effectus prædeſtinationis: ergo nihil, quod eſt in bono vſu gratiæ, eſt cauſa ꝑdeſtinandi. ꝓbatur deſtructio conſequẽtis ſic, nõ eſt diſtinctũ id qđ eſt à cauſa ſecũda & à cauſa prima. ergo non eſt diſtinctũ quod eſt ex libero arbitrio & prędeſtinatione. ergo id qđ eſt per liberum arbitriũ, eſt ex prædeſtinatione. prima conſequẽtia nunc facta probatur: quia diuina prouidentia producit effectus per operationes cauſarum ſecundarum.

128

a

120

143

1. di. 41. artic. 3. Et 3. cõ. ca. vlti. Et ve. q. 6. ar. 2. et 10. 15. l. 3. co. 3. & ro. 1. l. 3. co. 3. et c. 8. l. 6. co. 4. & c. 9. l. 3. co. 2. & 3. & eph. 1. lect. 1. co. 3. & lec. 4. co. 2.

¶*Num bonus vſus liberi arbitrij ſit cauſa prædeſtinationis.*

¶Circa hãc partẽ aduerte ꝙ Henricus de Gãdauo quæſt. 4. articu. 9. & quæſt. 5. art. 5. tenet opinionẽ ſatis propinquam huic mõ cõfutatæ, dicẽs quòd bonus vſus nõ gratiæ vt præcedens dixit opinio, ſed liberi arbitrij eſt cauſa prædeſtinationis. Et quoniam ratio facta in litera directè militat cõtra talem opinionẽ: idcirco conatur ſoluere eã & probare ſuam opinionem. Et ſuã quidem probat autoritate Auguſti. venit de occultiſsimis meritis &c. vt habes à magiſtro. 41. diſtin. deinde ratione tripliciter. Tum quia electio præſupponit diſparitatem eligẽdi à reprobando, tum quia iuſtitia ſemper eſt comes miſericordiæ. & ſic aliquam congruentiam ex parte prædeſtinandi oportet inueniri ad miſericordem prędeſtinationem tum quia reprobationis eſt aliqua cauſa ex parte noſtri. ergo & prædeſtinationis. Rationem autem præſentem arguit negando quòd ex indiſtinctione eius quod eſt ex libero arbitrio & diuina gratia, ſequať quòd id quod eſt ex parte liberi arbitrij, totaliter claudatur ſub prædeſtinatione ſeu eius effectu: quoniam ſtat indiſtinctum eſſe bonum vſum liberi arbitrij, qui eſt à gratia & libero arbitrio, & tamen ipſum eſſe quodam modo à libero arbitrio, quo non eſt à gratia: & ſic eo modo quo eſt noſter & nõ gratiæ, poteſt eſſe cauſa prędeſtinationis. Quòd autem bonus vſus liberi arbitrij aliquo modo ſit ipſius quo non eſt gratiæ, patet autoritate Auguſt. ſuper illud, Adiuua nos Deus ſalutaris noſter: vbi vult nos cooperari gratiæ.

Quæſtio.

142

219

¶Ad hæc quoniam manifeſte eiuſdem eſt difficultatis hæc opinio cum recitata in litera, breuiter nũc eſt dicendũm. Et autoritati Aug. magiſter rñdet dicẽs eã retractatã in ſimili. & bene dicit: quoniã expſſe ipſe Au. hãc retractationũ ſuarũ regulã tradidit vt ſentẽtia alicubi retractata vbiq; in operibus ſuis retractata cẽſeatur. Ad rationes autem dicit, quòd electio ſupponit dilectionẽ, ex qua eſt diſparitas: ſed dilectio non eſt extra ꝑdeſtinationẽ: iuſtitia quoq; in primis effectibꝰ nõ in ordine ad creaturas & bonitatẽ, ſed ſapiẽtiã diuinã comes eſt requirẽda. Nec eſt idẽ iudiciũ de reprobatione & ꝑdeſtin. qm in reprobatiõe eſt aliqd extra totũ reprobationis effectũ, ſ. culpa: nõ ſic autẽ eſt in prædeſtinato, in quo totũ ordinans ipſum in vitã æternam, eſt prædeſtinationis effectus. Et ex hoc apparet error ſolutionis allatæ: videť enĩ ꝙ iſte idẽ fecit iudiciũ de gratia gratum faciẽte, de qua loquiť Aug. & de qua verificatur, quòd bonus vſus liberi arbitrij aliquo modo eſt à nobis, quo nõ eſt à gratia. & de gratia prædeſtinationis, i. gratuita prædeſtinatione: cũ tamen diſtent pluſquã cælũ & terra: quoniã ſub iſta cadũt nõ ſolũ actus charitatis, ſed oẽs eorum modi & gratuita auxilia. Et breuiter, vt in litera dicitur, omne ordinans prædeſtinatũ in vitam æternã: & ſic, cũ bonus vſus liberi arbitrij prout eſt à nobis, ſit vnum de his, quibus ordinamur in vitã æternã: quia ordinamur vt libere cooperãtes, bene illã cõſequamur: ſequitur, quòd nõ ſolũ ipſe bonus vſus lib. arbi. ſed etiã modus quo eſt à nobis, cadat ſub ꝑdeſtinatione, q̃uis nõ cadat ſub gratia gratũ faciẽte. & ſic in litera cũ diciť nõ eſſe diſtinctũ qđ eſt à lib. arb. & ꝑdeſtinatione, intelligẽdũ eſt nõ ſolũ quo ad ipſũ actũ ſed etiã quo ad omnem modũ eius: ac per hoc de omnimoda diſtinctione interpretandũ eſt. & ſic ſit finis opinionum.

250

361

ſtente. tũc oportet ꝙ electio ſit eorũ quæ ſunt, ſicut accidit in electione noſtra. Sed in Deo eſt aliter vt dictum eſt[c]. Et ideo ſicut dicit Aug. Eliguntur à Deo qui non ſunt, neque tamen errat qui eligit.

¶Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ (ſicut ſuprà dictum eſt[c]) Deꝰ vult omnes homines ſaluos fieri antecedẽter: (qđ nõ eſt ſimpliciter velle ſed ſecũdũ qd) non autẽ cõſequenter, qđ eſt ſimpliciter velle.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum præſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis.*

AD Quintum ſic ꝓcediť. Videtur ꝙ præſcientia meritorũ ſit cauſa ꝑdeſtinationis. Dicit enĩ apoſt. Rom. 8. Quos ꝓſciuit, hos & prædeſtinauit. Et glo. Ambro. ſuper illud Ro. 9. Miſerebor cui miſerebor &c. dicit, miſericordiã illi dabo quem præſcio toto corde reuerſurũ ad me. Ergo videť ꝙ pręſcientia meritorum ſit cauſa prædeſtinationis.

¶Præterea, prædeſtinatio diuina includit diuinã voluntatẽ, q̃ irrationabilis eſſe nõ poteſt, cum prędeſtinatio ſit propoſitũ miſerendi, vt Aug. dicit. Sed nulla alia ratio poteſt eſſe ꝑdeſtinationis niſi ꝑſciẽtia meritorũ. Ergo ꝑſcientia meritorũ eſt cã, vel ratio prædeſtinatiõis.

¶Præterea, Nõ eſt iniqtas apud Deũ vt dicit Ro. 9. Iniquũ autem eſſe videtur, vt ęqualibus inæqualia dentur. Omnes autẽ homines ſunt æquales & ſecundũ naturã & ſecũdũ peccatũ originale. Attenditur autẽ in eis inæqualitas ſecundum merita vel demerita propriorum actuum. Non igitur inæqualia præparat Deus hominibus prædeſtinãdo & reprobando, niſi propter differentium meritorũ præſciẽtiam.

¶SED CONTRA eſt qđ dicit Apoſto. ad Tit. 3. Nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Sicut autem ſaluos nos fecit, ita prædeſtinauit nos ſaluos fieri. Non ergo præſcientia meritorũ eſt cauſa vel ratio ꝑdeſtinationis.

CONCLVSIO.

¶*Prædeſtinatio cũ ſit æterna, nulla ex parte actus prædeſtinantis cauſam habet, ſed ex parte effectus: ita tamen quod partialis effectus inuicem cauſatur vt meritum et premium, gratia & gloria, totus tamen prædeſtinationis effectus nullam cauſam habet præter diuinam bonitatem.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ prædeſtinatio includat voluntatem (vt ſuprà dictum eſt[c]) ſic inquirenda eſt ratio prædeſtinationis, ſicut inquiritur ratio diuinæ voluntatis. Dictum eſt autẽ ſupra[c], ꝙ non eſt aſsignare cauſam diuinæ voluntatis ex parte actus volendi, ſed poteſt aſsignari ratio ex parte volitorum, inquantum ſ. Deus vult eſſe aliquid propter aliud. Nullus ergo fuit ita inſanæ mentis, qui diceret merita eſſe cauſam diuinę prędeſtinationis ex parte actus prædeſtinantis. Sed hoc ſub quæſtione vertitur, vtrum ex parte effectus prædeſtinatio habeat aliquã cauſam. Et hoc eſt quærere, vtrum Deus præordinauerit ſe daturum effectum prædeſtinationis alicui propter merita aliqua. Fuerunt igitur quidam qui dixerunt ꝙ effectus prædeſtinationis præordinatur alicui propter merita præexiſtentia in alia vita. Et hæc fuit poſitio Orige. qui poſuit animas humanas ab initio creatas, & ſecundum diuerſitatem ſuorum operum diuerſos ſtatus eas ſortiri in hoc mundo corporibus vnitas[c]. Sed hanc opinionem excludit Apoſtolus Ro. 9. dicens, Cũ nondum nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni vel mali, non ex operibus, ſed ex vocãte dictum eſt: quia maior ſeruiet minori. Fuerunt ergo alij qui dixerunt, ꝙ merita præexiſtentia in hac vita ſunt ratio & cauſa effectꝰ ꝑdeſtinationis. Poſuerunt enĩ Pelagiani ꝙ initiũ benefaciendi ſit ex nobis, conſummatio autem à Deo. Et ſic ex hoc contingit quòd alicui datur prædeſtinationis effectus, & non alteri: quia vnus initium dedit ſe præparando, & non alius.

¶Sed contra hoc eſt quod dicit Apoſtolus 2. Cor. 3. quòd non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis. Nullum autem anterius principium inueniri poteſt, quàm cogitatio. Vnde non poteſt dici, quòd aliquod in nobis initium exiſtat, quod ſit ratio effectus prædeſtinationis. Vnde fuerunt alii, qui dixerunt, ꝙ merita ſequentia prædeſtinationis effectum, ſunt ratio prædeſtinationis: vt intelligatur ꝙ ideo Deus dat gratiam alicui, & ꝓordinauit ſe ei daturum, quia ꝓſciuit eum bene vſurũ gratia. Sicut ſi rex det alicui militi equum, quem ſcit eo bene vſurum. Sed iſti videntur diſtinxiſſe inter id qđ eſt ex gratia, & id qđ eſt ex lib. arb. quaſi non poſſit eſſe idem ex vtroque. Manifeſtum eſt autem, ꝙ id quod eſt gratiæ, eſt prædeſtinationis effectus & hoc non poteſt poni vt ratio prædeſtinationis, cum hoc ſub prædeſtinatione concludatur. Si igitur aliquid aliud ex parte noſtra ſit ratio ꝑdeſtinationis, hoc erit præter effectũ prædeſtinationis. Nõ eſt autẽ diſtinctũ qđ eſt ex lib. arb. & ex prędeſtinatione: ſicut nec eſt diſtinctum qđ eſt ex cauſa ſecũda & cauſa prima. Diuina enim prouidentia ꝓducit effectus per operationes cauſarum ſecundarũ, vt ſupra dictum eſt.[c] Vnde & id qđ eſt per li. arb. eſt ex ꝑdeſtinatione. Dicendum eſt ergo, quòd effectum prædeſtinationis conſiderare poſſumus dupliciter. Vno modo in particulari, & ſic nihil ꝓhibet aliquem effectum prædeſtinationis eſſe cauſam & rationem alterius. Poſteriorẽ quidem prioris ſecũdum rationem cauſæ finalis, priorẽ vero poſterioris ſecũdũ rationẽ cauſæ meritoriæ. Quæ reducitur ad diſpoſitionẽ materiæ. Sicut ſi dicamus, quòd Deus ꝑordinauit ſe daturũ alicui gloriam ex meritis, & ꝙ ꝑordinauit ſe daturum alicui gratiã, vt mereretur gloriam. Alio modo poteſt conſiderari ꝑdeſtinationis effectus in cõmuni. Et ſic impoſſibile eſt, ꝙ totus prædeſtinationis effectus in cõmuni habeat aliquã cauſã ex parte noſtra. Quia quicqd eſt in homine ordinans ipſum in ſalutem, cõprehẽditur totũ ſub effectu prædeſtinationis, etiã ipſa præparatio ad gratiam. Neque enim hoc fit niſi per auxiliũ diuinũ[c], ſecundum illud Thren. vl. Cõuerte nos domine ad te, & conuertemur. Habet tñ hoc modo prædeſtinatio ex parte effectus pro ratione diuinam voluntatem, ad quam totus effectus prædeſtinationis ordinatur vt in finem, & ex qua procedit ſicut ex principio primo mouente.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ vſus gratiæ pręſcitus non eſt ratio collationis gratiæ,

¶Quo ad tertiũ, reſpondet q̃ſito cũ diſtinctione tribus cõcluſionibus. Diſtinctio eſt effectus ꝑdeſtinationis poteſt ſumi dupliciter, ſ. in cõmuni, vel in particulari. Et nõ intendit de cõmunitate & ſingularitate ſecũdũ ꝑdicationẽ, ſed ſecũdũ totalitatẽ & partitionẽ: ita ꝙ per cõmune intẽdit ꝑdeſtinationis totũ effectũ ſiue in omnibus ſiue in aliquo vno ꝑdeſtinato: per particulare vero intendit partẽ aliquã totiꝰ effectꝰ ꝑdeſtinationis ĩ aliquo vno ꝑdeſtinato particulari: ſiue etiã in omnibus in cõmuni. hoc enim nihil refert ad ꝓpoſitũ. Prima ergo cõcluſio eſt, effectus particulares prędeſtinationis nihil ꝓhibet habere cauſam: ſic ꝙ alter alteriꝰ ſit cã, & econuerſo. Declarať. qa poſterior eſt finis prioris: & prior velut materia poſterioris, vt meritũ pmij &c. Secunda vero cõcluſio eſt: totus effectus ꝑdeſtinationis nullã habet cauſam ex parte noſtra. Probatur: quia totũ in nobis nos ordinãs in vitã ęternã, eſt prædeſtinationis effectus: quia etiam ipſa præparatio, iuxta illud, Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Tertia autẽ cõcluſio eſt, totus effectus prædeſtinationis habet pro cauſa diuinam bonitatem. probatur: quia ipſa eſt & vltimus illius finis, & eiuſdem prima ratio tanquam primũ mouens voluntatem diuinam ad prædeſtinandum.

b

119

137

138

122

312

¶Reſponſio ad tertium quoniã multa continet & ſingula fere verba impugnata ſunt ab Henrico & Aureolo, diſtincte tractanda, ac examinãda eſt. Tria igitur in hac reſpõſione facit. Primo cauſam reprobationis & prædeſtinationis in communi aſſignat. Secundo cauſam earundem in ſingulari ibi, Sed. quare hos elegit. Tertio directe reſpondet argumento, ibi: Neque tamen, &c.

¶Quo ad primũ, intẽdit hãc cõcluſionẽ, Deus homines quoſdã reprobat, et quoſdã ꝑdeſtinat, vt bonitas ſua repſenteť, & p modũ miſericordię parcitiuę & p modũ iuſtitię punitiuę. Probãtq; hoc dupl'r. primo rõne, ſecũdo autoritate Apli ad

Ro.9.& ad Ti.2.Ratio sumit ex ꝓportionali similitudine vniuersi & gn̄is humani in ordine ad vitā æternā:& consistit in hoc ꝙ quēadmodū bonitas diuina est causa finalis pfectiōis vniuersi,sic ex ea habet rō diuersitatis graduū rerū sc̄dm summū & infimū,qđ ꝑmissionis malorū:ita ex eadē habetur ratio diuersorū graduū in gn̄e humano sc̄dm misericordiā parcēdo:& sc̄dm iustitiā puniēdo:& declaratur assumptū: quia bonitas diuina est finis omniū vt repræsentabilis per ea:& cum sit vna & simplex, nec aliqua creatura ad ei⁹ simplicitatē pertingere possit, oportet vt diuersis reb⁹ repręsentetur:& cōsequēter, si vniuersū pfecte infra latitudinem tn̄ creaturæ debet illā repsentare, oportet ex oībus cōstare gradibus ab imo vsque ad summū:& si hæc debet conseruari, multa oportet mala permittere. vt supius declaratū fuit.

49
250
38 *¶Nū sicut in vniuerso ex diuina bonitate diuersos etiā gradus oportuit esse, ita necessarium fuit in vniuersitate humani generis diuersos*
b
136 *hominū gradus inueniri: vt aliquibus parcendo misericordia, quosdā puniendo iustitia appareret.*

¶Circa hanc rōnē.4.occurrunt impugnata. primū est ꝓportio inter genus humanū & vniuersum. arguit eñ hoc Henricus, dicēs debuisse fieri ꝓportionē inter vniuersam creaturā rōnalē, & vniuersum, saluat nāque repsentatio diuinæ bonitatis in iustitia punitiua respectu dæmonum, & sic ratio in hominibus nihil valet.

nisi secundum rationem causæ finalis, vt dictum est[e].

¶Ad secundū sic dicendum, ꝙ prædestinatio habet rationem ex parte effectus in cōmuni ipsam diuinā bonitatē. In particulari autem vnus effectus est ratio alterius, vt dictū est[e].

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ex ipsa bonitate diuina ratio sumi potest prædestinationis aliquorū, & reprobatiōis aliorum. Sic eñ Deus dicitur oīa propter suā bonitatem fecisse, vt in rebus diuina bonitas repręsentetur. Necesse est autē quòd diuina bonitas (quæ in se est vna & simplex) multiformiter repræsentetur in rebus[e] propter hoc, quòd res creatæ ad simplicitatem diuinam attingere non possunt. Et inde est ꝙ ad cōplexionem vniuersi requiruntur diuersi gradus rerum; quarum quædam altum, & quædā infimū locum teneant in vniuerso. Et vt multiformitas graduū conseruetur in rebus, Deus permittit aliqua mala fieri ne multa bona impediantur, vt suprà dictum est[e]. Sic igitur consideremus totum genus humanum, sicut totam rerum vniuersitatē. Voluit igitur Deus in hominibus quantum ad aliquos, quos prædestinat, suam repræsentare bonitatem, per modum misericordiæ parcendo:& quātum ad aliquos, quos reprobat per modum iustitiæ puniendo. Et hæc est ratio, quare Deus quosdam eligit, & quosdam reprobat. Et hanc causam assignat Apostol. ad Roma. 9. dicens, Volens Deus ostendere iram, id est vindictam iustitiæ, & notam facere potentiam suam, sustinuit, id est permisit in multa patiētia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias glorię suę in vasa misericordię, quæ præparauit in gloriā. Et 2. Tim. 2. dicit, In magna domo nō solū sunt vasa aurea & argentea, sed etiā lignea & fictilia. Et quædā quidē in honorē quædā in contumeliā. Sed quare hos elegit in gloriā, & illos reprobauit, nō habet rationē, nisi diuinā volūtatē. Vnde Aug. dicit super Iohannē, Quare hūc trahat, & illū nō trahat noli velle diiudicare, si nō vis errare. Sicut esset in reb⁹ naturalibus potest assignari ratio (cum prima materia tota sit in se vniformis) quare vna pars eius est sub forma ignis, & alia sub forma terræ à Deo in principio cōdita: vt sic sit diuersitas specierū in rebus naturalibus. Sed quare hæc pars materiæ est sub ista forma, & illa sub alia, dependet ex simplici diuina voluntate: sicut ex simplici voluntate artificis dependet, ꝙ ille lapis est in ista parte parietis, & ille in alia: q̄uis ratio artis habeat quòd aliqui sint in hac, & aliqui sint in illa. Neque tamen propter hoc est iniquitas apud Deum, si inæqualia non inæqualibus præparat. Hoc enim esset contra iustitiæ rationem, si prædestinationis effectus ex debito redderetur, & non daretur ex gratia. In his enim quæ ex gratia dantur, potest aliquis pro libito suo dare cui vult plus, vel minus (dummodo nulli subtrahat debitum) absque præiudicio iustitiæ. Et hoc est quod dicit pater famil. Matth. 20. cap. Tolle quod tuum est, & vade, an non licet mihi quod volo facere?

¶Nū malū culpæ, et quomodo spectare dixerit Auth. ad vniuersi perfectionē.

¶Secundum est proportio inter gradus vniuersi & gradus hominum non est inquit Hēr. par de eis ratio: quoniā omnes species vniuersi sunt de pfectione per se vniuersi, non autē omnes actuū moraliū, quod probatur, quia nullus defectus siue culpæ siue pœnæ pertinet per se ad perfectionē vniuersi. Constat autem multos actus morales vt mendacium, furtum, & his similia mali culpæ esse species.

¶Num iustitiæ opus in reprobatis tantum, an etiam in prædestinatis reluceat.

¶Tertium est applicatio iustitiæ ad reprobos. Saluatur enim iustitia inquit Aur. in prædestinatis, iuxta illud Apostoli, Quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.

¶Num iustitia punitiua sit finalis causā totius reprobationis.

¶Quartū est causalitas finalis attributa iustitiæ, punitiuę respectu reprobationis in cōmuni: cōtra hoc eñ arguit vterq;. Henr. quidē q̄a nō videtur rationabile vt Deus fieri peccata permittat vt ea postmodū puniat: imò in hominib⁹ videm⁹ ꝙ qui permittit aliquē peccare si posset eū ꝓhibere, vel impedire peccat. nō igitur hoc attribuēdū est Deo. Et cōfirmat hoc Aureo. q̄a nō sunt faciēda mala vt veniant bona: sed reprobatio absq; omni demerito est mala: ergo nō est à Deo faciēda ꝑpter hoc solū vt appareat in sua iustitia bonitas. Præterea inq̄t Aure. iustitia punitiua nō est p se intenta, sed tantū ex suppositione culpæ punibilis: ergo ipsa nō est principalis causa reprobationis, sed peccatū prius ipsa, & rursus ergo nulla necessitas est vt aliquid fiat in vniuerso, ad hoc vt iustitia punitiua elucescat.

Coment. Ad 1m. ¶Ad primum horū dicēdū est, ꝙ licet potuisset tota creatura rationalis poni vt vniuersū rōnabiliter: tn̄ autor genus humanū posuit nō quia duo vniuersa cōstituāt hoīes & Angeli sed qm̄ de facto cōstat quosdā hominē reprobari & quosdā prædestinari: tāquā ipsū genus humanū cuiusdā vniuersi ex tot gradibus constātis rationē habeat, & ꝙ hæc sit mēs literę insinuādi illa verba. Si igitur cōsideremus totū genus humanū vt totā rerū vniuersitatē: ex nota siquidē cōditionali inuenit ꝙ nō tā ex vi rationis, quàm ex facto ꝓportionalitatem hanc exercebat.

Ad 2m. ¶Ad secundum dicitur ꝙ arguens forte somnians, hoc obiecit huic literæ nusquam enim reperitur talis proportio facta.

Ad 3m. ¶Ad tertiū vero dicitur dupliciter. Primo quod nō ex relucentia iustitiæ, sed iustitiæ talis reprobationē litera infert, talis autē nō saluatur in prædestinatis. Secundo dicitur quòd etiam ex ratione iustitiæ, potest inferri reprobatio: quoniā iustitia proprie dicitur opus in quo maxime ipsa relucet & minus misericordia: sicut econuerso misericordia, absolute dicitur vbi quasi totum ipsius est paruum relinquens locum iustitiæ: & sic licet in prædestinatis aliquid iustitiæ saluetur, vt abundantia tamen eius eluceat, reprobatio fit.

Ad 4m. ¶Ad quartū, vt bene intelligaī respōsio & sancti Tho. doctrina plibare oportet, ꝙ in reprobatione sunt tria, ꝑmissio peccati, ipsū peccatū & æterna punitio. nec hæc tria sunt effectus reprobationis diuinę quēadmodū omne ordinans in vitam æternā erat effectus p̄destinationis, ꝑpter qđ nō possumus hic recte dicere totū effectum reprobationis, vel partē vt distinximus de effectu p̄destinationis, sed debemus cautius loquendo dicere totū quod est in reprobatione, vel id qđ est in ea ex virtute reprobātis. Et tūc scito, ꝙ apud diuum Tho. vt patet sup 9. c. epist. ad Roma. diuersa est sentētia de causa prędestinatiōis & reprobationis: qm̄ vltimus effectus reprobationis, s. punitio, habet causam ex parte reprobati, s. culpam: cuius nullo modo Deus est actor: prædestinationis autem vltimi effectus, s. beatitudinis, licet sit aliqua causa in nobis, s. meritum, id tamen totū est à prædestināte. Et sic, si de effectu toto vtriusque, s. reprobationis & prædestinationis est sermo, nulla de peccato quæstio inferi debet, sed de his tantum, quæ à reprobante & prædestinante sunt: quæ bona oportet esse: & de his dicitur, quòd diuina bonitas eorū causa est. Si aūt est sermo de toto eo qđ in reprobo inuenit̄, sic aliqđ est à Deo, atq; diuina bonitate: aliqđ verò nec à Deo, nec ꝑpter diuinā bonitatē, imò auersio est ab illa, vt patet de peccato mortali. Et iō licet pſcientia meritorū nō cōcedatur cā p̄destinationis, pręsciētia tn̄ demeritorū cā quodā spāli mō est reprobationis, q̄a ꝑpter demerita pſcita nec à se pręparata statuit Deus à se quosdā perpetuo puniendos, vt sua bonitas etiā in tali iustitia participetur. Atque sic modi illā participandi à sua sapiētia statuti impleātur. Cum igitur relucētia diuinæ bonitatis in iustitia punitiua finis & ratio reprobationis in litera dicit̄, referēdū est ad ipsos effectus reprobationis, s. permissionē peccatorū, & pœnas culpę ꝑparatas vel redditas, & nō quo ad peccatū. Nō eñ finis eius est bonum aliqđ, vt ex supradictis patet. Nec ad ipsos effectus sic referendū est vt aliæ causę singulorū excludātur, vt aduersarij intellexisse videt̄. Et ideo decepti sunt: qm̄, vt in litera expresse dicit̄, ꝑmissiones malorū, conseruatio diuersorū est causa. Et ad mala culpæ applicādo, suauis dispositio creaturarum rationaliū & hominū, manifeste est causa permissionis peccatorū: dū homines quidā relinquūtur in manu proprij consilij: punitionis quoq; culpa, quæ nullo modo est à Deo, est causa demeritoria. Vñ omnia argumētatā Henrici & Aureoli à falsa interpretatione huius literæ procedūt, dū relucētiam diuinæ iustitiæ finē reprobationis effectuū excludēdo, alias causas & pcipue culpā intellexerūt à S.Th. poni: cuius oppositū iā manifestauimus. Sigillatim igitur respōdēdo, ad primū dicitur, ꝙ alius est ordo inter effectus p̄destinationis & effectus reprobationis. nō eñ posterior est finis prioris, quēadmodū, ibi ꝓmiū est finis meriti. nō eñ dicimus ꝙ ideo Deus ꝑmittit peccata vt puniat, sed dicimus ꝙ ꝑmittit & punit ꝑpter relucētiā iustitiæ suæ: & q̄a hoc est totus reprobationis effectus, idcirco reprobationis ratio diuina iustitia merito dicitur. Nec est verū, ꝙ quicūq; potēs impedire peccatū alterius, peccat si ꝑmittit. hoc eñ nō habet locū nisi in eo qui tenetur ad impediēdū, vt in regimine etiā humano experiētia docet: multa eñ suauitas regiminis deperiret si ꝑmissio nō esset licita. Ad confirmationē vero Aureo. dicitur, ꝙ reprobatio quo ad primū effectū id est, punitionem, dato ꝙ esset mala sine omni demerito, quo ad primū tn̄ s. permissionem demeriti: etiāsi nulla subesset causa nisi relucētia iustitiæ diuinæ, mala nō est: qm̄ permissio ipsa nihil adimit cadēti de his quæ sibi debētur, sed tantū gratuitū negat amorē Dei ad tenēdū ne cadat. Vñ, cū ꝑmissio secūdū se non sit mala, & relucētia diuinæ bonitatis in iustitia punitiua sit magnū bonū, si ad nihil aliud permissio ordinaretur, adhuc bona esset. Negādum est ergo & ꝙ reprobatio quo ad primū eius effectum (seclusa omni alia causa) esset mala, & ꝙ reprobatio quo ad omnes eius effectus ponatur à nobis sine omni alia causa vt iā patet ex dictis. Ad vltimū dicit̄ negādo assūptū, s. iustitia punitiua nō est p se intēta. nō eñ vno modo dicit̄ p se intētū aliqđ. est eñ p se primo intētū, & aliqđ p se nō primo: id eñ est p se primo intētū, qđ bonū cū sit, in se intētionē omniū ad ipsū, quomodolibet faciētiū adęquat, i. ꝙ tā ipsū q̄ omnia ad ipsū quomodolibet cōcurrētia intēdūtur, ab eo respectu cuius est p se primo intētū. Id autē dicitur p se nō primo intētū, qđ in se q̄dē bonū est ac intētū, sed ex aliquo nullo modo intento occasionatur: & de horū numero est iustitia punitiua, quæ ex peccatis puniendis occasionē habet. Quòd autē huiusmodi perfectiones malū culpæ præsupponētes, p se intētæ sint & dicēdæ sint, relucentia diuinæ bonitatis in passione Christi testatur. cōstat eñ eā p se intentā esse à Deo dū ꝑ ipsam intenta fuerit tota latitudo felicitatis omnium pure hominū prędestinatorum: & gloria sui corporis cum ceteris, quæ sibi & aliis meruit. & tamen ex malo culpæ occidentium ipsum occasionari oportuit. Vnde neutra consequentia aliquid valet, & de prima quidem satis patet de secunda quoque solicitari non oportet: quoniam manifeste liquet, quòd propter hæc bona ex malo culpæ occasionata, multa in vniuerso rationabiliter fieri expedit, vt patet in exemplis adductis.

¶Quo ad secūdū intēdit hāc cōclōnē, causā q̄re Deus istos p̄destinat, illos reprobat, est sola Dei volūtas. Et ꝓbat eā autoritate Aug. atq; ꝓportionali similitudine ad ptes ac situs materiæ tā in naturalib⁹ quā artificialibus, vt clare patet in litera. Coment.

¶Circa hāc ptē tria occurrūt īpugnata. primū est ipsa cōclō. secūdū est exēplū naturale. tertiū exēplū artificiale. Cōtra exēplū q̄dē vtrūq; obiicit Hēr. primo q̄a in ptibus materiæ siue arti siue actori naturæ subiectis æqua est ratio, in hominibus autē istis & illis est dispar ratio, aliter disposito hoc q̄ illo. Aur. deinde q̄a huiusmodi ptes materiæ carēt sensu, ac experiētia boni & mali: homines aūt isti & illi experiūtur & bona & mala pœnæ & ꝑpterea nō est par ratio: qm̄ in exēplis sola volūtas sufficit q̄a nulli fit iniuria in ꝓposito aūt nō sufficit: q̄a fit iniuria patiētibus & afflictis. Cōtra conclusionem quamuis arguat Aureolus ac Henricus quia tamen non alia tangitur difficultas, quàm dudum discussa & manifestata, pertransire expedit. Non enim hæc conclusio aliud intendit nisi quòd stantibus supradictis, scilicet causis reprobationis & prædestinationis in communi. nulla est causa quare illæ causæ cum suis effectibus magis applicentur ad hūc hominem, quā ad illū, nisi diuina volūtas: quare enim hūc permittat cadere, illū verò teneat ne cadat, ex sola eius voluntate dependet: quare vero hunc puniat, non ex sola Dei voluntate dependet, sed ex demerito huius, vt diximus de punitione reprobato- Annot.

probatorum in communi. Vnde concludendo quare in hoc reprobationis effectus primus, & non in illo sola Dei volūtas est causa. Non enim ex diuina bonitate, aut ex inæquali dispositione (quoniam nulla est ante primum effectum: vt in corpore articuli probatum fuit contra Henrici positionē) ratio habetur quare in hoc magis quàm illo hic ponatur effectus. Ex his autem patet primo solutio obiectionum Aureoli quoniā impugnat quod nūquam somniauimus, scilicet ꝙ Deus pro libito voluntatis suæ magis hunc, quàm illum punit & affligit: putans hoc intendisse literam hanc & exempla adducta, cum tamē ad primos effectus, scilicet permissionem & dilectionem omnia respiciant. Patet quoque respōsio ad Henricum: quoniam ante primos effectus prædictos æque sunt dispositi isti & illi sicut partes materiæ primæ & lapides respectu domus & cętera.

144

1.di.40. q.3. arti. vnic. & 5. quolib. q.1. art. 2. & 11. quol. arti. 3. & 12. quol. art. 3. & ver. q.6. art. 3. et 5. & ad hebr. 12. lib.4. co.4.fi.

Coment. ¶Quo ad tertiū respondetur argumento: nō esse iniquitatis æqualibus inæqualia præparare in gratuitis, sed in debitis. Et confirmatur autoritate patrisfamilias Matthæi vigesimo.

¶Num reprobatio ad gratuita spectet.

Quæstio. ¶Aduerte hic ꝙ tam Henricus quàm Aureolus hunc passum reprehendere conantur: quia reprobatio non est de numero gratuitorum: punire enim non est gratiæ, sed iustitiæ. in iustis autem locum non habet verbum patrisfamilias. Sed ad hoc facillima est responsio. reprobatio enim, vt iam dictū fuit, quo ad vltimū effectum id est, punire iustitiæ actum exercet, in qua, vt expresse litera dicit, non licet vnicuique facere quod vult. Quo ad primum autem effectum id est, permissionem peccati & c. negationem actus misericordiæ, seu gratiæ exercet, & quia non solum gratuitum est dare maiorem vel minorem gratiam, sed simpliciter dare, & nō dare illā infra latitudinem gratuitorum comprehenduntur, idcirco reprobare & prædestinare, inter gratuita merito cōnumerantur, quāuis diuersimode: vt patet ex dictis, & propterea optime ad ea sententia patrisfamilias est applicata.

139

a b c

133

92

112

ARTICVLVS VI.

a *¶Vtrum prædestinatio sit certa.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ prædestinatio non sit certa. Quia super illud Apoc. 3. cap. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam t. dicit Aug. ꝙ alius non est accepturus, nisi iste perdiderit. Potest ergo & acquiri & perdi corona, quæ est prædestinationis effectus. Non est igitur prædestinatio certa.

¶Præterea, posito possibili nullum sequitur impossibile. Possibile est autem aliquem prædestinatum (vt Petrum) peccare, & tunc occidi. Hoc autē posito sequitur prædestinationis effectum frustrari. Hoc igitur non est impossibile. Non ergo est prædestinatio certa.

¶Preterea, Quicquid Deus potuit potest. Sed potuit non prædestinare quem prędestinauit. Ergo nunc potest non prædestinare. Ergo prędestinatio non est certa.

¶SED CONTRA est, quod super illud Rom. 8. Quos præsciuit, hos & prędestinauit, & c. dicit glo. Prædestinatio est præscientia & præparatio beneficiorum Dei, qua certissimè liberantur quicunque liberantur.

CONCLVSIO.

¶Prædestinatio non ita certa est quòd prædestinatis necessitatem imponat, sed sicut stante infallibili prouidentiæ ordine multa contingenter eueniunt; ita certus est prædestinationis ordo, quòd iuxta arbitrij libertatem prædestinationis effectus cōtingenter eueniunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd prædestinatio certissime & infallibiliter consequitur suum effectum, nec tamen imponit necessitatem, vt, s. effectus eius ex necessitate proueniat. Dictum est enim suprà[e], quòd prædestinatio est pars prouidentiæ. Sed non omnia, quæ prouidentiæ subduntur, necessaria sunt: sed quædam contingenter eueniunt secundum conditionem causarum proximarum, quas ad tales effectus diuina prouidentia ordinauit. Et tamen prouidentiæ ordo est infallibilis, vt suprà ostensum est[e]. Sic igitur & ordo prædestinationis est certus, & tamen libertas arbitrij non tollitur ex qua contingenter prouenit prædestinationis effectus.

¶Ad hoc etiam consideranda sunt quæ suprà dicta sunt[e] de diuina scientia & de diuina voluntate, quæ cōtingentiam à rebus non tollunt, licet certissima & infallibilia sunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corona dicitur esse alicuius dupliciter. Vno modo ex prædestinatione diuina & sic nullus coronam suam amittit. Alio modo ex merito gratiæ. Quod enim meremur quodammodo nostrum est. Et sic suam coronam aliquis amittere potest per peccatum mortale sequens. Alius autem illam coronam amissam accipit, inquantum loco eius subrogatur. Non enim permittit Deus aliquos cadere, quin alios erigat, secundū illud Iob 34. Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Sic enim in locum angelorū cadētiū substituti sunt homines & in locum Iudæorū gētiles. Substitutus autem in statum gratiæ etiā quantū ad hoc coronā cadentis accipit, ꝙ de bonis, quæ alius fecit in æterna vita gaudebit, in qua vnusquisque gaudebit de bonis tam à se quàm ab aliis factis.

¶Ad secundum dicendum ꝙ licet sit possibile eum, qui est prædestinatus, mori in peccato mortali secundū se consideratum, tamen hoc est incōpossibile posito, prout scilicet, ponitur eum esse prædestinatum. Vnde non sequitur ꝙ prædestinatio falli possit.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ cum prædestinatio includat diuinam voluntatem, sicut suprà dictum est[e], ꝙ Deum velle aliquid creatum est necessarium ex suppositione propter immutabilitatem diuinæ volūtatis, nō tamen absolute ita dicendum est hic de prædestinatione. Vnde non oportet dicere, ꝙ Deus possit non prædestinare quem prædestinauit in sensu composito accipiendo, licet absolute considerando Deus possit prædestinare, vel non prædestinare, sed ex hoc non tollitur prædestinationis certitudo.

ARTICVLVS VII.

a *¶Vtrum numerus prædestinatorum sit certus.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ numerus prædestinatorum non sit certus. Numerus enim, cui potest fieri additio, non est certus, sed numero prædestinatorum potest fieri additio, vt videtur, Dicitur enim Deuteroñ. 1. cap. Dominus Deus noster addat ad hunc numerum multa milia. Glos. 1. diffinitum apud Deum, qui nouit qui sunt eius. Ergo numerus prædestinatorum non est certus.

¶Præterea, Non potest assignari ratio quare magis in hoc numero, quā in alio, Deus homines præordinet ad salutem. sed nihil à Deo sine ratione disponitur. Ergo non est certus numerus saluandorum præordinatus à Deo.

¶Præterea, Operatio Dei est perfectior quā operatio naturæ. Sed in operibus naturæ bonū inuenitur vt in pluribus, defectus autem & malum vt in paucioribus. Si igitur à Deo institueretur numerus saluandorum, plures essent saluandi quàm damnandi. Cuius contrarium ostenditur Matth. septimo, vbi dicitur, Lata & spaciosa est via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Angusta est porta & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Non ergo est præordinatus à Deo nu-

a *¶Super Quæst. vigesimætertiæ Articulum sextum.*

Annot. IN titulo aduerte ex quæstionibus de veritate, quæstione 6. articulo 3. quòd ly certa, potest dupliciter intelligi, scilicet certitudine cognitionis, vel certitudine ordinis. Cum enim prædestinatio duo in se claudat, scilicet præcognitionem, & præcausalitatem, potest attendi certitudo eius, & quoad cognitionem vt scilicet habeat certam cognitionem de prædestinatis effectibus & euētibus: & potest rursus attendi eius certitudo quoad causalitatem, vt scilicet habeat infallibilem ordinem in attingendo ac perducendo ad prædestinatos effectus. Et qm̄ prima certitudo non exit limites sciētię diuinę, de qua satis abunde tractatū est, certitudo vero ordinis proprias habet difficultates in hac mareria, propterea hic titulus de certitudine ordinis est intelligendus, ita quòd sensus est, an prædestinatio, inquantum causa, habeat infallibilem ordinem ad effectus intentos.

Coment. ¶In corpore vna est conclusio responsiue, habens tamen duas partes: Prædestinatio est certa non tamen necessitatem imponit. Probatur quo ad vtranque partem simul dupliciter. primo ex parte prouidentiæ sic, prouidentiæ ordo est infallibilis, & tamen quædam prouidentiæ subiecta contingenter eueniunt secundum conditiones causarum proximarum. Ergo & prædestinationis ordo est certus, & tamen prædestinationis effectus contingenter eueniunt iuxta libertatem arbitrij. Antecedens patet in quæstione præcedente consequentia autem probatur, quòd prædestinatio est pars prouidentiæ.

¶Secundo manifestabilis dicitur conclusio ex supradictis similibus conditionibus scientiæ & voluntatis diuinæ respectu contingentium.

¶Aduerte hic, quòd manifeste litera adæquat certitudinem prouidentiæ certitudini prędestinationis, imò ex certitudine ordinis illius probat à priori certum ordinem istius. Ita quod sicut omne prædestinatum, ita omne prouisum infallibiliter euenit. Verba autē S. Th. in quæstionibus de veritate q. 6. articul. 3. quum ponitur differentia inter prædestinationem & prouidētiam in hoc, ꝙ prouidentia non est certa respectu euentus finis particularis in materia contingenti, prædestinatio autem est certa, non sunt interpretāda vt sonant, vt ex hac litera & supradictis patet. Non enim intendit, quòd prouidentiæ diuinæ non subiacent tales euentus, nec quòd oppositum eueniat prouisi euentus, sed ꝙ multi ordines huiusmodi causarum cōtingentium ad aliqua futura, sub diuina prouidentia cadunt: & tamen illa futura nunquam erunt, vt patet de multis præparationibus huiusmodi causarum, quibus tamen non eueniunt intenta: sub prædestinatione autem nullus cadit ordo particularis alicuius ad aliquod futurum, quin etiam sub eadem cadat euentus illius futuri. Et nascitur hæc differentia ex amplitudine ambitus prouidentiæ: quia scilicet sub ipsa omnis ordo clauditur, siue cum euentu futuri, siue non: sub prædestinatione autem soli ordines habentes euentum ad intentum finem etiam in particulari. nullus enim ordo deficiēs à proprio intento vt sic sub ipsa cadit. Veruntamen non sunt extendenda nec visitanda verba illa: quoniam ordo deficiēs à proprio euentu, non est prouisus à Deo, quo ad euentum, sed quo ad ipsum ordinem, & non euentum proprium: & propterea nihil certitudinis adimit prouidentiæ huiusmodi non euentus. Propter quod diximus & dicimus quòd in melius verba mutauit autor simpliciter de prouidentiæ certitudine tractans hic, adæquando eam prædestinationi. Nec illorum meminit, quoniam nunc dicta pia interpretatione ex parte rerum sustineri vtcunque possunt. Cætera autem, quæ circa certitudinem prædestinationis disputanda essent, iam discussa sunt in præcedenti quæstione de prouidentia, vnde non oportet eam amplius repetere.

117
514
1.d.4.7. 3. art. vnico. & ver. q.6. arti.4.

a *¶Super Quæstionis vigesimætertiæ Articulum septimum.*

Titulus clarus est.

¶In corpore tria facit. primo de certitudine numeri prædestinatorum absolute. secundo de numero reproborum. tertio de certitudine quo ad nos numeri prædestinatorum tractat. Coment.

¶Quo ad primum hæc est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, numerus prædestinatorum est Deo certus, non solum formaliter, sed materialiter, nō solū vt cognitus, sed vt electus & prædefinitus. Conclusio hæc habet tres partes principales: & prima quidem, scilicet quòd sit Deo certus pro cōstanti relinquitur. Secunda autem, scilicet non solum formaliter, sed materialiter, & declaratur quo ad terminos: dum quidam hoc negantes afferuntur, & probatur ducendo ad inconueniens sic, si numerus prædestinatorum esset Deo certus formaliter tantum, tolleretur certitudo ordinis prædestinationi attributa in præcedenti articulo: hoc est inconueniens: ergo patet consequentia, quia staret Petrum esse prædestinatum, & tamen non saluari, & sic prædestinatio nō infallibiliter suum sortiretur effectum. Tertia autem, scilicet non solum vt cognitus, sed vt prædefinitus, & declaratur quoad terminos exemplo numeri guttarum pluuiæ, & arenæ maris quo ad ly cognitus, & differentia inter numerum mansionum domus, &

mensurarum parietis&c. & numerum lapidum respectu ædificatoris, quo ad ly prædefinitus, & probat sic, omne agens intendit facere aliquod finitum: ergo intendit aliquam determinatam mensuram in suo effectu: ergo excogitat aliquem numerum in partibus principalibus per se requisitis ad totum, ergo Deus præordinauit, in qua mensura debet esse totũ vniuersum: ergo prædefiniuit quis esset conueniens numerus vniuersi essentialibus partibus, id est, perpetuis: ergo prædefiniuit certum numerũ prędestinatorũ. Antecedens ex quæstione septima supponitur, secũda autẽ consequentia declaratur ex differentia inter numerum principaliter requisitorum ad opus, & numerũ eorum, quæ requiruntur solũ propter aliud. illorum nanq; numerus prædefinitur, istorum autẽ tantus præcipitur, quanto opus erit ad constructionem priorum. tertia autẽ probatur: quia totum vniuersum est proprius effectus Dei, quarta vero, quo ad illum terminũ. s. partes vniuersi, declaratur ex differentia inter corruptibilia, & incorruptibilia vt sic: in hoc quòd illa propter se, hæc autem propter speciei salutem ad vniuersum spectant. & ex hoc inferitur corollariũ pertinens ad prouidentiam Dei, s. quòd numerus indiuiduorum corruptibilium extra speciem humanã est Deo certus non prædefinitiue, sed præcognoscitiue numerus autẽ specierum vtroque modo est Deo certus: & similiter numerus elementorum, astrorum & sphærarũ. Quinta demum probatur: ꝙ creaturę rationales beatitudinem consequentes ordinantur ad bonũ vniuersi præ cæteris creaturis, quod probatur: quia ex eo quòd rationales sunt simpliciter incoruptibiles vt sic, ex eo autem ꝙ beatitudinem consequuntur immediatiꝰ attingũt ipsum vltimum finem totius vniuersi, scilicet Deum.

144

3 a

merus saluandorum.

¶SED CONTRA est quòd Aug. dicit in lib. de correptione & gratia, Certus est prædestinatorum numerus qui neque augeri potest, neque minui.

CONCLVSIO.

¶Numerus prædestinatorum soli Deo certus est, non solum formaliter, sed materialiter, non solum vt cognitus, sed vt electus & prædiffinitus, non sic autẽ certus est numerus reproborum.

¶RESPONDEO dicendum ꝙ numerus prædestinatorum est certus. Sed quidam dixerunt eum esse certum formaliter, sed non materialiter, vt puta si diceremus certum esse, ꝙ centum vel mille saluentur, non autem quòd hi, vel illi. Sed hoc tollit certitudinem prædestinationis, de qua iam diximus[c]. Et ideo oportet dicere, ꝙ numerus prædestinatorum sit certus Deo non solum formaliter, sed etiam materialiter. Sed aduertendum est, ꝙ numerus prædestinatorum certus Deo dicitur non solum ratione cognitionis, quia scilicet scit quot sunt saluandi, (sic enim Deo certus est etiam numerus guttarum pluuiæ & arenæ maris) sed ratione electionis & diffinitionis cuiusdam.

¶Ad cuius euidentiam est sciendum, ꝙ omne agens intendit facere aliquid finitum, vt ex supradictis de infinito apparet[c]. Quicunque autem intendit aliquam determinatam mensuram in suo effectu, excogitat aliquem numerum in partibus essentialibus eius, quæ per se requiruntur ad perfectionem totius. Non enim per se eligit aliquem numerum in his, quæ non principaliter requiruntur, sed solum propter aliud. Sed in tanto numero accipit huiusmodi, inquantum sunt necessaria propter aliud. Sicut ædificator excogitat determinatam mensurã domus, & etiam determinatum numerũ mansionũ, quas vult facere in domo, & determinatum numerum mensurarum parietis vel tecti. Non autẽ elegit determinatum numerum lapidũ, sed accipit tot quot sufficiunt ad explẽdam tantam mensuram parietis. Sic igitur considerandum est in Deo respectu totius vniuersitatis, quæ est eius effectus. Præordinauit enim in qua mensura deberet esse totũ vniuersum, & quis numerus esset conueniens essentialibus partibus vniuersi: quæ scilicet habent aliquo modo ordinem ad perpetuitatem, quot scilicet sphæræ, quot stellæ, quot elementa, quot species rerum. Indiuidua vero corruptibilia non ordinantur ad bonum vniuersi quasi principaliter, sed quasi secundario, inquantum in eis saluatur bonũ speciei[c]. Vnde licet Deus sciat numerũ omniũ indiuiduorũ non tamen numerus vel boum vel culicum, vel aliquorum huiusmodi est per se præordinatus à Deo. Sed tot huiusmodi diuina prouidentia produxit, quot sufficiunt ad specierum conseruationẽ. Inter omnes autẽ creaturas principalius ordinantur ad bonum vniuersi creaturæ rationales, quæ inquantũ huiusmodi incorruptibiles sunt, & potissimè illæ, quæ beatitudinem cõsequuntur, quæ immediatius attingunt vltimũ finẽ. Vnde certus est Deo numerus prædestinatorum, non solum per modum cognitionis, sed etiã per modum cuiusdã principalis præfinitionis. Non sic autẽ omnino est de numero reproborum, qui videntur esse præordinati à Deo in bonum electorum, quibus omnia cooperantur in bonum. De numero autẽ omnium prædestinatorum hominũ quis sit, dicunt quidã ꝙ tot ex hominibus saluabuntur quot angeli ceciderunt. Quidam vero, ꝙ tot saluabuntur quot angeli remanserunt. Quidam vero ꝙ tot ex hominibus saluabuntur quot Angeli ceciderũt, & in super tot quot fuerunt Angeli creati. Sed melius dicitur, ꝙ soli Deo est cognitus numerus electorum in superna felicitate locandus.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ verbum illud Deutero. est intelligendum de illis, qui sunt prænotati à Deo respectu præsentis iustitiæ. Horum enim numerus & augetur & minuitur, & non numerus prædestinatorum.

¶Ad secundũ dicendum, ꝙ ratio quantitatis alicuius partis accipienda est ex proportione illius partis ad totũ. Sic enĩ est apud Deũ ratio, quare tot stellas fecerit vel tot rerum species, & quare tot prædestinauit ex proportione partium principaliũ ad bonũ vniuersi.

¶Ad tertium dicendum ꝙ bonum proportionatum communi statui naturæ accidit vt in pluribus, & deficit ab hoc bono vt in paucioribus. Sed bonũ, quod excedit communem statum naturæ, inuenitur vt in paucioribus, & deficit ab hoc bono vt in pluribus. Sicut patet, ꝙ plures homines sunt qui habent sufficientem scientiã ad regimen vitæ suæ, paucio res autem qui hac scientia carent qui morio nes vel stulti dicuntur: sed paucissimi sunt respectu aliorum, qui attingunt ad habendam profundam scientiam intelligibilium rerum. Quum igitur beatitudo æterna in visione Dei consistens excedat cõmunẽ statum naturæ, & præcipue secundũ ꝙ est gratia destituta per correptionem originalis peccati, pauciores sunt qui saluantur. Et in hoc etiam maxime misericordia Dei apparet, quòd aliquos in illam salutem erigit, à qua plurimi deficiunt, secundum communem cursum & inclinationem naturæ.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrum prædestinatio possit iuuari precibus sanctorum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, ꝙ prædestinatio non possit iuuari precibus sanctorum. Nullũ enim æternũ impeditur ab aliquo temporali. Et per consequens non potest temporale iuuare ad hoc ꝙ aliquod æternum sit. Sed prædestinatio est æterna. Cum igitur preces sanctorum sint temporales, non possunt iuuare ad hoc ꝙ aliquis prædestinetur. Non ergo prædestinatio iuuatur precibus sanctorum.

¶Præterea, Sicut nihil indiget consilio, nisi propter defectum cognitionis, ita nihil indiget auxilio, nisi propter defectũ virtutis. Sed neutrum horum competit Deo prædestinanti. Vnde dicitur Rom. vndecimo, Quis adiuuit spiritum domini? aut quis consiliarius eius fuit? Ergo prædestinatio nõ iuuatur precibus sanctorum.

¶Præterea, Eiusdem est adiuuari & impediri. Sed prædestinatio non potest aliquo impediri. Ergo non potest aliquo iuuari.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen. 25. quòd Isaac rogauit Deũ pro Rebecca vxore sua, & dedit conceptum Rebeccæ. Ex illo autem conceptu natus est Iacob, qui prædestinatus fuit. Non autem fuisset impleta prædestinatio, si natus non fuisset. Ergo prædestinatio iuuatur precibus sanctorum.

CONCLVSIO.

¶Prædestinatio quo ad ipsam præordinationem nullo iuuari potest: quo vero ad effectum iuuari sanctorum precibus potest, ac multis aliis piis operibus.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ circa hanc quæstionem diuersi errores fuerunt. Quidem enim attendentes certitudinem diuinæ prædestinationis dixerunt superfluas esse orationes, vel quicquid aliud fiat ad salutem æternam consequendam: quia his factis vel non factis prædestinati consequuntur, reprobati non consequuntur. Sed contra hoc sunt omnes admonitiones sacræ scripturæ exhortantes ad orationem, & ad alia bona opera. Alij vero dixerunt, quòd per orationes mutatur diuina prædestinatio. Et hæc dicitur fuisse opinio Aegyptiorum, qui ponebãt ordinationẽ diuinam, quam fatum appellabant, aliquibus sacrificijs & orationibus impediri posse. Sed contra hoc etiam est autoritas sacræ scripturæ. Dicitur enim 1. Reg. 15. Porro triumphator Israël non parcet, neque pœnitudine flectetur. Et Ro. 2. dicitur quòd sine pœnitentia sunt dona Dei & vocatio. Et ideo aliter dicendum ꝙ in prædestinatione duo sunt consideranda, scilicet ipsa præordinatio diuina & effectus eius. Quantum igitur ad principium, nullo modo prędestinatio iuuatur precibus sanctorum. Non enim precibus sanctorum fit ꝙ aliquis prædestinetur à Deo. Quantum ad vero secundum dicitur prædestinatio iuuari precibus sanctorum & aliis bonis operibus: quia prouidentia (cuius prædestinatio est pars) non subtrahit causas secundas[e]: sed sic prouidet effectus, vt etiam ordo causarum secũdarum subiaceat prouidentiæ. Sicut igitur sic prouidentur naturales effectus vt etiam causæ naturales ad illos naturales effectus ordinẽtur, sine quibus illi effectus non prouenirent, ita prædestinatur à Deo salus alicuius, vt etiam sub ordine prædestinationis cadat quicquid hominem promouet in salutem, vel orationes propriæ, vel aliorum, vel alia bona, vel quicquid huiusmodi, sine quibus aliquis salutem non consequitur. Vnde prædestinatis conandum est ad bene operandum & orandum: quia per huiusmodi prædestinationis effectus certitudinaliter impletur. Propter quod dicitur 2. Pe. 1. Satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.

AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ ratio illa ostendit, ꝙ prædestinatio non iuuatur precibus sanctorum quantum ad ipsam præordinationem.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ aliquis dicitur adiuuari per alium dupliciter. Vno modo inquantum ad eo accipit virtutem, & sic adiuuari, infirmi est: vnde Deo non competit, & sic intelligitur illud, quis adiuuit spiritum domini? Alio modo dicitur quis adiuuari per aliquem, per quem exequitur suam operationem, sicut dominus per ministrum. Et hoc modo Deus adiuuatur per nos inquantum exequimur suam ordinationem, secundum illud 1. ad Cor. 3. Dei enim adiutores sumus. Neque hoc est propter defectum diuinę virtutis, sed quia vtitur causis mediis vt ordinis pluchritudo seruetur in rebus, & vt etiã creaturis dignitatẽ causalitatis cõicet[e].

¶Ad tertium dicendum, quòd secundæ causæ non possunt egredi ordinem causæ primæ vniuersalis (vt suprà dictum est[c]) sed ipsum exequuntur. Et ideo prædestinatio per creaturas potest adiuuari, sed non impediri. 137 120 136

QVAEST. VIGESIMAQVARTA, de Libro vitæ, in tres articulos diuisa

DEINDE considerandũ est de lib. vitæ. ¶Et circa hoc quæruntur tria. ¶Primo quid sit liber vitæ. ¶Secundo, cuius vitæ sit liber. ¶Tertio, vtrum aliquis possit deleri de libro vitæ.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum liber vitæ sit idem quòd prædestinatio.

AD PRIMVM sic proceditur, Videtur, ꝙ liber vitæ non sit idem quod prædestinatio. Dicitur enim Eccle. xxiiij. Hæc omnia liber vitæ. Gl. Id est, Nouum & vetus testamentum. Hoc autem non est prædestinatio. Ergo liber vitæ non est idem quod prædestinatio.

¶Præterea, Aug. in lib. xx. de ciui. Dei. ait, ꝙ liber vitæ est quædam vis diuina, qua fiet vt cuicunque opera sua bona vel mala in memoriam reducantur. Sed vis diuina non videtur pertinere ad prædestinationem, sed magis ad tributum potentiæ. Ergo liber vitæ non est idem quod prædestinatio.

¶Præterea, Prædestinationi opponitur reprobatio. Si igitur liber vitæ esset prædestinatio, inueniretur mortis, sicut liber vitæ.

¶SED CONTRA est, quod dicitur in gl. super illud psal. Deleantur de libro viuentium. Liber iste est notitia Dei, qua prædestinauit ad vitam quos præsciuit.

147 1. di. 40. q.1. art. 1. 2.5 m. & 3. di. 31. q.1. art.2. q. 2. per totum. & q.3.1 m. & ver. q. 7. art. 4. et psal. 39. co. 8. & phil. 4. co.1. fi.

CONCLVSIO.

¶Liber vitæ in Deo metaphorice dictus, est firma notitia significatiua prædestinatorum.

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ liber vitæ in Deo dicitr metaphorice secũdũ similitudinẽ à rebus humanis acceptã. Est enĩ consuetũ apud homines, ꝙ illi, qui ad aliquid eligũtur, cõscribũtur in libro: vtpote milites vel consiliarij, qui olim dicebantur patres conscripti. Patet aũt ex præmissis[e], ꝙ omnes prædestinati eligũtur à Deo ad habendã vitã æternã. Ipsa ergo prędestinatorũ cõscriptio dicitur liber vitæ. 142 Dicitur enim metaphorice aliquid conscriptum in intellectu alicuius, quod firmiter in memoria tenet secũdũ illud Prou. iij. Ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuũ custodiat. Et post pauca sequit, Describe illa in tabulis cordis tui. Nã & in libris materialibꝰ aliqđ cõscribitur ad succurrendũ memoriæ. Vnde ipsa Dei notitia, qua firmiter retinet se aliquos prædestinasse ad vitã æternã, dicitur liber vitæ. Nã sicut scriptura libri est signum eorũ, quæ fiẽda sunt, ita Dei notitia est quoddã signũ apud ipsũ eorũ qui sunt perducẽdi ad vitã ęternam, secũdũ illud 2. Tim. 2. Firmũ fundamẽtũ Dei stat, habẽs signaculum hoc, nouit dñs. qui sunt eius.

¶AD PRIMVN ergo dicendum, ꝙ liber vitæ potest dici dupliciter. Vno modo conscriptio eorũ, qui sunt electi ad vitam, & sic loquimur nũc de libro vitæ. Alio modo potest dici liber vitę conscriptio eorum, quę ducunt in vitam. Et hoc dupliciter. Vel sicut agendorum, & sic nouum & vetus testamentum dicitur liber vitæ. Vel sicut iam factorum, & sic illa vis diuina, qua fiet vt cuilibet in memoriam reducantur facta sua, dicitur liber vitæ. Sicut etiam liber militiæ potest dici, vel in quo scribuntur electi ad militiam, vel in quo traditur ars militaris, vel in quo recitantur facta militum. Vnde patet solutio ad secundum.

¶Ad tertium dicendum, quòd non est consuetum conscribi eos, qui repudiantur, sed eos qui eliguntur. Vnde reprobationi non respondet liber mortis, sicut prædestinationi liber vitæ.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ secundum rationem differt liber vitæ à prædestinatione. Importat enim notitiam prædestinationis, sicut etiam ex glosa inducta apparet[e]. 148

Quæstio. *¶Num omne agens intendat semper facere aliquod finitum.*

¶Circa antecedens dubium occurrit propter infinitatem motus. Constat enim ꝙ apud philosophos motores orbium intendunt semper mouere: & cõsequenter intendunt facere effectũ infinitũ: & tamen in litera assumitur, quòd omne agens intendit facere finitum. Ad hoc dupliciter respondetur. Primo quòd hoc assumptum intelligitur de effectu in actu. de tali enim probatum est in quæstione septima, quòd non potest intendi ab aliquo agente: motus autẽ cęli constat, quòd non est infinitus in actu: & propterea nõ obstat proposito. Dicerent secundo Phisophi, ꝙ motores orbium non intendunt per se primo circulationes infinitas, sed assimilationẽ ad Deum in causando alia: quæ quia mouendo conseruantur, ideo quasi per accidens intẽdunt semper mouere, tanquam infinitæ circulationes nõ sint propter se, sed quia tot requiruntur ad motorũ perfectionem conseruandam, seu diffundendam quo ad Deum gloriosum.

b 251 488

Quæstio. *¶Num tantum simplicia corpora sint partes vniuersi.*

¶Circa declarationem partium vniuersi dubiũ occurrit, quoniam in primo cæli, Arist. & san. Tho. corpora tantũ simplicia partes secundũ speciem vniuersi ponunt, hic autem adiunguntur species mixtorum & vegetabilium & animalium. Ad hoc dupliciter dici potest. primo, ꝙ in primo cæli est sermo de perfectione substantiali vniuersi: hic autẽ de perfectione quasi per modũ passionis: habẽt enĩ se omnes corporales species ad simplicia corpora, vt passiones ad subiectum, dum ex eis & actiue & materialiter fiunt & constant. Secundo dicitur, ꝙ vniuersum potest sumi dupliciter. Vno modo pro vniuerso corporeo vt sic, & hoc modo tractatur in primo cæli, & constituitur ex solis simplicibus corporibꝰ: quã nulla corpulentia est in vniuerso nisi simpliciũ corporũ: omnis enim mixtorum corporalis materia ex elementis est alio modo pro vniuerso perfectionis, & sic tractatur hic, & ad eius integritatem exiguntur omnes species, vt in litera dicitur. non enim perfectiones specificæ corporum istorum ex simplicibus corporibus vt sic sunt, sed ex altiori quadam natura vt patet de perfectione vitali.

Annot. ¶Circa conclusionem ipsam aduerte ꝙ Aureolus apud Capræolũ in quarto di. primi: eam nititur impugnare, sed quoniam non arguit ex propriis certi numeri, sed ex omnibus pertinentibus ad discretionem prædestinatorum à reprobis, & æquiuocat de fine vniuersi, & hæc superius patet, idcirco pertransseundum censui: ex his enim facile patet omniũ solutio.

Coment. ¶Quo ad secundum est hæc conclusio, numerus reproborum non est omnino sic certus. Et probatur: electis omnia cooperantur in bonum: ergo reprobi præordinati sunt à Deo in bonũ electorum: ergo numerus reproborum non est sic omnino certus.

Annot. ¶Aduerte hic ly sic omnino: in reprobis enim sunt duo, scilicet ipsa creatura: & id, quod pertinet ad esse reproborum: quo ad naturam eodem modo prædefinitus est numerus electorum & reproborum quia vtrique eiusdem naturæ sunt incorruptibilis, rationalis &c. quoad gratuita vero, sicut electi prædiffiniti sunt propter seipsos, vt scilicet propriis actibus atque felicibus vltimũ finem simpliciter attingant, reprobi vero quasi irrationabiles creaturę pro ut sunt non ad bonum proprium, quoniã felicitate priuati sunt, sed alienum: scilicet Dei & electorũ: ita numerus electorum est certus propter se. Numerus autem reproborum propter aliud, id est electos. Vnde considerando reprobos ratione subiecti, dicimus ꝙ est certus eorum numerus etiam prędiffinitiue: considerando autem eos quatenus reprobi sunt, dicimus ꝙ non sunt in certo numero prædiffinitiue, sed quasi tot diuina prouidentia reprobis vtitur quot ad electorum bonũ conferre conspicit. Et hanc distinctionem per illa verba (non sic autem omnino est) intẽdit litera, dicẽs enim (non sic) excludit reprobos à principalibus & per se primo partibus vniuersi, apponens autem ly (omnino) exemit eos à partibus pure propter aliud, sic quasi medios locauit propter incorruptibilitatem subiecti &c. vt diximus.

149 1. di. 41. ar. 4. & 3. di. 17. ar. 3. q.1. tertiũ. & 4. di. 45. q. 3. ar.3. 5 m. & ver. q. 6. artic. 6.

¶Quo ad tertium, tractatur numerus prædestinatorum hominũ an nobis sit certus, referuntũrque tres opiniones: & nulla earum approbatur: sed quarta apponitur melior.

Coment. Annot. ¶Aduerte hic quòd opiniones istæ non reprehenduntur. Tum quia in materia valde dubia, & per certitudinem occulta nobis opinatiue locuti sunt autores. Tum quia autores opinionum harum illustres ac etiam sancti videntur fuisse: secundam nanque opinionem Gregorij esse constat: melior autem omnibus quarta dicitur: quia autoritati ecclesiæ innititur dicentis in collecta secreta, Deus cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: & ad hoc innuendum eisdem verbis autor vsus est in litera.

a *¶Super Quæstionis vigesimætertiæ Articulum octauum.*

TItulus clarus est.

Annot. ¶In corpore duo facit. Primo duas opiniones tractat. Secundo respondet quæsito. Quo ad primũ opiniones & earum improbationes satis in litera patent. Et scias, quòd vt in articulo sexto quæstionis sextæ de veritate habetur, prima opinio ex Epicureis, secunda ex Stoicis orta videtur aut potius ex Ægyptiis in Stoicos deriuata, & in eam Auicenna quoque incidisse videtur. Et quoniam extremæ sunt, prima credente quòd nostra nihil conferunt: secunda vero, ꝙ totũ faciunt, dum etiam ipsum prædestinantem mutant, rationabiliter media sententia vero cõprobatur, scilicet ꝙ aliquo modo sic, & aliquo modo non, vt in litera subiungitur. Quo ad secundum ergo respondet quæsito duabus conclusionibus iuxta duo distinctionis membra. distinctio est, in prædestinatione sunt duo, scilicet præordinatio & effectus. Prima conclusio est prædestinatio quo ad præordinationem nullo modo iuuatur precibus sanctorum, & probatur quia non fit sanctorum precibus quòd aliquis præordinetur à Deo in vitam æternam. Secunda est, prædestinatio quo ad effectum iuuatur precibus sanctorum & aliis bonis operibus. & probatur, prouidentia non subtrahit causas secundas, sed eis vtitur sic, vt sine illis prouisi effectus non prouenirent, ergo prædestinatio salutis alicuius continet sub suo ordine quicquid illum promouet in salutem, quæcunque sint illa, ita ꝙ sine eis salutem ille non consequeretur: ergo prędestinationis effectus per huiusmodi orationes, & opera certitudinaliter impletur, quod erat intentum. Antecedens patet ex dictis, & manifestatur in naturalibus: prima vero consequentia, quæ sola explicite habetur in litera, probatur: quia prædestinatio est pars prouidentiæ: reliqua ex se patent, annectitur quoque corollarium in litera: imò infertur per modum exhortationis: quia ad mores plurimum res hæc prodest. 237 Confirmaturque autoritate Petri Apostoli: vt satis clare patet in litera.

Annot. a *¶Super Quæstionis vigesimæquartæ Articulum primum.*

IN titulo aduerte, ꝙ non incipit à quæstione an est, sed à quæstione quid est, supponens ex autoritate scripturæ librum vitæ esse, & propter affinitatem cum prædestinatione quærit quid sit, quærendo an sit idem quod prædestinatio, quatenus ex diuersitate illa, habeatur quid est.

Commẽt. ¶In corpore duo facit, primo dicit quid nominis. secundo quid rei. Quo ad primum tria dicit. Primo quòd liber vitæ non propriæ, sed metaphorice dicitur in Deo. Secundo ꝙ significat scriptionem prædestinatorum. Tertio originem huius metaphoræ, quòd scilicet ex humanis libris, in quibus scribuntur consiliarij, seu milites sumpta est.

¶Quo ad secundum est hæc conclusio. Liber vitæ in Deo est notitia firma ac significatiua prędestinatorum, hæc conclusio quo ad duas partes manifestatur. Primo quo ad ly firma, autoritate Prouer. 3. de inde ratione: quia conscriptio in libris materialibus fit ad succurrendum memoriæ. Secundo quo. ad ly significatiua, & hoc ex ratione metaphoricę, quia sicut scriptura libri est signum agendorum, ita notitia Dei est signũ repræsentans ipsi perducendos in vitam æternam: & confirmatur secundæ ad Thimo. secundo. Ex his autem facile patet quæsitum, quod in responsione ad quartum exprimitur: quoniam principaliter quærebatur quid est liber vitæ, quod in corpore decisum est.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæquartæ Articulum secundum.*

Coment. Titulus clarus est.

¶In corpore est vna cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Liber vitæ propriæ respicit vitam gloriæ. Probatur sic, Liber vitæ est notitia electorum ad vitam; ergo ad vitam supra naturam, & finalem: ergo proprie ad vitam gloriæ. prima consequẽtia probatur: qa ad id q̃ aliqui eliguntur, habet duas cõditiones, s. & q̃ non conueniat eis secundũ suas naturas, & q̃ habeat rationem finis, & declarat hoc secũdũ exẽplo militis; secũda vero cõsequẽtia pbatur: qa vita gloriæ est finis supernaturalis. Aduerte hic, q̃ litera assignans primã cõditionem eius, ad quod aliquid eligitur, nõ dixit q̃ est supra facultatem naturæ: quia hoc falsum fuisset, cũ pugnare ac cõsulere, vires naturæ nõ excedãt: sed dixit negatiuam, s. nõ conuenit ex natura: non em̃ ex natura sortitur aliquis, q̃ ad hãc rẽ publ. tutãdam pugnet, aut cõsulat: sed ex alio principio gubernante, scilicet rẽpub. & ex hac accommodatione extulit librũ vitæ ad vitam, non solum non ex natura, sed supra omnẽ facultatẽ cuiuscunq; naturæ creatæ.

argumento contra. 148 ver. q. 7. ar. 5. 6. & 7. & 3. di. 31. q. 1. ar. 2. q. 1. 147 a 147

ARTICVLVS II.

¶*Vtrum liber vitæ sit solum respectu vitæ gloriæ prædestinatorum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ liber vitæ non sit solum respectu vitæ gloriæ prædestinatorum. Liber em̃ vitæ est notitia vitæ. Sed Deus per vitam suam cognoscit omnem aliã vitã. Ergo liber vitæ precipuè dicitur respectu vitę diuinę, & non solum respectu vitæ prędestinatorum.

¶Præterea, Sicut vita gloriæ est Deo, ita vita naturæ. Sic igitur notitia vitæ gloriæ dicitur liber vitæ, etiam notitia vitæ naturæ dicetur liber vitæ.

¶Præterea, Aliqui eligũtur ad gratiã, qui non eliguntur ad vitã gloriæ, vt patet per id quod dicitur Ioã. 6. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Sed liber vitæ conscriptio electionis diuinæ, vt dictum est[e]. Ergo etiam est respectu vitæ gratiæ.

¶SED CONTRA est, quòd liber vitæ est notitia prædestinationis, vt dictũ est[e]. sed pdestinatio nõ respicit vitam gratiæ, nisi secundum quòd ordinatur ad gloriam. Non enim sunt prędestinati qui habent gratiam, & deficiunt à gloria. Liber igitur vitæ non dicitur nisi respectu gloriæ.

CONCLVSIO.

¶*Liber vitæ propriè vitam gloriæ respicit, cum, in eo conscripti sint qui à Deo eliguntur.*

¶RESPONDEO dicendum, q̃ liber vitæ, vt dictũ est[e], importat conscriptionem quandam, siue notitiã electorũ ad vitã. Eligitur autẽ aliquis ad id qd non competit sibi secundũ suam naturam. Et iterũ id ad quòd eligitur aliquis, habet rationem finis. Non enim miles eligitur aut conscribitur ad hoc quòd armetur, sed ad hoc q̃ pugnet hoc enim est proprium officium, ad quod militia ordinatur. Finis autem supra naturam existens, est vita gloriæ, vt suprà dictum est[e]. Vnde proprie liber vitæ respicit vitam gloriæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vita diuina etiam prout est vita gloriosa, est Deo naturalis. Vnde respectu eius non est electio, & per cõsequẽs neque liber vitæ. Nõ em̃ dicimus q̃ aliquis homo eligatur ad habendũ sensum, vel aliquid eorũ quæ cõsequuntur naturam. Vnde per hoc etiam patet solutio ad secundum. Respectu enim vitæ naturalis, non est electio, neque liber vitæ.

¶Ad tertium dicendum, q̃ vita gratiæ nõ habet rationẽ finis, sed rationem eius quod est ad finẽ. Vnde ad vitã gratiæ nõ dicitur aliqs eligi, nisi inquãtum vita gratię ordinatur ad gloriã. Et propter hoc illi qui habent gratiam, & excidunt à gloria, non dicũtur esse electi simpliciter, sed secũdũ quid. Et similiter nõ dicuntur esse scripti simpliciter in libro vitæ, sed secundum quid: prout, s. de eis in ordinatione notitia diuina existit, q̃ sint habituri aliquem ordinem ad vitam æternam secundum participationem gratiæ.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrum aliquis deleatur de libro vitæ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ nullus deleatur de libro vitæ. Dicit enim Aug. in 20. de ciuit. Dei, q̃ præsciẽtia Dei quæ non potest falli, liber vitę est. Sed à præsciẽtia Dei non potest aliqd subtrahi. Similiter neque à prędestinatione. Ergo nec de libro vitæ potest aliquid deleri.

¶Preterea, Quicquid est in aliquo, est in eo per modum eius in quo est, sed liber vitę est quid ęternum & immutabile. Ergo quicquid est in eo, est ibi non temporaliter, sed immobiliter & indelebiliter.

¶Præterea. Deletio scripturæ opponitur. Sed aliquis non potest de nouo scribi in libro vitę. Ergo neque inde deleri potest.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Deleantur de lib. viuentium.

CONCLVSIO.

¶*Cum liber vitæ, conscriptio sit ordinatorũ ad vitam æternam ex prædestinatione & præsenti gratia, deleri aliquos de libro vitæ, non solum secundum hominum opinionem, sed secundum rei veritatem, asserendum est.*

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ quidam dicunt, q̃ de libro vitę nullus potest deleri secundũ rei veritatẽ, potest tamen aliquis deleri secundum opinionẽ hominum. Est enim consuetum in scripturis vt aliquid dicatur fieri, quando innotescit, & secundum hoc aliqui dicuntur esse scripti in lib. vitæ, inquantum homines opinãtur eos ibi scriptos propter præsentem iustitiã quã in eis vident. Sed quando apparet vel in hoc seculo vel in futuro, q̃ ab hac iustitia exciderunt, dicũtur inde deleri. Et sic etiã exponitur in glo. deletio talis, super illud Psal. Deleãtur de lib. viuẽtiũ. Sed quia non deleri de libro vitæ ponitur inter præmia iustorum, secundum illud Apoc. 3. Qui vicerit sic, vestietur vestimentis albis, & nõ delebo nomẽ eius de lib. vitæ (quod autem sanctis repromittitur, nõ est solum in hominum opinionẽ) potest dici, q̃ deleri vel non deleri de libr. vitæ, non solum ad opinionem hominũ referendum est, sed etiam quantum ad rem. Et enim liber vitæ conscriptio ordinatorum in vitam æternam. Ad quam ordinatur aliquis ex duobus, s. ex prędestinatione diuina, & hæc ordinatio nunquam deficit, & ex gratia. Quicunque enim gratiam habet, ex hoc ipso est dignus vita æterna. Et hæc ordinatio deficit interdum, quia aliqui ordinati sunt ex gratia habita ad habendum vitam æternam, à qua tamen deficiunt per peccatum mortale. Illi igitur qui sunt ordinati ad habendum vitam æternam ex prędestinatione diuina, sunt simpliciter scripti in libro vitæ: quia sunt ibi scripti vt habituri vitam æternam in seipsa, & isti nunquam delentur de libro vitæ. Sed illi qui sunt ordinati ad habendum vitam æternam, non ex prædestinatione diuina, sed solum ex gratia dicuntur esse scripti in lib. vitæ, nõ simplicipliter, sed secundum quid: quia sunt ibi scripti vt habituri vitam æternam non in seipsa, sed in sua causa. Et tales possunt deleri de lib. vitæ, vt deletio non referatur ad notitiam Dei, quasi Deus aliquid præsciat, postea nesciat, sed ad rem scitam: quia scilicet Deus scit aliquem prius ordinari in vitam ęternam, & postea non ordinari cum deficit à gratia.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ deletio (vt dictum est[e]) non refertur ad librum vitæ ex parte presentię, quasi in Deo sit aliqua mutabilitas, sed ex parte prescriptorum, quę sunt mutabilia.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet res in Deo sint immutabiliter, tamen in seipsis mutabiles sũt. Et ad hoc pertinet deletio lib. vitę.

¶Ad tertium dicendum, quòd eo modo quo aliquis dicitur deleri de libro vitę, potest dici q̃ ibi scribatur de nouo vel secundum opinio

a ¶*Super Quæst. vigesimæquartæ Articulum tertium.*

Coment. Titulus clarus.

¶In corpore duo facit. primo tractat quandam opinionem, secundo respõdet quæsito secũdũ propriã sententiã. Quo ad primũ, primo refert duas propositiones quorũdam opinantiũ. prima est, nullus deletur de libro vitæ secundum rei veritatem. secũda est, aliqui delentur de libro vitæ secundũ opinionẽ hominũ & declaratur secũde propositionis cõsonantia cum sacra scriptura: qa apud ipsam quãdoq; dicitur res fieri, quãdoque innotescit, & consequenter deleri, quãdo apparet deleri propter priuationẽ gratiæ. Deinde arguit primã propositionem cum summa modestia falsitatis: quia præmium repromissum sanctis, secũdũ rem & non solum secundũ opinionem intelligendum est &c.

34

¶Quo ad secũdum duo facit. primo respondet quæsito, sic: deleri vel non deleri de libro vitę, non solum ad opinionem hominũ referẽdum est, sed etiam quantum ad rem. Et probatur hæc conclusio quo ad partem vltimã, quam intẽdit si. Liber vitæ est cõscriptio ordinatorũ in vitam æternã, ergo ordinatorum ex prædestinatione & presenti gratia: ergo ordinatorũ indefectibiliter & defectibiliter: ergo scriptorum simpliciter & secũdũ qd ergo indelebiliũ & delebilium secũdũ veritatem rei: qd erat intẽtum. prima consequẽtia probatur: quia ad vitam æternam ex his duobus aliquis ordinatur, & de prædestinatione quidem patet, de præsenti autẽ gratia probatur: quia quicũq; habet gratiã ex hoc ipso dignus est vita æterna. Secunda autẽ probatur: quia ordo gratiæ est defectibilis, prædestinationis vero, indefectibilis. Tertia vero, quia indefectibiles sunt scripti ad vitam æternam in seipsa, defectibiles vero sunt scripti ad vitã æternã in sua causa, scilicet meritoria. Vltima autẽ patet ex terminis. secũdo explanatur sensus, in quo intelligenda est dicta cõclusio ibi (vt deletio non referatur, &c.) potest em̃ dupliciter interpretari. Vno modo ex parte intellectus diuini, secundo modo ex parte rei scriptæ, vt clarè patet in litera.

139 149 1. d. 31. q. 1. ar. 2. q. et di. 40. q. 1. ar. 2. 5m. et q. 3. 3m. & phi. 4. co. 1. fin. & heb. 12. l. 4. co. 4. fi.

¶*Num liber vitæ sit conscriptio ordinatorum in vitam æternam.*

¶Circa antecedens, sup quo fundatur totus discursus, dubiũ n occurit. Quoniã cũ diffinitũ nõ se extendat vltra suam diffinitionem, aut liber vitæ male diffinitus est in primo articulo, dicẽdo, q̃ est conscriptio prædestinatorum, aut male extenditur hic liber vitæ ad ordinatos in vitam æternam, siue prædestinatos siue non. Et augetur dubitatio: quia si liber vitæ extenditur ad omnes ordinatos in vitam æternã, nõ solũ constituti in pñsenti gratia, sed oẽs christiani, imò & oẽs homines essent scripti in lib. vitæ: qm̃ oẽs ordinati sunt in vitã ęternã, ex hoc ipso, q̃ rationales sunt iuxta illud Augustini de prædestinatione sanctorũ, posse habere claritatem naturæ, est hominum.

¶Ad hoc respondetur quòd diffinitio superius data fuit perfecta, vt potẽ explicans substantialia libri vitæ: conscriptio em̃ prædestinatorũ ad substãtiã ptinet libri vitæ: cõscriptio autẽ ordinatorũ secũdũ presentẽ iustitiã habet se ad librũ vitę vt antecedẽs: quia vt cõsequẽs substãtiale. Nõ em̃ ad librũ vitæ spectat taliũ conscriptio nisi ex hoc ipso, q̃ est liber vitę gloriæ, ad quã soli pdestinati cõscrib. nã vt in respõsione ad tertiũ pcedẽtis articuli dicit, cõstituti in pñsenti gratia ptã to ad cõscriptionẽ libri vitæ spectãt, p quãto vitã illã gl'iosam, pro nũc aliquo modo participãt, & hic dicit & in idẽ redit, q̃ ppterea cõscribũtur, quia vitã æternã in sua causa habituri sunt. Ex his em̃ patet, q̃ ad librũ vitæ ptinet cõscriptio habẽtiũ pñtẽ gratiã ex cõsequẽti: & sic talis conscriptio est extra substãtiã libri vitæ Nec in diffinitione debuit exprimi, sed (vt litera sit) postmodum deduci. Ad aliã aũt obiectionẽ tacitẽ ex litera rñdet, q̃ non quomodolibet ordinari in vitã æternã, sed ordinati sic, q̃ sunt digni vita æterna cõscribũt in libro vitæ. Et propterea neq; oẽs Christia. (si aliqs est q nũq fuit in gratia, qd posset accidere in ficte accedẽte ad batismum) neq; oẽs homines sunt aliquomodo scripti in lib. vitę: q̃uis potẽtiã quãdã valde remotã ad illã vitã habeant. 137

¶Circa ea quæ in calce literæ posita sunt. scito quòd deleri, ex parte deletorum nõ importat scripturæ cassationẽ, sed mutationẽ de scriptis in nõ scriptos, qui em̃ heri fuit in gratia, & cõsequẽter inter scriptos lapsus, hodie mutatus est per peccati maculã, desiitq; inter scriptos esse. & hoc vocat deleri ex parte vt patet in litera.

nem hominum, vel secundum quòd de nouo incipit habere ordinem ad vitam æternam per gratiam. Quod etiam sub diuina notitia comprehenditur, licet non de nouo.

QVAESTIO VIGESIMAquinta, De Diuina potentia, in sex Articulos diuisa.

POST considerationem diuinæ præscientiæ & voluntatis & eorum quę ad hoc pertinent: restat considerandum de diuina potentia. ¶Et circa hoc quęruntur sex. ¶Primo, vtrum in Deo sit potentia. ¶Secundo, vtrum eius potentia sit infinita. ¶Tertio, vtrum sit omnipotens. ¶Quarto, vtrum possit facere quòd ea quæ sunt præterita, non fuerint. ¶Quinto, vtrum Deus possit facere quæ non facit, vel prætermittere quæ facit. ¶Sexto, vtrum quæ facit possit facere meliora.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum in Deo sit potentia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in Deo non sit potentia. Sicut enim prima materia se habet ad potentiam, ita Deus (qui est agens primum) se habet ad actum. Sed prima materia secundum se considerata, est absque omni actu. Ergo agens primum (quod est Deus) est absque potentia.

¶Præterea, Secundum Philo. in 9. Meta. qualibet potentia, melior est eius actus. Nam forma est melior quàm materia, & actio quàm potentia actiua. Est enim finis eius. Sed nihil est melius eo quod est in Deo: quia quicquid est in Deo, est Deus, vt suprà ostensum est[e]. Ergo nulla potentia est in Deo.

¶Preterea, Potentia est principium operationis. Sed operatio diuina est eius essentia, cum in Deo nullum sit accidens[e]. Essentiæ autem diuinæ non est aliquod principium. Ergo nulla potentia est in Deo.

¶Præterea, Suprà ostensum est[e], quòd scientia Dei & voluntas eius sunt causa rerum. Causa autem & principium idem sunt. Ergo non oportet in Deo assignare potentiam, sed solum scientiam & voluntatem.

¶SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus sit maxime in actu, ac simpliciter perfectus, maxime ei conuenit esse principium actiuum, ac potentia actiua, non autem passiua.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est potentia, scilicet passiua (quæ nullo modo est in Deo) & actiua, quam oportet in Deo summè ponere. Manifestum est enim, quòd vnumquodque secundum quod est actu & perfectum, secundum hoc est principium actiuum alicuius. Patitur autem vnumquodque secundum quòd est deficiens & imperfectum. Ostensum est autem suprà[c], quòd Deus est purus actus & simpliciter & vniuersaliter perfectus: neque in eo aliqua imperfectio locum habet. Vnde si maxime competit esse principium actiuum, & nullo modo pati. Ratio autem actiui principij conuenit potentiæ actiuæ. Nam potentia actiua est principium agendi in aliud, potentia vero passiua est principium patiendi ab alio, vt Philosophus dicit 5. Meta. Relinquitur ergo quòd in Deo maxime sit potentia actiua.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd potentia actiua non diuiditur contra actum, sed fundatur in eo. Nam vnumquodq; agit secundum quòd est actu, potentia vero passiua diuiditur contra actum. Nam vnumquodque patitur secundum quòd est in potentia. Vnde hæc potentia excluditur à Deo, non autem actiua.

¶Ad secundum dicendum, quòd quandocunque actus est aliud à potentia, oportet quòd actus sit nobilior potentia. Sed actio Dei non est aliud ab eius potentia, sed vtrunque est essentia diuina: quia nec esse eius est aliud ab eius essentia. Vnde non oportet quòd aliquid sit nobilius quàm potentia Dei.

¶Ad tertium dicendum, quòd potentia in rebus creatis non solum est principium actionis, sed etiam effectus. Sic igitur in Deo saluatur ratio potentiæ quantum ad hoc, quòd est principium effectus, non autem quantum ad hoc, quòd est principium actionis[c], quæ est diuina essentia: nisi forte secundum modum intelligendi, prout diuina essentia (quæ in se simpliciter præhabet quicquid perfectionis est in rebus creatis[c]) potest intelligi & sub ratione actionis & sub ratione potentiæ: sicut etiam intelligitur & sub ratione suppositi habentis naturam, & sub ratione naturæ. Sic igitur in Deo saluatur ratio potentiæ, quantum ad hoc, quòd est principium effectus.

¶Ad quartum dicendum, quòd potentia non ponitur in Deo vt aliquid differens à scientia, à voluntate secundum rem, sed solum secundum rationem, inquantum, scilicet potentia importat rationem principij exequentis[c], id quod voluntas imperat, & ad quod scientia dirigit. Quæ tria Deo secundum idem conueniunt. Vel dicendum, quòd ipsa scientia vel voluntas diuina secundum quòd est principium effectiuum, habet rationem potentiæ. Vnde consideratio scientiæ & voluntatis præcedit in Deo considerationem potentiæ, sicut causa præcedit operationem & effectum.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum potentia Dei sit infinita.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur q̃ potentia Dei nõ sit infinita. Omne em̃ infinitũ est imperfectũ, secundũ Phi. in 3. Phy. Sed potẽtia Dei nõ est imperfecta. Ergo nõ est infinita.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæquintæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo Potentia significat principium operationis ad extra, seu transeuntis, extensio operationis nomine tam ad actionem quàm ad passionem.

Commen. ¶In corpore rñdetur quæsito vnica distinctione & duabus cõclusionibus mixtis iuxta duo distinctionis mẽbra. Distinctio est. potẽtia est duplex, actiua scilicet & passiua. Cõclusio prima est, Potẽtia passiuã nullo modo est in Deo. secũda est. Potẽtia actiua maxime est in Deo. Probat hæc secũda: vnũquodq; secundũ q̃ est in actu & perfectũ, est principiũ actiuũ: ergo Deo maxime cõpetit esse principiũ actiuũ. ergo ĩ eo maxime est potẽtia actiua. Primo cõsequẽtia pbatur ex eo q̃ Deus est actus pur⁹ & vniuersaliter perfect⁹. Secũda vero, q̃a rõ principij actiui cõuenit potẽtię actiuæ, vt patet ex diffinitiõe eius 5. & 9. Met. &c. Prima aũt eodẽ modo ex negatione oppositorũ pbat, Vnũquodq; patitur secũdũ qd est deficiẽs & ĩperfectũ. ergo Deo nullo modo cõuenit pati. ergo nec potẽtia passiua. cõsequẽtia eodẽ modo pbat: q̃a, s. in Deo nulla est ĩperfectio, &c.

135

250 1. dis. 42. q. 2. art. 1. Et 1. contra. ca. 16. & li. 2. c. 78. 9. & 10. Et po. q. 1. arti. 1.

¶*Num actio transiens, præter relationẽ & motum, significet quippiã aliud in agente existẽs.*

¶In rñsione ad secundũ, & tertiũ difficilia valde verba discutiẽda occurrũt. Tria nãq; de actiõe, vt distinguitur, cõtra effectũ dicunt. Primũ est, q̃ actio si est distincta à potẽtia actiua, est nobilior ipsa potẽtia. Secũdũ est, q̃ actio in creaturis principiatur à potẽtia. Tertiũ est q̃ actio sic se habet ad potẽtiã actiuã: q̃ si trãsferat in Deũ, oportet actionẽ ipsam esse essentiã diuinã. Hæc enim oĩa liquido habẽtur in litera. Est aũt rõ ad duæ dubitatiõis hæc: actio trãsiẽs, puta mouere, vt distinguitur cõtra effectũ, aut solũ dicit motum ab hoc, aut aliquid aliud: si tantũ significat motũ ab hoc, oportet ea quæ hic dicũtur, verificari, aut de sola relatione ab hoc, aut de solo motu, aut de toto cõposito, scilicet motu ab hoc: sed de nullo horũ verificantur primũ & tertiũ dictũ: nihil em̃ horũ est nobilius potentia actiua motoris Saturni. Et qd magis vrget, nihil horũ est qd oporteat idẽtificari diuinæ substãtiæ, si ponam⁹ Deum sine omni medio mouere corp⁹ aliquod: quod cõstat nõ esse impossibile: tũc em̃ manifeste videre quisq; põt motũ nõ oportere idẽtificari substãtię diuinę. Et sim[i]liter relationẽ nõ oportere idẽtificari eidẽ, quãuis oporteret ipsam non esse realẽ ex parte Dei, vt ex supradictis patet. & consequẽter nec motũ ab hoc, idẽtificari eidẽ diuinæ essentiæ oportere. Si vero significat aliquid aliud, ruũt oĩa in 3. Phy. tradita. Ruere quoq; videtur opi. dicẽs actionẽ esse subiectiue in passo: quæ tñ ex Aris. ibidẽ, & in 2. de Ani. sumpta videtur. ¶Ad hoc dicẽdũ mihi videtur q̃ apud San. Tho. actio trãsiẽs præter motũ & relationẽ dicit aliqd subiectiue in agẽte. Probatur hoc & manifestatur. Probatur qdẽ rõne vnica iã tacta conuincẽte intellectũ meũ: sustinẽdo vtrãq; viã positã in rñsione ad 4. actio trãsiẽs significat aliqd subiectiue existẽs ĩ agẽte creato, idẽtificatũ aũt realiter substãtiæ in agẽte in creato: sed motus ab hoc vt importat tm̃ motũ & relationẽ, nõ significat aliqd huiusmodi: ergo motus ab hoc modo exposito nõ est totũ actionis trãseũtis. Maior habetur & in 2. con. Gen. c. 9. rõne vlti. & quo ad secũdã partẽ habetur in mille locis, vbi de creatione, gubernatione & quibusuis aliis actionibus & potẽtiis diuinis ad extra est sermo, vt hic etiã patet. Minor aũt patet resolutiue: constat em̃, q̃ Deo mouẽte vel Angelo, in neutro motus esset. relatio autẽ, quãuis in Angelo esset, in Deo tñ nullo reali mõ eẽt: q̃a nec per ĩhęsionẽ, vt patet, nec per idẽtitatẽ, vt in 2. cõtra Gen. c. 12. in princ. pbatur manifeste. Et si diceretur ad hãc rõnẽ, q̃ maior est vera, nõ ex vna, sed ex diuersis radicibus: q̃a quo ad agẽtia, creata est vera rõne relationis, quã oportet subiectiue existere in agẽte: quo ad agẽs vero increatũ est vera rõne actionis immanẽtis, quã solã in Deo ponit actio trãsiẽs præter factũ & relationẽ. Si sic inquã diceretur præcipue ppter autoritatẽ S.T. in 2. cõtra Ge. c. 23. rõne 4. subtiliter qdẽ euaderetur nõ tñ sufficiẽter. Ad cui⁹ euidẽtiã scito, q̃ vt ĩ hoc artic. in rñsione ad quartũ litera dicit, duob⁹ modis sustinetur potẽtia actiua in Deo. Vno mõ vt sit velut potẽtia executiua intellectus & volũtatis. Alio mõ vt sit ipsa voĩtas cõsulta, &c. vt efficax respectu effectuũ. Et si hic secundus modus, q̃ forte verior est, ponatur; nulla in hac materia exactionis trãseũtis natura angustia cẽt: qm̃ ĩ rei veritate nulla in Deo poneretur tũc actio trãsiens, sed immanẽs tm̃ habens efficaciã trãseũtiũ, iuxta illud, dixit & facta sunt. Et hãc viã secutus videtur S.T. in autorita. allegata, & in c. 35. vbi expsse negat mediã actionẽ. Si aũt prim⁹ mod⁹ teneatur, tũc mota difficultas vim habet. Nec satisfit ex rñsione data, quæ ad actiones ĩmanẽtes iuxta alterũ modũ dicẽdi recurrit. Oportet em̃ si potẽtia quasi media in Deo ponitur, q̃ actio trãsiẽs ĩ eo quoq; ponatur: & cõsequẽter idẽtificata substãtię suę, vt hic patet: & expsse in 12. cõtra Ge. c. 9. dicitur. dũ eadẽ asseritur rõ de idẽtificatione intellectualiũ opationũ & aliarũ cũ substãtia diuina. Et qm̃ vt in litera patet, S.T. vtrãq; viã sustinet, cõsequẽs est q̃ nõ ĩsufficiẽter saluatur mẽs atq; doctrina eius, recurrẽdo ad actiones immanẽtes. Et sic relinqtur, q̃ maior assumpta ex vna & eadẽ radice in oĩ agẽte, cui vere cõuenit actio trãsiẽs, sit vera: alioquin nõ esset formalis. Et cũ nec rõne relationis, nec rõne motus verificetur vniuersaliter, relinqtur q̃ aliqd aliud actio trãsiens significat in agẽte. Verba aũt ĩ oppositũ adducta ex 23. c & ex 35. & similia possunt interpretari q̃ pcedũt iuxta illã viã: nãq; illud opus oĩb⁹ viis vti videt ad intẽtũ. ¶Declaratur autẽ occultum hoc latuisse etiã in 3. Phy. & similibus locis ex suo compari, scilicet passione: de qua proportionaliter dicitur, q̃ est motus in hoc, sicut de actione, q̃ est motus ab hoc: quẽadmodũ em̃ cõstat, q̃ in passione sunt tria, s. mot⁹, relatio, inhęrẽtię ipsius mot⁹ ad subiectũ & fundamẽtũ illi⁹ relatiõis. quod est essentialiter passio: siue illud sit passiua actuatio subiecti, siue esse formæ fluentis vt actuãs subiectũ, siue quodcũq; aliud, ita ex parte actionis nõ solũ motus & relatio significatur, sed ly, ab significat prius ipsam essentiã actionis: operationẽ, s. in agẽte ppter perficiẽdũ aliud. Sed qm̃ propriis vocabulis caremus, nominibus relationũ, s. præpositionibus ab, & in, vtimur ad occulta significãda, vt sępe cõtingit: & sic omnes textus consonant. Cum his em̃ stat actionis transeuntis & passionis eundem esse actum: quoniam actio huiusmodi, vt sic, propter perficiendum passum est: & propterea ratione illius actus perfectio passi & esse in passo, &c. dicitur ipsa actio. Nec plura hic dicẽda videntur, quoniã præsenti proposito sat sunt.

16 20 19 87 128 22

14 17 c 117 23 d 118

15 1. di. 43. q. 1. ar. 1. Et 4. contra. ca. 44. co. 2. et c. 65. 13. & po. q. 1. art. 2. & opusc. 3. c. 19. & opusc. 9. q. 4. Et 12. Metap. l. 6. fin.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæquintæ Articulum secundum.*

Annot. IN titulo ly infinita significat infinitatem intensiuam.

Commen. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua ad quæsitum affirmatiue, Potentia Dei est infinita. Probatur, esse Dei est infinitum: ergo actiua potentia Dei est infinita. Antecedens patet ex quæstio. 7. consequentia probatur: quia potentia actiua Deo conuenit secundũ q̃ est in actu, id est, fundatur super eius actu: & quãtitas potẽtiæ cõsequitur quãtitatẽ act⁹: qd pbatur ex illa vniuersali, quãto aliqd agẽs est

perfecti⁹ in forma, qua agit, tãto maior est potẽtia ei⁹, vt patet in calefactiuo &c. litera est clara.

¶In rñsione ad tertium multa dicẽda essent de infinitate potẽtię motiuę, quę ꝓlixa valde sunt: & in speciali, quã de hoc fecimus quæstione, discussa sunt: quare pro nũc transeundum puto.

a ¶*Super Quæst. vigesimæquintæ Ar. tertiũ.*

Annot. IN titulo ly oĩpotẽs, dupliciter distribui põt, s. pro oĩpotentia, & pro oĩ possibili. nõ quęritur hic, vtrũ sit oĩpotens, id est, habeat omnẽ potentiã. Qm̃ iam in 1. art. determinatũ est, q̃ in Deo nulla est potẽtia passiua: sed quærit᷑ vtrũ sit oĩpotẽs, id est, possit omnia.

150 Commẽt. ¶In corpore duo principaliter facit. Primo q̃d hic certũ & ambiguũ sit dicit. Scd̃o ambiguitatẽ soluit, ibi, Sed si q̃s &c.

35 ¶Quo ad primũ duo dicit: primo q̃ pars affirmatiua q̃onis est ab oĩbus cõfessã. Scd̃o q̃ diffinitio oĩpotentiæ, quæ deberet esse ꝓpriũ mediũ ad inferẽdã cõfessã cõclusionẽ difficilis est: q̃a dubitatur ꝑ q̃bus distribuitur ly oĩa, quũ dicitur Deũ posse omnia.

¶Quo ad secũdũ tria dicit primo q̃ ly oĩa distribuit possibile absolute. Secundo q̃ ly possibile

35 absolute denoĩat q̃cq̃d habet rõnem entis, actu, vel potẽtia, ibi, Est autẽ cõsiderandũ. Tertio excludit ab huiusmodi distributione & denominatione sola implicãtia cõtradictionem, ibi, Ni-

35 hil autẽ opponitur &c.

¶Primũ horũ, s. ly oĩa, distribuit possibile absolute. ꝓbatur distinguẽdo possibile dupliciter, s. secũdũ aliquã potẽtiã, vel absolute, ex 5. Metap. Et destruẽdo q̃ nõ põt ĩtelligi de possibili primo modo: q̃a nec respectu potẽtiæ creatæ: q̃m̃ diuina potẽtia excederet datũ obiectũ nec respectu potẽtię increatæ: q̃m̃ esset circulus in huiusmodi explanatione: & ĩfert per locũ à diuisione, q̃

18 intelligitur de possibili

24 secũdo modo: explanãs

36 a q̃d significat huiusmodi possibile, quod s. cõsistit in habitudine terminorũ &c. Secundũ autẽ, s. q̃ possibile absolute denominat q̃cq̃d põt esse, ꝓbatur sic. omne agẽs agit sibi simile. ergo vnicuiq; potẽtiæ actiue rñdet vt ꝓpriũ obiectũ possibile secũdũ illũ actũ, q̃ est rõ agẽdi. ergo potẽtię actiuæ Dei rñdet possibile secũdũ rõnẽ entis. prima cõsequẽtia manifestatur in potẽtia calefactiua, & ei⁹ obiecto. secũda autẽ

513 c ꝓbatur: q̃a esse Dei q̃ est ei rõ agẽdi, est esse præhabẽs quidẽ in se totius esse ꝑfectionẽ, nõ t̃n esse tale vel tale secd̃m quodcũq; genus. Tertiũ vero prædictorũ duo claudit. primũ est, oĩa, quę cõtradictionem nõ implicãt, claudũtur sub oĩpotẽtia.

¶Præterea, Omnis potentia manifestatur per effectum, aliàs frustra esset. Si igitur potentia Dei esset infinita, posset facere effectum infinitum. Quod est impossibile.

¶Preterea, Philosophus probat in octauo Physicorum, quòd si potentia alicuius corporis esset infinita, moueret in instanti. Deus autem non mouet in instanti, sed mouet creaturam spiritualem per tempus, creaturam vero corporalem per locum & tempus, secundum Augusti. octauo, super Genesim ad literam. Non ergo est eius potentia infinita.

¶SED CONTRA est quod dicit Hila. octauo, de trinit. quòd Deus est immensæ virtutis viuens, potens. Omne autem immensum est infinitum. Ergo virtus diuina est infinita.

CONCLVSIO.

¶Cum esse Dei sit infinitum, eius potentia actiua est infinita.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut iam dictum est[c], secundum hoc potentia actiua inuenitur in Deo, secundum quod ipse actu est. Esse autem eius est infinitum, inquantum non est limitatum per aliquid recipiens, vt patet per hæc, quæ supra dicta sunt[c], cum de infinitate diuinæ essentiæ ageretur. Vnde necesse est, quòd actiua potentia Dei sit infinita. In omnibus enim agentibus hoc inuenitur, quòd quanto aliquod agens perfectius habet formam, qua agit, tanto est maior eius potentia in agendo. Sicut quanto est aliquid magis calidum, tanto habet maiorem potentiam ad calefaciendum. Et haberet vtique potentiam infinitam ad calefaciendum, si eius calor esset infinitus. Vnde, cum ipsa essentia diuina (per quam Deus agit) sit infinita (sicut supra ostensum est[c]:) sequitur quòd eius potentia sit infinita.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de infinito, quod est ex parte materiæ non terminatæ per formam: cuiusmodi est infinitum, quod congruit quantitati. Sic autem non est infinita diuina essentia (vt supra ostensum est[e]) & per consequens nec eius potentia. Vnde non sequitur quòd sit imperfecta.

¶Ad secundum dicendum, quòd potentia agentis vniuoci tota manifestatur in suo effectu. Potentia enim generatiua hominis nihil potest plusquam generare hominem. Sed potentia agentis non vniuoci non tota manifestatur in sui effectus productione. Sicut potentia Solis nõ tota manifestatur in productione alicuius animalis ex putrefactione generati. Manifestum est autem quòd Deus non est agens vniuocum. Nihil enim aliud potest cum eo conuenire neque in specie, neque in genere, vt supra ostensum est[e]. Vnde reliquit, quòd effectus eius semper est minor, quàm potentia eius[e]. Non ergo oportet quòd manifestetur infinita potentia Dei in hoc quòd producat effectum infinitum. Et tamen etiam si nullum effectum produceret, non esset Dei potentia frustra: quia frustra est quod ordinatur ad finem, quem non attingit. Potentia autem Dei non ordinatur ad effectum sicut ad finem, sed magis ipsa est finis sui effectus.

¶Ad tertium dicendum, quòd Philosophus in octauo Physic. probat, quòd si aliquod corpus haberet potentiam infinitam quod moueret in non tempore. Et tamen ostendit, quòd potentia motoris cæli est infinita: quia mouere potest tempore infinito[e]. Relinquitur ergo secundum eius intentionem, quòd potentia infinita corporis si esset, moueret in non tempore: non autem potentia incorporei motoris. Cuius ratio est, quia corpus mouens aliud corpus est agens vniuocum. Vnde oportet quòd tota potentia agentis manifestetur in motu. Quia igitur quanto mouentis corporis potentia est maior, tanto velocius mouet: necesse est quòd si fuerit infinita, moueat improportionabiliter citius, quod est mouere in non tempore. Sed mouens incorporeum est agens non vniuocum. Vnde non oportet, quòd tota virtus eius manifestetur in motu ita, quòd moueat in non tempore. Et præsertim, quia mouet secundum dispositionem suæ voluntatis.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum Deus sit omnipotens.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit omnipotens. Moueri enim & pati aliquid omnium est: sed hoc Deus non potest. Est enim immobilis, vt supra dictum est[c]. Non igitur est omnipotens.

¶Præterea, Peccare aliquid agere est. Sed Deus non potest peccare, neque seipsum negare, vt dicitur secundæ Tim. secundo, ergo Deus non est omnipotens.

¶Preterea, De Deo dicitur, quòd omnipotentiam suam parcendo maxime & miserendo manifestat. Vltimum igitur, quod potest diuina potentia, est parcere & misereri. Aliquid autem est multo magis quàm parcere & misereri, sicut creare alium mundum, vel aliquid huiusmodi. Ergo Deus non est omnipotens.

¶Præterea, Super illud primæ Corin. 1. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. dicit gl. Sapientiam huius mundi fecit Deus stultam ostendendo possibile, quòd illa impossibile iudicabat. Vnde videtur quòd non sit aliquid iudicandum possibile vel impossibile secundum inferiores causas, prout sapientia huius mundi iudicat, sed secundum potentiam diuinam. Si igitur Deus sit omnipotens omnia erũt possibilia. Nil ergo impossibile. Sublato autem impossibili tollitur necessarium. Nam quod necesse est esse, impossibile est non esse. Nihil ergo erit necessarium in rebus, si Deus est omnipotens. hoc autem est impossibile. Ergo Deus non est omnipotens.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Lucæ primo, Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

CONCLVSIO.

¶Cum possit Deus omnia efficere quæ esse possunt, non autem ea, quæ contradictionem implicant, omnipotens merito dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd communiter confitentur omnes Deum esse omnipotentem. Sed rationem omnipotentię assignare, videtur difficile. Dubium enim potest esse quid comprehendatur sub ista distributione, cum dicitur omnia posse Deum. Sed si quis recte cõsideret (cum potentia dicatur ad possibilia) cum Deus omnia posse dicitur, nihil rectius intelligitur quàm quòd possit omnia possibilia, & ob hoc omnipotens dicatur. Possibile autem dicitur dupliciter secundum Phi. in 5. Met. Vno modo per respectum ad aliquam potentiam. Sicut quod subditur humanæ potentiæ dicitur esse possibile homini. Non autem potest dici, quòd Deus dicatur omnipotens, quia possit omnia quæ sunt possibilia naturæ creatæ: quia diuina potentia in plura extenditur. Si autem dicatur q̃ Deus sit omnipotens, quia potest omnia quæ sunt possibilia suæ potentiæ: erit circulatio in manifestatione omnipotentiæ. Hoc enim non erit aliud quàm dicere quòd Deus est omnipotens: quia potest omnia quæ potest. relinquitur igitur quòd Deus dicatur omnipotens, quia potest omnia possibilia absolute. Quod est alter modus dicendi possibile, Dicitur autem aliquid possibile vel impossibile absolute ex habitudine terminorum. Possibile quidem quia prædicatum non repugnat subiecto, vt sortem sedere. Impossibile vero absolute, quia prædicatum repugnat subiecto, vt hominem esse asinum. Est autem considerandum quòd cum vnumquodq; agens agat sibi simile, vnicuique potentiæ actiuæ correspondet possibile vt obiectum proprium secundum rationem illius actus, in quo fundatur potentia actiua. Sicut potentia calefactiua refertur vt ad proprium obiectum ad esse calefactibile. Esse autem diuinum, super quod ratio diuinæ potentiæ fundatur, est esse infinitum non limitatum ad aliquod genus entis, sed præhabens in se totius esse perfectionem[c]. 23
Vnde quicquid potest habere rationem entis, continetur sub possibilibus absolutis, respectu quorum Deus dicitur omnipotens. Nihil autem opponitur rationi entis nisi non ens. Hoc igitur repugnat rationi possibilis absoluti, quod subditur diuinæ omnipotentiæ: quod implicat in se esse & non esse simul. Hoc enim omnipotentiæ non subditur, non propter defectum diuinæ potentiæ, sed quia non potest habere rationem factibilis, neque possibilis. Quæcunque igitur contradictionem non implicant sub illis possibilibus continentur, re-

secũdũ est, oĩa, quę cõtradictionẽ implicant, non claudũtur sub oĩpotẽtia. Et primo ꝓbatur vtrũq; simul sic: nihil opponit᷑ rõni entis nisi nõ ens. ergo nihil repugnat possibili absolute, nisi implicans in se esse & nõ esse simul. ergo sola implicãtia cõtradictionẽ nõ habẽt rõnẽ possibiliũ. ergo ea, quæ implicãt, nõ claudũtur. & ea, quæ nõ implicãt, clauduntur sub oĩpotentia. Deinde docet modũ loquẽdi hon̄ stũ in exclusis ab oĩpotẽtia: & demũ ostẽdit hãc exclusionem nõ esse cõtra Angelicam autoritatẽ, vt clare patet in litera.

152 / 3. q. 13. ar. 1. co. & 1. contra. c. 21. & 25. & po. q. 7. artic. 1. / 13 b / 42 / 43

¶*Num omne ens, ac nõ implicãs cõtradictionẽ, subiiciatur oĩpotentiæ.*

CIrca prædictã assignationẽ obiecti diuinæ potẽtiæ dubiũ occurrit. Quia si omne possibile absolute, omneq; ens ac nõ implicãs cõtradictionem sub oĩpotẽtia clauditur, Deus ipse cõtinebitur sub sua oĩpotẽtia: q̃m̃ Deũ esse, de numero horũ est, vt patet.

¶Ad hoc & similia dicẽdũ est, q̃ cũ sermo præsens sit de omnipotẽtia factiua, quum dicimus omne possibile, omne ens, omne nõ implicans cõtradictionẽ, semꝑ sub intelligitur causabile effectiue: sic enim excluduntur & diuina, & peccata & quęcũq; sunt potentiarum passiuarum, & imperfectarum vt sic.

¶Num ex eo, quòd potentia actiua Dei fundatur super esse infinito, sequatur, ergo obiectum diuinæ potentiæ est, possibile esse absolute, an possibile esse infinite.

¶Circa probationẽ secũdi, dubiũ occurrit, quoniã non videtur sufficiẽter inferri intentũ. Ex hoc enim, q̃ potẽtia actiua Dei fundatur super esse infinito & vniuersaliter perfecto, debuisset inferri, ergo obiectũ potẽtiæ actiuæ Dei est possibile esse infinite & vniuersaliter perfecte: sicut de potẽtia calefactiua infertur q̃ est calefactibile: quod in litera nõ fit, sed infertur: ergo obiectũ eius est possibile esse absq; alia ꝓbatiõe.

¶Ad hoc dicitur, q̃ ex præcedẽti patet articu. hæc est differentia inter causam vniuocã & æquiuocã, quòd causæ vniuocæ respõdet aliquod adæquatũ obiectũ in effectu, æquiuocæ vero nõ: & propterea cũ esse Dei duas habeat cõditiones ad propositũ, scilicet eleuationẽ supra genera & vniuersalitatẽ perfectionis, nec possit fingi aliquod causabile cũ his cõditionibus in singulari: cõsequẽs est vt sumatur in vniuersali. Tale autẽ est esse, quoniã ad nullũ determinatũ est genus: & ad oẽs se perfectionũ modos extẽdit, & propterea satis subtiliter in litera ꝓportionale obiectũ sicut potẽtiis vniuocis assignatũ est quicq̃d põt entis rõnẽ habere. constat q̃ nõ opponitur ei diuisum, sed cõiunctum in eodẽ de eodẽ ad idem &c. optime illatum est: ergo continens ens & non ens simul solum repugnat possibili. Et non debuit, nec potuit inferri, ergo non ens repugnat possibili: quia nec repugnat enti, nisi cũ illis cõditionibus cõstituentibus cõtradictionẽ, vt de se patet.

q. 2. ar. 2. Et 2. contra. c. 25. Et po. q. 1. ar. 3. Et 5. quo. quæ. 2. artic. 1.

¶Nũ sola implicantia cõtradictionem possibili absolute opponantur.

CIrca ꝓbationẽ tertij dicti dubiũ occurrit: quoniam prætermissum videtur nõ ens. Ex eo nãq; q̃ nihil opponitur enti nisi nõ ens, inferẽdũ erat: ergo nõ ens opponitur possibili absolute: quia opponitur enti: & nõ debebat tantũ inferri; ergo quæcunq; implicant simul ens & nõ ens, repugnãt possi-

154 bili. Nec potest ad hoc dici, q̃ implicite vtrũq; illatũ est: quoniã vt patet in litera illatũ est, q̃ sola implicãtia cõtradictionẽ repugnãt possibili. Cõstat enim q̃ non entia absq; implicatione cõtradictionis inueniuntur. Vnde ambiguitas relinq̃tur quomodo eo omisso saltatũ sit ad ens & non ad ens simul.

¶Ad hoc dicitur, q̃ vt patet 5. Meta. & 2. Phy. eadẽ est causa actiua obiecti & sui oppositi, diuersimode tamẽ: quia faciẽdo causat obiectũ ꝓpriũ, nõ faciẽdo autẽ oppositũ, vt patet de nauta ibidẽ. Et sic in dubio nõ erat, non ens cadere sub actiua potẽtia Dei: cui⁹ propriũ obiectũ assignatum est ens. oportet em̃ illã faciẽdo ens nõ faciẽ-

138 do non ens respicere: &

92 cũ multa nõ entia absq;

a implicatione contradi-

122 ctionis sint non entia, vt patet in materia contingẽte: cõsequẽs est, q̃ nõ ens prætermissum non

153 fuit, sed clauditur sub

22[e]. quæ. nõ implicãtibus cõtradi-

152. artic. ctionẽ. Propter quod sal-

3. 3[m]. Et tus nullus in litera fact⁹

1. dis. 42. est, sed ex eo q̃ solũ non ens opponitur enti, &

tur, respectu quorum dicitur Deus omnipotens. Ea vero, quæ contradictionem implicant sub diuina omnipotentia non continentur, quia non possunt habere possibilium rationem. Vnde conuenientius dicitur, quòd ea non possunt fieri, quàm quòd Deus ea non possit facere. Neque hoc est contra verbum Angeli dicentis, non erit impossibile apud Deum omne verbum. Id enim quod contradictionem implicat, verbum esse non potest: quia nullus intellectus potest illud concipere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus dicitur omnipotens secundum potentiam actiuam, non secundum potentiam passiuam, vt dictum est. vnde quòd non potest moueri & pati, non repugnat omnipotentiæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd peccare est deficere à perfecta actione[e]. Vnde posse peccare est posse deficere in agendo, quod repugnat omnipotentiæ. Et propter hoc Deus peccare non potest, qui est omnipotens. ¶Quamuis Philosophus dicat in 4. Topi. quòd potest Deus & studiosus praua agere. Sed hoc intelligitur sub conditione, cuius antecedens sit impossibile, vt puta si dicamus quòd potest Deus praua agere si velit. Nihil enim prohibet conditionalem esse veram, cuius antecedens & consequens est impossibile. Sicut si dicatur, si homo est asinus, habet quatuor pedes. Vel vt intelligatur, quòd Deus potest aliqua agere, quæ nunc praua videntur, quæ tamen si ageret, bona essent. Vel loquitur secundum communem opinionem gentilium, qui homines dicebant transferri in Deos, vt Iouem vel Mercurium.

¶Ad tertium dicendum, quòd Dei omnipotentia ostenditur maxime in parcendo & miserendo: quia per hoc ostenditur Deum habere summam potestatem, quòd libere peccata dimittit. Eius enim, qui superioris legi astringitur, non est libere peccata condonare. Vel quia parcendo hominibus & miserendo perducit eos ad participationem infiniti boni, qui est vltimus effectus diuinæ virtutis. Vel quia (vt supra dictum est[e]) effectus diuinæ misericordiæ est fundamentum omnium diuinorum operum. Nihil enim debetur alicui nisi propter id, quod est datum ei à Deo non debitum. In hoc autem maxime diuina omnipotentia manifestatur, quòd ad ipsum pertinet prima institutio omnium bonorum.

¶Ad quartum dicendum, quòd possibile absolutum non dicitur neque secundum causas superiores, neque secundum causas inferiores, sed secundum seipsum. Possibile vero, quod dicitur secundum aliquam potentiam, nominatur possibile secundum proximam causam. Vnde ea, quæ immediate nata sunt fieri à Deo solo, vt creare, iustificare & huiusmodi, dicuntur possibilia secundum causam superiorem. Quæ autem nata sunt fieri à causis inferioribus, dicuntur possibilia secundum causas inferiores. Nam secundum conditionem causæ proximæ, effectus habet contingentiam vel necessitatem, vt supra dictum est[e]. In hoc autem reputatur stulta mundi sapientia, quia ea, quæ sunt impossibilia natura, etiam Deo impossibilia iudicabat. Et sic patet, quòd omnipotentia Dei impossibilitatem & necessitatem à rebus non excludit.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum Deus possit facere quòd præterita non fuerint.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus possit facere quòd præterita non fuerint. Quod enim est impossibile per se, magis est impossibile, quàm quod est impossibile per accidens. Sed Deus potest facere id quod est impossibile per se, vt cæcum illuminare, vel mortuum resuscitare. Ergo multo magis potest Deus facere illud, quod est impossibile per accidens. Sed præterita non fuisse est impossibile per accidens. Accidit enim sortem non currere, esse impossibile ex hoc quod præteriit. Ergo Deus potest facere quòd præterita non fuerint.

¶Præterea, Quicquid Deus facere potuit, potest, cum eius potentia non minuatur. Sed Deus potuit facere antequam sortes curreret, quòd non curreret. Ergo postquam cucurrit, potest Deus facere quòd non cucurrerit.

¶Præterea, Charitas est maior virtus quàm virginitas. Sed Deus potest reparare charitatem amissam. Ergo & virginitatem. Ergo potest facere quòd illa, quæ corrupta fuit, non fuerit corrupta.

¶SED CONTRA est, quod Hier. dicit: Cum Deus omnia posit, non potest de corrupta facere incorruptam. Ergo eadem ratione non potest facere de quocunque alio præterito quòd non fuerit.

CONCLVSIO.

¶Quòd præterita non fuerint non subiacet diuinæ potestati.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut supradictum est[c], sub omnipotentia Dei non cadit aliquid quod contradictionem implicat. Præterita autem non fuisse contradictionem implicat. Sicut enim contradictionem implicat dicere, quòd sortes sedet & non sedet: ita quòd sederit & non sederit. Dicere autem quòd sederit, est dicere quòd sit præteritum. Dicere autem quòd non sederit, est dicere quòd non fuerit. Vnde, præterita non fuisse non subiacet diuinæ potentiæ. Et hoc est quod Augusti. dicit contra Faustum. Quisquis ita dicit: Si Deus omnipotens est, faciat vt quæ facta sunt, facta non fuerint: non videt hoc se dicere: si Deus omnipotens est, faciat vt ea, quæ vera sunt, eo ipso quòd vera sunt, falsa sint. Et Philosophus dicit in sexto Ethic. quòd hoc solo priuatur Deus, ingenita facere quæ sunt facta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet præterita non fuisse sit impossibile per accidens, si consideretur id, quod est præteritum, id est, cursus sortis: tamen si consideretur præteritum sub ratione præteriti, ipsum non fuisse est impossibile non solum per se, sed absolute contradictionem implicans. Et sic est magis impossibile quàm mortuum resurgere, quod non implicat contradictionem. Quod dicitur impossibile secundum aliquã potentiam, scilicet naturalem. Talia enim impossibilia diuinæ potentiæ subduntur.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Deus quantum est ad perfectionem diuinæ potentiæ omnia potest, sed quædam non subiacent eius potentiæ, quia deficiunt à ratione possibilium: ita si attendatur immutabilitas diuinæ potentiæ, quicquid Deus potuit potest. Aliqua tamen olim habuerunt rationem possibilium dum erant fienda, quæ iam deficiunt à ratione possibiliũ dum sunt facta. Et sic dicitur Deus ea non posse, quia ea non possunt fieri.

¶Ad tertium dicendum, quòd omnem corruptionem mentis & corporis Deus auferre potest à muliere corrupta: hoc tamen ab ea remoueri non poterit, quòd corrupta non fuerit: sicut etiam ab aliquo peccatore auferre non potest quòd non

¶Circa hãc positionẽ aduerte q̃ pręsenti ꝓposito sufficit, q̃ q̃cq̃d implicat cõtradictionẽ inquãtũ huiusmodi excludat᷑ ab omni potẽtia: nec hoc vertẽdũ est ĩ dubiũ. Vtrũ aũt hoc vel illud ĩplicet cõtradictionẽ, alterius negotij est. Et similiter vtrũ vno vel plurib⁹ modis cõtingat ĩplicari cõtradictionẽ nihil refert. Oĩa enim quę secũdũ se ĩplicãt cõtradictionẽ, vere impossibilia sunt, vt fiãt etiã à Deo. Et per hoc patet responsio ad argumẽta Aureoli apud Capreolũ in primo dis. 4. 2. q. prima.

Annot. ¶In respõsione ad quartũ aduerte q̃ per sapiẽtiã huius mũdi nõ intelligimus Philosophiã secũdũ se, q̃m̃ illa nõ iudicat falsum, sed intelligit᷑ Philoso. secũdũ q̃ vtunt᷑ ea homines hui⁹ mũdi, ex quorum defectiuo lumine temerariũ prodiit iudiciũ, quo ĩpossibilia causis secũdis ĩpossibilia absolute iudicata sunt, vt incarnatio Dei &c.

a ¶*Super Quæst. vigesimæquintæ Arti. quart.*

Annot. IN titulo aduerte, quòd præteritũ sumitur dupliciter, scilicet formalit᷑ & denoĩatiue, id est, pro ipsa preteritione, & pro re quæ præteriit, in

152 proposito quãuis vtroq;

36 a modo sumi possit, directe t̃n & per se primo sumitur pro re, quæ preteriit. Ita q̃ sens⁹ q̃onis est, an Deus possit expoliare rẽ, quę preteriit, à preteritione: hoc em̃ est facere eam nõ fuisse: sicut quęrim⁹, an Deus possit expoliare substantiam à quãtitate, & facere hoc, esset facere substãtiam, quæ est quãta, nõ quãtã.

Commen. ¶In corpore vnica est cõclusio respõsiua quæsito negatiue, præterita non fuisse nõ subiacet diuinę potentiæ. Probatur primo rõne, sub omni potẽtia Dei nõ cadit ĩplicãs cõtradictionẽ: præterita nõ fuisse ĩplicat cõtradictionem. ergo. Probatur minor. dicere, q̃ sortes sederit & nõ sederit ĩplicat: sicut q̃ sedet & non sedet: sed hoc est dicere preteritũ nõ fuisse. ergo. Deinde confirmatur autoritate Augus. & Arist.

Annot. ¶Aduerte hic q̃ preteritũ significat᷑ ĩ actu signato ꝑ ly preteritũ: & in actu exercito ꝑ verba preteriti tẽporis, vt fuit, cucurrit, sedit &c. & ꝓpter ea ĩ litera ꝑ actũ exercitũ declarat᷑ act⁹ signat⁹. Et si diligẽter perspecta fuerit hęc rõ, cessant oĩa argumẽta ex Greg. allata apud Capre. 42. dis. 1. Ex hac em̃ liquet rõ quare De⁹ nõ potest expoliare Adã à præteritione: hoc em̃ eẽt expoliare ipsum à fuisse. Et cũ alterũ cõtradictoriũ oporteat de quocũq; semꝑ verificari, si Adã expoliaret᷑ nũc à fuisse, verificaret᷑ de ipso nõ fuisse: & sic fuisset & nõ fuisset: fuisset q̃dẽ, q̃a ex quo semel vestit⁹ est fuisse,

fuisse vere fuit.non fuisset autem,quia expoliatus esset ipso fuisse:& sic duo contradictoria essent simul vera,quod non est intelligibile. Ex hoc etiam patet quòd nihil officit proposito q fuisse acciderit Adæ:sicut & esse & fore.nõ enim magis contradicunt,sortes est homo & nõ est homo:quàm sortes currit & nõ currit:& quàm curret & nõ curret: & quàm cucurrit & nõ cucurrit. Nihil enim refert ad contradictioné materia necessaria vel cõtingés. Et propterea in respõsione ad primũ vtrunq; tangitur,scilicet accidentalitas & impossibilitas absoluta concomitans implicationem contradictionis

1.dist.43. qõ.23. Et 2. contra. c.23.vsq; 30. Et li. 3.c.98.si. Et po. qõ. 1.artic.5.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæquintæ Articulum quintum.*

Commen, Titulus clarus est.

¶In corpore tria facit. primo tractat quandam opinionem. secundo tractat aliam. tertio respondet quæsito.

¶Quo ad primũ opinio quædam erronea tenet parté negatiuã, quia tenet Deũ agere ex necessitate naturæ,& declaratur ex actione naturaliũ proportionaliter:& tandem reprehéditur, quia falso innititur fundaméto, vt patet ex dictis in qõ.19.vbi vterq; modus naturalis necessitatis,scilicet spectans ad naturam, & spectans ad voluntatem,à diuina actione remotus est.

¶Quo ad secũdũ tria ordinate facit. primo ponit ipsam opinioné tenenté quoq; parté negatiuam, sed alia ratione, quæ est talis. Deus nihil põt opari absq; ordine sapiétiæ & iustitiæ suæ: ordo auté sapiétię & iustitiæ suæ nõ extédit se vltra ea, quæ quandoq; fiũt.ergo.Secũdo examinatur hæc ratio quo ad primã propositioné approbãdo eam,quia diuina potentia æqualis est suæ sapiétiæ, & ecõuerso propter idétitaté mutuã. Tertio examinatur & reprehenditur quo ad secundã propositionem probãdo suã cõtradictoriã,scilicet diuina sapiétia nõ arctatur ad ordiné stabilitũ qui nũc est, 117 tali ratione. Tota ratio 122 ordinis, quã sapiés reb⁹ à se factus imponit, sumitur à fine:ergo à fine 138 proportionato rebus,pter finé sapiétia faciétis limitatur ad certũ ordinem, & à fine improportionabiliter excedéte limitatur:ergo diuina sapiétia nõ determinatur ad aliqué rerũ ordiné sic, vt nõ possit alius effluere. Antecedens patet, cũ prima cõsequentia: cuius cõsequẽtis secundam parté apposui, 132 quoniã implicite tantũ 66 in litera habetur: & tamen ex illa pédet vis ra- 72 tionis. Cõstat auté eam b c subintelligendam fuisse 131 ex posterioristica regula, 118 si affirmatio est causa affirmationis &c. si em cõmésuratio finis ratio est limitationis ad certũ ordiné,qa tota ratio ordinis est à fine: oportet q incõmensuratio finis per excessum sit ratio nõ limitationis ex eadé causa. secũda vero cõsequentia probatur: quia diuina bonitas,quę finis est omnium improportionabiliter excedit,omnem stabilitum ordinem rerum.

¶Quo ad tertiũ cõclusio respõsiua quæsito est:Deus põt alia facere quã quæ facit. Nec aliter hæc cõclusio probatur:qa examinãdo ppositas opiniones exclusæ sunt oés causæ restrictiuæ diuinæ potẽtiæ ad ea quæ facit. Cũ em obiectũ eius vt dictũ est,sit possibile absolute:si restringeretur ad possibile qd facit, aut hoc esset rõne naturæ agẽtis, aut rõne quasi potẽtiarũ,aut rõne quasi habituũ,cũ in Deo nõ cadant impedimẽta & indispositiones &c. Hæc autẽ oĩa sunt exclusa in litera. in prima quidé opinione, natura & volũtas,ac p hoc intellectus implicite. in secũda vero habitus, scilicet sapiẽtia & iustitia. Vnde omnibus,restrictiuis exclusis restat ambitus diuinæ potentiæ in suã latitudine ad possibile absolute. 117 118

... peccauerit,& quòd charitatem non amiserit.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum Deus posit facere quæ non facit.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd Deus non posit facere nisi ea,quæ facit.Deus enim non potest facere quæ non præsciuit & præordinauit se facturum. sed non præsciuit, neque præordinauit se facturum, nisi ea,quæ facit.Ergo non potest facere nisi ea,quæ facit.

¶Præterea, Deus non potest facere nisi quod debet, & quod iustum est fieri. sed Deus non debet facere quæ non facit:nec iustum est vt faciat quæ non facit. Ergo Deus non potest facere nisi quæ facit.

¶Præterea, Deus non potest facere nisi quod bonum est,& conueniens rebus factis.Sed rebus factis à Deo non est bonum,nec conueniens aliter esse quàm sint. Ergo Deus non potest facere nisi quæ facit.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matth. 26. An non possum rogare patrem meum & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Neque autem ipse rogabat neque pater exhibebat ad repugnandum Iudæis.ergo Deus potest facere quod non facit.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus propter bonitatem suam,agat,quæ improportionabiliter omnia à se facta excedit,nec ex natura, seu quouis in ipso habitu in existente limitatur ad certum ordinem rerum, sed plura & maiora facere potest,quàm quæ facit.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd circa hoc quidã dupliciter errauerunt.Quidam enim posuerunt Deum agere quasi ex necessitate naturæ,vt sicut ex ratione rerum naturalium non possunt alia prouenire, nisi quæ eueniunt,vtpote ex semine hominis homo,ex semine oliuæ oliua:ita ex operatione diuina non posint aliæ res,vel alius ordo rerum effluere,nisi sicut nunc est.Sed supra ostendimus[e],Deum non agere quasi ex necessitate naturę,sed voluntaté eius esse omnium rerum causam:neq; etiam ipsam voluntatem naturaliter & ex necessitate determinari ad has res[e].Vnde nullo modo iste cursus rerum sic ex necessitate à Deo prouenit, q alia prouenire non possent. Alij vero dixerunt,q potentia diuina determinatur ad hunc cursum rerum propter ordinem sapientiæ & iustitiæ diuinę,sine quo Deus nihil operatur.Cum autem potentia Dei,(quæ est eius essentia,) non sit aliud quã Dei sapientia : cõueniéter qdem dici põt q nihil sit in Dei potentia,quod non sit in ordine diuinæ sapientiæ.Nã diuina sapiétia totum posse potentiæ cõprehendit.Sed tamen ordo à diuina sapientia rebus inditus(in quo ratio iustitiæ cõsistit,vt supra dictũ est[e]) nõ adæquat diuinam sapientiam[e],sic,vt diuina sapientia limitetur ad hunc ordinem[e].Manifestum est autem,q tota ratio ordinis,quã sapiens rebus à se factis imponit,à fine sumitur.Quando igitur finis est proportionatus rebus propter finem factis sapientia facientis limitatur ad aliquem determinatum ordiné. Sed diuina bonitas est finis improportionabiliter excedens res creatas.Vnde diuina sapiétia non determinatur ad aliquem ordinem rerum,vt non posit alius cursus rerum effluere.Vnde dicendum est simpliciter, q Deus potest alia facere quàm quæ facit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,q in nobis,in quibus est aliud potentia & essentia à voluntate & intellectu,& iterum intellectus aliud à sapientia,& voluntas aliud à iustitia,potest esse aliquid in potentia,quod non potest esse in voluntate iusta,vel in intellectu sapiente.Sed in Deo est idem potentia & essentia, & voluntas & intellectus, & sapientia & iustitia.Vnde nihil potest esse in potentia diuina,quod non posit esse in voluntate iusta ipsius,& intellectu sapientiæ eius.Tunc,quia voluntas non determinatur ex necessitate ad hæc vel illa, nisi forte ex suppositione, vt supra dictum est[e]:neque sapientia Dei & iustitia determinatur ad hunc ordinem (vt supra dictum est[e])nihil prohibet esse aliquid in potentia diuina, quod non vult: & quòd non continetur sub ordine quem statuit rebus.Et quia potentia intelligitur vt exequens,voluntas autem vt imperans, & intellectus & sapientia vt dirigens: quod attribuitur potentiæ secundum se consideratæ, dicitur Deus posse secundum potentiam absolutam.Et huiusmodi est omne illud,in quo potest saluari ratio entis,vt supra dictũ est[e].Quod autem attribuitur potentiæ diuinæ secundum q exequitur imperiũ voluntatis iustæ, hoc dicitur Deus posse facere de potentia ordinata.Secũdum hoc ergo dicendum est,q Deus põt alia facere de potentia absoluta,quã quæ præsciuit & præordinauit se facturũ:non tamen põt esse q aliqua faciat, quæ non præsciuerit & præordinauerit se facturũ:quia ipsum facere subiacet præscientiæ & præordinationi: non autem ipsum posse, quod est naturale. Ideo enim Deus aliquid facit quia vult,nõ tñ ideo potest quia vult:sed quia talis est in sui natura.

¶Ad secundum dicendum, q Deus non debet aliquid alicui nisi sibi.Vnde cum dicitur. q Deus non potest facere nisi quod debet,nihil aliud significatur nisi q Deus nõ potest facere nisi quod ei est cõueniens & iustum. Sed hoc quod dico cõueniens & iustum,potest intelligi dupliciter.Vno modo sic,q hoc quod dico conueniens & iustum,prius intelligatur coniungi cum hoc verbo est, ita q restringatur ad standum pro præsentibus,& sic referatur ad potentiam.Et sic falsum est,quod dicitur:est enim sensus,Deus nõ potest facere nisi quod modo conueniens est & iustum.Si vero prius cõiungatur cum hoc verbo potest(quod habet vim ampliãdi)& postmodum cum hoc verbo est, significabitur quoddam præsens & confusum, & erit locutio vera sub hoc sensu: Deus non potest facere,nisi id quod si faceret esset conueniens & iustum.

¶Ad tertium dicendum,q licet iste cursus rerum sit determinatus istis rebus, quæ nunc sunt,non tamen ad hunc cursum limitatur diuina sapientia & potestas.Vnde licet istis rebus, quæ nunc fiunt, nullus alius cursus esset bonus & cõueniens, tamen Deus posset alias res facere, & alium eis imponere ordinem.

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum Deus posit meliora facere ea,quæ facit.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non posit meliora facere ea,quę facit.Quicquid enim Deus facit,potentissime & sapientissime facit: sed tanto fit aliquid melius quanto fit potentius & sapientius. Ergo Deus non potest aliquid facere melius quàm facit.

¶Præterea, Augu.contra Maximum sic argumentatur:si Deus potuit & noluit gignere filium sibi æqualem,inuidus fuit.eadem rõne si Deus potuit res meliores facere quàm fecerit & noluit,inuidus fuit.Sed inuidia est omnino relegata à Deo:ergo Deus vnumquodq; fecit optimum.Non ergo Deus potest aliquid facere melius quàm fecit.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæquintæ Articulum sextum.*

Commen. IN titulo cõtinetur duæ qõnes:altera formaliter:scilicet, vtrum Deus posit meliora facta. Altera virtualiter, scilicet, vtrũ Deus posit facere alia meliora factis. Clauditur em. hæc secũda in prima rõne primi facti; quod est vniuersum:qm melioratio vniuersi ex aliis reb⁹ pédet,vt in respõsione ad tertiũ dicit. 152

Commẽt. ¶In corpore vtriq; quæsito respondetur duabus distinctionibus, & trib⁹ cõclusionibus.Prima distinctio explicata est de bonitate, scilicet substãtiali vel accidẽtali. Secũda est implicite de re eadé, vel diuersa.Prima cõclusio est,res eadẽ nõ põtest fieri melior substãtialiter,& probatur:qa differẽtia substãtialis se habet vt vnitas in numeris &c. Secũda est, res eadé põt fieri melior accidẽtaliter. Tertia est, De⁹ qualibet re à se facta potest facere aliã melioré. Nec aliter hic pbanẽ hę cõclusiones:qm ex prædictis sequũtur. si em obiectũ diuinæ potẽtiæ est possibile absolute: & hęc sunt de numero possibiliũ, q ex eo percipi potest, quòd nulla apparet contradictio in his: Consequens est, quòd hæc posit Deus facere.

¶*Num quacunque creatura facta posit melior fieri.*

Quæstio, ¶Circa tertiã cõclusioné dubitatur ex Scoto & ex Aureolo. Scot⁹ siqdẽ ĩplicite in tertio sniarũ, di.13.q.1.tenet oppositũ tali rõne. Accepta aliqua terminata creatura ex parte inferiori quæ sit A,quærit ascédẽdo, aut est status ad aliquam supremã, & habetur oppositũ:aut nõ,sed põt procedi ĩ infinitũ,& tũc sic: quanto aliqua creatura magis excedit A, tanto est pfectior, & per cõsequẽs creatura quæ in infinitũ excedit, est in infinitũ perfectior: & ita erit in se intẽsiue infinita,quod est impossibile. Aureolus vero apud Capreolũ in 43. dist. primi sex mediis contra hanc cõclusioné inuehitur valde prolixis: quorũ vim tãtũ afferã. Primo ergo arguit,

115 1.dist.44. ar.1.2.& 3.Et 3.di. 13.ar.21. qõ.2.2[m]. & 3. Et po.q.3.ar. 16. corr. & 17[m].

arguit,si procederetur in infinitũ in perfectionibus specificis,superior esset quod dato tale perfectionale respectu inferioris:& cõsequẽter esset cõtinens perfectiones omniũ aliarũ creaturarũ,& cõsequẽtes infinitæ perfectionis,quod est impossibile.prima cõsequẽtia tenet:quia superior cõtinet perfectioné inferioris,& adhuc plus. Vltima aũt tenet: qa huiusmodi pfectiones apud se sunt infinitæ. Scdo sic, pcess⁹ ad mẽsurã est infinit⁹:ergo pcessus ad superi⁹ in specificis perfectionibus est finitus. consequẽtia patet ex 10. Meta.Tertio sic,vniuersitas specierũ creabiliũ distat à diuina perfectione,sicut finitũ ab infinito.ergo est finitæ perfectionis.ergo impossibile est in ipsa in infinitũ procedere ascẽdẽdo.patet sequela:quia processus in infinitũ secũdum perfectioné excedit omnem finitã perfectioné. Quarto processus ad vnitaté & totalitaté est finitus: ergo processus iste est finit⁹. probat sequela:quia est ad vnitaté & totalitaté vniuersi. Quinto sic, id ĩ quod primo à Deo incipiẽdo descẽditur, oportet dari: ergo nõ proceditur in infinitũ ascendẽdo.cõsequẽtia nota, & antecedẽs probatur ex illa maxima Diony.infima iungũtur supremis per media, ita q supremũ infimi attingit infimũ supremi, &c. Sexto sic, De⁹ & infima creatura sunt duo extrema,nõ distãtia in infinitũ per modũ intercidẽtis medij,sed per infinitaté alterius extremi.ergo inter ea non possunt esse infinita media.

29 ¶Ad euidentiã horũ sciẽ,q quũ hic nõ sit sermo nisi de potentia Dei & possibili absolute: quũ dicimus,q quæcũq; creatura facta potest fieri alia perfectior,nõ denotatur aliqua potentia in creatura ad aliã vlteriorem creaturã,sicut in numeris accidit,sed denotatur incõsummabilitas possibilis absolute: est em infinitũ sicut infinitũ materiale, qđ quocũq; posito vel accepto semper restat aliud accipiẽdũ. Denotatur quoq; inexhauribilitas diuinæ potentię:qm est infinitę actualitatis simpliciter. ita quod nullo participato actu exhauritur, sed semper restat vlterior exhauriendus actus. Vnde ad rõné Scoti facile respõdetur cõcesso processu in infinitũ, negãdo q sequeretur aliqua creatura in infinitum excedẽs infimã:qm inter infimã & quãcũq; aliã signabilem, semper est finita distãtia, vt patet in numeris.Omnes enim hæ obiectiones adductæ, aut multę earũ in hoc fallũtur,q nõ discernũt inter processum in infinitũ,id est in aliquod vnũ numero infinitum,& inter processum in infinitũ,id est nunquã in vltimũ: sed semper in aliquod sic,q restat aliud vlterius.Et si bene aduertimus iuxta primũ sensum,ly infinitũ est terminus,ad quem processus: & habet vim nominis.in 2.aut habet vim aduerbij,& est modus ipsius processus.Nos enim vtimur processu in infinitũ iuxta secundũ sensum:quoniam nominibus est vtendũ vt plures vtuntur:& manifeste patet ex 3.Physi.sic accipit. Arguentes auté accipiunt implicite vel explicite procedi in infinitũ iuxta primũ sensum,quod nec somniauimus,nec ex processu in infinitũ qué ponimus, sequitur. ¶Ad primã auté Aureoli obiectioné dicitur,q ratio illa peccat tripliciter.Primo in hoc quod modo diximus.Secũdo in hoc,q male interpretatur illã propositionem.perfectio superior includit inferioré,& aliquid vltra:ista enim non est vera de perfectionibus vltimarũ differẽtiarũ:in nulla siquidé intelligẽtia clauditur virtualiter quicquid positiuę perfectionis ponit vltima differentia bonis: hoc enim est Dei propriũ,vt alibi videndũ est.Tertio in hoc,q nõ distinguit inter esse infinitæ perfectionis simpliciter, & esse infinitæ perfectionis in genere. In quo etiã errauit tertia rõ.qm si tota vniuersitas creabiliũ esset,esset qdé infinitæ pfectiões specifice,nõ tñ essent infinitũ ens:qm singula & oĩa simul essent entia per participationé.Et similiter si essent alia vna creatura æquiualés oĩbus illis,nõ esset infinitæ pfectionis simpliciter,sed in gñe.Sicut si essent infinita aĩalia,aut vnũ animal eis æqualés,nõ sequeretur nisi infinita pfectio in gñe aĩalis.Et sic minima intelligentiarũ cum sit altioris ordinis forma,esset perfectior oĩbus eis, vtpote sub genere animalis. ¶Ad secũdã obiectioné dicitur,q peccat tripliciter. Primo qa processus iste nõ est ad mẽsurã, cũ nõ sit ad tertiũ aliqué.Secundo, qa nõ distinguit inter totalé pcessum,de quo tamé est tota qõ: & singulos partiales processus,de quibus non est quæstio:quoniã constat quẽlibet esse finitũ & ad mensurã materialiter,i. ad rem,quæ si esset,esset mẽsura.Et hic est tertius error,q .s. nõ distinguit inter processum ad mẽsurã materialiter & ĩ potẽtia,nõ naturali,sed logica & diuina: & mẽsurã in actu,& vt sic.tertia quoq; rõ tripliciter errat.Primo,qa putat vniuersitaté creabiliũ plus posse actu accipi quàm vniuersitaté numerorũ. Secũdo ĩ hoc qđ diximus,q æquocat de ĩsinita pfectiõe.Tertia ĩ hoc, q nõ videt,q infra infinitũ in genere,finitũ aũt simpliciter:põt in infinitũ pcedi simpliciter,qđ est intentũ. Quarta aũt peccat sicut secũda.Tũ qa processus iste totalis nõ est ad vnitaté & totalitaté vniuersi: qa nullũ habet tertiũ,vt iam dicẽdũ est. Tũ qa singuli partiales processus sunt ad vnitaté & totalitaté vniuersi nõ nisi in posita logica & diuina. Tũ quia sunt ad huiusmodi vnitaté & totalitaté materialiter & formaliter:nõ em implicat contradictionem, q fierent plures creaturæ absque aliquo vniuerso per se ex eis resultante. ¶Ad quintã aũt patet responsio, q illud dictum Dio. intelligitur de creaturis inter se & nõ de cõnexione ĩter creaturã & Deũ. Vnde nõ datur primũ possibile descẽdẽdo à Deo, nec vltimũ ascẽdendo ad eundem:& sic vana est qõ, vtrũ sit finitum vel infinitum. De facto autem semper datur primũ factum, quod est perfectionis finitæ. Sexta demũ obiectio seipsã interimit:quoniã infinita distantia ex infinitate alterius extremi, infert necessario infinita intercidẽtia media, si nõ actu, 22 tamé in potentia, vt ma- 33 nifeste patet in quãtita- 20 te cõtinua: nõ enim potest intelligi, q inter lineam infinitam & lineã pedalem,non possint intercidere infinitæ lineæ mediæ, scilicet bipedalis, tripedalis,& sic in infinitum. Vnde consequentia allata nihil valet.

156 infra qõ. 62.art.4. cor. Et 2. dis.1.q.2. ar.2.4[m]. Et dis.15. q.2. ar.3. 1[m].Et 1. cõ.c.100. & 101.

¶Præterea,Id quod est maxime & valde bonum,non potest melius fieri:quia maximo nihil est maius.Sed sicut Aug.dicit in ench.bona sunt singula,quæ Deus fecit,sed simul vniuersa valde bona: quia ex omnibus consistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. Ergo bonum vniuersi non potest melius fieri à Deo.

¶Præterea, Homo Christus est plenus gratia veritate, & Spiritum habet non ad mensuram. Et sic non potest esse melior. Beatitudo etiam creata dicitur esse summum bonum:& sic nõ potest esse melius.Beata etiã virgo Maria est super omnes choros Angelorũ exaltata:& sic non potest esse melior.Non igitur omnia quæ fecit Deus, potest facere meliora.

¶SED CONTRA est quod dicitur ad Ephe.3.quòd Deus potest omnia facere abundantius quàm petimus,aut intelligimus.

CONCLVSIO.

¶*Non potest à Deo res eadem melior fieri substantialiter, sed accidentaliter: potest tamen Deus quauis re à se facta meliorem simpliciter facere.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd bonitas alicuius rei est duplex.Vna quidem,quę est de essentia rei: sicut esse rationale est de essentia hominis:& quantum ad hoc bonum, Deus non potest facere aliquam rem meliorem quàm ipsa sit(licet posit facere aliquam aliam ea meliorem)sicut etiam non potest facere quaternarium maiorem. Quia si esset maior: iam non esset quaternarius, sed alius numerus. sic enim se habet additio differentiæ substantialis in diffinitionibus, sicut additio vnitatis in numeris[c],vt dicitur in 8.Meta. Alia bonitas est, quæ est extra essentiam rei. Sicut bonum hominis est esse virtuosum vel sapientem: & secundum tale bonum potest Deus res à se factas facere meliores. Simpliciter autem loquendo qualibet re à se facta potest Deus facere aliam meliorem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd cum dicitur Deum posse aliquid facere melius quàm facit,si ly melius sit nomen,verum est: qualibet enim re potest facere aliam meliore. Eandé vero potest facere meliore quodãmodo,& quodãmodo nõ,sicut dictũ est.Si vero ly melius sit aduerbiũ,& importet modum ex parte facientis:sic Deus nõ potest facere melius quã sicut facit,quia nõ potest facere ex maiori sapientia & bonitate.Si autem importet modũ ex parte facti,sic potest facere melius: quia potest dare rebus à se factis meliorem modum essendi quantum ad accidentalia,licet non quantum ad essentialia.

¶Ad secundum dicendum,quòd de ratione filij est quòd æquetur patri, cum ad perfectum venerit,non est autem de ratione creaturæ alicuius,quòd sit melior quàm à Deo facta est. Vnde non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendũ,quòd vniuersum (suppositis istis rebus) non potest esse melius propter decentissimum ordinem his rebus attributum à Deo,in quo bonum vniuersi consistit. Quorum si vnum aliquod esset melius, corrũperetur proportio ordinis. Sicut si vna chorda plus debito intenderetur, corrumperetur cytharæ melodia. Posset tamen Deus alias res facere,vel alias addere istis rebus factis: & sic esset illud vniuersum melius.

¶Ad quartum dicendum,q humanitas Christi ex hoc,quod est vnita à Deo,& beatitudo creata ex hoc quòd est fruitio Dei: & beata virgo ex hoc quòd est mater Dei,habent quãdam dignitatem infinitam ex bono infinito quod est Deus: & ex hac parte non potest aliquid fieri melius eis: sicut non potest aliquid melius esse Deo.

QVAESTIO VIGESIMA-sexta,De Diuina Beatitudine,in quatuor Articulos diuisa.

VLTIMO autem post considerationem eorum quæ ad diuinæ essentiæ vnitatem pertinent, considerandum est de diuina beatitudine. Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo,vtrum beatitudo Deo competat. ¶Secundo,secundum quid dicitur Deus esse beatus. Vtrum secundum actum intellectus. ¶Tertio,vtrum sit essentialiter beatitudo cuiuslibet beati. ¶Quarto, vtrum in eius beatitudine omnis beatitudo includatur.

ARTICVLVS I.

¶*Vtrum beatitudo Deo competat.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo Deo non conueniat. Beatitudo enim secundum Boë.in 4.de Conso.est status omnium bonorum aggregatione perfectus: sed aggregatio bonorum non habet locum in Deo,sicut nec compositio.Ergo Deo non conuenit beatitudo.

¶Præterea, Beatitudo siue felicitas est præmium virtutis secundum Philosophum in 1. Ethi. Sed Deo non conuenit præmium, sicut nec meritum.Ergo nec beatitudo.

¶SED CONTRA est quod dicit Apostolus 1.ad Timo.vlti.Quem suis temporibus ostendet Deus beatus & solus potens Rex Regum & Dominus Dominantium.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus sit perfectissimo modo & secundum omnem gradum perfectionis intellectualis naturæ simpliciter perfectus,beatitudo sibi quã maxime conuenit.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd beatitudo maxime Deo competit. Nihil enim aliud sub nomine beatitudinis intelligitur nisi bonum perfectum intellectualis naturæ; cuius est suam sufficientiam cognoscere in bono quod habet: & cui competit, vt ei contingat aliquid vel bene vel malè, & sit suarum operationum domina. Vtrunque autem istorum excellentissime Deo conuenit,scilicet perfectum esse & intelligentem[e]. Vnde beatitudo maxime conuenit Deo.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ q aggregatio bonorũ est in Deo nõ per modum compositionis ...

¶*Super Quæstionis vigesimæsextæ Articulum primum.*

Titulus clarus:

Commen. ¶In corpore vna est cõclusio respõsiua quæsito affirmatiue. Beatitudo maxime cõuenit Deo. Probatur, beatitudo est bonũ pfectũ intellectualis naturæ: ergo maxime cõuenit Deo. Añs habet duas partes,s.q. sit bonũ perfectũ:& q sit intellectualis naturæ.prima quasi per se nota relinq tur. Scđa aũt pbatur rõne triũ cõditionũ intellectualis naturæ,s.cognitionis,sufficiẽtiæ,capacitatis boni vel mali,& dñij operationũ,& secunda quidé rñdet bono,prima perfecto,tertia auté vtriq;. cõsequẽtia vero probatur:quia vtraq; pars añcedentis maxime inuenitur in Deo.

¶*Super Quæstionis vigesimæsextæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus formaliter intelligendus est: ita quòd est sermo de intellectu vt intelligitur formaliter distinctus à substantia & voluntate diuina. Et quoniam

positionis, sed per modū simplicitatis: qa quæ in creaturis multiplicia sunt, in Deo præexistunt simpliciter & vnite: vt suprà dictū est[e].

¶Ad secundum dicendum, q̄ esse præmium virtutis accidit beatitudini vel felicitati inquantum aliquis beatitudinem acquirit: sicut esse terminum generationis accidit enti inquantum exit de potentia in actum. Sicut igitur Deus habet esse quāuis non generetur, ita habet beatitudinem quamuis non mereatur.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Deus dicatur beatus secundū intellectū.*

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur q̄ Deus non dicatur beatus secundum intellectum. Beatitudo enim est summum bonum: sed bonū dicitur in Deo secundū essentiā[e]. Et bonum respicit esse secundum essentiam, secundum Boë. in lib. de hebdo. Ergo & beatitudo dicitur in Deo secundum essentiam & non secundum intellectum.

¶Preterea, Beatitudo habet rōnem finis. Finis autem est obiectum voluntatis, sicut & bonum. Ergo beatitudo dicitur in Deo secundum voluntatē & nō secundum intellectum.

¶SED CONTRA est quod Greg. dicit xxxij. moralium: Ipse gloriosus est qui dum seipso perfruitur, accidentis laudis indigens non est. Esse autem gloriosum significat esse beatum. Cum igitur Deo fruamur secundum intellectum, quia visio est tota merces (vt dicit Augusti.) videtur quòd beatitudo dicatur in Deo secundum intellectum.

CONCLVSIO.

¶*Cum beatitudo sit bonum perfectum secundū intellectū, ipsa intellectus operatione Deus beatus dicitur.*

¶RESPONDEO dicendum q̄ beatitudo (sicut dictum est[e]) significat bonum perfectum intellectualis naturę. Et inde est, q̄ sicut vnaquæq; res appetit suam perfectionem, ita & intellectualis natura naturaliter appetit esse beata [e]. Id autem quod est perfectissimum in qualibet intellectuali natura, est intellectualis operatio, secundum quā capit quodāmodo omnia. Vnde cuiuslibet intellectualis naturæ creatæ beatitudo consistit in intelligendo. In Deo autem non est aliud esse & intelligere secundum rē, sed tantum secundum intelligentiæ rationem. Attribuenda ergo est Deo beatitudo secundum intellectum, sicut & aliis beatis, qui per assimilationem ad beatitudinem ipsius beati dicuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex illa ratione probatur, q̄ Deus sit beatus secundum suam essentiā, nō autē q̄ beatitudo ei conueniat secundum rationem essentiæ, sed magis secundum rationem intellectus.

¶Ad secundum dicendum, q̄ beatitudo cum sit bonū, est obiectum voluntatis: obiectū autē præintelligitur actui potentiæ. Vnde secundū modum intelligendi prius est beatitudo diuina, quā actus voluntatis in ea requiescentis. Et hoc non potest esse nisi actus intellectus. Vnde in actu intellectus attenditur beatitudo.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrum Deus sit beatitudo cuiuslibet beati.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ Deus sit beatitudo cuiuslibet beati. Deus enim est summū bonum, vt suprà ostensum est[e]. Impossibile est autem esse plura summa bona, vt etiā ex superioribus patet[e]. Cum igitur de ratione beatitudinis sit q̄ sit summum bonum, videtur q̄ beatitudo non sit aliud quàm Deus.

¶Præterea, Beatitudo est finis rationalis naturæ vltimus. Sed esse vltimum finem rationalis naturæ, soli Deo conuenit. Ergo beatitudo cuiuslibet beati est solus Deus.

¶SED CONTRA, Beatitudo vnius est maior beatitudine alterius, secundum illud 1.Co.15. Stella differt à stella in claritate. Sed Deo nihil est maius. Ergo beatitudo est aliquid aliud quàm Deus.

CONCLVSIO.

¶*Deus est ipsa omnium beatorum obiecta beatitudo, non formalis nisi suiipsius.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd beatitudo intellectualis naturæ consistit in actu intellectus. In quo duo possunt considerari, s. obiectum actus, quod est intelligibile: & ipse actus, qui est intelligere. Si igitur beatitudo consideretur ex parte ipsius obiecti, sic solus Deus est beatitudo: quia ex hoc solo est aliquis beatus, quòd Deum intelligit, secundum illud Augu. in iij. lib. confes. Beatus est qui te nouit etiam si alia ignoret. Sed ex parte actus intelligentis beatitudo est quid creatum in creaturis beatis, in Deo autem est etiam secundum hoc aliquid increatum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo quantū ad obiectum, est summum bonum simpliciter: sed quantum ad actum in creaturis beatis, est summum bonum, non simpliciter, sed in genere bonorum participabilium à creatura.

¶Ad secundum dicendum, quòd finis est duplex, scilicet cuius & quo, vt Philosophus dicit, scilicet ipsa res & vsus rei [e]. Sicut auaro est finis pecunia, & acquisitio pecuniæ: creaturæ igitur rationalis est quidem Deus finis vltimus vt res, beatitudo autem creata vt vsus vel magis fruitio rei.

niam eadem est ratio, vt in corpore dicitur de beatitudine sanctorū. Idcirco ad hūc articulū spectat questio illa cōis ac trita, vtrū beatitudo cōsistat in actu intellectus, aut volūtatis. reliquorū eīn beatitudo similitudo quędā diuinę ē beatitudinis.

¶In corpore vnica est cōclusio rñsiua quęsito affirmatiue. Beatitudo attribuenda est Deo, & aliis beatis secūdū intellectū. Hæc cōclusio & ꝓbatur & declaratur. ꝓbatur quidē sic. beatitudo est bonū perfectū intellectualis naturæ: ergo est perfectissimū ī itellectuali natura:
23 a 72 igitur consistit in intelligēdo: ergo tam Deus quā alij, beati sunt secūdū intellectū. Antecedens & patet ex dictis, & manifestatur ab effectu: quia scilicet intellectualis natura naturaliter appetit esse beata, sicut vnaqueq; res suā perfectionē. Prima vero
157 2.dist.16. ar.2.con. cōsequētia in litera non habet[e] explicite, sed apposuimus eam ad claritatem doctrinæ: & ex se patet. secūda aūt probatur, qa perfectissimū in
35 qualibet intellectuali natura est intellectualis operatio: quod probatur, quia secūdū eam capit quodāmodo omnia. Vltima autē & patet ex se, & quo ad alios probatur, quia alij dicūtur beati per assimilationē ad beatitudinē Dei: manifestatur autē quo ad ly intellectū in Deo ex hoc, q̄ licet esse & velle & intelligere in Deo sint idē: quia tamē differunt ratione, ideo cōuenienter secūdū rationē formalem loquēdo, intellectui Dei specialiter attribuitur beatitudo.

1 ¶*Num beatitudo naturaliter appetatur.*
2 *Num intellectus operatio sit perfectissima.* 156
3 *Num beatitudo consistat in actu intellectus vel voluntatis.*

117 142 e ¶Circa hic dicta triplex est quæstio. prima, vtrū beatitudo naturaliter appetatur. Secūda, vtrū operatio intellectus sit omniū perfectissima, & quātum valeat ratio hic assignata ad hoc. Tertia, vtrū ipsa conclusio vera sit. hæc enim omnia dicuntur in litera, & habēt diuersos opinantes. Et quoniā prima quæstio in quæstione octuagesimasecunda tractabitur, sufficiat hic scire, q̄ natura intellectualis tripliciter naturaliter appetit beatitudinē. Primo appetitu, id est inclinatione naturali: & sic verificatur vniuersaliter. Secūdo appetitu, id est actu appetendi naturali simpliciter: & sic verificatur de Deo & beatis. Tertio appetitu, id est actu appetendi naturali quo ad specificationem actus, libero autem quo ad exercitium eiusdem: & sic verificatur quo ad homines. ¶Experimur enim quòd respectū beatitudinis non possumus habere nolle: quamuis in potestate nostra sit libere velle, vel non velle illam actualiter. Sed de his erit tunc sermo latior.

Ad 2m ¶Secūda quoq; quæstio ibidē ex proposito tractabitur. & propterea pertransēūdum nunc est. Circa tamē rationē hic illatā aduerte, quòd nobilitatē actus intelligendi supra cęteros non ex obiecto, vt tunc fiet, sed ex modo probat: intellectio enim fit capiēdo intellectū: quod cōstat esse omnia. Amatio autē & vniuersaliter volitio nō fit capiēdo rem amatā, sed potius ecōuerso. Intellectus enim intelligēdo habet intellectū in se, volūtas autē amando quasi exit ad amatū: & cum nobilius sit (cæteris paribus) habere aliquid, quàm tendere in illud: ideo intellectio ex modo proprio sui generis nobilior est omni alia operatione. Vnde cū Deus essentiam propriā habeat pro obiecto tam intellectus quā voluntatis, & actus intellectus ex modo sui generis sit nobilior: merito secundū intellectū beatus dicitur: & idē est iudiciū de aliis beatis: quoniā ex parte obiecti æqualitas est. ¶Vnde ad

Ad 3m tertiā quęstionē descendēdo scito, quòd Scotus in quarto, di. quadragesimanona, q.4. tenet oppositum: volens beatitudinē cōsistere principaliter in actu volūtatis, quæ est nō delectatio sed amor. probātq; intētū tripliciter. Primo, sic velle tēdit immediate in Deū, vt in finē vltimū. ergo immediatius est vltimo fini: & cōsequēter primo appetibili quā intelligere. Secundo, aut velle est propter intelligere, vel ecōuerso, aut neutrū propter alterū: sed primū est peruersum secundū Ansel. lib. ij. cur Deus homo, c.1. tertium autē est impossibile, vt patet. ergo relinquitur secundum. ergo amare est finis intellectionis, & consequenter nobilius. Tertio sic. inter intrinseca summe volēdū est aliqđ velle: ergo ī eo cōsistit beatitudo. Añs ꝓbatur: & de appetitu naturali, qui est inclinatio: & de appetitu libero recto, quoniā volūtas plus appetit perfectionē sui in vltimo fine quā perfectionē intellectus. Fiūt & multa alia argumēta cōtra hāc cōclusionē recitata à Capreolo quadragesimanona dist. quarti. q. secūda, quā breuitatis causa omitto, præsertim, quia ex dicēdis in qō.82. & in solutione horū omnia quodāmodo patebūt. Scito igitur, q̄ valde differt cōparare intellectionē & amorē beati inter se, & viatoris. Et rursus simpliciter aut secundū quid .i. secundū hoc genus. Tā simpliciter eīn quā in beato, intellectio melior est & finis volitionis. In viatore aūt dilectio pręstat, qa tēdit in Deū secundū seipsum. Et similiter secūdū q.d.i. in ratione agētis seu mouētis primū tenet locū. Et inde prouenit quòd secūdū volūtatē dicamur simpliciter boni ac mali. Et cōsequēter quòd act[us] ei[us] dicatur pessimus & optimus: & qđ tēdat in Deū secūdū gen[us] nobilissimū causæ, s. vt finē. eius eīn est mouere agēs, & quòd sit dña & formaliter libera, &c. hæc enim omnia ad nobilitatē secūdū q.d spectāt. Vnde ad primū Scoti patet respōsio: quoniā peccat secūdū nō cām vt causam: oportet enim immediatius coniunctū esse optimo absolute & nō vt fini, si beatitudo concludenda est, quæ consistit in perfectissimo simpliciter. 158 1.1. qō.3. arti.1. Et 4. dis. 42. q.1. art.2. q.1. Et 1. cōt. c.102. §.3. 33 34 53 43

¶Ad secūdū quoq; iā patet quod Anselmus de amore viatoris interpretandus est.

¶Ad tertiū aūt nihil omnino valet, Tum qa sicut volūtas naturali appetitu magis vult volitionē, ita ītellect[us] ītellectionē: oīs potentia tali appetitu tēdit in sua primo. Tū qa falsum est, qđ volūtate libera, volūtas sibi magis quā intellectui velit: quoniā actus elicitus ad hoc ab īstitutore naturę datus est appetitui animali, vt primo appetat supposito. Et propterea si intellectio est maior perfectio suppositi, quā volitio, rectævolūtas mauult intellectionem quàm volitionem.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæsextæ Articulum tertium.*

36 Annot. IN titulo ly Beatitudo non est arctandum ad beatitudinem Dei, sed simpliciter & absolute respectu omnis beati interpretandum est.

Commen. ¶In corpore duæ sunt distinctiones bimembres cum tribus cōclusionibus. Prima distinctio est. beatitudo est duplex, scilicet obiectiua & formalis, qui est ipse act[us]. Secunda est beatorum, scilicet Dei & creaturarum beatarum: Prima cōclusio est, Deus est beatitudo obiectiua omniū beatorum: & ad hoc affertur autoritas Aug. Secunda est, Deus non est beatitudo formalis creaturarum beatarum. Tertia est, Deus beatitudo formalis suiipsius. Nec alia ratione probatur, nisi quia actus intelligendi creaturæ est quid creatum: in Deo autem increatus.

¶*Num Deus sit formalis omnium beatorum beatitudo.*

¶Circa secundā conclusionē scito, quòd quidā apud Capreolū in secundo di. tertia. q. ij. impugnant illam, moti tum ex perpetuitate infinitæ visionis beatæ, tum ex impossibilitate naturali infinitarū intensissimarū specierū in eodē intellectu creato: tum ex possibilitate partis affirmatiuæ, scilicet quòd ipsa intellectio diuina potest esse ęquè præsens & intima cuilibet intellectui creato, sicut intellectio creatum autoritate Augu. & Philosophorū: sed hæc parum valent. Visio nanq; beata sanctorū, creatū quid est finitæ perfectionis simpliciter, infinitę vero secūdū quid. i. obiectiue: incorruptibilis quoq; est vndiq; secūdū potētiā naturalē loquēdo: quoniā & ex parte subiecti & obiecti, & cōiunctionis vtriusq; nulla ad corruptionē potētia est. Nec ex hoc sequitur, animā nō tot posse recipere species intētas simul quin plures: visio in primis beata nō ponit in numerū cū aliis intellectionibus: quoniā cōissimi, altiorisq; ordinis est. Datur deinde status in speciebus, ad quas est naturalis potētia & præcipue simul in actu, vt in tractatu de Angelis clarius patebit. Impossibile quoq; est operationem vitalē meā nō ab intrinseco meo esse: cū in hoc ratio meæ vitæ cōsistat: esset enim vitalis & nō vitalis, & propterea cū beatitudo sit operatio vitalis beatorū, implicat diuinā essentiā esse illā: & aut antecedens est falsum, aut est sophisma figuræ dictionis ab æquali præsentia ad modum. Autoritates quoque obiectiue intelligendæ sunt, si vere adducuntur.

¶Super

a ¶*Super Quæstionis vigesimæsextæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo omnis beatitudo distribuit pro omni specie felicitatis. Ly vero in eius beatitudine nō significat substantialem, seu primam simpliciter beatitudinem, de qua in præcedentibus duobus articulis habitus est sermo, sed statum potius beatificum: de quo primo articulo tractatum est: Ita quòd sensus quæstionis est, vtrum scilicet Deus sit in tali statu
159 1.con.cap. vlti. §.7. beatitudinis, quòd omnem habeat felicitatis speciem ac perfectionē.

¶In corpore vnica est cōclusio respōsiua quæsito, In diuina beatitudine eminentius præexistit quicquid est desiderabile in quacunq; beatitudine tam vera quàm falsa. Et probatur inductiue in triplici genere felicitatis, scilicet contemplatiuæ, actiuæ, & terrenæ consistentis in quinque: vt omnia clare patent in litera.

Annot. ¶Circa cōtemplatiuam felicitatem aduerte, q̄ quidam ex verbis Arist. tertio de anima dicentis, quòd intellectus speculatiuus nihil dicit de fugiendo aut prosequēdo, resecant à contemplatiua felicitate omnē delectationem & amorem: glossantes, vt potuerunt admirabiles delectationes decimi Ethi. Sed re vera errasse videntur. in communi siquidem loquendo, contemplationē rerum excellentium sequitur delectatio intellectualis ꝑ modum naturalis resultantiæ, quoniam operationem optimam coniungentem naturalissimo obiecto necessario sequitur delectatio, vt patet ex delectationis diffinitione 2. rheto Nec contra hoc militat autoritas tertij de anima, quæ de prosecutione animaliter non naturaliter loquitur, id est de actu appetitus tanquam eligibili, non tanquam naturaliter concomitāte, vt hic accidit. Ad propositum autem descendendo ambiguitas hæc non habet locum, quoniam visio beata nec practica, nec speculatiua est, sed altioris ordinis eminenter vtranque præhabens.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum in Dei beatitudine omnis beatitudo includatur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd beatitudo diuina non complectatur omnes beatitudines. Sunt enim quædam beatitudines falsæ. Sed in Deo nihil potest esse falsum. Ergo diuina beatitudo non complectitur omnem beatitudinem.

¶Præterea, Quædam beatitudo secundum quosdam consistit in rebus corporalibus, sicut voluptatibus, diuitiis, & huiusmodi. Quæ quidem Deo conuenire non possunt, cum sit incorporeus. Ergo beatitudo eius non complectitur omnem beatitudinem.

¶SED CONTRA est quòd beatitudo est perfectio quædam: diuina autem perfectio complectitur omnem perfectionem vt suprà ostensum est. Ergo diuina beatitudo complectitur omnem beatitudinem.

CONCLVSIO.

¶*Quicquid desiderabile est in quacunque felicitate, id omne eminenter in diuina felicitate continetur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quicquid est desiderabile in quacunque beatitudine vel vera vel falsa, totum eminentius in diuina beatitudine præexistit. De contemplatiua enim felicitate habet continuam & certissimam contemplationem sui & omnium aliorum: de actiua vero, gubernationem totius vniuersi.

¶De terrena vero felicitate, quæ consistit in voluptate, diuitiis, potestate, dignitate & fama, secundum Boet. in iij. de consol. habet gaudium de se & de omnibus aliis pro delectatione. Pro diuitiis habet omnimodam sufficientiam, quam diuitiæ promittunt. Pro potestate, omnipotentiam: pro dignitate, omnium regimen: pro fama vero, admirationem totius creaturæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo aliqua secundum hoc est falsa secundum quod deficit à ratione veræ beatitudinis: & sic non est in Deo. Sed quicquid habet de similitudine quantumcunque tenuis beatitudinis, totum præexistit in diuina beatitudine.

¶Ad secundum dicendum, quòd bona, quæ sunt in corporalibus corporaliter, in Deo sunt spiritualiter secundum modum suum. Et hæc dicta sufficiant de his quæ pertinent ad diuinæ essentiæ vnitatem.

Annot. ¶Circa actiuam felicitatem aduerte hic, quòd quidam minus penetrantes perfectiones rerum, ac per hoc non aduertentes quòd perfectio actiuæ partis consistit in agere, dixerunt quòd felicitas practica consistit in actu voluntatis. Literæ autem propter dictam rationem ponit eam in actione executiua, vniuersali tamen, scilicet gubernatione vniuersi: & merito, quoniam finis practicæ est operari.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum primum.*

Annot. ORdo præsentis tractatus satis patet in litera. Vnde ad articulum primum descendendo aduerte in tit. illius. primo, quòd ly processio, sumitur communiter non descendendo ad talem, vel talem processionem. secundo quòd ly esse sumitur proprie vt distinguitur esse contra intelligi, id est esse secundum rem contra esse secundum rationem. Tertio, quòd ly in, sumitur proprie, vt denotat modum essendi in aliquo formaliter. Quarto quòd ly diuinis, sumitur strictissime pro his quæ sunt vere Deus. Ita quòd sensus quæstionis est, an in ipso Deo formaliter inueniatur secundum rem processio aliqua.

Commen. ¶In corpore tria facit. Primo respondet quæsito quo ad id quod liquet. Secundo duos errores circa id, quod latet, tractat. Tertio respondet quæsito determinando & aperiendo occultum.

¶Quo ad primum vnum dicit, de quo non est dubium, scilicet diuina scriptura vtitur nominibus processionem significantibus quum de Deo loquitur: ex hoc enim subintellecto, quòd scriptura non dicit falsum, nec loquitur in hac parte Metaphoricæ, manifeste habetur, quòd oportet in diuinis aliquam processionem esse ac saluari: sed ambiguum restat qualis sit illa processio. Vnde circa hoc ambiguum reliquum huius literæ occupatur.

¶Quo ad secundum ponitur primo error Arrij dicentis hanc processionem esse effectus à causa: & reprehenditur autoritatibus scripturæ. Ponitur deinde error Sabellij exponentis hanc processionem esse causæ in effectum: & similiter reprehenditur. Et quidem hic breuiter errores hi tanguntur, quoniam diffusius sunt alibi confutati & tractati, vt patet in quarto contra Gentiles.

¶Quo ad tertium tria dicit. Primo iter parans ad duo processionum genera vtriusque erroris cæcitatem aperit, ex eo quòd diligenter intuenti dum vterque studet saluare processionem in Deo, neuter in eo, sed extra eum processionem ponit. & causa fuit, quia vterque processionem ad extra tantum posuit. Secundo duplex processionis genus inueniri dicit, scilicet ad extra & ad intra: manifestatur hoc sic, sicut actio est duplex, scilicet transiens, & immanēs: ita processio quædam est secundum actionem transeuntē, & quædam secundū immanentem: cum omnis processio actionē sequatur. ergo quædam est processio secundū hanc actionem, quæ est intelligere: & probatur hæc sequela, quia processio ad intra, id est secundū actionem immanentem maxime patet in intellectu: quod probatur, quia in quocunque intelligente ex hoc ipso quod intelligit, procedit cōceptio rei intellectę, ex vi intellectiua & ei[us] notitia ꝓueniens, nuncupata verbū cordis & significata verbo vocali apud nos. Tertio & vltimo ponit conclusionem responsiuam: In Deo est processio secundū emanationē intelligibilē. & probatur sic, Deus est super omnia: ergo ea quæ in Deo dicūtur, sunt intelligenda secundum similitudinem non corporū, sed intellectualium substantiarū. ergo processio non est in eo secundum actionem in exteriorem effectum, sed secundum emanationem intelligibilem. Et cōfirmatur, quia sic fides catholica ponit processionē in diuinis. prima cōsequētia probatur ex eo quòd corpora sunt infimæ creaturæ, intellect[us] vero supremæ, quamuis etiā ipsæ deficiant à diuina similitudine. secūda vero, vt nota inductiue in motu locali & alteratione relinquitur. 160 1. dist. 13. articu. 1. Et 4. contra ca. 11. Et po. qō. 10. arti. 1. 19 13

TRACTAT. DE TRINITATE.

QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA, De Processione diuinarum personarum, in v. Articulos diuisa.

CONSIDERATIS autem his quæ ad diuinæ essentiæ vnitatem pertinent, restat considerare de his quæ pertinent ad trinitatem personarum in diuinis. Et quia personæ diuinæ secundum relationes originis distinguuntur, secundum ordinem doctrinæ, prius considerandum est de origine, siue de processione. Secundo de relationibus originis. Tertio de personis.

¶Circa processionem quæruntur quinque. ¶Primo, vtrum processio sit in diuinis. ¶Secundo, vtrum aliqua processio in diuinis generatio dici possit. ¶Tertio, vtrum præter generationem aliqua alia processio possit esse in diuinis. ¶Quarto, vtrum illa alia processio possit dici generatio. ¶Quinto vtrum in diuinis sint plures processiones quàm duæ.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum processio sit in diuinis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in Deo non possit esse aliqua processio. Processio enim significat motum ad extra: sed in diuinis nihil est mobile neque extraneum [e]. Ergo neque processio.

¶Præterea, Omne procedens est diuersum ab eo à quo procedit. Sed in Deo non est aliqua diuersitas, sed summa simplicitas. ergo in Deo non est processio.

¶Præterea, Procedere ab alio, videtur rationi primi principij repugnare. sed Deus est primum principium, vt supra ostensum est[e]. ergo in Deo processio locum non habet.

¶SED CONTRA est quod dicit do. Ioan. septimo, Ego ex Deo processi.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus sit super omnia intellectualis naturæ existens, nulla in eo processio est, nisi sequens intelligibilem eius operationem, secundum quam in ipso aliquid procedit.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd diuina scriptura in rebus diuinis nominibus ad processionem pertinentibus vtitur. Hanc autem processionem diuersi diuersimode

¶*Num secūdū actionem immanentem sit aliqua processio ad intra: ita quod ipsa actio immanens actiue producere dicatur id quod procedit.*

Questio. ¶Circa prædicta plura occurrunt dubia, primo circa illam propositionem, secundum actionē immanētem est processio quædam ad intra: vt enim apud Capreolū 27. di. primi. q.2. patet, arguūt cōtra hoc Scot. Aureolus, Durād[us], Petr[us] de palu. & Gerar. de Carmelo. Et cōsistit vis arguēdi in hoc, inter actionē immanētē & trāseuntē hoc interest, & per istā est aliqđ operatū: per illā nihil. ergo ruit ꝓpositio fundamētalis ī materia de ꝓcessione diuina. Añcedēs patet ex 9. Meta. & 1. Ethi. cōsequētia vero est per se nota. Et cōfirmatur inqt Durādus, qa ex sentire & velle nihil ꝓducit. ergo nec ex intellectione. Et cōfirmat addit Gerar. quia cuiuscunq; operationis est aliquid operatū, illud est ea nobilius, actu autē secundo immanēte, nihil est nobilius. ergo. Circa eādē propositionē aliud occurrit dubiū: an ipsa actio immanēs sit ipsa ꝓductio actiua eius quod ꝓcedere dicitur secundū ipsam. Scot. siquidē in 27. dist. primi. q.1 tenēs partē negatiuā arguit cōtra hoc tripliciter. Primo ex ratione iam dicta: quia operatio immanēs est actus vltimus. Secūdo, quia si intellectio esset actio ꝓductiua termini, impossibile esset intelligere eam esse & nō esse illius terminū, vt patet de calefactione & calore: sed non est impossibile intelligere intellectionem esse absque termino, ergo. Tertio quia sic intelligentia gigneret verbum, & non memoria: quod est contra August.

¶*Num intelligens ex hoc ipso quòd intelligit, aliquid intra ipsum procedat, distinctum ab ipsa intellectione.*

¶Circa illā ꝓpositionē, scilicet quicunq; intelligit ex hoc ipso q̄ intelligit, ꝓcedit aliqd intra ipsum. Dubiū occurrit. Tum qa beati vt sic intelligūt Deū: & tamē nō formāt verbū de eo. ergo falsa est dicta ꝓpositio. Añs patet: qa aliter De[us] vt obiectū beatitudinis posset aliqua spē creata repræsentari: qđ in 12. q. reprehēsum est. Tū qa seclusa fide scim[us] q̄ De[us] intelligit: & tñ nō possum[us] ex hoc ꝓbare ꝓcessionem esse in eo ergo ista ꝓpositio est credita, & nō scita aut intellecta, vel est falsa.

¶Circa eā dē ꝓpositionē dubiū occurrit an cōcept[us] ītellect[us] sit aliud ab ipsa actuali ītellectiōe, vt litera vult, an sit idē qđ ipsa: Scot. eīn in 27. dis. primi oppositū tenet cū multis aliis à Capreolo recitatis ibidē. q.2. Quadrifariā aūt diuisi sunt īpugnatores. Quidā nāq; ipsam dis. ab actu intelligēdi īpugnāt. Quidā vero causam dist. verā. Alij aūt causam eiusdē nō verā, sed īpositā, scilicet ad ꝑfecti[us] repræsentādū, vel cognoscēdū. Alij demū ducēdo ad impossibile. Et distinct. ipsam quidē Scot.

& Du

acceperunt. Quidam enim acceperunt hanc processionem secundum quòd effectus procedit à causa. Et sic accepit Arrius, dicens filium procedere à patre sicut primam eius creaturam[c]: & spiritumsanctum procedere à patre & filio sicut creaturam vtriusq;. Et secundum hoc neq; filius neq; spiritussanctus esset verus Deus. Quod est contra id, quod dicitur de filio 1. Ioan. vlti. Vt simus in vero filio eius. Hic est verus Deus. Et de Spiritusancto dicitur 1. Corint. 3. Nescitis quia membra vestra templum sunt Spiritussancti. Templum autem habere solius Dei est. Alij vero hanc processionem acceperunt secundum quòd causa dicitur procedere in effectum, inquantum vel mouet ipsum, vel similitudinem suam ipsi imprimit. Et sic accepit Sabellius dicens, ipsum Deum patrem filium dici, secundum quòd carnem assumpsit ex Virgine, & eundem dicit Spiritumsanctum secundum quòd creaturam rationalem sanctificat, & ad vitam mouet. Huic autem acceptioni repugnant verba Domini de se dicentis Ioan. 5. Non potest facere à se filius quicquam[c]. & multa alia, per quæ ostenditur, quòd non est ipse pater qui filius. Si quis autem diligenter consideret, vterq; accepit processionem, secundum quòd est ad aliquid extra. Vnde neuter posuit processionem in ipso Deo. Sed cum omnis processio sit secundum aliquam actionem, sicut secundum actionem, quæ tendit in exteriorem materiã, est aliqua processio ad extra, ita secũdũ actionem, quæ manet in ipso agẽte, attẽditur processio quædam ad intra. Et hoc maxime patet in intellectu, cuius actio, scilicet intelligere manet in intelligente. Quicunq; autem intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ ex vi intellectiua proueniens, & ex eius notitia procedens. Quam quidem conceptionem vox significat: & dicitur verbum cordis significatum verbo vocis. Cum autem Deus sit super omnia, ea quæ in Deo dicuntur non sunt intelligenda secundum modum infimarum creaturarum, quæ sunt corpora, sed secũdum similitudinem supremarum creaturarũ, quæ sunt intellectuales substantiæ, à quibus & similitudo accepta deficit à repræsentatione diuinorum. Non ergo accipienda est processio secundum quòd est in corporalibus, vel per motum localem, vel per actionem alicuius causæ in exteriorem effectum, vt calor à calefaciente in calefactum, scilicet secundum emanationem intelligibilem, vtpote verbi intelligibilis à dicẽte, quod manet in ipso. Et sic fides catholica processionem ponit in diuinis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de processione, quæ est motus localis, vel quæ est secundum actionem tendentem in exteriorem materiam, vel in exteriorem effectum. talis autem processio non est in diuinis, vt dictum est[c].

¶Ad secundum dicendum, quòd id, quod procedit secundum processionem, quæ est ad extra, oportet esse diuersum ab eo à quo procedit. Sed id, quod procedit ad intra processu intelligibili, non oportet esse diuersum, imò quanto perfectius procedit, tanto magis est vnum cum eo à quo procedit[c]. Manifestum est enim quòd quanto aliquid magis intelligitur, tanto conceptio intellectualis est magis intima intelligenti, & magis vnum. Nam intellectus secundum hoc quod actu intelligit, secundum hoc fit magis vnum cum intellecto. Vnde cum diuinum intelligere sit in fine perfectionis (vt supra dictum est[c]) necesse est quòd verbum diuinum sit perfecte vnum cũ eo, à quo procedit absque omni diuersitate.

& Durandus conantur infringere ratione & autoritate. Ratio quidem Scoti in 27. distin. primi, per viam diuisionis infert verbum esse actualem intellectionem. Et quoniam exclusio viæ nostræ in secundo dubio adducta fuit, nunc pertranseamus. Durandus autem ibidem arguit sic, Verbum seu conceptus consistit in ratione manifestatiui sibi, vel alteri. ergo ne detur processus in infinitum, primum verbum quod est verbũ cordis, est ipsa manifestatio per essentiam: hæc autẽ est ipsa actualis intellectio. ergo. Et confirmatur, quia tale per denominationem extrinsecã 512 reducitur ad tale intrinsece. ergo quũ ratio manifestatiui nõ conueniat nisi extrinsece verbo exteriori, oportet fieri reductionem ad aliquid, quod intrinsece per essentiam manifestet: hoc autem est actualis intellectio. ergo vt prius. Secundo sic. quandocunq; aliqua virtus eget duabus formis ad operãdũ, habita vna adhuc est in potentia essentiali, quia est in potentia non solũ ad operationem, sed formã. ergo si ponitur verbum, intellectus in actu primo erit adhuc in potentia essentiali. Tertio arguit in 6. dist. primi. a quia duæ formæ eiusdẽ 225 speciei essent in eodem 215 subiecto. Cætera autem, quæ contra causam distinctionis aut cõtra possibilitatẽ eius adducuntur, vide si vis sigillatim in Capreolo. ex dicẽdis nanq; omniũ solutio facillime exercitatis patebit.

¶Num conceptio rei intellectæ & quomodo ex vi intellectiua & eius notitia procedat.

Quæstio. ¶Circa aliam propositionem, scilicet conceptio rei intellectæ ex vi intellectiua & eius notitia procedit, dubium est de quali notitia intelligatur, scilicet habituali, an actuali. Quod enim non verificetur de habituali probat Durandus in 27. distin. primi. quia perfectius non procedit à minus perfecto. intellectus autem cum sola specie imperfectior est verbo, seu conceptu. Nec valet si dicatur, quòd licet species sit imperfectior conceptu: tamen intellectus cum specie, est perfectior conceptu: hoc inquam nihil est. Tum quia sicut producens est intellectus cum specie, ita productũ est intellectus cum verbo. Tum quia de quasi formali principio & termino processionis est quæstio quid eorum sit perfecti⁹, & non de compositis, vt patet inductiue in omnibus: hic autem constat terminum, id est conceptum esse nobiliorem specie: igitur species non est illa notitia à qua procedit. Quod autem non sit actualis notitia, multipliciter probat Scotus in primo distin. 2. cuius argumenta omitto: quia vt patebit non sunt contra nos.

¶Ad primum dubium dicitur, quòd differentia illa inter actionem immanentem & transeuntem non est sic ample intelligenda vt sonat, sed vel quo ad necessitatem, vel quo ad ordinem. Et iuxta primam glossam sensus est: operatio transiens habet necessario operatum, immanens autem non necessario infert aliquod operatum: & sic cessant obiectiones omnes, vt patet. Et absque dubio hæc fuit mens Philosophi, & manifeste continet veritatem: ex eo enim quòd habitus ex frequentatis actibus immanentibus generantur, manifeste patet non repugnare actioni immanenti habere opus præter se. Iuxta secundam vero glossam sensus est, quòd actio transiens habet opus: sic quòd ordinatur ad ipsum opus. Actio vero immanens non habet opus, quia non per se ordinatur ad opus aliquod: sed si quando habet opus, illud ordinatur ad ipsam. Et vtrunque horum accidit in proposito: quia nec intelligere necessario producit conceptum, nec quando format ipsum ordinatur ad conceptum, sed econuerso conceptus ordinatur potius ad perfectionem ipsius intelligere. Vnde patet responsio ad omnia obiecta. Et etiam ad additionem Gerardi: quoniam operatum est nobilius, quando operatio per se ordinatur ad ipsum, non autem quando est potius econuerso, vt manifeste patet in actu & habitu.

¶Ad secundam dubitationem dicendum, quòd omnes videntur in hoc conuenire, quòd productio intellectualis verbi est dicere intellectualiter, excepto Durando in 27. dis. primi. Sed differentia opinionum est in hoc, an dicere in ratione sua claudat actum intelligendi, an solam productionem: siue illa sit aliquis alius actus secundus, siue relatio significata per modum actus secundi. Scotus enim vt patet in 1. dist. 2. quæst. vlti. & distin. 27. & in quolibetis, quæst. 1. distinguit in intellectu duplicem actum secundum: alterum qui est operatio, & alterum, qui est productio: & vult, quòd intelligere sit actus secundus, qui est operatio: dicere vero sit actus secundus, qui est productio: ordinátque istos duos actus inter se respectu eiusdem principij, scilicet intellectus in actu primo, sic, quòd intellectus prius naturaliter est operans quàm producens, seu dicens: & sic apud ipsum dicere seu producere verbum non est actus intelligendi: quamuis sit actus intellectus. Sed quòd hæc positio non sit conueniens vnica tantum ratione ad hominem, suadetur sic. Causa habens duos effectus inter se ordinatos, ita quòd neuter est alterius causa, sic se habet, quòd essentialior est comparatio vtriusque ad causam, quàm inter se: ita quòd si per impossibile adimeretur primus, non propter hoc neganda est habitudo secundi ad causam: sed intellectus in actu primo est vt causa habens hos duos effectus, scilicet intelligere & dicere, ordinatos inter se, ita quòd neutrum est causa alterius: ergo si per impossibile subtraheretur intelligere, non propter hoc sequitur quòd subtrahatur dicere: & sic ista conditionalis est possibilis, si intellectus non intelligeret diceret: quod manifeste implicat contradictionem: quid enim diceret si nihil considerare? Maior est ipsius Scoti in 2. distin. 1. quæsti 1. artic. 3. minor autem est eiusdem in locis prædictis. Impossibilitas autem cõclusionis est euidens. Sanct. Thom. autem vbique tenet, quòd dicere est intelligere exprimendo, vel exprimere intelligendo, ita quòd vtrunque horum est de eius ratione. Et si diligentius verba huius articuli considerentur, intellectio ipsa est productio conceptus. non curando pro nunc, an omnis intellectio sit productio verbi, an non. Dicit enim expresse litera, quòd per actionem immanentem, quæ est intelligere, conceptus seu verbum procedit: nulla ergo remanet apud a ipsum actio alia ab intelligere, quæ sit actio seu productio conceptus. Si enim tertium actionis genus intenderer, processus hic totus rueret. Fiunt autem contra hanc positionem obiectiones bifariam. 218 Aliæ enim intendunt, quòd intelligere non est actio productiua: aliæ vero quòd dicere non est intelligere. & primæ quidem allatæ sunt mouendo dubitationem, reliquæ autem, quoniam 81 notionalia immiscentur, 98 in quæsti. 34. vbi de verbo specialiter tractabitur, soluentur. Hic enim in communi est sermo. Et quoniam principium est, prolixum esse decet secundum Platonis præcepta: quatenus ex principiis bene discussis facilior sit ad reliqua aditus.

¶Ad primam ergo obiectionem Scoti ex dictis iam patet responsio: quia ideo operatio immanens dicitur, & est actus vltimus: & quia non necessario producit opus, & quia si producit illud, magis est propter ipsam quàm econuerso.

¶Ad secundam vero dicitur, quòd aliquam operationem esse actionem productiuam termini contingit dupliciter: vno modo necessario, alio modo permissiue: & quòd conditionalis assumpta à Scoto non est vera in actione productiua permissiue, qualis est intellectio, vt in solutione primi dubij dictum est.

¶Ad tertium autem dicitur quòd æquiuocatur, intelligentia enim apud August. non gignit verbum vt principium formale, seu actiuum vt quo, sed memoria: cum hoc tamen stat quòd aliqua intelligentia sit ipsa gignitio verbi, vt nos dicimus.

¶Ad tertium dubium dicitur, quòd ly quicunque distribuit tantum pro hominibus viatoribus: intendit enim ex his, quæ in nobis videntur, eleuare ad inuisibilia & incomprehensibilia Dei. Nos enim intelligendo semper conceptum aliquem formamus adæquatum, vel inadæquatum actui primo: perfectum vel imperfectum &c. Vnde ad obiectiones non est aliter respondendum, sed concedenda est earum conclusio, scilicet, quòd non oportet omnem intellectum in actu proferre verbum, & non solum in Deo & beatis, sed etiam in intelligentiis quo ad intellectionem suiipsius, hoc verum videtur. Beatus enim verbum partiale: non autem adæquatum visioni proferre potest, plus enim videt quàm dicere possit quocunque creato verbo. Angelus autem seipsum per seipsum etiam obiectiue præsentialiter habens vane verbum formaret de se sibi. Vnde vniuersaliter de omni intellectu loquendo illa propositio, quicunque intelligit &c. credita est, non scita.

¶Ad quartam dubitationem, licet multi cum Scoto in 27. distin. primi, respondeant affirmando identitatem conceptus & actualis intellectionis cuiusdam primo genitæ &c. San. Thom. tamen vt expresse habetur inferius, quæst. 34. articu. 1. ad secundum tenet conceptum esse aliud ab actu intelligendi, vt terminum ab eo cuius est terminus.

¶Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd in parte intellectiua præter potentias actus, & habitus posuit terminum actus ea necessitate, vt obiectum actus secundi haberetur præsens ipsi actui obiectiue. Obiectum enim intellectus dupliciter potest esse præsens intellectui. Primo vt comprincipium actus intelligendi, & hoc fit per speciem intelligibilem. Secundo vt obiectum. obiectum enim vt obiectum non significat causam, vel principium actus, sed terminum actus: & hoc oportet fieri per conceptum, qui verbum speciésque expressa quandoque dicitur. Alioquin obiectum intellectus non esset intra actualiter actualitate actus secundi. Quòd enim ad hoc officium non sufficiat species intelligibilis, ex eo patet: quia hoc est officium termini, illi autem competit ratio principij. Quod etiã non sufficiat ipse actus intelligendi, ex eo probatur: q̃ officiũ obiecti non est officiũ ipsius actus secundi, nisi intellectione reflexa. Vnde conceptus seu verbum apud nos est res non intelligibilis, sed intellecta actu in esse intentionali: & ea

¶Ad tertium dicendũ, q̃ procedere à principio, vt extraneũ & diuersũ, repugnat ratione primi principij[c]: sed pcedere vt intimũ & absq; diuersitate per modum intelligibilem includitur in ratione primi principij. Cũ enim dicimus ædificatorẽ principium domus in ratione huius principij, includitur cõceptio suæ artis: & includeretur in ratione primi principij, si ędificator esset primũ principium. Deus autem qui est primum principium rerũ, cõparat ad res creatas vt artifex ad artificiata.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum aliqua processio in diuinis generatio dici possit.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd processio quæ est in diuinis, nõ possit dici generatio. Generatio enim est mutatio de nõ esse in esse corruptioni opposita, & vtriusque subiectũ est materia. Sed nihil horum competit diuinis. Ergo non potest generatio esse in diuinis.

¶Præterea, In Deo est processio secundum modum intelligibilem, vt dictum est[c]. sed in nobis talis processio non dicitur generatio. Ergo neque in Deo.

¶Præterea, Omne genitum accipit esse à generãte. Esse ergo cuiuslibet geniti est esse receptũ. Sed nullum esse receptũ est per se subsistens. Cum igitur esse diuinum sit esse per se subsistens (vt suprà probatum est[c]) sequitur quòd nullius geniti esse sit esse diuinum. Non est ergo generatio in diuinis.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Ego hodie genui te.

CONCLVSIO.

¶Processio, secundum quam verbum in diuinis procedit, est generatio, non quidem communiter, sed proprie, quæ origo viuentis à viuente coniuncto secundum similitudinem eiusdem naturæ est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd processio verbi in diuinis dicitur generatio. ¶Ad cuius euidentiam, sciendum est, quòd nomine generationis dupliciter vtimur. Vno modo communiter ad omnia generabilia & corruptibilia: & sic generatio nihil aliud est quàm mutatio de non esse ad esse. Alio modo proprie in viuentibus: & sic generatio significat originem alicuius viuentis à principio viuente coniuncto: & hæc proprie dicitur natiuitas[c]. Non tamen omne huiusmodi dicitur genitum, sed proprie quod procedit secũdum rationem similitudinis. Vnde pilus vel capillus nõ habet rationem geniti & filij, sed solum q̃ procedit secundũ rationẽ similitudinis nõ cuiuscunq;. Nã vermes qui generantur in animalibus, nõ habent rationem generationis & filiationis, licet sit similitudo secundum genus. sed requiritur ad rationem talis generationis, q̃ procedat secundũ rationẽ similitudinis in natura eiusdem speciei, sicut homo procedit ab homine, & equus ab equo[c]. In viuentibus autem, quæ de potentia in actũ vitæ procedunt, sicut sunt homines & animalia, generatio vtranque generationem includit. Si autem sit aliquod viuens, cui⁹ vita nõ erat de potentia in actũ, processio (si qua in tali viuente inuenitur) excludit omnino primã rationẽ generationis, sed potest habere rationẽ generationis, quæ est propria

& ea necessitate ponitur, qua ponitur obiectũ intellectus in actu intus. Hanc autẽ esse mentem sanc. Tho. si quis dubitat, legat ipsum in primo contra Gen. c. 53. & in 4. cap. xj. & in quæstionibus de potentia. q. 8. art. 1. & q. nona, art. 1. & tertio. vnde patet eos, de quorum numero videtur Durandus in 29. dist. primi, qui imponunt nobis verbum poni propter notitiam perfectiorem, aut expressiorem repræsentationem: minus bene dixisse. Aduerte tamen & diligenter, quòd conceptum seu verbum 188 esse obiectũ & terminũ actus intelligẽdi, potest intelligi dupliciter. Vno modo, inquantum imago alterius, id est, secundum rem repræsentatã, id est, q̃ ipsa res concepta terminat actũ intelligendi. Modus vero essendi sic spiritualiter in tus est conditio rei obiectæ & intellectæ. Alio modo inquãtum res talis est, puta qualitas spiritualis, &c. & primo quidem modo intendimus 161 nos cõceptum esse obiectum intellectus in actu, 4. contra ca. 10. & 11. Et opus. 3. ca. 52. & non secundo nisi respectu actus reflexi. Vnde patet ruina omnium argumentorum contra hanc viam procedentiũ, & ex eo, quòd res ipsa, puta leo, bos &c. intelliguntur actu recto, & 160 non species in anima, & ex eo quòd idem quod quid est, obiectum est omnium intellectuũ, & ex aliis huiusmodi. Nõ discernere enim inter obiectũ, vt rem, & obiectum, vt rei imaginem, vt sic: causa erroris est. 54 Discernentes aũt hæc, & 35 attendentes duabus præfatis 17 cõditionibus cõceptus, 13 scilicet quòd est res, & quòd est imago: vtendo illa propositiõe Aristo. inde memoria & reminiscentia, idẽ est motus in imaginem, & rem cuius est imago: facile omnia soluunt & interpretantur: qua ratione dicitur, quòd verbum est obiectum &c. & quoniam actus intelligendi & conceptus simul sunt & non sunt, simul quoque sunt & non sunt principium alicuius: ita quòd sicut contingit actum intelligendi esse causam alterius actus intelligendi vel volendi, ita & conceptum: pro vno enim computantur quo ad agere.

¶Ad rationem autem Scoti in oppositum non oportet aliter respondere, satisfactum est enim illi in secundo dubio.

¶Ad Durandum aũt dicitur, q̃ prima ratio sua peccat quadrupliciter. Primo in fundamẽto: quia esse manifestatiuũ, quãuis sit de ratione verbi, non tamen vt differentia eius constitutiua, cum conueniat etiã non verbo, vt patet si intelligamus Deum quo ad absoluta tantum, vt philosophi faciunt: omnia siquidẽ manifestari intelligeremus simplici intellectione absq; conceptu. Secũdo, quia ratio manifestatiui cum ad manifestatũ fit, relationẽ tantum rationis dicit. Vnde inferius dicetur, q̃ Pater manifestat se & Spiritũ sanctum, & oĩa suo verbo. Tertia quia esse manifestatiuum nõ qualitercunq; conuenit verbo: sed esse manifestatiuũ expressum ab alio, vt inferius patebit. Vnde nõ oportet fieri reductionẽ ad manifestationem simpliciter per essentiam, sed ab alio expressam. Tale autẽ nõ est intellectio, quã vt in 34. q. manifestatur: cõstat nõ includere esse ab alio. Quarto, q̃ nisi abutamur vocabulis, si verbũ est manifestatiuũ rei dictæ, manifestatio cõsequenter nihil aliud est quàm ipsa prolatio verbi. Cõstat autẽ q̃ verbũ non debet reduci ad prolationẽ eo ordine reducendi, quo participãs reducitur ad essentiam, de quo loquitur arguens. Reducendũ est igitur verbum extra ab interius tanquam dependẽs ad id, à quo dependet: & inter ipsa verba cordis quodlibet creatum reducitur ad diuinũ, quod solum est per essentiã, iuxta illud. Et Deus erãt verbum.

¶Ad secundam respondetur, q̃ maior non est vera, nisi vtraq; forma sit præuia actui: conceptus autẽ est forma nõ præuia, sed terminans actũ, vt patet ex dictis.

¶Ad tertiam vero dicitur, q̃ conceptus, & actus, & species nõ sunt formæ eiusdẽ speciei in essendo: sed species est cõpletiuũ subiecti, actus est esse, cõceptus obiectum: licet in repræsentãdo se attingendo, id est, obiectiue, omnia sint eiusdem rationis tanquã partialia cõcurrentia ad vnum completum esse in actu tale, &c.

¶Ad quintã dubitationem dicendum est tres esse hic opiniones. Prima est, q̃ notitia, quæ concurrit ad productionem conceptus seu verbi, vt forma, qua agens agit, est actus secundus, s. intelligere: & hanc viã videtur sequi Henricus. Secunda est, quòd talis notitia est velut actus primus tantũ. hanc viã videtur sequi Scotus In primo dist. 2. q. 7. Tertia est, q̃ necessario est notitia per modũ actus primi, contingenter tamen est quandoque actualis intellectio: & hæc est via sanc. Tho.

¶Ad cuius euidentiã scito ex q. de ve. q. 4. ar. 2. q̃ notitia, à qua procedit conceptus, põt esse triplex: iuxta triplicẽ modũ, quo causatur in nobis actualis notitia. Prima est quasi habitualis, id est, per modum actus primi: sic enim intelligere ex actu primo. Secunda est notitia complexa principiorum: fit enim ex ipsa scire. Tertia est simplex intelligẽtia prioris quidditatis: fit enim ex ipsa notitia posterioris. Et quoniam hic vltimi modi talem conceptum respiciunt, & non conceptum absolute, ideo absolute loquendo, per se conceptus à notitia per modum primi actus procedit tantum: talis tamen conceptus potest aliunde procedere, vnde non oportet hic multum solicitum esse.

¶Ad rationem tamen Durandi dicendum est, quòd species seu habitus & actus dupliciter comparari possunt: Vno modo quo ad modum essendi: & alio modo quo ad specificationem. Inuenitur enim vtrunq; horum in eorũ quolibet. Si cõparentur primo modo, sic actus est nobilior habitu, seu specie, vt dicitur primo Ethic. & ratio est: quia actus est simpliciter actus, illa vero habent esse medium inter actum & potentiam: & hoc nihil aliud est quàm dicere, quòd & res cognita nobiliori modo adest animæ, cum adest actu secundo, q̃ quum adest habitu seu actu primo: & anima nobiliori modo se habet, cum actu attingit res, quàm quum habitu. Nec act⁹ quo ad modum essendi prædictum producitur à specie, se ab intellectu. Si autem comparetur secundo modo, sic respectu eiusdẽ obiecti loquendo, paris nobilitatis sunt: & sic actus adæquatus speciei manat ab ea quasi effectus à causa vniuoca: habet enĩ act⁹ q̃ sit talis à principio formali, quod est species, vt accidit etiam in aliis. Et sic patet solutio rationis Durãdi: quæ non solum contra nos, sed & cõtra ipsum Aristo. militabat.

567 Quæstio. *¶Num processio secundum actionem ad intra sit propria infimis creaturis.*

¶Circa secundam consequentiam ad cõclusionem principalem dubiũ occurrit: eo q̃ falsum est q̃ processio secundũ actionẽ ad extra sit propria infimis creaturis, s. corporalibus. 464 Manifestum est enim quòd ipsę intellectuales substantię procedũt à Deo secundum actionem ad extra, & sic processus literæ falso videtur inniti fundamento.

¶Ad hãc dubitationem breuiter dicitur, q̃ procedere secundum actionem ad extra computari videtur in litera inter processiones corporales, non ea ratione, quòd ipsa in corporalibus tantum inueniatur: sed quia est à Deo communis, vt etiam in corporibus inueniatur, & in ipsis corporalibus manifestius elucet. Valde enim vilem oportet esse processionem quæ rei omni quantuncunque infimæ conuenit. propter quod in proposito vbi gruaduantur processiones inter corporales tanquam infimas, merito computata est & exclusa à proprio processionis modo inuento in substãtiis intellectualibus, quæ supremum tenent locum in vniuerso.

¶In responsione ad tertium caue ne sis præceps, colligendo ex verbis istis in ratione primi principij claudi realẽ processionem: quam ponit fides absolute, sed quomodo hoc intelligatur inferius quæstione 45. artic. 6. patebit.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum secundum.*

Titulus de generatione formaliter intendit, & clarior erit in corpore.

¶In corpore duo facit. Primo distinguit prædicatum quæsiti, id est, generationem. Secundo respondet quæsito affirmatiue. Coment.

¶Quo ad primum, distinguit, describit & comparat generationem. Distinctio est generatio dupliciter, scilicet communiter & propria viuentibus. Descriptio vero membrorum est. Generatio communis omnibus, est mutatio de non esse ad esse, vt patet 5. Physi. Generatio propria viuentibus, (quæ natiuitas proprie dicitur,) est origo viuentis, à viuente coniuncto secundum similitudinem eiusdem naturæ. Comparatio demum est quo ad separationem & cõiunctionem vtriusq;: cum enim constet, quòd prima separatur à secunda, & rursus, quòd in viuẽtibus, quæ apud nos sunt, vtraque simul concurrit: ea ratione, quia exeunt de potentia ad actum, de necessitate sequitur, quòd si aliquod viuens nascitur absque exitu de potentia ad actum, quòd ibi generatio secunda separatur à prima.

¶Circa diffinitionẽ natiuitatis sola illa particula coniuncto obscura aliqualiter est, eius tamen expositionem prolixam habens in quarto contra Gen. ca. xj. Annot.

¶Quo ad secundum cõclusio responsiua est, processio verbi in diuinis habet rationem generationis, secundo modo. Et probatur, sigillatim probando tali processioni conuenire quatuor conditiones integrantes rationem natiuitatis. Quòd enim sit operatio vitalis, patet ex actione intelligibili. Quòd vero à principio cõiuncto, patet ex articulo præcedente: & præcipue in respõsione ad secundam. Quòd autem sit secundũ rationem similitudinis, probatur: quia conceptio intellectus similitudo est rei intellectæ. Quod demũ sit in eadem natura, probatur: quia in Deo idem est intelligere & esse: & sic non solum infertur conclusio, sed etiam ipsius corollarium, scilicet quòd verbum procedens in diuinis est filius.

¶Circa rationẽ vltimi dicti in litera, scilicet quòd ideo verbũ diuinum procedit, vt res eiusdem naturæ cũ Deo, quia ibi intelligere est esse. Aduerte q̃ hæc ratio pluries in hoc opere repetita in quarto contra Gentiles ca. xj. exponitur: & dicitur, q̃ tenet pro tanto, quia in cõi loquẽdo esse conceptus seu verbi, est intelligi. & propterea vbicunq; intelligere qđ idẽtificatur ipsi intelligi, est accidẽs, ipsum quoque verbũ est accidens: vbi autem intelligere est esse substantiale, ibi quoque verbum est substantia: & quia sic est in diuinis, ideo verbum diuinum est substantia diuina. Cõceptus autem omnium creaturarũ intellectualium sunt accidentia.

¶Sed circa hanc rationem dubium occurrit ex duplici capite. Primo ex eo quod intelligit, nihil ponit in re intellecta: & consequenter non potest esse reale esse ipsius conceptus. Secundo, quia actus intelligendi distinguitur realiter à conceptu: & secundum hanc viam est ipsum esse intellectus in actu perfecto, igitur non potest Esse ipsum esse conceptus. Quæstio.

viuentium. Sic igitur processio verbi in diuinis habet rationẽ generationis. procedit em per modum intelligibilis actionis, quæ est operatio vitæ: id est à principio coniuncto, vt suprà iam dictum est[c]: & secũdum rationem similitudinis. Quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, & in eadem natura existens. Quia in Deo idem est intelligere & esse, vt suprà ostensum est[c]. Vnde processio verbi in diuinis dicit generatio, & ipsum verbum procedens dicitur filius.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ obiectio illa ꝓcedit de gñatione secundũ rationem primã, prout importat exitũ de potẽtia in actum. Et sic nõ inuenit in diuinis, vt suprà dictũ est[c].

¶Ad secũdum dicendum, ꝙ intelligere in nobis nõ est ipsa substãtia intellectus. Vnde verbum quod secũdum intelligiblẽ operationem procedit in nobis, nõ est eiusdem naturæ cum eo à quo procedit. Vnde non proprie & complete cõpetit sibi ratio generationis. Sed intelligere diuinum est ipsa substantia intelligentis, vt suprà ostensum est[c]. Vnde verbum procedens procedit vt eiusdem naturæ subsistẽs. Et propter hoc proprie dicitur genitũ & fili⁹. Vnde & his quæ pertinent ad generationem viuẽtiũ, vtitur Scriptura ad significandã processionẽ diuinæ sapiẽtiæ, scilicet cõceptiõe & partu. Dicitur em ex persona diuinæ sapiẽtiæ, Prouerb. 8. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Ante colles ego parturiebar. Sed in intellectu nostro vtimur nomine conceptionis[c], secũdum quod in verbo nostri intellectus inuenitur similitudo rei intellectæ, licet non inueniatur naturæ identitas.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ nõ omne acceptũ est receptum in aliquo subiecto, alioquin non posset dici, ꝙ tota substãtia rei creatæ sit accepta à Deo, cum totius substãtiæ nõ sit aliquod subiectũ receptiuũ. Sic igitur id ꝙ est genitũ in diuinis, accipit esse à generante, non tanquàm illud esse sit receptũ in aliqua materia, vel subiecto, quod repugnat subsistẽtiæ diuini esse. Sed secundũ hoc dicitur esse acceptũ inquantũ procedẽs ab alio habet esse diuinum, non quasi aliud ab esse diuino existens. In ipsa em perfectione diuini esse continetur & verbũ intelligibiliter procedens & principium verbi, sicut & quæcunque ad eius perfectionem pertinent, vt suprà dictum est[c].

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum sit in diuinis alia processio à generatione verbi.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ non sit in diuinis alia processio à gñatione verbi. Eadẽ em ratione erit aliqua alia processio ab illa alia processione: & sic procederetur in infinitum: quod est inconueniens. Standum est igitur in prima, vt sit vna tantum processio in diuinis.

¶Præterea, in omni natura inuenitur tantum vnus modus cõicationis illius naturæ[c]. Et hoc ideo est: quia operationes secũdum terminos habent vnitatem & diuersitatẽ. Sed processio in diuinis non est nisi secundum cõicationem diuinæ naturæ. Cum igitur sit vna tantum natura diuina (vt suprà ostensum est[c]) relinquitur quòd vna sit tantum processio in diuinis.

¶Præterea, Si sit in diuinis alia processio ab intelligibili processione verbi, nõ erit nisi processio amoris: quę est secundũ voluntatis operationẽ. Sed talis processio nõ potest esse alia à processione intellectus intelligibili: quia voluntas in Deo non est aliud ab intellectu, vt suprà ostensum est[c]. Ergo in Deo non est alia processio præter processionem verbi.

¶SED CONTRA est, ꝙ Spũssanctus procedit à patre: vt dicitur Io. 15. Ipse aũt est alius à filio, secundum illud Ioan. 14. Rogabo patrem meum: & alium paracletum dabit vobis. Ergo in diuinis est alia processio præter processionem verbi.

CONCLVSIO.

¶*Præter verbi diuini processionem sequentem intelligibilem eius operationem, alia quædam amoris processio est insequens actionem voluntatis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in diuinis sunt duæ processiones, scilicet processio verbi & quædam alia.

¶Ad cuius euidentiã considerãdũ est, quòd in diuinis nõ est processio nisi secundũ actionẽ, quæ nõ tẽdit in aliquid extrinsecũ sed manet in ipso agente. Hmõdi aũt actio in intellectuali natura est actio intellectus & actio voluntatis. Processio autẽ verbi attenditur secundum actionem intelligibilem. Secundũ aũt operationem volũtatis inuenitur in nobis quædam alia processio, s. processio amoris, secundum quã amatũ est in amante, sicut per conceptionem verbi res dicta vel intellecta est in intelligente. Vnde & præter processionem verbi ponitur alia processio in diuinis, quæ est processio amoris.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd nõ est necessarium procedere in diuinis processionibus in infinitum. Processio enim, quæ est ad intra in intellectuali natura, terminatur in processione voluntatis.

¶Ad secundũ dicẽdum, ꝙ quicqd est de Deo, est Deus, vt suprà ostẽsum est[c]. Qđ nõ contingit in aliis rebus. Et ideo per quãlibet processionem, quæ non est ad extra, communicatur diuina natura, non autem aliæ naturæ.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ licet in Deo nõ sit aliud volũtas & intellectus, tñ de rõne voluntatis & intellectus est, ꝙ processiones, quæ sunt secũdũ actionẽ vtriusq;, se habeãt secundũ quẽdã ordinẽ. Nõ em est ꝓcessio amoris nisi in ordine ad ꝓcessionẽ verbi. Nihil em põt voluntate amari, nisi sit in intellectu cõceptũ. Sicut igitur attẽdit quidã ordo verbi ad principiũ à quo procedit, licet in diuinis sit eadẽ substãtia intellectus & cõceptio intellect⁹: ita licet in Deo sit idẽ volũtas & intellectus, tñ quia de rõne amoris est ꝙ non ꝓcedat nisi à cõceptione intellectus, habet ordinis distinctionẽ processionis amoris à processione verbi in diuinis.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum processio amoris in diuinis sit generatio.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ ꝓcessio amoris in diuinis sit generatio. Qđ enim procedit in similitudine naturæ in viuẽtibus, dicitur genitũ & nascens. Sed id quod ꝓcedit in diuinis per modum amoris, ꝓcedit in similitudine naturæ: alias esset extraneum à natura diuina, & sic esset processio ad extra. Ergo quod procedit in diuinis per modum amoris, procedit vt genitum & nascens.

¶Preterea, Sicut similitudo est de rõne verbi, ita est etiã de rõne amoris. Vñ dicit Eccl. 13. ꝙ oẽ animal diligit simile sibi. Si igit rõne similitudinis, verbo ꝓcedẽti cõuenit gñare & nasci, videt etiã ꝙ amori ꝓcedẽti cõuenit generari.

¶Præterea, Non est in gñe qđ nõ est in aliqua eius specie. Si igitur in diuinis sit qdã ꝓcessio amoris, oportet ꝙ præter hoc nomen cõe, habeat aliquod nomen speciale. Sed nõ est aliud nomẽ dare nisi generatio. Ergo videtur quòd processio amoris in diuinis sit generatio.

¶SED CONTRA est, quia scđm hoc sequeretur, ꝙ spiritussanctus qui procedit vt amor, procederet vt genitus. Qđ est cõtra illud Athanasij. Spũssanctus à patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed ꝓcedens.

CONCLVSIO.

¶*Cum processio amoris non sit secundum rationem similitudinis, ea minime generatio est, & quod procedit in ea, non genitus seu filius, sed spiritus est.*

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ ꝓcessio amoris in diuinis nõ debet dici gñatio. Ad cuius euidẽtiã sciẽdũ est, ꝙ hæc est differẽtia inter intellectũ & volũtatem, ꝙ intellectus fit in actu per hoc ꝙ res intellecta est in intellectu scđm suã similitudinẽ. Volũtas aũt fit in actu, nõ ꝑ hoc ꝙ aliqua similitudo voliti sit in voluntate[c], sed ex hoc ꝙ voluntas habet quãdã inclinationẽ in rẽ volitã. Processio igitur, q̃ attẽditur scđm rationẽ intellectus, est scđm rõnẽ similitudinis. Et intm̃ potest habere rõnem gñationis, qa omne generãs gñat sibi simile. Processio autẽ quæ attẽditur secundũ rõnẽ voluntatis, nõ cõsiderat scđm rõnem similitudinis, sed magis scđm rationẽ impellentis & mouẽtis in aliqd[c]. Et ideo qđ ꝓcedit in diuinis per modũ amoris, nõ ꝓcedit vt genitum, vel vt filius, sed magis procedit vt Spiritus. Quo nomine quædam vitalis motio & impulsio designatur: prout aliquis ex amore dicitur moueri vel impelli ad aliquid faciendum.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ quicquid est in diuinis, est vnũ cum diuina natura. Vñ ex parte huius vnitatis nõ põt accipi propria rõ huius ꝓcessionis, vel illius: secundum quã vna distinguatur ab alia; sed oportet quòd propria rõ huius vel illius processionis accipiat secundum ordinẽ vnius processionis ad aliam. Hmõi autẽ ordo attendit scđm rõnem voluntatis & intellect⁹. Vnde secundũ horum

¶Ad euidentiam horum sciendum est, quòd quia verbũ vt verbum est ipsum intellectum in actu interius, habet tria. Ex eo enim ꝙ est intellectũ in actu, sequitur ergo, esse eius vt sic est intelligi: vt patet inductiue de viso in actu, & reliquis. Ex eo vero quod est interius intellectum, id est, in quo res intellecta actu intelligẽdi exprimitur, sequitur, ergo esse eius est sic intelligi, vt scilicet interius in quo &c. Sic autem intelligi est aliquod esse reale, quoniam est esse expressam actu similitudinem obiecti. 260 b Ex eo vero qđ est sic obiectum in actu, habet ꝙ sit vnum de concurrentibus ad perfectionẽ actus intelligendi. 8 Et consequenter ꝙ intellectio, quæ est ipsum esse intellectus in actu, ac per hoc est esse omniũ concurrentium ad perfectionẽ intellect⁹ in actu, sit esse ipsius verbi.

¶Vnde ad primam obiectionem dicitur, ꝙ licet intelligi nihil ponat in re intellecta: intelligi tamẽ sic, id est, vt propriũ interius intellectũ aliqd 90 reale ponit, non in re intellecta vniuersaliter, sed in re intellecta sic, id est, secundum esse quod habet interius in cõceptu.

83 ¶Ad secundam vero dicit, quòd intellectio est esse, & intellectus, & speciei intelligibilis, & verbi; diuersimode tamẽ: qa intellectus & speciei est esse intelligere: verbi autem in intelligi, illorum quasi principiorũ, istius vt termini illorum quasi vnius completi subiecti e d istius vt obiecti. 106 Vnde nullum inconueniens sequitur, nisi qs putet eodem esse non posse distincta realiter existere: qđ falsũ esse patet i materia, forma & cõposito.

¶Circa rationẽ generationis applicatæ ad diuinam processionẽ dubiũ occurrit ex Aureolo apud Capreolũ in 9. distin. primi. Arguit enim sic, si diuina ꝓcessio prędicta ratione diceretur generatio: sequerentur duo impossibilia. Primũ est, ꝙ filius non esset eo verbũ quo filius: & ecõtra. contra August. 7. de Trin. cap. 4. & tenet sequela: quia nec generatio verbi in nobis est 83 generatio substantiæ viuẽ, 23 nec generatio filij apud nos est generatio verbi. Secũdũ est quod processio Spiritussancti esset generatio. Et probatur sequela: quia sibi cõpetit tota illa definitio. Sed ad hæc facilis est responsio, negando vtranque consequentiam: nec probatio primi aliquid valet: quia in nobis filius procedit per actionem transeuntem: & verbum per operationem quæ est accidens: in Deo autem nihil horum locum habet. Quare autem proprietas filij exprimatur etiam verbi nomine, in 34. quęst. ar. 2. ad tertiũ patet. Probatio quoque secundæ consequẽtiæ falsum assumit: quoniam vt in articu. 4. ex proposito tractabitur: deficit illa conditio per modum similis.

Annot. ¶In respõsione ad tertiũ notato aurea verba in calce illius, s. in ipsa ꝓcessione diuini esse cõtinetur & verbũ, &c. Perspicue em apparet hic, ꝙ nulla est distinctio formalis actu in essentiã diuinã & ꝓprietates personales, & attributa, & reliqua quæ in Deo formaliter salutãtur. ipsa em perfectio diuini esse si secundũ se (vt sic liceat loqui) diffiniret, hęc omnia in se concluderet: & propterea oẽm huiusmodi distinctionẽ in Deo nõ nisi virtualiter, in intellectu vero secũdũ rationẽ ponito.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo ly alia significat veram alietatem, & propter ly sit, oportet ꝙ significet alietatem realem. non enim est vera alietas processionũ realium, nisi sit realis, ly in diuinis, sumitur sicut in primo art. declaratũ est: & eodem modo est intelligendũ in singulis istius quęstionis articulis: nec oportet idẽ pluries repetere.

Coment. ¶In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. In diuinis præter processionem verbi est alia processio, quæ est processio amoris. Et probatur sic, in natura intellectuali apud nos, præter processionẽ verbi secundũ actionẽ intelligibilẽ, est alia ꝓcessio, s. amoris secũdũ operationẽ volũtatis: ergo in diuinis præter processionẽ verbi est alia processio, &c. Antecedens probatur ex proportionali: quia sicut per conceptionem verbi intellectum est in intelligente: ita per processionem amoris amatum est in amante. consequentia vero probatur: quia in diuinis non est processio nisi secundum actionem immanentem naturæ intellectualis: quam constat esse secundum hanc duplicem intellectus & voluntatis.

¶*Nũ per actionẽ volũtatis procedat aliquid in ea tãquã terminus eiusdem.*

¶Circa hoc occurrit primo dubiũ simile dubio moto circa processionem verbi, an s. per actũ volũtatis procedat aliquid in ea tanq̃ terminus eiusdem. Et præter cões rationes ex parte actionis immanẽtis sunt aliæ ex propriis voluntatis. Videtur em primo contradicere hoc ipsimet S. T. in q. de ve. q. 4. ar. 2. ad septimũ, vbi dicit, ꝙ in volũtate nihil ꝓcedet nisi ꝑ modũ operatiõis: & ꝙ secus est in intellectu. Scđo cõtra hoc arguunt tã Sco. q̃ alij, tenẽtes amorẽ ꝑductũ esse actũ amãdi, vt spiratũ: queadmodũ verbũ tenent esse actum intelligendi genitũ magisque autoritatibus arguunt q̃ rõnibus. Omnes autẽ autoritates & ratio nes huc tendunt, ꝙ Spũssanctus est amor: amor autem amor est amãdi. 162 1. dist. 18. q. 1. artic. 2. & 4. cõtra. ca. 23. fi. & pº. q. 10. art. 2.

¶*Nũ secundũ processionem amoris aliquid fiat secundum quod amatum est in amante.* Quæstio.

¶Circa illa verba, secũdũ quam amatum est in amante, dubiũ occurrit ex Aureolo apud Capreolũ, x. dist. primi. 163 c Is em multis argumẽtis nititur hoc impugnare & simpliciter & ad hominẽ. Veruntũ omnia eius motiua in hoc consistũt, 15 ꝙ amor, seu impulsus voluntatis consistit, 53 in tendẽtia ad rẽ amatã, & nõ in similitudine illius: 54 ergo per processionem amoris non fit amatũ in amante: sed econuerso amãs trahit, trãsformatur & est in re amata: iuxta illud Matth. 6. 115 Vbi est thesaurus tuus, ibi 20 est cor tuum.

¶Ad euidentiam horum sciendũ est, ꝙ qa ea quæ sunt voluntatis, minus nota minũsq; nominata sunt, ex his quæ in intellectu apparẽt proportionaliter: ea quę in volũtate sunt, autor definiuit: ita ꝙ quemadmodũ intelligẽdo formamus cõceptum, ita amãdo inclinationem quãdam in amatũ facimus int⁹: quæ qa nomine caret amor, impulsus, inclinatio, affectióque vocatur. Verũ inter intellectũ & voluntatẽ non solũ differentia est in hoc, ꝙ terminus illi⁹ est similitudo, istius autẽ affectio: sed etiã in hoc, ꝙ res quę in intellectu est terminus, habet modũ & nomen termini, vt patet de verbo & cõceptu. Res vero terminãs in voluntate, licet secundum rem sit terminus, nec modũ tamẽ, nec nomen habet termini. qm̃ & est & significatur vt in aliud tendẽs: cõstet autẽ, ꝙ in aliud tendere, conditio est non termini, sed viæ. Et propter hanc rationem scripta sunt verba illa in q. de ve. vt patet diligenter totam responsionẽ cõferenti ac penetranti. vnde nihil officiunt proposito. Et ex eadẽ radice patet responsio ad reliqua obiecta in primo dubio: penuria siquidem vocabulorum amoris, nomen ad eius terminum extendit.

¶Ad secũdã autẽ dubitationẽ dicit, ꝙ argumẽta in duobus peccãt, Primo in hoc, ꝙ nõ videt tertiũ modũ essendi in præter ꝑ essentiã & similitudinẽ, s. per inclinationẽ seu affectionẽ, quomodo esse deorsum est in graui, & esse sursum i leui: hic enim vt in 4. cõtra Gẽt. c. 19. explanatur: tertius est modus: & iuxta hũc amatũ est in amante, vt de se patet. Secundo in hoc, ꝙ nõ librando quid sit amatum esse in amãte, putãt hanc consequentiã valere, amatũ fit à volũtate in amãte. ergo amatũ trahitur ad amantẽ: cũ tamẽ nihil valeat: qa amatũ non aliter fit in amãte nisi secũdũ affectionẽ amãtis in amatũ: & consequẽter ex hoc ipso ꝙ sic fit, trahitur, trãsformatur, impellitur amans in amatũ obiectiue. Et sic in eo est. Patetq́; facile poterat hoc ex ipsa amati ratione. Amari em non est trahi, sed trahere amãtẽ: & consequẽter fieri vt amatũ nõ est fieri vt tractũ, sed vt trahẽs: ac per hoc si aliquid sit in voluntate vt amatũ: non fit vt tractũ ad ipsam: sed ecõtrario vt trahẽs ipsam. Et hoc modo fatemur similitudinem proportionalem literæ inter intellectum & voluntatem currere, scilicet quo ad hoc quòd sicut ibi fit res intellecta, ita hic res amata: sed diuersimode: vt dictum est, & amplius dicetur inferius.

¶In responsione ad secundum aduerte, ꝙ responsio consistit in hoc ꝙ maior illa non tenet in natura infinita identificante sibi omnia: quãuis inueniatur vera in aliis: quia finitæ sunt. & propterea ex eis assumpta est velut maxima.

¶In rñsione ad tertiũ nota duo. Primũ est, ꝙ tertiũ argumentũ intẽdebat cõcludere nõ esse maiorẽ distinctionẽ inter has ꝓcessiones, q̃ sit inter intellectũ & voluntatẽ: & cõsequẽter sicut inter intellectũ & voluntatẽ in Deo non est vera alietas, ita nec inter processiones. Rñsio aũt intendit ostẽdere, ꝙ distinctio inter processiones est maior: imò ꝙ inter eas est alietas stãte identitate intellectus & volũtatis: & hoc propter ordinẽ originis inter eas: quę tñ oritur ex rõnibus principiorũ, s. intellectus & volũtatis: inter q̃ nõ est talis ordo. Ita ꝙ est distõ in principiatis: & non est in principiis, & ex ratione ipsorũ principiorũ est ordo originis, nõ in seipsis, sed in processionibus secũdũ ipsa: & sic alietas processionũ quæsita in corpore articuli: implicite tantum determinata, hic implicite manifestatur ex ordine originis.

¶*Num processio secundum voluntatẽ, per se procedat ab intellectuali processione in secundo modo dicendi per se.*

Quæstio. ¶*Num amor procedat à verbo inquantum verbum, an vt intellectum & an solo originis ordine, verbi & amoris processiones distinguantur.*

¶Secundũ aduertendum hic est, ꝙ in litera dicitur, 26 ꝙ de rõne amoris 20 est, ꝙ procedat à conceptione intellectus, & cõsequẽter in diuinis, ꝙ ꝓcessio sit à processione. Est enim primo hic dubiũ an sit de rõne ꝓcessionis amoris in principio dicendi per se an in secũdo. Est & rursus dubiũ an de ratione amoris sit procedere à verbo inquantũ verbum, an solum inquãtũ verbũ est res intellecta. Est & tertio dubiũ, an præfat⁹ ordo originis sit præcise id quo realiter distinguuntur ipsæ ꝓcessiões. Ita ꝙ secluso ipso non esset realis inter eas distinctio. Sed qm̃ in q. 36. art. 2. discutiẽda hęc sũt, vbi melius quoq; intelligẽtur post tractatũ personarũ duarum idcirco hic pertranseamus.

163 1. dist. 13. articu. 3. Et 4. contra. c. 23. ¶Quinq; tamẽ nullo pacto prętereunda cẽsui. Primũ est, ꝙ cõstat ꝙ accipiendo conceptũ pro re concepta seu cognita vt sic, processionẽ amoris oportet esse à conceptu: incognita em nequaquã diligere possumus: & propterea in litera quasi per se notũ dicitur, ꝙ de ratiõe amoris est oriri à cõceptu. Secundum est quòd res cognita est causa amoris in genere causæ efficiẽtis: quod ex eo patet, quòd in litera dicitur, quòd amor habet ordinem originis ad conceptum. Constat enim ordinẽ originis in proposito ordinem esse secundum modum efficientiæ, consonãtque huic sententiæ illud Auerrois in 12. metaph. con. 36. balneum in anima est agẽs desiderium, &c.

¶Tertiũ est, ꝙ quãuis amor oriatur effectiue à duobus, s. à voluntate & à re amabili cognita: sicut & verbum ab intellectu & intelligibili vna cum intellectu: magna tamẽ differentia percipienda in hoc. Conceptus enim ꝑducitur ab vtroq; in vi vnius efficientis completi, & in rõne rei. Amor aũt producitur à volũtate & re amabili cognita, nõ vt integrãtibus vnũ agens, sed vt è diuerso ac diuersis rationibus concurrentibus: à volũtate enim oritur in ratione rei, ab amabili autẽ in ratione cogniti. Amabile enim vt cognitũ amorẽ parit, volũtas autẽ vt talis res. Et hæc pro nunc sufficiant pro fundamentis dicendorum de amore & spũsancto.

¶Quartũ est, ꝙ Sco. in 1. di. 13. ex primo verbo ordinis intellexit hunc locũ de diuersitate processionũ secundũ prius & posterius: & impugnauit tripliciter. primo, qa ista nõ est prius distõ ꝓcessionũ. nã iõ illa prior, hæc posterior: qa illa est talis & ista talis. scđo, qa processiones diuinæ sunt relatiões. Relationes aũt nõ distinguũtur primo per alias relationes. ¶Tertio, qa istæ relationes ordinis sunt aliæ à relationib⁹ originis: qđ ꝓbatur qa sunt inter alia extrema. Nã relatio originis est inter ꝑductum & producẽs. relatio vero ordinis est inter originẽ & originẽ, male ergo exposita est litera. sed ad hæc facilis est responsio: ex ipso em ꝓgressu istius tractatus apparet sensus literæ simul cum rõne: quare sic quasi diminute locutus sit hoc in loco autor: manifestabitur enim inferius, quòd in diuinis non est ordo nisi originis: & ꝙ ille non includit relationes prioris & posterioris. Et propterea distinctio ordinis hic posita male exposita est pro distinctione secundum prius & posterius: qm̃ est distinctio ordinis originis. Et si contra hoc dicatur ꝙ ista distinctio non est prima, de distinctione reali loquẽdo, negatur assumptũ: nã vt inferius patebit, solę relationes originis realiter distinguunt in diuinis: de formali aũt distinctione iã patet respõsio ex corpore articuli, & ex articulo sequẽti: ꝙ, s. distinguũtur vna ꝑ intellectũ, alia ꝑ volũtatẽ. Vnde iste ordo nõ addit super ipsas origines alias relatiões, vt secũda obiectio vult. Nec est verũ ꝙ alia sunt secundũ rẽ extrinseca relationũ originis & ordinis: qm̃ ꝑductũ & eius passiua origo in diuinis sunt vna met relatio, eodẽmq; ordine quo ꝑductũ, s. spũssanctus est à ꝑducto, s. filio: ꝓcessio illius est à ꝓcessiõe istius, qđ est oriri ab illa. Tacuit autẽ autor hic hæc, quoniam more suo à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia suo loco tractãda procedit: ordinem hic, ordinem deinde specificabit originis.

¶Quintũ est, ꝙ argumẽta Scoti ibidẽ cõtra tenẽtes ꝓcessiones istas distingui per ipsa principia distincta scđm rõnem, puta intellectũ & voluntatẽ, non sequuntur viam nostrã: qm̃ nõ militant nisi cõtra tenẽtes ꝙ distõ realis processionũ pẽdeat ex distõne rõnis principiorũ, qđ alienũ est à doctrina S. T. Quãuis em (vt in litera dicitur) ex rõne intell's & volũtatis nascat harũ distõ, non tñ distõ harũ oritur ex distõne illorũ. Aliud est em dicere, ex intellu & volũtate seu ex rõnib⁹ eorũ, & aliud est dicere ex distõne ipsorũ, primũ em significat ipm Deũ seu rem realẽ: secũdũ vero ens rationis.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum quartum.*

Annota. IN titulo aduerte diligẽter ly generatio. Cũ enim in præcedenti art. determinatũ sit ꝙ ꝓcessio amoris non est processio verbi, & in 2. arti. determinatũ fuit ꝙ processio verbi est gñatio: absq; quęstione liquet ꝙ ꝓcessio amoris nõ est illa gñatio, quæ est processio verbi: & cõsequẽter constat, ꝙ processio amoris realiter distinguit à gñatiõe illa in diuinis, & de his non hic est qõ. Vñ nil aliud hic q̃ritur, nisi vtrũ amoris ꝓcessioni in diuinis cõueniat ratio formalis generationis. Et sic diligẽter perscrutãti, apparet, ꝙ sicut præcedẽs titulus q̃siuit distinctionẽ realẽ ꝓcessionis à processiõe, ita hic quærit formalẽ: 99 non secundũ quãcunque rõnẽ, sed scđm rõnẽ generationis. Et vere restabat hoc quærendum: qm̃ stabilitis processionibus verbi & amoris in diuinis, & ꝙ illa est gñatio & illud filius: oportebat inquirere ac decidere an ista quoque sit gñatio, 194 & consequẽter iste quoque filius, an non. Et hoc est quod quæritur.

¶In corpe duæ sunt conclusiones, prima est directe rñsiua q̃sito. Processio amoris in diuinis nõ est gñatio. Secunda est rñsiua intẽto. Procedens in diuinis ꝑ modũ amoris procedit vt spiritus. Anteq̃ tñ ꝓbentur conclusiones, aduerte ꝙ licet q̃sitũ vnũ fuerit, ad perfectionẽ tñ doctrinæ probatio non solũ quæsito simplici, sed etiam intentæ differentiæ quasi constitutiuæ ipsius processionis satisfacit. Ita quòd simul manifestatur in litera, & quare processio amoris non est generatio, & quæ sit differentia eius constitutiua quæ differt à generatione, & est spiratio.

Coment. ¶Probat ergo directe primo prima conclo ex differẽtia inter intellm & volũtatẽ sic. Intells habet hęc tria ordinate: prĩo ꝙ fit in actu ꝑ similitudinẽ rei intellectæ, scđo ꝙ ex hoc ꝓcessio in intellu est scđm rõnẽ similitudinis, tertio ꝙ hic ex hoc habet rõnẽ gñationis, qa oẽ generãs gñat sibi sile. Voluntas aũt totalr ex opposito. primo fit in actu: nõ secũdũ similitudinẽ voliti, sed scđm inclinationẽ in illud. scđo, ex hoc processio in volũtate nõ est scđm rõnem similitudinis, sed impellẽtis. tertio, ex hoc ꝓcessio ista nõ est gñatio, nec ꝓcedẽs est genitus, aut filius: & tũc subiũgitur ꝓbatio secũdæ cõclonis: qa, s. ꝓcedat vt Spũs per modũ subsequẽtis cõsequẽtiæ sic. Spũs importat vitalẽ quãdã motionẽ cũ impulsu nõ qualẽcũq;: sed eã q̃ ex amore dicimur moueri vel impelli. ergo ꝓcedẽs in volũtate ꝑ modũ impulsus ꝓcedit vt Spũs: qđ erat intentũ. Et sic vtraq; cõclo simul est ꝓbata. Et fundatur ꝓcessus vis sup illa particula posita in diffõne gñationis, scilicet scđm similitudinẽ. Ita ꝙ qa ꝓcessio aliqua ex ꝓpria rõne formali est vel nõ est scđm similitudinem est aut nõ est gñatio. Sane tñ intelligẽdo quo ad cõstructiuã: qa intelligit cõcurrẽtibus ceteris ꝑticulis, q̃ sunt de rõne gñationis: ad destructiuã em sufficit istius vnius ꝑticulæ negatio, eo ꝙ rõnes formales sunt sicut numeri, vt dicitur 8. metaphysi.

Quæstio. ¶*Num & quo actu intellectus fiat in actu per similitudinem rei intellectæ, nõ autem voluntas: & ex hoc illa sit secundum similitudinem, hæc vero non.*

¶Circa differentiã primã inter intellectũ & voluntatẽ assignatã dubiũ occurrit: de quo actu interpretãda sit, an de primo an de secũdo. Et si qdẽ interpretatur de actu primo, falsa videt ex parte volũtatis: qm̃ fictio videt, ꝙ ad hoc ꝙ volũtas velit aliqd, ꝑexigat in ea aliqua inclinatio faciẽs ipsam formalr in actu primo, sicut spẽs intelligibilis se habet ad intellectũ ꝓportionalr. Si vero intelligitur de actu secũdo, oportet assignare quõ oriatur ex hac differẽtia secunda. cũ hac enim stat, ꝙ vtrobiq; sit processio secundum similitudinem, vt patebit in sequenti dubio.

Quæstio. ¶*Num secundum conceptionem intellectus procedat aliquid secundum rationem similitudinis, non autem secundum actionem voluntatis: & ex hoc in illa inferatur generatio, non autem in ista.*

¶Circa secũdã differentiã dubiũ occurrit: qa falsa quoq; videt ex pte voluntatis, nec sequtur ex prima, imò poti⁹ cõtradiceret primę: qđ sic manifestat. Procedere secundũ similitudinẽ in ꝓposito, est terminus ꝓcessionis ex vi processionis esse similem producenti in actu, vt patet de verbo respectu intellectus in actu primo:

sed amor pcedit silis voluntati in actu primo: qa impulsus pcedit ab impulsu, sicut in intellectu silitudo expssa à silitudine impssa. ergo & falsū est, q in volūtate nō sit pcessio scd̄m silitudinē: & ex hoc ipso, q volūtas sit in actu p inclinationē, sequitur q pducat inclinationē, & cōsequēter sibi sile agat nō min9 q̃ intellectus proportionalitate seruata. Nec refert quo ad propositum, vtrū volūtas sit in actu primo per seipsam aut per inclinationem super additā, ipa nāq; secundū se est inclinatio quædā.

Quæstio. ¶*Nū ex eo quis generans generat sibi simile, inferatur, ergo in voluntate nō procedit aliquid secundum rationem similitudinis.*

¶Circa tertiā differētiā, imò potius circa ipsius radicē in litera allatā, s. quia oē gn̄ans gn̄at sibi sile, dubiū occurrit qm̄ affertur nō causa vt causa. facere em̄ sibi siles nō est pprium gn̄anti, sed cōe 88 est oī agēti. oē em̄ agens pducit sibi simile scd̄m formā quā agit: & consequēter, cū volūtas sit agēs, nō minus ista causa cōcludet de pcessiōe voluntatis q̄ de processione intellectus. & sic non solū est hic pctm̄ secundum non causam differentiæ vt causam, sed qd̄ peius est, infertur oppositum intenti.

Quæstio. 264 Infrà q. 28. ar. 4. cōt. & q. 37. art. 1. & qō. 41. art. 1. coro. & po. q. 10. art. 1. artū ad op.

¶*Num generationis processio & amoris distinguantur seipsis, vel proprijs rationibus.*

¶Circa totū hūc processum dubium occurrit ad hoiem: qm̄ cōtradicere videt doctrina hęc dictis in qōnibus de potentia Dei. q. x. art. 2. ibi nāque negatur processiōes has distingui seipsis: hic vero determinatur eas distingui propriis earum rationibus: hoc autē idē est qd̄ seipsis formalr.

¶Ad euidētiā horū prælibāda sunt duo. Primo, q illa maxima, oē agens

propriam rationem sortitur in diuinis nomen vtraq; processio, quod imponitur ad propriā rationem rei significandam. Et inde est quòd procedēs per modum amoris: & diuinam naturam accipit, & tamen non dicitur natum.

¶Ad secundū dicendū, q silitudo aliter pertinet ad verbū, & aliter ad amorē. Nā ad verbū pertinet inquātū ipsum est quædā silitudo rei intellectæ, sicut genitū est similitudo generātis. Sed ad amorem pertinet, non quòd ipse amor sit similitudo, sed inquātum similitudo est principiū amandi. Vnde nō sequit q amor sit genitus, sed q genitū sit principiū amoris.

¶Ad tertiū dicendū, q Deum nominare non possumus nisi ex creaturis, vt dictum est supra[c]. Et quia in creaturis cōicatio naturæ nō est nisi per generationem, processio in diuinis nō habet propriū vel speciale nomē nisi gn̄ationis. Vnde processio quæ non est generatio, remāsit sine speciali nomine: sed potest nominari spiratio, quia est processio spiritus.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum sint plures processiones in diuinis, quàm duæ.*

AD QVINTVM sic procedit. Videtur, q sint plures pcessiōes in diuinis, q̃ duæ. Sicut em̄ scientia & voluntas attribuitur Deo, ita & potentia. Si igitur secundum intellectum & voluntatem accipiuntur in Deo duæ processiones, videtur quòd tertia sit accipienda secundum potentiam.

¶Præterea, Bonitas maxime videt esse principium processionis, cum bonū dicatur diffusiuum sui esse. Videtur igitur q secundū bonitatē aliqua pcessio in diuinis accipi debeat.

¶Præterea, Maior est fœcunditatis virtus in Deo, q̃ in nobis. Sed in nobis non est tantum vna processio verbi, sed multæ: quia ex vno verbo in nobis procedit aliud verbum, & similiter ex vno amore alius amor. Ergo & in

agit sibi simile scd̄m formā qua agit, est vera, qn̄ forma est rō agendi in rōne rei. non oportet aūt verā esse, quādo forma est quasi rō agendi vt cognita. Et est rō diuersitatis: qa agere vt res, est agere quia talis est: ac per hoc oportet agere tale quale ipsum est: agere vero vt cognitū, non est agere qa est tale, sed quia cognoscitur esse tale. Ex hoc aūt q aliquid cognoscitur tale, nō oportet seq sile illi, sed stat, seq solū inclinationē in illud, vt in nobis experimur. Secūdo q pars appetitiua, qm̄ necessariò mouet à cognito, hoc habet singulare: & q aliquo mō agat in rōne rei, & aliquo mō rōne cogniti. Cū em̄ amor primū locū tenēs in appetitu, ab appetitu & appetibili cognito necessario oriat, si cōsideremus amorē vt pcedit ab appetitu: sic pcedit vt à re. si aūt ab appetibili sic vt à cognito, & si vt ab vtroq; silr quasi ab agēte, & quasi rōne agēdi: diuersa tñ rōne vt prædiximus: sic meliori vocabulo, mixtū hoc fieri, pcedendiq; modū exprimere nō occurrit, q̃ per modū appetitus vitalis. Et secundū hoc facilis est respōsio ad tria dubia primo mota: & vt ordine retrogrado respondeatur sigillatim à radice incipiendo.

¶Ad tertiū dubiū, dicitur q licet nō sit propriū gn̄antis, vt distinguit cōtra agēs, agere sibi simile: est tamē propriū ei, vt distinguitur cōtra agēs per modū impulsus, seu vitalis appetitus intus, vt in litera accipitur: quia hic distinguitur contra agens in se ratione cogniti: quale est appetitiuum: & sic est sibi proprium. & sic assignata causa, & est vere causa seu differentia. & infert intentum.

¶Ad scd̄m aūt dicit, q cōparādo amorē ad quasi priales cās, sic inuenitur oriri à sili & à nō sili: à sili qdē, p q̃to oritur ab appetitiua, à nō sili vero, p q̃to ab appetibili. Sed cōparādo ipm ad totale suū pductiuū, s. volūtatē quasi agētē & volibile cognitū quasi rationē agēdi sic procedit à nō sili. non em̄ amor est similitudo rei amatæ, sed inclinatio in illam: & sic manifeste tractatur in litera. Ponit nanque differentiam in hoc q conceptus est similitudo rei intellectæ, Amor autem vt sic non est similitudo eiusdem quæ res est amata: vnde patet responsio ad obiecta.

¶Ad primū aūt dubiū dicit, q litera pōt de vtroque actu intelligi. Et de primo qdē nō sic intelligenda est, vt argumētū fingit: sed q volūtas in actu primo in se sit actu per inclinationē, nō curādo vtrū illa inclinatio sit rei supaddita volūtati: an sit idē qd̄ ipsa. vtrūq; nāq; videt verū, respectu diuersorū in volūtate nr̃a: inclinātur nāque naturalr volūtas in beatitudinē: & inclinātur rursus affectione superaddita in hæc vel illa bona, qbus afficitur ex cōsuetudine, passione, aut rōne. De actu vero secūdo nō est dubiū. Quo ad illationē verò cōsequentiū, differētiarū, & literæ cōtextū, de actu secūdo interprāda est. Ex hoc em̄ ipso, q terminus intellectus in actu est silitudo rei intellectæ, Terminus aūt voluntatis in actu nō est silitudo rei volitæ: sed impulsus potius in illā, manifeste seqtur q totale pductiuū conceptus facit sibi sile secundū formā, q̃ est ei rō agēdi. Totale vero pductiuū amoris non facit sibi simile secundum illā formā, quę est ei quasi ratio agendi, id est rem volitam: & sic satisfit obiectis. ¶Ad quarti dubij euidentiam sciendum est. primo q aliud est aliqua distingui seipsis formaliter, & aliud est aliqua formaliter distingui seipsis primo. Ad primum enim sufficit, q per aliquid sibi essentiale fiat diffō siue illud sit pars diffōnis, siue tota diffō. Ad scd̄m autē nō sufficit hoc: sed exigit q sint primo diuersa: ita q distinguātur nō per aliud distinctiuū, Scd̄o

scito, q queā lmodū diuersorū ordinū entia sunt, ita & rōnes formales eorū: & ppterea oportet quorūdā entiū diffōnes includere aliqd extra essentiā diffinitā, nō propter melius, sed ex necessitate absoluta, vt patet de relationib9: pter qd, cū de huiusmodi entibus sermo est, & dicimus q seipsis distinguūtur, aūt nō distinguūtur, aut aliqd aliud habēt: attēdere oportet, q dubitāter pōt intelligi. Vno

Deo sunt plures processiones, quàm duæ.

¶SED CONTRA est quod in Deo nō sunt nisi duo procedentes, s. filius & spiritussanctus. Ergo sunt ibi tm̄ duæ processiones.

CONCLVSIO.

¶*Cum processiones in diuinis sequātur actiones immanētes, quæ in natura intellectuali sunt tantū duæ, intelligere & velle: duæ duntaxat processiones sunt in diuinis, verbi scilicet & amoris.*

¶RESPONDEO dicendū, q pcessiones in diuinis accipi nō possunt nisi scd̄m actiōes quę in agente manēt. Hmōdi autē actiones in natura intellectuali & diuina nō sunt nisi duę; scilicet intelligere & velle. Nā sentire, q etiā videt esse operatio in sentiēte, est extra naturā intellectualē: neq; totaliter est remotum à genere actionum quæ sunt ad extrá. Nā sentire perficitur per actionem sensibilis in sensum. Relinquitur igitur, quòd nulla alia processio possit esse in Deo nisi verbi & amoris.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, q potentia est principium agēdi in aliud. Vnde scd̄m potentiā accipitur actio ad extrá. Et sic scd̄m attributum potētiæ nō accipitur pcessio diuinę personæ, sed solum processio creaturarum.

¶Ad scd̄m dicēdum, q bonū (sicut dicit Boët. in lib. de hebdomadib9) pertinet ad essentiā, & nō ad operationē, nisi forte sicut obiectum voluntatis. Vnde, cum pcessiones diuinas secundum aliquas actiones necesse sit accipere secundum bonitatē, & hmōi alia attributa: nō accipiuntur aliæ processiones nisi verbi & amoris: secundum quod Deus suam essentiā, veritatem & bonitatem intelligit & amat.

¶Ad tertium dicendū, q (sicut suprà habitum est[c]) Deus vno simplici actu omnia intelligit, & similiter omnia vult. Vnde in eo nō potest esse processio verbi ex verbo, neque amoris ex amore, sed est in eo solum vnum verbum perfectum, & vn9 amor perfectus[c]. Et in hoc eius perfecta fœcunditas manifestatur.

mō vt ly seipsis ostēdat pprias essētias. Alio mō vt ostēdat pprias essentias cū pcisione: nō solū eorū quę sunt in suis diffinitionib9 p additamētū clausa, sed ēt trāscendētis ordinis ad similia. Et si qdē hoc scd̄o modo intelligat, vt plurimū pprie vocis ignorātia est, qm̄ huius essentię intrinsecę claudūt talem ordinem in seipsis, nec ab eo abstrahi pn̄t. primo autē mō optima est interptatio: qm̄ vnaqueq; res intrinsecū cōstitutiuū, & cōsequēter distinctiuum oportet q habeat: & qm̄ hmōi intrinseca ordinē quendā ad extrinseca habent. ideo & à Philosophis & à S. T. frequenter dr̄ hæc cōuenire p extrinseca: puta terminum obiectū subiectū, &c. Idē enim est sensus horū cū primo apud sane intelligentes. Et hic oportet valde notare in materia de potētiis, operationib9, motib9, & aliis hmōi. Ex his nanque oīm veritas facile apparet. His prælibatis, ad dubiū dicendū est: q, apud S. Th. pcessiones istæ nō distinguuntur seipsis primo, imò exponēdo ly seipsis cum præcisione ordinis trāscēdētis ad principia, 84 terminos, & cætera huiusmodi: 86 dicere q distinguātur seipsis primo, est 119 nihil dicere: & hic duo intēdebat in loco adducto, 116 vt ibidē patet: qm̄ de b d vltimate distinctiuis loquitur: 470 & principia terminósque examinat. Sed distinguitur apud ipsum formaliter per illas particulas, seu differētias in earū diffōnibus clausas intrinsecè, s. per modū silis, & per modū impulsus, vt expresse patet in litera. Et hūc sensum seruando, pōt cōcedi q, distinguūtur seipsis, sicut etiā pōt eodē mō concedi de boue & homine: nō tñ cōsueuimus hmōi sermone vti, nisi in vltimate distinctiuis & distinctis, sed non est qō faciēda de verbis. Hinc aūt patet in hoc Sco. in 13. di. prima, dissentire à S. Tho. qm̄ tenet istas processiones distingui seipsis primo, ita q in nullo conueniunt: nec tamen aliqua hoc rōne probat. Et in promptu erat & est, contra eū obiectio, quòd istæ processiones conueniunt in multis prædicatis quidditatiuis, vt puta quòd processio diuinæ personæ sit immaterialis.

a ¶*Super Quæstionis vigesimæseptimæ Articulum quintum.*

TItulus ex prædictis est clarus.

Coment. ¶In corpore vnica est cōclusio respōsiua qsito, Nulla pcessio pōt esse in diuinis nisi verbi & amoris. Probat sic, pcessiones diuinæ non pn̄t accipi nisi scd̄m actiones immanentes. ergo nō nisi secundum intelligere & velle: ergo non nisi verbi & amoris. prima consequentia probatur dupliciter: primo quia in natura intellectuali non est aliud genus actionis immanentis: constat enim Deū naturæ esse pure intellectualis. Secundo, quia sentire, quod tertium est genus immanentiū, nō est omnino extra operatiōes trāseūtes: p quāto fit ab obiecto extrinseco.

Quæstio. ¶*Num processiones diuinæ sint secundum actiones immanentes intellectus & voluntatis, an secundum actus naturæ.*

¶Circa antecedēs, qd est fundamentū dictorū & dicēdorū in materia de Tri. aduerte q dupliciter impugnari pōt à negantibus pductiones in diuinis esse ipsas actiones immanētes. in hac em̄ negatiua cōueniunt Sco. & Durādus, vt superius allegatū fuit. & cōtra Sco. quidē argumētū est, recitata eius opinione. Vnde nunc restat Durādi dicta refellere. Ipse nāq; in x. dist. primi non annuens huic rationi ad sextam distinctionē se remittit: in qua & hanc literā impugnauit, & suam fundauit opinionē. Arguit ergo q processiones diuinæ nō attendūtur penes intelligere & velle: quia hæc sunt essentialia cōmunia oībus personis, & idem realiter. pductiones autē sunt secundū oēs actus notionales: nec omnibus conueniunt & distinguūtur realiter. Opinatur aūt ipse, processiones diuinas attēdi scd̄m actus naturæ, præcisis intellectu, & voluntate, & oībus actibus eorū: & in hoc etiam à Sco. dissentit, ponēte eas attēdi scd̄m actus intellectus & voluntatis: quāuis illos actus distinguat ab intelligere & velle. Fundatq; Durandus opinionē suā sic. Cōmunicatio naturæ prouenit ex fœcunditate ipsius naturę, ergo non puenit ex intellectu & volūtate. Seclusis igitur his, sicut remanet natura, ita remanet & fœcūditas & actus cōicatiuus naturę, ergo, &c. Aīs & patet inductiue, & est p se notū, & firmatur autoritate Hilarij, omnibus creaturis substantiā volūtas attulit, &c. consequētia vero pbatur ex eo, q qualis est ordo inter aliqua, cū distinguūtur realiter silis est ordo inter illa cū distinguūtur rōne. patet aūt q nā prior est intellu & volūtate: & silr act9 naturę actib9 eorū. Et cōfirmatur, q a si calor eēt intelligēs & volēs, nō calefaceret inqtū intelligēs aut volēs, sed ex natura nūc, sicut p se: igitur & prio cōicare naturā est actus naturæ, oī alio secluso: hæc est vis positionis Du.

¶Ad

Annot. ¶A d euidentiam huius difficultatis nota primò, q natura nullū actū habere pōt, nisi ille sit actio immanēs, aut trāsiens: īpossibile nanq; est tertiū gen9 operatiōis, seu productionis inuenire, etiā si fingendi detur licētia: eo q oportet oēm actum secundū esse perfectiuū, esse agētis aut acti. & inducēdo singulas vniuersi naturas sufficiēs huic propositioni testimoniū perhibetur, etiamsi adducta ratio deesset.

¶Nota secūdo, q fœcunditas nō est conditionis naturæ: nō enim oīs natura pōt cōicare seipsam secūdū eādē rōne, seu vniuoce. sic enim nō loquimur. Cōstat nanq; solem non posse gn̄are aliū solem, & silr procul est ab intelligētiis act9 cōicatiuus propriæ naturę: cuius rō redditur inferius. q. 45. art. 5. ad primum.

¶Nota tertio, q in illa natura, cui conuenit fœcunditas, eo modo inuenitur cōicare se, quo inuenitur agere ad communicationē sui. Quū autē in diffinitione naturæ. 2. Phys. ponatur primū nō proximū principiū, non est in quacūq; natura requirendum q sit seclusa qualibet potentia proximum & immediatū principiū operationis: sed sat est q sit primum illius principium mediāte potentia eius naturali, vt in elementis & animalibus patet. Ex his autē inductiue manifestis atq; rationi cōsonis deducitur prio, q si qua est natura secunda cōicabilis p suā actionē transeuntē, illa non inquantū intelligēs, volēs aut sentiēs: sed seclusis omnibus his habet actū sui cōicatiuum per potētiā suā, qui est actio trāsiens. Si qua autē natura est fœcunda, cui repugnet cōicari per actionē transeuntē, qualis est omnis natura purè intellectualis, illa habet per potentiā vel potentias suas actū communicatiuū sui de gn̄e actionum immanentiū: & cū huiusmodi actiones in natura intellectuali non sint nisi act9 intellectus & voluntatis.

16 1. dist. 26. q. 2. ar. 1. Et di. 33. art. 1. cō. & 4. con. c. 14. co. 3. fin. Et po. qō. 2. artic. 6. cor. & q. 8. ar. 1. & opus. 3. c. 53. 166. a 214. a

QVAESTIO VIGESIMA octaua, de Relationibus Diuinis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de relationibus diuinis.

¶Et circa hoc quærūt quatuor.

¶Primo, vtrū in Deo sint aliquæ relationes reales. ¶Secundo, vtrum illæ relationes sint ipsa essentia diuina, vel sint extrinsecus affixæ. ¶Tertio, vtrum possint esse in Deo plures relationes realiter distinctæ abinuicem. ¶Quarto, de numero harum relationum.

ARTICVLVS I.

¶*Vtrum in Deo sint aliquæ relationes reales.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q in Deo nō sint aliquæ relationes reales. Dicit em̄ Boë. in lib. de trinit. q cū quis prædicamēta in diuinā vertit prędicationē, cuncta mutātur in substantiā, q̄ p̄dicari possunt:[c] ad aliquid vero oīno non pōt prædicari. Sed qcquid est realiter in Deo, de ipso prædicari pōt. Ergo relatio non est realiter in Deo.

¶Præterea dicit Boë. in eodem lib. q similis est relatio in trinitate patris ad filiū, & vtriusque ad Spiritumsanctū, vt eius quod est idem ad id quod est idem. Sed huiusmodi relatio est rationis tantum: quia omnis relatio realis exigit duo extrema realiter[c]. Ergo relationes quæ ponuntur in diuinis, non sunt reales relationes, sed rationis tantum.

¶Præterea relatio paternitatis est relatio principij. Sed cum dicitur, De9 est principiū creaturarum, nō importatur aliqua relatio realis, sed rationis tantum. Ergo nec paternitas in diuinis est relatio realis. Et eadem ratione nec aliæ relationes, quæ ponuntur ibi.

¶Præterea, Generatio in diuinis est secundum intelligibilis verbi processionē. Sed relationes quæ consequuntur operationem intellectus, sunt relationes rationis. Ergo paternitas & filiatio, quæ dicuntur in diuinis secundum

solæ nanque istæ sunt naturales potentiæ propriæ naturæ purè intellectualis: sequitur quòd si qua natura purè intellectualis est fœcunda, actus communicatiuus ipsius est actus intellectus, aut voluntatis, vel vterque. & hæc est ratio literæ huius inchoata iam à primo articulo huius quæstionis contra Arrium, &c.

¶Ad obiectiones igitur in oppositum dicitur: & primo ad primam, q ex omnibus illis nihil aliud habetur, nisi q processiones seu productiones non sunt actiones immanentes præcisè: quod nos docemus, tenentes q sunt intelligere exprimendo verbum. & similiter velle spirādo: & sic de aliis, vt inferius latius patebit. Ad radicem autem opinionis concessa antecedente propositione, negāda est sequela: quoniam stat q actus communicatiuus naturæ sit ex fœcūditate eius: & tamen non prępueniat quocunq; ordine actū intellectus aut voluntatis, eo q naturæ illi repugnat cōmunicari per aliū actū quàm intellectus aut voluntatis. Ad probationē vero sequelæ cū dicitur, qualis est ordo, &c. cōcessa maiore negatur minor quo ad id quod supponit. s. q naturæ fœcundæ debeatur actus sui cōmunicatiuus seclusis cæteris. hoc enim est falsum: vt declarauimus. Et si instetur, quia intellectus præsupponit naturā fœcundā, ergo actus intellectus pręsupponit actū naturę fœcundæ: negāda est causalis & sequela. quāuis præiacēs illius causalis sit vera: & ratio negationis est, qm̄ huiusmodi argumentationes non tenēt in subordinatis, quorū eadē est operatio: ita q primū non nisi per secundū operari pōt, vt contingit in proposito. Et si quæratur causa quare natura non potest seclusa potētia operari, nulla est alia ratio, nisi quia est natura. debetur enim sibi ex hoc esse primū, non proximū operis principiū. repugnat enim naturę cōicari p talē priorē actū, vt diximus. Falli autē videtur imaginatio ex hoc q imaginatur quis naturā & intellectū se habere quasi duas naturas: cū tamen ad ppositū oporteat imaginari q intellectualitas sit differentia constitutiua naturæ in tali ordine, seu gn̄e rerū q aut sit infœcunda, aut fœcūditas eius sit per actus intelligibiles: & sic est in rei veritate. Et ex hoc patet nihil officere proposito veritatē illius conditionalis, de calore & similibus: quoniā veræ sunt de formis cōmunicalibus p actionē ad extra. & quas fingimus habere se vt sic ad intellectualitatem vt proprietatem: & non vt determinatiuam differentiam ad modum communicationis sui, vt in proposito accidit. Vnde processiones diuinæ putandum est q omnium processionum in se perfectione præhabeant eminenter. Et quia sunt ex fœcunditate naturę, ideo sunt actus ipsius cōicatiuæ. Et quia sunt in natura purè intellectuali, ideo sunt actus intellectus & volūtatis. Et quia sunt perfectæ simpliciter, ideo neutra multiplicat, &c.

¶*Super Quæstionis vigesimæ octauæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo ly reales, quid significet patet: quare autē addatur, In corpore, litera dicet: quia scilicet non oēs relationes sunt reales. ly sint in Deo significat modum essendi in Deo formaliter. Et qm̄ in numero plurali quęritur: insinuantur & quod intendit an in Deo sint plures relationes reales: & quòd de relationibus ad intra est quæstio. Relationes enim ad extra & superius tractatæ sunt, & magis essent Dei ad alia, quàm in ipso Deo secūdū seipsum: quo modo de eo loquimur.

Coment. ¶In corpore tria facit: primo proponit conclusionem respōsiuā: secundo tractat illum terminum reales: tertio probat conclusionē. Quo ad primum cōclusio responsiua

generationem, sunt relationes rationis tātum.

¶SED CONTRA est, quòd pater non dicitur nisi paternitate, & filius filiatione: si igitur paternitas & filiatio non sunt in Deo realiter, sequitur, quòd Deus non sit realiter pater aut filius, sed secundum rationem intelligentiæ tātum: quod est hæresis Sabelliana[c].

CONCLVSIO.

¶*Relationes, quæ in diuinis, cum sint secundū processiones in identitate naturæ, reales quædam in diuinis esse relationes necessarium est.*

¶RESPONDEO dicendū, q relatiōes quędā sunt in diuinis realiter. Ad cui9 euidentiā cōsiderandū est, q solū in his quæ dicuntur ad aliquid, inueniuntur aliqua secundū rationē tātū, & nō secundū rē. Quod nō est in aliis generibus: quia alia genera (vt quantitas & qualitas) secundum propriā rationē significāt aliquid alicui inhærēs. Ea vero quæ dicuntur ad aliquid significāt secundum propriā rationem solum respectū ad aliud. Qui quidē respectus aliquādo est in ipsa natura rerum, vtpote quando aliquæ res secundū suā naturam adinuicem ordinatæ sunt, & inuicem inclinationem habent[c]. Et huiusmodi relationes oportet esse reales. Sicut in corpore graui est inclinatio & ordo ad locum medium. Vnde respectus quidam est in ipso graui respectu loci medij: & similiter est de aliis huiusmodi. Aliquando vero respectus significatus per ea quæ dicuntur ad aliquid, est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis vnum alteri: & tunc est relatio rationis tātum. Sicut cum cōparat ratio hominem animali, vt speciem ad genus. Cum autem aliquid procedit à principio eiusdem naturæ, necesse est quòd ambo, scilicet procedens & id à quo procedit, in eodem ordine cōueniant[c]. & sic oportet quòd habeant reales respectus adinuicem. Cū igitur processiones in diuinis sint in identitate naturæ (vt ostensum est[c]) necesse est q relationes quæ secundum processiones diuinas accipiuntur, sint relationes reales.

quęsito affirmatiue est, Relationes quædam sunt in diuinis realiter. Quo ad secundū, & redditur ratio quare apponatur supra relationē realitas, & quis sit respectus realis, & quis rationis. Ratio primi est differentia inter ad aliquid 160 & alia genera: qm̄ cæterorū generū oīa sunt secūdū rē: ad aliquid verò aliqua sunt secundum rationē tm̄, & aliqua secundum rē. Et nascitur hæc differentia ex vna alia. s. q cętera secundum propriam rationē significat aliquid alicui inhærere, ad aliquid vero secundū propriā rationē significat tm̄ respectū ad aliud.

Quæstio. ¶*Num in solo genere ad aliquid inueniantur aliqua secundum rem, & aliqua secundum rationem.*

¶Circa hæc dicta multa 74 sunt dubia. primo circa primam differētiam ex parte vtriusque extremi. Ex parte quidem ad aliquid, sic. Ad aliquid, vt est vnum genus distinctū contra alia genera secundum propriā rationem suam formalem. est ens reale: qm̄ est pars, membrū seu modus entis realis, diuisi in decē genera. ergo falsum est, q hoc sit singulare in genere ad aliquid, q aliqua inueniātur secundū rationē. Et si diceretur, q hic non est sermo de ad aliquid, vt est vnū genus, sed vt est 161 analogū quoddā ad omnia 163 relatiua. a Repellitur hæc responsio ex litera distinguente ad aliquid contra alia genera. Constat enim distinctū contra genera, vnum ex generibus esse. Ex parte autem reliquorum generum dubitatur. Quoniam in omnibus videtur inueniri aliquid secundum rem, aliquid secundum rationem. rosa enim intellecta, substantia est secundum rationem: & similiter triangulus abstractus, & sic de aliis. ergo non est proprium relationi haberi aliquid secundum rem, & aliquid secundum rationem. In genere quoque quantitatis inueniuntur vtroque modo species reales, quidem vt corpus, rationis autem formaliter, vt tempus, saltem apud sanctum Tho. ergo.

Quæstio. ¶*Num quoduis aliud genus entis præter ad aliquid significet aliquid inhærens alicui, & ipsum ad aliquid significet solum ad.*

¶Circa secundam differentiam dubium quoque vtrinque occurrit. Ex parte quidem ad aliquid simile præmisso: quoniam genus ad aliquid non significat ex propria ratione solum ad, sed ad reale: alioquin pars entis realis non esset formaliter. Ex parte vero aliorum generum: quoniam actio secundum propriam rationem non significat aliquid alicui inhærens, vt etiam sanctus Tho. testatur alibi, id est, in quæst. de potentia. quæst. 8. art. 2. Non ergo omne aliud genus accidentis secundum propriam rationem significat aliquid inhærens alicui.

¶Ad has dubitationes ordine retrogrado respondendo, vt à radice inchoemus: dicendum est quòd ad aliquid seu relatio secundum propriam rationem nihil aliud est, quàm id quo primo à cæteris diuersum est. hoc autē neque est esse ens, neque esse accidens, seu inhærens, neque esse quid reale: quoniā hæc omnia communia sunt: sed est ad aliud se habere, quod dictione simplici optimè significatur per ly ad. Et propterea quandocunque de ad aliquid seu relatione secundū propriam rationem loquimur, de ad est sermo. Et quoniā multæ relationes sunt reales, multæ rationis tantum, & quælibet habet suum ad consequens est ad inquantum ad neque reale neque rationis ens necessario sit: sed vtrunque permissiuē. Nec inconuenit aliquod sic abstrahens à reali, esse secundum quandam sui partē modificatum ad differentiam entis realis. & quoniam in illa parte includitur formaliter ly. Ad tanquam proprium distinctiuum, licet modificatū, idcirco etiam de relationibus realibus loquēdo formaliter, secūdum id quod est eis proprium, quo distinguntur à reliquo rerum genere, intelligi potest de ad inquantum ad. Et sic patet, quòd non refert quandoque loqui de ad aliquid, & de ad aliquid reali, cum, scilicet, loquimur de eis secundū eam conditionem simplicem, quæ est eis propria: quia interpretandum est vtrobique de ad. hoc enim non solum est inter simplicia proprium, vt de se patet. Et per hoc patet respōsio tam ad primū quàm ad secundum dubiū ex parte ad aliquid. Et patet ratio quare dicatur: q relationes secundum propriam rationem nihil ponunt in relatiuo. &c. hæc enim omnia quantum est ex ratione ad, vt sic vera sunt: quanuis ex tali ad, puta reali falsa

essent. Et propterea cautè loqui oportet: nam aliter loquendum est de speciebus & vniuersaliter relationibus necessario realibus ex propriis rationibus, vt paternitas & filiatio, & alia huiusmodi: & aliter de relationibus absolutè: istæ enim significant tantum ad aliquid, illæ vero ad aliquid reale. Ad obiectionem vero ex parte aliorum generum in secundo in dubio dicitur, quòd litera non comparat ad aliquid ad cætera omnia genera in secunda differentia: sed ad genera absoluta, vt scilicet quantitatē & qualitatē, quæ tantum in litera exprimuntur, Et hanc esse San. Tho. mētem testantur verba eiusdem in primo distinctio. 26. quæst. 2. articu. primo expresse in hac differentia explicantis omnes alias formas absolutas. Et ꝓpterea
266 si actio est forma absoluta, quicquid sit de modo significandi de quo loquitur autor in quæstio. de potentia: ex parte rei & est & habet quod significetur inhærens. Si autem est forma respectiua, nihil obstat proposito. Posset tamen concessa extensione ad alia genera dici, quòd per ly Inhærens, intelligitur nō hoc quod significat formaliter hoc vocabulum inhærens: sed omnis modus essendi, ex sua ratione formali significans esse in rerum natura. Et hoc modo
74 clauduntur omnia genera
117 alia ab ad aliquid, etiā substantia: imò & reliqua entia, siue in genere siue extra genus. Et hanc
118 esse mentē literæ sumi pōt eo, q, nec propria ratio qualitatis, nec quātitatis consistit in inesse: cum inesse cōmune sit omnibus generibus accidentis, sed consistit in quodam modo inessendi: tali tamen, q, ex proprio sibi soli formali ponit aliquid in rerum natura: cuius oppositum in relatione intendebat litera ostēdere.

¶Ad primum vero dubium ex parte aliorum generum dicitur, quòd procedit ex malo intellectu assignatæ differentiæ. Relatio enim est (vt sic loquar) essentia quædam, cuius quibusdam subiectiuis partibus repugnat esse in rerum natura: & vendicant sibi esse rationis tantum, quibusdam autem conuenit esse in rerum natura. Et rursus relatio est tale ens, cui additum esse in ratione non est conditio diminuens, sicut in aliis. rosa enim secundum rationem est rosa, neque Homerus in opinione est Homerus. Relatio autem in ratione est vera relatio. Et iterum relatio non secundum aliquid non est ens naturæ, & secundum aliquid rationis, puta complexiue, sed simpliciter quandoque est ens rationis. Et per hoc patet responsio ad obiecta. tempus enim & similia complexiue tantū pendet à ratione. Nec rosa aut triangulus, secundum esse rationis est vera rosa, aut triangulus verus. Nec distinctio rosæ in esse naturæ & esse rationis est distinctio diuersarum quidditatum: quarum vna sit ens reale, & altera sit ens rationis: vt in relatione contingere diximus: sed est distinctio vnius & eiusdem secundum diuersos modos essendi, scilicet simpliciter vel secundum quid.

Cōment. ¶Quis autem sit respectus realis, & quis rationis, explanatur distinguendo quòd respectus quandoque est in ipsis naturis rerum: quandoque in apprehensione rationis tātum: & ille quidem est, cum duæ aliquæ res inclinationem seu ordinem adinuicem habent, vt patet de graui & loco deorsum: iste autem est cum ratio confert vnum alteri, vt ostenditur in specie & genere.

¶Aduerte hic duo. Primum est, ꝙ litera interpretanda est de relationibus realibus mutuis: quoniā de his intendimus, & de ordine seu inclinatione fundamentali, vt quæstio. 13. expositum est. Secundum est, ꝙ nomine rationis conferentis, intelligendus est intellectus quouis modo intelligens vnum in comparatione ad alterum, vt vniuersalis sit doctrina, quot autem modis hoc contingat in 1. senten. distin. 26. quæst. 2. arg. 1. & quæstio. de potentia quæstio. 7. art. 11. habes.

¶Num omnis relatio rationis sit ex solo ipsius intellectus opere.

Quæstio. ¶Circa hanc partem dubium occurrit ex 45. distinc. primi ipsius Sco. putantis ꝙ non omnis relatio rationis sit ab intellectu, sed aliqua à voluntate, & aliqua ab imaginatiua: probátque hoc tali ratione. Omnis potentia potens habere actum circa obiectum existens, non vt existens, & illud obiectum comparare ad aliud ad quod ex natura rei nō comparatur, potest in obiecto vt obiectū est, causare relationem ipsius ad aliud: sed voluntas est huiusmodi, quoniam potest vti Deo ad creaturam & aliis similiter. ergo potest causare huiusmodi relationē. Tunc vltra talis relatio constat quòd non est realis: ergo rationis, non per opus intellectus

¶Ad hoc ex 5. & 6. metapysicæ, dicendum est, ꝙ quum ens non inueniatur distinctū ac tractatum nisi in ens per se diuisum in decem genera: & ens per accidens discussum in 6. metaphysicæ: & ens verum in 5. inchoatum & in 6. determinatum: fictio videtur ponere alium modum essendi: ipse nanque Aristoteles ens in anima sufficienter se determinasse putauit determinando de ente vero. Vnde huiusmodi relationes nullum aliud habent actuale esse, nisi quoniam propositio de ipsis est vera. Distinguendum tamen est quòd relatio rationis potest considerari dupliciter. Vno modo secundum suū esse, & sic nō habet esse nisi in intelligi. Alio modo secūdum suā quasi proximam causam seu fundamentum: & sic causatur & à voluntate & ab imaginatiua: imò etiam à visu exteriori: visus nanque attingendo colorem, causat in eo relationem visi ad videntem. Et similiter dextrum animalis causat relationem dexteritatis in columna: & tamen hæ relationes non sunt actu nisi cum intelliguntur. Vnde cum voluntas ex se distincta contra rationem, & similiter quælibet alia potentia sic causent relationem in obiecto: quia non alio modo causant, quàm si essent causæ naturales in patiente disposito, &c. efficerent vt resultaret relatio realis. faciunt enim & hoc modo vt resultet relatio rationis: quādo ens rationis esse potest. hoc autē quum consistat in intelligi, nunquam est actualiter nisi intelligatur: præexistentibus nanque prædictis fundamentis quasi habitualiter est. Vnde Maior Scoti intellecta de causalitate & relatione rationis secūdum esse actuale, falsa est: vera autem secundū esse fundamentale. Et propterea in litera dicitur, ꝙ huiusmodi 128 respectus est in sola apprehensione rationis.

Cōment. ¶Quo ad tertium probatur proposita conclusio sic, quandocunque aliquid procedit à principio eiusdem naturæ, ambo sunt eiusdem ordinis; & consequenter habent reales respectus adinuicem: sed processiones in diuinis sunt in identitate naturæ: ergo relationes secundū processiōes diuinas sunt reales 168: quod erat intentum, a oīa ex dictis clara sunt.

Annota. ¶In responsione ad primū nota nouitie, quòd quia prædicari fundatur super inesse, eadem 166 ratione qua relatio ex propria ratione non inest, & tamen secundum rem quandoque inest, dicitur etiam quòd non prædicatur & tamē prędicatur sic, scilicet per modum ad aliud.

¶In responsione ad secundum habes, quòd relatio identitatis specificæ seu genericæ est relatio realis mutua, ex illo verbo, Secus autem est, &c. quāuis etiā si hoc non diceretur, posset ratione conuinci. Quia non minus duæ humanitates similes sunt in natura, quam duæ albedines: sed relatio similitudinis specificæ inter duo alba est realis: ergo & inter duos homines, &c. Et est hoc valde notandum & aduertendū, quū tractatur de fundamento relationis, aut de distinctione relationis à fundamento. Habes enī hinc ꝙ relatio immediate fundatur in substātia, & ꝙ distinguit̄ realiter à fundamēto, qm constat apud S. Tho. huiusmodi relationes esse accidentia in prædicamento relatiōis posita. Nec obstat primo dicto, q, alibi dicatur relationē oportere fundari in substantia mediantibus aliis generibus ꝓpter sui debilitatem: hoc enī intelligitur non realiter, sed formaliter. Similitudo enim est relatio, quæ dicitur fundari supra quantitatē: quia vnum fundat illam, vt patet 5. metaphysi. & tamen constat quòd secundum rem qualitates & vniuersaliter formæ eiusdē rationis fundant illā, sub ratione tamen vnius, prout vnum in substantia facit idem, in quantitate æquale, in qualitate simile. Secundo autem dicto quomodo reliqua consonent, posterius perscrutandum est.

a *¶Super Quæstionis vigesimæoctauæ Articulum secundum.*

Titulus in corpore artic. clarificatur.

Cōment. ¶In corpore tria facit. Primo refert errorem quendam. Secundo tractat radicem recitati erroris. & eliciēdæ veritatis. Tertio ibi (quicquid autem) respondet quæsito secundum veritatem. Quo ad primum tria dicit. Primum errorem circa quæsitum, scilicet relationes in diuinis sunt assistentes seu extrinsecus affixæ: Secundum est quòd hic error dicitur quòd fuit Gilberti Porretani. Tertium est, quòd dicitur errorem suum postmodum reuocasse.

¶Quo ad secundum tria dicuntur. Primo distinguitur tam relatio quàm quodcunq; aliud genus accidentis in duas rationes formales. quarum altera cōmunis est oībus hmōi generibus: & hæc est ratio accidētis, id est, inesse subiecto, qm accidētis esse est inesse. Altera est propria rō vniuscuiusq; eorū: & penes hanc, relationis genus differt ab aliis absolutis: q, aliorū propriæ rōnes significant rem in ordine ad subiectū. relationis aūt nō in ordine ad subiectū, sed terminū, id est differunt quo ad affirmationē & negationē. huius causalis à ex propria rōne ponit aliquid in subiecto. Affirmatiua enim est vera in aliis generib⁹. Negatiua autem in relatione, vt ex supradictis patet. Secūdo quòd relationes etiā in rebus creatis si sumantur secundū id qđ habent ex propria rōne relationis tantum: sic sunt assistentes, Si aūt secundū id qđ habent inquantū sunt accidentia, sic sunt inhærentes. Tertio quòd ratio erroris Gilberti fuit, quia considerauit relationē secūdum id tantum quod ex propria ratione habent: propterea enim dixit eas extrinsecus affixas. Si enim inhæsionem cōsiderasset, vt litera subsequenter facit, aliter dixisset.

¶Quo ad tertiū ergo vnica ponitur cōclusio responsiua cū vno corollario. Conclusio est. Relatio realiter existens in Deo, est idē essentię secundū rem. & nō differt nisi secūdū rōnē. Et ꝓbat̄ quo ad primam partē sic: quicquid in rebus creatis habet esse accidētale, translatū in Deū, habet esse substātiale, ergo relatio in Deo existēs habet esse essentiæ. Antecedēs ꝓbat̄: qa in Deo nihil est vt accidēs in subiecto, sed quicquid est, est eius substātia: cōsequētia vero, qa relatio in creaturis, ex parte in, habet esse accidentale. Quo ad secundā autē partē sic: in relatione importatur respectus ad suum oppositum: in essentiæ vero nomine non. ergo, &c.

Annot. ¶Corollarium est: esse relationis, & esse essentiæ in Deo, est omnino vnū & idē. Vbi diligenter aduerte ꝙ, qa esse in, significat esse actualis existētiæ accidētis in proposito. Actualis autē existentia etiam relationis nō est ad aliquid, vt expresse docet S. Th. in primo dist. 33. q. 1. art. 1. ad primū. Ideo actualis existentia relationis diuinæ est omnino idem cū actuali existentia ipsius diuinæ essentiæ, qa non differt ab illa etiā rōne, sicut quidquid relationis intelligitur differre à qđ quid est essentiæ, vt respectiuū ab absoluto. Et hoc est quod Aug. dixit, ꝙ idem est quo pater est Deus, & quo est: nō autē eo pater, quo Deus, & sic habemus non solum realem identitatē relationis cum essentia, sed omnimodā idētitatem existentiæ vtriusq;. Et propterea vna est actualis existentia omniū diuinarum relationum,

quāuis

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ aliquid dicitur omnino nō prædicari in Deo secundum propriā rationē eius quod dicitur ad aliquid, inquantum s. propria ratio eius quod ad aliquid dicitur, nō accipitur per cōparationem ad illud cui inest relatio, sed per respectū ad alterū: nō autē ꝑ hoc excludere voluit, ꝙ relatio non esset in Deo, sed quòd nō prædicaretur per modum inhærentis secundū propriam relationis rationem, sed magis per modum ad aliud se habentis. [e]

¶Ad secundum dicendum, quòd relatio quæ importatur per hoc nomen idem, est relatio rationis tantum. si accipiatur simpliciter idē: quia huiusmodi relatio non potest consistere nisi in quodam ordine, quem ratio adinuenit alicuius ad seipsum secundum aliquas eius duas considerationes. Secus autem est, cū dicuntur aliqua eadem esse non in numero, sed in natura generis, siue speciei. Boë. igitur relationes quæ sunt in diuinis, assimilat relationi idētitatis: non quantū ad omnia, sed quantum ad hoc solum, quod per huiusmodi relationes non diuersificatur substantia, sicut nec per relationem identitatis.

¶Ad tertiū dicēdum, ꝙ cū creatura procedat à Deo in diuersitate naturæ, Deus est extra ordinem totius creaturæ [e], nec ex eius natura est eius habitudo ad creaturas. Nō enim producit creaturas ex necessitate suæ naturæ [e], sed per intellectum & per voluntatem, vt suprà dictum est [e]. Et ideo in Deo non est realis relatio ad creaturas, sed in creaturis est realis relatio ad Deum: quia creaturæ continentur sub ordine diuino, & in earū natura est quòd depēdeant à Deo. Sed ꝓcessiones diuinæ sunt in eadem natura. Vnde non est similis ratio.

¶Ad quartum dicēdum est, ꝙ relationes quæ consequuntur solam operationem intellectus, in ipsis rebus intellectis sunt relationes rationis tantū: qa scilicet eas ratio adinuenit inter duas res intellectas. Sed relationes quæ cōsequūtur operationē intellectus, quæ sunt inter verbū intellectualiter ꝓcedens, & illud à quo procedit, nō sunt relationes rōnis tantum, sed rei [e]. quia & ipse intellectus & ratio est quædā res: & cōparatur realiter ad id quod ꝓcedit intelligibiliter: sicut res corporalis ad id quod procedit corporaliter. Et sic paternitas & filiatio sunt relationes reales in diuinis.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum relatio in Deo sit idē quod sua essentia.

1. dist. 33. articu. 1. Et 4. con. capi. 14. co. 2. & 3. Et po. q. 8. ar. 2. & quol. 6. arti. 1. Et opus. 3. cap. 52. 55. & 57. Et opus. 9. q. 6. & 10. 16. l. 4. fin.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ relatio in Deo non sit idem qđ sua essentia. Dicit enī Augu. in 5. de trini. ꝙ non omne quod dicitur in Deo, dicitur secundum substantiam. Dicitur enim ad aliquid sicut pater ad filium. Sed hæc non secundum substātiā dicuntur. Ergo relatio non

quanuis inter se distinguantur realiter ipsæ relationes.

a *¶Num relatio distinguatur realiter à fundamento.*

Cōment. ¶In respōsione ad secūm, circa illa verba (id quod inuenitur in creatura, præter id quod cōtinet sub significatione nōis relatiui, est alia res: in Deo aūt non est alia res, &c.) dubiū magnum est de relationis distinctione à fundamento, & simplr: & in doctrina. S. Tho. Quidam enī etiam Tho. tenēt relationē esse eandem rē cū fundamēto. Quidam aūt tenēt ꝑ distinguit̄ realiter à fundamēto. Alij aūt tenent quasdā relationes idētificari fundamētis, quasdā vero distingui realiter ab eis. Quid aūt horū veri⁹ sit, aut secūdū mentē S. T. ex rōnibus & propositionibus suis discutere oportet. Opinio ergo prima cōsona videt̄
7 S. Th. ex quatuor ꝓpositionibus eius.
13 Prima est cōis oībus, scilicet, esse ꝓpriū vniuscuiusq; formæ simplicis incipit & desinit cū illa. Scđa etiā cōis est quinto phy. relatio generatur in aliquo nulla mutatione in eo facta. Tertio ꝓpria scilicet Tho. inesse cuiusq; formæ accidētis, distinguit̄ realiter essentia accidētis, & ab ex esse subiecti. Quarta etiā ꝓpria sancti Tho. inesse relatiōis non est ad aliud se habere. Ex his enī sequit̄, ꝙ forte solo existēte albo, similitudo coalborū nō est, genito autē ꝑone albo in Sor. est similitudo: & nullū absolutū de nouo acq̄siuit.
110 alioqn vere mutatus esset. Ergo aut inesse similitudinis est idē qđ inesse albedinis, & cōsequēter similitudo est idē ꝙ albedo secūm rē: aut præerat inesse similitudinis absq; similitudine: quod est cōtra primā propositionē. Simplr autē & ad hoīem fundat̄ hæc opinio sup iacto fundamēto, s. gnationis absq; mutatiōe. Super cōpositiōe: qa, s. nō est cōpositius albū sile q̄ albū, & expresse in q. 7. de potētia Dei. ar. 8. dicit̄, ꝙ relatio non cōponit cū eo cuius est. Et super minima sua entitate inter cætera prædicaméta, vt dicit Auer. in 12. meta. cōment. 19. ꝑ hoc enī oportet ꝙ sit minoris entitatis quàm tēpus, quod est vtcunque ens sine anima, vt dicit̄ 4. phy. Opinio vero distinguens quasdā relationes à fūdamētis, & quasdā nō, est Scoti in secūdo distinct. 1. qō. 5. & in tertio. di. 8. & in quolibetis. quęst. 3. tenētis has duas vniuersales. Relatio, cuius fundamentum potest remanere sine termino, distinguitur realiter à fundamento. Altera est. Relatio, cuius fundamentum non potest esse sine termino, est eadem realiter fundamento. Probátq; vtranq; propositionē ex eadem radice: primā quidem, quia ex quo non implicat contradictionē, fundamentū remanere absq; relatione: sequitur ꝙ sunt duæ res. implicat enim vnā & eandē rem, simul esse & nō esse: secundū vero ex opposito: qa ex quo implicat cōtradictionē, fundamentū esse sine relatione, sequitur ꝙ sunt vna res. Opinio vero dicens relationem oēm realem distingui realiter à fundamento, est sine dubio S. Tho. quāuis multi Thomistæ ipsum non intellexerint: habetúrq; manifeste & ex autoritatibus eius, & sequitur ex propositionibus suis. Manifeste siquidem in hac litera ponit differentiam inter relationem in creaturis & in diuinis, quo ad hoc, ꝙ in creaturis id quod inuenitur præter contentum sub significatione nominis relatiui, est alia res: in diuinis autē est eadem. constat autē ꝙ fundamentū non cōtinetur sub significatione nominis relatiui. Habentur quoque propositiones indubitatæ, apud eum tres. Prima est, quòd nulla substātia in gn̄e, potest idē esse realiter quod relatio, vt patet in quæst. de potentia. quæstio. 8. ad primum. Secunda est: aliqua relatio realis fundatur immediate in re quæ est substantia, vt patet in art. præcedente de relationibus similitudinis seu identitatis specificæ: ita ꝙ inficiari non potest: patet quoq; ex relatione creationis passiuæ, de qua in suo loco erit sermo. constat enī eam supra substantiā fundari. Tertia autē, quæ ex istis manifeste sequitur ꝙ in realibus relationibus creaturarū relationes sunt substantiis, & cōpositionē faciūt accidentis ad subiectū, vt patet in primo sentētiarū dist. 33. qō. 1. ar. 1. in calce corporis. Ex his enī manifeste sequit̄ ꝙ omnis relatio realis fūdata immediate in substātia, distinguitur realiter à fundaméto apud S. Tho. Ex his autē & radice primæ propositionis deducitur alia vniuersalis simpliciter, s. quòd oīs relatio realis in creaturis distin b
guitur realiter à funda- 211
mento. Habetur enī ex 218 his, ꝙ relatio realis fundata in substantia habet propriū esse in, & ꝓpriū esse ad. & quū constet ꝙ
esse in, est eius actualis 69
existētia: sequit̄ ꝙ genus generalissimū relationis
est forma habens pro- 79
priam existētiā: & cum nō per accidēs sit res cui debeat̄ inesse, qm ly accidēs essentialiter prædicatur de eo: cōsequēs est ꝙ cuilibet suo inferiori hoc conuenit. Et confirmat̄, qa alioqn nō prædicaret̄ accidens in primo modo dicendi per se de qualibet relatione contenta sub gn̄e ad aliquid: & tenet sequela: qa non ex seipsa formaliter esset res ex qua flueret inesse:
sed ex forma fundamē- b d
ti tantum. Radix aūt pri- 211
mæ ꝓpositionis est quia est diffinita ad vnum genus: & per cōsequēs ex-
cluditur ab alio gn̄e, vt 218
ibi dicitur, hæc enim rō, si bona est ac sufficiens, infert distinctionē quoque realem relationis à quātitate & æqualitate:
oportet enī maiorē seu 69
antecedens sic formare, 79
Res diffinita ad vnū genus realiter excludit̄ ab alio gn̄e: sed substantia creata, &c. & silr æquè vera est subsumptio. sed qualitas est diffinita ad vnum genus: ergo. Est igitur mens San. Tho. ꝙ oīs relatio realis prædicamenti ad aliqđ distinguit̄ realr à fundamēto. Quòd autē positio hæc magis cōsonet veritati, ex doctrina Aristo. 12. meta. ponentis alia esse principia relationis, & alia qualitatis, & aliorū generū, percipi potest: & ex ratione adducta, scilicet ꝙ relatio est essentialiter accidens: & cōsequenter habet pro-
priū in, vtpote secūm pro 25
priam essentiam, & ex solutione obiectionum ad oppositū. ad rōnē igit̄ Sco. dicit̄ ꝙ falso innitit̄ fundamēto. multa enim sunt distincta realiter, quorū vnū implicat cōtradictionē esse sine altero: vt patet apud ipsum de partibus essentialibus simul sumptis, & tertia entitate, & vniuersaliter de illis, inter quæ est essentialis depēdentia. Nec prodest dicere ꝙ, ipsemet Sco. fecit hāc exceptionem: satis est enim proposito, ꝙ nō posse esse sine altero, nō infert indistinctionem realē. Et sicut tu de essentiali dependentia excipis, ita & aliis licebit excipere de necessaria connexione, &c. Nec etiam est verū vniuersaliter, ꝙ remanens distinguatur realiter à corrupto: vt manifeste patet in calore remisso. non enim distinguitur realiter à seipso prius intenso. Vnde radix illa sic absolute: in distinctionē realē non probat vniuersaliter, quāuis suadeat. Quòd autē vtatur illa Arist. in Topi. & vti illa possumus, alterius est negotij. hæc enī sufficiunt proposito. Ad rōnes vero primæ opinionis dicitur: & primo ad primā, quæ maximā vim habet: ꝙ in esse similitudinis Sorte tū existēte albo, neq; oīno est, neq; oīno nō est: sed quodāmodo est, & quodāmō nō est: est enī incōplete, nō est autē complete: & qm esse actualiter sonat esse cōplete, ideo ista negatiua est vera, inesse relationis nō est: cū qua tū stat veritas affirmatiue cū cōditione secūm quid, s. inesse relatiōis est quodāmō, id est, incōplete: & ꝓpter debilitatē sui esse ex sola appositiōe termini cōpletur: resultāte siquidē ad, resultat & cōplementū ipsius in. qm

est diuina essentia.

¶Præterea, Aug. dicit 7. de tri. Omnis res quę relatiue dicitur, est etiā aliquid excepto relatiuo: sicut homo dominus, & homo seruus. Si igitur relationes aliquæ sunt in Deo, oportet esse in Deo aliquid aliud præter relationes. Sed hoc aliud non potest esse nisi essentia. Ergo essentia est aliud à relationibus.

¶Præterea, Esse relatiui est ad aliud se habere, vt dicitur in prædicamentis. Si igitur relatio sit ipsa diuina essentia, sequitur quod esse diuinæ essentiæ sit ad aliud se habere. Quod repugnat perfectiōi diuini esse: quod est maxime absolutum & per se subsistens, vt suprà ostensum est [e]. Non igitur relatio est ipsa essentia diuina.

¶SED CONTRA, Omnis res quæ non est diuina essentia, est creatura. Sed relatio realiter competit Deo. Si ergo non est diuina essentia, erit creatura. Et ita ei non erit adoratio latriæ exhibenda. Contra quod in præfatione cantatur. Vt in personis proprietas, & in maiestate adoretur æqualitas.

CONCLVSIO.

¶Relatio realiter in Deo existens, idem est essentiæ secundum rem: non differt autem nisi secundum rationem, quod relatio importat respectum ad oppositum, essentia autem non.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ circa hoc dicitur Gilbertus Porretanus errasse, sed errorē suum postmodū in Remensi concilio reuocasse. Dixit enim quòd relationes in diuinis sunt assistentes, siue extrinsecus affixæ [e].

¶Ad cuius euidentiam considerandū est, ꝙ in quolibet. 9. generū accidentis est duo considerare. Quorū vnum est esse quod cōpetit vnicuiq; ipsorū secundū quod est accidens: & cōmuniter in omnibus est inesse subiecto. Accidentis enī esse est inesse. Aliud quod pōt considerari in vno quoq;, est propria ratio vniuscuiusq; illorū generū. Et in aliis quidem generibus à relatione, vtpote quantitate & qualitate, etiam propria ratio generis accipitur secundū cōparationē ad subiectū. Nam quantitas dicitur mensura substantiæ: qualitas vero dispositio substantiæ. Sed ratio propria relationis nō accipitur secūdū comparationem ad illud in quo est, sed secundū cōparationem ad aliquid extra. Si igitur cōsideremus etiam in rebus creatis relationes secundum id ꝙ relationes sunt, sic inueniūtur esse assistētes non intrinsecus affixæ, quasi significantes respectū quodāmodo contingentē ipsam rem relatam, prout ab ea tendit in alterū. Si vero consideretur relatio secundū ꝙ est accidēs, sic est inhærens subiecto, & habēs esse accidentale in ipso. Sed Gilbertus Porretanus considerauit relationē primo modo tātum. Quicquid autē in rebus creatis habet esse accidentale, secundū ꝙ trāsfertur in Deū, habet esse substantiale. nihil enim est in Deo vt accidens in subiecto: sed quicquid est in Deo, est eius essentia. Sic igitur ex ea parte qua relatio in reb⁹ creatis habet esse accidentale in subiecto, relatio realiter existēs, in Deo habet esse essentiæ diuinæ, idē omnino ei existēs. In hoc vero ꝙ ad aliquid dicitur, nō significatur aliqua habitudo ad essentiā, sed magis ad suū oppositum. Et sic manifestum est ꝙ relatio realiter existens in Deo, est idem essentiæ secundū rem, & non differt nisi secundum intelligētiæ rationem, prout in relatiōe import̄ respectus ad suum oppositum, qui non importatur in nomine essentiæ. Patet ergo ꝙ in Deo nō est aliud esse relationis & esse essentiæ, sed vnum & idem.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ verba illa Aug. non pertinent ad hoc quòd paternitas, vel alia relatio quæ est in Deo secūdum esse suum, non sit idem quod diuina essentia, sed quòd non prædicatur secundū modū substantiæ, vt existēs in eo de quo dicitur: sed vt ad alterum se habens. Et propter hoc dicūtur duo tantū esse prædicamēta in diuinis: qa alia prædicamēta important habitudinem ad id de quo dicūtur, tam secūdum suum esse q̄ secundum proprij generis rationē. Nihil autem quod est in Deo, potest habere habitudinē ad id in quo est, vel de quo dicit̄, nisi habitudinē idētitatis propter summā Dei simplicitatē.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut in rebus creatis, in illo quod dicitur relatiue, non solū est inuenire respectū ad alterū, sed etiam aliquid absolutum: ita & in Deo. Sed tamen aliter, & aliter. Nā id quod inuenitur in creatura, præter id qđ cōtinetur sub significatione nominis relatiui, est alia res. In Deo autē non est alia res, sed vna & eadem [e]: quæ non perfecte exprimitur relationis noīe, quasi sub significatione talis nominis cōprehensa. Dictū est enī suprà [e], cū de diuinis nominibus agebatur, ꝙ plus continetur in perfectione diuinæ essentiæ, q̄ aliquo noīe significari possit. Vnde nō sequitur, ꝙ in Deo, præter relationē, sit aliquid aliud secundum rem, sed solum considerata nominum ratione.

¶Ad tertium dicendū, quòd si in perfectione diuina nihil plus contineretur, quàm quòd significat nomen relatiuum, sequeretur quòd esse eius, esset imperfectum, vtpote ad aliquid aliud se habens: sicut si non contineretur ibi plus, quàm quod nomine sapientiæ significatur, non esset aliquid subsistens. Sed qa diuinæ essentiæ perfectio est maior quàm quòd significatione alicuius nominis comprehendi possit, non sequitur, si nomen relatiuum, vel quodcunque aliud nomen dictum de Deo, non significat aliquid perfectum, quod diuina essentia habeat esse imperfectum: quia diuina essentia comprehendit in se omnium generum perfectionem, vt suprà dictum est [e].

ARTICVLVS III.

¶Vtrum relationes quæ sunt in Deo, realiter adinuicem distinguantur.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videt̃, q̃ relationes, quæ sunt in Deo, realiter abinuicē nō distinguantur. Quæcunq; enim vni & eidem sunt eadē, sibijnuicē sunt eadem. Sed omnis relatio in Deo existens est idē secūdū rē cū diuina essentia. Ergo relationes sc̃dm rem abinuicem non distinguuntur.

¶Præterea, Sicut paternitas & filiatio secundū nominis rationē distinguuntur ab essentia diuina, ita & bonitas & potentia. Sed propter huiusmodi rōnis distinctionem non est aliqua realis distinctio bonitatis & potentiæ diuinæ. Ergo neque paternitatis & filiationis.

¶Præterea, In diuinis non est distinctio realis nisi secundum originem: sed vna relatio non videtur oriri ex alia. Ergo relationes non distinguuntur realiter abinuicem.

¶SED CONTRA est, quod dicit Boë. in lib. de tri. quòd substantia in diuinis cōtinet vnitatem, relatio multiplicat trinitatē. si ergo relationes nō distinguūtur abinuicē realiter, non erit in diuinis trinitas realis, sed rationis tantum. quod est Sabelliani erroris[e].

CONCLVSIO.

¶Distinguuntur reales relationes in Deo realiter: non quidem secundum absolutum, sed respectiuum.

¶RESPONDEO dicendū, q̃ ex eo q̃ aliquid alicui attribuit̃, oportet q̃ attribuantur ei oīa quæ sunt de rōne illi[9]. Sicut cuicūq; attribuit̃ homo, oportet q̃ attribuat̃ ei esse rationale. De rōne autē relationis est respectus vnius ad alterū, secūdū quē aliquid alteri opponit̃ relatiue. Cū igit̃ in Deo realiter sit relatio (vt dictū est[c]) oportet q̃ realiter sit ibi oppositio. Relatiua autē oppositio in sui ratione includit distinctionem. Vnde oportet quòd in Deo sit realis distinctio, nō quidē sc̃dm rē absolutā, quæ est essentia, in qua est summa vnitas & simplicitas, sed secūdū rem relatiuam.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, q̃ sc̃dm Philosophū in 3. physi. argumentū illud tenet, q̃ quæcūq; vni & eidē sunt eadē, sibinuicem sunt eadē, in his quæ sunt idem re & rōne, sicut tunica & indumentū: non autē in his quæ differunt ratione. Vnde ibidem dicit, quod licet actio sit idem motui, similiter & passio: non tamen sequitur quòd actio & passio sint idem: quia in actione importatur respectus, vt à quo est motus in mobili[c], in passione vero, vt qui est ab alio. Et similiter licet paternitas sit idem secundum rem cum essentia diuina, & similiter filiatio: tamen hæc duo in suis proprijs rationibus important oppositos respectus. Vnde distinguuntur abinuicem[e].

¶Ad secundū dicendum, q̃ potentia, & bonitas non important in suis rationibus aliquam oppositionem. Vnde non est simile ratio.

¶Ad tertiū dicēdū, q̃ quāuis relationes, proprie loquendo non oriantur vel procedāt abinuicē, tamen accipiuntur per oppositum secundum processionem alicuius ab alio.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum in Deo sint tantū quatuor relationes reales, scilicet paternitas, filiatio, spiratio & processio.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd in Deo non sint tantū quatuor relatiōes reales, scilicet paternitas, filiatio, spiratio & processio. Etenim considerare in Deo relationes intelligētis ad intellectum, & volentis ad volitum. Quæ videntur esse relationes reales, neque sub prędictis continentur. Non ergo sunt solum quatuor relationes reales in Deo.

¶Præterea, Relationes reales accipiuntur in Deo secundum processionem intelligibilem verbi. Sed relationes intelligibiles multiplicātur in infinitum, vt Aui. dicit. Ergo in Deo sunt infinitæ relationes reales.

¶Præterea, Ideæ sunt in Deo ab æterno, vt suprà dictum est[e], non autem distinguuntur abinuicem nisi secundum respectum ad res, vt suprà dictum est[e], ergo in Deo sunt multo plures relationes æternæ.

¶Præterea, Aequalitas & similitudo & identitas sunt relationes quædam, & sunt in Deo ab æterno. Ergo plures relationes sunt ab æterno in Deo, quàm quæ dictæ sunt.

nō ex defectu fundamēti similitudo incompletū esse habebat, sed ex defectu termini: & propterea cōsequens est, q̃ posito termino, qui deficiebat, cōpleat fundamentū quasi prolē aut fructū seu effectū suū. Cuius exemplum simile, & ad hoc propositū affert. S.Th. in q.7. de potētia Dei ar.9. ad septimū de esse actiōis: subtracto nāq; calefactibili si esset calor calefactiuus, calefactio actiua nō esset actualiter,

167 nec inesset agenti, vt accidens in subiecto: & tamen apposito calefactibili statim esset & inesset actio in agente, ꝑpter eandē cāmq; q.a s.tā refō q̄ actio tollit actu, subtracto extriseco termino, vel passo, & remanet, radicaliter seu causaliter. Et ex hoc vt ibidē dicit, soluitur rō de mutatione: q̄d enī sic remanet, nō oportet noua mutatiōe ꝑ̄ari: qm̄ ex parte causarū sufficientia iā est in actu, sed quasi impediūtur ex subtractione extrinseci. Et sic in corruptione nō proprie est mutatio: ex quo remanet actu illa causarū sufficientia: mutatio enim ꝑprie dicta terminus est alterationis: hic autē interuenit tantū naturalis quædā resolutio, aut illius desitio. Componere autē relationē cū fundamento, cōpositiūsq; esse

1.q.30.articu.1. cō. Et po. q. 1. arti.5. & 6. cor.

140 albū sise, quàm albū, non solū non incōuenit, imò est necessariū: qa similitudo

160 realis est essentialiter accidēs. sed fallitur imaginatio q̄sque: qm̄ relonū noīa nō explicite offerūt sua significatione inesse. Nec obstāt autoris verba in loco obiecto: qm̄ causa ibidē ostēdit: q̃ de relatione formaliter, id est, de ad,

165 loquitur: dū dicit, qa non significat aliquid in subiecto, &c. vt expresse in sequenti ar. ad septimum aperuit. Minimæ demū entitatis relatio inter cætera præsentia, & est & dicitur: quia ex proprio sibi, id est ad, nō habet q̃ sit reale, imò quantū est ex hoc, pōt in responsione solū inuenire: & ideo quidam putauerunt esse de secundis intellectis. Tempus autem & reliqua oportet (vt dictum est) esse entia realia aliquo modo.

Annot. ¶Circa prædicta aduerte, q̃ licet q̄busdā relationibus assentiat. Scot. S. Th. q̃ distinguantur realiter à fundamentis, vt patet ex dictis: non tm̄ cōueniunt in hoc, q̃ inesse relationis distinguat̃ realiter ab eius essentia: sicut nec vniuersaliter, q̃ esse & essentia distinguātur in creaturis realiter. Nec tm̄ intelligas inesse relationis distingui ab ipsa sicut alia relatio, aut sicut res oīno absoluta. vtrunq; enī horum est falsum: esse nāq; relationis in gñe est relationis, reductiue tm̄, vt eius actualitas: sicut esse substantiæ in gñe substātiæ, & esse qualitatis in gñe qualitatis, &c. Sco. autē nō potest vitare vnum impossibile, scilicet, q̃ idē relatiuū dicatur bis, id est, ad terminos ex duabus partibus. Si enim v.g. similitudo realiter refertur ad terminū & fundamentū seipsa, manifestum est q̃ simile bis dicitur: sed actualis inhærentia similitudinis in fundamento apud Sco. est ipsa relatio similitudinis: qa ipsa relatio similitudinis quasi fundans relationem inhæsionis non potest absque cōtradictione esse sine fundamēto, vt ipsemet dicit: ergo similitudo bis dicitur.

Annot. ¶In responsione ad tertiū dubiū occurrit circa illa verba: sequeret̃ q̃ ei[9] esse esset imperfectū, vtpote ad aliq̃d aliud se habēs. Ex hoc enī videt̃ q̃ relatio dicat imperfectionē: q̃ tm̄ cōstat esse falsum: quia nec perfectionē dicit, alioqn vel imperfectio esset in Deo, vel vna persona haberet aliquā perfectionē, quam nō haberet alia. Quòd aūt hoc sequat̃ ex his verbis, manifestatur sic. Si esse ad aliquid nō diceret imperfectionē, ex hoc q̃ alicuius esse esset ad aliud se habere, non sequeretur quòd esset imperfectum, vt patet: sed secundū literā sequit̃, illud esse, esse imperfectū: ergo esse ad aliquid dicit imperfectionē. Ad hoc dicitur q̃ litera nō assumpsit pro antecedente esse aliq̃d, sed esse solū ad aliquid, excludendo oē absolutū: nō tm̄ formaliter, sed realiter, vt patet ex illo verbo, In perfectione diuina: non solum in abstractione conceptus, sed in rerū natura, vt patet in litera. Ex hoc autē antecedēte liquido sequitur, ergo esset imperfectum: quia omne quod nihil aliud est secundum rem in rerum ordine, quam relatio: aut est eius rationis, aut accidens, quorum vtrunque est imperfectum. Non obstant ergo verba literæ veritati illi: quod relatio formaliter nec imperfectionem nec perfectionem dicit.

a *¶Super Quæstionis vigesimæ octauæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo ly relationes indefinite, nō vniuersaliter tenētur: qm̄ non est præsentis intentionis discutere, an omnes relationes diuinæ distinguantur realiter abinuicem, vt patet de paternitate & spiratione actiua: sed an sint aliquæ in Deo relationes reales, quæ distinguantur realiter abinuicem.

Cōment. ¶In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, in Deo est realis distinctio secundū rem, nō absolutam, sed relatiuā. Probat̃ sic, In Deo est realiter relatio, ergo in eo est respectu relatiue oppositus alteri. ergo relatiua oppositio, ergo realis distinctio: ergo non secundū rem absolutā, qa in ea est summa vnitas & simplicitas: ergo secundū rem relatiuā. Prima cōsequentia cū cæteris probatur ex illa maxima, Q̃n aliq̃d attribuitur alicui, oportet attribui etiā oīa quæ sunt de ratione illius: hæc enim patet inductiue in hoīe & reliquis, subsumēdo sub ista, quòd respectus oppositus est de ratione relationis, & oppositio de ratione respectus hmōi, & distinctio de ratiōe oppositiōis, &c. vt clare patet in litera. c 178 214

¶Num quādo quippiam alicui attribuitur, necesse sit omnia, quæ sunt illius ratione, ei attribui.

¶Circa prædicta duplex occurrere potest nouitio dubiū. Primo circa illam maximā, quia non videtur vera, qm̄ multa attribuūtur Deo absque his quæ sūt de diffinitione eorum, vt patet de sapiētia & iustitia, & aliis huiusmodi. Secūdo circa illā cōsequentiam, ergo in eo est oppositio relatiua, quoniam non valet, in Sorte albo est respectus realis similitudinis relatiue oppositus, ergo in eo est oppositio relatiua: sed, ergo in eo est alterū extremū oppositionis relatiuæ: & consequenter nō valde vlterior illatio literæ, ergo in eo est distinctio relatiua: sed in eo est vnum extremum distinctionis relatiuæ: & sic ruit totus processus literæ. b Quæstio. b c 224 273 c

¶Ad primū horum facilime ex supradictis patet responsio: quòd scilicet illa maxima intelligitur de ratiōe formali quo ad id quod est illi proprium, nō excludendo cōmunia transcēdentia: quicquid enī clauditur in huiusmodi ratione formali rei attributæ Deo, saluat̃ ī Deo. Obiectiōes aūt ī oppsitū semper assumūt falsum, puta q̃ de tali ratione iustitię seu sapientiæ sit qualitas aut habitus, &c. 168 1. q. 30. art.1. cor. Et art.2. cō. & 1m 97 97 c

¶Ad sc̃dm vero dicitur, q̃ in primo antecedēte ex supradictis ac manifestatis includit̃ ly ad intra. Ita q̃ aňs totū est, in Deo est realiter relatio ad intra: & tūc optime valēt cōsequētiæ, qm̄ sequitur vtrūq; extremū oportere esse in ipso Deo: & per hoc cessant obiectiones ad appositum tactæ, quoniam procedunt de relatiuis ad extra.

¶Num quæ vni & eidem sunt eadem, inter se sint eadem. Quæstio.

¶In rñsione ad primū, aduerte Aureoli obiectionē apud Capreolū in primo, di. secunda q. tertia ar. 1. talis est idētitas extremorū inter se, qualis est eorū in tertio: sed ista in proposito est realis: ergo & illa. maior probat̃, qa aliter rueret fundamētū syllogismorū, ex vnitate medij inferēs extrema cōiūcta, vel diuisa. Ad hoc breuiter negatur simpl'r maior, nec sup illa fundant̃ syllogismi in primo priorū, sed sup ista. eadē medio, sunt eadē inter se. aliud est enī loq̃ de idētitate, & aliud de qualitate idētitatis. Hæc aūt ꝓpositio dupliciter quantū ad propositū spectat, glossatur, Primo vt litera dicit, q̃ est absolute vera quādo sunt omnino eadē tertio, id est realiter & formaliter: alioquin sophisma accidētis nō cōmitteretur in syllogismis ex hmōi variatiōe. Secūdo, q̃ est vera quo ad id, sc̃dm q̃ idētificantur medio, seu quo ad rōnē identificationis in medio: secūdū id enī eadē medio, sūt etiā eadē inter se. Et hæc est directe mēs Arist. (vt puto) & cōphēdit sub se primā glossam, & sic vniuersaliter videtur vera. Nō aūt oportet eadē medio idētificari inter se, sc̃dm id in quo nō identificant̃ medio: id est, q̃ nō est rō idētificationis ipsi medio. Et propter hoc multa accidunt sophismata in his, q̄ aliquo modo vniūtur, & aliquo modo nō: & sic est in proposito, vt ex p̄cedēti patet articulo.

a *¶Super Quæstionis vigesimæoctauæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

Cōment. ¶In corpe vnica cōclīo rñsiua q̄sito affirmatiue. In Deo sunt tm̄ quatuor relationes reales, s. paternitas, filiatio, spiratio & ꝓcessio. Probat̃ sic, in Deo sunt relatiōes reales, & nō cōsequētes quātitatē nec actionē ad extra, ergo sunt cōsequentes actiōes ad intra, ergo in eo sunt tm̄ relatiōes cōsequētes duas ꝓcessiōes ad intra, ergo sunt quatuor tm̄ relatiōes reales: ergo sunt istę, paternitas, filiatio, spiratio & ꝓcessio. Aňs quo ad quātitatē probat̃, qa ī eo nō est q̄titas, vt patet ex Aug. q̃ ad actionē ad extra probat̃ ex supradictis in qō. 13. Prima verocōsequētia probatur ex quinto meta. qa s. relatio oīs fundat̃ sup quātitatē, aut actionē & passionē. Sc̃da aūt ꝓbatur ex dictis, qa s. sc̃dm actiōes īmanētes duæ tm̄ sunt ꝓcessiones. Altera sc̃dm intellectū, & altera sc̃dm volūtatē: illa verbi, hæc amoris. Tertia aūt, qa sc̃dm quālibet ꝓcessionē oportet duas oppositas relatiōes esse ꝓcedentis, & à quo procedit. Quarta demū probatur, quo ad nomina primarum duarū sic, processio verbi dicitur generatio secundū propriam rationē natiuitatis viuentium: & relatio principij huius natiuitatis dicitur paternitas, nati vero dicitur filiatio, ergo, quo ad duas vero reliquas manifestatur sic, ꝓcessio amoris caret nomine propr

proprio: ergo & relationes secundum ipsam. Et rursus vocatur processio seu spiratio, ideo conuenienter relatio principij hic vocatur spiratio. Relatio vero spirati vocatur vsurpato nomine processio, & sic patet totum.

¶Circa propositionē illam ex 5. meta. iterum aduerte ex quæs. de poten. Dei q.7. artic.9. quòd intelligitur secundum modum, non secundum rem, id est omnis relatio realis fundatur super quantitatem, &c. id est super re quę est quantitas, aut alia re quæ induit rationem quantitatis. vnde vnū in substantia facit idem, & vnum in qualitate facit simile: vnum enim ad quantitatem pertinet modaliter.

Quæstio. *¶Num hic processus valeat, in Deo non est quantitas, ergo in Deo nulla relatio fundata in quantitate est.*

¶Sed nunc duplex occurrit hic dubiū. primo quantum valeat ratio literæ procedens ex eo, q̃ in Deo non est quātitas secundum rem, vt patet ex inducta autoritate Aug. 2. quia falso adduci videtur autoritas ex 5. meta. quoniam ibi ponitur tertius modus relatiuorum, vt etiam ibi San. Thom. exponit, scilicet mensuræ & mensurabilis, non quantitatiuæ. 74 165 c

94 a ¶Ad primum horū dicitur, quòd quia secūdum veritatē autor tenet nullam relationē realem in Deo consequi quantitatem, tam secundum rem quàm secundū modum: & inferius tractaturum se ꝓmittit in respōsione ad quartum de hmōi relationibus consequētib[9] quātitatem sc̃dm modū: puta æqualitate & similitudine: ideo hic summariè pertransiuit contentus ratione de quantitate secundum rem. Et si instes, ergo ex hoc art. non sufficienter concluditur intentum: respondetur quòd sufficienter quantum præsentis loci erat. quoniam ab hoc loco illæ relationes releguntur inferius tractandæ: quāuis non sufficienter absolute, si omnia hic fuissent perlustrāda, propter quod ne limitatus hic tractatus, errandi occasio alicui foret, protestatur in responsione ad quartum se inferius hoc completurū in loco proprio, vbi de conditionibus relationibus diuinis personis agetur: sic enim institut[9] ordo exigebat. 162 164 81 83

d 195 ¶Ad secundum vero dubium dicitur, quòd quia hic est sermo de realibus relationibus inter res eiusdē ordinis: imò eiusdem naturæ seu saltem mutuis. Relatiua autem tertij modi, vt ibidem patet, in hoc differunt ab aliis: quia non sunt mutua: ideo nulla commissa est in allegando falsitas: est enim vera illa vniuersalis in realibus relationibus mutuis, de quibus est sermo.

¶SED CONTRA videtur q̃ sint pauciores: quia secundum Philoso. in 3. physi. eadē via est de Athenis ad Thebas, & de Thebis ad Athenas. Ergo videtur q̃ pari ratione eadem sit relatio de patre ad filiū, quæ dicitur paternitas: & de filio ad patrē, quæ dicitur filiatio. Et sic non sunt quatuor relationes in Deo.

CONCLVSIO.

¶In Deo quatuor tantum reales relationes sunt, paternitas, filiatio, spiratio & processio.

¶RESPONDEO dicēdum, q̃ secundum Philo. in 5. metap. relatio omnis fundatur vel supra quantitatem, vt duplū & dimidium: vel supra actionē & passionē, vt faciens & factū, pater & filius, dñs & seruus, & huiusmodi. Cū autem quantitas non sit in Deo: est enim sine quantitate magnus, vt dicit Aug. Relinquitur ergo q̃ realis relatio in Deo esse nō possit nisi super actionem fundatā: non autē super actiones secundum quas procedit aliquid extra ipsum à Deo: quia relationes Dei ad creaturas non sunt realiter in ipso, vt suprà dictum est[c]. Vnde relinquitur q̃ relationes reales in Deo non possunt accipi nisi secundum actiones, secundum quas est processio in Deo intra: sed non extra. Huiusmodi autē processiones sunt duæ tantum, vt suprà dictum est[c]. Quarum vna accipitur secūdum actionem intellectus, quæ est processio verbi: alia secundum actionem voluntatis, quæ est processio amoris. Secundum quamlibet autem processionē oportet duas accipere relationes oppositas, quarū vna sit procedentis à principio, & alia ipsius principij. Processio autem verbi dicitur generatio secundum propriam rationē, quæ competit rebus viuentibus. Relatio autem principij generationis in viuentib. perfectis, dicitur paternitas. Relatio vero procedēs à principio dicitur filiatio. Processio vero amoris non habet nomen proprium, vt suprà dictum est[c]. Vnde neque relationes, quæ secundum ipsam accipiuntur. Sed vocatur relatio principij huius processionis, spiratio: relatio autem procedentis, processio: quamuis hæc duo nomina ad ipsas processiones, vel origines pertineant, & non ad relationes.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd in his, in quibus dicitur intellectus & intellectum, volens & volitū, potest esse realis relatio, & scientiæ ad rem scitam, & volentis ad rem volitā. Sed in Deo est idem omnino intellectus & intellectum[e]: quia intelligendo se intelligit omnia alia, & eadem ratione volūtas & volitum. Vnde in Deo huiusmodi relationes non sunt reales, sicut neque relatio eiusdem ad idem. Sed tamen relatio ad verbum est realis[c]: quia verbum intelligitur vt procedens per actionē intelligibilem, non autem vt res intellecta. Cum enim intelligimus lapidem, id quod ex re intellecta concipit intellectus, vocatur verbum.

¶Ad secundum dicendum, quòd in nobis relationes intelligibiles in infinitum multiplicātur, quia alio actu intelligit homo lapidem, & alio actu intelligit se intelligere lapidem, & alio etiam intelligit hoc intelligere: & sic in infinitum multiplicantur actus intelligendi[c], & per consequens relationes intellectæ. Sed hoc in Deo non habet locum, quia vno actu tantum omnia intelligit.

¶Ad tertium dicēdum, quòd respectus ideales sunt intellecti à Deo[c]. Vnde ex eorū pluralitate nō sequitur, q̃ sint plures relatiōes in Deo: sed q̃ Deus cognoscat plures relationes.

¶Ad quartum dicēdum, quòd æqualitas & similitudo in Deo nō sunt relationes reales, sed rationis tantum: vt infrà patebit[c].

¶Ad quintum dicēdum, quòd via est eadem ab vno termino ad alterum, & econuerso, sed tamen respectus sunt diuersi[c]. Vnde ex hoc non potest cōcludi quòd eadem sit relatio patris ad filiū, & ecōuerso. Sed posset hoc cōcludi de aliquo absoluto, si esset mediū inter ea.

QVÆSTIO VIGESIMAnona de personis diuinis, in quatuor articulos diuisa.

PRAEMISSIS autē his quæ de processionib[9] & relationib[9] præcognoscenda videbātur, necessariū est aggredi de personis. ¶Et primo secundum considerationem absolutam, & deinde secundū comparatiuam considerationem. Oportet autem absolute de personis, primo quidem in cōmuni considerare, deinde de singulis personis.

¶Ad communem autem considerationem personarū quatuor pertinere videntur. primo quidem significatio huius nominis persona. Secundo vero numerus personarum. Tertio, ea quæ consequuntur numerum personarum, vel ei opponuntur, vt diuersitas & similitudo & huiusmodi. Quarto vero, ea quæ pertinent ad notitiam personarum.

¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo de diffinitione personæ. ¶Secundo de comparatione personę ad essentiam, subsistentiam & hypostasim. ¶Tertio, vtrum nomen personæ competat in diuinis. ¶Quarto quid ibi significet.

ARTICVLVS I.

¶De diffinitione personæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd incompetens sit diffinitio personæ, quā Boëtius assignat in libro de duab[9] natu. quæ talis est, Persona est rationalis naturæ indiuidua substātia. Nullum enim singulare diffinitur. Sed persona significat quoddam singulare. Ergo persona inconuenienter diffinitur.

a *¶Super Quæstionis vigesimænonæ Articulum primum.*

Annota. IN titulo aduerte quòd cum vnaquæque ars terminis vtatur, prout in illa arte consueuerunt accipi, quòd ex eo licet quia significatio nominum est ad placitum, & tanto magis translatio ex vna significatione in aliam: cum inquam sic sit, rationabile est vt princeps omnium scientiarum sacra theologia propriis quoq; gaudeat vocabulis. Et propterea non quæritur hic de personę nomine vtcunque, sed vt est in vsu theologorum. constat enim aliter personam accipi apud canonistas, & aliter apud alios. Et propterea Laurentius Valla inerudite Boëtium arguit malæ diffinitionis personæ. est enim ea optima, vt in hoc patebit ar. si de persona hoc modo intelligatur, vt etiam ipse intendebat.

Cōment. ¶In corpore tria facit. Primo ostenditur dignitas indiuidui substantiæ: secundo dignitas indiuidui rationalis naturæ: tertio respondetur quæsito. Quo ad primū intendit, quòd indiuiduum substantiæ conuenit quidem cum indiuiduis omniū generum in hoc, quòd vnumquodque est particulare seu indiuiduum, differt tamen ab aliis quo ad duo, scilicet quo ad causam indiuiduationis, & quo ad nominis specialitatem. Substantia enim indiuiduatur per seipsam: accidens autem per subiectū, quod est substantia: quod manifestatur in hac albedine. Et propterea indiuiduum substantiæ speciale sortitum est nomen: & vocatur hypostasis, seu prima substantia: quod non inuenitur in generibus accidentium.

¶Quomodo substantia indiuiduatur per seipsam.

¶Circa hæc dicta multiplex occurrit dubium. Primo ex parte substantiæ, quomodo sit verum in doctrina S.T. quòd substantia indiuiduatur per seipsam, cum apud ipsum distinctio numeralis primo cōueniat quantitati, & per illam substantiis materialibus ac cæteris: & sic de ratione indiuidui substātiæ, cum sit distinctio ab aliis: sequitur quòd in substantia indiuiduet̃ quo ad intrinsecū distinctum per quātitatem, & non per seipsam, vt in litera dicitur. b 438 o 97

¶Quantitas per quid indiuiduatur.

¶Secūdo dubium est ex parte accidentium: quoniam quantitas per seipsam indiuiduatur, vt patet ex diffinitione 5. Meta. quantum est quòd diuidit̃ in ea quę insunt, quorum singulū natum est esse hic: & in mathematicis abstractionibus manifeste patet dari hāc lineam, &c. nullo imaginato subiecto. Dubium quoq; nonnullum parit litera in eo, quòd exprimit subiectū indiuiduās accidens esse substantiā, cum manifeste pateat, hanc cōditionalem esse veram, si albedo esset in hac quantitate, sine substantia esset hæc: & consequenter illa categorica est falsa. 220 197 a e

¶Num accidētia indiuiduantur per subiectū. Quæstio.

¶Tertio dubium est ex parte quoque accidētis, quomodo intelligitur, quia indiuiduantur per subiectum, an, scilicet intrinsece an extrinsece, id est an quum dicitur hæc albedo, in ly hæc claudatur intrinsece subiectū an extrinsece, eo modo quo nasus cadi in significatione simitatis vel simi. Si enim clauditur extrinsece tātum, sequitur quòd accidēs indiuiduatur per seipsum intrinsece. Si autem clauditur intrinsece: sequitur quòd hæc albedo nō est ens, nec vnum per se, & consequēter in nullo genere: ac per hoc male dicitur in litera, quòd in quolibet genere inuenitur vniuersale & particulare. 169 3. q.2. ar. 2. cor. & 1. dist. 25. arti.1. & pos. qō. 9. arti.2. & de vnio. artic.1.

¶Ad primū horū quantū spectat ad hanc literā, facile dici potest, q̃ hic nō est sermo de substantia tali, puta materiali, sed de substātia absolute: ac per hoc de vniuersis substātię indiuiduis: nō quatenus indiuidua sunt talis, vel talis substātię, sed quatenus indiuidua sunt substātię. Tū qa sic tantū est sermo formalis. Tū qa sic ꝓprie interpretat̃ intenta differētia inter indiuiduū substātiæ & indiuiduū accidētis. hæc enim differūt, primo inquātū indiuiduū substātiæ & inquātū indiuiduū accidētis: p communia omnib. substātiæ indiuiduis ex vna parte, & p cōia oībus accidētib[9] indiuiduis ex alia pte. Talia enī sunt quæ cōueniūt his inquātū hmōi sunt indiuidua. Et p hoc patet rñsio ad reliqua dubia: qm̄ instātias afferūt de indiuiduis accidentiū: nō quatenus accidētiū sunt indiuidua, sed quatenus sunt taliū accidētiū indiuidua, puta quātitatis vel qualitatis mediate afficiētis substātiā: vt albedo est, quæ exēpli causa in litera est adducta, vt addiscētes intelligāt. stat ergo literæ veritas incōcussa, q̃ indiuiduū substātiæ, vt sic p seipsum est indiuiduū, qm̄ cōstat vt sic, nullā habere dependentiā ab accidēte, & q̃ indiuiduū accidētis, vt sic, qm̄ à nullo alio oportet depēdere subiecto, nisi substātia per substātiā subiectā indiuiduetur.

¶Ad vltimū aūt dubiū dicēdū est, ꝓpter rōnem in obiiciēdo tactā, q̃ hoc accñs nō includit subiectū intrinsece, sed per additamētū: ita q̃ sicut in diffinitione accñtis clauditur subiectū, nō vt essentiæ intrinsecū, sed p additamentū: ita in diffōne huius accidētis, si diffiniret̃, clauderet̃ hoc subiectū per additamētū, & nō intrinsece. Nec hoc repugnat literæ in differētia assignata: quoniā sicut accidens non potest

intelligi absq; dependẽtia à subiecto, ita nec hoc absq; dependentia ab hoc subiecto. hæc autẽ substantia vt sic nullã includit dependentiã ad aliquid extrinsecũ, & ideo per seipsam substantia indiuiduatur: accidens autem per substantiam.

Quæstio. ¶ De substantia autẽ materiali & de talibus accidentibus quomodo indiuiduentur, alterius negotij est: eritq; de hoc quæstio specialis. Nunc autem scito, ꝙ apud me substãtia materialis indiuiduatur per materiã sub certis dimensionibus tanquam per proprium & intrinsecũ, non solum cõstitutiuum sed distinctiuum: chimericũ est enim hos actus separare secundum rem. Per materiã autem sub certis dimensionibus non intelligo (vt olim exposui in commentarijs de ente & essentia) materiã cum potentia ad quantitatem: quoniam potentia illa (vt patet in 12. met. in tractatu de principijs prædicamentorũ) est in genere quantitatis & sic Sortes non esset vnum per se. Sed intelligo materiam distinctã numero: non vt subiectum quantitatis, sed vt prius natura ipsius fundamẽtum, radix & causa: ita quòd ipsa materia in se est prius sic distincta quã quãta: vt sic effectus proportionetur causæ. Distinctio enim numeralis qua Sort. distinguitur à Platone inquãtum sunt isti homines, non est distinctio quãtitatiua, sed fundamẽtum quantitatiuæ distinctionis. Et similiter principiũ distinctiuũ huius hominis ab illo: vt sic est radix & fundamentum quantitatis, & consequenter distinctionis sequentis ipsam. 249 Hoc autem est materia, quæ est altera pars compositi primo terminantis generationẽ substantialem in rerum natura in primo instãti naturæ ante adhæsionem accidentium. oportet enim pro tunc esse singulare distinctum ab vniuersali, & per se ens: ac vnũ: quod absq; constitutiuo in esse hoc intelligi nequit: per idem autem vnumquodque est hoc, & à cæteris distinguit. Nec ꝓpterea nego illam maximam ex sensibus Arist. ac S.Tho. habitam, scilicet quòd distinctio numeralis materialis primo conuenit quantitati: & cõsequenter per illam cæteris secundum doctrinam posteriorum: quoniã participare naturam eius, cui primo cõuenit aliquid, pluribus modis contingit. Nec oportet illã formaliter saluari in omnibus ipsam participantibus, vt in Primo posteriorum ostẽdimus. Materia autem, quæ radix fundamentũque est quãtitatis, non est etiam in illo priori extra participantia quantitatis naturam: imò (vt melius loquamur) est quasi præhabens quantitatis naturam. Et quoniam magis est præhabere quam participare, si participantia naturam aliquam, quoquomodo possunt in effectum illius: quanto magis præhabentia naturam illam, hoc poterunt: oportet enim omnem effectum primo alicui conuenientem ab illo in se vel suis participantibus aut à præhabentibus fieri, vt inductiue patet etiam in effectibus formalibus in vegetatiuo & sensitiuo & similibus: quamuis distinctio de qua lòquimur, non sit formalis effectus quantitatis: nec materia huiusmodi sic contineat quantitatem. Sed hæc dicta sunt, vt legentes intelligant: reliqua autem huius materiæ ibidem tractata sunt.

Coment. ¶ Quo ad secundum ostenditur dignitas indiuiduorum rationalis naturæ inter omnia indiuidua substãtiæ: similiter quo ad duo. Primo quo ad modum essendi principium operationum: quia scilicet indiuiduum rationalis naturæ solum habet dominium sui actus: & quod hoc spectet ad dignitatẽ indiuidui probat litera ex hoc, ꝙ actiones sunt singularum: primo Metaphysi. Secundo quo ad specialitatem nominis, ꝗa reliqua vt indiuidua sunt talis naturæ, puta irrationabilis, nomẽ proprium non meruerunt: hoc autem sortitum est speciale nomẽ, quod est persona, propter prædictam dignitatem. Et sic habemus & propositas dignitates & quid nominis personę in hoc quod dicitur, quod est nomen indiuidui rationalis naturæ. restat ergo tertiũ.

¶ Quo ad tertium igitur respondetur quęsito vnica conclusione responsiua affirmatiua: implicite tamẽ. diffinitio personæ est competens, & manifestatur sic, præfata diffinitio explanat ambas ꝓprietates indiuidui rationalis naturæ: ergo est competens. 564 Antecedens declarat, quia eam, quæ conuenit sibi inquãtum est singulare substantiæ, explanat per ly substãtia indiuidua. Eam vero quę conuenit sibi inquãtum singulare rationalis naturæ, explanat per ly rationalis naturæ: cũ enim indiuiduũ inferioris sic etiam indiuiduum superioris, vtriusque conditiões habere oportet. Et rursus quum indiuiduo duo attribuãtur, scilicet esse & operari: vniuersalia enim neutrum habẽt: per vtrunque, primo scilicet per esse, secũdo per operari, indiuidua dignificauit.

Annot. ¶ In responsione ad primum & tertium, habes, quòd aliquid reale, scilicet modus subsistẽdi vltra naturam specificam cõuenit indiuiduis substantiæ, vt latius declarauimus in prædicamẽtis. *b* 365 Ex responsione vero ad secũdum habes, quòd substantia indiuidua nõ sumitur hic, vt distinguitur contra substantiam vniuersalẽ, sed vt distinguitur contra essentiam substantiæ, tam vniuersalem quàm particularẽ. Hęc enim tantũ vocatur substãtia prima, suppositũ, persona, &c. Quid autem addat supra hanc humanitatem substantia prima, seu suppositum, cũ tractabitur de vnione verbi cũ natura humana, discutietur.

¶ Ad propositum autem sufficit scire, quòd addit omnimodam incommunicabilitatem, ita quòd nec communis esse potest, nec assumi: ratione enim primi deitas, ratione vero secundi hæc humanitas, suppositum non est.

¶ In respõsione ad quintum, aduerte quòd hinc habes, quòd ex hac Boëtij diffinitione non sequitur, animam esse personam, vt Sco. in primo distinct. 23. voluit, non penetrans quid importat substantia prima, quæ hic dicitur indiuidua.

¶ Præterea, Substantia (prout ponitur in diffinitione personæ,) aut sumitur pro substantia prima, aut pro substantia secunda: si pro substantia prima, superflue additur indiuidua, quia substãtia prima est substãtia indiuidua: si vero stat pro substantia secũda, falso additur & est oppositio in adiecto. Nam secundæ substantiæ dicuntur genera vel species. Ergo diffinitio est male assignata.

¶ Præterea, Nomen intẽtionis non debet poni in diffinitione rei. Non enim esset bona assignatio si quis diceret, homo est species animalis. Homo enim est nomen rei, & species est nomen intentionis. cum igitur persona sit nomen rei: significat enim substantiam quãdam rationalis naturæ. Ergo inconuenienter indiuiduum (quod est nomen intentionis) in eius diffinitione ponitur.

¶ Præterea, Natura est principium motus & quietis in eo in quo est per se, & non per accidens, vt dicitur in secundo physi. Sed persona est in rebus immobilibus, sicut in Deo & in Angelis. Non ergo in diffinitione personæ debuit poni natura, sed magis essentia.

¶ Præterea, Anima separata est rationalis naturæ indiuidua substãtia: nõ autẽ est persona. Inconuenienter ergo persona sic diffinitur.

CONCLVSIO.

¶ *Persona est rõnalis naturæ indiuidua substãtia.*

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd licet vniuersale & particulare inueniãt in omnibus generibus, tamen speciali quodãmodo indiuiduũ inuenitur in genere substantiæ. Substantia enim indiuiduatur per seipsam, sed accidentia indiuiduantur per subiectum, quod est substantia [e]. Dicitur enim hæc albedo inquantum est in hoc subiecto. Vnde etiam cõuenienter indiuidua substantiæ habẽt aliquod speciale nomen præ aliis. Dicuntur enim hypostases vel primæ substãtię. Sed adhuc quoddam specialiori modo inuenitur particulare & indiuiduum in substãtiis rationalibus, quæ habẽt dominium sui actus: & nõ solum aguntur sicut alia, sed per se agunt, actiones autẽ in singularibus sunt. Et ideo etiam inter cæteras substantias, etiã quoddam speciale nomen habent singularia rationalis naturæ: & hoc nomen est ꝑsona. Et ideo in prędicta diffinitione personæ proponitur substantia indiuidua, inquantũ significat singulare in genere substantiæ: additur autẽ rationalis naturæ inquãtum significat singulare in rationalibus substãtiis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet hoc singulare vel illud diffiniri non possit, tamẽ id quod pertinet ad communem rationẽ singularitatis, diffiniri potest. Et sic Phi. diffinit substãtiam primam, & hoc modo diffinit Boëtius personam.

¶ Ad secundũ dicendum, ꝙ secundum quosdã substantia in diffinitione personę ponitur pro substantia prima, quę est hypostasis: neq; tamẽ superflue additur indiuidua, quia nomine hypostasis vel substantię primæ excluditur ratio vniuersalis & partis. Non enim dicim⁹ quòd homo cõmunis sit hypostasis: neq; etiam manus cum sit pars. Sed per hoc quod additur, indiuiduum, excluditur à persona ratio assumptibilis. Humana enim natura in Christo non est persona, quia est assumpta à digniori, scilicet à verbo Dei. Sed melius dicendum est, ꝙ substantia accipitur communiter prout diuiditur per primam & secundam. & per hoc, quòd additur indiuidua, trahitur ad standum pro substantia prima.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia substãtiales differentiæ non sunt nobis notæ, vel etiam nominatæ non sunt: oportet interdum vti differentiis accidentalibus loco substantialium, puta si quis diceret, ignis est corp⁹ simplex calidum & siccum. Accidentia enim propria sunt effectus formarum substantialiũ, & manifestant eas. Et similiter nomina intentionũ possunt accipi ad diffiniendum res, secundum quod accipiũtur pro aliquibus nominibus rerum quæ non sunt posita. Et sic hoc nomen indiuiduum ponitur in diffinitione personæ ad designandum modum subsistendi, qui competit substantiis particularibus.

¶ Ad quartũ dicẽdum, ꝙ secundũ Philosophũ in 5. meta. nomẽ naturæ primo impositum est ad significandã generationẽ viuentiũ, quæ dicitur natiuitas [e]. Et quia huiusmodi generatio est à principio intrinseco, extẽsum est hoc nomen ad significãdum principium intrinsecum cuiuscunque motus. Et sic diffinitur natura in 2. phy. Et quia huiusmodi principium est formale vel materiale, communiter tam materia quã forma dicitur natura. Et quia ꝑ formam completur essentia vniuscuiusq; rei, communiter essentia vniuscuiusque rei (quã significat eius diffinitio) vocatur natura. Et sic accipitur hic natura. Vnde Boë. in eodem lib. dicit, quòd natura est vnumquodq; informãs specifica differentia. Specifica enim differentia est quæ complet diffinitionẽ, & sumitur à propria forma rei. Et ideo cõuenientius fuit, quòd in diffinitione personæ, quæ est singulare alicuius generis determinati, vteretur nomine naturæ, quàm essentiæ, quæ sumitur ab esse quod est communissimum.

¶ Ad quintũ dicendum, ꝙ anima est pars humanæ speciei. Et ideo licet sit separata, quia tamen retinet naturã vnibilitatis, non potest dici substãtia indiuidua, quę est hypostasis, vel substãtia prima, sicut nec manus, nec quæcunque alia partium hominis [e]. Et sic nõ competit ei neque diffinitio personæ, neque nomen.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum persona sit idem quod hypostasis, subsistentia & essentia.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, ꝙ persona sit idẽ quod hypostasis, subsistẽtia & essentia. Dicit enim Boë. in li. de duabus naturis, ꝙ Græci naturæ rationalis indiuiduã substantiã hypostaseos nomine vocauerũt. Sed hoc etiã apud nos significat nomen personæ [e]. Ergo persona omnino idem est quod hypostasis. 170 *1. dist. 23. articul. 3. Et post. q. 9. artic. 1.*

¶ Præterea, Sicut in diuinis dicimus tres personas, ita in diuinis dicimus tres subsistentias. Quod non esset nisi persona & subsistentia idem significarẽt. Ergo idem significant persona & subsistentia. 169

¶ Præterea, Boë. dicit in cõ. prædicamẽtorũ, ꝙ vsia (qđ est idem qđ essentia) significat cõpositum ex materia & forma. Id autẽ qđ est cõpositum ex materia & forma, est indiuiduũ substantiæ: qđ & hypostasis & persona dicit. Ergo omnia prædicta nõia idẽ significare videntur.

¶ SED contra est qđ Boët. dicit in libr. de duabus naturis, ꝙ genera & species subsistunt tantum, indiuidua vero non subsistunt tãtum, verum etiã substãt. Sed à subsistẽdo dicuntur subsistentiæ, sicut à substando substantiæ vel hypostases. Cum igitur esse hypostases vel personas non conueniat generibus vel speciebus, hypostases vel personæ non sunt idem quod subsistentiæ.

¶ Præterea, Boë. dicit in com. prædicamentorum, quòd hypostasis dicitur materia vsiosis autem (id est subsistantia) dicitur forma. Sed neque forma neque materia potest dici persona. Ergo persona differt à prædictis.

CONCLVSIO.

¶ *Persona in genere rationalium substantiarum id significat, quod in toto genere substãtiarum subsistentia, res naturæ, substantia seu hypostasis.*

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ secundum Philosophum in 5. meta. substãtia dicitur dupliciter. Vno modo dicitur substantia quidditas rei, quam significat diffinitio, secundum quod dicimus ꝙ diffinitio significat substantiã rei. Quã quidem substantiã Græci vsiam vocant, quod nos essentiã dicere possumus. Alio modo dicitur substãtia subiectum vel suppositum, quod subsistit in genere substãtiæ. Et hoc quidem cõmuniter accipiendo nominari potest, & nomine significãte intentionem. Et sic dicitur suppositum. Nominatur etiã tribus nominibus significantibus rem. Quæ quidẽ sunt res naturæ, subsistentia, & hypostasis secundũ triplicem cõsiderationem substãtiæ sic dictæ. Secundum enim quòd per se existit: & non in alio vocatur subsistentia. Illa enim subsistere dicimus quæ non in alio, sed in se existunt. Secundum vero quod supponitur alicui naturæ communi, sic dicitur res naturæ, sicut hoc, homo est res naturæ humanæ: secundum vero ꝙ supponitur accidẽtibus, dicitur hypostasis vel substantia. Quod autem hæc tria nomina significãt communiter in toto genere substãtiarum, hoc nomen persona significat in genere rationalium substantiarum.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd hypostasis apud Græcos ex propria significatione nominis habet, quòd significet quodcũque indiuiduũ substantiæ: sed ex vsu loquendi habet quòd sumatur pro indiuiduo rationalis naturæ ratione suæ excellentiæ.

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ sicut nos dicimus in diuinis pluraliter tres personas & tres subsistentias, ita Græci dicunt tres hypostases [e]. Sed quia nomen substantiæ quod secundum proprietatẽ significationis respõdet hypostasi æquiuocatur apud nos, cum quandoq; significet essentiã, quandoque hypostasim, ne possit esse erroris occasio: maluerunt pro hypostasi transferre subsistentiam quàm substantiam.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd essentia proprie est id quod significatur per diffinitionem. Diffinitio autem complectitur principia speciei: non autem principia indiuidualia. Vnde in rebus compositis ex materia & forma, essentia significat non solum formam, nec solum materiam, sed compositum ex materia & forma communi, prout sunt principia speciei. Sed compositum ex hac materia & ex hac forma habet rationem hypostasis & personæ. Anima enim & caro & os sunt de ratione hominis. Sed hæc anima, & hæc caro, & hoc os, sunt de ratione huius hominis. Et ideo hypostasis & persona addunt supra rationem essentiæ principia indiuidualia, neque sunt idem cum essentia in compositis ex materia & forma: vt suprà dictũ est [e], cum de simplicitate diuina ageretur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ Boë. dicit genera & species subsistere inquãtum indiuiduis aliquibus cõpetit subsistere, ex eo ꝙ sunt sub generibus & speciebus in prædicamento substãtiæ cõprehensis, non quòd ipsæ species vel genera subsistãt nisi secundum opinionem Platonis [e]: qui posuit species rerũ separatim subsistere à singularibus. Substare vero competit eisdem indiuiduis in ordine ad accidẽtia quæ sunt præter rationem generum & specierum. 54

¶ Ad quintum dicendum, quòd indiuiduum compositum ex materia & forma habet quòd substet accidenti ex ꝓprietate materiæ. Vnde & Boë. dicit in libro de trinit. Forma simplex subiectũ esse non potest. Sed quod per se subsistit, habet ex proprietate suæ formæ, quæ nõ aduenit rei subsistenti, sed dat esse actuale materiæ, vt sic indiuiduum subsistere possit. Propter hoc ergo hypostasim attribuit materiæ, & vsiosim siue subsistentiam formæ, quia materia est principium substandi, & forma est principium subsistendi.

a ¶ *Super Quæstionis vigesimænonæ Articulum secundum.*

Annota. IN titulo ly sit, ostendit quòd de vera indentitate est quæstio.

Coment. ¶ In corpore vna est cõclusio respõsiua. Persona significat in genere rõnaliũ substantiarũ quæ hæc tria nomina, s. subsistentia, res naturæ & substãtia, seu hypostasis significant communiter in toto genere substantiarum. Et manifestatur duabus distinctionibus. Prima est substantiæ in essentiam & substãtiam primã. Secunda est ipsi⁹ primæ substantię in nomina tria quidem rei, & vnũ intentionis, vt clare patet in litera. Ex his nãque manifestatur, & quo modo persona non est idem quod essentia: & quõ est idem quod hypostasis & subsistentia.

a ¶ *Super Quæst. vigesimænonæ Artic. tertiũ.*

Annota. IN titulo quæritur vtrũ sit formaliter.

Coment. ¶ In corpore vnica est conclusio habens duas partes. Persona de Deo dicitur excellẽtiori modo quàm de creaturis. Probatur quo ad primã partem, essentia Dei cõtinet in se omnem perfectionem: ergo omne quod est perfectionis, est Deo attribuẽdum. ergo id quod est perfectissimũ in tota natura: ergo persona. Et declaratur hæc vltima consequentia: quia significat subsistẽs in rationali natura. Quo ad secundam vero partem, quia alia nomina cõmunia Deo & creaturis excellẽtiori modo dicuntur, vt patet ex supradictis.

¶ *Num persona significet perfectissimum in tota natura.*

¶ Circa hunc processum dubiũ est, quomodo sit verum, quòd persona significet perfectissimum in tota natura. Tũ quia natura specifica perfectior videtur indiuiduo. Tum quia sequeretur ꝙ in diuinis esset distictio imperfectissima.

¶ Ad horum euidentiam sciendum est quòd persona in cõmuni loquendo significat perfectissimum in tota natura: nõ quia personalitas sit perfectissimũ omnium: sed 73 *a* quia natura intellectualis: (quæ est omniũ perfectissima in suo cõpleto esse) est ens perfectissimũ omnium. constat autem quòd nisi per seipsam in rerum natura subsistat. quomodocunq; hoc sit, perfecte non est. Et propterea quia ꝑsona significat dignitatem talis naturæ subsistentis, ideo perfectissimũ in tota natura merito significat. Vnde nõ obstat si indiuidua materialia sint ꝓpter naturam. Tum quia non sit hic comparatio personæ ad naturã: imò natura clauditur in persona. Tum quia sermo præsens de persona in communi & non in naturis materialibus est. Secunda vero obiectio soluitur per hoc, quòd 16 in ratione personæ in communi, etsi claudatur aliquid perfectissimum in tota natura: clauditur tamen aliquid abstrahẽs à perfectione & imperfectione. significat enim rem naturæ itellectualis subsistentem incommunicabiliter. incommunicabilitas enim nec perfectionem nec imperfectionem dicit. Et quo ad hoc distinguũtur personæ diuinę, non autẽ quo ad ea quæ perfectionis sunt. Et sic neganda est sequela, vel distinguendum, vt diximus. Sed adhuc restat dubium, quoniam si persona quo ad aliquid abstrahit à perfectiõe, sequeretur quòd ex vi processus facti in litera, integra ratio personæ non concluderetur in Deo: quoniã ex perfectione essentiæ diuinæ litera infert ratione personæ tanquã rem perfectissimã in Deo reperiri.

¶ Ad hoc dicitur, quòd ex perfectiõe diuinæ essentiæ prouenit, non solum quòd sit omnis perfectio: sed quicquid necessario inest his quæ perfectionem dicunt: de quorum numero est incõmunicabilitas, & propterea ex perfectione essentiæ diuinæ est, quòd sit ꝑsona quo ad omnia quæ claudunt in ratione personæ, imò (vt superi⁹ habitum est de ratione perfectionis diuinæ) est quòd

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum nomen personæ sit ponendum in diuinis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd nomen personæ non sit ponẽdum in diuinis. Dicit enim Dionys. in princ. de di. no. Vniuersaliter non est audendum aliquid dicere nec cogitare de supersubstantiali occulta diuinitate, præter ea quæ diuinitus nobis ex sanctis eloquiis sunt expressa. Sed nomen personæ nõ exprimitur nobis in sacra scriptura noui vel veteris testamenti. Ergo non est nomine personæ vtendum in diuinis. 171 *1. dist. 23. art. 2. & pos. qõ. 9. artic. 3.*

¶ Præterea, Boë. dicit in lib. de du. na. Nomen personæ videtur traductum ex his personis quæ in comœdiis tragœdiisque homines repræsentabant. Persona enim dicta est à personando, quia concauitate ipsa, maior necesse est vt voluatur sonus. Græci vero has personas prosopa vocant ab eo, quòd ponantur in facie, atq; ante oculos obtegant vultum. Sed hoc nõ potest competere in diuinis, nisi forte secundum metaphoram. Ergo nomen personæ non dicitur de Deo nisi metaphoricé.

¶ Præterea, Omnis persona est hypostasis. Sed nomen hypostasis nõ videtur Deo competere: cum secundum Boë. significet id quod subiicitur accidentibus, quæ in Deo nõ sunt. Hiero. etiam dicit, quòd in hoc nomine hypostasis venenum latet sub melle. Ergo hoc nomen persona non est dicendum de Deo.

¶ Præterea, A quocunque remouetur diffinitio & diffinitum. Sed diffinitio personæ suprà posita [e] non videtur Deo competere. *a argumen.* Tum quia ratio importat discursiuam cognitionem, quæ non competit Deo, vt suprà ostensum est [e]. 169 Et sic Deus non potest dici rationalis 86 naturę. Tum etiam quia Deus dici non potest indiuidua substantia, 15 cum principium indiuiduationis sit materia: Deus autem immaterialis est [e]. 19 Neque etiam accidentibus substat [e], vt substantia dici posit. Nomen ergo personæ Deo attribui non debet.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in symbolo Anathasij, Alia est persona patris: alia filij: alia spiritussancti.

CONCLVSIO.

¶ *Cum quęcunque nomina ad perfectionem attinent, in Deum assumãtur, personæ nomen in Deo dicitur, & excellentiori modo quàm in creaturis.*

¶ RESPONDEO dicẽdum, ꝙ persona significat id quod est perfectissimũ in tota natura, scilicet subsistens in rationali natura. Vnde, cum omne illud quod est perfectionis, Deo sit attribuẽdum, eo quòd eius essentia continet in se omnem perfectionem [e]: 23 conueniens est vt hoc nomẽ persona de Deo dicatur. Non tamen eodẽ modo quo dicitur de creaturis, sed excellẽtiori modo: sicut & alia nomina, quæ creaturis à nobis imposita Deo attribuuntur, sicut suprà ostensum est [e], cum de diuinis nominibus ageretur. 70

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd licet nomen personę in 72 scriptura veteris vel noui testamenti non inueniatur dictũ de Deo: tamen id quod nomẽ significat multipliciter in sacra scriptura, inuenitur assertũ de Deo, s. quòd est maxime per se ens [e], & perfectissime intelligens [e]. 54 80 Si autẽ oporteret de Deo dici solum illa secundũ vocem, quæ sacra scriptura de Deo tradit, sequeretur ꝙ nunquã in alia lingua posset aliqs loqui de Deo nisi in illa, in qua primo tradita est scriptura veteris vel noui testamẽti. Ad inueniendũ aũt noua nomina antiquã fidem de Deo significãtia, coëgit necessitas disputandi cum hæreticis. Nec hæc nouitas vitãda est cũ non sit prophana vtpote à scripturarum sensu nõ discordãs [e]. *a* Docet autem Apostolus prophanas vocum vanitates vitare 1. ad Timot. vltimo. 182

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis hoc nomen persona non 195 conueniat Deo quantum ad id à quo impositum est nomen, tamen *a* quãtum ad id ad quod significãdum imponitur, maxime Deo conuenit. Quia enim in comœdiis & tragœdiis repræsentabantur aliqui homines famosi, impositum est hoc nomen persona ad significandum

quòd Deus ipse sit trin⁹ secūdum huiusmodi res incommunicabiles, quas personas dicimus.

[169 a] *a Super Quæst. vigesimænonæ artic. quartū.*

[Annota. 169 a] Titulus clarus est, & in corpore magis explanabitur.

[Côment.] ¶ In corpore quatuor facit. primo rōne difficultatis insinuat, secūdo refert quasdā opiniones. tertio respōdet quæsito. quarto ex determinatione præmissa saluat quodammodo prærecitatas opiniones.

¶ Quo ad primum duas cōditiones oppositas in hoc noīe inuētas, causas assignat difficultatis. Nō significat enim ad aliqd & pluraliter tamē in diuinis ponitur. hæc enim est cōditio relatiuorum repugnās absolutis. Illa ad absoluta spectat.

¶ Quo ad secundum tres affert opiniones. prima personæ nomē æquiuocat: & videt magistri 25. dist. primi. Sed hæc refellitur quo ad causam & rem: quia maior data fuisset occasio calūniæ, &c. Secunda essentiā in recto, relationē vero in obliquo: tertia vero ecōuerso, personam significare dicit, vt satis clare habetur in litera. [a 15 170 6]

¶ Quo ad tertiū cōclusio responsiua quæsito est. persona diuina significat relationē per modū substantiæ. i. hypostasis in natura diuina. hæc conclusio ex parte subiecti includit duos terminos scilicet persona diuina: ex parte vero prædicati includit tres terminos, scilicet ly relationem, ly per modum hypostasis, & ly in natura diuina: & quo ad singulos declaratur in litera. quo ad subiectū quidē dicitur primo, ꝙ aliud est quærere & loqui de significatiōe personæ & aliud de significatione personę diuinæ. Secundo ꝙ persona & persona diuina se habent sicut animal & homo. & ex hoc sequitur tertiū ꝙ ly persona diuina ponitur ad circūlo quēdum incōplexū nomē, sicut si animal rationale ponerem⁹ loco hominis. Et sic titulus quęstionis clarior apparet: qm̄ quæstio est de significatione nō ly personæ cū prędicat de Deo, qm̄ sic discussa est ei⁹ distinctio. prędicatur enim persona cōiter dicta: sed personæ diuinę an scilicet totum hoc significet relationē aut essentiam. Ex parte autē prædicati sigillatim manifestatur cōclusio, & primo quidem ꝙ significet relationem sic. persona in cōi significat substantiā indiuiduam rationalis naturæ: ergo persona talis naturæ significat distinctum in illa natura, ergo persona diuina significat relationem originis. Prima consequētia probatur: quia de ratiōe indiuidui est in distinctio in se & distinctio ab aliis: [1. dist. 23. articul. 3. & di. 26. q. 1. art. 1. & pos. qō. 9. artic. 4.] [169 argu. a.]

candum aliquos dignitatem habentes. Vnde cōsueuerunt dici personæ in ecclesiis quę habent aliquā dignitatem. Propter quod quidā diffiniunt personā dicentes, quòd persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitatē pertinente. Et quia magnæ dignitatis est in rationali natura subsistere: ideo omne indiuiduum rationalis naturæ dicitur persona, vt dictum est ᵉ. Sed dignitas diuinæ naturæ excedit omnem dignitatem. Et secundum hoc maxime competit Deo nomen personæ.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ nomen hypostasis non cōpetit Deo quātum ad id, à quo est impositum nomen: cum nō subsistet accidentibus. cōpetit autem quātum ad id, ad quod est impositum est enim ad significādum rem subsistentem. Hiero. autem dicit, sub hoc nomine venenum latere: quia antequam significatio huius nominis esset plene nota apud Latinos: hæretici per hoc nomen simplices decipiebāt vt cōfiterētur plures essentias, sicut confitentur plures hypostases: propter hoc ꝙ nomen substantiæ (cui respondet in grȩco nomen hypostasis) cōiter accipitur apud nos pro essētia.

¶ Ad quartū dicēdum, ꝙ Deus potest dici rationalis naturæ secundum ꝙ ratio non importat discursum, sed cōmuniter intelligibilē naturam. indiuiduum autem Deo cōpetere non potest quantum ad hoc, quòd indiuiduationis principiū est materia, sed solum secundum ꝙ importat incōmunicabilitatem ᵉ. Substantia vero cōuenit Deo secundum ꝙ significat existere per se ᵉ. Quidā tamen dicūt ꝙ diffinitio superius à Boë. data nō est diffinitio personæ, secundum ꝙ personas in Deo dicimus. Propter quod Ricard. de sancto Victo. corrigere volens hanc diffinitionem, dixit, quòd persona secundum quòd de Deo dicitur, est diuinæ naturæ incommunicabilis existentia.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum hoc nomen persona significet relationem.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ hoc nomen persona non significet relationem, sed substantiā in diuinis. Dicit enim Augu. in 7. de trini. Cum dicimus personam patris; non ad aliud dicimus quàm substantiam patris. ad se quippe dicitur persona, non ad filium.

¶ Pręterea, Quid quęrit de essentia. Sed sicut dicit Augustinus in eodem loco cum dicitur. Tres sunt qui testimoniū dant in cælo, pater, verbum, & spiritussanctus. & quæritur, quid tres? respondetur tres personæ. Ergo hoc nomen persona significat substantiam.

¶ Præterea, secūdum Philosoph. in 4. meta. Id quod significatur per nomē, est eius diffinitio: sed diffinitio personę est rationalis naturæ indiuidua substantia, vt dictum est ᵉ. Ergo hoc nomen persona significat substantiam.

¶ Præterea, Persona in hominibus & Angelis non significat relationem, sed aliquid absolutum. Si igitur in Deo significaret relationem diceretur æquiuoce de Deo & hominibus & Angelis.

¶ SED CONTRA est quod dicit Boë. in libro de trinitate quòd omne nomē ad personas pertinens, relationem significat. Sed nullum nomen magis pertinet ad personā quàm hoc nomen persona. Ergo hoc nomen persona relationem significat.

CONCLVSIO.

¶ *Persona diuina relationē originis significat per modum substantiæ, seu hypostasis in diuina natura.*

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ circa significationem huius noīs persona in diuinis, difficultatem ingerit, ꝙ pluraliter de tribus prædicatur præter naturā essentialium nominū: neq; etiā ad aliquid dicitur, sicut noīa quę relationem significāt. Vnde quibusdā visum est ꝙ hoc nomen persona simpliciter ex virtute vocabuli essentiam significet in diuinis, sicut hoc nomen Deus, & hoc nomen sapiens: sed propter instantiā hæreticorum est accōmodatum ex ordinatione cōcilij, vt posit poni pro relatiuis, & præcipue in plurali, vel cum noīe partitiuo: vt cum dicimus tres personas, vel alia est persona patris, alia filij. In singulari vero pōt[illegible]ni pro absoluto & pro relatiuo. Sed hæc non videtur sufficiens ratio. Quia si hoc nomen persona, ex vi suæ significationis nō habet qđ significet nisi essentiā in diuinis, ex hoc ꝙ dictum est, tres personas, nō fuisset hæreticorū quietata calūnia, sed maioris calumniæ data esset eis occasio. Et ideo alij dixerunt ꝙ hoc nomen persona in diuinis significat simul essentiā & relationē. Quorū quidā dixerunt, ꝙ significat essentiā in recto, & relationem in obliquo: quia persona dicitur quasi per se vna. vnitas autem pertinet ad essentiam quod autem dicitur per se, implicat relationem oblique. Intelligitur enim. pater per se esse quasi relatione distinctus à filio. Quidem vero dixerunt econuerso, quòd significat relationem in recto & essentiā in obliquo: quia in diffinitione personæ natura ponitur in obliquo. Et isti propinquius ad veritatem accesserunt.

¶ Ad euidentiā igitur huius quæstionis considerādum est, quòd aliquid est de significatiōe minus cōmunis, quod tamen non est de significatione magis communis. Rationale enim includitur in significatione hominis, quod tamen non est de significatione animalis. Vnde aliud est quærere de significatione animalis, & aliud est quærere de significatione animalis, quod est homo. Similiter aliud est quęrere de significatione huius nominis persona in cōmuni, & aliud de significatione personæ diuinæ. Persona enim in communi significat substantiam indiuiduam rationalis naturę, vt dictum est ᵉ. Indiuiduum autem est quod in se indistinctum, ab aliis vero distinctū. Persona igitur in quacunque natura significat id quod est distinctum in natura illa. Sicut in humana natura significat has carnes, & hæc ossa, & hanc animam: quæ sunt principia indiuiduātia hominem: quæ quidem licet non sint de significatione personæ, sunt tamen de significatione personæ humanæ. Distinctio autē in diuinis non fit nisi per relationes originis, vt dictum est suprà ᵉ. Relatio autē in diuinis nō est sicut accidens inhærens subiecto, sed est ipsa diuina essentia ᵉ. Vnde est subsistens sicut essentia diuina subsistit. Sicut ergo deitas est Deus, ita paternitas diuina est Deus pater, qui est persona diuina. Persona igitur diuina significat relationem vt subsistentem. Et hoc est significare relationem per modum substātiæ: quæ est hypostasis subsistens in natura diuina: licet subsistens in natura diuina, non sit aliud quàm natura diuina. Et secundum hoc verū est, quòd hoc nomē persona significat relationem in recto & essentiam in obliquo: non tamen relationem in quantum est relatio, sed in quantū significatur per modum hypostasis. Similiter etiam significat essentiā in recto & relationē in obliquo, in quātum essentia idem est quod hypostasis. Hypostasis autē significatur in diuinis vt relatione distincta. Et similiter relatio per modum relationis significata cadit in ratione personæ in obliquo. Et secundum hoc etiam dici potest, ꝙ hæc significatio huius nominis persona, nō erat percepta ante hæreticorum calumniam. Vnde non erat in vsu hoc nomen persona, nisi sicut vnum aliorum absolutorum. Sed postmodum accōmodatum est hoc nomen persona ad standū pro relatiuo ex congruentia suæ significationis: vt scilicet hoc qđ stat pro relatiuo, nō solum habeat ex vsu (vt prima opinio dicebat) sed etiā significatione sua.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hoc nomen persona dicitur ad se, nō ad alterum: quia significat relationem non per modum relationis, sed per modum substantiæ, quæ

& explanatur in persona humana. Secunda autem consequentia probatur: quia distinctio in diuinis non est nisi per relationes originis. Deinde probatur ꝙ per modum substantiæ. i. hypostasis si relatio in diuinis nō est accidens, sed diuina essentia. ergo est subsistens sicut illa. ergo paternitas diuina est Deus pater: sicut deitas est Deus. ergo persona diuina significat relationē subsistentem: ergo per modum hypostasis. demum quo ad ly in natura diuina declaratur: excludendo tacitam obiectionē de identitate naturæ & hypostasis in diuinis: & intendit, quòd licet subsistens in diuina natura sit idē quòd ipsa, cum hoc tamē stat quòd persona significat rem subsistentē, non per modum naturę, sed per modum substantiæ, quæ est hypostasis in illa natura, quia ratione distinguūt.

¶ Circa illam particulā Relationem aduerte ꝙ vt S. Tho. in quæstione de potentia, q. 8. artic. 4. exponit, personam diuinam significare relationem: potest intelligi dupliciter. Vno modo formaliter. alio modo materialiter, & vult ibidem quòd materialiter tantū significet relationem originis, formaliter vero hypostasim diuinę naturæ. Et per hanc distinctionē multæ soluuntur obiectiones. Videtur tamen mihi quòd hoc in loco altius perscrutatus propriam rationem subiecti. i. personæ diuinæ, intēdat quòd non solum materialiter. i. tanquam id in quo necessario saluatur: sed etiam formaliter relationem diuina persona includat, nō tamen determinate paternitatem aut filiationem. De ratiōe enim formali diuinę hypostasis secundum veritatem est relatio originis, quāuis non ista vel illa. In cuius signū nihil hic soluitur ex illa distinctione: sed omnium difficultatū ratio redditur, diuersitas inter modum significandi & rem significatā: quia scilicet res significata est relatiua. significatur autem absolute per modū hypostasis. [169] [166 167 2]

[Côment.] ¶ Circa probationem illius particulæ per modū hypostasis, aduerte ꝙ licet non valeat. a. significat relationem subsistentem: ergo significat eam vt subsistentem, vt in litera fieri videtur: valeret tamen si a. ex propria ratione significaret per modum subsistentis id quod significat: & quoniam persona manifeste significat per modū subsistentis ad probandum, quòd significaret relationem per modum subsistentis, non erat opus nisi probare quòd significaretur relatio, & quòd ipsa subsisteret: & hoc fit perspicue in litera.

¶ Num

Quæstio. ¶ *Num nomine personæ relatio, vel substantia, seu positiuum aliquid in diuinis personis significetur.*

¶ Circa prædicta simul occurrunt obiectiones Sco. ex primo dist. 23. & 29. arguit enim ꝙ nec relatio, nec substantia prima aut secunda, nec aliquid positiuū quidditatiuū diuinis personis, significatur nomine personæ in diuinis. Et ꝙ non relatio quidē, probat, qa ad quodcunq; dicitur relatiuū inferius, ad idē dicitur relatiuū superius licet non primo. ergo, si persona dicit relationē, sicut pater est pater filij primo, ita esset persona filij nō primo. quod est falsum. [16] Quod vero nihil positiuū quidditatiuum personis, probat: quia ab vltimis distinctiuis & cōstitutiuis personarum nihil potest abstrahi cōmune dictum de eis in quid, quia sunt primo diuersa: alioquin posset de eis quæri in quo conueniunt, & in quo differūt. [17] Quòd autē nec substantia prima probat, quia subsistens, indifferēs est ad absolutū & relatiuū.

¶ Ad has obiectiones. loquendo de ꝑsona diuina de qua videtur etiā Sco. loqui, vt patet ex secūdo motiuo adducto, breuiter dicendū est, propter rationē adductam in litera, quòd ipsa significat relationem originis in cōmuni, nō per modum relationis, sed hypostasis. [72] Et quia resolutio originis cōstitutiua diuinæ personæ, non solū in speciali vt paternitas, sed etiam secundum rationem relationis hypostaticæ, clauditur quidditatiue in ratione diuinæ personæ: puta patris, eo modo quo superius clauditur in ratione inferioris: & ipsa eadem relatio est substantia prima, seu hypostasis diuinæ naturæ. [173] Idcirco oppositum omnium trium illatorū à Sco. tenemus. Et ad primam obiectionē pater responsio ex litera: quoniam illa maior nōn est vera: quando relatiuū significatur per modū absoluti, vt cōtingit in proposito: & idcirco sequela est nulla. Ad secundā vero obiectionē dicitur, quòd aliud est loqui de rebus, & aliud de conceptibus: quamuis enim à rebus sub cōceptibus vltimate distinctiuis non possit abstrahi cōmune aliquid dictū in quid de illis cōceptibus, præter trāscendētia: à rebus tamen ipsis absolute quantumcunque simplicibus, potest abstrahi prędicatum aliquod cōmune vniuocum quasi generis vel speiei: & non solum quasi propriū, modo nulla causa est in ꝓposito. quòd si persona diuina significat aliquid commune prædicatū in quid de diuinis ꝑsonis, quòd illud oportet esse commune constitutiuis personarū: quo ad vltimos suos cōceptus abstracte & præcise sumptis. hanc enim conditionalē supponit illud motiuū, quā non oportet esse veram. nec ab ipso est probata. Ad tertiā ante obiectionem negatur, quòd ratio [1. d. 2. ar. 4. & 5. & 4. con. capi. 5. & 25. & po. qō. 9. arg. 5. & op. 3. capi. 5. & quol. 7. q. 3. artic. 1.] [167] [20] [172 165 167 168]

est hypostasis. Et secundum hoc August. dicit quòd significat essentiam, prout in Deo essentia est idem cum hypostasi ᵉ, quia in Deo non differt quod est, & quo est.

¶ Ad secundū dicendū, ꝙ quid qnq; quærit de natura quā significat diffinitio: vt cū quæritur, quid est homo? respondetur, animal rationale mortale ᵉ. Quandoque verò quærit suppositum, vt cum quæritur, quid natat in mari? respondetur, piscis. Et sic quærentibus quid tres, responsum est; tres personæ.

¶ Ad tertiū dicēdum, ꝙ in intellectu substātiæ indiuiduæ. i. distinctæ vel incommunicabilis, intelligitur in diuinis relatio vt dictum est ᵉ.

¶ Ad quartum dicēdum, ꝙ diuersa ratio minus cōmunium nō facit æquiuocationē in magis cōmuni. Licet enim sit alia ꝓpria diffinitio equi & asini, tamen vniuocātur in nomine animalis: quia cōmunis diffinitio animalis cōuenit vtriq;. Vnde non sequitur quòd licet in significatione personæ diuinæ contineatur relatio, non autē in significatione angelicæ personæ vel humanę, quòd nomen personę æquiuoce dicatur. Licet nec etiam dicatur vniuoce, cum nihil vniuoce de Deo dici posit & de creaturis vt suprà ostensum est ᵉ.

QVÆSTIO TRIGESIMA de pluralitate personarum in diuinis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE quæritur de pluralitate ꝑsonarum. ¶ Et circa hoc quęritur quatuor. ¶ Primo, vtrū sint plures personæ in diuinis. ¶ Secūdo, quot sunt. ¶ Tertio, quid significēt termini numerales in diuinis. ¶ Quarto, de communitate huius nominis persona.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum sit ponere plures personas in diuinis.*

AD PRIMVM sic proceditur; Videtur, quòd non sit ponere plures personas in diuinis. Persona enim est rationalis naturę indiuidua substantia. Si ergo sunt plures personæ in diuinis, sequitur quòd sint plures substantię. Quod videtur hæreticum.

¶ Præterea, Pluralitas, proprietatū absolutarū nō facit distinctionē personarum, neq; in Deo neque in nobis, multo igitur minus pluralitas relationum. Sed in Deo non est alia pluralitas nisi relationū, vt suprà dictum est ᵉ. Ergo non potest dici, quòd in Deo sint plures personæ.

¶ Præterea, Boë. dicit de Deo loquens, quòd hoc vere vnum est in quo nullus est numerus. Sed pluralitas importat numerum. Ergo non sunt plures personæ in diuinis.

¶ Præterea, Vbicunque est numerus, ibi est totum & pars. Si igitur in Deo sit numerus personarum, erit in Deo ponere totum & partem. Quod simplicitati diuinæ repugnat ᵉ.

¶ SED CONTRA est quod dicit Athanasius, Alia est persona patris, alia filij, alia spiritussancti. Ergo pater & filius & spiritussanctus sunt plures personæ.

CONCLVSIO.

¶ *Cum in diuinis sint plures res subsistentes in diuina natura, plures quoque personas ibi esse necesse est.*

¶ RESPONDEO dicēdum, ꝙ plures esse ꝑsonas in diuinis, sequit ex prēmissis. Ostēsum est enim suprà ᵉ, ꝙ hoc nomē persona, significat in diuinis relationē, vt rem subsistentē in natura diuina. Suprà autē habitū est ᵉ, ꝙ sunt plures relatiōes reales in diuinis. Vnde sequit quòd sint plures res subsistētes in diuina natura. Et hoc est esse plures personas in diuinis.

subsistentis; accipiendo subsistens per modum hypostasis, vt tam in diffinitione Boë. quàm in diffinitione Ricar. exprimitur, applicando ad diuina, abstrahat ab absoluto & respectiuo: imò est respectiua: quāuis posit à nobis absolute cōcipi, vt de facto significatur personæ diuinæ nomine. Et quoniā nihil aliud est prima substantia in diuinis quàm huiusmodi res respectiua subsistens &c. Ideo persona diuina significando rem respectiuam huiusmodi, significat substantiam primam

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ substantia non ponitur in diffinitione personæ secundum qđ significat essentiā, sed secundum quod significat suppositū. Quod patet ex hoc quòd additur indiuidua. Ad significādum autem substātiam sic dictam, habent Græci nomen hypostasis. Vnde sicut nos dicimus tres personas, ita ipsi dicunt tres hypostases. Nos autem non consueuimus dicere tres substantias, ne intelligerentur tres essentiæ, propter nominis æquiuocationem.

¶ Ad secundum dicēdum, ꝙ proprietas absolute in diuinis (vt bonitas, & sapientia) nō opponuntur adinuicem: vnde neque realiter distinguuntur. Quāuis ergo eis conueniat subsistere, nō tamen sunt plures res subsistentes, qđ est esse plures personas. ꝓprietates autem absolutæ in rebus creatis nō subsistunt, licet realiter abinuicem distinguantur, vt albedo & dulcedo. Sed proprietates relatiuæ in Deo & subsistunt, & realiter abinuicem distinguūtur vt suprà dictum est ᵉ. Vnde pluralitas talium proprietatum sufficit ad pluralitatem personarum in diuinis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd à Deo propter summā vnitatem & simplicitatem excluditur omnis pluralitas absolute dictorum, non autē pluralitas relationum, quæ relationes prædicantur de aliquo vt alterum ᵉ. Et sic compositionem in ipso de quo dicuntur non important, vt Boë. in eodem libro docet.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ numerus est duplex, scilicet numerus simplex vel absolutus, vt duo & tria & quatuor. Et est numerus, qui est in reb⁹ numeratis, vt duo homines & duo equi. Si igitur in diuinis accipiatur numerus absolute siue abstracte, nihil ꝓhibet in eo esse totum & partem. Et sic nō est nisi in acceptione intellectus nostri. Non enim numerus absolutus à reb⁹ numeratis est, nisi in intellectu. Si autem accipiamus numerum prout est in rebus numeratis, sic in rebus quidem creatis vnum est pars duorum, & duo trium, vt vnus homo duorum, & duo trium. Et sic non est in Deo: quia tantus est pater quāta tota trinitas, vt infrà patebit ᵉ.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum in Deo sint plures personæ quam tres.*

AD SECVNDVM sic proceditur, Videtur, quòd in Deo sint plures personæ quam tres. Pluralitas enim personarum in diuinis est secundum pluralitatem proprietatum relatiuarum, vt dictum est ᵉ. Sed quatuor sunt relationes in diuinis (vt suprà dictum est) scilicet paternitas filiatio communis spiratio & processio. Ergo quatuor personæ sunt in diuinis.

¶ Præterea, Non plus differt natura à voluntate in Deo, quā natura ab intellectu: sed in diuinis est alia persona, quæ procedit per modū voluntatis, vt amor, & alia, quæ procedit per modum naturæ, vt filius. Ergo est etiam alia, quæ procedit per modum intellectus, vt verbum, & alia, quæ procedit per modum naturæ, vt filius. Et sic iterum sequitur quòd non sunt tantum tres personæ in diuinis.

¶ Præterea, In rebus creatis quod excellētius est, plures habet operatiōes intrinsecas. Sicut homo supra alia animalia habet intelligere & velle. sed Deus in infinitum excedit omnē creaturam. Ergo non solū est ibi persona procedens per modum voluntatis & per modum intellectus, sed infinitis aliis modis. Ergo sunt infinitæ personæ in diuinis.

¶ Præterea, Ex finita bonitatate patris est ꝙ

diuinæ naturæ: & significando substātiam primam diuinæ naturæ, significat relationem originis, subsistentem, &c.

[Côment.] ¶ Quo ad quartum redit ad opiniones prærecitatas. Et primo ad tertiā de relatione in recto, & natura in obliquo: dicitque, hoc verificari de relatione, nō vt relatio, sed vt subsistens. Relatio enī dupliciter sumi potest, scilicet vt relatio, puta paternitas, seu quam aliquid ad aliud refertur: & vt hypostasis, seu quod quasi denominari intelligitur relatiuum, vt ly Pater substantiue sumptum. Deinde ad secundam opinionē de essentia in recto, & relatione in obliquo: & dicit hoc verificari de essentia nō formaliter, sed identice: id est, vt idētificatur hypostasi: & de relatione, vt relatio est. Demū ad primā opinionē de equiuocatione & accōmodatione, & dicit tria. primo, significationē fuisse olim occultā: secundo affirmat accommodationem: tertio, quòd causa accommodationis non est vsus, vt prima dicebat opinio, sed ipsa vera & propria significatio nominis: & sic patet solutio nodi propositi in principio corporis, nam personę nomen rationem rei significatæ plurificat realiter in diuinis, ratione vero modi significandi non dicitur ad aliquid. [172 166 167] [a 165 c 166 a]

a ¶ *Super Quæstionis trigesimæ Articulum primum.* [Annota. c 174. 220 & a b c 23.]

Titulus manifeste qrit de reali pluralitate.

[Côment. 174] ¶ In corpore vnica est cōclusio responsiua quæsito affirmatiue. In diuinis sunt plures personæ: & probatur sic ex dictis. In diuinis sunt plures relationes reales: ergo sunt plures res subsistentes in diuina natura, ergo plures personæ & tenet sequela, quia persona diuina significat relationē vt rem subsistentem. [Infrà qō. 31. arti. 1. & q. 41. arti. 6. & 1. dist. 10. arti. 5. & 4. con. ca. 12. vel 13. & ca. 25. vel 26. & pos. qō. 9. arti. 9. & opus. 2. ca. 56. et 60.]

¶ In responsione ad secundum, vbi ex eo quòd non opponūtur in diuinis sapientia & bonitas, infertur quòd nō distinguntur realiter, nō oportet aliud huius consequētiæ fundamētum iacere, quam quòd sola oppositio relatiua res diuinas distinguit. Non enim absolute intulit ex negatione oppositionis, negationem distinctionis: sed explicite apposuit ly in diuinis. Et propterea hoc sufficit ad oppositū. [173 168]

a ¶ *Super Quæstionis trigesimæ Articulum secundum.*

IN titulo aduerte, quòd intentio literæ est non solum discutere, an sint plures

infinite seipsum cõmunicet producẽdo personã diuinã. sed etiã in spiritusancto est infinita bonitas. Ergo spiritussanctus producit diuinã personam, & illa aliam, & sic in infinitum.

¶ Præterea, Omne qđ continetur sub determinato numero, est mẽsuratũ. numerus enim mensura quædã est. Sed personæ diuinæ sunt immensæ, vt patet per Athanã. Immensus pater, immensus filius, immensus spiritussanctus, Non ergo sub numero ternario continentur.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur 1. Ioan. vltimo, Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbũ, & spiritussanctus. Quærentibus autem quid tres, respondetur, Tres personæ, vt Augustin. dicit 7. de trinit. Sunt igitur tres personæ tantum in diuinis.

CONCLVSIO.

¶ Tres tãtum in diuinis personæ sunt, Pater, filius, & spiritussanctus.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd secundum præmissa [e] necesse est ponere tantũ tres personas in diuinis. Ostensum est enim quòd plures personæ sunt plures relationes subsistẽtes abinuicem realiter distinctæ. Realis autẽ distinctio inter relationes diuinas non est nisi ratione oppositionis relatiuæ. Ergo oportet duas relatiões oppositas ad duas personas pertinere. Si quæ autẽ relationes oppositæ nõ sunt ad eandem personã, necesse est eas pertinere. Paternitas ergo & filiatio (cũ sint oppositæ relationes) ad duas personas ex necessitate pertinent. Paternitas igitur subsistens est persona patris: & filiatio subsistẽs est persona filij. Aliæ autem duę relationes ad neutrum harum oppositionem habent, sed sibiinuicem opponuntur. impossibile est igitur quòd ambæ vni personæ conueniant. Oportet ergo quòd vel vna earum conueniat vtriq; dictarũ personarum; aut quòd vna vni, & alia alij. non autem potest esse, quòd processio conueniat patri & filio, vel alteri eorũ: quia sic sequeretur, quòd processio intellectus, quæ est generatio in diuinis, secũdum quã accipitur paternitas & filiatio, prodiret ex processione amoris secundum quam accipitur spiratio & processio, & persona generãs & genita procederent à spirante. Quod est contra præmissa [e]. Relinquitur ergo, quòd spiratio conueniat & personæ patris, & personæ filij, vtpote nullam habens oppositionem relatiuã, nec ad paternitatem, nec ad filiationẽ. Et per cõsequens oportet quòd conueniat processio alteri personæ, quæ dicitur persona spiritussancti, quæ per modũ amoris procedit, vt suprà habitum est [e]. Relinquitur ergo tantum tres personas esse in diuinis, scilicet patrem, & filium, & spiritumsanctum [e].

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd licet sint quatuor relationes in diuinis: tamen vna earũ, s. spiratio, nõ separatur à psona patris & filij, sed conuenit vtriq;. Et sic licet sit relatio, nõ tamen dicitur proprietas. Quia nõ conuenit vni tantũ personæ: neq; relatio personalis, id est constituens personam [e]. Sed hæ tres relationes, paternitas, filiatio, & processio, dicũtur proprietates personales quasi personas constituentes. Nam paternitas est persona patris, filiatio persona filij, processio persona spiritussancti procedentis.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd id quod procedit per modũ intellectus vt verbũ, procedit secundũ rationem similitudinis: sicut etiã id quod procedit per modũ naturæ. Et ideo suprà dictum est [e], quòd processio verbi diuini est ipsa generatio per modum naturæ. Amor autem in quãtum huiusmodi non procedit vt similitudo illius à quo procedit: licet in diuinis amor sit coessentialis in quãtum est in diuinis. Et ideo processio amoris non dicitur generatio in diuinis [e].

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd homo (cum sit perfectior aliis animalibus) habet plures operationes intrinsecas, quã alia animalia, quia eius perfectio est per modum cõpositionis. Vnde in angelis, qui sunt perfectiores & simpliciores, sunt pauciores operationes intrinsecę quã in homine [e]; quia in eis non est imaginari, sentire & huiusmodi. Sed in Deo secundum rem non est nisi vna operatio, quæ est sua essentia. Sed quomodo duæ sunt processiones suprà ostensum est [e].

¶ Ad quartũ dicẽdum, quòd ratio illa procederet si spiritussanctus haberet aliã numero bonitatẽ à bonitate patris. oporteret enim quòd sicut pater per suã bonitatẽ producit personã diuinã, ita & spiritussanctus. Sed vna & eadẽ bonitas patris est & spiritussancti. Neq; etiã est distinctio, nisi per relatiões personarũ [e]. Vnde bonitas conuenit spirituisancto, quasi habita ab alio. patri autẽ sicut à quo cõicatur alteri. Oppositio autem relationis non permittit, vt cum relatione spiri. sanct. sit relatio principij respectu diuinæ personæ: quia ipse procedit ab aliis personis, quæ in diuinis esse possunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd numerus determinatus (si accipiatur numerus simplex qui est tantum in acceptione intellectus) per vnum mensuratur. Si vero accipiatur numerus rerum in diuinis personis, sic nõ competit ibi ratio mensurati: quia eadem est magnitudo trium personarum [e], vt infrà patebit [e]. Idem autem non mensuratur per idem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrũ termini numerales ponãt aliquid in diuinis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd termini numerales ponant aliquid in diuinis. vnitas enim diuina est eius essẽtia. Sed oĩs numerus est vnitas repetita.

plures personæ quàm tres, sed etiam an sint pauciores, puta duæ tantum. Et hoc patet tum ex propositione quæsitorũ in principio huius quæstionis. dicit enim litera ibi, quòd secundo quærendum est quot sunt. Tum ex conclusione responsiua in corpore articuli, pposita & illata: est enim vna exclusiua, scilicet personæ diuinæ sunt tantũ tres, ad cuius veritatẽ patet oportere verificari, quòd nec sunt plures nec pauciores.

Cóment. ¶ In corpore vnica conclusione exclusiua respõdet quæsito. Necesse est ponere personas in diuinis tres tãtum. Et probatur simul quoad vtrãque exponẽtem sic. Plures personæ diuinæ sunt plures relationes subsistentes abinuicẽ realiter distinctę sola oppositione relatiua: ergo omnes relationes oppositæ ad distinctas personas, nõ oppositæ, ad eandẽ pertinent: ergo paternitas & filiatio ad duas spectãt personas. sicque paternitas est persona patris, & filiatio est persona filij. Tunc vltra, ergo aliæ duæ relationes, scilicet spiratio & processio, 372 neutri pręmissarum, 373 sed sibiinuicẽ oppositæ, ad vnam personam non spectant: ambæ ergo vel vna earũ conuenit vtriq; dictarum personarũ, vel vna vni, & alia alij: sed processio nõ potest conuenire vtriq;, quia processio intellectus prodiret ex processione amoris: ergo spiratio conuenit vtrique, vtpote nulli earũ opposita: ergo processio conuenit alij personæ, ergo sunt tantum tres personæ, scilicet pater & filius & spiritussanctus.

¶ Circa hunc processum dubiũ occurrit non paruum de modo procedẽdi: diminutus enim manifeste videtur & truncus. Tum quia proponit disiunctiuam, scilicet quòd spiratio & processio sic se habent, quòd vel vna earum conuenit patri & filio, vel vna patri & alia filio: & tamen non discutit secundam partem disiunctiue, ex cuius di- 362 scussione pendet, an per- 363 sonæ sint pauciores quã c tres. Tum quia proponit etiam negatiuam habentem duas partes, scilicet processio non conuenit patri & filio vel alteri eorũ, Et tamen non pro- 361 bat eam nisi quo ad primam partẽ: vt manifeste conuincit ratio literę & 219 subiuncta verba testãtur: scilicet si persona generans & genita procederent à spirante.

¶ Circa eundem quoque processum dubium est: quoniam implicare videtur contradictoria. Ex vna enim parte dicitur quòd sola relatiua oppositio distinguit realiter in diuinis: & quòd relationes secundæ cõbinationis, scilicet spiratio & processio, non opponũtur relationibus primæ, scilicet paternitati & filiationi: & ex illa parte pbatur realis distinctio processiõis à paternitate & filiatione. Ex his enim arguo sic: ex primo dicto sola oppositio relatiua distinguit realiter: sed processio nõ opponitur relatiue paternitati aut filiationi ex secũdo dicto. ergo non distinguitur realiter. Et ecõuerso, processio distinguit realiter à paternitate & filiatione: ergo opponit illi relatiue vel, ergo nõ sola oppositio relatiua distinguit realiter in diuinis: oĩa sunt contra literã: ergo.

¶ Ad primam dubitationem dicendum est, quòd decuit omnia membra discutienda proponere explicite, ne aliquod eorum videretur obliuioni traditum: & vt ostenderetur ex conclusione processus proposita omnia implicite fuisse discussa. Modus autem, quo absque defectu omnia discussa intelliguntur in hac breui litera, est hic; illato in communi, quòd altera earum, scilicet spirationis & processionis inest vtriq;, scilicet patri & filio: aut vna vni, & altera alteri: & subiuncto in speciali, quòd processio nec vtriq; nec alteri inest: incipit prosequi primam partem tam primæ quàm secundæ propositionis an, scilicet vna vtrique, id est patri & filio insit; & hoc examinando inchoauit à processione, intulitque partem negatiuam, scilicet, quòd ipsa non conuenit vtrique. Et eadem via gradiendo consequẽter reliquam, scilicet spirationem, conclusit conuenire vtrique.

Et sic absoluto prius membro prius proposito, vt rectus ordo poscebat, Reliqua membra proposita non fuit opus amplius discutere: quoniam ex affirmatione primi, & præmissis huius processus manifeste inueniuntur exclusa: dictum est enim quòd spiratio & processio ad eandem non possunt pertinere personam, & nunc illatum est, quòd spiratio conuenit patri, & filio: ergo manifeste sequitur quòd processio nec vtrique nec alteri conuenit, & quòd non potest esse quòd vna vni, & altera alteri cõueniat: atque proposita fuerant. 183 Nec obstat processui huic sic exposito, quòd cum nota illationis litera infert dicens: Relinquitur ergo, quòd spiratio. illatio enim illa non respicit omnia antedicta: sed communes canones hic præmissos & vim dualitatis relationum, scilicet processionis & spirationis: & intendebat, 161 quòd quia si non obuiat oppositio altera harum, identificatur vtrique, scilicet patri & filio: & processio non potest identificari vtrique: relinquitur quòd spiratio identificetur vtrique: a 163 vtpote nullam habens ad vtranque oppositionem: sic enim infert litera: & non absolute sine additione præfati medij, vt patet intuenti.

¶ Ad secũdam vero dubitationem, 178 breuiter dicitur, quòd cum oppositio relatiua distinguens diuina sit secundum ordinem originis: dupliciter 162 possunt dici aliqua ibidem relatiue opposita, scilicet ratione relationis, vel ratione originis: opposita ratione relationis sunt tãtum correlatiua, vt pater & filius abinuicem: 162 & spirans & procedens abinuicem. 190 ratione autem originis opposita sunt quæcunque sic se habent, quòd vnum oportet esse ab alio, & non econtra. Dico ergo primo, quòd secunda combinatio non opponitur primo ratione relationis: & hoc intendit litera dicens neutram harum oppositionem habere ad aliquam illarum. Secundo, quòd processio opponitur vtrique ratione originis: 173 quia origo amoris est d ab intellectu, & nõ econtra. 220 Et hoc intendebat litera excludẽs processio- 223 nem à patre & filio. & a b c est enim oppositio hic oppositio 175 relatiua originis 1.di.14.q. spiratio autem nec ra- 1.ar.3.& tione relationis, nec ratione pos. qõ.9. ordinis originis aliquam habet ad pater- arti.7.& nitatem & filiationem quoli.10. q.1.art.1. oppositionem: & propterea merito coincidit cum vtraque. Et sic diuersis rationibus interpretando oppositionem relatiuam, nulla est implicatio in hoc processu: vt patet ex dictis, & efficaciter probatum est personas diuinas esse tres tantum.

¶ In responsione ad secundum aduerte, si vis complete videre quare processio intellectus & naturæ coincidit, non autem voluntatis: tres differentias positas in quæstionibus de potentia q.10. artic.2. ad vndecimum.

a ¶ *Super Quæstionis trigesimæ Articulum tertium.*

IN titulo termini numerales sunt, vnus, duo, tres, &c. ponere aliquid, est significare aliquid positiuum: ita quòd sensus est, cum dicimus quod pater & filius sunt duo, an ly duo prædicet aliquid positiue, vt sapiens, aut pater, an solam, negationem, vt ly incorporeus. Annot.

¶ In corpore quatuor facit. Primo refert duas extremas opiniones: alteram magistri in 24. distin. 1. tenentis solam negationem his terminis significari, alteram oppositam. Secundo ponit quãdam distinctionem de pluralitate pro fundamento tam veritatis inueniendæ, quàm erroris vitandi. Tertio prærecitatarum opinionum radices ostendit. Quarto respondet determinando. Cóment.

¶ Quo ad secundum, quia primũ patet, distinctio est ista, pluralitas est duplex, s. materialis & transcendens. Et probatur sic: diuisio est duplex, s. continui & op-

psitarum

Ergo omnis terminus numeralis in diuinis significat essentiã. Ergo ponit aliquid in Deo.

¶ Præterea, Quicquid dicitur de Deo & creaturis, eminentius conuenit Deo quàm creaturis [e]. Sed termini numerales in creaturis aliquid ponunt. Ergo multo magis in Deo.

¶ Præterea, Si termini numerales nõ ponunt aliquid in diuinis, sed inducũtur ad remouendum tãtum, vt per pluralitatem remoueatur vnitas, & per vnitatem pluralitas: sequitur quòd sit circulatio in ratione confundens intellectum, & nihil certificans. quod est inconueniens. Relinquitur ergo quòd termini numerales aliquid ponunt in diuinis.

¶ SED CONTRA est, quod Hila. dicit in 4. de tri. Sustulit singularitatis ac solitudinis intelligentiã professio consortij, quod est professio pluralitatis. Et Amb. dicit in lib. de tri. Cum vnum Deum dicimus, vnitas pluralitatem excludit deorum, non quantitatem in Deo ponimus. Ex quibus videtur, quòd huiusmodi nomina sunt inducta in diuinis ad remouendum, non ad ponendum aliquid.

CONCLVSIO.

¶ Termini numerales in diuinis significant ea, de quibus dicuntur sola negatione superaddita.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd magister in sentẽtiis ponit, quòd termini numerales non ponunt aliquid in diuinis, sed remouẽt tantum. Alij vero dicunt contrarium.

¶ Ad euidentiam igitur huius cõsiderandum est, quòd omnis pluralitas consequitur aliquã diuisionem, est autem duplex diuisio [e]. Vna materialis, quæ fit secundum diuisionẽ continui, & hanc consequitur numerus, qui est species quantitatis. Vnde talis numerus non est nisi in rebus materialibus habentibus quantitatem. Alia est diuisio formalis, quę fit per oppositas vel diuersas formas. Et hanc diuisionẽ sequitur multitudo quæ non est in aliquo genere, sed est de transcendentibus, secundum quod ens diuiditur per vnum & multa. Et talem multitudinem solam contingit esse in rebus immaterialibus. Quidam igitur nõ considerantes nisi multitudinem solam, quæ est species quantitatis discretæ (quia videbant quòd quãtitas discreta non habet locum in diuinis) posuerunt, quòd termini numerales non ponunt aliquid in Deo, sed remouent tantũ. Alij vero eandem multitudinem considerãtes dixerunt, quòd sicut scientia ponitur in Deo secundum rationem propriã scientiæ, nõ autem secundum rationẽ sui generis [e] (quia in Deo nulla est qualitas) ita numerus in Deo ponitur secundum propriã rationem numeri, non autem secundum rationem sui generis, quòd est quantitas. Nos autem dicimus, quòd termini numerales secundum, quòd veniunt in prædicationem diuinam, non sumuntur à numero, qui est species quantitatis: quia sic de Deo non dicerentur nisi metaphorice, sicut & aliæ proprietates corporalium, sicut latitudo, longitudo & similia. Sed sumuntur à multitudine, secundum quod est transcendens. Multitudo autem sic accepta hoc modo se habet ad multa de quibus prædicatur, sicut vnũ quod conuertitur cum ente ad ens. Huiusmodi autem vnum (sicut suprà dictum est [e] cum de Dei vnitate ageretur) non addit aliquid supra ens nisi negationem diuisionis tantum. Vnum enim significat ens indiuisum. Et ideo de quocunque dicatur vnum, significatur illa res indiuisa: sicut vnum dictum de homine significat naturam, vel substantiam hominis nõ diuisam. Et eadem ratione cum dicuntur res multæ, multitudo sic accepta significat res illas cum in diuisione circa vnamquanque earum. Numerus autem qui est species quantitatis, ponit quoddam accidens additum supra res, & similiter vnum quod est principium numeri. Termini ergo numerales significant in diuinis illa de quibus dicũtur, & super hoc nihil addunt nisi negationem, vt dictum est [e]. & quantum ad hoc, veritatem dixit magister in sentẽtiis. Vt cum dicimus, essentia est vna, vnum significat essentiam indiuisam. Cum dicimus, persona est vna, significat personam indiuisam. Cum dicimus, personę sunt plures, significantur illæ personæ, & indiuisio circa vnamquanque earum: quia de ratione multitudinis est, quòd ex vnitatibus constet.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd vnum cum sit de transcendentibus, est communius quàm substantia, & quàm relatio: & similiter multitudo. Vnde potest stare in diuinis & pro substãtia & pro relatione secũdum quod competit his quibus adiungitur. Et tamen per huiusmodi nomina supra essentiam, vel relationem: additur ex eorum significatione propria, negatio quædam diuisionis, vt dictum est [e].

¶ Ad secundum dicendum, quòd multitudo, quæ ponit aliquid in rebus creatis, est species quantitatis, quæ non transsumitur in diuinam prædicationem, sed tantum multitudo transcendens, quæ nõ addit supra ea de quibus dicitur, nisi in diuisionem circa singula. Et talis multitudo dicitur de Deo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnum non est remotiuum multitudinis, sed diuisionis, quæ est prior secundum rationem, quã vnum vel multitudo. Multitudo autem non remouet vnitatem, sed remouet diuisionẽ circa vnumquodq; eorum, ex quibus constat multitudo. Et hæc suprà exposita sunt [e] cum de diuina vnitate ageretur. Sciendum tamen est quòd autoritates in oppositum inductæ, non probãt sufficienter propositum: licet enim pluralitate excludatur solitudo, & vnitate deorũ pluralitas: non tamen sequitur quòd his nominibus hoc solum significetur. Albedine enim excluditur nigredo, non tamen nomine albedinis significatur sola nigredinis exclusio.

ARTICVLVS IIII.

a *¶ Vtrum hoc nomen persona possit esse commune tribus personis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc nomẽ persona nõ possit esse commune tribus personis. nihil enim est commune tribus personis nisi essentia. Sed hoc nomen persona non significat essentiam in recto [e]. Ergo nõ est cõmune tribus.

¶ Præterea, Commune opponitur incommunicabili. Sed de ratione personæ est, quòd sit incõmunicabilis: vt patet ex diffinitione Ricar. de sancto Victo. suprà posita [e]. Ergo hoc nomen persona non est commune tribus.

¶ Præterea, Si est commune tribus, aut ista communitas attenditur secundum rem: aut secundum rationem. Sed non secundum rem: quia sic tres personæ essent vna persona. Nec iterum secundum rationem tantum, quia sic persona esset vniuersale. In diuinis autem nõ est vniuersale, nec etiam particulare, neque genus, neque species: vt suprà ostensum est [e]. Non ergo hoc nomen persona est commune tribus.

¶ SED CONTRA est, quod dicit Aug. 8. de Trini. quòd cum quæreretur quid tres, responsum est, tres personæ: quia commune est eis id quod est persona.

CONCLVSIO.

¶ Personæ nomen commune est tribus personis non secundum rem, sed secundum rationem: non quidem sicut genus, vel species, sed vt indiuiduum vagum.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd ipse modus loquendi ostendit hoc nomen persona tribus esse commune, cum dicimus tres personas: sicut cum dicimus tres homines, ostendimus hominem esse commune tribus.

positarum vel diuersarum formarum: ergo & pluralitas, quoniam diuisionem sequitur. E manifestantur membra distinctionis ex duabus aliis differentiis præter prædictam radicalem: quia scilicet materialis est species quantitatis, transcendens autem, in nullo est genere. Et rursus, illa non est nisi in quantis, ista est in separatis à materia.

¶ Quo ad tertium vtraque opinio solam materialem multitudinẽ quæ numerus vocatur, inspexit, sed alio calle incessit, dum imperfectionẽ altera, altera vero vltimam differentiam quasi absq; imperfectione cõsiderauit. Et sic illa ad remouendum, ista ad ponẽdum terminos numerales assumptos dixit.

¶ Quo ad quartum, conclusio responsiua quæsito est, termini numerales in diuinis significant illa de quibus dicuntur, solam negationem addendo. Et probatur ac declaratur. probatur quidem sic. Termini numerales in diuinis non sumuntur à numero, qui est species 250 quantitatis, sed à multitudine transcẽdente, ergo significãt illa de quibus dicuntur sola negatione addita. Antecedẽs quo ad partem negatiuam, quæ directe est cõtra radicem vtriusque opinionis pręmissæ probatur: quia aliter sequeretur, quòd non dicerentur de Deo nisi metaphorice, & probatur sequela: quia proprietates corporales non nisi metaphoricæ de Deo dicuntur, vt patet de latitudine & longitudine, &c. Quo ad partem vero affirmatiuam, licet explicite non probetur, sequitur tamen ex differentia inter vtranq; multitudinem: & præcipue ex illa, quæ se tenet ex parte subiecti: constat e- 70 nim diuina esse de ordine immaterialium. Consequentia vero probatur ex differẽtia inter vtranque multitudinem ac vtriusque principium vnitatem: quo ad significãdum aliquid positũ vel negatiuũ sic, vnum transcendenter significat rẽ, quæ vna dicitur, addita tantum negatione diuisionis: ergo multa transcendenter significat res, quæ plures dicuntur addita tantum negatione diuisionis circa vnam- 5 quanque: multitudo enim ex vnitatibus constat. vnum vero quod est principium numeri, & ipse numerus: certum accidens positiuũmque significat: alioquin quãtitatis species non esset, &c. ergo si termini numerales in diuinis sumpti sunt à multitudine transcendenti, significãt res illas, quibus adduntur sola negatione addita: quod erat probandum: manifestatur autem applicando ad essentiam & personas, vt clare patet in litera. 52

Annota. ¶ Circa prædicta aduerte primo, quòd ex litera habes, quòd opinio autoris differt quo ad radicem ab vtraque opinione præmissa. Quo ad conclusionem vero simpliciter differt à secunda, quam tamen absque ratione aliqua approbare videtur Scotus in quolibet. quæstio. 14. circa principium artic. primi, dum trini nomen de Deo dictum à specie quantitatis discretæ abstrahit. A prima vero differt secũdum aliquid: quia scilicet non pure negatiue significare dicit, quamuis etiam negationẽ importare concedat cum ipso magistro. 52

¶ Aduerte secũdo, quòd sunt hic multæ propositiones disputabiles, scilicet quòd numerus est vna certa species quantitatis, & quòd non inuenitur nisi in rebus quãtitatis. Et quòd vnum principium numeri est aliquod accidens positiuũ materiale. Sed quoniam præsentis negotij non sunt, erit, si tempus dabitur, de his quæstio specialis. 252 d

¶ Aduerte tertio, quòd cum in litera dicitur, quòd multitudo nihil addit supra res nisi in diuisionem circa vnamquanque, dupliciter intelligi potest. Primo, quòd ly Nihil supponat pro positiuo: præsens enim discussio ad hoc fit, vt sciatur an positiuum aliquid addat, aut solam negationem non curando, vtrum vnam vel plures: 176 certum est enim multitudinem includere plures negationes: dis.25. ar. 3. & post. scilicet eam quã claudit vnitas, q.8. art.3. quæ est indiuisio in se, 11 m. & & eam quam addit multitudo, q.9. artic. quę est distinctio vnius vnitatis ab alia. 4.4. m. Secundo, quòd ponderetur ly Res illas in numero plurali: significat enim in actu exercito diuisionem vnius ab alia: & sic supra res diuisas multitudo non addit nisi negationem diuisionis: 171 d circa vnãquanque; & hoc modo ly Nihil stat tam pro positiuo quàm pro negatiuo.

a ¶ *Super Quæstionis trigesimæ Articulum quartum.* 18

Titulus clarus est. Cóment.

¶ In corpore tria facit. primo ostendit quid clarum & quid ambiguum hic sit. Secũdo refert aliorum opiniones, circa illud ambiguum. Tertio respõdet quæsito determinando. Quo ad primum, tria dicit. Primo de cõmunitate huius nominis, quòd est manifesta: & probat ex ipso modo loquẽdi: dicimus enim tres personas. Secundo, de modo communitatis quòd est etiam manifestus negatiue, quo ad modum illum quo essen-

tia

tia diuina est communis quia est non est vna persona communis tribus personis, Tertio de modo communitatis, quòd restat ambiguus: quomodo scilicet persona sit communis tribus.

¶ Quo ad secūdum duæ referuntur opiniones. Altera, quòd est communitas negationis. Altera, quòd est cōmunitas intentionis. illa super diffinitione Ricardi, ista super diffinitione Boëtij fundata est: vtraque tamen reprehenditur ex 170 prædeterminatis in præcedenti questione, de significatione personæ, quod scilicet est nomen significans in diuinis relationem per modū hypostasis, & in communi substantiam primam rationalis naturæ: ac per hoc nec intentionis nec negationis est nomē. Et cum communitas attendatur penes significatū, sequitur, quòd non sit communitas intētionis, aut negationis, sed rei significatæ.

¶ Quo ad tertium: conclusio responsiua quæsito est, nomen personæ est commune tribus personis diuinis secundum rationem, non sicut genus, vel species, sed sicut indiuiduū vagum. Hæc conclusio primo declaratur, secundo probatur. Declaratur quidem ex differentia inter significationes nominum generici, seu specifici, indiuidui, vagi & singularis, & rursus ex differentia diuersorum nominū indiuidui vagi: quia scilicet homo seu animal significat ipsam naturā: aliquis homo, seu persona humana significat naturam cum determinato modo essendi. a Sortes vero significat hoc subsistens in natura. 16 Sed & aliquis homo, 89 & persona non eodem modo idem significant: 1 quoniā persona ex parte modi, 223 scilicet subsistentiæ. Aliquis vero homo ex parte naturæ particularizationis adiuncto modo significat. Probatur autem sic. Esse subsistēs distinctum ab aliis, commune est tribus personis diuinis: ergo personæ nomen est eis sic commune: ersi antecedēti adiungas, quod ipsum non se habet ad personas diuinas vt species, aut genus, sed vt indiuiduum vagū, inferetur tota conclusio vt proposita est.

Annota. ¶ Circa prædicta aduerte quòd cum in diuinis dicimus, Pater est Deus, & rursus, Pater est persona diuina, licet prædicatum secundæ respectu prædicati primæ dicat modum illius, ac propterea dicatur commune, vt indiuiduū vagum. Respectu tamen subiecti est prædicatum essentiale. Tum ex ratione communi: quia modus subsistendi essentialis, est ex singularibus substantiæ. Tum ex ratione speciali

Manifestum est autem, quòd non est communitas rei, sicut vna essentia communis est tribus: quia sic sequeretur vnam esse personam trium, sicut essentia est vna. Qualis autem sit communitas, inuestigantes diuersimode locuti sunt. Quidam enim dixerunt, quòd est cōmunitas negationis propter hoc, quòd in diffinitione personæ ponitur incommunicabile. Quidam autem dixerunt, quòd est communitas intentionis, eo quòd in diffinitione personæ ponitur indiuiduum, sicut si dicatur, quòd esse speciem est commune equo & boui: & vtrunque horum excluditur per hoc, quòd hoc nomen personæ non est nomen negationis, neque intentionis: sed est nomen rei[c]. Et ideo dicendum est, quòd etiam in rebus humanis hoc nomen persona est commune communitate rationis: non sicut genus vel species, sed sicut indiuiduum vagum. Nomina enim generum vel specierum, vt homo, vel animal, sunt imposita ad significandum ipsas naturas communes, non autem intentiones naturarum communium, quæ significantur his nominibus genus vel species. Sed indiuiduum vagum (vt aliquis homo) significat naturam communem cum determinato modo essendi, qui competit singularibus, vt scilicet sit per se subsistens distinctum ab aliis. Sed in nomine singularis designati significatur determinatum distinguens. Sicut in nomine Sor. hæc caro, & hoc os. Hoc tamen interest, quòd aliquis homo significat naturam, vel indiuiduum ex parte naturæ cum modo existendi, qui competit singularibus. Hoc autem nomen persona non est impositum ad significandum indiuiduum ex parte naturæ, sed ad significandum rem subsistentem in tali natura. Hoc autem est commune secundum rationem omnibus personis diuinis, vt vnaquæque earum subsistat in natura diuina distincta ab aliis. Et sic hoc nomen persona secundum rationem est commune tribus personis diuinis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de communitate rei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet persona sit communicabilis, tamē ipse modus existendi incommunicabiliter potest esse pluribus communis[c].

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet sit communitas rationis & non rei, tamen non sequitur quòd in diuinis sit vniuersale vel particulare, vel genus vel species[c]: tum quia neque in rebus humanis communitas personæ est communitas generis vel speciei, tum quia personæ diuinæ habent vnum esse, genus autem & species & quodlibet vniuersale prædicatur de pluribus secundum esse differentibus.

QVÆSTIO TRIGESIMA-prima de his quæ ad vnitatem vel pluralitatem pertinent in diuinis, in quatuor articulos diuisa.

POST hæc considerandum est de his quæ ad vnitatem vel pluralitatem pertinent in diuinis. ¶ Et circa hoc quærūtur quatuor. ¶ Primo, de ipso nomine trinitatis. ¶ Secundo, vtrum posit dici filius est alius à patre. ¶ Tertio, vtrum dictio exclusiua, quæ videtur alietatem excludere, posit adiungi nomine essentiali in diuinis. ¶ Quarto, vtrum posit adiungi termino personali.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum sit trinitas in diuinis.*

AD PRIMVM sic proceditur, Videtur, quòd non sit trinitas in diuinis. Omne enim nomen in diuinis vel significat substātiam vel relationem. Sed hoc nomen trinitas non significat substantiam. Prædicatur enim de singulis personis: neque significat relationem, quia nō dicitur secundum nomen ad aliud. Ergo nomine trinitatis non est vtendum in diuinis.

¶ Præterea, Hoc nomen trinitas, videtur esse nomen collectiuum, cum significet multitudinem. Tale autem nomen non conuenit in diuinis, cum vnitas importata per nomē collectiuum sit minima vnitas. In diuinis autem est maxima vnitas. Ergo hoc nomen trinitas non conuenit in diuinis.

¶ Præterea, Omne trinum est triplex, sed in Deo non est triplicitas, cum triplicitas sit species inæqualitatis. Ergo nec trinitas.

¶ Præterea, Quicquid est in Deo, est in vnitate essentiæ diuinæ, quia Deus est sua essentia. Si igitur trinitas est in Deo, erit in vnitate essentiæ diuinæ. Et sic in Deo erunt tres essentiales vnitates. quod est hæreticum.

¶ Præterea, In omnibus quæ dicūtur, de Deo concretum prædicatur de abstracto. Deitas enim est Deus, & paternitas est pater. Sed trinitas non potest dici trina: quia sic essent nouem res in diuinis. quod est erroneum. Ergo nomine trinitatis non est vtendum in diuinis.

¶SED CONTRA est, quòd Athanasius dicit quòd vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate veneranda sit.

CONCLVSIO.

¶ *In Diuinis trinitatis nomine vtendum est, ad significandum determinate quod pluralitas indeterminate.*

¶RESPONDEO dicēdum, quòd nomen trinitatis in diuinis significat determinatum numerum personarum. Sicut igitur ponitur pluralitas personarum in diuinis, ita vtendum est nomine trinitatis: quia hoc idem, quod significat pluralitas indeterminate, significat hoc nomen trinitas determinate.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc nomen trinitas secundum etymologiam vocabuli videtur significare vnam essentiam trium personarum, secundū quòd dicitur trinitas quasi trium vnitas. Sed secundum proprietatem vocabuli significat magis numerum personarum vnius essentiæ, & propter hoc non possumus dicere, quòd pater sit trinitas: quia nō est tres personæ. Non autem significat ipsas relationes personarum, sed magis numerum personarum adinuicem relatarum: & inde est, quòd secundum nomen ad aliud non refertur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nomen collectiuum duo importat, scilicet pluralitatem suppositorum & vnitatem quandam, scilicet ordinis alicuius. Populus enim est multitudo hominum sub aliquo ordine comprehensorum. Quantum ergo ad primum, hoc nomen trinitas conuenit cum nominibus collectiuis, sed quantum ad secundum differt, quia in diuina trinitate non solum est vnitas ordinis, sed hoc est etiam vnitas essentiæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd trinitas absolute dicitur. Significat enim numerum ternarium personarum. Sed triplicitas significat proportionem inæqualitatis. Est enim species proportionis inęqualis, sicut patet per Boë. in arithmetica. Et ideo non est in Deo triplicitas, sed trinitas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in trinitate diuina intelligitur & numerus, & personæ numeratæ. Cum ergo dicimus trinitatem in vnitate, non ponimus numerum in vnitate essentiæ, quasi sit ter vna, sed personas numeratas ponimus in vnitate naturæ, sicut supposita alicuius naturæ dicuntur esse in natura illa. Econuerso autem dicimus vnitatem in trinitate, sicut natura dicitur esse in suis suppositis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd cum dicimus, trinitas est trina ratione numeri importati, significatur multiplicatio eiusdem numeri in seipsum, cum hoc quòd dico trinum, importat distinctionem in suppositis illius, de quo dicitur, Et ideo non potest dici quòd trinitas sit trina: quia sequeretur, si trinitas esset trina, quòd tria essent supposita trinitatis: sicut cum dicitur, Deus est trinus, sequitur quòd sunt tria supposita deitatis.

Artic

quia persona diuina relationem significat, quā constat essentialiter prædicari de paternitate vel filiatione: Et esset simile de colore respectu albedinis & nigredinis, si albedo & nigredo constituerent singulari substātiæ. Vnde pater, ꝙ Scotus de significatione & communitate personæ in supradictis tractans locis, & ponens cōmunitatem negationis, aut positiui per modū proprij, & à præsenti deuiauit doctrina, & nihil probauit oppositum. 177 1. dist. 24. q. 2. articul. 2. & 2. dist. 1. q. 1. artic. 5. col. & q. 3. capi. 30. 50. 51. & 52.

a ¶ *Super Quæstionis vigesimætertiæ Articulum primum.*

Annota. IN titulo trinitas secundum propriam significationem vocabuli sumitur.

Coment. ¶ In corpore vnica est cōclusio affirmatiue respondens, trinitatis nomine in diuinis est vtendum. Et probatur sic. in diuinis ponitur pluralitas personarum: ergo ponendo est etiam trinitas earundem. probatur consequentia: quia quod significat pluralitas indeterminate, significat trinitas determinate. importat enim determinatum numerum, scilicet trinarium. Et procedit hæc ratio supposita veritate fidei, scilicet, quòd in diuinis sunt vere tres personæ.

Super

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum filius sit alius à patre.*

178 1. dist. 5. & di. 24 artic. 1. q. 2. ā. 1.

AD SECVNDVM sic ꝓcedit. Videt ꝙ filius non sit alius à patre. Alius. n. est relatiuū diuersitatis substantiæ. Si igitur filius est alius à patre, videtur ꝙ sit à patre diuersus. Quod est contra. Aug. 7. de trini. vbi dicit ꝙ cum dicimus tres personas, non diuersitatem intelligere volumus.

¶Præterea quicūque sunt alij abinuicem, aliquo modo abinuicem differunt. si igitur filius est alius à patre, sequitur ꝙ sit differens à patre. Quod est contra Amb. in 1. de trini vbi ait, Pater & filius deitate vnum sunt, nec est ibi substantiæ differētia neq; vlla diuersitas.

¶Præterea, Alienum ab alio dicitur. Sed pater non est alienus à filio. Dicit enim Hil. in 7. de trini. ꝙ in diuinis personis nihil est diuersum, nihil alienū, nihil separabile. Ergo fili⁹ nō est ali⁹ à patre.

¶Præterea, Alius & aliud idem significant: sed sola generis consignificatione differunt. Si ergo filius est alius à patre, videtur sequi ꝙ filius sit aliud à patre.

¶SED CONTRA quod Aug. dicit in lib. de fide ad Bene. Vna est enim essentia patris & filij & spiritussancti in qua non est aliud pater, aliud filius aliud spiritussanctus, quanuis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritussanctus.

CONCLVSIO.

¶*Cum nomen Alius masculinè acceptum non nisi distinctionem suppositi in natura significet, filius, alius à patre conuenienter dicitur.*

¶RESPONDEO dicēdum ꝙ quia ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis (vt Hie. dicit) ideo cum de trinitate loquimur, cum cautela & modestia est agendum: quia vt Aug. dicit in 1. de trin. Nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Oportet autem in his quæ de trinitate loquimur, duos errores oppositos cauere, temperate inter vtrunque procedētes, s. errorem Arrij[c], qui posuit 160 cum trinitate personarum trinitatem substantiarū: & errorem Sabellij, qui posuit cum vnitate essentiæ vnitatem personæ.

¶Ad euitandum igitur errorem Arrij vitare debemus in diuinis nomen diuersitatis & differentiæ, ne tollatur vnitas essentię. Possum⁹ autē vti nomine distinctiōis propter oppositionē relatiuā. Vnde sicubi in aliqua scriptura authentica diuersitas vel differentia personarum inuenitur, sumitur diuersitas, vel differentia pro distinctione. Ne aūt tollatur simplicitas diuinę essentię, vitādū est nomē separationis & diuisionis quæ est totius in partes. Ne autē tollatur æqualitas, vitandum est nomē disparitatis. Ne vero tollat similitudo, vitandum est nomē alieni & discrepantis. Dicit enī Amb. in li. de trinitate, ꝙ in patre & filio non est discrepans, sed vna diuinitas, Et secundū Hil. (vt dictum est[c]) in diuinis nihil est separabile. c Ad vitandum vero errorē Sabellij vitare debemus singularitatem, ne argum. tollat cōmunicalibitas essentiæ diuinę. Vnde Hil. dicit 7. de tri. Patrē & filium singularē Deum ꝑdicare sacrilegū est. Debemus etiā vitare nomē vnici, ne tollatur numerus personarū. Vn̄ Hil. in eodē libro dicit, quòd à Deo excluditur singularitas, atq; vnici intelligētia. Dicimus tn̄ vnicum filium, quia non sunt plures filij in diuinis. Neq; tamen dicimus vnicum Deum, quia plurib⁹ deitas est cōmunis. Vitamus etiā nomē confusi, ne tollat ordo naturę à ꝑsonis. Vnde Amb. dicit j. de tri. Neq; cōfusum est qđ vnū est, neq; multiplex esse potest qđ indifferens est. Vitandū est etiam nomē solitarij ne tollat cōsortium trium personarū. Dicit enim Hil. in 4. de tri. Nobis neq; solitarius neq; diuersus Deus est confitēdus. Hoc autē nomen alius, masculine sumptum, non importat nisi distinctionem suppositi: vnde conuenieter dicere possumus quòd filius est alius à patre: quia scilicet est aliud suppositum diuinæ naturæ: sicut est alia persona & alia hypostasis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ alius, quia est sicut quoddam articulare nomen, scilicet ex parte suppositi, vnde ad eius rationem sufficit distinctio substantiæ, quę est hypostasis vel persona. Sed diuersitas requirit distinctionē substantiæ, quæ est essentia. Et ideo nō possum⁹ dicere ꝙ fili⁹ sit diuersus à patre, licet sit alius.

¶Ad secūdum dicendū, ꝙ differentia importat distinctionē formæ. Est aūt tn̄ vna forma in diuinis, vt patet per id qđ dicitur Phil. 2. b Qui cū in forma Dei esset. Et ideo nomē differētiæ nō ꝓprie cō argum. petit in diuinis, vt patet per autoritatē inductam.[c] Vtitur tn̄ Dam. nomine differentiæ in diuinis personis, secundum quod ꝓprietas relatiua significatur per modum formæ. Vnde dicit ꝙ non differunt abinuicē hypostases secūdū substātiam, sed secūdum determinatas proprietates. Sed differentia sumitur ꝓ distinctione, vt dictum est[c].

¶Ad tertium dicendum, ꝙ alienum est quod est extraneum & dissimile. Sed hoc non importatur cum dicitur alius. Et ideo dicimus filium alium à patre, licet non dicamus alienum.

¶Ad quartum dicendū, ꝙ neutrū genus est informe, masculinum aūt est formatū, & distinctum, similiter fœmininū. Et ideo conuenienter per neutrūgenus significatur essentia cōis, per masculinū autē & fœmininū aliqđ suppositū determinatū in cōmuni natura. Vnde etiam in rebus humanis, si quæratur Quis est iste, respondetur, Sor. Quod nomen est suppositi. Si autem quæratur quid est iste, respondetur, animal rationale & mortale[c]. Et ideo quia in diuinis distinctio est secundum personas, non autem secundum essentiam, dicimus quòd pater est alius à filio, sed non aliud. Et econuerso dicimus, quòd sunt vnum, sed non vnus.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum dictio exclusiua Solus sit addenda termino essentiali in diuinis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ dictio exclusiua solus nō sit addenda termino essentiali in diuinis, quia secundū Philosophum 2. elenc. Solus est qui cum alio non est. Sed Deus est cū angelis & sanctis animabus. Ergo non possumus dicere Deum solum.

¶Præterea, Quicquid adiungitur termino essentiali in diuinis, potest prædicari de qualibet persona per se, & de omnibis simul. Quia enim cōuenienter dicit sapiens Deus, possumus dicere, pater est sapiens Deus, & trinitas est sapiens Deus. Sed August. in 8. de trinit. dicit, Considerāda est illa sententia, quā dicitur, non esse patrem verum Deum solum. Ergo non potest dici solus Deus.

¶Prēterea, Si hæc dictio solus adiūgit termino essentiali, aut hoc erit respectu prædicati personalis, aut respectu prædicati essentialis. Sed non respectu prædicati personalis. Quia hęc est falsa, solus Deus pater, cū etiā homo sit pater. Neq; etiam respectu prædicati essentialis quia si hæc esset vera, solus Deus creat, videtur sequi, ꝙ hæc esset vera, solus pater creat. Quia quicquid dicitur de Deo, potest dici de patre. Hæc autem est falsa, quia etiam filius est creator. Non ergo hæc dictio Solus potest in diuinis adiungi termino essentiali.

¶SED CONTRA est quod dicit 1. ad Ti. primo, Regi sec. immortali, inuisibili, soli Deo

CONCLVSIO.

¶*Dictio exclusiua non categorematice, sed syncategorematice termino essentiali in diuinis addenda est.*

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ hęc dictio Solus, potest accipi vt categorematica, vel syncategorematica. Dicitur autem dictio categorematica, q absolute ponit rē significatā circa aliqđ suppositum, vt albus circa hominem, cū dicitur homo albus. Si ergo sic accipiatur hæc dictio solus, nullo modo potest adiungi alicui termino in diuinis, quia poneret solitudinē circa terminū cui adiungeretur: & sic sequeret Deū esse solitariū. Quod est cōtra ꝑdicta[c]. Dictio vero syncategorematica dicitur quæ importat ordinē ꝑdicati ad subiectum: sicut hæc dictio oīs vel nullus. Et similiter hæc dictio solus, quia excludit omne aliud supplemētum à cōsortio ꝑdicati, Sicut cum dicit, solus sortes scribit, non dat intelligi ꝙ sor. sit solitarius, sed ꝙ nullus sit ei cōsors in scribendo: quis cum eo multis existentib⁹. Et p hunc modum nihil ꝓhibet, hāc dictionē solus adiungere alicui essentiali termino in diuinis, inquantum includuntur oīa alia à Deo à consortio ꝑdicati. Vt si dicamus, solus Deus est æternus: quia nihil præter Deum est æternum.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ licet ang. & animę sanct. semper sint cū Deo: tn̄ si nō esset pluralitas ꝑsonarū i diuinis, sequeret, ꝙ Deus esset solus vel solitarius. Non eīn tollitur solitudo per associationem alicuius qđ est extraneę naturę. dicit enim aliqs solus esse in horto, quis sint ibi multę plātę & aīalia. Et similiter diceretur Deus esse solus vel solitarius, angelis & hominibus cum eo existentibus, si nō essent in diuinis personę plures. Cōsociatio igit angelorum & animarum nō excludit solitudinē absolutā à diuinis, multo minus solitudinē respectiuā & per cōparationē ad aliqđ ꝑdicatum.

¶Ad secundum dicēdum, ꝙ hæc dictio solus proprie loquendo, non ponitur ex parte prædicati quod sumitur formaliter. respicit enim suppositum, inquantum excludit aliud suppositum ab eo

a ¶ *Super Quæstionis trigæsimæprimæ Articulum secūdum.* Annot. b

IN titulo hoc & sequētibus huius quæstiōis, quæstio est de his terminis secundum proprias suas significationes, ita ꝙ veras ac sanas reddāt ꝓpositiones, puta filius est alius à patre. &c. 17

¶In corpore quatuor facit. Coment. Primo ostēdit modum seruandum in sermone de trinitate, s. caute & modeste, & declarat hoc dupliciter. Primo in communi, autoritatibus Hieronymi & Augustini. Secundo in speciali, propter extremos errores Arrij & Sabellij. Secundo dicit quatuor cauenda nomina propter Arrium, scilicet diuersitatis, diuisionis, disparitatis, & alieni. Tertio quatuor similiter cauenda propter Sabellium, scilicet singularis, vnici, cōfusi, & solitarij. Quarto respondet quæsito affirmatiue, filius est alius à Patre: probātque hoc sic. Alius masculine sumptum non importat nisi distinctionē suppositi. ergo probatur consequentia: quia filius est aliud suppositum diuinæ naturæ: quod patet ex æquiualenti, quia scilicet est alia persona & alia hypostasis. Quòd aūt distinctio locum habeat in diuinis, vt deductio supponit in corpore articuli, probatur ex natura oppositionis relatiuæ.

a ¶ *Super Quæstionis trigæsimæprimæ Articulum tertium.* Coment.

TItulus intelligentibus terminos satis clarus est.

¶In corpore tria dicuntur. Primo distinguitur ꝙ ly solus, potest accipi dupliciter, s. vt dictio categorematica, & syncategorematica: & satis clare explanantur membra in litera. Deinde ponitur vna communio responsiua quæsito negatiue, s. solus categorematice non potest addi termino essentiali: 178 in diuinis probatur, quia sequeretur, Deum esse solitarium. Deinde ponitur altera conclusio affirmatiue, solus syncategorematice potest addi termino essentiali in diuinis: & probatur quia possunt excludi cætera à consortio prædicati, vt patet dicendo, Solus Deus est æternus.

a ¶*Super Quaestionis trigesimaeprimae Articulum quartum.* Annot.

TItulus limitatus est: non est em̃ quaestio vtrum possit addi dictio exclusiua termino personali, puta patri absolute, sed respectu praedicati communis, puta viuere, intelligere, esse, &c.

Coment. ¶In corpore respondet quaesito quatuor conclusionibus & corollario: posuit autem eas tali arte. Accipit primo vnam propositionem, in qua dictio exclusiua additur termino personali respectu praedicati communis: vt in ipsa clare caeterae inspiciantur, s. solus pater est Deus. 188 Deinde distinxit quatuor sensus eiusdem, distinguendo ly solus multipl'r: & iuxta singulos sensus posuit singulas conclusiones. 180 Distinctio est ly solus dupl'r: categorematice, & sic est falsa, quia ponit patrem solitarium: syncategorematice, & tunc dupliciter vel à forma subiecti, & sic vera & impropria: vera quidem autoritate Aug. Impropria autem, quia nonnisi cum implicito sub intellecto, vel à cõsortio praedicati. Et hoc dupliciter s. vel masculine, & sic falsa & propria vel neutraliter, & sic vera & impropria. & ꝓbantur ambae: quo ad propriè & impropriè: q̃a solus propriè respicit subiectum, magisq; excludit alium q̃ aliud. Quo ad veritatẽ vero & falsitatẽ, quia filius & similiter est alius à patre & non aliud: creatum enim oportet esse quod est aliud. Corollarium autem est, ꝙ huiusmodi ꝓpositiones impropriae nõ sunt extẽdẽdae, sed pie exponẽdę.

cui adiungit. Sed hoc aduerbium tantũ cum sit exclusiuum, potest poni ex parte subiecti & ex parte praedicati. Possumus enim dicere, tãtũ sortes currit, i. null⁹ ali⁹. Et sortes currit tãtum. i. nihil aliud facit. Vñ nõ ꝓprie dici potest, pater est solus Deus: vel trinitas est solus Deus: nisi forte ex parte praedicati intelligatur aliqua implicatio, vt dicat̃, trinitas est De⁹ qui est solus Deus. Et secundum hoc etiã posset esse vera ista, pater est Deus qui est solus Deus: si relatiuum referret p̃dicatum & non suppositum. Aug. aũt cum dicit patrẽ nõ esse solum Deum, sed trinitatem esse solũ Deum, loquit̃ expositiue, ac si diceret, cum dicit̃, regi seculorum inuisibili, soli Deo, nõ esse exponẽdum de persona patris, sed de sola trinitate.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ vtroq; modo potest haec dictio solus adiungi termino essentiali. haec enim ꝓpositio, sol⁹ De⁹ est pater, est duplex: q̃a ly pater põt p̃dicare personã patris[e]. Et sic est vera. Nõ enim homo est illa ꝑsona, vl' põt p̃dicare relationẽ[e] tm̃. Et sic est falsa. Quia relatio paternitatis etiã in aliis inuenit̃: licet nõ vniuoce[e]. Similiter hęc est vera, solus Deus creat. Nec tamẽ sequitur: ergo sol⁹ pater. Quia, vt sophistae dicunt, dictio exclusiua immobilitat terminum cui adiungit̃, vt non possit fieri sub eo descensus ꝓ aliquo supposito rum. Non enim sequitur, solus homo est animal rationale mortale: ergo solus sortes.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum dictio exclusiua possit adiungi termino personali.*

AD QVARTVM sic ꝓcedit̃, videtur, ꝙ dictio exclusiua possit adiungi termino ꝑsonali, etiã si praedicatũ sit cõmune. Dicit em̃ dñs ad patrem loquẽs, Io. xvij. vt cognoscãt te solum Deum verum. Ergo solus pater est Deus verus.

¶Praeterea, Mat. 2. dicitur, Nemo nouit filium nisi pater. Quod idem significat ac si diceretur solus pater nouit filium. Sed nosse filium est commune. Ergo idem quod prius.

¶Praeterea, Dictio exclusiua non excludit illud quod est de intellectu termini cui adiungitur. Vnde non excludit partem neque vniuersale Non enim sequitur, solus sortes est albus: ergo manus eius non est alba. vel, ergo homo non est albus. Sed vna persona est in intellectu alterius, sicut pater in intellectu filij, & econuerso. Nõ ergo per hoc q̃d dicit̃, solus pater est Deus, excluditur filius vel spiritussanctus. Et sic videtur haec locutio esse vera.

¶Praeterea, ab ecclesia cãtatur. Tu solus altissimus Iesu Christe.

¶SED CONTRA haec locutio, solus pater est Deus, habet duas expositiuas, s. pater est De⁹, & null⁹ alius à patre est Deus. Sed haec secunda est falsa: quia filius alius est à patre, qui est Deus. Ergo haec est falsa, solus pater est Deus. & sic de similibus.

CONCLVSIO.

¶*Dictio exclusiua non adiungitur terminis personalibus respectu praedicati communis.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ cum dicimus, solus pater est Deus, haec ꝓpositio põt habere multiplicẽ intellectũ. Si enim solus ponat solitudinem circa patrẽ, sic est falsa secundum ꝙ sumit̃ categorematice. Secundum vero ꝙ sumitur sycategorematice, sic iterum potest intelligi multipliciter. Quia si excludat à forma subiecti sic est vera: vt sit sensus, solus pater est Deus, id est, ille cũ quo nullus ali⁹ est pater est Deus. Et hoc modo exponit Aug. in 6. de tri. cum dicit. Solũ patrem dicimus non quia separatur à filio, vel spiritusancto, sed hoc dicentes significamus, ꝙ illi simul cum eo non sunt pater. Sed hic sensus non habetur ex consueto modo loquendi nisi intellecta alia implicatione: vt si dicatur, ille qui solus dicitur pater, est Deus. Secundum vero proprium sensum excludit à consorcio praedicati. Et sic haec propositio est falsa, si excludit alium masculinẽ. Est aũt vera si excludit alium neutraliter tãtum. Quia fili⁹ est ali⁹ à patre, nõ tamẽ aliud[e]. Similiter & spi. sanc. Sed quia haec dictio solus respicit ꝓprie subiectum (vt dictum est[e]) magis se habet ad excludẽdum alium quàm aliud. Vnde nõ extẽdenda talis locutio sed pie exponenda sicubi inueniatur in authentica scriptura. 328 c b

¶AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ cũ dicimus, te solum Deum verum, non intelligitur de persona patris, sed de sola trinitate, vt August. exponit. Vel si intelligatur de persona patris, non excluduntur aliae personae, ꝓpter essentiae vnitatẽ prout ly solus excludit tantum aliud vt dictum est[e].

¶Et similiter dicẽdũ est ad secũdũ. Cũ em̃ aliq̃d essentiale dicit de p̃re, nõ excludit̃ fili⁹, vel spi. sanc. ꝓpter essentiae vnitatẽ. Tñ sciẽdum est, ꝙ ita autoritate p̃dicta, haec dictio, nemo nõ, idẽ est q̃d null⁹ homo, q̃d videtur significare vocabulum. Nõ em̃ posset excipi persona patris: sed sumit̃ secundum vsum loquendi distributiue pro quancunque rationali natura.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ dictio exclusiua nõ excludit illa q̃ sunt de intellectu termini cui adiungitur: si nõ differunt secundum suppositum, vt pars & vniuersale. Sed fili⁹ differt supposito à patre. Et ideo non est similis ratio.

¶Ad quartum dicẽdum ꝙ nõ dicimus absolute, ꝙ solus filius sit altissimus, sed ꝙ solus sit altissimus cum spi. san. in gloria Dei patris.

QVAESTIO TRIGESIMA-secunda De diuinarum personarum cognitione, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER inquirẽdum est de cognitione diuinarum personarum. Et circa hoc quaeruntur quatuor. ¶Primo, vtrum per rationẽ naturalem possint cognosci diuinae personae. ¶Secundo, vtrum sint aliquae notiones diuinis personis attribuẽdę. ¶Tertio, de numero notionum. ¶Quarto, vtrum liceat diuersimode circa notiones opinari.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum trinitas diuinarum personarum possit per naturalem rationem cognosci.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videt̃ quòd trinitas diuinarũ personarum possit per naturalẽ rationem cognosci. Philosophi em̃ non deuenerunt in Dei cognitionẽ nisi per rationem naturalem. Inueniuntur autẽ à Philosophis multa dicta de trinitate personarum. Dicit enim Ari. in 1. de cae. & mun. Per hunc numerum, s. ternarium, adhibuimus nosipsos magnificare Deum vnum eminentẽ ꝓprietatibus eorũ quae sunt creata. Aug. etiam dicit 7. confes. Ibi legi, s. in libris Platonicorum: non quidem his verbis, sed hoc idẽ oĩno multis & multiplicibus suaderi rationibus, ꝙ in principio erat verbum & verbum erat apud Deum & Deus erat verbum: & huiusmodi quae ibi sequunt̃. In quib⁹ verbis distinctio diuinarum ꝑsonarum traditur. Dicit etiã in glo. Ro. 1. & Exod. 7. ꝙ magi Pharaonis defecerunt in tertio signo. i. in notitia tertiae ꝑsonae, i. spi. sanc. Et sic ad minus duas cognouerunt. Trimegist⁹ etiã dixit, Monas genuit monadẽ, & in se suum reflexit ardorẽ. Per q̃d vr̃ generatio filij & spirit⁹ ꝓcessio intimari. Cognitio ergo diuinarum personarum potest per rationem naturalem haberi.

Praeterea, Ric. de sanc. Vict. dicit in lib. de Trin. Credo sine dubio, ꝙ ad quãcũq; explanationẽ veritatis nõ modo ꝓbabilia, imò etiã necessaria argumenta nõ desint. Vnde etiã ad probandum trinitatem personarum aliqui induxerunt rationem ex infinitate bonitatis diuinae, quae seipsam infinite communicat in processione diuinarũ personarum. Quidam vero per hoc, ꝙ nullius boni sine consortio potest esse iucunda possessio. Aug. vero procedit ad manifestandum trinitatem personaram ex processione verbi & amoris in mente nostra. Quam viam suprà secuti sumus[e]. ergo per rationem naturalem potest cognosci trinitas personarum. 160 162

¶Praeterea, Superfluum videt̃ homini tradere quod humana ratione cognosci non potest. Sed non est dicendum quòd traditio diuina de cognitione trinitatis sit superflua. Ergo trinitas personarum ratione humana cognosci potest.

¶SED CONTRA est quod Hila. dicit in lib. de trini. Nõ putet homo sua intelligẽtia generationis sacr̃m posse cõseq. Amb. etiã dicit. Impossibile est generationis scire secretũ. Mẽs deficit: vox silet. Sed per originẽ generationis & ꝓcessionis distinguitur trinitas in ꝑsonis diuinis, vt ex suprà dictis patet[e]. Cũ ergo illud hõ nõ possit scire & intelligẽtia cõsequi, ad q̃d ratio necessaria haberi nõ põt, sequitur ꝙ trinitas personarum per rationem cognosci non possit. 162 164

CONCLVSIO.

¶*Impossibile est per rationem naturalem ad diuinarum personarum cognitionem peruenire.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ impossibile est per rationẽ naturalẽ ad cognitionẽ trinitatis diuinarũ ꝑsonarũ peruenire. Ostensum est enim suprà[e], ꝙ homo per rõnẽ naturalem in cognitionem Dei ꝑuenire nõ põt, nisi ex creaturis. Creaturę aũt ducũt in Dei cogni- 58 66

a ¶*Super Quaestionis trigesimaesecũdae Articulum primum.* a

TItulus satis patet.

¶In corpore tria facit. Coment. Primo r̃idet quaesito vnica conclusione negatiua, scilicet impossibile est per rationem naturalem ad cognitionem trinitatis diuinarum personarum peruenire. Et probatur sic. Homo per rationem naturalẽ cognoscit Deum tantum ex creaturis, ergo cognoscit ipsum secundũ id tãtum quod est principium entium: ergo secundum id tantum q̃d pertinet ad vnitatem essentiae: ergo non cognoscit ea quae pertinent ad distinctionẽ personarũ. Prima cõsequentia ꝓbatur, quia creaturę ducũt tantum in Dei cognitionem sicut effectus in causam. Scd̃a vero, q̃a virtus creatiua cõis est toti trinitati, & omnia sunt manifesta. Secundo declarat, ꝙ afferre rationes naturales ad trinitatem personarum, nocet dupliciter. Primo, rationi dignitatis fidei. Secundo, vtilitatis hominum: q̃ clare habentur in litera. Tertio infert quomodo ea quae sunt fidei, tractanda sunt, tam cum fidelibus quàm cum infidelibus: adiuncta autoritate Dionysij, quae ex supradictis in quaestione prima clara fuit.

181 1. q̃. 39. ar. 7. cõ. & 1. dist. 3. q̃. 1. articu. 4. Et 1. contra c. 14. Et ver. q. 10. ar. 13. Et po. q̃. 9. artic. 5. co. Et Boe. tri. q̃. 1. articu. 4. Et Ro. 1. l. 6. fin.

tionem sicut effectus in causam. Hoc igitur solũ ratione naturali de Deo cognosci potest, quod cõpetere ei necesse est secundum ꝙ est omniũ entiũ principium. Et Hoc fundamento vsi sumus suprà[e] in cõsideratione Dei. Virt⁹ autẽ creatiua Dei est cõmunis toti trinitati[e]. Vñ ꝑtinet ad vnitatem essentię, nõ ad distinctionem ꝑsonarum. 66

134 Per rationem igit̃ naturalem cognosci possunt de Deo ea quae pertinent ad vnitatem essentiae, nõ aũt ea quae pertinent ad distinctionem ꝑsonarum. Qui aũt ꝓbare nititur trinitatẽ ꝑsonarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primo quidem quãtũ ad dignitatẽ ipsi⁹ fidei, q̃ est vt sit de reb⁹ inuisibilib⁹ q̃ rõnẽ humanã excedunt. Vñ Ap̃l. dicit ad Heb. 2. ꝙ fides est de nõ apparentib⁹. Et Apo. dicit 1. Cor. 2. ca. Sapientiã loquimur inter ꝑfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neq; principium hui⁹ seculi, sed loquimur Dei sapientiã in mysterio, q̃ est abscondita. Secundo quãtum ad vtilitatẽ trahendi alios ad finẽ. Cũ em̃ aliq̃s ad ꝓbãdã fidem inducit rationes, q̃ nõ sunt cogentes, cedit in irrisionem. Credunt em̃ ꝙ huiusmodi rationib⁹ innitamur, & ꝓpter eas credamus. Quae igit̃ fidei sunt, non sunt tentanda probare nisi per autoritates[e] his qui autoritates suscipiunt. Apud alios vero sufficit defendere nõ esse impossibile q̃d 8 praedicat fides. Vñ Diony. dicit 2. ca. de di. no. Si aliq̃s est qui totaliter eloquiis resistit, longe erit nostra phi'a. Si autem ad veritatem eloquiorum scilicet sacrorum respicit, hoc & nos canone vtimur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ phi'i nõ cognouerunt mysterium trinitatis diuinarum ꝑsonarũ per ꝓpria, q̃ sunt paternitas, filiatio, & ꝓcessio, secundum illud apos. 1. ad Cor. 2. Loquimur Dei sapiẽtiam, quam nemo principum huius seculi cognouit. i. phi'orũ secundũ gl. Cognouerunt tñ quędã essentialia attributa, quae appropriant̃ personis, sicut potentia patri, sapientia filio, bonitas spiritui- 109 sancto, vt infra patebit[e]. Quod ergo Ari. dicit, per hunc numerum adhibuimus nosipsos, &c. non est sic intelligendum, ꝙ ipse poneret ternarium numerum in diuinis. Sed vult dicere, ꝙ antiqui vtebantur ternario numero in sacrificiis & orationibus ꝓpter quandam ternarij numeri perfectionem. In libro etiam Platonicorum inuenitur, in principio erat verbũ, nõ secũdũ q̃d verbũ significat personam genitam in diuinis, sed secũdum q̃d per verbũ intelligitur ratio idealis, per quam Deus omnia condidit, quae filio appropriatur. Et licet appropriata tribus personis cognoscerent, dicuntur tñ in tertio signo defecisse, i. in cognitione tertiae personae: quia à bonitate, quae spiritui sancto appropriatur, deuiauerunt: dum cognoscentes Deum, nõ sicut Deum glorificauerunt, vt dicitur Ro. 1. vel quia ponebant Platonici vnum primum ens q̃d etiam dicebãt esse patrem totius vniuersitatis rerum: communiter ponebãt aliã substantiam sub eo, quam vocabant mẽtem vel paternũ intellectum. In qua erant rationes omnium rerum, sicut Macrobius recitat super somnium Scipionis. Non autem ponebant aliquam substantiam tertiam separatam, quae videretur spiritui sancto respondere. Sic autem nos non ponimus patrem & filium secundum substan- 189 tiam differentes, sed fuit error Origenis & Arrij[e] sequentium Pla- a tonicos. Quòd vero Trismegist⁹ dixit, monas monadem genuit, & in se suum reflexit ardorem: non est referendum ad generationem filij vel processionẽ spi. san. sed ad productionem mundi. Nã vnus Deus produxit vnum mundum propter suipsius amorem.

¶Ad secũdum dicẽdum, ꝙ ad aliquã rem dupliciter inducit̃ ratio. Vno modo ad probandũ sufficienter aliquã radicem. Sicut in scientia naturali inducitur ratio sufficiens ad probandum quòd motus caeli semper sit vniformis velocitatis. Alio modo inducitur ratio, non quae sufficienter probet radicẽ, sed quae radici iã positae ostendat congruere consequentes effectus. Sicut in astrologia ponitur ratio occentricorum & epicyclorum ex hoc, ꝙ hac positione facta possunt saluari apparẽtia sensibilia circa mot⁹ caelestes: nõ tamẽ ratio haec est sufficienter probans, quia etiã forte alia positione facta saluari possent. Primo ergo modo potest induci ratio ad probandum Deum esse vnũ, & similia. Sed secundo modo se habet ratio q̃ inducitur ad manifestationẽ trinitatis: quia, s. trinitate posita congruũt hmõi rationes, modo tamen ita ꝙ per has rationes sufficiẽter ꝓbetur trinitas personarum. Et hoc patet ꝑ singula. bonitas em̃ infinita Dei manifestatur etiã in ꝓductione creaturae, q̃a infinitae virtu- 142 tis est ex nihilo ꝓducere[e]. Nõ em̃ oportet si infinita bonitate se cõ- 335 municat, ꝙ aliquid infinitũ à Deo ꝓcedat, sed secũdũ modũ suũ re- c cipiat diuinã bonitatẽ. Similiter etiã q̃d dicitur ꝙ sine consortio nõ potest esse iucunda possessio alicuius boni: locum habet, quando in vna persona non inuenitur perfecta bonitas. Vnde indiget ad plenam iucunditatis bonitatem bono alicuius alterius consociati sibi. Similitudo autem intellectus nostri non sufficiẽter probat aliquid de Deo, propter hoc quòd intellectus nõ vniuoce inuenitur in Deo & in nobis. Et inde est q̃d Aug. super Io. dicit, ꝙ per fidem venitur ad cognitionem, & non econuerso.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ cognitio diuinarũ personarũ fuit necessaria nobis dupl'r. Vno modo ad recte sentiendũ de creatione rerũ. Per hoc enim ꝙ dicimus Deũ omnia fecisse verbo suo, excludit̃ error ponentiũ Deum ꝓduxisse res ex necessitate naturae. Per hoc aũt ꝙ ponimus in eo ꝓcessionẽ amoris, ostenditur ꝙ Deus nõ ꝓpter aliquã indigentiã creaturas ꝓduxit neq; ꝓpter aliquã aliã causam extrinsecã, sed ꝓpter amorẽ suae bonitatis. Vñ & Moyses postq̃ dixerat, In principio creauit De⁹ cęlũ & terrã: subdit, dixit Deus, fiat lux, ad manifestationẽ diuini verbi. Et postea dixit, vidit Deus lucẽ ꝙ esset bona, ad ostẽdẽdũ ꝓbationẽ diuini amoris. Et sil'r in aliis operib⁹. Alio modo & principalius ad recte sentiendũ de salute generis humani, quae perficitur per filium incarnatum, & per donum spiritus sancti.

a ¶*Super Quaestionis trigesimaesecundae Articulum secundum.* Annot.

IN titulo aduerte duo q̃m quaestio est de quaestione an est, an, s. sint notiones in diuinis. Primo q̃d nõ in diuinis ipsi⁹ notionis. Notio nãq; in cõmuni notificationẽ seu manifestationẽ importat ꝓprie loquẽdo passiue seu formal'r: sicut lectio & auditio & similia. Ad diuina aũt applicata sumit̃ ꝓ ꝓprietate vni⁹ vel duarũ ꝑsonarũ. Et vr̃ ꝙ beatus Aug. primo introduxerit in hãc materiã notionis vocabulũ: dũ. 5. de tri. ca. ait, ꝙ alia est notio qua intelligit̃ ingenitus, & alia qua genitor. Scd̃o ad ꝑfectionem doctrinae scito, ꝙ notio vt sumit̃ à theologis, in litera sequẽtis articuli diffinitur sic, notio est propria rõ cognoscendi diuinã personã. Vbi nota ꝙ ly rõ cognoscendi, insinuat ꝙ sit formale principiũ cognoscẽdi: & ex hoc sequit̃, stricte loquẽdo q̃d significet̃ i abstracto: sicut enim formale principiũ essendi oportet esse formã, ita formale principiũ cognoscẽdi vt sic, oportet cõcipi ac significari vt formã. hoc aũt vt quo ad aliq̃d est: hoc aũt importat abstractum. Et ꝓpterea in p̃nti artic. disputatio cũ praepositiuo circa abstractũ & cõcretũ versatur. nõ em̃ est hic q̃ de rebus absolute, sed vt significatis ac innotescẽtib⁹ ꝑ nomina, ly vero ꝓpria, insinuat ꝙ significat aliquid specialiter: aliter non esset ꝓpria cognoscẽdi ratio, & propter hoc (vt dicet̃) esse ab alio nõ est notio. Ly vero diuinã personã, insinuat tria. Primo, ꝙ significat aliquid pertinẽs ad originẽ: quia ordine originis distinguũt̃ diuinae ꝑsonę. Scd̃o ꝙ illud pertineat ad dignitatem nõ essentialẽ, sed personalẽ, quia persona dignitatis nomen est. Tertio ꝙ sit vnius in eo q̃d vnũ, i. ꝙ si significet aliquid conueniens pluribus (vt de spiratione patet) conueniat illis inquantũ vnũ. Et sic patet titulus.

181 infra. q. 40. ar. 1. con. & 1. di. 26. q. 1. art. 1. Et di. 33. ar. 2. cõ. a argu. 171 195 argu. a

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum sint ponendae notiones in diuinis.*

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videt̃ ꝙ nõ sint ponendae notiones in diuinis. Dicit em̃ Dio. in 1. ca. de diui. no. ꝙ non est audendũ dicere aliq̃d de Deo, pręter ea quae nobis ex sacris eloquiis sunt expressa[e]. Sed de notionibus nulla fit mentio in eloquiis sacrae scripturae. Ergo non sunt ponendae notiones in diuinis.

¶Praeterea, Quicq̃d ponit̃ in diuinis, aut pertinet ad vnitatem essentiae, aut ad trinitatẽ personarum. Sed notiones nõ ꝑtinent ad vnitatẽ essentiae nec ad trinitatẽ personarũ. De notionibus enim neq; p̃dicãt ea quae sunt essentiae. nõ enim dicimus ꝙ paternitas sit sapiens, vel creet. Neq; etiã ea, quae sunt personae. Nõ em̃ dicimus ꝙ paternitas generet, & filiatio generet̃. Ergo non sunt ponẽdę notiones in diuinis.

¶Praeterea, in simplicibus non sunt ponenda aliqua abstracta, quae sint principia cognoscẽdi: quia cognoscuntur seipsis. sed diuinae personae sunt simplicissimae. Ergo non sunt ponendae in diuinis personis notiones.

¶SED contra est q̃d dicit Io. Dam. differentiam hypostaseωn, i. personarũ in tribus ꝓprietatibus, id est paternali & filiali & processionali, recognoscimus. Sunt ergo ponendae proprietates & notiones in diuinis.

CONCLVSIO.

¶*Notiones quasdã in diuinis necesse est poni inquãtũ essentialia nomina significare oportet in abstracto & in cõcreto quod nullatenus diuinae simplicitati obstat.*

¶RESPONDEO dicẽdũ ꝙ praepositiuus attẽdẽs simplicitatẽ ꝑsonarũ dixit nõ esse ponẽdas ꝓprietates & notiones in diuinis. Et sicubi inueniãt̃ exponit abstractũ pro cõcreto. Sicut em̃ cõsueuimus dicere, rogo benignitatẽ tuã, i. te benignũ: ita cum dicitur in diuinis paternitas, intelligitur Deus pater. Sed sicut ostensum est suprà[e], diuinę simplicitati nõ pręiudicat, ꝙ in diuinis vtamur nominibus concretis & abstractis. Quia scd̃m q̃d intelligim⁹ sic nominamus. Intellect⁹ aũt noster nõ põt ꝑtingere ad ipsam simplicitatẽ diuinã scd̃m q̃d in se est cõsiderãda: & ideo scd̃m modũ suum diuina appꝛehẽdit & nominat. i. scd̃m ꝙ inuenit in reb⁹ sensibilib⁹, à q̃b⁹ cognitionem accipit. In q̃b⁹ ad significãdũ simplices formas nominib⁹ abstractis vtimur: ad significãdũ vero res subsistentes vtimur nominib⁹ cõcretis. Vñ & diuina, sicut suprà dictũ est[e], ratione simplicitatis ꝑ nomĩa abstracta significam⁹, rõne vero subsistentię & cõplementi, ꝑ nomina cõcreta. Oportet aũt nõ solũ nomina essentialia in abstracto & in cõcreto significare (vt cũ dicim⁹ deitatem & Deum, vel sapiẽtiã & sapientem) sed etiã ꝑsonalia, vt dicamus paternitatem & patrem. Ad q̃d duo p̃cipue nos cogunt. Primo q̃dem hęreticorum instãtia. Cum em̃ cõfiteamur patrem & filiũ & spi. sanc. esse vnũ Deum & tres ꝑsonas, q̃rentibus quo sunt vn⁹ De⁹, & quo sunt tres, sicut respondetur ꝙ sunt essen-

Coment. ¶In corpore duo principaliter facit. proponit opinionem praepositiui. Secundo confutando illam respondet quaesito. ¶Quo ad primum, tria Praepositiu⁹ dicit, s. opinionẽ: q. s. nõ sunt ponẽdae ꝓprietates in abstracto, seu notiones in diuinis: Et radicẽ opinionis, s. propter simplicitatem personarũ diuinarum. Et expositionem sacrorum eloquiorum, quo ad hoc s. ꝙ abstractũ exponendum est per concretum. ¶Quo ad secũdum duo ex opposito fiũt. primo destruit̃ radix opinionis p̃dictae. Scd̃o ꝓbatur opposita opinio. Primũ sic sic, scd̃m ꝙ intelligimus, sic noĩamus. ergo noĩamus diuina mõ non suo, sed sensibiliũ, ergo noĩamus ea rõne simplicitatis noĩb⁹ abstractis, rõne vero subsistentiae, nominibus concretis. ergo nõ praeiudicat diuinae simplicitati vti in diuinis abstractis & cõcretis. prima cõsequentia ꝓbatur, quia intellect⁹ noster nõ pertingit ad cognoscendũ Deũ scd̃m ꝙ in se est, sed cognoscit eum more

a 16 68 Coment. 68 66 a

sensibiliū. Scđa vero ꝓbatur: quia in sensibilibus abstracti nomē ex simplicitate, concreti vero ex complemento standi sumptum est; reliqua per se patent.

¶ *Num notio in diuinis ex parte rei distinguatur ab eo cuius est notio.*

¶ Cōtra hāc rōnē Aureo. apud Capreolū in 1. 6. dist. primi, arguit, volens probare ꝙ notio in diuinis distinguitur ab eo cuius est notio, puta paternitas à patre: non solū ex modo intelligendi ex sensibilibus orto, vt dicit litera, sed etiā ex parte rei. Et arguit sic. vbicūq; abstractū differt à cōcreto, solo modo significādi, quicquid reale dicitur de vno, dicit̄ de reliquo, vt patet de deitate & Deo: sed paternitas & pater nō sic se habent, quoniā paternitas se tota distinguitur à filio, nō autē pater. ergo.

195 ¶ Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ distinctionē inter abstractū & concretū in diuinis ex diuina re oriri, potest dupl'r intelligi. Vno modo, ꝙ ī Deo est aliqd, vnde verificat abstractū & concretum. & hoc ꝓculdubio est verū: quoniā simplicitate abstractū, subsistētia cōcretum fundat. Alio modo ꝙ in diuinis sit aliqua distinctio, ex qua oritur distinctio inter abstractū & concretum: & hoc est chimericū. Vnde ad rationē in oppositū neganda est maior: eiusq; probatio falsa est, qm̄ generare prædicatur de Deo, nō autem de deitate. Ad veritatē nāq; locutionū exigitur ꝙ prædicatum conueniat rei significatę per subiectū sub illo modo, quo significatur, vt patet extra de trinitate & fide catholica. 165 c 74

quod sit vna. Nullum enim inconueniēs est multiplicare relationes rōnis in Deo.

¶ Circa antecedens assumptum, s. ratio specifica relatiui cōsistit in esse ad aliud. Aduerte ꝙ non intendit per hoc, ꝙ ratio specifica relatiui sumatur ex correlatiuo ad quod est: quem tamen sensum superficies deductionis præ se fert: quasi arguere velit, ꝙ quia species relatiui sumitur ex termino, impossibile est relationi vnius speciei correspōdere termino diuersarū specierum: hoc eñ est falsum, quoniā apud ipsum ex causa seu fundamēto cōsurgit relationis species. Sed intendit ꝙ specifica rō relatiui cōsistit in esse ad aliud ꝓportionale sibi: quēadmodū eñ relatiuū in cōi cōsistit in esse ad aliud ī cōi, ita relatiui species consistit in ordine ad aliud scđm speciē: ac per hoc vnicū specie relatiuum cōsistit in esse ad aliud vnicū specie correlatiuū. Sic eñ per se descēdit ad aliquid ꝓpriis differentiis in suas species.

tia vel deitate vnum: ita oportuit esse aliqua nomina abstracta, quibus responderi posset ꝑsonas distingui. & hmōi sunt ꝓprietates vel notiones in abstracto significantes vt paternitas & filiatio. Et ideo essentia significatur in diuinis vt qđ, ꝑsona vero vt qs, proprietas autem vt quo. Secundo, quia vna persona inuenitur in diuinis referri ad duas personas, s. personā patris ad personam filij & personam spi. san. Nō autem vna relatione, quia sic sequeretur, ꝙ etiam filius & spiritus sanctus vna & eadem relatione referrentur ad patrem[c]. Et sic, cū sola relatio in diuinis multiplicet trinitatem, sequeretur, ꝙ filius & spiritus sanctus nō essent duæ personæ. Neq; tamē potest dici (vt ꝓpositiuus dicebat) ꝙ sicut Deus vno modo se habet ad creaturas, cum tn̄ creaturæ diuersimode se habeant ad ipsum, sic pater vna relatione refertur ad filium & ad spi. san. cum tn̄ illi duo duabus relationibus referantur ad patrem. Quia cum ratio specifica relatiui cōsistat in hoc ꝙ ad aliud se habet: necesse est dicere ꝙ duæ relationes non sunt diuersę secundū speciem, si ex opposito vna relatio eis correspondeat. Oportet eñ aliā speciē relationis esse dñi & patris secundū diuersitatē filiationis & seruitutis. Omnes autem creaturæ sub vna specie relationis referūtur ad Deum vt sunt creaturæ ipsius. Filius autem & spiritus sanctus nō secundū relationes illius rōnis referuntur ad patrem. vnde nō est simile. Et iterum in Deo nō requiritur relatio realis ad creaturam, vt suprà dictum est[c]: Relationes autem rationis in Deo multiplicare non est inconueniens. Sed in patre oportet esse relationē realē, qua refertur ad filiū & spi. san. Vñ secūdū duas relationes filij & spi. san. quibus referuntur ad patrem, oportet intelligi duas relationes in patre, qb⁹ referatur ad filium & spi. san. Vñ, cū non sit nisi vna patris ꝑsona, necesse fuit seorsum significari relationes in abstracto, quæ dicunt̄ ꝓprietates & notiones.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ licet de notionibus nō fiat mentio in sacra scriptura, fit tn̄ mentio de personis, in quibus intelligūtur notiones, sicut abstractum in concreto.

¶ Ad secūdū dicēdū ꝙ notiones significāt in diuinis, non vt res, sed vt rationes quædam, quibus cognoscūtur personæ[c], licet ipsæ notiões vel relationes real'r sint in Deo, vt suprà dictū est[c]. Et ideo ea quæ habēt ordinē aliquem ad actū aliquē essentialem vel personalē, nō possunt dici de notionib⁹: quia hoc repugnat modo significandi ipsarū[c]. Vnde nō possumus dicere ꝙ paternitas generet, vel creet, sicut sapientia vel intellectus. Essentialia verò, quæ nō habēt ordinem ad aliquem actum, sed remouent conditiones creaturæ à Deo, possunt prędicari de notionibus. possumus eñ dicere ꝙ paternitas est æterna, vel immēsa, vel quodcunque huiusmodi. Et similiter propter identitatem rei possunt substantiua personalia & essentialia prædicari de notionibus: possumus enim dicere quòd paternitas Deus, & paternitas est pater.

¶ Ad tertiū dicēdū, ꝙ licet ꝑsonę sint simplices, tn̄ absq; ꝑiudicio simplicitatis pñt ꝓprie rōnes ꝑsoarū ī abstracto significari, vt dcm̄ est.[c]

¶ *Num pater referatur ad filiū & spiritum sanctum vna vel duabus relationibus.* 183 165 Quæstio.

¶ *Num vni relationi secundum speciem duæ correspondeant secundum speciem.* 210

¶ Circa prædicta occurrit multiplex dubiū. Dubitatur eñ primo de illa ꝓpositione. Pater refertur ad filiū & spiritū sanctū: non vna, sed duabus relationib⁹. Aut eñ est sensus, ꝙ ibi sunt relationes duæ secundum rem, & hoc est falsissimum, quoniā spiratio & paternitas in patre sunt vna res numero. Aut est o 183

Coment. ¶ Secundo ꝓponit oppositam opinionem, & est conclusio responsiua quæsito affirmatiue: oportet in diuinis significari in abstracto & concreto non solum nomina essentialia, sed etiā personalia, scilicet paternitatē & patrē, &c. Et probatur cōclusio duab⁹ rationib⁹: quarum prima extēdit se ad essentialia & personalia. Secunda autem ad personalia tantū. Est ergo prima ratio, vt hæreticorū instanti habeamus ꝓpria responsiua: & formatur sic ratio à confitentibus patrem & filium & spi. san. esse vnum Deum & tres personas: oportet responderi interrogantibus, quo sunt vnus Deus, & quo vel quibus sunt tres personæ: ergo oportet dicere ꝙ deitate sunt vnum, proprietatibus autem, s. paternitate, filiatione, &c. sunt plures, sic eñ & nō aliter tribus interrogatiuis, scilicet quid quis, & quo, reddimus tria propria respōsiua.

Annot. ¶ Contra hanc rationem Greg. de Arimino. in 26. distin. primi instat, intendens eam soluere, dicens, ꝙ propter hæreticorum instantiam non oportet proprietates has distinguere. Quia Aug. docuit respōdere in sermone de fide & symbolo: credimus trinitatem personis distinctam substantia vnitam. Et Hiero. in expositione fidei cathol. substantia vnū sunt: sed personis ac nominib⁹ distinguunt̄. ergo absque proprietatibus habemus responsiuam, quo sunt vnum, & quo plures.

¶ Ad hoc tripliciter dicitur. Primo ꝙ Gregorius malè immiscere videtur hanc literæ huius rationem tractatui de rebus absolute: quem videtur ipse ibidē intendere. vt enim patet ex titulo totius quæstionis, hic tractatur de cognitione diuinarum personarum, & non de esse earundem. Secundo dicitur quòd male ponderauit verba literæ dicentis, quòd oportet habere responsiuum ad interrogatiuum quo, non respectu huius termini qui est trinitas, sed respectu etiam huius termini persona: quod constat ex neutra illarum autoritatum haberi. Tertio, quòd litera iuxta morem suum loquitur formaliter, & consistit vis eius in hoc quòd interrogatiuo quo oportet reddi responsiuum, quod ex proprio modo significandi significat vt quo, alioquin non quiescet instantia quærentium. Constat autem ꝙ persona non significat vt quo, cum sit concretum nomē. Oportet igitur vt habeamus proprium responsiuum quo, non respectu huius, aut illius termini, sed simpliciter respectu concretorum diuinorum proprietates in abstracto admittere in diuinis: & hoc directe intendit litera.

¶ Secunda vero ratio primo ponitur, deinde à Præpositiuo saluatur. Tertio excluditur solutio dupliciter. Est ergo secunda ratio persona patris vna refertur ad duas personas, s. filij & spūs sancti, non vna relatione. ergo oportet in patre distinguere rationes. Antecedens quo ad secūdā partē, probatur ducendo ad impossibile sic. Si pater vna relatione respiceret filium & spi. sanc. filius & spi. sanctus vna quoq; relatione respiceret patrē: & si sic, ergo filius & spūs sanctus nō essent duæ personæ, Et ꝓbat hæc vltima sequela quia sola relatio multiplicat trinitatem. Præpositiuus aūt secūdā partem antecedētis negās cōsequentiā quoque primā ducētē ad impossibile negabat: afferebātq; instātiā. Ex eo ꝙ De⁹ vnica relatione se habet ad creaturas & tamen creaturæ pluribus relationibus referūtur ad ipsum: sicq; proportionaliter censebat de filio & spū sancto ad patrem.

¶ Contra hāc aūt respōsionē dupliciter in litera arguitur. Primo sic, ratio specifica relatiui cōsistit in hoc quòd est ad aliud se habere. ergo vni relationi scđm speciē nō possunt ex opposito correspōdere duę diuersæ scđm speciē: ergo relationibus filij & spi. san. nō pōt respōdere vna relatio patris: quāuis oīb⁹ relationib⁹ creaturarū possit respōdere vna relatio ex parte Dei. Prima cōsequentia declarat̄ in parte & domino respectu filij & serui. Secūda aūt, quia relationes spi. san. & filij sunt diuersarum rationum, creaturarum autem ad Deū vnius sunt rationis. Secundo peccat instantia: quia sermo præsens est de relationibus realibus vtrinque. Ratio autem Dei ad creaturam non est realis: & propterea non oportet

sensus, ꝙ sunt duæ secundū rationē. Et hoc licet sit verū, nō est tamen ad propositum. Tum quia de rebus in hac ratione est sermo: quæ ex natura relationū ꝓcedit. Tū quia ex p̄missis ꝓdictæ rationis manifeste sequitur, si est valida, ꝙ diuersis specie relationibus oportet diuersas specie relationes correspōdere. Cōstat autem, quòd ad diuersitatē specificam in rerū natura nō sufficit distinctio rationis.

¶ Dubium secundo est circa propositionem illam assumptam contra propositiuum, scilicet vni relationi secūdū speciem non possunt correspondere duæ secundum speciem. Manifeste enim tenemus oppositum: quoniam vni filiationi fortis respondent diuersarum specierum relationes, scilicet paternitas & maternitas parentum ipsius, vt in tertia parte. qō. 35. articu. 5. expresse habetur.

¶ Ad primum dubiū dicendum est, ꝙ hic sunt duo, scilicet pluralitas relationis, & modus pluralitatis. De pluralitate quidem asserit litera partem affirmatiuam, volens quòd paternitas & spiratio sunt duæ relationes reales: quia distinguuntur differentiis relationis. De modo autem quo sunt duæ, superius negata fuit distinctio realis: quia non opponuntur adinuicem relatiue, & sic non sunt duæ realiter, quia non distinguuntur differentiis rei. Affirmare vero ꝙ sunt duæ formaliter secundū rationem tantum, non quietat multorū intellectū, quia esse duo secundū rationem, nō est esse duo, sed intelligi duo sicut esse quātū secūdū rationem, non est esse quantum, sed intelligi quantū. Vnde cū nulla sit actualis distinctio præter realem aut rationis, restat ꝙ sint duæ virtualiter, id est perinde se habent ac si essent duæ & hoc consonat excellentiæ diuinæ rei. Et est in rerum natura absque omni opere intellectus: sufficitque proposito, reliquisq; difficultatibus soluendis. nam specifica diuersitas duarum relationum infert specificam diuersitatem relationum sibi correspondentium formaliter vel virtualiter, id est, quòd illæ relationes correspondentes habeant specificam distinctionem in rerū natura actualiter, vel perinde se habeant ac si haberent illam distinctionem actualiter. Et sic, quoniā persona patris habet relationes duas, sic ꝙ vnaquæq; vendicat sibi propria, ac si essent seorsum actualiter duæ in re: ideo oportet duas relationes in abstracto tanquā duas patris notiones ponere. Alioquin responderi non posset quærenti, quo pater, & quo spirator: cum constet patrem ad filium, spiratorem vero ad spiritum sanctum esse: veruntamen proposito sufficere videtur affirmare, ꝙ distinguuntur formaliter: quoniam tractatus iste non est de rebus absolute, sed vt intellectis & significatis, vt patet ex litera.

¶ Ad secundū vero dubiū dicitur, ꝙ cum radix propositionis S. Tho. sit illa propositio Arist. 5. metaph. c. de ad aliquid, scilicet nullū relatiuū dicit̄ bis propter eandē rōnem: quia ad aliquid hoc ipsum quod est, sui primo termini est, quē patet esse vnū: iuxta limitationem illius fundamenti limitanda sunt consequentia. Relatiuū igitur non dici bis, potest dupliciter intelligi. Primo non dicitur bis, id est ad duo correlatiua solo numero distincta. & sic credimus hoc esse falsum: quia Sortes albus eadē similitudine similis est omnibus albis. Secūdo nō dicitur bis, i. ad duo correlatiua diuersarū rationū. & sic potest intelligi dupliciter, scilicet vel diuersarū rationū partialium. Et sic etiā nō est verū, vt ex illo articulo tertię partis patet. Vel nō partialium, & sic est verū. Vnde notāter San. Tho. ibidē in vltimo argumento ex hoc eodem fundamento nō infert. Ergo impossibile est vnum relatiuū dici ad duo: sed, ergo impossibile est, quòd vna relatio terminetur ad extrema omnino diuersa: per ly omnino, nō partialia innuens. Voco autem relatiua partialia in proposito, illa, quorū fundamenta partialiter concurrunt ad vnū numero effectum, vt pater de patre & matre respectu filij. consona autem veritati glosa hæc ostenditur, ex eo quòd proprie loquendo, relatiuum non dicitur bis, quando plura ex eadem parte respicit, quasi partes adæquati extremi.

sed

sed quando vnum ex vna, & alterum ex altera parte respiceret, bis diceretur, vt species ad genus, & ad indiuiduū: & scientia diceretur ad scibile & sciētem, &c. Sanctus Tho. ergo hic cōtra Præpositiuum intendit impossibile esse, ꝙ vna relatio secundum speciem habeat extrema diuersarum rationum non partialium: processio nanque & filiatio non habent partialia fundamenta, sed diuersarum omnino rationū secundum se perfectarū: quoniam filius perfecte terminat processum intellectus, & similiter spiritus sanctus perfectus est terminus processionis voluntatis. In tertia autem parte extrema diuersarum rationum partialia reddidit filiationi, vt pater.

163 o 1. di. 26. q. 2. ar. 3. & di. 27. q. 1. arti. 1. & pos. q. 9. ar. 9. 21. et 27. & q. 10. art. 5. 12. & opu. 3. ca. 57. 58. 59. 60. et 61. Quæstio.

¶ *Quidnam sit significari vt res, & vt ratio.*

¶ In responsione ad secundum dubium occurrit: quid sit significari vt res, & quid significari vt ratio. Si enim hoc idem est quod significari in concreto & in abstracto: litera contradicit sibi, quia sapientia abstractum nomē est: & tamen de Deo dicitur ꝙ disponit omnia suauiter, &c. Non obstāte sibi tali modo significandi. Si autem intenditur differētia inter rem realem & rationis, manifeste falsum dicitur, quoniam paternitas rē realem significat, sicut & sapientia.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ly vt, aliquam conditionē importat, & conditio rei est existere vel subsistere: nulla siquidem res vt res est nisi sit: & similiter nulla res vt res significatur nisi vt ens, seu existens significetur. Ratio autē, quia innotescendi gratia. 6. Topico. dicitur inuenta principiūmque notitiæ sit actus & forma. ex nono meta. conditio rationis est, vt sit formaliter notificatiua: & proportionaliter vt significetur vt rationale principium in cognoscēdo. sic enim modus significandi correspondet conditioni rationis vt ratio est. Et quia hæc exercent abstractum & cōcretum, ideo conceditur quòd significari vt res, coincidit cum concreto, & vt ratio cum abstracto.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum sint quinque notiones.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non sint quinque notiones. Propriæ enim notiones personarum sunt relationes quibus distinguuntur. Sed relationes in diuinis non sunt nisi quatuor, vt suprà dictum est[c]. Ergo & notiones sunt tantum quatuor.

¶ Præterea, Propter hoc quòd in diuinis est vna essentia, dicitur Deus vnus, propter hoc autem quòd sunt tres personæ dicitur Deus trinus. Si ergo in diuinis sunt quinque notiones, dicetur quinus. Quod est inconueniēs.

¶ Præterea, Si tribus personis existentibus in diuinis sunt quinque notiones, oportet quòd in aliqua personarum sint aliquæ notiones duæ vel plures, sicut in persona patris ponitur innascibilitas, & paternitas & communis spiratio. Aut igitur istæ tres notiones differunt re, aut non: Si differunt re sequitur ꝙ persona patris sit composita ex pluribus rebus. Si autē differunt ratione tantum, sequitur quòd vna earum possit de alia prædicari, vt dicamus, quòd sicut bonitas diuina est eius sapientia propter indifferentiā rei: ita cōmunis spiratio sit paternitas. Quod non conceditur. Igitur non sunt quinque notiones.

¶ SED CONTRA videtur quòd sint plures. Quia sicut pater à nullo est, & secundum hoc accipitur notio, quæ dicitur innascibilitas: ita à spiritu sancto non est aliqua persona. Et secundum hæc oportebit accipere sex notiones.

¶ Præterea, Sicut patri & filio cōmune est ꝙ ab eis procedat spiritus sanctus: ita commune est filio & spiritu sancto quòd procedant à patre. Ergo sicut vna notio ponitur communis patri & filio: ita debet poni vna notio communis filio & spiritui sancto.

CONCLVSIO.

¶ *Quinque tantum notiones sunt in diuinis, innascibilitas, paternitas, filiatio communis, spiratio & processio.*

¶ RESPONDEO dicedum, ꝙ notio dicitur id quòd est propria ratio cognoscendi diuinam personam. Diuinæ autem personæ multiplicatur secundum originem. Ad originem autem pertinet à quo alius, & qui ab alio: & secundum hos duos modos potest innotescere persona. Igitur persona patris non potest innotescere per hoc quòd sit ab alio, sed per hoc quòd à nullo est. Et sic ex hac parte eius notio est innascibilitas[c]. Sed inquantum est ab eo, innotescit dupliciter. Quia inquantum filius est, ab eo innotescit notione paternitatis: inquantum autem spiritus sanctus est, ab eo innotescit notione communis spirationis. Filius autem potest innotescere per hoc, ꝙ est ab alio nascendo, & sic innotescit per filiationem. Et per hoc ꝙ est alius ab eo, s. spiritus sanctus, & per hoc innotescit eodem modo sicut & pater, scilicet communi spiratione. Spiritus sanctus autem innotescere potest per hoc ꝙ est ab alio vel ab aliis, & sic innotescit processione. Non autem per hoc ꝙ alius sit ab eo: quia nulla diuina persona procedit ab eo. Sunt igitur quinque notiones in diuinis, s. innascibilitas, paternitas, filiatio, cōmunis spiratio & ꝓcessio. Harum autem tantum quatuor sunt relationes. Nam innascibilitas non est relatio nisi per reductionem, vt infrà dicetur[c]. Quatuor autem tantum proprietates sunt. Nam communis spiratio non est proprietas: quia conuenit duabus personis. Tres autem sunt notiones personales, id est constituentes personas, scilicet paternitas, filiatio & processio[c]. Nam communis spiratio & innascibilitas dicuntur notiones personarum, non autem personales, vt infrà magis patebit[c].

¶ AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ præter quatuor relationes oportet ponere aliam notionem, vt dictum est[c].

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ essentia in diuinis significatur vt res quædam, & similiter personæ significantur vt res quędam, sed notiones significantur vt rationes significantes personas. Et ideo licet dicatur Deus vnus, ꝓpter vnitatem essentiæ, & trinus propter trinitatem personarum: non tamen dicitur quinus propter quinque notiones

¶ Ad tertium dicendum ꝙ cum sola oppositio relatiua faciat pluralitatem realem in diuinis, plures proprietates vnius personæ cum non opponantur adinuicem relatiue, non differunt realiter. Nec tamen de inuicē prędicantur: quia significātur vt diuersæ rationes personarum. Sicut etiam non dicimus quòd atributum potentiæ sit attributum scientiæ: licet dicamus ꝙ scientia sit potentia[c].

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum persona importet dignitatem, vt suprà dictum

¶ Et ad obiectionem in oppositum dicitur, ꝙ licet omnibus abstractis ex modo significandi commune sit non congruere operationibus, inter abstracta tamen est magna latitudo, ex parte ipsius rationis formalis significatæ. Quorundā enim ratio formalis secundum se nullum habet ordinem ad opus, vt patet in relationibus, quorundam autem secundum se habet ordinem ad opus: vt sapientia ad ordinare, iustitia ad reddere vnicuique ius, &c. illa abstracta, quæ ex re formaliter significata opus respiciunt, congruam propositionem admittunt, vt in litera de sapientia & intellectu dicitur. Reliqua autem vt paternitatis & reliquæ notiones, quia, nec ex modo significandi, nec ex propria ratione formali operis principia sunt, congruas enuntiationes habere non possunt circa operationes, vt in litera dicitur, vnde nulla est contradictio.

a ¶ *Super Quæstionis trigęsimæsecundæ Articulum tertium.*

Annot. Titulus intendit de numero quinario adæquate: ita quod neque plures neque pauciores sint notiones quàm quinque.

Coment. ¶ In corpore duo facit. Primo respondet quæsito. Secundo ponit differentiam inter notiones, relationes, proprietates & notiones personales, quo ad numerū.

¶ Quo ad primum cōclusio responsiua quęsito affirmatiue est, notiones sunt quinque, s. innascibilitas, paternitas, cōmunis spiratio, filiatio, & processio. Et probatur sic. notio est propria ratio cognoscendi diuinā personā: ergo attendit̄ scđm originem: ergo secundum hęc duo, s. à quo alius, & qui ab alio: ergo sunt quinque. Antecedens est descriptio notionis superius exposita. Prima consequentia probatur: quia diuinæ personæ multiplicantur secundum originē. Secunda autē, quia hæc duo spectant ad originē, & secundum ea innotescunt diuinæ personæ. Tertia verò manifestatur sigillatim ad singulas applicando personas vtrunque modū originis. Et quo ad personam quidē patris, ex illo modo qui ab alio non positiue licet negatiue habetur innascibilitas. Ex illo vero à quo alius, paternitas & spiratio. quo ad personam vero filij, ex ly qui ab alio, habetur filiatio: ex ly vero à quo alius, habetur eadem spiratio. Quo ad personam vero spiritus sancti, ex ly qui ab alio, habetur processio. Ex ly vero à quo alius, nec positiue, nec negatiue aliqua ponitur, propter rationem subiunctam in responsione ad quartum.

¶ Quo ad secundum determinatur & numerus simul cum ipsis rebus numeratis illorum quatuor, s. notionis, relationis, proprietatis, & personalitatis, vt formaliter possit locutio interpretari: nec vnū confuse pro alio accipiatur. Et in litera satis clare patent. Si qua vero circa hæc sunt dubia cōstitutiua, aut circa innascibilitatē, inferius propriis locis patebunt. 188

¶ *Num præter quinque in diuinis notionēs detur sexta, inspirabilitas scilicet communis patri & filio.* Quæstio.

¶ Circa discussionem factā in litera post responsiones ad argumēta occurrit dubium motum à Scoto in 28. distinct. prima. q. prima. argumēto. 3. & hic intactū. Quare s. non est ponenda sexta notio, s. inspirabilitas communis patri & filio: sicut enim pater innotescit positiue dupliciter & negatiue negatione vtriusque originis, vel primæ earū: ita filius, cū sibi conueniat negatio vnius earū, debet illa innotescere. 188 c

¶ Ad hoc dubium nihil inuentio à S. Tho. dictū in speciali respectu personæ filij. Inferius nāq; q. 33. artic. 4. Et in primo sen. di. 28. q. 1. ar. 1. solutionem huius dubij dedit inquantum tangit personā patris dicēs, ꝙ innascibilitas importat negationem vtriusq; originis. Ex hoc eñ manifeste patet ꝙ in patre non est opus inspirabilitate. Sed præsens dubiū est de persona filij. Ea quoq; quæ de sufficientia notionū. 26. di. primi dicit, male possent ad hoc applicari. Tum quia etiā inspirabilitas dicit aliquid speciale, est eñ negatio in genere, &c. Tum quia etiā innascibilitas cōceditur à S. Thom. notio, vt est negatio natiuitatis, vt patet infrà. Scotus aūt vbi suprà quasi vellet introducere sextam notionem, non audet tñ se cōtra torrentem opponere doctorum, quinq; tñ notiones approbantiū. Vñ nisi (inquit) assignetur aliqua rō de hoc, sexta erit concedenda notio. Videtur autem mihi ꝙ sufficiens habetur ratio quare inspirabilitas non est ponenda inter notiones. 174 a 210 a 188 82 o 71

¶ Ad cuius euidētiā scito, ꝙ cū notio innotescendi gratia ponenda sit (vt eius nomen ostendit) & priuatio per habitum negatioq; per affirmationē naturaliter cognoscatur, & nō econuerso: consequens est ꝙ negationes modorū originis inter notiones computari regulariter nō debeant, in cuius signum persona spūs sancti vnam tantum notionē habet, & tamē sibi conuenit negatio natiuitatis filio cōuenientis. Et qm̄ inspirabilitas negatio quædā est ideo inter notiones locum habere non debet. Quòd autē innascibilitas notio posita sit negatiua, præter regulariter est propter tres singulares rationes locū non habentes in aliis negationibus. Prima est quia persona patris sola se habet in trinitate in ratione primi principij. solus enim pater ibi est principium, nō de principio. Et propterea tū quia ratio primi optime per negationem notificatur. Tum ad commendandā hāc tantam patris autoritatem propter quā secūdū Hilarium maior dicitur filio: & filius in euāgelio solitus est omnia referre ad patrē. & ecclesia omnes fere orationes ad patrem diligit: merito hmōi negatio notio posita est. Et hæc ratio tāgitur in litera in responsione ad quartū in calce, & in primo sententiarū vbi supra. Secunda ratio est propter variā connexionē istorum terminorū in cōmuni, s. pater & ingenitus. hæc eñ duo separata inueniuntur apud nos: oīs enim pater est genitus, i. ab alio, vel etiam genitus proprie, excepto Adā, qui fuit pater & ingenitus. Ex propriis tñ rationibus coniungi possunt, & in paterna persona iuncta sunt, non sic autem est de filio & inspirabili: hæc enim vbique connexa sunt: & ideo merito negatio illa inter notiones numerata est. Et sumitur hæc ratio ex Aug. 5. de trini. cap. 8. Tertia ratio ex Hilario in lib. de synodis ad cōmendandam vnitatem diuinæ naturæ: ponendo siquidem innascibilē vnam personā, ponitur vnū principium & caput in natura diuina. Inquit enim Hilarius, ꝙ ponere duos innascibiles, est ponere plures deos, & plures naturas diuinas. ac ꝑ hoc ponere vnum innascibilem cōmēdat vnitatē diuinæ naturę: propter qđ sacri doctores nō qualitercunq; ponunt innascibilitatē esse notionē sed vt propria est patri:

ita q nec essentiæ, nec spiritusancto conuenit. Accessit forte ad hæc, q nominibus propriis processionis spiritussancti caremus. Quia igitur rationē habemus quare singulari priuilegio innascibilitas est notio: & regulariter negationes à notionibus excluduntur, rationabiliter à sacris doctoribus inspirabilitas omissa est.

¶In responsione ad secūdum aduerte, q significari vt res quædam, est significari vt res singularis in rerum natura: & quoniam 171 b nominibus personarum in actu excercito, (vt pater & filius & spiritussanctus) & nomine similiter essentiæ (vt Deus) significantur personæ & natura in diuinis vt res singulares: notionum autem proprietatum & relationū vt sic nominibus i. abstractis, rationes potius rerum significantur: ideo ex horum numero non dicitur Deus quinus vel quartinus, &c.

¶Num distinctio rationis inter paternitatem & spirationem impediat prædicationem in abstracto.

¶In responsione ad tertium dubiū est propter obiectionē Scot. in quolib. 5. in calce articuli se- 183 cundi. Si distinctio inquit rationis inter paternitatem & spirationem sufficeret ad impediendam prædicationem in abstracto, impediretur etiā ista, sapiētia est bonitas: quæ distinguuntur formaliter. Cōsequēs autē est falsum apud te hic. ergo. Exemplū quoque qđ de attributo adducitur, non est ad propositum, sed potius ad oppositū. Extra propositū quidē, quia attributum est nomē intentionis, quæstio autem est de nominibus primæ intētionis. Ad oppositū vero, quia ex illo exemplo habetur, q sicut attributum potentiæ non est attributū scientiæ, & tñ potentia est scientia: ita notio paternitatis non est notio spirationis, & tamen paternitas est spiratio: quod est oppositū intentæ conclusionis.

¶Ad hoc dicitur, q obiectio procedit ex malo intellectu literæ, imò ex diminuta inspectione eius. Non enim dicitur in litera, q ideo nō prædicantur de inuicē, quia distinguuntur ratione: sed quia significātur vt diuersæ rationes personarū, id est, vt diuersæ rationes relatiue Personæ enim diuinæ relationes sunt subsistentes: vt prædictū fuit. Et intendit de diuersitate in actu exercito, non sub notionis vocabulo, sed sub relationis ratione. Fundatur enim responsio hæc super doctrina in 5. metaph, cap. vno, s. q sub illo aliqua proprie multiplicantur, cuius differentiis distinguūtur, ita q intēdit q, q a paternitas & spiratio sub diuersis differētiis diuinę relationis sunt. Illa em est ad filium, hæc ad spiritū sanctū, ideo & duæ relationes reales diuinæ sunt. Et quia hanc distinctionem important in actu exercito, paternitas & spiratio, ex hoc q significātur vt diuersæ rōnes personarū, i. relatiuorū psonaliū: ideo nō pdicātur de se inuicē. Vñ ad obiectionē negādū est antecedens. Et de exemplo dicēdū est, q est valde ad propositū si sane intelligātur: non enim adductū est nisi ad manifestandum fundamentum illud ex 5. meta. s. q sub illo retinent aliquam pluralitatē, sub cuius pluribus differentiis comprehenduntur. Et quia sub attributi intentione & nō rei, scientia & potentia Dei distinguuntur, ideo plura attributa dicuntur, nec vnum dicitur aliud: licet vna sit alia, quia non distinguūtur rei differentia. Ita quoq; dicitur in proposito: nō solū respectu intentionis importatæ per ly notio, sed etiā respectu rationis formalis substractæ, i. relationis diuinæ, sicut em attributū numeratur in potentia & scientia, ita relationis ratio, & non solū notionis intentio numeratur in paternitate & spiratione. Et propterea sicut hoc attributum non est illud, & ita hæc notio non est illa, (quod in litera tacetur) & paternitas non est spiratio: sunt enim relationis nomina. Et quod hæc sit San. Tho. intentio, percipi potest ex primo sent. distinct. 27. q. prima articulo primo in corpore, & ad tertium.

¶Contra hanc quoque responsionem inquantum dicit quòd paternitas & spiratio sunt idem, realiter argumenta extant Durandi apud Capreolum. 13. distinc. primi, articulo secundo, contra primam conclusionem. Sed non sunt mihi visa recitatione digna.

est[c], non potest accipi notio aliqua spiritus sancti ex hoc, quòd nulla psona est ab ipso. Hoc em nō ptinet ad dignitatem ipsius, sicut pertinet ad autoritatem patris, q sit à nullo.

¶Ad quintum dicendum q filius & spiritus sanctus non conueniunt in vno speciali modo existendi à patre: sicut pater & filius conueniunt in vno speciali modo producendi spiritum sanctum. Id autem quod est principium innotescendi, oportet esse aliquid speciale. Et ideo non est simile.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum liceat contrarie opinari de notionibus.

AD QVARTVM sic pceditur. Videtur q non liceat cōtrarie opinari de notionibus. Dicit enim Aug. in 1. de trinit. q non erratur alicubi periculosius quā in materia trinitatis, ad quam certum est notiones pertinere. Sed contrariæ opiniones non possunt esse absque errore. Ergo contrarie opinari circa notiones non licet.

¶Præterea, Per notiones cognoscuntur psonæ, vt dictum est[c]. Sed circa personas nō licet contrarie opinari. Ergo nec circa notiones.

¶SED CONTRA, Articuli fidei non sunt de notionibus. Ergo circa notiones licet sic vel aliter opinari.

CONCLVSIO.

¶Cum notiones ad fidem nonnisi indirecte spectent contrarie opinari de ipsis licet, si nihil adsit, vel consideretur consequi fidei contrarium.

¶RESPONDEO dicendum, q ad fidem pertinet aliquid dupliciter. Vno modo directe, sicut ea quæ nobis sunt principaliter diuinitus tradita, vt Deū esse trinū, & vnum filiū Dei esse incarnatū, & hmōi. Et circa hæc opinari falsum, hoc ipso inducit hæresim: maxime si pertinacia adiungatur. Indirecte vero ad fidem pertinent ea ex quibus cōsequitur aliquid contrarium fidei. Sicut siquis diceret Samuelem non fuisse filium Helcanæ. Ex hoc enim sequitur, scripturam diuinam esse falsam.

¶Circa huiusmodi, ergo absque periculo hæresis aliquis falsum potest opinari antequam consideretur vel determinatum sit q ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, & maxime si non pertinaciter adhæreat. Sed postq manifestū est & præcipue si sit per ecclesiam determinatū, q ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, in hoc errare, non esset absque hæresi. Et propter hoc multa nunc reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur propter hoc, quòd nunc est magis manifestum quid ex eis sequatur. Sic igitur dicendum est, quòd circa notiones aliqui absque periculo hæresis contrarie sunt opinati, non intendentes sustinere aliquid contrarium fidei. Sed siquis falsum opinaretur circa notiones, considerans q ex hoc sequatur aliquid contrarium fidei, in hæresim laberetur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

a ¶Super Quæst. trigesimæsecundæ Articulum quartum.

Titulus clarus est.

Cōment. ¶In corpore duo facit. Primo docet in communi, in qua fidei materia liceat vel non liceat contrarie opinari. Secundo respondet quæsito.

¶Quo ad primū duplex ponit genus pertinētiū ad fidem, s. directe & indirecte. De primo genere dicit, quòd opinari falsum, est hæresis, & maxime adiuncta pertinacia. De secundo vero dicit duo. primo quòd antequam consideretur, seu determinatum sit, consequi aliquid contrarium fidei, opinari falsum, non est hæresis, maxime sine pertinacia. Secundum est, quòd error huiusmodi post manifestationem, aut ecclesię determinationem est hæresis. Et ex his deducitur corollarie, quòd multa hodie reputantur hæretica, &c.

Annot. ¶Aduerte hic q ad rationem hæresis in se sufficit quòd sit error in his quæ sunt fidei, sed ad rationem hæretici formaliter requiritur vltra hæc pertinacia: & propterea in litera per modum additionis adiungitur si adsit, aut absit, pertinacia. Rursus in secundo genere quando deest determinatio ecclesiæ, nō vocatur manifestum consequi aliquid contrarium fidei ex aliqua positione, ex hoc quòd multi doctores credunt sic, aliis oppositum sentientibus. Vñ in hmōi falsum opinantes non solum ab hæresi, sed etiā à peccato excusantur: qui iuxta gradum suum quantum cognoscūt, rationabiliorem vnam arbitrantur sequi: salua ecclesiæ reuerentia.

¶Quo ad secundum cōclusio responsiua est, q licet contrarie opinari de notionibus si nihil est aut consideratur consequens contrarium fidei: & probatur, quia notiones sunt in secundo genere.

QVAESTIO TRIGESIMA tertia de persona patris, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de personis in speciali. Et primo circa personam patris. ¶Circa quam quęruntur quatuor. ¶Primo, vtrum patri competat esse principiū. ¶Secundo, vtrum persona patris proprie significetur hoc nomine pater. ¶Tertio, vtrum per prius dicatur in diuinis pater secundum q sumitur personaliter, quàm secundum q sumitur essentialiter. ¶Quarto, vtrum sit proprium patri esse ingenitum.

ARTICVLVS I.

a ¶Vtrum competat patri esse principium.

185 infra q. 36. ar. 4. et 1. di. 29 art. et 2. op. 1. c. 2. & po. q. 10. art. 1. 8. 10.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q pater non possit dici principium filij, vel spiritussancti. Principiū em & causa idem sunt secundum Philosophum. Sed non dicimus patrem esse causam filij. Ergo non debet dici q sit eius principium.

¶Præterea, Principium dicitur respectu principiati. Si igitur pater est principium filij, sequitur filium esse principiatum: & per consequēs esse creatū. Quod videtur esse erroneū.

¶Præterea, Nomen principij à prioritate sumitur. Sed in diuinis non est prius & posterius. vt Athana. dicit. Ergo in diuinis non debemus vti nomine principij.

¶SED CONTRA est quod dicit Aug. in 4. de trinit. Pater est principium totius deitatis.

CONCLVSIO.

¶Cum pater sit à quo est filius, & spiritus sanctus, conuenienter sibi esse principium conuenit.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd hoc nomen principiū nihil aliud significat quàm

a ¶Super Quæstionis trigesimætertiæ Articulum primum.

Cōment. Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio. Pater est principium. Probatur, principium est à quo aliquid procedit: & econuerso. Pater est à quo procedit alius, s. filius, & spiritus sanctus, ergo pater est principium.

¶Num Latini vtantur in diuinis nomine causæ, sicut & Græci. Quæstio.

¶Num ratio aliqua principij conueniat Deo.

¶In responsione ad primum aduerte, quòd Aureolus apud Capreolum in primo distinc. 29. duo dicta huius literæ impugnat. Primum est differētia inter Grecos & Latinos doctores. Affert enim contra hoc Hilarium in quarto de trinitate patri autoris nomen tribuentem: & Augustinum in septimo de trinit. capitulo quarto dicentē de patre. illud quod est ei causa vt sit est ei causa vt sapiens sit. Secundum est quòd ideo nomine principij & non causæ vtimur in diuinis, quia est cōmunius: quoniam extendit se, &c. Contra hoc instat, nomen ratione communitatis conueniens Deo hoc habet, quia ratio minus communis non cōueniret ei. sed principium non est huiusmodi secundum dicta tua: qm nulla ratio principij posita in 5. meta. conuenit patri respectu filij, vt patet discurrenti.

¶Ad primum horum dicitur dupliciter. primo quòd satis est literæ quòd Latini doctores non habuerunt causæ vocabulū in vsu: dato quòd aliquando inueniretur. Secundò dicitur ad illud Hilarij cum Sancto Thoma in primo sententiarum distinct. 29. quæstione prima, articulo primo. quòd autor non importat causalitatem, sed principium non ab alio: & ideo patri attribuitur. Illud vero Augusti. non est ad propositum: de essentialibus enim loquitur, in quibus constat non esse causam nisi secundum rationem.

¶Ad secundum vero dicitur, quòd falsum est, nullam rationem principij ex 5. metaph. in patre saluari. expresse nanque ibidem dicitur, communissimam rationem principij esse primum ex quo est vt cognoscitur aliquid. Constat autem patrem esse primum ex quo est filius, iuxta illud, ex patre natum ante omnia secula. In litera autem manifestatur ista maior communitas ex notioribus nobis. scilicet puncto, &c. non quòd istæ acceptiones locum habeant in diuinis, sed vt ex his tanquam ex notioribus notificetur maior abstractio principij, quàm causæ.

Supe

id à quo aliquid procedit. Omne em à quo aliquid procedit quocunq; modo dicimus esse principium, & econuerso. Cum ergo pater sit à quo procedit alius, sequitur quod pater est principium.

¶AD PRIMVM ergo dicendū q Græci vtuntur in diuinis indifferēter nomine causæ, sicut & nomine principij, Sed Latini doctores nō vtūtur nomine causæ sed solū nomine principij. Cuius rō est: quia principiū communius est quàm causa: sicut causa cōmunius quàm elementum. Primus em terminus, vel etiā prima pars rei dicitur principium, sed nō causa. Quanto autē aliquod nomen est communius, tanto conuenientius accipitur in diuinis vt suprà dictū est[c]. Quia nomina quanto magis specialia sunt, tanto magis determināt modū conuenietem creaturæ. Vnde hoc nomen causa videtur importare diuersitatem substantiæ, & dependentiam alicuius ab altero, quam non importat nomen principij. In omnibus enim causæ generibus semper inuenitur distantia inter causam, & id cuius est causa, secundum aliquā perfectionem, aut virtutem. Sed nomine principij vtimur etiam in his quæ nullā hmōi differentiā habent, sed solum secundum quendam ordinem. Sicut cum dicimus punctum esse principium lineę, vel etiam cum dicimus frontem lineæ esse principium lineæ.

¶Ad secundū dicēdū q apud Græcos inuenitur de filio vel spiritu sancto dici q principietur. Sed hoc non est in vsu doctorum nostrorū. Quia licet attribuamus patri aliquid autoritatis ratione principij nihil tamē ad subiectionē vel minorationem quocunque modo pertinens attribuimus filio vel spiritui sancto, vt vitetur omnis erroris occasio. Secundum quem modum. Hila. dicit 8. de trini. Donantis autoritate pater maior est, sed minor non est filius, cui vnum esse donatur[c].

¶Ad tertium dicendum q licet hoc nomen principium, quantum ad id à quo imponitur ad significandum, videatur à prioritate sumptum: non tamen significat prioritatem, sed originem. Non enim idem est quod significat nomen, & à quo nomen imponitur, vt suprà dictum est[c].

ARTICVLVS II.

¶Vtrum hoc nomen pater sit nomen proprie diuinæ personæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hoc nomen pater non sit proprie nomen diuinæ personæ. Hoc em nomen pater significat relationem. Persona autē est substantia indiuidua. Non ergo hoc nomē pater est proprie nomen significatiuum personæ.

¶Præterea, Generans cōmunius est quàm pater. Nam omnis pater est generans, sed non econuerso. Sed nomen communius magis proprie dicitur in diuinis, vt dictum est[c]. Ergo magis proprium nomen est personæ diuinæ generans & genitor, quàm pater.

¶Præterea, Nihil quod secundum metaphoram dicitur, potest esse nomē ppriū alicuius. Sed verbum metaphorice apud nos dicitur genitum vel proles. Et per consequens ille cuius est verbum, metaphorice dicitur pater. Non ergo principium verbi in diuinis potest proprie dici pater.

¶Præterea, Omne quod dicitur in diuinis, p prius dicitur de Deo quàm de creaturis, sed generatio per prius videtur dici de creaturis quàm de Deo. Verior enim ibi videtur esse generatio vbi aliquid procedit ab alio distinctum, non secundum relationem tantum, sed etiā secundū essentiam. Ergo nomen patris qđ à generatione sumitur, non videtur esse proprium alicuius diuinæ personæ.

¶SED CONTRA est qđ dicit in psal. Ipse inuocabit me, pater meus es tu.

CONCLVSIO.

¶Cum ipsa paternitate pater in diuinis distinguatur ab omnibus aliis personis, conuenienter sibi patris nomen conuenit.

¶RESPONDEO dicēdum, q nomen proprium cuiuslibet psonæ significat id per quod illa persona distinguitur ab omnibus aliis. Sicut em de ratione hominis est aīa & corpus, ita de intellectu huius hominis est hęc anima & hoc corpus. vt dicitur in 7. meta. His aūt hic homo ab omnibus aliis distinguitur. Id autem per quod distinguitur persona patris ab omnibus aliis, est paternitas. Vnde proprium nomen personæ patris est hoc nomen pater, quod significat paternitatem.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, q apud nos relatio nō est subsistēs psona. Et ideo hoc nomē pater apud nos nō significat personā, sed relationē personę[c], nō autē est ita in diuinis, vt quidam falso opinati sunt. Nam relatio quā significat hoc nomen pater, est subsistens persona. Vnde suprà dictū est[c], q hoc nomen persona in diuinis significat rationem vt subsistentem in diuina natura.

¶Ad secūdū dicēdū, q scdm Philo. in 2. de anima denominatio rei maxime debet fieri à perfectione & fine. Generatio autē significat vt in fieri. Sed paternitas significat cōplementum generationis: & ideo potius est nomen diuinæ personæ pater quā generās vel genitor.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum non est quid subsistens in natura humana. Vnde nō proprie potest dici genitum vel filius. Sed verbum diuinum est aliquid subsistens in natura diuina[c]. Vnde proprie & non metaphorice dicitur filius, & eius principium pater.

¶Ad quartum dicendum, q nomen generationis & paternitatis, sicut & alia nomina: quæ proprie dicuntur in diuinis, per prius dicuntur de Deo, quàm de creaturis quātum ad rem significatam, licet non quantum ad modum significandi[c]. Vnde & Apostol. dicit ad Ephe. 3. Flecto genua mea ad patrē domini mei Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Quod sic apparet. Manifestum est em q generatio accipit speciē à termino qui est forma generati. Et quanto hic fuerit propinquior formæ generantis, tāto verior & perfectior, est generatio. Sicut generatio vniuoca est perfectior quàm non vniuoca. Nam de ratione generantis est, q generet sibi simile secūdū formam. Vnde hoc ipsum q in generatione diuina est eadē numero forma generātis & geniti, in rebus aūt creatis nō est eadem numero, sed specie tātū[c]: ostendit quòd generatio, & per cōsequēs paternitas per prius sit i Deo quàm in creaturis. Vnde hoc ipso, q in diuinis est distinctio geniti à generante secundum relationem tantum ad veritatem diuinæ generationis & paternitatis pertinet.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum hoc nomen pater, dicatur in diuinis per prius secundum quod personaliter sumitur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod hoc nomen pater non dicatur in diuinis per prius, secūdū qđ personaliter sumitur. Commune em secundum intellectum est prius proprio, sed hoc nomen pater secundum quòd personaliter sumitur, est proprium personæ patris: secundum vero q sumitur essentialiter est commune toti trinitati. Nam toti trinitati dicimus, pater noster. Ergo per prius dicitur pater essentialiter sumptum, quàm personaliter.

¶Præterea, In his quæ sunt eiusdem rationis, non est prædicatio per prius & posterius. Sed paternitas & filiatio secūdum vnā rationem videntur dici secundum quòd persona diui-

a ¶Super Quæst. trigesimætertiæ Articulum secundum.

Annot. In titulo ly pater, vt in solutione dubij patebit, sumitur prout in diuina trinitate admittitur. Ly proprie, sumitur & vt distinguitur contra metaphorice, & vt distinguitur contra commune, & vt distinguitur contra extranee. Extraneum autem dico quomodolibet adiacens quēadmodum dicimus de aliquo, q Sortes est nomen propriū eius. filius vero Platonis 78 primogeniti, non esse eius nomen proprium, quia significat accidens adiacens Sorti, & non eius substantiam. Et hoc tertio modo principaliter & directe sumitur in hoc titulo: vtroq; autem alio modo cōcomitantur. Ita q intentio quæstionis est, an pater sit nomen significans propriam substātiā seu proprium substantiale alicuius diuinæ personæ: an significet aliquid adiacens illi. Vnde ly diuinæ personæ, supponit pro ipsa hypostasi, vt sic.

Cōment. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Pater est nomen proprium personæ patris. Et probatur sic, significans id per quod persona quæcunque distinguitur ab omnibus aliis, est nomē proprium illius, sed pater significat paterni- 75 tatem, per quā persona 69 b patris distinguitur ab 186 omnibus aliis: ergo est nomen proprium personæ patris. Minor probatur in litera virtualiter sic. Nomen proprium huius hominis significat hanc animam & hoc corpus: ergo significat id per quod distinguitur ab omnibus aliis, par autem ratio est de cæteris: igitur: Antecedens manifestatur: & ratiōe: quia sicut de intellectu hominis sunt carnes & ossa: ita &c. & autoritate. 7. metaphy.

infra q. 40. ar. 2. con & 3. q. 60. ar. 7. 2m & 4. dist. 3. ar. 2. q. 1. 5m.

¶Num patris nomen sit distinctiuū patris à cæteris personis. Quæstio.

¶Circa hanc rationem dubiū occurrit: quoniā 78 medius terminus, s. significare id quo perso- 85 a na hæc distinguitur à cæteris, aut importat significare formaliter & in actu ipsum distinctiuum personæ, aut materialiter & in potentia: eo modo quo superius dicitur significare cōtenta sub eo. Si sumitur p significatione formali, sic falsa est minor: pater enim non significat personale, distinctiuū diuinæ personæ: Quoniā significat formaliter id quo pater conuenit cū cæteris patribus, conuenientia saltem analoga, Non est aūt idem distinctiuum alicuius, & quo cum aliis conuenit: quia hoc est commune illud proprium. Si vero sumitur de significatione in potentia, vana est maior, vanūsq; est totus processus corporis: qm expresse loquuntur de significare actualiter: alioquin homo esset nomen proprium huius hominis, nec oportuisset hæc adducere.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q hic est sermo de significare actualiter. Et ad obiectionem ad oppositum respondetur, q ly pater, dupl'r sumi potest. Primo vt est nomen analogum ad omnē quomodolibet patrem, & sic proculdubio falsa esset minor: sic enim significat commune 166 quid proportionaliter omni patri. Alio modo est vt primum & caput huius analogiæ, & sic significat constituti- 172 uum distinctiuūmq; personale primæ personæ trinitatis diuinæ: vt em qō. 13. declaratum est. Alia est formalis ratio reddenda quęrēdi qd est prima psona diuina quatenus pater, & quid est sortes quatenus pater: sicut in aliis analogis cōmunibus Deo & creaturæ. Ipsa autē relicta ratio rationis consurgit ex eleuatione relationis paternitatis ad subsisten- 161 b tiam psonalitatem, &c. Et propterea ly pater, sic sumptum ex propria sua rōne significat illius personalitatem, propter quod absque additione tradidit dñs baptizandum esse in nomine pa- 73 tris, &c. Dubium autem 70 remanens circa minorem: an scilicet paternitas sit personale distinctiuū patris, in q. 4. articulo secundo, tractabitur.

Annot. ¶In respōsione ad quartum nota, q de ratione generationis sunt duo scilicet distinctio suppositorum, & vnitas formę quæ communicatur. Et quoniā generans vt sic assimilat sibi genitum, similitudo autē speciei est vnitatis quanto stante distinctione suppositali maior est vnitas formæ, tanto generatio 161 est perfectior. a b c

a ¶Super Quæstionis trigesimætertiæ Articulum tertium.

Annot. In titulo aduerte tria. Prima ly pater secundum, q personaliter. Pater enim dupliciter de Deo dicitur, scilicet personaliter, quum dicitur, pater domini no- 187 stri Iesu Christi: & essen- 1. dist. 2. tialiter, quum dicitur, pater misericordiarū. Et ideo non immerito additur ly secundū quòd personaliter. Secundo ly dicatur, non em quæritur an in diuinis prius sit esse patrem ad intra, an esse patrem ad extra: sed an ratio formalis patris nomine significata, per prius dicatur de Deo, vt est pater intra, quàm de Deo, vt est pa-

ter extrá. Tertio ly prius: quamuis enim ex ratione in oppositũ facta in litera prioritatem indistincte significare videatur, directe tamẽ in proposito stat proprietate secundũ naturæ ordinem, qui inter intentiones vnius nominis inueniri est solitus, vt patet in toto quinto metaphysic. Ita ꝙ sensus est, an ratio patris nomine significata, personaliter dicta, sit naturæ ordine prior intentio talis nominis, quàm ratio eiusdem essentialiter dicta.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio rñsiua quæsito affirmatiue. Pater per prius dicitur in diuinis personaliter q̃ essentialiter. Probatur sic. omnia imperfecta sumũtur à perfectis: ergo omne nomen prius dicitur de illo in quo saluatur tota eius ratio perfecte, quàm de illo in quo saluatur secũdum aliquid: ergo paternitas prius dicitur in diuinis secundum quod importat respectum personæ ad personam, quàm secundum quod dicit respectũ Dei ad creaturas: ergo. Prima consequentia probatur. primo, quia de eo de quo nomen dicitur secundum aliquid, dicitur quasi per similitudinem ad id in quo perfecte saluatur. manifestatur deinde in leonis nomine. 161 d 186 Secunda autem probatur, quia in Deo patre & Deo filio inuenitur perfecta ratio paternitatis & filiationis, in Deo autem & creatura non, sed secundum aliqualẽ similitudinem. Et probatura prima pars huius assumpti, quia diuinarum personarũ vna est natura ac gloria. Secunda vero pars quo ad negationem, quia creatura non eiusdem naturæ est cum Deo. Quo ad affirmationem vero manifestatur graduando latitudinẽ filialis assimilationis creaturę ad Deum iuxta quatuor modos similitudinis, s. vestigij, imaginis, gratiæ, & gloriæ. Confirmanturq; omnia autoritatibus vt satis clare in litera.

Annot. ¶In responsione ad primum diligenter notato tria, scilicet distinctionem, comparationes, & rationes earum. Distinctio est hæc, communium, i. essentialium quędam dicunrur absolute, vt bonus, sapiens, &c. quædam respectiue ad extrà, vt dominus, & cætera. Cõparationes sunt duæ, prima est communia absoluta sunt priora secundũ intellectum personalibus. Altera est, communia respectiua ad extra sunt posteriora personalibus. Ratio primæ compariouis est, quoniam communia absoluta clauduntur in personalibus, & non econuerso, priora enim constat esse, à quibus

na est pater filij. & secundum quod tota trinitas est pater noster vel creaturæ, cum secundum Basilium accipere sit commune creaturæ, & filio. Ergo non per prius dicitur pater in diuinis secundum quod sumitur essentialiter, quàm secundũ qđ sumitur personaliter.

¶Præterea, Inter ea quæ non dicuntur scđm rationẽ vnã, non potest esse comparatio. Sed filius comparatur creaturæ in ratione filiationis, vel generationis, secundum illud Col. 1. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Ergo nõ per prius dicitur in diuinis paternitas personaliter sumpta, quàm essentialiter, sed secundum rationem eadem.

¶SED CONTRA est quòd æternũ prius est temporali. Ab æterno autẽ Deus est pater filij, ex tempore autem pater est creaturæ. Ergo per prius dicitur paternitas in Deo respectu filij, quàm respectu creaturæ.

CONCLVSIO.

¶Cum Deo patre perfecta paternitatis ratio inueniatur respectu filij, in Deo autem & creatura non nisi secundum aliqualem similitudinẽ: prius nomen patris in diuinis dicitur personaliter, quam essentialiter.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd per prius dicitur nomen de illo in quo saluatur tota ratio nominis perfecte, q̃ de illo in quo saluatur scđm aliqd. De hoc em̃ dicitur quasi per similitudinem ad id in quo perfecte saluatur: quia omnia imperfecta sumuntur à perfectis. Et inde est quòd hoc nomen leo per prius dicitur de animali in quo tota ratio leonis saluatur, quòd proprie dicitur leo, quã de aliquo homine in quo inuenitur aliquid de ratione leonis, vt puta audacia, vel fortitudo, vel aliquid hmõi. De hoc em̃ per similitudinẽ dicitur. Manifestum est aũt ex præmisis[e], ꝙ perfecta ratio paternitatis & filiationis inuenitur in Deo patre & Deo filio, quia patris & filij vna est natura & gloria. Sed in creatura filiatio inuenitur respectu Dei, non secundum perfectam rationẽ, cũ non sit vna natura creatoris & creaturæ, sed secundũ aliqualẽ similitudinem. Quæ quanto perfectior fuerit, tãto propinquius acceditur ad veram filiationis rationem. Dicitur em̃ Deus alicuius creaturę pater propter similitudinẽ vestigij tm̃, vt potè irrationalium creaturarũ: secundum illud Iob 38. Quis est pluuiæ pater? aut quis genuit stillas roris? Alicuius vero creaturæ, scilicet rõnalis secundum similitudinem imaginis: secundum illud Deutero. 32. Nonne est ipse pater tuus qui possedit & fecit & creauit te? Aliquorum vero est pater secundum similitudinem gratiæ. Qui etiã dicuntur filij adoptiui, secundũ qđ ordinantur ad hæreditatem æternę gloriæ per munus gratiæ acceptũ: secundũ illud Ro. 8. Ipse spiritus reddit testimoniũ spiritui nostro, ꝙ sumus filij Dei. Si autẽ filij, & hæredes. Aliquorũ verò secundũ similitudinem gloriæ, put iam gloriæ hæreditatem possident, secundum illud Ro. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Sic igitur patet, quòd per prius paternitas dicitur in diuinis secundum quod importatur respectus personæ ad personam, quàm secundum quòd importatur respectus Dei ad creaturam.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ cõia absolute dicta scđm ordinẽ intellectus nostri, sunt priora q̃ propria, qa includuntur in intellectus propriorũ, sed non econuerso. Intellectu em̃ personæ patris intelligitur Deus, sed non conuertitur. Sed cõia quæ important respectum ad creaturã per posterius dicũtur, q̃ propria, quæ important respectus personales: quia persona procedens in diuinis, procedit vt principium productionis creaturarũ. Sicut em̃ verbũ conceptũ in mente artificis per pri⁹ intelligitur procedere ab artifice, q̃ artificiatũ qđ pducitur ad similitudinẽ verbi cõcepti in mente: ita per prius procedit filius à patre, quàm creatura, de qua nomen filiationis dicitur secundum quod aliquid participat de similitudine filij vel patris: vt patet per illud qđ dicitur Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit fieri conformes imaginis filij Dei.

¶Ad secundũ dicendum, ꝙ accipere dicitẽ esse cõmune creaturæ & filio, nõ secũdũ vniuocationẽ, sed scđm similitudinẽ quãdã remotã: ratione cuius dicitur primogenit⁹ creaturæ. Vñ in autoritate inducta subditur[c]. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus: postquam dixerat conformes fieri aliquos imaginis filij Dei. Sed filius Dei naturaliter habet quoddã singulare præ aliis, scilicet habere per naturam id qđ accipit: vt idẽ Basili⁹ dicit. Et scđm hoc dicitur vnigenitus: vt patet Io. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse nobis enarrauit. Et per hoc patet solutio ad tertium.

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum esse ingenitum, sit patri proprium.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ esse ingenitũ, non sit patri proprium. Omnis enim proprietas ponit aliquid in eo cuius est proprietas. Sed ingenitus nihil ponit in patre, sed remouet tãtum. Ergo non significat proprietatem patris.

¶Præterea, ingenitum aut dicitur priuatiue, aut negatiue. Si negatiue, tunc quicquid non est genitũ, potest dici ingenitum. Sed spũs sanctus non est genitus, neq; etiam essentia diuina. Ergo ingenitum etiam eis cõuenit. Et sic non est proprium patri. Si autẽ priuatiue sumatur, cũ omnis priuatio significet imperfectionem in priuato, sequitur ꝙ psona patris sit imperfecta. Quod est impossibile.

¶Præterea, Ingenitus in diuinis non significat relationẽ, quia non dicitur relatiue: significat ergo substantiam. Ingenitus igitur & genitus secundum substantiã differunt. Filius aũt qui est genitus, non differt à patre secũdũ substantiam. Pater ergo non debet dici ingenitus.

¶Præterea, Proprium est quod vni soli conuenit. Sed cũ sint plures ab alio procedẽtes in diuinis, nihil videtur prohibere quin etiam sint plures ab alio nõ existentes. Non igitur est proprium patri esse ingenitum.

¶Præterea, Sicut pater est principium personæ genitæ, ita personæ procedentis. Si ergo propter oppositionem quam habet ad personam genitam, proprium patris ponitur esse ꝙ sit ingenitus: etiam proprium eius debet poni quòd sit improcessibilis.

¶SED CONTRA est quod dicit Hila. 4. de trin. Est vnus ab vno, scilicet ab ingenito genitus: proprietate videlicet in vnoquoque & innascibilitatis & originis.

CONCLVSIO.

¶Ingenitum esse est proprium patri: inquantum sibi proprium est non ab alio esse.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut in creaturis inuenitur principium primum: & principium secũdũ: ita in personis diuinis, in quibus non est prius & posterius, inuenitur principium non de principio, qđ est pater: & principium à principio qđ est filius. In rebus autẽ creatis aliquod principium primũ innotescit dupl'r. Vno quidẽ modo inquantum est principium primũ, per hoc ꝙ habet relationem ad ea quæ ab ipso sunt. Alio modo inquãtum est primum principiũ, per hoc ꝙ non est ab alio. Sic igitur, & pater innotescit quidem paternitate & cõmuni spiratione per respectũ ad personas ab eo procedentes. Inquantum autem est principium non de principio, innotescit per hoc ꝙ non est ab alio. Quod pertinet ad proprietatem innascibilitatis[e], quam significat hoc nomen ingenitus.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ qdam dicũt, ꝙ innascibilitas quam significat hoc nomen ingenitus, scđm qđ est proprietas patris,

non conuertitur consequentia. Ratio vero secundæ comparationis est, quoniam processio diuinarum personarum est principium processionis creaturarum, ac per hoc personalia præsupponuntur à respectibus ad extrá. Et aduerte diligenter hanc secundæ comparationis rationem, quòd non loquitur nisi de respectibus ad extrà consequentibus actiones transeuntes. hi enim tantum spectant ad propositionem creaturarum. Et propterea ex hoc loco non habemus mentem autoris, circa communia respectiua ad creaturas spectantia ad actiones immanentes, an scilicet posteriora sint personalibus, puta an secundum ordinẽ intellectus prius sit, Deum intelligere creaturas, quàm producere filium, aut econuerso. Et est dubitatio de simplici intelligentia quæ inest Deo naturaliter, non autem de scientia visionis quæ inest ei liberẽ. Et quoniam impertinens est difficultas hæc proposito, quoniam secundum huiusmodi non dicitur Deus pater: erit de hoc specialis quæstio iuxta hunc articulum. Alia autem difficultas, an scilicet processio personarum sit principium processionis creaturæ: inferius quæst. 45. articulo sexto ex proposito tractabitur.

188 1. dist. 13. ar. 4. & d. 26. q. 1. art. 1. & opus. 1. cap. 9.

a *¶Super Quæstionis trigesimætertiæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo proprium distinguitur contra commune. Et excludit, vt in responsione ad secundum habetur non solum alias personas diuinas sed etiam naturam ipsam.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio non nisi implicite responsiua quæsito, ac posita: ingenitum esse est proprium patris. Probatur sic. pater & filius in diuinis sunt principium non de principio, & principium de principio: quemadmodum in creaturis hæc est principium primum, illa principium secundum: ergo pater dupliciter innotescit, scilicet inquantum principium paternitate & communi spiratione: & inquantum non de principio per non esse ab alio: ergo per esse ingenitum. Etsi subintellexeris, quòd esse principium non de principio, seu non esse ab alio, est proprium patri concludens non solum quòd ingenitum conuenit patri, quod in litera explicatur: sed etiam ꝙ est proprium patri: quod quæsitum erat: & qđ determinare intendebat litera. Antecedens decla- 185

ratur, quia in personis diuinis nõ est prius & posterius, vt inferius patebit. Cõsequẽtia vero prima probatur, quia principiũ primũ in creaturis dupliciter innotescit, scilicet relatione ad ea quæ sunt à se, & negatione sui ab alio. Secũda vero cõsequẽtia pbatur: qa non esse ab alio spectat ad innascibilitatẽ significatã ingeniti noĩe.

Annot. ¶In rñsione ad secundũ aduerte, ꝙ ingenitũ cum cõstet ex in, & genitum: vtrũq; est multiplex. Nã ly in, dupliciter sumit̃, scilicet pure negatiue, aut priuatiue: & hoc multipliciter. 45 a 52 d 431 aut in certo ente, aut in genere, aut in seipso: & hoc solo modo dicit imperfectionẽ. Hic autẽ sumitur priuatiue in genere, aut principij personaliter, aut diuinæ rei. Genitum quoq; dupliciter sumit̃, scilicet pprie, id est ab alio per generationẽ: & cõmuniter, id est quouis modo ab alio. Vnde in litera quinq; dicunt̃. Primo, ꝙ ingenitũ pure negatiue non est propriũ patri. Secũdo ꝙ ingenitum priuatiuè in seipso non cõuenit patri. Tertio, ꝙ ingenitũ priuatiue in genere diuini suppositi non est proprium patri: quia cõuenit spũisancto. Quarto, ꝙ ingenitũ in genere principij personaliter dicti, est ppriũ patri. Et in his quatuor acceptionib⁹ ly genitũ, sumit̃ pprie. Quinto, ꝙ in genere rei diuinæ sumendo ly genitũ, cõmuniter, ingenitũ est propriũ patri: qm̃ solus nullo modo est ab alio. Essentia nanq; & si non simpliciter, tamen vt in filio & spũsc. est à patre.

Annot. ¶In rñsione ad quartum aduerte, ꝙ litera duas assignat rõnes quare nõ possunt esse in diuinis duæ personæ ingenitæ: iuxta illud Hilarij, cum vnus Deus sit, duo innascibiles esse nõ possunt: vnitatem diuinæ naturæ assignãtis pro causa vnitatis personæ innascibilis. Et prima quidẽ deductio literæ est, quia in omni natura oportet ponere vnũ primũ. ac per hoc si plura prima sunt, plures naturæ erunt. Secunda est, quia si essent duo innascibiles, distinguerẽtur diuersitate naturarũ qa nõ relationibus originis oppositis: 18 neuter em̃ esset ab altero, aut alio. Verũtamen Sco. in 1. dist. 2. q. 5. hanc secũdã rationẽ reprehẽdit, eo ꝙ medium i. ñ est notius conclusione: quia em̃ plures psonas ingenitas poneret, nõ cõcederet eas relationib⁹ originis distingui. & Hilarius quidẽ inquit hoc dicit, sed nõ probat. Sed retenta tãm Hilarij rõ quã illius in litera deductio, nõ solũ rationabilis, sed necessaria est: qm̃ aut in diuinis nõ est personarũ distictio, vt dicũt Philos. & sic vna tm̃ persona est ingenita: aut sunt tres p-

non dicitur tantum negatiue, sed importat vel vtrunque simul, scilicet quòd pater à nullo est, & quòd est principium aliorum: vel importat vniuersalem autoritatem, vel etiam fontalem plenitudinem. Sed hoc non videtur verum: quia sic innascibilitas non esset alia proprietas à paternitate & spiratione, sed includeret eas, sicut includitur proprium in cõmuni. Nam fontalitas & autoritas nihil aliud significant in diuinis, quàm principium originis. Et ideo dicendum est secundum Augu. in 5. de Trini. quòd ingenitus negationem generationis passiue importat. Dicit enim quòd tantum valet quod dicitur ingenitus, quantum valet quod dicitur non filius, nec propter hoc sequitur quòd ingenitus non debeat poni propria notio patris: quia prima & simplicia per negationes notificantur. Scut dicimus punctum esse cuius pars non est[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd ingenitum quandoque sumitur negatiue tantum. Et secundum hoc Hie. dicit spiritumsanctum esse ingenitum, id est, non genitum. Alio modo potest dici ingenitum aliquo modo priuatiue. Non tamen aliquam imperfectionem importat. Multipliciter enim dicitur priuatio. Vno modo, quando aliquid non habet quod natum est haberi ab alio, etiamsi ipsum nõ sit natum habere illud: sicut si lapis dicatur res mortua: quia caret vita quam quædam res natæ sunt habere. Alio modo dicitur priuatio quando aliquid non habet quod natum est haberi ab aliquo sui generis, sicut si talpa dicatur cæca. Tertio modo quando ipsum non habet quod natum est habere. Et hoc modo priuatio imperfectionem importat. Sic autem ingenitum non dicitur priuatiuè de patre, sed secundo modo, prout scilicet, aliquod suppositum diuinæ naturæ non est genitum, cuius tamen naturæ aliquod suppositum est genitum. Sed secundum hanc rationem etiam de spiritusancto potest dici ingenitum. Vnde ad hoc quòd sit proprium soli patri, oportet vlterius in nomine ingeniti intelligere quòd conueniat alicui personæ diuinæ, quæ sit principium alterius personæ, vt sic intelligatur importare negationem in genere principij personaliter dicti in diuinis. Vel vt intelligatur in nomine ingeniti, quòd omnino non sit ab alio: & non solum quòd non sit ab alio per generationem. Sic enim nec spirituisancto conuenit esse ingenitum: qui est ab alio per processionem, vt persona subsistens: nec etiam diuinæ essentiæ de qua potest dici quòd est in filio vel in spiritusancto ab alio, scilicet à patre.

¶Ad tertium dicendum, quòd secundum Damasce. Ingenitum vno modo significat idem quod increatum, & sic secundum substantiam dicitur, per hoc enim differt substantia creata ab increata. Alio modo significat id quod non est genitum. Et sic relatiue dicitur: eo modo quo negatio reducitur ad genus affirmationis[e]: sicut non homo ad genus substantiæ, & non album ad genus qualitatis. Vnde, cum genitum in diuinis relationem importet, ingenitum etiam ad relationem pertinet. Et sic non sequitur quòd pater ingenitus distinguatur à filio genito secundum substantiam, sed solum secundum relationem, inquãtũ, scilicet relatio filij negatur de patre.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut in quolibet genere oportet ponere vnum primum, ita in diuina natura oportet ponere principium quod non sit ab alio, quod ingenitum dicimus. Ponere igitur duos innascibiles est ponere duos Deos, & duas naturas diuinas. Vnde Hila. dicit in lib. de Synodis, Cum vnus Deus sit, duo innascibiles esse non possunt. Et hoc præcipuæ, quia si essent duo innascibiles, vnus eorum non esset ab alio. Et sic non distinguerentur oppositione relatiua. Oporteret igitur quòd distinguerentur diuersitate naturæ.

¶Ad quintum dicendum, quòd proprietas patris, prout non est ab alio, potius significatur per remotionem natiuitatis filij, quàm per remotionem processionis spiritussancti. Tum quia processio spiritussancti non habet nomen speciale, vt suprà dictum est[c]. tum quia etiam ordine naturæ præsupponit generationem filij[c]. Vnde remoto à patre quòd non sit genitus, cum tamen sit principium generationis: sequitur consequenter quòd non sit procedens processione spiritussancti: quia spiritussanctus non est generationis principium, sed à genito procedens.

QVAESTIO TRIGESIMAQVARTA, De persona filij, in tres Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de persona filij. Attribuuntur autem tria nomina filio, scilicet filius, verbum & imago. Sed ratio filij ex ratione patris consideratur. Vnde restat considerandum de verbo & imaginẽ. ¶Circa verbum quæruntur tria. ¶Primo, vtrum verbum dicatur essentialiter in diuinis, vel personaliter. ¶Secundo, vtrum sit proprium nomen filij. ¶Tertio, vtrum in noĩe verbi importetur respectus ad creaturas.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum verbum in diuinis sit nomen personale.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd verbum in diuinis nõ sit nomen personale. Nomina enim personalia proprie dicuntur in diuinis, vt pater & filius. Sed verbum metaphoricè dicitur in diuinis, vt Orige. dicit super Ioan. Ergo verbum non est personale in diuinis.

¶Præterea, Secundum Augu. in lib. de Trini. Verbum est notitia cum amore. Et secundum Anselm. in monol. dicere summo spiritu nihil aliud est, quàm cogitando intueri. Sed notitia & cogitatio & intuitus in diuinis essentialiter dicuntur. Ergo verbum non dicitur personaliter in diuinis.

¶Præterea, De ratione verbi est quòd dicatur. Sed secundum Ansel. sicut pater est intelligens, & filius est intelligens, & spiritussanctus est intelligens: ita pater est dicens, filius est dicens, & spiritussanctus est dicens, & similiter quilibet eorum dicitur. Ergo nomen verbi essentialiter dicitur in diuinis, & non personaliter.

¶Præterea, Nulla persona diuina est facta. Sed verbum Dei est aliquid factum. Dicitur enim in Psal. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarũ, quæ faciunt verbũ eius. Ergo verbum non est nomen personale in diuinis.

¶SED CONTRA est quod dicit Aug. in 7. de Trin. Sicut filius refertur ad patrem, ita & verbum ad eum cuius est verbum. Sed filius est nomen personale, quia relatiue dicitur. Ergo & verbum.

CONCLVSIO.

¶Verbum in diuinis cum procedens ab alio importet, non essentialiter, sed personaliter tantum sumitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomen verbi in diuinis si proprie sumatur, est nomen personale, & nullo modo essentiale.

¶Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd verbum tripliciter quidem in nobis proprie dicitur. Quarto autem modo dicitur impropriè, *siue figuratiuè*. Manifestius autem & communius in nobis dicitur verbum quod voce profertur, quod quidem ab interiori procedit quantum ad duo, quæ in verbo exteriori inueniuntur, scilicet vox ipsa & significatio vocis. Vox enim significat intellectus conceptum secundum Philosophum in libro primo Perihermen. Et iterum vox ex significatione vel imaginatione procedit, vt in libro de Anima dicitur. Vox autem quæ non est significatiua, verbum dici non potest. Ex hoc ergo dicitur verbum vox exterior, quia significat interiorem mentis conceptum. Sic igitur primo & principaliter interior mentis conceptus verbum dicitur. Secundario vero ipsa vox interioris conceptus significatiua. Tertio vero ipsa imaginatio vocis verbum dicitur. Et hos tres modos verbi ponit Damasce. in primo libro, capitu. decimoseptimo, dicens quòd verbum dicitur naturalis intellectus motus secundum quem mouetur, & intelligit, &

sonæ, vt fides catholica docet: & sic cum distinctio per absoluta non sit intelligibilis, restat ꝙ p ordinẽ tm̃ originis esse possit. Vñ mediũ notius est cõclusione: sicut notius est, nõ posse esse distinctionẽ realẽ personarũ in absolutis absq; diuersitate pfectionis. Sed Sco. actus concepta passiõe quã expressur⁹ erat in 26. dist. eiusdem: hæc dixisse videtur: qua de re inferius erit sermo. 163 c 168 162 c

a *¶Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulum primum.*

Annot. TItulus satis clar⁹ est ex cõi vsuvocabulorũ in materia trinitatis. Et ly sit, denotat ꝙ est qõ, an ex propria sui significati rõne sit nomẽ personale, an nõ. Nõ em̃ quærit̃ vtrũ possit supponere pro persona: vel an ex accommodatione sit personale nomẽ: sed simpliciter in diuinis tñ, id est cũ de Deo prædicat̃.

¶In corpore tria facit, Primo proponit cõclusionẽ rñsiuã quæsito, scilicet verbi nomẽ pprię sumptum in diuinis, est personale, & nullo modo essentiale. Secũdo statim declarat illos termĩnos cõclusionis, proprie sumptũ in diuinis. Tertio pbat cõclusionẽ ibi, ipse aũt cõceptus cordis. 189 12. qõ. 93. arti. 1. Et ver. 2. qõ. 4. ar. 2. et 4. & opu. 1. cap. 11.

Commen. ¶Quo ad secũdũ ad declarationẽ ly pprie sumptũ, distinguit verbi nomen, & ordinat ei⁹ modos. Distinguit quidem quod sumit̃ dupliciter, scilicet pprie & metaphoricè. Et rursus pprie sumitur tripliciter: & sic adiuuando oẽs modos, quadrupliciter dicit̃: tribus quidẽ primis modis pprie, & quarto similitudinarie. Primo igitur p verbo in voce. Secũdo in cogitatiua. Tertio in intellectu. Quarto autẽ p aliquo facto, quod verbo significatũ imperatũ vel effectũ est. Ordinat autẽ primo verbũ cordis, secundo oris, tertio cogitatiue locãs probansq; primorum ordinem, ex hoc quòd

hoc quòd vox exterior verbi rationem non habet, nisi quia significat interiorem mentis conceptum. Ad declarandum vero ly in diuinis, dicit, quòd verbũ in Deo sumitur pro verbo intellectus, confirmátque hoc autoritate Augu. De his modis accipiendi verbum, diffusè ac clarè scriptum inuenies in q. de ve. q. 4. artic. primo & secundo. Et in primo sent. distin. 27. q. 2. articu. primo, secundo. quare vide ibi.

¶Quomodo variæ verbi acceptiones ordinentur.

Quæstio. ¶Circa ordinẽ inter verba positũ in litera, dubiũ est qualis sit, an quo ad nos, an secũdũ se. Quòd enim nõ sit quo ad nos, ex eo patet, q̃ iuxta hũc ordinẽ nõ verbũ cordis, sed verbũ vocis, locũ primũ habere debet, vt etiã in literæ principio insinuatur. Quòd vero non sit secundũ naturã, ex eo apparet, quia verbũ cogitatiue secundũ in hoc ordine locum sibi vendicat: quoniã constat vocale verbũ ex imaginatione depẽdere. Et sic quouis ordine dicatur, male verbũ oris secũdo loco positũ videt', debet' eñ sibi naturę ordine vltim⁹, quo ad nos vero, prim⁹. ¶Ad hoc dicitur quòd assignatus ordo est naturæ ordo inter intentiones verbi nomine significatas. ¶Ad cuius euidẽtiã scito duos esse canones in huiusmodi. Prim⁹ est, omne nomẽ per pri⁹ (163) dicitur formaliter, quã (162) secundũ denominationẽ (e) extraneã, vt patet inductiue. Alter est, omne nomen formaliter dictum de pluribus, prius dicit' de eo à quo aliud depẽdet, quã de depẽdẽte ab (169) illo, & hoc etiã patet inductiue. Verbum igitur, quia formaliter saluat' in verbo cordis & oris tantũ, in cogitatiua autẽ causaliter: ideo iuxta primam regulã vltimo dicitur de verbo cogitatiue. Et ad hoc insinuandũ litera dixit, imaginatio verbũ dicitur, innuens q̃ in cogitatiua ea rõne dicitur verbũ: quia est verbi imaginatio cãlis tantum. ¶Quia autẽ verbi ratio formalis in intellectu sine dependẽtia à verbo vocis, in voce autem cũ dependentia est à verbo cordis: ideo prius de verbo cordis quã de verbo vocis dicitur: formaliter tamen, vt dictũ est, & nõ secundũ extrinsecam denominationẽ, vt Durãdus putauit. Quod ex eo patet, quòd vox prius verbi nomen habuit, quàm mentis conceptus: in illo enim priori vox verbum erat, & ratio verbi in conceptu ignota erat: ergo vox verbi appellationem non sumpsit à verbo cordis.

¶Præterea, Vox est signum expressiuum non denominatione extrinseca, sed formaliter, sicut Sortes est albus: sed ratio verbi in voce est esse expressiuum, seu manifestatiuum signum cõceptus mentis alteri, vt in litera dicitur: sicut etiam ratio verbi in conceptu est esse expressiuum signum habitualis notitiæ sibi, vt in quæstio. de veri. dicitur. Igitur significatiua vox formaliter est verbum, sicut formaliter est expressiua.

¶Ad obiectionem autem in oppositum dicitur, quòd ordo naturæ inter intentiones nominis multiplicis, nec attenditur secundum ordinem rerum, in quibus intentiones saluantur: nec secundum ordinem illarum intentionum in esse naturæ. Sol enim quamuis sit prior calefacto à se, & causalitas solis prior sit naturaliter, quàm calor causatus per illam: non tamen prius dicitur calidum de eo, quàm de calefacto, sed econtra: sed attenditur secundum habitudinem ipsarum intentionum in hoc, quod est includi in alia, & non econtra. Sic autem se habent intentio formalis, & secundum denominationem extrinsecam. Et propterea licet causalitas cogitatiue, qua in ea dicitur verbum, sit prior vocali verbo, posterius tamen prædicationem eius recipit.

Commẽt. ¶Quo ad tertium probatur conclusio sic: verbum in diuinis significat cõceptum intellectus, ergo significat aliquid ab alio procedens, ergo aliquid personale. ergo non sumitur essentialiter, sed personaliter tantum. ¶Prima consequentia probatur: quia de ratione ipsius conceptus cordis est quòd procedat ab alio, scilicet à notitia concipientis. Secunda vero probatur: quia personæ diuinæ distinguuntur secundum originem. Tertia est per se nota.

¶Quantum valeat literæ processus.

Quæstio. ¶Circa hanc rationem ac conclusionem dubium occurrit propter tria. Primo quia procedere abstrahit à processu reali & processu secundum rationem. Et similiter ly ab alio, potest vtroque modo intelligi, scilicet alio secundum rem, vel secundum rationem: & tamen litera infert & processum & alietatem realem. Secũdo est confirmatio præcedentis, propter multas instantias: intelligere enim, amare, & quodcunque aliud simile, significat aliquid procedens ab alio, puta intellectu & voluntate, &c. & tamen non sequitur, ergo huiusmodi sunt nomina personalia in diuinis. Tertio est argumentatio præcedentiũ, propter ipsummet autorẽ, qui & in qõ. de ve. & in primo sententiarum, vbi suprà, propter hæc quæ adduximus, hanc rationem in litera adductam tenet, non concludere: sustinétque oppositum conclusionis hic probatæ, dicẽs verbũ quãdoq; personale, quandoque essentiale nomen esse. ¶Ad euidentiam huius dubitationis, primo de re ipsa, deinde de autore dicendum est. (524) Quo ad rem scito duo. Primo quia ly secundũ rationem, est condicio diminuens, sicut pictum vel mortuum: moueri enim secundum rationẽ non est moueri, ideo p̃cedere secundum rationem non est procedere, sed est intelligi quòd p̃cedat, id est per modum processus. Et propterea cum de processu est sermo, de reali oportet intelligi: sicut cum de motu aliisque quæ per rationem diminuuntur loquimur, alioquin incerta essent omnia. Scito secundo, quòd aliud est significare aliquid procedens ab alio, & aliud significare aliqd per modum procedẽtis ab alio. In primo eñ dicitur, q̃ res significata procedit ab alio. In secũdo vero, q̃ res significata intelligitur & significatur vt procedens seu per modum procedẽtis ab alio. ¶Inter hæc autem duo maior est distantia, quã inter cælũ & terrã, quoniã tanta est quanta est inter esse & significari. In primo enim res significata est ab alio, in secundo vero significatur vt ab alio. His autem stantibus respondetur, quòd propositiones in litera assumptæ nõ sunt distinguendæ; quoniam expresse significat processionem cadere supra rem significatam. stat ergo ratio in hoc, verbi nomen proprie sumptum in intellectu, significat conceptum procedentem ab alio: ita quòd processio determinat ly conceptum secundum rem, quoniam aliter processio non est. Et proprie dicitur in diuinis. ergo saluatur ibi quo ad vtrunque, aliter non proprie diceretur, ergo est nomen personale: quia ibi nihil est ab alio nisi persona: quamuis multa intelligantur vt ab alio. Et per hoc patet responsio ad instantias. Amare enim non significat aliquid procedens ab alio, sed significat aliquid per modum procedentis ab alio. Et eadem ratio est de cæteris huiusmodi. Quo ad autorem vero dicitur, quòd vt apparet diligenter intuenti eius libros, paulatim in hac dubitatione ad veritatis perfectionem peruenit. Nam in primo sen. secutus est illorum opinionem qui verbi nomen, sicut amoris nomen, considerantes, quandoque essentiale, quandoque personale dixerunt. postmodum in quæst. de veri. declinauit in alteram partem, scilicet quòd dicitur personaliter, non tamen absque formidine alterius, vt patet ex eo quòd respondet rationibus ad vtranque partem: altera vt rationabiliori amplexa. ¶Postremo hoc in loco alteram partem, scilicet quòd personaliter dicitur, asserit cum expressa destructione alterius, scilicet quòd nullo modo essentialiter. ¶Et hoc, quia vidit omnia illa quæ dubium fecerant aliquando, hac vna ratione cessare, scilicet quòd verbi nomen significat aliquid procedens ab alio, per hoc secernens ipsum ab his quæ significant per modum procedentis. Contra hoc enim nulla instantia militat, in hoc nulla distinctio habet locum, vt patet ex dictis. Neque assumpsit hoc absque probatione, sed probauit hoc ex ipsa ratione rei significatæ: ipse, inquit, conceptus cordis de ratione sua habet quòd ab alio procedat. Non ergo est aliquid essentiale, quoniam in nullius essentialis ratione clauditur siue intrinsece, siue vt necessario concomitans, quòd procedat ab alio. Nec derogat hoc dignitati doctoris, quoniam naturale est intellectui humano perfici in processu tẽporis. ¶Retractauit ergo ãndicta, non cõmemorãdo seipsum aliter sensisse, sed repellẽdo opinionẽ quã sustinuerat.

¶In rñsio

cogitat, velut lux & splendor quantum ad primum. Rursus verbum est quod non verbo profertur, sed in corde pronuntiatur quantum ad tertium. Rursus etiam verbum est angelus, id est nuntius intelligentiæ quantum ad secundum. Dicitur autem figuratiue quarto modo verbum id quod verbo significatur vel efficitur, sicut consueuimus dicere, hoc est verbum quod dixi tibi: vel quod mandauit rex, demonstrato aliquo facto, quod verbo significatum est, vel simpliciter enuntiantis, vel etiã imperantis. Dicitur autem proprie verbum in Deo secundum quòd verbum significat cõceptum intellectus. Vnde Augu. dicit in 15. de Tri. Quisquis potest intelligere verbum, non solum antequam sonet, verumetiam antequã sonorum eius imagines cogitatione inuoluantur, iam potest videre aliquam verbi illius similitudinem, de quo dictum est; in principio erat verbum. Ipse autem conceptus cordis de ratione sua habet quòd ab alio procedat, scilicet à notitia concipientis. Vnde verbum secundum quòd proprie dicitur in diuinis, significat aliquid ab alio procedens, quod pertinet ad rationem nominum personalium in diuinis, eo quòd personæ diuinæ distinguuntur secundum originem, vt dictum est [e]. Vnde oportet quòd nomen verbi, secundum quòd proprie in diuinis accipitur, non sumatur essentialiter, sed personaliter tantum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Arriani, quorum fons Origenes inuenitur, posuerunt filium à patre esse in diuersitate substantiæ [e]. Vnde conati sunt, quia filius Dei verbum dicitur, astruere non esse proprie dictum, ne sub ratione verbi procedentis cogerentur fateri filium Dei non esse extra substantiam patris. Nam verbum interius sic à dicente procedit, quòd in ipso manet. Sed necesse est si ponitur verbum Dei, metaphorice dictum, quòd ponatur verbum Dei, proprie dictum. Non enim potest aliquid metaphorice verbum dici, nisi ratione manifestationis. Quia vel manifestat sicut verbum, vel est verbo manifestatum. Si autem est manifestatum verbo, oportet ponere verbum quo manifestetur. Si autem dicitur verbum, quia exterius manifestat ea, quæ exterius manifestant, non dicuntur verba nisi inquantum significant interiorem mentis conceptum, quẽ aliquis etiam per exteriora signa manifestat. Etsi ergo verbum aliquando dicatur metaphorice in diuinis, tamen oportet ponere verbum proprie dictum, q̃ personaliter dicatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd nihil eorum quæ ad intellectum pertinent, personaliter dicitur in diuinis, nisi solum verbum. Solum enim verbum significat aliquid ab alio emanans. Id enim quod intellectus in concipiendo format, est verbum. Intellectus autem ipse secundum q̃ est per speciem intelligibilem in actu, consideratur absolutè. Et similiter intelligere, quòd ita se habet ad intellectum in actu, sicut esse ad ens in actu. non enim intelligere significat actionem ab intelligente exeuntem, sed in intelligente manentem. Cum ergo dicitur, quòd verbum est notitia, non accipitur notitia pro actu intellectus cognoscentis, vel pro aliquo eius habitu: sed pro eo quòd intellectus concipit cognoscendo [e]. Vnde & Augu. dicit, quòd verbum est sapientia genita. Quod nihil aliud est quàm ipsa conceptio sapientis. Quæ etiam pari modo notitia genita dici potest. Et per eundem modum potest intelligi, quòd dicere Deo, sit cogitando intueri, inquantum scilicet intuitu cogitationis diuinæ concipitur verbum Dei. Cogitationis tamen nomen, Dei verbo proprie non conuenit. Dicit enim Aug. 15. de tri. Ita dicitur illud verbum Dei, vt cogitatio non dicatur, ne aliquid esse quasi volubile credatur in Deo, quòd non accipiat formam vt verbum sit, eámque dimittere possit, atque informiter quodammodo volutari. Cogitatio enim proprie in inquisitione veritatis consistit. Quæ in Deo locum non habet. Cum vero intellectus iam ad formam veritatis pertingit, non cogitat, sed perfecte veritatem contemplatur. Vnde Anselmus improprie accipit cogitationem pro contemplatione.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut proprie loquendo, verbum dicitur personaliter in diuinis & non essentialiter: ita & dicere. Vnde sicut verbum non est commune patri & filio & spirituisancto, ita non est verum quòd pater & filius & spiritussanctus sint vnus dicens. Vnde Augu. dicit 7. de Tri. Illo coæterno verbo non singulis intelligitur in diuinis, sed dici conuenit cuilibet personæ. Dicitur enim non solum verbum, sed res quæ verbo intelligitur, vel significatur. Sic ergo vni soli personæ in diuinis conuenit dici eo modo quo dicitur verbum. Eo vero modo quo dicitur res in verbo intellecta, cuilibet personę cõuenit dici. pater enim intelligendo se, & filiũ & spiritũsan. & oĩa alia quæ eius scientia continentur, cõcipit verbum: vt sic tota trinitas verbo dicatur, & etiã omnis creatura. Sicut intellectus hominis

Annot. ¶In rñsione ad primum aduerte, q̃ cõditionalis illa, si ponit' verbũ dei metaphoricè dictũ oportet poni verbũ Dei p̃prie dictũ, non tenet gratia formæ, sed gratia materiæ. ¶Qm̃ vt in litera dicit', si ponit' verbũ Dei metaphoricè ponit' aut manifestatũ verbo Dei, aut manifestãs verbum Dei. his (81) eñ duobus modis dicit' metaphori. vtrobiq; aũt (82) claudit' verbũ p̃prie dictũ, & cõsequẽter personaliter, vt deductũ est in litera: nihil eñ est in rõne verbi quod imperfectionem importet, sed tantum esse ab alio, &c. ¶In rñsione ad secundũ aduerte, q̃ cũ dicit' in litera, q̃ intelligere ita se habet ad intellectũ in actu, sicut esse ad ens in actu, est locutio nõ similitudinaria, sed potius expressiua: ac si diceret, q̃ sicut esse in cõi ad ens in actu in cõi, ita tale esse, id est intelligere ad tale ens in actu, id est intellectũ in actu. Declaratũ est eñ superi⁹, q̃ cognoscere aliqd est esse illud: & (190) q̃ in cognoscentibus in potẽtia, cognoscitiuum est primo ĩ potẽtia ipm cognitũ: deinde medio mõ iter potẽtiã, & actũ: & demũ est ipm, & tũc tantũ dicit' actu cognoscẽs. Nec obst. q̃ intelligere dicat' actio: tũc q̃a est immanẽs, vt in litera dicit': tũ q̃a secundũ veritatẽ magis habet de significari, quã eẽ actiõis. (*1. dist. 27. q. 2. ar. 2. q. 2. Et veri. q. 4. ar. 3. Et opus. 1. c. 11.*) ¶In rñsione ad tertiũ dubiũ est, an verbũ diuinũ p̃cedat ex omnib⁹ quæ sunt in sciẽtia patris, scilicet patre, filio & spũsã. & oĩbus creaturis. ¶Sed qm̃ hoc in artic. 3. huius qõnis tractat' magis ex (183) p̃posito, ibidẽ diffiniet'.

a ¶Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulum secundum.

Annot. IN titulo ly p̃priũ, distinguit' & cõtra commune, & contra extraneũ, id est adiacẽs, vt de patris noĩe dictum fuit. ¶Ita q̃ sensus qõnis est, vtrũ verbi nomẽ in diuinis, soli filio cõueniat vt ei⁹ personalis p̃prietas, vt patet ex argumentis.

Commen. ¶In corpore vnica est cõclusio respõsiua quæsito affirmatiue. verbi nomen p̃prie dictũ in diuinis est p̃priũ nomẽ personæ filij. Et probat' sic. verbũ significat emanationẽ intellect⁹, id est p̃cedẽs secũdũ emanationem intellectus. ergo significat filiũ. ergo solus fili⁹ p̃prie est verbũ. Pro(161)batur prima cõsequẽtia, quia & persona procedens secundũ talẽ emanationẽ est fili⁹, & hmõi processio est generatio.

Annot. ¶Aduerte hic, q̃ si vis huius p̃bationis perspicue inspiciatur, secũda cõsequẽtia absq; probatione (87) merito posita est. ¶Ex eo nã. q̃ persona p̃cedens secundũ emanationem intellectus, est fili⁹, sequit' q̃ verbi nomẽ cõueniat filio. Ex eo vero q̃ talis processio est ipsi gñatio, quã cõstat terminari ad filiũ, sequit' q̃ idẽ sit esse filiũ & esse verbũ. Ac per hoc esse, verbum est p̃priũ ipsi filio, quẽadmodũ esse filium: & sic soli proprie cõuenit.

verbo quod concipit intelligendo lapidem, dicit. Anselm. vero improprie accepit dicere pro intelligere. Quę tamen differunt. nam intelligere importat solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam. In qua nulla ratio originis importatur: sed solum informatio quędam in intellectu nostro, prout intellectus noster fit in actu per formam rei intellectę. In Deo autem importat omnimodam identitatem, quia in Deo est omnino idem intellectus & intellectum, vt suprà ostensum est [e]. Sed dicere importat principaliter habitudinem ad verbum conceptum. nihil enim est aliud dicere quàm proferre verbum. Sed mediante verbo importat habitudinem ad rem intellectam, quæ in verbo prolato manifestatur intelligenti. Et sic sola persona quæ profert verbum, est dicens in diuinis, cum tamen singula personarum sit intelligens & intellecta, & per consequens verbo dicta.

¶Ad quartum dicendum, quòd verbum sumitur ibi figuratiue, prout significatum vel effectus verbi dicitur verbum. Sic enim creaturæ dicuntur facere verbum Dei inquantum exequuntur effectum aliquem, ad quem ordinatur ex verbo concepto diuinæ sapientiæ: sicut aliquis dicitur facere verbum regis, dum facit opus ad quod ex verbo regis instigatur.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum verbum sit proprium nomen filij.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd verbum non sit proprium nomen filij. Filius enim est persona subsistens in diuinis. Sed verbum non significat rem subsistentem, vt in nobis patet. Ergo verbum non potest esse proprium nomen personæ filij.

¶Præterea, Verbum prolatione quadam procedit à dicente: si ergo filius est proprie verbum, non procedit à patre, nisi per modum prolationis. Quod est *hæresis Valentini*, vt patet per Augusti. in lib. de hæresibus.

¶Præterea, Omne nomen proprium alicuius personę significat proprietatem aliquam eius. si igitur verbum sit proprium nomen filij, significabit aliquam proprietatem eius: & sic erunt plures proprietates in diuinis quàm suprà enumeratæ sunt [e].

¶Præterea, Quicunque intelligit, intelligendo concipit verbum. Sed filius intelligit. Ergo filij est aliquod verbum. Et sic non est proprium filij esse verbum.

¶Præterea, Hebræ. 1. dicitur de filio. Portans omnia verbo virtutis suæ. Ex quo Basilius accipit quòd spiritussanctus sit verbum filij. Non est, ergo proprium filij esse verbum.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 6. de trin. Verbum solus filius accipitur.

CONCLVSIO.

¶Verbum in diuinis, cum dicatur secundum quid est procedens emanatione intellectus, Filius personæ proprium nomen est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd verbum proprie dictum in diuinis personaliter accipitur, & est proprium nomen personę filij. significat enim quandam emanationem intellectus. Persona autem, quæ procedit in diuinis secundum emanationem intellectus, dicitur filius, & huiusmodi processio dicitur generatio, vt suprà ostensum est [e]. Vnde relinquitur, quòd solus filius proprie dicatur verbum in diuinis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in nobis non est idem esse & intelligere. Vnde illud, quod habet in nobis esse intelligibile, non pertinet ad naturam nostram: sed esse Dei est ipsum eius intelligere [e]. Vnde verbum Dei, non est aliquod accidens in ipso, vel aliquis effectus eius, sed pertinet ad ipsam naturam eius. Et ideo oportet quòd sit aliquid subsistens. Quia quicquid est in natura Dei, subsistit. Et ideo Damasc. dicit, quòd verbum Dei est substãtiale, & in hypostasi ens. Reliqua vero verba, scilicet nostra, virtutes sũt animę.

¶Ad secundum dicendum, quòd non propter hoc error Valentini est damnatus, quia filium dixit prolatione natum, vt Arriani calumniabantur, sicut Hila. refert 6. de trinita. sed propter varium modum prolationis, quem posuit, sicut patet per Augus. in lib. de hæresibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd in nomine verbi eadem proprietas importatur, quę in nomine filij. Vnde dicit August. Eo dicitur verbum quo filius. Ipsa enim natiuitas filij quæ est proprietas personalis eius, diuersis nominibus significatur: quæ filio attribuuntur ad exprimendum diuersimode perfectionem eius. Nam vt ostendatur connaturalis patri, dicitur filius: vt ostendatur coæternus, dicitur splendor, vt ostendatur omnino similis, dicitur imago, vt ostendatur immaterialiter genitus, dicitur verbum. Non aũt potuit vnum nomẽ inueniri, per quod omnia ista designarentur.

¶Ad quartum dicendum, quòd eo modo conuenit filio esse intelligentem, quo conuenit ei esse Deum [e], cum intelligere essentialiter dicatur in diuinis, vt dictum est [e]. Est autem filius Deus genitus, non autem generans Deus. Vnde est quidem intelligens, non vt producens verbum, sed vt verbum procedens, prout, scilicet in Deo verbum procedens secundum rem non differt ab intellectu diuino, sed relatione sola distinguitur à principio verbi.

¶Ad quintum dicendum, quòd cum de filio dicitur, portans omnia verbo virtutis suæ, verbum figurate accipitur pro effectu verbi. Vnde glos. ibi dicit, quòd verbum sumitur pro imperio, inquantum, scilicet ex effectu virtutis verbi est, quòd res conseruentur in esse, sicut ex effectu virtutis verbi est, quòd res producantur in esse. Quod vero Basilius interpretatur verbum pro spiritussanct. improprie & figurate locutus est, prout verbum alicuius dici potest omne illud quod est manifestatiuum eius, vt sic ea ratione dicatur spiritussanctus verbum filij, quia manifestat filium.

ARTICVLVS III.

a ¶Vtrum in nomine verbi importetur respectus ad creaturam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd in nomine verbi non importetur respectus ad creaturam. Omne enim nomen connotans effectum, in creatura essentialiter in diuinis dicitur: sed verbum non dicitur essentialiter, sed personaliter, vt dictum est [e]. Ergo verbum non importat respectum ad creaturam. 191 *1. dist. 27. q. 2. ar. 2. Et veri. q. 4. art. 5. et quoli. 4. q. 4. articu. 1. 1m.*

¶Præterea, Quæ important respectum ad creaturas, dicuntur de Deo ex tempore, vt Dominus & creator: sed verbum dicitur de Deo ab æterno. Ergo non importat respectum ad creaturam. 189

¶Præterea, Verbum importat respectum ad id à quo procedit. si ergo importat respectum ad creaturam, sequitur quòd procedat à creatura.

¶Præterea, Ideæ sunt plures secundum diuersos respectus ad creaturas. Si igitur verbum importat respectum ad creaturas, sequitur quòd in Deo non sit vnum verbum tantum, sed plura.

¶Præterea, Si verbum importat respectum ad creaturam, hoc non est nisi inquantum creaturæ cognoscuntur à Deo. sed Deus non solum cognoscit entia, sed etiam non entia. Ergo in verbo importabitur respectus ad non entia. Quod videtur falsum.

¶SED CONTRA est quod dicit Augu. in lib. 28. quæstionum, quòd in nomine verbi significatur non solum respectus ad patrem, sed etiam ad illa quæ per verbum facta sunt operatiua potentia.

CONCLVSIO.

¶Cum Deus intelligendo se in productione verbi, intelligat creaturas, in verbi nomine intelligitur respectus ad creaturas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in verbo importatur respectus ad creaturam. Deus enim cognoscendo se, cognoscit omnem creaturam. verbum igitur in mente conceptum est repræsentatiuum omnis eius, quod actu intelligitur. Vnde in nobis sunt diuersa verba, secundum diuersa, quæ intelligimus. Sed quia Deus vno actu & se & omnia intelligit, vnicum verbum eius est expressiuum, non solum patris, sed etiam creaturarum. Et sicut Dei scientia, Dei quidem est cognoscitiua tantum, creaturarum autem cognoscitiua & factiua [e]: ita verbum 95

Dei eius

a ¶Super Quæstionis trigesimæquartæ Articulum tertium.

Annot. IN titulo nota ly in nomine verbi: nõ eñ quę rit' vtrũ res quæ est verbũ, respiciat creaturas, sed vtrũ res illa diuina, vt verbi nomine significatur, claudat respectũ aliquem ad creaturas.

Commen. ¶In corpore tria facit. ¶Primo proponit' conclusio directe rñsiua quęsito affirmatiue, simul cũ modio, ac per hoc rñdet quo ad respectũ in cõi. ¶Secũdo determinãdo qualis est ille respectus, rñdet de tali respectu: cõmuni tñ patri & creaturis. ¶Tertio distiguẽdo, rñdet de respectu quo tantũ respicit creaturas. (d 174 189 b c 198) ¶Quo ad primũ cõclusio est de respectu ĩ cõi, sicut in cõi quoq; quęsitũ fuit: & est ista in verbo Dei importat' respectus ad creaturas. Et subiungitur statim mediũ: quia Deus cognoscendo se, cognoscit creaturas. ¶Quo ad secundũ autẽ p̃positũ, mediũ explicat' magis applicãdo ipsum ad cõclusionẽ contractã ad respectũ talẽ, scilicet verbũ Dei est expressiuũ patris & creaturarũ. Probat' eñ sic, verbũ est repræsentatiuũ omnis ei⁹ quod actu intelligit': ergo verbũ Dei est expressiuũ, non solũ patris, sed etiã creaturarũ. Antecedẽs p̃bat', in nobis apud quos sunt diuersa verba secundũ diuersa ĩtellecta in actu.

in actu.consequentia vero probatur:quia Deus vnico actu se & omnia intelligit. ¶Quo ad tertiũ est hęc cõclusio,verbũ Dei eius quod est in Deo patre,est expressiuum tantũ,creaturarum vero est expressiuum & operatiuum.Probatur,scientia Dei est Dei quid est cognoscitiua tantũ: creaturarum autẽ cognoscitiua & factiua:ergo verbum Dei:&c.Et confirmatur autoritate scripturæ.Dixit & facta sunt.

¶Num verbum in diuinis procedat ex creaturarum notitia, vel diuinæ essentiæ tantum, & non vt verbum personæ.

Quæstio. ¶Circa prædicta vniuersámq; hanc materiam, aduerte hic esse 4. ¶Primo, res dicta verbo. ¶Secundo, relatio inter verbum & rem dictã. ¶Tertius modus, quo verbum refertur ad res dictas. ¶Quarto, ratio quare sic refert. Et quo ad res dictas, quidem in primo arti. huius quęstio. in responsione ad tertiũ habuimus, ꝙ sunt hęc tria, scilicet essentia diuina, personæ diuinæ, & omnis creatura. Patet enim dicit hæc omnia verbo. Relatio vero verbi ad res dictas vt sic, est relatio rationis: & est relatio expressiui ad expressum, vt in litera dicitur: & in his duobus conueniunt alij nobiscum, coacti forte autoritate Augu. In reliquis autẽ duobus, scilicet in modo & causa, diuersitas est opinionũ. Sco. enim in 2. di. 1. q. 1. ar. 2. & in quolibetis. q. 14. ar. 2. tenet ꝙ verbũ Dei ex vi productionis suę nõ ꝓcedit ex sciẽtia creaturarũ, sed diuinæ essentiæ. Et rursus (vt ex dis. 32. 1. q. 1 ad vltimũ eiusdẽ sumitur) tenet ꝙ verbũ sic ꝓcedit de sciẽtia solius essentiæ, ꝙ nõ procedit vt verbũ personæ, nisi cõcomitãter: ita ꝙ imaginatur patrẽ ex hoc ꝙ intelligit diuinã essentiã verbũ producere, ꝙ quidẽ ex vi productionis suæ exprimit essentiã, personas aũt diuinas cõcomitãter tanquã res necessario iũctas essentia, creaturas vero habet, quod repręsentet cõpleta iam productione ipsius verbi. ¶Est autem fundamentũ positionis suæ: quia ponit in 35. di. primi, creaturas produci à Deo in esse cognito. Et propterea imaginat̃, ꝙ essentia diuina primo quasi mouet intellectum paternum ad productionem termini infiniti, id est verbi, & deinde ad terminũ finitum, id est creaturã in esse cognito. Et sic verbũ nõ potest ꝓduci de sciẽtia creaturarũ, quę est in secũdo instãti naturę. Arguit quoq; ad hoc in secũdo vbi s. tripliciter. Primo, si verbũ procederet vt verbũ diuinæ essentię & omnis intelligibilis, pari rõne spũssan. spiraret̃, vt amor diuinæ essentiæ, & oĩs amabilis intellecti: sed hoc est falsum, ergo ꝓbatur falsitas: qa tũc vel Deus necessariò amaret creaturas, vel spũssan. nõ necessario produceret: quorũ vtrunq; est impossibile. Secũdo, si verbũ procederet ex oĩbus, &c. ergo procederet de seipsõ verbo vt noto patri, quod est incõueniẽs. & tenet sequela: quia vnũ de intellectis formaliter à patre est verbũ. Tertio, nulla relatio realis alicuius personæ diuinæ est ad creaturam, sed geniti ad id de quo gignitur. si est distinctũ realiter, est relatio realis, ergo verbũ nõ est genitũ de lapide vt noto patri. ¶San. Tho. aũt, vt hic patet, tenet verbũ Dei natũ esse in oĩbus quæ sunt in scientia patris, scilicet essentia ꝑsonis & omni alio intelligibili simplici, quod dico ꝓpter scita à Deo sciẽtia visionis. Imaginat̃ em̃, vt expresse in 1. ar. dixit, ꝙ pater intelligẽdo se & filiũ & spiritũsan. & oẽm creaturã (subaudi tu simplici intelligẽtia) cõcipit verbũ: ita ꝙ prius scdm rõnẽ Deus pr̃ intelligit q̃cq̃d nãliter reducet in diuina essentia, quã ꝓducat filiũ. Verũtamẽ est, ꝙ verbũ principaliter exprimit essentiã suã, & secũdario creaturas, sicut & Deus pater principaliter intelligit essentiã suã, & secũdario creaturas: ita ꝙ ly principaliter & ly secũdario nihil aliud significãt nisi in se & in alio. Creatura em̃ in essentia diuina, ipsa autẽ essentia in se intelligitũr & exprimitũr. ¶Ad imaginationes aũt Scoticas facile est rñdere. Primariũ enim fundamentum nihil valere ex eo patet, ꝙ productio illa creaturarũ chimerica est, & periculosam ingerens doctrinam. sequitur enim, Deum gloriosum non posse esse absq; hoc ꝙ sint creaturæ in esse diminuto, quod in philosophia ridiculũ, in fide aũt scandalũ videtur. sed de his aliás. Nos enim essentiã diuinã & formaliter & obiectiue omne intelligibile comprehendere tenẽtes, ex superius determinatis dicimus, ꝙ quia verbũ procedit nõ ex qualicũq; cognitione essentiæ diuinæ, sed ex cõprehẽsione eiusdẽ. oportet vt procedat ex notitia omniũ quæ sciuntur cõprehendẽdo diuinã essentiã. sed hæc sunt omnia supradicta, vt patet ex q. 14. ergo. Et hoc ꝓculdubio fuit fundamẽtũ S. T. Et quo ad primã obiectionẽ Sco. dicit̃ breuiter, ꝙ vniformiter loquendo, scilicet de creatura intellecta in Deo, & similiter amata in Deo: par ratio est de verbo & spiritussan. nec aliquod sequit̃ incõueniens. Posset tamẽ simpliciter negari sequela, & paritas rationis: quia amor respicit res amabiles in seipsis, verbũ aũt res in intellectu. Ad secundã vero dicit̃, ꝙ nullũ incõueniens est verbũ procedere ex seipso & spiritussã. vt notis patri, id est ex notitia quã habet pater de eis, imò hoc est necessariũ propter allatã rõnem. Quin potius, quũ ipse Sco. exp̃sse in 6. dis. primi teneat, quòd pater prius intelligit filiũ, quã ꝓducat ipsum, volũtarie reputat̃ hoc incõueniẽs. ¶Tertia aũt obiectio responsione nõ est digna: qm̃ verbũ nõ distinguit̃ realr̃ ab his, à quib⁹ ꝓcedit vt cognitis, sed à quo ꝓcedit vt dicẽte, vt de se patet. Esto tamen in hac materia cautus, propter veritatẽ cõditionalẽ, scilicet si Deus nihil intelligeret in sua essentia nisi ipsam solã, adhuc haberet̃ ꝓductio verbi. Ex hac em̃ seq̃ videt̃, ꝙ ꝓductio verbi nõ est posterior itellectione creaturarũ in Deo. Habes nãq; aliã cõditionalẽ, si Deus nõ esset ꝓductiuus ad intra itelligẽdo se, intelligeret nihilomin⁹ omne intelligibile. Ex hac em̃ sequitur, ꝙ Deũ itelligere creaturas ĩ se, nõ est posteri⁹ ꝓductione ad itra. Quare ne ex his fallaris, quid naturalr̃ de facto sit scito: quẽdam, dicito vt suprá. Dixi aũt nãlr̃, qm̃ ea quę Deus de facto libere nouit, cũ nãle pręcedat liberũ, ꝓcul ab ista disputatiõe sunt. Et qm̃ ĩ cõprehẽsione nãlis vis sciẽtiæ diuinæ claudit̃ ars creaturæ factiua, quãuis non concludatur volitio earum: idcirco verbũ Dei adæquans naturalẽ eius scientiam, habet respectũm ad creaturam, non solum expresiui, sed etiam operatiui, vt in litera ex Augustino, dicitur.

172 74 c 94 a 97 b 98 98

165 infra q. 95. arti. 5. 4. Et 1. di. 18. q. 2. articu. 2. 193 c 466

Dei eius quod in Deo patre est, est expressiuum tantum, creaturarum vero est expressiuum & operatiuum. Et propter hoc dicitur in Psal. Dixit & facta sunt, quia importatur in verbo ratio factiua eorum quæ Deus facit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in nomine personæ includitur etiam natura obliquè[e]. Nam persona est rationalis naturæ indiuidua substantia: in nomine igitur personæ diuinæ quantum ad relationem personalem non importatur respectus ad creaturam, sed importatur in eo quod pertinet ad naturam. Nihil tamen prohibet inquantum includitur in significatione eius essentia, quòd importetur respectus ad creaturam. Sicut enim proprium est filio quòd sit filius, ita proprium est ei, quòd sit genitus Deus, vel genitus creator. Et per hunc modum importatur relatio ad creaturam in nomine verbi.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum relationes consequantur actiones, quædam nomina important relationem Dei ad creaturam, quę consequitur actionem Dei in exteriorem effectum transeuntem, sicut creare & gubernare. & talia dicuntur de Deo ex tempore[c]. Quædam vero relatio est, quæ consequitur actionem non transeuntem in exteriorem effectum, sed manentem in agente, vt scire & velle. & talia non dicuntur de Deo ex tempore[c]. Et huiusmodi relatio ad creaturam importatur in nomine verbi. nec est verum, quòd nomina importantia relationem Dei ad creaturas omnia dicantur ex tempore, sed sola illa nomina quæ important relationem consequentem actionem Dei in exteriorem effectum transeuntem ex tempore dicũtur[c].

¶Ad tertium dicendum, quòd creaturæ non cognoscuntur à Deo per scientiam à creaturis acceptam, sed per essentiam suam. Vnde non oportet quòd à creaturis procedat verbũ, licet verbum sit expressiuum creaturarum.

¶Ad quartum dicendum, quòd nomen Ideæ, principaliter est impositum ad significandum respectum ad creaturam. Et ideo pluraliter dicitur in diuinis[c], neque est personale. Sed nomen verbi principaliter impositum est ad significandam relationem ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas, inquãtum Deus intelligendo se, intelligit omnem creaturam. Et propter hoc in diuinis est vnicum tantum verbum & personaliter dictum.

¶Ad quintum dicendum, quòd eo modo quo scientia Dei est non entium, & verbum Dei est non entium, quia non est aliquid minus in verbo Dei quàm in scientia Dei, vt Augustin. dicit. Sed tamen verbum est entium vt expressiuum & factiuum. non entium autem vt expressiuum & manifestatiuum[c].

QVAESTIO TRIGESIMAQUINTA, De Imagine, in duos Articulos diuisa.

DEINDE quæritur de imagine. ¶Et circa hoc quærũtur duo. ¶Primo, vtrum imago in diuinis dicatur personaliter. Secundo, vtrum sit proprium filij.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum imago in diuinis dicatur personaliter.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd imago non dicatur personaliter in diuinis. Dicit enim Augus. in lib. de fide ad Pe. Vna est sanctæ trinitatis diuinitas & imago, ad quam factus est homo. Igitur imago dicitur essentialiter & non personaliter.

¶Præterea, Hila. dicit in lib. de syno. quòd imago est eius rei ad quam imaginatur, species indifferens. Sed species, siue forma, in diuinis dicitur essentialiter: ergo & imago.

¶Præterea, Imago ab imitando dicitur. In quo importatur prius & posterius. Sed in diuinis personis nihil est prius & posterius. Ergo imago non potest esse nomen personale in diuinis.

¶SED CONTRA est quod dicit Augusti. Quid est absurdius quàm imaginem ad se dici? Ergo imago in diuinis relatiue dicitur. Et sic est nomen personale.

CONCLVSIO.

¶Cum imaginis nomen originem in diuinis importet, personaliter in diuinis dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de ratione imaginis est similitudo. Non tamẽ quæcunque similitudo sufficit ad rationem imaginis, sed similitudo quę est in specie rei[c], vel saltem in aliquo signo speciei. Signum autem speciei in rebus corporeis maxime videtur esse figura. Videmus enim, quòd diuersorum animalium secundum speciem sunt diuersæ figuræ, non autem diuersi colores. Vnde si depingatur color alicuius rei in pariete, non dicitur esse imago nisi depingatur figura. Sed neque ipsa similitudo speciei sufficit vel figuræ, sed requiritur ad rationem imaginis origo. Quia vt Aug. dicit in lib. 83. quæstionum, vnum ouum non est imago alterius, quia non est de illo expressum[c]. Ad hoc ergo quòd vere aliquid sit imago, requiritur quòd ex alio procedat simile ei in specie, vel saltem in signo speciei. Ea vero quæ processionem siue originẽ important in diuinis, sunt personalia. Vnde hoc nomẽ imago est nomen personale.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd imago proprie dicitur quod procedit ad similitudinem alterius. Illud autem, ad cuius

Annot. ¶In rñsione ad primũ. Nota ꝙ cõtra eã sunt argumẽta Aureoli, apud Capreolũ in 27. di. 1. q. 2. in cõclusi. 5. ad ꝓbandũ, ꝙ verbũ ex ꝑsonali ꝓprietate habet q̃d referat ad creaturas: oĩa em̃ ex hoc ruũt, ꝙ supponũt, ꝙ idẽ sit dicere, verbũ scdm̃ ꝓpriam rõnem refert̃ ad creaturas, & dicere, verbũ ex proprietate personali habet q̃d referat̃ ad creaturas, cũ tñ hæc multũ distet, & primum cõcedi possit: secũdũ aũt non. Et huius ratio est: qm̃ verbũ claudit in propria rõne notitiam quæ est de numero essentialium. propter quam (vt in litera dicitur) refertur ad dicta nota & facienda.

Annot. ¶In rñsione ad quartũ, aduerte ꝙ in illis verbis, nomẽ verbi principaliter impositũ est ad significandã relationẽ ad dicentẽ, iudicio meo, retractat S. T. id q̃d in q. de ve. q. 4. ar. 5. dixerat, s. ꝙ verbi nomẽ principaliter significet absolutũ. Et sequit̃ hæc retractatio determinationẽ quã in 1. ar. hic fecerat, s. ꝙ verbũ sit nomẽ personale tm̃: ita ꝙ verbũ significat primo ꝓprietatẽ personalẽ ipsi⁹ filij in cõcreto: & qm̃ quasi substractũ est notitia cõnotata, ideo refert̃ etiã ad dicta, &c. Et hoc cõsonat rñsioni ad primũ, & verbis precedẽtis art. s. verbũ significat quãdã emanationẽ intellectus. Cõstat em̃ ꝙ emanatio illa, proprietas personalis est filij. Nisi em̃ hoc esset, primo eius significatũ ex propria eius significatione nõ significaret ꝓprietatem personalẽ filij in diuinis, sed ex connotato tantũ, cuius oppositũ ibidẽ dicit̃.

a *¶Super Quæstionis trigesimæquintæ Articulum primum.*

Titulus ex supradictis clarus est.

Commen. ¶In corpore duo facit. Primo ponit tres conditiones requisitas ad imaginem. Secundo respondet quæsito.

¶Quo

¶Quo ad primum conditiones sunt similitudo, specifica seu secundum specificũ signum. puta figuram, orta ex illo cuius dicitur imago. Et prima quidem conditio, scilicet similitudo per se nota, relinquitur. Secunda autẽ quo ad figuram declaratur in animalibus & picturis. ¶Tertia autem probatur autoritate Aug. afferendo instantiam de ouis. ¶Et aduerte diligenter ꝙ hæc tertia conditio intelligitur per se, id est, ꝙ origo terminetur ad ipsam inquãtum similitudo est, id est, ad hoc ꝙ sit similitudo, & non per accidẽs res illa sit filius. ¶Et hoc bene nota, qm̃ super hoc fundatur ꝓcessus sequẽtis articuli: nisi enim sic intelligeretur, oẽs imaginis conditiones conuenirent spiritussancto.

¶Num imago oriatur à repræsentato.

Quæstio. 193 ¶Contra hanc tamẽ tertiã imaginis conditionẽ arguit Aureo. qa sequeret̃, ꝙ soli artifices imaginũ haberẽt imagines. ¶Sed hæc obiectio ex rudi intellectu procedit: qm̃ etsi verum sit, imaginem semper oriri à repræsentato, memorẽ tamen oportet esse, ꝙ hoc non contingit vno tantum modo: quoniã quãdoq; oritur à repræsentato secundũ esse naturale principiante, sicut fili⁹ oritur à patre: quãdoq; secundũ esse intellectũ, seu cogitatũ, vt statua Cæsaris oritur à Cæsare cogitato in mente artificis: vnde patet, cõsequentiam nihil valere.

1. di. 28. q. 2. ar. 3. Et dis. 31. q. 3. arti. 1. cor. Et lib. 1. l. 2. co. 3 fi. 192

Commẽt. ¶Quo ad secundũ conclusio rãsiua quæsito affirmatiue est, imago in diuinis est nomẽ personale. ¶Probatur, nomina importantia originẽ in diuinis, sunt personalia: ergo imago est nomen personale. Antecedens patet, consequentia vero tenet ex ratione imaginis assignata.

a *¶Super Quæstionis trigesimæquintæ Articulum secundum.*

Commen. Titulus clarus est. ¶In corpore tria facit. Primo dicit q̃d vsus de hoc quæsito habeat. secũdo tractat duas opinion. tertio determinat. ¶Quo ad primũ tria dicit, primo vsum Græcorum, secundo Latinorũ, tertio sacræ scripturæ: quæ omnia clare patent in litera.

c 197 b 223 ¶Quo ad secundũ, quia vsus Latinorum autoritate scripturæ sacræ cõfirmatus est, circa eius rationem diuersæ afferuntur opiniones, quare scilicet solus filius imago dicitur. ¶Et prima quidem opinio propter conuenientiam in notione cum patre excluditur: quia secundum notionalia non attenditur æqualitas. ergo nec similitudo, ergo nec imago. ¶Secunda autem discurrens per singula: nec inueniens cuius possit dici spiritussanctus, imago, excluditur: quia posset dici patris & filij inquantum sunt vnum. ¶Et cõfirmatur, quia homo est vna imago totius trinitatis.

Annot. ¶Quo ad tertium redditur prædicti vsus Latinorum & scripturæ ratio. & quia vt dicitur in secundo, Post idem est scire causam conclusionis & ipsam simul, respondetur quæsito affirmatiua conclusione, scilicet imago est nomen proprium filij: & eius probatio nihil aliud est, quam ratio quare spiritussanctus non dicatur imago, filius autem sic. Et consistit ratio in hoc, filius procedit vt verbum, de cuius ratione est similitudo specifica ad id à quo procedit: spiritus vero sanctus procedit vt amor. de cuius ratione non est talis similitudo, ergo filius solus est imago. Antecedens ex quæstio. 27. quo ad vtranque partem patet. Consequentia autem tenet ex ratione imaginis. Et manifestatur ac confirmatur vis rationis huius assignantis pro causa modum procedendi: ex simili differentia propter similem causam ibi inuentam, inter filium & spiritumsanctum, in hoc quod est esse natum. quamuis enim vterque sua processione patris accipiat naturam, solus tamen filius dicitur natus, propter modum procedendi differentem vtriusque, vt suprà manifestatum est: quia scilicet procedit vt similis, &c. Et ne aliquis sollicitus restaret vnde habet spiritussanctus, quòd sit similis patri & filio: aut crederet hoc ex modo procedendi habere, subiunxit, quòd similitudo conuenit spiritui sancto non inquantum amor, sed inquantum amor diuinus.

¶Num ex eo quod spiritussanctus procedit vt amor diuinus, sequatur, ipsum non esse imaginem. c 197 b

223 197 Quæstio. ¶Circa hæc dubium occurrit ex Aureolo, apud Capreolum in vigesima septima, distinctio. primi, quæsti. secunda conclusione sexta. Et est dubium ex præsenti litera ortum habens, eandémque infringens sic. spiritussanctus procedit vt amor diuinus: ergo vt similis. ergo ratio adducta nihil valet. prima cõsequentia tenet ex litera dicente, quòd spiritussanctus inquãtum amor diuinus, habet quòd sit similis. secunda autem & antecedens per se patent. b 163 b 163

¶Ad euidentiam huius difficultatis distinguendi sunt termini in antecedente positi, scilicet, ly amor diuinus & ly proceditur. Quo ad primum scito, quòd forma communis potest dupliciter contrahi, & à contrahẽte denominari. primo per aliquam differentiam per se illius. secundo per aliquid extra latitudinem formalem illius. Exemplum primi, color albus. Exemplum secundi, color naturalis. albedinis enim differentia est coloris per se diuersificatiua, natura vero, sicut & ars, extra genus coloris est. ¶Amor igitur dupliciter cõtrahi potest. primo per amoris proprias differẽtias, puta amicitiæ, vel concupiscentiæ. secundo per naturas amantes, puta angelicam vel humanam. Etsi quidem amor contrahatur per omnes suę latitudinis per se differentias: nunquã inuenies aliquã, ex qua habebit rationem similis ei à quo procedit. Tũ quia omnes per se differentiæ infra appetitus ambitum continentur, in quo nihil habet rationem similis. Tum quia vt infra patebit, impulsio quædam est. Ac per hoc, omnes per se eius differentias oportet esse impulsionis per se diuersificatiuas, quòd à similis ratione, quanuis non causaliter, formaliter tamen remotum est. Si vero per aliquid extraneũ contrahatur, nihil prohibet similis quandoque rationem habere: sed hoc est per accidens naturaliter & identice, vt de se patet. Quando ergo dicitur amor diuinus, si ly diuinus non trahat amorem extra latitudinem differentiarum per se amoris, sed infra latitudinem voluntatis, inquantum voluntas est, latitudinem stando, denotet cuius sit vt obiecti & amantis scilicet Dei. Negandum est quòd inquantum huiusmodi sit similis. ¶Nec in hoc sensu intelligenda est propositio in calce literæ subiuncta. Ratio autem patet ex dictis. Si autem ly diuinus sit denominatio sumpta, quasi ab extraneo, puta à natura, cui identificatur, tunc concedendum est ratione identitatis, inter amorem & naturam, quòd amor diuinus, vt sic est similis ei à quo procedit. Et in hoc sensu intelligas literam præsentem. Quo ad alium terminum aduerte, quòd cum dicitur, spiritussanctus procedit vt amor diuinus, & in aliis similibus locutionibus: duplex sensus fieri potest. ¶Primo proprie, vt denotentur tantum formalia & propria illius modi procedendi. ¶Secundo extensiue, vt denotentur etiam communia & concomitantia modum procedendi, siue terminum. ¶Verbi gratia in proposito. Cum dicitur, spiritussan. procedit vt amor diuinus: si ly vt, sumat̃ proprie, ꝓpositio nõ est vera accipiẽdo amorem di

184 22. q. 14. art. 1. con. & 1. dist. 10. art. 4. Et 4. con. genti. cap. 19. fi. Et mal. q. 3. arti. 14. cor. & opusc. 3. ca. 46. et 47.

similitudinem aliquid procedit, propriè dicitur exemplar, impropriè vero imago. Sic tamen Augustin. vtitur nomine imaginis cum dicit diuinitatem sanctæ Trinitatis esse imaginem ad quam factus est homo.

¶Ad secundum dicendum, quòd species (prout ponitur ab Hila. in diffinitione imaginis) importat formam deductam in aliquo ab alio. Hoc enim modo imago dicitur esse species alicuius sicuti id quod assimilatur alicui, dicitur forma eius, inquantum habet formam illi similem.

¶Ad tertium dicendum, quòd imitatio in diuinis personis non significat posteritatem, sed solam assimilationem.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum nomen imaginis sit proprium filio.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd nomen imaginis non sit proprium filio. Quia, vt dicit Damasc. spiritussan. est imago filij. Non est ergo proprium filij.

¶Præterea, De ratione imaginis est similitudo cum expressione[e] (vt Augu. dicit in lib. 83. quęstionum) Sed hoc conuenit spirituisancto. Procedit enim ab alio secundum modum similitudinis. Ergo spiritussan. est imago. & ita non est proprium filij, quòd sit imago.

¶Præterea, Homo etiam dicitur imago Dei, secundum illud primæ ad Corint. 2. Vir non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est. Ergo non est proprium filio.

¶SED CONTRA est quod Augus. dicit 7. de trini. quòd solus filius est imago patris.

CONCLVSIO.

¶Cum filius in diuinis procedat vt verbum, spiritus autem sanctus vt amor: nomen imaginis proprium est filio, non autem spirituisancto.

¶RESPONDEO dicendum, quòd doctores Græcorum communiter dicunt spiritumsan. esse imaginem patris & filij. Sed doctores Latini soli filio attribuunt nomen imaginis. non enim inuenitur in canonica scriptura, nisi de filio. Dicitur enim Colos. 1. Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus creaturæ. Et ad Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. huius autem rationem assignant quidam ex hoc, quòd filius conuenit cum patre, non solum in natura, sed etiam in notione principij: spiritus autem sanctus non conuenit cum filio, nec cum patre in aliqua notione. Sed hoc non videtur sufficere: quia sicut secundum relationes non attenditur in diuinis, neque æqualitas neque inæqualitas[c] (vt August. dicit) ita neque similitudo, quæ requiritur ad rationem imaginis. Vnde alij dicunt, quòd spiritussanct. non potest dici imago filij, quia imaginis non est imago, neq; imago patris: quia etiam imago refertur immediate ad id cuius est imago. Spiritussanct. autem refertur ad patrem per filium. Neque etiam est imago patris & filij, quia sic esset vna imago duorum, quod videtur impossibile. Vnde relinquitur, quòd spiritussanct. nullo modo sit imago. Sed hoc nihil est, quia pater & filius sunt vnum principium spiritussan. vt infrà dicetur[c]. Vnde nihil prohibet sic patris & filij (inquantum sunt vnum) esse vnam imaginem, cum etiam homo totius trinitatis sit vna imago.

¶Et ideo aliter dicendum est, quòd sicut spiritussan. (quamuis sua processione accipiat naturam patris, sicut & filius, non tamen dicitur natus) ita licet accipiat speciem similem patris, non dicitur imago: quia filius procedit vt verbum, de cuius ratione est similitudo speciei ad id à quo procedit: non autem de ratione amoris[e], quamuis hoc conueniat amori, qui est spiritussan. inquantũ est amor diuinus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damasce. & alij doctores Græcorum communiter vtuntur nomine imaginis, pro perfecta similitudine.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet spiritussanc. sit similis patri & filio, non tamen sequitur, quòd sit imago ratione iam dicta.

¶Ad tertium dicendum, quòd imago alicuius dupliciter in aliquo inuenitur. Vno modo, in re eiusdem naturæ secundum speciem, vt imago regis inuenitur in filio suo. Alio modo, in re alterius naturæ, sicut imago regis inuenitur in denario. Primo autem modo filius est imago patris, secundo autem modo dicitur homo imago Dei. & ideo ad designandam in homine imperfectionem imaginis, homo non solum dicitur imago, sed ad imaginem, per quod motus quidam tendentis in perfectionẽ designatur. Sed filius Dei non dicitur esse ad imaginem, quia est perfecta patris imago.

QVAESTIO TRIGESIMASEXTA, de persona spiritussan. in quatuor Articulos diuisa.

POST considerationem prædictam considerandum est de his quæ pertinent ad personam spiritussancti: qui non solum dicitur spiritussanctus, sed etiam amor & donum Dei.

¶Circa spiritumsan. ergo queruntur quatuor. ¶Primo, vtrum hoc nomen spiritussan. sit proprium alicuius diuinæ personæ. ¶Secundo, vtrum illa persona diuina quæ spiritussan. dicitur, procedat à patre & filio. ¶Tertio, vtrum procedat à patre per filium. ¶Quarto, vtrum pater & filius sint vnum principium spũssanc.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum hoc nomen spiritussanctus sit proprium nomen alicuius diuinæ personæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hoc nomen spiritussanctus non sit proprium nomen alicuius diuinæ personæ. Nullum enim nomen commune tribus personis est proprium alicuius personæ: sed hoc nomen Spiritussanctus est commune tribus personis.

rem diuinũ identice, quoniã ex propriis processionis amoris etiã diuini infra latitudinẽ voluntatis solius stando, spiritussan. non habet q; sit Deus, sed q; sit amor Dei, vt amantis & amati: sed est vera pro amore diuino formaliter. Sed tunc cõcesso ãtecedente nihil valet prima cõsequentia, vt patet ex dictis. ¶Nec oppositũ habet in litera loquente de amore diuino identice. Si vero ly vt, denotet etiã cõmunia, tunc est vera de amore diuino, & formaliter & identice: & sic habet rõnem similis. sed qm̃ proprie & formaliter de modis procedẽdi à theologis sermo habetur, idcirco illud ãtecedens de amore diuino primo mõ intelligendũ est & admittẽdũ, sed negãda est prima cõsequẽtia, s. ergo pcedit vt filius.

Quæstio. ¶Et ad probatione dicẽdum est, q; laborat in æquiuoco, vt patet ex dictis: qm̃ ly diuinus, æquiuocũ est cũ sumitur obiectiue & effectiue, vt in ãtecedente sumitur, & cũ sumit identice, vt in probatione cõsequentię fit.

a ¶*Super Quæstionis trigesimæsextæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo aduerte, q; ly spiritussan. dupliciter sumi potest. Primo in vi duarũ dictionũ, vt scilicet ly spiritus, sit substãtiuũ, & ly sanctus adiectiuũ. Alio modo in vi vnius nois: sicut si alicui imponeret nomẽ pprium, homo bonus. In proposito hoc secundo modo queritur, ad quod denotãdum dicitur in titulo vtrum hoc nomen, &c.

Commen. ¶In corpore vna est cõclusio rñsiua quæsito affirmatiue, hoc nomẽ spiritussanc. est pprium diuinæ 163 c psonæ pcedẽtis per modũ amoris ex accõmodatiõe sacræ scripturæ. Et qm̃ cõclusio hæc 168 duo includit, scilicet 161 necessitatẽ accõmodationis, & cõuenientiã talis accõmodationis: ideo in litera vtrunq; fit. Declarat em̃ primo necessitas accommodationis sic. Altera pcessio in diuinis, quę scilicet est per modũ amoris, caret nomine pprio: ergo & relationes: ergo & persona procedẽs: ergo sicut relatiões nõiatæ sunt ex accommodatione, ita & psona. Deinde assignat rõ talis accõmodatiõis ex partialibus significationibus. Tum quia cõmunes patri & filio. Tũ quia amoris diuini quo ad vtrunq; proprietatẽ insinuant, vt clare patet in litera.

Ostendit enim Hila. 7. de trinit. in spiritu Dei aliquando significari patrem, vt cum dicitur, spiritus Domini super me. Aliquando significari filium, vt cum dicit filius. In spiritu Dei eiicio dæmonia, naturæ suæ potestate eiicere se dæmonia demonstrans. Aliquando de spiritussanc. vt ibi, Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Ergo hoc nomen spiritussan. non est proprium alicuius diuinæ personæ.

¶Præterea, Nomina diuinarum personarum ad aliquid dicuntur, vt Boëtius dicit in lib. de trini. Sed hoc nomen spiritussanc. non dicitur ad aliquid. Ergo hoc nomen non est proprium diuinæ personæ.

¶Præterea, Quia filius est nomen alicuius diuinæ personæ, non potest dici filius huius vel illius. Dicitur autem spiritus huius vel illius hominis. Vt enim habetur Num. 11. Dixit Dominus ad Moy. de spiritu tuo accipiam, tradámque eis. Et 4. Reg. 2. Requieuit spiritus Eliæ super Elisæum. Ergo spiritussanctus non videtur esse proprium nomen alicuius diuinæ personæ.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Ioan. vlti. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, verbum, & spiritussan. Vt autem August. dicit 7. de trini. cum quæritur quid tres? dicimus, tres personę. Ergo spiritussanctus est nomen diuinæ personæ.

CONCLVSIO.

¶*Spiritussancti nomen proprium est personæ diuinæ procedentis, vt amor.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum sint duæ processiones in diuinis, altera earum quæ est per modum amoris, non habet proprium nomen, vt suprà dictum est[c]. Vnde & relationes, quæ secundum huiusmodi processionem accipiuntur, innominatæ sunt, vt etiam suprà dictum[c]. Propter quod & nomen personæ hoc modo procedentis eadem ratione non habet proprium nomen, sed sicut sunt accommodata aliqua nomina ex vsu loquentium ad significandum prædictas relationes, cum nominamus eas nomine processionis & spirationis, quæ secundum proprietatem significationis magis videntur significare actus notionales quàm relationes: ita ad significandum diuinam personam, quæ procedit per modum amoris accommodatum est ex vsu scripturę hoc nomen spiritussanctus. Et huius quidem conuenientiæ ratio sumi potest ex duobus. Primo quidem ex ipsa communitate eius, quòd dicitur spiritussanct. Vt enim Augusti. dicit 15. de trini. Qui communis est ambobus, id vocatur ipse proprie quod ambo communiter. Nam & pater est spiritus, filius est spiritus, & pater est sanctus, & filius est sanctus. Secundo vero ex propria significatione. Nam nomen spiritus in rebus corporeis impulsionem & motionem significare videtur. Nam flatum & ventum spiritum nominamus. Est autem proprium amoris, quòd moueat & impellat voluntatem amantis in amatum[c]. 163 Sanctitas vero illis rebus attribuitur, quæ in Deum ordinantur. Quia igitur persona diuina procedit per modum amoris, quo Deus amatur, conuenienter spiritussanc. nominatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod dico spiritussan. prout sumitur in virtute duarum dictionum commune est toti trinitati, quia nomine spiritus significatur immaterialitas diuinæ substantię. Spiritus enim corporeus inuisibilis est, & parum habet de materia. Vnde omnibus substantiis immaterialibus & inuisibilibus hoc nomen attribuimus. Per hoc vero quod dicitur sanctus, significatur puritas diuinę bonitatis. Si autem accipiatur hoc quod dico spiritussanctus, in vi vnius dictionis, sic ex vsu ecclesiæ est accommodatum ad significandam vnam trium personarum, scilicet quæ procedit per modum amoris ratione iam dicta.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet hoc quod dico spiritussanctus, relatiuè non dicatur, tamen pro relatiuo ponitur, inquantum est accommodatum ad significandam personam sola relatione ab aliis distinctam. Potest tamen intelligi in nomine aliqua relatio, si spiritussanctus intelligatur quasi spiratus.

¶Ad tertium dicendum, quòd in nomine filij intelligitur sola relatio eius qui est à principio ad principium: sed in nomine patris intelligitur relatio principij. Et similiter in nomine spiritus prout importat quandam vim motiuam. Nulli autem creaturæ competit esse principium respectu alicuius diuinæ personæ, sed econuerso. Et ideo potest dici pater noster, & spiritus noster: non tamen potest dici filius noster.

a ¶*Super Quæstionis trigesimæsextæ Articulum secundum.*

Annot. IN titulo aduerte, quòd articulus iste continet in se duas quæstiones, scilicet an spiritussan. procedat à filio, & an spiritussan. sic procedat à filio, quòd si non procederet ab eo, non distingueretur personaliter ab ipso. Et prima quidem quęstio inter Græcos & Latinos versatur. ¶Secunda autem inter Latinos inter se.

¶*Num ad vnam quæstionem spectet quærere spiritussancti processionem à filio & illius processionis ratio.*

Quæstio. ¶Propter quod, dubium statim occurrit circa titulum: quoniam quæstiones sunt æquales numero his quæ vere scimus. hæc autem quæstio est vna, & scita sunt duo: vt patet in corpore. ¶Et inconuenit hoc, præcipue articulatim scribenti: eius est enim sigillatim singulas quæstiones discutere.

¶Ad hoc dupliciter responderi potest. ¶Primo, quòd quia vt dicitur in 1. Poste. idem est quærere an luna eclypsetur, & an sit aliqua ratio eclypsis lunæ: idem est quærere, an spiritussan. procedat à filio, & an sit aliqua ratio processionis eius à filio: pari autem quæsito constat optime responderi, & quòd ita est, & quòd propter talem rationem ita est, vnde in hoc articulo nihil est vitij, sed respondendo explicatum est quod implicite in titulo continebatur. ¶Nec oportuit in duos articulos diuidere quæsitum & quæsiti rationem, alioquin oporteret omnem articulum diuidere in duos. ¶Secundo dicitur, q; quia in omni quæsito scibili subintelligitur per se, & inquantum tale, & non est pręsentis intentionis discutere processionem spiritussancti qualitercunque, sed per se: ita quòd intentum est, vtrum spiritussan. procedat à filio, id est vtrum de ratione propria personæ spiritussan. sit procedere à filio, quod enim conuenit alicui per se, conuenit ei ex propria ratione. ¶Ad hoc autem quæsitum affirmatiue respondendo oportet non solum ostendere spiritumsan. procedere à filio, sed ipsum vendicare hoc sibi ex sua personali proprietate siue formaliter non ostenderetur hoc conuenire ei inquantum huiusmodi.

¶Ad cuius euidentiam pleniorem, scito, q; alicui producto potest dupliciter conuenire produci necessario à pluribus personis diuinis. ¶Vno modo ex parte producentis, alio modo ex parte producti. ¶Exemplum primi habetur in productione creaturę à Deo, necessario enim est à tribus personis: q; indiuisa sunt opera trinitatis ad extra, & non ratione producti: quia creatura posset produci: & esse sicut est, etiam si à solo patre produceretur. ¶Exemplum secundi haberetur si creatura suo formali constituto priuaretur, si non esset à pluribus personis. ¶Ad propositum spiritussan. procedit à patre & filio necessario, ex parte producentis secundum omnes, quia omnia patris non repugnantia filio, sunt necessario communia ipsi filio. An autem ex parte producti procedat necessario à filio, in dubium vertitur. Quia vero conuenientia producto per se conueniunt ei ex parte sua. cætera enim cõueniunt per accidens, aut quasi per accidens. ideo per se loquẽdo, quæritur vtrum spiritussan. ex proprio cõstitutiuo ac distinctiuo habeat q; procedat à filio.

Commen. ¶In corpore duo facit. Primo rñdet quæsito. Secundo arguit Græcos.

¶Quo ad primũ ponit vna cõclusio rñsiua quęsito affirmatiue, scilicet spũssan. necessario pcedit à filio. Et pbat trib' rõnibus. Prima est, si spiritussan. nõ esset à filio, nõ posset ab eo personaliter distingui. ergo. Et probat sequela sic, Personæ diuinæ nõ distinguunt abinuicẽ per aliquid absolutũ, sed solũ relationib' oppositis originis secundũ esse principiũ & à principio: ergo, si spũssan. non habet huiusmodi relationẽ originis à filio, non distingueret ab eo personaliter. Assumptum quo ad oẽs sui partes, sigillatim pbatur. Prima quidẽ, scilicet nõ per aliquid absolutũ, quia deesset vnitas essentiæ, eo q; omne absolutũ est essentiale. Secunda vero, scilicet, quòd solis relationibus ex prima sequitur manifeste. Tertia autem, scilicet oppositis manifestatur ex eo, quòd in patris vnica persona sunt duæ relationes non distinguentes ipsam, quia non sunt oppositæ relatiue. Quartã autem, scilicet originis: quia in diuinis non possunt esse aliæ relationes oppositæ, nisi originis, quod est intelligendum de relationibus. propriis. Quinta demum, scilicet secundum principium & à principio, ex præcedentibus manifeste sequitur. consequentia verò probatur sic, stante assumpto, aut filius procedit à spiritusancto, aut econtra: sed primum nullus dicit, ergo necesse est spiritum esse à filio.

195 1. dist. 11. arti. 1. Et po q. 10. arti. 4. & opusc. 1. c. 49. 50. & 51. & opu. 3. c. 49. & 4. cont. c. 24. & 25.

¶*Num sola relatiua oppositio distinguat personas in diuinis.*

Quæstio. ¶Circa conditionalem assumptam & eius probationem, dubium occurrit ex Scoto, in primo distinct. 11. quæstio. 2. tenente oppositum. ¶Arguítque contra fundamentum positionis, scilicet sola oppositio relatiua distinguit realiter in diuinis, ex quatuor capitibus. ¶Primo disparatio rationum formalium realium incompossibilium in eodem supposito distinguit realiter vbicunque inuenitur: sed duo modi totales accipiendi naturam eandem, scilicet per modum natiuitatis & processionis, sunt disparati, & in diuinis modo prædicto. ergo non sola oppositio relatiua distinguit realiter diuinas personas. ¶Iuxta hoc motiuum soluit probationem adductam in litera de duabus relationibus in patre, dicens, quòd non est eadem ratio de actiuis & passiuis productionibus. vnum enim potest dare esse pluribus, non tamen potest accipere esse pluries, nisi forte desierit esse. Et confirmatur motiuum hoc ex parte productionum argumentis Aureoli in nona, distinctio. primi, quæstione prima, articulo primo, consistentibus in hoc. ¶Generari & spirari sunt incompossibilia in eodem supposito secluso, quòd ipsi generari coniunctum sit spirare. ergo seipsis realiter distinguuntur. consequentia plana est, & antecedens quo ad primã partẽ est euidẽs. Quo ad secundã vero probatur tripliciter. Primo, quia quicquid in diuinis cõuenit alicui rei, cõuenit ei formaliter & ex se: ergo etiã incõpossibilitas istorũ cõuenit ex se. Et cõfirmatur, quia incõpossibilitas ista oritur ex ordine, quo vna processio præsupponit aliã, Ordo autẽ oritur ex rationibus formalibus: ergo ex seipsis primo sunt incõpossibiles. ¶Secundo si incõpossibilitas ista est ex eo q; generari cõiungitur spirare, in quo genere causæ, spirare dat hãc incõpossibilitatẽ ipsi generari nõ effectiue, aut finaliter, vt patet: nec formaliter, quia tũc sequeretur, q; generari & spirari essent idẽ formaliter. ¶Tertio quia si hinc est incõpossibilitas ista, aut hoc est quia generari & spirare sunt idẽ re: aut quia simul cõueniũt in filio: aut quia vnũ est præuiũ alteri: sed nihil horũ põt dici, quia hæc oĩa cõueniunt ipsi spirare respectu essentiæ, cui constat non dare incompossibilitatẽ ad spirari.

ARTICVLVS II.

¶*Vtrum spiritussanctus procedat à filio.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd spiritussanctus non procedat à filio. Quia secundum Dionysi. non est audendum dicere aliquid de substantiali diuinitate præter ea quæ diuinitus nobis ex sacris eloquiis sunt expressa. Sed in scriptura sacra non exprimitur quòd Spiritussanctus à filio procedat, sed solum quòd procedat à patre, vt patet Ioan. 15. spiritum veritatis qui à patre procedit. Ergo Spiritussanctus non procedit à filio.

¶Præterea, In symbolo Constantinopolitanæ synodi sic legitur. Credimus in spiritumsanc. Dominum & viuificantem ex patre procedentem cum patre & filio adorandum & glorificandum. Nullo igitur modo debuit addi in symbolo nostro, quòd spiritussanc. procedat à filio: sed videntur esse anathematis rei qui hoc addiderunt.

¶Præterea, Damasce. dicit, spiritumsanc. ex patre dicimus: & spiritum patris nominamus: ex filio autem spiritumsan. non dicimus. spiritum vero filij nominamus. Ergo spiritussanctus non procedit à filio.

¶Præterea, Nihil procedit ab eo, in quo quiescit. Sed spiritussanct. quiescit in filio. Dicitur enim in legenda beati And. Pax vobis: & vniuersis qui credunt in vnum Deum patrem, & vnum filium eius vnicum dominum nostrum Iesum Christ. & in vnum spiritumsanc. procedentem ex patre in filio permanentem. Ergo spiritussanc. non procedit à filio.

¶Præterea, Filius procedit vt verbum: sed spiritus noster in nobis non videtur procedere à verbo nostro. Ergo spiritussanctus non procedit à filio.

¶Præterea, Spiritussanctus perfecte procedit à patre. Ergo superfluum est dicere quòd procedit à filio.

¶Præterea, In perpetuis non differunt esse & posse (vt dicitur in 3. Phys.) & multo minus in diuinis. Sed spiritussan. potest distingui à filio, etiamsi ab eo non procedat. Dicit enim Ansel. in lib. de processione spiritussan. Habent vtiq; à patre esse filius & spiritussan. sed diuerso modo: quia alter nascendo, & alter procedendo, vt alij sint per hoc abinuicem. Et postea subdit. Nam si per aliud non essent plures filius & spiritussan. per hoc solum essent diuersi. Ergo spiritussan. distinguit à filio ab eo nõ existens.

¶SED CONTRA est quod dicit Athanasius, Spiritussanctus à patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

CONCLVSIO.

¶*Spiritussanctus ita necessario procedit à filio, quòd si non procederet, non distingueretur ab eo personaliter.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere spiritumsanctum à filio esse. Si enim non esset ab eo, nullo modo posset ab eo personaliter distingui. Quod ex supradictis patet[c]. Non enim est possibile dicere, quòd secundum aliquid absolutum diuinæ personæ abinuicem distinguantur: quia sequeretur, quòd non esset trium vna essentia. Quicquid enim in diuinis absolute dicitur, ad vnitatem essentiæ pertinet. Relinquitur ergo, quòd solum relationibus diuinæ personæ abinuicem distinguantur. Relationes autem personas distinguere non possunt, nisi secundum quòd sunt oppositæ. Quod ex hoc patet, quia pater habet duas relationes, quarum vna refertur ad filium, & alia ad spiritumsanctum: quæ tamen, quia non sunt oppositæ, non constituunt duas personas, sed ad vnam personam patris tantum pertinent. Si ergo in filio & in spiritusan. non esset inuenire nisi duas relationes, quibus vterq; refertur ad patrem, illæ relationes non essent adinuicem oppositæ, sicut neq; duæ relationes, quibus pater refertur ad illos. Vnde sicut persona patris est vna, ita sequeretur quòd persona filij & spiritussan. esset vna, habens duas relationes oppositas duabus relationibus patris. hoc autem est hæreticum, cum tollat fidem trinitatis. Oportet ergo quòd filius & spiritussanc. abinuicem referantur oppositis relationibus. Non autem possunt esse in diuinis aliæ relationes oppositæ nisi relationes originis, vt suprà probatum est[c]. Oppositæ autem relationes originis accipiuntur secundum principium & secundum quod est à principio. Relinquitur ergo,

¶Secundum caput, vnde mouetur Sco. est, si in patre per impossibile non esset actiua spiratio, sed in solo filio, adhuc esset trinitas personarũ: ergo nõ requiritur oppositio relatiua, inter spiritũsanctum & personã, à qua distinguitur, & sic ruit totus processus.

¶Tertiũ caput ex parte cõstitutiui ipsius filij est, filius cõstituitur in esse personali filiatione: ergo de facto distinguitur personaliter à spũsan. filiatione: ergo seclusa à filio per intellectũ spiratione actiua, adhuc remanet, quo filius personaliter distinguitur à spiritussan. ergo, &c. prima consequentia probatur ex illa maxima: idem est principium cõstitutiuũ & distinctiuum ab aliis, vt patet per Porphyriũ, & inductiue.

¶Quartum autem caput econuerso sumitur ex personali distinctiuo ad constitutiuum sic, filius distinguitur personaliter à spiritusancto, ergo per aliquid, quod est de ratione personali ipsius filij, ergo non per spirationem actiuam: ergo seclusa illa adhuc remaneret personalis distinctio inter filium & spiritumsanctum.

¶Prima cõsequentia probatur inductione & ratione. ¶Inductione quidem, quoniam valet, a distinguit b realiter, ergo est de eius ratione reali: distinguit essentialiter, ergo est de ratione essentiali: distinguit suppositaliter, ergo est de ratione suppositali: distinguit relatiue, ergo est de ratione relatiua, &c. Ratione autẽ, quia si distinctio personalis posset fieri per aliquid quod non est de ratione personali, non poterit sustineri humanitatem Christi non distingui personaliter à verbo: dicam enim quòd distinguitur personaliter per aliquid, quod tamen non cõstituit personam. Et confirmatur hoc motiuũ ex parte distinctiui personalis, ab Aureolo vbi supra arti. 2. sic. Si spiratio distingueret personaliter filium à spiritusancto, pater & filius essent vna persona: sed hoc est falsum. ergo consequentia probatur: spiratio distinguit patrem & filium à spiritusancto, vt sunt vnus spirator. Et per te distinguit personaliter: ergo esse vnum spiratorem est esse vnam personam: & si non est esse vnam personam, ergo non distinguit personaliter. Et fundatur processus super illa maxima, omne vnum formale distinctiuum plurium ex vna parte ab aliquo ponit in illis pluribus aliquod vnum fundamentum illius distinctionis proportionale illi.

¶Ad euidentiam huius difficultatis, quamuis tractare de constitutiuis personarũ spectet ad 40. q. propter tamen discussam ex consuetudine hanc materiam: scito, q; cum in diuinis non sit formaliter nisi substantia & relatio, & substantia vtpote communis, nec constituat nec distinguat hypostases: oportet quòd vtrunq; relationi tribuatur. Relationi aũt cũ possit aliqd cõuenire dupl'r, s. scd'm ppria relõnis, & scd'm cõia sibi & absolutis: quæcũq; attribuunt diuinis relõnibus, necesse est cõuenire eis inquãtũ relõnes sunt. Et sic cõstituere ac distinguere, relõni diuinę (put relatiua res est) cõuenit. Inter rẽ aũt relatiuã & absolutã, hoc interest, q; res absoluta cõstituit rẽ in se, relatio vero cõstituit rẽ ad aliã. Et qm̃ vnũquodq; sicut est ens, ita vnũ & distinctũ: cõstitutiuũ absolutũ sicut cõstituit ens in se, ita distinguit illud secũdũ se: & cõsequẽter ab vniuersis aliis. Cõstitutiuũ vero in esse relatiuo, q; cõstituit ens ad aliud vnũ correlatiuũ, s. ita distinguit illud ab illo vno tñ, alioquin diuersitas seu distinctio nõ esset proportionata passio entis. Plus em̃ faceret cõstitutiuũ aliqd distinguẽdo quã cõstituẽdo, qd nõ videt intelligibile. ¶Si igitur in diuinis sola relatio multiplicat trinitatẽ, & hoc nõ cõuenit relationi per accñs, sed quaten' res relatiua est. Et res relatiua vt sic, cõstituit & distinguit relatiue tñ: quãcũq; em̃ aliã distinctionẽ habet, nõ facit inquãtũ res relatiua: sed haberet eã ex cõibus sibi & absolutis: vt patet de disparatione. hæc em̃ nõ est ppria relatiuis, & sic nõ põt cãri à relatione secũdũ rõnẽ relationis. Cõsequẽs est, q; in diuinis nulla sit distinctio realis nisi relatiua, ita q; nõ solũ res distinctæ sunt relatiue, sed distinctio ipsa est relatiua. Et cũ cõstet distinctionẽ relatiui nõ esse sine relatiua oppositione, & esse respectũ correlatiui tñ: manifeste sequit, q; sola oppositio relatiua distinguit realiter diuinas psonas. Et hæc nõ aduertere aut penetrare, fuit cã dissensionis in hac materia. ¶Si em̃ aduertissent, q; ecclesia tradẽdo vnitatẽ substãtiæ, & trinitatẽ rerũ relatarũ ex formali locutione, insinuat, q; hoc formaliter intelligẽdũ est: vidissent profecto ex hoc ipso, q; distinctio nõ tradit nisi relatiuorũ, q; etiã distinctio ipsa ppria relatiuis, quaten' relatiua sunt esse debet, qd saluare non põt, dũ dicũt res qdẽ distinctas esse relatiuas, distingui tñ absq; oppõne relatiua: q; sunt disparatæ & incõpossibiles, &c. hæc em̃ cõia sunt nõ ppria relatiuis, vt iã diximus. Ex his aũt habet rñsio ad obiectiões ex pte cõstitutiui ipsi' filij. quũ em̃ dicit, q; idẽ est cõstitutiuũ & distinctiuũ alicui', ab oĩ alio distinguẽdũ 162 c 174 est de duplici cõstitutiuo, s. absoluto, vel respectiuo: & q; in absolutis verũ est. In relatiuis vero subdistinguẽdũ est de duplici distõne, s. relatiua vel quacũq; alia, puta disparata seu cõtradictoria, seu ét priuatiua. ¶Et dicẽdũ, q; de distõne relatiua loquẽdo, falsissimũ est assumptũ, qm̃ cõstitutiuũ alicui' in eẽ relatiuo, nõ est distinctiuũ illi' distõne relatiua, nisi à correlatiuo, pp̃ter ipsam relatiõis naturã. à ceteris aũt distĩguit quouis alio mõ. duplũ em̃ vt sic, q; nõ est nisi ad dimidiũ, nõ distinguitur etiã relatiue nisi à dimidio, à triplo aũt & quadruplo & reliqs entib', distinguitur quidẽ duplicitate inquãtũ est hoc ens nõ relatiue, vt de se patet. Et q; ĩ diuinis persona est formal'r relõ, nõ est distinctio personalis, neq; realis nisi sit relatiua. Et pp̃terea de facto ista ẽ falsa, fili' distinguitur real'r 168 siue psonal'r à spũsan. 283 filiatiõe: q; ista est falsa, fili' filiatiõe distĩguitur relatiue à spũsan. quãuis ista sit vera, filius distinguitur filiatione à spũsan. sed talis distõ nõ sufficit ad realẽ distõnẽ, imò est sophisma cõsequẽtis, arguere à distõne ad distõnẽ relatiuã. Et bene hoc aduerte, q; ex hoc oĩm pẽdet solo. ¶Patet quoq; ex his, q; signũ literæ, de duab' relõnib' in patre, stat in suo robore. Est em̃ signũ: q; sola relatiua distinctio & oppõ est ibi realis. Solutio aũt Sco. nõ est ad propriũ, q; diuertit à relationib' ad processiones: de relationibus em̃ litera loqtur, nõ de emanationibus. quare. Sed cõtra hæc. S. T. verba vehemẽti' qdã arguũt, de ipsis relationib' loquẽdo, dicẽtes, q; peccãt secũdũ nõ cãm vt cãm. Cã em̃ quare duæ relationes nõ oppositę nõ cõstituũt duas personas, nõ est negatio oppositionis. Tũ q; cõstat q; de facto processio & paternitas, & similiter filiatio, constituunt plures personas. & tamẽ processio nulli earũ opponitur relatiue. Tum quia si negatio esset causa negationis, affirmatio esset causa affirmationis, scilicet q; oppositæ relationes constituerent duas personas: hoc autẽ constat esse falsum, quia communis spiratio & processio sunt relationes oppositæ, & tamen spiratio nullam personam constituit.

¶Ad hæc breuiter dicitur, q; procedũt ex mala iterpretatione literę. Quũ em̃ dicitur, q; q; nõ sunt oppositę, nõ cõstituũt duas personas, ly cõstituũt, determinat ly duas, & nõ determinat ly personas, nisi ĩquãtũ duas secũdũ rẽ ita quod sensus est, q; q; nõ sũt opposite, nõ cõstituũt duas personas. i. nõ faciũt distĩctionẽ realẽ personarũ. cõstituere em̃ duo vt sic, nihil aliud est quã distĩguere, &c. Et sic assignatur vera & pręcisa cã. Spũs em̃ sanc. nõ cõstituitur ĩ eẽ distincto à filio & patre, nisi vt spirãtibus: ita q; spiratio cõstituit patrẽ & filiũ ĩ hoc, q; sint distĩctę personę à spũsctõ, quãuis ĩter se distinguãtur pñitate & filiatiõe. ¶Radix aũt horũ est, q; sunt res relatiuę, &c. nõ em̃ salua vnitate substãtię, põt al'r distinctio personarũ saluari, nisi per relatiões originis: de quarũ rõne fit distĩctio realis propria relatiõibus originis. hãc aũt constat ex oppõne fieri, vt patet ex dictis. ¶Vñ patet rñsio ad obiecta, equocãt em̃ dũ cõstituere in eẽ distĩcto, nõ aduertũt ĩ sermõe vsari, & hoc in mã relatiue habere singularẽ cõstituẽdi distĩguẽdiq; modũ, &c. obiecta aũt ex parte distĩctiui, difficultatẽ ex vi vborũ magis quã rei facere vident. ¶Secũdũ rẽ qdẽ dicẽdũ est, q; spiratio distĩguit real'r relatiue personã filij à spũsan. Et propter hoc dr distinguere personal'r: patet aũt q; nõ oportet q; relatiue distinguit personã esse personalitatẽ, aut de intrinseca rõne personalitatis. ¶Faciẽtibus aũt vim in vbis, & quęrẽtibus quo filius distinguitur personaliter à spũsan. dicẽdũ est, q; distinguere personaliter cũ sit facere formaliter personã distĩctã ab alia persona, cõtingit dupliciter. vno mõ, q; faciat vtrũq;, s. personã & distĩctionẽ, alio mõ, q; faciat alterũ, s. distinctionẽ in persona. ¶Sicut diximus, q; dupliciter cõtingit facere domũ albã, s. vel faciẽdo vtrũq;, vel iũgẽdo vnũ alteri: nec refert ad propositũ, facere effectiue vel formaliter. Quod igitur distinguit personaliter faciẽdo totũ & singulas partes, oportet esse de ratione personali, tale aũt non est spiratio, q; autẽ distinguit personaliter, faciendo totum ratione vnius partis in alia, non oportet esse de ratione personali: sed satis est, quòd sit notio personæ relatiua, &c Et sic esse vnum spiratorẽ, non est esse vnã personam, quia spiratio non est constitutiua personæ

quòd necesse est dicere, vel filium esse à spiritussan. (quod nullus dicit) vel spiritumsan. esse à filio, quod nos confitemur. & huic quidem consonat ratio processionis vtriusq;. Dictum enim est suprà^c, ꝙ filius procedit per modum intellectus vt verbum, spiritussan. autem per modum voluntatis vt amor. Necesse est autẽ ꝙ amor à verbo procedat. Non enim aliquid amamus nisi secundum quod cõceptione mentis apprehendimus^e. vnde & secundum manifestum est ꝙ spiritussan. procedit à filio. Ipse etiam ordo rerum hoc docet. Nusquam enim hoc inuenimus, quòd ab vno procedant plura absq; ordine nisi in illis solum quæ materialiter differunt. Sicut vnus faber producit multos cultellos materialiter abinuicẽ distinctos, nullum ordinem habentes adinuicem. Sed in rebus in quibus non est sola materialis distinctio, semper inuenitur in multitudine productorum aliquis ordo. Vnde etiã in ordine creaturarum productarum, decor diuinæ sapientiæ manifestatur. Si ergo ab vna persona patris procedunt duæ personæ, scilicet filius, & spiritussan. oportet esse aliquem ordinem eorum adinuicem. Nec potest aliquis ordo alius assignari, nisi ordo naturæ, quo ali⁹ est ex alio. Non est igitur possibile dicere, ꝙ filius & spiritussan. sic procedãt à patre, ꝙ neuter eorum procedat ab alio, nisi quis poneret in eis materialem distinctionem, quod est impossibile. Vnde etiam ipsi Græci processionem spiritussan. aliquem ordinem habere ad filium intelligunt. Concedunt enim spiritumsan. esse spiritum filij, & esse à patre per filium. Et quidã eorum dicuntur concedere quòd sit à filio vel profluat ab eo, non tamen ꝙ procedat. Quod videtur vel ex ignorantia, vel ex proteruia esse. Quia si quis recte consideret, inueniet processionis verbum inter omnia quæ ad originem qualemcunque pertinent, communissimum esse. Vtimur enim eo ad designandum qualemcunq; originem. Sicut ꝙ linea procedit à puncto, radius à sole, riuus à fonte. Et similiter in quibuscunque aliis. Vnde ex quocunque alio ad originem pertinente potest concludi, quòd spiritussanctus procedit à filio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ de Deo dicere non debemus quod in sacra scriptura non inuenitur, vel per verba, vel per sensum. Licet autem per verba non inueniatur in sacra scriptura, ꝙ spiritussan. procedit à filio, inuenitur tamen quantum ad sensum, & præcipue vt dicit filius, Ioan. 16. de spiritusan. loquens, Ille me clarificabit: quia de meo accipiet. Regulariter etiam in sacra scriptura tenendum est, quòd id quod de Patre dicitur, oportet de filio intelligi: etiam si dictio exclusiua addatur, nisi solum in illis, in quibus pater & filius secundum oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Dominus Matth. 11. dicit, Nemo nouit filium, nisi pater, non excluditur quin filius seipsum cognoscat^f. Sic igitur cum dicitur, quòd spiritussanctus à patre procedit, etiam si adderetur, quòd à solo patre procedit, non excluderentur inde filius: quia quantum ad hoc, quod est esse principium spiritussancti, non opponuntur pater & filius: sed solum quantum ad hoc, quòd hic est pater, & ille filius.

¶Ad secundum dicendum, quòd in quolibet concilio, institutum fuit symbolum aliquod propter errorem aliquem qui in aliquem cõcilio damnabatur. Vnde sequens conciliũ non faciebat aliud symbolum, quàm primum: sed id quod implicite continebatur in primo symbolo, per aliqua addita explanabatur contra hæreses insurgentes. Vnde in determinatione Calcedonen. synodi dicitur, quòd illi qui fuerunt congregati in concilio Constantinopolitano, doctrinam de Spiritussanc. tradiderunt: non ꝙ minus esset in præcedentibus, qui apud Niceam congregati sunt, inferentes: sed intellectum eorum aduersus hæreticos declarantes. Quia igitur in tempore antiquorum conciliorum, nondum extortus fuerat error dicentium Spiritumsanc. non procedere à filio, non fuit necessarium, quòd hoc explicite poneretur. Sed postea insurgente errore quorundam, in quodam concilio in Occidentalibus partibus congregato, expressum fuit autoritate Romani pontificis: cuius autoritate etiam antiqua concilia congregabantur & confirmabantur. Continebatur tamen implicite in hoc ipso, quòd dicebatur Spiritussanctus à patre procedere.

¶Ad tertium dicendum, quòd Spiritumsanctum non procedere à filio, primo fuit à Nestorianis introductum, vt patet in quodam symbolo Nestorianorum damnato in Ephesina synodo. Et hunc errorem sequutus fuit Theodoricus Nestorianus, & plures post ipsum. Inter quos fuit etiam Damasc. Vnde in hoc, eius sententiæ non est standum. Quamuis à quibusdam dicatur, quòd Dam. sicut non confitetur Spiritumsanctum esse à filio, ita etiam non negat ex vi illorum verborum.

¶Ad quartum dicendum, quòd per hoc, quòd Spiritussanctus dicitur quiescere vel manere

personæ. & tñ spiratio distinguit personã & filij & patris personaliter, faciẽdo distinctionẽ, nõ psonalitatẽ à spũsan. Ad obiecta aũt ex pte emanationũ rñsio habet in litera ad 7. & cõsistit in hoc ꝙ emanationes filij & spũsan. possunt sumi dupliciter. Vno mõ secũdũ suas integras rõnes, & sic includũt ordinẽ originis vnius ab alia: & cõsequẽter filiũ & spiritũsa. distingui ex suis pductionib⁹, & distingui oppositione relatiua originis, idẽ est. Alio mõ possunt sumi secluso ordine originis inter eas, vt arguẽtes accipiũt. Et sic dicim⁹, primo ꝙ accipiũ-
160 tur secũdũ suas rõnes in-
162 cõpletas: & ppterea non
168 est mirũ, si fallũt vtentes eis tãquã cõpletis. Secũdo, ꝙ nõ sunt duæ totales acceptiões eiusdẽ na-
362 turæ. Sed prima est acce-
c ptio naturæ simplr, secũda aũt secũdũ qd. Si enĩ secluderetur ordo originis inter eas, fili⁹ p gñationẽ acciperet naturam simplr: & ipsemet per pcessionẽ acciperet eã secũdũ qd. Et sic argumẽta quæ supponũt vel assumũt has emanatiões esse totales & incõpossibiles, secluso ordine originis inter eas ruũt. incõpossibilitas enim, totalitas, & alia huiusmodi cõuenisũt eis itegraliter, & nõ imperfecte sumptis. Ad obiectiões aũt Aure. iuxta hoc motiuũ, ex pte pductionũ, sigillatim rñdetur. Et ad primũ qdẽ ex dictis patet, ꝙ sumẽdo generari & spirari secluso ordine originis iter se, nõ sunt incõpossibilia. Nec est verũ, ꝙ incõpossibilitas eorũ oriatur ex illo ordine, quo vna præexigit aliã, sed ex ordine originis, quo vna est ab alia, cõstituit. Ad secũdũ aũt quũ quæritur de genere cãlitatis, dicitᷣ ꝙ spirare dat genito icõpossibilitatẽ hãc formalr, sicut albedo dr dare formalr subiecto incõpossibilitatẽ nigredinis. Nec valet cõsequẽtia, ergo generari eẽt spirari, qđ est correlatiuũ ipsius spirare, sicut nõ valet: ergo subiectũ albedinis est nigredo: quę est cõtraria albedini. Ad tertiũ autẽ dicitᷣ, ꝙ ppter nullũ illorum trium est ista incõpossibilitas, sed propter hoc, quia spiratio est notio personæ relatiua ad ipsum spiritumsanctum. ¶Ad vnicũ vero motiuũ ex parte Patris, dicitᷣ ꝙ si spũsan. pcederet à solo filio, adhuc distingueret à patre ordine originis, & si nõ immediate, tamẽ mediate. ☞Et eodẽ mõ eẽt iter eos relatiua oppositio, dũ ista eẽt vera: pater spirat mediate spiritũsan. Sic enĩ pater sub altero oppositorũ clauderetur. ☞Nõ eẽt tamẽ cõsubstãtialitas triũ psonarũ. Exclusio nãq; patris ab imediata spiratiõe in substãtię inęqualitatẽ redũdaret.

Commen. ¶Secunda ratio in litera posita ad probandam principalem conclusionem est, nihil amamus nisi quod conceptione mentis apprehendimus, ergo amor procedit à verbo, ergo Spiritussanctus à filio, quia ille vt amor, iste vt verbum procedit.

Annot. ¶Circa hanc rationem aduerte, ꝙ in litera adducitur magis vt rationabilis, quàm vt necessaria, vt illa verba ostendunt, scilicet huic consonat ratio processionis vtriusq;. Dico autẽ hoc, quia ratio ista fundatur super hoc, ꝙ amor est ab amante & amabili vt cõcepto, quia incognita diligere nõ possumus hoc autẽ fundamentum de amore & cõceptione essentiali, in omni natura intellectuali verũ est, quãuis (vt dicitur) de amore notionaliter, & similiter de cõceptu notionaliter euidentem necessitatẽ non ostendat. Dicere enĩ quispiã posset, ꝙ pater producit amorẽ sui notialẽ cognoscẽdo se essentialiter. ☞Verũtamẽ satis rationabile est, vt qualis sit ordo inter essentialia intellectus & voluntatis, talis etiã sit ordo inter notionalia vtriusq;, ac per hoc amor notionaliter, qui est spiritussan. sit ex cõceptu notionaliter quod verbũ est, sicut amor essentialis oritur secundũ rationẽ ex conceptu essentiali, quo formaliter pater omnia nouit. Quidã tamẽ cõsequentiã huius rationis labefactare conati, arguunt contra eam dupliciter. Primo potest fieri apprehensio intellectus absq; conceptu, ergo potest fieri etiam amor, igitur antecedens est falsum. Assumptum probatur, tum in visione beata: tum in actu credendi: tum quia verbum est aliud apud te & ab actu intelligendi. Secundo, quia non valet, non possumus intelligere sine sensu, ergo intellectio est à sensu, vt à principio productiuo: igitur consequentia nihil valet, &c. Ad hæc dicitur ꝙ, antecedens est verum de intellectione naturali. vnde nihil obstat beata visio. Per actum autẽ credendi formatur fidei verbum. Et licet verbum sit aliud ab intellectione, inseparabile tamen est ab ipsa, nec potest ab ipsa secludi in naturalibus. Secũda vero obiectio pucrilis valde est, credit enim latuisse diuum Thomam, ꝙ ex concurrentia alicuius nõ sequatur cõcursus illius, vt principij productiui, quod infantes sciũt. litera enĩ supponit cõia, scilicet ꝙ bonũ cognitũ sit principiũ productiuũ amoris, vt patet 3. de anima: & 12. Met. & assumit quòd esse cognitum, est esse cõceptum mente: quod in q 17. stabilitum est: & sic infert intentum. vnde instantia allata contra rudem illum sensum, non contra verum & intentum militat.

806 Commẽt. ¶Tertia ratio est ex rerum ordine talis, ab vno nunquã procedunt plura absq; ordine inter se, nisi in materialiter tantum differentibus, ergo ab vno Patre non procedunt Filius & Spiritusſ. absq; ordine inter se: ergo inter eos oportet esse ordinem originis. Antecedens manifestatur, quo ad primam partem in creaturis: quia in hoc manifestatur decor diuinę sapientię. Quo ad secundam vero in artificialibus, puta duobus martellis. Vltima autem cõsequẽtia probatur ex eo, ꝙ personæ diuinæ non distinguuntur materialiter, nec quemcunq; ordinem, nisi originis, compatiuntur, cæteris nanq; imperfectionem aliquã claudunt. ☞Et hanc rationẽ si confirmare nolueris, efficacẽ inuenies: vbi enim est pluralitas realis sine reali ordine, ibi est confusio.

¶Num ab vno plura procedere possint absque ordine tantum in materialiter differentibus.

¶Contra hanc tamen rationem quidam arguũt. Primo quia antecedens falsum est. Tum quia si Deus produceret plures Gabrieles, esset pluralitas immaterialis sine ordine. Tum quia Deus immediate potest per se omnia producere. secũdo quia litera obstat sibi ipsi: dũ subdit, ꝙ Græci concedunt ordinẽ importatum per ly, per, & absque probatione assumit quòd non potest esse ibi ordo nisi importatus per ly aut ab.

¶Ad hæc dicitur, ꝙ pluralitatis materialis noĩe hic intelligitur pluralitas materialis, vt distinguitur contra specificam, qualis de facto est inter duas intellectiones eiusdem speciei, & esset inter Gabrieles. Plura quoque seu omnia à Deo non producuntur specifice distantia sine ordine inter se, quamuis à Deo immediate. Nec alium ordinem Græci mente tenus intellexerunt, per ly per, quàm nos intelligamus per ly a: quoniam (vt in articulo sequenti patet) ly per, causalitatem denotat: & resoluendo facillime patet, quòd ad efficientis genus in proposito reduci oportet. Et propterea patet quòd non absque subintellecta probatione assumpsit litera, quòd ibi non potest esse ordo realis, nisi à quo alius, & qui ab alio: cæteros enim constat imperfectionem claudere.

Commen. ¶Quo ad secundam partem huius articuli, Græcos arguit, tria eorum dicta recitando, scilicet quòd communiter concedunt, ordinem inter filium & spiritumsa. Secundo, quòd aliqui concedunt, quòd sit vel profluat à filio. Tertio, quòd negatur, quòd procedit à filio. Ex quibus arguit eos ignorantiæ, vel proteruiæ: quoniam tertium contradicit primo & secundo, quod probat sic, procedere est communissimum inter omnia spectantia ad originem, ergo ex quocunque concesso pertinente ad originem, puta ordine, seu esse a, seu profluere, sequitur affirmatio processus: & sic priores affirmationes repugnant negationi processionis. Antecedens probatur, quia vtimur processione in omnibus, vt patet inductiue.

Annot. ¶In responsione ad tertium, scito, quòd quidam inuehuntur contra hæc verba: quia ex his sequitur, Damasc. fuisse hæreticum; quod & simpliciter est inconueniens, & in illo speciali opere, quia illud recipit papa Eugenius. Ad hoc dicitur, quòd non sequitur illum fuisse hæreticum, quoniam vt in quæstione 32. arti. vltimo dictum est, Antequam consideretur aut determinetur per ecclesiam absq; hæresis vitio: opinatur quis falsum, quod postmodum si pertinaciter sustineret, esset hæreticus. Dicitur autem, Damascenum illo fuisse tempore quo decisum hoc non erat. quare, &c.

¶In

in filio, nõ excluditur quin ab eo procedat: qa & filius in patre manere dicitur, cũ tamẽ à patre procedat. Dicitur etiã spũssanctus in filio quiescere, vel sicut amor amantis quiescit in amato: vel quantũ ad humanã naturã Christi, propter id quod scriptum est Ioann. 1. Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ verbũ in diuinis, nõ accipitur scdm similitudinẽ verbi vocalis, à quo nõ procedit spiritus: quia sic tantũ metaphorice diceretur, sed secundum similitudinem verbi mentalis à quo amor procedit.

¶Ad sextum dicẽdũ, ꝙ per hoc, ꝙ spũssanctus perfecte pcedit à patre, nõ solũ non superfluũ est dicere, ꝙ spũssanctus procedat à filio, sed omnino necessariũ: quia vna virtus est patris & filij. Et quicqd est à patre, necesse est esse a filio, nisi proprietati filiationis repugnet. Non enim filius est à seipso, licet sit à patre.

¶Ad septimũ dicendum, ꝙ spũssanctus distinguitur personaliter à filio in hoc, quòd origo vnius distinguitur ab origine alterius. Sed ipsa differentia originis est propter hoc, quòd filius est solum à patre, spiritussanctus vero à patre & filio. Nõ enim aliter processiones distinguerentur: sicut suprà ostensum est^c.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrũ spiritussanctus procedat à patre per filiũ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, ꝙ spiritussanctus nõ procedat à patre per filium. Quod enim pcedit ab aliquo per aliquẽ, non procedit ab eo immediate. Si igitur spiritussanctus procedit à patre per filium, non procedit à patre immediate. Quod videtur inconueniens.

¶Præterea, Si spiritussanctus procedit à patre per filiũ, nõ procedit à filio, nisi propter patrẽ. Sed propter quod vnumquodque & illud magis. Ergo magis procedit à patre quàm à filio.

¶Præterea, Filius habet esse per generationẽ, si igitur spũssanctus est à patre per filiũ, sequitur ꝙ prius generetur filius, & postea procedat spiritussanctus. Et sic processio spiritussancti non est æterna. Quod est hæreticum.

¶Præterea, Cum aliquis dicitur per aliquem operari, potest econuerso dici. Sicut enim dicimus ꝙ Rex operatᷣ per Balliuũ, ita potest dici ꝙ Balliuus operatᷣ per Regem. Sed nullo modo dicim⁹ quòd filius spiret spiritumsanctum per patrem. ergo nullo modo potest dici ꝙ pater spiret spiritumsanctum per filium.

¶SED CONTRA est qđ Hil. dicit in li. de tri. Cõserua hãc, oro, fidei meæ religionem vt semper obtineam patrẽ, s. te: & filium tuum vna tecum adorem, & spiritumsanctũ tuum, qui est per vnigenitum tuum, promerear.

CONCLVSIO.

¶Cum filius à patre habeat, quòd ab eo spiritussanctus procedat, pater per ipsum filium spirare spiritumsanctum dicitur.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ in omnibus loquutionibus, in quibus dicitur aliquis per aliquẽ operari, hæc ppositio per, designat in casuali aliquã causam, seu principiũ illi⁹ act⁹. Sed cũ actio sit media inter faciens & factũ, quãdoq; illud casuale cui adiũgitᷣ hæc præpositio per, est causa actionis, secundũ qđ exit ab agente: & tunc est causa agenti ꝙ agat, siue sit causa finalis, siue formalis, siue effectiua, siue motiua. Finalis quidẽ, vt si dicamus ꝙ artifex operatur per cupiditatẽ lucri. Formalis vero, vt si dicamus ꝙ operatur per artẽ suam. Motiua vero, si dicamus ꝙ operatur per imperiũ alterius. Quãdoq; vero dictio causalis cui adiũgitur hæc præpositio per, est causa actionis, secundũ quod determinatur ad factũ: vt cum dicimus artifex operatur per martellum. non enim significatur, ꝙ martellus sit causa artifici, ꝙ agat, sed quòd sit causa artificiato, vt ab artifice procedat, & hoc ipsum habeat ab artifice. Et hoc est qđ quidã dicunt, ꝙ hæc præpositio per, quãdoq; notat autoritatẽ in recto, vt cũ dicitur, Rex operatur per Balliuũ. Quãdoq; autẽ in obliquo, vt cum dicitur, Balliuus operatur per Regem. Quia igitur filius habet à patre, quòd ab eo procedat spiritussanctus, potest dici quòd pater per filium spirat spiritũsanctum, vel quòd spiritussanctus procedat à patre per filium: quod idem est.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ in qualibet actione est duo considerare, scilicet suppositum agens, & virtutẽ qua agit, sicut ignis calefacit calore. Si igitur in patre & filio cõsideretur virtus qua spirant spũmsanctum, nõ cadit ibi aliqđ medium: quia hæc virtus est vna & eadẽ. Si aũt considerentur ipsæ personæ spirantes, sic cũ spũssanctus cõiter procedat à patre & filio, inuenitur spũssanctus immediate à patre pcedere, inquantũ est ab eo, & mediate inquãtũ est à filio. Et sic dicitᷣ procedere à patre p filiũ. Sicut etiã Abel processit immediate per Adã, inquãtũ Adã fuit pater eius: & mediate, inquãtum Eua fuit mater eius, quæ processit ab Adam. Licet hoc exemplum materialis processionis ineptum videatur ad significandam immaterialem processionem diuinarum personarum.

¶Ad scdm dicendũ, ꝙ si filius acciperet à pře aliã virtutẽ numero ad spirandũ spũmsanctũ, sequeretᷣ ꝙ esset sicut causa secunda & instrumẽtalis: & sic magis pcederet à patre, quàm à filio. Sed vna & eadem numero virtus spiratiua est in patre & filio: & ideo æqualiter pcedit ab vtroq;. Licet aliquãdo dicatur principaliter vel proprie procedere de patre, propter hoc quòd filius habet hanc virtutem à patre.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ sicut generatio filij est coæterna generãti (vnde nõ prius fuit pater, quàm gigneret filium) ita processio spiritussancti est coæterna suo principio. Vnde nõ fuit prius filius genitus, quàm spiritussanctus procederet: sed vtrunque æternum est.

¶Ad quartũ dicẽdum, ꝙ cum aliquis dicitur per aliquid operari, nõ semper recipitur conuersio. Nõ enĩ dicimus ꝙ martellus operetur per fabrũ: dicimus autẽ ꝙ Balliuus operatur per Regẽ. Quia Balliui est agere, cũ sit dominus sui actus. Martelli autem nõ est agere, sed solũ agi: vnde nõ designatur nisi vt instrumentũ. Dicitur autẽ Balliuus operari per Regem: quãuis hæc præpositio per, denotet medium: quia quãto suppositũ est prius in agendo, tãto virtus eius est immediatior effectui: quia virtus causæ primæ cõiungit causam secundã suo effectui. Vnde & prima principia dicũtur immediata in demõstratiuis scientiis. Sic igitur inquantũ Balliuus est medius secũdum ordinẽ suppositorũ agentium, dicitur Rex operari per Balliuũ: secundum ordinẽ vero virtutum, dicitur Balliuus operari per Regẽ: quia virtus Regis facit quòd actio Balliui cõsequatur effectum. Ordo autem nõ attenditur inter patrem & filium quantum ad virtutem, sed solũ quãtum ad supposita. & ideo dicitur quòd pater spirat per filium, & non econuerso.

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum pater & filius sint vnum principium spiritussancti.*

AD QVARTVM sic proceditᷣ. Videtur, ꝙ pater & filius non sint vnum principium spiritussancti. Quia spiritussanctus non videtur à patre & filio procedere inquãtum sunt vnum: neq; in natura, qa spũssanctus sic etiã procederet à seipso, qui est vnũ cũ eis in natura. Neq; etiam inquantum sunt vnum in aliqua proprietate: quia vna proprietas non potest esse duorum suppositorum, vt videtur. Ergo spiritussanctus procedit à patre & filio, vt sunt plures. Non ergo pater & fi-

Annot. ¶In responsione ad septimum, aduerte quòd ex istis verbis videtur elicitum, ꝙ apud S. Tho. emanationes diuinæ distinguũtur per hoc quòd vna est ab vno, altera vero à duobus: vt in 13. distin. 1. Scotus attulit. Sed reuera ista dicta distant sicut cælum & terra, dicere quòd differẽtia sit: quia vna est ab vno, & alia à duobus suppositis: & dicere quòd differentia est, quia vna est à patre solum, alia vero à patre & filio. ☞Ibi enim sola differẽtia inter vnitatem & pluralitatem suppositorum pro causa redditur: quod est ridiculum: contra quod & laborauit Scotus. Hic autem ordo originis inter eas pro causa redditur. Hoc enim verba illa important. Non enim potest aliter originis or-
162 do saluari, nisi altera sit
c à patre & filio. Hunc
163 autem ordinem origi-
a nis: quia ad integritatẽ
190 rationum formaliũ ipsarum originum, vt distin-
1. dist. 12. ctæ realiter sunt: spe-
artic. 3. ctare iam ostensum est.
Et opusc. ideo hoc sano sensu in-
2. cap. 41. telligendo, nihil nocet
Et opusc. concedere, personã spi-
6. q. 27. ritussancti ex sua origine distingui à filio.

a *¶Super Quæstionis trigesimæsextæ Articulum tertium.*

Annota. IN titulo nihil est ambiguum accipiendo ipsum sic communiter vt sonat, absque scilicet dictione exclusiua, &c.

Coment. ¶In corpore duo facit. Primo ostendit quot modis sumitur ly per, in huiusmodi propositionibus. Secundo respondet quæsito in calce articuli.

¶Quo ad primum quatuor dicuntur. Primum est, quòd ly per, denotat aliquam causalitatem in accusatiuo casu, super quem cadit. Secundum est, quòd illa causalitas quãdoque est respectu actionis secundum quod exit ab agente: & declaratur hoc in triplici genere causæ. Tertium est, quòd illa causalitas quando quòd est respectu actionis, secundũ quod determinatur ad factum, vt patet in artificialibus instrumẽtis. Quartum est, quæ hæc distinctio coincidit cum illa aliorum, scilicet quòd quandoq; denotat autoritatem in recto, & quandoque in obliquo.

¶Quo ad secundum, cõclusio responsiua quæsito affirmatiue est. spiritussanctus procedit à patre per filium. Et probatur, filius habet à patre quòd ab eo procedat spiritussanctus, ergo potest dici quòd pater spirat per filium spiritumsanctum, &c. Cõsequentia tenet ex exposita significatione ly per, quãdo denotat medium ex parte producti, scilicet ꝙ denotat ꝙ sit medium habens à principali, ꝙ producat: sic enim sumitur in proposito, & non primo modo: filius enĩ non est medius ex parte patris, non enĩ est ratio spirationis vt exit à patre, sed potius vt terminetur ad spiritumsanctum. Et hoc considerãdo spiritumsanctum vt est à patre mediate: secus enĩ dicendum est loquẽdo de ipso, vt est immediate à patre. Et ideo litera dicit, ꝙ potest dici patrẽ spirare per filiũ & spũmsanctũ: & nõ dixit quòd oportet omnino sic dici: secundum vnam enim acceptionẽ tantum verificatur.

a *¶Super quæstionis trigesimæsextæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo scito ꝙ hic est quæstio, & de re, an ita sit, s. ꝙ pater & filius sint vnum numero principium spiritussancti: & de propositione ista, an sit propriè sumpta vera.

Comment. ¶In corpore duo facit. Primo respondet quæsito quo ad rem. Secũdo, quo ad proprietatẽ propositionis.

¶Quo ad primũ est hæc conclusio, pater & filius sunt vnum principium spiritussancti. Et probatur. Pater & filius sunt vnum in omnib⁹ in quibus non distinguuntur relatiua oppositione: ergo sunt vnum principiũ spiritussancti: & tenet sequela: quia in hoc qđ est esse principium spiritussancti, nõ opponuntur relatiue adinuicem.

¶Quo ad secundum tria facit. Primo refert quandam opinionem tenentem hãc propositionem esse impropriam, tali ratione: ly principium significat proprietatem, ergo tenetur adiectiue: ergo non potest addi alteri adiectiuo: & sic ly vnum nõ tenetur nominaliter: ergo vt sit vera, tenetur ly vnum aduerbialiter: & consequenter est impropria. Secũdo arguit opinionem, & vtrũq; ei⁹ fundamentum ordine retrogrado. Et primo qdẽ, ꝙ ly vnũ, nõ sit sumendum aduerbialiter: quia sic posset dici pater nõ vnum principiũ filij & spũssancti: quia pluribus modis est illorũ principiũ. Secundo, ꝙ non valet sequela, principiũ significat proprietatem: ergo tenetur adiectiue: quoniã significat proprietatem substantiue, sicut patet etiã in creaturis, in nominibus patris & filij. Et sic 197
tertio infert oppositum 1. lib. 19.
præfatæ opinionis ra- artic. 4.
tione & exemplo ipsum Et 4. con
confirmans. Ratio est, tra. c. 25.
principiũ est nomẽ sub- fi. & op.
stantiuum: ergo accipit 1. c. 11. fi.
numerum iuxta numerũ Et opusc.
formæ significatæ per 9. qõ. 25.
ipsum: sed forma signi- & Io. 8.
ficata, id est proprietas, li. 3. co. 3.
est vna numero in pa- & 1. 15.
tre & filio: ergo conuenientissime dicitur, pater & filius sunt vnum lec. 3.

lius sunt vnum principium spiritussancti.

¶ Praeterea, Cum dicitur pater & filius sunt vnum principium spiritussancti, non potest ibi designari vnitas personalis: quia sic pater & filius essent vna persona. Neque etiam vnitas proprietatis. Quia si propter vnam proprietatem pater & filius sunt vnũ principium spiritussancti, pari ratione propter duas proprietates pater videtur esse duo principia filij & spiritussancti. Quod est inconueniens. Non ergo pater & filius sunt vnum principium spiritussancti.

¶ Praeterea, Filius non magis conuenit cũ patre quàm spiritussanctus. sed spiritussanctus & pater nõ sunt vnũ principium respectu alicuius diuinae personae. Ergo neq; pater & fili'.

¶ Praeterea, Si pater & filius sunt vnum principiũ spiritussancti, aut vnum quod est pater, aut vnum quod non est pater. sed neutrum est dare. Quia si vnum quod est pater, sequitur quòd filius sit pater. Si vnum quod non est pater, sequitur quòd pater non est pater. Non ergo dicendũ est quòd pater & filius sint vnum principium spiritussancti.

¶ Praeterea, Si pater & filius sunt vnum principium spiritussancti, videtur ecõuerso dicendum, quòd vnum principium spiritussancti sit pater & fili'. Sed haec videtur esse falsa. Quia hoc quod dico principium, oportet quòd supponat vel pro persona patris, vel pro persona filij: & vtroque modo est falsa. Ergo etiam haec est falsa: pater & filius sunt vnum principium spiritussancti.

¶ Praeterea, Vnum in substantia facit idem. Si igitur pater & filius sunt vnum principiũ spiritussancti, sequitur quòd sint idem principiũ. sed hoc à multis negatur. Ergo non est concedẽdum quòd pater & filius sint vnum principium spiritussancti.

¶ Praeterea, Pater & filius & spiritussanc. quia sunt vnum principiũ creaturae, dicuntur esse vnus creator. sed pater & filius non sunt vnus spirator, sed duo spiratores, vt à multis dicitur. Quod etiam cõsonat dictis Hilar. qui dicit in secundo de Trin. quòd spiritussanctus à patre & filio autoribus confitendus est. Ergo pater & filius non sunt vnum principium spiritussancti.

¶ SED CONTRA est, quod Aug. dicit in septimo de Tri. q pater & fili' nõ sunt duo principia, sed vnũ principium spiritussancti.

CONCLVSIO.

¶ Pater & filius ad spiritumsanctum relati, cum nulla relatiua oppositione distinguantur, vnum principium sunt spiritussancti.

¶ RESPONDEO dicendũ, q pater & filius in omnibus vnum sunt, in quibus non distinguit inter eos relationis oppositio. Vnde, cũ in hoc quod est esse principiũ spũssanc. non opponantur relatiue, sequitur quòd pater & filius sunt vnũ principium spi.san. Quidam tamen dicũt hanc esse impropriam, pater & filius sunt vnũ principiũ spiritussancti. Quia cum hoc nomen principium singulariter acceptũ nõ significet personã, sed pprietatẽ, dicunt q sumitur adiectiue. Et quia adiectiuum nõ determinatur per adiectiuũ, nõ potest conueniẽter dici, q pater & filius sint vnũ principium spiritussancti: nisi vnũ intelligatur quasi aduerbialiter positũ, vt sit sensus, sunt vnum principiũ, id est, vno modo. Sed simili ratione posset dici pater duo principia, filij & spiritussancti, id est, duob' modis. Dicendũ est ergo q licet hoc nomẽ principiũ significet proprietatẽ, tñ significat eã per modũ substantiui: sicut hoc nomẽ pater & filius etiã in rebus creatis. Vnde numerũ accipit à forma significata, sicut & alia substantiua. Sicut igitur pater & filius sunt vnus Deus propter vnitatem formę significatae p hoc nomẽ Deus[e], ita sunt vnũ principium spiritussanc. propter vnitatẽ proprietatis significatę in hoc noĩe principiũ. 204

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q si attẽdatur virtus spiratiua, spũssanctus pcedit à patre & filio, inquãtũ sunt vnũ in virtute spiratiua, quae quodãmodo significat naturã cum proprietate, vt infrà dicetur. Neq; est incõueniens, vnã proprietatẽ esse in duobus suppositis, quorũ est vna natura[e]. si vero cõsiderẽtur supposita spirationis, sic spiritussanctus procedit à patre & filio, vt sunt plures. Procedit enim ab eis, vt amor vnitiuus duorum. a 210 112 183

¶ Ad secundũ dicẽdũ, q cũ dicitur, pater & filius sunt vnũ principiũ spũssanc. designat vna pprietas, quae est forma significata p nomen. Nõ tamen sequitur q ppter plures proprietates non possit dici pater plura principia, quia implicaretur pluralitas suppositorum.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q secundũ relatiuas proprietates nõ attenditur in diuinis similitudo, vel dissimilitudo, sed secundũ essentiam[e]. Vnde sicut pater non est similior sibi quàm filio, ita nec filius similior patri q̃ spiritussanctus. 393 223 b

¶ Ad quartũ dicendũ, q haec duo, s. pater & filius sunt vnũ principium quod est pater, aut vnũ principium qđ nõ est pater: nõ sunt contradictorie opposita. Vnde nõ est necesse alterũ eorũ dare. Cum eñ dicim', pater & filius sunt vnũ principiũ, hoc quod dico principiũ, non habet determinatam suppositionẽ, imò confusam pro duabus personis simul. Vnde in processu est fallacia figurae dictionis à confusa suppositione ad determinatam.

¶ Ad quintum dicendum, q haec etiã est vera, vnũ principium spiritussancti est pater & filius: quia hoc quod dico principium, non supponit pro vna persona tantum, sed indistincte pro duabus, vt dictum est[e].

¶ Ad sextũ dicendũ, q conuenienter potest dici q pater & filius sunt idem principiũ secũdum quod ly principium supponit confuse & indistincte pro duabus personis simul. d

¶ Ad septimũ dicendũ, q quidã dicunt q pater & filius, licet sint vnũ principiũ spũssancti, sunt tamen duo spiratores ppter distinctionẽ suppositorum, sicut etiam duo spirantes, quia actus referũtur ad supposita. Nec est eadem ratio de hoc nomine creator, quia spiritussanctus pcedit à patre & filio vt sunt duae personae distinctae (vt dictum est[e]) nõ autem creatura procedit à tribus personis vt sunt personae distinctae, sed vt sunt vnum in essentia. Sed videtur melius dicendum, q quia spirans adiectiuũ est, spirator vero substantiuum, possumus dicere quòd pater & filius sunt duo spirantes, propter pluralitatem suppositorũ, non autem duo spiratores propter vnam spirationẽ. Nã adiectiua noĩa habẽt numerũ secũdũ supposita, substãtiua vero à seipsis scđm formã significatã[e]. Qđ vero Hil. dicit, q spũssanctus est à patre & filio autoribus, exponẽdũ est q ponitur substantiuum pro adiectiuo. a 204

principium spiritussancti. Exemplum vero est: quia ista eadem ratione dicitur, pater & filius & spũssanctus sunt vnus Deus: q.a, s. deitas est vna numero in eis.

Quaestio. *¶ Num spiritussanctus à duobus necessario procedat.*

¶ In responsione ad primum, circa illa verba, spiritussanctus procedit à patre & filio vt sunt plures, dubium occurrit: an principium spiratiuũ quod, exigat vt sic, pluralitatem suppositorum. Dico autem vt sic, ad excludendum concursum pluralitatis per accidens, vt contingit in principio creatiuo. Accidit enim creationi, quòd à tribus sit personis: nihil enim minus Deus crearet, si non esset trinus. Est igitur hic dubium, an ipsa spiratio per se sit à duobus, an non: sed quasi per accidens, vt creatio est à tribus. Scotus enim in primo dist. 12. tenens pluralitatem non exigi, fundat se super omnimoda perfectione principij spiratiui in vno supposito. Sanctus Thomas autem in primo sentent. distinct. 21. articu. vlti. ad secundum, ponens differentiam inter creationem & spirationem, quo ad hoc sentire videtur oppositum, iuxta determinationem à se factam in secundo articulo eiusdem distinctionis: quod & in hac litera confirmare videtur. Est autem ratio dubitandi in hac re: quoniam nulla apparet ratio conuincens alteram partem. perfectio nanque principij quod & quo, in solo vnico supposito saluari ex eo videtur, quia aliter pater solus imperfectum esset principium spiritussancti. stante autem omnimoda perfectione vtriusque principij in vno supposito, sequitur veritas istius conditionalis: quòd si illud solum esse posset perfecte spirare spiritũsanctum: & sic non per se requiritur pluralitas in principio quod spirationis. Modus autem procedẽdi, vt nexus communio atque mutuus amor vnitiuus qui conuenire dicitur spirituisancto, intelligi non potest nisi sit à duobus ad minus: ac per hoc oportet per se pluralitatem inuenire in spiratiuo principio qđ. Neutra tamen harũ viarum ducit necessario ad intẽtum. Prima quidem deficit, quoniam non ratione imperfectionis. sed ratione non habitae, nec possibilis haberi cõditionis in vnico supposito, solus pater, aut solus filius non posset spirare spiritumsanctũ consubstantialem & personaliter distinctum, &c. Secunda autẽ deficit, qa connectere, vnire, & similia, non conueniunt spirituisancto ex pprietate personali, sed ex essentiali incluso: scilicet amore, vt i quaestiõe sequenti, articulo primo ad secundum litera dicit, & ibidem clarius patebit. Et quanuis huiusmodi non cogant, quia tamen Sanct. Tho. expresse superius dixit in hac eadem quaestione, quòd de ratione spiritussancti est quòd sit à patre & filio, & hic apponit notam reduplicationis, dicens, quòd procedit à patre & filio, vt sunt plures personaliter. Communéque sanctorum dictum sit, spiritumsanctum mutuã esse charitate patris & filij, tenẽdum esse arbitror, q principium spiratiuũ vt quod, inquãtum huiusmodi, exigit pluralitatẽ: ita q dualitas est conditio spiratoris, nullã addens perfectionem supra vnitatem suppositi: sed secũda persona addit solam cõditionem requisitam ad principiũ quod. Ob cuius defectum (negatiue sumẽdo defectũ) vna sola persona nõ spiraret, sicut ob eius abstractionẽ à perfectione & imperfectione nulla impfecte, sed singula quęq; perfecte spirat. Nec hoc absq; ratione credimus. Si enim processio spiritussancti necessario est à patre & filio, vt superius probatũ est, necessario sequitur quòd sit ab eis inquantum tales: ergo inquantum plures. non enim sunt intelligibiles vt sic, nisi vt plures. Ratio quoque assumpta ex litera, quia, scilicet procedit vt amor vnitiuus, manifestat intentum, si animaduertim' quòd in hac re etiam vocabulis caremus: & sic ex appropriatis propria intelligere ac insinuare oportet. Accedit ad hoc ratio in primo sentent, distinct. 29. artic. vltimo, à sanc. Tho. assignata: quia scilicet spirare est actio personalis. Nec propterea ex his oblitũ me credas supradictorum: stãt enim haec simul, scilicet quòd spiritussanct' procedit à patre & filio inquantum duo sic, id est, inquantum habẽt talem pluralitatẽ, seu dualitatem: & q processio spiritussancti non differt à generatione sufficiẽter, ex hoc, q est à duobus, & ista ab vno, quoniam dualitas suppositalis absolute ad hoc non sufficit, vt suprà, diximus. Argumenta autem Scoti non oportet afferre: quia non militant contra positionẽ nostram, dualitatem suppositorũ ex parte principij quòd, tantum dicentem, nisi id quod adduxim' de perfectione, sed contra Hẽricum ponentem concordiam, &c.

Quaestio. *¶ Num pater dici non possit plura principia, quia implicaretur plura supposita.*

¶ In responsione ad secũdum, dubium, est circa illa verba, pater non potest dici plura principia: quia implicaretur pluralitas suppositorũ. Quia si regula de plurificatione nominis substantiui, penes pluralitatem formae significatae, vera est, voluntariũ appareret excipere plurificationem principij in patre. Constat enim formas significatas esse plures: puta paternitatem & spirationem. Nec potest dici recte (vt quidam credunt) quòd illa regula est vera tantũ, quãdo est pluralitas realis formae significatae. Nam constat artem sutoriam distingui realiter à fraenefactiua, & tamen Sortes habẽs vtrãque non est duo artifices.

¶ Ad hoc dicitur, q aliud est loqui de nomine substantiuo, & aliud de substantiuo concreto: substantiuũ enim vt sic, penes pluralitatem formae significatae plurificatur: sufficienter quidem, si est abstractum, exactiue aut absolute, id est, q ad sui pluralitatem exigit pluralitatem formae significatae, siue hoc sufficiat, siue non. Substantiuum autẽ concretũ, quia substatiuum, exigit pluralitatem formae, quia vero concretum exigit pluralitatem suppositorũ. Et sic cum principium sit substantiuum concretum, optime in litera dicitur, quòd implicaretur pluralitas suppositorum, dicendo, pater est plura principia. Nec disceditur à regula de substantiuo sane intellecta, vt exposuimus.

QVAESTIO TRIGESIMASEPTIMA de nomine spiritus sancti, quod est amor, in duos articulos diuisa.

DEINDE quaeritur de nomine amoris. ¶ Et circa hoc quaeruntur duo. ¶ Primo, vtrum sit proprium nomẽ spiritussancti. ¶ Secundo, vtrum pater & filius diligant se spiritusancto.

ARTICVLVS I.

a *¶ Vtrum amor sit propriũ nomen spiritussancti.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q amor nõ sit proprium nomen spiritussancti. Dicit enim Aug. 15. de tri. Nescio cur sicut sapientia dicitur & pater & filius & spiritussan. & simul omnes nõ tres, sed vna sapientia: non ita & charitas dicatur pater & filius & spiritussan. & simul omnes vna charitas. Sed nullũ nomen qđ de singulis personis praedicatur, & de omnib' in cõi singulariter, est nomen proprium alicuius personae. Ergo hoc nomẽ amor nõ est propriũ spiritussancti.

¶ Praeterea, Spũssan. est persona subsistens. sed amor nõ significatur vt persona subsistens, sed vt actio quaedã ab amãte transiens in amatũ. Ergo amor non est proprium nomen spũssan.

¶ Praeterea, Amor est nexus amantium: quia scđm Dio. 4. c. de diui. no. est quędam vis vnitiua: sed nexus est medium inter ea quae connectit, non autem aliquid ab eis procedens. Cum igitur spiritussanctus procedat à patre & filio (sicut ostensum est[e]) videtur quòd nõ sit amor aut nexus patris & filij.

¶ Praeterea. Cuiuslibet amãtis est aliqs amor: sed spũssanctus est amãs. Ergo eius est aliqs amor. Si igitur spũssanctus est amor, erit amor amoris. & spũs à spiritu. Quod est incõueniẽs.

SED CONTRA est qđ Greg. dicit i Homel. Pẽtecostes, Ipse spiritussanctus est amor.

CONCLVSIO.

¶ Amor personaliter acceptus proprium nomen est spiritussancti.

¶ RESPONDEO dicendũ, q nomen amoris in diuinis sumi potest essentialiter & personaliter. Et secundũ quod personaliter sumitur, est proprium nomen spiritussan. sicut verbum est proprium nomen filij.

¶ Ad cuius euidentiã sciendũ est, q cũ in diuinis, vt suprà ostensum est[e], sint duae processiones, vna per modũ intellectus, quae est processio verbi: alia per modũ volũtatis, quae est processio amoris: quia prima est nobis magis nota ad singula significãda q̃ in ea cõsiderari possunt, & sunt magis propria noĩa adinuẽta, non aũt in processiõe volũtatis. Vnde & quibusdã circũlocutionibus vtimur ad significãdã personã procedentẽ: & relatiões etiam quae accipiũtur scđm hanc processionẽ & processionis & spirationis noĩbus nominãtur, vt suprà dictũ est[e]: quae tamẽ sunt magis noĩa originis: q̃ relationis scđm pprietatẽ vocabuli. Et tamen similiter scđm vtranq; pcessionẽ considerari oportet. Sicut eñ ex hoc q aliquis rẽ aliquam intelligit, puenit quaedã intellectualis conceptio rei intellectae in intelligẽte, quae dicitur verbũ: ita ex hoc q aliquis rẽ aliquã amat, puenit quaedã impressio (vt ita loquar) rei amatae in affectu amãtis, scđm q̃ amatũ dicitur esse in amãte, sicut & intellectũ in intelligẽte: ita cũ aliquis seipsum intelligit & amat, est in seipso nõ solũ per idẽtitatẽ rei, sed etiã vt intellectũ in intelligẽte, & amatũ in amante. Sed ex parte intellectus sunt vocabula adinuẽta ad significandũ respectũ intelligẽtis ad rẽ intellectã, vt patet ĩ hoc qđ dico intelligere. Et sunt etiã alia vocabula adinuẽta ad significãdũ processum intellectualis cõceptiõis, s. ipm dicere & verbũ. Vnde in diuinis intelligere solũ essentialiter dicitur, qa nõ importat habitudinem ad verbũ procedens: sed verbũ personaliter dicitur, quia significat id quod pcedit. Ipsum vero dicere dicitur notionaliter, qa importat habitudinẽ principij verbi ad verbũ ipm. Ex parte aũt volũtatis praeter diligere & amare, quae important habitudinẽ amãtis ad rẽ amatã, non sunt aliqua vocabula imposita, quae important habitudinẽ ipsius impressionis vel affectiõis rei amatae, quae puenit in amãte ex hoc q amat, ad suum principium aut ecõuerso. Et ideo ppter vocabulorũ inopiã huiusmodi habitudines significam' vocabulis amoris & dilectionis, sicut si verbũ nominaremus intelligentiã conceptã, vel sapientiã genitam. Sic igitur inquãtum in amore vel dilectione nõ importatur nisi habitudo amãtis ad rẽ amatam, amor & diligere essentialiter dicuntur, sicut intelligentia & intelligere. Inquantũ vero his vocabulis vtimur ad exprimendã habitudinẽ eius rei quae pcedit p modũ amoris ad suum principiũ, & ecõuerso: ita q per amorẽ intelligatur amor pcedens, & per diligere intelligatur spirare amorẽ pcedẽtẽ, sic amor est nomen personae, & diligere vel amare est verbum notionale, sicut dicere vel generare.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, q Aug. loquitur de charitate secundum quod essentialiter sumitur in diuinis, vt dictum est[e]. a

¶ Ad secundũ dicendum, quòd intelligere & velle & amare licet significẽtur per modum actionum transeũtium in obiect: sunt tamen actiones manentes in agentibus (vt suprà dictum est[e]) ita tamen quòd in ipso agente important habitudinem quandam ad obiectum. Vnde amor etiã in nobis est aliquid manẽs in amãte, & verbum cordis manẽs in dicente: tamẽ cũ habitudine ad rẽ verbo expressam vel amatã. Sed in Deo in quo nullũ est accidẽs, plus habet: qa tã verbũ q̃ amor est subsistẽs. Cũ ergo dicit, q spũssanctus est amor patris in filiũ, vel in quicquã aliud, nõ significat aliquid trãsiens in aliũ, sed solũ habitudo amoris ad rem amatam: sicut & in verbo importatur habitudo verbi ad rem verbo expressam. 81 113 a

¶ Ad tertiũ dicendũ, q spũssanctus dicitur esse nexus patris & filij inquãtũ est amor: quia cũ pater amet vnica dilectione se & filium, & ecõuerso, importatur in spũsancto (prout est amor) habitudo patris ad filiũ, & ecõuerso, vt amantis ad amatũ. Sed ex hoc ipso q pater & filius se mutuo amant, oportet q mutuus amor qui est spũssanctus, ab vtroq; procedat. Secundũ igitur originem spiritussanctus non est medius, sed tertia in trinitate persona. Secundũm vero praedictam habitudinẽ est medius nexus duorum ab vtroque procedens.

¶ Ad quartũ dicendũ, q sicut filio licet intelligat, nõ tñ sibi cõpetit pducere verbũ[e], qa intelligere cõuenit ei vt verbo procedẽti: ita licet spũssanct' amet, essentialr accipiẽdo, nõ tñ cõuenit ei, q spiret amorẽ: qđ est diligere notionaliter sumptũ: qa sic diligit essentialiter vt amor procedens, non vt à quo procedit amor.

ARTICVLVS II.

a *¶ Vtrum pater & filius diligãt se spiritussan.*

AD SECVNDVM sic pceditur. Videtur quòd pater & filius non diligãt se spiritusancto. Augustin. enim in 7. de trinita. probat quòd pater non est sapiens

Quaestio. *¶ Num quando dicitur, pater & filius sunt vnum principium spiritussancti, ly principium supponat confuse.*

¶ In respõsione ad quartum & quintũ, dubium est logicale, motum à Gregorio in duodecima distinctio. primi: tractatúmque à Capreolo in fine, quomodo, scilicet ly principium supponat confuse. Tum quia nullum est confusiuũ. Tum quia si staret cõfuse, liceret descẽdere sub praedicato ad ei': singularia per propositionẽ de disiuncto extremo: quod hic non licet.

298 1. dist. 10. articu. 3. et di. 27. q. 2. ar. 2. q. 2. coro. Et veri. q. 4. arti. 2. 7m.

¶ Ad horum primum dicitur dupliciter. Primo, quòd non oportet quaerere confusiuum, respectu termini communis concreti substãtiui: quia hoc habet ex naturali sua suppositione, vt sanctus Tho. dicit in tertio sententiarum. distinct. prim. quaestio. 2. artic. 4. sed oporteret quaerere discretiuũ, quando supponeret determinate. Secundo dicitur quòd confunditur à ly &, quando est praedicatum.

¶ Ad secundum vero motiuum, similiter dupliciter respondetur. Primo, quòd illa regula nõ habet locum vbi sub praedicato non sunt plura singularia, vt contingit in pposito: singulare enim principij non est pater, aut filius, sed hoc principia: cum autem ibi nõ sint plura numero principia, sed pater & filius sunt vnum numero principium spiritussancti, nõ restat descẽsus ad singularia principij: sed si ad patrem vel filium venitur, iam extra regulam sumus. Et est sophisma figurae dictionis. Secundo dicitur ab aliis concedendo consequentiam, & negando falsitatem consequentis, videre potes in Capreolo. 295

Annot. 164 162 ¶ In responsione ad sextum, aduerte quòd hoc in loco autor determinauit, quod indecise dimisit in primo sententiarum, distinctio. 29. ad vltimum.

Annot. c 163 168 ¶ In responsione ad septimum, aduerte, quòd hoc in loco autor arguit opinionem quam ipse sequutus fuit in primo sententiarum, distinct. 1. & 29. articulis vltimis. Ratio autem in litera adducta examinabitur in tertio articulo. 36. quaestionis, vbi ex proposito tractabitur de adiectiuis & substantiuis.

a *¶ Super Quaestionis trigesimaeseptimae Articulum primum.*

Titulus clarus ex dicẽdis in corpore, & superius discussis, de nomine patris & verbi.

Coment. ¶ In corpore vna est distinctio cum vna conclusione. Distinctio est, amor potest sumi essentialiter & personaliter. Conclusio autem est, amor personaliter est nomen proprium spiritussancti. Manifestatúrque simul quatuor faciendo, tali ordine. Primo ponitur in cõmuni differentia inter processiones diuinas, quo ad notitiam & nominationem spectantium ad ipsas. Secundo ibi. & tamen similiter ponitur cõuenientia inter eas quo ad duo, scilicet modum producendi, quia sicut intelligẽdo se producit verbũ, quod est conceptus rei intellectae in intelligente, ita amando se, pducit impressionẽ seu affectionẽ rei amatę in amante, & numerũ habitudinũ: quasi sicut ibi tres sunt habitudines, scilicet ad rem intellectã & ad verbum: & econuerso, scilicet verbi ad eius principium: ita hic tres sunt, scilicet ad rem amatam, ad affectionem, & istius ad eius principium. Tertio ibi, sed ex parte. in speciali ostẽdit differentiam inter has pcessiões quo ad nominationẽ habitudinũ praedictarum: quia scilicet in intellectu omnes sunt noĩatae. In voluntate autem sola prima, caeteris enim primae nomina accommodantur. Quarto ibi, sic igitur. infert ex dictis distinctionem prius & cõclusionem: deinde, vt clare patet in litera

Annota. ¶ Aduerte hic quòd illa distinctio amoris in essentialẽ & personalem, vt clare ex hoc articulo habetur, non est distinctio rei, sed vocis in suas significationes. Tota eñ ratio distinctiõis est accommodatio vocabuli ad aliam significationẽ: sicut si notitiae nomen accõmodaretur verbo. Vnde nõ sunt duo amores in diuinis, vnus essentialis & alter personalis. Sed ly amor propter penuriam vocabulorum, quandoque significat diuinũ amorẽ: qui proculdubio essentiale quoddam est. Quandoque vero tertiam personã procedentem per modum voluntatis & amoris. Vnde vanus est labor argumentorum Aureol. in trigesimasecunda distinctione prima, apud Capreolum contra hanc distinctionem, inquantum est Sanct. Tho. quoniam sic intelligitur. Reliqua ad hunc articulum spectantia, superius in decimaseptima quęstione discussa sunt.

a *¶ Super quaestionis trigesimaeseptimae Articulũ secũdum.* d 190

Annot. 109 IN titulo aduerte, quòd licet quaestio proponatur de re, dicendo vtrum pater & filius, &c. difficultas tamen circa veritatẽ propositionis versatur. An scilicet propositio ista sit vera, pater & filius diligunt se spiritusancto. De re enim siue diligere sumatur notionaliter, siue essentialiter: constat quomodo se habeant pater & filius & spiritussanctus. 1. dist. 14. q. 1. art. 1. cor. Et di. 32. q. 1. art. 1. Et 4. con. c. 23. fin. & po. q. 2. articu. 9, 11m.

Coment. ¶ In corpore tria facit. Primo ostendit causam difficultatis: secundo refert 5. opiniones: tertio respondet quaesito.

¶ Quo ad primum, ratio

difficultatis est circa propositionem: quia ille ablatiuus spirituisancto videtur importare habitudinem principij respectu dilectionis in patre & filio: quod tamen est impossibile.
¶Quo ad secundum opiniones satis claræ sunt in litera.
¶Quo ad tertium ponit duas cōclusiones iuxta membra distinctionis præmissæ, scilicet diligere sumitur

sapientia genita. Sed sicut filius est sapiens sapientia genita [e], ita spiritussanctus est amor procedens, vt dictum est [e]. Ergo pater & filius non diligunt se amore procedente, qui est spiritussanctus.

¶Præterea, Cum dicitur, pater & filius diligunt se spiritusancto, hoc verbum diligere aut sumitur essentialiter, aut notionaliter. Sed non potest esse vera secundum quod sumitur essentialiter: quia pari ratione posset dici quòd pater intelligit filio. Neque etiam secundum quod sumitur notionaliter: quia pari ratione posset dici quòd pater & filius spirant spiritusancto, vel quòd pater generat filio. Ergo nullo modo hæc est vera, pater & filius diligunt se spiritusancto.

¶Præterea, Eodem amore pater diligit filiū & se & nos. Sed pater non diligit se spiritusancto: quia nullus actus notionalis reflectitur super principium actus. Non enim potest dici quòd pater generat se, vel spirat se. Ergo etiam non potest dici quòd diligat se spiritusancto, secundum quod diligere sumitur notionaliter. Item amor quo diligit nos non videtur esse spiritussanctus: quia importatur respectus ad creaturam: & ita ad essentiam pertinet. Ergo & hæc est falsa, pater diligit filium spiritusancto.

SED CONTRA est quod August. dicit 6. de trini. quòd spiritussanctus est quo genitus à generante diligitur, genitorémque suum diligit.

CONCLVSIO.

¶Pater & filius nō diligunt se spiritusancto prout diligere essentialiter sumitur, diligunt autem se si diligere notionaliter accipiatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hanc quæstionem difficultatem affert, quòd cum dicitur, pater diligit filium spiritusancto, cum ablatiuus construatur in habitudine alicuius causæ, videtur quòd spiritussanctus sit principium diligendi & patri & filio: quod est omnino impossibile. Et ideo quidam dixerunt hanc esse falsam, pater & filius diligunt se spiritusancto. Et dicunt hanc esse retractatam ab Augu. in suo simili. cum scilicet retractauit istam, pater est sapiens sapientia genita. Quidam vero dicunt quòd est propositio impropria: & est sic exponenda, pater diligit filium spiritusancto, id est amore essentiali, quo appropriatur spiritussanctus. Quidam vero dixerūt quòd ablatiuus iste construitur in habitudine signi: vt sit sensus, spiritussanctus, est signum quòd pater diligat filium, inquantum procedit ab eis spiritussanctus vt amor. Quidam vero dixerunt quòd ablatiuus iste construitur in habitudine causæ formalis, quia spiritussanctus, est amor quo formaliter pater & filius se inuicem diligunt. Quidam vero dixerūt ꝙ construitur in habitudine effectus formalis. Et isti propinquius ad veritatem accesserunt. Vnde ad huius euidentiam sciendum est, quòd cum res communiter denominentur à suis formis, sicut album ab albedine, & homo ab humanitate: omne illud à quo aliquid denominatur, quantum ad hoc habet habitudinem formæ. Vt si dicam, iste est indutus vestimento, iste ablatiuus construitur in habitudine causæ formalis, quamuis non sit forma. Contingit autem aliquid denominari per id quod ab ipso procedit, non solum sicut agens actione, sed etiam sicut ipso termino actionis qui est effectus, quando ipse effectus in intellectu actionis includitur. Dicimus enim quòd ignis est calefaciēs calefactione: quāuis calefactio nō sit calor, qui est forma ignis, sed actio ab igne procedens. Et dicimus quòd arbor est florens floribus: quāuis flores non sint forma arboris, sed quidam effectus ab ipsa procedentes. Secundū hoc ergo dicēdum, quòd cum dilgere in diuinis dupliciter sumatur, essentialiter, scilicet & notionaliter. secūdū quod essentialiter sumitur, sic pater & filius non diligunt se spiritusancto, sed essentia sua. Vnde August. in 2. de tri. Quis audet dicere patrem nec se nec filium nec spiritumsanct. diligere nisi per spiritūsanctum? Et secundum hoc procedunt primæ opiniones. Secundum vero quod notionaliter sumitur, sic diligere nihil est aliud quàm spirare amorē, sicut dicere est producere verbum, & florere est producere flores. Sicut ergo dicitur arbor florens floribus, ita dicitur pater dicens verbo vel filio se & creaturam. Et pater & filius dicuntur diligentes spiritusancto, vel amore procedente, & se & nos.

AD PRIMVM ergo dicēdū, quòd esse sapientem, vel intelligentem, in diuinis non sumitur essentialiter [e]. Et ideo non potest dici quòd pater sit sapiens, vel intelligens filio. Sed diligere sumitur non solum essentialiter, sed etiam notionaliter. Et secundum hoc possumus dicere quòd pater & filius diligunt se spiritusancto, vt dictum est [e].

¶Ad secundū dicēdū, ꝙ quando in intellectu alicuius actiōis importatur determinatus effect⁹, potest denominari principium actionis ab actione & ab effectu: sicut possumus dicere ꝙ arbor est florēs floritione & floribus. Sed quādo in actione nō includitur determinatus effectus, tunc non potest principium actionis denoīari ab effectu, sed solū ab actione. Non em̄ dicimus ꝙ arbor producit florē flore, sed productione foris. In hoc igitur qđ dico, spirat vel generat, importatur actus notionalis tm̄. Vnde non possumus dicere ꝙ pater spiret spiritusancto, vel generet filio. Possumus autē dicere quòd pater dicit verbo tanquā persona procedente, & dicit dictione tanquā actu notionali: quia dicere importat determinatam personam procedentem: cum dicere sit producere verbum. Et similiter diligere, prout notionaliter sumitur, est producere amorem. Et ideo potest dici quòd pater diligit filium spiritusancto tanquam persona procedente, & ipsa dilectione tāmque actu notionali.

¶Ad tertium dicendum, quòd pater non solum filium, sed etiam se & nos diligit spiritusancto: quia (vt dictū est [e]) diligere prout notionaliter sumitur, non solum importat productionem diuinæ personæ, sed etiā personam productam per modū amoris, qui habet habitudinem ad rem dilectā. Vnde sicut pater dicit se & omnem creaturam verbo qđ genuit inquātum verbum genitum sufficienter repræsentat patrem & omnem creaturā: ita diligit se & omnem creaturam spiritusancto, inquantum spiritussanctus procedit vt amor bonitatis primæ, secundum quam pater amat se & omnem creaturā. Et sic etiam patet quòd respectus importatur ad creaturam, & in verbo [e] & in amore procedente quasi secundario, inquantum scilicet bonitas & veritas diuina est principium intelligendi & amandi omnem creaturam.

b dupliciter, essentialiter
189 & notionaliter. Prima
162 conclusio est, quòd su-
198 mendo dilligere essentialiter, pater & filius non diligūt se spiritusancto. Secūda est, quod sumendo diligere notionaliter, pater & filius diligūt se spiritusancto. Declarat eas ac probat, trahendo quintam opinionem ad bonum sensum ex duobus fundamentis: alterum est de ly formalis, alterum de modo denominandi. Primum igitur est, omne denominans vt sic habet rationē formalis. Et declaratur dupliciter. primo quia res communiter à formis denominātur. secundo exemplo de vestimento. Secundum vero est, producens denominari pōt ab eo qđ ab ipso procedit, nō solum vt actio, sed etiā vt effectus: sed hoc quando ipse effectus in intellectu actionis clauditur. Prima pars huius declaratur in igne & calefactione. Secūda autem in arbore & floribus. ex his enim subiuncto intellectu ipsius, diligere notionaliter pro secunda conclusione talis est formāda ratio, quandocunque in intellectu actionis clauditur effectus, agens potest denominari ab actione & effectu: sed diligere notionaliter sumptum, est actio huiusmodi. ergo pater & fili⁹ possunt denominari & dilectione & spiritusancto. Minor declaratur dupliciter, primo exponēdo ly diligere notionaliter, secūdo ex simili illi dicere. Prima autem cōclusio Aug. autoritate probata relinquitur, vtpote euidens.

Annota. ¶Circa hęc dicta pro secunda conclusione dubium est multiplex. Scotus enim in 1. distinctio. 32. quæstione prima, arguit quadrupliciter. Primo contra fundamētum positionis, ædificare importat ædificium, cum sit eadem facere: & tamen non dicitur, ædificator ædificat ædem, & in proposito, spirare importat spiritum, Est em̄ emittere spiritum. & tamen non conceditur ꝙ spirent spiritusancto. ergo fundamentum nullū. Secundo, dato quòd talis positio quandoque concederetur, nō tamen esset conuersiua super agens: quod tamen in proposito accidit, cum dicitur, diligunt se. Tertio, in cōstructione trāsitiua nūquam effectus vt effectus construitur in ablatiuo: diligere autem est verbum transitiuum, ergo. Quarto arguit cōtra exemplū de florere: dupliciter, primo, quia florere non est florem producere. Tum quia est verbum neutrum, quod significat idem quod suum adiectiuum, si esset impositum: sicut calere est esse calidum. Tum quia addit Aur. si Deus arbori flores imprimeret, nihil minus arbor diceretur florere. Tum quia exemplum non est simile. quia ablatiuus in verbo neutro, quale est florere, non construitur vt terminus actionis. in proposito autem est sermo de termino actionis in ablatiuo, respectu verbi actiui quale est diligere.

¶Ad euidentiam huius ambiguitatis nota duo. Primo quòd cum in fundamento positionis dicitur, quando intellectu actionis, &c. dupliciter intelligi pōt. primo de intellectu actionis absolute. secūdo, de intellectu actionis sic significatæ. In proposito nō intelligitur primo, sed secundo. Actus enim notionalis quo pater & filius producūt spiritumsanctum, vnius tantū rationis est absolute. Alterius tamen est significatus nomine spirare & nomine diligere: pro quanto aliquid in ratione sua, vt significatur dilectionis nomine, quod nō claudit, vt significatur spiratiōis vocabulo: vt in litera habetur in responsione ad secundū. Secundo aduerte, ꝙ in intellectu actus sic significati claudi effectū, cōtingit dupliciter. Vno modo vt specificantem seu determinantē qualitatem actionis: sicut in dealbare clauditur albedo, & in calefacere clauditur calor: & sic de aliis: 198 vt em̄ ostendatur, ꝙ non quodcūq; facere, sed tale significet, calefacere & dealbare & ædificare dicimus. Secundo modo clauditur effectus vt cōiūctus illi actiōi, vt productum suæ productioni: vt in ly dico, vocaliter sumpto, claudit verbū vocale: est em̄ dicere, verbū pferre. Et hoc modo sumitur in proposito: ita ꝙ sensus illius fundamēti est, quādocūque in intellectu actiōis tali termino significāte, claudit effect⁹ vt effectus cōiūctus suę pductioni. tūc producens denoīari pōt ab illo effectu in ablatiuo, &c. Et si quęrat causa quare q dā termini sic significāt & q dā nō, nō est alia rō, nisi q a hi sunt impositi ad sic significādū, hi aūt nō. Discernuntur tamē hi ab illis ī hoc ꝙ verba sic includentia effectū, si cōstruuntur cū aliquo alio transitiue nō significātur habere habitudinem ad aliud producentis ad productum, vt patet quum Sortes dicit historiā Troiæ. Illa vero sic, vt pater dicendo, Sortes ædificat celū: b Et hoc ex prima oritur differentia: quia scilicet illa claudunt in se propriū effectum, ista non. Et sic habitudo ad effectum manet in illis immutata quo ad terminū: in istis aūt determinatur scdm adiunctū. His autē statibus ad primā patet rňsio, negādo assumptū: qm̄ ædificare, spirare, & alia hmōi nō important effectū nisi specificatiue. ¶Ad secūdū aūt dicitur, 192 ꝙ pōt fieri cōstructio cōuersiua super se, qñ obiectum actus potest esse ipsum agens, vt accidit in proposito, & in similibus. potest enim Sortes dicere seipsum, non minus quàm Troiæ historiam.
¶Ad tertium autem negatur quoque assumptum in verbis claudentibus in se effectum & transeuntibus super obiectum: qualia sunt diligere, dicere, &c. construuntur enim cū obiecto transitiue, vt termino transitus in accusatiuo: & cum effectu vt denominante: vt patet dicendo, Sortes dicit verbo historiam. Ad ea vero quæ quarto loco contra exemplum de florere adducuntur, facile dici potest: quòd exempla ponimus non vt ita sit, &c. Veruntamen sustinendo exemplum, dicimus quòd florere, vere significat flores emittere, vt patet ex vsu loquentium. Nec huic repugnat neutralitas verbi: quoniā hæc ad modum significādi spectat, non ad significatum. Si autem Deus flores imprimeret, quanuis vere diceretur arbor florida, non tamen quòd floruit. esset enim ista vera: arbor quæ non floruit, est florida. Vltimum quoque assumptum falsum esse in hoc exemplo apparet, nec oppositum ab eis est probatum. Et aduerte quòd in hac materia satis iudicio meo est rationabilia afferre ratione materiæ, scilicet vocabulorum. Hæc enim omnia ex terminis sic significantibus accidunt. Vnde & in responsione ad secundum patet, quòd & si cōuenienter dicatur, Sortes dicit verbo historiam: inconuenienter tamen poneretur loco dicit, totum eius significatum, dicendo, Sortes profert verbo historiam Troiæ. Hoc enim ex diuersa habilitate terminorum ad constructionem accidit, quia scilicet ly profere, non potest construi cum illo effectu denominante, ly autem dicit, sic. Et simile est de spirare & diligere respectu spiritus sancti: generare & dicere respectu verbi, vt patet in litera.

QVAESTIO TRIGESIMAOCTAVA DE NOMINE SPIRITUSSANCTI, QUOD EST DONUM, IN DUOS ARTICULOS DIUISA.

CONSEQVENTER quæritur de dono. ¶Et circa hoc quæruntur duo. ¶Primo, vtrū donū posit esse nomē psonale. ¶Scđo, vtrū sit ꝓpriū spūssācti.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum donum sit nomen personale.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ donum non sit nomen personale. Omne enim nomen personale importat aliquam distinctionem in diuinis. Sed nomē doni non importat aliquam distinctionem in diuinis. Dicit em̄ Aug. 15. de tri. ꝙ spūssanct. ita dat, sicut Dei donū: vt etiā seipsum det, sicut Deus. Ergo donū nō est nomen personale.

¶Præterea, Nullū nomen personale conuenit essentiæ diuinæ. Sed essentia diuina est donum qđ pater dat filio, vt patet per Hil. 8. de tri. Ergo donum non est nomen personale.

¶Præterea, Secundum Dama. nihil est subiectum aut seruiens in diuinis personis. Sed donum importat quandam subiectionem, & ad eum cui datur, & ad eum à quo datur. Ergo donum non est nomen personale.

¶Præterea, donū importat respectū ad creaturam. Et ita videt̃ de Deo dici ex tpe. Sed noīa psonalia dicuntur de Deo ab æterno, vt pater & filius. Ergo donū non est nomen personale.

SED CONTRA est qđ Augu. dicit 15. de tri. Sicut corp⁹ carnis nihil aliud est quàm caro: sic donū, s.s. nihil aliud est quàm s.s. Sed spi. s. est nomen personale. Ergo & donum.

CONCLVSIO.

¶Cum personæ diuinæ conueniat alicuius esse per originem, & haberi à creatura rationali non ex propria virtute, competit necessario personæ diuinæ donum esse, & dari.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ in nomine doni importatur aptitudo ad hoc ꝙ donetur. Quod aūt donatur, habet aptitudinem vel habitudinem, & ad id à quo datur, & ad id cui datur. Non enim daretur ab aliquo nisi esset eius: & ad hoc alicui datur, vt eius sit. Persona autē diuina dicitur esse alicuius, vel secūdū originē, sicut fili⁹ est patris: vel inquātū ab aliquo hr̃. Habere aūt dicimur id quo libere possumus vti vel frui [e] vt volumus. Et per hunc modum diuina persona non potest haberi nisi à rationali creatura Deo coniuncta. Aliæ autem creaturæ moueri possunt à diuina persona: non tamen sic, quòd in potestate earum sit frui diuina persona, & vti effectu eius. Ad quod quandoque pertingit rationalis creatura: vtputa cum sic sit particeps diuini verbi & ꝓcedentis amoris, vt posit libere Deū vere cognoscere & recte amare. Vnde sola creatura rationalis potest habere diuinā personam. Sed ad hoc quòd sic eam habeat, non potest propria virtute peruenire. Vnde oportet ꝙ hoc ei desuper detur. Hoc em̄ dari nobis dicitur qđ aliūde habemus. Et sic diuinæ personæ competit dari & esse donum.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ nomen doni importat distinctionē personalem secundū quod donum dicitur esse alicuius per originē. Et tamen spiritussanctus dat seipsum inquantū est suiipsius, vt potens se vti, vel potius frui: sicut & homo liber dicitur esse suiipsius. Et hoc est quod Augu. dicit super Ioā. Quid tam tuū est q̃ tu? Vel dicendum, & melius, ꝙ donum oportet esse aliquo modo dantis. Sed hoc esse huius dicitur multipliciter. Vno modo per modū identitatis, sicut dicit Aug. super Ioā. Et sic donum nō distinguitur à dāte, sed ab eo cui datur. Et sic dicitur ꝙ spiritussanctus dat se. Alio modo dicitur aliquid esse alicui⁹, vt possessio vel seruus. Et sic oportet ꝙ donum essentialiter distinguatur à dante. Et sic donum Dei est aliquid creatū. Tertio modo dicitur hoc esse huius per originem tantum. Et sic filius est patris, & spiritussanctus vtriusq;. Inquantum ergo donū hoc modo dicitur esse dantis, sic distinguitur à dante personaliter, & est nomen personale.

¶Ad secundū dicendum, quòd essentia dicitur esse donum patris primo modo [e]: quia essentia est patris per modum identitatis.

¶Ad tertiū dicendū, ꝙ donū secūdū qđ est nomen personale, non importat subiectionē: sed originē tantū in cōparatione ad dantē. In cōparatione vero, ad eum, cui datur, importat liberum vsum vel fruitionem, vt dictum est [e].

¶Ad quartū dicendū, ꝙ donū non dicitur ex eo quòd actu datur, sed inquantū habet aptitudinem vt posit dari. Vnde ab æterno diuina persona dicitur donū, licet ex tempore detur. Nec tamen per hoc, ꝙ importatur respectus ad creaturam, oportet quòd sit essentiale: sed quòd aliquid essentiale in suo intellectu includatur, sicut essentia includitur in intellectu personæ, vt suprà dictum est [e].

ARTICVLVS II.

a *¶Vtrum donū sit proprium nomen spūssancti.*

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur quòd donum non sit proprium nomen spiritussan. Donum enim dicitur ex eo ꝙ datur. Sed sicut dicitur Isa. 9. Filius datus est nobis: ergo esse donum conuenit filio, sicut spiritui sancto.

¶Præterea, Omne nomen proprium alicuius personæ significat aliquam eius proprietatē. sed hoc nomen donum nō significat proprietatem aliquā spiritussancti. Ergo donum non est proprium nomen spiritussancti.

¶Præterea, Spiritussanctus potest dici spiritus alicuius hominis, sed non potest dici donū alicuius hominis, sed solum donum Dei. Ergo donū non est proprium nomen spiritussancti.

a *¶Super Quæstionis trigesimaoctauæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo aduerte quòd vt patet ex introductione huius quæstionis in litera, præsentis intentionis est quærere an donum sit nomen personale, non necessario, sed possibiliter, id est an secundum aliquam eius significationē sit nomen personale, cum eo vtimur in diuinis.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio respōsiua quęsito affirmatiue. Diuinæ
228 personæ competit donum esse & dari. Probatur sic, Diuinæ personæ conuenit esse alicuius per originem, & haberi à creatura rationali sola, non ex propria virtute: ergo conuenit sibi donum esse & dari. Antecedens quo ad primam partem patet, quia filius est patris per originem. Quo ad secundum vero, quia creatura rationalis libere potest frui persona diuina, & vti eius effectu. Quo ad tertiam aūt, quia nulla alia creatura potest adduci in potestatem fruendi diuina persona. Quarta demū per se patet. Consequētia autē probatur ex tribus cōditionibus doni, s. ꝙ sit alicuius vt donatoris, & possit haberi ab eo cui est donabile: & ꝙ sit suprà vires illius, id est nō debitū illi. Et primæ quidā conditiones ponuntur in principio literæ: atq; probantur ad hoc quòd donum importat aptitudinem vt donetur. Tertia autem ponitur in calce literæ. Et si vis potes vertere hanc rationem, & conditiones doni assumere pro antecedente.

a *¶Super Quæstionis trigesimaoctauæ Articulum secundum.*

Coment. TItulus ex prædictis est clarus.
¶In corpore est vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Donum personaliter sumptum in diuinis est proprium nomen spiritussancti. Et probatur. Donum est datio irreddibilis: ergo claudit in se rationem gratuitæ donationis: ergo amorem. ergo amor est primum donum. ergo spiritussanctus procedit vt primum donum: & sic donum est eius proprium nomen. Antecedens patet autoritate Philosophi. Prima vero consequentia explanatur, quia irreddibilis datio est gratuita donatio. Secunda autem, quia ideo gratis damus alicui, quia bonum illi volumus. Tertia autem, quia amor cum hoc quòd est ratio dandi, est etiam datum. Quarta autem, quia solus spiritussanctus procedit vt amor. Et confirmatur conclusio autoritate Augustini.

¶Num donum significet personalem proprietatem spiritussancti, & nū procedat spiritussanctus vt amor.

Quæstio. ¶Circa prædicta occurrit primo commune dubium, an donum significet primo proprietatē personalē spiritussancti, vel respectū aptitudinalem ad creaturas rationales, vel aliquid aliud. ¶Occurrit quoque dubium ex Aureo, apud Capreolum in 18. distinct. primi, multiplex. Tum quia hæc litera cōtradicit quæstioni præcedenti. Ibi siquidem dictum est quòd spiritussanctus procedit vt impressio. hic autem quod procedit vt amor. Tum quia hoc dictum est falsum. Si em̄. spi. san. procedit vt amor, igitur quo spiritus, eo amor: igitur eo Deus bonus & sapiens, &c. quoniā amor essentiale quid est. Tum quia cum dicitur spiritussanctus procedit, vt amor, aut ly amor sumitur essentialiter, aut personaliter. Si essentialiter, nō est ad propositum. Et etiam sequeretur quòd spiritussanct⁹ ex vi processionis suæ specialem clauderet causalitatem respectu creaturę: illam, scilicet quam claudit amor essentialiter dictus. Si personaliter, consequentia nihil valet, ergo procedit vt donum primum: quoniam ratio primi doni probata est de amore essentialiter dicto: is enim est ratio omnis gratuitæ collationis.

172 ¶Ad horum euidētiam sciendum est, quòd do-
191 num in communi tria
a manifeste importat, scilicet rem donabilem, respectum donabilitatis,
202 & respectum quasi pos- 1. dist. 18.
sessionis, id est, quòd est *articu. 1.*
filius qui potest illud do *Et ver. q.*
nare. Sed rem donabi- *7. arti.*
lem importat denomi- *3.5.*
natiue: quia denominat illam. Respectum vero donabilitatis, id est, vt aptum sit alteri donari, significat primo, vt ex litera sumitur vtriusque articuli. Ex hac enim parte in vtroq; processit articulo, vt patet intuenti. Respectum vero ad donatorem cum significat magis (iudicio meo) q̃ significet. Vel dicatur quòd significat illū secundario. Donum autē in diuinis personaliter, quia primum donum denominat amorem vt rem donabilē: quia donantis per originē est, relationē processionis constitutiuæ spūssancti significat: q a vero donabile creaturis tm̄ rationalibus, respectū rationis ad eas significat. Eodē (iudicio meo) ordine, quem diximus in dono in cōmuni. Veruntā non est idem ordo in re, qui est in significari. Spiritui nāque sancto primo conuenit sua proprietas personalis, ratione cuius est patris & filij donantiū: secundo amor, ratione cuius dicitur primo donabilis: & tertio respectus donabilitatis. Quòd em̄ respectus donabilitatis cōueniat spiritusancto, ratione amoris essentialis inclusi, & ratione probatur, q a scilicet nullū personale, vt sic includit respectū ad creaturas. Et literæ testimonio cōuincit̃ in rñsione ad quartum primi ar. vbi expresse docemur, ꝙ sicut in diffinitione personæ claudit̃ aliqd essentiale, ita in rōne doni, & ꝙ ratione illius essentialis importatur respectus ad creaturā, & ratione notionalis est nomen personale. Quòd autē amor essentialis claudatur in doni nomine, ex eodem patet fundamento: quia s. respectus ad creaturam exigit aliquid essentiale claudi in significante ipsum. Vn̄ secundū rē & secundū nomen, excepto ordine signifi-

candi,donū se habet vt verbū.Sicut eñ verbū tria dicit,s.respectū originis,notitiā,& respectū ad res dictas & faciēdas : ita donū dicit respectū originis,amorē, respectum ad amata & susceptiua doni.Et sicut ibidē argumētū à rebus ad noīa, & ecōuerso nō tenet:qm̄ nō valet,verbū inquantū verbū dicit respectū ad res dictas,ergo proprietas filij dicit talē respectū,nec ecōuerso ꝓprietas filij non dicit respectū talem: ergo nec verbū inquātū verbū,qm̄ plus importat verbi nomē,q̄ proprietas illa:ita proportionaliter de dono cēsendū est. Non eñ valet à doni noīe arguere ad ꝓprietatē spūssancti,aut ecōuerso : qm̄ pl⁹ includit doni nomen,vt patet ex dictis. Esto igit̄ cautus intuēdo,an de rebus pure sit sermo,an digrediatur ad res sub nominibus. Si enim de rebus pure est sermo,nulla persona ꝓcedēs ex vi ꝓcessiōis suæ, habet aliquā rem realē, aut rōnis propriā, nisi relationem originis, quæ est idē qđ ipsa.Et sic neq; personæ verbi conuenit notitia seu respectus ad res dictas, neq; personæ spūssancti amor, seu relatio vt donet. Sed si de eisdē personis vt significantur his terminis, s. verbo & dono,est sermo,tunc dicim⁹ verbi personæ esse
198 ꝓpriū respectū ad res dictas,& doni ꝑsōæ respe-
168 ctū ad res doni capaces, &c.& ꝑ hoc patet solutio argumentorū multorum apud Capreolū,vbi supra, volentiū ꝙ respectus donabilitatis nō est proprius alicui personę. Hoc enim est verum rōne,ꝓprietatis personalis simpliciter consideratæ: falsum autē rōne absoluti inclusi non extraneæ: sed vt in obliquo cadentis in eius rōne, sicut in diffinitiōe ꝑsonæ ponit̄ rōnalis natura. & si diffinires̄ ꝑsona diuina,caderet in eius rōne natura diuina: & sir̄, si diffiniretur verbū diuinū,diffinires̄ per notitiā diuinā:& similiter donū per amorem diuinū,&c. Ad argumenta ergo Aureo. veniendo, dicitur quòd ex inopia vocabulorum modo dicitur ꝙ spūssan
200 b d ctus ꝓcedit vt impressio, modo vt impulsus: modo vt amor, &c. vt vel tot nominib⁹ rē obscurā,atq; innominatā significare possimus.

¶Præterea,Spiritussan.potest dici spūs alicuius hominis: sed nō potest dici donum alicuius hominis,sed solum donum Dei. Ergo donum non est proprium nomen spiritussancti.

¶SED CONTRA est,qđ Aug.dicit in 4.de tri.Sicut natū esse est filio à patre esse,ita spiritumsanctū donū Dei esse est à patre & filio ꝓcedere.Sed spi.s.sortitur ꝓprium nomen inquantū ꝓcedit à patre,& filio. Ergo & donum est proprium nomen spiritussancti.

CONCLVSIO.

¶Cum spiritussanctus procedat in diuinis vt amor, donum est ei proprium nomen & personale.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ donū secūdum quod personaliter sumitur in diuinis, est proprium nomen spiritussancti.

¶Ad cuius euidentiā sciendū est, ꝙ donū proprie est datio irreddibilis, scd̄m Philosophū, id est,ꝙ nō datur intētione retributiōis. Et sic importat gratuitā donationē.Rō aūt gratuitæ donationis est amor:Ideo enim damus gratis alicui aliquid,qa volumus ei bonū. Primū ergo,ꝙ damus ei, est amor quo volumus ei, bonū. Vñ manifestū est,ꝙ amor habet rōnē primi doni,per qđ omnia dona gratuita donant̄. Vñ cū s.s.ꝓcedat vt amor (sicut iā dictū est [e]) procedit in rōne doni primi.Vnde dicit Aug. 15.de tri.ꝙ per donum quod est spi.san.multa propria dona diuiduntur membris Christi.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum,ꝙ sicut filius, quia procedit per modum verbi, ꝙ de ratione sua habet ꝙ sit similitudo sui principij,dicitur proprie imago, licet etiā spiritussanctus, sit similis patri : ita etiam spiritussanctus quia à patre procedit vt amor, dicitur proprie donum,licet etiam filius detur. Hoc enim ipsum,ꝙ filius datur, est ex patris amore, secundum illud Ioan.3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ in nomine doni importatur quòd sit dantis per originem. Et sic importatur proprietas originis spiritussancti,quæ est processio.

¶Ad tertium dicendum, quòd donum anteq̄ detur,est tm̄ dantis:sed postq̄ dat̄, est eius cui datur.Quia igitur donū non importat dationē actu,nō potest dici ꝙ sit donū hoīs, sed donū Dei dantis [e]. Cum autem iam datum est, tunc hominis est vel spiritus vel datum.

Quòd autē addit̄ falsum esse,ꝙ spūssctūs ꝓcedit vt amor,negat̄, qm̄ hoc cōe dictū sctōrū esse videt̄: Et ad primā in oppositū probationē neganda est sequela, de amore essentiali loquēdo,qm̄ nō eo spi.s.quo amor,quāuis eadē ꝓcessione sit,spi.s.& De⁹, & amor. & beatus,&c.vt patet per Aug.& Hila.in 18.dist.primi.Ad secundā vero dicitur ꝙ ly amor sumitur personaliter, & ꝙ valet cōsequētia:spi.s.ꝓcedit vt amor,id est vt impressio amādo ꝓcedēs:ergo ꝓcedit vt primū donū,qa amor essentialr̄ sumptus ex mō ꝓcedēdi claudit̄ in rōne illius impressionis in obliquo,sicut diximus de verbo respectu notitiæ,& ꝑsona respectu naturę.Et sic nihil obstat ꝙ de amore essentiali ꝓbatū sic esse donū,& tñ hoc conueniat amori personaliter sumpto rōne illius inclusi. Quāuis dici possit & vere,ꝙ esse primū donū ꝓbat̄ de impressione illa in cōi,& deinde ascēdendo ad diuina infert̄ cōuenire spūisancto,q. est illa impressio.Sed qm̄ est res relatiua,& iste respectus doni inuenit̄ conuenire impressioni in communi ratione absoluti,ideo subintelligimus ꝙ spiritusancto cōueniat hoc ratione absoluti, vt clausi in ratione respectiui. Posset & tertio dici, quòd cum spiritussanctus procedit vt amor,ly vt,notat modum amoris essentialis : quoniam reuera ad modū illius procedit.Et sic ex modo procedendi magis quàm ex proprietate procedētis,probatur,donum quo ad respectum rationis ad illius susceptiua esse propriū nomen spiritussancti : cointellecta relatione originis.Et ne fallaris in huiusmodi noībus plura importātibus, iudica de eis,sicut de cōplexis ex notionali,& essentiali,puta sapiētia genita,amor ꝓductus, & similibus.Quod licet eñ horū propriū nomen est alicuius ꝑsonæ, rōne totius coniuncti similis,vel vna pars ratione alterius inter propria cōputatur, sic enim accidit de dono & similibus,vt de se patet resoluēdo clausa in eorum significationibus.

a ¶Super quæstionis trigesimanonæ Articulum primum.

Annot. IN titulo ly idem,significat identitatem realem.

Comēt. ¶In corpore quatuor facit. primo reddit rationem quæsiti,secundo refert opinionem quandam ibi,& quia Boë.tertio improbat eam ibi,sed sicut suprà ostensum est.quarto respondet quæsito ibi, ex quo sequitur.

¶Quo ad primum aduerte,ꝙ potuisset obiici autori superfluitas huius articuli. Quoniā superius in q.3.de diuina simplicitate quæsitū & determinatum fuit in Deo esse idē oīno suppositū cū essentia. Et ꝓpterea in principio huius articuli rationē necessitatis eius assignauit,intēdens ꝙ quātū est ex parte simplicitatis,quæstio ista manifesta erat,nec iterāda,sed ex parte trinitatis suppositorū seu ꝑsonarū ostēsæ postmodū in vnitate essentiæ difficilis emersit.qō. Et ꝓpterea de nouo discutiēda: tunc eñ non erat locus huic tractatui.

¶Quo ad secundum opinionē (vt videtur) Porretanorum refert, ꝙ persona non est idem quod essentia: quia relatio est tantū assistens, & consequenter nō transit in essentiam.ergo nec persona,cum sit ipsa relatio.

¶Quo ad tertiū reprehēditur hæc opinio, ꝙ falsum antecedēs assumat: qa relatio in reb⁹ creatis non solū assistit, sed inest: ergo in Deo non solum adest : sed substantiale esse habet vt latius in 24. quæst.dictū est.

¶Quo ad quartum conclusio respōsiua est.Persona est idē realiter qđ essentia,ipsę tñ personæ inter se distinguuntur realiter. Et ꝓbatur quo ad vtranque partē, persona est relatio subsistēs in diuina natura: ergo est idem realiter quod essentia,& distincta realiter ab altera persona relatiue illi opposita.Et probatur sequela, quia relatio in Deo comparata ad essentiam non differt re,sed ratione tātū. Cōparata aūt ad oppositam relationem, habet distinctionē realem, & hoc vi oppositionis relatiuæ realis.

202 Suprà q. 3. art. 3. Et 1. distinc. 34. q.1.art.1.

¶Num persona ab essentia distinguatur tantū secūdū rationem. Quæstio.

¶Circa illam propositionem relatio seu persona non differt re,sed ratione tantum ab essentia
53 diuina,occurrunt obiectio-
174 nes Sco. in primo dist.2. q. 4. vult eñ quòd persona & essentia distinguantur sine omni actu intellectus. Arguit ergo rationibus & autoritatibus.Prima ratio est, pater secluso actu intellect⁹ habet in re entitatē cōicabilem & entitatem incōicabilem : ergo habet in se rem diuersarum rationum formalium:probatur sequela. quia si esset res vnius rationis in se, vel esset tantū cōmunicabilis, vel tantū incōmunicabilis:quorū vtrunq; est hæreticum. Secunda ratio est,pater intelligens in primo signo originis se, aut intelligit essentiam & paternitatē, vt duo obiecta formaliter distincta, aut nō. si sic, habetur intentū:quia cognitio intuitiua est rei secundū esse præsens in se:si nō, ergo distinguūtur tantū in modo cōcipiendi:ergo ex distinctione inter ea nō est hoc cōicabile,& hoc incōmunicabile.& tenet sequela,quia distinctio secūdū modū concipiendi nihil facit in re.Autoritates autem sunt Aug.7.de tri.omnis essentia quæ relatiue dicitur,est aliquid excepto relatiuo.Et rursus ibidem,si pater nō est aliquid ad se,non est ad aliud.Et rursus,de filio nō eo verbum quo sapientia,Ex his enim omnibus patet,non idem esse formaliter in rem absolutam & ad aliud.

¶Ad euidentiā horū scito,ꝙ sicut in Deo secūdū rem siue in ordine reali est vna res non pure absoluta,nec pure respectiua, nec mixta, aut composita, aut resultās ex vtraq;,sed eminentissimē & formaliter habens quod est respectiui, imò multarum rerum respectiuarum, & quod est absoluti:ita in ordine formali seu rationum formaliū secūdum se,non quo ad nos loquendo,est in Deo vnica ratio formaliter,nō pure absoluta nec pure respectiua,nō pure cōicabilis nec pure incōmunicabilis,sed eminentissime ac formaliter cōtinens,& quicquid absolutę perfectiōis est,& quicquid trinitas respectiua exigit. Oportet aūt sic esse: qa oportet cuilibet simplicissimæ rei secūdū se maxime vni, respōdere vnā adæquatā rationē formalē.Alioquin nō esset per se primo vnū intelligibile à quouis intellectu.
63 Et confirmatur,quia verbū Dei vnicū tantum est.Cōstat eñ verbū,si perfectū est adæquare id cuius est.Fallimur aūt ab absolutis & respectiuis ad Deū procedendo:eo ꝙ distinctionem inter absolutum & respectiuū quasi priorē re diuina imaginamur:& consequenter illam sub altero membro oportere poni credimus : & tamē est totum oppositū. Quoniā res diuina prior est ente & omnibus differentiis eius,est enim super ens & super vnum,&c.Et propterea quēadmodū virtutes inferiores non [illegible] articulatæ ac distinctæ inter se ad vnā solis virtutem etiam formaliter eleuantur, multo magis absolutū & respectiuum ad vnā rē & rōnem formalem diuinā eleuantur. Vnde ad primū Scoti negat̄ cōsequentia. Et ad probationem eius negatur assumpta conditionalis,ex hoc enim ꝙ est vnius rōnis in se:non

QVAESTIO TRIGESIMA nona de personis ad essentiam relatis,in octo articulos diuisa.

POST ea, quæ de personis diuinis absolute tractata sunt, considerandum restat de personis in comparatiōe ad essentiam,& ad proprietates, & ad actus notionales, & de cōparatione ipsarum adinuicem.

¶Quantum igitur ad primum horum octo quæruntur. ¶Primo, vtrum essentia in diuinis,sit idem quod persona. ¶Secundo,vtrum dicendum sit quòd tres personæ sunt vnius essentiæ. ¶Tertio, vtrum nomina essentialia prædicanda sint de personis in plurali,vel in singulari. ¶Quarto, vtrum adiectiua notionalia,aut verba, vel participia prædicari possint de nominibus essentialibus cōcretiue acceptis. ¶Quinto,vtrum prædicari possint de nominibus essentialib⁹ in abstracto acceptis. ¶Sexto, vtrum noīa personarū prædicari possint de nominibus essentialibus cōcretis. ¶Septimo, vtrū essentialia attributa sint approprianda personis. ¶Octauo, quòd attributum cuique personæ debeat appropriari.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum in diuinis essentia sit idem quod persona.

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ in diuinis, essentia non sit idem quod persona. In quibuscūque enim essentia est idem quod persona, seu suppositum,oportet quòd sit tantum vnum suppositū vnius naturæ, vt patet in omnibus substantiis separatis. Eorum enim quæ sunt idem re, vnum multiplicari non potest quin multiplicetur & reliquum. Sed in diuinis est vna essentia [e],& tres personæ, vt ex supradictis patet [e].Ergo essentia nō est idem quod persona.

¶Pręterea, Affirmatio & negatio simul & semel nō verificant̄ de eodē. Sed affirmatio & negatio verificant̄ de essentia & persona. Nā persona est distincta, essentia vero non est distincta.Ergo ꝑsona & essentia non sunt idem.

¶Præterea, Nihil subiicit̄ sibiipsi.Sed persona subiicit̄ essentiæ. Vñ suppositū vel hypostasis noīat̄.Ergo persona non est idē quod essentia.

¶SED CONTRA est qđ Aug.dicit 7.de

se:nō sequitur, ergo tm̄ cōicabili : sed stat ꝙ sit & cōicabilis & incōmunicabilis, vel tantum incōmunicabilis, & hoc propter infinitatē illius rōnis formalis. Nec est mirabilius vnicā rationē formalē habere vtrūq; q̄ vnicā rē.imò illud secūdum rectam philosophiam sequitur ex hoc posito per fidē. Poteris quoq; nouitiis distinguere illā cōditionalē,dicendo,ꝙ est vera de vna ratione formali limitata,nō autem de illimitata, vt in proposito contingit.

¶Ad secundā vero dicit̄ ꝙ pater nō intelligit essentiā & paternitatē vt duo obiecta formalia secūdum se,sed vt vnā formaliter & multa virtualiter, vt patet ex dictis. non ita ꝙ in illa summa re atq; rōne formali paternitas & essentia sint virtualiter, sed ita ꝙ sint
16 formalr̄ & realiter, sed distinctio earum est virtualiter: quia ita ibi sunt acsi essent distinctæ : & rursus qa ita exercet propria vtriusq; acsi essent distinctæ. Vnde Sco.er-
166 rauit dimittendo hunc modū loquēdi,& intro-
272 ducēdo vt propriissimū aliū de distōne formali ex natura rei. Nouus siquidem hic modus alienus valde est à diuinitatis eminentia formali. Dearticulat eñ eā formaliter.Is autē quē nos sequuti sumus, tātæ rei, vtcunque consonat.

Annot. ¶Ad autoritates autem dicitur, ꝙ qa babultiendo vt possumus excelsa Dei resonam⁹, ideo Augu.& doctores de essentia & relatione,vt de di-
166 stinctis formaliter loquūtur. hoc eñ ex parte rei fundatur super hoc, quia sunt formaliter distincta virtualiter, quāuis nō actualiter, ex parte autē nostri, quia rōne obiectiua apud nos distinguuntur actualiter : sed hoc nihil in Deo ponit nisi relatiuā denoīationem entis rationis.

¶In responsione ad primum, aduerte ꝙ summa rñsionis consistit in hoc, quòd illa maxime non tenet vbi natura est absoluta, & suppositum respectiuū : & hoc ꝓpter oppositionē relatiuam, vt patet ex supradictis.

Annot a. ¶In rñsione ad secundū, aduerte quòd argumentum cōfirmatur ab Aureolo cōtra hanc respō-
68 sionem apud Capreolū
70 in 2.dist.primi.quæstiōe tertia,sic.effectus in actu habet causam in actu:sed nō cōtradicere cōicabile & incōicabile, distingui & nō distingui est effectus in actu, ante oēm actū intellectus:ergo habet cām in actu:sed causa eius est distinctio, er-
205 1.dist.34. q.1.art.2. go est ibi distinctio ante oēm actum intellectus. Nec sufficit respōdere ꝙ ibi est distinctio fundamētaliter. sic enim causa non esset in actu, & tamē effectus esset in actu cōtra Philosophū quinto metaphysi. & secundo physicorum.

¶Ad hoc à quibusdam respōdetur negando minorem, quoniam negatio, quæ est alterum extremum contradictiōis, non est actu ante opus intellectus: quoniam nō est nisi ens rationis.Sed hæc responsio nihil valet.errat eñ non discernendo inter non esse. quod negatio significat in actu exercito, & inter illud met non esse inquantum induit rationem entis rationis. hominem enim non esse bouem, nec ens reale, nec ens rationis significat, sed non esse bouem.Et quamuis nullo intellectu considerante,ista propositio non esset, & illud non esse non haberet rationem entis : significatum tamen propositionis ab intellectu non pendet. Verum argumentum potest quasi fortius fieri, effectus in actu habet causam in actu : sed affirmationes includentes in se cōtradictoria, scilicet commune & proprium, sunt effectus in actu, &c. Vnica tamen responsione ad hæc omnia & similia dicitur, negando vniuersaliter illam propositionem. scilicet quòd sola distinctio est causa huius effect⁹. nam iste effectus potest oriri à distinctione, vt à causa quasi vniuoca : & à virtualiter continente distinctionem, vt à causa æquiuoca: modo constat, quòd quando effectus potest oriri à causa vniuoca sola, & à causa æquiuoca sola, ad positionem effectus in actu, non sequitur determinate altera causarum, sed sub disiunctione. & quia sic est in proposito, concedo quòd effectus in actu habet causam in actu: sed illa est vel distinctio in actu, vel continens virtualiter distinctionem, & hoc secundum membrum est verum in proposito, nec aliquid obiectorum contra hoc militat. Et bene hoc nota in omnibus materiis, vbi de causa distinctionis secundum rationem ex parte rei à Scotistis & aliis molestaberis. hoc enim vno omnium ora obstrues. 68 69 78

trini.Cum dicimus personam patris,nō aliud dicimus quàm substantiam patris.

CONCLVSIO.

¶Cum persona sit relatio subsistens in diuina natura,idem realiter est quod diuina essentia,distinguūtur tamen personæ diuinæ inter se realiter, ratione oppositæ realis relationis.

¶RESPONDEO dicendū, quòd considerantibus diuinam simplicitatem, quæstio ista in manifesto habet veritatem. Ostensum est enim supra [e],quòd diuina simplicitas hoc requirit,quòd in Deo sit idem essentia & suppositum, quòd in substantiis intellectualibus nihil est aliud q̄ persona. Sed difficultatem videtur ingerere,quia multiplicatis personis diuinis,essentia retinet vnitatē. Et quia vt Boë. dicit,Relatio multiplicat personarum trinitatem,posuerūt aliqui hoc modo in diuinis differre essentiam & personā, quarū relationes dicebāt esse assistētes,considerātes in relationibus,solum ꝙ ad alterū sunt,& nō ꝙ res sunt. Sed(sicut suprà ostensum est [e].)sicut relatiōes in rebus creatis accidentaliter insunt, ita in Deo sunt ipsa essentia diuina. Ex quo sequitur, quòd in Deo non sit aliud essentia, quàm persona secundū rem, & tamē ꝙ personæ realiter abinuicem distinguantur.Persona enim (vt dictū est suprà [e]) significat relationē, ꝓut est subsistens in natura diuina. Relatio autem ad essentiam cōparata nō differt re, sed ratione tantū [e].Cōparata aūt ad oppositā relationē habet virtute oppositionis realē distinctionē. Et sic remanet vna essentia & tres personæ.

AD PRIMVM ergo dicēdū,ꝙ in creaturis nō potest esse distinctio suppositorū per relationes,sed oportet quòd sit per essentialia principia, quia relationes non sunt subsistentes in creaturis. In diuinis autem relationes sunt subsistentes.Ideo secundum ꝙ habēt oppositionē adinuicē, possunt distinguere supposita: neque tamen distinguitur essentia,qa relationes ipsæ non distinguuntur abinuicem, secundū quod sunt realiter idem cū essentia.

¶Ad secundū dicendū,ꝙ inquantū essentia & persona in diuinis differūt secundū intelligentiæ rationē,sequitur ꝙ aliquid possit affirmari de vno quod negatur de altero:& per cōsequens ꝙ supposito vno nō supponatur alterū.

¶Ad tertium dicēdū,ꝙ rebus diuinis nomina imponim⁹ secūdū modū rerū creatarū: vt suprà dictū est [e].Et quia naturæ rerū creatarum indiuiduant̄ per materiā quæ subiicitur naturæ speciei:inde est ꝙ indiuidua,dicuntur substantia vel supposita vel hypostases. Et propter hoc etiam diuinæ personæ supposita vel hypostases nominantur, non ꝙ ibi sit aliqua suppositio vel subiectio secundum rem.

ARTICVLVS II.

¶Vtrū sit dicendū tres personas esse vnius essentiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non sit dicendum,tres personas esse vnius essentiæ. Dicit enim Hilarius in lib.de synodis, quòd pater & filius & spiritussanctus sunt quidē per substantiā tria, per consonantiam vero, vnum. Sed substantia Dei est eius essentia.Ergo tres personæ non sunt vnius essentiæ.

¶Præterea, Non est affirmandum aliquid de diuinis quod autoritate scripturæ sacrę nō est expressum, vt patet per Dio.1.cap.de di.no. Sed nūquam in scriptura sacra exprimitur, ꝙ pater & filius & spiritussanctus sunt vnius essentiæ.Ergo hoc non est asserendum.

¶Præterea,Natura diuina est idem quod essentia.Sufficeret ergo dicere quòd tres personæ sunt vnius naturæ.

¶Præterea, Non consueuit dici quòd persona sit essentiæ, sed magis quòd essentia sit personæ. Ergo neque conuenienter videtur dici ꝙ tres personæ sunt vnius essentiæ.

¶Præterea,Aug.dicit quòd non dicimus tres personas esse ex vna essentia, ne intelligatur in diuinis aliud esse essentia & persona. Sed sicut propositiones sunt transitiuæ,ita & obliquæ.Ergo pari ratione nō est dicendum,quòd tres personæ sunt vnius essentiæ.

¶Præterea, Id quod potest esse erroris occasio,non est in diuinis dicendū.Sed cū dicūtur tres personæ vnius essentiæ, vel substātiæ,datur erroris occasio: Quia,vt Hilarius dicit in lib.de syno.vna substātia patris & filij prædicata,aut vnum qui duas nūcupationes habet, subsistētem significat, aut diuisam vnam substantiam duas imperfectas fecisse substātias, aut tertiam priorem substantiam, quæ à duobus & vsurpata sit & assumpta. Non est ergo dicendum,tres personas esse vnius substantiæ.

SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. 2. contra Maximinum, Quòd hoc nomen omousion, quod in concilio Niceno aduersus Arrianos firmatum est, idem significet quod tres personas esse vnius essentiæ.

CONCLVSIO.

¶Essentia diuina,cū in diuinis significetur vt forma, erit vna triū personarū, quæ tres erunt vnius essentiæ.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ (sicut suprà dictum est [e]) intellectus noster res diuinas noīat:non scd̄m modū earū,quia sic eas cognoscere nō pōt,sed secundū modū in rebus creatis inuētū.Et qa in reb⁹ sensibilib⁹, à quibus intellect⁹ nr̄ sciētiā capit, natura alicuius speciei ꝑ materiā indiuiduat̄. & sic natura se habet vt forma,indiuiduū autē vt suppositum formę: ꝓpter hoc etiā in diuinis quātū ad modū significādi,essentia significat̄ vt forma triū personarū:dicimus autē in rebus creatis formā quācunq; esse ei⁹ cuius est forma,sicut sanitatē vel pulchritudinē hominis alicuius.Rē autē habentē formā non dicimus esse formæ nisi cū adiectione alicuius adiectiui, ꝙ designat illā formā.Vt cū dicimus, ista mulier est egregiæ formæ,iste homo est perfectæ virtutis. Et similiter quia in diuinis multiplicatis personis non multiplicatur essentia, dicimus vnam essentiam esse trium personarū, & tres personas vnius essentiæ, vt intelligantur isti genitiui construi in designatione formæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ substātia sumit̄ pro hypostasi,& non pro essentia.

¶Ad secundū dicendum, quòd licet tres personas esse vnius essentiæ,non inueniatur in sacra scriptura per hæc verba: inuenitur tamen quantum ad hunc sensum. Sicut ibi, Ego & pater vnum sumus. Et ego in patre, & pater in me est.Et per multa alia haberi potest idē.

¶Ad tertium dicendum, quòd quia natura designat principium actus, essentia vero ab essendo dicitur, possūnt dici aliqua vnius naturæ, quæ conueniunt in aliquo actu, sicut omnia calefacientia. Sed vnius essentiæ dici nō possunt nisi quorum est vnum esse. Et ideo magis exprimitur vnitas diuina per hoc, ꝙ dicitur, tres personæ sunt vnius essentiæ, q̄ si diceretur quòd sunt vnius naturæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd forma absolute accepta consueuit significari, vt eius cuius est forma, vt virtus Petri. Econuerso autem res habens formam aliquam non conuenit significari vt eius, nisi cum volumus

a ¶Super Quæstionis trigesimænonæ Articulum secundum.

Annota. IN titulo id solum aduertendum est, quòd de propositione est quęstio, an sit vera & congrua.

Comēt. ¶In corpore vnica est conclusio respōsiua quęsito affirmatiue, scilicet dicimus vnam essentiam triū personarum, & tres personas vnius essentiæ. Probatur, diuina nominantur à nobis secundum modum non suum, sed in rebus creatis inuentum, ergo essentia in diuinis significatur vt forma trium personarum, ergo dicimus vnam essentiam trium, & tres vnius. Antecedens probatur, quia sic diuina cognoscimus: consequentia autem, quia in sensibilibus natura per materiam indiuiduatur,& se habet vt forma, & indiuiduum vt suppositum illius. Secunda vero probatur : quia in istis forma dicitur esse suppositi, & suppositum formæ, si adiectiuum appositum sit determinans formam, vt patet exemplariter. omnia enim clara sunt in litera.

a ¶ *Super Quæstionis trigesimænonæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo notanter dicitur, vt hoc nomen Deus, ad insinuandum quòd præsens quæstio est de noib⁹ essentialibus in cõcreto siue adiectiua, siue substãtiua sint. ¶In corpore duo facit. Primo distinguit subiectum quæstionis, proponens iuxta distinctionis mẽbra, duas cõclusiones respõsiuas quæsito. Secũdo ꝓbat eas simul.

¶Quo ad primũ, distinctio est, nominum diuinorũ essentialium quædam sunt substantiua, & quædã adiectiua. Prima cõclusio est, substantiua prædicantur de tribus personis singulariter tãtũ: itaq; non pluraliter. Secunda, adiectiua prædicãtur de tribus personis in numero plurali.

¶Quo ad secundũ, probatur vtraque conclusio tali ordine. Primo ponitur maior in communi. Secundo antequam subsumatur minor in diuinis, explanatur in creaturis ipsa maior ibi, in creaturis autem. Tertio subsumitur minor, & infertur vtraque cõclusio, explanãdo etiam Athanasij verba. est ergo ratio ex differentia inter substantiua & adiectiua in modo significãdi sumpta: substantiua significant per modũ substantiæ. Adiectiua vero per modum accidentis: ergo singularitas vel pluralitas substantiui attenditur penes formam significatã, adiectiui autẽ penes suppositum & tenet sequela: quo ad primam partem: quoniam substantia sicut esse habet ex se, ita vnitatem & pluralitatem: accidens vero sicut esse non habet nisi in subiecto, ita vnitatem & multitudinem ex ipso suscipit.

204 1. dist. 42. ar. 2. 5m. Et Boët. trini. q̃. 1. art. 4.

Quæstio. ¶*Num secundũ plures formas in subiecto plurificentur nomina, & quando*

¶Circa hãc partẽ dubiũ occurrit. Primo, de regula. secundo, de efficacia ratiõis adductæ. Circa regulam quidem dubiũ est. Tum quia vt in quæstione 36. tactũ fuit, Sortes habens plures artes nõ dicitur plures artifices. Tum quia sanctus Thomas expresse inferius in tertia parte q̃. tertia. artic. 7. ad secundum, dicit: ꝙ si verbum Dei assumeret duas naturas humanas, nõ diceretur duo homines, & tñ forma significata hoĩs nomine plurificaretur.

¶Circa rationem vero; qm̃ Scot⁹ in primo dist. 12. putat hanc rationem insufficientẽ, arguens cõtra eã sic. Terminus numeralis ponit significatũ suum circa significatum sui determinabilis: sed significatum adiectiui & substantiui est idẽ, qm̃ vtrũq; significat formã: ergo vtrobique determinat formam, nec hoc ei auferre põt modus significandi: igitur ratio nihil valet.

¶Ad primũ dubiũ dicẽdũ ẽ, ꝙ differẽtia, ĩter adiectiuũ & substãtiuũ consistit in hoc, ꝙ pluralitas substantiui exigit pluralitatẽ formæ & pluralitatẽ suppositi. Ad adiectiui vero pluralitatẽ sufficit pluralitas suppositorũ. Nec diminuta est ꝓpterea autoris doctrina: qm̃ nõ oportuit hic exprimere nisi id in quo differt substãtiuũ ab adiectiuo. Cõparanti. em̃ ea facile apparet, ꝓ cõueniunt in pluralitate suppositorũ: & differũt quo ad vnitatẽ & pluralitatẽ formæ. Vtriusq; em̃ pluralitas requirit plura supposita: sed adiectiui pluralitas nõ requirit pluralitatẽ formæ, substãtiui aũt sic. Sat ergo fuit hoc in loco hãc expressisse differẽtiã: de substãtiuis cõcretis loquendo vt differũt ab adiectiuis. Nec tamen reticuit reliquã cõditionẽ: quoniam superius in q̃. 6. ei⁹ meminit in destructione illius ꝓpositiõis, pater est plura principia. & clarissime eadẽ docuit in loco ꝓprio: vbi, s. opus erat, s. in tertia parte loco allegato: vbi & reprehendit oppositã opinionẽ quã ipsemet sequutus fuerat in tertio sent. dist. prima q. 2. ar. 5. quicqd alij dixerint prætermittendo. 179 791

¶Ad secundã vero dubitationem dicitur, ꝙ maior est oĩno falsa: qm̃ ꝑ se primo terminus numeralis ponit significatũ suum circa suppositum determinabilis: & hoc tam in substantiuis quàm adiectiuis: vt patet ex dictis: sed in concretis substantiuis, quia substãtiua sunt, ponit ẽt significatum suum circa significatum illius. Et sic nec obiectio aliqd valet, nec modus significandi exclusus est qn operetur quòd substantiua etiam quo ad formam numerẽtur, seu termino numerali determinentur. 16 103 20 54

Comẽt. ¶Stabilita igit̃ regla vñ loco maioris ex ratione, manifestat eam autor in creaturis, vbi & duo docet. Primum est, ꝙ inter vnitatẽ formæ in pluribus suppositis diuinis, & in suppositis creatis tm̃ interest, ꝙ in pl̃ibus suppositis creatis, nõ inuenit̃ forma vna nũero, nisi vnitate ordinis: in diuinis aũt suppositis inuenit̃ vna nũero essentia & indiuisibil̃r. Scd̃m est, ꝙ etiã ĩ ista minima vnitate attestãtur res creatæ præfatæ regulæ: vt patet in collegiatis. Demum subsumpta minore: ꝙ essẽtia diuina est simplex, & maxime vna in tribus ꝑsonis, concludit primã cõcl̃onẽ, s. de substãtiuis, & applicat eã ad differentiã inter tria indiuidua hominis, & tria supposita diuina. Deinde infert cõclusionẽ scd̃am, de adiectiuis adiectiue sũptis ꝓpter Athanasiũ q̃ substãtiue vsus est adiectiuis in symbolo: nec op⁹ ẽ ãpliori dclaratiõe.

a ¶ *Super Quæstionis trigesimænonæ Articulum quartum.*

Comẽt. TItulus clarus est ex præcedentibus.

¶In corpore duo facit. Prio refert opinionẽ q̃dã. Scdo improbat eã: simulq; respõdet quæsito. 205 1. di. 4. q. 1. artic. 2.

¶Quo ad primũ, opinio qdã fuit, ꝙ noia essentialia ex se supponunt propriã pro essentia. Sed ex adiũcto notiõali trahũt ad stãdum ꝓ persona. Et est hui⁹ fundamẽtũ diuina simplicitas, q̃ fit ꝙ essentia pro qua supponit

determinare siue designare formam. Et tunc requirũtur duo genitiui, quorum vnus significet formã, & alius determinationẽ formæ, vt si dicat̃, Petrus est magnæ virtutis. Vel etiã requiritur vnus genitiuus habens vim duorum genitiuorum, vt cũ dicitur, vir sanguinũ est iste, id est effusor multi sanguinis. Quia igitur essentia diuina significatur vt forma respectu personæ, conuenienter essentia personæ dicitur, non autẽ econuerso, nisi aliquid addatur ad designationem essentiæ, vt si dicatur quòd pater est persona diuinæ essentiæ, vel quòd tres personæ sunt vnius essentiæ.

¶Ad quintũ dicendum, quòd hæc præpositio ex, vel de, non designat habitudinem causæ formalis, sed magis habitudinem causæ efficientis, vel materialis. Quæ quidem causę in omnibus distinguuntur ab his quorum ab sunt causæ. Nihil enim est sua materia, neque aliquid est suum principium actiuũ. Aliquid tamen est sua forma, vt patet in omnibus rebus immaterialib⁹. Et ideo per hoc ꝙ dicim⁹, tres personas vnius essentiæ, significando essentiã in habitudine formę, nõ ostẽditur aliud esse essentia quàm persona. quod ostẽderetur si diceremus tres personas ex eadẽ essentia.

¶Ad sextũ dicendũ, ꝙ sicut Hila. dicit in lib. de syno. male sanctis reb⁹ preiudicat̃: si, qa nõ sanctè à quibusdam habent̃, esse non debeant. Sic, si male intelligitur omousion, quid ad me bene intelligentẽ? Sic ergo vna substantia ex vna geniti proprietate, non sic aũt ex proportione, aut ex vnione: aut ex communione.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrum nomina essentialia prædicentur singulariter de tribus personis.*

AD TERTIVM sic procedit̃. Videt̃ ꝙ noĩa essentialia (vt hoc nomẽ De⁹) nõ prædicent̃ singulariter de tribus ꝑsonis, sed plural̃r. Sicut em̃ homo significatur vt habens humanitatem, ita Deus significatur vt habens deitatẽ. Sed tres personæ sunt tres habẽtes deitatẽ. Ergo tres personæ sunt tres dij.

¶Præterea, Gene. 1. vbi dicit̃, in principio creauit Deus cælũ & terrã, Hebraica veritas habet. Elohim: qđ potest interpretari dij siue iudices. Et hoc dicit̃ ꝓpter pl̃itatẽ ꝑsonarũ. Ergo tres ꝑsonæ sũt plures dij & nõ vnus Deus.

¶Præterea, Hoc nomẽ res (cũ absolute dicat̃) videt̃ ad substantiã pertinere. Sed hoc nomen pluraliter prædicatur de tribus personis. Dicit em̃ Aug. in lib. de doc. Christiana. Res quibus fruendũ est, sunt pater & filius & spiritussanc. Ergo & alia nomina essentialia pluraliter prædicari possunt de tribus personis.

¶Præterea, Sicut hoc nomen Deus significat habentẽ deitatẽ: ita hoc nomen persona significat subsistẽtẽ in natura aliqua intellectuali. Sed dicimus tres personas. Ergo eadem ratione dicere possumus tres deos.

SED CONTRA est qđ dicit̃ Deute. 6. Audi Israël, dñs Deus tuus, Deus vnus est.

CONCLVSIO.

¶*Nomina essentialia substãtiua in diuinis in singulari tantum prædicantur de personis, nomina vero adiectiua in plurali tantum.*

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ nominũ essentialiũ q̃dã signãt essentiã substãtiue, q̃dã vero adiectiue. Ea q̃dẽ quę substãtiue essentiã significãt prędicant̃ de trib⁹ personis singulariter tm̃, & non pluraliter. Quæ vero adiectiue essentiã significant, prædicantur de tribus personis in plurali. Cuius ratio est, quia noĩa substantiua significant aliquid per modũ substantiæ, noĩa vero adiectiua significãt aliquid per modum accidentis quod inhæret subiecto. Substantia autem sicut per se habet esse, ita per se habet vnitatem vel multitudinem. Vnde & singularitas vel pluralitas noĩs substantiui attẽditur secundũ formam significatam per nomen [e]. Accidẽtia aũt sicut esse habent in subiecto, ita ex subiecto suscipiũt vnitatem, vel multitudinem [e]. Et ideo in adiectiuis attenditur singularitas & pluralitas secũdum supposita. In creaturis autem nõ inuenitur vna forma in pluribus suppositis nisi vnitate ordinis, vt forma multitudinis ordinatę. Vnde nomina significantia talem formam si sint substãtiua, prędicantur de pluribus in singulari: non autẽ si sint adiectiua. Dicimus em̃ ꝙ multi homines sunt collegiũ vel exercitus, aut populus: dicimus tamẽ ꝙ plures homines sunt collegiati. in diuinis autẽ essentia diuina significatur per modũ formæ, vt dictum est [e]. Quæ quidẽ simplex est maxime vna, vt suprà ostẽsum est. Vñ noĩa significãtia diuinã essentiam substãtiue, singulariter & non pluraliter de tribus personis prædicãtur. Hæc igitur est ratio quare Sortẽ & Platonẽ & Ciceronẽ dicimus tres hoĩes, patrẽ autẽ & filiũ & spiritũsanctũ nõ dicimus tres deos, sed vnũ Deũ: quia in tribus suppositis humanæ naturæ sunt tres humanitates, in tribus autem personis est vna diuina essentia. Ea vero quæ significant essentiam adiectiue, prædicantur pluraliter de tribus, ꝓpter pluralitatem suppositorũ. Dicimus enim tres existẽtes, vel tres sapientes, aut tres æternos & increatos & immensos, si adiectiue sumantur. Si vero substantiue sumantur, dicimus vnum increatum, immẽsum & æternum, vt Athana. dicit.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ licet De⁹ significet habentẽ deitatẽ, est tamen alius modus significandi. Nam Deus dicitur substantiue, sed habens deitatem dicitur adiectiue. Vnde licet sint tres habẽtes deitatem, non tamen sequitur quòd sint tres dij.

¶Ad secundum dicendum, quòd diuersæ linguæ habent diuersum modum loquẽdi. Vnde sicut propter pluralitatem suppositorũ Græci dicunt tres hypostases: ita & in Hebræo dicitur pluraliter Elohim. Nos autem non dicimus pluraliter neque deos neque substantias, ne pluralitas ad substantiam referatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc nomen res est de transcendentibus. Vnde secundum qđ pertinet ad relationem, pluraliter prædicatur in diuinis: secundum vero quod pertinet ad substantiam, singulariter prædicatur. Vnde Augustinus dicit ibidem, quòd eadem trinitas quædam summa res est.

¶Ad quartum dicendum, quòd forma significata per hoc nomen persona, non est essentia vel natura, sed personalitas. Vnde cum sint tres personalitates, id est tres personales proprietates in patre & filio & spiritusancto: non singulariter sed pluraliter prædicatur de tribus.

ARTICVLVS IIII.

¶*Vtrum nomina essentialia concreta possint supponere pro persona.*

AD QVARTVM sic ꝓcedit̃. Videtur quòd nomina essentialia concretiua non possunt supponere pro persona, ita quòd hæc sit vera, Deus genuit Deum. Quia (vt sophistæ dicũt) terminus singularis idem significat & supponit. Sed hoc nomen Deus videtur esse terminus singularis, cum pluraliter prædicari non possit: vt dictum est [c]. Ergo cũ significet essentiã, videtur quòd supponat pro essentia & non pro persona.

abstractum, est idem supposito pro quo supponit concretum.

¶Quo ad secundũ improbat̃ primo præfata opinio: qa in proprietate locutionis attendenda sunt ambo, s. significatio & modus significãdi. Prædicta autẽ opinio significationẽ tantũ inspexit, ad quã spectat idẽ esse habentẽ & rem habitã. Ponit̃ deinde altera opinio respõsiua quæsito, s. nomina essentialia in cõcreto possunt proprie supponere pro personis. Et probatur ex eodẽ fundamẽto, ex modo significandi, Deus, & similia significant naturam in habẽte: ergo possunt supponere pro personis. Antecedẽs manifestatur inductiue, in ly homo, &c. Tertio explanatur quomodo de facto ly Deus q̃nque pro persona vna, vel duabus vel tribus supponit. 204

Quæstio. ¶*Nũ hoc nomẽ Deus supponat pro essẽtia quãdoque, quandoque autẽ pro supposito.*

¶Circa dicta hic tria occurrunt dubia, iuxta tria dicta impugnata ab Aureolo apud Capreolũ in 1. dist. 4. q. 1. art. 3. Primũ est, ꝙ ly Deus q̃nque pro essentia, & q̃nque pro ꝑsona supponit. De⁹ semper supponit pro habẽte deitatẽ: ergo semper pro persona. Et cõfirmatur: quia ista est ratio literæ fundans responsiuã conclusionem.

¶Secũdum est, ꝙ in ista, Deus creat, ly Deus supponit pro essentia. Actiones sunt suppositorum. ergo. Præterea creatio non abstrahit à suppositis, sicut nec clare videri essentiam: ergo.

¶Tertiũ est, quòd in ly regi seculorum, &c. ly Deo, supponit pro trib⁹. Hoc em̃ repugnat pręcedẽti dicto: illi enim soli qui creat, debetur honor & gloria: sed ille per te, non demonstrat aliquid suppositũ: ergo nec hic. si hic ostendit tria supposita: ergo & ibi.

¶Præter hæc autem tria dubia adhuc, tria alia dubia sunt circa tria dicta in responsione ad tertiũ, quæ oportet simul cum istis tractare, vt facilior ac breuior sit disciplina cõnexorũ. Dicitur ergo primo in responsione ad tertiũ, quòd differentia est inter ly Deus & ly homo, in supponendo, &c. vbi duplex est ratio dubij. Prima est, aut ista differẽtia attenditur penes suppositionem pro ꝑsona determinata, aut pro persona indistinctè. Si primo modo, nulla est differentia: quia nec Deus stat pro patre aut filio, sine addito: nec homo pro Sorte aut Plat. sine aliquo contractiuo. Si secundo modo, nulla quoque est differentia, quia sicut homo naturaliter supponit pro habente naturam humanam indefinite, ita Deus pro habente naturam diuinam indistinctè, vt etiam San. Thom. in primo, distinctione quarta dicit. Secunda vero ratio est, quia videtur differentia hęc contradicere his quæ dicta sunt in corpore. Dum ibi dictum est, quòd Deus ex se ratione modi significandi stat pro persona: reprehensaque est altera opinio dicens quòd supponere pro persona habet ex adiuncto notionali: hic autem in reprehensam incidit opinionem, dum dicit, quòd in hoc differunt ly Deus & ly homo: quod ly Deus ex se pro natura, ex adiuncto pro persona: ly homo vero econtra supponit. manifeste nanque hæc videntur contrariari. 243 181

Quæstio. ¶*Num hæc sit vera, Deus generat.*

¶Secundum autem dubium est, quòd ibi dicitur, hanc esse falsam, Deus non generat. Contra hoc enim multa habes argumenta apud Capreolum in primo, distinctio. 4. quæst. 1. artic. 2. quæ oportet soluere. Aureolus ergo arguit primo sic. In ista, Deus non generat, ly Deus stat pro natura, vt tu dicis. ergo est vera. probatur sequela: quia natura non generat, vt patet extra de summa trinitate. Præterea, non generare est notionale. ergo contrahit ly Deus ad standum pro persona. Antecedens probatur: quia affirmatio & negatio sunt eiusdem generis. Præterea, Deus non generat, & omnis Deus generat, sunt contradictoriæ: ergo supponunt pro eisdem: sed in secunda supponit pro persona, ergo & in prima. Deinde arguunt Durandus & Greg. de Arimi. quòd de virtute sermonis vera est hæc propositio, quamuis propter erroris periculum à magistris nõ acceptetur. Durandus quidem igitur sic, de Deo perdicantur omnia quæ de personis diuinis verificantur: sed non generare verificatur de duabus ꝑsonis. ergo. Præterea, Deus secundũ naturam est singularis, secũdũ vero supposita plurificatur: ergo respectu prædicatorum essentialium habet vim termini singularis, respectu vero personaliũ habet vim termini cõmunis indefiniti, vt patet: quia dicimus, Deus est generãs, Deus est genit⁹: & verificat̃ pro distĩctis suppositis: ergo & cõsequẽtia seu cõcomitãtia, scilicet generat & nõ generat, similiter verificari oportet. Gregorius autem sic, ista est indefinita, & habet duas singulares veras, sicut & ista, ꝑsona diuina nõ generat: quã constat esse simul veram cũ altera indefinita, scilicet ꝑsona diuina generat: ergo non est falsa. 4 207

Quæstio. ¶*Nũ ex hac, Deus nõ generat, aliqua naturæ repugnantia inferatur.*

¶Tertiũ dubiũ est circa rationẽ literæ, scilicet ꝙ cũ dicit̃, Deus non generat, datur intelligi quòd generatio repugnat diuinę naturę. Hoc enim inquit Aureolus, nõ est verum: quoniã ex negatione alicuius ab aliqua natura, non sequitur repugnantia: stat enim quòd abstrahat.

¶Ad euidentiã horũ notandũ est *diligẽtissime*, quòd inter Deum & cęteras substantias hoc interest, ꝙ *in reliquis hæc* duo, scilicet naturã & habens naturã, oportet sic se habere, vt habẽs naturam sit suppositũ. Natura verò sit ipsa essẽntia: in Deo autẽ habẽs naturam dupliciter inuenit̃, scilicet suppositũ, vt pater, vel *filius*, & singulare, i. hic Deus. Itaq; in diuinis consideranda sunt tria, s. essentia, *hic Deus*, & supposita diuina, s. pater & filius & spiritussanctus. In reliquis autẽ duo tantũ inueniuntur, puta humanitas & Sor. non enim hic homo est aliud quã Sortes. Hic tamẽ Deus est pater & filius & spiritussanctus, & gñat & genitus est, &c. de quo scriptũ est Exod. 15. Iste Deus me⁹, & glorificabo eum: vt in calce vltimi articuli hui⁹ quęstionis S. Tho. exponit. Est autẽ ratio diuersitatis: qa natura diuina ex seipsa subsistit, nec mendicat subsistentiã à suppositis: imò confert eam illis. Reliquæ autẽ naturæ non subsistunt nisi in supposito. Cum autem naturalissimũ sit cuique termino cõcreto supponere pro habente significatã formã, consequẽs est quòd Deus primo supponat pro hoc Deo. Et quia hic Deus significat singulare naturæ diuinæ, ideo dicitur, ꝙ pro natura in concreto. Et quia hoc singulare est cõmune tribus suppositis, ideo quandoq; dicit ꝙ stat pro personis indistinctè. Et quia est idem cuilibet supposito, & cõcrete significatur: ideo potest stare pro singulis personis. Ex hoc autẽ fundamento sigillatim respondendo & inchoando à primo dubio, in respõsione ad tertium, propter ordinẽ doctrinæ, dicitur ꝙ inter Deum & hominẽ in supponẽdo, differentia attenditur, quo ad suppositionẽ pro persona indeterminatæ. Et stat differẽtia in hoc, ꝙ Deus sine aliquo adiũcto reddit propositionẽ singularem: quoniã supponit pro hoc Deo cõmuni secundũ rem tribus ꝑsonis: homo vero sine aliquo adiuncto cõstituit propositionẽ indefinitã quoniã supponit ꝑsonaliter, quãuis indeterminate. Et ecõtra, homo ex adiuncto constituit propositionẽ singularẽ, quũ habet suppositionẽ simplicẽ, vt puta, homo est species. Deus vero ex adiuncto cõstituit propositionẽ indefinitã, supponẽdo personaliter. Et oritur hoc, vt in litera dicitur, ex hoc quòd inuenitur hic Deus in rerum natura tribus personis cõmunis, non autem hic homo. Nec repugnant hæc dictis in corpore, vt secunda ratio obiiciebat, quoniam in corpore articuli 204 18

¶Præterea, Terminus in subiecto positus non restringitur per terminum positum in prædicato ratione significationis, sed solũ ratio tẽporis consignificati. Sed cũ dico, Deus creat, hoc nomen Deus supponit pro essentia. Ergo cum dicitur, Deus genuit: non potest iste terminus Deus ratione prædicati notionalis supponere pro persona.

¶Preterea, Si hęc est vera, Deus genuit, qa pater gñat, pari rõne hæc erit vera, Deus nõ generat, qa fili⁹ nõ gñat. Ergo est Deus gñans & Deus nõ gñans. Et ita videt̃ seq̃ ꝙ sint duo dij.

¶Præterea, Si Deus genuit Deũ, aut se Deũ, aut alium Deum. Sed non se Deum, quia vt Aug. dicit in 1. de trinita. nulla res generat se ipsam. Neq; alium Deũ: quia non est nisi vnus Deus: ergo hæc est falsa, Deus genuit Deum.

¶Præterea, Si Deus genuit Deum, aut Deum qui est Deus pater, aut Deum qui nõ est Deus pater. Si Deũ qui est Deus pater, ergo Deus pater est genitus. Si Deum qui non est Deus pater. Ergo Deus est qui non est Deus pater. Quod est falsum. Non ergo potest dici quòd Deus genuit Deum.

¶SED CONTRA est quod in symbolo dicitur, Deum de Deo.

CONCLVSIO.

¶*Nomina essentialia in diuinis cõcreta nonnunquã pro essentia, aliquando pro vna persona, nonnunquam etiam pro tribus supponũt personis secundum quod adiungitur nomen ad essentiam seu personam spectans.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ quidã dixerũt, quòd hoc nomẽ Deus, & similia proprie scd̃m suam naturã supponũt pro essentia, sed ex adiuncto notionali trahũtur ad supponendũ pro persona. Et hæc opinio processisse videtur ex cõsideratione diuinæ simplicitatis: quæ reqrit quòd in Deo idem sit habẽs, & quod habetur. Et sic habens deitatẽ, quod significat hoc nomen Deus, est idẽ quod deitas. Sed in proprietatibus locutionũ, non tantũ attendẽda est res significata, sed etiã modus significãdi. Et ideo quia hoc nomen Deus significat diuinã essentiam, vt in habente ipsum, sicut hoc nomẽ homo humanitatẽ significat in supposito: alij melius dixerũt, quòd hoc nomẽ Deus ex modo significandi habet vt proprie possit supponere pro persona, sicut & hoc nomẽ homo. Quandoque ergo hoc nomen Deus supponit pro essentia, vt cũ dicit̃, Deus creat [c]: quia hoc prædicatum cõpetit subiecto ratione formæ significatæ, quæ est deitas: Quãdoq; vero supponit personã vel vnam tantũ, vt cum dicitur, Deus generat: vel duas, vt cum dicitur Deus spirat: vel tres, vt cum dicitur, Regi seculorum immortali, inuisibili, soli Deo, &c. 1. Timo. 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ hoc nomẽ Deus, licet cõueniat cũ terminis singularibus, in hoc ꝙ forma significata nõ multiplicatur: cõuenit tamen cum terminis cõibus in hoc quòd forma significata inuenitur in pluribus suppositis. Vnde non oportet quòd semper supponat pro essentia quam significat.

¶Ad scd̃m dicendũ, ꝙ obiectio illa ꝓcedit cõtra illos qui dicebãt, quòd hoc nomẽ Deus nõ habet naturalem suppositionem pro persona.

¶Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ aliter se habet hoc nomẽ Deus ad supponendũ pro persona, quã hoc nomen homo. Quia em̃ forma significata per hoc nomẽ homo, i. humanitas, realiter diuidit̃ in diuersis suppositis, per se supponit pro persona, etiam si nihil addatur quod determinet ipsum ad personã, quæ est suppositũ distinctũ. Vnitas autem siue cõmunitas humanæ naturę non est secundũ rem, sed solum secundũ considerationem [e]. Vnde iste terminus homo nõ supponit pro natura cõmuni: nisi propter exigentiã alicuius additi, vt cum dicitur, homo est species. Sed forma significata per hoc nomen Deus, scilicet essentia diuina, est vna & cõmunis secundum rem. Vnde per se supponit pro natura communi, sed ex adiuncto determinatur eius suppositio ad personam. Vnde cũ dicitur, Deus generat, ratiõe actus notionalis supponit hoc nomen Deus pro persona patris. Sed cum dicimus, Deus nõ generat, nihil additur quod determinet hoc nomen ad personam filij. vnde datur intelligi quòd generatio repugnet diuinæ naturæ. Sed si addatur aliquid pertinens ad personam filij, vera erit locutio, vt si dicatur, Deus genitus non generat. Vnde etiam non sequitur, est Deus generans & Deus non generans, nisi ponatur aliquid pertinens ad personas: vt puta si dicamus, pater est Deus generans, & filius est Deus non generans. & ita non sequitur quòd sint plures dij, quia pater & filius sunt vnus Deus, vt dictum est [e].

¶Ad quartum dicendum, quòd hæc est falsa, pater genuit se Deum: quia ly se (cum sit reciprocum) refert idem suppositum. Neque est contrarium quod Augu. dicit ad Maximum, quòd Deus pater genuit alterum se. Quia ly se vel est casus ablatiui, vt sit sensus, genuit alterum à se: vel facit relationem simplicem, & sic refert identitatem naturæ: sed est impropria vel emphatica locutio: vt sit sẽsus, genuit alterum simillimum sibi. Similiter & hæc est falsa, genuit alium Deum: quia licet filius sit alius a patre (vt suprà dictũ est [c]) non tamen est dicendum, ꝙ sit alius Deus, quia intelligeretur quòd hoc adiectiuum alius, poneret rem suã circa substantiuũ, quod est Deus: & sic significaret̃ distinctio deitatis. Quidã tñ cõcedunt istã, genuit alium Deũ: ita ꝙ ly alius, sit substantiuũ, & ly Deus, appositiue cõstruatur cum eo. Sed hic est improprius modus loquẽdi, & euitandus ne detur occasio erroris.

de potētia ad supponēdū personaliter, fuit sermo. Et dictū est ꝙ potest ex modo significādi supponere pro ꝑsona, sicut & homo. In responsione autē ad tertiū est sermo de modo reductionis potētiæ ad actū. Et dicitur ꝙ ly Deus, quū possit ex se supponere pro essentia, i. pro hoc Deo pro persona, i. pro patre & filio & spiritusancto, ad supponendū actualiter pro hoc Deo non eget reducēte, ad supponēdū vero pro personis reducit̃ per aliquid additum. In homine vero, in cuius significato non inuenitur vnum cōmune, nisi vt subest intellectui: ecōtra accidit reductio. vnde nulla est repugnātia inter dicta.

¶Ad primū autē dubiū in corpore articuli motū, breuiter ex dictis patet. respōsio neganda est in sequela, supponit pro hāte deitatē: ergo ꝑ persona: stat enī ꝙ supponat ꝑ hoc Deo. Nec approbo qđ alij sentire vident̃ de mente S. Tho. esse ꝙ semper Deus stat pro ꝑsona distincte, vel indistincte. Tū quia in ꝑsenti litera expresse distinguitur, qñ Deus stat ꝑ personis etiam oībus, & qñ stat pro essentia. Tū quia aliter nō saluat̃ differentia posita in litera in respōsiōe ad tertiū. Tū qa in ista Deus nō generat: si ly Deus staret pro personis indistincte, esset vera: vtpote indefinita. Tū quia in ista, Deus est pater & filius & spiritus sanctus, seu trinitas, ly Deus nō stat pro supposito vt in articul. 6. litera contra Porretanū dicet, sed pro vna numero re communi. Nec obstat si qñque supponendo pro natura dicatur, etiā supponere pro ꝑsonis indistincte. Hoc enim cōcomitāter intelligendū est.
17 primo enim pro natura
16 in concreto supponit. Et
20 quia etiā verificatur pro personis aliquādo præ-
205 dicatū, ideo supponere pro personis indistincte, tunc secundario tamen acceptari potest.

¶Ad secundū autē dubiū in corpore motum, iam patet quòd arguēs deceptus est, intelligens pro essentia essentiam in abstracto: cum tamē autor intelligat de essentia in concreto, quū dicit ꝙ in ista, Deus creat, ly Deus supponit pro natura: stat enim secundū veritatem pro hoc Deo vnico singulari cōi tribus suppositis. Et propterea creationis actio ratiōe illius omnibus suppositis cōuenit. Nec est verū, quòd actiones sint suppositorū vniuersaliter, sed singulariū subsistētiū, quale est hic Deus: & nihil refert nō abstrahere à suppositis huiusmodi actiones, vt de se patet.

¶Ad tertiū autem dubiū ibidem motū dicitur, ꝙ vt iam ex dictis patet, nō
205 repugnat: imò quandoq; vnum sequitur ad alterū Deū supponere pro natura & pro omnib⁹ personis: quāuis difformiter vt dictū est. Vnde licet in vtraque istarum, scilicet Deus creat, & soli Deo honor & gloria, Deus verificetur & pro hoc Deo, & pro trinitate: quia tamē Aug. de tota trinitate exclusiuam exponit, vt in q. 31. habitum est: ideo hanc in exemplū allatam puto. oportet autem distingui hoc membrum cōtra primum, quia primus separatur ab eo: stat enim Deus quandoq; pro natura, & non pro aliquo supposito, vt dictum est.

¶Ad secundū autē dubiū motū in respōsione ad tertiā circa veritatē istius, Deus non generat, ex fundamēto iam dicto respondet̃. Et ad primū quidē Aureo. iam patet, ꝙ æquiuocat de natura: qñ nos dicimus, ꝙ stat pro natura in concreto, i. pro hoc Deo, de quo falsum est dicere, non generat: quāuis verificetur de deitate.

¶Ad secūdū vero negat̃, ꝙ non gñare sit notionale: qñ ad esse notionale requiritur ꝙ sit aliqd speciale: nō gñare aūt est cōe, cū conueniat etiā naturæ. Nec ex hoc ꝙ negatio & firmatio sunt eiusdē gñis, sequit̃ ꝙ nō gñare sit notionale: qñ illud intelligit̃ de genere rei, non aūt in genere principij cognoscendi. Non enī si affirmatio est propria ratio cognoscendi aliqd sequitur ꝙ negatio sit propria ratio cognoscendi aliquid aliud speciale, quū negatio verificetur tā de ente quā de nō ente. Notionale autē ꝑ priā rationē cognoscēdi sonare patet ex dictis. c 15

¶Ad tertiū vero dicit̃ ꝙ quamuis nefas sit dicere, omnis Deus: quoniā vn⁹ numero tantū est: respōdendo tamē negat̃ quòd in ly oīs Deus, ly Deus stet pro suppositis: qñ non pōt distribuere nisi pro indiuiduis deitatis: quod constat esse vnum tātum. Et si tu accipis ea pro suppositis, non sunt contradictoria.

¶Ad argumēta autē Durādi & Gregorij breuiter dicitur, ꝙ cōuenietia ꝑsonis sunt duplicia: quędam propria suppositis, vt generare & generari, & similia. Et quędā cōia suppositis & naturis, vt distingui, non generare, & similia. Inter quæ tñ differt, ꝙ propria trahūt terminos ad standū suppositaliter, eo, quia propria suppositis sunt. Cōmunia aūt qa cōia sunt, nō contrahūt. Et ex hoc sequitur alia differētia, s. quòd propria prędicata de ꝑsonis, ꝑdicantur etiā de cōcretis substātialib. Ex eo enim ꝙ trahūt illa ad supponēdū personaliter, ly significat ꝑsonale, determinare essentiam, sed tantū supposita. Cōmunia vero, quāuis verificata de ꝑsonis, nō prædicātur de cōcretis substantialibus. ex eo enim quòd nō contrahūt ipsa, significaretur personalia cōuenire essētię. Et propter ea quāuis concedat̃, pater distinguit̃ realiter à filio, non tñ ista, Deus distīguit̃ realiter à Deo. Et ex hoc patet ad argumenta tam Durādi quā Greg. qñ vterq; fundat̃ sup hoc, ꝙ quicqd prædicatur de aliqua ꝑsona, pōt prædicari de Deo. Quāuis etiā sit aliud peccatum vtriusq; in hoc, ꝙ putant ꝙ ista, Deus non generat, sit indefinita, cū tamen sit singularis: qñ supponit pro hoc Deo. b 208 216 b 210 b

¶Ad vltimū demū dubiū dicitur, ꝙ quāuis ex negatione nō sequat̃ repugnantia vniuersaliter, sequit̃ tamē in materia necessaria: oportet enī vel cōuenire vel repugnare quicqd necessario attribuitur. cōstat autē ꝙ generare & nō gñare Deo nō nisi necessario attribui pōt: cum hęc nō conueniāt ꝑ actū volūtatis.

¶Ad quintū dicēdū, ꝙ hæc est falsa, Deus genuit Deū q est Deus pater. Quia cū ly pr̃, appositiue cōstruat̃ cū ly Deus, restringit ipsum ad standū pro ꝑsona patris: vt sit sensus, genuit Deū q est ipse pater: & sic pater esset genitus. Quod est falsū. Vñ negatiua est vera, genuit Deum qui nō est Deus pater. Si tñ intelligeret̃ constructio nō esse appositiua, sed aliquid esse interponendū, tunc ecōuerso affirmatiua esset vera, & negatiua falsa: vt sit sensus, genuit Deum, qui est Deus, qui est pater. Sed hæc est extorta expositio. Vñ melius est ꝙ simpliciter affirmatiua neget̃, & negatiua cōcedat̃. Præpositiuus tñ dixit ꝙ tā negatiua quā affirmatiua est falsa: qa hoc relatiuū qui, in affirmatiua pōt referre suppositū, sed in negatiua refert & significatū & suppositū. Vnde sensus affirmatiue est, ꝙ esse Deū patrē, cōueniat ꝑsonæ filij. Negatiue vero sensus est, ꝙ esse Deū patrem, non tantū remoueatur à persona filij, sed etiam à diuinitate eius. Sed hoc irrationabile videtur, cum secundum Philosophum de eodē de quo est affirmatio, possit esse negatio.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum nomina essentialia in abstracto significata possint supponere pro persona.*

AD QVINTVM sic procedit̃. Videt̃, quòd noīa essentialia in abstracto significata possint supponere pro persona, ita ꝙ hæc sit vera, essentia gñat essentiā. Dicit enī Aug. 7. de tri. Pr̃ & fili⁹ sunt vna sapientia, qa vna essentia: & sigillatim sapientia de sapientia, sicut essentia de essentia.

¶Præterea, Generatis nobis vel corruptis: generātur vel corrūpuntur ea quæ in nobis sunt: sed filius generat̃. Ergo cū essentia diuina sit in filio, videtur ꝙ essentia diuina generetur.

¶Præterea, Idem est Deus & essentia diuina, vt ex suprà dictis patet [e]. Sed hæc est vera, Deus generat Deum, sicut dictum est [e]. Ergo hæc est vera, essentia generat essentiam.

¶Præterea, De quocunq; prædicatur aliquid, potest supponere pro illo. Sed essentia diuina est pater. Ergo essentia potest supponere pro persona patris. Et sic essentia generat.

¶Prętere a, Essētia est res gñans, qa est pr̃ q est gñans. Si igit̃ essentia nō sit gñans, erit essētia res gñans & non gñans. Qđ est impossibile.

¶Præterea, Aug. Dicit ĩ 4. tri. Pr̃ est principiū totius deitatis: sed nō principiū nisi generādo vel spirando. Ergo pr̃ gñat vel spirat deitatē.

¶SED CONTRA est qđ Augu. dicit in 1. de tri. ꝙ nulla res gñat seipsam. Sed si essentia generat essentiā non generat nisi seipsam, cū nihil sit in Deo quod distinguatur à diuina essentia. Ergo essentia non generat essentiam.

CONCLVSIO.

¶*Essentialia nomina in abstracto minime pro persona supponere possunt.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ circa hoc errauit Abbas Ioachim, asserens ꝙ sicut dicitur, Deus genuit Deū: ita pōt dici ꝙ essētia genuit essentiā, considerās ꝙ propter diuinā simplicitatē nō est alius Deus quā diuina essentia. Sed in hoc deceptus fuit. qa ad veritatē locutionū nō solū oportet cōsiderare res significatas, sed etiā modū significādi, vt dictū est [e]. Licet autē scđm rem sit idē Deus qđ deitas, nō tñ est idē modus significādi vtrobiq;. Nam hoc nomen Deus, qa signat diuinā essentiā, vt in habente, ex modo suæ signationis naturaliter, habet ꝙ possit supponere pro ꝑsona. Et sic ea quæ sunt propria ꝑsonarū, possunt ꝑdicari de hoc noīe Deus, vt dicatur ꝙ Deus est genit⁹ vel gñans, sicut dictū est [e]. Sed hoc nomē essentia nō habet ex modo suæ signationis ꝙ supponat pro persona: qa signat essentiā vt formā abstractā. Et ideo ea quę sunt propria personarū, quibus abinuicē distinguūtur, nō possunt essentiæ attribui. Significaretur enim ꝙ esset distĩctio in essentia diuina, sicut est distinctio in suppositis.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ ad exprimendā vnitatē essentię & ꝑsonæ, sancti doctores aliqñ expressius loquuti sunt quā proprietas locutiōis patiat̃. Vnde huiusmodi locutiones nō sunt extēdendæ, sed exponēdæ, vt s. nomina abstracta exponantur per concreta, vel etiā per noīa personalia: vt cū dicit̃, essentia de essentia, vel sapiētia de sapiētia, sit sensus, filius qui est essentia & sapiētia, est de patre, qui est essentia & sapiētia [e]. In his tamen nominibus abstractis est quidā ordo attendendus: quia ea quæ pertinent ad actum, magis propinque se habent ad ꝑsonas, quia actus sunt suppositorū. Vnde min⁹ impropria est ista, natura de natura vel sapiētia de sapīa, quā essentia de essētia.

¶Ad secundū dicēdū, ꝙ in creaturis gñatū nō accipit naturā eādē numero quā gñans habet, sed aliā numero, q incipit in eo esse per gñationem de nouo, & desinit esse per corruptionē. & ideo gñatur & corrūpitur per accidēs. Sed Deus genitus eandē naturā numero accipit, q generans habet. Et ideo natura diuina in filio non generatur. neq; per se, neq; per accidens.

¶Ad tertiū dicēdū, ꝙ sed Deus & diuina essētia sint idē scđm rē, tñ rōne alteri⁹ modi significādi, oportet loqui diuersimode de vtroque.

¶Ad quartū dicēdū, ꝙ essentia diuina prædicatur de pr̃e per modū idētitatis, ꝑpter diuinā simplicitatē: nec tñ sequit̃ ꝙ possit supponere pro pr̃e, ꝑpter diuersum modū significādi. Ratio autē procederet in illis quorū vnū prædicat̃ de altero, sicut vniuersale de ꝑticulari.

¶Ad quintū dicendū, ꝙ hæc est dr̃ia inter noīa substātiua & adiectiua, qa noīa substātiua ferunt suū suppositū, adiectiua vero nō, sed rē significatā ponūt circa substātiuū. Vnde sophistæ dicūt ꝙ noīa substātiua supponūt, adiectiua vero nō supponūt, sed copulāt. Noīa igitur ꝑsonalia substātiua possunt de essentia prædicari ꝑpter idētitatē rei. Neq; sequit̃ ꝙ ꝑprietas personalis distinctā determinet essentiā [e]. Sed ponit̃ circa suppositū importatū per nomen substātiuū. Sed notionalia & personalia adiectiua nō pñt prędicari de essentia, nisi aliquo substātiuo adiūcto. Vñ non possumus dicere ꝙ essentia est gñans: possumus tñ dicere ꝙ essentia est res gñans, vel Deus gñans, si res & Deus supponāt pro ꝑsona, nō autē si supponāt pro essentia. Vñ nō est cōtradictio, si dicat̃ quòd essentia est res gñans & res nō gñans: qa primo res tenet̃ pro ꝑsona, secūdū pro essētia.

¶Ad sextū dicēdū, ꝙ deitas inquātū est vna in pluribus suppositis, habet quandā cōuenientiā cum forma noīs collectiui. Vnde cū dicit̃, pater est principiū totius deitatis, pōt sumi pro vniuersitate personarū: inquantū, s. in omnib⁹ ꝑsonis diuinis ipse est principiū. Nec oportet quòd sit principiū suiipsius, sicut aliquis de populo dicitur rector totius populi, non tamen

a ¶*Super Quæstionis trigesimænonæ Articulum quintum.*

Titulus clarus est.

¶In corpore duo facit. Primo refert errorem Abbatis Ioachim. Secundo, respondet quæsito.

¶Quo ad primum, Abbas Ioachim, vt patet in principio Decretalium, tenuit partem affirmatiuam: & fundamentū eius erat diuina simplicitas, cum autoritate Augustini male intellecta. Cōmenta.

¶Quo

¶Quo ad secundū conclusio respōsiua est negatiua, scilicet ꝙ huiusmodi nomina abstracta non possunt supponere pro ꝑsonis. Et probatur, ad veritatē ꝑpositionū oportet seruare & rem significatā & modū significandi: sed Deus & deitas habēt diuersos modos significādi, ergo &c. litera enim plana est. Et additur cōfirmatio ducens ad inconueniēs: quia si de hmōi abstractis diceretur personalia, significaretur distinctio in ipsis.

¶In responsione ad quintū, aduerte quòd in illis verbis (possumus dicere quòd essentia est res, vel Deus generans: si res & Deus supponūt pro persona, non autē si suppo-
208 1. dist. 48. q. 2. art. 2. ad 5 m. nant pro essentia) ly supponere pro essentia, sumitur iuxta propositum præsentis articuli, scilicet pro essētia in abstracto, & non sumitur pro essentia in cōcreto: iuxta propositum præcedētis articuli. Et ratio cōuincens ad hāc expositionē est, quia de quolibet de quo cōtingit negare, potest affirmari contradictorie: & cōsequenter, cū de essentia in concreto falsa sit negatiua, scilicet Deus nō generat, veram oportet esse affirmatiuā cōtradictoriam, scilicet Deus generat. & sic hæc affirmatiua est vera: non solū accipiendo ly Deus pro patre, sed etiam pro essentia in concreto. sumitur ergo in hac litera essentia pro essentia in abstracto.

a ¶*Super Quæst. trigesimænonæ Art. sextū.*

Cōment. Titulus clarus.

¶In corpore est vna cōclusio habēs duas partes: & est hęc, nomina tā
206 c personalia quā notionalia si sunt adiectiua, non prędicantur de essentia, si vero substantiua, prædicātur de ea. Et quo ad primā quidē partē satis probata relinquitur ex præcedēti articulo. Quo ad secundā vero manifestatur ex reali identitate
205 & c inter essentiam & personas singulas & omnes, & hoc respectu essentiæ tā in abstracto quā in con-
205 c creto. Ita quòd vtraq; est vera: essentia est tres personę: & Deus est tres personę, vt clare patet in litera. Et aduerte ꝙ id qđ dicitur de substātiuis, licet verificetur respectu essentiæ tā in abstracto quā in cōcreto: qđ tamē dictum est de adiectiuis in prima parte conclusionis respectu essentiæ in abstracto, tantū intelligas eo ꝙ, idem est iudiciū de adiectiuis & ver-
18 bis, ac per hoc de quo verificatur ꝙ generat, verificatur etiam quòd est generans, & de quo negatur vnū, negatur aliud. Et iam patet ex dictis, quantū hęc differant, re-
208 1. dist. 31. q. 1. art. 2. spectu cōcreti & abstracti substantialis.

¶In respōsione ad secundum dubium occurrit: quoniā expresse in quæstione 8. de potentia Dei artic. 2. ad 6. autor dicit non esse prædicationem per se, quum paternitas prædicatur de essentia: imò ibi incidere sophisma accidētis. hic autem dicit, ꝙ hæc est per se, & nullo modo per accidēs, pater est Deus. Et posset augeri dubitatio simpliciter: sed quoniā vnico verbo difficultas euacuatur, pertranseo distinguēdo, quòd prædicatio per se est, duplex: quædam identica, & quædam formalis. Inter quas tantum distat, ꝙ identica per se non vocatur absolute per se, sed cum determinatione, scilicet per se identica. illa autem simpliciter vocatur per se: quum autem vtrobique dicantur huiusmodi propositiones identicæ, salua veritate, potuit ibi dici, quòd non sunt per se: quia non formales, vt ibi exponitur. Et dic ꝙ sunt per se in latitudine identicarum, vt hic innuitur, & in principio responsionis & in intento: intendit nāque quòd non accidit Deo esse patrem: cum tamē accidat animali identificari homini. Est ergo nullo modo per accidens, quo ad identitatem. Et tamen interuenit fallacia accidentis, quo ad formalitatem. Et sic omnia consonant: & euacuātur argumenta de prædicationibus formalibus & directis, & per se iuxta modos positos in libris Posteriorū: nihil enim horum idēticam prædicationē molestat, proprie loquendo.

suiipsius. Vel potest dici ꝙ est principiū totius deitatis: nō quia eā generet & spiret, sed quia eam generando & spirando communicat.

ARTICVLVS VI.

¶*Vtrum personæ possint prædicari de nominibus essentialibus.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ personæ nō possunt prædicari de nominibus essentialib. concretis, vt dicatur, Deus est tres personæ, vel est trinitas. Hæc enim est falsa, homo est oīs homo: quia pro nullo suppositorū verificari potest. Neque enim sor. est oīs homo, neq; Plato, neque aliquis alius. Sed similiter ista, Deus est trinitas, pro nullo suppositorū naturæ diuinæ verificari potest. Neque enim pater est trinitas, neque filius neque spiritussanctus. Ergo hæc est falsa, Deus est trinitas.

¶Præterea, Inferiora non prædicātur de suis superioribus nisi accidentali prædicatione, vt cum dico, animal est homo. Accidit enim animali esse hominē. Sed hoc nomen Deus se habet ad tres personas, sicut commune ad inferiora, vt Damascenus dicit. Ergo videt̃ quòd nomina personarum non possint prędicari de hoc nomine Deus nisi accidentaliter.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in libr. de fide ad Petrum, Credimus vnum Deum vnam esse diuinis nominis trinitatem.

CONCLVSIO.

a ¶*Nomina tam personalia quàm notionalia si sunt adiectiua, non prædicantur de essentia: si vero sint substantiua, de ea prædicantur.*

¶RESPONDEO dicēdum, ꝙ (sicut iam dictū est [e]) licet nomina ꝑsonalia vel notionalia adiectiua nō possint prædicari de essentia: tñ substantiua possunt ꝑpter realē idētitatē essentię & ꝑsonæ. Essentia aūt diuina nō solum idē est realiter cum vna ꝑsona, sed cum tribus. Vnde & vna ꝑsona & duæ & tres possunt de essentia prædicari, vt si dicamus, essentia est pater & filius & spiritussanctus. Et quia hoc nomen Deus per se habet quòd supponat pro essentia (vt dictum est [e]) ideo sicut hæc est vera, essentia est tres personæ, ita hæc est vera, Deus est tres personæ.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ (sicut suprà dictū est [e]) hoc nomē homo per se habet supponere pro ꝑsona, sed ex adiūcto habet ꝙ stet pro natura cōmuni. Et ideo hæc est falsa, homo est omnis homo: qa pro nullo supposito verificari potest. Sed hoc nomē Deus per se habet ꝙ stet pro essentia. Vnde licet pro nullo suppositorum diuinæ naturæ hæc sit vera, Deus est trinitas, est tamen vera pro essentia. Quod nō attendēs Porretanus, eam negauit.

¶Ad secūdū dicēdū, ꝙ cū dicitur, Deus vel diuina essētia est pater, est prædicatio per idētitatē, nō autē sicut inferioris de superiori: quia in diuinis nō est vniuersale & singulare [e]. Vñ sicut est per se ista, pater est Deus, ita & ista Deus est pater: & nullo modo per accidens.

ARTICVLVS VII.

¶*Vtrū nomina essētialia sint approprianda personis.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ nomina essentialia non sint approprianda personis. Quod enim potest vergere in errorē fidei, vitandum est in diuinis: quia vt Hiero. dicit, ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis. Sed ea quæ sunt communia tribus personis appropriare alicui, potest vergere in errorē fidei: qa potest intelligi ꝙ vel illi tantum personæ conueniant cui appropriantur, vel quòd magis conueniat ei quàm aliis. Ergo essentialia attributa non sunt approprianda personis.

¶Præterea, Essentialia attributa in abstracto significata significāt per modum formæ. Sed vna persona nō se habet ad aliā vt forma cum ab eo cuius est forma supposito nō distinguūt̃. Ergo essentialia attributa maxime in abstracto significata, nō debēt appropriari personis.

¶Præterea, Proprium prius est appropriato. Propriū enim est de ratione appropriati. Sed essentialia attributa secūdum modum intelligendi sunt priora personis, sicut commune est prius proprio: ergo essentialia attributa nō debent esse appropriata.

¶SED CONTRA est qđ Apostolus dicit 1. Cor. 1. Christū Dei virtutē & Dei sapiētiam.

CONCLVSIO.

¶*Decuit ad fidei manifestationem essentialia nomina personis diuinis appropriari & accōmodari, vel per viam similitudinis, vel dissimilitudinis.*

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ ad manifestationē fidei conueniēs fuit essentialia attributa personis appropriari. Licet enim trinitas personarū demōstratione probari nō possit (vt suprà dictū est [e]) conuenit tamen, vt per aliqua magis manifesta declaret̃. Essentialia vero attributa sunt nobis magis manifesta secūdum rationē, quā propria ꝑsonarū: qa ex creaturis ex quibus cognitionē accipimus, possum⁹ per certitudinē deuenire in cognitionē essentialiū attributorū, non autē in cognitionē ꝑsonaliū proprietatū, vt suprà dictū est [e]. Sicut igitur similitudine vestigij vel imaginis in creaturis inuenta vtimur ad manifestationē diuinarū personarum, ita & essentialibus attributis. Et hæc manifestatio personarū per essentialia attributa, appropriatio nominatur. Possunt autē manifestari personę diuinę per essentialia attributa dupliciter. Vno modo per viā similitudinis, sicut ea quæ pertinent ad intellectū, appropriātur filio, qui procedit per modum intellectus, vt verbum. Alio modo per modum dissimilitudinis: sicut potentia appropriatur patri (vt August. dicit) quia apud nos patres solent esse propter senectutem infirmi, ne tale aliquid suspicemur in Deo.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ essentialia attributa non sic appropriātur personis, vt eis esse propria asserantur, sed ad manifestandum personas per viam similitudinis vel dissimilitudinis: vt dictū est [e]. Vnde nullus error fidei seqtur, sed magis manifestatio veritatis.

¶Ad secūdū dicēdū, ꝙ si sic appropriarent̃ essentialia attributa personis, ꝙ essent eis ꝑpria sequeret̃ ꝙ vna persona se haberet ad aliā in habitudine formæ. Quod excludit Aug. in 6. de tri. ostēdēs, ꝙ pater nō est sapiētia quā genuit, quasi solus fili⁹ sit sapiētia, vt sic pater & filius simul tātū possint dici sapiētia, non autē pater sine filio. Sed fili⁹ dicit̃ sapīa patris quia est sapiētia de patre sapiētia. Vterq; enim per se est sapientia & simul ambo vna sapientia. Vnde pater nō est sapiens sapientia quam genuit, sed sapientia quæ est sua essentia.

¶Ad tertiū dicēdū, ꝙ licet essētiale attributū scđm rōnem propriā sit prius quā ꝑsona scđm modū intelligēdi: tñ inquātū habet rōnem appropriati, nihil prohibet propriū personæ esse prius quā appropriatū. Sicut color posterior est corpore, inquātū est corpus: prius tamē est naturaliter corpore albo, inquantū est album.

ARTICVLVS VIII.

a ¶*Vtrum cōuenienter à sacris doctoribus sint essentialia personis attributa.*

AD OCTAVVM sic ꝑcedit̃. Vr̃ ꝙ inconueniēter à sacris doctoribus sint essentialia personis attributa. Dicit enim Hila. in 2. de trinita. æternitas est in patre, species in imagine, vsus in munere. In quibus verbis

a ¶*Super Quæst. trigesimænonæ Articulū septimum.* 181

Annot. IN titulo appropriari non significat propriū fieri. quoniā essentialia nulli ꝑsonę possunt fieri propria, sed significant accōmodari & adaptari vt consueuerūt doctores facere attribuentes sapientiam filio, quia est verbum, &c. a 181

Cōmenta. ¶In corpore duo facit. primo respōdet quæsito affirmatiue vna cū cōclusione, conueniens fuit ad manifestationē fidei essentialia appropriari ꝑsonis. Et probatur breuiter sic, trinitas, quāuis indemōstrabilis est, tamen notificabilis ꝑ magis manifesta nobis: ergo conuenit ipsam manifestari per essentialia: ergo essentialia conuenit appropriare ꝑsonis. Prima cōsequentia probatur dupliciter. primo, quia essentialia possunt ratione naturali cognosci: personales autē proprietates non. Secundo, ex simili, sicut ꝑsona manifestatur per similitudinem vestigij vel imaginis, ita per essentialia. Secunda autem sequela declaratur quia appropriatio in ꝑposito nihil aliud est quā manifestatio personarū per essentialia attributa. Secundo pōit duos gñales modos appropriādi, s. ꝑ similitudinem ad propria ꝑsonarū aut ꝑ dissimilitudinē ad imperfectiones inuentas apud nos in ꝑsonis corūdē noīum, puta patribus aut filiis, &c. vt i sequēti articulo clare patet.

¶*Super Quæst. trigesimænonæ Arti. octauū.*

Titulus valde amplus est, cōphēdit enī quēnes de tot appropriatis, quot arguēdo tāgūtur: q omnia in scriptura tradita contineri videntur. 209 1. dist. 2. q. 1. articul. vnico. Et ibidē q. 3. articul. 1. & di. 34. q. 2. arti. vnico.

¶In corpore nihil addēdum puto, qñ distinctus ordinatus, format̃ facile quā intelligibilis ex se est. Vnde lectiōe potius quam expositione eget. Cōment.

verbis ponit tria noĩa ꝓpria ꝑsonarũ,ſ.nomen patris,& nomẽ imaginis, qđ eſt ꝓpriũ filio (vt ſuprà dictũ eſt [e]) & nomẽ muneris ſiue 193
201 donũ,qđ eſt ꝓpriũ ſpiritusſ.(vt ſuprà habitũ eſt[e]).Ponit etiã tria ap propriata.Nã æternitatẽ apꝓpriat patri,ſpeciẽ filio,vſum ſpirituiſ. Et videř ꝙ irrationabiliter.Nã æternitas importat duratiõẽ eſſẽdi, ſpecies vero eſt eſſẽdi principiũ, vſus vero ad operatiõnẽ ꝑtinere videtur. Sed eſſentia & operatio nulli ꝑſonæ appropriari inueniuntur.Ergo inconuenienter videntur iſta appropriata perſonis.

¶Præterea, Aug.in 1.de doc. Chriſtiana ſic dicit. In pře eſt vnitas, in filio æqualitas,in ſpirituſ.æqualitatis vnitatiſq; cõcordia.Et vř ꝙ inconueniẽter:qa vna ꝑſona nõ denoĩatur formaliter per id qđ ap-
208 propriař alteri. Non.n.eſt ſapiẽs př ſapĩa genita,vt dictũ eſt [c]. Sed
199 ſicut ibidẽ ſubdiř, tria hæc vnũ oĩa ſunt,ꝓpter přem,æqualia oĩa ꝓpter filiũ,cõnexa oĩa,ꝓpter ſpiritũſ.Nõ ergo cõueniẽter apꝓpriant ꝑſonis.Itẽ ſecundũ Aug.při attribuiř potẽtia,filio ſapiẽtia,ſpirituiſ. bonitas. Et vř hoc eſſe incõueniẽs. Nã virtus ad potentiã pertinet. Virtus autẽ inueniř appropriari filio,ſcđm illud 1.ad Cor.1.Chriſtũ Dei virtutẽ.Et etiam ſpirituiſancto, ſecundũ illud Luc.6. Virtus de illo exibat & ſanabat oẽs. Non ergo potẽtia patri eſt appropriãda.

¶Itẽ Aug.in lib.de tri.dicit, Non cõfuſe accipiẽdũ eſt qđ ait Apřs, Ex ipſo,& per ipſum, & in ipſo:ex ipſo dicens ꝓpter patrẽ,ꝑ ipſum propter filiũ, in ipſo ꝓpter ſpiritũſanctũ. Sed videř ꝙ incõueniẽter: quia per hoc,quòd dicit in ipſo, videtur importari habitudo cauſæ finalis, quæ eſt prima cauſarum. ergo iſta habitudo cauſæ deberet appropriari patri,qui eſt principium non de principio.

¶Itẽ inueniř veritas apꝓpriari filio,ſcđm illud.Io.14.Ego ſum via, veritas,& vita. ſimiliter liber vitæ : ſcđm illud Pſal. In capite libri ſcriptũ eſt de me.glo.j.apud patrẽ q̃ eſt caput meũ.Et ſimiliter hoc quòd dico qui eſt.Quia ſuper illud Iſa.63.Ecce ego ad gentes.dicit glo.Filius loquiř qui dixit Moyſi. Ego ſum qui ſum.Sed videř quòd propria ſint filij,& non appropriata. Nã veritas ſecũdũ Aug.in lib. de vera religione,eſt ſumma ſimilitudo principij abſq; omni diſſimilitudine.Et ſic videtur ꝙ propria conueniat filio qui habet principiũ. Liber etiã vitæ videtur ꝓpriũ aliquid eſſe:quia ſignificat ens ab alio.Omnis enim liber ab aliquo ſcribiř.Hoc etiã ipſum qui eſt, videtur eſſe ꝓpriũ filio. Quia ſi cũ Moyſi diciř, Ego ſum q̃ ſum,loquitur trinitas. Ergo Moyſes poterat dicere, ille qui eſt př & filius & ſpirituſſan.miſit me ad vos. Ergo & vlterius dicere poterat,ille qui eſt pater & filius & ſpirituſſ.miſit me ad vos,demõſtrãdo certã perſonã. Hoc autẽ eſt falſum. Quia nulla perſona eſt pater & filius & ſpirituſſ. Non ergo põt eſſe cõmune trinitati,ſed eſt propriũ filij.

CONCLVSIO.

¶In conſideratione Dei, qua Deus abſolute ſecundũ eſſe ſuũ conſideratur, Patri æternitas,filio ſpecies,vſus vero ſpirituiſ. in conſideratione vero Dei,qua vnus conſideratur,patri vnitas,filio æqualitas,ſpirituiſ.concordia,vel cõnexio: in conſideratione vero Dei ſecundũ ratiõnẽ cauſalitatis, patri potentia, filio ſapientia, ſpirituiſ. bonitas attribuitur:in conſideratione vero Dei vt ſuos reſpicit effectus,appropriatur patri à quo,filio per quem,ſpirituiſſancto in quo.

¶RESPONDEO dicendũ,ꝙ intellectus noſter qui ex creaturis in Dei cognitionẽ manu ducitur, oportet ꝙ Deũ conſideret ſcđm modũ quẽ ex creaturis aſſumit. In cõſideratione aũt alicuius creaturæ quatuor per ordinẽ nobis occurrũt.Nã primo cõſideratur res ipſa abſolute,inquantũ eſt ens quoddã. Secũda autẽ cõſideratio rei eſt,inquantũ eſt vna.Tertia conſideratio rei eſt ſecundũ qđ ineſt ei virtus ad operandũ,& ad cauſandũ.Quarta autem cõſideratio rei eſt ſecundũ habitudinẽ, quã habet ad cauſata. Vnde hæc etiã quadruplex conſideratio circa Deum nobis occurrit. Secundũ igitur primam cõſiderationem,qua conſideratur abſolute Deus ſecundũ eſſe ſuum,ſic ſumitur appropriatio Hila. ſecũdum quam æternitas appropriatur patri, ſpecies filio,vſus ſpirituiſancto.æternitas enim inquantum ſignificat eſſe non principiatum, ſimilitudinem habet cum proprio patris,qui eſt principium non de principio.ſpecies autem ſiue pulchritudo habet ſimilitudinem cum propriis filij.Nam ad pulchritudinem tria requirũtur. Primo quidem integritas ſiue perfectio.Quæ enim diminuta ſunt,hoc ipſo turpia ſunt.Et debita proportio ſiue cõſonantia.Et iterum claritas. Vnde quæ habent colorem nitidum,pulchra eſſe dicuntur.

¶Quantum igitur ad primum, ſimilitudinem habet cum proprio filij,inquantum eſt filius habens in ſe vere & perfectè naturam patris.Vnde ad hoc innuendum Aug. in ſua expoſitione dicit,vbi ſcilicet in filio ſumma & perfecta vita eſt,&c.

¶Quantũ vero ad ſecundũ conuenit cum proprio filij,inquantũ eſt imago expreſſa patris. Vnde videmus ꝙ aliqua imago dicitur eſſe pulchra,ſi perfectè repræſentat rem,quãuis turpem.Et hoc tetigit. Aug.cum dicit,Vbi eſt tanta conuenientia,& prima æqualitas,&c.

¶Quantũ vero ad tertiũ cõuenit cũ proprio filij, inquantũ eſt verbum,ꝙ quidẽ lux eſt, & ſplẽdor intellectus:& Damaſ.dicit.Et hoc tangit Aug.cum dicit,Tanquã verbũ perfectũ cui nõ deſit aliquid, & ars quædã omnipotẽtis Dei,&c. Vſus autẽ habet ſimilitudinem cum propriis ſpirituſſ:largo modo accipiẽdo vſum:ſcđm quod Vti cõprehendit ſub ſe etiã frui : prout vti eſt aſſumere aliqđ in facultatem voluntatis,& frui,eſt cum gaudio vti,vt Aug.10.de tri.dicit. Vſus ergo quo pater & filius ſe inuicẽ fruunř, conuenit cũ proprio ſpirituſſ.inquantũ eſt amor.Et hoc eſt qđ Augu. dicit,illa dilectio, delectatio, felicitas, vel beatitudo, vſus ab illo appellatus eſt. Vſus vero,quo nos fruimur, ſimilitudinẽ habet cum ꝓprio ſpirituſſ. inquantũ eſt donũ.Et hoc oſtendit Aug.cũ dicit,Eſt in trinitate ſpirituſſanctus,genitoris, genitiq; ſuauitas, ingenti largitate atque hubertate nos vel creaturas perfundens.Et ſic patet quare æternitas, ſpecies,& vſus ꝑſonis attribuantur vel approprientur. non autẽ eſſentia vel operatio:quia in ratione horũ,propter ſui cõmunitatẽ,nõ inuenitur aliquid ſimilitudinẽ habens cum propriis perſonarum.

¶Secunda vero cõſideratio Dei eſt,inquantũ conſideratur vt vnus. Et ſic Aug.patri appropriat vnitatẽ, filio æqualitatẽ, ſpirituiſancto concordiam ſiue connexionẽ.Quæ quidẽ tria vnitatem importare manifeſtum eſt, ſed differenter. Nam vnitas dicitur abſolute, non præſuppones aliquid aliud.Et ideo appropriatur patri, qui nõ præſupponit aliquã perſonã: cum ſit principiũ non de principio:æqualitas autem importat vnitatẽ in reſpectu ad alterũ.Nam æquale eſt quod habet vnã quantitatẽ cum alio. Et ideo æqualitas appropriatur filio qui eſt principiũ de principio.Connexio autẽ importat vnitatem aliquorũ duorum. Vnde appropriatur ſpirituiſ. inquantũ eſt à duobus:ex quo ſenſu etiã intelligi poteſt quod dicit Aug. tria eſſe vnum propter patrẽ, æqualia propter filium, cõnexa propter ſpiritumſanctũ. Manifeſtum eſt enim, ꝙ illi attribuitur vnũquodque in quo primo inuenitur:ſicut omnia inferiora dicuntur viuere propter animam vegetabilẽ, in qua primo inuenitur ratio vitæ in iſtis inferiorib⁹. Vnitas autẽ ſtatim inuenitur in perſona patris, etiã per impoſsibile remotis aliis ꝑſonis.Et ideo aliæ perſonæ à patre habẽt vnitatem. Sed remotis aliis perſonis non inuenitur æqualitas in patre.Sed ſtatim poſito filio inueniř æqualitas.Et ideo dicũtur omnia æqualia propter filium : non quòd filius ſit principium æqualitatis patri,ſed quia niſi eſſet patri æqualis filius,pater æqualis non poſſet dici.æqualitas enim eius primo conſideratur ad filium. Hoc enim ipſum,quòd ſpirituſſanctus patri æqualis eſt,à filio habet. Similiter excluſo ſpirituſancto qui eſt duorum nexus, nõ poſſet intelligi vnitas connexionis inter patrẽ & filiũ.Et ideo dicũtur omnia eſſe connexa ꝓpter ſpiritũſ. Quia poſito ſpirituſancto,inuenitur ratio connexionis in diuinis ꝑſonis. Vnde pater & filius poſſunt dici cõnexi. 196 b

¶Secundum vero tertiam cõſideratiõnẽ, qua in Deo ſufficiẽs virtus conſideratur ad cauſandum,dicitur ſumi tertia approbatio,ſcilicet potentiæ,ſapientiæ,& bonitatis.Quæ quidem appropriatio fit & ſecundum rationẽ ſimilitudinis,ſi conſideretur quod in diuinis perſonis eſt:& ſecũdum rationem diſſimilitudinis, ſi conſideretur quod in creaturis eſt.potentia enim habet rationẽ principij. Vnde habet ſimilitudinem cum patre cæleſti [e],qui eſt principium totius diuinitatis. Deficit autem interdũ patri terreno propter ſenectutẽ. Sapientia vero ſimilitudinem habet cum filio cæleſti inquantũ eſt verbum, quod nihil aliud eſt quã conceptus ſapientiæ. Deficit autẽ interdum filio terreno propter tẽporis paucitatem. Bonitas autem cum ſit ratio & obiectum amoris, habet ſimilitudinẽ cum ſpiritu diuino qui eſt amor:ſed repugnantiam habere videtur ad ſpiritum terrenum ſecũdum ꝙ importat violentiam quandã & impulſionẽ: prout dicitur Iſa. 26. Spiritus rubuſtorũ quaſi turbo impellens parietem.Virtus autẽ appropriatur filio & ſpirituiſancto:nõ ſecundũ quòd virtus dicitur ipſa potẽtia rei,ſed ſecundum ꝙ interdũ virtus dicitur id qđ à potẽtia rei procedit,prout dicimus aliquod virtuoſum factum eſſe virtutẽ alicuius agentis.Secundum vero quartam conſideratiõnẽ prout cõſideratur Deus in habitudine ad ſuos effectus,ſumitur illa appropriatio ex quo,per quẽ,& in quo.Hęc enim præpoſitio ex, importat habitudinẽ quandã cauſæ materialis, quæ locum non habet in diuinis.Aliquando vero habitudinẽ cauſæ efficiẽtis.Quæ quidem cõpetit Deo ratione ſuæ potẽtiæ actiuæ. Vnde & appropriatur patri, ſicut & potentia. Hæc vero præpoſitio, Per deſignat quidẽ quãdoq; cauſam mediã:ſicut dicimus ꝙ faber operatur per martellũ.Et ſic ly per,quãdoq; nõ eſt apꝓpriatũ,ſed proprium filij [c] : ſcđm illud Ioã.1. Omnia ꝑ ipſum facta ſunt:non quia filius ſit inſtrm, ſed qa ipſe eſt principiũ de principio. Qñque vero deſignat habitudinẽ formæ, per quã agẽs operatur, ſicut dicim⁹ ꝙ artifex operař per artẽ. Vnde ſicut ſapientia & ars appropriantur filio:ita & ly ꝑ quẽ. Hæc vero præpoſitio in, denotat ꝓprie habitudinẽ continẽtis.continet autẽ Deus res dupliciter.Vno modo ſcđm ſuas ſimilitudines : prout, ſ.res dicunř eſſe in Deo inquantũ ſunt in eius ſcientia. Et ſic hoc qđ dico in ipſo, eſſet appropriatũ filio.Alio vero modo cõtinenř res à Deo, inquantũ Deus ſua bonitate eas cõſeruat & gubernat,ad finẽ cõuenientẽ adducendo. Et ſic ly in quo, appropriatur ſpirituiſancto, ſicut & bonitas.Nec oportet quòd habitudo cauſæ finalis(quãuis ſit prima cauſarum)approprietur patri qui eſt principium non de principio, quia perſonæ diuinæ,quarum pater eſt principium,non procedunt vt ad finem (cum quælibet illarum ſit vltimus finis) ſed naturali proceſsione, quæ magis ad rationem naturalis potentiæ pertinere videtur.

243
280
196
b
243

¶Ad illud

a ¶*Super Quæſtionis quadrageſimæ Articulum primum.*

Cõmenta. TItulus clarus eſt.

¶In corpore tria facit. Primo tractat opiniõnẽ Porretani : ſecundo Præpoſitiui:tertio reſpõdet quęſito.Antequã vltra procedatur,aduerte ꝙ quatuor modis poſſunt variari opiniones in propoſito.Primo tenendo ꝓprietates neq; eſſe perſonas, neq; in perſonis. Secũdo eſſe ꝑſonas, ſed non in perſonis. Tertio ecõtra, eſſe in perſonis, ſed non eſſe perſonas. Quarto eſſe perſonas & in ꝑſonis,non poteſt enim quintus modus imaginari. Et ſignificãt diuerſas habitudines ly eſſe, & ly in.Nam ly eſſe idẽtitatẽ,ly vero in formalẽ denominatiõnẽ ſignificant.Vnde oẽs hi modi, excepto tertio, ſortiti ſunt opinãtes, vt in articulo patet.Primũ enim, ſcilicet proprietates neque eſſe perſonas neque in ꝑſonis, Porretani ea ratione dicebãt,quia relationes vt aſſiſtẽtes conſiderabant in ordine ad aliud. Sed hoc in litera repræhenditur, ratione pluries dicta: quia ſcilicet relatio eſt idẽ quod eſſentia diuina.

¶Circa hãc partem dubiũ occurrit : quia male adduci videř opinio Porretani:quoniam vt in q. præcedente allegatũ eſt, ponebat ipſe relationem eſſe perſonam, perſonam autem nõ eſſe eſſentiam : male ergo hic ſibi attribuitur, relationem nõ eſſe perſonam. ¶Ad hoc breuiter diciř, quòd in hoc loco ſuppo nit autor perſonã identificari eſſentię:quod nõ ſuppoſuit,ſed quærebat in primo articulo quæſtionis præcedentis. Et propterea hic & ibi verum recitauit Nã loquẽdo de ꝑſona diuina,non curãdo vtrum ſit eadem eſſentiæ, dicebat Porretanus ipſam relationem aſſiſtentem eſſe perſonã. Suppoſito autem quòd perſona ſit idem quod eſſentia, ſequebatur ex Porretano,quòd relatio non eſt perſona:quia relatio aſſiſtit, & nõ identificatur eſſentiæ:ſic autem pater, in hoc articulo ſermonem haberi de perſona : quare nullus error eſt.

Cõment. ¶Quo ad ſecũdũ Prepoſitiuus dicebat proprietates eſſe perſonas & nõ in perſonis, ea ratione qua in quæſt.31.negauit notiones,exponẽdo ſem per abſtractum pro cõcreto. Vnde & in litera reprehenditur, quia neceſſe eſt ponere proprietates in abſtracto,vt formalia principia perſonarum,vt ibidem probatum fuit.

¶Quo ad tertiũ:cõcluſio reſponſiua amplectitur quartum modum,& eſt, proprietates ſunt perſonę & in perſonis,& manifeſtatur dupliciter.Primo ratione ſic, de rõne formæ eſt eſſe in eo cuius eſt forma:ergo proprietatẽ oportet eſſe in perſona. Et probatur ſequela: qa eſt forma perſonæ. Secundo quo ad vtramque partem ſimul ex ſimili, deitas eſt in Deo, & eſt Deus:ergo.

39
97 ¶Ad illud vero qđ de aliis quæriř dicendũ, ꝙ cũ veritas ꝑtineat ad intellectũ(vt ſuprà dictũ eſt [e]) appropriatur filio,nõ tamen eſt propriũ eius. Quia veritas:vt ſuprà dictũ eſt [e] ,cõſiderari poteſt prout eſt in intellectu,vel prout eſt in re : ſicut igitur intellect⁹ & res eſſentialiter ſumpta,ſunt eſſentialia & nõ perſonalia,ita & veritas.Diffinitio autẽ Aug.inducta datur de veritate ſecũdũ quod appropriatur filio.Liber autẽ vitæ in recto quidẽ importat notitiã,ſed
247 in obliquo vitã.Eſt enim, vt ſuprà dictũ eſt [e], notitia Dei de his qui habituri ſunt vitã æternam.Vnde appropriatur filio,licet vita approprietur ſpirituiſancto, inquãtũ importat quẽdam interiorẽ motũ,& ſic conuenit cum proprio ſpirituſſancti inquantũ eſt amor.Eſſe autem ſcriptũ ab alio,non eſt de ratione libri inquantũ eſt liber,ſed inquantũ eſt quoddã artificiatum.Vnde non importat originẽ,neq; eſt perſonale, ſed appropriatur perſonæ. Ipſum autem nomen, qui eſt, appropriatur perſonæ filij,non ſecundũ propriã rationẽ, ſed ratione adiuncti:inquantum ſcilicet in locutione Dei ad Moyſen præfigurabatur liberatio humani generis,quæ facta eſt per filium. Sed tamẽ ſecundum quod ly qui, ſumitur relatiue, poſſet referri interdũ ad perſonã filij : & ſic ſumeretur perſonaliter,vt puta ſi dicat,filius eſt genitus, qui eſt, ſicut & Deus genitus ꝑſonale eſt. Sed infinite ſumptũ eſt eſſentiale.Et licet hoc pronomen iſte,grammatice loquendo,ad aliquam certã perſonã videatur pertinere:tamẽ quælibet res demõſtrabilis,grãmatice loquẽdo perſona dici poteſt,licet ſecundũ rei naturã nõ ſit perſona.Dicimus enim, iſte lapis & iſte aſinus.Vnde & grammatice loquendo,eſſentia diuina ſecundum quod ſignificatur & ſupponitur per hoc nomen Deus, poteſt demonſtrari hoc pronomine iſte, ſecundum illud Exod.15. Iſte Deus meus,& glorificabo eum.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA DE PERSONIS IN CÕPARATIONE AD RELATIONES & PROPRIETATES, IN QUATUOR ARTICULOS DIUISA.

DEINDE quæritur de perſonis in comparatione ad relationes, ſiue proprietates. ¶Et quærũtur quatuor. ¶Primo,vtrum relatio ſit idẽ quod perſona. ¶Secundo, vtrum relationes diſtinguant & conſtituant perſonas. ¶Tertio,vtrum abſtractis per intellectum relationibus à perſonis remaneãt hypoſtaſes diſtinctę. ¶Quarto,vtrum relationes ſecundum intellectum præſupponant actus perſonarum,vel ecõuerſo.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum relatio ſit idem quod perſona.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ in diuinis non ſit idem relatio quod perſona. Quæcunq; enim ſunt idem, multiplicato vno eorũ, multiplicatur & aliud. Sed cõtingit in vna perſona eſſe plures relationes, ſicut in perſona patris eſt paternitas & cõmunis ſpiratio. Et iterum vnam relationem in duabus perſonis eſſe, ſicut cõmunis ſpiratio eſt in patre & filio. Ergo relatio non eſt idem quod perſona.

¶Præterea, Nihil eſt in ſeipſo ſecundũ Philoſophum in 4.phyſic. Sed relatio eſt in perſona. Nec poteſt dici ꝙ ratione identitatis, quia ſic eſſet etiam in eſſentia : ergo relatio, ſiue proprietas, & perſona non ſunt idem in diuinis.

¶Præterea, Quæcunq; ſunt idẽ,ita ſe habent, ꝙ quicqd prædicatur de vno, prædicař & de alio. Non aũt quicqđ prædicař de ꝑſona,prædicař de proprietate. Dicimus enĩ,pater gñat, ſed nõ dicimus ꝙ paternitas ſit generãs. Ergo proprietas nõ eſt idẽ quod perſona in diuinis.

¶SED CONTRA, in diuinis nõ differunt quod eſt,& quo eſt,vt habetur à Boë.in lib.de hebdo. Sed pater paternitate eſt pater. Ergo pater idem eſt quod paternitas.Et eadẽ ratione aliæ proprietates idem ſunt cum perſonis.

CONCLVSIO.

¶Relationes ac proprietates in perſonis & perſonæ ipſæ ſunt.

¶RESPONDEO dicẽdũ,ꝙ circa hoc aliqui diuerſimode opinati ſunt.Quidã enim dixerunt proprietates neq; eſſe perſonas,neq; in ꝑſonis.Qui fuerunt moti ex modo ſignificãdi relationũ,quę quidẽ nõ ſignificãt vt in aliquo, ſed magis vt ad aliquid. Vnde dixerunt relationes eſſe aſsiſtẽtes, ſicut ſuprà expoſitũ eſt [e]. Sed quia relatio ſecundũ quod eſt quædã res in diuinis, eſt ipſa eſſentia:eſſentia autẽ idem eſt quod perſona (vt ex dictis patet [e]) oportet quòd tunc relatio ſit idẽ quod perſona. Hanc igitur identitatẽ alij cõſiderãtes,dixerũt proprietates quidẽ eſſe perſonas,non autẽ in perſonis:quia nõ ponebãt proprietates in diuinis, niſi ſecũdũ modũ loquẽdi, vt ſuprà dictũ eſt [e]. Neceſſe eſt aũt ponere ꝓprietates in diuinis, vt ſuprà oſtẽdimus [e].Quæ quidẽ ſignificanř in abſtracto,vt quædã formæ ꝑſonarum [c].Vnde, cum de ratione formæ ſit, ꝙ ſit in eo cuius eſt forma, oportet dicere ꝓprietates eſſe in perſonis,& eas tamen eſſe perſonas,ſicut eſſentiã eſſe in Deo dicimus,quæ tamen eſt Deus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ,ꝙ perſona & proprietas ſunt idem re, differunt tamẽ ſecundum rationẽ. Vnde non oportet ꝙ multiplicato vno multiplicetur reliquum. Cõſiderandum tamen eſt ꝙ propter diuinã ſimplicitatẽ conſideratur duplex realis idẽtitas in diuinis,eorũ quæ differunt in reb⁹ creatis.Quia enim diuina ſimplicitas excludit cõpoſitiõnẽ formæ & materiæ,ſequitur ꝙ in diuinis idem eſt abſtractum & concretũ,vt deitas & Deus. Quia vero diuina ſimplicitas excludit cõpoſitionem ſubiecti & accidentis,ſequitur quòd quicquid attribuitur Deo,eſt eius eſſentia:& propter hoc ſapientia & virtus idem ſunt in Deo, quia ambo ſunt in diuina eſſentia. Et ſecũdum hanc duplicem rationem identitatis, proprietas in diuinis eſt idem cum perſona. Nam proprietates perſonales ſunt idem cum perſonis, ea ratione qua abſtractum eſt idem cum concreto. Sunt enim ipſæ perſonæ ſubſiſtentes, vt paternitas eſt ipſe pater,& filiatio, filius, & ꝓceſsio, ſpirituſſanctus.Proprietates autẽ non perſonales ſunt idẽ cum perſonis ſecundum aliam rationẽ identitatis qua ratione illud quod attribuitur Deo,eſt eius eſſentia. Sic igitur communis ſpiratio eſt idem cum perſona patris & cum perſona filij:non quòd ſit vna perſona per ſe ſubſiſtens:ſed ſicut vna eſſentia, eſt in duabus perſonis, ita & vna proprietas, vt ſuprà dictum eſt [e].

¶Ad ſecundum dicendum,quòd proprietates dicũtur eſſe in eſſentia per modum identitatis tantum,in perſonis autem dicuntur eſſe per modũ identitatis,non quidem ſecundũ rem tantum, ſed quantum ad modum ſignificandi, ſicut forma in ſuppoſito. Et ideo proprietates determinãt & diſtinguunt perſonas, non autem eſſentiã. 174 197

¶Ad tertium dicendum , quòd participia & verba notionalia ſignificãt actus notionales. Actus autem ſuppoſitorum ſunt.Proprietates autem non ſignificant vt ſuppoſita , ſed vt formæ ſuppoſitorum [e].Et ideo modus ſignificandi repugnat,vt participia & verba notionalia de proprietatibus prædicentur. b 182

¶Aduerte hic,ꝙ proprietates eſſe in ꝑſonis, poteſt intelligi & trãſitiue & intrãſitiue. Et ſi quidẽ intrãſitiue intelligatur, redit opinio Præpoſitiui:quia nihil aliud ſignificatur niſi proprietates eſſe perſonas. Si autẽ tranſitiue, dupliciter intelligi poteſt. Primo vt ly in, denotet trãſitiõnẽ ſecũdũ rem:& ſic eſt falſum.Alio modo vt denotet trãſitiõnẽ ſecundũ rationẽ,non qualemcunq;, ſed velut formæ in ſuppoſito : & ſic ſumitur in propoſito.Eſt autẽ ratio neceſſitans ad vtranque affirmationẽ,ſcilicet eſſe perſonam & in perſona: quia ſi ſola idẽtitas poneretur, cum proprietas ſit etiã eadẽ eſſentię,non plurib⁹ modis eſſet proprietas in perſona quam in eſſentia. Et ſic idẽ eſſet iudiciũ in hac,paternitas eſt in patre, & paternitas eſt in eſſentia: cum tamen iſta ſit identica tantũ, prima autẽ ſit identica & formalis. Et ſcito ꝙ fundamẽtum identitatis eſt indiſtinctio realis,fundamẽtum autẽ denominationis formalis exigit aliquid ſecundum rationẽ, ſcilicet diſtinctiõnẽ inter quod & quo. Et ex his facile reſpondere potes ad arg. Greg.de Arimino in 26. & 27.diſt.primi, negantis dari proprietates in perſonis. omnia enim ſoluũtur, aduertendo ꝙ non denotatur tranſitio formalis niſi ſecundum rationem. Vnde & ratio facta in litera ex hoc eodem fundamento tenet; ſcilicet quòd ſicut de ratione formæ inhærentis ſecũdum rem ſuppoſito, eſt quòd realiter inſit illi:ita de ratione formæ ſeu principij formalis in cognoſcendo, eſt quòd ſecundum rationem inſit : ita quod ſola diſtinctio importata per ly in, eſt ſecundum rationem. coniunctio enim proprietatis in ſuppoſito eſt ſecundũ rem, ſicut formæ in ſuppoſito. Annota. 16 202 182 182 68 b

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum perſonæ diſtinguantur per relationes.* 211

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd perſonæ non diſtinguantur per relationes. Simplicia enim ſeipſis diſtinguuntur : ſed perſonæ ſunt maxime ſimplices. Ergo diſtinguuntur ſeipſis, & non relationibus.

1.diſt.26. q.2.artic. & poſt.q. 8.ar.3.& q.9.art.5. ad 18 m

a ¶*Super Quæſtionis quadrageſimæ Articulum ſecundum.*

Annota. IN titulo quæritur non de quocunque, ſed de primo diſtinctiuo,an ſcilicet relationes diſtinguant primo perſonas.

Comment. ¶In corpore quatuor facit. Primo pmittit quędã neceſſaria.Secũdo refert quãdã opiniõnẽ. Tertio improbat eam. Et quarto reſpondet quæſtio. ¶Quo

210 1.diſt.26. q.2.art.1. & di.33. arti.2.& opuſ.3.ca. 58.66.& 67.

¶Præter

¶ Præterea, Nulla forma distinguitur nisi secūdum suum genus. Non enim album à nigro distinguitur nisi secundum qualitatem. Sed hypostasis significat indiuiduū in genere substantiæ. Non ergo relationibus hypostases distingui possunt.

¶ Præterea, Absolutum est prius quàm relatiuum, sed prima distinctio est distinctio diuinarum personarum. Ergo diuinæ personæ non distinguuntur relationibus.

¶ Præterea, Id quod præsupponit distinctionē, non potest esse primum distinctionis principium. Sed relatio præsupponit distinctionem, cum in eius diffinitione ponatur. esse enim relatiui est ad aliud se habere. Ergo primum principium distinctiuum in diuinis non potest esse relatio.

¶ SED CONTRA est quod Boë. dicit in libr. de trinit. quòd sola relatio multiplicat trinitatem diuinarum personarum.

CONCLVSIO.

¶ *Relationibus potiusquam per originem, diuinæ personæ, seu hypostases distinguuntur.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in quibuscunque pluribus inuenitur aliquid cōmune, oportet quærere aliquid distinctiuum. Vnde cum tres personæ conueniant secūdum essentiæ vnitatē, necesse est quærere aliquid quo distinguantur ad hoc quòd plures sint. Inueniuntur autem in diuinis personis duo, secundum quæ differunt, scilicet origo & relatio. Quæ quidem quamuis re non differant, differunt tamen secundum modum significandi. Nam origo significatur per modum actus, vt generatio [e], relatio vero per modū formæ, vt paternitas. Quidam igitur attendentes quòd relatio consequitur actum, dixerunt quòd hypostases in diuinis nō distinguūtur per originem, vt dicamus quòd pater distinguitur à filio, inquantū ille generat, & hic est genitus. Relationes autem siue proprietates manifestant cōsequenter hypostasum siue personarum distinctiones: sicut & in creaturis proprietates manifestant distinctiones indiuiduorū, quæ fiunt per materialia principia. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo quidem quia ad hoc quòd aliqua duo distincta intelligātur, necesse est eorum distinctionem intelligi per aliquid intrinsecum vtriq;: sicut in rebus creatis, vel per materiam, vel per formam. Origo autē alicuius rei non significatur vt aliquid intrinsecum, sed vt via quædam à re, vel ad rem. Sicut generatio significatur vt via quædam ad rem genitam, & vt progrediens à generante. Vnde non potest esse quòd res genita & generans distinguantur sola generatione, sed oportet intelligere tam in generante quàm in genito ea quibus abinuicem distinguuntur. In persona autem diuina non est aliud intelligere nisi essentiam & relationem siue proprietatem. Vnde cum in essentia conueniant, relinquitur quòd per relationes personæ abinuicem distinguantur. Secundo, quia distinctio in diuinis personis nō est sic intelligēda quasi aliquid cōmune diuidatur: quia essentia cōmunis remanet indiuisa, sed oportet quòd ipsa distinguentia constituant res distinctas. Sic autem relationes vel proprietates distinguunt vel constituunt hypostases, vel personas inquātum sunt ipsæ personæ subsistentes, sicut paternitas est pater, & filiatio est filius, eo q in diuinis non differunt abstractum & concretum [e]. Sed contra rationem originis est quòd constituat hypostasim vel personam. Quia origo actiue significata significatur vt progrediens à persona subsistente, vnde præsupponit eam. Origo autem passiue significata (vt natiuitas) significatur vt via ad personam subsistentem, & nondum vt eam cōstituens. Vnde melius dicitur quòd personæ seu hypostases distinguantur relationibus quam per originem. Licet enim distinguantur vtroque modo [e], tamen prius & principalius per relationes secūdum modum intelligendi. Vnde hoc nomen pater non solum significat proprietatem, sed etiam hypostasim. Sed hoc nomen genitor vel generans significat tātum proprietatem. Quia hoc nomen pater significat relationem, quæ est distinctiua & constitutiua hypostasis [e]. Hoc autem nomen generans vel genitus significat originem, quæ non est distinctiua & constitutiua hypostasis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q personæ sunt ipsæ relationes subsistentes. Vnde nō repugnat simplicitati diuinarū personarum, quòd relationibus distinguantur.

¶ Ad secundum dicendum, q personæ diuinæ non distinguūtur in esse in quo subsistunt neque in aliquo absoluto, sed solum secundum id, quòd ad aliquid dicuntur. Vnde ad earum distinctionem sufficit relatio.

¶ Ad tertium dicendum, q quanto distinctio prior est, tāto propinquior est vnitati. Et ideo debet esse minima. Et ideo distinctio personarum non debet esse nisi per id quod minimum distinguit, scilicet per relationem.

¶ Ad quartū dicēdum, q relatio præsupponit distinctionem suppositorum quando est accidens [e]: sed si relatio sit subsistens, non præsupponit, sed secum fert distinctionē. Cum enim dicitur, quòd relatiui esse, est ad aliud se habere: per ly aliud, intelligitur correlatiuum quod non est prius, sed simul natura.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum abstractis per intellectum relationibus à personis, adhuc remaneant hypostases.*

AD TERTIVM sic proceditur: Videtur, quòd abstractis per intellectum proprietatibus, seu relationibus à personis, adhuc remaneant hypostases. Id enim ad quod aliquid se habet ex additione, potest intelligi remoto eo quod sibi additur. Sicut homo se habet ad animal ex additione, & potest intelligi animal remoto ratiōali. Sed persona se habet ex additione ad hypostasim. Et enim persona hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente [e]. Ergo remota proprietate personali à psona intelligitur hypostasis.

¶ Præterea, Pater non ab eodē habet quòd sit pater, & quòd sit aliquis. Cum enim paternitate sit pater: si paternitate esset aliquis, sequeretur quòd filius in quo non est paternitas, nō esset aliquis. Remota ergo per intellectū paternitate à patre, adhuc remanet quòd sit aliquis, quod est esse hypostasis. Ergo remota proprietate à persona, remanet hypostasis.

¶ Præterea, August. dicit 5. de trini. Non hoc est dicere ingenitum quod est dicere patrem. Quia si filium non genuisset, nihil prohiberet cum dicere ingenitum, sed si filium non genuisset, non inesset ei paternitas. Ergo remota paternitate, adhuc remanet hypostasis patris vt ingenita.

¶ SED CONTRA est quod Hila. dicit 4. de trini. Nihil habet filius nisi natum. Natiuitate autem est filius. Ergo remota filiatione, non remanet hypostasis filij. Et eadem ratio est de aliis personis.

CONCLVSIO.

¶ *Abstractis totali abstractione proprietatibus sola essentia, & non personæ remanēt, formali vero abstractione abstractis proprietatibus nō personalibus, remanent personæ: sed abstractis formali abstractione personalibus proprietatibus, non remanent hypostases.*

¶ RESPONDEO dicēdū, q duplex fit abstractio per intellectū. Vna quidē secūdum quod vniuersale abstrahit à particulari, vt animal ab homine. Alia vero scdm qd forma abstrahit à materia. Sicut forma circuli abstrahitur p intellectū ab omni materia sensibili.

¶ Inter has autē abstractiones hæc est differētia, q in abstractione quæ fit secundū vniuersale & particulare, nō remanet id à quo fit abstractio. Remota em ab hoïe differētia rōnali, non remanet in intellectu hō, sed solū animal.

¶ In abstractione vero quæ attēditur secundū formā à materia vtrunq; manet in intellectu. Abstrahēdo enim formā circuli ab ære, remanet seorsum in intellectu nostro & intellect' circuli & intellectus æris. Quāuis autē in diuinis non sit vniuersale neque particulare, nec forma & materia secundū rem, tamen scdm modū significādi inuenit aliqua similitudo horum in diuinis, scdm quē modū Dam. dicit, q cōmune est substātia, particulare vero hypostasis. Si igitur loquamur de abstractione quæ fit secundū vniuersale & particulare, remotis proprietatibus, remanet in intellectu essentia communis, non autē hypostasis patris, quæ est quasi particulare. Si vero loquamur secūdum modū abstractionis formæ à materia, remotis proprietatibus non personalibus, remanet intellectus hypostasum & personarū. Sicut remoto p intellectū à patre q sit ingenitus, vel spirās, remanet hypostasis, vel persona patris. Sed remota proprietate personali per intellectum, tollit intellectus hypostasis. Non enim proprietates psonales sic intelligunt aduenire hypostasib' diuinis, sicut forma subiecto præexistenti, sed ferunt secū sua supposita inquantum sunt ipsæ personæ subsistentes. Sicut paternitas est ipse pater. Hypostasis enim significat aliquid distinctum in diuinis, cum hypostasis sit substantia indiuidua. Cum igitur relatio sit quæ distinguit hypostases & constituit (vt dictum est [e]) relinquitur quòd relationibus personalibus remotis per intellectum, non remaneant hypostases.

¶ Quo ad primū tria præmittit, scilicet necessitatē quæsiti: quia sunt ibi plura cōmunicantia in vno. Et limites quæstionis: quia non est vagandū in quærendo distinctiua, sed standum infra hæc duo, scilicet relationē & originē: quia secundum hæc duo personæ differūt. Et differentiā inter hæc duo atque cōueniētiā: quoniā sunt vna res, & differunt in modo significandi, Nam relatio significatur per modum formæ, origo vero per modum actus.

¶ Circa limites quæsiti aduerte primo, q Scotus in 26. dist. primi, nisi timeret ecclesiæ cōtradicere, ostendit se velle libenter tenere q in persona diuina præter essentiam cōmunem trib', & relationē ac originē cuique personæ propriā, sit quædā entitas absoluta incōmunicabilis. quæ est constitutiua diuinæ personæ. Inchoátq; positionem hanc à dicto quodā Bonauenturæ in 25. dist. primi. Fundátq; se super autoritate scripturæ, prouerb. 30. q nomen eius & q nomen filij eius si nosti. arguēs sic, Quæstio quærit dubiū. & supponit aliquid certū. ista supponit filij nomē, & quærit nomen propriū eius: ergo filiatio nō est eius nomen propriū & constitutiuum, Affert quoq; multas rationes & autoritates: quibus, qui ipsemet respon[det]. dimissis, prædicta duo declarāda sunt. S. Bonauentura in primis non est talis opinionis, q personæ diuinæ sint absolutæ, vt expresse patet in 26. dist. primi sui. vbi ponit proprietates & origines distinguere personas: ita quod eis abstractis non remanēt hypostases. 212 Ponítque omnes proprietates esse relatiōes seu origines excepta innascibilitate quæ est negatiua. Illa vero verba quæ Scotus adducit, sunt quidem Bonauēturæ, sed ad aliud propositū: ipse enim in 25. dist. primi. ar. primo, quærēs de significatione huius nominis persona, tenet q persona de generali & primo significato importat substantiā: de speciali vero & vltimo significato, importat relationē: quia in diuinis pprietas personalis est relatio. Et arguit contra se: quia dici secundū substantiā & secundum relationem, distinguuntur in diuinis ex opposito. ergo non potest persona simul dici secundum substantiā ex generali & primo, & secundū relationē ex speciali & vltimo. Et respondet, quòd dici secundū substantiā inuenitur dupliciter. primo secundū substantialē essentiā: secundo secundū hypostasim. Et quòd dici secundum substantiā, primo modo distinguitur cōtra dici secundū relationē, non autē secundo modo: quia substantia, id est, hypostasis ad diuina cōtrahitur per relationē. Ex hoc autē dicto liquet etiā cæcis, quòd non ponitur à Bonauentura duplex res absoluta: altera essentialis & altera hypostatica, vt Scotus fingere vellet: sed habetur tantū, quòd substantia dupliciter sumitur, & pro essentia & pro hypostasi: quod etiam habetur 5. meta. & quod substantia secundo modo, id est hypostasis, dicitur formaliter de persona diuina, & quòd simul & semel persona diuina est hypostasis, & tamē relatio, &c. Hæc enim omnia cōmunia sunt omnibus theologis. Valde autē mirū est hoc imponi Bonauenturæ: cum in calce illius articuli expresse dicat, q persona patris non potest abstrahi à paternitate, salua sua personalitate, quid clarius, &c. Ad id vero Salomonis, quod Scotus tanti facit, facillime respondetur, q est æquiuocatio de nomine filij Dei. Dupliciter enim potest nominari, sicut & concipi. Vno modo secundū suū (vt ita dicam) quod quid est. Alio modo secundū conceptus & nomina ex creaturis abstrahibilia. Et primo quidē modo nullum nomē nō solum filij, sed nec Dei habemus, scriptum est enim Isaiæ 54. generationē eius quis enarrabit? & sic filius est nomen proprium secundæ personæ diuinæ inter nomina parientia nobis cognitionem, quia est. Et cum hoc nomen proprium pertinēs ad cognitionem quid est, est ineffabile. Sicut etiam Deus est nomen proprium ipsius Dei, & tamen nomen significans quid est Deus, ineffabile est.

¶ Circa eosdem limites quæsiti aduerte secundo, quòd relationis nomine autor intelligit ipsam relationem indistincte, id est non curando ipsam distinguere in seipsam vt habet actum relationis, & in seipsam vt habet actum proprietatis. Et propterea pluries in hac litera simul dicit proprietatē vel relationem. Dico autē hoc; (quoniam vt inferius patebit) in persona diuina est vna res respectiua significata vt origo, & vt relatio inquantum relatio, & vt proprietas indiuidualis seu personalis. Litera tamen vltimos modos sub vno hic comprehendit triplici, vt reor, ratione. Primo quia non habemus nomina primarum intentionum pertinentia ad proprietates nisi relationis vel originis vt patet discurrendo. Secundo quia alterum membrum, scilicet relatio, salua sua ratione, poterat subdistingui, vt de facto subdistinctū est in litera quarti articuli huius quæstionis. Tertio, quia cum personalitas secundum veritatē sit relatio, personámque reponat in genere ad aliquid, generis nomine large accepto, cōsequens est vt relationi daretur hic actus.

Quæstio. ¶ *Num relatio ab origine ex modo tantum significandi diuersa sit.*

¶ Circa differentiam assignatam inter relationē & originem dubium occurrit: quoniam falsum videtur quòd differāt in modo significādi. Ambæ enim significantur, & in abstracto & in concreto, & adiectiue & substantiue, & cæteris modis significandi: ergo in hoc non differūt. Est & aliud maius dubium circa subiunctam differentiā, scilicet quòd relatio significatur per modum formæ, origo vero per modū actus. Aut enim per significari per modum formæ, intendit significari per modum principij formalis in denominando, id est vt quo aliquid est tale, & sic differētia nulla est: 210 a quoniam sicut paternitas est qua aliquis est, & dicitur pater: ita generatio est qua aliquid est, & dicitur generans. Aut intendit significari vt rem inhærētē: & sic falsum est, quòd relatio significetur per modum formæ: 15 195 quoniā vt ipsemet. S. Tho. in q. de potentia q. 8. artic. 2. docuit, relatio licet insit non tamen significatur vt inhærens: imò differentia nulla esset: quoniam vt ibidem dicitur, c b 180 eadem est de actione & relatione quo ad hoc, ratio. Ad hęc simul dicitur quòd non est hic sermo de modis significandi grammatice, seu ex parte nominis significantis: sed potius metaphorice, seu ex parte rei significatæ plures vnius rei rationes appellando plures illius modos. Itaque intentio literæ est, quòd illa vna res, alio modo, id est alia ratione significatur nomine originis & nomine relationis, siue in abstracto, siue in concreto, siue quouis alio modo grammaticali. Et ex hoc consequenter respondetur ad secundam ambiguitatem: quòd quia forma est quæ dat esse rei formaliter, significari per modum formæ est in proposito significari per modum dantis esse formaliter. Et quoniam hoc contingit dupliciter, scilicet ex parte nominis, & ex parte rationis significatæ: & iam dictum est, quòd hic non est sermo de modo significandi ex parte nominis, ideo conceditur secundum membrum. Et ad obiectionē in oppositum dicitur, vt iam tactum est, quòd aliud est loqui de relatione, vt relatio, & aliud est loqui de reali relatione simpliciter. Relatio enim vt relatio non est aliquid inhærens, de ratione tamen relationis realis est vt insit. Itaque inter realem actionem & realem relationem hoc interest, quòd actio tam vt actio quàm vt realis actio, habet rationem egredientis: quamuis forte insit. Relatio autem realis etsi vt relatio non habeat rationem nisi assistentis, tamen vt relatio realis habet rationem assistentis & inhærētis, & propterea ex parte rationis significatæ significatur per modum formę. Et in hoc differt ab origine: & est ratio quare inferius relationi attribuitur distinguere ac cōstituere personam, & non origini, vt plenius patebit in 4. articulo.

Coment. ¶ Quo ad secundum, recitatur opinio quam sequitur Bonauentura, tria dicens, primo quòd relatio non distinguit hypostases, quia consequitur actum. Secundo quòd origo distinguit eadem ratione, quia, scilicet est prior relatione. Tertio quòd relationes manifestant distinctionem, sicut in creaturis proprietates indiuiduales.

¶ Quo ad tertium duæ rationes contra præfatam opinionē adducuntur. Prima est, distinctiuū oportet esse intrinsecū & proprium: ergo nec origo, nec essentia distinguit, ergo relatio. Antecedēs probatur in creaturis: in quibus distinctio aut est per materiā, vt per formā. prima vero consequentia quo ad primā partē probatur: quia origo vt sic, habet rationē viæ à re, vel ad rem. & sic non est intrinseca. quo ad secundā vero, quia essentia est cōmunis: & sic non est propria. secunda vero cōsequentia probatur per locū à diuisione: quoniā in persona præter essentiā & originē, sola relatio restat. Secūda autem ratio est: distinctiuū personale in diuinis est constitutiuum personæ: sed origini repugnat esse constitutiuum personæ, non autem relationi. ergo non origo, sed relatio distinguit. Antecedēs declaratur innuendo duplicem modum distinguendi, scilicet cōstituendo distinctum: vel distinguendo tantum, iuxta duplicem modum se habendi ad distinctū: contingit enim rem præexistentem distinguere, vt patet in diuisione aquæ, & tunc sola distinctione opus est: contingit etiam rem non præexistentem distinguere, & tunc constitutione & distinctione simul opus est. Essentia igitur diuina, quamuis præexistere intelligatur relationibus distinctiuis non tamen partitur seu distinguitur per relationes: quoniam semper indiuisa restat. Et propterea distinctiua oportet & distinguere: & constituere personas, vtpote non præexistētes: vt in antecedente assumptum est. b 166 Minor autē quo ad primam partem probatur, quia origo actiue præsupponit personam: passiue autē est via in eam. Quo ad secūdam autem quia relationes sunt ipsæ personæ subsistentes, eo quòd nō differūt ibi abstractum & concretum.

212 1. dist. 26. q. 1. art. 2. & post. q. 8. artic. 4. & opus. 3. c. 61. & 62.

Quæstio. ¶ *Quomodo intelligitur, & num verū sit, relationem cōstituere personas, in quantum personæ sunt, quia ibi non distinguuntur abstractum & concretum.*

b 171 ¶ Circa hanc rationem dubiū est de hac vltima probatione, quo ad duo. Primo quid sibi velint illa verba, relationes cōstituunt personas inquātum sunt ipsæ personæ. Secundo, quam vim habeant, cum illa adiuncta propositione, abstractū & concretum ibi nō differunt. Est autē ratio dubitandi, quoniā si est verum, omni ei quod est ipsa persona, conuenit constituere personā, vt patet ex illatione reduplicatiua, & sic origo inquātum est ipsa persona constituit eam, & similiter essentia, &c. Nihil etiā videtur dictū, quòd hoc constituit illud inquantum est ipsum: nisi quod idem cōstituat se, quod non est ad propositum. Extra propositum quoq; subiuncta videtur verba illa, de abstracto & concreto. De efficacia autem nulla apparentia est, dato quòd sint vera: quoniā & esse personas, & abstractū non differre à concreto, verificatur de originibus.

¶ Ad hæc dicitur quòd per esse personas, non intelligit autor tantummodo identitatem, sed idētitatem ex ratione ipsius proprietatis, seu relationis. In hoc enim, vt suprà dictum est, differ ab origine: quod ipsa ex sua ratione inest, loco cuius in diuinis est idem illi cuius est, origo autem secūdum propriam rationem non inest: & consequenter non identificatur ei cui attribuitur. Ly autem inquantum, nō tenetur reduplicatiue, sed specificatiue. determinat enim conditionem secūdum quam conuenit relationi constituere, & non origini: sicut cum dicitur, homo est crispus inquantum capillatus, conuenit enim relationi secundum quod esse aliquid significat in diuina persona constituere ipsam. Et quia non constituit ipsam vt pars, nec distinguit vt aduentitium: ideo dixit quòd constituit ipsam inquantum est ipsa. Itaque sensus est, quòd quia relatio est ex propria ratione non pars, nec adueniens aliquid, licet ipsa persona, ideo & constituit & distinguit, sub intelligendo semper sermonem de propriis personarum. Et ad manifestandum q relatio sit ipsa persona, & nō pars vel aliquid, adductum est, quòd ibi abstractum est idem quod concretū. hoc enim non est verum in his quæ se habēt vt totum & pars. Vnde patet responsio ad obiecta omnia. latens enim sententia, occasio fuit obiectionum. Hæc autem intelligas de his inquantum huic rationi deseruiunt. Sed quomodo absolute vera sit apud autorem hæc propositio, relatio constituit inquantum est persona ipsa, in articulo sequenti dicetur.

Annota. ¶ Circa dicta in his rationibus aduerte duo. Primum est in prima ratione, quòd omnis distinctio oportet quòd sit per aliquid intrinsecum, formam scilicet vel materiam: hoc enim oportet habere pro fundamento, in materia de principio indiuiduationis, vt non ponatur quantitas intrinsecum distinctiuum Sortis à Platone. Secundum est in secunda ratione, quòd distinguere etiam personā contingit constituendo & non constituendo. Et hoc oportet habere præ oculis in quęstione de distinctione filij & spiritussancti, vt in quæstione 26. diffuse diximus.

Coment. ¶ Quo ad quartum conclusio responsiua est, hypostases diuinæ, melius dicitur quòd distinguantur rationibus, quàm per originem. Et quoniam melius supponit vtrunque bonum, declarando conclusionem, primo dicit quòd vtrunque est verum. Secundo, quod hoc est melius: quia secundum modum intelligendi, prius & principalius distinguūtur per relationes. Et demum deducit corollarium consistens in differentia inter patris & genitoris nomen: quia pater est non solum proprietatis, sed personę nomen, genitor autem proprietatis tantum. Et patet sequela: quia relatio constituit, origo autem non. Ad fundamentum autem alterius opinionis, scilicet origo est prior relatiōe, vtpote consequente ipsam: respondebitur in quarto articulo, vbi distinguitur relatio.

Annota. ¶ In responsione ad primum aduerte, quod de personis diuinis possumus loqui dupliciter, scilicet secundum se: & sic verum est quòd distinguuntur seipsis: vt Præpositiuus & Gregor. de Arimino tenent. Et hoc expresse concedit Sanct. Thom. in primo sententiarum dist. 29. quæst. secunda articulo primo ad quintum. Si autem considerentur vt notæ & significatæ nobis, sic quū non distinguantur à relationibus nisi in modo significandi, constituuntur & distinguuntur relationibus, sicut Deus constituitur & distinguitur deitate à reliquis.

Annota. ¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd distinctio relatiua ponitur prima inter distinctiones reales. Tum quia secundum veritatem ipsa sola est simpliciter & omnino necessaria: reliquas enim non implicat contradictionē non esse quoniam extra Deum sunt. Tum quia nihil imperfectionis ponit, aut præsupponit. Et propterea ordine perfectionis est prima, & hoc intellige ordinādo distinctiones in ordine entiū simpliciter: secus enim esset in ordine distinctionum vt sic, vt in post prædicamentis diffuse diximus.

Annot. ¶ In respōsione ad quartum habes tria. Primo, quòd relatio subsistens facit distinctionem suppositalem: & de hoc inferius erit sermo. Secundo quod ly aliud, positū in diffinitione ad aliquid seu relatiui, stat pro correlatiuo. 211 Et ex hoc habes quam conformiter dixerimus in quæst. decimatertia de termino relatiui. Tertio quòd ly aliud, non præsupponitur à relatiuo, sed est simul cum eo. Et hinc habes quàm bene quoque dictum sit, quòd vnum relatiuum diffinit reliquum, non vt prius, sed vt simul natura & intellectu.

a ¶ *Super Quæstionis quadragesimæ Articulum tertium.*

Annota. IN titulo ly abstractis, quod distinguendum erat, in principio corporis distinguitur: per proprietates autem intelligit notiones, siue personales, siue non.

Coment. ¶ In corpore tria facit. Primo distinguit abstractionē in titulo positam. Secundo respondet quæsito. Tertio tractat quandam oppositam opinionem.

¶ Quo ad primum distinguit abstractionem: & applicat eam ad diuina. Distinguit quidem in abstractionem totalem & formalem, id est, qua totum vniuersale abstrahit à partibus subiectiuis: & qua forma abstrahit à materia, ponitque inter eas vnicam differentiam, scilicet quòd in totali, abstracti tantum conceptus remanet: in formali vero vtriusque scilicet abstracti & eius è quo abstrahitur, vt patet in exemplis literæ. Et si vis diffuse has abstractiones videre, lege commentaria nostra in De ente & essentia, in prima quæstione: applicat vero ad diuina non secundum rem, sed secundum modum significandi, autoritate vtens Damasceni.

¶ Quo ad secundum respondet quæsito tribus conclusionibus. Prima iuxta abstractionem totalem: abstractis proprietatibus, non remanent personæ, sed sola essentia. Et probatur, quia personæ se habent vt particularia, essentia vt vniuersale, id est, remanet Deus, & non remanet pater & filius & spiritussanctus: habet enim se Deus ad personas vt vniuersale ad particularia, vt Damascenus dixit. Secunda conclusio iuxta abstractionem formalem est: abstractis proprietatibus non personalibus, remanent personæ: & declaratur in ambabus, scilicet innascibilitate & spiratione.

Quæstio. ¶ *Num abstractis proprietatibus non personalibus, remaneant personæ.*

¶ Circa hāc conclusionē dubiū occurrit. Quoniā cōtradicere videt doctrinæ traditæ

Sed (ficut dictum est [e]) aliqui dicunt ꝙ hypostases in diuinis nō distinguunt per relationes, sed per solā originē, vt intelligatur pater esse hypostasis quædā per hoc ꝙ non est ab alio: filius autē per hoc quòd est ab alio per generationem. Sed relationes aduenientes quasi proprietates ad dignitatē pertinentes cōstituunt rationē personæ. Vnde & personales dicūtur. Vnde remoti huiusmodi relationibus per intellectū, remanent quidem hypostases, sed nō personæ. Sed hoc nō potest esse propter duo. Primo, quia relationes distinguunt & constituunt hypostases, vt ostensum est [e]. Secundo, quia omnis hypostasis naturæ rationalis est persona, vt patet per diffinitionem Boë. dicentis, quòd persona, est rationalis naturæ indiuidua substantia [e]. Vnde ad hoc quod esset hypostasis, & non persona oporteret abstrahi ex parte naturæ rationalitatem, non autem ex parte personæ proprietatem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd persona non addit supra hypostasim proprietatem distinguentem absolute, sed proprietatem distinguentem ad dignitatem pertinentem. Totum enim hoc est accipiendum loco vnius differentiæ. Ad dignitatem autem pertinet proprietas distinguens, secundum quod intelligitur subsidēs in natura rationali. Vnde remota proprietate distinguente à persona nō remanet hypostasis, sed remaneret, si tolleretur rationalitas naturæ. Tam enim persona quàm hypostasis est substātia indiuidua. Vnde in diuinis de ratione vtriusque est relatio distinguens.

¶Ad secundum dicendum, quòd paternitate pater nō solum est pater, sed est persona: & est quis siue hypostasis. Nec tamen sequitur quòd filius non sit quis siue hypostasis, sicut non sequitur quòd non sit persona.

¶Ad tertium dicendū, quòd intentio Aug. nō fuit dicere quòd hypostasis patris remaneat ingenita, remota paternitate: quasi innascibilitas constituat & distinguat hypostasim patris. Hoc enim esse nō potest: cū ingenitū nihil ponat, sed negatiue dicatur [e]: vt ipsemet dicit. Sed loquitur in cōmuni: quia non omne ingenitum est pater. Remota ergo paternitate, nō remanet in diuinis hypostasis patris, vt distinguitur ab aliis personis, sed vt distinguitur à creaturis: sicut Iudæi intelligunt.

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum actus notionales præintelligantur proprietatibus.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ actus notionales præintelligantur proprietatibus. Dicit enim magister 27. dist. 1. sententiarū, quod pater semper est, quia genuit filium. Et ita videtur quòd generatio secundum intellectum præcedat paternitatem.

¶Præterea, Omnis relatio præsupponit in intellectu id supra quod fundatur: sicut æqualitas quātitatem. Sed paternitas est relatio fundata super actione, quæ est generatio. Ergo paternitas præsupponit generationem.

¶Præterea, Sicut se habet generatio actiua ad paternitatem, ita se habet natiuitas ad filiationem. Sed filiatio præsupponit natiuitatem. Ideo enim filius est, quia natus est. Ergo & paternitas præsupponit generationem.

¶SED CONTRA, generatio est operatio personæ patris. Sed paternitas constituit personam patris. Ergo prius est secundum intellectum paternitas quàm generatio.

CONCLVSIO.

¶Origo passiue præcedit proprietates personarum præcedentium etiam personales: actiue vero præcedit originantis relationem non personalem.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ secundū illos qui dicunt, ꝙ proprietates non distinguūt & cōstituunt hypostases [e], sed manifestāt hypostases distinctas & constitutas, absolute dicendum est ꝙ relationes secundū modū intelligendi consequūtur actus notionales, vt dici possit simpliciter, ꝙ quia generat, est pater. Sed supponendo ꝙ relationes distinguant & constituant hypostases in diuinis [e], oportet distinctione vti. Quia origo significatur in diuinis actiue & passiue: actiue quidē, sicut generatio attribuitur patri, & spiratio sumpta pro actu notionali attribuitur patri & filio. Passiue autem, sicut natiuitas attribuitur filio & processio spirituisancto. Origines enim passiue significatæ simpliciter præcedunt secundū intellectum proprietates personarum præcedētium etiam personales. Quia origo passiue significata significatur vt via ad personam proprietate constitutam. Similiter & origo actiue significata prior est secundum intellectum, quàm relatio personæ originantis, quæ non est personalis. Sicut actus notionalis spirationis, secundum intellectum præcedit proprietatem relatiuam innominatam, communem patri & filio. sed proprietas personalis patris potest cōsiderari dupliciter. Vno modo vt est relatio. & sic iterum secūdum intellectum præsupponit actum notionalem. Quia relatio inquātum huiusmodi fundatur super actum. Alio modo secundum quod est constitutiua personæ. Et sic oportet quòd præintelligatur relatio actui notionali, sicut persona agens præintelligitur actioni.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd cum magister dicit, quòd quia generat est pater: accipitur nomen patris secundum quod designat relationem tantum, non autem secundum quod significat personam subsistentem. Sic enim oporteret econuerso dicere, quòd quia pater est, generat.

¶Ad secundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de paternitate, secundum quod est relatio, & non secundum quod est constitutiua personæ.

¶Ad tertium dicēdum, ꝙ natiuitas est via ad personam filij. Et ideo secundum intellectū pcedit filiationem etiā secūdū qd est constitutiua psonæ filij. Sed generatio actiua significatur vt pgrediens à persona patris. Et ideo præsupponit proprietatem personalem patris [e].

dite in quæstione trigesimasexta, vbi dictū est quòd abstracta spiratione à filio, nō distingueretur personaliter à spiritusancto: si enim abstracta spiratione, filius remanet persona, vt hic dicitur: ergo remanet hypostasis distincta à psonis, quæ esse possunt in natura diuina: & cōsequenter non distinguitur personaliter à spiritusancto per spirare. Et econuerso, si distinguitur personaliter per spirare, ergo non remanet hypostasis
211 distincta, abstracta spiratione: cuius oppositū hic dicitur.

Cōmentv. ¶Ad hoc breuiter ex fundamēto suprà posito dicitur ꝙ vtrūq; sane intellectum est verum: abstracta siquidē spiratione, remanet hypostasis filij, vt hic dicitur: & tamen abstracta spiratiōe, non remanet distinctio illius hypostasis à spiritu
211 sancto, vt ibi dicit. Hæc autem non contradicūt, & ratio est, quia hypostasis illa est relatiua, & cui non remaneret, relatiua ab illa non remane-
169 argumen. a ret distīcta. Falsum enim est quòd persona diuina & vniuersaliter res relatiua per vnum & idem constituatur & distinguatur relatiue à cæteris, etiam in eadem natura, vt suprà ostensum est.

Cōmenta. ¶Tertia vero conclusio est iuxta eādem abstractionem formalem, abstractis proprietatib. personalibus, non remanēt hypostases. Et probatur ex vtroq; actu proprietatis personalis, scilicet cōstituere & distinguere. Et constituere quidē proprietates personales non adueniunt præexistentibus hypostasibus, sed ferūt secum sua supposita, inquantum sunt ipsa: ergo ipsis abstractis non remanent supposita. Ex distinguere vero, hypostasis est substantia indiuidua, ergo est aliquid distinctum in diuinis: ergo remota relatione personali, nō remanet hypostasis. & tenet hæc vltima sequela,
o quia sola relatio ibi distinguit.

188 ¶Circa hanc partem aduerte, quòd illa propositio pluries repetita, scilicet proprietates cōstituunt personas, seu ferūt secum supposita inquātum sunt ipsæ personæ: non est singularis, sed in
213 omnibus puris & simplicibus communis. Deitas enim constituit Deum inquātum est ipse Deus: & gabrielitas Gabrielē inquantum est Gabriel, si sunt omnino idem. Et significant hæ propositiones specialem modū constituendi: dupliciter enim contingat constituere, primo, sicut forma constituit compositum: secundo sicut simplex constituit simplex, cum de primo modo constituendi loquimur, quoniam realis est constitutio: simpliciter dicimus quòd anima rationalis constituit hominem, &c. Et sic constituens non est constitutum. Quum autem de secundo cōstituendi modo est sermo, ad differentiam primi dicitur cum additione, quòd constituit inquātum est ipsum constitutum, nihil aliud intendendo per hoc, nisi quòd constitutiuum pro tanto dicitur cōstituere, pro quanto ponit se: ponendo enim se, cōstituit, quia ly se monstrat constitutum, & hoc significat ly inquantum est ipsum. Itaque paternitas ponendo se, constituit patrem, quia ipsa est pater. Et sic ly inquantum, tenetur reduplicatiue: modūmque cōstituendi reduplicat in simplicibus. Vnde ex hoc habes facilem viam respondendi obiicientibus contra huiusmodi propositiones.

1. dist. 27. q. 1. art. 2. & pos. qō. 10. arti. 3. & opusc. 3. ca. 63. & 64.

Cōment. ¶Quo ad tertium, refert & confutat opinionem quandam dicētem, quòd abstractis relationibus remanent hypostases, sed non personæ. Et ratio primi est, quia remanent origines distinguentes. Ratio vero secundi: quia relationes pertinent ad dignitatem quæ est de ratione personæ, non autē hypostasis. Confutatur autē dupliciter. Primo, ratio primi dicti, quia relationes probatum est esse prima distinctiua. Secundo, ratio secūdi dicti: quia dignitas qua differt persona ab hypostasi, tenet se ex parte naturæ. Persona enim addit supra hypostasim ex parte naturæ intellectualitatē. Ex parte autem ipsius indiuidui nihil penitus addit, vt patet ex diffinitione Boëtij. Vnde quia relationes se tenent ex parte indiuiduationis, falsum est quòd relationes sint proprietates personæ, & non hypostasis. sunt enim æque abstracta, persona & hypostasis ex parte indiuiduationis: quamuis ex parte naturæ dignioris, persona sit quid magis determinatum.

Annota. ¶In responsione ad secundū aduerte, ꝙ vt dicitur 5. meta. non incōuenit quædā dici ad aliqd secundū nomina specifica, quæ non dicūtur ad illud secundum nomina generica. Et propterea non incōuenit similiter accidere in proposito, scilicet quòd pater, patris nomine & re referatur ad filium, personæ autem re quidem, sed nō nomine, referatur ad eūdem. Accidit enim hoc quia (vt in litera dicitur) paternitate pater est pater, & persona: sed persona significat esse illam per modum absoluti. Dixi autem hæc propter argumēta Aureoli & Scoti: quæ tacenda censui. Ex hoc enim facile soluuntur.

212 a *¶Super Quæstionis quadragesimæ Articulum quartum.*

Titulus satis ex præcedentibus est clarus.

211 Cōment. ¶In corpore duo facit. Primo respondet secundum opinionē superius minus probatā. Secundo respondet iuxta viam quam sequitur.

¶Quo ad primum, conclusio secundum illos est vnica, relationes consequuntur actus notionales: & manifestatur, quia apud eos non distinguūt nec constituūt hypostases, &c.

¶Quo ad secundum primo distinguit originem in actiuam & passiuam, manifestando eas exemplariter. Secundo ponit conclusionem vnam de origine passiua. Origo passiue præcedit proprietates personarum præcedentium etiam personales. Probatur, quia significatur vt via ad personam proprietate constitutā. Tertio ponit secundam conclusionem de origine actiue. Origo actiue præcedit relationem originantis nō personalē. Et manifestatur in communi spiratione, vt est actus, & vt est relatio. Quarto distinguit personalem proprietatē patris, quæ sola restabat: quod potest dupliciter cōsiderari, scilicet, vt relatio, & vt constitutiua personæ. Et ponit hanc conclusionem, quòd paternitas, vt relatio, sequitur generationem: vt vero constitutiua personæ, præcedit generationem. Et declarat primam partem, quia relatio fundatur super actum. Secundum vero, quia actio præsupponit personam agentem.

¶Num sola relatio, & qua ratione constituat & distinguat personas diuinas. Quæstio

¶Circa vltima dicta dubium occurrit. Primo, quia videntur hæc contrariari supradictis in artic. 2. Quia aut loquimur de origine & relatione secundum rem, & sic non differunt. Aut secundum rationem: & sic, cum vtraque earum sit multiplex, quoniam potest sumi origo, vt origo, & vt constitutiua personæ, sicut & relatio. Et nec relatio vt relatio, nec origo vt origo constituit: aut distinguendum erat de origine, sicut de relatione distinctum est: aut affirmandum non erat, quòd relatio magis quàm origo constituit & distinguit.

¶Circa eandem quoque partem dubium occurrit maius. Quoniam paternitas, verbi gratia, aut est forma constitutiua sub expressa ratione paternitatis: aut sub alia ratione: si sub ratione paternitatis, ergo inquantum relatio: & sic distinctio nulla. Si sub alia ratione, ruunt supradicta: quibus conatus est autor ostendere, quòd constituere & distinguere personam sit actus relationis, vt distinguitur

QVAESTIO QVADRAGESIMAPRIMA De personis in comparatione ad actus notionales, in sex articulos diuisa

DEINDE considerandum est de personis in cōparatione ad actus notionales

¶Et circa hoc quærūtur sex. ¶Primo, vtrum actus notionales sint attribuendi personis. ¶Secundo, vtrum huiusmodi actus sint necessarij, vel voluntarij. ¶Tertio, vtrum secundum huiusmodi actus persona pcedat de nihilo, vel de aliquo. ¶Quarto, vtrum in diuinis sit ponere potentiam respectu actuum notionalium. ¶Quinto quid significet huiusmodi potentia. ¶Sexto, vtrum actus notionales, ad plures personas terminari possint.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum actus notionales sint attribuendi personis.

AD PRIMVM sic pcedit. Videtur ꝙ actus notionales non sint personis attribuendi. Dicit enī Boë. in li. de tri. ꝙ omnia genera cum quis in diuinam vertit prædicationem, in diuinam mutantur substantiam, exceptis relatiuis [e]. Sed actio est vnum de decem generibus. Si igitur actio aliqua Deo attribuitur, ad eius essentiam pertinebit, & non ad notionem.

¶Præterea, Aug. dic. 5. de tri. ꝙ oē qd de Deo dicitur, aut dicitur secundū substantiam, aut secundū relationem. Sed ea quæ ad substantiam pertinent, significantur per essentialia attributa: quæ vero ad relationem per nomina personarum, & per nomina proprietatum. Non sunt ergo præter hæc attribuendi personis notionales actus.

¶Præterea, Propriū actionis est ex se passionē inferre. Sed in diuinis nō ponimus passiones. Ergo neq; actus notionales ibi ponendi sunt.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in li. de fi. ad Pe. Propriū qdē patris est ꝙ filiū genuit. Sed generatio actus quidā est. ergo actus notionales ponendi sunt in diuinis.

CONCLVSIO.

¶Actus notionales propter ordinem originis conuenienter attribuuntur diuinis personis.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ in diuinis personis attēditur distinctio secundum originem. Origo autē conuenienter designari non potest nisi per aliquos actus [e]. Ad significandum igitur originis ordinem in diuinis personis necessarium fuit attribuere personis actus notionales.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd omnis origo designatur per aliquem actū. Duplex autem ordo originis attribui Deo potest. Vnus quidē secundū qd creatura ab eo progreditur: & hoc commune est tribus personis. Et ideo actiones quæ attribuuntur Deo ad designandum processum creaturarum ab ipso, ad essentiā pertinent. Alius aūt ordo originis in diuinis attenditur secūdū processionē personæ à psona. Vnde actus designātes huius originis ordinem, notionales dicuntur: quia notiones personarum sunt personarum habitudines adinuicem, vt ex dictis patet.

¶Ad secundum dicēdum ꝙ actus notionales secūdū modū significandi tantū differūt à relationibus personarum, sed re sunt omnino idem [e]. Vnde magister dicit in primo sententiarum 26. di. ꝙ generatio & natiuitas aliis nominibus dicuntur paternitas & filiatio.

¶Ad cuius euidētiā attendendū est, ꝙ primo oportet cognoscere originem alicuius ab alio ex motu Quia enī aliqua res à sua dispositione remoueret p motū manifestū fuit hoc ab aliqua causa accidere. Et ideo actio scdm primā nōis impositionē importat originē motus. Sicut enī motus put est in mobili ab aliquo, dr passio: ita origo ipsi' mot' scdm quod incipit ab alio, & terminatur in id qd mouetur, vocatur actio. Remoto igitur motu, actio nihil aliud importat, q ordinē originis, secundū qd à cā aliqua, vel principio pcedit [e] in id qd est à pricipio. Vñ, cū in diuinis nō sit mot',

stinguitur contra essentiam, & contra originem, vt patet in art. 2. & tertio. Et confirmatur atq; augetur dubium quoniā à S. Tho. quatuor pdicata habemus reali ratione quorum attribuitur relationi constituere psonam. Primū est essentia diuina. inquit enī in quæstionibus de potentia. q. 8. art. 3. in rñsione ad septimum ꝙ relationes constituunt hypostases inquantum sunt essentia diuina. Secūdū est ly diuina. inquit enī in 1. sentent. di. 26. art. 2. ad primū, ꝙ relatio in quātū diuina distinguit hypostasim. Tertium est ly subsistens. dixit enī in 2. art. huius qōnis in rñsione ad quartum, ꝙ relatio si sit subsistens, fert secum distinctionē suppositalem. Quartū est ly ipsa psona. dixit enī in pdicto articulo, ꝙ relationes constituunt & distinguunt, hypostases inquantum sunt ipsæ personæ subsistentes. Ex quibus omnibus conflatur ambiguitas: an de mente S. Tho. relatio sit cōstitutiua personæ, stādo infra latitudinem relationis & cōditionum eius, an vt includit essentiā, seu aliquod essentiale. Vndiq; enī angustiæ sunt. Si enī infra latitudinē relatiuā cōstituit, ruūt allegata ex locis prædictis. Si aūt vt est idem alicui absoluto, constituit, sequitur ꝙ personalitas in diuinis est formaliter absoluta cuius oppositum confessi sumus. Accedunt quoque argumēta Aur. apud Capre. in 26. di. primi specialiter contra illud
214 opusc. 3. cap. 651. dictū sumptū ex quæstionib' de potētia Dei. Et rursus cōtra tertium dictū sumptum ex secundo articulo huius quæstionis, s. relatio vt subsistens constituit quærendo quid importat ly
& a vt subsistens: & breuiter inferendo, ꝙ hoc
166 nihil aliud est nisi ꝙ idē constituat se, vel ꝙ constituens vt constitutum constituat.

¶Ad euidentiam horum scito ꝙ licet non desint Thomistæ tenentes oppositum propter illa adducta ex quæstionib' disputatis, & illis alludētia in primo sententiarum: mihi tamen videtur de mente S.T. ꝙ relationes illæ quas dicimus personales, s. primæ & incōmunicabiles: infra latitudinē relatiuā suā: tū cōstituūt psonas. Moueor aūt ex doctrina hui' quæstionis: expresse enī in primis, actus cōstituēdi personaliter in secūdo articulo attributus est relationi, vt distinguitur cōtra essētiā, & etiā originē: ergo nō inquātū est essētia, cōstituit psonā. Deīde in ar. 3. expresse dictū est ꝙ relationes psonales ferunt secū sua supposita: si ergo secū ferūt nō inquātū sunt essentia supposita, qm cōstat ꝙ nō ferūt secū essentiā. Postmodū etiā ibidē rñsione ad secundū explicite dictū est, ꝙ pater est paternitate nō solum pater, sed quis & hypostasis. Cōstat aūt ꝙ id qd cōuenit psonæ paternitate formaliter, nō cōuenit ei in quātū est eadē essentiæ, sed vt potius distinguitur ab ea. Vt tū oīa cōsonēt, & melius pcipiatur intētū scito ꝙ aliud est relationē habere aliqd quia est eadē essentiæ: & aliud est relationē habere aliquid vt est essentia. Primū enī significat relationē habere illud ab essentia radicaliter, secūdū aūt, formaliter. Exēplū primi relatio est realis. exēplū secūdi relatio est creatrix. Vñ in pposito imaginor, ꝙ quēadmodū relatio illa nō ex hoc ꝙ relatio, sed ex esse ꝙ de numero essentialiū est, est realis, vt supra dictū est cōtra Porretanos: & tū realitas cōuenit relationi illi p se ipsam formaliter, p essentiā aūt radicalr. Ita esse subsistētis naturæ subsistētia hypostatica, cōuenit illa relationi, puta paternitati p se ipsam formaliter, p essentiā aūt radicalr. et sic relatio illa, nō inquātū relatio, qa cōueniret oī relationi, sed inquātū illa, i. inquātum res relatiua hypostatica & prima cōstituit psonā. Itaq; esse cōstitutū hypostasis seu esse hypostaticū, nō ratione alicuius absoluti formaliter illi conuenit, sed ratione sui. Nec oppositum volunt loca allegata: quoniā in quæstionibus disputatis intēdit, ꝙ constituere habent ab essentia radicaliter, vt patet ex quæstione 9. ar. 5. ad 13. vbi idem iudiciū de hoc censet & de rōne quare pater est paternitas, s. ppter identitatem cum essentia: qd constat radicaliter intelligi. Relatio quoq; potest dupliciter dici diuina, vno modo identice, qa scilicet est eadē deitati. alio modo formaliter, quia, s. est in genere diuinorum. In proposito hoc secundo modo relatio est diuina. est enī paternitas illa increati & supremi, ac per hoc diuini ordinis se ipsa formaliter quamuis ab essentia hoc habeat radicaliter, cui est eadem. Et qm res ex hoc ꝙ diuina formaliter subsistens, seu substantifica est: nihil enī diuinum accidentis naturam habere potest, idcirco in idem redit: dicere relatio vt diuina, & vt subsistens: ita ꝙ relatio, puta paternitas vt substantifica relatiua res est personam patris constituit: subintellectis aliis conditionibus, scilicet incommunicabilitate & primitate ad differentiam spirationis: quæ etiam si soli patri conueniret, quia non est prima, non constitueret personam. Vnde patet quidē dictu relatio vt subsistens, s. vt substantificæ naturæ secūdū se formaliter est. Ex hoc enī habet ꝙ cōstituat hypostasim, & ꝙ non includit essentiam intrinsece, sed cōnotatā vt radicē, Et quoniā secūdū veritatē hic nō est distinctio inter cōstituens & cōstitutū, nisi in modo significādi: idcirco ad hoc insinuādū, dicēdū est ꝙ relatio cōstituit inquātū est ipa psona relatio cōstituit psonam, hoc solo modo s. ponēdo seipsā, qa est ipsa psona. Et ppterea cōstituens & cōstitutū sunt oīno idē realiter & formaliter, solóque modo significandi distincta. Colligēdo igitur omnia, quū dictum est, relatio constituit psonā, qa est diuina essentiā, qa diuina, qa subsistēs, qa ipsa psona essentia radicē diuina denominatio cōditionē formalē in cōmuni, subsistētia eādē in speciali, & ipsa psona modū constituendi psonā expressit: Tantæ enim celsitudinis constitutio pluribus debuit quo ad plures cōditiones nominib' explicari. Vñ Aureoli rōnes oēs cessant. Aduertentes nāq; qñ de radice, qñ de conditione formali, & qñ de modo cōstituendi est sermo: nec miscētes vnū alteri: aīaduerterent pariter, aut, in æquiuoco laborare, aut non esse in cōueniēs qd in cōueniēs apparet: puta ꝙ cōstituēs cōstituat inquantum est ipsum cōstitutū, si ly inquātū specificet modum constituendi &c. Expedita igitur vltima difficultate retrogradū psequēdo ordinem ad reliquas dicēdū est. Et ad secūdā quidem dicitur, ꝙ sicut apud logicos relatio dupliciter significatur, s. vt concepta, & vt exercita, & tñ vnamet relatio est: ita in pposito paternitas vt exercita consequitur actū generationis, & ipsamet sub expressa ratione paternitatis vt cōcepta, pcedit generationē & cōstituit hypostasim vnde nō coincidunt mēbra. Nec sequitur, ergo paternitas præcedit inquātū relatio, cōmunicando in vocabulis cū litera. qm in litera paternitas vt relatio, significat paternitatē, vt exercet actū relationis vt relatio est: paternitas vero vt constitutiua personæ significat, paternitatem eandem vt exercet actum hypostaticæ formæ. Et licet vtrunque infra relatiuam illius latitudinē cōprehendatur simul tamen non sunt secūdū rationis ordinē, sed paternitas vt pcedit generationē, cōstituit & distīguit relatiuā psonā patris, in esse hypostatico relatiuo realiter & formaliter. sed nō relatiue exercito: & ideo vocatur paternitas, nō vt relatio, sed vt constitutiua. Vt cōsequitur aūt generationem cōstituit, & distinguit eandē personā non esse in hypostatico, sed in esse relatiue exercito: & ideo vocatur paternitas vt relatio: ita ꝙ non sunt duo esse relatiua in patre, sed vnū tantū datū à paternitate formaliter ante generationē vt hypostaticū, & post vt exercitū. Et similiter vnica est distinctio relatiua patris à filio. sed data prius vt hypostatica, & post vt exercita: & sic de similibus. Et hæc si perspicies, omnia consonabūt & videbis quomodo Sco. ratio in 1. di. 28. q. vlt. contra hāc distinctionem literæ nihil valet, qa laborat in æquiuoco: nō percipiēs, ꝙ ly vt relatio, hic significat nō naturā, sed actum seu officiū relationis, vt expositū iā est. Percipies quoq; q van' fuerit tātus. eiusdē labor inquoli q. 4. eodē polutus peccato paternitas enī vt constitutiua, & vt relatio nō duas naturas, sed vnā, & illā atomā, s. paternitatē importat, significando distincta eiusdem relatione relationes scdm quarū vnā præcedit generationē, & secūdū alterā sequitur: sed relationis vocabulū eū decepit, & motiuū de quo in q. 42. art. 1. erit sermo, vbi reliqua soluētur.

¶Ad primam vero dicitur, ꝙ relatio distingui & affirmari debuit, & non origo. Primo quia opinantes oppositū non distinguūt de origine, sed vt originē ipsam constituentem faciunt, non curantes de modo significandi. Secundo, quia relatio realis, vt dictum est secundum propriam rationem, non solū ad est, sed est vt dictū est cōtra Porretanos. origo autē vt sic, vix tātū habet rōnem. Tertio & potissime qa in diuinis duo tātū genera saluantur, secundū Boëtiū, s. substātia & ad aliquid: psona aūt diuina est formaliter ad aliquid, vt supponimus, & consequenter oportet constitutiuum personæ esse ad aliquid. Et ppterea oportuit relationem affirmare, & deinde distinguere in duplicem eius actum, scilicet relationis, & talis vt expositum est. Si cōmunis autē doctrina sanctorum in diuinis genera originis, puta actionis, & passionis posuisset, & non relationis, proculdubio origo affirmaretur constituens, & distingueretur. Quia igitur oppositum de facto est, idcirco optime relatio præaffirmata ac distincta est.

218

215

111

b 239 a 108

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum primum.*

Titulus ex prædictis patet, sunt enim actus notionales generare, spirare, dicere, & cætera.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio responsiue quæsito affirmatiue. Actus notionales attribuẽdi sunt psonis. & probatur sic. in diuinis personis est distinctio secũdũ ordinẽ originis: ergo necesse fuit actus notionales attribuere personis. & probatur sequela quia huiusmodi ordo non põt cõuenienter designari, nisi cum his actibus. 211

Annot. ¶In responsione ad secũdũ aduerte, ꝙ duo dicit, s. ꝙ actiones istę sunt idẽ realiter quod relationes & ꝙ differũt rõne ab eis. Et primũ ꝓbatur, quia actio substracto motu nõ est nisi relatio, &c. Secũdũ vero, quia de diuinis sensibiliũ more, intelligimus & loquimur, &c. Et hic est locus quo vtunt dicẽtes actionem esse subiectiue in passo. Sed facile ad hoc respondet, ꝙ hic est sermo de actione vt actio est, & nõ vt accidẽs est, vel substãtia: & ideo nihil iuuat.

actio psonalis pducẽtis psonã, nihil aliud est quam habitudo principij ad personã quę est à principio. Quæ quidẽ habitudines sunt ipsæ relationes vel notiones[c]. Quia tñ de diuinis & intelligibilib⁹ rebus loq nõ possum⁹, nisi secũdũ modũ rerũ sensibiliũ à quib⁹ cognitionem accipimus, & in quibus actiones & passiones in quãtũ motum implicãt, aliud sunt à relationibus quæ ex actionibus & passionibus consequũtur: oportuit seorsum significari habitudines psonarũ p modũ actus, & seorsum p modũ relationũ. Et sic patet ꝙ sunt idẽ secũdũ rẽ sed differunt solũ secundũ modũ significandi.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ scdm qđ actio importat originẽ motus, infert ex se passionẽ: sic aũt non ponitur actio in diuinis psonis. Vnde non ponuntur ibi passiones, nisi grãmatice loquẽdo quantum ad modum significandi, sicut patri attribuimus generare, & filio generari.

ARTICVLVS II.

¶*Vtrum actus notionales sint voluntarij.*

AD SECVNDVM sic pcedit. Videt ꝙ actus notionales sint volũtarij. Dicit enĩ Hila. 1. li. de Syno. Non naturali necessitate ductus pater genuit filium.

¶Præterea, Apoca. cap. 1. Trãstulit nos in regnũ filij dilectionis suæ. Dilectio autẽ voluntatis est. Ergo filius genitus est à pře volũtate.

¶Præterea, Nihil magis est volũtariũ quã amor: sed spiritussanctus pcedit à patre & filio vt amor. Ergo procedit voluntariè.

¶Præterea, Filius procedit p modum intellectus vt verbum: sed omne verbum procedit à dicente per voluntatem. Ergo filius procedit à patre per voluntatẽ, & nõ per naturam.

¶Præterea, Quod non est volũtariũ, est necessarium. si igitur pater genuit filium nõ volũtate, videtur sequi quòd necessitate genuerit. Quod est contra Aug. in li. ad Orosium.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in eodem libro, quòd neque voluntate genuit pater filium, neque necessitate.

CONCLVSIO.

¶*Actus notionales non nisi concomitantur voluntarij esse dicuntur.*

¶RESPONDEO dicẽdũ ꝙ cũ dicitur aliquid esse vel fieri voluntate dupliciter potest intelligi. Vno modo. vt ablatiuus designet concomitantiam tantum: sicut possunt dicere ꝙ ego sum homo mea voluntate, quia scilicet volo me esse hominem. Et hoc modo potest dici ꝙ pater genuit filium volũtate, sicut & est voluntate Deus: quia vult se esse Deũ, & vult se generare filiũ. Alio modo sic, ꝙ ablatiuus importet habitudinem principij. Sicut dicitur ꝙ artifex operatur volũtate, quia volũtas est principiũ operis. Et secundũ hunc modũ dicẽdum est, ꝙ Deus pater non genuit filium voluntate sed voluntate produxit creaturam. Vnde in lib. de Syno. dicitur, ꝙ si quis voluntate Dei tãquã vnum aliquid de creaturis filium factũ dicat, anathema sit. Et huius ratio est: quia volũtas & natura secũdum hoc differũt in causando quia natura determinata est ad vnũ[c]: sed voluntas nõ est determinata ad vnum. Cuius ratio est: quia effectus assimilatur formę agentis per quã agit. Manifestum est autem, ꝙ vnius rei non est nisi vna forma naturalis per quam res habet esse[e]. Vnde quale ipsum est, tale facit. Sed forma per quam voluntas agit, nõ est vna tantũ sed sunt plures, secũdũ qđ sunt plures rationes intellectę. Vnde qđ volũtate agit, nõ est tale quale est agẽs, sed quale vult, & illud intelligit esse agẽs. Eorũ igit volũtas principiũ est, quæ possunt sic, vel aliter esse. Eorũ aũt quæ non possunt nisi sic esse, principiũ natura est. Quod autem põt sic, vel aliter esse, longe est à natura diuina sed hoc ptinet ad rõnẽ creaturæ, quia Deus est per se necesse esse, creatura aũt est facta ex nihilo. Et ideo Arriani volentes ad hoc deducere ꝙ filius sit creatura, dixerunt, ꝙ pater genuit filium voluntate[f], secundum quod voluntas designat principium. Nobis autem dicendum est ꝙ pater genuit filium non voluntate sed natura. Vnde Hila. dicit in lib. de Syno. Omnibus creaturis substantiam Dei voluntas attulit, sed naturam dedit filio ex impassibili, ac nõ data substantia perfecta natiuitas. Talia enim cuncta creata sunt qualia Deus esse voluit: filius autem natus ex Deo, talis subsistit qualis & Deus est.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ autoritas illa inducitur contra illos qui à generatione filij etiam concomitantiam paternæ voluntatis remouebant dicentes, sic eum natura genuisse filium, vt tamen voluntas generandi ei non adesset, sicut & nos multa naturali necessitate contra volũtatem patimur, vt mortem, senectutem, & huiusmodi defectus. Et hoc patet per præcedentia & subsequentia. sic enĩ ibi dicitur, Non enim nolente patre, vel coactus pater, vel naturali necessitate inductus, genuit filium.

¶Ad secundum dicendum ꝙ Apo. nominat Christum filium dilectionis Dei, inquantum est à Deo superabundãter dilectus non ꝙ dilectio sit principium gerationis filij.

¶Ad tertium dicendum quòd etiam voluntas inquantum est natura quædam, aliquid naturaliter vult, sicut voluntas hominis naturaliter tendit ad batitudinem[c]. Et similiter. Deus naturaliter vult & amat seipsum. Sed circa alia à se voluntas Dei se habet ad vtrunque quodammodo, vt dictum est[c]. Spiritus autem sanctus procedit vt amor, inquantum Deus amat seipsum. vnde naturaliter procedit, quanuis per modum voluntatis procedat.

¶Ad quartũ dicendũ, ꝙ etiã in cõceptionibus intellectualibus fit reductio ad prima, quæ naturaliter intelliguntur. Deus autem naturaliter intelligit seipsum, Et secundum hoc conceptio verbi diuini est naturalis.

¶Ad quintum dicẽdũ, ꝙ necessariũ dicit aliqd p se, & p aliud. Per aliud qdẽ dupliciter[c]. Vno modo sicut p cãm agẽtẽ & cogẽtẽ & sic necessariũ dicitur qđ est violentũ. Alio modo sicut p causam finalẽ: sicut dicitur aliquid esse necessarium in his q sunt ad finem, inquãtum sine hoc non potest esse finis, vel bene esse. Et neutro istorum modorum diuina generatio est necessaria. Quia Deus nõ est propter finem neq; coactio cadit in ipsum, Per se aũt dicitur aliquid necessarium qđ non potest non esse. Et sic Deum esse est necessarium. Et hoc modo patrem generare filium est necessarium.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrum actus notionales sint de aliquo.*

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulũ secũdum.*

Annot. Titulus intelligendus est ita ample vt sonat: in corpore nanque distinguetur.

Commẽt. ¶In corpore vnica est distinctio bimembris. cum singulis conclusionibus iuxta ipsa membra, Distinctio est, aliquid esse, vel fieri voluntate, contingit dupliciter, s. cõcomitãter, vel causaliter, seu principatiue, exẽplũ primi, fortes est homo sua voluntate. exẽplũ secundi, sortes ædificat domũ sua voluntate. Conclusio prima iuxta primũ membrum, pater genuit filium voluntate cõcomitãte. Et manifestatur, quia etiã pater est Deus volũtate cõcomitãte. ergo à fortiori, &c. Secunda vero cõclusio iuxta secũdum membrum est. Pater genuit filium natura. non voluntate principiante. sed sic produxit creaturam. Hæc cõclusio quo ad oẽs sui partes primo probatur autoritate Hil. Secundo ratione. Tertio ab opposita hæresi Arriana. Et autoritas quidẽ Hilarij plana est in litera. Ratio vero sumitur ex quadruplici differentia naturæ & voluntatis in causando sic. Vnius rei vna tantum est forma naturalis quæ est: voluntatis autem non vna est forma per quam agit, sed plures, secundum quod sunt plures rationes intellectæ: ergo natura est determinata ad vnum, voluntas vero non. ergo naturale agens, quale ipsum est tale agit: voluntarium autem quale vult & intelligit, & non quale ipsum est, agit. ergo natura est principium eorum quę non possunt nisi sic esse: voluntas autem eorum quæ possunt sic, vel aliter esse. ergo natura non voluntas est principium diuinæ personæ, creaturæ autem voluntas. Prima consequentia manifestatur in litera: quia effectus assimilatur formæ agentis per quam agit. Vltima autem, quia persona diuina, vt pote diuinæ naturæ, procul est à sic & aliter se habere, quia Deus est per se necesse esse: quo ad creaturam vero, quia est ex nihilo. Reliqua, vt nota, relinquntur. Testimoniũ autem ab Arrij errore affertur: quod satis patet in litera, cum ipsius confutatione ex Hil. autoritate vulgata.

215 1. disti. 6. art. 1. 2. & 3. & po. q. 2. art. 3.

Annot. ¶Circa hæc dicta aduerte, quòd communia sunt productioni filij & spiritussancti, vt patet, & ex titulo de actibus notionalibus vniuersaliter quærente, & ex tertio argumento. Expressit autem in conclusionibus autor generationem filij tanquam priorem secundum intellectũ, vt in actu exercito actus notionales sub illius nomine patefaceret quomodo se habeant ad voluntatem.

Annot. ¶Circa primam conclusionem & distinctionem simul aduerte quod voluntas cõcomitans vocatur voluntas comparata ad illud, vt ad obiectũ pcise. Voluntas autem principians vocatur voluntas cõparata ad illud, vt causa seu principiũ ad effectum. Et propterea voluntas cõcomitans potest inueniri dupliciter, scilicet antecedenter, sicut cum desidero pluuiam futuram: & consequenter, sicut cum pluit pluuia quæ est aut fuit. Vtrum autem conclusio prima verificetur de voluntate concomitante, & prius post secundum intellectum, an non, in litera non exprimitur Sco. tamen in primo distinctione sexta tenuit partẽ affirmatiuã, quam credo consonam Sancto Thomæ. Tamen quoniam apud ipsum superius in quæstione trigesimatertia articulo tertio ad primũ, docuit, quòd absoluta cõmunia toti trinitati sunt priora notionalibus, constat autẽ quòd velle generationẽ filij, sicut etiam velle essentiam diuinam, est absolutũ cõmuneque toti trinitati: ergo prius pater vult generationẽ filij quàm generet. Tum qm̃ par videtur ratio de processione spiritussancti, quã constat prius amari secundum rationem, quàm oriri: quoniã pater amando se & filium & spiritũsanctum, & eadẽ ratione spirationẽ ipsam, spirat spiritũsan. Nec obstãt dicta in q. de potentia Dei q. 2. ar. 3. qm̃ ibi per voluntatem præcedentẽ & voluntatẽ priorem tempore, natura, siue intellectu, intelligit voluntatem, vt principium, vt patet diligenter consideranti.

Annot. ¶Circa rationẽ adductã p secũda cõclusione aduerte, ꝙ tres ibi differentiæ inter voluntatem & naturam in causando ponuntur. Et quarta in essendo. Alio tamen ordine eas numerauimus quã in litera ponuntur, vt vis illationis à priori fieret. Differentia ergo in essendo in antecedente assumpta est. reliquæ aũt tres in tribus consequẽtibus successiue ponũtur. Est aũt sensus primæ 228 differẽtiæ, ꝙ vnius rei naturalis in actu vnica est forma. Et quãtum ad propositũ spectat, nihil refert, vtrũ vna res naturalis habeat plures formas subordinatas, 374 vt putant tenẽtes pluralitatem formarũ in eodem, an sit solum vna forma substantialis. Tum quia oẽs quo ad propositum sumuntur vt habent vim vnius. Tum quia qualibet vna tantũ est. Volũtas aũt vna & eadẽ plures vt plures, i. non vnius vim habẽtis formas sortitur: vt patet quũ oĩno disparata vult: & nulla sua forma dat vnum velle, sed opposita: qm̃ vt dicitur 6. meta. potentia rõnalis oppositorũ est. Differt igitur voluntas à natura[c], quia natura cõstituit in esse p vnicã formã, voluntas autem constituit in sua esse, qđ est velle, per multas formas, i. obiecta volita. Tum volendo multa p multa. Tum volẽdo opposita per vnũ. Vltima aũt differẽtia ex parte pductorum se tenẽs: intelligẽda est non absolute, sed vt stant sub talibus causis. hoc siquidem duplici modo intelligi põt s. simpliciter, & sic falsum est, ꝙ effectus naturæ non possint aliter se habere vt manifeste patet. Et vt stat sub tali causa, & sic est verum intentum: quoniam effectus naturalis deductis impedimentis, oportet ꝙ sit talis quale est agens: nec potest aut potuit secus ab illo agente fieri: effectus vero voluntarius potest, aut potuit sic & aliter fieri, ex quo voluntarius est.

Quæstio. ¶*Num & quomodo verũ sit, effectũ assimilari formæ agẽtis per quã agit.*

¶Circa probationem primæ consequentiæ, qua deducitur secunda differentia, & tertia ex prima, ex ista propositione, Effectus assimilatur formæ agentis per quam agit: dubium occurrit. Aut ista propositio est vera de assimilatione ad formam & modum essendi illius formæ. Aut de assimilatione ad formam tantum. Si quo ad formam tantum, ergo vane affertur in litera ad probandum naturam determinari ad vnum, & quale est naturale agens, tale agere ex hoc quòd vnius rei naturalis est vna forma, per quam res constituitur in suo esse naturali: quia effectus assimilatur formæ agentis. Et manifestatur, sequela ex differentia inter secundam & tertiam differentiam. nam secunda, scilicet naturam determinari ad causandum vnũ, spectat ad assimilationem ad formam: nam si agens, vnicam habet formam, & producit simile, oportet quòd producat simile vni formæ, & consequenter vnum tantum.

¶Tertia aũt scdm agere tale quale ipsum in se est, ptinet ad assimilationẽ ad formã & modũ essendi illius, vt patet, & est hic principaliter intẽta: qm̃ ex hac seqt quarta, quæ pximũ mediũ est conclusionis. Si igit ppositio illa non tenet quo ad assimilationem ad modũ essendi, nõ ꝓbatur intentũ. Si autem dicatur ꝙ est vera quo ad similationem vtriusq;, s. formæ & modi sequitur contra alterum membrum. nam sequitur, ergo effectus voluntatis assimilatur formæ in mente in modo essendi: quod patet esse falsum: nam domus in mente est sine materia.

¶Ad hoc dubium quanuis ad pauca respicientes distinguerent de agente naturali & voluntario, si tamen attendimus, quòd hac propositione litera cõiter vtitur ad naturale & voluntarium, & infert ex ea ꝙ illud agit quale ipsum est. hoc autem quale vult, non quale est, aliter oportet dicere. Dicito ergo propositionem illã esse verã quo ad formã & modũ per se illius inquãtũ est ratio agendi, Omne nanque agens siue naturale, siue voluntarium, quantum potest facit simile sibi secundum formam, & per se conditiones seu modum eius. Vocatur autem & est

& est modus per se alicuius, qui modificat eam infra propriam latitudinem. Modus enim per se docendi infra doctrinæ latitudinem est, & sic de aliis. Inter naturale autem & voluntarium agens, hoc interest, quòd naturale agit quia est, voluntarium vero quia vult: ac per hoc forma naturalis est ratio agendi quia est: forma vero voluntaria est ratio agendi quia volita. Et propterea modus per se formæ naturalis, est sic, vel sic esse: nam sic esse ad latitudinẽ essendi spectat. Modus vero per se formæ volũtariæ, est sic vel sic volitũ, & non sic essentiam sic volitum spectat ad latitudinẽ voliti: sic aũt esse distinguitur contra illud. Ex his autem vlterius sequuntur duo. Primo ꝙ forma voluntaria habet duplicem essendi modum, vnum in 117 quãtum est vnũ entium in mundo: & hic est esse immaterialiter in mẽte. Et alterum inquãtum est ratio agendi: & hic est esse sic, vel sic volitum. forma autem naturalis eũdem essendi modum habet, inquantum est. ens, & inquãtum est ratio agendi, & ratio est quàm diximus: quia ista agit quia est, illa quia volita: velle enĩ est aliud ab esse. Secundo quòd agens naturale assimilat sibi in forma, & modo formæ quantum potest effectum absque distinctione aliqua: & propterea filius assimilatur patri, etiam in indiuidualibus conditionibus, si virtus generatiua sit fortis. Et inde prouenit etiam quòd tantum substantiæ compositæ possunt immediate producere substantias materiales apud Peripateticos. Agens vero voluntarium assimilat effectum formæ qua agit, & modo eius inquantum ratio agendi, non autem modo eius inquantum ens. Et hinc patet solutio ad obiecta: quia, s. maiore subsumitur quòd modus essendi formæ voluntariæ, sit modus formæ de quo est sermo in illa maxima: nam in ea est sermo de modo per se formæ inquantum est ratio agendi: & est vniuersaliter vera. Agens enim voluntarium conatur quantum potest vt faciat quod vult, sicut quando vbi & quomodo vult, vt patet. Et sic vides quàm perspicue ex illa maxima autor tertiam differentiam intulerit, quòd scilicet naturale agit quale ipsum est: voluntarium vero quale vult, non quale est: & hæc bene notato & applicato quando oportet.

Annot. ¶Circa has differentias aliud occurrit dubium ex parte voluntatis; an scilicet verificentur de ea vt productiua ad extra tantum, an etiam vt productiua ad intrà. Nam si ad extrà tantum, vanus est hic labor vbi de productionibus ad intrà est quæstio. Si vero etiam ad intrà, sequitur quòd nihil erit productum à voluntate intus, nisi in actu reflexo: & tenet sequela, quia ex prædictis omne voluntarie productum, est productum vt volitum nihil est enim in voluntate volitum nisi reflexe, & cætera.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd aliquid esse in voluntate volitum contingit dupliciter: vno modo vt rem quandam, & sic reflexe est volitum. Alio modo vt tendentiam in obiectum amatum, & sic est directe volitum, eadem volitione qua volitum. potest quoque & aliter volitum distingui in volitum vt rationem volendi, & vt obiectum volitum. Et iuxta vtranque distinctionem intus & extra saluatur id quod de voluntate hic dicitur. Est enim intus productum, quia volitum actu recto, vel vt ratio volendi, vel vt tendentia in aliud. Et hoc sufficit sic enim voluntarium est ipsum velle, & liber ipse amor.

¶In responsione ad tertium nota distinctionem & responsionem. Distinctio est de voluntate in communi: quod potest considerari dupliciter, scilicet vt natura quædam, & vt se habet ad vtrunque, & quod primo modo naturaliter vult, secundo autem modo, libere. Et declaratur primus modus, in voluntate Dei respectu sui, & nostra respectu beatitudinis. Secundus vero in voluntate Dei respectu aliorum à se. Responsio autem consistit in applicatione primi membri, ꝙ scilicet spiritussanctus procedit naturaliter, per modum tamen voluntatis.

Quæstio. ¶*Num voluntatis sit aliquid actus naturaliter.*

¶Circa distinctionem voluntatis dubium occurrit. Sco. enim in primo distinctione secunda in quæstione de numero productionum diuinarum, & distinctione decima eiusdem, & in quolibetis. quæstione decimasexta, tenens spiritum sanctum procedere libere, conatur infringere hanc distinctionem: & ostendere quòd voluntas nullum actum habet mere naturaliter, Arguit ergo primo sic. voluntas & natura habent oppositos modos principiandi, ita quod nec ambo reducuntur in tertium, nec alter in alterum, & neuter dicit imperfectionem. ergo voluntas non potest naturaliter operari, nec natura libere. Antecedens quo ad primam partem manifestatur, quia natura est de se determinata ad agendum: voluntas autem non ex se naturaliter inclinatur, sed se ipsam determinat ad exercitium operis. Quo ad illam vero partem, quòd vnus non reducitur in alterum, probatur: quia tunc alterum secundum totum genus suum esset imperfectum. Quo ad reliqua breuitatis gratia pertranseo. Et confirmatur: quia oppositi modi agendi primo distinguentes potentiam actiuam, non sunt eiusdem potentiæ actiuæ, sed libere & naturaliter operari sunt huiusmodi: ergo probatur minor ex Arist. & in phy. & in metaphy. ponente primas differentias actiui principij, naturale & liberum, sub diuersis tamen nominibus. Nam in secundo phy. vocatur à proposito & in 9. metaphy. vocatur potentia rationalis, &c. Et confirmatur, quia voluntas tendit in ea quæ sunt ad finem, vt potentia libera: ergo sub ratione etiam potentiæ liberæ vult ipsum finem. Et tenet sequela quia eadem est potentia circa vtrunque.

¶Præterea, Conditio intrinseca potentiæ absolutæ vel in ordine ad actum perfectum, non repugnat perfectioni in operando: sed libertas est huiusmodi. ergo potest stare cum conditione perfecta possibili in operando. Talis conditio est necessitas, ergo libertas stat cum necessitate. Et confirmatur. firmitas operationis perficit: sed necessitas importat firmitatem: ergo perficit operationem liberam. Et confirmatur vltimo: quia nõ est eadem diuisio in principiũ actiuũ necessarium & contingens, & in naturale & liberum, sicut igitur aliquid naturale potest contingenter agere: quia potest impediri, ita aliqđ liberum potest necessario agere, Affert quoq; ad hoc autoritatem Aug. aut volũtas nõ est, aut libera dicendã est, qua beati sic esse volumus, vt esse miseri non solũ nõ velimus, sed nequaquã velle possimus. Ex quibus omnibus duo intendit, s. ꝙ omnis actus voluntatis est liber: & ꝙ cum libertate actus stat necessitas simpliciter eiusdem: & dicit spiritum procedere libere & necessario.

Quæstio. ¶*Num spiritus sanctus in diuinis procedat à volũtate vt principio naturaliter.*

¶Circa eandẽ distinctionẽ applicatã ad spiritũsanc. dubiũ occurrit ad hominẽ. Spiritussã. est à volũtate vt principio. ergo spũssan. põt sic & aliter se habere. 407 Antecedẽs ꝓbat: quia volũtas paterna est principiũ spiritussan. sicut intellect⁹ paternus est principiũ verbi. cõsequẽtia aũt tenet ex dictis in corpe hui⁹ art. vbi dictũ est, ꝙ est à volũtate vt pricipio, põt aliter se habere. Et si dicat, ꝙ esse à volũtate vt pricipio distincto contra naturam, dat sic & ly se habere, esse aũt à volũtate vt natura; nõ. Cõtra. spũssan. est à voluntate, vt voluntas est distincta cõtra naturã: ergo. antecedẽs ꝓbatur tripliciter: quia aliter numerus processionũ diuinarũ male fuisset probatus superius in q. 27. art. 5. ex hoc ꝙ in natura intellectuali non est nisi intelligere & velle. Secundo, quia voluntas in productione spiritussancti concurrit vt potentia distincta secundũ rationem ab essentia, seu natura, & ab intellectu. Tertio, quia vt in hac responsione dicitur spiritussanctus procedit per modum voluntatis.

¶Ad euidẽtiã huius difficultatis, distinctiõis, ac ꝓpric locutionis aduerte primo ꝙ queadmodũ intellect⁹ trifariã cõsiderat. Primo absolute, vt est potẽtia intellectiua: & sic vocatur intellꝰ. Scđo put est cognoscitiu⁹ absq; discursu, & sic etiã vocat intellect⁹. Tertio put est discursiu⁹, & sic vocat rõ. Ita pportionalr nõ eodem tñ ordine, volũtas trifariã sumi põt, primo p potẽtia volitiua: & sic vocat voluntas. Scđo p eadẽ potẽtia inquantũ est naturaliter determinata ad aliquod obiectũ seu opus, & sic vocatur volũtas vt natura. Tertio p eadẽ potẽtia vt est indeterminata ad vtrunlibet: & sic vocatur qñq; liberũ arbitriũ, qñq; voluntas. Et quia contingit volũtatẽ determinari ex se dupl'r. Vno modo quo ad specificationem actus, i. ꝙ si operatur circa tale obiectũ, oportet exire in actũ talẽ, ita ꝙ non oppositũ, sicut voluntas nostra determinata est ad beatitudinẽ. Alio modo quo ad specificationem & exercitiũ actus, sicut voluntas videntis Deũ determinatur ad amãdũ ipsum: ita ꝙ non solũ nõ potest habere actũ odij erga ipsum, sed etiã nõ põt suspẽdere actũ amandi eundẽ. Ita dupl'r volũtas habet rõnẽ naturæ. Primo vt determinata est ex se respectu alicuius obiecti ad velle, ita ꝙ nõ põt nolle illud: vel econuerso, ad nolle aliqd, ita ꝙ nõ põt velle illud. Et sic cõcorditer dicimus, ꝙ voluntas habet rõnẽ naturæ respectu beatitudinis & miseriæ: sed cum hac naturalitate stat libertas quo ad exercitiũ act⁹, id est velle, aut nõ velle, & similiter nolle, aut non nolle. Scđo vt determinata est ex propria natura respectu alicuius obiecti ad velle: nõ solũ vt distinguitur contra nolle, sed etiã vt distinguitur contra nõ velle, s. ꝙ oportet ipsam ex se præsentatum tale obiectum velle absque libertate suspendendi actũ. Et in hoc dissentire intendit Scotus, ita ꝙ ratio naturæ in voluntate respectu exercitij actus est in qua dissentimus, & quæ impugnatur.

¶Aduerte scđo, ꝙ quia potentię distinguũtur p actus, & actus per obiecta: cõsequẽs est, quòd si actus plures habẽt distinctiões ac differentias, oportet distinguẽdo cõsiderare, quòd differentiæ actuũ, quæ attendũtur penes per se primo differentias obiectorũ formaliũ, sunt distinctiuæ potẽtiarũ. Reliquæ aũt differẽtiæ actuũ non distinguũt potẽtias, quãtũcũq; inter se sint diuersæ. Et propterea, si naturale & liberũ nõ sunt differentiæ actuũ penes per se, primo obiecta distinctiua potẽtiarũ non inferẽt ex hac parte distĩctionẽ potẽtiarũ. Videtur aũt naturale & liberũ esse diuersæ modi agẽdi, queadmodũ discurrere & simpl'r intueri sunt modi intelligendi. Et queadmodũ intelligere per discursum & simpl'r, sunt qdẽ oppositi modi cognoscendi, & per se primo nõ diuersificãt potẽtias, sed modũ operãdi psuppositiue tñ potest dici diuersificare potẽtiã, pro quãto, s. præsupponunt diuersas potentias, vnã ita intellectualẽ, ꝙ nõ rõnalẽ. Alterã vero ita rationalem, ꝙ etiã intellectualẽ non enĩ potest esse rõnalis absq; intellectu, quia posterius non põt absolui à participatione prioris. Ita naturale & liberũ per se primo diuersificat non potẽtiã, sed modũ operandi. præsupponũt tñ diuersitatẽ potẽtiarum naturalis & liberæ: non ita ꝙ sicut datur potentia mere naturalis, ita detur potẽtia mere libera, quia hoc est impossibile: qm̃ in posteriori oportet saluari rõnẽ prioris, & infimũ inferioris participare superius. cõstat enĩ, ꝙ nã prior est voluntate, sed datur potẽtia vere libera, quæ scdm sui supremũ habet rationem naturæ, scdm vero reliquũ est mere libera. His igit prælibatis, ad rõnẽ Sco. negatur, ꝙ neuter istorum modorũ agẽdi reducat in alterũ: qm̃ liberũ reducitur ad naturale, habetem se liberũ ad naturale vt multa ad vnũ: vt motus ad immobile, vt variũ ad vniforme. Et ꝓpterea oportet ꝙ oriatur ab ipso, & fundet in ipso, sitq; ipsi⁹ effectus: vt inferius in q. 60. ar. 2. & 82. ar. 1. manifestat. Et cũ ꝓbatur oppositum: quia sequeret ꝙ liberũ scdm totũ genus suũ esset imperfectũ, accipiẽdo imperfectũ priuatiue & ꝓprie negat cõsequẽtia loquẽdo de naturali & libero ex pte pducentis. Si aũt est sermo ex pte etiã pducti, dico ꝙ pductio libera dicit impfectionẽ in reali pducto libere: qm̃ dicit illud in se posse sic & alr se habere, vt in corpe ar. deductũ est. Dixi aũt reali pducto, propter liberam volitionẽ qua Deus vult bonũ creaturis, ipsa enĩ non est producta realr, & ꝓpterea nõ potest in se sic & alr se habere, aut habuisse: quis possit alr habuisse habitudinem rõnis ad creaturas, ꝓpter imperfectionem termini. Et sic ruit fundamentũ Sco. ex hoc art. ex hac propositione, productio libera vt distinguitur contra naturalem, dicit imperfectionem in realiter producto. & propterea poni non potest in diuinis ad intrà. Et hic est alius defectus sui fundamenti. Vnde ad confirmationem primam dicitur, quòd quia differentiæ posteriores non variant suum prius & naturale & liberum sunt, differentiæ modi agendi: ideo non variant differentias actionum quibus distinguunt potentias. Concedo ergo quòd naturale & liberum sunt distincti mo-

di agendi, non tamen quod sint oppositi modi distinctiui potentiarum: sed proprie loquendo sunt distinctiui modorum possendi. Et hoc intendit Arist. in locis adductis: non enim intendit excludere à proposito & rationali naturam identice & causaliter, sed vt sic formaliter: vt etiam autor in hoc articulo distinxit voluntatem contra naturam. Et tamen non sequitur, ergo est alia potentia: sed, ergo est alia potentia, vel alia ratio eiusdem potentiæ. Posset tamen hæc materia vnico verbo absolui, dicendo, ꝙ volũtas distinguitur contra naturam præcisè & non cõtra naturam intraneam voluntati, quæ est simul natura & voluntas. Ad aliam verò confirmationem dicitur, ꝙ eadem quidem est potentia attingens finem & referens in finem, sed non eodem modo. Sicut etiam idem est intellectus principiorum & conclusionum, non tamen eodem modo. Ita em̃ se habent liberum & naturale in voluntate, sicut discurrere & naturalis notitia i intellectu. Ad aliam vero rationẽ, distinguendũ est de necessitate aut simpliciter aut immutabilitatis: & dicendum, ꝙ actui libero vt sic, repugnat necessitas simpliciter, de qua est sermo: quã spũs sanctus necessario pro-
206 & c 203 cedit, ita ꝙ eius oppositum implicat contradictionem secundum se. Necessitas autem immutabilitatis, est firmitas quæ stat cum libertate, & perficit operationem liberam. Et per hoc patet rñsio ad confirmationes: supponũt em̃ libertatẽ esse compossibilem necessitati simpliciter alicuius actus vt sic: qđ vt ex nono metha. patet falsum est. oportet enim libertatem esse respectu alicuius oppositionis.

¶Ad secundam dubitationẽ quæ est ad hominẽ, dicit, ꝙ labor est in æquiuoco, nã spũssanct⁹ procedit à voluntate vt principio, & à volũtate vt voluntas. sumẽdo volũtatis nomen p potẽtia volitiua: & hoc cõcludunt omnes obiectiones. Sic em̃ voluntatẽ ac-
156 186 187 cipiendo, verum est ꝙ productio spũssãcti est à voluntate vt principio, & vt distincta contra naturam, i. substãtiã volentis: nõ autẽ cõtra naturã, i. rõnem naturæ in se quasi participatã, i. contra modũ operandi naturæ: & ꝙ penes intellectum & voluntatẽ sumitur numerus pcessionũ diuinarum, & ꝙ spiritussanctus pcedit p modũ volũtatis. Ex hoc em̃ ꝙ pcedit p operationem volitiuæ potentiæ, habet illas tres conditiones, in quibus differt modus volũtatis à modo naturæ: quas vide in quæstionibus disputatis de potẽtia Dei q. 10. art. 2. ad 11. Cum his omnibus tamen stat, ꝙ conueniunt in hoc vnico modo, s. naturaliter, vt in litera habes. Accipiendo autem voluntatis nomen pro rõne volũtatis inquãtũ est libera: sic negatur, ꝙ pcessio spiritussancti sit à volũtate: & dicitur quòd est à voluntate, non in quantum voluntas, sed inquantum natura, & similia. Vnde hic oportet aduertere quomodo vtatur quis vocabulis.

¶Restat vnum dubium, an voluntas æquiuocè sumatur in prima & secũda cõclusione, quæ tamen sunt communes omnibus theologis, & determinatæ in primo sententiarum di. 6. Si enim sumitur vniuoce, sequitur ꝙ pater voluntate cõcomitante ad vtrumlibet, velit generationem filij: de hac enim est sermo in secunda. Si autem æquiuoce, satis leuis videtur disputatio & differentia.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd sumitur vniuoce vtrobique, s. pro potentia volitiua, seu actu volendi absolute & indistincte. Et in prima ostenditur, quòd actus volendi non curando qualis respicit generationem filij, siue processionem spiritussancti, vt obiectum. in secunda verò determinatur, quòd velle etiam non curando quale, non habet rationem principij ad vtrumlibet respectu actuum notionalium. Verum habere rationem principij ad vtrumlibet significatur per actum procedendi & ablatiuum voluntatis, vt puta, genuit voluntate: & sic non est æquiuocatio.

AD TERTIVM sic pceditur. Videtur ꝙ actus notionales non sint de aliquo. Quia si pater generat filiũ de aliquo, aut de se ipso aut de aliquo alio. Si de aliquo alio, cum id de quo aliquid generatur, sit in eo quod generatur, sequitur ꝙ aliquid alienũ à patre sit in filio. Quod est contra Hil. 7 de tri. vbi dicit, Nihil in his diuersum est vel alienum. Si autem filium generat pater de seipso, id autẽ de quo aliquid generaẽ, si sit permanens, recipit eius prædicationem qđ generatur: sicut dicimus ꝙ homo est albus, quia homo permanet, cũ de non albo fit albus. Sequitur igitur ꝙ pater vel non permaneat genito filio, vel ꝙ pater sit filius quod est falsum. Non ergo pater generat filium de aliquo, sed de nihilo.

¶Præterea, Id de quo aliquid generatur, est principium eius quod generatur: si ergo pater generat filium de essentia vel natura sua, sequitur ꝙ essentia vel natura patris sit principium filij. Sed non principium materiale, qa materia locum in diuinis non habet. Ergo est principium quasi actiuum, sicut generans est principium geniti. Et ita sequitur, ꝙ essentia generet. Quod suprà improbatum est[e].

¶Præterea, Aug. dicit, ꝙ tres psonæ nõ sunt ex eadẽ essentia: quia nõ est aliud essentia & psona. Sed persona filij non est aliud ab essentia. Ergo filius non est de essentia patris.

¶Præterea, Oĩs creatura est ex nihilo: sed fili⁹ in scripturis dicitur creatura. Dicit em̃ Eccl. 24. ex ore sapientiæ genitæ. Ego ex ore altissimi pdij primogenita ante omnẽ creaturã. Et postea ex ore eiusdẽ sapientiæ dicitur, Ab initio & ante secula creata sum. Ergo filius non est genitus ex aliquo, sed ex nihilo. Et similiter potest obiici de spiritusancto, ppter hoc qđ dicitur Zach. 12. Dixit dominus extẽdẽs cælum, & fundãs terrã, & creans spiritũ hominis in eo. Et Amos 4. secundũ aliã literam. Ego formans montes: & creans spiritum.

¶SED CONTRA est qđ Aug. dicit in lib. de fi. ad Pe. Pater Deus solus est de sua natura, sine initio genuit filium sibi æqualem.

CONCLVSIO.

¶*Filius Dei proprie & vere filius non ex nihilo, sed ex tota substantia patris genitus cum sit, actus notionales ex aliquo necessario sunt.*

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ filius non est genitus de nihilo, sed de substantia patris: Ostensum est em̃ supra[e], ꝙ paternitas, & filiatio, & natiuitas vere & proprie est in diuinis. Hoc autem interest inter generationem veram per quam aliquis procedit vt filius: & factionẽ qua faciens facit aliqd de exteriori materia: sicut scannum facit artifex de ligno; homo autem generat filium de se ipso. Sicut autem artifex creatus facit aliquid ex materia, ita Deus facit ex nihilo (vt infrà ostendetur[e]) non quòd nihilum cedat in substantiam rei, sed quia ab ipso tota substantia rei producitur, nullo alio præsupposito. Si ergo filius procederet à patre, de nihilo existens, hoc modo, se haberet ad patrem, vt artificiatum ad artificem: quod manifestũ est nomen filiationis proprie habere non posse, sed solum secundum aliquam similitudinem. Vnde relinquitur, ꝙ si filius Dei procederet à patre, quasi existens ex nihilo: non esset vere & proprie filius. Cuius contrarium dicitur 1. Ioã. vlti. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Filius igitur Dei verus non est ex nihilo, nec factus, sed tãtum genitus. Si qui autem ex nihilo à Deo facti filij Dei dicantur, hoc erit metaphorice secundum aliqualem assimilationem ad eum qui vere filius est. Vnde inquantum solus est verus & naturalis Dei filius, dicitur vnigenitus, secundum illud Ioan. 1. Vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauit. inquãtum vero per assimilationem ad ipsum alij dicuntur filij adoptiui, quasi metaphorice dicitur esse primogenitus, secundum illud Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit fieri conformes imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Relinquitur ergo ꝙ Dei filius sit genitus de substantia patris, aliter tñ quàm filius hominis. Pars em̃ substantiæ hominis generantis transit in substantiam geniti. Sed diuina natura impartibilis est. Vnde ñecesse est quod pater generando filium, non partem naturæ in ipsum transfuderit, sed totam naturam ei communicauerit, remanente distinctione solum secundum originem, vt ex dictis patet[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ cũ filius dicitur natus de patre, hæc præpositio de, significat principiũ generãs cõsubstãtiale, non autẽ principium materiale. Quod enim producitur de materia, fit per transmutationem illius de quo producitur in aliquam formam. Diuina autem essentia, non est transmutabilis, neque alterius formæ susceptiua[e].

¶Ad scđm dicẽdũ, ꝙ cum dr̃ filius genitus de essentia patris, scđm expositionem magist. 5. di. 1. sententiarũ designat habitudinẽ principij quasi actiui. Vbi sic exponit. Filius est genitus de essentia patris, id est de patre essentia: propter hoc quod Aug. 15. libr. de trini. dicit, Tale est quod dico de patre essentia, acsi expressius dicerem de patris essentia: Sed hoc non videtur sufficere ad sensum huiusmodi locutionis. Possumus enim dicere, quòd creatura est ex Deo essentia: non tamen ꝙ sit ex essentia Dei. Vnde aliter dici potest, quòd hæc præpositio de, semper denotat consubstantialitatem. Vnde non dicimus quòd domus sit de ædificatore, cum non sit

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulum tertium.*

Annot. Titulus quærit de actibus notionalibus, &c. in actu exercito, an scilicet pater generet filium de sua substantia, an de nihilo.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito, filius est genitus non de nihilo, sed de substãtia patris.
231 24 Probatur primo quo ad partem negatiuam ducendo ad impossibile: si filius produceretur de nihilo, ergo esset factus: ergo non esset vere & proprie filius. Prima cõsequentia probatur ex proportione materiæ ad artificem, & nihil ad Deum. Secunda autem est ex differentia inter factionem & natiuitatem. Destructio autem consequentis manifestatur autoritate Ioan. Aposto. Deinde respondet obiectioni tacitæ: scilicet quòd in scriptura filius Dei verificatur de aliquo qui est ex nihilo, dicens ꝙ hoc non verificatur de vero filio, sed de filio per assimilationem, allatis ad hæc autoritatibus. Infertur postmodum Secunda pars conclusionis per locum à diuisione, & subiungitur quàm differenter intelligatur hæc secunda pars, de substantia patris humani, & de substantia patris diuini: quia ibi de parte, hic de toto.

Quæstio. ¶*Num Filius ex essentia patris sit genitus, vt ex materia, seclusa omni ratione imperfectionis ab ipsa.*
161 b 206 231 263 ¶In responsione ad primum, in quo negatur, essentiam diuinam habere rationem materiæ: & secundum, in quo dicitur, quòd habet rationem formæ subsisten-
b 43 tis, argumenta occurrunt Henrici & Durandi, apud Capreolum in 5. dist. primi, ad probandum ꝙ filius est genitus de substantia patris vt materia, quo ad conditiones materiæ non importantes impefectionem. Afferuntur autem quatuor conditiones sic: esse intrinsecum genito, non accipiens esse, & præexistere ac inexistere, & manere idem in tota generatione, & esse de quo genitum generatur, vt ly de quo distinguitur contra de nihilo, conueniunt essentiæ diuinæ respectu generationis filij: & sunt propriæ conditiones materiæ, ergo de essentia vt materia, vel quasi materia generatur filius. Assumptum quo ad omnia manifestatur inductiue. Ex quo ad vltimum probatur, ex differentia inter creationem & generationem: quòd illa de nullo subiecto; hæc de præexistenti subiecto est. Adducuntur & confirmationes, si pater de parte, aut de aliena substantia generaret filium, proculdubio, substantia illa haberet rationem materiæ: ergo si de tota & propria generat, eandem habet rationem. Totum enim & pars, proprium & alienum, non variant propositum. Et confirmatur rursus, quia essentia recipit proprietatem constituentem geniti, & est quasi potentia passiua in generatione alioquin non omnipotentiæ actiuæ naturali responderet passiua, ergo habet rationem materiæ.

¶Ad hæc breuiter dicitur, quòd quamuis secundum quid tolerari posit diuinam essentiam habere aliquam conditionem materiæ in generatione, vt in distin. 5. primi, q. 2. art. 1. sustinuit autor sinipl. tñ, cũ litera huius articuli negãdũ est filiũ genitũ de patris substantia vt materia, & affirmãdũ vt forma. Nec aliqua propria cõditio materiæ saluar in diuina essentia. Esse em̃ de quo, vt distinguit cõtra de nihilo, nõ est ppriũ materiæ, sed pexistẽtis intrinseci: qđ est cõe formæ & materiæ, vt patet si fingam⁹ ex præexistẽte Sortis aĩa, & nũc noua materia fieri à Deo Sortem, tunc enim non crearetur: quia ex præexistẽte aliquo fieret, & tamẽ non fieret ex aliquo subiecto. Sed error in hac & in aliis conditionibus accidit, quia vt plurimum ista consueuimus per subiectũ, seu materiã declarare, vt etiam in hoc articulo fit, vbi de nihilo, per proportionẽ, Ad de subiecto artificialiũ declaratur: cum tñ opponatur Ad de aliquo siue vt subiecto, siue vt forma præexistẽte. Et similiter reliquæ tres conditiones communes sunt præexistenti intrinseco. Ad confirmationem autem de patre & alieno negandum est assumptũ: & quo ad alienũ quidem pater in natura angelica, quo ad patrem vero in fictio ne propositi exempli de Sorte. Ad ea autem quæ in vltima confirmatione adducũtur, negandum est essentiam recipere proprietatem, qm̃ comparantur vt idem, & non vt recipiens & receptum. Potentia quoque passiua, procul est à productione omnino simpliciũ, de quorũ numero cõstat esse diuinã personam. Nec aliquod inconueniens est huiusmodi potentiis actiuis non respondere passiuas: sufficit enim respondere terminos, vt potentia creatiua (quæ tamen inferior est) testatur.

causa consubstantialis. Possumus autẽ dicere ꝙ aliquid sit de aliquo, quocũq; modo illud significetur vt principiũ consubstantiale, siue illud sit principium actiuũ, sicut filius dicitur esse de patre: siue sit principiũ materiale, sicut cultellus dicitur esse de ferro: siue sit principium formale in his duntaxat, in quibus ipsæ formæ sunt subsistentes, & non aduenientes alteri. possumus enim dicere, ꝙ Angelus aliquis est de natura intellectuali. Et per hunc modum dicimus, ꝙ filius est genitus de essentia patris, inquantum essentia patris filio per generationem communicata, in eo subsistit.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ cum dicitur filius est genitus de essentia patris, additur aliquid, respectu cuius potest saluari distinctio. Sed cum dicitur, quòd tres personæ sunt de essentia diuina, non ponitur aliquid, respectu cuius posit importari distinctio per præpositionem significata. Et ideo non est simile,

¶Ad quartum dicendum, quòd cũ dicitur, sapientia est creata, potest intelligi, non de sapientia, quæ est filius Dei, sed de sapientia creata, quam Deus indidit creaturis. Dicitur enim Eccle. 1. Ipse creauit cã, scilicet sapientiam spũsancto & effundit illã super oĩa opera sua. Neq; est conueniẽs ꝙ in vno contextu locutionis loquatur scriptura de sapientia genita & creata, qa sapientia creata est participatio quædã sapientiæ increatæ. Vel põt referri ad naturam creatã assumptã à filio, vt sit sensus. Ab initio & ante secula creata sum, i. præuisa sum creaturæ vniri. Vel per hoc, ꝙ sapientia creata & genita nuncupatur: modus diuinæ generationis nobis insinuatur. In generatione em̃ quod gñatur, accipit naturã generãtis, quod perfectionis est. In creatione vero creans non mutatur, sed creatum non recipit naturam creantis. Dicitur ergo filius simul creatus & genitus: vt ex creatione accipiatur immutabilitas patris, & ex generatione vnitas naturæ in patre & filio. Et sic exponitur intellectus huius scripturæ ab Hil. lib. de synodis. Autoritates autem inductæ non loquuntur de spiritu sancto, sed de spiritu creato: qui quandoque dicitur ventus, quandoque aër, qñque flatus hominis, quãdoque etiã anima vel quæcunque substantia inuisibilis.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæprimæ Articulũ quartum.*

Annot. In titulo, potentia, vt patet quinto & nono metaph. dupliciter sumitur. Primo pro potentia logica: quæ consistit in non repugnantia terminorum, & de hac non est sermo. Secundo pro principio operationis, & sic sumitur hic. vnde in diuinis esse potentiam significat esse potentiæ rationem formalem respectu notionaliũ: sicut etiam cum quæritur vtrum in Deo sit scientia, nil aliud quæritur nisi an scientia dicat de Deo formaliter.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, necesse est ponere in diuinis potentiam respectu actuum notionaliũ. Hæc conclusio primo in litera probatur sic: in diuinis ponũtur actus notionales, ergo necesse
217 1. di. 7. q. 1. art. 1. et pot. q. 2. art. 1. est ibi ponere potentiã horum. Et probatur sequela: quia potentia nihil aliud significat, quàm principium actus. Secundo explanatur vis rationis huius in speciali, sic. Omne gene-
150 110 rans generat aliquo: ergo in omni generante oportet ponere potentiam generandi: ergo necesse est patri attribuere potẽtiam generandi. Prima consequentia pbatur: quia potentia generandi significat id quo generans generat. Secunda vero probatur: quia pater est generationis principium. Et similiter potes formare rationem de spirante & potentia spiratiua, idem enim est iudicium.

Quæstio. ¶*Num actus inferat potentiam in eo cui est, & num potentia generandi in ferat potentiam simpliciter.*

¶Circa hæc aduerte, quòd quamuis multipliciter Aureolus apud Capreolum in 7. distin. primi, contra rationem & conclusionem arguat: duo tamen afferenda censui. Alterum contra rationem & conclusionem sĩr. Alterũ contra conclusionẽ. Arguitur ergo primo sic, aut potentia ponitur in Deo respectu actuũ notionalium secundum rem: & hic non, quia non est secundum rem principium elicitiuum actus notionalis, vt patet: quoniam actus est idem cum ipsa potentia. Aut secundum rationem tantum: & hoc non, quia sic etiam intellectus haberet rationem potentiæ: quoniam secundum rationem est principium intelligẽdi. nullo igitur modo valet ratio literæ fundata super hoc, quòd potentia
c d 150 164 est principium actus. Secundo arguitur sic, ex opposito. Negatio potẽtiæ generandi non est negatio potentiæ: ergo affirmatio potentiæ generandi non est affirmatio potentiæ. Antecedens est Augustini: cõsequẽtia vero patet ex primo Periherminias: affirmatio & negatio de eodem sunt.

¶Ad primum horum dicitur, quòd potentia ponitur in diuinis respectu actuum notionalium secundum rem. Sed aduertendum est, quòd aliquis actus potest inferre potentiam sui principium, ex duplici conditione. Prima est esse elicitum. Secunda est terminus eius realiter per ipsum productus. Ita quòd quodlibet horum per seipsum separatim infert potentiam secundum rem. Verum quando actus est elicitus, infert potentiam principium illius secundum se. Quando vero actus non est elicitus, sed tantum effectus, seu terminus realiter productus, infert potentiam principium illius, non secundum se, sed secũdum suum effectum, seu terminum. Et quoniam generatio non est actus elicitus à patre, sed ipse pater, habet tamen quasi effectum filium realiter distinctum, Ideo in
13 patre est potentia generandi: quæ est principium secundum rem generationis, non secundum se: sed secundum quod ponit genitum. Vnde ratio literæ ex actu sumpta valida est; cum distinctione tamen prædicta intelligenda, scilicet de actu vel secundum se, vel secũdum suum terminum realiter emanante. Et ad hoc insinuandũ, in litera expresse dicitur, ꝙ sicut ponuntur ibi actus, ita potentiæ, significando per ly sicut, & ly ita, quòd iuxta modum actus est modus potentiæ. Et hoc quia pluribus modis actus vendicare potest sibi potentiam, vt diximus, & in litera respondendo ad tertium, exprimitur. b 289
Ad secundum vero conceditur totum: quoniam potentia generandi non affirmat potentiam, sed potentiam sic, id est potentiam respectu talis actus, scilicet notionalis, nihil enim aliud in hoc articulo concluditur. Vnde & Augustinus optime dixit, quòd filius non genuit: non quia non potuit, hoc enim esset negatio potentiæ absolutæ, quam constat communem esse toti trinitati: cum quo tamen stat, quòd in solo patre, vt infra dicetur, est potentia generandi.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum in diuinis sit potentia respectu actuũ notionalium.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in diuinis non sit potentia respectu actuũ notionalium. Omnis em̃ potentia est vel actiua, vel passiua. Sed neutra hic competere potest. Potentia enim passiua in Deo non est, vt suprà ostensum est[e]. Potentia vero actiua non competit vni personæ respectu alterius: cum personæ diuinæ non sint factæ, vt ostensum est[e]. Ergo in diuinis non est potentia ad actus notionales.

¶Præterea, Potentia dicitur ad possibile. Sed diuinæ psonæ nõ sunt de numero possibiũ, sed de numero necessariorũ: ergo respectu actuũ notionalium, quibus diuinæ personæ procedunt, non debet poni potentia in diuinis.

¶Præterea, Filius procedit vt verbum, quod est conceptio intellectus: spiritus autem sanctus procedit vt amor, qui pertinet ad voluntatem. Sed potẽtia in Deo dr̃ per cõparationẽ ad effectus: non aũt per comparationem ad intelligere & velle, vt suprà habitum est[e]. Ergo in diuinis non debet dici potentia per comparationem ad actus notionales.

¶SED CONTRA est quod dicit Aug. contra Maxi. hæreticũ, si Deus pater non potuit generare filium sibi æqualem, vbi est oĩpotentia Dei patris? Est ergo in diuinis potentia respectu actuum notionalium.

CONCLVSIO.

¶*Cum in diuinis sint actus notionales, potentiam quoque ibi horum actuum ponere oportet: vt in patre potentiam generandi filium: in patre & in filio spirandi spiritum sanctum potentiam.*

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ sicut ponuntur actus notionales in diuinis, ita necesse est ibi ponere potentiam respectu huiusmodi actuũ, cum potentia nihil aliud significet q̃ principiũ alicuius actus. Vnde cum patrẽ intelligamus vt principium generationis, & patrẽ & filiũ vt principium spirationis, necesse est ꝙ patri attribuamus potentiam generãdi, & patri & filio potentiam spirandi. Quia potentia generandi significat id quo generãs generat: omne aũt generans gñat aliquo. Vñ in oĩ generante oportet ponere potentiam generandi, & in spirante potentiam spirandi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut secundum actus notionales non procedit aliqua persona vt facta, ita neq; potentia ad actus notionales dicitur in diuinis per respectum ad aliquam personam factam, sed solum per respectum ad procedentẽ personam.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ possibile secundum quod necessario opponitur, sequitur potentiam passiuã, quæ non est in diuinis. Vnde neq; in diuinis est aliquid possibile per modum istũ, sed solũ scđm qđ possibile continet sub necessario. Sic aũt dici põt, ꝙ sicut Deum esse est possibile, sic filiũ generari est possibile:

¶Ad tertium dicendum, ꝙ potentia significat principium[e]. Principium autem distinctionem importat ab eo cuius est principium. Consideratur autẽ duplex distinctio in his quæ dicũtur de Deo. Vna, secundum rem, alia secundum rationem tñ. secundum rem quidem Deus distinguitur per essentiam à rebus, quarũ est per creationem principiũ: sicut vna persona distinguitur ab alia cuius est principium, secundum actum notionalem. Sed actio ab agente non distinguitur in Deo nisi secundum rationẽ tñ, alioquin actio esset accidens in Deo. Et ideo respectu illarum actionum, scđm quas aliquæ res procedunt distinctæ à Deo, vel essentialiter, vel personaliter: potest Deo attribui potentia secundum propriam rationem principij. Et ideo sicut potentiam ponimus creandi in Deo ita possumus ponere potentiam generandi vel spirandi. Sed intelligere & velle non, sunt tales actus, qui designent processionem alicuius rei à Deo distinctæ, vel essentialiter, vel personaliter[e]. Vnde respectu horum actuum non potest saluari ratio potentiæ in Deo, nisi secundum modum intelligendi & significandi tantum: prout diuersimode significatur in Deo intellectus & intelligere, cum tamen ipsum intelligere Dei sit eius essentia non habens principium.

a ¶*Super Quaestionis quadragesimae primae Articulum quintum.*

Annot. TItulus clarus est ex praecedentibus. Tantum hoc aduertat nouitius, quòd potentia sumitur hic, non pro respectu principij. sed pro re cui conuenit ille

Commēt. respectus. vtrunque namque clauditur in ratione potentiae: sed de illa re dubitatur hic, an sit essentia, vel paternitas, &c.

¶In corpore quatuor facit. Primo refert opinionem quandam. Secundo reprehendit illam. Tertio reprehendit quandam aliam opinionem ibi, nec etiam essentiam, &c. Quarto respondet quaesito.

118
1.di.7.q.1.arti.2.& pos. q.2.ar.2.

¶Quo ad primum, recitata opinio est, ꝙ potentia generandi significat relationē tm̄. Quo ad secundum reprehenditur haec opinio, ostendendo quòd significat diuinam essentiam principaliter sic: potentia in vnoquoque agente, id est quo agens agit: ergo est forma cui fit assimilatio: ergo potentia generatiua est in quo genitum assimilatur generanti: ergo natura diuina in patre est potentia generandi: ergo potentia generandi principaliter significat diuinam essentiam, & non relationem tantum. Prima consequentia ꝓbatur: quia omne producens producit sibi simile quantū ad formam qua agit: quod manifestatur in generatione hominis. Tertia aūt probatur, quia filius Dei assimilatur patri in natura diuina. Et confirmatur autoritate Hilarij. Quarto vero consequens quo ad primam partem confirmatur autoritate magistri in 7. dist. primi.

¶Quo ad tertium reprehendenda opinio est quòd potentia generandi significat essentiam in quantum est idem relationi: ita quòd ex aequo significat vtrunque: reprehēditur autem sic, forma indiuidualis in rebus creatis constituit personam generantem, & non est quo generans generat: ergo in diuinis paternitas est constituens personam patris generantis, & non est quo pater generat. Antecedens probatur quo ad secundam partem: quia alioquin Sortes generaret Sortem. Consequentia vero probatur: quia paternitas licet sit forma, est tamen forma indiuidualis: & applicatur probatio secundae partis antecedentis secundae parti consequentis, ducendo ad impossibile, scilicet quòd pater generaret patrem sicut ibi, Sortem gigneret.

¶Quo ad quartum conclusio responsiua quaesito est: potentia generandi significat diuinam naturam in recto, & paternitatem in obliquo. Et infertur ex supradictis sic quo pater generat est diuina natura, quia in ea sibi assimilatur filius: & generatio apud Dam. opus est naturae, non vt quod, sed vt quo ergo.

Annot. ¶Et aduerte ꝙ pro constanti cum caeteris theologis supponit autor, potentiam generandi claudere in se relationem: & ideo non fuit solicitus vt probaret ipsam includi, sed sat fuit probare quòd non sola, & ꝙ non sic, s. ex aequo includitur. Et scito, quòd secunda opinio reprehensa in litera, est ea quam autor sequutus fuerat in 7.di.primi. q.1.art.2. ac per hoc est hic retractata.

Quęstio. ¶*Num potentia in agente id sit quo omne agens agit.*

¶Circa primū assumptū, s. potentia in vno quoque agente est id quo agens agit, dubium occurrit: an hoc sit verum de omni quo agens agit, aut solum de quo primo, aut solum de quo proxime. Non potest dici, quòd omne quo agens agit, sit potentia: quia tunc sequeretur ꝙ in Sorte essent plures potentiae generatiuae: quoniam generat humanitates, & generat potentia generatiua, quae est vis partis vegetatiuae. Nec potest dici quòd verificatur solum de quo primo: quoniam sequeretur ꝙ calor in igne non esset potentia calefactiua, sed eius substātia quae est primum principium calefactionis. Nec pōt dici, ꝙ verificatur tm̄ de quo proxime: quia sic falsum dictū esset in litera, ꝙ natura humana est potētia gn̄atiua hoīs. Et similiter male inferret cōclusio principalis: qm̄ natura diuina nō nisi mediante intellu & voluntate est principiū gn̄atiōis & spiratiōis, vt ex suprà dictis patet. ¶Ad hoc dicitur, ꝙ assumptū est verum de omni quo agens agit, duabus conditionibns seruatis, s. ꝙ illud sit aliqua forma agētis, & hoc ad differētiā instrumētorū: & quòd sit per se principium illius actionis, siue elicitiuū, siue principale, & hoc ad differentiam concomitantiū. Nec propterea sequitur esse plures potentias eiusdem rationis in eodem: quia secundum se potentię in codē sunt diuersorum ordinū, dum altera prima altera proxima est, vt patet de natura humana & potentia generatiua: in ordine vero ad actū vnitatē habēt: sunt enim vnius & eiusdem generationis principium: & ideo vt sic, computantur quasi vnum principium & vna potentia, constans ex proximo & primo concurrentibus.

ARTICVLVS V.

¶*Vtrum potentia generandi significet relationem & non essentiam.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ potentia generandi vel spirādi significet relationem, & nō essentiā. Potentiā enim significat principium, vt ex eius diffinitione patet. Dicitur enim potentia actiua esse principiū agendi, vt patet in 5. meta. Sed principium in diuinis respectu personae dicitur notionaliter. Ergo potentia in diuinis non significat essentiā sed relōnem. ¶Praeterea, In diuinis non differt posse, & agere: sed generatio in diuinis significat relationem. Ergo & potentia generandi. Praeterea, Ea quae significant essentiam in diuinis communia sunt tribus personis: sed potentia generandi non est communis tribus personis, sed propria patri. ergo non significat essentiam.

¶SED CONTRA est quòd sicut Deus potest generare filium, ita & vult. Sed voluntas generandi significat essentiam. Ergo & potentia generandi.

CONCLVSIO.

¶*Potentia generandi principaliter diuinam significat essentiam & in recto, paternitatem vero ac relationem non nisi in obliquo.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ quidam dixerunt, quòd potentia generandi significat relationem in diuinis. Sed hoc esse nō potest. Nam illud proprie dicitur potentia in quocunque agente quo agens agit. Omne autem producens aliquid per suam actionem, producit sibi simile quātum ad formam qua agit. Sicut homo genitus est similis generanti in natura humana, cuius virtute pater potest generare hominem. illud ergo est potentia generatiua in aliquo generante, in quo genitū similatur generanti. Filius autē Dei similatur patri gignenti in natura diuina. Vnde natura diuina in patre est potentia generandi in ipso. Vnde Hila. dicit in 2. de trinit. Natiuitas Dei non potest eam ex qua perfecta est, non tenere naturam: nec em̄ aliud q̄ Deus subsistit, quòd non aliūde quàm de Deo subsistit. ¶Sic igitur dicendum est, quòd potentia generandi principaliter significat diuinam essentiam, vt magister dicit 7. di. primi sen. non autem tantum relationem. Nec etiam essentiam inquantum est idem relationi, vt significet ex aequo vtrunque. Licet em̄ paternitas vt forma patris significetur, est tamen proprietas personalis habens se ad personam patris vt forma indiuidualis ad aliquod indiuiduum creatum. Forma autem indiuidualis in rebus creatis constituit personam generantem, non autem est quo generans generat: alioquin Sortes generaret Sortem. Vnde neque paternitas potest intelligi vt quo pater generat, sed vt constituens personam generantis: alioquin pater generaret patrem. Sed id quo pater generat, est natura diuina, in qua sibi filius assimilatur. Et secundum hoc Dam. dicit, ꝙ generatio est opus naturae non sicut generantis, sed sicut eius quo generans generat. Et ideo potentia generandi significat in recto naturam diuinam, sed in obliquo relationem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ potentia non significat ipsam relōnem principij, alioquin esset in genere relōnis: sed significat id quod est principium: non quidem sicut agens dicitur principium, sed sicut id quo agens agit, dicitur principium. Agens autem distinguitur à facto, & generans à generato. Sed id quo generans generat, est commune genito & generanti: & tanto perfectius quāto perfectior fuerit generatio. Vnde, cum diuina gn̄atio sit perfectissima[e], id quo generans generat, est commune genito & generanti: & idem numero non solum specie, sicut in rebus creatis. Per hoc ergo quod dicimus, quòd essentia diuina est principium quo generans generat, non sequitur quòd essentia diuina distinguatur: sicut sequeretur, si diceretur ꝙ essentia diuina generat.

¶Ad scd̄m dicendum, quòd sicut est idem in diuinis potentia generandi cum generatione: ita essentia diuina cum generatione & paternitate est idem re, sed non ratione.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ cum dico potentiam, potentia gn̄andi significatur in recto, & generatio in obliquo. sicut si dicerem essentiam patris. Vnde quantum ad essentiam quae significatur, potentia generandi communis est tribus personis. Quantum autem ad notionem quae connotatur, propria est personae patris.

Quęstio. ¶*Num potentia generandi naturae vel essentia sit, & quomodo.*

¶Circa positionem quatenus affirmat potētiam generatiuā esse diuinam naturā, ex duplici capite dubiū occurrit. Primo ex diuina natura, vt distiguitur cōtra ꝑfectiones attributales, puta intellectū & volūtatē: & cōtra hoc afferuntur argumenta à Sco. Scd̄o ex eadem vt distinguitur cōtra relationē. Et cōtra hoc efferuntur argumenta Bonauēturę, Garronis, Hēr. & Duran. Verū quia autor non sumit hic diuinam naturā vt distingui tur cōtra intellectum & volūtatē, nisi forte scd̄m qd: qm̄ apud ipsum, etsi natura diuina sit primū principiū, quo gn̄ationis non tamen sola, sed ipsa est vt primū quo, intellectus autē est vt proximū quo, vt ex tractatis de processione filij & spūssan. manifeste patet. Vn̄ diuina natura hic sumitur non solum vt ipsa, sed comprehendens quodcūque absolutū vt principium quo cōcurrens ad hm̄oi actus notionales. Et ꝓpterea nihil refert quātū ad propositū spectat, loqui de diuina natura, & de quocūque alio absoluto essentiali. Propter qd̄ Scotica argumenta emittēda sunt. Aliorum vero qui essentiā vt distinguitur contra relationes impugnāt rōnes ex essentiae rōne, ex forma personali, ex actu notionali atq; autoritate procedunt. Ex essentia quidē primo sic, formae quae est formalis rō alicuius actionis, debetur illa actio, etiam si sit separata à subiecto, vt patet de albedine separata respectu disgregationis: sed deitati vt intelligitur separata à patre, non debetur ista actio, puta generare: ergo ipsa non est ratio generandi. Praeterea deitas est vnius simplicissimae rationis, ergo non est ratio tantum duarum actionum, s. generationis & spirationis, sed aut vnius aut infinitarum. Praeterea deitas est communis tribus personis, ergo non est propria ratio actus proprij vnius personae. Ex forma vero cōstitutiua patris paternitate, quia idem est principium essendi & operandi, imperfectionis enim est vt forma det actum primum & non secundum. Ex actu vero, quia sicut actus essentialis à forma essentiali, ita personalis à personali. autoritas autem est Aug. 5. de trinitate. c. 6. Eo pater quo est ei filius, ergo non diuinitate, sed paternitate est eius filius. & tenet sequela: quia paternitate est pater.

160 b
161 b
186 d

¶Ad euidentiam horum scito, quòd in hoc videntur opponentes decipi: quia nō discerunt quantum intersit inter diuinam naturam & diuinam naturam in hoc, puta in patre. Non intendit autor quod diuina natura sit potentia generatiua, sed quòd natura diuina in principio nō de pricipio est potētia gn̄atiua. Et ad hoc insinuandū, in litera immediate ante autoritatē Hilarij dicit inde diuina natura in patre est potentia generatiua in ipso: vbi bis ꝑsonā noīauit, semel ex parte naturae, & semel ex parte potentiae generandi, vt ostenderet ꝙ neutrum sumitur pure absolute. Diuina siquidē natura cōis est tribus, cum oībus suis proprietatibus. Diuina aūt natura non solū vt patet, sed vt in patre, solius est patris: ipsa em̄ vt sic, i. vt in patre, seu vt patris, potentia est gn̄andi. Et propterea in litera dicitur, ꝙ potentia generandi includit paternitatem, non in recto, sed in obliquo. Deitas em̄ non vt paternitas, sed vt patris potentia est generandi, & patri propria. Et per hoc facile rn̄detur obiectionibus: vnde primae rōnis licet posset negari maior, qm̄ albedo separata à quātitate non disgregaret: distinguatur tn̄ ꝙ actus attribuitur dupliciter alicui formę, vno mō absolute, ac ꝑ se positiue. Et sic dato ꝙ maior esset vera, minor est falsa: qm̄ generatio non attribuitur diuinae naturae absolute, nec per se positiue, qm̄ conueniret ei in quocūque inuenitur: sed quasi permissiue, eo mō quo particularia conueniūt vniuersalibus, sic em̄ cōparantur personae ad essentiam, vt in q. 40. dictū est. Alio modo attribuitur actus formae vt in hoc: & sic maior est falsa, & minor vera. Et per hoc patet rn̄sio ad tertium. Cōmune enim vt cōmune, nō est ꝓpria rō proprij, sed bene cōmune vt proprij, i. personae, est pro pria ratio actus proprij ipsi personae.

¶Ad secundam vero pōt per idē rn̄deri: ꝙ licet deitas secūdū se nō magis respiceret duo q̄ mille, tamē vt in hoc, i. vt in principio non de principio, et vt in eo, & principio de principio simul, duos tātum inchoat actus. Potest tamē ratio haec pluribus aliis modis solui, s. quia deitas cum intellectu vnius & cū voluntate alterius est principiū. Nec plurium quia praeter actū intellectus & voluntatis, non datur tertius in natura intellectuali. Ex parte quoque certi ordinis ipsarū ꝓductionū inter se dici potest, ꝙ non inconuenit ab vno ordinate oriri. Ad rationē vero ex parte formae falsum est assumptū secūdū cōmunē philosophię viam, tenētem, non omnē formam esse actiuam, & specialr relationē. Posset tamen dici ꝙ quodāmodo paternitas constituēdo patrem, dat generare. pro quanto, dat ei concurrere actiue ad generationem vt quod, nec plus sibi debetur. Ad illud vero de actu neganda est proportionalis similitudo, qm̄ actus essentialis infra latitudinem pure essentialium inuenit qd̄ & quo: actus vero personalis infrà latitudinem pure ꝑsonaliū repugnat, ꝙ inueniat quo: quia personalitas non potest esse ratio faciendi sibi simile. nisi idem posset generare se: quod non est intelligibile. Ad autoritatem demū Aug. dicendū est, ꝙ labor est in aequiuoco: qm̄ loquitur de quo formaliter. Deitas autē patris est quo causalr pater gn̄at, & ei est filius.

2 19
1.di.7.q.2.ar.2.et in li.et po. q.2.ar.1. ad.10.et art.4.

¶In responsione ad primū aduerte, ꝙ inter generans & genitum inueniuntur duo, s. cōuenientia & distinctio. Et distinctio quidem cōditio est. Assimilatio autē rō est. generans em̄ non generat vt distinguat, sed vt assimilet distinctum, Et ꝓpterea quanto maior est conuenientia, tanto perfectior est generatio, salua distinctione hypostatica. Et quāto minor est huiusmodi suppositalis distinctio tanto perfectior est generatio. Vnde in diuinis distinctio est minima: quia relatiua & conuenientia est summa: quia sunt eadem res numero simplicissima & omnino indiuisa, &c.

173
174
134

ARTICVLVS VI.

¶*Vtrum actus notionalis ad plures personas terminari posit.*

AD SEXTVM sic ꝓceditur. Videtur ꝙ actus notionalis ad plures personas terminari posit, ita quòd sint plures personae genitae, vel spiratae in diuinis. Cuicunque enim inest potentia generandi, potest generare: Sed filio inest potentia generandi. Ergo potest generare, Non autem seipsum. Ergo alium filium. Ergo possunt esse plures filij in diuinis. ¶Preterea, Aug. dicit cōtra Maxi. Filius nō genuit creatorē. Neque enim nō potuit, sed non oportuit. ¶Preterea, Deꝰ pater est potētior ad generandū q̄ pater creatus. Sed Vnus homo pōt generare plures filios. Ergo & Deꝰ, prēcipue cū potētia patris vno filio generato nō diminuatur.

¶SED CONTRA est, ꝙ in diuinis non differt esse & posse. Si igit in diuinis possent esse p̄les filij, essent p̄les filij. Et ita essent p̄les ꝑsonae q̄ tres in diuinis. Quod est haereticum.

CONCLVSIO.

¶*In diuinis vnus tantum est pater, vnus filius, vnus spiritussanctus.*

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ sicut Atha. dicit in diuinis est tātū vnus pater, vnus filius, vnus spūssan. Cuius qdē rō quadruplex assignari potest. Prima quidem ex parte relationum: quibus solum personae distinguuntur. Cum em̄ personae diuinae sint ipsae relationes subsistentes[e], nō possent esse plures patres, vel plures filij in diuinis, nisi essent plures paternitates & plures filiationes. Quod quidē esse non posset nisi secundum materialem rerum distinctionem. Formae enim vnius speciei nō multiplicantur nisi secundum materiam: quae in diuinis non est. Vnde in diuinis non potest esse nisi vna tantum filiatio subsistens, sicut & albedo subsistens non posset esse nisi vna[e]. Secunda verò ex modo processionum: quia Deus omnia intelligit, & vult vno & simplici actu. Vnde non potest esse nisi vna persona procedens per modum verbi, quę est filius: & vna tantum per modum amoris, quae est spiritussanctꝰ[e]. Tertia vero sumitur ex modo procedendi, quia personae ipsae procedunt naturaliter, vt dictum est[e]. Natura autem determinatur ad vnum[e]. Quarta ex perfectione diuinarum personarum. Ex hoc enim est perfectus filius, quòd tota filiatio diuina in eo continetur, & ꝙ est tantum vnus filius. Et similiter dicendum est de aliis personis.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ quanuis simpliciter concedendum sit ꝙ potentiam, quam habet pater, habeat filius, non tamen concedendum est ꝙ filius habeat potentiam generandi, si generandi sit gerundiuum verbi actiuij, vt sit sensus, ꝙ filius habeat potentiam ad generandum. Sicut licet idem esse sit patris & filij: non tamen conuenit filio esse patrem, ꝓpter notionale adiunctum. Si tamen hoc qd̄ dico generandi, sit gerundiuum verbi passiui, potentia gn̄andi, est in filio, i. vt generetur. Et similiter si sit gerundiuum verbi impersonalis, vt sit sensus, potentia generandi, i. qua ab aliqua persona generatur.

¶Ad secundum dicendū, ꝙ Aug. in verbis illis non intendit dicere, ꝙ filius posset generare filium: sed ꝙ hoc non est ex impotentia filij, quòd non generet, vt infrà patebit[c].

¶Ad tertium dicendum, ꝙ immaterialitas & perfectio diuina requirit vt non possint esse plures filij in diuinis, sicut dictum est[e]. Vnde ꝙ non sint plures filij, non est ex impotentia patris ad generandum.

QVAESTIO QVADRAGESIMA secunda de Aequalitate & similitudine diuinarum personarum ad inuicem, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de comparatione personarum ad inuicem, Et primo quantum ad aequalitatem & similitudinem. Secundo quantum ad missionem. ¶Circa primum quaeruntur sex. ¶Primo, vtrum aequalitas locum habeat in diuinis

a ¶*Super Quaestionis quadragesimaeprimae Articulum sextum.*

Annot. IN titulo aduerte, ꝙ non quaeritur hic, an personae diuinae possint esse plures tribus: hoc enim in q. 30. discussum est: sed hic tantum quaeritur an ratio formalis atomis alicuius personae, possit plurificari: ita, s. ꝙ non sit tantum vnus filius, aut vnus spiritus sanctus, vt sic ista quaestio differat ab illa, ꝙ ibi de pluralitate personarum simpliciter: hic autem de pluralitate personarum eiusdem rationis formalis quęstio est. Dupliciter autē imaginari possumus talē pluralitatem. Primo vt sint plures filij. quorum neuter sit pater, aut spritus. Secundò, vt sint plures filij, vt etiā spiritussan. sit filius alia filiatione. Et similiter potest distingui de duobus spiritibꝰ sanctis, s. aut vt neuter sit filius aut vt etiā filiꝰ sit spūssan. alia numero spiratione passiua. Vtroque enim modo essent plures filij & plures spiritussancti, & vno modo essent plures personae quàm tres. Alio vero modo non, propter qd̄ si subtiliter consideretur quęstio ista stat cum trinitate personarum, & ideo posita est post determinatum numerum personarum. Nec ad eam spectat discutere nisi pluralitatem pure numeralem, seu indiuidualem.

Cōment. ¶In corpore vnica est conclusio ex Athanasij symbolo, in diuinis est tm̄ vnus pater, vnus filius, vnus spiritussanctus. Et probatur quaduplicitér, & rationes qdem in litera satis formatae sunt: quia tn̄ impugnantur, sigillatim examinabuntur.

Quęstio. ¶*Num forma vnius speciei multiplicetur tantum secundum materiam.*

¶Prima ergo ratio fundata super hoc ꝙ forma vnius speciei non multiplicatur nisi secundum materiā, multos habet aduersarios, s. Sco Aureolū, Adam, &c. Quorum instantiae consistunt in hoc, ꝙ inuenitur multiplicatio formae accidētalis in eadem materia, & afferunt lumē, speciē in medio, seu oculo, & relationem. In eadem siquidem parte diaphani videmus multa lumina secūdū multitudinē illuminantium: vt opposita multitudo vmbrarum & illuminationū testatur. In eodem quoque medio species est vtriusque parietis eiusdem quantitatis, coloris, figurae, &c. ita vt non sit aliqua ratio diuersitatis specificae. Vnūquodq; album multas habet similitudines ad reliqua alba. Et similiter vnus pater pluribꝰ paternitatibus refertur ad plures filios. Alioquin relatio remaneret correpto termino. Afferūtur & alia cōtra hāc rōnē: quae vide, si vis, apud Capreolum in septima dist, primi. ex dicēdis quidem soluetur omnis ambiguitas. Arguit quoq; Sco. in quol. q. secūda directe multipliciter, ꝙ immaterialitas formae, nō est ratio, ꝙ ipsa sit ex se haec, seu multiplicabilis numero. Primo sic, quo primo aliquid est in actu ex extra causā & intellectum, eo est hoc primo: sed quaelibet entitas absoluta seipsa primo est extra causam & intellectū: ergo ꝓbatur maior: quia esse extra cām & intellectum, nō conuenit nisi huic. Et confirmatur, res non est hoc per illud, qd̄ non est per se causa eius: sed materia non est causa formae, secundum Auicen. ergo forma nō est haec per materiam. Praeterea sequeretur ꝙ Gabriel esset ex se hic, & consequenter absque contradictione non potest poni vniuersalis, praedicabilis de pluribus, &c. Praeterea contra hanc propositionem sunt articuli Parisiis dānati, si formae non recipiūt diuisionem nisi secundū materiam: error, &c. Et tandem infert, nō esse sanam doctrinam, conclusionem adeo certam & necessariam tenere per ꝓpositiones generales nimis & cum tot instantiis.

¢
164
215
& ¢
118

¶Ad horum euidentiam nota primo, quòd materiae nomine hoc in loco intelligitur omne receptiuum. Nam cōstat ꝙ charitas forma est vnius speciei multiplicata ad multitudinē beatorum angelorū & hominum, & tn̄ nulla est in voluntate materia, quae est pars compositi: sed receptiua. tn̄ potentia. Vn̄ sensus propositionis est: quòd forma specifica non multiplicatur nisi secūdum receptiuum: & intendit, ꝙ si est forma receptibilis, plurificatur ad plurificationē receptiuorum: actu vel potentia: quod dico pro pter animas intellectiuas: si autem est irreceptibilis, eo ipso est implurificabilis. Aduerte secundo, quòd (vt patet quinto metaphy. vbi fundamenta omnis sciētiae traduntur,) dū oīm seminum rationes habemus, vnum numero sunt quorū materia est vna: identitas igitur numeralis penes vnitatem attenditur materiae: nec cum vnitate materiae stat pluralitas numeralis formę eiusdē speciei,

225 ¢

Et propterea Aristotelē cōsequētes, negamus omnia in instātiis assumpta. Quoniam stat formam esse vnā in essendo, & multiplicē in dependendo, vel repraesentando, vel respiciendo, vel aliis hm̄oi. Et sic similitudo albi ad omnia alba, vna est relatio in essendo, & multiplex in respiciendo. De defectu autem ad defectum termini, distingue, quòd deficit ad defectum termini adaequati, non autem inadaequati, cuiusmodi sunt singula respecta ab vno: singulum enim inadaequatur extensiue. Et ideo altero remanente, non sufficit ad hoc vt desit relatio quae erat ad ipsum, sed ad hoc ꝙ designat ipsum respicere. Species quoque in medio etiā respectu obiectorum intensi & remissi vnica est secundum esse, multiplex autē in repraesentando, & dependendo. Et propterea vt intentio est huius, ducit ad hoc, & vt illius ad illud. Et similiter est de lumine. est enim vnum lumen secundum esse, & multiplex in dependentiis. Et propterea conceditur multae illuminationes, & conceditur quòd est multiplex secundum vias, seu tendentias & obstacula. Et propterea apparent multae vmbrae. Stat igitur in suo robore assumpta propositio, in tractatu de angelis stabilienda. ad primā autē Scoti rationem dicitur primo, quòd ipse non intellexit propositionē tanto studio à se impugnatā. non enim immaterialitas, id est carentia materiae (quae est altera pars compositi) sed immaterialitas, id est carentia materiae, id est potentiae receptiuae, est de quā autor loquitur, vt manifestauimus, & etiam litera insinuat hic in exemplo de albedine, si subsisteret. Et propterea vanè articulos Parisienses, qui de materia vt materia loquūtur, affert, cum secundum veritatem materia, vt potentia receptiua, formaliter loquendo, in hac propositione, intelligatur. Verū ne eadem argumenta fierent contra irreceptibilitatem, respondetur ad singula. Ad primum quidem, falsa est mior: quia vnumquodque est primo extra causam & intellectum esse, significato per secundum adiacens, & tamen non est illo hoc. Probatio vero nihil valet, etiam secundum apparentiam, ex hoc quòd non nisi singulari aliqua duo, scilicet esse extra intellectum & causam, & esse hoc conueniunt, inferens identitatem formalem, vtriusque quo. Ad secūdam vero, ꝙ nec somniauimus, quòd forma in materia existens, sit haec per materiam intrinsece, seu formaliter, sed causaliter, Et licet materia secundum Auicen. non sit causa materialis formae, sed compositi: quia causa materialis nominat causam intrinsecam, est tn̄ materia causa formae in gn̄e causae materialis: educitur em̄ de ea vt materia: & hoc sufficit, Ad ea vero quae de angelis tangit, suo loco dicetur, & dictum est in commentariis de ente & essentia, vbi etiam articulos Parisienses glossauimus. Et aduerte, quòd haec doctrina modo tradita, non est noua, sed forte ascendens ad altitudinem intenti diui Thomae. Nominauit autem irreceptibilitatem immaterialitatē. Tum quia in substantiis separatis, irreceptibilitas non nisi immaterialitatem subsistentem in specie significat. Tum quia po-

tentia receptiua ex parte materiæ se tenet: & facile propterea erat ex hac illam intelligere. Et sic patet prima ratio sumpta ex communibus omnibus omnino immaterialibus formis subsistentibus. Nec inconuenit eam adduxisse ad proprietates personales: imò necesse fuit, quoniam ipsæ de talium numero sunt, & non cognoscimus eas secundum seipsas, sed ex creaturis vt possumus, ad eas ascendimus, vt teneamus conclusionem certam & necessariam, ex propositione certissima communi omnibus philosophis, imò cōi animi cōceptioni sapientum.

Coment. ¶Secunda ratio sumitur ex modo specificante processiones, s. per modum verbi & amoris, & fundatur super vnitate actus intelligendi, ac vnitate actus amandi in diuinis. Contra quã rationem instant quidã sic, Si vnitas actus intelligendi infert vnitatem filij: aut intendis de vnitate reali, aut secũdum rationē. Si reali, ergo vnitas realis actus intellectus & voluntatis in Deo inferret vnitatē personæ productæ: si secundum rationē, ergo distinctio secũdũ rationem inferret distinctionem personarum: sicut enim vnitas ad vnitatē, sic distinctio ad distinctionem se habet.

220 3. q. 5. 8. ar. 3. et 3. di. 19. q. 1. ar. 1. et 4. con. ca. 9.

201

Questio. ¶*Num vnitas intellectionis inferat vnicum verbum in diuinis.*

¶Scotus autem in quolibetis, vbi suprà contra hanc rationem: dicit, q non est valida: quia fundatur super hac propositione. Vbi nō potest esse nisi vnicus actus intelligendi, nō pōt esse nisi vnicū dicere, & vnicū verbū. hæc aũt propositio est vera in nobis gratia materiæ: quia in nobis omne intelligere est expressum per actum dicendi, non sic autem est in diuinis, &c. Et breuiter inquit ex vnitate formæ absolutæ eiusdem rōnis, non potest inferri vnitas productionis & termini vniuersaliter, & in omni materia: ergo ex vnitate intellectionis non sequitur gratia formæ, vnitas dictiōis & verbi.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q hic est sermo de vnitate numerali quæ supponit vnitatem formalem, vt patet 5. meta. c. De vno: qm̃ de multiplicatione numerali tantum personalium est quæstio, ita q ratio cōsistit in hoc, intellectio Dei est vna numero, ergo verbum est vnum numero, & si essent intellectiones Dei plures secundum numerum, essent plura verba secundum numerum. Ad argumentum ergo dicitur, q intendit de vnitate numerali formali, i. quæ infert vnitatem formalem: non autem de vnitate numerali identica, qualis est inter actum intellectus & voluntatis diuinæ, & propterea negatur sequela. Quomodo autem ex distinctione formali secundum rationem inter intellectum & voluntatem inferatur distinctio personarum, in q. 27. declaratum fuit, & dictum quòd hoc non sequitur immediate, sed mediante ordine originis. Ad obiectionem vero Scoti dicitur, quòd ratio literæ non fundatur super illa propositione, sed super hoc, quòd vbi est vnum tantum intelligere & dicere adæquatum illi, ibi non est nisi vnum dicere & vnum verbum, quod patet esse verum: superflueret nanque aliud dicere. Et similiter ex vnitate formæ absolutæ optime infertur vnitas formæ respectiuæ, seu actionis adæquatæ. Et ad hanc adæquationem insinuandam dicitur in litera quòd Deus omnia simplici actu intelligit, ac per hoc dicit.

Questio. ¶*Num natura sit determinata ad vnum.*

¶Tertia ratio sumitur ex communi modo procedendi, qui vere est modus, q scilicet procedunt naturaliter, distinguitur contra libere. Et fundatur super hoc quòd natura determinatur ad vnum.

Coment. ¶Contra quam etiam rationem instant quidam, Aut intendis, quòd natura determinatur ad vnum numero: & hoc est falsum, etiam in naturis limitatis. Aut ad vnum modum producendi: & hoc est falsum in natura infinita. Neutro igitur modo ratio aliquid valet.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd intendit tertio modo, s. quòd natura determinatur ad vnum formaliter: sub hac enim subsumitur & recte de natura eadem pluribus modis communicabili, q secundum vnunquẽque modũ est determinata ad vnum formaliter illius modi, & consequenter q hæc natura secundũ hunc

personis. Secundo, vtrum persona procedens sit æqualis ei à qua procedit secundum æternitatem. ¶Tertio vtrum sit aliquis ordo in diuinis personis. ¶Quarto vtrum personæ diuinæ sint æquales secundum magnitudinem. ¶Quinto, vtrum vna earum sit in alia. ¶Sexto, vtrum sint æquales secundum potentiam.

ARTICVLVS I.

¶*Vtrum æqualitas locum habeat in diuinis*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q æqualitas non competat diuinis personis, æqualitas em̃ attenditur secũdũ vnum in quãtitate, vt patet per Philosophum, 5. metaphysi. In diuinis autem personis non inuenitur, neque quãtitas continua intrinseca, quæ dicitur magnitudo: neq; quantitas continua extrinseca, quæ dicitur locus & tempus: neque secũdum quantitatē discretam inuenitur eis æqualitas, quia duæ personæ sunt plures quàm vna. Ergo diuinis personis non conuenit æqualitas.

¶Præterea, Diuinæ personæ sunt vnius essentiæ, vt suprà dictum est[e]. Essentia autem significatur per modum formæ. Conuenientia autem in forma non facit æqualitatem, sed similitudinem. Ergo in diuinis personis est dicenda similitudo, & non æqualitas.

¶Præterea, In quibuscũq; inuenitur æqualitas, illa sunt sibiinuicem æqualia: quia æquale dicitur æquali æquale. Sed diuinæ personæ non possunt sibi inuicē dici æquales. Quia vt Aug. dicit 6. de tri. imago si perfecte implet illud cuius est imago, ipsa coæquatur ei: non illud imagini suę. Imago autē patris est filius. Et sic pater non est æqualis filio. Non ergo in diuinis personis inuenitur æqualitas.

¶Præterea, Aequalitas relatio quædam est: sed nulla relatio est communis omnibus personis, cum secundum relationes personæ ab inuicem distinguantur. Non ergo æqualitas diuinis personis conuenit.

¶SED CONTRA est qd̃ Atha. dicit q tres psonæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.

CONCLVSIO.

¶*Cum in diuinis sit vna essentia, æqualitatem quoque ibi ponere necessarium esse.*

¶RESPONDEO dicendũ quòd necesse est ponere æqualitatem in diuinis personis. Quia scd̃m Philosophum in ix. meta. æquale dicitur quasi per negationem minoris & maioris. Non autē possumus in diuinis perso-

modum est determinata ad hoc vnum: & sic concluditur vnitas numeralis producti vno modo. Et inducta est hæc ratio ad ostendendum differentiam inter naturale & voluntarium agens, in largiendo vnitatem numeralē effectui vnica simul actione agendo: ab agente em̃ voluntario possunt simul plura produci, vt inquit Auerrois, consil. 44. 12. meta. à naturali autem non nisi vnum ab vno. Et ex his patet responsio ad obiectionem Scoti, vbi suprà infringentis quoque hanc rationem: quia natura non determinat ad vnum numero.

¶Quarta vero ratio ex perfectione diuina sumitur. Et fundatur super hoc, q omnis res diuina habet quicquid inueniri potest infra latitudinē illius rationis formalis. Ex hoc em̃ manifeste sequitur, q non cōpatitur sui partitionem: & consequenter nec pluralitatem.

Questio. ¶*Num ex eo quòd res diuina continet totam perfectionem vnius rationis formalis inferatur vnitas in singulis personis diuinis.*

¶Sed contra hanc quoque rationē instatur q nihil valeat: quia sic sequeretur quòd esset vnum tantũ productum in diuinis: & probatur sequela, quia productũ est res diuina, ac per hoc habens quicquid infra latitudinē produci inueniri potest, & sic excludit multiplicationem sui: quòd si hic non valet, ergo nec in ratione tua.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q fundamentum illud intelligendum est de re diuina, quæ est vna per modum speciei specialissimæ, & non de re diuina, quæ est vna per modum generis: quoniam sub specie non nisi materialis restat differentia: sub genere aũt latent multa, & sic directe deseruit proposito: quoniam de pluralitate numerali, vt iam dictum est, quæritur, & cessant obiectiones, productum em̃ non specificat, sed genericam rationē significat, filius autem specificam, & ideo de filiatione tenet ratio, de productione autem non. Et nota hanc rationem: quoniam concludit vniuersaliter nulli prædicatũ specificum, siue absolutum, siue respectiuum in Deo plurificari. Vnde patet, q nulla sit instantia Scoti vbi suprà, contra hanc rationem: quia filius est perfectus Deus, & tamen nō habet deitatē omni modo habendi: ergo filiatio potest esse perfecta, & tamen haberi alia ab alio. Similitudo enim nulla est, vt patet: quia est à modo habendi ad diuersitatem numeralem: imò quia filius est perfectus Deus sequitur: ergo habet quicquid est infra latitudinē deitatis, & consequēter est multiplicabilis scd̃m deitatē.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum primum.*

Titulus satis clarus est: ita enim indeterminate vt sonat, interpretandus est: discutiendum est enim & an sit & quomodo sit, &c. Annot.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio directe responsiua quæsito, necesse est ponere æqualitatē in diuinis psonis. Et probatur sic. in diuinis psonis non possumus ponere maius & minus; ergo necesse est ponere æqualitatē. Cōsequētia probatur, ex 10. meta. quia æquale dicitur quasi per negationē maioris & minoris. Antecedēs vero probatur dupliciter. primo autoritate Boetij: secundo ratione sic, si esset inæqualitas in diuinis psonis, non esset in eis vna numero quantitas, ergo nec vna essentia: ergo tres personæ non essent vnus Deus: quod est impossibile. prima consequentia probatur: quia inæqualium non potest esse vna numero quantitas. Secundo autem quia quantitas in diuinis nihil aliud est quàm essentia.

Annot. ¶Cica hãc rōnē aduerte, q licet ex negatione inæqualitatis nō sequatur simpliciter affirmatio æqualitatis, vt patet de puncto respectu lineæ & pp̃ter hoc in litera dixit autor, q æquale dicitur quasi per negationē. Supposita tñ quantitate in distinctis extremis seqtur ex negatione inæqualitate, affirmatio æqualitatis. Annot. Vtrum aũt sequatur æqualitas quæ sit relatio realis, aut non, inferius patebit.

Coment. ¶In responsione ad primũ aduerte Thomista. q apud S. T. hic, intentio & remissio formæ est ipsius essentiæ formæ, & non solum ipsius esse: hoc in primo modo quantitatis virtualis habes.

¶In responsione ad secundum habes solutionem omnium argumentorum Aureoli apud Capreolũ in dis. 19. primi æqualitas em̃ fundata in substãtia distinguit à simili

nis ponere aliquid maius & minus. Quia vt Boē. dicit in li. de tri. eos differentia, i. deitatis comitat, qui vel augēt vel minuũt, vt Arri. qui gradibus numerorũ trinitatē variãtes distrahũt, atq; in pluralitatem deducũt. Cuius rō est: qa inæqualiũ nō potest esse vna quantitas numero. Quãtitas aũt in diuinis nō est aliud q̃ eius essentia. Vñ relinquitur, q si esset aliqua inæqualitas in diuinis personis, q non esset in eis vna essentia. Et sic nō essent tres personæ, vnus Deus. Quod est impossibile. Oportet igitur æqualitatem ponere in diuinis personis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q duplex est quantitas. Vna, s. quæ dr̃ quantitas molis, vel quantitas dimensiua, quæ in solis rebus corporalibus est. Vñ in diuinis psonis locum nō habet. Sed alia est quantitas virtutis, quæ attēdit secũdũ perfectionē alicuius naturæ, vel formæ. Quæ quidē quãtitas designatur scd̃m qd̃ dr̃ aliqd magis vel minus calidũ, inquantum est pfectius vel minus perfectũ in tali caliditate. Hmõi autem quãtitas virtualis attenditur primo quidem in radice, i. in ipsa perfectione formæ, vel naturæ: & sic dicitur magnitudo spũalis: sicut dicitur magnus calor propter suam intētionē & pfectionē. Et ideo dicit Aug. 9. de tri. q in his quæ non mole magna sunt, hoc est maius esse, qd̃ est melius esse. Nam melius dr̃ qd̃ perfectius est. Scd̃o aũt attenditur quãtitas virtualis in effectibus formæ. Primus aũt effectus formæ est esse. Nam oĩs res habet esse scd̃m suam formã. Scd̃s aũt effectus est opatio. Nam omne agens agit per suam formã. Attēditur igitur quãtitas virtualis, & scd̃m esse, & scd̃m opationem. Scd̃m esse quidē, inquãtũ ea quæ sunt pfectioris naturæ, sunt maioris durationis. Scd̃m opationem vero, inquatum ea quæ sunt perfectioris naturæ, sunt magis potentia ad agendum. Sic igit, vt Aug. dicit in lib. de fi. ad Pe. Aequalitas intelligit in pr̃e & filio[e] & s. s. in quãtum nullus horum aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate.

¶Ad scd̃m dicẽdũ, q vbi attẽditur æqualitas scd̃m quãtitatē virtualē, æqualitas includit in se sĩtudinem, & aliqd plus: quia excludit excessum. Quæcunq; em̃ cōicant in vna forma pñt dici sĩlia, etiã si inæqualiter illã formã pticipãt, sicut si dicat aër esse sĩlis igni in calore. Sed non possunt dici æqualia, si vnũ altero perfectius formam illam participet. Et qa non solum vna est natura patris & filij, sed

à similitudine & identitate secundum modum: sicut etiam fundamenta sic distinguuntur, vt in litera manifestatur de æqualitate & similitudine alborum, vt sic: album enim vt habet rationem albi non excedentis nec excessi in perfectione ab alio albo, dicitur simile & æquale eadem relatione, & idem est iudicium de substantia per modum quantitatis sumpta, semper nanque æqualitas includit priorem relationem, & addit modum fundaméti.

¶*Num patris & filij sit mutua æqualitas.*

Questio. ¶In responsione ad tertium aduerte, quòd Aureolus apud Capreolum ibidem impugnat vltima verba, volens quòd pater est ęqualis & ęquatur filio. Et consistunt rationes suę in hoc. Aequari non significat æqualitatē accipere, sed æqualitatem habere per modum fluxus, vt cętera verba: ergo potest conuenire patri. Antecedens patet ex se, & inductiue: dicimus enim quòd duę lineæ coæquantur, & tamen neutra ab altera æqualitatē sumit, &c. Ad hoc dicitur, quòd æquari secundum proprietatem vocabuli significat motum, seu accessum quendam ad id cui ęquatur: vnde non proprie dicimus lineam æquari lineæ, nisi cum sit secundum rem vel designationem ęqualis alteri: vnde negandũ est antecedens. & inductio est ad oppositum. Verum gratia materię in diuinis omne accipere, accedere, &c. spectat ad originē. & propterea ibi sequitur differentia in litera posita, inter nomen & verbũ quo ad patrē & filium: quãuis etiã in creaturis quũ linea æquatur per se lineæ, ab illa æquatur: sicut imago Cęsaris à Cęsare fit.

¶In respõsione ad quartum aduerte opinionem doctoris & eius fundamenta. Opinio est, quòd æqualitas diuinarũ personarum non est relatio realis: & quòd quum dicitur, pater & filius sunt æquales, ly æquales, tria includit, scilicet vnitatem essentiæ: distinctionem realem relationum subsistentium, id est personarum, & relatiuam appellationem, qua formaliter denominantur æquales. & quòd secundum illa duo, æqualitas ponit aliquid reale in diuinis: secundum tertium autem, relationem tantum rationis ponit, quod & autoritate magistri confirmatur in trigesimaprima distinctio. primi. Fundamenta autem positionis sunt duo, secundum duas conditiones requisitas ad mutuas relationes reales hic deficientes. Altera est distinctio realis fundamentorum, altera est fundatio non super alia relatione.

¶*Num æqualitas ponat aliquid reale in his quæ æqualitatem habent.*

Questio. ¶Verum contra hæc arguitur à tenentibus oppositum, de quorum numero est Scotus in trigesimaprima distinct. primi, & in quoli. q. 6. vbi contra hæc obiicit. Arguitur igitur primo contra illam conditionem de reali distinctione fundamentorum. Aequalitas fundatur super vna quantitate distinctorum extremorum: ergo super simpliciter vna quantitate distinctorum verior est æqualitas, quàm super quantitate vna secundum quid: ergo super quantitate vna numero verissima fundatur æqualitas. Secundo, quia ad relationes reales sufficiunt tres conditiones, scilicet distinctio realis extremorum realium, fundamentum reale, & quòd insint extremis absque omni opere intellectus: ergo. Tertio quia sic relationes originis non possent distingui realiter: quoniam si essentia est fundamentum, ipsa est indistincta: si relatio, obstat secunda conditio. Et confirmatur quia si vna albedo esset in duabus superficiebus, illæ essent similes. Deinde arguitur contra conclusionem sic. Aequalitas est in filio ex vi productionis: & est prima æqualitas apud Augusti. sexto de Trini. cap. vlti. & est perfectio simpliciter apud eundem de quantitate animæ, cap. septimo, ergo est relatio realis. Et confirmatur: quia secluso omni intellectu, filius est realiter æqualis patri, ergo aliqua æqualitate æqualis: ergo non æqualitate quæ est relatio rationis.

¶Præterea, Inquit Scotus, si esset inæqualitas inter patrem & filium, esset relatio realis: ergo æqualitas est realis. Et confirmatur: inuenitur inæqualitas perfecta in re, ergo & æqualitas, sed nulla potest esse nisi in diuinis personis, quoniam omnis alia quantitas est imperfecta: ergo.

¶Ad euidentiam horum aduerte, quòd defectus primæ conditionis positæ in litera, id est si non est distinctio realis fundamentorum, infert quòd impossibile est fundatas relationes esse reales, quoniam ipsa sunt quæ primo referuntur, sicut albedo primo disgregat. Et de eis primo intelligitur, quum dicitur quòd exigitur distinctio extremorum: (est enim æquale) primo conuenit quanto, & cuicunque

etiam æque perfecte est in vtroque: ideo non solum dicimus filium esse similem patri, vt excludatur error Eunomij, sed etiam dicimus æqualem, vt excludatur error Arrij.

¶Ad tertium dicendum, quòd æqualitas vel similitudo dupliciter potest significari in diuinis, scilicet per nomina, & per verba. Secundum quidem quod significatur per nomina, mutua æqualitas dicitur in diuinis personis, & similitudo. Filius enim est æqualis, & similis patri, & econuerso. Et hoc ideo: quia essentia diuina non magis est patris quàm filij. vnde sicut filius habet magnitudinem patris, quod est esse eum æqualem patri: ita pater habet magnitudinem filij, quod est esse eum æqualem filio. Sed quantum ad creaturas (vt Diony. dicit 9. cap. de diui. no.) non recipitur conuersio æqualitatis, & similitudinis[c]. Dicuntur enim causata similia causis inquantum habent formam causarum, sed non econuerso: quia forma principaliter est in causa, & secundario in causato. Sed verba significant æqualitatem cum motu. Et licet motus non sit in diuinis, est tamen ibi accipere. Quia igitur filius accipit à patre, vnde est æqualis ei, & non econuerso: propter hoc dicimus, quòd filius coæquatur patri, & non econuerso.

¶Ad quartum dicendum, quòd in diuinis personis nihil est considerare nisi essentiam, in qua communicant, & relationes in quibus distinguuntur. æqualitas autem vtrunque importat, scilicet distinctionem personarum, quia nihil sibiipsi dicitur æquale: & vnitatem essentiæ, quia ex hoc personæ sunt sibiinuicem æquales, quòd sunt vnius magnitudinis & essentiæ. Manifestum est autem quòd idem ad seipsum refertur aliqua relatione reali. Nec iterum vna relatio refertur ad aliam per aliquam aliam relationem. Cum enim dicimus, quòd paternitas opponitur filiationi, oppositio non est relatio media inter paternitatem & filiationem. Quia vtroque modo relatio multiplicaretur in infinitum. Et ideo æqualitas & similitudo in diuinis personis non est aliqua realis relatio distincta à relationibus personalibus, sed in suo intellectu includit & relationes distinguentes personas & essentiæ vnita-

substracto vel coniuncto non conuenit nisi ratione quanti. Secunda autem conditio non facit relationes non esse reales, sed facit eas non esse alias à fundamentis. Vnde quælibet duo correlatiua realibus relationibus oppositionis opponuntur adinuicem, sed sunt illamet correlatiua. seipsa enim paternitas opponitur relatiue filiationi. Et propterea si prima conditio non deficeret, æqualitas filij ad patrem esset ipsa filiatio, & patris ad filium esset paternitas. Vnde ad rationem primam dicitur, quòd antecedens est sane intelligendum. Potest enim dupliciter intelligi. Primo, vt sonant verba, scilicet quòd vnitas quantitatis faciat æquale. Alio modo, q vnitas, id est indistinctio quantitatis ab alia secundum magis & minus faciat ęquale Rursus ęquale potest dupliciter sumi. Vno modo vt significat relationem ęqualitatis realis: alio modo vt significat æqualitatē indistincte siue secundum rem, siue non. Si primo modo sumatur, antecedens verum est de ęquali secundo modo, id est cōfuse sumpto, & non de ęqualitate, id est reali relatione, & ideo ratio nihil valet. Si secundo modo, antecedẽs verum est de ęqualitate reali, & est radix positionis nostræ. Et ex his patet quòd secunda ratio male interpretatur conditiones relationũ realium, debent em̃ extrema realiter distingui secundum fundamenta, si relationes sunt præexigentes fundamẽta. Ad tertium autem dicitur dupliciter, primo, quòd relationes originis fundantur super actibus notionalibus. Et cũ dicitur, illi sunt tres respectiue, respondetur, q ex hoc bene sequitur, ergo relationes originis non sunt aliæ relationes ab illis, & non sequitur, ergo nō sunt relationes reales. Secũdo dicitur & melius, q illa conditio intelligitur de relationibus in exigentibus fundamentũ. Sunt enim relationes duplicis ordinis. Quædam ferunt secum non solum fundamenta, sed etiam supposita. Et hæ sunt relationes originis, quas diximus constituere hypostases, &c. Quædam vero non ferunt, sed supponunt fundamenta & hypostases, & tales sunt æqualitas & similitudo, & ideo illæ reales, istæ non. Et per hoc patet solutio rationum Scoti in quoli. procedunt enim ex hoc, quòd essentia est fundamentum relationum originis, quod non est verum proprie loquendo. Ad confirmationem vero de albedine, negatur quòd ibi esset similitudo pro relatione reali, nisi forte ratione diuersarum partium ipsius albedinis extensæ, quod est extra propositum.

¶Ad ea vero quæ primo cōtra conclusionem obiiciuntur, vnica est rñsio, q filius est secluso omni intellectu vere & realiter æqualis patri, quo ad vnitatē essentiæ, & distinctionē personarũ, & quo ad relatiuã appellationē fundamentaliter: hæc em̃ habet ex vi gñationis. Et sic est prima æqualitas, & nō per realitatē additę relationis. Sicut etiã filius est idē subiipsi realissime secluso omni intellectu, & hoc habet à patre, &c. tñ non sequit, ergo relatio idẽtitatis sibi est realis. est em̃ idē sibi idẽtitate fundamẽtaliter, & ita filius æqualis æqualitate fundamẽtaliter sumpta. Hæc em̃ instãtia manifestat vitiũ obiectionũ. Nec est verũ, q æqualitas formaliter sumpta sit perfectio simpliciter. Nec Aug. hoc dicit, quãuis dicat, q ęqualitatē inæqualitati iure præponi. Albũ em̃ nigro iure præpones, & tñ neutrũ est perfectio simpliciter. Scito tñ veritatē, q æquale non quo ad relationē, sed quo ad fundamentũ præponitur inæquali: quia vnũ præponitur multo, & sicut vnũ præponitur multo, vnũ autē perfectionē simpliciter non dicit, nisi ens denoĩatum vnũ sit perfectio simpl̃r, & propterea æquale à genere perfectionũ simpl̃r est valde remotum. Nec realitas inæqualitatis, si esset in diuinis, infert realitatē æqualitatis, qm̃ illa habet duas quãtitates numero distinctas, maiorē scilicet & minorē. Hæc autē vnã tantũ de facto habet. De perfectione autē æqualitatis dupliciter cōtingit loqui, scilicet absolute & vt realis relatio. Et vtroq; modo cōcedo q inuenit in re, perfecta æqualitas, sed primo modo sumpta in diuinis, secũdo aũt mõ in aliis rebus. Falsum est em̃, imò impossibile, q secũdo mõ inueniat in diuinis: qm̃ est forma imperfectionē coexigẽs, s. distinctionē numeralē absolutorũ. Et bene in re hac aduertas, & concedas in diuinis verã ęqualitatē, & perfectã, & primã summã, &c. vt in corpore articuli pbatũ est, sed nō inquantũ est relatio realis, vt in rñsione ad quartũ dicit. Nec fallaris disgrediẽdo ab æqualitate vno modo ad eã alio modo.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum secundum.*

Titulus clarus est.

¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue: necesse Comment.

tem. Et propterea magister dicit in trigesima prima, distinc. primi sen. quòd in his appellatio tantum est relatiua.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum persona procedens sit coæterna suo principio, vt filius patri.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd persona procedens non sit coæterna suo principio, vt filius patri. Arrius enim 12. modos generationis assignat. ¶Primus modus est iuxta fluxum lineæ à puncto. Vbi deest æqualitas simplicitatis. ¶Secundus modus est iuxta emissionem radiorum à sole. Vbi deest æqualitas naturæ. ¶Tertius modus est iuxta characterem seu impressionem à sigillo. Vbi deest consubstantialitas & potentiæ efficientia. ¶Quartus modus est iuxta immissionem bonæ voluntatis à Deo. Vbi etiam deest consubstantialitas. ¶Quintus modus est iuxta exitum accidentis à substantia. Sed accidenti deest subsistentia. ¶Sextus modus est, iuxta abstractionem speciei à materia: sicut sensus accipit speciem à re sensibili. Vbi deest æqualitas simplicitatis spiritualis. ¶Septimus modus est, iuxta excitationem voluntatis à cogitatione. Quæ quidem excitatio temporalis est. ¶Octauus modus est, iuxta transfigurationem, vt ex ære fit imago: quæ materialis est. ¶Nonus modus est motus à mouente, & hic etiam ponitur effectus & causa. ¶Decimus modus est, iuxta eductionem specierum à genere. Qui non competit in diuinis: quia pater non prædicatur de filio, sicut genus de specie. ¶Vndecimus modus est, iuxta ideationem: vt arca exterior ab ea quæ est in mente. ¶Duodecimus modus est, iuxta nascentia: vt homo est à patre. Vbi est prius & posterius secundum tempus. Patet ergo, quòd in omni modo quo aliquid est ex altero, deest æqualitas naturæ aut æqualitas durationis. Si igitur filius est à patre, oportet dicere, vel eum esse minorem patre, aut posteriorem, aut vtrunque.

¶Preterea, Omne quòd est ex altero, habet principium, sed nullum æternum habet prin-

221 4. contra. cap. 11. Et po. q. 2. articu. 3. co. & q. 3. ar. 13. Et opu. 3. cap. 41.

cipium. Ergo filius non est æternus, neque spiritussanctus.

¶Præterea, Omne quod corrumpitur, desinit esse. Ergo omne quod generatur, incipit esse. Ad hoc enim generatur, vt sit. Sed filius est genitus à patre. Ergo incipit esse, & non est coæternus patri.

¶Præterea, Si filius genitus est à patre, aut semper generatur, aut est dare aliquod initiũ suæ generationis. Si semper generatur (dum autem aliquid est in generari, est imperfectũ: sicut patet in successiuis, quæ sunt semper in fieri, vt tempus & motus) sequitur quòd filius semper sit imperfectus. Quod est inconueniens. Est ergo dare aliquod instans generationis filij. Ante illud ergo instans filius non erat.

¶SED CONTRA est quod Athanasius dicit, quòd totæ tres personæ coæternæ sibi sunt.

CONCLVSIO.

¶Cum pater non voluntate, sed natura ab æterno perfecta, absque successiua actione filium generet, eundem ipsum sibi coæternum habet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere filium esse coæternũ patri. ¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd aliquid ex principio existens posterius esse suo principio, potest contingere ex duobus. Vno modo ex parte agentis: alio modo ex parte actionis. Ex parte agentis quidem, aliter in agentibus voluntariis, aliter in agentibus naturalibus. In agentibus quidem voluntariis, propter electionem temporis. Sicut enim in agentis voluntarij potestate est eligere formã quam effectui conferat, vt suprà dictum est[e]: ita in eius potestate est eligere tempus in quo effectum producat[e]. In agentibus autem naturalibus hoc contingit, quia agens aliquod non à principio habet perfectionem virtutis naturalis ad agendum, sed ei aduenit post aliquod tempus, sicut homo non à principio generare potest. Ex parte actionis impeditur ne id quod est à principio, simul sit cum suo principio, propter hoc quòd actio est successiua. Vnde dato quòd aliquod agens tali actione agere inciperet statim cum est, non statim eodem instanti esset effectus, sed in instanti ad quod terminatur actio. Manifestum est autem secundum præmissa[e], quòd pater non generat filium voluntate, sed natura. Et iterum quòd natura patris ab æterno perfecta fuit[e]. Et iterum quòd actio, qua pater producit filium, non est successiua[e]: quia sic filius Dei successiue generatus esset, & eius generatio materialis & cum motu esset, quod est impossibile. Relinquitur ergo quòd filius fuit quandocunque fuit pater. Et sic filius est coæternus patri, & similiter spiritussanctus vtrique.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in lib. de Verbis Domini, nullus modus processionis alicuius creaturæ perfectè repræsentat diuinam generationem. Vnde oportet ex multis modis colligere similitudinem: vt quod deest ex vno, aliqualiter suppleatur ex altero. Et propter hoc dicitur in synodo Ephesina. Coexistere semper coæternum patri filium splendor tibi denuntiet. Impassibilitatem natiuitatis ostendat verbum, consubstantialitatem filij nomen insinuet. Inter omnia tamen expressius repræsentat processio verbi ab intellectu. Quod quidem non est posterius eo à quo procedit: nisi sit talis intellectus qui exeat de potentia in actum. Quod in Deo dici non potest.

¶Ad secundum dicendum, quòd æternitas excludit principium durationis, sed non principium originis.

¶Ad tertium dicendum, quòd omnis corruptio est mutatio quædam. Et ideo omne quod corrumpitur, incipit non esse, & desinit esse. Sed generatio diuina non est transmutatio, vt dictum est suprà[e]. Vnde filius semper generatur, & pater semper generat.

¶Ad quartum dicendum, quòd in tempore aliud est quod est indiuisibile, scilicet instans: & aliud est quod est durans, scilicet tempus. Sed in æternitate ipsum nunc indiuisibile est, & semper stans, vt suprà dictum est[e]. Generatio vero filij non est in nunc temporis: aut in tempore, sed in æternitate. Et ideo ad significandum præsentialitatem & permanentiam æternitatis, potest dici quòd semper nascitur, vt Origenes dixit. Sed (vt Grego. & Augusti. dicunt) melius est quòd dicatur semper natus: vt ly semper, designet permanentiam æternitatis: & ly natus, perfectionem geniti. Sic ergo filius non est imperfectus est, neque erat quando non erat, vt Arria. dixit.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum in diuinis personis sit ordo naturæ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in diuinis personis non sit ordo naturæ. Quicquid enim in diuinis est, vel est essentia, vel persona, vel notio. Sed ordo naturæ non significat essentiam, neque est aliqua personarum, aut notionum. ergo ordo naturæ non est in diuinis.

¶Præterea, In quibuscunque est ordo naturæ, vnum est prius altero, saltem secundum naturam & intellectum, sed in diuinis personis nihil est prius & posterius, vt Athan. dicit. Ergo in diuinis personis non est ordo naturæ.

¶Præterea, Quicquid ordinatur, distinguitur: sed natura in diuinis non distinguitur. Ergo non ordinatur. Ergo non est ibi ordo naturæ.

¶Præterea, Natura diuina est eius essentia. Sed non dicitur in diuinis ordo essentiæ. Ergo neque ordo naturæ.

¶SED CONTRA, vbicunque est pluralitas sine ordine, ibi est confusio, sed in diuinis personis non est confusio, vt Athana. dicit. Ergo est ibi ordo.

CONCLVSIO.

¶Quendam in diuinis naturæ ordinem necesse est esse: secundum quod ibi quoddam originis principium est absque prioritate.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ordo semper dicitur per comparationem ad aliquod principium. Vnde sicut dicitur principium multipliciter, scilicet secundum situm, vt punctus: secundum intellectum, vt principium demonstrationis, & secundum causas singulas: ita etiam dicitur ordo. In diuinis autem dicitur principium secundum originem absque prioritate, vt suprà dictum est[e]. Vnde oportet ibi esse ordinem secundum originem absque prioritate[e]. Et hic vocatur ordo naturæ secundum Augus. non quo alter sit prius altero, sed quo alter est ex altero.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ordo naturæ significat notionem originis in communi, non autem in speciali[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd in rebus creatis etiam cum id quod est à principio, sit suo principio coæuum secundum durationem, tamen principium est prius secundum naturam & intellectum, si consideretur id quod est principium. Sed si considerentur ipsæ relationes causæ & causati, & principij & principiati, manifestum est quòd relatiua sunt simul natura & intellectu, inquantum vnum est in diffinitione alterius. Sed in diuinis ipsæ relationes sunt subsistentes personæ in vna natura. Vnde neque ex parte naturæ, neque ex parte relationum, vna persona potest esse prior alia, neque etiam secundum naturam & intellectum.

¶Ad tertium dicendum, quòd ordo naturæ dicitur, non quòd ipsa natura ordinetur, sed quòd ordo in diuinis personis attenditur secundum naturalem originem.

¶Ad quartum dicendum, quòd natura quodammodo importat rationem principij, non autem essentiæ[e]. Et ideo ordo originis melius nominatur ordo naturæ, quàm ordo essentiæ.

ARTIC

est filium esse coæternũ patri. Probatur sic, omne ex principio existens posterius illo, aut procedit ab illo voluntarie, aut à naturali paulatim perfecta, aut actione successiua: sed pater non generat filium voluntate, sed natura ab æterno perfecta, & absq; actione successiua: ergo habet filiũ coæternum. Et similiter est de spiritussancto. Maior declaratur distinguẽdo causam posterioritatis ex parte agentis, vel actionis, &c. vt patet in litera. Minor vero quo ad vltimam partem declaratur ducendo ad impossibile, & scilicet q; filius esset successiue natus & cum materia & motu. Nec fundatur hic illatio materiæ sup hoc, quòd vbicunque est successio, ibi sit materia: sed, quòd vbicunque est generatio successiua substantiæ, ibi est materia.

a *¶Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo ly naturæ, nõ est obliquus determinatus per ly ordo: sed ecõtra determinãs ipm ordinem. Ita quòd non est sensus: vtrum sit ordo naturæ tanquam rei ordinatæ, sed vtrum sit ordo naturæ, id est naturalis: vt naturale distinguitur contra voluntarium. 215 246

Commẽt. ¶In corpore vna est cõclusio, in personis diuinis est ordo naturę. Probatur. ordo semper est per comparationem ad aliquod principium. ergo est multiplex iuxta multiplicitatem principij. ergo est in diuinis secundum originem absq; prioritate. ergo est ordo naturæ. Prima consequẽtia explanat' in situ, intellectu & singulis causis. Secunda autem probatur, quia principium in diuinis est secundum originem absque prioritate. ex quæstio. trigesimatertia, artic. primo. Tertia autem manifestatur autoritate Augusti. qui & hoc vocabulum induxit. 215 33 46 160 161

¶Num de ratione ordinis originis sit prioritas & posterioritas.

Quæstio. ¶Circa hanc partẽ: pro quanto ponitur ordo absque prioritate: dubium insurgit apud multos putantes de ratione ordinis esse prioritatem & posterioritatem: & sicut ibi ponitur ordo originis, ponendũ est quòd ibi sit prioritas & posterioritas originis: verũ, quia non est Theologorum contentionibus deseruire, & in re hac nulla dissensio est nisi in verbis: idcirco breuiter scito, quòd cum ordo originis nihil aliud sit nisi hoc esse ab hoc: & in eo secundum rem inuenitur à quo alius, & qui ab alio: & rursus à quo alius est quandoque à se producens, vt patet de primo producente: & in his nulla sit discordia: consequens est quòd inter nos & Scotum his omnibus consentientem: in prima distinct. vigesimaoctaua, quęstio vlti. & quolibetis quęstio. 4. non sit controuersia secundum rem: sed tantum differentia est in vocabulis. Quoniam ipsi vocant prius origine à quo alius, & etiam à se producens: posterius vero origine, qui ab alio: ita quòd prioritas originis est ly à quo, seu à se: posterioritas vero ly ab alio: vt patet ab ipsomet in prima distin. decimasecunda, quæstio. secunda, & alibi. Vnde in huiusmodi propter sanctorum doctorum reuerentiam qui his vocabulis vsi non sunt, & ad tollendas erroris occasiones: sententiam teneant, sed linguam cohibeant. Pariunt quoque huiusmodi loquutiones obscuritatem in rebus manifestis, vt patet quum fit quęstio de identitate vel diuersitate signi originis, quo vel quibus pater & filius spirant: cum tamen res clara sit, quòd pater à se, & filius à patre, vnico simul actu spirant, vt vnicum principium, vt dictum est. 161 48 b 46 a

¶Num pater sit aliquo modo prior filio.

¶In responsione ad secundum, dubium occurrit, non prætęritum à Sco. in vigesimaoctaua, distin primi, quęstio vltima, quòd hoc dictum repugnat dictis in quæstio. quadragesima, articulo vltimo. Hic nanque dicitur: paternitas siue pater nullo modo est prior filio: ita quòd nec secundum naturam, nec secundum intellectum: ibi autem expresse dictũ est quòd hypostasis patris est prior secundum intellectum actu notionali, qui est generatio actiua, & consequenter prior filio, qui sequitur generationem passiuã: vt ibidem dicitur: non ergo stãt hęc duo simul. *Quæstio.* 221 *1. dist. 12. arti. 1. & po. 20. ar. 3. Et po. q. 10. arti. 3. cor.*

¶Ad euidentiam huius difficultatis, & simpliciter, & ad hominem scito, quòd de patre & filio in diuinis contingit loqui dupliciter. Vno modo secundum rem pure, & sic loquitur hic autor, negans omnẽ prioritatem & posterioritatem: & probat hoc efficacissima ratione, scilicet quòd in eis non est nisi relatio & essentia, in essentia nulla est prioritas, cum sit vna: relationes sunt simul natura & intellectu: ergo. Alio modo cõtingit loqui de eis sub aliquo partiali cõceptu seu modo cõcipiẽdi. & sic loquutus est superius. Et merito: qa titulus articuli erat de pręintellectione ꝓprietatũ respectu actuũ, & ecõuerso. Et sic pater similiter & paternitas, cõceptus vt Hypostasis, præcedat secundũ intellectũ gñationẽ & filiũ: vñ nulla est in dictis contradictio. Imò & hoc loco manifeste apparet, q; Sco. tam in loco allegato, quã in quolibetis. q. 4. imposuit S.T. motiuũ ad faciẽdã illã distõnẽ de pr̃nitate vt cõstitutiua & vt relatio, vt saluaret patrẽ esse priorẽ filio: neq; eñ hoc somniauit autor vnquã, sed hic docuit oppositũ, dicens ipsas relationes subsistẽtes quę sunt pr̃ & filius, oportere esse oĩno simul etiã intellectu: & hoc ex meritis rerũ. Rõ eñ quę mouit autorẽ ad illã distõnẽ, fuit, qa relatio vnica habet duos actus, scilicet constituere hypostasim, & referre: vt ibi patuit. & scito, q; cum hac vnica distõne præmissa, scilicet de rebus secundũ se, aut de eis secundũ aliquẽ spãlem cõceptũ seu cõcipiẽdi modũ: solues obiectiões eorũ q oĩno prioritatẽ in diuinis ꝓbare volũt: vel ex eo qđ Aug. dicit, q; nihil generat se, eo q; esset añ quã esset: & sic de rõne generantis est esse añ genitũ, vel ex eius similibus. Hæc eñ oĩa non cõcludũt rẽ, seu ꝓsonã generãtẽ, &c. esse priorẽ etiã secundũ intellectũ, sed rẽ illã sic cõceptã, esse priorẽ secũdũ rõnẽ. Constat autẽ nõ valere argumẽtũ à re sic cõcepta ad eandẽ simpliciter. Est eñ sophisma à secundũ quid ad simpl'r. c 185 221 c 219 c 203

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrũ filius sit æqualis patri secundũ magnitudinẽ.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q; filius non sit æqualis patri in magnitudine. Dicit eñ ipse Ioan. 14. Pater maior me est. Et Aposto. 1. Corin. 15. Ipse filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia.

¶Præterea, Paternitas pertinet ad dignitatẽ patris, sed paternitas nõ cõuenit filio. ergo nõ quicquid dignitatis habet pater, habet filius. Ergo non est æqualis patri in magnitudine.

¶Præterea, Vbicunq; est totum & pars, plures partes sunt aliquid maius quã vna tñ vel pauciores, sicut tres homines sunt aliquid maius quã duo vel vnus. Sed in diuinis videt' esse totum vniuersale & pars. Nam sub relatione vel notione plures notiones continent', cum igitur in patre sint tres notiones, in filio autẽ tantum duæ, videtur quòd filius non sit æqualis patri.

¶SED CONTRA est quod dicit' Phil. 2. Non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ Deo.

CONCLVSIO.

¶In diuinis necesse est filium esse æqualem patri in magnitudine, accipiẽdo totam naturæ patris perfectionẽ.

¶RESPONDEO dicendũ, q; necesse est dicere filiũ esse æqualem patri in magnitudine. Magnitudo enim Dei non est aliud quàm perfectio naturæ ipsius. Hoc autẽ est de ratione paternitatis & filiationis, quòd filius per generationẽ pertingat ad habendã perfectionem naturæ, quæ est in patre, sicut & pater. Sed quia in hominibus generatio est transmutatio quædam exeuntis de potentia in actum, non statim à principio homo filius est æqualis patri generanti, sed per debitum incrementũ ad æqualitatem perducitur: nisi aliter eueniat propter defectum principij generationis. Manifestũ est autẽ ex dictis[e], quòd in diuinis est proprie & vere paternitas & filiatio. Nec potest dici, quòd virtus Dei patris fuerit defectiua in generãdo, neq; quòd Dei filius successiue & per transmutationẽ ad perfectionẽ peruenire[e]. Vnde necesse est dicere quòd ab ęterno fuerit patri æqualis in magnitudine. Vnde & Hila. dicit in lib. de synodis. Tolle corporum infirmitates, tolle conceptus initium, tolle dolores & omnem humanam necessitatem: omnis filius secundũ naturalẽ natiuitatẽ æqualitas patris est, quia est & similitudo naturæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verba illa intelliguntur dicta de Christo secundum humanam naturam, in qua minor est patre, & ei subiectus. Sed secundũ naturam diuinã ęqualis est patri. & hoc est quod Atha. dicit, Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundũ humanitatẽ. Sed secundum Hila. in 18. lib. de Trinita. donantis autoritate pater maior est, sed minor non est cui vnum esse donatur[e]. Et in lib. de Syno. dicit quòd subiectio filij naturæ pietas est, id est recognitio autoritatis paternæ. Subiectio autem cæterorum, creationis infirmitas.

¶Ad secundum dicendum, quòd æqualitas attenditur secundum magnitudinem. Magnitudo autem in diuinis significat perfectionem naturæ (vt dictum est[e]) & ad essentiam pertinet. Et ideo æqualitas in diuinis & similitudo secundum essentialia attenditur: nec potest secundum distinctionem relationum inæqualitas vel dissimilitudo dici. Vnde Augus. dicit cõtra Maximinum, Originis quæstio est quid de quo sit, æqualitatis autem qualis aut quantus sit. Paternitas igitur est dignitas patris, sicut & essentia patris. Nam dignitas est absoluta, & ad essentiam pertinet. Sicut igitur eadem essentia quæ in patre est, paternitas in filio est filiatio[e]: ita eadem dignitas quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio. Vere ergo dicitur quòd quicquid dignitatis habet pater, habet filius: nec sequitur, paternitatem habet pater, ergo paternitatem habet filius. Mutatur enim quid in ad aliquid. Eadem enim est essentia & dignitas patris & filij. Sed in patre est secundum relationem dantis, in filio secundum relationem accipientis.

¶Ad tertium dicendũ, quòd relatio in diuinis non est totum vniuersale, quamuis de similibus relationibus prædicetur, quia omnes relationes sunt vnum secundum essentiam & esse. Quod repugnat rationi vniuersalis: cuius partes secundum esse distinguuntur. Et similiter persona (vt supra dictum est[e]) non est vniuersale in diuinis. Vnde neque omnes relationes sunt maius aliquid quàm vna tantum: nec omnes personæ maius aliquid quàm vna tantum: quia tota perfectio diuinæ naturæ est in qualibet personarum.

ARTICVLVS V.

a *¶Vtrum filius sit in patre, & econuerso.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd filius non sit in patre, & ecõuerso. Philosophus eñ in 4. physi. ponit octo modos essendi aliquid in aliquo, & secundum nullum horum filius est in patre, aut econuerso: vt patet discurrenti per singulos modos. Ergo filius non est in patre, nec econuerso.

¶Præterea, Nihil quod exiuit ab aliquo, est in eo. sed filius ab æterno exiuit à patre, secundum illud Michææ 5. Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Ergo filius non est in patre.

¶Præterea, Vnum oppositorum non est in altero. Sed filius & pater opponuntur relatiue. Ergo vnus non potest esse in alio.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est.

CONCLVSIO.

¶In diuinis pater est in filio, & econtra secundum essentiam, relationem, & originem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in patre & filio tria est considerare, scilicet essentiam, & relationem, & originem, & secundum quodlibet istorum filius est in patre, & econuerso. Secundum essentiam enim pater est in filio, quia pater est sua essentia, & communicat suam essentiam filio non per aliquã suam transmutationem. Vnde sequitur quòd cum essentia patris sit in filio, quòd in filio sit pater. Et similiter cum filius sit sua essentia, sequitur quòd sit in patre, in quo est eius essentia. Et hoc est quod Hila. dicit 5. de Tri. Naturam suam (vt ita dicam) sequitur immutabilis Deus, immutabilem gignens Deum subsistentem. Ergo in eo Dei naturam intelligimus, cũ in Deo Deus insit. Secundam etiam relationes manifestum est, quòd vnum oppositorum relatiue est in altero secundum intellectum. Secundum originem etiam manifestum est, quòd processio verbi intelligibilis non est aliquid extrà, sed manet in dicente. Id etiam quod verbo dicitur, in verbo continetur. Et eadem ratio est de spiritussancto.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q; ea quæ in creaturis sunt, non sufficienter repræsentant ea quæ Dei sunt. Et ideo secundũ nullum eorum modorum quos Philosop. enumerat, filius est in patre, aut ecõuerso. Accedit tamen magis ad hoc modus ille, secundum quẽ aliquid dicitur esse in principio originante: nisi quòd deest vnitas essentię in rebus creatis inter principium, & id quod est à principio.

¶Ad secundum dicendum, quòd exitus filij à patre est secundum modum processionis inte-

223 *1. dis. 9. q. 1. ar. 2. Et 4. contra. c. 7. ratione 11. & c. 21. co. 7. & po. q. 2. arti. 3. cor. fi. & qõ. 20. art. 4. cor. co. 1. Et Boë. de Trin. q. 3. articu. 4.*

a *¶Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum quartum.*

d 186 187 *Commẽt.* TItulus clarus est. ¶In corpore vnica est conclusio, necesse est filiũ esse æqualẽ patri in magnitudine ab ęterno. Et ꝓbat' primo quo ad primã partẽ sic. De rõne paternitatis & filiatiõis est, q; filius accipiat perfectionẽ naturæ, sicut pr̃. Ergo filius in diuinis habet perfectionẽ naturæ paternæ: ergo est æqualis patri in magnitudine. Antecedẽs declarat' i creaturis. Prima vero cõsequẽtia ꝓbat': qa in diuinis est vere & proprie pr̃nitas & filiatio. Secũda aũt: qa magnitudo nihil aliud significat quã ꝑfectionẽ naturæ. Quo ad secundũ vero partẽ, s. ab æterno ꝓbat'. Virtus Dei patris nõ est defectiua, neq; filius Dei successiue perficit': ergo ab ęterno. & declarat' sequela: quia ex horũ oppositis accidit in humanis, q; filius non statim æquatur patri. Et confirmatur totum autoritate Hilarij. 221 b 185

a *¶Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum quintum.*

1 220 o *Commen.* TItulus clarus est. ¶In corpore vnica est cõclusio habens tres partes: pater est in filio, & ecõuerso secundũ essentiam, & relationẽ, & originẽ. Quo ad primã partẽ ꝓbat' sic, essentia patris est in filio: ergo pater est in filio. antecedens manifestatur: quia pater cõmunicat essentiã filio absq; aliqua transmutatione: cõsequẽtia vero probatur, qa pater est sua essentia: & similiter ecõuerso, essentia filij est in patre: ergo filius est in patre: quia filius est sua essentia. Et confirmatur autoritate Hilarij.

¶Circa hanc partẽ aduerte duo. Primũ est q; patrẽ esse in filio rõne essentiæ, potest intelligi dupl'r. Vno mõ q; ipsa essentia secundũ se, sit rõ essendi in filio: quẽadmodũ dicimus, q; pater intelligit rõne essentiæ. Et hic sensus alienus est à mente autoris: sic eñ optime sequeret', ergo filius est in filio, sicut sequit', ergo filius intelligit. Alio mõ, q; essentia vt vna in pluribus sit rõ vni, q; sit in alio: quẽadmodũ etiã dicimus q; essentia, vt in pricipio, est rõ generãdi. Et sic verificat' in ꝓposito. Esse eñ in alio quũ duo exigat, coniunctionẽ & distõnẽ extremorũ, dupl'r cõtingit: vel secundũ rationẽ quo ad distõnẽ, vt Deitas in Deo, & vniuersaliter forma in supposito à quo nõ distinguit' real'r: vel secundũ rẽ, in ꝓposito intelligit' secundũ rẽ, ita q; adesse in inuicẽ diuinarũ personarũ cõcurrit, & realis alietas, & realis cõiunctio. Est eñ pr̃ in filio, vt cõsubstantialis in alio cõsubstantiali: rõne vnius essentię ĩ vtroq;. ex hoc autẽ scito secũdo, q; esse in persona, vt mõ loqmur, est de numero notiõaliũ mixtorũ, sicut potẽtia generãdi, qm claudit in se distinctionẽ personarũ, & vnitatẽ essentiæ. Et propterea sicut in aliis huiusmodi mediis ĩter essentialia & notionalia nõ valet argumẽtũ ad essentialia pure sumpta, ita nec hic. Vñ sicut essẽtia non generat, & tñ in patre est rõ generãdi, ita ipsa nõ est in aliqua persona eo mõ quo persona vna est in alia: & ipsa tñ in pluribus est rõ essendi in inuicẽ. Et ex his patet primo efficacia rõnis literę, quę nõ ex idẽtitate patris, aut filij cũ essentia, vt quidã intellexisse vident', sed ex vnitate essentiæ vtriusq; ꝓcedit. Et optime hic insinuat' in ipsis patris & filij ac essentię nominibus. Patet secũdo solutio rõnũ allatarũ in 19. di. primi apud Capreo. Ambę nanque conditiones simul iunctæ reddunt processum validum. c 225 c 276 224 *1. di. 19. q. 2. ar. 2. Et 4. cõtra. c. 9 fi. et 65. Et Io. 10. l. 6. col. 2. fi. et c. 16. l. 7. co. 2.*

¶Num ex vnitate essentiæ in personis diuinis inferatur, vnam in alia esse.

¶Vnde tamen restat dubium: an ista ratio valeat ex vnitate essentiæ vtriusque, ita quòd par fuerit dixisse, essentia patris est in filio: ergo &c. & essentia patris est filius: ergo, &c. id est, an ad vim processus exigatur ille modus in, vt iacet in litera, scilicet essentia patris est in filio, ergo, &c. Et ratio dubij est. quia ly in, non nisi relationem rationis dicit: Pater autem in filio secundum rem. Et rursus essentia alio modo est in filio quàm pater in filio: quia illa vt forma in supposito, hic vt suppositum substantiale in alio supposito. *Quæstio.*

¶Ad hoc

¶Ad hoc dicitur, quòd quia ad veritatem propositionum modus significandi tantum spectat, quòd quandoq; variat veritatem, idcirco licet processus iste quo ad rem super vnitate essentiæ in pluribus fundetur (hic enim consubstantiales personas reddit, & vnam substantialiter in alia ponit secundum rem) tamen quo ad manifestandum quòd propriè verificatur hæc loquutio, pater est in filio, & econuerso: fundatur etiã suprà ly in. Ex hoc enim quòd vna est essentia
160 plurium congrue admittit ly in respectu singularum personarũ: optime sequitur, ergo quælibet persona rõne illius essentiæ potest quoq; dici esse in alia. Nec obstat diuersitas modi, imò de
o necessitate oportet diuersum esse modum rõnis essendi & entis, vt patet inductiue: nec officit
225 1.dist.20. articu. 2. quòd relationẽ significat rationis: quia rõnis quoq; relatio est, quum dicit, pater est in filio, sicut quum dicitur ęqualis filio: nulla siquidem in diuinis est realis relatio præter illas quatuor relationes originis. Vnde sicut de æqualitate & similitudine personarum distinctũ est, quo ad fundamentum & extrema, &c. ita de esse in inuicẽ proportionaliter dicendum est: includit enim vnitatẽ essentię, & distinctionẽ personarũ, sicut ille, vt ex dictis patet.

Commen. ¶Quo ad secundam vero partem probatur, vnũ correlatiuum est in alio secundum intellectum: ergo vna persona diuina est in alia secundum relationem.

Annot. ¶Contra hanc rationem arguunt Aureolus & Durandus apud Capr. vbi suprá. Primo quia vnum
d
290
219 relatiuum non est in alio, sed ad aliud, & distinguitur ac opponitur. Secundo, quia sic Spiritussanctus non esset in patre & filio: quia non refertur ad eos, sed in spiratore ad quem refertur. Sed hæc & similia facilime apparet nihil obstare: in solisq; verbis differentiam esse. Neq; enim vult autor patrem esse in filio secundum rem quo ad relationem: quoniam liquet, patrem vt
a
220
223 sic, ad filium esse, non in filio, sed secundum intellectum, seu diffinitiuam rationem: frequentissimo nanq; vsu dicimus, vnum correlatiuũ in ratione alteri' esse, vt Porphy. in prędicabilib' dicit. Et cũ in litera explicite ponatur ly secundũ intellectum, mirum est quomodo isti arguant contra hoc. Rursus quũ vnicuiq; mõ sat sit propria habere infra suam rationem formalẽ, nullũ inconueniens est concedere, quòd Spũssanctus non est secundum intellectũ quo ad relationẽ in patre & filio, nisi vt sunt spirãtes ipsum. Non enĩ à quolibet modo exigẽdum est quicquid ex omnibus simul modis habetur: vt arguens somniat fuisse de intentione autoris, Vnde si ex hoc inferretur, ergo spũssanct. non est in patre & filio: vel, ergo non est in patre & filio, nisi vt spirantibus: sophisma est à
a
219 secundum quid ad simpliciter. Est nanq; in eis sic, & est in eis ratione essentiæ vt consubstantialis, vt in primo modo dictum est: & etiam secundum originem, vt dicetur. Non valet igitur argumentum, spiritussanctus secundum relationem non est in patre & filio nisi sic. ergo spiritussanctus non est in eis nisi sic, ly enim secundum relationem, se habet vt secundum quid.

Commen. ¶Quo ad tertiam autẽ partẽ, probatur. verbũ nõ procedit extra dicentẽ, & quod verbo dicitur, in verbo cõtinetur: ergo vna persona diuina est in alia secundum originem.

Annot. ¶Cõtra hanc rationem arguit Aureo. suprà dupliciter. Primo, quia modus essendi in alio, sicut principio, est imperfectior: vt commentator vult 4. Physi. con. 14. & non est reciprocus. Modus autem quo vna persona diuina est in alia, est perfectissim' & reciprocus: ergo. Secũdo, quia secũdũ hãc rõnẽ pr esset in verbo, sicut totus mũdus est in verbo. probat sequela: quia esset vt res dicta, & cõstat totũ mundũ verbo Dei dictũ esse. ¶Ad hæc dicitur, quòd esse in principio actiuo contingit dupliciter, scilicet extraneo & intraneo, id est secũdum operationẽ transeuntẽ & immanentẽ. Et quòd licet esse in principio actiuo extraneo sit imperfectionis, sicut esse causarũ: esse tamẽ in principio intraneo, nullius imperfectionis est: vñ in litera probatio sumpta est, quia verbũ non procedit extra dicentẽ. Reciprocatio autẽ etiã in extraneis admittit dũ cãm in effectibus esse per imitationẽ, seu repręsentationẽ cõcedim'. ad secũdũ vero dicẽdũ, quòd res dicta non est vno mõ. Quædã enĩ est res essẽtialiter dicta: quędã vero repræsentatiue. Pater igitur est in filio vt res essentialiter dicta verbo. Creaturę autem oẽs dñr repręsentatiue inquãtum, scilicet repręsentant in Deo, cuius essentialiter est verbum, vt dicti & dicentis. 226 1.di. 15.q. 1. ar.1. Et 4. contra. ca.23. cor. 2. & cap. 24. ratione 2.

rioris, prout verbum exit à corde, & manet in eo[e]. Vnde exitus iste in diuinis est secundum solam distinctionem relationum, non secundum essentialem aliquam distantiam.

¶Ad tertium dicendum, quòd pater & filius opponuntur secundum relationes, non autem secundum essentiam, & tamen oppositorum relatione vnum est in altero, vt dictum est[e].

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum filius sit æqualis patri secundum potentiã.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd filius non sit æqualis patri secundum potentiam. Dicitur enim Ioan.5. Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Pater autem à se potest facere. Ergo pater maior est filio secundum potentiam.

¶Præterea, Maior est potentia eius qui præcipit & docet, quàm eius qui obedit & audit: sed pater mandat filio, secundum illud Ioan. 14. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Pater etiam docet filium secundum illud Ioan.5. capi. Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Similiter & filius audit, secundum illud Ioan.5. Sicut audio, iudico. Ergo pater est maioris potentiæ quàm filius.

¶Præterea, Ad omnipotentiam patris pertinet quòd possit filium generare sibi æqualem. Dicit enim Augusti. in lib. contra Maximinum. Si non potuit generare sibi æqualem, vbi est omnipotentia Dei patris. Sed filius non potest generare filium, vt suprà ostensum est[e]. Non ergo quicquid pertinet ad omnipotentiam patris, potest filius. Et ita non est ei in potestate æqualis.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Ioan.5. Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit.

CONCLVSIO.

¶*Cum filius æqualis sit patri in perfectione naturæ, æqualem ei esse in potentia necesse est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere quòd filius est æqualis patri in potestate. Potentia enim agendi consequitur perfectionem naturæ. Videmus enim in creaturis, quòd quanto aliquis habet perfectiorem naturam, tanto est maioris virtutis in agendo. Ostensum est autem suprà[e], quòd ipsa ratio diuinæ paternitatis & filiationis exigit quòd filius sit æqualis patri in magnitudine, id est in perfectione naturæ. Vnde relinquitur quòd filius sit æqualis patri in potestate. Et eadem ratio est de spiritussancto respectu vtriusque.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc, quòd dicitur filius, non potest à se facere quicquam, non subtrahitur filio aliqua potestas, quam habeat pater, cum statim subdatur, quòd quodcunque pater facit, filius similiter facit: sed ostenditur, quòd filius habet potestatem à patre, à quo habet naturam. Vnde dicit Hila. 9. de Trinita. Naturæ diuinæ hæc vnitas est, vt ita per se agat filius quod non à se agat.

¶Ad secundum dicendum, quòd in demonstratione patris & auditione filij non intelligitur, nisi quòd pater communicat scientiam filio, sicut & essentiam. Et ad idem potest referri mandatum patris, per hoc, quòd ab æterno dedit ei scientiam & voluntatem agendorum, eum generando. Vel potius referendum ad Christum, secundum humanam naturam.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut eadem essentia, quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio: ita eadem est potentia qua pater generat, & qua filius generatur[e]. Vnde manifestum est quòd quicquid potest pater, potest filius: non tamen sequitur quòd possit generare, sed mutatur quid in ad aliquid. Nam generatio significat relationem in diuinis. Habet ergo filius eandem potentiam quam pater, sed cum alia relatione. Quia pater habet eam vt dans. Et hoc significatur, cum dicitur quòd potest generare. Filius autem habet eam vt accipiens. Et hoc significatur, cum dicitur quòd potest generari.

QVAESTIO QVADRAGESIMATERTIA, de Missione diuinarum personarum, in octo Articulos diuisa.

DEINDE considerandum de missione diuinarum personarũ. ¶Circa hoc quærũtur octo. ¶Primo, vtrum alicui diuinæ personæ conueniat mitti. ¶Secundo, vtrum missio sit æterna, vel temporalis tantum. ¶Tertio, secundum quid diuina persona inuisibiliter mittatur. ¶Quarto, vtrum cuilibet personę conueniat mitti. ¶Quinto, vtrum inuisibiliter mittatur tam filius quàm spiritussanctus. ¶Sexto, ad quos fiat missio inuisibilis. ¶Septimo, de missione visibili. ¶Octauo, vtrum aliqua persona mittat seipsam visibiliter, aut inuisibiliter.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum alicui personæ diuinæ conueniat mitti.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd personæ diuinæ non conueniat mitti. Missus enim minor est mittente. Sed vna persona diuina non est minor alia. Ergo vna persona non mittitur ab alia.

¶Præterea, Omne quod mittitur, separatur à mittente. Vnde Hiero. dicit super Ezech. Quod coniunctum est, & in corpore vno copulatum, mitti non potest. Sed in diuinis personis nihil est separabile, vt Hila. dicit. Ergo vna persona non mittitur ab alia.

¶Præterea, Quicunque mittitur, ab aliquo loco discedit, & ad aliquem locum de nouo vadit. Hoc autem diuinæ personæ non conuenit, cum vbiquæ sit. Ergo diuinæ personæ non conuenit mitti.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan.8. Non sum ego solus, sed ego & qui misit me, pater.

CONCLVSIO.

¶*Diuinæ personæ conuenit mitti, inquantum originatur ab alia. Et nouo modo essendi incipit esse, vt filius à patre missus est in mundum per assumptam carnem, vbi semper fuit secundum diuinitatem.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in ratione missionis duo importantur. Quorum vnum est habitudo missi ad eum à quo mittitur. Aliud est habitudo missi ad terminum ad quem mittitur. Per hoc autem, quòd aliquis mittitur, ostenditur processio quædam missi à mittente: vel secundum imperium, sicut Dominus mittit seruũ: vel secundum consilium, vt si consiliarius mittere dicatur regẽ ad bellandum: vel secundum originem, vt si dicatur quòd flos emittitur ab arbore. Ostẽditur etiam habitudo ad terminum ad quem mittitur, vt aliquo modo ibi esse incipiat: vel quia prius ibi omnino non erat, quo mittitur: vel quia incipit ibi aliquo non esse, quo prius nõ erat[e]. Missio igitur diuinæ personæ cõuenire potest secundum quod importat ex vna parte processionem originis à mittente. & secundum quod importat ex alia parte nouum modum existendi in alio. Sicut filius dicitur esse missus à patre in mundum, secundum quod

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæsecundæ Articulum sextum.*

TItulus clarus.

Commen. ¶In corpore vna cõclusio respõsiua affirmatiue. Fili' est æqualis patri in pñte, probat, ratio paternitatis & filiatiõis exigit æqualitatẽ in magnitudine & perfectione naturæ: ergo æqualitatẽ in pñte. Antecedẽs patet ex ar.4. cõsequẽtia vero probatur, quia potentia actiua sequit perfectionem naturæ, quod probatur, quia in creaturis quãto aliqd est perfectioris naturæ, tanto est maioris virtutis in agẽdo, vt patet inductiue, & in eadem specie in genere corporum, & vniuersaliter substantiarum.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum primum.*

TItulus ex consuetudine scripturę clar' est.

Commẽt. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua affirmatiuæ. Alicui personæ diuinæ potest conuenire mitti. 549 Probatur sic, missio includit duo, scilicet habitudinem processionis à mittente, vel secund

secundum imperiũ vel secundum consiliũ, vel secundũ originem, & habitudinẽ ad id quo mittitur inceptionis essendi simpliciter, vel nouo modo: ergo personæ diuinæ potest cõpetere missio, vt importat habitudinẽ processionis secundũ originẽ, & habitudinẽ inceptionis noui modi essendi in alio. Et cõfirmat cõsequẽs: quia de facto filius est missus à patre, vt nouo modo esset in mundo, scilicet per assumptam carnem.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd simul litera tradidit & quid sit missio, & quot includat, & quotupliciter dicatur, & absq; alio medio intulit conclusionẽ: quoniã cõstat alicui personæ diuinæ conuenire processionẽ secundũ originẽ, & nouũ modum essendi in aliquo, vt de filio explanat. Dubiũ autẽ quod
o
223
225 circa rationẽ missionis est, in vltimo hui' qõnis artic. tractabitur: quoniã ibi ex proposito accidit.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum secundum.*

IN titulo ly tantum, positum est propter processionem quę distinguitur in æternam & temporalem 14. dist. primi sententiarum. Ita quòd qõ est an missio diuinę personæ distinguenda sit in æternam &
22 1.di. 15.q. 1.artic. 2. temporalem, an inueniatur tantũ missio temporalis: & nulla sit missio æterna.

Commẽt. ¶In corpore ponit' vna distinctio trimẽbris, cũ tribus conclusionibus iuxta singula membra. Distinctio est nominum significantium originem diuinarũ personarũ, quædam significant solũ habitudinẽ ad principiũ, vt processio. Quædã cum habitudine ad principium processionis terminum æternũ, vt generatio & spiratio. Quædã cum habitudine ad principium processionis terminũ temporalem, vt missio & datio. Quod probatur: quia mittit' aliquid ad hoc quòd in aliquo sit simpliciter, vel nouo modo. Datur vero ad hoc vt habeatur, vtrũq; autẽ horũ est tẽporale. Cõclusiones autem sunt, quòd nomina tertij ordinis dicunt' tẽporaliter tantũ: secundi vero æternaliter tantũ: primi autẽ vtroq; modo. Et sic pater responsio satis clara. ¶In rñsione ad tertiũ, aduerte diligenter, quòd duæ rñsiones ibi datę nõ differũt in numero significatorũ, quoniã secundũ vtrãq; missio importat processionem à principio, & terminũ, seu effectũ tẽporalẽ, sed in qualitate seu specie processionis. Nã prima responsio intẽdit quòd missio importat processionem in cõmuni in terminum temporalem. Secunda autem intendit quòd missio includit processionem æternam & effectum temporalem. Et hanc responsionem secundam præfert autor primæ ex hoc, quia habitudo diuinæ personæ ad suum principium est vna tantum, illa scilicet qua æternaliter procedit ab ea. secundum autem primam responsionem persona missa, puta filius, præter generationis respectum, refertur ad patrem vt mittentem ipsum in terminum temporalem, puta assumptam carnem. Et ad hoc confirmandum exponitur distinctio quæ fit de gemina processione temporali, scilicet & æterna, quòd ibi non geminatur respectus ad principium, sed ad terminum: quoniam alter est æternus, alter temporalis. Et hanc secundam responsionem sectatur autor communiter.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo missio inuisibilis dicitur, quia (vt ab Aug. 4. de Trin. & in 15. dist. primi, tractatur) missio distinguitur in missionẽ visibilẽ, & in missionẽ inuisibilem. Et dicitur visibilis illa quæ fit cum aliquo signo sensibili: sicut spiritussanctus missus est in forma ignis & columbæ. Et filius, in carne humana. Inuisibilis autem cum fit intus in anima absq; exterioribus signis, vt cũ infunditur gratia cõmuniter. De hac ergo inuisibili missione diuinæ personæ ad animã, est nũc qõ, vtrũ attendatur tm secundũ gratiã gratũ facientẽ, quæ filios Dei cõstituit: an etiã secundũ alia dona cõia bonis & malis: puta secundũ scientiã, fidẽ, prophetiã, &c. Et dicit' gratia gratum faciẽs, ad differẽtiã gratiæ gratis datæ, vt sunt illæ de quib' Apostol' ad Cor.

Commen. ¶In corpore tria intendit probare. Primũ est, quòd persona diuina mittitur inuisibiliter secundũ solã gratiã gratũ facientẽ: & hæc est cõclusio directe respõsiua quęsito. Secundum est, quòd persona diuina dat etiã secundum solam gratiã. Tertium est, quòd persona diuina in ipso gratiæ dono simul datur & mittitur ibi, sed tamen in ipso dono. Probat autẽ hæc, adunando duo principia sic, diuinæ personę missio quidẽ exigit existentiam nouo modo in aliquo, datio autem exigit quòd habeatur ab aliquo: ergo vtrunque exigit gratiam gratum facientem. Et probatur sequela: quia neutrum horum est nisi secundũ perfectam gratiam, quod in litera sigillatim probat. 74 & primo de nouo modo existẽdi sic, modi existendi Dei in creaturis sunt duo: communis, scilicet & specialis. Prim' attenditur secundũ participationem causæ ab effectibus, & distinguit' per essentiã, præsentiã, & potentiam, de quibus in q.8. diffuse tractatum est. Secundus vero specialis attenditur secundum esse obiectiuũ respectu solius creaturæ rationalis. Et quia secundũ hunc modum Deus ipse attingitur vt amatus & cognitus, ideo sic existit nouo modo in creatura rationali vt in templo suo, & consequenter secundum solam gratiam nouo modo existit. 218 2.dis. 24. q.2. ar.1.

¶*Quem modum essendi in rationali natura ipsa gratia dicat, cum diuina persona per solã gratiam mitti dicitur.*

Quæstio. ¶Circa hanc deductionem dubium occurrit, de intento & de vi processus. De intento quidem, an intendat nouum modum existendi tanquam disparatum ab illis quatuor enumeratis, scilicet per essentiã, præsentiam, potentiam, & vt cognitũ ac amatum: ita quòd detur quintus modus proprius gratię, secundum quem persona diuina existat cũ mittitur: aut intendit nouũ modum existendi tanquam nouam spem alicuius istorum quatuor modorum. Si primum intendit: ergo falsum dicit, quòd secundum illũ modum quo amatum est in amante, Deus habitat in creatura rationali, vt in templo. Si vero intendit secundum, pari & forte meliori ratione nouus hic modus potest poni noua alicuius illorum trium priorum modorum species, puta esse per essentiam: quoniam gratia est in essentia animæ à Deo immediatione virtutis & suppositi.

¶*Num cognoscere Deũ & ipsum diligere, efficiat, ipsum rationali naturæ mentem, vt templum suum inhabitare, & per solam gratiã hoc esse dici dignum sit.*

Quæstio. ¶De vi autem processus dubium est primo, quoniam causa reddita in litera non est causa. In litera enim dicitur, quia cognoscendo & amando creatura rationalis attingit operatione sua ad ipsum Deum: ideo secundum istum modum Deus habitat in ea vt in templo. Quòd enim hoc non sit causa, manifeste probatur: quia cum posita causa ponatur effectus, sequeretur quòd in omni creatura rationali cognoscente & amante Deum habitaret vt in templo suo, quod patet esse falsum in Gentilibus Philosophis, &c.

¶Dubium est secundo, quia concesso quòd assignata causa sit efficax, ambiguum tamen restat vnde sequatur exclusiua, scilicet quòd secundum solam gratiam sit nouus modus. Quamuis enim Deus vt cognitus & amatus nouo modo sit per gratiam, non tamen per solam: quia per fidem & prophetiam etiam est vt cognitus & amatus nouo modo, vt patet in christianis existentibus in mortali peccato

incœpit in mundo esse per carnem assumptã: & tamen ante in mundo erat, vt dicitur Io.1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd missio importat minorationem in eo qui mittitur, secundum quod importat processionem à principio mittente, aut secundum imperiũ, aut secundum consiliũ: quia imperans est maior, & consilians est sapientior. Sed in diuinis non importat nisi processionem originis, quæ est secundum ęqualitatẽ, vt suprà dictum est[e].

Ad secundum dicendum, quòd illud quod sic mittitur, vt incipiat esse vbi prius nullo mõ erat, sua missione localiter mouetur. Vnde oportet quòd loco separetur à mittente. Sed hoc non accidit in missione diuinæ personæ quia persona diuina missa, sicut non incipit esse vbi prius non fuerat, ita nec desinit esse vbi fuerat. Vnde talis missio est sine separatione, sed habet solam distinctionem originis.

¶Ad tertium dicendum, quòd obiectio illa procedit de missione quæ fit secundum motum localem, quæ non habet locum in diuinis.

ARTICVLVS II.

¶*Vtrum missio sit æterna, vel temporalis tantum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd missio possit esse æterna. Dicit enim Grego. eo mittitur filius, quo generatur. Sed generatio filij est æterna. Ergo & missio.

¶Preterea, Cuicunque conuenit aliquid temporaliter, illud mutatur. Sed persona diuina non mutatur. Ergo missio diuinæ personæ non est temporalis, sed æterna.

¶Præterea, Missio processionem importat. Sed processio diuinarum personarum est ęterna. Ergo & missio.

¶SED CONTRA est quod dicitur Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.

CONCLVSIO.

¶*Missio contra generationem & spirationem distincta, temporalis est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in his quæ important originem diuinarũ personarum, est quædam differentia attendenda. Quædam enim in sui significatione importãt solam habitudinem ad principium, vt processio & exitus. Quædam vero cum habitudine ad principium determinant processionis terminum. Quorum quædam determinant terminum æternum, sicut generatio & spiratio. Nam generatio est processio diuinæ personæ in naturam diuinam. Et spiratio passiue accepta importat processionem amoris subsistentis. Quædam vero cum habitudine ad principium importãt terminum temporalem, sicut missio & datio. Mittitur enim aliquid ad hoc vt sit in aliquo, & datur ad hoc quòd habeatur. Personam autẽ diuinã haberi ab aliqua creatura, vel esse nouo modo existendi in ea, est quiddam temporale. Vnde missio & datio in diuinis dicuntur temporaliter tantum. Generatio autem & spiratio solum ab æterno. Processio autem & exitus dicuntur in diuinis & ęternaliter & temporaliter: nam filius ab ęterno processit vt sit Deus: temporaliter autem, vt etiam sit homo secundum missionem visibilem vel etiam vt sit in homine secundum inuisibilem missionem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Grego. loquitur de generatione temporali filij, non à patre, sed à matre. Vel quia ex hoc ipso filius habet quòd possit mitti, quòd est ab æterno genitus.

¶Ad secundum dicendum, quòd diuinam personam esse in nouo modo in aliquo, vel ab aliquo haberi temporaliter: non est propter mutationem diuinę personę, sed propter mutationem creaturæ[e], sicut & Deus temporaliter dicitur Dominus propter mutationẽ creaturæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd missio non solum importat processionẽ à principio, sed determinat processionis terminum temporalẽ. Vnde missio solum est tẽporalis, vel missio includit processionẽ æternã, & aliquid addit, scilicet tẽporalẽ effectũ. Habitudo enim diuinæ personæ ad suũ principium non est nisi ab æterno. Vnde gemina dicitur processio æterna, scilicet & temporalis: non propter hoc quòd habitudo ad principium geminetur, sed geminatio est ex parte termini temporalis & æterni.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrum missio inuisibilis diuinæ personæ sit solum secundum donum gratiæ gratum facientis.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd missio inuisibilis diuinæ personæ non sit solum secundum donum gratiæ gratum facientis. Diuinam enim personã mitti, est ipsam donari. Si igitur diuina persona mittitur solum secundum dona gratię gratum facientis, non donabitur ipsa persona diuina, sed solum dona eius. Quod est error dicẽtium spiritũsanctum non dari, sed eius dona.

¶Præterea, Hæc præpositio secundum, denotat habitudinem alicuius causæ, sed persona diuina est causa quòd habeatur donum gratiæ gratum facientis, & non ecõuerso, secundum illud Rom.5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Ergo inconuenienter dicitur, quòd persona diuina secundum dona gratiæ gratum facientis mittatur.

¶Præterea, Augusti. dicit 4. de Tri. quòd filius cum ex tempore mente percipitur, mitti dicitur. Sed filius cognoscitur, non solum per gratiam gratum facientem, sed etiam per gratiã gratis datam, sicut per fidem & per sciẽtiam. Non ergo persona diuina mittitur secundum solam gratiam gratum facientem.

¶Præterea, Rabanus dicit quòd Spiritussanctus datus est Apostolis ad operationem miraculorum. Hoc autem non est donum gratiæ gratum facientis, sed gratiæ gratis datæ.

peccato:& multa opera bona amore Dei facientibus.Et quicquid sit de re,dato ꝙ sit verũ ꝙ per solã gratiã sit nouus modus,vñ hoc ꝓbat̃ in litera. & tñ cũ nota illationis subditur, sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio ꝙ diuinã persona existat nisi gratia gratũ faciens,&c.Nulla em̃ alia causa huius illationis in litera apparet,nisi supradicta, quæ aut solã exponentem affirmatiuam; aut nullam infert. voluntarie igitur exclusiua illata est, &c.

¶Ad primũ dubiũ dicitur ꝙ intẽdit nõ de disparato mõ, sed de spẽ noua quarti modi:& quòd quart⁹ modus sit magis habilis, ad hoc in litera duplex ratio insinuat̃ secũdũ duas differẽtias inter ipsum & alios positas. Prima est, ꝙ iste est spãlis, i. ꝓpri⁹ rationali creaturæ: reliq vero cõmunes sunt oĩbus. Scda est,ꝙ ꝑ istũ Deus ipse attingit̃ à creatura, ꝑ illos effect⁹ eius tñ. Oportet em̃ cã excellentẽ missionẽ,vtpote diuinæ personæ ad rõnalia,attẽdi secundũ propriũ & supremũ rationalis creaturæ. Hoc autẽ cõstat nõ esse actũ aliquẽ primum,qm̃ est sicut dormiens, nec quẽlibet actũ secũdũ,sed cũ quo cognoscit̃ ac amat̃ ipse De⁹ optim⁹:vñ De⁹ vt per gratię habitũ in anima existẽs,ignobiliori mõ existit,quã ipse
41 in eadẽ ꝑ gratiæ actus,s. cognitionẽ & amorem: quãto act⁹ præstat habitui:& tãgere scdm̃ se prę stat actui ꝑ aliud:sol⁹ igitur quart⁹ modus est,secundũ quẽ nou⁹ ingrendus est modus existendi Dei in creatura rõnali.
¶Ad secundũ vero & tertiũ dubiũ simul dicit̃, ꝙ litera põt dupl̃r exponi. Primo, vt reddat causã
220 quasi ꝓprij gñis. Scdo,vt reddat cãm quasi ꝓpriæ formę, Põt siquidẽ intelligi de amore & cognitiõe Dei absolute,& põt intelligi de amore & cognitione Dei in se,vt est ex charitate diligendus. Si de amore Dei absolute intelligamus,tũc reddit̃ rõ ꝓprij & per se generis illius noui modi q quęritur. Ex eo enim ꝙ iste mod⁹ quart⁹ est spãlis creaturę rõnali,& secundũ eũ De⁹ ipse attingitur operatione creaturæ, sequitur ꝙ excellens ille mod⁹ quęsit⁹ infra latitudinẽ istius contineatur: & hic sensus aperte prætẽdit̃ in litera. Et sic patet nihil obstare obiectionẽ secũdi dubij: qm̃ stat,ꝙ sit vera causa assignans propriũ genus, & tamẽ nõ valet. ergo vbi est illa cã,ibi est illa species: sed, ergo ibi est illud gen⁹: licet em̃ animal sit ꝓpriũ leonis genus,inuenit̃ tñ extra leonẽ.Et qm̃ oĩs spẽs cõstituit̃ differẽtia ꝑ se sui generis,& non differẽtia ꝑ accidẽs,vt patet 7. Met. ideo ex hoc ꝙ quart⁹ ille mod⁹ est ꝓpriũ gen⁹ isti⁹ noui,oportet ꝙ iste nouus mod⁹ cõsistat in differentia Dei,vt amati & cogniti.Et quũ De⁹ vt amat⁹ & cognitus, præter cõem modum nõ sit nisi vno mõ, simpl̃r loquendo,s. per charitatem, seu gratiã sanctificantẽ templũ suum,consequẽs est, ꝙ ex illa causa habeatur etiã exclusiua, de qua est tertiũ dubiũ.At si dixeris,ꝙ in litera nõ habetur,ꝙ Deus nõ est præter cõem modum amatus,nisi ab his quos inhabitat,& fateor.Sed memento ꝙ autor hic supponit proprietates gratiæ & charitatis.Et propterea tacitis his,cucurrit ad cõclusionẽ.Ipsa quoq; exercitatio ecclesiastica nobis hic insinuat.Deum enim à nullo amari (nisi cõmuniter) cõcedimus existenti in peccato mortali,seu extra gratiã; quare hoc quasi in prõptu esset,ex practicã sub intellectũ est. Si vero de amore Dei,quo ex charitate diligitur,interpretemur, breuior est via. Ex eo nanq; ꝙ amando & cognoscendo creatura rõnalis ad tantã celsitudinẽ cõscendit,ꝙ Deũ ipsum,i. secundũ quod ĩ se est ex charitate diligẽdus, attingit: sequit̃ statim, & ꝙ secundũ hunc quartũ modũ in hac sui celsitudine tantũ diuina persona nõ solũ existat, sed inhabitet,vt in tẽplo quo actibus cognitionis & amoris colitur: quoniã extra hanc celsitudinẽ nõ attingitur ipse secundum quod in se est, prout ex charitate diligitur.Et quoniã hęc celsitudo & hoc tẽplũ sola gratia fit, ideo optime infert̃, ergo sola gratia gratum faciens est ratio,vt Deus nouo modo sit in creatura rationali. Et sic patet solutio vtriusque dubij.

Ergo persona diuina non solum datur secundum gratiam gratum facientem.

¶SED CONTRA est quòd Augu. dicit 3.de Tri.ꝙ spiritussan.procedit tẽporaliter ad sanctificandam creaturã.Missio autem est tẽporalis processio.Cũ igitur sanctificatio creaturæ non sit nisi per gratiam gratum facientem,sequitur quòd missio diuinæ personę non sit nisi per gratiam gratum facientem.

CONCLVSIO.

¶*Non mittitur diuina persona inuisibiliter nisi secundum solam gratiam gratum facientem,quo simul datur ac mittitur.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd diuinæ personæ conuenit mitti,secundũ quod nouo modo existit in aliquo:dari autem,secundum quod habetur ab aliquo: neutrum autẽ horum est nisi secundum gratiam gratum facientem.Est enim cõmunis modus quo Deus est in omnibus rebus per essentiam,potentiã, & præsentiam,sicut causa in effectibus participantibus bonitatem ipsius.Super istum modum autem cõmunem est vnus specialis,qui cõuenit naturæ rationali:in qua Deus dicitur esse sicut cognitum in cognoscente:& amatũ in amante[e]. Et quia cognoscendo & amando creatura rationalis sua operatione attingit ad ipsum Deum,secundum illum specialem modum Deus non solum dicitur esse in creatura rationali,sed etiam habitare in ea sicut in templo suo.Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio,quòd diuina persona sit nouo modo in rationali creatura,nisi gratia gratũ faciens. Vnde secundum solam gratiã gratum facientem mittitur & procedit temporaliter persona diuina.Similiter illud solum habere dicimur,quo libere possumus vti,vel frui[e].Habere autem potestatem fruendi diuina persona est solum secundum gratiam gratum facientem.Sed tamen in ipso dono gratiæ gratũ facientis spũssanc.habetur, & inhabitat hominẽ. Vnde ipsemet spiritussanct.datur & mittitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd per donum gratię gratum facientis perficitur creatura rationalis,ad hoc,quòd libere non solum ipso dono creato vtatur, sed vt ipsa diuina persona fruatur.Et ideo missio inuisibilis fit secundum donum gratiæ gratum facientis,& tamen ipsa persona diuina datur.

¶Ad secundum dicendum,quòd gratia gratũ faciens disponit animam ad habendam diuinam personam. & significatur hoc cum dicitur,quòd spiritussanctus datur secundum donum gratiæ. Sed tamen ipsum donum gratiæ est à spiritussancto. Et hoc significatur, cum dicitur quòd charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per spiritumsanctum.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet per aliquos effectus filius cognosci possit à nobis, non tamen per aliquos effectus nos inhabitat, vel etiam habetur à nobis.

¶Ad quartum dicendum, quòd operatio miraculorum est manifestatiua gratiæ gratum facientis,sicut & donum prophetiæ:& quælibet gratia gratis data.Vnde 1.Corin. 12. Gratia gratis data nominatur manifestatio spiritus.Sic igitur Apostolis dicitur datus spiritussanctus, ad operationem miraculorum: quia data est eis gratia gratum faciens cum signo manifestante.Si autem daretur solum signũ gratiæ gratum facientis sine gratia,non diceretur dari simpliciter spiritussanctus:nisi forte cum aliqua determinatione, secundum quod dicitur quòd alicui datur spiritus propheticus vel miraculorum, inquantum à spiritussancto habet virtutem prophetandi, vel miracula faciendi.

ARTICVLVS IIII.

¶*Vtrum patri conueniat mitti.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd patri etiam conueniat mitti.Mitti enim diuinam personam est ipsam dari.sed pater dat seipsum (cum haberi non possit nisi seipso donante) ergo potest dici ꝙ pater mittat seipsũ.

¶Præterea, Persona diuina mittitur secundũ inhabitationem gratiæ.Sed per gratiam tota trinitas inhabitat in nobis,secundum illud Ioan.14.Ad eum veniemus,& mansionem apud eum faciemus.Ergo quęlibet diuinarum personarum mittitur.

¶Præterea, Quicquid conuenit alicui personæ,conuenit omnibus,pręter notiones & personas.Sed missio non significat aliquam personam, neq; etiam notionem, cum sint tantum quinque notiones,vt suprà dictum est[e].ergo cuilibet personæ diuinæ conuenit mitti.

¶SED CONTRA est quod Augusti.dicit in 2.lib. de Trini. quòd solus pater nunquam legitur missus.

CONCLVSIO.

¶*Cum pater in diuinis ab alio non sit,mitti minime dicitur, sed solum filius & spiritussanctus,qui ab alio sunt.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd missio in sui ratione importat processionem ab alio: & in diuinis secundum originem,vt suprà dictum est[e].Vnde cum pater non sit ab alio, nullo modo conuenit sibi mitti, sed solũ filio & spirituisan. quibus cõuenit esse ab alio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd si dare importet liberalem communicationẽ alicuius,sic pater dat seipsum inquantũ se liberaliter communicat creaturæ ad fruẽdum. Si vero importet autoritatẽ dantis respectu eius quod datur,sic non conuenit dari in diuinis,nisi personæ quæ est ab alio,sicut nec mitti.

¶Ad secundũ dicendũ,ꝙ licet effectus gratiæ sit etiã à patre qui inhabitat per gratiam,sicut & filius & spiritussanctus:quia tamen non est ab alio,nõ dicitur mitti. Et hoc est quod dicit Augusti.4.de Trini.quòd pater cùm in tempore à quoquã cognoscitur, non dicitur missus. Nõ em̃ habet de quo sit,aut ex quo procedat.

¶Ad tertium dicendum, quòd missio inquantum importat processionem à mittente,includit in sui significatione notionem non quidem in speciali, sed in generali[e], prout esse ab alio est commune duabus notionibus.

ARTICVLVS V.

¶*Vtrum filio conueniat inuisibiliter mitti.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd filio non conueniat inuisibiliter mitti.Missio enim inuisibilis diuinæ personæ attenditur,secundum dona gratiæ, sed omnia dona gratiæ pertinent ad spiritumsanctum, secundum illud 1.Corin. 12. Omnia operatur vnus atque idem spiritus.ergo inuisibiliter non mittitur nisi spiritussanctus.

¶Præterea, Missio diuinæ personæ fit secundum gratiam gratum facientem. Sed dona quæ pertinent ad perfectionem intellectus, non sunt dona gratiæ gratum facientis, cum sine charitate possint haberi, secundum illud 1.ad Corin.13.Si habuero prophetiam, & nou. mist.o.& omnem scientiam, & si habuero omnem fi. ita vt mon.trans.charitatem autem non habeam, nihil sum. Cum ergo filius procedat vt verbum intellectus, videtur quòd nõ conueniat sibi inuisibiliter mitti.

¶Præterea, Missio diuinæ personæ est quædam processio, vt dictum est[e].Sed alia est processio filij, alia spiritussancti. Ergo & alia missio; si vterque mittitur. Et sic altera earum superflueret, cum vna sit sufficiens ad sanctificandam creaturam. 126 229

¶SED CON

229 1.di.15.q. 2.ar.vnico.

183

¶Deinde probatur in litera assumptum de haberi personam diuinam ab aliquo. habetur solũ quo libere quis potest vti vel frui. ergo persona diuina, sola gratia habetur. probatur sequela, quia per solã gratiã potest quis persona diuina frui.Tertium autem, scilicet ꝙ ipsa persona diuina simul datur & mittitur. probatur: quia ipso gratiæ dono spiritussanctus inhabitat creaturã. Commen. 226

a ¶*Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum quartum.*

TItulus clarus.

¶In corpore vna cõclusio responsiua quæsito. Patri non conuenit mitti; sed filio & spirituisancto.Probatur. missio importat processionem ab alio, & in diuinis secundũ originẽ: ergo nõ patri, sed filio & spirituisancto conuenit mitti.consequentia probatur: quia pater nullo modo est ab alio,sed filius & spiritussanctus. Commen. a 222 230

a ¶*Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum quintum.*

TItulus ex præcedentibus patet.

¶In corpore vna conclusio.Tam filio quã spirituisancto conuenit inuisibiliter mitti. Probatur. mitti inuisibiliter personam diuinam significat originem eius ab alia,& inhabitationẽ illius per gratiã.sed vtriq; cõuenit vtrũq; horũ.ergo vtriq; conuenit mitti. Maior manifestatur ab opposito,& ex tota trinitate,& ex patre:quoniã eis conuenit alterũ tantũ, scilicet inhabitare per gratiã. Commẽt. 1.di.15.q. 4.ar.1.et 4.cõ.c.8. co.9.& c. 23.col.2.

a ¶Super

¶SED CONTRA est,quòd Sapien.9.dicitur de distin.Sapientia. Mitte illam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ.

CONCLVSIO.

¶*Cum filio & spirituisancto rationalis naturæ mentem per gratiam inhabitare conueniat,& ab alio esse,eis quoque conuenire necesse est inuisibiliter mitti,non autem patri,cui & toti trinitati conuenit per gratiam inhabitare.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd per gratiam gratum facientem tota Trinitas inhabitat mentem, secundum illud Ioan. 14.Ad eum veniemus,& mansionem apud eum facie. Mitti autem personam diuinam ad aliquem per inuisibilem gratiam significat nouum modum inhabitandi illius personæ, & originem eius ab alia.Vnde cum tam filio quàm spirituisancto conueniat,& inhabitare per gratiam,& ab alio esse,vtrique conuenit inuisibiliter mitti.Patri autem licet conueniat inhabitare per gratiam,non tamen
b sibi conuenit ab alio esse,& per consequens nec mitti[e].
224 ¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd licet omnia dona
201 inquantum dona sunt, attribuantur spirituisancto (quia habet rationem primi doni secundum quod est amor,vt suprà dictum est[e]) aliqua tamen dona secundum proprias rationes attribuuntur per quandam appropriationem filio,scilicet illa quæ pertinent ad intellectum.Et secundum illa dona attenditur missio filij.Vnde Augu. dicit 4.de Trinita.quòd tunc inuisibiliter filius cuiquam mittitur, cum à quo quàm cognoscitur atque percipitur.

¶Ad secundum dicendum,quòd anima per gratiam conformatur Deo.Vnde ad hoc,quòd aliqua persona diuina mittatur ad aliquem per gratiam,oportet quod fiat assimilatio illius ad diuinam personam,quæ mittitur per aliquod gratiæ donum. Et quia spiritussanctus est amor,per donum charitatis anima spirituisancto assimilatur.Vnde secundum modum charitatis attenditur missio spiritussancti.Filius autem est verbum,non qualecunque,sed spirans amorem.Vnde Augu.dicit in 9.lib.de Trini.Verbum autem quod insi-
329 nuare intendimus,cum amore notitia est[e]. Non igitur secundum quamlibet perfectionem intellectus mittitur filius: sed secundum talem institutionem vel instructionem intellectus,qua prorumpat in affectum amoris,vt dicit Ioan. 6. Omnis qui audiuit à patre,& didicit,venit ad me. Et in Psal. In medi. mea exardescet ignis. Et ideo signanter dicit Augu.quòd filius mittitur cum à quo quàm cognoscitur atque percipitur. Perceptio autem experimentalem quandam notitiam significat.Et hæc proprie dicitur sapientia quasi sapida scientia, secundum illud Eccle.6. Sapientia doctrinæ secundum nomen eius est.

¶Ad tertium dicendum,quòd cum missio importet originem per-
226 sonæ missæ,& inhabitationem per gratiam (vt suprà dictum est[e])
228 si loquamur de missione quantum ad originẽ,sic missio filij distin-
e guitur à missione spiritussancti, sicut & generatio à processione.Si autem quantum ad effectum gratiæ,sic communicant duæ missiones in radice gratiæ,sed distinguuntur in effectibus gratiæ:qui sunt illuminatio intellectus & inflammatio affectus.Et sic manifestum est, quòd vna non potest esse sine alia, quia neutra est sine gratia gratum faciente,nec vna persona separatur ab alia.

ARTICVLVS VI.

¶*Vtrum missio inuisibilis fiat ad omnes qui sunt participes gratiæ.*

231 1.di.15.q. 5.art.1.q. 1.2.3.et 4.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd missio inuisibilis non fiat ad omnes qui sunt participes gratiæ. Patres enim veteris testamenti,gratię participes fuerunt. Sed ad illos non videtur fuisse facta missio inuisibilis. Dicitur enim Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus,quia nondum erat Iesus glorificatus.Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes qui sunt participes gratiæ.

¶Præterea, Profectus in virtute non est nisi per gratiam. Sed missio inuisibilis non videtur attendi secundum profectum virtutis: quia profectus virtutis videtur esse continuus,cum charitas semper aut proficiat,aut deficiat.Et sic missio esset continua.Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes participes gratiæ.

¶Præterea, Christus & beati plenissime habent gratiam. Sed ad eos non videtur fieri missio.Quia missio fit ad aliquid distans.Christus autẽ secundum quod homo,& omnes beati,perfecte sunt vniti Deo. Non ergo ad omnes participes gratiæ fit missio inuisibilis.

¶Præterea,Sacramenta nouæ legis continent gratiam,nec tamen ad ea dicitur fieri missio inuisibilis. Non ergo ad omnia quæ habent gratiam, fit missio inuisibilis.

¶SED CONTRA est, quòd secundum Augu. missio inuisibilis fit ad sanctificandam creaturam.Omnis autem creatura habens gratiam sanctificatur. Ergo ad omnem creaturam huiusmodi fit missio inuisibilis.

CONCLVSIO.

¶*Ad omnes participes gratiæ conuenit vt inuisibilis missio fiat.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd (sicut suprà dictum
225 est[e]) missio de sui ratione importat,quòd ille qui mittitur vel incipiat esse vbi prius non fuit (sicut accidit in rebus creatis) vel incipiat esse vbi prius fuit,sed quodammodo nouo, secundum quod missio attribuitur diuinis personis. Sic ergo in eo ad quem fit missio, oportet duo considerare, scilicet inhabitationem gratiæ & innouationem quandam per gratiam. Ad omnes ergo fit missio inuisibilis,in quibus hæc duo inueniuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd missio inuisibilis est facta ad patres vete.testamenti.Vnde dicit Augu.4.de Trinita. quòd secundum quod filius mittitur inuisibiliter, fit in hominibus, aut cum hominibus. Hoc autem antea factum est in patribus & prophetis.Cum ergo dicitur,nondum erat datus spiritus, intelligimus de illa datione cum signo visibili,quę facta est in die Pentecostes.

¶Ad secundum dicendum,quòd etiam secundum profectum virtutis, aut augmentum gratiæ fit missio inuisibilis.Vnde Augu.dicit 4.de Trin.quòd tunc cuiquàm mittitur filius, cum à quoque cognoscitur, atque percipitur quantum cognosci & percipi potest pro captu,vel proficientis animæ in Deum,vel perfectæ animæ rationalis in Deo. Sed tamen illud secundum augmentum gratię præcipue missio inuisibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum actum vel nouum statum gratiæ: vt puta cum aliquis proficit in gratiam miraculorum,aut prophetiæ, vel in hoc quòd ex feruore charitatis exponit se martyrio, aut abrenuntiat his quæ possidet, aut quodcunque opus arduum aggreditur.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad beatos est facta missio inuisibilis in ipso principio beatitudinis. Postmodum autem ad eos fit missio inuisibilis:non secundum intentionem gratię, sed secundum quod aliquod mysteria eis reuelantur de nouo.Quod erit vsque ad diem iudicij. Quod quidem attenditur secundum extensionem gratiæ ad plura se extendentis. Ad Christum autem fuit facta inuisibilis missio in principio suæ conceptionis[e]:non autem postea,cum à principio suæ conceptionis fuerit plenus omni sapientia & gratia.

¶Ad quartum dicendum, quòd gratia est in sacramentis nouæ legis instrumentaliter, sicut forma artificiati est in instrumentis artis, secundum quendam discursum ab agente in patiens.Missio autem non dicitur fieri nisi respectu termini. Vnde missio diuinæ personæ non fit ad sacramenta,sed ad eos qui per sacramenta gratiam suscipiunt.

ARTICVLVS VII.

¶*Vtrum spirituisancto conueniat visibiliter mitti.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd spirituisancto non conueniat visibiliter mitti. Filius enim secundum quod visibiliter missus est in mundo, dicitur esse minor patre. Sed nunquam legitur spiritussanctus minor patre. Ergo spirituisancto non conuenit visibiliter mitti.

¶Præterea, Missio visibilis attenditur secundum aliquam creaturam visibilem assumptam,sicut missio filij secundum carnem.Sed spiritussanctus non assumpsit aliquam creaturam visibilem. Vnde non potest dici quòd in aliquibus creaturis visibilibus sit alio modo quàm in aliis nisi forte sicut in signo: sicut est etiam in sacramentis & in omnibus figuris legalibus. Non ergo spiritussanctus visibiliter mittitur: vel oportet dicere,quòd secundum omnia huiusmodi,eius missio visibilis attẽdit̃.

¶Præterea, Quælibet creatura visibilis est effectus demonstrans totam Trinitatem. Non ergo per illas creaturas visibiles magis mittitur spiritussanctus,quàm alia persona.

¶Præterea,Filius visibiliter est missus secundum dignissimam visibilium creaturam,scilicet secundum naturam humanam.Si igitur spiritussanctus visibiliter mittitur, debuit mitti secundum aliquas creaturas rationales.

¶Præterea,Quæ visibiliter fiunt diuinitus, dispensantur per ministerium angelorum,vt Augu.dicit 3.de Trini.Si ergo aliquę species visibiles apparuerunt,hoc factum fuit per angelos.Et sic ipsi angeli mittuntur,& non spiritussanctus.

¶Præter

a ¶*Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum sextum.*

TItulus clarus est. Commen.

¶In corpore vna est cõclusio implicite rñsiua quæsito affirmatiue. Missio inuisibilis fit ad omnes ꝑticipes gratiæ, Probat̃,missio importat inceptionẽ essendi vel simpl̃r, vel nouo modo. ergo in eo ad quem fit missio inuisibilis,oportet ponere gratiã & ei⁹ nouitatẽ. ergo missio inuisibilis fit ad oẽs in quibus sunt hæc duo. ergo ad oẽs ꝑticipes gratiæ.

¶Aduerte hic,ꝙ nouitas gratiæ nõ est à gratia distincta, tanquam gratia possit esse nõ noua, sed ad ostendendũ tẽpus qñ fit inuisibilis missio.Ad hoc em̃ non sufficit,sola inhabitatio gratię vt patet in his qui sunt in gratia pro illo tẽpore quo corũ gratia nõ auget̃.Et siquidem tunc inhabitãs gratia:sed qa deest innouatio aliqua,ideo tũc eis nõ fit missio.Et ꝓpterea puto autorẽ subiecisse cõclusionẽ vltimo illatã, quasi intulisset ꝙ missio inuisibilis fit ad oẽs participes gratiæ cũ aliqua nouitate:nõ ad excludẽdum quosdã participes, sed quoddã tẽpus: vt dictũ est, & diffuse patet ĩ rñsionib⁹ argumẽtorũ,ĩ quib⁹ eque dñr de sacramentis & xp̃o,loco proprio discutienda sunt. Annot. 232 12

a ¶*Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum septimum.*

TItulus ex præcedẽtibus est not⁹,& de solo quęrit spiritussancto: qm̃ de filio cõstat ꝙ missione visibili missus est. cũ verbũ caro factũ est. Annot.

¶In corpore duo facit. Primo rñdet quęsito vniuersali⁹ quã quęsitũ fuerit,i.nõ solũ de spũssan. sed filio.Secundo ponit differentiam inter modum vtriusq; missionis. Commen.

¶Quo ad primũ cõclusio est. Conueniens fuit filiũ & spm̃sanctũ visibiliter mitti:ꝓbat̃ sic,Modus connaturalis hominis est,vt per visibilia ad inuisibilia manu ducat̃. ergo inuisibilia Dei oportuit homini per visibilia manifestari. ergo sicut seipsum & æternas ꝓcessiones per visibilia Deus hominib⁹ quodãmodo demonstrauit:ita cõueniẽs fuit,vt inuisibiles missiões ꝑsonarũ,secũdum aliquas visibiles creaturas manifestaret. hoc autẽ est ipsas visibiliter mitti. prima cõsequẽtia ꝓbat̃:qa De⁹ puidet oĩbus secundũ vniuscuiusque modũ:reliqua sunt satis rationabilia. 232 Locu supra, ar.6. inductis.

¶Quo

a ¶Quo ad secundū differentia est, quia est filius missus visibiliter tanquā sanctificationis actor, vt patet in processu sacræ scripturæ. Spūs autē sanctus tanquā sanctificationis indiciū, vt in baptismo Christi apparet. Rō autē huius differētiæ satis accōmoda reddit ex cōditionibus notionalibus: quia scilicet fili⁹ est principiū spūssancti, ipe aūt spūssan. est donū, inquantū pcedit vt amor, vt ex supradictis patet.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimætertiæ Articulum octauum.*

Commēt. Titulus clarus est. ¶In corpore tria facit. Primo refert duas opiniones: secūdo saluat vtranq;: tertio excludit
9 obiectionē ibi, nō aūt p-
69 pter hoc homo. & quoniā omnia ordinate sunt in litera ac clare, nō op⁹ est mora. Ad euidētiam tñ huius q̄onis, scito, ꝙ optima via oēs difficultates soluēdi, est dicere, ꝙ missio est nomē multiplex, habēs multas intētiones, queadmodū nomina tractata in 5. meta. & ꝙ intētiones ei⁹ sunt hę quę narrant in litera, scilicet processio missi à mittēte secundū se, & secundū nouū modū essendi. Et rursus pcessio missi secundū se ab aliquo, & secundū nouū modū essendi à mittente. & secūda intētio reducit ad primā, tanquā ad potiorem. Et ppterea in 1. art. huius q̄onis autor dixit, ꝙ de rōne missionis est processio missi à mittēte: loquebat enī de primaria intētione missionis, hic autē non oblitus distinguit, vt secundam intentionē eiusdē adiiceret, præsertim ob reuerentiā Aug. sanctorū, & magistri in 15. dist. 1. vbi q. 3. art. 1. diffusè rationē secūdę intētiōis inuenies.

a ¶*Super*

¶Præterea, Si spiritussanctus visibiliter mittatur, hoc non est nisi ad manifestandum inuisibilem missionem, quia inuisibilia per visibilia manifestantur. Ergo ad quem missio inuisibilis facta non fuit, nec missio visibilis fieri debuit: & ad omnes ad quos fit missio inuisibilis, siue in nouo, siue in veteri testamento, missio visibilis fieri debet. Quod patet esse falsum. Non ergo spiritussanctus visibiliter mittitur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matth. 3. quòd spiritussanctus descendit super Dominum baptizatum in specie columbæ.

CONCLVSIO.

¶*Filium & spiritumsanctum decuit visibiliter mitti, filium vt sanctificationis autorem, spiritumsanctum vt indicium sanctificationis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus prouidet omnibus secundum vniuscuiusque modum. Est autem modus connaturalis hominis, vt per visibilia ad inuisibilia manu ducatur, (vt ex supradictis patet[c].) Et ideo inuisibilia Dei oportuit homini per visibilia manifestari. Sicut igitur seipsum Deus & processiones æternas personarum per creaturas visibiles secundum aliqua iudicia hominibus quodammodo demonstrauit: ita conueniens fuit vt etiam inuisibiles missiones diuinarum personarum secundum aliquas visibiles creaturas manifestarentur. Aliter tamen filius & spiritussanctus. Nam spiritussanct. inquantum procedit vt amor, competit esse sanctificationis donum: filio autem inquantum est spiritussancti principium, competit esse sanctificationis huius autorem. Et ideo filius visibiliter missus est tanquam sanctificationis autor: sed spiritussan. tanquam sanctificationis indiciū.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filius creaturam visibilem in qua apparuit, in vnitatem personæ assumpsit: sic, vt quod de illa creatura dicitur, de filio Dei dici possit. Et sic ratione naturæ assumptæ filius dicitur minor patre. Sed spiritussan. non assumpsit creaturam visibilem, in qua apparuit in vnitatem, personæ, vt quod illi conuenit, de illo prædicetur. Vnde non potest dici minor patre, propter inuisibilem creaturam.

¶Ad secundum dicendum, quòd missio visibilis spiritussancti non attenditur secundum visionem imaginariam quæ est visio prophetica: quia, vt Augu. dicit 2. de Trini. visio prophetica non est exhibita corporeis oculis per formas corporeas, sed in spiritu per spirituales corporum imagines. Columbam vero illam & ignem oculis viderunt quicunque viderunt. Neque iterum sic se habuit spiritussanctus ad huiusmodi species, sicut filius ad petram: quia dicitur, Petra erat Christus. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modum nuncupata est nomine Christi, quam significabat. Sed illa columba & ignis ad hæc tantum significanda repente extiterunt. Sed videntur esse similia flammæ illi quæ in rubo apparuit Moysi, & illi columbæ quam populus in eremo sequebatur, & fulguribus ac tonitruis, quæ fiebant cum lex daretur in monte. Ad hoc enim rerum illarum corporalis extitit species, vt aliquid significaret atque prædiceret. Si igitur apparet, quòd missio visibilis neque attenditur secundum visiones propheticas, quæ fuerunt imaginariæ & non corporales, neque secundum signa sacramentalia veteris & noui testam. in quibus quædam res præexistentes assumuntur ad aliquid significandum. Sed spiritussanctus visibiliter dicitur esse missus inquantum fuit monstratus in quibusdam creaturis, sicut in signis ad hoc specialiter factis.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet illas creaturas visibiles tota trinitas operata sit, tamen factæ sunt ad demonstrandum specialiter hanc vel illam personam. Sicut enim diuersis nominibus significatur pater & filius & spiritussanctus, ita etiam diuersis rebus significari potuerunt: quamuis inter eos nulla sit separatio, aut diuersitas.

¶Ad quartum dicendum, quòd personam filij declarari oportuit, vt
232 sanctificationis autorem (vt dictum est[c].) Et ideo oportuit quòd missio visibilis filij fieret secundum naturam rationalem, cuius est agere, & cui potest competere sanctificari. Indicium autem sanctificationis esse potuit quæcunque alia creatura. Neque oportuit quòd creatura visibilis ad hoc formata esset assumpta à spiritussancto in vnitatem personæ, cum non assumeretur ad aliquid agendum, sed ad indicandum tantum. Et propter hoc etiam non oportuit quòd duraret, nisi quandiu peregeret officium suum.

¶Ad quintum dicendum, quòd ille creaturæ visibiles formatæ sunt ministerio angelorum: non tamen ad significandum personam angeli, sed ad significandam personam spiritussancti. Quia igitur spiritussanctus erat in illis creaturis visibilibus, sicut signatum in signo, propter hoc secundum eas spiritussanctus visibiliter mitti dicitur & non angelus.

¶Ad sextum dicendum, quòd non est de necessitate inuisibilis missionis, vt semper manifestetur per aliquod signum visibile exterius, sed sicut dicitur 1. Corin. 12. manifestatio spiritus datur alicui ad vtilitatem sanctæ ecclesiæ. Quæ quidem vtilitas est, vt per huiusmodi visibilia signa fides confirmetur & propagetur. Quod quidem principaliter factum est per Christum & per Apostolos, secundum illud Hebræ. 2. Cum initium accepisti enarrari per dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est. Et ideo specialiter debuit fieri missio visibilis spiritussancti ad Christum, ad Apostolos, & ad aliquos primitiuos sanctos, in quibus quodammodo ecclesia fundabatur, ita tamen quòd visibilis missio facta ad Christum, demonstraret missionem inuisibilem: non tunc, sed in principio suæ conceptionis ad eum factam[c]. Facta autem est missio visibilis ad Christum, in baptismo quidem sub specie columbæ, quod est animal foecundum, ad ostendendum in Christo autoritatem donandi gratiam per spiritualem regenerationem (vnde vox patris intonuit, Hic est filius meus dilectus) vt ad similitudinem vnigeniti alij regenerarentur. In transfiguratione vero sub specie nubis lucidæ ad ostendendam exuberantiam doctrinæ. Vnde dictum est, Ipsum audite. Ad Apostolos autem sub specie flatus, ad ostendendam potestatem ministerij in dispensatione sacramentorum. Vnde dictum est eis, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sed sub linguis igneis ad ostendendum officium doctrinæ. Vnde dicitur quòd cœperunt loqui variis linguis. Ad patres autem veteris testamenti missio visibilis spiritussancti fieri non debuit, quia prius debuit perfici missio visibilis filij quàm spiritussancti, cum spiritussanctus manifestet filium, sicut filius patrem. Fuerunt autem factæ visibiles apparitiones diuinarum personarum patribus veteris testamenti. Quæ quidem missiones visibiles dici non possunt: quia non fuerunt factæ (secundum Augusti.) ad designandum inhabitationem diuinæ personæ per gratiam, sed ad aliquid aliud manifestandum. 231 c

ARTICVLVS VIII.

¶*Vtrum aliqua persona diuina mittatur, nisi ab ea à qua procedit æternaliter.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd nulla persona diuina mittatur, nisi ab ea à qua procedit æternaliter. Quia sicut dicit Augusti. 1. de Trinit. Pater à nullo mittitur, quia à nullo est. Si ergo aliqua persona diuina mittitur ab alia, oportet quòd sit ab illa. 233 1. di. 15. q. 3. Et po. q. 10. art. 4. ad 4m.

¶Præterea, Mittens habet autoritatem respectu missi, sed respectu diuinæ personæ non potest haberi autoritas, nisi secundum originem. Ergo oportet quòd diuina persona quæ mittitur, sit à persona mittente.

¶Præterea, Si persona diuina potest mitti ab eo à quo non est, nihil prohibebit dicere quòd spiritussanctus detur ab homine, quamuis non sit ab eo. Quod est contra Augus. 3. de Trinita. Ergo diuina persona non mittitur nisi ab ea à qua est.

¶SED CONTRA est, quod filius mittitur à spiritussancto secundum illud Isa. 48. Nunc misit me Dominus Deus & spiritus eius. Filius autem non est à spiritussancto. Ergo persona diuina mittitur ab ea à qua non est.

CONCLVSIO.

¶*Secundum missionem, vt processio est, non mittitur persona nisi ab ea à qua æternaliter procedit, vt filius à patre, spiritussanctus à patre & filio.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc inueniuntur aliqui diuersimode locuti esse. Secundum quosdam enim persona diuina non mittitur nisi ab eo à quo est æternaliter. Et secundum hoc cum dicitur filius Dei missus à spiritussancto, referendum est hoc ad humanam naturam, secundum quam missus est ad prædicandum à spiritussancto. Augusti. autem dicit 2. de Trinita. quòd filius mittitur & à se & à spiritussancto: & spiritussanctus etiam mittitur & à se & à filio, vt sic mitti in diuinis non conueniat cuilibet personæ, sed solum personæ ab alio existenti: mittere autem conueniat cuilibet personæ. Vtrunque autem habet aliquo modo veritatem. quia cum dicitur aliqua persona mitti, designatur & ipsa persona ab alio existens, & effectus visibilis, aut inuisibilis, secundum quem missio diuinæ personæ attenditur. Si igitur mittens designetur vt principium personæ, quæ mittitur, sic non quælibet persona mittit, sed solum illa cui conuenit esse principium illius personæ. Et sic filius mittitur tantum à patre, spiritussanctus autem à patre & filio. Si vero persona mittens intelligatur esse principium effectus, secundum quem attenditur missio, sic tota Trinitas mittit personam missam. Non autem propter hoc homo dat spiritumsanctum, quia nec effectum gratiæ potest causare. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAEST

a ¶*Super quæstionis quadragesimæquartæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo, omne ens, non stat pro omni re alia à Deo, alioquin superflueret sequens articulus: sed stat pro omni re quæ proprie dicitur ens, vt sunt apud nos cōposita, & in superioribus, quæ subsistunt, ly creatum non proprie sumitur: quoniam in toto decursu hui⁹ articuli, nulla sit difficultas de causalitatis modo significato per creationem: sed significat ly creatū in proposito, causatum effectiue. hoc enim intendit discutere. Vnde hic idem titulus in distinctione articulorum huius quæstionis proponitur in litera primo sic, vtrū Deus sit causa efficiens omniū entiū, vbi manifeste patet qđ diximus: & idē etiā ostēdit litera in conclusione responsiua. Vsus est aūt autor non casu ly causa efficiens & ly creatū, sed ea ratione, vt ostenderet quòd gratia materiæ hęc duo coincidunt, omne ens est creatū, & omne ens est factum à Deo, &c.

Cōment. ¶In corpore vnica est conclusio respōsiua quęsito affirmatiue. Necesse est omne quod quocunque modo est, à Deo esse, & probatur sic, omne inuentum in aliquo per participationem causatur, ab eo cui inest per essentiam. Sed esse inuenitur in omnibus aliis à Deo per participationē & in Deo per essentiam: ergo omnia alia entia causata sūt ab ipso Deo. Maior manifestatur in ferro ignito & igne. Minor vero quo ad Deum. probatur ex quæstione tertia, in qua probatum est, quòd Deus est ipsum esse subsistēs, quo ad alia vero à Deo sic: esse subsistens, non est nisi vnum: ergo omnia alia à Deo non sunt suum esse: ergo participant esse. Antecedens & probatū dicitur, quæstione septima articulo primo ad tertiū. & clarius articulo secundo eiusdē quæstionis: & manifestatur exemplo, sicut si albedo esset subsistens, &c. & additur ratio, qa multiplicatio est secundum recipientia. Et con firmatur ratio autoritatibus Platonis & Arist.

234 & dist. 1. q. 1. art. 2. & 3. & di. 17. q. 1. art. 2. Et con. ca. 6. 15. & 16. Et opus. 3. ca. 68. & 69. & opus. 15. cap. 9.

¶Circa hanc rationem multa sunt aduertēda. & circa literā & circa rem. Circa literā quidem aduerte primo, ꝙ quum in cōclusione dicitur, omne quod quocunque modo est, significat omnis mod⁹ entis cōstitutiuus cuiuscūq; generis: & nō communis, seu transcendens modus: quo ens distinguitur per actum & potentiam: ita quòd sensus est, omne quod est quid, quale, vel quantum, &c. & non est sensus, omne quod est actu, vel potentia. dico autem hoc propter materiam primam quæ sequenti reseruatur articulo: & propter ipsum actum essendi, de quo verificari non potest quòd non est suum esse, quod tamen in minore subsumitur de omni alio à Deo. Aduerte secundo, quòd pro eodem reputat litera, quòd omnia alia à Deo non sunt suum esse, & participant esse. Quo ad rem vero scito quòd illa ratio in terminis communibus communis est sapientibus fere omnibus: dissentio autem est in expositione terminorum & probationibus. Ad euidentiam igitur maioris, scito quòd illa cōmunis est Platonicis & Peripateticis: si illud per essentiam inuenitur, & est propositio secundum se immediata: quo ad nos autem manifestatur: quia imperfecta à perfectis, & per aliud à per se naturaliter deriuantur. Vocatur autem res per essentiam, quando habet tres conditiones. Primò quòd est ipsa natura, puta bonitas vel albedo. Secundo, quòd non est contractata quouis modo: quod dico propter animam intellectiuam & imaginarias positiones, si albedo vt quatuor separetur, & sic conseruaretur absque etiam quantitate. Tertio, quòd est in se ipsa naturaliter subsistens: quod dico propter modum significandi nominis abstracti: res enim albedinis nomine significata, non est albedo per essentiam nisi secundum modum significandi. Res autem per participationem constituitur ex contractione latitudinis alicuius rationis formalis quouis modo contingat siue substantiue gradualiter, siue quouis alio modo.

Annot. ¶Circa minorem nota quòd omnes concedunt solum Deum esse ens per essentiam: diuersimodè tamen exponunt, Scot. enim in primo quæstione tertia ad tertium principale: & distinctione octaua ad secūdum iuxta primam quæstionē exponit, ideo Deum dici ens per essentiam: quia esse eius est perfectissimum, & infinitum, & ideo creaturam dici ens per participationem, quia esse eius est pars, id est minus respectu ipsius esse quod natum est esse infinitum: & ideo reduci ad infinitum vt imperfectum ad perfectū. A sancto Thoma autem Auicen. Boēt. Alpharabio & Algazele exponitur: quia esse est ipsa quidditas Dei: in creaturis vero esse est actualitas quidditatis contracta per illam. Et propterea in litera ex subsistentia ipsius esse manifestatur quod est per essentiam. 27 25 33 &c. 264. 229 34 333

Annot. ¶Circa probationem vtriusque partis minoris, aduerte diligenter, quòd subsistere solum, non facit rem subsistentem esse talem per essentiam, vt patet de subsistentiis separatis: & etiam compositis materialib⁹, Sed subsistere actus receptibilis secūdum suum ordinem, constituit talem actum per essentiam: & negatio subsistentiæ cōstituit eundem per participationem. Vnde qa esse secundum suum ordinem est receptibile in alio, & similiter sapientia, bonitas, &c. & apud Plat. quidditates sensibiles receptibiles erāt in materia. Ideo quodcunque horum si subsistat, est tale per essentiam, & si non subsistat per participationē. Et propterea in litera datur exemplum de albedine quam constat esse formā receptibilē in alio. Et quoniam naturaliter subsistere includit irreceptibilitatē, & non subsistere, receptionem in alio, propterea in litera à subsistentia ad recipi declinatur, dum dicitur quòd albedo non multiplicatur nisi secundum recipientia. Restāt tamen hic duo dubia. Alterum superius prætactum, & infrà discutiendum, scilicet an multiplicatio indiuiduorum eiusdem rationis sit solum penes recipientia. Alterum an verum sit quòd omnia alia à Deo non sunt suum esse quod in commentariis de ente & essentia capi. quinto require: ibidem quoque multa pertinentia ad vnitatem ipsius esse per essentiam ex eius irreceptione reperies: vnde & hic pertranseo. 27 d

Annot. ¶Circa vim huius rationis aduerte duo. Primo quòd licet non cōcludat explicite, nisi ergo omne ens est à Deo, omittendo quòd effectiue, pro constanti tamen relictum est, quòd effectiue: quoniam cum naturalissimum sit vnicuique agere sibi simile, & impossibile sit aliquid aliud perfectius suam similitudinem efficere quàm id quod est tale per essentiam: consequens est necessario, quòd ipsum sit primum faciens talia per participationem: nisi forte inuenitur aliquid eminentius præhabens illud: quòd in proposito non habet locum, cum nihil possit etiam cogitari eminentius ipso esse per essentiam. Secundo quòd autor tractans de creatione hic, subtilissima arte vsus est: processit nanq; ex vere propriis, Creare enim, cum nihil aliud sit quàm facere ꝙ res sint, & non includat quòd sint tales vel tales, idem est quærere creatorem entium omniū, & causam effectiuam omnium, inquantum entia, vt etiam inferius clarius patebit. Non potest autem magis propria causa entium inquantum entia sunt, assignari, quàm esse per essentiam, vt sic, sicut viuentium (inquantum viuentia) vita per essentiam, & verorum (inquantum vera) veritas per essentiam: iuxta autoritatem secundi met.

QVAESTIO QVADRAGESIMA QVARTA, de processione creaturarum à Deo, & de omnium entium prima causa, in quatuor articulos diuisa.

POST considerationem diuinarum personarū considerandum restat de processione creaturarum à Deo. Erit autem hæc cōsideratio tripartita, vt primo cōsideretur de productione creaturarū. Secundo de earum distinctione. Tertio de conseruatione & gubernatione. Circa primū tria sunt consideranda. primo quidem quæ sit prima causa entium. Secundo de modo procedendi creaturarum à prima causa. Tertio vero de principio durationis rērum.

¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo vtrum Deus sit causa efficiens omnium entium.

¶Secundo, vtrum materia prima sit creata à Deo, vel sit principium ex æquo coordinatum ei. ¶Tertium, vtrum Deus sit causa exemplaris rerum, vel sint alia exemplaria præter ipsum. ¶Quarto, vtrum ipse sit causa finalis.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum sit necessarium omne ens esse creatum à Deo.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non sit necessarium omne ens esse creatum à Deo. Nihil enim prohibet inueniri rem sine eo quod non est de ratione rei: sicut hominem sine albedine. Sed habitudo causati ad causam non videtur esse de ratione entium, quia sine hac possunt aliqua entia intelligi. Ergo sine hac possunt esse. Ergo nihil prohibet esse aliqua entia non creata à Deo.

¶Præterea, Ad hoc aliquid indiget causa efficiente vt sit. Ergo quod non potest non esse, non indiget causa efficiente. Sed nullum necessarium potest non esse: quia quod necesse est esse non potest esse non esse. Cum igitur multa sint necessaria in rebus, videtur ꝙ non omnia entia sint à Deo.

¶Præterea, Quorumcunque est aliqua causa, in his potest fieri demonstratio per causam illam. Sed in mathematicis non fit demonstratio per causam agentem, vt per Philosophum patet in tertio metaphysicorum. Non igitur omnia entia sunt à Deo sicut à causa agente.

¶SED CONTRA est quod dicitur Romanorum vndecimo cap. Ex hoc ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus sit ipsum subsistens esse, quod vnum tantum est, necesse est oratione quocunque modo est, à Deo esse.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd necesse est dicere omne ens, quod quocunque modo est, à Deo esse. Si enim aliquid inuenitur in aliquo per participationem, necesse est quòd causetur in ipso ab eo cui essentialiter conuenit: sicut ferrum fit ignitum ab igne. Ostensum est autem suprà[c] cum de diuina simplicitate ageretur, quòd Deus est ipsum esse per se subsistens. Et iterum ostēsum est[c], quod esse subsistens non posset esse nisi vnum, sicut si albedo esset subsistens, non posset esse nisi vna, cum albedines multiplicentur secūdum recipientia. Relinquitur ergo quòd omnia alia à Deo non sint suum esse, sed participant esse. Necesse est igitur, quòd omnia quæ diuersificantur secundum diuersam participationem essendi, vt sint perfectius, vel minus perfecte, causari ab vno primo ente, quod perfectissime est[c]. Vnde & Plato dixit, quòd necesse est ante omnem multitudinem ponere vnitatem. Et Aristot. dicit in secundo metaphysicorum, quòd id quod est maxime ens & maxime verum, est causa omnis entis & omnis veri: sicut id quod maxime calidum est, est causa omnis caliditatis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet habitudo ad causam non intret diffinitionem entis, quod est causatum: tamen sequitur ad ea quæ sunt de eius ratione: quia ex hoc quòd aliquid per participationem est ens, sequitur quòd sit causatum ab alio. Vnde huiusmodi ens non potest esse quin sit causatū, sicut nec homo quin sit risibile. Sed quia esse causatum non est de ratione entis simpliciter, propter hoc inuenitur aliquod ens non causatum.

¶Ad secundū dicendū, ꝙ ex hac ratione quidā moti fuerunt ad ponendū ꝙ id qđ est necessarium, nō habeat causam, vt dicitur in 8. physi. Sed hoc manifeste falsum apparet in scientiis demonstratiuis, in quibus principia necessaria sunt causæ cōclusionū necessariarum. Et ideo dicit Arist. in 5. metap. quòd sunt quædam necessaria, quæ habent causam suæ necessitatis. Nō ergo ppter hoc solū requiritur causa agēs quia effectus potest non esse, sed quia effectus non esset si causa non esset. Hæc enim conditionalis est vera, siue antecedens & consequens sint possibilia, siue impossibilia.

¶Ad tertium dicēdum, ꝙ mathematica accipiuntur, vt abstracta secundum rationem[c] cum tamen non sint abstracta secundum esse. Vnicuiq; autem cōpetit habere causam agētē, secundum quod habet esse. Licet igitur ea quæ sunt mathematica, habeant causam agētem: non tamen secundum habitudinem quam habent ad causam agentem, cadunt sub cōsideratione mathematici. Et ideo in scien-

& propositionem 18.lib. de causis subintellecta proprietate causæ effectiuę, quæ est facere sibi simile.

¶In responsione ad primũ esset dubium an relatio creationis passiue distinguatur realiter à re creata : sed de hoc erit sermo.art.3.qõnis quadragesimæquintæ.

Annot. ¶In responsione ad secundũ aduerte, ꝙ responsio formalis consistit in negatione illius maioris, quod nõ potest non esse, nõ indiget causa efficiente, seu nõ indiget causa dãte sibi ꝙ sit:& ratio assignatur in litera: quia est fallacia consequentis, à pluribꝰ causis veritatis &c. Indigere enĩ causa efficiente cõtingit ex duobus: vel ex eo quod põt esse & nõ esse, vel ex eo qđ non esset si causa inquantũ causa nõ esset, id est si ab alio nõ haberet illud esset. hunc enĩ sensum causæ nomen insinuat. Et hanc interpretationẽ diligenter notato: per eã enĩ soluitur dubitatio minus penetrantiũ hãc literam, & instantiũ, qđ nõ valet: hoc nõ esset si illud non esset: ergo illud est causa huius, vt patet ĩ correlatiuis: & etiã in hoĩe & risibili. homo enĩ nõ esset, si risibile nõ esset, & tñ risibile nõ est causa hoĩs. Cessant enĩ hæc oĩa, si perspectũ fuerit ꝙ litera de causa inquãtũ cã, & nõ de re, quę est causa, absolute loquitur. Valet enĩ. A non esset, si causa illius nõ esset, i. est si nõ causaret. ergo A eget cã. Illi autẽ interpretabanť de re quę est causa materialiter.

235 Suprà q. 14. artic. 11.cor. Et 1.dist. 36. qõ.1. arti.1. Et veri. q.3. arti. 5.cor. Et po.qõ. 3 artic.5. & qõ.4. Et opusc. 3.ca. 69. 98. 229. 239. Et ro. 11. l.5. co. 3. Et physic.8. l.2. 10.3.

tiis mathematicis non demonstratur aliquid per causam agentem.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum materia prima sit creata à Deo.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ materia prima non sit creata à Deo. Omne enĩ quod fit, componitur ex subiecto & ex aliquo alio, vt dicitur in 1.phy. sed materiæ primæ nõ est aliquod subiectũ. Ergo materia prima non potest esse facta à Deo.

¶Præterea, Actio & passio diuiduntur contra se inuicẽ. Sed sicut primũ principiũ actiuũ est Deus, ita primũ principiũ passiuũ est materia. Ergo Deꝰ & materia prima sunt duo pricipia cõtra se inuicẽ diuisa: quorũ neutrũ est ab alio.

¶Præterea, Omne agens agit sibi simile. Et sic cum omne agens agat inquantũ est actu, sequitur quòd omne factũ aliquo modo sit in actu. Sed materia prima est tantum in potentia inquantum huiusmodi. Ergo contra rationem materiæ primæ est quòd sit facta.

SED CONTRA est quod dicit Aug. 11.confes. Duo fecisti dñe, vnum prope te, s. angelum: aliud prope nihil, s. materiã primam.

CONCLVSIO.

¶*Necessarium est primam materiam creatam esse ab vniuersali entium causa, quæ Deus est.*

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ antiqui philosophi paulatim, & quasi pedetẽtim intrauerunt in cognitionem veritatis. A principio enim quasi grossiores existentes nõ existimabant esse entia nisi corpora sensibilia[e]. Quorum qui ponebãt in eis motũ, non considerabãt motum nisi secundũ aliqua accñtia, vt puta secundũ raritatem & densitatẽ, per cõgregationem & segregationem. Et supponentes ipsam substantiã corporũ increatam, assignabãt aliquas causas hmõi accidentalium transmutationũ, vt puta amicitiã, litẽ, intellectum, aut aliquid hmõi. Vlterius vero procedentes distinxerũt per intellectũ inter formã substantialem, & materiã, quã ponebãt increatam: & perceperũt transmutationem fieri in corporibus, secundũ formas essentiales. Quarũ transmutationum quasdam causas vniuersaliores ponebãt, vt obliquum circulũ, secundũ Arist. vel ideas, secundum Platonẽ. Sed considerandum est ꝙ materia per formã contrahitur ad determinatã speciem[e], sicut substãtia alicuius spẽi per accñs ei aduenięs cõtrahitur ad determinatũ modũ essendi vt homo cõtrahitur per albũ. Vtriq; igitur cõsiderauerũt ens particulari quadã cõsideratione: vel inquantũ est hoc ens, vel inquãtũ est tale ens. & sic rebus causas agentes particulares assignauerũt. Et vlterius aliqui erexerũt se ad cõsiderandũ ens inquãtũ est ens: & cõsiderauerunt cãm rerũ, nõ solũ secundũ quod sunt hæc vel talia, sed secundum quod sunt entia. Hoc igitur qđ est cã rerũ inquantũ sunt entia, oportet esse cãm rerũ, nõ solũ secundũ qđ sunt talia per formas accidẽtales, nec secundum qđ sunt hæc per formas substãtiales, sed etiam scđm oẽ illud qđ ꝑtinet ad esse illorũ quocũq; mõ[e]. Et sic oportet ponere etiã materiã primã creatã ab vlĩ cã entiũ.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Philosophus in 1.phy. loquitur de fieri particulari, quod est de forma in formam siue accidentalem, siue substantialem: nunc autem loquimur de rebus secũdum emanationem earum ab vniuersali principio essendi. A qua quidem emanatione nec materia excluditur, licet primo modo factionis excludatur.

¶Ad secundũ dicendum ꝙ passio est effectus actionis. Vnde & rationabile est quod primũ principium passiuum sit effectus primi principij actiui. Nam omne imperfectum causatur a perfecto. Oportet enim primum principiũ esse perfectissimũ, vt dicit Ari. in 11. met.

¶Ad tertiũ dicendũ, quod rõ prima nõ ostendit, ꝙ materia nõ sit creata, sed ꝙ non sit creata sine forma. Licet enĩ omne creatũ sit ĩ actu, nõ tñ est actus purus. Vnde oportet ꝙ ẽt illud quod se habet ex parte potentiæ, sit creatũ, si totum quod ad esse ipsius pertinet, creatũ est.

261 *Annot.* ¶Circa eandẽ rñsionẽ diligẽter aduerte, ꝙ autor explicite concedit plura entia necessaria: qđ etiã ꝓbat in scđo cõtra Gẽt. cap.tertio. Et scito, ꝙ secundũ rẽ nulla sorte est dissentio Scoti ab autore: sed tãtũmodo in vocabulis: qm̃ Scotꝰ & alij sequaces eiꝰ, noĩe necessarij simpliciter intelligunt id qđ nulla potentia potest nõ esse: & sic solũ Deũ dicũt necessarium simpliciter. S.Tho. aũt peripateticis sermonibus assuetus, iuxta intentiones quinti meta. necessariũ simpliciter vocat id qđ nõ põt non esse per potẽtiã in se. Et ꝓpterea cõcedit & probat multa entia necessaria simpliciter. Et reuera: quia iudiciũ de rebus debet dari & dici secundũ propria ipsarũ rerũ, & non secundũ extranea: rationabilior est nominatio autoris: quoniã multa entia sunt quæ in se nullã habent potentiã ad nõn esse. & sic verũ est simpliciter, ꝙ nõ possunt nõ esse: & consequenter ꝙ sunt entia necessaria: quãuis secundum potentiam logicam, & potentiam in alio, s. Deo, omnia alia à Deo possint non esse. Et hinc habes quam pueriliter (ne dicam ignoranter) præsumpserunt quidam dicere, quòd verba S. Thom. in hac materia male sonant. Attendant naturis rerum, sermoni formali ac proprio, & intentionibus metaphysicis: & depręhendent cæcitatem propriam.

¶Circa eandem responsionẽ nota, ꝙ quidã autoritates allatas in litera ex quinto met.tex.6.& 8.phy.tex.15. dicunt nõ esse ad propositũ: quia Arist. loquitur de cõplexis & non de incõplexis. Sed rudis valde interpretatio hæc est. Tũq a 8. phys. hoc dicit tractando de principio motus æterni cõtra Democritum: volens ꝙ rei æternę quęrenda sit causa: & ad hoc manifestandum inducit de triangulo habente tres angulos. Tum quia 5. met. postquam de complexis tractauit, subdit duplex esse necessarium, scilicet ex se & ab alio: & vult quòd necessariũ ex se sit omnino simplex: & loquitur de Deo. Tum quia causa complexorum in essendo est causa in rerum natura illius esse quod sub affirmatione vel negatione subiacet: quod constat esse incomplexum: omnis namque complexio in sola est anima.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæquartæ Articulum secundum.*

Annot. IN titulo creatum non accipitur proprie vt distinguitur contra cõcreatum, sed vt distinguitur contra increatum, scilicet in causatum effectiue.

Coment. ¶In corpore duo facit. Primo ponit tres ordines causarum efficientium, paulatim à philosophis inuentos. Secundo ibi: hoc igitur, respondet quæsito.

¶Quo ad primũ, quatuor dicit. Primo, primũ ordinem causarũ trãsmutationum accidentalium. Secundo, secundũ ordinẽ causarũ transmutationũ substantialium. Tertio ibi: sed considerandũ est: cõuenientia inter hos ordines inter se, & cõsistit in hoc ꝙ vtrobiq; philosophi, causas agẽtes particulares rebus assignauerũt: quod probatur, qa vtroq; modo cõsiderauerunt ens particulare particulariter, s. inquantum est tale ens: vel inquãtũ est hoc ens: qđ ꝓbatur, qa sicut subiectũ per formam accidẽtale contrahiť ad determinatũ modũ essendi, ita materia prima ꝑ formam substãtialẽ ad determinatã spẽm. Quarto, tertiũ ordinẽ ponit causarũ. & in eo est cã entiũ inquantũ sunt entia: & inuestigata dicitur hęc cã ex cõsideratione entiũ, nõ solũ secundũ quod sunt hæc vel illa, vt in prioribus, sed secundũ qđ sunt entia.

Annota. ¶Circa hos causarum ordines aduerte primo, quõ sumatur ens, seu esse in loco. Tres enim hic ponũtur rerũ conditiones, s. esse accidẽtale, esse substãtiale, & esse absolute, quæ inter se nõ vniformiter distinguũtur. Nam inter esse substãtiale & accidẽtale manifesta est disparatio. Esse aũt absolute nõ est tertia res, sed se habet ad illa, quasi sicut animal ad tale, & tale aĩal. Et propterea, quãuis semper quũ fit aliquod esse, siue substãtiale, siue accidẽtale fiat esse, sicut quũ fit homo, fit aĩal: & quũ albũ fit coloratũ. Nõ tñ semp esse fit ꝑ se, sed qñq; per accñs, & qñque per se. Et quũ qdẽ fit esse ꝑ accidẽs, ab omni causa fit: & extra ꝑsens est ꝓpositum quũ autẽ fit per se, à sola cã entis inquantũ ens fit. Et hoc modo pns litera de ipso esse seu ente loquitur: & hoc insinuat ina specificationis nota in quantũ entia. Et ꝓpterea in litera dicitur ꝙ cõsiderãtes cãs trãsmutationum tam substantialiũ q̃ accñtaliũ: cõsiderauerũt res sub quadã particulari cõsideratione, i. secundũ quandã rõnẽ specialem, & non scđm rõnem vniuersalissimã, i. considerauerũt inquantũ sunt hęc, puta homo, bos, aĩal, &c. vel talia, puta graue, rarum, album, dulce, &c. & non inquantum sunt.

¶*Num ens fieri inquantum ens, excludat quamuis transmutationẽ, & distinguat ab eo quod est ex ente in potentia fieri ens in actu.* *Quæstio.* 336

¶Circa cõueniẽtiã inter primos ordines, & differentiã eorũ à tertio, dubium occurrit, quantum valeat ratio reddita in litera: dũ dicitur, ꝙ qa materia cõtrahitur per formã sicut substantia, &c. ideo vtrobiq; cõsideratę sunt rõnes, & causæ particulares: & ꝓpterea restat cõsiderandũ ens secundũ quod ens, & causa pria ac vniuersalissima. Hęc satis ambigua sunt, & ꝓpter autoritatem & propter rationẽ. Propter autoritatem quidẽ: quia vt patet 12. met.text.28. causæ entis inquãtũ ens, sunt causę facientes substantiã ex pura potẽtia. Et 5.physi.tex.9. dicitur, quod in generatiõe substantiali fit ens simpliciter ex non ente simpliciter: ergo fit ens secundũ qũ ens: & idẽ millies habetur in philosophia Ari. Propter rõnẽ aũt, qa fieri ens inquãtũ ens, & inquãtum ens actu, idẽ est: qm̃ potẽtia est conditio diminuẽs, vt dicitur 4.met. con.15. sed ens in actu fit per se ex ente in potẽtia pura: ergo per trãsmutationem substãtialẽ fit ens inquãtũ ens. Et sic differẽtia assignata in litera, nulla est, & ratio eius rñit: quia materia etsi cõtrahatur, non tñ contrahitur quasi secundũ se sit, sed quia ex cõtractione accipit esse in actu simpliciter: quoniã secundũ se neq; quid, nec quale, neq; aliquid est aliorũ generum, vt dicitur 7. metaphysicorum, tex.8.

¶*Num entis inquantum ens, sit aliqua effectiua causa.* *Quæstio.*

¶Circa ipm tertiũ ordinẽ, dubiũ occurrit, falsum supponit ꝙ ens inquãtum ens, habeat causam effectiuã: Si enĩ ens inquantũ ens haberet cãm effectiuã, omne ens haberet cãm effectiuã secundũ qđ est ens: & sic Deus vt ens esset causatus, &c. & valet sequela: etiam si ly inquantũ, teneať specificatiue, vt patet quũ dicit, ens inquantũ ens, est subiectũ metaphysice: ergo omne ens, scđm qđ est subiectũ meta.

Coment. ¶Antequã ad hoc rñdeatur, secunda pars corporis articuli tractanda est, vt simul oĩa pateãt: qm̃ connexa sunt. Rñdet igiť autor quæsito affirmatiue, s. oportet materiã primã esse creatã ab vniuersali entiũ cã, q̃ Deus est. Probatur cã entium inquantũ entia est causa entiũ secundũ omne illud qđ pertinet ad esse ipsorum quocunq; mõ: ergo oportet materiã primã esse ab vniuersali entiũ cã cõsequẽtia patet, & añs inferť in litera, ex ꝑmissa differẽtia inter cãm entiũ inquãtũ entia & cãs trãsmutationũ, s. ꝙ istæ sunt cãæ entiũ inquãtũ hæc, vel talia illa inq̃tũ sunt entia.

¶*Num quid est causa entis inquantum ens est, sit causa omnium illorum quæ quoquo modo ad esse eius spectant.* *Quæstio.*

¶Circa añs huius rõnis dubiũ occurrit: quãtũ valeat. A est cã entiũ inquãtũ entia: ergo est cã omnis eius qđ pertinet ad esse eorũ. Quũ non valeat. A est cã hoĩs inquãtũ hõ: ergo est cã oĩs eius qđ pertinet ad esse hoĩs: & similiter de causa bouis, & cæterorũ. Et ꝙ nõ valeat, patet, si fingamus ideas Platonicas esse ꝑ se causa sensibiliũ: constat enĩ ꝙ idea hoĩs esset causa hoĩm, vt sic: & tñ non causaret materiã quæ tamen est pars hominis: & idem iudicium de quocunque transmutante est.

¶Ad euidentiã harũ difficultatũ, prælibandũ est qñ ens fit per se. Iuxta doctrinam igiť primi phy.tex.75. dupliciter in cõi loquẽdo contingit fieri aliqd, s. per se & per accñs. Et vt ibi diciť, illud fit ꝑ se, cuiꝰ ratio immediate ante hoc nõ fuit. Illud vero fit per accñs, cuius rõ antequã fieret, erat. Exemplũ primi, qñ coloratũ fit ex nõ colorato, exẽplũ scđi, qñ ex nigro fit coloratũ, quia fit albũ. In nigro enĩ ꝑerat coloratũ: & rõ huius differentię assignať ibidẽ optima, s. qa nullum agẽs per se intendit facere id qđ est, sed qđ non est vt fit. Et sumitur ly ex in proposito, non vt denotat habitudinẽ subiecti, sed ordinẽ durationis ad terminũ à quo, ita quòd significat idẽ qđ post, vt patet ibidẽ. Ens igitur dupliciter contingit fieri, s. ꝑ accñs & per

& per se. Per accidens quidẽ fit, qñ factio inuenit ens, seu quando fit ex ente, sicut quando coloratũ fit ex nigro. Per se aũt qñ fit ex non ente, sicut quum coloratum fit ex non colorato propter eandẽ cãm. Et qm̃ omne transmutans aliquod ens in actu inuenit, ex quo facit aliud ens in actu, ideo nullũ transmutãs facit per se ens, sed per accidẽs tm̃. Ex quo enim inuenit ens, licet nõ illud quod intẽdit generare, non ideo agit ꝑ se vt faciat ens: sed accidit vt in tẽdendo facere tale ens, faciat etiã ens: vnde si nõ intẽderet facere nisi ens, non ageret: quia iam ante actionem suam est. Si itaque peripatetica hæc doctrina, & optime fundata super continua experiẽtia & ratione vera est, oportet dicere quod sicut ad hoc ꝙ coloratum fiat per se, oportet quod nõ ꝑfuerit coloratum, ita ad hoc ꝙ ens fiat per se, oportet quòd non ꝑfuerit ens: hoc autem est nihil ꝑesse, & totum fieri nõ ex aliquo. Et sic oportet ꝙ si ens fit ꝑ se, ꝙ fiat post nihil ipsiꝰ entis. Et ex his patet ratio dictorum in litera. ex eo namq; quod transmutãs oẽ inuẽtum subiectũ determinat manifeste patet sequi ꝙ nõ facit ꝑ se ens, sed determinat ad hoc, vel illud. Materia enĩ prima etsi secundum se non sit qd, vel quale, est tamẽ tali pacto ens, qđ vnũquodq; ex se producibile seipa ponit extra nihil. Est enĩ aliquid omniũ. Et ꝓpterea merito impedit causationẽ entis in eo ꝙ ens, & ab agente per se ens, oportet produci effectum totum syncategorematice, vt in litera dicitur,

235 Io. qõ.7. art. 1. ad 3m. Et 1.co. 11. l. in princip. — *234* — *336*

¶Ad primũ ergo dubiũ dicitur, ꝙ de causis intrinsecis loquẽdo, eædẽ, quãuis nõ eodem modo sunt causæ entium in eo ꝙ entia: & transmutabiliũ vt sic, s. materia & forma, vt patet primo phy. & 7. meta. Transmutabilia enĩ entia inquantũ entia, ex materia & forma cõstant separata aũt à materia ex sola forma. De principiis quoq; extrinsecis loquendo, principia transmutabilium & entiũ vt sic materialiter coincidunt, quoniam Deus gloriosus est, & primus motor, & supremus finis, & primũ essendi principium: & propterea indistincte quãdoq; inuenitur de causis entiũ, in eo ꝙ entia, & causis transmutationũ. Oportet tñ diligenter lectorẽ discernere, quãdo formaliter, & qñ materialiter sermo verificatur. Nos enĩ hic qa formaliter loquimur, ideo causas entiũ in eo ꝙ entia à causis trãsmutationis separamus. Id vero qđ addiť ex 5.physic. & similibus, non obstat: qm̃ aliud est fieri ens simplr, & aliud est fieri ens secũdũ qđ ens: illud enĩ importat fieri ens ex pura potentia, vt subiecto, hoc autẽ fieri ens post nõ ens simpliciter. Ad rationẽ aũt concesso ꝙ idem sit fieri per se ens & ens in actu, negandũ est ꝙ ens in actu fit per se, qñ fit ex pura potẽtia, nunq̃ enĩ per se fit, nisi qñ fit post nõ ens in actu: hoc autẽ nunq̃ põt per transmutationẽ cõtingere, vt patet ex dictis. Et caue ne fallaris nesciens discernere inter has propositiones, ens in actu fit ex ente in potẽtia per se, & ens in actu fit per se. In prima enĩ notatur habitudo termini ad subiectũ, & est vera: quia si ens in actu habet subiectum, eius subiectum per se est ens in potentia: & in hoc sensu ponitur in 12. meta. text. 8. In secunda autẽ notatur habitudo termini ad suum fieri absolute: & ꝓpterea nunq̃ verificať, qñ rõ termini præerat.

¶Ad secũdũ dubiũ diciť, ꝙ à specificatiua ad vniuersalẽ: nec valet cõsequẽtia simpliciter, nec cũ nota specificatiõis formaliter loquẽdo. Non enĩ valet, Sortes est crispus secũdũ qđ capillatus: ergo oĩs capillatus vt sic, est crispus &c. vnde, cũ in ista, ens inquantũ ens habet causas, teneaťly inquãtũ specificatiue: qm̃ sensus est, ꝙ ens habet causas non solũ secundũ speciales rationes essendi, puta humanum, equum, &c. sed etiam secundũ ipsam entis rationẽ, quãuis non in quolibet, quia non in Deo. non solum enĩ Sortes dependet, quia est homo, vel animal: sed etiam quia est, &c. De instantia vero allata, nihil nocet: quia tenet gratia materiæ.

¶Ad tertium vero dubiũ dicitur, ꝙ formaliter loquendo, in omni materia valet. A est causa effectiua per se B, inquantũ B. ergo causa est omnis eius quod pertinet ad esse B, vt sic, alioquin non esset sufficiens & per se propria causa B. & sic propria causa hominis inquantum homo, est causa omnis eius quod pertinet ad hominis esse, vt sic, & similiter causa entis inquantum ens, est causa omnis eius quod pertinet ad ens, vt sic: & in hoc non est differentia. Sed disparitas est vlteriori consequẽtia, gratia materiæ. Quum enim inter ens, & reliqua specialia, puta hominem, animal, &c. tantum distet, ꝙ in aliis aliud est materia absolute, & aliud materia vt est ens, quoniam materia absolute est in generalibꝰ & incorruptibilis, vt autem est propria hominis, est ab agente hominem. In ente vero, idẽ est materia, & materia vt entia: quoniam materia absolute non nisi entis esse potest: ideo in terminis specialibus non valet sequela, A est causa per se hominis, ergo est causa omnis eius quod pertinet ad hominem: sed oportet addere vt sic, & postmodum non valet vlterior sequela, ergo est causa omnis eius quod pertinet ad esse hominis: &, ergo est causa materiæ quæ est pars hominis: sed in termino vniuersalissimo, scilicet ens, valet primo, A est causa entis vt ens: ergo est causa omnis eius quod pertinet ad ens, vt sic: & valet vlterius: ergo est causa omnis eius quod pertinet ad ens: &, ergo est cã materiæ, q̃ est ꝑs entis, vt in litera infertur.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrũ causa exemplaris sit aliquid præter Deũ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd causa exemplaris sit aliquid præter Deum. Exemplatum enim habet similitudinem exemplaris: sed creaturæ longẽ sunt à diuina similitudine. Non ergo Deus est causa exemplaris earum.

¶Præterea, Omne quod est per participationem, reducitur ad aliquid per se existens, vt ignitũ ad ignem, sicut iã dictũ est[e]. Sed quæcũq; sunt in sensibilibus rebus, sunt solum per participationẽ alicuius spẽi. Qđ ex hoc patet, ꝙ in nullo sensibilium inuenit solum id qđ ad rõnẽ spẽi pertinet, sed adiunguntur principiis spẽi principia indiuiduãtia. Oportet ergo ponere ipsas spẽs per se existẽtes[e], vt ꝑ se hoĩem, & per se equũ, & hmõi. Et hæc dñr exẽplaria. Sunt igiť exemplaria res quædã extra Deum.

¶Præterea, Scientiæ & diffinitiones sunt de ipsis speciebus, nõ secũdum quod sunt in particularibus qa particulariũ nõ est sciẽtia, nec diffinitio. Ergo sunt quædã entia quæ sunt entia vel species non in singularibus. Et hæc dicuntur exemplaria. Ergo idem quod prius.

¶Præterea, Hoc idem videtur per Diony. qui dicit 5.cap. de diui.no. quòd ipsum secundum se esse prius est eo quod est per se vitam esse, & eo quod est per se sapientiam esse.

¶SED CONTRA est qđ exemplar est idẽ quod idea. Sed ideæ (secundũ qđ Aug. lib. 38.q. dicit) sunt formæ principales, quæ diuina intelligentia cõtinentur, Ergo exemplaria rerum non sunt extra Deum.

CONCLVSIO.

¶*Cum ex diuina sapientia determinatæ naturales formæ procedant, Deum ipsum exemplar primum rerum omnium esse, asserendum est.*

¶RESPONDEO dicendũ ꝙ Deus est prima causa exemplaris omniũ rerũ. Ad cuius euidẽtiam considerandũ est ꝙ ad productionem alicuius rei ideo necessarium est exemplar, vt effectus determinatam formã consequatur. Artifex enĩ producit determinatam formam in materia ꝓpter exemplar ad quod inspicit, siue illud sit exẽplar ad quod extra intuetur, siue sit exemplar interius mente cõceptum. Manifestũ est aũt ꝙ ea quæ naturaliter fiunt, determinatas formas cõsequuntur. Hæc autẽ formarũ determinatio oportet ꝙ reducatur, sicut in primũ principium, in diuinã sapiẽtiã, q ordinẽ vniuersi excogitauit, q in rerũ distĩone cõsistit. Et ideo oportet dicere ꝙ in diuina sapiẽtia sunt rõnes oĩm rerũ: quas supra diximus ideas[e], i. formas exẽplares in mente diuina existẽs. Quæ quidem, licet multiplicẽtur scđm respectum ad res, tñ nõ sunt realr aliud à diuina essentia, ꝓut eius similitudo à diuersis participari põt diuersimode. Sic igitur ipse Deꝰ est primũ exemplar oĩm. Pñt etiã in creatis quædã aliorũ exemplaria dici secundum quod quædam sunt ad similitudinẽ aliorum, vel secundum eandem speciem, vel secundum analogiam alicuius imitationis.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ licet creaturæ nõ pertingant ad hoc ꝙ sint similes Deo scđm suam naturã similitudinẽ speciei, vt homo genitꝰ hoĩ gñanti: [e]attingunt tamen ad eius similitudinẽ secundũ repræsentationẽ rationis intellectæ à Deo, vt domus quæ est in materia, domui quæ est in mente artificis.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ de rõne hoĩs est ꝙ sit in materia. Et sic nõ põt inueniri hõ sine mã. Licet igiť hic hõ sit ꝑ participationẽ spẽi, non tñ põt reduci ad aliqd exñs ꝑ se in eadẽ specie, sed ad speciẽ supexcedẽtẽ[e], sicut sunt substãtię separatæ. Et eadẽ rõ est de aliis sensibilibus.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ licet q̃libet sciẽtia, & diffinitio sit solũ entiũ, nõ tñ oportet ꝙ res eundẽ modũ habeãt in essendo, quẽ intellꝰs habet ĩ intelligẽdo[e]. Nos enĩ ꝑ virtutẽ intellectꝰ agẽtis abstrahimus spẽs vlẽs à particularibus cõditionibꝰ: nõ tñ oportet ꝙ vniuersa ꝑter particularia subsistant vt particularium exemplaria.

¶Ad quartũ dicẽdũ quòd sicut dicit Dio. 11.c. de diui.no. per se vitã, & per se sapientiã quãdoque nominat ipsum Deũ, quandoq; virtutes ipsis rebus datas: non autem quasdam subsistentes res, sicut antiqui posuerunt.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæ quartæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo causa exemplaris, non est quintũ genus causæ: sed coordinať in quinto metaph. inter causas formales: est enim causa formalis rei, separata tamen. Nec vocatur exemplar ars factiua rei, sed id ad cuius imitationẽ ars facit effectum: siue illud sit res extra animam, siue intus: siue sit idem quod ipsa ars, siue non: formaliter enim loquimur. Præter Deum autem dicitur directe contra positionem Plat. attributam, de exẽplaribus sensibiliũ, &c. 96 97

Coment. ¶In corpore est vna conclusio responsiua q̃sito, Deus est primum exemplar omniũ rerum: hæc conclusio primo probatur. secundo ibi, possunt etiam in rebus creatis: manifestatur illa particula primum. Probatur. determinatio formæ effectus est à causa exemplari, & res naturales determinatas formas consequuntur: ergo determinatio formarum naturalium reducitur, sicut in primum principium in diuinam sapientiam, quæ ordinẽ vniuersi excogitauit: ergo in diuina sapientia sunt exemplares formæ omnium rerum. ergo ipse Deus est primum exemplar omnium rerum. Antecedẽs pro prima parte declaratur in artificialibꝰ, de exemplari tam intus quàm extrá. Quo ad secũdam vero partem manifestum est. consequẽtia vero probatur, quia ordo vniuersi in rerum distinctione consistit. Consequentia autem tertia probatur, excludendo simul obiectionem quandam. Probatio est: quia illæ exemplares rationes non sunt aliud realiter à diuina substantia. Obiectio vero est, quia huiusmodi formæ sunt multæ, substãtia vero Dei vna. Exclusio autem obiectionis est, quòd multitudo ista non multiplicat diuinam rem, sed respectum ad creatas seu creabiles res, vt in 15.q. patuit. Deinde declaratur cur dixerit in conclusione ly primum, dicens, quia possunt dari secundaria exemplaria, perfectoria siquidem entia exemplaria dici possunt inferiorum, vt Philosophi dicunt.

24 b 330 c 79 85 a

Annot. ¶Circa necessitatem exemplaris causæ, scito quòd determinationem formæ effectus esse proprium effectum causæ exemplaris, vt in litera dicitur, inductiua experientia manifestat. Videmus enim artifices formas artificialibus determinare, secundum quod proponunt, petentes huiusmodi artificialia: ipsum autem proponere, quòd tale quid sit tantum, &c. volo: est exemplar dare: ex quo certa datur forma effectus. Veruntamen est, quòd huiusmodi operationem nõ habet exemplar per seipsum, sed per agens: diuersimode tamen, quia per agens à proposito immediate: per agens vero naturale, mediate: mediate, scilicet datore naturæ. Et sic pro quanto opus naturæ est opus intelligentiæ: exemplaris causa ad determinandum omnibus effectibus formas, necessaria est. Et exemplaris causa sufficientiam agentis siue naturalis, siue à proposito nõ tollit. Nec ipsa superfluit: sed in suo ordine idem facit quod agens alio causandi genere facit.

¶Circa radicem conclusionis rursus aduerte, quòd quia autor supra determinationẽ formarum naturalium, quam manifeste videmus, fundat processum suum, ad ponendum Deum esse causam exemplarem: & Aristo. confutat Pla. credentem exemplaria esse præter particularia agentia, vt res certas formas sortiatur. nec creari hæc contingat: dupliciter potest ex determinatione formarum inferri, quòd sunt exemplaria. Vno modo sic, quòd ex determinatis formis concludamus determinata exemplaria tanquam proximas rerum causas. Et sic falsum est: quoniam periret principaliter actio agentis quæ sunt apud nos, bos enim non generaret bouem. Alio modo sic, vt ex determinatis formis, inquantum ex eis consurgit ordo vniuersi, concludamus earum exemplaria in prima causa: quæ ordinem excogitauit vniuersi, tanquam partes ideæ ipsius ordinis. Et hæc est rationabile, eo quòd exemplar alicuius totius perfecte non habetur, nisi propria partium exemplaria habeantur. & sic manifeste hoc procedit: vnde non aufertur causalitas proximarum causarum, sed cum opus naturæ sit opus intelligentiæ, primæ rationes naturalium operum assignantur. Et sic habes vim primæ consequentiæ.

¶ In responsione ad secundum, habes glossam illius propositionis: omne tale per participationem reducitur ad tale per essentiam: glossatur enim vel ad aliquid eminentius continens illud.

a ¶ *Super Quæstionis quadragesimæquartæ Articulum quartum.*

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum Deus sit causa finalis omnium.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non sit causa finalis omnium. Agere enim propter finem videtur esse alicuius indigẽtis fine. Sed Deus nullo est indigens. Ergo non competit sibi agere propter finem.

¶ Præterea, Finis generationis & forma generati, & agens non incidunt in idem numero (vt dicitur in secundo physic.) Quia finis generationis est forma generati. Sed Deus est primum agens omnium [c]. Non ergo est causa finalis omnium.

¶ Præterea, Finẽ omnia appetunt. Sed Deum non omnia appetunt: quia neque omnia ipsum cognoscunt. Deus ergo nõ est omnium finis.

¶ Præterea, Finalis causa est prima causarum. Si igitur Deus sit causa agens & causa finalis, sequitur ꝙ in eo sit prius & posterius. Quod est impossibile.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Prouerb. 6. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus.

CONCLVSIO.

¶ *Cum Deus sit primum agens primus quoque finis omnium necessario est.*

RESPONDEO dicendum, quòd omne agens agit propter finem. Alioquin ex actione agentis non magis sequeretur hoc quàm illud nisi à casu [c]. Est autem idem finis agentis & patientis inquantum huiusmodi, sed aliter & aliter. Vnum enim & idem est quod agens intendit imprimere, & quod patiens intendit recipere. Sunt autem quædam quæ simul agunt & patiuntur, quæ sunt agentia imperfecta: & his conuenit quòd etiam in agendo intendant aliquid acquirere. Sed primo agenti, qui est agens tantum, non conuenit agere propter acquisitionem alicuius finis, sed intendit solum communicare suam perfectionem, quæ est eius bonitas. Et vnaquæque creatura intendit consequi suam perfectionem, quæ est similitudo perfectionis & bonitatis diuinæ [c]. Sic ergo diuina bonitas est finis rerum omnium.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd agere propter indigentiam non est nisi agentis imperfecti: quod natum est agere & pati. Sed hoc Deo non competit. Et ideo ipse solus est maxime liberalis: quia non agit propter suã vtilitatem, sed solũ propter suã bonitatẽ.

¶ Ad secundum dicendum ꝙ forma generati non est finis generationis, nisi inquantum est similitudo formæ generantis [c], quòd suam similitudinem cõmunicare intẽdit. Aliàs forma generati esset nobilior generante, cum finis sit nobilior his quæ sunt ad finem.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ omnia appetunt Deum [c] vt finem, appetendo quodcunq; bonum, siue appetitu intelligibili, siue sensibili, siue naturali, qui est sine cognitione. Quia nihil habet rationem boni & appetibilis, nisi secundum quod participat Dei similitudinem.

¶ Ad quartum dicendũ, ꝙ cum Deus sit causa efficiens, exemplaris & finalis omnium rerũ, & materia prima sit ab ipso: sequitur quòd primum omnium rerum sit vnum secundum rem. Nihil tñ prohibet in eo considerari multa secundum rationem, quorum quædam prius cadant in intellectu nostro, quàm alia.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVINTA de Modo emanationis rerum à primo principio, in octo articulos diuisa.

DEINDE quæritur de Modo emanationis rerũ à primo principio: qui dicitur creatio. De qua quæruntur 8. ¶ Primo, quid sit creatio. ¶ Secundò, vtrum Deus possit aliquid creare. ¶ Tertio, vtrum creatio sit aliquod ens in rerum natura. ¶ Quarto, cui competit creari. ¶ Quinto, vtrũ solius Dei sit creare. ¶ Sexto, vtrũ cõe sit toti trinitati, aut propriũ alicuius psonæ. ¶ Septimo, vtrũ vestigiũ aliqđ trinitatis sit in rebus creatis. ¶ Octauo, vtrum opus creationis admisceatur in operibus naturæ & voluntatis.

Annot. IN titulo ly omnium, distribuit pro omnib⁹ rebus aliis à Deo: quoniam tractatus iste de causalitate Dei ad extra est.

Coment. ¶ In corpore vnica est conclusio, diuina bonitas est finis rerũ omniũ. Probatur sic. primum agens intendit solum communicare suam bonitatem, & vnaquæque creatura intendit consequi illi⁹ similitudinem: ergo diuina bonitas est finis omnium rerum. Antecedens quo ad primam partem declaratur, ex differentia inter primum agens & reliqua agentia imperfecta, scilicet quod illa etiam agendo intendunt aliqd acquirere, quia similiter agunt & patiuntur. hic vero non propter acquisitionem, sed propter communicationem tantum finis, agit. Quo ad secundam vero partẽ probatur: quia idem est finis agentis & patientis, vt sic, quamuis diuersimode. Cõsequentia vero probatur quo ad primum agens ex duab⁹ propositionibus. prima est, quòd omne agens agit propter finẽ. quod probat, quia alioquin ex actione agentis non magis sequeretur hoc quam illud, nisi casu. secunda est, idem est finis agentis & patiẽtis. Quo ad creaturas vero, ex antedicta propositione, scilicet idem est finis agentis & patientis.

237 *Infrà q°. 65. art. 2. & q°ne 103. arti. 2. Et 2. dist. 1. 12. art. 2. cor. Et 3. contra. c. 17. & 18.*

13

316

Annot. ¶ Circa prædicta pro quanto ponunt quòd omnium rerum, comprehendendo etiam primum agentem, diuina bonitas est finis, aduerte quòd De⁹ potest simpliciter sumi. Primo modo absolute, & sic eius nullus est finis. Alio modo vt primum agens: & tunc dupliciter. Vno modo quantum ad rem, quæ est actio qua dicitur agens. Et sic rursus nullum habet finem, quia actio Dei est eius substantia: & sic consueuit dici, quòd Deus agit propter finem non sui, sed aliorum, vt in quæstio. 19. articu. 1. ad primum, tactum est. Alio modo formaliter secundũ rationem actionis, & sic habet suam bonitatem finem suæ actionis: quia omne agens, vt in litera dicitur, agit propter finem. Et confirmatur, quia finis est causa causarum, id est causalitatis cæterarum causarum: ergo est causa causalitatis agentis: quod est esse causam suæ actionis. si igitur finis, propter quem agit Deus, est sua bonitas, ipsa erit causa quare Deus agit. Et hoc expresse conatur litera docere in corpore, & in responsione ad primum, distinguendo de agente propter finem consequen.sum vel communicandum, & in responsione ad quartum, docendo quòd non inconuenit in Deo secundum rationem distinguere bonitatem suam, vt priorem causam à seipso vt agente. Et sic responsio amplior quodammodo est quàm quæstio. Dixi autem quodammodo: quia non est extensa causalitas diuinæ bonitatis, vt finis ad plures res, quàm sint omnes creaturæ: sed ad aliquam rationem in ipso creatore, vt sic, vt patet ex dictis.

Annot. ¶ Circa differentiam inter alia agentia: & primum scito, quòd agẽtia imperfecta quæ agunt & patiuntur, sunt duplicia. Quædam quæ agunt & patiuntur ab his in quæ agunt per reactionem. Et ista sunt quæ communicant in materia, vt dicitur in secundo de generatione. Quædam vero sunt quæ agunt & patiuntur, id est agunt mota ab alio. Et ista est conditio omnium secundorum agentium. Et dicuntur imperfecta eodem imperfectionis modo, quo etiam omnia entia citra primum dicuntur imperfecta: quia deficiunt à primi nobilitate, & de his loquitur directe litera condistinguens contra ea primum agens: ex eo nanque ꝙ agunt quasi acta, consequens est vt in agendo tendant quasi patientia in acquirendum seu conseruandum (non enim refert quid horum dicatur in proposito: quoniam agere ad conseruandum extra acquisitionis ordinem non est) aliquam propriam perfectionem: & vt inquit Auer. 12. meta. con. 36. saltem assimilationem ad primam causam in faciendo entia. Et hæc est summa perfectio, quoniam vt Diony. inquit, omnium diuinissimum, est Dei cooperatorem fieri.

¶ *Forma geniti quomodo diuidatur, & quomodo eam contingat esse finem generationis.*

¶ In responsione ad secundum nota tria. Primum est, quòd innuitur quædam distinctio, cuius alterum tantum membrum exprimitur, scilicet forma geniti dupliciter: vno modo vt similis formæ generationis. Alio modo tacetur. Innuitur enim hæc distinctio, quum dicitur, quòd non nisi vt similis, est finis: est igitur alia eius acceptio. Secundũ est quod ibi dicitur, scilicet quòd forma geniti non nisi vt similis generanti est finis. Tertium est, quòd hoc probatur: quia finis est nobilior his quæ sunt ad finem. Circa quorum singula est dubium. Circa distinctionem ambiguum est, ꝙ sit alterũ distinctionis membrũ. Circa respõsionem vero: tum quia falsa videtur, qm forma geniti etiam absolute est finis generationis: vt de se patet. Tum quia ex ea non satisfit argumento inferenti, ex hoc ꝙ forma geniti est finis generationis, ꝙ ipsum agens non est finis suæ actionis: qm finis generationis non coincidit in idem numero cum agente. Cũ enim ex hac respõsione, hoc solum habeatur, ꝙ forma geniti non est finis nisi vt similis. Confirmatur potius argumentum: qa siue sit finis vt similis, siue non vt similis, sufficit ꝙ ipsa est finis, quã constat non coincidere in idem numero. Et confirmatur, quia ipsa vt similis est distincta à forma agentis: quoniam de ratione similitudinis est diuersitas, vt dicitur 5. metaphy. Circa rationẽ demum dubiũ est: quia quum in vniuocis par sit nobilitas generantis & geniti, (si forma geniti non potest esse finis: qa non est nobilior his quæ sunt ad finem) pari ratione nec forma generantis, nec forma geniti, vt similis generanti, potest esse finis. 31 31 b

¶ Ad euidentiam huius difficultatis sciendum, ꝙ quãuis comparãdo corruptibilia ad sempiterna, vt in 2. de Anima, tex. 34. & in 2. cæli, con. 17. dicitur, agentia corruptibilia agunt propter aliud. Etenĩ vt hic ostendit, omnia agũt vt participent perfectionẽ diuinã. Absolute tñ: & nõ de his vel illis agentibus loquẽdo, & cõparãdo ea ad affectus, vt in hoc argumento fit, dicẽdum est ꝙ omnibus agentibus cõmune est agere propter se, quãuis diuersimode. Quod sic manifestatur, omne agens intendit facere sibi simile: ergo intẽdit seipsum diffundere, extẽdere, & ampliare, ob hoc nanq; generãs generat, vt perseueret semper, eo quo potest modo, vt Philosophus dixit ibidem. In hoc autẽ ꝙ dico seipsum diffundere seu cõmunicare, duo clauduntur, s. diffundere, & ly seipsum. & quũ constet ꝙ nullũ agens seipsum intendat propter diffundere seu cõicare vt finem, restat vt diffundere intendat propter seipsum vt finem: & sic ipsum est cõicationis finis, & non econuerso. Differunt aũt agentia cætera à primo, quo ad hoc: ꝙ reliqua cõicationẽ ordinant ad se, id est ad suam vtilitatem. Quãuis hoc etiã sit diuersimode in substantiis sempiternis & corruptibilibus: quoniã illæ ad conseruandã indiuidualiter assimilationẽ ad primam causam, istæ ad cõseruandã assimilationẽ, vt possunt ad eandẽ agũt. Prima autem causa cõicationẽ ordinat ad se, id est ad suã bonitatẽ: & ideo reliqua agunt vt sint, aut conseruẽtur: Deus aũt quia est. Et propterea liberalissimæ actionis etiam à philosophis dicitur vt in respõsione ad primum dicitur. His prælibatis ad primũ dubium dicitur, ꝙ distinctio est hæc, forma geniti dupliciter, s. vt est geniti, & vt est similis generanti: qm intendit autor excludere, ꝙ vt est geniti, nõ est finis agentis: vt sustineat, ꝙ Deus non agit propter creatam naturam vt finẽ, sed propter seipsum. Ad secundũ vero negatur ꝙ hoc sit falsum: generatio enĩ potest dupliciter sumi vno modo vt ab agente, alio modo absolute: puta vt via. Et hoc quidem modo finis generationis est forma etiã vt geniti, sed primo modo non, vt in litera dicitur. Nec est verũ ꝙ hinc nõ satisfit argumẽto: qm forma vt similis formæ generãtis significat formã geniti quidẽ, sed ex ea parte quæ est vna cum illa, quæ est altera ipsa: quę est quasi vicaria illius, ac per hoc insinuat, si ipsa vt quasi induit illã, est finis: quia illa est vere finis. Et sic formaliter satisfit argumẽto: ꝙ licet finis generationis nõ coincidat in idem numero cũ forma agentis, redundat tamen in idem numero: & ex eo ꝙ forma geniti nõ est finis nisi vt similis formæ agẽtis. Ad confirmationẽ vero dicitur, ꝙ similitudo quũ distinctorum eadẽ qualitas sit, ex parte vnitatis magis se tenet, q̃ significat, quàm distinctionis, quàm vt subiectorũ conditionem exigit: & ideo autor ad vnitatẽ insinuandam illa vsus est. Ad dubium demũ contra rationẽ dicitur, ꝙ ratio literæ optime concludit, quòd forma geniti, vt sic non potest esse finis generationis vt ab agente: quia nõ est nobilior agente. Sed nõ potest reflecti cõtra formam geniti, vt similem agenti, id est contra formam agentis: quia nulla comparatio habet locum seclusa distinctione: non enim oportet idem esse nobilius se, quum agit propter se: sed quum finis est aliud ab agente, oportet finem esse nobiliorem agẽte.

Super

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum creare sit ex nihilo aliquid facere.*

238 *1. di. 1. q. 2. arti. 2. Et po. q. 3. art. 1.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ creare non sit ex nihilo aliquid facere. dicit enim Aug. contra aduersarium legis & prophetarum. Facere est quod omnino non erat: creare vero est ex eo quod iam erat, educendo aliquid constituere.

¶ Præterea, Nobilitas actionis & motus ex terminis consideratur. Nobilior igitur est actio, quæ ex bono in bonum est, & ex ente in ens, quàm quæ est ex nihilo in aliquid. Sed creatio videtur esse nobilissima actio: & prima inter omnes actiones. Ergo non est ex nihilo in aliquid. sed magis ex ente in ens.

¶ Præterea, Hæc præpositio ex, importat habitudinẽ alicuius causæ & maxime materialis: sicut cum dicimus quòd statua fit ex ære. Sed nihil non est materia entis, nec aliquo modo causa eius. Ergo creare non est ex nihilo aliquid facere.

SED CONTRA est qđ super illud Ge. 1. In principio creauit Deus cælũ, &c. dicit glo. ꝙ creare est aliquid ex nihilo facere.

CONCLVSIO.

¶ *Creare est in ex nihilo aliquid facere.*

235 ¶ RESPONDEO dicendũ, ꝙ (sicut suprà dictũ est [c]) nõ solũ oportet considerare emanationem alicuius entis particularis ab aliquo particulari agẽte, sed etiam emanationẽ totius entis à causa vniuersali, quæ est Deus. & hanc quidem emanationẽ designamus nomine creationis. Quod autẽ procedit secundum emanationem particularẽ, nõ præsupponitur emanatiõi. Sicut si generatur homo, non fuit prius homo, sed homo fit ex non homine, & album ex non albo. Vnde si consideretur emanatio totius entis vniuersalis à primo principio, impossibile est quòd aliquod ens præsupponatur huic emanationi. Idem autem est nihil, quòd nullum ens. Sicut igitur generatio hominis est ex non ente, quod est non homo: ita creatio
353 quæ est emanatio totius esse, est ex non ente: quod est nihil [c].

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. æquiuoce vtitur nomine creationis secundũ quòd creari dicũtur ea quæ in melius reformantur, vt cum dicitur aliquis creari in episcopum. Sic autem non loquimur hic de creatione, sed sicut dictum est [c].

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ mutationes accipiunt speciem & dignitatem nõ à termino à quo, sed à termino ad quẽ. Tanto ergo perfectior & prior est aliqua mutatio, quanto terminus ad quem illius mutationis est nobilior & prior: licet terminus à quo, qui opponitur termino ad quem, sit imperfectior. Sicut generatio simpliciter est nobilior & prior quàm alteratio, propter hoc ꝙ forma substantialis est nobilior, quàm forma accidentalis: tamen priuatio substantialis formæ, quæ est terminus à quo in generatione, est imperfectior quàm contrariũ, quod est terminus à quo in alteratione. Et similiter creatio est perfectior & prior quàm generatio & alteratio, quia terminus ad quem est tota substantia rei. Id autem quod intelligitur vt terminus à quo, est simpliciter non ens.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ cũ dicitur aliquid ex nihilo fieri, hęc præpositio ex, nõ designat causam materialẽ, sed ordinẽ tñ, sicut cũ dicitur, ex mane fit meridies, id est post mane fit meridies. Sed intelligendũ est, ꝙ hæc præpositio ex, põt includere negationem importatã in hoc quod dico nihil, vel includi ab ea. Si primo modo, tunc
b ordo remanet affirmatus, & ostẽditur ordo eius quod est ad nõ esse præcedens. Si vero negatio includat præpositionem, tunc ordo
247 negatur, & est sensus, Fit ex nihilo, id est nõ fit ex aliquo [c]: sicut si dicatur, iste loquitur de nihilo, quia nõ loquitur de aliquo. Et vtroq; modo verificatur cũ dicitur ex nihilo aliquid fieri. Sed primo mo-
a do hæc præpositio ex, importat ordinem, vt dictum est [c]. Secundo modo importat habitudinem causæ materialis quæ negatur.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrum Deus possit aliquid creare.*

239 *2. di. 1. q. 1. arti. 2. & 3. & dis. 37. q. 1. artic. 2. Et 2. cõ. cap. 6. 15. & 16. Et po. q°. 3. argu. 16. cor.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus nõ possit aliquid creare. Quia secundum Philosophũ primo physi. antiqui philosophi acceperunt vt communẽ cõceptionẽ animi, ex nihilo nihil fieri. Sed potentia Dei non se extendit ad contraria primorum principiorum, vtpote quòd Deus faciat ꝙ totum non sit maius sua parte, vel quòd affirmatio & negatio sint simul vera. ergo Deus nõ potest aliquid ex nihilo facere vel creare.

¶ Præterea, Si creare est aliquid ex nihilo facere: ergo creari est aliquid fieri. Sed omne fieri est mutari: ergo creatio est mutatatio. Sed omnis mutatio est ex subiecto aliquo, vt patet per diffinitionem motus. Nam motus est actus existentis in potẽtia. ergo est impossibile aliquid à Deo ex nihilo fieri.

¶ Præterea, Quod factum est, necesse est aliquando fieri. Sed non potest dici ꝙ illud qđ creatur, simul fiat & factũ sit: qa in permanẽtibus qđ fit nõ est, quod aũt factũ est iam est: simul ergo aliquid esset & nõ esset. Ergo si aliquid fit, fieri eius præcedit factũ esse. Sed hoc non potest esse, nisi præexistat subiectum in quo sustentetur ipsum fieri. Ergo impossibile est aliquid fieri ex nihilo.

¶ Præterea, Infinitã distantiã non est ptrãsire. Sed infinita distãtia est inter ens & nihil. Ergo non contingit ex nihilo aliquid fieri.

¶ SED CONTRA est qđ dicitur Ge. 1. In principio creauit Deus cælũ & ter. vbi dicit glo. ꝙ creare est aliquid ex nihilo facere.

CONCLVSIO.

¶ *Cum nihil in vniuersitate entium sit non causatum ab ipso, non solum possibile, sed necessarium est omnia à Deo creata esse.*

¶ RESPONDEO dicẽdũ ꝙ nõ solũ est impossibile à Deo aliqd creari, sed necesse est ponere à Deo oĩa creata esse, vt ex ẽmissis hĩ [c]. Quicũq; enĩ facit aliquid ex aliquo, illud ex quo facit, psupponitur actioni ei⁹, & nõ pducitur per ipsam actionẽ. Sicut artifex operatur ex rebus naturalibus, vt ex ligno & ære, q per artis actionẽ non cãntur, sed causant p actionẽ naturæ. Sed & ipsa natura causat res naturales quãtũ ad formã, sed præsupponit materiã. Si ergo Deus nõ ageret nisi ex aliquo præsupposito, sequeret ꝙ illud præsuppositũ nõ esset causatũ ab ipso. Ostẽsũ est aũt supra [c] ꝙ nihil potest esse in entib⁹ qđ nõ sit à Deo, qui est causa vniuersalis totius esse. Vnde necesse est dicere quòd Deus ex nihilo res in esse producit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ antiqui philosophi, sicut supra dictum est [c], nõ cõsiderauerunt, nisi emanationẽ effectuũ particularium à causis particularib⁹, quas necesse est præsupponere aliquid in sua actione. Et secũdum hoc erat eorũ cõis opinio, ex nihilo nihil fieri. Sed tamen hoc locum nõ habet in prima emanatione ab vniuersali rerum principio.

¶ Ad secundũ dicendũ, ꝙ creatio nõ est mutatio nisi scđm modũ intelligendi tñ. Nã de rõne mutationis est, ꝙ aliquid idem se habeat aliter nũc, & pri⁹. Nã quãdoq; est idẽ ens actu aliter se habẽs nũc & prius, sicut in motib⁹ secundũ quantitatẽ & qualitatẽ. Quãdoq; vero est idem ens in potẽtia tñ, sicut in mutatione, scđm substantiam cuius est subiectũ materiæ, sed in creatione (per quã pducitur tota substãtia rerũ) nõ põt accipi aliqd idẽ aliter se habẽs nũc & prius, nisi secundũ intellectũ tñ: sicut si intelligatur aliqua res prius nõ fuisse totaliter, & postea esse. Sed cũ actio & passio cõueniãt in substãtia motus, & differãt solũ secũdũ habitudines diuersas [c], vt dicitur in 3. phy. oportet ꝙ subtracto motu nõ remaneãt nisi diuersæ habitudines [c], in creante & creato. Sed qa modus significãdi sequit modũ intelligẽdi, vt dictũ est [c], creatio significat p modũ mutatiõis. Et ppter hoc dicit, ꝙ creare est ex nihilo aliqd facere quãuis facere & fieri magis in hoc cõueniant q̃ mutare & mutari: qa facere fieri importãt habitudinẽ causæ ad effectũ, & effectus ad cãm: sed mutationẽ ex cõsequẽti.

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ in his quæ fiunt sine motu, similiter est fieri & factum esse, siue talis factio sit terminus motus, sicut illuminatio (nam simul aliquid illuminatur & illuminatũ est [c],) siue non sit terminus motus; sicut simul formatur verbum in corde & formatũ est. Et in his quod fit, est cum dicitur fieri. Sed

a ¶ *Super quæstionis quadragesimæquintæ Articulum primum.*

Annota. TItulus in principio corporis manifestabitur.

¶ In corpore duo facit. primo dicit quid nois creationis. s°do rñdet quæsito.

Coment. ¶ Quo ad primũ duo dicit, primo quòd creatio significat emanationem totius entis à causa vniuersali. secundo quod significatũ inuenitur: quod probat, quia non solũ oportet in rebus inspicere emanationem particularem, sed vniuersalem, vt iam patet ex dictis.

¶ Quo ad secundum conclusio rñsiua est. Creatio est ex nihilo. Et probatur sic. quod procedit secundum emanationem particularem, non præsupponitur. ergo quum totũ ens procedit emanatione vniuersali impossibile est aliquod ens præsupponi: ergo quod creatur, fit ex non ente, qđ est nihil. 234 235 238 antecedens probat inductiue. Quũ fit homo, & album, &c, consequentia aũt manifesta relinquitur, ex cõmuni ratiõe factionum proportionaliter applicata. Secunda aũt sequela manifestat & quo ad terminos (quia nihil, idẽ est quod nullum ens: & creatio est emanatio totius entis) 234 235 & quo ad similitudinem proportionis in generatiõe hominis. 235

Annot. ¶ Circa prædicta aduerte duo. Primũ est, ꝙ antecedens cum suis inductionibus & consequentibus nõ loquitur de fieri ex non homine, aut non albo, & vniuersaliter ex non tali vt subiecto: quoniam sic intelligẽdo, nihil cõcluderet. Posset enĩ dici, quàm sit totum ens ex nõ ente: ꝙ est ens in potentia: sicut homo ex nõ hoĩe, quod tamen est homo in potentia, & albũ ex nõ albo: quod tñ est album in potentia. Sed intẽdit ex, id est Posterio. Oportet enĩ hoĩem fieri post non hoĩem, & albũ post non album, si per se fit. Nihil enĩ aliud hic intẽdit, nisi supradictum fundamentum in primo physi. tex. 76. 167 a 234 b 68 70 Vñ & verba sua hic manifeste insinuant hũc sensum, quũ dicit, sicut si generatur homo, non fuit prius homo, contra ex non homine, distinguens prius hoĩem, insinuauit, quod ly ex, significat post. Secũdo quòd nomine totius entis in pposito nihil refert verũ intelligas totum vniuersum, aut aliquod particulare ens totum syncategorematicè. semp enĩ oportet, qđ creatur, ex nihilo sui fieri, i. post nihil sui. Et ex hoc habes solutionem dubitationis quomodo anima intellectiua creatur, 274 & tñ fit semper in subiecto: qa scilicet post nihil sui fit per se: qđ de nulla alia forma in materia verificatur.

a ¶ *Super Quæstionis quadragesimæquintæ Articulum secundum.*

TItulus patet.

Coment. ¶ In corpore vnica est cõclusio. Nõ solũ est possibile, sed etiã necessarium, omnia esse creata à Deo, Et probatur sic: si De⁹ nõ ageret nisi ex aliquo præsupposito, sequeret ꝙ illud per suppositũ non esset causatum ab ipso: sed nihil est in entibus incausatum ab ipso. ergo necesse est quòd Deus ex nullo præsupposito res in esse produxerit: hoc autem est creare. Conditionalis assumpta probatur ex illa categorica vniuersali, omne faciens aliquid, ex aliquo non facit, sed præsupponit illud ex quo facit: quę manifestatur inductiue, primo in artificialibus, secundo in naturalibus. Destructio autem consequentis probatur ex q. præcedente, vbi ostensum est quòd Deus est causa vniuersalis totius esse.

a ¶*Super quæstionis quadragesimæquintæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo creatio sumitur pro creatione passiua, qua scilicet aliquid significatur creari. Et ly aliquid sumitur pro ente reali, vt patet ex ꝓpositione articulorum in principio quæstionis.

Coment. ¶In corpe vnica est conclo, creatio ponit in creato relationẽ tm̃. Et probatur sic. productio totius esse à causa vniuersali, nõ est ex aliquo præexistente: ergo Deus creando ꝓducit res sine motu & mutatione: ergo creatio in creatura nõ est nisi relatio quædã ad creatorem principium sui esse. Antecedens ꝓbatur ex differentia inter productiões particulares, & productionem totius esse, seu vniuersalẽ. Prima vero consequentia ꝓbatur: qa oẽ quod fit per motũ vel mutationẽ, fit ex aliquo præexistente. Scda autẽ, quia subtracto motu ab actione & passione nihil remanet nisi relatio. Et confirmat̃, quia sicut in passione, q̃ est cũ motu, importat̃ relatio ad principiũ motus, ita in creatiõe passiua, importat̃ relatio ad pricipiũ essẽdi.

240 1. distinc. 40. qõ. 1. ar. 1. 1m. Et po. q. 3. arti. 3.

¶In rñsione ad tertium, manifeste habes cõferẽdo eã argumento, q̃ relatio creationis est accidens, & non est relatio transcẽdẽs: qđ etiam manifeste in quæstionib⁹ de potẽtia, qõ. tertia, art. 3. ad tertiũ explicat̃. Et qm̃ omne accidens distinguitur realiter à substantia, oportet vt creatio distinguatur realiter à substantia creata quacunq; secundum doctrinam quam sequimur. 229 b

74 ¶*Num relatio creaturæ ad creatorẽ sit relatio trãscẽdens, distincta à suo fundamento.*

Quæstio. ¶Circa tamẽ hoc, dubiũ est. Sco. em̃ in scđo dist. 1. quæstionib⁹. 4. & 5. tenens creationem passiue sumptam esse relationẽ transcendentem: & eandẽ realiter fundamento tripliciter nititur probare. Primo, illud quod ꝓprie inest alicui, & sine quo illud nõ potest esse absque contradictione, est idem sibi realiter: sed relatio lapidis ad Deum est huiusmodi: ergo. probatur maior sic, cõtradictio secundũ esse & non esse, dicta de aliquibus, infert distinctionem realem illorũ: ergo impossibilitas recipiendi talia contradictoria, infert identitatem illorum. Et hoc inquit ipse vbi non est depẽdentia essentialis. Et declaratur ait: qa impossibilitas, q̃ A sit sine B, aut est propter idẽtitatem illorũ, aut ꝓpter simultatẽ in natura eorũdẽ, aut ꝓpter posteritatẽ ipsi⁹ A. sed nihil horũ duorũ vltimorũ conuenit lapidi respectu illius relatiõis ad Deũ, vt patet, & tñ nõ põt esse sine illa: ergo est idẽ illi. Præterea, qđ vniformiter dicitur de omni alio à Deo ad ipm, nulli accidit: sed talis relatio vniformiter cõuenit oĩ creaturæ ad Deũ: ergo nulli accidit. & sic est idẽ fundamẽto. Probat̃ maior, qa par rõ est de oĩbus. Præterea, substãtia 7. meta. est prior accidẽte, natura, diffinitiõe, & tpe, & ly tpe intelligitur sic, q̃ nulla est contradictio ex parte substãtiæ, qn possit esse prior duratione oĩ accidẽte: ergo nõ est cõtradictio, q̃ lapis esset prior duratione omni depẽdẽtia ad Deũ: & si esset absq; eo qđ dependeret à Deo, si dependentia est accidens: hoc autem est absurdum. ergo.

234 b 74 144 b

¶Ad euidentiã huius difficultatis nõ est opus alia iacere fundamẽta: sed superius determinata sequendo. dicendũ est, q̃ huiusmodi relatio dependentiæ ad Deũ in qualibet creatura est accidens distinctũ realiter à substãtia, & q̃ tñ creatura non põt esse sine hmõi depẽdentia: sicut nec hõ qn sit risibilis, vt in q. præcedẽte, art. 1. ad primum autor docuit ex ratione, quia, s. omnis creatura est ens per participationẽ Dei, nec ab hoc potest denudari. Ad primã ergo rationẽ Scoti in oppositum negatur maior, & ad probationẽ eius dicit̃, q̃ añs est falsum, vlr̃ loquendo: vt superius quũ de relõne & fundamẽto tractatũ est, ostẽdimus. Et rursus consequentia nihil valet formaliter loquẽdo, vt ipemet fatet̃, ponẽdo exceptionẽ vnã, cur & mihi nõ licebit aliã exceptionẽ ponere. Ad declarationẽ autẽ negatur disiũctio illa, quia insufficiẽs est etiã apud ipsum, vt patet de partib⁹ simul sumptis respectu tertiæ entitatis, illæ em̃ nõ pñt esse qn tertia entitas sit, & tñ nõ sunt posteriores, nec simul natura, nec eædẽ illi tertiæ entitati, nec dependẽt essentialr̃ ab illa. Vñ ratio nihil valet, dicimus em̃, q̃ inseparabilitas qñq; est propter necessariã rerũ connexionẽ, & sic est in proposito ꝓpter assignatã cãm. Ad scđam vero rõnẽ negatur minor: qm̃ vt hic dicit̃ in rñsiõe ad scđm, depẽdẽtia ad Deũ alr̃ cõuenit substantiis creatis & aliter ipsis relationibus dependẽtiæ: quoniã substantiæ dependent ꝑ relationes: ipæ aũt relationes depẽdent seipsis. nõ ergo vniformiter hmõi relõ cõuenit oĩbus aliis à Deo. Ad tertiũ vero dicit̃ q̃ admissa expositiõe illa, nõ valet sequela, ergo substantia creata põt esse sine oĩ accñte: qm̃ ad veritatẽ illius ꝓpositiõis substantia est prior, &c. sufficit q̃ aliqua substantia sit huiusmodi. talis est autẽ prima substãtia secundũ veritatẽ: & quælibet intelligẽtia secũdũ Auerr. 12. meta. com. 25.

220 b 241 Infrà art. 8. Et ver. q. 17. art. 9m. Et pos. q. 3. artic. 5. 12m. Et ar. 3. 2m. & art. 8. 3m. Et quoli. 8. q. 5. ar. 1. Et opusc. 87. cap. 4. b c 239 240 452

significatur ab alio esse, & prius non fuisse, Vnde cũ creatio sit sine motu, simul aliquid creatur & creatum est.

¶Ad quartũ dicẽdũ, quòd obiectio illa procedit ex falsa imaginatione, ac si sic aliquod infinitum medium inter nihilum & ens. Quod patet esse falsum. Procedit aũt falsa hæc imaginatio ex eo q̃ creatio significatur vt quædam mutatio inter duos terminos existens.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrum creatio sit aliquid in creatura.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videt̃ q̃ creatio non sit aliqd in creatura. Sicut em̃ creatio passiue accepta attribuit̃ creaturæ, ita creatio actiue accepta attribuitur creatori: sed creatio actiue accepta nõ est aliquid in creatore. Quia si sic, sequeretur q̃ in Deo esset aliquid tẽporale, Ergo creatio passiue accepta non est aliquid in creatura.

¶Præterea, Nihil est mediũ inter creatorẽ & creturã. Sed creatio significatur vt medium inter vtrũq;. Nõ em̃ est creator (cũ nõ sit æternus) neq; creatura: qa oporteret eadẽ ratione aliã ponere creationẽ qua ipsa crearetur, & sic in infinitum. Creatio ergo non est aliquid.

¶Præterea, Si creatio est aliqd præter substantiã creatã, oportet q̃ sit antecedẽs ei⁹. Oẽ autẽ antecedẽs est ĩ subiecto. Ergo res creata esset subiectũ creationis, & sic idẽ est subiectũ creationis & terminus. Qđ est impossibile. Quia subiectũ prius est accñte, & conseruat accñs. Terminus aũt posterius est actiõe & passione, cuius est terminus: & eo existẽte cessat actio & passio. igitur ipsa creatio nõ est aliqua res.

¶SED CONTRA, maius est fieri aliqd scđm totã substãtiã, q̃ scđm formã substantialem vel accidẽtalẽ. Sed generatio simpliciter vel scđm quid, qua fit aliquid secundũ formã substãtialẽ vel accidẽtalẽ, est aliquid in gñato. Ergo multo magis creatio, qua fit aliquid secundũ totã substantiam est aliquid in creato.

CONCLVSIO.

¶*Creatio in creatura non est nisi relatio quædam ad creatorem, vt ad principium.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, q̃ creatio ponit aliqd in creato scđm rõnẽ tm̃, qa qđ creatur, nõ fit ꝑ motũ, vel ꝑ mutationẽ. Qđ em̃ fit ꝑ motũ vel mutationẽ, fit ex aliquo præexistẽti. Qđ qdẽ cõtingit in ꝓductionib⁹ particularibus aliquorũ entiũ. Nõ aũt põt hoc cõtingere in ꝓductione totius esse à causa vl̃i oĩm entiũ, q̃ est De⁹. Vnde Deus creãdo producit res sine motu. Subtracto aũt motu ab actione & passione, nihil remanet nisi rlõ, vt dictũ est^e. Vnde relinquitur, q̃ creatio in creatura nõ sit nisi relatio quædã ad creatorẽ, vt ad principiũ sui esse: sicut in passione quæ est cum motu, importatur relatio ad principium motus.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ creatio actiue significata significat actionẽ diuinam, quę est ei⁹ essentia, cũ relõne ad creaturã. Sed relõ ĩ Deo ad creaturã nõ est realis, sed scđm rõnẽ tm̃. Relõ vero creaturæ ad Deũ est relõ realis, vt supra dictũ est^e cũ de di. no. ageret̃.

¶Ad secũdũ dicẽdũ, q̃ qa creatio significatur vt mutatio, sicut dictũ est: mutatio aũt media quodãmodo est inter mouẽs & motũ, ideo ẽt creatio significat̃ vt media inter creatorẽ & creaturã. Tñ creatio passiue accepta est ĩ creatura, & est creatura. Neque tamen oportet q̃ alia creatione creatur. Quia relationes (cum hoc ipsum quòd sunt, ad aliquid dicantur) nõ referũtur per aliquas alias relationes, sed per seipsas, sicut etiam suprà dictum est^e cum de æqualitate personarum ageretur.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ creationis, secundũ qđ significatur vt mutatio, creatura est termin⁹. Sed secũdũ quod vere est relatio creatura est eius subiectũ, & prius ea in esse, sicut subiectũ accidente. Sed habet quandam rationẽ prioritatis ex parte obiecti, ad quod dicitur q̃ est principiũ creaturæ. Neq; tñ oportet, q̃ quandiu creatura sit, dicatur creari: quia creatio importat habitudinem creaturæ ad creatorem, cum quadam nouitate, seu incœptione.

ARTICVLVS IIII.

¶*Vtrum creari sit proprium compositorum & subsistentium.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd creari non sit ꝓpriũ cõpositorũ & subsistẽtiũ. Dicit̃ em̃ in lib. de causis. Prima rerũ creatarum est esse. Sed esse rei creatæ non est subsistens. Ergo creatio proprie non est subsistentis & compositi.

¶Præterea, Quod creat̃ est ex nihilo. Cõposita aũt nõ sunt ex nihilo, sed ex suis cõponentibus. Ergo compositis non conuenit creari.

¶Præterea, Illud ꝓprie ꝓducitur per primã emanationẽ quod supponit̃ in scđa. Sicut res naturalis ꝑ gñationẽ naturalẽ, quę supponitur in operatione artis. Sed illud quod supponitur in gñatione naturali, est materia. Ergo materia est qua proprie creatur, & non compositũ.

¶SED CONTRA est quod dicitur Genesis 1. In principio creauit De⁹ cæ. & ter. Cælũ autem & terra sunt res compositæ subsistentes. Ergo horum proprie est creatio.

CONCLVSIO.

¶*Creari proprie subsistentibus in suo esse conuenit, aliis vero concreari.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, q̃ creari est quoddã fieri, vt dictũ est^e. Fieri aũt ordinatur ad esse rei. Vñ illis ꝓprie cõuenit fieri & creari, quibus cõuenit esse^e. Quod quidẽ cõuenit proprie subsistẽtibus, siue sint simplicia, sicut substantiæ separatæ: siue sint composita, sicut substãtiæ materiales. Illi em̃ ꝓprie cõuenit esse qđ habet esse, & qđ est subsistens in suo esse. Formæ aũt & aĩa, & alia hmõi, nõ dñr entia quasi ipsa sint, sed qa eis aliqd est^e. vt albedo ea ratione dicitur ens, quia eius subiectum est albũ. Vnde secundũ Philosophũ accidens magis proprie dicit̃ entis quàm ens^e. Sicut igitur accidentia & formæ & hmõi, quæ non subsistunt, magis sunt coexistentia quàm entia, ita magis debent dici concreata quàm creata. Proprie vero creata sunt subsistentia.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ cũ dicit̃, prĩa rerũ creatarũ est esse, ly esse, nõ importat substãtiã creatã, sed importat ꝓpriã rõnẽ obiecti creatiõis. Nã ex eo dicit̃ aliquid creatũ, q̃ est ens, nõ ex eo q̃ est hic ens, cum creatio sit emanatio totius esse ab ente vl̃i, vt dictũ est^e. Et est similis mod⁹ loquẽdi, sicut si diceretur quòd primum visibile est color, quãuis illud. quòd proprie videtur, sit coloratum.

¶Ad secundũ dicẽdũ, q̃ creatio nõ dicit constitutionẽ rei cõpositæ, ex principiis præexistẽtibus. sed compositũ sic dicitur creari, q̃ simul cũ omnib⁹ suis principiis in esse producitur^e.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæ quintæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo proprium distinguitur cõtra commune: & creari distinguitur contra cõcreari: ita q̃ sensus quæstionis est vtrũ creari sic sumptum, sit tm̃ subsistentiũ, siue sint cõposita, siue non. 336 337 542 452

Coment. ¶In corpe vnica est conclusio, creata, ꝓpriæ sunt tm̃ subsistẽtia. Et ꝓbatur sic. Creari est quoddã fieri. ergo ꝓprie conuenit illis quibus cõuenit esse: ergo proprie conuenit subsistentibus. Prima cõsequentia probatur: quia fieri ordinatur ad esse. Secunda vero, quia esse proprie conuenit subsistentibus: quod probatur ex differentia inter subsistentia, & formas, accidentia, & alia hmõi in hoc, quòd subsistentia habent esse sic, quòd in suo esse subsistũt, reliqua autem dicuntur habere esse non quasi ipsa sint, sed quia eis aliquid est, vt patet de albedine. Et confirmatur autoritate Philosophi, & ex hac sequitur alia differentia in conclusione contenta. nam sicut sola subsistentia, sunt entia & reliqua sunt coexistentia: ita sola subsistentia sunt creata, & reliqua sunt concreata. 235 238 36

Super

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæquintæ Articulum quintum.*

Coment. TItulus ex prædictis clarus est.

¶In corpore quatuor facit. Primo respondet quæsito quo ad creare virtute propria. Secundo refert quandam opinionem quo ad creare instrumentaliter, ibi, contingit autem. Tertio improbat præfatam opin. cõi, ibi: sed hoc esse non põt. Quarto improbat eãdem in speciali, quo ad agens corporeum, ibi, & hoc pcipue. ¶Quo ad primum conclusio responsiua quæsito est, creare est propria actio solius Dei: Et probatur sic, Esse est proprius effectus primæ; & vniuersalissimæ causæ, quæ est Deus: & producere esse absolute pertinet ad rationẽ creatiõis. ergo creatio est propria actio solius Dei. Prima propositio probatur dupliciter. Primo ratione, qa effectus vniuersaliores oportet in vniuersaliores & priores causas reducere. Esse autem inter oẽs effectus est vniuersalissimum. Secundo autoritate ex lib. de causis: quòd neq; intelligentia, neque anima nobilis dat esse, nisi inquantum operat̃ opatione diuina.

242 2. di. 1. q. 1. artic. 3. Et 4. dist. 5. q. 1. ar. 3. q. 3. Et 2. cont. c. 21. 85. & 56. col. 1. Et lib. 3. cap. 68. Et po. q. 3. artic. 5. Et opusc. 3. ca. 80. 948. & 56. Et op. 15. ca. 10. artic. 39. 264 253 arg° 3° 36 37 33

Quæstio. ¶*Num esse & quo sit vniuersalissimus effectus & proprius primæ causæ vniuersalissimæ.*

¶Circa hanc partẽ multiplex dubium occurrit. Et primo circa primam propositionem assumptã. Arguit em̃ Sco. in 4. distin. 1. contra eã, dicens eam esse falsam, quod probat sic. Esse compositi est à generante cõpositũ, ergo nõ est proprius effectus Dei: & tenet sequela, quia compositũ, puta bos est ab vniuersalissimo generante, &c.

¶Dubiũ est secũdo circa probationes illius. Arguit em̃ ibidẽ cõtra eas. Et primo cõtra primã: aut ibi est sermo de vniuersalitate causæ & effectus secũdũ prædicationẽ, aut secundũ perfectionẽ: aut de vniuersalitate effectus secundũ prædicationẽ, causæ vero secundũ perfectionẽ. Si semper est sermo de vniuersalitate secundũ prædicationẽ, minor etiã est falsa: qa Deus nõ est causa vniuersalissima in prędicãdo, & vt patet, nõ cõcluditur intẽtũ. Si vero sermo est de vniuersalitate secũdũ perfectionẽ, minor etiã est falsa: qa esse nõ est perfectissim⁹ effectus: qđ probatur, quia quodcũq; includitur in multis, nõ põt esse perfectius quocũq; illorũ in quo includitur. Si autem difformiter accipiatur, ita q̃ ex parte causæ sumatur vniuersalius secundũ perfectionẽ, & ex parte effectus secundũ prædicationẽ, tunc dupliciter peccat ratio, quia primo maior est falsa. Nã effectus vniuersalissimus in prædicatione potest esse à causa imperfecta: quia saluatur in pluribus effectibus imperfectis. Secũdo, qa peccat secundũ sophisma cõsequẽtis: qm̃ ex hoc quòd effectus vniuersalissimus in prędicatiõe est à causa vniuersalissima scđm pfectionẽ, & esse est hmõi, sequit̃ ista cõclusio, ergo esse inqtũ hmõi nõ põt esse nisi à cã vniuersalissima secũdũ perfectionẽ: sed ex hoc nõ sequitur, ergo esse huius creabilis nõ potest esse nisi à tali causa. patet ergo q̃ in illatione est fallacia cõsequẽtis. Quòd si distinguat, q̃ in isto producto est cõsiderare esse huius & esse simpliciter, hoc nõ soluit, qa ista nõ sic distinguũtur quin ab eadẽ sint causa, quũ sint idẽ. Deinde cõtra aliã probationẽ inuehitur, q̃ cõcludit oppositũ intenti: quia nõ absolute negat propositio illa intelligentiã dare esse, imò magis affirmat dum dicit, q̃ non competit sibi dare esse nisi inquantum operatur operatione diuina.

¶Circa vim illationis rationis factæ dubitatur sic. Aut autor intendit quòd esse sic, est proprius effectus primæ causæ, quod est à sola prima causa: & tunc militant obiectiones Sco. Aut quòd sic est proprius, q̃ per se primo est à solo Deo: & tunc illatio nihil videtur valere, nisi in virtute istius categoricæ, producere esse per se primo est creare. hæc autem est falsa, quoniam producere per se primo esse in boue nõ est creare: alioquin cum bos generatur, vel esse eius à nullo producitur per se primo, vel creatio semper admiscetur omni operationi naturæ: quod est contra Sanctum Thomam in vlti. arti. huius quæstionis.

¶Ad euidentiam horũ scito, q̃ magna differẽtia est inter aliquẽ effectũ & seipm cum conditione per se primo. Valde em̃ distant A fit à B, & A per se primo fit à B. In primo em̃ significatur solũ quòd A fit. In secundo quòd per se primo fit. Vnde hæc duo, esse fit, & esse per se primo fit, distãt plusq̃ cælũ & terra. In primo nãq; significatur tantũ, q̃ esse terminat factionẽ: in secũdo vero qđ terminat, & modus quo terminat. In primo quoq; nõ infert, ergo immediate ante hoc nõ erat ens, in secundo aũt sic, vt patet ex supradictis ex primo physic. In primo rursus nõ infert agens proprium, in secundo autẽ infert agens propriũ, & per se primo. In primo demũ nõ infert quòd in quocũq; fiat ab illa causa. In secundo autẽ infert, quod in quocũq; fit, ab illo agẽte fit: quoniã oportet vniuersaliter ab illo fieri à quo per se primo fit. Vnde cũ in præsenti rõne nõ sit sermo de effectibus, vt quolibet fiunt, sed vt per se primo fiũt, vt patet ex verbis literæ dicentis, q̃ vniuersaliores effectus oportet in priores & vniuersaliores causas reducere, reductio enim A per se primo fit: manifeste liquet, q̃ male intellecta est rõ ista à Sco. interpretante eã de fieri effectuũ absq; ly per se primo. Vñ ad primũ dubiũ dicit̃ q̃ propositio illa est verissima, sed male intellecta ab arguente. debet em̃ accipi cõclusio vt sequitur ex præmissis. ex quibus habetur q̃ esse est ꝓprius effect⁹ causæ vniuersalissimæ, quæ est Deus, id est esse est per se primo effectus Dei. hoc em̃ significat ly proprius, & nõ significat idẽ q̃ solũ, seu tm̃, vt arguẽs intellexit imponens autori, q̃ esse est effectus solius Dei. hoc enim nunquam somniauimus, imò omnem causam tenemus dare esse, virtute tamen primæ causæ: vt propositio libri de causis adducta insinuat. Vnde frustra nixus est Scotus contra hunc articulum quo ad hoc.

¶Ad secundũ vero dubiũ contra probationes dicitur: quòd directe loquendo maior intelligit difformiter vniuersale ex parte causæ & effectus: qm̃ sensus est, q̃ effectus vniuersalior secũdũ prędicationẽ, reducitur in cãm vniuersaliorẽ secundũ causalitatẽ, seu scđm pfectionẽ Et ad primã obiectionẽ in oppositum dicitur, q̃ ista maior est verissima, vt etiã ipse postmodum cogitur fateri ibidem. Et q̃ probatio ad oppositũ nihil valet. Nã cũ hoc, q̃ effectus vniuersalissimus sit à pluralibus, imò ab oĩbus causis, stat q̃ à sola prima causa est per se primo. Non em̃ diximus, q̃ effectus vniuersaliores sũt tm̃ à causis vniuersalioribus, vt arguẽs intellexit, sed q̃ reducũtur in eas, id est q̃ sunt per se primo ab eis. Et mirũ est qũo in hoc caligauerit, cum in promptu erat nosse hanc maiorem ex 2. physic. & 5. metaphysi. 234 235 236 335 83

¶Ad scđam vero probationẽ dicitur, q̃ consequentia est optima, esse per se primo est causa vniuersalissima: ergo esse huius & illius & cuiuscunq; est per se primo ab eadem causa. Et fundatur consequentia super illa categorica, esse in quocunq; fit, ab eo oportet fieri à quo per se primo fit: quam constat esse per se notã, Nec huic veritati obstat, q̃ quum fit bos, esse fiat à boue generante: qm̃ nõ fit ab eo nisi per accidens, illo accidentalitatis modo quo coloratũ fit per accidens, cum ex nigro fit album. Ad obiectionem vero contra allegatam autoritatem, iam patet responsio: quia non est allata ad probandum, q̃ esse est à solo Deo, sed q̃ esse est per se primo à Deo. 41 249

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ ratio illa nõ probat q̃ sola materia creetur, sed quòd materia non sit nisi ex creatione. Nam creatio est productio totius esse, & non solum materiæ.

ARTICVLVS V.

¶*Vtrum solius Dei sit creare.*

AD QVINTVM sic procedit̃. Videt̃, q̃ nõ solius Dei sit creare. Quia scđm Philosophũ perfectũ est qđ põt sibi simile facere. Sed creaturæ immateriales sunt perfectiores creaturis materialibus, q̃ faciũt sibi simile. Ignis em̃ gñat ignẽ, & hõ gñat hominẽ. Ergo substãtia immaterialis potest facere substãtiã sibi similẽ^e. Sed substãtia immaterialis nõ põt fieri nisi ꝑ creationẽ, cũ nõ hẽat materiã ex qua fiat. Ergo aliq̃ creatura põt creare.

¶Præterea, Quãto maior est resistẽtia ex parte facti, tãto maior virtus requirit̃ in faciente. Sed plus resistit cõtrariũ quã nihil. Ergo maioris virtutis est aliqd facere ex cõtrario (quod tñ creatura facit) q̃ aliquid facere ex nihilo. Multo magis igitur creatura hoc facere põt.

¶Præterea, Virtus facientis cõsideratur secũdũ mensurã eius qđ fit. Sed ens creatum est finitum, vt suprà probatũ est^e, cum de Dei infinitate ageretur. Ergo ad producendũ ꝑ creationem aliquid creatũ non requiritur nisi virtus finita. Sed habere virtutem finitam nõ est contra rationem creaturæ. Ergo non est impossibile creaturam creare.

¶SED CONTRA est qđ Aug. dicit ĩ 3. de tri. q̃ neq; boni, neq; mali angeli pñt eẽ creatores alicui⁹ rei. Multo min⁹ igit̃ alię creaturę.

CONCLVSIO.

¶*Cum ipsum esse quod inter omnes effectus vniuersalissimum est, terminus sit creationis, solum Dei est: qui prima & vniuersalissima causa est.*

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ satis apparet in primo aspectu scđm præmissa^e. q̃ creare nõ põt esse ꝓpria actio nisi soli⁹ Dei. Oportet em̃ vniuersaliores effectus in vniuersaliores & priores causas reducere. Inter oẽs autẽ effect⁹ vniuersalissimũ est ipm esse^e. Vñ oportet q̃ sit ꝓpri⁹ effect⁹ primæ, & vniuersalissimæ causæ, q̃ est Deus^e. Vñ etiã dicit̃ in lib. de causis, q̃ neq; intelligentia, vel aĩa nobilis dat esse, nisi inquãtum operat̃ operatione diuina. Producere aũt esse absolute, nõ inquãtum est hoc, vel tale, pertinet ad rõnẽ creatiõis. Vnde manifestũ est q̃ creatio est propria actio ipsi⁹ Dei. Cõtingit autẽ q̃ aliquid participet actionẽ ꝓpriã alicuius alteri⁹, nõ virtute ꝓpria. sed instrumẽtaliter, inquantũ agit in virtute alterius: sicut aër ꝑ virtutẽ ignis habet calefacere & ignire. Et secundum hoc aliqui opinati sunt, q̃ licet creatio sit ꝓpria actio vl̃is causæ, tamẽ aliqua inferiorum causarum inquãtum agit in virtute primæ causæ, potest creare. Et sic posuit Auicenna^e quòd prima substantia separata creata à Deo creat aliã post se, & substantiam orbis, & animam eius, & q̃ substantia orbis creat materiam inferiorũ corporum. Et secundũ hunc etiam modũ magister dicit in 5. dis. quarti sententiarũ, q̃ Deus põt creaturæ cõicare potentiã creãdi, vt creet per mysteriũ, nõ ꝓpria autoritate. Sed hoc esse nõ põt, qa causa secũda instrumẽtalis nõ participat actionẽ causæ superioris, nisi inquantũ per aliquid sibi ꝓpriũ dispositiue operatur ad effectũ principalis agentis. Si igitur nihil ibi ageret secundum illud quod est sibi ꝓprium, frustra adhiberetur ad agendum. Nec oporteret esse determinata instrumẽta determinatarũ actionũ. Sic em̃ videmus, q̃ securis scindendo lignũ quod habet ex ꝓprietate suæ for-

¶Ad tertium aũt dubiũ dicendũ est, q̃ rõ literæ põt dupliciter intelligi. Primo, vt ex idẽtitate productionis esse per se primo, & creationis inferatur quòd creatio est ꝓpria actio solius Dei, id est cõueniat soli Deo, ex ꝓpriis, seu virtute ꝓpria. & sic pcessus pateret ex dictis in præcedente qõne. Et licet vera diceret, non multũ tamen artificiosus videtur. Nec propositiões assumptæ de reductione effectuum in causas multũ viderentur ad propositũ. Vnde secũdo intelligitur, vt ex identitate per se primo termini actioni primæ causæ & creatiõis inferatur, quòd creatio est ꝓpria solius Dei actio. & sic artificiosus valde, & efficaciter ex assumptis propositionib⁹ fit processus. Ex eo nãq; q̃ esse est per se primo ratio, q̃ aliquid fiat à prima causa, & etiã q̃ aliquid creetur, optime sequit̃ q̃ creatio primæ causæ ꝓpria est. Et hunc sensum manifeste insinuat litera, dũ primã ꝓpositionẽ, s. q̃ esse est per se primo rõ, q̃ aliqd attingat̃ ab vniuersalissima causa, ꝓbat ex regula reductiõis effectuũ vniuersaliorũ in causas vniuersaliores. Secũdã vero, s. q̃ esse est rõ quòd aliqd creetur, ponit dicendo, q̃ producere esse nõ inquantũ est hoc, vel tale, sed inquãtũ esse pertinet ad rõnẽ creationis. In his em̃ verbis ostenditur quòd esse rõ creationis est, & sic subtiliter ex idẽtitate per se primo termini conclusum est intentũ. Et qa hoc ex dictis satis in prõptu erat, ideo litera dicit, quòd satis apparet in primo aspectu, quòd creatio est propria actio solius Dei. Vnde ad obiectionẽ in oppositũ dicitur, q̃ categorica fundãs hunc processum, non est illa propositio, quãuis sit vera, s. producere per se primo esse est creare, sed quòd respicere per se primo esse, est operatio propria primæ causæ, vel creare est respicere ꝑ se primo esse. Quũ vero dicit̃, q̃ ista est falsa, dare ꝑ se prĩo esse est creare: qa in factiõe bouis, &c. rñdetur quòd nullum inconueniẽs est, imò oportet in factione rerũ naturaliũ esse à nullo fieri ꝑ se primo tñ: qm̃ fit semp vnũquodq; ex alio ente, sed ꝑ accñs, & vt millies iã dictũ est, nõ fit ꝑ se prĩo. & cõsequẽter à nullo fit ꝑ se prĩo id cui⁹ rõ immediate añ illud erat, siue ꝑ se, siue ꝑ accñs, vt patet ex primo phy. Notãter aũt dixi, tũc, ne ex hoc errares, aut imponeres mihi, aliquẽ effectũ positiuũ ꝑ se vnũ in vniuerso à nullo agẽte ꝑ se primo. quodlibet em̃ ens qđ à natura fit, in ꝓductione totius vniuersi, in qua producta sunt oĩa secundum vnam sui partem, s. materiam, inchoatiue à prima causa cœpit pendere, & post modũ ex cooperatione primæ causæ in secũdis causis, vnumquodque complete fit ens. Et sic per se primo quodlibet inquantum ens, est à prima causa: sed nõ per actionem totaliter nouam, & similiter conseruatur ab ipsa. Et sic esse omne reducitur in actionem Dei, vt per se primo causæ, sed non totaliter nouam.

Coment. ¶Quo ad secundũ, ponit opiniones Auic. & magistri satis clare circa cõicationẽ actus creãdi, q̃, s. põt cõicari creaturæ. Et licet eorũ rationes nõ nisi arguendo afferãtur: hic tñ ostenditur q̃ positio hæc nõ repugnat conclusioni determinatæ. cũ hoc em̃ q̃ creatio ꝓpria est Dei actio, stat q̃ põt alteri cõuenire, nõ ex ꝓpriis, sed inquantum participat Deũ, cuius est illa actio propria, & hoc quantum est ex ratione proprietatis: & hoc ostẽditur in litera de actione ignis respectu aëris.

Annota. ¶Aduerte hic, ꝙ autor recitando magistrum, refert quoq; seipsum in prima dist. secundi q.1.art.10.& 5.dist. quarti q.1.art.1.q.2. ad quartū, nō aspernatū opinionē magistri, quam hic repellit cum sequacibus, etiamsi ipsemet fuit vnus ex illis.

Coment. ¶Quo ad tertiū reprehēditur positio prædicta, tali rōne. Causa scda instrumentalis non participat actionē causæ superioris, nisi inquantū per aliquid sibi ꝓpriū dispositiue operaṫ ad effectū principalis agētis: sed nullum agēs secūdū pōt, aliquid dispositiue operari ad effectum Dei creantis: ergo nulla pōt esse causa instrumentalis ad creationis actum. maior probatur dupliciter, ducendo ad inconue-
238 niēs primo, qa si nihil a-
335 geret causa instrumētalis scdm sibi ꝓpriū, frustra adhiberet ad agendū. Scdo, qa nō oportet esse determinata instrumēta determinatarū actionū. Deinde manifestatur inductiōe ad sensum, quia sic videmus in securi, &c. Minor quoq; ꝓbat dupl'r. Prīo, ex termīo: qa esse absolute, qđ est ꝓpri⁹ effect⁹ creātis, oīb⁹ aliis ꝓsupponiṫ. secūdo, ex mō, qa creatio non est ex aliquo: & sic excludit oē dispōibile.

mæ, producit scāni formam, quæ est effectus proprius principalis agentis. Illud autē quod est ꝓprius effectus Dei creātis, est illud quod præsupponiṫ oībus aliis, s. esse absolute. Vñ non pōt aliquid operari dispositiue, & instrumentaliter ad hūc effectū, cū creatio non sit ex aliquo præsupposito[c], qđ possit disponi per actionē instrumētalis agētis. Sic igitur impossibile est, ꝙ alicui creaturæ cōueniat creare, neque virtute ꝓpria, neq; instr'aliter, siue per ministeriū. Et hoc pcipue incōueniens est dici de aliquo corpe qđ creet, cū nullū corpus agat, nisi tangendo vel mouēdo. Et sic requirit in sua actione aliqd præexistēs qđ possit tangi & moueri. Quod est contra rationem creationis.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ aliqđ perfectū participās aliquā naturā facit sibi simile, nō qdē producēdo absolute illā naturā, sed applicādo eam ad aliqd. Nō eñ hic hō potest esse causa naturæ humanæ absolute, qa sic esset causa suipsius: sed est causa ꝙ natura humana sit in hoc hoīe gñato. Et sic ꝓsupponitur in sua actione determinatā materiā, ꝑ quā est hic homo. Sed sicut hic hō participat humanā naturā, ita quodcūq; ens creatū participat, vt ita dixerim, naturā essendi[c]: qa solus Deus est suū esse, vt suprà dictum est[c]. Nullum igitur ens creatū potest producere aliquod ens absolute, nisi inquantum esse causat in hoc.

Quæstio. *¶Nū causa instrumentalis propria aliquā actionem habere oportetat præter actionē principalis agentis, & num dispositiue tātum agat.* 508 17

¶Circa hāc rōnē occurrūt obiectiōes, primo Scoti: qa vbi suprà dupl'r maiorē assumptā impugnat, volēs eā esse falsam cū illa particula, dispositiue, sine illa aūt posse bñ & male intelligi. Et qa autor expresse ponit illā particulā, & in illa cōstituit vim medij termini, vt patet: ideo singula afferēda sunt distincte. Vult ergo primo, ꝙ cā instrumētalis nō oportet ꝙ habeat actionē ꝓpriā, cuius oppositū in litera diciṫ: cōcedēs quoq; ꝙ cā instrumētalis habet aliqd ꝓpriū per quod agit, negat ꝙ per illud ꝓpriū habeat actionē, nisi in virtute principalis agentis. Et hoc probat. Quia in quacūq; actione quam habet instrumētum nō in virtute principalis agētis, in illa nō est instrumentū, sed principale agēs. Tertio arguit cōtra ly dispositiue, instrumentū potest attingere effectū principalis agētis. Ergo nō oportet vniuersaliter ꝙ agat dispositiue. Antecedēs conceditur: inquit etiā ab ipso, i. S.Tho. alibi, i. in 4. sen. di.1.q.1. ar.4.q.1. Et manifestaṫ in factiōe monetę, & sigillatiōe. Quarto inuehit cōtra exēplū de securi & similibus, volēs ꝙ ex his nō pōt trahi intētū: qa sunt instrumenta ad actionē pręuiā alteri actioni: securis eñ est instrumētū ad scissionē, quę est pręuia formationi scāni: nō sic autem est in oībus causis instrumētalibus, qm̄ aliqua sunt instrumēta, vt dictū est, ad solā actionē, quæ principalis effectus fit, Durādus deinde arguit, volēs primo, ꝙ rō supponit vnū falsum, s. ꝙ oīs cā secūda sit causa instrumentalis respectu Dei. Hoc, inqt, est falsum, qm̄ angelus nullo mō mouetur à Deo quū agit, Et ꝑterea sequereṫ ꝙ oēm naturalē actionē sequereṫ effect⁹ Dei. Secūdo, ꝙ rō in scda pcipue ꝓbatione minoris supponit aliud falsum, s. ꝙ omnis actio cāæ scdæ sit ex subiecto, hoc, inqt, nō est necessariū: qa nō min⁹ pōt De⁹ separare accñs à subiecto dū fit à naturali agēte, q̃ quū factū est. Tūc si separet De⁹ accñs à subiecto dū fit à naturali agēte, ergo illud fieri erit nō ex subiecto. nō ergo sic oportet cām scdam agere ex subiecto, qn possit oppositū diuina fieri potētia.

¶Ad euidentiā hui⁹ difficultatis scito, ꝙ vl'r loquēdo, dupl'r intelligi potest, cām instrumentalē exigere actionē, s. propriā & principalis agentis. Vno modo sic vt sint duæ actiones habētes diuersas res pro terminis, sicut calor aīæ & calefacit & generat carnē, & hoc, iudicio meo, nō est necessariū: & contra hoc tēdit Scotus. Alio mōdo sic, vt vna operatio prout est ex ꝓpria instrumēti virtute, faciat aliquid præuiū ordine naturæ, ei qđ facit prout est ex virtute principalis agētis, sicut situalis cōpositio trianguli ex virtute motiua sua ponit tres virgas, ex rōne autem facit formā trianguli, nulla alia actiōe adiuncta. & simile est in sculpturis. Et hoc est indubitatū, & intentū. Certū quidē, qa oīs cā instrumētalis ꝓpriā aliquā virtutē actiuā habet: alioqn, vt in litera dicitur, frustra ad agēdū assumereṫ, &c. Omni autē virtuti actiuæ respondet aliqđ per eā factibile, alioquin esset actiua nihil. Et quū cōstet, ꝙ primū in intētione est vltimū in generatiōe, & ꝙ cōcurrētib⁹ causa principali & instrumētali simul, primū in intētione est effect⁹, secūdū id quod habet ex cā principali: cōsequens est, ꝙ id qđ habet effect⁹ ex causa instrumētali, est præuiū ei qđ est ex cā principali, siue illa duo sint multæ res, siue vna, & distinguanṫ vt res & mod⁹ ei⁹, siue quouis alio mō, nihil refert. Intētū aūt, qa & noīa alludūt, & efficax ꝓcessus est. Noīe eñ dispōnis intelligiṫ oē pueniēs, & noīe proprie actionis intelligiṫ operatio inquantū est ex instrumēti virtute. Efficacia autē processus liquet: qm̄ si oīs causa instrumētalis causat virtute ꝓpria aliqd ꝓuiū termino formali principalis agētis, & in creatiōe nihil pōt causari ꝓuiū quocūq; mō: cōsequēs est nullā posse in creando instrumētalem causam cōcurrere. Vñ ad rōnes Sco. q̃ cōtra primū sensum tēdūt, rñdere, q̃uis forte nō oporteret: dico tñ ꝙ cā instrumētalis habet actionē ꝓpriā, coincidētē tñ materialiter cū actione q̃ habet vt instrumentū agētis. Et quū scdo diciṫ, ꝙ qcqd operaṫ per illud ꝓprium causat in virtute principalis agētis, pōt dupl'r intelligi. Prīo sic, in virtute principalis agētis, i. per virtutē principal'r existentē in principali agente, & sic est falsissimū: qm̄ per virtutē in se, & nō in principali causat illud ꝓpriū, alioquin, vt deductū est, per illud ꝓpriū nihil proprij faceret. Alio modo sic, in virtute principalis agētis, i. vt fiat sub principali agente. Et sic videṫ verū, qm̄ principale agens dupliciter se habet ad cām instrumētalē, s. vt vtens ꝓpria instrumenti virtute, & vt eleuans ipsam ad aliqd altius cāndū, intētū, s. ab ipsa principali cā. Et sic, instrumētū ad hoc ꝙ sit instrumētū, exigit virtutē & actionē ꝓpriā, & participationem actionis principalis. Et licet in scda tñ dicaṫ ꝓprie instrumental'r cāre, in prima tamen nō dicitur agēs principale, sed causans ex propria virtute. Vñ cōsequentia Scoti in hac actiōe nō causat in virtute principalis agētis, ergo ipsum est agens principale, nō valet. nō eñ oportet ꝙ respectu oīs actionis causa sit aut principalis, aut instrumentalis proprie loquendo: sed datur mediū, s. ꝙ est causa instrumētalis, ex propriis illā causans. Extēsis tñ vocabulis pōt dici, & causa instrumētalis etiā illi⁹ ꝓprie actionis pro quāto agit applicata ab alio: sicut qa aīa vtitur calefactiōe ad generationē carnis, animæ calor potest dici instrumentū animę, etiā in calefaciēdo, & pōt dici cā principalis: qa propria virtute causat. Nec incōuenit, imò oportet oēm cām instrumētalem esse sic principalē, i. habentē propriā virtutem diuersimodē. nec hoc accidit, sed per se cōuenit instrumēto, sicut vnicuiq; formæ ꝓpria materia. Ratio nāq; instrumenti nō nisi in ꝓpria virtute actiua saluari potest, sicut ratio hominis in talibus carnibus & ossibus.

¶Ad secundum vero negatur cōsequentia, pertingit ad vltimam formam quandoque: ergo nō dispositiue. disponēdo nanque ex propriis pertingit ad vltimum ex virtute agētis principalis: etiam ponēdo dispositionem pro dispositione realiter distincta, vt ibidem dat autor exemplū de qualitatibus actiuis & formis naturaliū, & per oppositum respectu animæ intellectiuæ.

Et sic, oportet ꝙ preintelligatur id per quod aliquid est hoc actiōi, qua facit sibi simile. in substātia aūt immateriali nō pōt præintelligi aliquid, per qđ sit hæc: qa est hæc per suā formā per quā habet esse, cū sint formæ subsistētes, igitur substātia immaterialis nō pōt ꝓducere aliam substantiā immaterialē sibi similē, quātū ad esse eius, sed quantū ad perfectionē aliquā superadditam: sicut si dicam⁹, ꝙ superior angelus illuminat inferiorem, vt Diony. dicit, Secundū quē modū etiam in cælestibus est paternitas, vt ex verbis Apostoli patet, Eph.3. Ex quo omis paternitas in cælo & in terra nominaṫ. Et ex hoc etiā euidenter apparet, quòd nullū ens creatū pōt causare aliqd, nisi ꝑ supposito aliquo. Qđ repugnat rationi creatiōis.

¶Ad secūdū dicēdū ꝙ ex contrariis fit aliquid ꝑ accidens, vt diciṫ in 1. physi. Per se aūt fit aliqđ ex subiecto qđ est in potētia. Cōtrariū igiṫ resistit agēti, inquātū impedit potētiā ab actu in quē intendit reducere materiā agens. Sicut ignis intendit reducere aquam in actum sibi similem, sed impeditur per formam & dispositiones cōtrarias: quibus quasi ligatur potētia ne reducaṫ in actū. Et quāto magis fuerit potentia ligata, tanto requiritur maior virtus in agente ad reducēdam materiā in actū. Vnde multo maior potentia requiritur in agente, si nulla potentia præexistat. Sic ergo patet ꝙ

¶Ad vltimum dicitur, ꝙ doctrina à notioribus tradenda est. Et propterea autor exemplū de securi induxit: in quo tamen declarauit intentū, dicendo ꝙ producit formā scāni, insinuans per hoc, ꝙ nihil aliud intendebat, nisi ꝙ instrumēta etiam attingendo formā intentam à principali, disponāt, id est præuiū aliquid faciāt.

¶Ad Durandū aūt dicitur primo, ꝙ rō literæ nō eget illa propositione, s. oīs causa scda est instrumētū Dei: sed illa quæcūq; causa secūda assumeretur ad creationis actū, esset causa instrumētalis: quā constat non posse inficiari, quia secundum oēs creatio est propria actio solius Dei, & quæcūq; causa assumitur ad exequendam propriā superioris actionē, cōstat ꝙ vt instrumētalis causa adhibetur. Dicitur secūdo, ꝙ etiā illa propositio est vera, vt patet ex qō. De potētia, q.3. ar.7. vbi angelus & oīs causa secūda nō agit, nisi agatur à Deo multipliciter, vt diffuse ibidem ostenditur. Nec inconuenit, imò oportet oēm actionem creaturæ attingere ad effectum Dei: quia semper attingit ad esse, quod nulla causa dat nisi in virtute primæ causæ, vt hic & in tertia contra Gen. capitulis 64. & 65. ostenditur.

¶Ad obiectionē aliā vero eiusdē diciṫ, ꝙ licet semp possit accidēs à subiecto separari in sensu diuiso, non tñ cōpossibile est, ꝙ accidēs separeṫ à subiecto, & fiat ab agente naturali: nisi forte eidē in fieri tribuatur, vt gerat vicē subiecti: sicut in sacramento altaris dicimus, ꝙ quātitas gerit vicē substātiæ, etiam in corruptione. Rō aūt disparitatis inter possibilitatē separationis accidētis in fieri, & facto esse, est, qa esse accñtis nō est in esse actualiter, sed aptitudinaliter in subiecto. Et propterea stat ꝙ separeṫ, & sit. Fieri aūt eius ab agente naturali est actual'r educi de potētia: nō eñ al'r agēs naturale agit, nisi educendo de potētia subiecti. Et propterea sicut nō stat simul, ꝙ fiat ab agēte naturali, & nō reducaṫ de potētia subiecti, qa implicat: ita nō stat simul, ꝙ fiat ab agēte naturali, & sit separatū à subiecto, est eñ manifesta implicatio: quam si aduertisset Durandus, forte tacuisset. Coment.

¶Quo ad quartū confutaṫ pdicta opinio spāl'r quo ad corp⁹: qa oē corp⁹ agit tāgēdo. ergo pexigēdo aliquid suæ actioni: nullū aūt creās pexigit aliqd. ergo. &c.

¶Num participās naturā aliquā, & quomodo faciat sibi simile non producendo naturam absolute, sed eam ad aliquid applicando. Quæstio.

¶In responsione ad primū aduerte, ꝙ Scotus eā refert vbi suprà, per modū rōnis cōtra Auicēnā, sic, participās naturam aliquā facit sibi sile nō ꝓducendo naturā absolute, sed applicando, &c. Et cōtra eā multipliciter arguit. Primo, qa hic assumunṫ duo alibi improbata, s. ꝙ hō nō est hic nisi ꝑ materiā. Et ꝙ angelus est hic ꝑ suā formā. Secūdo, qa illa maior, aut fundatur sup hoc, ꝓductū oportet participare naturā. Et sic sequiṫ, ꝙ nec à Deo posset creari angelus. Aut sup hoc, ꝙ ꝓducēs angel⁹ participat naturā. Et sic nihil valet: qa angelus ꝓducēs nō habet aliqd præsuppositū ipsi esse: ergo nec in ꝓducēdo requiriṫ aliqđ præsuppositū ipsi esse: ꝓducendū eñ oportet esse simile ꝓducēti. Tertio, contra illā ꝓpositionē minorem, omne ens creatū participat naturā essendi, aut esse participatū tāq̃ actus posterior essentia, aut tanq̃ idē essentiæ: sed neutro. conceditur intentum ergo.

Coment. ¶Ad hæc breuiter dicitur, & ad primū, ꝙ illa alibi improbata sunt etiā alibi sustētata, & verificata. Ad secūdū vero dicitur, ꝙ vt in litera aperte mōstraṫ, maior ipsa verificatur, qa agēs participat illa naturā: & ꝓbatur in litera maior, inducēdo ad impossibile: qa, s. si participās aliquā naturā, causaret illā absolute, & non in hoc, sequeretur ꝙ càret illā in seipso: & tenet seqla, qa cā alicui⁹ naturæ absolute, est cā illius vl'ter: & cōsequēter in quocūq; est participata: & cōsequēter in seipso, ex quo ipsum quoq; est de numero participantiū illā naturā. Ad obiectionē ergo dicitur, ꝙ ex hoc antecedēte angelus ꝓducit alium angelū, sequūtur duo cōtradictoria, s. & ꝙ angelus ꝓducēdus habet aliquid ꝓsuppositum: & quòd non habet. Ex eo nāq; quòd oportet esse similem ꝓducenti, sequitur quòd non habet: Ex eo vero quòd producēs est ens ꝑ participationē, sequitur ꝙ producendū aliquod præexistat: quia eius actio nō potest esse nisi factio esse in hoc. Nec est mirum hoc, quia antecedens implicat. Vnde argumentum Scoti nihil valet, ex sequela vnius contradictorij inferens nō sequelam alterius. dicimus enim quòd sequitur vtrunque: & hoc ostendit, quòd antecedens est omnino impossibile: & vt in

litera dicitur, ex hoc euidenter patet, quòd nulla creatura potest creare.

¶Ad tertium autē dicitur, ꝙ nihil refert ad propositum, identitas aut diuersitas essentiæ ab esse, satis est quòd sint entia per participationē, aut omnino simplicia, aut inseparabiliter cōposita, sic ꝙ nihil eorū potest præsupponi ante aliquid aliud eorundē. iam enim ostensum est ꝙ maior cū toto processu solida est, quicquid horū sit. Quòd arguens subdit, quòd apud nos subiectū non supponitur ꝓpter naturā agentis participatā. sed quia forma quæ est pars naturæ participatę, est materialis: ipsæ rerū actiones & ratio in litera ad probandū maiorē allata ostendunt rude esse.

335 c

b *¶Num ex eo quòd potētia creandi est infinita, sequatur ipsam esse incommunicabilem.*

¶In respōsione ad tertiū habes respōsionē inquirentibus, quare potentia creādi non potest communicari creaturæ, quare repugnat, &c. ratio est, quia virtus creatiua est infinita, & si non ratione facti, tamē ratione modi faciēdi. Et per hoc solues multa argumētorum à Capreolo recitatorum in 2. distin.1. q.3. cōtra hanc conclusionē: quę vide si vis in eo. Veruntamen Scotus vbi suprà hāc rationem affert: & quāuis male videatur subsumere inferendo distantiā potentię ab actu: nihilominus, quia euidenter apparet ꝙ hanc literæ passim reprehendere nititur, recitāda est solutio eius, & cōfutāda. Dicit ergo ꝙ licet nulli⁹ potentiæ ad aliquā potētiam nulla sit proportio: negatur tamē sequela, ergo virtus quę potest super hāc, nullam habet proportionē ad virtutē quæ potest super illam. Et ratio negationis est, quia prima extrema, scilicet nulla potētia & aliqua potentia sunt, inter quę nō est nata esse proportio: quia alterum nō est quantū. alia vero extrema, s. virtutes, sunt inter quę nata est esse proportio, quia ambæ sunt quātę. Et datur exemplū de puncto & linea, inter quæ nulla est proportio, & tamen virtutes potentes super illis, non sunt improportionales.

36 243 2.pro.con. 1.si.& po. questi. 9. arti.5.20. 211

¶Ad hāc solutionē confutandā & firmitatē rationis factæ in litera scito, quòd ratio literæ nō fundatur præcise suprà improportionē primorum extremorum, vt arguens dissimulare videṫ, sed fundaṫ super illa regula Peripatetica, quòd quando sunt duo extrema sic se habentia, ꝙ quantū vnū minuitur, reliquū crescit tantū proportionaliter, & ecōuerso. si vtrunq; numeraliter multiplicatū ponatur & combinetur, ita ꝙ quælibet cōbinatio constet ex vno vnius, & altero alterius extremi, si vnum ponitur diminui vsq; ad non gradū suum, compar crescit supra omnem gradū, id est in infinitum, ac per hoc sicut inter minutū vsque ad nō gradum, & retinentem gradum nulla est proportio, ita inter reliqua duo crescentia nulla est proportio. Verbi gratia, & est exēplum ad propositū ex quarto physic. text.72. velocitas motus & corpulentia spatij sunt duo extrema, quæ cæteris paribus ita se habent, ꝙ quanto minuitur corpulentia, tanto motus est velocior: vt patet ad sensum. Si multiplicetur vtrunq;, & ponamus duos motus, & duo spatia vnum motum in vno spatio, & reliquū in alio, & corpulētia vnius spatij minuatur vsque ad non gradum, id est quòd nullū sit corpus: oportet ꝙ velocitas motus in illo spatio augeatur in infinitū, & qualis est proportio spatij siue corpore ad spatium corpore plenum, talis sit proportio velocitatis istius ad velocitatē illius. Super hac regula fundatur processus Philosophi ibidem ad probandum, quòd motus in vacuo & pleno sunt improportionales. Super hac regula fundatur processus literæ, vt patet ex ipsa litera expresse assumēte in prima proportione duo extrema, scilicet & proportionale augmentum, & decrementum eorum, dicens, quòd si tanto maior virtus exigitur in agente, quanto potentia elongatior est ab actu: hoc enim diminutionē importat: & postmodum subdit alterum extremum ad non gradum. oportet inquit, quòd virtus agentis ex nulla presupposita potentia sit improportionalis, &c. Et quamuis hæc, etiam si fingendi licentia daretur, non potest negari: potest tamen probari, & ad propositum in nostris terminis. Quia aliter sequeretur quòd virtus potēs facere ex aliqua potētia, & virtus potēs facere ex nulla potentia, essent ęquales: quod nō est intelligibile. repugnat enim illi per se notæ maiori assumptæ in litera, quam Scotus tanquam eam nō viderit, tacuit. 181 Et patet sequela, arguēdo modo Arist. sumpta aliqua virtute faciēte ex nulla potentia, 87 & finita secundū eos, puta A: & alia virtute certa, puta B, faciente ex aliqua potentia, puta C: & statuta inter eas certa proportione, puta de cupla: arguatur sic, si sumatur potētia in decuplo elongatior ab actu, quàm C, virtus faciens, ex ista potentia in decuplo excedet B: ergo erit æqualis ipsi A, quod in decuplo tantum excedit B: ergo virtus agēs 118 ex aliqua potentia erit æqualis virtuti agēti ex nulla. Et aduerte quòd nihil refert vtrum possit dari in natura potentia in decuplo, aut centuplo remotior: sicut nihil refert vtrū possit dari corpus in centuplo, &c. subtilius, & motus semper velocior. sufficit eñ veritas cōditionaliū. Quicquid enim repugnat veritati huiusmodi conditionaliū, est impossibile. Et si hoc negas, philosophiam naturalem Arist. destruis, vt patet in 4. 6. 109 7. & 8. physi. Ad Scotum ergo dicitur, quòd ratio non arguit extremis improportionalibus absolute, sed ex eis vt terminis progressus augmentationis & diminutionis 209 proportionalis, vt patet: & ideo valet. Exemplū vero de puncto & linea, quę extrema improportionalia absolute sunt, nil obstat: quia ad nullū est propositū. Stat ergo solida demonstratio literæ, quòd virtus creatiua est infinita, & ideo incōmunicabilis: omnis enim virtus finita est alteri virtuti finitæ ꝓportionalis: vt etiam ipse fatetur: quoniam vtraq; quanta est & finita.

multo maioris virtutis est facere aliquid ex nihilo, quàm ex contrario.

¶Ad tertiū dicēdum, ꝙ virtus faciētis nō solū cōsideratur ex substātia facti, sed etiā ex modo faciēdi[c]. Maior enim calor nō solū magis, sed etiā citius calefacit. Quāuis igitur creare aliquē effectū finitū nō demōstret potentiā infinitam, tamē creare ipsum ex nihilo demōstrat potētiam infinitā. Quod ex prædictis patet[c]. Si enim tāto maior virtus requiritur in agēte, quāto potētia est magis remota ab actu, oportet ꝙ virtus agentis ex nulla præsupposita potentia, quale agens est creans, sit infinita: quia nulla proportio est nullius potentiæ ad aliquā potentiā, quā præsupponit virtus agētis naturalis, sicut non entis ad ens. Et quia nulla creatura habet simpliciter potētiam infinitā, sicut neque esse infinitū, vt suprà probatū est[c], relinquitur quòd nulla creatura possit creare.

ARTICVLVS VI.

a *¶Vtrum creare sit proprium alicuius personæ.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd creare sit proprium alicuius personæ. Quod enim est prius, est causa eius qđ est post, & perfectū imperfecti. Sed ꝓcessio diuinæ personæ est prior quā processio creaturæ, & magis perfecta: quia diuina persona procedit in perfecta similitudine sui principij, creatura vero in imperfecta. Ergo processiones diuinarum personarum sunt causa processionis rerum. Et sic creare est proprium personæ.

¶Præterea, Personę diuinæ non distinguuntur abinuicē nisi per suas ꝓcessiones & resolutiones[c]. Quicqd igitur differēter attribuiṫ diuinis ꝑsonis, hoc cōuenit eis secundū ꝓcessiones ꝑsonarū & resolutiōes. Sed causalitas creaturarū diuersimode attribuiṫ diuinis ꝑsonis. Nā in symbolo fidei patri attribuitur, ꝙ sit creator omniū inuisibiliū & visibiliū. Filio autē attribuitur, ꝙ per eū oīa facta sunt, sed spiritusſ. ꝙ sit dñs & viuificator. Causalitas ergo creaturarū cōuenit ꝑsonis scdm processiones & relōnes.

¶Præterea, Si dicaṫ ꝙ causalitas creaturæ attēditur scdm aliquod attributū essentiale, qđ appropriatur alicui personæ, hoc non videtur sufficiēs. Quia quilibet effectus diuinus causatur à quolibet attributo essentiali, s. potētia, bonitate, & sapiētia, & sic non magis pertinet ad vnū, quā ad aliud. Nō debet ergo aliqs determinat⁹ modus causalitatis attribui vni personæ magis quàm alij, nisi distinguerentur in creando secundū relationes & processiones.

¶SED CONTRA est quod dicit Dio. 2. cap. de di. no. quòd communia totius diuinitatis sunt omnia credibilia.

CONCLVSIO.

¶Creare commune est toti trinitati: & personis diuinis, non nisi vt essentialia attributa includūt, scientiam scilicet & voluntatem, conuenire potest.

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ creare est proprie causare, siue ꝓducere esse rerū. Cū autē omne agēs agat sibi simile: principiū actionis cōsiderari pōt ex actionis effectu. Ignis enim est qui gñat ignē. Et ideo creare cōuenit Deo scdm suū esse, qđ est eius essentia: quæ est cōis tribus ꝑsonis. Vnde creare nō est ꝓpriū alicui personæ, sed cōe toti trinitati[c]. Sed tñ diuinæ ꝑsonæ scdm rationē suæ ꝓcessionis habēt causalitatē respectu creationis rerū. Vt eñ suprà ostēsum est[c], cū de Dei sciētia & volūtate ageretur: Deus est causa rerū per suū intellectū & volūtatē, sicut artifex rerū artificiatarū. Artifex autē per verbū in intellectu cōceptū, & ꝑ amorē suæ volūtatis ad aliqd relatū operatur. Vnde & Deus pater operatus est creaturā ꝑ suū verbū qđ est filius, & per suū amorē qui est spiritussanctus. Et secundum hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum inquantum includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia & voluntas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd processiones diuinarum personarū sunt causa creationis, sicut dictū est[c].

¶Ad secundū dicendū, ꝙ sicut natura diuina, licet sit cōis tribus ꝑsonis, ordine tamē quodā eis cōuenit, inquātum filius accipit naturā diuinā à patre, & spiritusſ. ab vtroq;: ita etiā & virtus creādi, licet sit cōis tribus ꝑsonis, ordine tamē quodā eis cōuenit. Nam filius habet eam à patre & spiritusſ. ab vtroq;. Vnde creatorē esse attribuitur patri, vt ei qui non habet virtutē creandi ab alio. De filio autē dicitur, Per quē omnia facta sunt, inquātū habet eādem virtutē, sed ab alio. Nam hæc præpositio, per, solet denotare causam mediā, siue principiū de principio[c]. Sed spirituisancto, qui habet eandē virtutē ab vtroq;, attribuitur quòd dominando gubernet, & viuificet quæ sunt creata à patre per filiū. Potest etiā huius attributionis cōis ratio accipi ex appropriatiōe essentialium attributorū. Nam sicut suprà dictū est[c], patri attribuitur & appropriatur potētia quæ maxime manifestatur in creatione, & ideo attribuitur patri creatorē esse. Filio autē appropriatur sapiētia, per quā agens per intellectum operatur. Et ideo dicitur de filio, Per quē omnia facta sunt, Spūisancto autē appropriatur bonitas, ad quàm pertinet gubernatio deducēs res in debitos fines, & viuificatio nā vita in interiori quodam motu consistit. Primum autem mouens est finis & bonitas.

¶Ad tertiū dicēdū, ꝙ licet effect⁹ Dei ꝓcedat ex quolibet attributorū, tñ reduciṫ vnūsqsque effect⁹ ad illud attributū, cū quo habet cōuenientiā scdm propriā rationē. Sicut ordinatio rerū ad sapiētiam, & iustificatio impij ad misericordiam & bonitatem se superabundāter diffundentē. Creatio, vero quæ est productio ipsius substantiæ rei, reducitur ad potentiam.

a *¶Super Quæstionis quadragesimæquintæ Articulum sextum.*

Annota. IN titulo proprium distinguitur contra cōe.

Comenta. ¶In corpore duæ conclusiones, prima est, creare non est proprium alicui personæ, sed cōmune toti trinitati. Probatur, creare est proprie causare esse rerum, ergo conuenit Deo secundum suum esse: ergo est commune toti trinitati. prima consequentia probatur: quia principium actionis ex effectu consideratur, quia omne agens agit sibi simile. secunda vero: quia esse Dei est eius essentia, quæ communis est toti trinitati.

Annota. ¶Circa antecedens non oportet solicitari: quia iam patet ex dictis, quòd causare per se primo, esse, & creare, idem sunt: & ideo in litera ponitur ly proprie.

Comenta. ¶Secunda conclusio est, personæ diuinæ secundum rationem suæ processionis, inquantum includunt essentialia attributa, scientiam & voluntatem, habent causalitatem respectu productionis rerum. Et probatur. Artifex per verbum & amorem relatum, &c. operatur. ergo Deus pater per filium & spiritumsanctum operatus est creaturam. consequentia probatur, quia Deus est rerum causa sicut artifex, & filius est verbum, & spiritussanctus amor.

Annota. ¶Aduerte hic, quòd argumenta quæ in secunda distinctione prima facit Scotus, non faciunt nec militant contra positionem istam, sed contra (vt ibidem dicitur) Henricum, ponentem quòd personæ diuinæ ratione propriorum habent causalitatem: nos enim ratione appropriatorum dicimus: & ideo nihil contra nos.

a ¶Super Quæstionis quadragesimæquintæ Articulum septimum.

244 In titulo vestigiũ metaphorice sumitur pro repræsentatiuo per modum quo vestigium repræsentat impressorem eius. Et sumptum est ex 3. dist. primi sentent. vbi à thelogis hoc tractatur.

Suprà q. 5. artic. 3. & infrà. quæst. 93. art. 16. co. Et 1. di. 3. q. 2. art. 3. & 4. & cont. c. 25. fi. & post q. 9. ar. 9. col. fin.

¶In corpore tria, primo quid nominis vestigij & imaginis. Secundo, conclusionem responsiuam. Tertio, quo ad vestigiũ.

181 ¶Quo ad primũ, Commune est vestigio & imagini repræsentare: quia omnis effectus repræsentat suam causam. Differẽtia est inter ea, quia vestigium repræsentat causalitatẽ, imago formã eius. declaratur: quoniam his duobus modis inueniuntur effectus repręsentare causam: & hi congruunt vestigij & imaginis rationibus.

Cõmenta. 243

¶Aduerte hic quòd quia vestigium metaphorice tantum sumitur in proposito, & translatio metaphorica potest secundum multas cõditiones fieri: ideo non conuenit quòd vestigium dicatur, vt repręsentatiuum causalitatis, & non formæ. vel vt repræsentatiuum partis & non totius: vel repręsentatiuum imperfectum, id est secundum cõmunia omnibus creaturis: & non propria rationalibus, &c. Vnicuiq; nanq; in hoc suo abũdare sensu concedit, modo à vero non declinetur.

161 162 164 ¶Quo ad secũdum conclusio est: in creaturis rationalib^9 est imago trinitatis. Probatur: processiones diuinæ sunt verbi & amoris intellectualis: ergo in creaturis rationalibus est imago earũ. 468 probat, quia in eis sunt verbũ & amor. Sed quoniam de re hac erit q. 93. ideo transeamus.

¶Quo ad tertiũ, conclusio est: In creaturis omnibus inuenitur vestigiũ trinitatis. Probatur: 29 in qualibet creatura inueniũtur aliquã quę oportet reducere in diuinas personas, sicut in causam: ergo in qualibet est vestigiũ trinitatis. Antecedens manifestatur secũdum quatuor assignationes triplicitatis inuẽtæ in qualibet creatura: & clare patet litera.

468 Annota. ¶Aduerte in antecedẽte duo. Primo quod ly in qualibet creatura distribuit etiam pro rationalibus, quoniã in his habet locum imago vt infra patebit, secũdum rationem: & vestigium secundum proportionales cõditiones earum, puta modi speciei, & ordinis, &c. Secũdo: quòd quum dicitur quòd oportet reducere in diuinas personas, vt causam, intelligitur modo iam determinato, scilicet in diuinas personas ratione appropriatorum, ratione quorum sunt causæ creaturarum.

ARTICVLVS VII.

a ¶ *Vtrum in creaturis sit necesse inueniri vestigiũ trinitatis.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ in creaturis non sit necesse inueniri vestigium trinitatis. Per sua eñ vestigia vnũquodq; inuestigari potest. sed trinitas personarũ non põt inuestigari ex creaturis, vt suprà dictum est^c. Ergo vestigia trinitatis non sunt in creatura.

¶Preterea, Quicquid in creatura est, creatum est. Si igitur vestigium trinitatis inuenitur in creatura secundum aliquas proprietates suas, & omne creatum habet vestigium trinitatis, oportet in vnaquaque illarum inueniri etiam vestigium trinitatis. Et sic in infinitum.

¶ Præterea, Effectus non repræsentat nisi suã causam. Sed causalitas creaturarũ pertinet ad naturam cõmunem^c: non autem ad relationes, quibus personæ & distinguũtur & numerantur. Ergo in creatura non inuenitur vestigium trinitatis, sed solum vnitatis essentiæ.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit sexto de trinitate, quòd trinitatis vestigium in creatura apparet.

CONCLVSIO.

¶ *In rationalibus creaturis est imago trinitatis, in cæteris vero creaturis est vestigiũ trinitatis, quo in eis inueniũtur aliqua, quæ reducũtur in diuinas personas.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd omnis effectus aliqualiter repræsentat suam causam, sed diuersimode. nam aliquis effectus repræsentat solam causalitatẽ causæ, non autẽ formam eius, sicut fumus repræsentat ignem: & talis repræsentatio dicitur esse repræsentatio vestigij. Vestigium autẽ demonstrat motum alicuius transeuntis, sed non qualis sit. Aliquis autem effectus repræsentat causam, quantum ad similitudinẽ formæ eius, sicut ignis generatus, ignem generantem: & statua Mercurij, Mercurium. Processiones autẽ diuinarũ personarum attenduntur secundũ actus intellectus & voluntatis, sicut suprà dictũ est^c. Nam filius procedit vt verbum intellectus: spiritussanctus vt amor voluntatis. In creaturis igitur rationalibus in quibus est intellectus & voluntas, inuenitur repræsentatio trinitatis per modum imaginis, inquantũ inuenitur in eis verbum conceptum, & amor procedens^c. Sed in creaturis omnibus inuenitur repræsentatio trinitatis per modũ vestigij, inquantũ in qualibet creatura inueniũtur aliqua quæ necesse est reducere in diuinas personas, sicut in causam. Quælibet enim creatura subsistit in suo esse, & habet formã per quam determinatur ad speciẽ, & habet ordinẽ ad aliquid aliud^c. Secundum igitur quod est quædã substantia creata, repræsentat causam & principium: & sic demonstrat personam patris, qui est principium nõ de principio. Secundũ autem quod habet quandam formã & speciem, repræsentat verbum secundũ quod forma artificiati est ex cõceptione artificis. Secundum autẽ, quod habet ordinẽ repręsentat spiritum sanctum inquantum est amor^c: quia ordo effectus ad aliqd, alterũ est ex volũtate creãtis. Et ideo dicit Aug. in 6. lib. de tri. q̃ vestigium trinitatis inuenitur in vnaquaq; creatura, secũdum quod vnum aliquid est, & secundũ quod aliqua specie formatur, & secundũ quod quædã ordinẽ tenet. Et ad hæc etiã reducuntur illa tria, numerus, pondus, & mẽsura, quæ ponunt Sap. 11. Nam mensura refertur ad substantiã rei limitatam suis principiis, numerus ad speciẽ, pondus ad ordinẽ. Et ad hæc tria reducuntur alia tria quæ ponit Augu. modus, species, & ordo. Et ea quæ ponit in li. 83. q. quod constat, quòd discernitur, quod congruit. Constat enim aliquid per suam substantiã, discernitur per formam, cõgruit per ordinem. Et in idem de facili reduci possunt quæcunque sic dicuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd repræsentatio vestigij attenditur secundũ appropriata: per quem modum ex creaturis in trinitatem diuinarum personarum veniri potest, vt dictum est^c.

¶Ad secundum dicendum, quòd creatura est res proprie subsistens, in qua est prædicta tria inuenire. Neque oportet q̃ in quolibet eorum quæ ei insunt, hæc tria inueniantur, sed secundum ea vestigium rei subsistendi attribuitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam processiones personarum sunt causa & ratio creationis aliquo modo, vt dictum est^c.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrum creatio admisceatur in operibus naturæ & artis.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd creatio admisceatur in operibus naturæ & artis. In qualibet enim operatione naturæ & artis producitur aliqua forma. Sed non producitur ex aliquo cũ non habeat materiã partẽ sui: ergo producitur ex nihilo. Et sic in qualibet operatione naturæ & artis est creatio.

¶Præterea, Effectus nõ est prior sua causa, sed in rebus naturalibus non inuenit aliquid agẽs nisi forma accidentalis, quæ est forma actiua vel passiua. non ergo per operationem naturæ producitur forma substantialis. Relinquitur igitur quòd sit per creationem.

¶ Præterea, Natura facit sibi simile. Sed quædam inueniuntur generata in natura non ab aliquo sibi simili, sicut patet in animalibus generatis per putrefactionem. Ergo eorum forma nõ est à natura, sed à creatione. Et eadem ratio est de aliis.

¶Præterea, Quod non creatur, non est creatura. Si igitur in his quæ sunt à natura, nõ adiungat creatio, sequitur q̃ ea quæ sunt à natura, non sunt creaturę. Quod est hæreticum.

¶SED CONTRA est quòd Aug. super Ge. ad lit. distinguit opus propagationis, quod est opus naturæ ab opere creationis.

CONCLVSIO.

¶ *Creatio non admiscetur operibus naturæ & artis, sed aliquid ad illius operationem præsupponitur.*

¶RESPONDEO dicendũ, quòd hæc dubitatio inducitur propter formas, quas quidam posuerunt nõ incipere per actionem naturæ sed prius in materia extitisse, ponentes latitationem formarum. Et hoc accidit eis ex ignorantia materiæ: quia nesciebant distinguere inter potentiam & actum. Quia enim formæ præexistunt in materia, in potentia posuerũt eas simpliciter præexistere. ¶Alij vero posuerunt formas dari vel causari ab agente separato per modum creationis. Et secũdum hoc cuilibet operationi naturæ adiungitur creatio. Sed hoc accidit eis ex ignorantia formæ. Non enim cõsiderabant, quòd forma naturalis corporis non est subsistens, sed qua aliquid est. Et ideo cum fieri & creari non conueniat proprie nisi rei subsistẽti, sicut suprà dictum est^c, formarũ non est fieri, neq; creari, sed cõcreata esse. Quod aũt ꝓprie fit, ab agẽte naturali est cõpositũ^c, quod fit, ex materia. Vnde in operib^9 naturæ nõ admiscet creatio, sed præsupponit aliqd ad operationẽ naturæ.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ formæ incipiunt esse in actu compositis factis: non q̃ ipsæ fiant per se, sed per accidens tantum.

¶Ad secundũ dicẽdum, q̃ qualitates actiuæ in natura agũt in virtute formarũ substantialiũ: & ideo agẽs naturale non solũ producit sibi simile scd̃m qualitatẽ sed secũdũ speciẽ.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad generationem animalium imperfectorum sufficit agens vniuersale, quod est virtus cælestis, cui assimilantur non secundum speciem, sed secundum analogiam quandam^c. 24 Neque oportet dicere, quòd eorum formæ creantur ab agente separato. Ad generationem vero animalium perfectorũ non sufficit agens vniuersale, sed requiritur agens proprium quod est generans vniuocum.

a ¶Super Quæstionis quadragesimæquintæ Articulum octauum.

a 18 266 b Annota.

In titulo hoc aduerte, quòd quæstio est non de singulis operibus naturæ & artis, sed de omnibus aut pluribus, an creatio in omnibus aut pluribus operib^9 naturæ & artis misceatur. Dico autẽ hoc, propter generationẽ hominis: quoniã de ea nulla hic fit mẽtio, quia quod in pluribus est, tractatur hic. 234 a

245 5. dist. 1. q. 1. artic. 3. 5^m. q. 3. artic. 8. Cõmenta.

¶In corpore quatuor facit: primo reddit causam quæsiti: secundo tractat vnam opinionem, tertio oppositã: quarto respondet quæsito.

¶Quo ad primum, ratio quęsiti est factio formarum, de qua apud omnes fuit, & est maxima quæstio. Quum enim communis animi conceptio omnium esset, quòd ex nihilo nihil fit: & similiter nihil reuertitur in nihil. Et intelligitur ex nihilo sui, & similiter in nihil sui: & non vt rudes intelligũt, ex nullo præsupposito: & viderẽt formas substantiales precipue quandoq; apparere, & quandoq; non: in varias inciderũt opiniones extremas. Nam quidam ponentes latitationẽ respõdebãt negatiue quæstioni: quia negabant omne fieri, ne ponerẽt aliquid ex nihilo fieri: & hos reprehendit autor ignorantiæ materię. Alij de quorum numero vidẽtur Plato & Auic. &c. ponẽtes formas proprie fieri, responderunt affirmatiue. quia fiunt ex nihilo sui: subiecta tamen materia velauit oculos eorũ, ne aduerterent ponere se ex nihilo aliquid fieri. Et hos arguit autor quia nesciebant naturam formę: quòd scilicet formæ materialis (de qua loquimur) non est fieri nec esse. Solus diuinus ille Ari. quo ad ingeniũ, viam inuenit mediam, qua & vere res fierẽt, & nihil fieret ex nihilo sui. Ponẽdo enim quòd formę sunt & non sunt absque generatione & corruptione, id est quòd earum nõ est fieri, nec corrumpi, sed q̃ sola composita fiunt, generantur & corrumpũtur, omnia saluauit: 542 semp enim aliquid compositi præest, & remanet materia: & 542 sic respõdetur negatiue quæstioni, sed non quia nihil fit, sed quia sola cõposita fiunt: formæ autẽ sunt ad factionẽ compositorum, & non sunt ad corruptionẽ eorundem. Creatio autẽ non admiscetur

¶Ad

scetur operibus naturæ, sed præsupponitur eidẽ: & sic patent omnia quæ sunt in litera.

¶In responsione ad secundum tractandum esset an qualitates actiuæ possint inducere formas substantiales virtute substãtiarum. Sed quoniam inferius vbi de potentiis angeli & animæ agetur, vniuersaliter tractabitur, an substantia creata possit esse immediatũ principium alicuius operationis, ideo illuc vsque differatur, &c.

¶In responsione ad tertiũ, aduerte duo. Primo quòd quum dicitur ad generationem animaliũ imperfectorum sufficere agens vniuersale, nõ excluditur virtus proportionalis semini, quæ est proxima causa generationis: sed excludit proximum vniuocũ formaliter, à quo deriuata sit vis illa. sicut à boue generãte dicitur semen generatiuum bouis, &c. An autẽ illæ virtutes necessario ponendæ sint, alterius negotij est. Sat est hic quòd illę non excluduntur ex sufficientia agentis vniuersalis: quoniã illę sunt instrumenta vniuersalis agẽtis, si sunt de quibus vide Auer. 11. meta. com. 13. Secundo, quòd quia adhuc nõ est decisum, an virtus cælestis sit animata vt possit animal facere, aut virtutem separatæ vitæ sufficienter participans: idcirco nõ ad hunc spectat locũ, quo cælum viuum facere potest: suo igitur loco quæstio relinquat.

146 1. dist. 1. q. 2. artic. 5. & dist. 2. q. 1. art. 3. col. Et 2. cont. c. 34. & 37. fi. Et post. qõ. 3 arti. 17. Et quoli. 3. quæ. 14. art. 2. cor. & 1. cole. 6. col. 3. & 4.

a ¶ Super Quæstionis quadragesimæsextæ Articulum primum.

Cõmenta. Titulus clarus est.

¶In corpore vnica est conclusio cũ duobus corollariis. cõclusio est. Nihil præter Deum fuit ab æterno, ita quòd hoc non est in ĩpossibile. Vbi aduerte, quòd conclusio dicit duo. asserit enim primo nihil aliud à Deo fuisse semper. Et quoniã hoc ex fide tenetur, nec hoc est probandũ, addit secundum, scilicet quòd hoc assertũ est possibile. Et hoc probat sic, voluntas Dei est causa rerum, ergo sic necesse est aliqua esse sicut necesse est Deum velle illa, ergo nõ est necessariũ Deũ velle quòd mũdus fuerit semper: ergo eatenus mũdus est, quatenus Deus vult illum esse: ergo non est necessariũ mũdum semper esse. Antecedens patet ex supradictis: prima vero consequentia probatur, quia necessitas effectus ex necessitate causæ dependet, ex 5. meta. 221 Secundo vero: quia non est necesse Deum velle aliqd nisi seipsum. Tertia autẽ: quia esse mundi ex volũtate Dei pendet, sicut ex causa.

¶Primum corporũ est. Non potest demonstratiue probari mundum semper fuisse. Secũdum

¶Ad quartum dicendum, quòd operatio naturæ nõ est nisi ex præsuppositione principiorum creatorum. & sic ea, quæ per naturam fiunt, creaturæ dicuntur.

QVAEST. QVADRAGESIMASEXTA de Principio durationis rerum creaturarum, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de principio durationis rerum creatarum.

¶Et circa hoc quæruntur tria. ¶ Primo, vtrum creaturæ semper fuerint. ¶Secundo, vtrum eas incœpisse sit articulus fidei. ¶ Tertio, quomodo Deus dicatur in principio cęlum & terram creasse.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum vniuersitas creaturarum semper fuerit.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vniuersitas creaturarum, quæ nunc mundi nomine nuncupatur, nõ incœperit, sed fuerit ab æterno. Omne enim, quod incœpit esse antequã fuerit, possibile fuit ipsum esse: alioquin impossibile fuisset ipsum fieri. Si ergo mũdus incœpit esse antequam inciperet possibile fuit ipsum esse. Sed qd' possibile est esse, est materia: quæ est in potentia ad esse, quod est per formã: & ad non esse, quod est per priuationem. si ergo mundus incœpit esse, ante mundum fuit materia. Sed nõ potest esse materia sine forma. Materia autem mundi cum forma, est mundus. Fuit ergo mundus antequam esse inciperet. Quod est impossibile.

¶Præterea, Nihil qd' habet virtutẽ vt sit semper, quãdoq; est, & quãdoq; nõ est: qa ad quantum se extendit virtus alicuius rei, tandiu est. Sed omne incorruptibile habet virtutẽ vt sit semper. non enim virtutẽ habet ad determinatum durationis tẽpus. Nihil ergo incorruptibile quandoq; est, & quandoq; non est. Sed omne qd' incipit esse, quãdoq; est, & quãdoq; non est. nullũ ergo incorruptibile incipit esse. Sed multa sunt in mundo incorruptibilia, vt corpora cælestia: & omnes substantiæ intellectuales. Ergo mundus non incœpit esse.

¶Præterea, Nullũ ingenitũ incœpit esse. Sed Philosophus in 1. phy. dicit quòd materia est ingenita. Et in 1. de cæ. & mun. q̃ cælum est ingenitũ. Nõ ergo vniuersitas rerũ ĩcœpit esse.

¶Preterea, Vacuum est vbi non est corpus, sed possibile est esse. Sed si mundus incœpit esse vbi nunc est corpus mundi, prius non fuit aliquod corpus, & tamen poterat ibi esse. Alioquin nunc ibi non esset. Ergo ante mundum fuit vacuum. Quod est impossibile.

¶Præterea, Nihil de nouo incipit moueri nisi per hoc, quòd mouens & mobile aliter se habet nũc, quàm prius. Sed quod aliter se habet nunc quàm prius, mouetur. Ergo ante omnẽ motum de nouo incipientem fuit aliquis motus. Motus ergo semper fuit. Ergo & mobile. quia motus non est nisi in mobili.

¶Preterea, Omne mouẽs aut est naturale, aut est volũtarium. sed neutrum incipit mouere, nisi aliquo motu præexistente. Natura enim semper eodẽ modo operat. Vnde nisi præcedat aliqua immutatio vel in natura mouentis vel in mobili, nõ incipit à mouẽte in naturali esse motus, qui non fuit prius. Volũtas autem absq; sui immutatione retardat facere quod proponit. Sed hic nõ est nisi per aliquã immutationem, quã imaginatur ad minus ex parte ipsius tẽporis^c. Sicut qui vult facere domum cras & nõ hodie, expectat aliquid futurũ cras quod hodie nõ est: & ad minus expectat, quòd dies hodiernus trãseat, & crastinus adueniat, quod sine mutatione non est: quia tempus est numerus motus. Relinquitur ergo quòd ante omnem motum de nouo incipientẽ, fuit alius motus. Et sic idem quod prius.

¶Præterea, Quicqd est semp in principio, & semper in fine, nec desinere, nec incipere põt. Quia quod incipit, nõ est in suo fine: quòd autem desinit, non est in suo principio. Sed tẽpus semper est in suo principio & fine: quia nihil est temporis nisi nunc, quod est finis pręteriti, & principium futuri. Ergo tempus nec incipere nec desinere potest. Et per consequẽs nec motus cuius numerus tempus est.

¶Præterea, Deus aut est prior mundo natura tantũ, aut duratione. Si natura tantũ, ergo cũ Deus sit ab æterno^c, & mũdus est ab æterno. Si autẽ est prior duratione, prius autẽ & posterius in duratione cõstituũt tẽpus: Ergo ante mundum fuit tempus. Quod est impossibile.

¶Præterea, Posita causa sufficienti ponitur effectus. Causa eñ ad quã nõ sequit effectus, est causa ĩperfecta indigẽs alio ad hoc q̃ effectus sequatur. Sed Deus est sufficiẽs causa mundi, & finalis ratione suæ bonitatis, & exemplaris ratione suæ sapientiæ, & effectiua ratione suæ pœnæ, vt ex superioribus patet^c. Cum ergo Deus sit ab æterno, & mundus fuit ab æterno.

¶Præterea, Cuius actio est æterna, & effectus æternus. Sed actio Dei est eius substantia, quę est æterna. Ergo & mundus est æternus.

¶SED CONTRA est qd' dicitur Io. 17. Clarifica me pater apud temetipsũ claritate quã habui priusquã mũdus fieret. Et Prouerb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret ab initio.

CONCLVSIO.

¶ *Non est necessariũ mũdum semper fuisse cum ex voluntate diuina processit: quamuis possibile hoc fuerit, si Deus voluisset, nec demõstratiue hoc probari ab aliquo vnquam potuit.*

¶RESPONDEO dicẽdum, q̃ nihil potest pręter Deũ ab æterno fuisse. Et hoc quidẽ ponere nõ est impossibile. Ostensum est enim suprà^c, q̃ volũtas Dei est causa rerũ. Sic ergo aliquã necesse est esse, sicut necesse est Deum velle illa cũ necessitas effectus ex necessitate causæ dependeat, vt dicitur in 5. meta. Ostensum est autẽ suprà^c, quòd absolute loquendo non est necesse Deum velle aliqd nisi seipsum. 136 Non est ergo necessariũ Deum velle quòd mũdus fuerit semper, sed eatenus mundus est, quatenus Deus vult illum esse, cum esse mundi ex voluntate Dei depẽdeat, sicut ex sua causa. Non est igitur necessariũ mundũ semper esse. Vnde nec demõstratiue probari potest. Nec rationes quas ad hoc Arist. inducit, sunt demonstratiuæ simpliciter, sed secundũ quid, s. ad contradicẽdum rationibus antiquorũ ponẽtiũ mundũ incipere secundũ quosdã modos in veritate impossibiles^c. Et hoc apparet ex trib^9. Primo 252 quidẽ, qa tam in 8. phy. quã in 1. de cæ. præmittit quasdã opiniones, vt Anax. & Emp. & Plat. cõtra quos rõnes cõtradictorias inducit. Secũdo, qa vbicũq; de hac materia loquit, inducit testimonia antiquorũ. Quod nõ est demõstratoris, sed ꝓbabiliter psuadẽtis. Tertio quia expresse dicit in primo lib. topi. q̃ quædã sunt ꝓblemata dialectica, de quibus rationes non habemus vtrũ mundus sit æternus.

¶AD primũ ergo dicẽdũ, q̃ anteq̃ mũdus esset, poße fuit mũdũ esse, nõ qdẽ scd̃m potẽtiã passiuã, quę est materia: sed scd̃m potẽtiã actiuã Dei^c. 152 Et etiã scd̃m qd' dicit aliqd absolute poße nõ scd̃m aliq̃ potẽtiã, sed ex sola habitudine terminorũ, q̃ sibi nõ repugnãt, scd̃m qd' possibile opponit impossibili, vt patet per Philosophũ in 5. meta.

¶ Ad secundũ dicẽdum, q̃ illud quod habet virtutẽ vt sit semper, ex quo habet illã virtutẽ, non quandoq; est, & quãdoq; non est: sed antequã haberet illã virtutẽ nõ fuit^c. b Vnde hæc ratio quæ ponitur ab Arist. in 1. de cæ. non concludit simpliciter, quòd incorruptibilia 238 non incœperunt esse, sed quòd non incœperũt esse per modum naturalem, quo generabilia & corruptibilia incipiunt esse.

¶Ad tertiũ dicẽdum, q̃ Arist. in 1. phy. probat, materiam esse ingenitam per hoc, quòd non habet subiectũ de quo sit: in primo autem de cæ. & mun. probat cælum ingenitum, quia non habet contrariũ ex quo generetur. Vnde patet, quòd per vtrunq; non cõcluditur nisi quòd materia & cælum non incœperunt per generationẽ, vt quidam ponebant: præcipue de cælo. Nos autẽ dicimus, quòd materia & cælum producta sunt in esse per creationem, vt ex dictis patet^c. 234

¶Ad quartum dicendum, quòd ad rationem vacui non sufficit in 325 quo nihil est, sed requiritur quòd sit spatium capax corporis, in quo 239 b non sit corpus, vt patet per Arist. in 4. physic. Nos autem dicimus non fuisse locum aut spatium ante mundum.

est, rationes quas ad hoc probandũ adducit Aris. non sunt demonstratiuæ simpliciter, sed secũdum quid. Quod manifestatur, tripliciter, scilicet ex opinionibus confutatis, ex testimoniis inductis, & expressa eius confessione: omnia plana sunt in litera.

¶In responsione ad decimum, dubium est, an actio Dei sit actu ab ęterno formaliter, id est inquãtum actio: an solum materialiter, id est secũdũ quòd res est. 46 Si enim primo modo intelligitur, sequitur quòd Deus ab æterno non est actu agens, creans, causans, &c. & si sic, ergo ab æterno est aliquid creatũ, actum, causatum, &c. Et tenet sequela, ex 5. meta. causæ singulares in actu inquantum causæ, & effectus simul sunt & non sunt. 234 237 256 152 Si autem secundo modo tantum intelligitur, ergo ab æterno est causa agens in potentia, & postmodum est causa in actu agens: quod est inconueniens.

¶Ad hoc dubium cum cautela respondendum est, ne dicam^9 vel Deum ab ęterno causam in potentiã tãtum: quod in secundo contra Genti. c. 5. reprobatur, vel Deũ ab æterno creãtem mundũ, quod constat esse erroneum, quoniam creans ad creatum dicitur, sicut creatiuum ad creabile, vt dicitur 5. metaph. 117 Media ergo via distinguendo dicamus, quòd actio Dei est in actu ab ęterno

non

¶Ad

nonsolum materialiter, sed formaliter. Sed hoc potest intelligi dupliciter. Primo, vt sit in actu secũdum id quod ponit actio, inquantum actio in agente. Secundo, secundum quod infert ex se passionem vel effectũ. Primo modo actio Dei est in actu ab æterno. secundo modo, non. Et propter primũ Deus non est causa in potẽtia, sed in actu ab æterno. Propter secundum vero Deus non creauit mundũ ab æterno, nec creat modo animã Antichristi. Et si quæratur quomodo illatio passionis vel effectus est in Deo ab æterno actu vel potẽtia. Responsio in promptu est, quòd est in eo & in potẽtia actiua, & nũquãm est, fuit, aut erit in eo formaliter. De inexistentibus enim formaliter, inconueniens est ponere aliquid in potentia in Deo. Et propterea actionem secundũ rorũid quod in agẽte ponit formaliter, oportet ab æterno in Deo esse actu, &c.

235
240

a ¶ Super Quæstionis quadragesimæsextæ Articulum secundum.

Annota. INtitulo, articul⁹ fidei sonat quod sola fide tenere oporteat.

Cõmenta. ¶ In corpore vnica est cõclusio responsiua quæsito, scilicet mũdum incœpisse sola fide teneri: ita quòd demonstratiue probari non potest. Quã conclusionẽ primo probat quo ad secundã partem. Secũdo manifestat, quo ad primã. Et tertio ostendit quanæ vtilitatis sit nosse propositam conclusionem. Quo ad primum igitur, intendit talem rationẽ. Nouitas mundi non potest demõstrari ex parte mũdi, nec ex parte suæ causæ: ergo est indemõstrabilis. Antecedẽs quo ad primam partẽ probatur. demonstrationis principiũ est quod quidlibet, & vnumquodque secundum rationem suæ speciei abstrahit ab hic & nunc: ergo non potest demonstrari, quòd homo, aut cælum, aut lapis nõ semper fuit. Secunda pars antecedentis manifestatur à communi dicto q̃ vniuersalia sunt vbiq; & semper. Quo ad secundã verò partẽ probatur. voluntas Dei ratione inuestigari non potest nisi circa necessario volita: ergo non potest demonstratiue sciri quid circa creaturas voluerit. & tenet sequela: quia nihil circa creaturas necessario vult.

Annota. ¶ Circa probationẽ primæ partis antecedentis assumpti, aduerte quòd vis rationis consistit in hoc quòd quid est vniusciusque rei creatæ specifice sumptũ, abstrahit ab hoc & nunc: ergo nõ potest esse sufficiens medium ad inferẽdam nouitatem rei: quia nouitas ipsa temporis differen-

218
215
87

¶ Ad quintum dicendum, quòd primus motor semper eodem modo se habuit: primum autẽ mobile non semper eodem modo se habuit: quia incœpit esse cum prius non fuisset. Sed hoc non fuit per mutationem, sed per creationem, quæ nõ est mutatio, vt suprà dictum est ᵉ. Vnde patet quòd hæc ratio, quam ponit Arist. in 8. physic. procedit contra eos qui ponebant mobilia æterna, sed motum non æternum, vt patet ex opinionibus Anax. & Empe. Nos autem ponimus, ex quo mobilia incœperunt, semper fuisse motum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd primum agens est agens volũtarium. Et quamuis habuit voluntatem ẽternam producendi aliquem effectum, non tamẽ producit æternum effectum. Nec est necesse quòd præsupponatur aliqua mutatio, nec etiam propter imaginationem temporis. Aliter enim est intelligendum de agente particulari quod presupponit aliquid, & causat alterum, & aliter de agente vniuersali quod producit totum, sicut agẽs particulare producit formam, & præsupponit materiam: vnde oportet quòd formam inducat secundum proportionẽ ad debitam materiam. Vnde rationabiliter in ipso consideratur quòd inducit formam in talem materiam, & nõ in aliam ex differẽtia materię ad materiam. Sed hoc non rationabiliter videtur in Deo, qui simul producit formam & materiam: sed consideratur rationabiliter in eo quòd ipse producit materiam congruã formæ & fini. Agẽs autem particulare præsupponit tempus sicut & materiam. Vnde rationabiliter consideratur in eo quod agit in tempore posteriori, & non priori secundum imaginationem successionis tẽporis post tempus. Sed in agente vniuersali, quòd producit rem & tempus, non est considerare quòd agat nunc & non prius secundum imaginationem temporis post tempus, quasi tempus præsupponatur eius actioni: sed considerãdum est quòd dedit effectui suo tempus quantum voluit, & secundum quod conueniens fuit ad suam potentiam demonstrandam. Manifestius enim mundus ducit in cognitionem diuinæ potẽtiæ creantis, si mundus non semper fuit quam si semper fuisset. omne enim quod nõ semper fuit, manifestum est habere causam. Sed non ita manfestum est de eo quod semper fuit.

¶ Ad septimum dicendum, quòd sicut dicitur in 4. phy. prius & posterius, est in tempore secundum quod prius & posterius est in motu. Vnde principium & finis accipienda sunt in tempore, sicut & in motu. Suppositã autem æternitate motus necesse est quòd quodlibet momẽtum in motu acceptum sit principium & terminus motus. Quod non oportet si motus incipiat. Et eadem ratio est de nunc temporis. Et sic patet quòd ratio illa instãtis nunc quòd semper sit principium & finis temporis, præsupponit æternitatem temporis & motus. Vnde Arist. hanc rationem inducit in 8. physi. contra eos qui ponebant æternitatem temporis, sed negabant æternitatem motus.

¶ Ad octauum dicẽdum, quòd Deus est prior mundo duratione. Sed ly prius non designat prioritatem temporis, sed æternitatis. Vel dicendum quòd designat ẽternitatem temporis imaginati, & non realiter existẽtis: sicut cum dicitur, supra cælũ nihil est: ly supra, designat locum imaginatum tantum, secundum quod possibile est imaginari, dimẽsionibus cælestis corporis dimensiones alias superaddi.

¶ Ad nonum dicẽdum, quòd sicut effectus sequitur à causa agente naturaliter secundum modum suæ formę, ita sequitur ab agente per voluntatem secũdum formam ab eo præconceptam & diffinitam, vt ex superioribus patet ᵉ. Licet igitur Deus ab æterno fuerit sufficiens causa mundi, non tamen oportet quòd

ARTICVLVS II.

a ¶ Virum mundum incœpisse sit articulus fidei.

D SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd mũdum incœpisse non sit articulus fidei, sed cõclusio demonstrabilis. Omne enim factũ habet principium suæ durationis. Sed demonstratiue probari potest, quòd Deᵒ sit causa effectiua mundi: & hoc etiam probabiliores philosophi posuerunt. Ergo demonstratiue probari potest quòd mundus incœperit.

¶ Præterea, Si necesse est dicere quòd mũdus factus est à Deo: aut ergo ex nihilo, aut ex aliquo. Sed non ex aliquo: quia sic materia mũdi præcessisset mũdum: contra quod procedunt rationes Aristot. ponentis cælum ingenitum. Ergo oportet dicere quòd mundus sit factus ex nihilo. Et sic habet esse post non esse. Ergo oportet quòd esse incœperit.

¶ Præterea, Omne qd̃ operatur per intellectũ, à quodã principio operatur, vt patet in omnibus artificialibus. Sed Deus est agẽs per intellectũ. Ergo à quodã principio operatur. Mundus igit̃ qui est eius effectus, non fuit semp̃ er.

¶ Præterea, Manifeste apparet, artes aliquas & habitationes regionum, ex determinatis tẽporibus incœpisse. Sed hoc nõ esset, si mundus semper fuisset. Mundũ igitur non semper fuisse manifestũ est.

¶ Præterea, Certum est nihil Deo æquari posse. Sed si mundus semper fuisset, æquipararetur Deo in duratione. Ergo certum est non semper mundum fuisse.

¶ Præterea, Si mundus semper fuit, infiniti dies præcesserunt diem istum. Sed infinita non est pertransire. Ergo nunquam fuisset peruentum ad hunc diem. Quod est manifeste falsum.

¶ Præterea, Si mundus fuit æternus, & generatio fuit ab æterno. Ergo vnus homo genitus est ab alio in infinitũ. Sed pater est causa efficiens filij, vt dicitur in 2. physic. Ergo in causis efficientibus est procedere in infinitum. Quod improbatur in 2. metaphy.

¶ Præterea, Si mundus & generatio semper fuit, infiniti homines præcesserũt. Sed anima hominis est immortalis. Ergo infinitæ animæ humanæ nũc essent actu. Quod est impossibile. Ergo ex necessitate sciri potest, quòd mundus incœperit, & non sola fide tenetur.

¶ SED CONTRA, fidei articuli demonstratiue probari nõ possunt: quia fides de non apparẽtibus est, vt dicitur ad Heb. 2. Sed Deum esse creatorem mundi, sic q̃ mundus incœperit esse, est articulus fidei. Dicimus enim, Credo in vnum Deum, &c. Et iterum Greg. dicit in Homeł. prima Ezechielis, q̃ Moyses prophetizauit, de præterito dicens, In principio creauit Deus cælum & terram. In quo nouitas mundi traditur. Ergo nouitas mundi habetur tantũ per reuelationem. Et ideo non potest probari demonstratiue.

CONCLVSIO.

¶ Mundum incœpisse sola fide tenetur: nec demonstratiue hoc sciri potest, sed id credere maximẽ expedit.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ mundũ non semper fuisse, sola fide tenetur, & demõstratiue probari nõ potest: sicut & suprà de mysterio trinitatis dictũ est ᵉ. Et huius ratio est: quia nouitas mũdi non potest demonstratiuẽ recipere ex parte ipsius mundi. Demõstrationis enim principium est q̃ quid est. Vnumquodq; autem secundum rationẽ suæ speciei abstrahit ab hic & nunc: propter quod dicitur q̃ vniuersalia sunt vbiq; & semper ᵉ. Vnde demonstrari nõ potest q̃ homo, aut cælũ, aut lapis, non semper fuit. Similiter etiam neq; ex parte causæ agentis, quę agit per voluntatẽ. Voluntas enim Dei ratione inuestigari nõ potest, nisi circa ea quæ absolute necesse est Deum velle. Talia autẽ non sunt quę circa creaturas vult, vt dictum est ᵉ. Potest autẽ voluntas diuina homini manifestari per reuelationẽ, cui fides innittitur. Vnde mundũ incœpisse est credibile, non autẽ demonstrabile vel scibile. Et hoc vtile est vt cõsideretur, ne forte aliquis qd̃ fidei est demonstrare præsumẽs, rationes nõ necessarias inducat, quæ præbeant materiã irridendi infidelibus existimantibus nos, ppter huiusmodi rationes credere quæ fidei sunt.

¶ Ad

tiam continet. Liquido enim cõstat, non esse rationem essendi nunc, & non prius, quod secũdũ se indifferẽs est ad nunc & prius vnde autor non solum de mundo, sed de quacunque res mundi intulit: quòd ex eius quiditate non potest nouitas simpliciter.

221
Annota.

¶ Circa principalem cõsequẽtiam aduerte, quòd quum mundus significet vniuersitatem rerum, & extra vniuersum nihil sit nisi caput ipsiᵒ: cõsequẽs est quòd nullus locus relinquatur demonstrationi: quia ad inferendum nouitatem mũdi, & propterea litera, exclusa causa, & quod est ipsiᵒ, & omnis eius partium pro constanti relinquit nouitatem mundi indemonstrabilem.

247
Locus supra art. 1. adducti.

¶ Quo ad primam vero partẽ conclusionis, scilicet quod fide teneatur, manifestatur: Voluntas diuina põt homini manifestari per reuelationem, vel infinitas progenitorum.

b
239

¶ In responsione ad octauum diligenter aduerte: quid ibi dicitur, & quare dicatur. Post recitatas nanq; opiniones subdit considerãdum esse: quòd hæc ratio principalis est & verum dixit: quoniã particularis est nõ in se, sed respectu quæsiti, vt ipsemet subdit. Quæsitũ est enim hic, vtrum mundum, id est vniuersitatẽ creaturarũ incœpisse sit articulus fidei, & non vtrũ singulas species creaturarũ incœpisse, sit articulus fidei. Dato nanq; quòd hominẽ incœpisse sit demonstrabile, adhuc dubium restat, vtrũ vniuersum incœpisse sit demonstrabile: quoniã stat cum incœptione hominis æternitas mundi, vel angelorũ vt in litera dicitur. Causa autẽ quare hoc dixerit est, quia secundum doctrinam autoris ratio inducta cogit: parum tamen vtilis ab eodẽ dicitur in 2. contra Gentl. c. 38. quoniam multa supponit in quib⁹ discordant philosophi.

238
c

¶ Circa eandem responsionem aduerte, quòd secundum autoris doctrinam sustinẽtes immortalitatem animæ numeratæ sine circulo, & impossibilitatem infinitatis in actu simul etiam per accidẽs: intelligibile non est, quòd generatio humana sit æterna. Et, propterea cauti sint Thom. in cõcedendo mundum potuisse esse ab æterno: concedant mũdum quo ad substantiam, constantem ex quinq; corporib⁹ simplicibus. Concedant mundum etiam quo ad motum cæli & generationes omnes, præter humanã. Ineuitabile enim est quin aut sit infinitum in actu, aut ad miracula recurratur, ponẽdo vnum hominem infinito tempore vixisse, & à certo tempore gene-

26
135

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd sicut dicit Augu. 11. de ci. Dei, philosophorum ponentium æternitatem mundi duplex fuit opinio. Quidam enim posuerunt, quòd substantia mundi non sit à Deo. Et horum est intolerabilis error. Et ideo ex necessitate refellitur. Quidam autem sic posuerunt mundum æternum, quòd tamẽ mundum à Deo factum dixerũt. Non enim mundum temporis volunt habere, sed suę creationis initium, vt quodam modo vix intelligibili semp̃ sit factus. Id autẽ quomodo intelligant, inuenerunt, vt idem dicit in 10. de ciuita. Dei. Sicut enim inquiunt, si pes ex æternitate semper fuisset in puluere, semper subesset vestigium, quod à calcante factum nemo dubitaret: sic & mundus semper fuit, semper existẽte qui fecit. ¶ Et ad hoc intelligẽdum considerandum est, quòd causa efficiens quæ agit per motum, de necessitate præcedit tẽpore suum effectum, quia effectus non est nisi in termino actionis: agens autem omne oportet esse principium actionis. Sed si actio sit instantanea & non successiua, non est necessarium, faciens esse prius facto duratione, sicut patet in illuminatione. Vnde dicunt quòd non sequitur ex necessitate, si Deus est causa actiua mundi, quòd sit prior mundo duratione, quia creatio qua mundum produxit, non est mutatio successiua, vt suprà dictũ est ᵉ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illi qui ponerent mundum æternum, dicerẽt mundũ factũ à Deo ex nihilo: non quòd factus sit post nihilum secundum quod nos intelligimus per nomen creationis ᵉ, sed quia non est factus de aliquo. Et sic etiam nõ recusant aliqui eorum creationis nomẽ: vt patet ex Auic. in sua meta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illa est ratio Anax. quæ ponitur in 3. physic. Sed non de necessitate concludit, nisi de intellectu qui deliberãdo inuestigat quid agẽdum sit, quod est simile motui. Talis autem est intellectus humanus, sed non diuinus, vt suprà patet ᵉ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ponẽtes æternitatem mundi, ponunt aliquam regionẽ infinities esse mutatam de inhabitabili in habitabilem, & econuerso. Et similiter ponunt, quòd artes propter diuersas corruptiones & accidentia infinities fuerunt inuentæ, & iterum corruptę. Vnde Arist. dicit in lib. meteo. quòd ridiculum, est ex huiusmodi particularibus mutationibus opinionem accipere de nouitate mundi totius.

¶ Ad quintum dicendum, quòd etsi mundus semper fuisset, non tamen parificaretur Deo in æternitate, vt dicit Boë. in fine de cõso. quia esse diuinum est esse totum simul absque successione. Non autem sic est de mundo ᵉ.

¶ Ad sextum dicendum, quòd transitus semper intelligitur à termino in terminũ. Quæcunque autem præterita dies signetur, ab illa vsque ad istam sunt finiti dies, qui pertransiri poterunt. Obiectio autem procedit ac si positis extremis sint media infinita.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in causis efficientibus impossibile est procedere in infinitum per se ᵉ, vt puta si causæ quæ per se requiruntur ad aliquem effectum: multiplicarentur in infinitum. Sicut si lapis moueretur à baculo, & baculus à manu, & hoc in infinitum. Sed per accidens in infinitum procedere in causis agẽtibus non reputatur impossibile, vt puta si omnes causæ quæ in infinitum multiplicantur, non teneant ordinem nisi vnius causæ, sed earum multiplicatio fit per accidens ᵉ. Sicut artifex agit multis martellis per accidens: quia vnus post vnum frangitur. Accidit ergo huic martello, q̃ agat post actionẽ alterius martelli. Et similiter accidit huic huiusmodi inquantum generat quòd sit generatus ab alio. Generat enim inquantum homo, & non inquantum est filius alterius hominis. Omnes enim homines generantes habent gradum vnum in causis efficiẽtibus, scilicet gradum particularis generantis. Vnde non est impossibile quòd homo generetur ab homine in infinitum. Esset autem impossibile, si generatio huius hominis dependeret ab hoc homine, & à corpore elemẽtali, & à sole: & sic in infinitum.

¶ Ad octauum dicendum, quòd hanc rationẽ, ponentes æternitatem mundi, multipliciter effugiunt. Quidam enim non reputant impossibile esse infinitas animas actu, vt patet in metaph. Algazelis, dicentis hoc esse infinitum per accidens. Sed hoc improbatum est superius ᵉ. Quidam vero dicunt animam corrumpi cum corpore. Quidam vero, quòd ex omnibus animabus remanet vna tantum. Alij vero (vt Aug. dicit) posuerunt propter hoc circuitũ animarum, vt scilicet animæ separatæ à corporibus post determinata tẽporum curricula iterum redirẽt ad corpora. De quibus omnibus in sequẽtibus est agendum ᵉ. Considerandum tamen quòd hæc ratio particularis est. Vnde posset dicere aliquis quòd mundus fuit æternus, vel saltẽ aliqua creatura, vt angelus: non autem homo. Nos autem intẽdimus vniuersaliter an aliqua creatura fuerit ab æterno.

ARTICVLVS III.

a ¶ Virum creatio rerum fuerit in principio tẽporis.

D TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd creatio rerũ non fuit in principio temporis. Quod enim non est in tempore, non est in aliquo temporis. Sed creatio rerum non fuit in tempore. Per creationem enim rerum substãtia in esse producta est. Tempus autem non mensurat substantiam rerum, & præcipue incorporaliũ. Ergo creatio non fuit in principio temporis.

¶ Præterea, Philosophus probat quòd omne quod fit, fiebat. Et sic omne fieri habet prius & posterius. In principio autem temporis (cum sit indiuisibile) non est prius & posterius. Ergo cum creari sit quoddam fieri, videtur q̃ res non sint creatę in principio temporis.

¶ Tẽpus etiam tẽpus creatum est. Sed non potest creari in principio temporis: cum tẽpus sit diuisibile, principium autem temporis indiuisibile. Non ergo creatio rerum fuit in principio temporis.

¶ SED CONTRA est quod Genes. 1. dicitur. In principio creauit Deus cælum & terram.

CONCLVSIO.

¶ In principio temporis omnia à Deo creata sunt, & in principio, id est in filio, & in principio, id est ante omnia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd illud verbum Gene. 1. In principio creauit Deus cælum & terram, tripliciter exponitur ad excludendum tres errores. Quidam enim posuerũt mundum semper fuisse, & tempus non habere principium. Et ad hoc excludendum exponitur. In principio, scilicet temporis. Quidam vero posuerunt duo esse creationis principia, vnum bonorum, aliud malorum. Et ad hoc excludendum exponitur, in principio, id est, in filio. Sicut enim principium effectiuum appropriatur patri propter potentiam, ita principium exẽplare appropriatur filio propter sapientiam: vt sicut dicitur, omnia in sapientia fecisti, ita intelligatur Deũ omnia fecisse in principio, id est in filio, secũdum illud Apostoli ad Col. 1. In ipso, scilicet filio, condita sunt vniuersa. Alij verò dixerunt corporalia esse creata à Deo mediantibus creaturis spiritualibus. Et ad hoc excludẽdum exponitur, in principio creauit Deus cælum & terram, id est ante omnia. Quatuor enim ponuntur simul creata scilicet cælum empireum, materia corporalis quæ nomine terræ intelligetur, tempus, & natura angelica.

Cõment.
58
582
367
370
b
Annota.
248
2. dist. 1. q. 1. artic. 6.
tertium.
Et quolib. 5. q. 1. art. 1. cor. & opus. 9. q. 100.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non dicuntur in principio temporis res esse creatæ, quasi principium tẽporis creationis sit mensura: sed quia simul cum tempore cælum & terra creata sunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum illud Philosophi intelligitur de fieri quod est per motum, vel quod est terminus motus. Quia cum in quolibet motu sit accipere prius & posterius, ante quodcunq; signum in motu signato, dum scilicet aliquid est in moueri, & fieri est accipere prius, & etiam aliquid post ipsum, quia quod est in principio motus vel in termino, nõ est in moueri. Creatio autem neque est motus neque terminus motus, vt suprà dictum est ᵉ. Vnde sic aliquid creatur quod non prius creabatur.

b
239

¶ Ad

mensurans creationem, fuit tamē coëxistēs creationi:quæ instanti temporis discreti quo mensuratur,operationes spirituales,vt infrà patebit, mensurata est.

a ¶ *Super Quæstionis quadragesimæseptimæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo quæritur an distinctio sit à Deo nō quomodolibet, sed vt ꝑ se intenta, vt in processu articuli patet.

Comenta. ¶ In corpore tria facit. Primo tractat opinionē antiquorum:secundo opinionē Auic. tertio respondet quæsito.

¶Quo ad primum refertur opinio Democriti & Anaxagoræ,quòd distinctio rerum est à materia sola & causaliter, vel à materia simul & agente. Reprehenditur autē vtraque opinio quo
249
ad hoc in quo communicat, scilicet ꝙ distinctio est à materia vt à causa prima, id est in reducibili in aliam priorē causam, dupliciter. Primo, quia ipsa materia est à Deo. Secundo,quia etiā forma est prior materia: quoniā materia est propter formam.

2.cont.ca. 39. vsque 45. inclusiue et lib. 3. cap.97. & post. q. 3. artic. 1. 9 m. & art.16.co. & opusc.3. ca.71.72. 73.et 101. & 12.me. 1.2.in fin.

¶Quo ad secundum refertur opinio Aui. quòd distinctio est ex secūdis agentibus: & improbatur dupliciter.Primo,ꝙ hoc est falsum de distinctione incorruptibilium
54
quoniā à solo Deo fieri possunt. Secundo, quia
236
distinctio rerum esset à
237
casu:& cōsequēter complementū vniuersi esset à casu.& tenet prima sequela,quoniam quod fit ex concursu multarum causarum agentium, nō per se intentū ab aliquo dirigente eas in vnum, casu fit. secunda autē sequela tenet, quia perfectio vniuersi in rerū diuersitate consistit.

¶Quo ad tertium cōclusio respōsiua est. Distinctio, seu multitudo rerū est ex intentione primi agētis,qui est Deus,Probatur. Deus produxit res in esse propter suā bonitatem communicandam creaturis & per eas repræsentādam:ergo produxit multas creaturas, & diuersas. & tenet sequela,quia per vnā crea-
235
turam sufficiēter repræsentari nō potest. Quod probatur, quia bonitas, quæ in Deo est simpliciter & vniformiter, in creaturis est multipliciter & diuisim.Quod & confirmatur:quia perfectius participat diuinam bonitatē totum vniuersum, quàm quæcunque creatura. Secunda pro-
235
batur conclusio autori-
242
tate scripturę, Gene.primo.Dixit Deus,&c.

e
¶Circa hanc rationē ad-
262
uerte,quòd cum dicitur, nominatur,aut quęritur sufficiens repræsentatio bonitatis diuinæ: nō est sermo de sufficiētia simpliciter:quoniā nec mille mundi sufficerent ad id,sed de sufficientia cō-

¶Ad tertium dicendum, quòd nihil fit nisi secundum quod est. Nihil autem est temporis nisi nunc.Vnde non potest fieri nisi secundum aliquod nunc.Non quia in ipso primo nunc sit tempus,sed quia ab eo incipit tempus.

QVAEST. QVADRAGESIMA septima de Rerum distinctione in communi,in tres articulos diuisa.

POST productionem creaturarum in esse considerandum est de distinctione earum.¶Erit autem hæc cōsideratio tripartita. Nam primo considerabimus de distinctione rerum in communi. ¶Secundo, de distinctione boni & mali. ¶Tertio, de distinctione spiritualis & corporalis creaturæ. ¶Circa primum quæruntur tria. ¶Primo, de ipsa rerum multitudine,seu distinctione.¶Secundo, de earum inæqualitate. ¶Tertio, de vnitate mundi.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum rerum multitudo & distinctio sit à Deo.*

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur,quòd rerū multitudo & distinctio non sit à Deo. Vnum enim semper natum est vnū facere. Sed Deus est maxime vn⁹,vt ex præmissis patet [c]. Ergo non producit nisi vnum effectum.

¶ Præterea, Exemplatū assimulatur suo exēplari:sed Deus est causa exēplaris sui effectus, vt suprà dictum est [c]. Ergo cū Deus sit vnus, effectus eius est vnus tantū, & non distinctus.

¶Præterea, Ea quæ sunt ad finem, proportionantur fini.Sed finis creaturæ est vnus,scilicet diuina bonitas, vt suprà ostensum est [c]. Ergo effectus Dei non est nisi vnus.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen.1.quòd Deus distinxit lucem à tenebris, & diuisit aquas ab aquis. Ergo distinctio & multitudo rerum est à Deo.

CONCLVSIO.

¶ *Cum propter bonitatem suam communicandam condiderit Deus creaturas, & per illas repræsentandā non ex materia, vel ex agente & materia, aut ex secundis causis, sed ex intentione primi agentis & Dei, multæ & diuersæ creaturæ processerunt.*

¶RESPONDEO dicēdum,ꝙ causam distinctionis rerum multipliciter aliqui assignauerūt. Quidā enim attribuerūt eam materiæ vel soli,vel simul cum agente:soli quidē materiæ, sicut Democritus & omnes antiqui naturales, ponentes solā causam materialē,secundum quos distinctio rerū prouenit à casu secundum motum materiæ. Materiæ vero & agenti simul distinctionē & multitudinē rerum attribuit Anaxa. qui posuit intellectū distinguentem res, extrahendo quod erat permixtum in materia. Sed hoc non potest stare propter duo.Primo quidē,quia suprà ostēsum est [c], quòd etiā ipsa materia à Deo creata est. Vnde oportet & distinctionē,siqua est ex parte materiæ,in altiorem causam reducere.Secundo,quia materia est propter formā,& non econuerso,distinctio autem rerum est per formas proprias.Non ergo distinctio est in rebus propter materiā,sed potius econuerso in materia creata est difformitas, vt esset diuersis formis accōmodata. Quidam vero attribuerunt distinctionē rerum secundis agentibus, sicut Auic. qui dixit, quòd Deus intelligendo se,produxit intelligentiam primam [c]:in qua, quia non est suum esse, ex necessitate incidit cōpositio potentiæ & actus,vt infrà patebit [c]. Sic igitur prima intelligentia inquantum intelligit causam primā,produxit secundā intelligentiam:inquantū autem intelligit secundū quod est in potentia,produxit corpus cæli,qd̄ mouet:inquantum vero intelligit, secundum illud quod habet de actu ,produxit animam cæli. Sed hoc non potest stare propter duo. Primo quidem,quia suprà ostēsum est [c].quòd creare solius Dei est.Vnde ea quę non possunt causari nisi per creationem,à solo Deo producuntur. Et hæc sunt omnia quæ non subiacent generationi & corruptioni.Secundo,quia secundum hanc positionem non proueniret ex intentione primi agentis vniuersitas rerum, sed ex concursu multarum causarum agentium:tale autē dicimus prouenire à casu. Sic igitur complementum vniuersi, quod in diuersitate rerum consistit,esset à casu.quod est impossibile.Vnde dicendum est,quòd distinctio rerū & multitudo est ex intētione primi agentis, quod est Deus. Producit enim res in esse propter suam bonitatem communicandam creaturis [c], & per eas repræsentandam. Et quia per vnam creaturam sufficienter repræsentari non potest, producit multas creaturas & diuersas:vt quod deest vni ad repræsentādam diuinam bonitatem,suppleatur ex alia. Nam bonitas quæ in Deo est simpliciter & vniformiter, in creaturis est multipliciter & diuisim [c].Vnde perfectius participat diuinam bonitatem , & repræsentat eam totum vniuersum,quam alia quæcunque creatura [c]. Et quia ex diuina sapiētia est causa distinctionis rerū , ideo Moyses dicit res esse distinctas verbo Dei, quod est conceptio sapientiæ. Et hoc est quod dicitur Gene.1.Dixit Deus,Fiat lux.Et diuisit lucem à tenebris.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd agens per naturam agit per formam per quā est,quę vnius tantum est vna.Et ideo non agit nisi vnum. Agens autem voluntarium, quale est Deus,vt suprà ostensum est [c], agit per formam intellectam. Cum igitur Deum multa intelligere non repugnet vnitati & simplicitati ipsius,vt suprà ostensum est [c], relinquitur quòd licet sit vnus,possit multa facere.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa teneret de exēplato quod perfecte repræsentat exemplar,quod non multiplicatur nisi materialiter. Vnde imago increata quæ est perfecta,est vna tantum.Sed nulla creatura repræsentat perfecte exemplar primum, quod est diuina essentia : & ideo potest per multa repræsentari.Et tamē secundum quod ideæ dicuntur exemplaria,pluralitati rerum correspondet in mente diuina pluralitas idearum.

¶Ad tertium dicendum, quòd in speculatiuis medium demonstrationis, quod perfecte demonstrat conclusionem,est vnum tātum.Sed media probabilia sunt multa. Et similiter in operatiuis quando id quod est ad finem, adæquat (vt ita dixerim) finem, non requiritur ꝙ sit nisi vnum tantum. Sed creatura non sic se habet ad finem,qui est Deus [c]. Vnde oportuit creaturas multiplicari.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum inæqualitas rerum sit à Deo.*

AD SECVNDVM sic proceditur.Videtur,quòd inęqualitas rerum non sit à Deo. Optimi enim est optima adducere. Sed inter optima vnum non est majus altero.Ergo Dei qui est optim⁹,est omnia æqualia facere.

¶ Præterea , Aequalitas est effectus vnitatis, vt dicitur in metaphysic. Sed Deus est vnus. Ergo fecit omnia æqualia.

¶Præterea,Iustitiæ est inæqualia inæqualibus dare [c]. Sed Deus est iustus in omnibus operibus suis. Cum ergo operationi eius qua esse rebus communicat, non præsupponatur aliqua inæqualitas rerum, videtur quòd fecerit omnia æqualia.

¶SED CONTRA est quod dicitur Eccl. 33.capit. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annū, sol solem,à domini scientia separata sunt.

sona perfectiōi vniuersi. huc enim tendit ratio, vt huiusmodi repræsentationem diuinæ bonitatis in rerum vniuersitate per se intentam à Deo fateamur: q̄a vnica creatura ad huiusmodi repræsentationem non sufficeret. 242

¶ In responsione ad secundum, aduerte quòd exēplar dupliciter Deo attribui litera vult. Primo ratione substantiæ simpliciter,& sic De⁹ est vnum exemplar omniū. Secundo,ratione substātiæ sic vel sic imitabilis: & sic in mente diuina sunt multa rerum exemplaria iuxta multitudinē idearum. 234

a ¶ *Super Quæstionis quadragesimæseptimæ Articulum secundum.*

TItulus intelligendus est sicut præcedens. 34 72

¶In corpore duo facit. Primo tractat opinionē Originis. Secūdo respōdet quæsito. *Comenta.* 71 234

¶Quo ad primum ponitur in litera opinio Origenis satis clare, continens tria , scilicet rationales creaturas, æquales creatas, & inæqualitatē ex libero arbitrio,& diuersitatem. imò & creationem corporū ex punitione: & sic respondet quęsito negatiue. Refertur quoq; & occasio huius opinionis,quia scilicet excludere conat⁹ est opinionem ponentē distinctionem ex contrarietate principiorū boni & mali,quæ videt' fuisse Empedoclis & Manichæorum.De quibus omnibus, si diffuse tractatum videre vis in 2.contra Genti.à ca.39.vsque ad 46.hic enim hęc breuiter tangūtur. ¶Contra hanc autem opinionem arguitur in litera. Quia sequeretur, quòd vniuersitas corporalium creaturarum non esset propter Dei bonitatē communicandam, sed propter peccatum puniendum:sed hoc esse inconueniens probatur autoritate Genesis,& Aug. 212 215 87

¶Aduerte hic,quòd non excluditur in hac ratione totaliter diuina bonitas, quoniam etiam iustitiæ punitiuæ finis est diuina bonitas : sed excluditur diuina bonitas à solitudine sufficienti. Hęc enim est differentia inter bona absolute, & bona non nisi punitiue: quòd primorum ratio sola diuina bonitas est, secundorum vero nunquā diuina bonitas causa est nisi de merito supposito, quod non est à Deo. Et propterea in litera non est simpliciter negata diuina bonitas, sed opposita est aduersatiua,scilicet ad puniendum peccatum. Ex hoc enim insinuatur quod diximus.Manifestatur vero optime inconueniens ex inducta autoritate, Vidit Deus cūcta q̄ fecerat,& erāt valde bona:q̄ eñ nō nisi ad puniēdum bona

18 c 154 250 *2.contr.G. 39. vsque 45. inclusiue.& li. 3. ca. 97. & post.q. 3.arti. 16. et de anima artic. 7.cor.* 131 34

bona sunt, inter simpliciter bona non cōnumerantur : quoniā non sunt simpliciter appetibilia.

¶ Quo ad secundū,conclusio responsiua est, sapiētia Dei sicut est causa distinctionis rerum, ita & inæqualitatis.Et probatur primo, ꝙ sit causa inæqualitatis : secundo quòd sicut est causa di-
50
stinctionis,ita inæquali-
368
tatis.Primum ergo probatur sic. sapientia Dei est causa distinctionis rerum , ergo est causa distinctionis formalis:ergo est causa inæqualitatis. Prima consequentia probatur:quia distinctio formalis est principalis distinctio. quod probatur, quia duabus tantum existētibus distinctionibus, scilicet numerali & formali,materia est propter formam : ergo distinctio materialis est propter formalem. Et rursus manifestatur à signo, quòd videmus vnitatem & pluralitatē nu-
134
meralē esse propter formam specificam. Secunda autem consequentia probatur:quia distinctio formalis semper inęqualitatē requirit.quod probatur dupliciter,primo, quia formæ rerum sunt sicut numeri ex octauo
143
metaphy. secundo, quia
236
in rebus naturalibus species ordinatæ gradatim
249
apparent, vt patet indu-
275
ctiue.Secundo probatur
242
quòd sicut est causa distinctionis,ita inæquali-
373
tatis, sic vniuersum non esset perfectum si vnus tātum bonitatis gradus inueniretur, ergo perfectio vniuersi requirit inæqualitatem:ergo sic inęqualitas est à Deo propter perfectionem vniuersi, sicut & distinctio. Totus processus patet.

368
a ¶ *Super Quæstionis quadragesimæseptimæ Articulum tertium.*

Annota. IN titulo sermo est de vnitate numerali,& de mundo non solum corpore,sed vniuerso,& de facto,nō de possibili. nō enim nunc de potentia Dei disputamus, sed de diuersitate inuenta in rebus in communi.

Coment. ¶ In corpore duo facit. Primo respondet quæsito : secundo ex ratione data deducit corollarie quid alij potuerunt opinari.

¶Quo ad primum conclusio responsiua est, ꝙ mundus est tātum vnus.
259
Et probatur sic,quæcun-
435
que sunt à Deo,ordinem
135
habent abinuicem ad ipsum Deū : ergo omnia ad vnum mundum necesse est ptinere. & probatur sequela,quia mundus iste vnus est vnitate ordinis. Ex hoc autem deducitur secundo corollarie differentia inter philosophos, scilicet ꝙ illi qui posuerunt mundi
209
causam aliquam ordinantem sapientiam,non posuerunt plures mundos: qui vero res à casu dixerūt,vt Democritus,

CONCLVSIO.

¶ *Sicut ex diuina sapiētia multæ & diuersæ creaturæ in esse processerūt,ita eadē ex causa rerū inæqualitas processit, & nō ex meritis seu demeritis creaturarum.*

¶RESPONDEO dicendū,quòd Orig. volens excludere positionem ponentium distinctionem in rebus ex contrarietate principiorum boni & mali,posuit,à Deo à principio omnia creata esse æqualia. Dicit enim quòd Deus primo creauit creaturas rationales tantum,& omnes æquales [c].In quibus primo exorta est inæqualitas ex lib.arbit.quibusdā conuersis in Deum secundū magis & minus,quibusdam etiam secundum magis & minus à Deo auersis. illæ igitur rationales creaturæ, quę ad Deum per li.ar.cōuersæ sunt,promotę sunt ad diuersos ordines angelorū pro diuersitate meritorum. Illæ autem quæ auersæ sunt à Deo,sunt corporibus alligatę diuersis secundum diuersitatē peccati : & hanc causam dicit esse creationis, & diuersitatis corporū.Sed secundum hoc vniuersitas corporalium creaturarum non esset propter bonitatē Dei communicandam creaturis,sed ad puniendū peccatum. Quod est contra illud quod dicitur Genes.1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat,&c. erant valde bona [c]. Et vt Aug.dicit 2.de ciui. Dei.Quid stultius dici potest,quàm istum solē vt in vno mundo vnus esset, non decori pulchritudinis,vel saluti rerum corporalium cōsuluisse artificē Deum:sed hoc potius euenisse quia vna anima sic peccauerat : ac per hoc si centum animæ peccassent, cētum soles haberet hic mundus? Et ideo dicendum est, quòd sicut sapientia Dei est causa distinctionis rerum [c], ita & inæqualitatis. ¶Quod sic patet. Duplex enim distinctio inuenitur in rebus [c]. Vna formalis,in his quæ differunt specie. alia vero materialis, in his quæ differunt numero tantum.Cum autem materia sit propter formam [c], distinctio materialis est propter formalem. Vnde videmus, quòd in rebus incorruptibilibus non est nisi vnū indiuiduū vnius speciei:quia species sufficienter cōseruatur in vno.In generalibus autem & corruptibilibus sunt multa indiuidua vnius speciei ad conseruationem speciei. Ex quo patet, quòd principalior est distinctio formalis quā materialis. Distinctio autem formalis semper requirit inæqualitatem [c]: quia (vt dicitur in 8.meta.) formæ rerum sunt sicut numeri,in quibus species variantur per additionem vel subtractionem vnitatis. Vnde in rebus naturalibus gradatim species ordinatæ esse videntur. Sicut mixta perfectiora sunt elementis, & plantæ corporibus mineralibus, & animalia plantis, & homines aliis animalibus,& in singulis horū vna species perfectior aliis inuenitur.Sicut ergo diuina sapiētia causa est distinctionis rerū propter perfectionē vniuersi,ita & inæqualitatis.Non eñ esset perfectū vniuersum,si tātū vnus gradus bonitatis inueniretur in rebus.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd optimi agētis est producere totum effectum suum optimum, non tamē quamlibet partem totius faciat optimam simpliciter,sed optimā secundum proportionem ad totum [c]. Tolleretur enim bonitas animalis si quælibet pars eius, oculi haberet dignitatem. Sic igitur & Deus totum vniuersum constituit optimum secundum modum creaturæ : non autem singulas creaturas, sed vnam alia meliorem. Et ideo de singulis creaturis dicitur Gen.1.Vidit Deus lucem quòd esset bona. Et similiter de singulis. Sed de omnibus simul dicitur. Vidit Deus cuncta quæ fec.& erant val.bona.

¶Ad secundum dicendū,quòd primum quod procedit ab vnitate,est æqualitas [c], & deinde procedit multiplicitas.Et ideo à patre(cui secundum Augu.appropriatur vnitas) processit filius , cui appropriatur æqualitas : & deinde creatura,cui competit inæqualitas:sed tamen etiam à creaturis participatur quędam æqualitas,scilicet proportionis.

¶ Ad tertium dicendū, quòd ratio illa est quæ mouit Orig.sed nō habet locum, nisi in retributione premiorum,quorum inæqualitas debetur inæqualibus meritis [c]. Sed in constitutione rerum non est inæqualitas partium per quamcunque inæqualitatem præcedētem vel meritorum, vel etiam dispositionis materiæ, sed propter perfectionem totius [c]: vt patet etiam in operibus artis : nō enim propter hoc differt tectum à fundamento, quia habet diuersam materiam: sed vt sit domus perfecta ex diuersis partibus, quærit artifex diuersam materiam,& facere eam si posset.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum sit vnus mundus tantum.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quòd non sit vnus mundus tantum, sed plures. Quia vt Aug. dicit in lib.83. q. inconueniens est dicere quòd Deus sine ratione res creauit. Sed ea ratione qua creauit vnum,potuit creare multos: cum eius potentia non sit limitata ad vnius mundi creationem, sed est infinita, vt suprà ostensum est [c].Ergo Deus plures mundos produxit.

¶ Præterea, Natura facit quod melius est , & multo magis Deus. Sed melius esset esse plures mundos quam vnum : quia plura bona paucioribus meliora sunt [c].Ergo plures mundi facti sunt à Deo.

¶ Præterea, Omne quod habet formam in materia, potest multiplicari secundum numerum manente eadem specie:quia multiplicatio secundum numerum est ex materia. Sed mundus habet formam in materia.Sicut enim cum dico,homo,significo formā,cum autem dico, hic homo, significo formā in materia:ita,cum dicitur mundus,significatur forma, cum autem dicitur hic mundus,significatur forma in materia. Ergo nihil prohibet esse plures mundos.

¶ SED CONTRA est qd̄ dicitur Ioan.1.Mundus per ipsum factus est. Vbi singulariter mundum nominauit , quasi vno solo mundo existente.

CONCLVSIO.

¶ *Cum vniuersas creaturas ad se, & inuicem mirabili quodam ordine instituerit Deus,vnum tantum mundum,& non plures ponere conueniens est.*

¶RESPONDEO dicēdum, ꝙ ipse ordo in rebus sic à Deo creatis existens vnitatem mūdi manifestat.Mundus enim iste vnus dicitur vnitate ordinis secundum quod quædam ad alia ordinātur. Quæcunque autem sunt à Deo, ordinem habent abinuicem & ad ipsum Deum,vt suprà ostensum est [c].Vnde necesse est quòd omnia ad vnum mundum pertineāt. Et ideo illi potuerunt ponere plures mundos,qui causam mundi non posuerunt aliquam sapientiam ordinantem ,sed casum,vt Democ. qui dixit,ex concursu atomorum factum esse hunc mundum,& alios infinitos. 53 27 31 e

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc ratio est quare mundus est vnus , quia debent omnia esse ordinata vno ordine ad vnum.Propter quod Arist.in 2.metaph.ex vnitate ordinis in rebus existentis cōcludit vnitatem Dei gubernantis. Et Plato ex vnitate exemplaris probat vnitatem mundi,quasi exemplari.

¶Ad secundū dicendū,quòd nullum agens intendit pluralitatē materialē vt finem [c] : quia materialis multitudo non habet certū terminum sed de se tendit in infinitū. Infinitum autē repugnat rationi finis. Cum autē dicitur plures mundos esse meliores quā vnū, hoc autē dicitur secundū multitudinē materialē. Tale autē melius non est de intentione Dei agentis,quia eadem ratione dici posset,quòd si fecisset duos,melius esset quòd essent tres.Et sic in infinitum. 488 145 274 d

¶Ad tertium dicendum,quòd mundus constat ex sua tota materia. non enim est possibile esse aliam terram,quā istam:quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc medium vbicunque esset.Et eadem ratio est de aliis corporibus quæ sunt partes mundi.

QVÆSTIO QVADRAGESIMA-octaua de rerum distinctione in speciali, in sex articulos diuisa.

DEINDE cōsiderādū est de distinctione rerū in speciali. Et primo de distinctione boni & mali. Deinde de distinctione spiritualis & corporalis creaturæ. ¶Circa primū quęrēdū est de malo,& de causa mali. ¶Circa malum quærūtur sex.¶Primo,vtrum malum sit natura aliqua.¶Secundo,an malū inueniatur in rebus. ¶Tertio, vtrum bonum sit subiectū mali. ¶Quarto, vtrum malum totaliter corrumpat bonū.¶Quinto,de diuisione mali per pœnam & culpā. ¶Sexto,quid habeat plus de ratione mali,pœna vel culpa.

Artic

plures potuerunt dicere mundos.

Annota. ¶ In responsione ad tertium,aduerte, quòd tota responsio sumpta est ex Arist. in primo cæli & mundi. Verūtamen cum in litera dicitur,quòd nō est possibile esse aliam terram:ly possibile, non sumitur pro possibili secundum actiuam potentiam Dei, neq; pro possibili logico,sed pro possibili sumpto ex potētia indita rebus creatis : secundum quam dicimus, ꝙ impossibile est mortuum resurgere. Tractatus enim iste, vt iam diximus , attestatur quòd non quid possit,aut non possit Deus, sed quid distinctio rerum habeat, requiritur.

¶ Circa rationem in litera adductam ex Arist. ad probādam vnitatem terræ, quia omnis terra natur

c 334 243 251 *Pos. q. 3. art.16.ad primū & 12.meta.l. 7.col.9.fi. & l.9.fi. & 1.cont. l.16. vsq; 22.* *Annota.* 35 151 145

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum malum sit natura quædam.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd malum sit natura quædam. Quia omne genus est natura quædam. Sed malum est quoddam genus. Dicitur enim in prædicamẽtis, quòd bonum & malum non sunt in genere, sed sunt genera aliorum. Ergo malum est natura quædam.

¶Præterea, Omnis differentia constitutiua alicuius speciei est natura quædã. Malum autem est differentia constitutiua in moralibus. Differt enim specie malus habitus à bono, vt liberalitas ab illiberalitate. Ergo malũ significat naturam quandam.

¶Præterea, Vtrunq; contrariorum est natura quædam. Sed malum & bonum non opponũtur, vt priuatio & habitus, sed vt contraria, vt probat Philosophus in prædicamentis, per hoc quòd inter bonum & malum est aliquid medium: & à malo potest fieri reditus ad bonũ. ergo malum significat naturam quandam.

¶Præterea, Quod non est, non agit. Sed malũ agit: quia corrumpit bonum. ergo malum est quoddam ens, & natura quædam.

¶Præterea, Ad perfectionem vniuersitatis rerum non pertinet, nisi quòd est ens & natura quædam. Sed malum pertinet ad perfectionẽ vniuersitatis rerum. Dicit Aug. in ench. quòd ex omnibus cõsistit vniuersitatis admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum & suo loco positum, eminentius commendat bona. Ergo malum est natura quædam.

¶SED CONTRA est quod Dio. dicit 4. capit. de di. no. Malum est non existens, neque bonum.

CONCLVSIO.

¶*Non esse, vel natura aliqua, sed ipsa boni absentia malum est.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd vnum oppositorũ cognoscitur per alterum, sicut per lucem tenebra. Vnde & quid sit malũ, oportet ex ratione boni accipere. Diximus autem suprà [c], quòd bonum est omne id quod est appetibile, & sic, cum omnis natura appetat suum esse & suã perfectionem [c], necesse est dicere quòd esse & perfectio cuiuscunq; naturæ rationem habeat bonitatis. Vnde nõ potest esse quòd malum significet quoddã esse, aut quandam formam, seu naturã. Relinquitur ergo quòd nomine mali significetur quædam absentia boni, & pro tanto dicitur quòd malum neque est existens, nec bonum. Quia cum ens inquantum huiusmodi sit bonum, eadem est remotio vtrorunque.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Arist. ibi loquitur secundũ opi. Pythagoricorum, qui malum existimabant esse naturam quandã. Et ideo ponebãt bonum & malũ genera. Consueuit enim Arist. & præcipue in libris logicalibus ponere exempla quæ probabilia erant suo tempore secundum opinionem aliquorum philosophorum [c]. Vel dicendum, sicut dicit Philosophus in 4. met. quòd prima contrarietas est habitus & priuatio: quia scilicet in omnibus contrariis saluatur, cum semper vnum contrariorum sit imperfectum respectu alterius: vt nigrũ respectu albi, & amarum respectu dulcis. Et pro tanto bonum & malum dicuntur genera, non simpliciter, sed contrariorum: quia sicut omnis forma habet rationem boni: ita omnis priuatio inquantum huiusmodi habet rationem mali.

¶Ad secundum dicendũ, quòd bonum & malum non sunt differentiæ constitutiuæ: nisi in moralibus quæ recipiunt species ex fine, qui est obiectum volũtatis à quo moralia dependent. Et quia bonum habet rationẽ finis, ideo bonum & malum sunt differẽtiæ specificæ in moralibus. Bonum per se, sed malum inquantum est remotio debiti finis. Nec tamẽ remotio debiti finis constituit speciẽ in moralibus, nisi secundum quod adiungitur fini indebito. Sicut neque in materialibus inuenitur priuatio formæ substantialis, nisi adiuncta alteri formæ. Sic igitur malum quod est differentia constitutiua, in moralibus est quoddam bonũ adiunctũ priuationi alterius boni. Sicut finis intemperati est non quidem carere bono rationis, sed delectabile sensus absque ordine rationis. Vnde malum inquantum malum non est differentia constitutiua, sed ratione boni adiuncti. ¶Et per hoc etiam patet respõsio ad tertiũ. Nam ibi philosophus loquitur de bono & malo, secundum quod inueniuntur in moral. Si enim inter bonum & malum inuenitur medium: prout bonum dicitur quod est ordinatum: malum autem quod non solum est deordinatum, sed etiam nociuum alteri. Vnde dicit Philosophus in 4. Ethic. quòd prodigus vanus quidem est, sed non malus.

¶Ab hoc etiam malo quod est secundum morem, contingit fieri reditum ad bonum: non autem ex quocunque malo: non enim ex cæcitate fit reditus ad visionem, cum tamen cæcitas sit malum quoddam.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd aliquid agere dicitur tripliciter. Vno modo formaliter eo modo loquendi quo dicitur albedo facere album. Et sic malum etiam ratione ipsius priuationis dicitur corrumpere bonum: quia est ipsa corruptio vel priuatio boni. Alio modo dicitur aliquid agere effectiue, sicut pictor dicitur facere album parietem. Tertio modo per modum causæ finalis, sicut finis dicitur efficere mouendo efficientem. His autem duobus modis malum non agit aliquid per se, id est secundum quod est priuatio quædam, sed secundum quòd ei bonum adiungitur. Nam omnis actio est ab aliqua forma, & omne quod desideratur, vt finis, est perfectio aliqua. Et ideo, vt Dio. dicit 4. cap. de di. no. malum non agit, neque desideratur nisi virtute boni adiuncti. Per se autem est infinitum, & præter voluntatem & intentionem.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut suprà dictum est [c], partes vniuersi habent ordinem adinuicem secundum quod vna agit in alteram: & est finis alterius & exemplar. Hæc autem, vt dictum est [c], non possunt conuenire malo nisi ratione boni adiuncti. Vnde malum neque ad perfectionem vniuersi pertinet, neque sub ordine vniuersi concluditur nisi per accidens, id est ratione boni adiuncti.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum malum inueniatur in rebus.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quòd malum nõ inueniatur in rebus. Quicquid enim inuenitur in rebus, vel est ens aliquod, vel priuatio entis alicuius quod est non ens. Sed Dio. dicit 4. capit. de diuin. nomi. quòd malum distat ab existente, & adhuc plus distat à non existente: ergo malum nullo modo inuenitur in rebus.

¶Præterea, Ens & res conuertuntur. Si ergo malum est ens in rebus, sequitur quòd malum sit res quædam. Quod est contra prædicta [c].

¶Præterea, Albius est quod est nigro impermixtius: vt dicitur in tertio libro topicorum Arist. ergo & melius est quod est malo impermixtius. Sed Deus facit semper quod melius est multo magis quàm natura. Ergo in rebus à Deo conditis nihil malum inuenitur.

¶SED CONTRA est, quòd secũdum hoc remouerentur omnes prohibitiones & pœnæ, quæ non sunt nisi malorum.

CONCLVSIO.

¶*Sicut ad vniuersi perfectionem oportuit non tantum incorruptibilia & indefectibilia à bono esse, ita necesse est in rebus inueniri malum, sicut defectus & corruptio boni, non quidem positiue, sed formaliter remotiue.*

Comenta.
252
1.dist.46. arti.3.cor. & 4m & 2.dist. 34.quæ.1. ar.2.et 3. contr.c.7. 8.9.et 11. ratione.1. Et post.q. 3.ar.6.& mal.q.1. ar.12.primum & opus.3.c. 115.

naturaliter monetur ad hoc medium vbicunque esset, dubiũ est: sed quoniam hoc ex intentione spectat ad librũ de cælo, vnde sumpta est ratio: idem fiat aut hic quæstio specialis, aut in loco proprio.

a ¶ *Super Quæstionis quadragesimæ octauæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶In corpore tria facit. Primo ponit modũ sciẽdi quæsitum. Secũdo exequendo illum respõdet quæsito. Tertio reddit rationem cuiusdam dicti Dionysij.

¶Quo ad primũ, modus consistit in hoc, quòd oportet ex ratione boni accipere quid sit malũ. Probatur, quia vnum oppositorum cognoscitur per reliquum, vt tenebra per lucem.

¶Quo ad secũdum, malum est quædam absentia boni. Probatur, omne appetibile est bonum: ergo esse & perfectio cuiusq; naturæ est bonitas, ergo malũ non significat esse, aut formam aut naturã aliquam: ergo est quædã boni absentia. prima cõsequẽtia probatur: quia omnis natura appetit suum esse & suam perfectionem.

Annota.

¶Aduerte, quòd in conclusione ideo dicit quædam absentia, quia non omnis negatio boni est malum, sed negatio boni debiti, vt in tertio cõtra Genti. capit. 6. patet: absentia ergo debitæ præsentiæ boni malum est: debita autem præsentia est, quando, sicut, vbi, in quo, &c. debet. Probatio vero conclusionis, ideo de hoc non curauit, quia præsenti intentioni sufficit genus mali inuenire: per hoc enim scitur an natura sit aliqua. merito igitur inuento quòd est absentia quam negationem cõstat esse, stetit processus.

25
322

¶Quo ad tertium, quia malum negatione boni stabilitũ est. & Dionys. (vt in argumẽto ad oppositum litera dicit) malum negatione non solum boni, sed entis definiuit: ideo autor dicit hoc dictum esse secũdario: quoniam ens vt sic est bonum: negatio igitur vnius est negatio alterius, & econuerso: & ideo malum negatio vtriusque à Dionysio ponitur. sed quia boni est primo, ideo per bonum est diffinitum à nobis.

342

a ¶ *Super Quæstionis quadragesimæ octauæ Articulum secundum.*

Annot.

IN titulo malum inueniri in rebus non significat esse reale: quoniam iam hoc exclusum est. Sed significat esse communiter in rebus: in rebus autẽ dicitur propter ea quæ solum inueniuntur in anima, vt secundæ intentiones. Et est quæstio de inuẽtione formali: ita quòd non intendimus vtrũ malum habeat fundamentum in rebus, sed an inueniatur formaliter in rebus.

Comenta.

¶In corpore vnica est conclusio respõsiua quæsito affirmatiue. Malum inuenitur in rebus, sicut & corruptio.

¶Et probatur, perfectio vniuersi requirit inæqualitatẽ in rebus, vt omnis bonitatis gradus impleatur: ergo sicut requirit vt sint entia incorruptibilia, & corruptibilia: ita requirit vt sint indefectibilia à bono, & defectibilia à bono. ergo quædã in vniuerso deficiunt quãdoque, ergo malum inuenitur in rebus sicut corruptio. Antecedens habetur ex dictis: prima consequentia probatur: quia isti sunt duo gradus bonitatis inuenti in vniuerso, iuxta illos duos gradus entis, vt de se patet. secunda vero consequentia relinquitur per se nota. Et vere sic est, quoniã impossibile est, seclusis miraculis, possibilia nunquam deficere. tertia autem probatur, quia ratio mali consistit in defectu à bono, subintellige debito. Et confirmatur illa modificatio & expressio: sicut quòd corruptio ipsa quoddã malũ est, ita est malum corrupti.

Annota.

¶Et bene nota ly sicut: quoniam soluit dubium nouitiorum, quærẽtium quomodo si malum est negatio formaliter, & negationes non habent esse nisi in anima, vt etiã in responsione ad secundum litera dicit applicando ad esse mali: quomodo inquam verificatur quòd malum est formaliter in rebus: habes solutionẽ, quia non verificatur, quòd est in rebus vt ens, sed est in rebus vt corruptio in actu exercito, id est, vt rei remotio formalis. ipsa nãque absentia boni formaliter malum est: & vt in responsione ad quartum præcedentis articuli dictum est, malum formaliter corrumpit bonum oppositum: quia est ipsa priuatio boni in subiecto apto, &c. Dicũtur ergo mala in rebus esse, non positiue, sed remotiue, id est non ponendo, sed remouendo formaliter aliquid à rebus. Et sic mala formaliter inueniuntur in rebus vt mala, sunt enim rerũ mala: in anima autem per compositionem & quamcunque aliam intellectus operationẽ inueniũtur, vt entia & bona. Et ideo nihil obstat, imò prodest proposito, quòd malum nullũ esse ponat in re. quoniam de malo vt malũ est in actu exercito, loquimur: quod constat, quòd vt malum in actu exercito non inuenitur vbi ponit aliquid, sed tantum vbi remouet bonũ debitũ: hic est enim actus eius formalis, vt patet ex dictis. Nihil ergo valet cõsequentia, malũ, vel priuatio nullum esse ponit

53
231
c
251 d
254
2.dist.24. artic.1.& 2.dist.34. ar.1.& 3. contr.c.4.
252

liter remotiue.

¶RESPONDEO dicendum quòd (sicut suprà dictum est [c]) perfectio vniuersi requirit inæqualitatem esse in rebus, vt omnes bonitatis gradus impleantur. Est autem vnus gradus bonitatis, vt aliquid ita bonum sit quod nunquam deficere possit. Alius autem gradus bonitatis est, vt sic aliquid bonum sit quod à bono deficere possit qui etiam gradus in ipso esse inueniuntur. Quædam enim sunt, quæ suum esse amittere non possunt, vt incorporalia [c]. Quædam vero sunt, quæ amittere possunt, vt corporalia. Sicut igitur perfectio vniuersitatis rerum requirit, vt non solum sint entia incorruptibilia, sed etiam corruptibilia: ita perfectio vniuersi requirit vt sint quædam quæ à bonitate deficere possint, ad quod sequitur ea interdum deficere. In hoc autem consistit ratio mali, vt scilicet aliquid deficiat à bono. Vnde manifestum est quòd in rebus malum inuenitur, sicut & corruptio. Nam & ipsa corruptio malum quoddam est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd malum distat ab ente simpliciter, & non ente simpliciter: quia neque est sicut habitus, neque sicut pura negatio, sed sicut priuatio.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut dicitur in 5. metaphysi. ens dupliciter dicitur. Vno modo secundum quod significat entitatem rei, prout diuiditur per decem prædicamenta. Et sic conuertitur cum re. Et hoc modo nulla priuatio est ens. Vnde nec malum. Alio modo dicitur ens quod significat veritatem propositionis, quæ in compositione consistit [c]: cuius nota est, hoc verbum est. Et hoc est ens quo respondetur ad quæstionem an est. Et sic cæcitatem dicimus esse in oculo, vel quãcunque aliam priuationem, Et hoc modo etiam malum dicitur ens. Propter huius autem distinctionis ignorantiam, aliqui considerantes quòd aliquæ res dicuntur malæ, vel quòd malum dicitur esse in rebus: crediderunt quòd malum esset res quædam.

¶Ad tertium dicendum quòd Deus & natura, & quodcunque agens facit quod melius est in toto: sed non quod melius est in vnaquaque parte, nisi per ordinem ad totum, vt suprà dictum est [c]. Ipsum autem totum, quod est vniuersitas creaturarum, melius & perfectius est, si in eo sint quædam quæ à bono deficere possunt: quæ interdum deficiunt, Deo hoc non impediente. Tum quia prouidentiæ non est naturam destruere, sed saluare: vt Dion. dicit 4. cap. de diuino nomine. Ipsa autem natura rerum hoc habet, vt quæ deficere possunt quandoque deficiant. Tum quia, vt dicit Aug. in Enchi. Deus est adeò potens, quòd etiam bona potest facere de malis. Vnde multa bona tollerentur si Deus nullum malum permitteret esse [c]. Non enim generaretur ignis nisi corrumperetur aër. Neque conseruaretur vita leonis, nisi occideretur asinus. Neque etiam laudaretur iustitia vindicans & patientia sufferens, si non esset iniquitas.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum malum sit in bono sicut in subiecto.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd malum nõ sit in bono sicut in subiecto. Omnia enim bona sunt existentia. Sed Dio. dicit 4. cap. de di. no. quòd malũ nõ est existẽs, neque in existẽtibus. Ergo malum non est in bono sicut in subiecto.

¶Præterea, Malum non est ens: bonum vero est ens. Sed non ens non requirit ens, in quo sit sicut in subiecto. Ergo nec malum requirit bonum, in quo sit sicut in subiecto.

¶Præterea, Vnum contrariorum non est subiectum alterius. Sed bonum & malum sunt contraria. Ergo malum non est in bono sicut in subiecto.

¶Præterea, Id in quo est albedo sicut in subiecto, dicitur esse album. Ergo & id in quo est malum sicut in subiecto, est malum. Si ergo malum sit in bono sicut in subiecto, sequitur quòd bonum sit malum, contra id quod dicitur Esa. quinto, Væh, qui dicitis malum bonum, & bonum malum.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit Enchir. quòd malum non est nisi in bono.

CONCLVSIO.

¶*Cum malum sit priuatio boni, & in eodem subiecto sint, malum in bono non negatiue, sed priuatiue est, vt in suo subiecto.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est [c]: malum importat remotionem boni. Non autem quælibet remotio boni malum dicitur. Potest enim accipi remotio boni & priuatiue & negatiue. Remotio igitur boni negatiue accepta mali rationem non habet. Alioquin sequeretur quòd ea quæ nullo modo sunt, mala essent. Et iterum, quòd quælibet res esset mala ex hoc, quòd non habet bonum alterius rei, vt pote quòd homo esset malus: quia non habet velocitatem capreæ, vel fortitudinem leonis, sed remotio boni priuatiue accepta malum dicitur: sicut priuatio visus cæcitas dicitur. Subiectum autem priuationis & formæ est vnum & idem, scilicet ens in potentia: siue sit ens in potentia simpliciter, sicut materia prima, quæ est subiectum formæ substantialis & priuationis oppositæ: siue sit ens in potentia secundum quod & in actu simpliciter, vt corpus diaphanum, quod est subiectum tenebrarum & lucis. Manifestum est autem quòd forma per quam aliquid est actu, perfectio quædam est, & bonum quoddam, et sic omne ens in actu bonum quoddam est. Et similiter omne ens in potentia, in quantum huiusmodi bonum quoddam est secundum quod habet ordinem ad bonum. Sicut enim est ens in potentia, ita & bonum in potentia. Relinquitur ergo quòd subiectum mali sit bonum.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Dio. intelligit malũ nõ esse in existẽtibus sicut partẽ, aut sicut proprietatẽ naturalẽ alicuius existẽtis [c].

¶Ad secundũ, dicẽdum, quòd non ens negatiue acceptũ, non requirit subiectum: sed priuatio est negatio in subiecto [c]: vt dicitur in 4. me. Et tale non ens est malum.

¶Ad tertium dicendum quòd malũ non est sicut in subiecto in bono quod ei opponitur, sed in quodam alio bono. Subiectum enim cæcitatis non est visus, sed animal. Videtur tamen (vt Aug. dicit) hic fallere dialecticorũ regula: quæ dicit contraria simul esse nõ posse. Hoc tamen intelligendũ est secundũ cõmunẽ acceptionem boni & mali: nõ autẽ secũdũ quòd specialiter accipitur hoc bonũ, & hoc malũ. Album autem & nigrum, dulce & amarum, & huiusmodi cõtraria non accipiuntur nisi specialiter: quia sunt in quibusdã generibus determinatis. Sed bonũ circuit omnia genera. Vnde vnum bonum potest simul esse cum priuatione alterius boni [e].

¶Ad quartũ sic dicẽdũ, quòd propheta imprecatur, væh illis qui dicũt id quod est bonũ secundum quòd est bonũ esse malum: hoc autẽ non sequitur ex præmissis, vt per prædicta patet [e].

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum malum corrumpat totum bonum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd malũ corrumpat totum bonum. Vnum enim contrariorum totaliter corrumpitur per aliud. Sed bonum & malum sunt contraria. Ergo malum potest corrumpere totũ bonũ.

¶Præterea, Aug. dicit in Enchi. quòd malum nocet inquantum adimit bonum. Sed bonum est sibi simile, & vniforme. Ergo totaliter tollitur per malum.

249
230

se ponit in re., sed est tantum ens in anima: ergo non inuenitur formaliter in rebus. Quoniam stat quòd inueniatur formaliter, vt remotio rei in actu exercito imò sequitur oppositum, remouet esse in subiecto: ergo inuenitur in re vt exercens negationis non positionis actum. Sic autem hæc inueniri in rebus, est simpliciter ipsa inueniri, quia formaliter inueniuntur: & secundum modum proprium sui generis, puta non entis, vel priuationis.

265

a ¶ *Super Quæst. quadragesimæ octauæ Articulum tertium.*

Coment.

Titulus clarus est.

¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Malum est in bono vt in subiecto. Probatur. Malum est boni remotio non negatiue, sed priuatiue: ergo malum & bonum priuatum sunt in eodem subiecto, s. ente, in potentia simpliciter, vel secundum quid: ergo malum est in bono sicut in subiecto. Antecedens quo ad secundam partem probat ducendo ad impossibile duplex. Primum est quòd ea quæ nullo modo sunt, essent mala, secũdũ est quòd omnia essent mala. Quo ad tertiã vero ex sufficientia bimembris distinctionis, ipsius remotionis boni. prima consequentia probatur, quia priuationis & formæ idem est subiectum, s. ens in potentia simpliciter, vel secundum quid: secunda vero, quia vtrunque est bonum, & de ente quidem impotẽtia secundum quid. probatur quia ens est in actu: actus autẽ bonitas quædam est: de ente vero in potentia simpliciter, quia bonum dicitur sicut & ens, ac per hoc sicut ens in potentia ens quoddam est, ita bonum in potentia, bonum quoddam est.

17 b
103 c
a
250

a ¶ *Super Quæst. quadragesimæ octauæ Articulum quartum.*

Annot.

IN titulo: corrumpere sumitur formaliter. totum vero bonum sumitur pro toto integrali, vel quasi integrali: circa quod malum ponitur. Ita quòd sensus est, vtrum malum positum in aliquo auferat formaliter quicquid bonitatis inuenitur in illo.

b
136

¶In corpore vnica est principalis cõclusio directe respõsiua quæsito negatiue. Malum nõ potest totaliter consumere bonum. Hanc autem cõclusionem manifestat vna distinctione trimembri. adiunctis singulis membris conclusionibus specialibus. Distinctio est, bonum triplex est, s. forma, subiectum, & habilitas subiecti ad formam contraria. Prima conclusio est, bonum vt forma, tollitur totaliter per malum. probatur: quia est sibi oppositum: & manifestatur, sicut lumen tollitur per tenebras, & visus per cæcitatem. Secunda conclusio est bonum vt subiectum, nec tollitur, nec diminuitur per malum: & manifestatur in aëre, & tenebra. Tertia est, bonum vt habilitas subiecti ad actum, diminuitur per malum, & non totaliter tollitur. Et declaratur hæc conclusio. Primò quantũ ad diminutionẽ. secundo ibi, si igitur cõtrariæ dispositiones quantũ ad non totalẽ ablationẽ. Intendens ergo declarare qualis & quanta sit huiusmodi diminutio, insinuat duplicem diminuẽdi modũ inueniri, s. per subtractionẽ, & per remissionẽ. prima est quãtitatiua secunda est qualitatiua. & rursus diminutio per remissionẽ, seu qualitatiua dupliciter contingit. Primo per remissionẽ ipsius qualitatis, & per cõtrarias dispositiones subiecti ad talem actũ. In proposito diminutio sumenda est per remissionem, non in quolibet, sed per appositionẽ contrariarum dispositionum. Et probatur hoc secundum sic, habilitas intenditur per dispositiones præparantes materiam ad actũ: ergo remittitur per dispositiones impedientes potentiam ad actũ. Antecedens manifestatur: quia quanto magis multiplicatur dispositiones materiæ; tanto habilior est actu. Consequentia vero probatur: quia remissio sumitur econtrario intentioni. Deinde intendens manifestare quomodo nunquam tollitur habilitatis bonũ distinguit remissionem per contrarias dispositiones dupliciter inueniri posse, primo finite, secundo infinite. Et neutro modo totaliter habilitatẽ subiecti ad actũ tolli ostendit. Quòd enim finita sit quandoque remissio habilitatis, probatur ex eo quòd finita est multiplicatio dispositionũ contrariarũ, vt patet in multiplicatione qualitatũ elemẽtorum quibus materiæ habilitas ad formam ignis verbi gratia diminuitur. Quòd vero in huiusmodi remissione nõ tollatur totaliter habilitas, ex eo patet, quòd finitis existentibus, appositione contrariorum & remissione non est opus eradicari habilitatem remanentis subiecti. Quòd autem infinita quandoque fit remissio, manifestatur ex infinita multiplicatione opacorũ corporum inter solem & aërem, Et proportionaliter ex infinita multiplicatione peccatorum inter iusti

254
2.di.34. q.1.art.2. Et 3.con. c.11. & mal. q.1. arti.2.& opus.3.c. 118.& 176.

252
a
253
110
52 a
o
355
12.q.85. ar.1.2.& 4.& 2.d. 34.art.5. Et 3.con. ca.10.& 12.& mal.q.2. arti.9.11. & 12.& opus.3. 117.& 118.

¶Præterea, Malũ quandiu eſt nocet, & aufert bonum. ſed illud à quo ſemper aliquid auferatur qñq; conſumitur niſi ſit infinitũ: quod non poteſt dici de aliquo bono creato. Ergo malum conſumit totaliter bonum.

¶SED CONTRA eſt qđ Aug. dicit in Enchir. ꝙ malum non poteſt totaliter conſumere bonum.

CONCLVSIO.

¶Malum corrumpit totum ſibi oppoſitum bonum. nunquam aũt bonũ quod eſt ſubiectum, nec bonum totum quod eſt habilitas ſubiecti ad actũ, corrũpere põt.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ malum non poteſt totaliter conſumere bonum. ¶Ad cuius euidentiam conſiderãdũ eſt, ꝙ eſt triplex bonum. Quoddã, quod per malũ totaliter tollitur, & hoc eſt bonũ oppoſitum malo. Sicut lumẽ totaliter per tenebras tollitur, & viſus per cæcitatem. Quoddam vero bonum eſt, quod nec totaliter tollitur per malũ, nec diminuitur, ſ. bonũ quod eſt ſubiectũ mali. Non eñ per tenebras aliquid de ſubſtãtia aëris diminuitur. Quoddam vero bonum eſt qđ diminuitur quidẽ per malum, ſed nõ totaliter tollitur, & hoc bonũ eſt habilitas ſubiecti ad actũ. Diminutio aũt huius boni non eſt accipienda per ſubtractionem, ſicut eſt diminutio in quãtitatibus, ſed per remiſsionem, ſicut eſt diminutio in qualitatibus & formis. Remiſsio autem huius habilitatis eſt accipiẽdã ecõtrario intenſioni ipſius[e]. Intenditur eñ hmõi habilitas per diſpoſitiones quibus materia præparatur ad actũ: quæ quanto magis multiplicãtur in ſubiecto, tãto habilius eſt ad recipiendam perfectionẽ & formã, & ecõtrario remittiẽ per diſpoſitiones cõtrarias. Quæ quanto magis multiplicatæ ſunt in materia & magis intenſæ, tãto magis remittitur potẽtia ad actũ. Si igitur cõtrariæ diſpoſitiones in infinitũ multiplicari & intẽdi nõ pñt, ſed vſq; ad certũ terminũ, neq; habilitas pdicta in infinitũ diminuitur vel remittitur, ſicut patet in qualitatibus actiuis & paſsiuis elemẽtorum. Frigiditas eñ & humiditas, per q̃ diminuitur ſiue remittitur habilitas mãæ ad formã ignis, nõ pñt multiplicari in infinitũ. Si vero diſpoſitiones cõtrariæ in infinitũ multiplicari poſſunt, & habilitas pdicta in infinitũ diminuitur vel remittitur: non tñ totalr tolliẽ: qa ſemper manet in ſua radice, q̃ eſt ſubſtãtia ſubiecti, ſicut ſi in infinitũ interponãtur corpora opaca inter ſolẽ & aërẽ, in infinitũ diminuiẽ habilitas aëris ad lumẽ: nũq̃ tñ manẽte aëre tollitur totalr, q ſecũdũ naturã ſuam eſt diaphanus. Silr in infinitũ põt fieri additio in peccatis, per quæ ſemper magis ac magis minuiẽ habilitas aĩæ ad grãm. Quæ qdẽ peccata ſunt quaſi obſtacula interpoſita inter nos & Deũ, ſcđm illud Iſa. 69. ca. Peccata nr̃a diuiſerunt inter nos & Deũ. Neq; tñ tollitur totaliter ab anima pdicta habilitas, quia conſequitur naturã ipſius.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ bonũ qđ opponitur malo totalr tollitur: ſed alia bona non totaliter tolluntur, vt dictum eſt[e].

¶Ad ſecũdũ dicendũ ꝙ habilitas prædicta eſt mediũ inter ſubiectũ & actũ. Vñ ex ea parte qua attingit actũ diminuitur p malũ: ſed ex ea parte quã tenet ſe cũ ſubiecto, remanet. Ergo licet bonum in ſe ſit ſimile: tamen propter comparationem eius ad diuerſa, non totaliter tollitur, ſed in parte.

¶Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ qdã imaginantes diminutione boni pdicti ad ſimilitudinem, diminutiones quantitatis dixerũt, ꝙ ſicut cõtinuũ diuidiẽ in infinitũ facta diuiſione ſecundũ eã dẽ pportionem, vt puta ꝙ accipiatur medium medij, vel tertiũ tertij: ſic in pposito accidit. Sed hæc ratio hic locũ non habet, qa in diuiſione, in qua ſeruatur eadem pportio, ſemper ſubtrahiẽ minus. Minus enim eſt mediũ medij, q̃ mediũ totius. Sed ſecũdũ peccatum non de neceſsitate minus diminuit de habilitate prædicta, quàm præcedens, ſed forte aut æqualiter, aut magis. Dicendum eſt ergo, ꝙ licet iſta habilitas ſit quoddam finitum, diminuitur tamen in infinitum, non per ſe, ſed per accidens, ſecundum quod contrariæ diſpoſitiones etiã in infinitũ augentur, vt dictũ eſt[e].

ARTICVLVS V.

a *¶Vtrum malum ſufficienter diuidatur per pœnam & culpam.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ malum ſufficienter diuidatur per pœnam & culpam. Omnis enim defectus malũ quoddam eſſe videtur. Sed in omnibus creaturis eſt quidam defectus, ꝙ ſe in eſſe conſeruare non poſſunt, qui tamen nec pœna, nec culpa eſt. Non ergo ſufficienter malũ diuiditur per pœnam & culpam.

¶Præterea, in rebus irrationalibus non inuenitur culpa nec pœna, inuenitur tñ in eis corruptio & defectus, quę ad rõnẽ mali pertinẽt. Ergo non omne malum eſt pœna vel culpa.

¶Præterea, Tentatio quoddam malum eſt. Nec tamen eſt culpa, quia tentatio cui non conſentitur, non eſt peccatũ, ſed materia exercendæ virtutis, vt dicitur in gl. 2. Cor. 12. Nec etiam pœna, quia tentatio præcedit culpam pœna autem ſubſequitur. Inſufficienter ergo malum diuiditur per pœnam & culpam.

¶SED CONTRA videtur, ꝙ diuiſio ſit ſuperflua. Vt eñ Aug. dicit in Ench. malũ dicitur quia nocet. Quod aũt nocet, pœnale eſt. Omne ergo malum ſub pœna continetur.

CONCLVSIO.

¶Quoduis malum cum bono oppoſitum ſit, in rebus voluntariis eſt pœna, vel culpa.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ malum (ſicut ſuprà dictum eſt[e]) eſt priuatio boni, qđ in pfectione & actu cõſiſtit principaliter & eſt per ſe. Actus aũt eſt duplex, primus & ſcđus, Actus qdem primus eſt forma & integritas rei. Actus autem ſecundus eſt operatio. Contingit ergo malum eſſe dupľr. Vno modo per ſubtractionẽ formæ, aut alicuius partis, quæ requiritur ad integritatẽ rei, ſicut cæcitas malum eſt, & carere mẽbro. Alio modo per ſubtractionẽ debitæ opationis: vel quia oĩno non eſt, vel qa debitũ modum & ordinẽ non habet. Quia vero bonum ſimpľr eſt obiectum voluntatis, malũ qđ eſt priuatio boni ſcđm ſpecialẽ rõnẽ, inuenitur in creaturis rõnalibus habentibus volũtatẽ. Malum igitur, qđ eſt per ſubtractionem formæ & integritatis rei habet rõnẽ pœnæ: & præcipue ſu ppoſito, ꝙ omnia diuinæ puidentiæ & iuſtitiæ ſubdantur, vt ſupra oſtenſum eſt[e]. De rõne eñ pœnę eſt ꝙ ſit contraria voluntati. Malum aũt qđ conſiſtit in ſubtractione debitæ operationis in rebus voluntariis, habet rationẽ culpæ. Hoc eñ imputatur alicui in culpam, cũ deficit à perfecta actione, cuius dñs eſt ſcđm voluntatẽ. Sic igitur oẽ malũ in rebus voluntariis cõſideratũ eſt pœna vel culpa. 254

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd qa malũ priuatio eſt boni & non negatio pura, vt dictum eſt ſuprà[e], non omnis defectus boni eſt malum, ſed defectus boni quod natum eſt, & debet haberi. Defectus enim viſionis non eſt malũ in lapide, ſed in animali: quia contra rationem lapidis eſt ꝙ viſum habeat. Similiter etiam contra rationẽ creaturæ eſt ꝙ in eſſe cõſeruetur à ſeipſa, qa idẽ dat eſſe & conſeruat[e]. Vnde iſte defectus non eſt malum creaturæ.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ pœna & culpa non diuidunt malum ſimpliciter, ſed malum in rebus voluntariis.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ tentatio prout importat prouocationem ad malum, ſemper malũ culpæ eſt in tentante: ſed in eo qui tẽtatur non eſt proprie niſi ſecundum qđ aliqualiter immutatur. Sic enim actio agentis eſt in patiente. Secundum autem quod tentatus immutatur in malum à tentante, incidit in culpam.

¶Ad quartum dđm, ꝙ de rõne pœnæ eſt ꝙ noceat agẽti in ſeipſo. Sed de rõne culpæ eſt, ꝙ noceat agẽti in ſua actione. Et ſic vtrũque ſub malo continetur ſecundum quod habet rationem nocumenti.

ARTICVLVS VI.

a *¶Vtrum habeat plus de ratione mali pœna quàm culpa.*

AD SEXTVM ſic pceditur. Vr ꝙ habeat plus de ratione mali pœna q̃ culpa. Culpa eñ ſe habet ad pœnam, vt meritum ad præmium. Sed præmium habet plus de ratione boni quàm meritum, cum ſit finis eius. Ergo pœna plus habet de ratione mali, quàm culpa.

¶Præterea, illud eſt maius malum qđ opponitur maiori bono. Sed pœna ſicut dictum eſt[e], opponitur bono agentis. culpa aũt bono actionis. Cũ ergo melius ſit agẽs q̃ actio vr ꝙ peius ſit pœna q̃ culpa.

Præter.

iuſtitiæ ſolẽ & animam. Quòd vero ex hmõi infinita remiſſione nõ totaliter tollitur habilitas, pbatur rõne. Quia ſemper manet in ſua radice qđ eſt ſubſtantia ſubiecti, & manifeſtatur in allatis exemplis, in naturalibus & moralibus, in diaphano ſiquidẽ reſpectu luminis, & aĩa reſpectu gratiæ. Et ſic patet principalis concluſio, ſ. ꝙ nunquã malũ totaliter aufert bonum qm̃ relinquit ſubiectum & aliqd habilitatis ad actum.

¶In rñſione ad tertium nota quod tanta eſt differentia inter diminui p ſe, & per accidens, i. rõne ſui vel alterius, ꝙ cũ impoſſibile ſit finitum non conſumi infinita & æquali ſubtractione per ſe: poſſibile tamen eſt, vt in litera diciẽ, à finito in infinitum etiã æqualiter ſubtrahi, & tñ illud non conſumi, qñ diminutio eſt per accidens, i. per aliud, vt in propoſito, minuitur enim habilitas pter oppoſitũ impedimentũ, & nõ ſecundũ ſe.

260 a *¶Super Quæſtionis quadrageſimæ octauæ Articulũ quintum.*

Annot. Titulus ſuſcipiatur vt iacet intelligendo per culpam, malum quod agimus: per penam vero malum quod patimur.

Coment. ¶In corpore vna concluſio rñſiua q̃ſito limitate, ſ. oẽ malũ in rebus voluntariis eſt pœna vel culpa. In qua concluſione tria continenẽ, ſ. oẽ malũ, & in rebus voluntariis, & pœna vel culpa. ¶Et propterea hæc tria ordinate procedẽdo declarat. Primo igiẽ diſtinguit malũ in cõmuni, in malũ rei, & malum operis. Quã diſtinctionẽ pbat ex diſtinctione boni in bonitatẽ per modũ actus primi, & actus ſecundi, Secũdo oſtẽdit ꝙ rõnabiliter malũ in voluntariis ſortitum eſt ſpeciales rõnes diſtĩctione, & noĩa ſic, bonum ſimpľr eſt obiectum voluntatis, ergo malũ ſecũdũ ſpecialẽ rõnẽ inueniẽ in volũtariis creaturis. Probatur cõſequẽtia qa malũ eſt priuatio boni, ac p hoc, ſicut bonũ ſpecialiter reperiẽ in voluntario, ita & malum. Demum tertium principaliter intentum manifeſtat ſic. Malum rei habet rõnem pœnæ in rebus voluntariis: ſuppoſito præcipue, ꝙ oĩa diuinæ prouidentiæ & iuſtitiæ ſubdũtur, malum vero operationis in eiuſdẽ habet rõnem culpæ. ergo omne malũ in rebus voluntariis eſt pœna, vel culpa. Añs quo ad primam partẽ manifeſtatur, quia de ratione pœnæ eſt ꝙ ſit contraria voluntati. quo ad ſecundam vero: quia hoc alicui imputaẽ in culpam, qñ, ſ. deficit à perfecta actione exiſtente in poteſtate eius conſequentia vero nota eſt ex diſtinctione mali præpoſita.

a *¶Super Quæſtionis quadrageſimæ octauæ Articulũ ſextũ.*

Titulus clarus ex præcedentibus.

Comment. ¶In corpore vna eſt cõcluſio reſponſiua quæſito, culpa plus habet de ratione mali quam pœna quæcunque tam ſenſus q̃ damni. Et probatur dupliciter primo, ex malo culpæ fit aliquis malus, ex malo pœnæ, non: ergo. Añs probatur dupľr. Primo auctoritate Dionyſij. ſecundo, ratione ſic. Bonũ ſimpľr conſiſtit in actu, ergo bonum hominis ſimpliciter cõſiſtit in bono vſu rerũ habitarum: ergo ex bona voluntate qua homo bene vtitur rebus habitis, dicitur bonus homo, & ex mala malus: ergo perfectius habet rationem mali culpa quàm pœna. prima conſequentia probatur: quia vltimus actus eſt operatio, ſeu vſus rerum: ſecunda vero, qa vtimur rebus omnibus per voluntatẽ: & explanatur ſecunda pars conſequentis eius, ſ. ex mala malus, quia poteſt quis etiam bono male vti, vt patet de grammatico, tertia autem quia culpa conſiſtit in deordinato actu voluntatis, pœna vero in priuatione alicuius eorum quibus vtitur voluntas, Secunda vero ratio eſt, Deus eſt actor mali pœnæ, & non mali culpæ: ergo malũ culpæ eſt incomparabiliter peius. Antecedens probatur ſic, malum pœnæ priuat bono creaturæ, malum vero culpæ opponitur propriæ bono increato. ergo illius poteſt eſſe cauſa Deus, non huius. Antecedens hoc quo ad primã partem manifeſtatur in duplici bono creaturæ, ſ. poſſeſſio & participatio. Quo ad ſecundam vero probatur ſic, Malum culpæ contrariatur impletioni diuinæ voluntatis, & diuino amori, quo bonum diuinum in ſeipſo amatur. ergo opponitur bono increato.

256 2. di. 35. art. 1. & 3. di. 34. q. 2. arti. 3. q. 1. con. & mal. q. 1. ar. 4.

254 · 250 · 254 · a 509 · 252 · 22. q. 19. ar. 1. con. et. q. 76. ar. 4. con. & 2. di. 37. q. 3. art. 2. con. & mal. q. 1. ar. 5. · d 259

¶Eſſet hic dubitandum quomodo bono diuino põt aliquid opponi, & diuina voluntas non impleri. Sed quoniam hoc in tractatu de voluntate diuina diſcuſſum eſt, & illud in quæſtione ſequenti, articulo tertio tractatur: ideo nunc tranſeamus. 28

a *¶Super Quæſt. quadrageſimænonæ Articulum primum.*

Annot. Titulus vt iacet de cauſa in communi ſumendus eſt.

Coment. ¶In corpore duo facit. Primo reſpondet quæſito in communi affirmatiue. Secũdo in ſpeciali ſecundum ſingula genera cauſarum.

¶Quo ad primum concluſio reſponſiua eſt cauſa mali eſt bonum. Et pbatur ſic. Malum eſt defectus boni debiti, ergo omne malum habet aliq̃ cauſam: ergo cauſa mali eſt bonum. Prima conſequentia probatur: quia defectus à naturali & debita diſpoſitione neceſſario prouenit ex aliqua cauſa trahẽte rem extra ſuam diſpoſitionem. Quod probatur inductiue, primo in malo rei exẽplo motus grauis: ſecũdo in malo actionis, qñ non niſi ex impedimento prouenit, Secunda autem cõſequentia probatur, quia eſſe cauſam ſoli bono cõuenit. quod dupliciter probatur. Primo vniuerſaliter, quia eſſe cauſam, conuenit ſoli enti, ergo ſoli bono. & tenet ſequela, quia omne ens inquantum huiuſmodi, eſt bonum. Secundo in ſingulis generibus cauſarum, quia agens, finis & forma perfectionem & conſequenter bonitatem important. Materia quoque boni rationem habet, prout potentia bonum eſt. omnis igitur cauſalitas bono ſoli conuenit.

¶Præterea, Ipſa priuatio finis pœna quædã eſt, quæ dicitur carentia viſionis diuinæ. Malũ autẽ culpæ eſt per priuationẽ ordinis ad finẽ: ergo pœna eſt maius malum quàm culpa.

¶SED CONTRA, ſapiẽs artifex inducit minus malum ad vitandum maius, ſicut medicus præcedit membrum ne corrumpatur corpus. Sed Dei ſapientia infert pœnam ad vitandam culpam. Ergo culpa eſt maius malum quàm pœna.

CONCLVSIO.

¶Culpæ malum, cum ſit quo mali ſumus & à noſtra ſit tantum voluntate, non autem malum pœnæ eſt ipſa pœna, malum culpæ longe maius malum.

¶RESPONDEO dicendũ ꝙ culpa habet plus de rõne mali q̃ pœna. Et non ſolum quam pœna ſenſibilis, quæ cõſiſtit in priuatione corpaliũ bonorum cuiuſmodi pœnas plures intelligunt, ſed etiã vniuerſaliter accipiendo pœnã, ſcđm qđ priuatio gratiæ, vel gloriæ pœnæ quædam ſunt. Cuius eſt duplex ratio. Prima quidẽ eſt qa ex malo culpæ fit aliquis malus, non autẽ ex malo pœnæ, ſcđm illud Dio, 4. cap. de di. no. Puniri nõ eſt malum, ſed fieri pœna dignum. Et hoc ideo eſt, qa cum bonum ſimpliciter conſiſtat in actu & non in potentia, vltimus autẽ actus eſt operatio vel vſus quaruncunq; rerum habitarũ, bonũ hominis ſimpliciter conſideratur in bona operatione, vel bono vſu rerum habitarum. Vtimur antẽ rebus omnibus per voluntatem. Vñ ex bona voluntate qua homo bene vtitur rebus habitis, dicitur homo bonus[e], & ex mala malus. Poteſt eñ qui habet malam voluntatem, etiam bono qđ habet, male vti, ſicut ſi grãmaticus volũtarie incongrue loquatur. Quia ergo ipſa culpa conſiſtit in deordinato actu voluntatis, pœna vero in priuatione alicuius eorũ qbus vtitur voluntas: perfectius habet rationem mali culpa quàm pœna, ¶Secunda ratio ſumi poteſt ex hoc, ꝙ Deus eſt autor mali pœnæ, non autem mali culpæ. Cuius ratio eſt, qa malũ pœnæ priuat bonum creaturæ ſiue accipiatur bonũ creaturæ aliquid creatum, ſicut cæcitas priuat viſum: ſiue ſit bonum increatum, ſicut per carentiam viſionis diuinæ tollitur creaturæ bonum increatum. Malum vero culpæ opponitur proprie bono increato. Contrariatur enim impletioni diuinæ voluntatis & diuino amori, quo bonum diuinum in ſeipſo amatur, & non ſolum ſecundum quod participatur à creatura. Sic igitur patet ꝙ culpa habet plus de ratione mali quàm pœna.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ licet culpa terminetur ad pœnã, ſicut meritũ ad præmiũ: tñ culpa non intenditur pter pœnam, ſicut meritum propter præmium, ſed potius econuerſo pœna inducitur vt vitetur culpa. Et ſic culpa eſt peius quàm pœna.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ordo actionis qui tollitur per culpam eſt perfectius bonũ agentis, cum ſit pfectio ſcđa: q̃ bonum qđ tollitur per pœnam, qđ eſt perfectio prima.

¶Ad tertiũ dđm, ꝙ non eſt comparatio culpæ ad pœnam, ſicut finis & ordinis ad finẽ: quia vtrunq; põt priuari aliquo modo, & per culpã & per pœnã. Sed per pœnam quidẽ ſcđm qđ ipſe homo remouetur à fine & ab ordine ad finẽ. Per culpã vero, ſcđm qđ iſta priuatio ptinet ad actionẽ, que nõ ordinaẽ ad finẽ debitũ.

QVAEST. QVADRAGESIMANONA de Cauſa mali in tres articulos diuiſa.

CONSEQVENTER quæritur de cauſa mali. ¶Et circa hoc quæruntur tria. ¶Primo, vtrum bonum poſsit eſſe cauſa mali. ¶Secundo vtrum ſummum bonum, quod eſt Deus, ſit cauſa mali. ¶Tertio vtrum ſit aliquod ſummum malum quod ſit prima cauſa omnium malorum.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum bonum poſsit eſſe cauſa mali.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ bonum non poſsit eſſe cauſa mali. Dicitur enim Matthæi 7. Non poteſt bona arbor malos fructus facere.

¶Præterea, Vnum contrariorum non poteſt eſſe cauſa alterius. Malum autem eſt contrarium bono. Ergo bonum non poteſt eſſe cauſa mali.

¶Præterea, Effectus deficiens non procedit niſi à cauſa deficiente. ſed malum ſi cauſam habeat, eſt effectus deficiens. Ergo habet cauſam deficientem. Sed omne deficiens malum eſt. Ergo cauſa mali non eſt niſi malum.

¶Præterea, Diony. dicit 4. cap. de diui. nomi. ꝙ malum non habet cauſam. ergo bonum non eſt cauſa mali.

¶SED CONTRA eſt quod Augu. dicit contra Iulianum, Non fuit omnino vnde oriri poſſet malum niſi ex bono.

CONCLVSIO.

¶Bonum nonniſi materialiter, vt videlicet ſubiectum mali, & vt agens, ſed per accidens eſt cauſa mali, non autem vt eſt forma, vel finis, vel per ſe agens.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ neceſſe eſt dicere, ꝙ omne malum aliqualiter cauſam habeat. Malũ eñ eſt defectus boni, ꝙ natum eſt, & debet haberi[e]. Quòd autem aliquid deficiat à ſua naturali & debita diſpoſitione, non poteſt prouenire niſi ex aliqua cauſa trahente rem extra ſuam diſpoſitionem. Non enim graue mouetur ſurſum, niſi ab aliquo impellente. Nec agens deficit à ſua actione niſi propter aliquod impedimentum. Eſſe autem cauſam non poteſt conuenire niſi bono: quia nihil poteſt eſſe cauſa niſi inquantum eſt ens. Omne autem ens inquantum huiuſmodi, bonum eſt. Et ſi conſideremus ſpeciales rationes cauſarum, agens & forma, & finis perfectionem quandam important, quæ pertinent ad rationem boni. Sed & materia, inquantum eſt potentia ad bonum, habet rationem boni. Et quidem quòd bonum ſit cauſa mali per modum cauſæ materialis, iam ex præmiſsis patet[e]. Oſtenſum eſt enim, quòd bonum eſt ſubiectum mali. Cauſam autem formalem malum non habet, ſed eſt magis priuatio formæ. Et ſimiliter nec cauſam finalem, ſed magis eſt priuatio ordinis ad finem debitum. Non ſolum enim finis habet rationem boni ſed etiam vtile, quòd ordinatur ad finem[e]. Cauſam autem per modum agentis habet malum, non autem per ſe, ſed per accidens. 30

¶Ad cuius euidentiam ſciendum eſt, ꝙ aliter cauſatur malum in actione, & aliter in effectu[e]. In actione quidem cauſatur malum propter defectum alicuius principiorum actionis, vel principalis agentis, vel inſtrumentalis. Sicut defectus in motu animalis poteſt contingere, vel propter debilitatem virtutis motiuæ, vt in pueris: vel propter ſolum ineptitudinem inſtrumenti, vt in claudis. Cauſatur autem malum in re aliqua, non tamen in proprio effectu agentis, quandoque ex virtute agentis, quandoque autem ex defectu ipſius, vel materiæ. Ex virtute quidem vel perfectione agentis, quoniam ad formam intentam ab agente ſequitur ex neceſsitate alterius formæ priuatio, ſicut ad formã ignis ſequitur priuatio formæ aëris, vel aquæ. Sicut ergo quãto ignis fuerit perfectior in virtute, tanto perfectius imprimit formam ſuam, ita etiam tanto perfectius corrumpit contrarium. Vnde malum & corruptio aëris & aquæ eſt ex perfectione ignis: ſed hoc eſt per accidens. quia ignis non intendit priuare formam aquæ, ſed inducere formam propriam: ſed hoc faciendo cauſat & illud per accidens. Sed ſi ſit defectus in effectu proprio ignis, puta quòd deficiat à calefaciendo, hoc eſt vel propter defectum actionis, qui redundat in defectum alicuius principij, vt dictum eſt[e]: vel ex indiſpoſitione materiæ, quæ non recipit actionem ignis agentis. Sed & hoc ipſum quod eſt eſſe deficiens, accidit bono cui per ſe competit agere[e]. Vnde verum eſt, quòd malum ſecundum nullum modum habet cauſam niſi per accidens. Sic autem bonum eſt cauſa mali. 255

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Auguſtinus dicit contra Iulianum, arborem malam appellat Dominus voluntatem malam: & arborem bonam, voluntatem bonam. Ex voluntate autem bona non producitur actus moralis malus, cum ex ipſa voluntate bona iudicetur actus moralis bonus.

¶Quo ad ſecundum ponit quatuor concluſiones, iuxta quatuor genera cauſarum. Prima eſt iuxta cauſam materialem: bonũ eſt cauſa mali materialiter. Probatur: quia eſt eius ſubiectum, Secũda eſt, malum non habet cauſam formalem. Probatur: quia eſt priuatio formæ. Tertia eſt malum non habet cauſam finalem, Probaẽ: quia eſt priuatio ordinis ad debitũ finem, ac per hoc boni vtilis, id eſt ad finem. Quarta eſt. malum habet cauſam efficientem non per ſe, ſed per accidens. Et hanc manifeſtat diſtinguendo ſic. Malum actionis & malum rei diuerſimode cauſantur. nã malum actionis cauſatur ex defectu principij principalis, vel inſtrumentalis: malum vero rei, non curando vtrum illa res ſit effectus proprius agentis, vel non, cauſatur tripliciter: quãdoq; ex virtute agentis, quandoque ex defectu agentis, quandoque ex defectu materiæ. Hac diſtinctione ſtãte probatur, quòd nunquam malũ habet cãm efficientem, niſi per accidens.

258 12. qõ. 75. art. 1. Et 2. di. 1. q. 1. ar. 1. ad 2m. Et diſt. 34. art. 3. Et 5. con. ca. 46. Et li. 3. cap. 8. & 10. Et mal. qõ. 1. artic. 3.

154 · 155

cidens,& primo quidem quando causatur ex virtute agentis: quia agens per se intendens inducere formam propriam per accidens, intendit nocere opposite. Secundo reducit cæteros modos in vnum, quod est agens esse deficiens. & probat intentum sic, esse deficiens accidit bono: ergo malum secundum nullum modum habet causam nisi per accidens: & tenet sequela, quia bono per se cõpetit agere. Reductio autem præfata fit sic, reliqui modi cõtinebãt malum, aut effectus proprij, aut actionis: sed defectus effectus proprij est vel ex defectu actionis, vel ex defectu passionis: & hic quidem ex materia, ille vero ex defectu actiui principij, procedit: & vterque rursus constituit causam deficere: ergo omnis modus quo malum prouenit ad deficere agentis, reducitur vndecunque oriatur defectus. Et sic breuiter autor omnia membra totius diuisionis perlustrauit ad duo reducta, scilicet malum effectus extranei, & malum effectus proprij, in hoc enim etiam malum actionis comprehendit quo ad causam.

233

¶In responsione ad tertium aduerte, quòd cum dicitur quòd defectus subiectionis regulæ, non est culpa, sed cum sequitur culpa, potest bone & male intelligi. Si intelligatur de defectu tali absolute, verum dicitur: si autem de defectu hoc, id est applicato ad hunc operantem sine regula, falsum est: quoniam ex ipsa applicatione ad hunc nunc sic operantem, culpæ rationem sortitur.

259 3. dist. 32. q. 2. ar. 1. Et di. 37. q. 3. ar. 1. & 2. con. ea. 40. co. 3. & li. 3. cap. 71. & 10. 9. co 2. et ro. 1. l. 7. co. 5. fi.

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæ nonæ Articulum secundum.*

258 34 31 *Coment.*

Titulus satis ex prædictis patet.

¶In corpore duas conclusiones responsiuas ponit iuxta duo genera malorum superius distincta, prima est malum actionis non reducitur in Deum sicut in causam. Et probatur sic. Malum actionis causatur ex defectu agentis: ergo non reducitur in Deum vt causam: & tenet sequela, quia in Deo nullus est effectus, sed summa perfectio.

258

¶Secunda conclusio est. Malum rerum aliquarum reducitur in Deum sicut in causam: & probatur hoc tam in naturalibus quam in voluntariis. & primo in naturalibus, sic. Deus intendit vt formam principaliter intentam in rebus creaturis, bonum ordinis vniuersi, exigens quædam defectiua & actualiter interdum deficientia: ergo causando bonum ordinis vniuersi per accidens causat mala rerum. Consequentia probatur: quia agens per se producens formã, ad quam sequitur corruptio & defectus causat illam corruptionem & defectum per accidens. Et confirmatur consequens autoritate Scripturæ,

2. art. 3. 136. b

Sed tamen ipse motus malæ voluntatis causatur à creatura rationali quæ bona est. Et sic est causa mali.

¶Ad secundũ dicendũ, quod bonũ nõ causat illud malũ quod est sibi contrariũ, sed quoddã aliud. Sicut bonitas ignis causat malũ aquæ & homo bonus secũdũ suã naturã causat malũ actũ & morem. Et hoc ipsum per accidens est, vt dictum est[e]. Inuenitur autem quod etiam vnum contrariorum causat aliud per accidens. Sicut frigidum exterius ambiens calefacit inquantum calor retrahitur ad interiora.

¶Ad tertium dicendum, quod malum habet causam deficientem aliter in rebus voluntariis & naturalibus. Agens enim naturale producit effectum suum talem quale ipsum est, nisi impediatur ab aliquo extrinseco. & hoc ipsum est quidem defectus eius. Vñ nunquã sequitur malum in effectu, nisi præexistat aliquod aliud malũ in agente, vel materia, sicut dictum est[e]. Sed in rebus voluntariis defectus actionis à voluntate actu deficiẽte, procedit inquantum non subiicit se actu suæ regulæ. Qui tñ defectus non est culpa, sed eum sequitur culpa ex hoc quòd cum tali defectu operatur.

¶Ad quartũ dicẽdũ, quòd malũ nõ habet causam per se, sed per accidẽs tãtum, vt dictum est[e].

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrũ summũ bonũ, quod est Deus sit causa mali.*

AD SECVNDVM sic pcẽditur. Videtur quod summũ bonum, quod est Deus, sit causa mali. Dicitur enim Esa. 43. Ego dñs & non est alter Deus for. luc. & cre. te. fa. pa. & creans malum. Et Amos 3. Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecerit.

¶Præterea, Effectus causæ secundæ reducitur in causam primam. Bonum autem est causa mali: vt dictum est[e]. Cum igitur omnis boni causa sit Deus (vt suprà ostensum est[e]) sequitur quòd etiam omne malum sit à Deo.

¶Præterea, Sicut dicitur in 2. phy. idem est causa salutis nauis & periculi. Sed Deus est causa salutis omnium rerum. Ergo est ipse causa omnis perditionis & mali.

¶SED CONTRA est quod dicit Aug. in li. 83. q. quod Deus non est autor mali, quia non est causa tendendi ad non esse.

CONCLVSIO.

¶*Cum summum bonum perfectißimum sit, mali causa esse non potest, nisi per accidens.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex dictis patet[e], malum quod in defectu actionis consistit, semper causatur ex defectu agentis. In Deo autem nullus defectus est, sed summa perfectio, vt suprà ostensum est[e]. Vnde malum quod in defectu actionis consistit, vel quod ex defectu agentis causatur, non reducitur in Deum sicut in causam. Sed malum quod in corruptione rerum aliquarum consistit, reducitur in Deum sicut in causam, Et hoc patet tam in naturalibus, quam in voluntariis. Dictum est enim[e], quòd aliquod agẽs in quãtum sua virtute pducit aliquã formã, ad quam sequitur corruptio & defectus cãt sua virtute illam corruptionem & defectum. Manifestum est autem, quòd forma, quã principaliter Deus intendit in rebus creatis, est bonum ordinis vniuersi. Ordo autem vniuersi requirit, vt suprà dictum est[e], quòd quidã sint qui deficere possint, & interdum deficiãt. Et sic Deus in rebus causando bonũ ordinis vniuersi, ex consequenti & quasi per accidens causat corruptiones rerum, secundum illud quod dicitur 1. Reg. 2. Dñs mort. & viuificat. Sed quod dicitur Sapi. 1. quòd Deus mortem non fecit, intelligitur quasi per se intentam. Ad ordinem autem vniuersi pertinet ordo iustitiæ, qui requirit vt peccatoribus pœna inferatur. Et secundum hoc Deus est autor mali quod est pœna, non autem mali quod est culpa, ratione suprà dicta[c].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod autoritates illæ loquuntur de malo pœnæ: non autem de malo culpæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd effectus causæ secundæ deficientis reducitur in causam primam non deficientem, quantum ad id quod habet entitatis & perfectionis: non autẽ quãtũ ad id quod habet de defectu. Sicut quicquid est motus in claudicatione, causatur à virtute motiua: sed quod est obliquitatis in ea, non est ex virtute motiua: sed ex curuitate cruris. Et similiter quicquid est entitatis & actionis in actione mala, reducitur in Deum sicut in causam: sed quod est ibi defectus non causatur à Deo, sed ex causa secunda deficiente.

¶Ad tertium dicendum quòd submersio nauis attribuitur nautæ vt causæ, ex eo quòd non agit quod requiritur ad salutem nauis. Sed Deus non deficit ab agendo quod est necessarium ad salutem. Vnde non est simile.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum sit vnum summũ malum, quod sit causa omnis mali.*

AD TERTIVM sic pcẽditur. Videtur quòd sit vnũ summũ malum quod sit causa omnis mali. Contrariorum enim effectuũ contrariæ sunt causæ. Sed in rebus inuenitur contrarietas, secundum illud Eccl. 33. ca. Contra malum bonum est, & contra vitam mors. Sic & contra virum iustum peccator. Ergo sunt contraria principia: vnum boni, & aliud mali.

¶Præterea. Si vnum cõtrariorũ est in rerũ natura, & reliquum, vt dicitur in 2. de cælo & mundo. Sed summũ bonũ est in rerũ nã quod est causa oĩs boni, vt suprà ostensum est[e]. Ergo est & summũ malum ei oppositũ causa oĩs mali.

¶Præterea, Sicut in rebus inuenitur bonũ & melius: ita malũ & peius. sed bonũ & melius dicũt p respectũ ad optimum. Ergo malum & peius dñr p respectũ ad aliquod summũ malum.

¶Præterea, Omne quod est p participationẽ, reducit ad illud quod est p essentiã[e]. Sed res quæ sunt malæ apud nos, nõ sunt malæ p essentiã, sed p participationẽ. Ergo est inuenire aliquod summum malum quod est causa omnis mali.

¶Præterea, Omne quod est p accñs reducit ad illud quod est p se. Sed bonũ est cã mali per accñs. Ergo oportet ponere aliquod summũ malũ quod sit cã malorũ p se. Neq; pôt dici quod malum nõ habeat cãm per se, sed per accñs tantum, Quia sequeretur quod malum non esset vt in pluribus, sed vt in paucioribus.

¶Præterea, Malũ effectũ reducitur ad malum causæ: quia effectus deficiens est à causa deficiẽte, sicut suprà dictũ est[e]. Sed hoc non est procedere in infinitũ. Ergo oportet ponere vnum primum malum quod sit causa omnis mali.

¶SED CONTRA est, quod summũ bonum est causa omnis entis: vt suprà ostensum est[e]. Ergo non potest esse aliquod principium ei oppositum quod sit causa malorum.

CONCLVSIO.

¶*Cum nullum sit per essentiam malum, non datur in rebus aliquod summũ malũ omniũ malorũ causam, sicut datur summũ bonũ, omniũ bonorũ causam.*

¶RESPONDEO dicendũ, quod ex prædictis patet[e] nõ esse vnũ primum principiũ malorũ, sicut est vnũ primũ principiũ bonorum.

¶Primo quidẽ: quia primũ principiũ bonorum est p essẽtiã bonũ vt suprà ostẽsũ est[e]. Nihil aũt

¶*Num actionis malum quoduis, & quomodo non, reducatur in Deum.* *Quæstio.*

¶Circa hæc dubium occurrit: an prima conclusio intelligatur vniuersaliter de omni malo actionis an tantum in voluntariis. Si enim intelligitur vniuersaliter, tũc sequitur quod claudicatio Sortis non sit in Deo, quia est malũ actionis. Et si hoc conceda-tur, manifeste sequitur, Deum non esse actorem mali pœnæ, quum claudicatio sit de numero pœnarum. Et quod de hoc dicitur, simile potest adduci de cæteris defectibus actionum, puta visionis, auditionis, &c. Et sic periret scriptorum sanctorum doctrina tradens hæc omnia esse à Deo, vel ad punitionem, vel ad augmentum meriti & cætera. Si autem intelligitur in voluntariis tantum oblitus videtur autor limitationis: quod literæ non consonat, eo quòd manifeste secundam conclusionem vniuersaliter tractat: & locus iste de malo vniuersalem tractatum exigit.

257

¶Ad hæc breuiter dicitur, quòd conclusio intelligitur de omni malo actionis, sed formaliter, in quantum actio est. Et quum dicitur: ergo claudicatio for tis non reducitur in Deum, distinguatur quod claudicatur inquantum sonat defectum actionis vt sic, non reducitur in Deum vt effectiuam causam, sed in defectum causæ secundæ. Et rursus claudicatio inquantum est voluntaria, reducitur in Deum vt autorem pœnæ: inquantum vero est à charitate ordinata reducitur in Deum vt autorem meriti: & sic de aliis.

260 2. q. 171. art. 6. cor. & 2. di. 1. q. 1. art. 1. et di. 34. ar. 3. 4. m & 3. con. c. 23. & 15. et po. q. 3. ar. 6. et opus. 15. c. 6.

¶In responsione ad tertium aduerte, quod tunc tantum absentia causæ agentis dicitur causa defectus, quando debebatur præsentia. Et propterea quia nunquam cum rebus debetur, deus subtrahit influxum: ideo non sequitur propriæ loquendo, quod Deus sit causa defectuum ex hoc solo quod non facit. Quãuis quandoque scriptura ipsum tali modo causam appellet: vt patet circa indurationem Pharaonis.

34 32 234 258 258 258 b 259 34 234

a ¶*Super Quæstionis quadragesimæ nonæ Articulum tertium.*

Titulus directè quærit de causa efficiente.

Annotamenta.

¶In corpore duo facit Primo respondet quæsito vnica conclusione negatiue. Secundo radicem erroris aliter opinantium ostendit.

234 13 234 13 33 234

Quo

¶Quo ad primum cõclusio est. Non datur vnũ summũ malũ primũ principium omniũ malorum, sicut econtra datur vnũ summum bonũ. Et probatur tripliciter. Primo, quia non datur malũ per essentiã, i. aliquid per essentiã malum. Secundo, quia nõ datur malum summũ, i. integrũ. Tertio, quia hæc duo repugnant primum principium, & malum & omnia clare parent in litera.

¶Quo ad secundum, narrantur errores, & confutantur ex vna com muni radice. Errarunt ponentes duo prima principia, bonum & malum in duobus. Primum est, aliqua natura est in se mala. Secundum est prima principia sunt contraria. Rõ primi erroris fuit, quia considerauerunt naturam aliquam puta igneam vt nociuam huic. Confutatio autem eius est, quia simpliciter debet considerari vt pars totius vniuersi, quoniam sic omnis res ordinatissime suum locum obtinet, atque bona est. Ratio vero secundi erroris fuit, quia effectus contrarios in causas tantum cõtrarias reducere nouerunt. Confutatio vero eius est, quod reducenda sunt contraria in cõmunem & vniuersalem causam: quod probatur, quia omnia contraria conueniunt in aliquo, puta genere & subiecto. Par enim est iudicium de vnitate formæ & agentis quum similia sint, & actiui & passiui quum debeant adæquari. Et manifestatur in corpore cælesti respectu inferiorum.

23 32 255 258 248 333 135 b 253

¶Communis autẽ radix horũ & similium errorũ est quia particulares causas & non vniuersalem causam entium in eo quod entia attigerunt. Omnia enim ad vnũ essendi principiũ reducuntur, quoniam omnia in participatione esse conueniunt vt patet ex supradictis.

53 250 a 253 352

¶In responsione ad secundum dubium occurrit. Quoniam in articulo vltimo præcedentis quæstionis dictum est & probatum, quod malum culpæ opponitur propriè bono increato, non vt in nobis, sed vt in seipso: hic autem dicitur & probatur, quod bono increato nullum malum opponitur, non videntur ergo stare hæc duo simul.

13 254 255

¶Ad hoc breuiter dicitur, quod malum opponitur increato bono, potest intelligi dupliciter, s. formaliter, vel obiectiue. Formaliter quidem est impossibile, malum aliquo opponi diuino bono, propter rationem in litera tactam, s. bonum habens malum formaliter oppositum exigit potentiã, circa quam habet fieri malum: Deus autem est actus purus. ergo. Obiectiue autem malum culpæ opponitur bono diuino in se ipso: quod optime probatur in loco allegato, ex obiecto charitatis. Vult enim explicite vel interpretatiue quilibet peccans quantum in se est, Deum non esse vltimũ finẽ, quod est opponi ei obiectiue secũdum id quod in se est: sicut

254 252 253 254 54 a 255

potest esse per suam essentiam malum. Ostensum est enim, quod omne ens inquantum est ens, bonum est, & quod malum non est nisi in bono, vt in subiecto.

¶Secũdo, quia primũ bonorũ principiũ est summũ & pfectũ bonũ quod præhabet in se oẽm bonitatẽ, vt suprà ostẽsum est[e]. Summũ aũt malũ esse non põt, quia sicut ostẽsum est[e], et si malũ semper diminuat bonũ nunquã tamẽ illud potest totaliter cõsumere. Et sic semper remanente bono, non potest esse aliquid integre & perfecte malum. Propter quod Philosophus dicit in 4. Ethic. quod si malũ integrũ sit, seipsum destruet. Quia destructo omni bono (quod requiritur ad integritatem mali) subtrahitur etiam ipsum malum cuius subiectum est bonum.

¶Tertio quia ratio mali repugnat rationi primi principij, tũ quia malum causatur ex bono, vt suprà ostensum est[e], tum quia malum non potest esse causa nisi per accidens. Et sic non potest esse prima causa, quia causa per accidens est posterior ea quæ est per se, vt patet in 2. phy. Qui autem posuerunt duo prima principia, vnum bonũ & alterũ malum[e], ex eadẽ radice in hũc errorẽ inciderũt, ex qua & aliæ extraneæ positiones antiquorum ortum habuerunt: quia, s. non considerauerunt causam vniuersalem totius entis, sed paticulares tñ causas particularium effectuum[e]. Propter hoc enim, si aliquid inuenerunt esse nociuum alicui rei per virtutem suæ naturæ, æstimauerunt naturam illius rei esse malam[e]. Puta si quis dicat naturã ignis esse malam, quia combussit domum alicuis pauperis. Iudicium autem de bonitate alicuius rei non est accipiendum secundum ordinem ad aliquid particulare, sed scdm seipsum & secundũ ordinem ad totum vniuersum, in quo quælibet res suum locum ordinatissime tenet, vt ex dictis patet[e]. Similiter etiã qui inuenerũt duorũ particulariũ effectuum contrariorum duas causas particulares contrarias, nesciuerunt reducere causas particulares contrarias in causam vniuersalem communẽ. Et ideo vsque ad prima principia contrarietatem causis esse iudicauerũt. Sed cum oĩa contraria cõueniant in vno cõmuni, necesse est in eis supra causas contrarias pprias inueniri vnam causam communem. Sicut supra qualitates contrarias elementorum inuenitur virtus corporis cælestis. Et similiter supra omnia quæ quocunque modo sunt inuenitur vnum primum principium essendi, vt suprà ostensum est[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod contraria conueniunt in genere vno, & etiã conueniũt in ratione essendi. Et ideo licet habeãt causas particulares contrarias, tamen oportet deuenire ad vnam primã causam cõmunem.

¶Ad secundũ dicẽdum, quod priuatio & habitus nata sunt fieri circa idẽ. Subiectũ autẽ priuationis est ens in potentia, vt dictum est[e]. Vnde cum malum sit priuatio boni, vt ex dictis patet[e], illi bono opponitur cui adiũgitur potẽtia, non aũt summo bono, quod est actus purus.

¶Ad tertium dicẽdum, quod vnumquodq; intenditur secundum propriam rõnẽ. Sicut autem forma est perfectio quædam, ita priuatio est quædam remotio. Vñ oĩs forma & perfectio, & bonum per accessum ad terminũ pfectum attenditur, priuatio aũt & malũ per recessum à termino[e]. Vñ non dr malum & peius per accessum ad summũ malũ, sicut dicitur bonum & melius per accessum ad summum bonum.

¶Ad quartum dicendum, quod nullum ens dicitur malum per participationem, sed priuationem participationis. Vnde non oportet fieri reductionem ad aliquid quod sit per essentiam malum.

¶Ad quintum dicẽdum quod malum non potest habere causam nisi per accidens, vt suprà ostensum est[e]. Vnde impossibile est fieri reductionem ad aliquid quod sit per se causa mali. Quod autem dicitur quod malum est, vt in pluribus simplr, falsum est. Nam generabilia & corruptibilia, in quibus solum contingit esse malum naturæ, sunt modica pars totius vniuersi. Et iterum in vnaquaq; specie defectus naturæ accidit, vt in paucioribus. In solis aũt hoĩbus malum videtur esse vt in pluribus: quia bonum hoĩs scdm sensum corporis non est bonum hoĩs inquantũ homo, sed scdm rõnẽ. Plures autem sequuntur sensum quàm rationem.

¶Ad sextum dicendũ, quod in causis mali non est procedere in infinitum, sed est reducere oĩa mala in aliquam causam bonam, ex qua sequitur malum per accidens.

QVAEST. QVINQVAGESIMA de Substantia Angelorum absolutè, in quinque articulos diuisa.

POST hæc considerandum est de distinctione corporalis & spiritualis creaturæ. Et primo de creatura purè spirituali, quæ in Scriptura sacra Angelus nominatur. Secundo de creatura pure corporali. Tertio, de creatura composita ex corporali & spirituali, quæ est homo.

¶Circa vero Angelos considerãdũ est primo de his quæ pertinent ad eorũ substantiã. Secundo de his quæ pertinẽt ad eorum intellectum. Tertio, de his quæ ptinent ad eorũ volũtatem. Quarto, de his quæ ptinent ad eorum creationem. De substantia aũt eorũ cõsiderãdũ est & absolute, & per comparationem ad corporalia. Circa substantiam vero eorum absolute quinq; quærũtur. ¶Primo, vtrum sit aliqua creatura omnino spiritualis, & penitus incorporea. ¶Secũdo, supposito quod Angelus sit talis, quæritur vtrum sit compositus ex materia & forma. ¶Tertio, quæritur de multitudine eorum. ¶Quarto, de differentia ipsorum abinuicem. Quinto, de immortalitate, seu incorruptibilitate ipsorum.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum Angelus sit omnino incorporeus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Angelus non sit omnino incorporeus. Illud enim quod est incorporeum solum quoad nos, non quo ad Deum, non est incorporeum simpliciter. Sed Damas. dicit in lib. 2. quod Angelus incorporeus & immaterialis dicitur quantum ad nos: sed comparatus ad Deum corporeus & materialis inuenitur. Non ergo est incorporeus simpliciter.

¶Præterea, Nihil mouetur nisi corpus, vt probatur in 6. physic. Sed Damas. dicit ibidem, quod Angelus est substantia intellectualis semper mobilis. Angelus ergo est substantia corporea.

¶Præterea, Amb. dicit in li. de spiritusancto, Omnis creatura certis suæ naturæ circunscripta est limitibus. Circunscribi autem proprium est corporum. Ergo omnis creatura est corporea. Angeli autẽ sunt Dei creaturæ, vt patet in Psal. Laudate Dominum omnes Angeli eius. Et postea subditur. Quoniã ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Ergo Angeli sunt corporei.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Qui facit Angelos suos spiritus.

econtra Amans ex charitate vult Deo quicquid est & ei debetur, & sic non repugnant dicta.

a ¶*Super Quæst. quinquagesimæ Articulum primum*

IN titulo nota quòd, ly incorporeus, & ly omnino. Corporeum dicitur quantum seu, extensum, siue per se vt quantitas, siue per accidens, vt albedo. Incorporeum ergo dicitur quod neutro mõ est extẽsum. Omnino duplr intelligi põt, primo ad differentiam animæ nostræ, quæ licet in se sit inextensa, est tñ forma corporis, & sic non sumitur hic, vt patet ex primo articulo quæstionis sequentis, vbi dubitatur an angelus sit forma corporis, non ergo hic hoc excluditur. secundo ad differentiã aĩarum animalium perfectorum quæ licet sint incorporeæ, i. inextensæ apud S. Tho. qõ 76. artic. 8. non tamen sunt omnino incorporeæ. quia nullam habet operationem nisi corporalem. Per omnino ergo incorporeum intendit substantiam sic eleuatam supra corpus, quod nec ipsa, nec operatio sua sit corporea, id est per organum corporeum exercita.

Annot. 258 *Coment.*

¶In corpore tria. primo respondet quæsito vnica conclusione. scdo antiquos & Sadducæos arguit ibi antiqui autẽ. tertio cõclusionem confirmat ex reprehensione eorum, ibi, sed hoc ipm. Conclusio est, necesse est ponere aliquam creaturam incorporeã. Probatur, necesse est vniuersum esse per fectũ, ergo perfecte simile Deo: ergo simile Deo scdm intellectiuam naturã, ergo necesse est ponere aliquam creaturã incorpoream. Ans patet prima vero consequentia probatur, quia perfectio vniuersi consistit in assimilatione ad Deum quod pbarur, quia est præcipue intenta inter oĩa in rebus ipsis creatis à Deo. Secunda vero consequentia probatur: quia Deus agit secundum intellectũ & voluntatem. Tertia vero consequentia probatur, eo quod intellectus nullius corporis est actus: quod probatur, quia omne corpus determinatur ad hic & nunc.

Quæstio. 261 2. con. c. 46. et 8. 4. et post q. 6. art. 6. cor. & spõ, art. 5. et opu. 3. c. 74. & opus. 15. ca. 1.

¶*Quomodo vniuersum assimilari Deo oporteat.*

¶Sed sunt hic plura dubia. Dubitatur enim primo circa sensum consequentis primæ consequentiæ. hoc enim videtur falsum. Quia aut intendit de similitudine pfecta simpliciter, quæ est similitudo vniuoca, & sic patet esse falsum. Aut de perfecta in tali genere, puta creaturarum, Et cum hoc cõtingat dupliciter, s. aut in genere creaturarum factibilium, aut factarum: si factibilium est falsum, quia quacũque facta põt perfectiorem ac similiorem sibi Deus facere. Si factarũ, quanuis sit verum, nõ tñ infert propositum suum; qm ex hoc quòd effectus perfectis-

sime assimilatur suæ causæ analogę, seu æquiuoce inter omnes effectus factos ab ea: non sequitur ergo assimilatur sibi in natura, qua agit, vt patet de effectibus inferioribus respectu corporum, cælestium, & intelligentiarum.

Quæstio. *¶Num ex eo quod Deus est agens per intellectum & voluntatem, oporteat in vniuerso esse naturam pure intellectualem.*

¶Secundű dubium est circa mediű assignatum ad probandam secűdam consequentiam, s. Deus agit secűdű intellectum & voluntatem, ergo vniuersum, quod eius est effectus perfecte similis, habet in se naturā intellectualem. Non em̄ videtur valere, quia secundum ipsum & omnes cōmuniter ad perfectam similitudinem inter effectum & causam requiritur, & sufficit q effectus sit similis non naturæ, aut potentiæ agentis, sed rationi agendi: 87 118 non vt res est, sed vt rō agendi est, vt patet de arte & artificiato. Intellectus autem & voluntas & natura intellectualis siue in Deo siue in quocunque alio agente per artem, non se habet vt ratio agendi, vt ex se patet igitur male illatum 418 est, ergo oportuit esse naturas intellectuales.

Quæstio. 235 *¶Num ex eo quod oportet in vniuerso esse naturam intellectualem, inferri possit, ergo naturam incorpoream oportet in vniuerso esse.*

¶Tertio dubitatur circa tertiam cōsequētiam. Non enim videtur concludere intentum, quia ex hoc q ponitur aliqua creatura intellectualis, non sequitur, ergo omnino incorporea. Dicit em̄ quispiam q illa est anima intellectiua, quæ est pars substantiæ incorporeæ, puta cæli, aut aëreæ, aut humanæ creaturæ.

¶Ad primű horű dicitur quòd sermo est de similitudine perfecta in genere creaturarum factibi 378 liű. Vbi sciendum, q aliud est comparare vniuersum ad gradꝰ rerű, & aliud ad speciales modos habendi gradus illos. Gradus siquidem rerum finiti sunt actu & potentia, nisi forte in thesauris esse per essentiam lateat aliquis, &, supremus inter eos simillimúsque Deo apud August. 14. de trini. est 262 intellectualis. Modi autem essendi quanuis & actu simpliciter sint finiti, de potentia tamen logica & Dei loquendo, sunt infiniti: quia non datur suprema creatura factibilis à Deo. Vnde perfectio vniuersi exigit quidē continentiam omnium graduű creabilium, sed non oēs creaturas creabiles. Et ideo ex perfectione vniuersi optime infertur gradus intellectualis, ac per hoc perfectissima similitudo vnuersi ad Deum, vtpote consequens etiam perfectissimum gradű factibilem. Vniuersum igitur esse perfecte simile Deo in genere factibiliű, dupľr potest intelligi, s. graduum aut creaturarű. primo modo est verű, secundo modo nō. Et quia vt ex dictis patet, vniuersum perfecte simile secundo modo non est dabile, nec perfectio vniuersi exigit talem similitudinem: consequens est quòd simpliciter & absolute loquendo, recte dicitur, vniuersum perfecte simile Deo, quum

2. d. 8. q. 5. art. 1. et 2. con. ca. 49. et 50. et spū. ar. 1. & quol. 9. art. 6. & opus. 3. c. 74. & 95. et op. 15. c. 3. 5. 6. 7. 8. et 18. et op. 30. l. 6. et 9. et op. 42. c. 4. & 5.

secundum omnes essendi gradus ei est simile.

¶Ad secundum dubium dicitur præmittendo, quòd aliud est cōparare quēcunque singularem effectű suæ causæ, & aliud ipsum vniuersum, qui effectus est primo intentus, propter quem cæteri sunt effectus. ad hoc em̄ requiritur assimilatio ad causam scđm omnes gradus possibiles participari ab illa causa. Ad primű vero hoc non requiritur. Dicitur ergo, q per intellectű & volűtatem S. Tho. intendit formā intelligibilē, seu artē Dei qua egit mundum per actionem intellectus & voluntatis.

¶Et ad obiectionem in oppositum dicitur, q cum ratio agendi claudat in se duo, s. ipsam agendi rōnem & modű essendi eiusdem effectus, qui assimilantur causis in ratione agendi, tātum 35 minus perfecte eis assimilantur, quàm illi qui assimilantur etiam in modis essendi. Domus 36 enim in materia producta ab artifice similior esset arti domificatoris si esset immaterialis. Et ideo, cum Deus agat per formam habentem esse intelligibile: consequens est q vniuersum in quo similitudo illius formæ secundum omnes modos possibiles saluanda est, assimiletur illi & in forma & in modo essendi, ac per hoc & sit tale quale ibi descriptű est, & sit talis qualis illa est, & sic contineat in se esse intellectuale.

¶Ad tertium dubiű dicitur tripliciter. Primo q instantia non est ad propositum, eo q sermo noster est de creaturis. Anima aűt, quæ pars est cuiusq; substantiæ, constat nō esse creaturā proprie loquendo, sed creaturæ partē essentialē. Secűdo dicit iuxta calcem corporis huius articuli, q ex ista instantia confirmatur magis propositum, eo q, si ponitur natura intellectiua lis creata, vt pars substantiæ corporeæ, rōnabile est q ponatur in genere creaturarum substantia intellectualis al- 338 tior, & à corpore absoluta. Tertio pōt dici iuxta explanationem tituli, quòd ly omnino incorporeum non sumitur hic adeo stricte. Reliqua sunt plana.

a *¶Super Quæst. quinquagesimæ Articulum secundum.* Annot.

Titulus clarus est. In eo tamen aduerte, q remota ab angelis corporeitate, hoc est substantia quantitatis subtracta, remanebat adhuc dubium, an talis substantia indiuisibilis quātitatiue, esset diuisibilis es- 366 sentialiter, i. composita 369 ex materia & forma. 261

Coment. ¶In corpore duo principaliter facit. Primo refert opinionem Auicebrō, scđo improbat eā.

¶Quo ad primű, quia ordinate refert fundamentű, positionē, & modum, s. q materia, quam ponebat in angelis, ponebatur tali modo, q erat vna omnium, non oportet aliter laborare.

¶Quo ad secundű retrogrado ordine hæc tria impugnantur vnitas quidē materię quia sequeretur q angelus esset quātus. Positio vero materiæ, quia intelligere est opatio penitus immaterialis, ergo substantia intellectualis est penitus immaterialis. consequentia tenet, quia modus operandi attestatur modo operantis. Añs vero probat ex natura obiecti, quia intellectű oportet esse immateriale, ergo & intel

CONCLVSIO.

¶Cum necessarium sit vniuersum assimilari Deo, qui est agens per intellectum & voluntatem, oportuit inter creaturas reperiri aliquas pure intellectuales & incorporeas.

¶RESPONDEO dicendű quòd necesse est ponere aliquas creaturas incorporeas. Id enim quod præcipue in rebus creatis Deus intendit, est bonum, quod cōsistit in assimilatione ad Deum. Perfecta autē assimilatio effectus ad causam attenditur: quando effectus imitaš causam scđm illud per qđ causa ꝑducit effectum, sicut calidum facit calidű. Deus aűt creaturam producit per intellectű & voluntatē, vt supra ostensum est[e]. Vnde ad perfectionem vniuersi requiritur, q sint aliquæ creaturæ intellectuales. Intelligere aűt non potest esse actus corporis, nec alicuius virtutis corporeæ, quia omne corpus determinaš ad hic & nunc. Vnde necesse est ponere ad hoc q vniuersum sit perfectum, q sit aliqua incorporea creatura. Antiqui aűt ignorantes vim intelligēdi, & non distinguentes inter sensum & intellectű[e], nihil esse existimauerāt in mundo, nisi quod sensu & imaginatione apprehendi pōt. Et quia sub imaginatione non cadit nisi corpus existimauerunt q nullum ens esset nisi corpus[e], vt Philosophus dicit in 4. physi. Et ex his processit Sadduceorum error, dicentium non esse spiritum. Sed hoc ipsum q intellectus esse altior sensu rationabiliter, ostendit esse aliquas res incorporeas à solo intellectu comprehensibiles.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd substantiæ incorporeæ medium sunt inter Deum & creaturas corporeas. Medium autem comparatum ad vnű extremű, videtur alterum extremű, sicut tepidum comparatű calido, videš frigidű: & hac rōne dicit q angeli Deo cōparati, sunt materiales & corporei, nō quòd in eis sit aliquid de natura corporea.

¶Ad secundum dicēdum q motus ibi accipitur prout intelligere & velle motus quidam dicitur. Dicit ergo angelus substantia semper mobilis, qa semper est actu intelligēs, nō quādoq; actu & quādoq; potētia[e], sicut nos. Vnde patet q ratio procedit ex æquiuoco.

¶Ad tertium dicendum, q circunscribi terminis localibus est proprium corporum, sed circunscribi terminis essentialibus, est commune cuilibet creaturæ tam corporali quàm spirituali. Vnde dicit Ambro. in libro de Spiritusancto, quòd licet quædam locis corporalibus non contineantur, circunscriptione tamen substantiæ non carent.

ARTICVLVS II.

a *¶Vtrű angelus sit cōpositus ex materia & forma.*

AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur q angelus sit compositus ex materia & forma. Omne enim quod continetur sub aliquo genere est compositum ex genere & differentia, quæ adueniens generi, constituit speciem. Sed genus sumitur ex materia[e], differentia vero ex forma, vt patet in 8. meta. Ergo omne quod est in genere, est compositum ex materia & forma. Sed angelus est in genere substantiæ. Ergo est compositus ex materia & forma.

¶Præterea, In quocunque inueniuntur ꝓprietates materię ibi inuenitur materia. Proprietates autem materiæ sunt recipere & substare. Vnde dicit Boë. in lib. de trinit. quòd forma simplex subiectum esse nō potest. Hoc autem inuenitur in angelo. Ergo angelus est compositus ex materia & forma.

¶Præterea, Forma est actus. Quod ergo est forma tm̄, est actus purus. Sed angelus nō est actus purus. Hoc em̄ solius Dei est. Ergo non est forma tantű sed habet formā in materia.

¶Præterea, Forma proprie limitatur & finitur per materiam[e]. Forma ergo quæ non est in materia, est forma infinita[e]. Sed forma angeli non est infinita, quia omnis creatura finita est. Ergo forma angeli est in materia.

¶SED CONTRA est quod Diony. dicit 4. ca. de di. no. quòd primæ creaturæ sicut incorporales, ita & immateriales intelligűtur.

CONCLVSIO.

¶Errant qui angelos ex materia & forma compositos esse affirmant.

¶RESPONDEO dicendű, quòd quidam ponunt angelos esse compositos ex materia & forma: & hanc opinionem astruere nititur Auicebron. in lib. fontis vitæ. Supponit em̄ quòd quæcunque distinguűtur secundum intellectum sint etiam in rebus distincta. In substantia autem incorporea intellectus apprehendit aliquid per qđ distinguitur à substantia corporea, & aliquid per quod cum ea conuenit. Vnde ex hoc vult concludere quòd illud per quod differt substantia incorporea à corporea, sit ei quasi forma: & illud quod subiicitur huic formæ distinguenti quasi commune, sit materia eius. Et propter hoc ponit, quòd eadem est materia vniuersalis spiritualium & corporalium: vt intelligatur quòd forma incorporeæ substantiæ, sic sit impressa in materia spiritualium, sicut forma quantitatis est impressa in materia corporalium. Sed primo aspectu apparet esse impossibile vnam esse materiam spiritualium & corporalium[e]. Non em̄ est possibile quòd forma spiritualis & corporalis recipiatur in vna parte materię: quia sic vna & eadem res numero esset corporalis & spiritualis. Vnde relinquitur quòd alia pars materiæ sit quæ recipit formam corporalem & alia quæ recipit formam spiritualem. Materiā autē diuidi in partes non conuenit nisi scđm quod intelligitur sub quantitate: qua remota remanet substātia indiuisibilis, vt dicitur in 1. phsi. Sic igitur relinquitur, quod materia spűaliű sit substantia subiecta quantitati, qđ est impossibile. Impossibile est ergo q vna sit materia corporalium & spiritualium. Sed adhuc vlterius impossibile est quòd substantia intellectualis habeat qualencunque materiam. Operatio enim cuiuslibet rei est secundum modum substantiæ eius. Intelligere autem est operatio penitus immaterialis[e]. Quod ex eius obiecto apparet, à quo actus quilibet recipit speciem & rationem. Sic enim vnunquodque intelligitur inquantum à materia abstrahitur, quia formæ in materia sunt indiuiduales formæ, quas intellectus non apprehendit secundum quod huiusmodi. Vñ relinquitur, q substantia intellectus est oīno immaterialis. Non est autem necessarium q ea quæ distinguuntur secundű intellectum, sint distincta in rebus, quia intellectus non apprehendit res scđm modű rerum,

intelligere quia ab obiecto operatio specificatur: fundamentum aűt elidit. Tum in communi: quia modus quo res intelligitur à nobis, non est modus quo res est in se, cuius signű est, q materialia simpliciori modo sunt in intellectu, quā in se. Tum in speciali proposito, quia superiora intelligimus per modum rerum compositarű, in quibus aliud est in quo cōueniűt, & aliud in quo distinguűt: & ex hoc 76 c emanauit fundamētű il- 85 c lud: rū in natura diuina.

Quæstio. *¶Num si esset vna communis materia spiritualium & corporalium, spiritualia essent corporalia.*

¶Circa improbationem vn[illegible]atis materiæ [illegible]icula occurrit. 16 a 79 c Na[illegible] posset dici conse- 66 quentiam nō valere, eo q materia ista cōis omnibus sic diuisa; est q per receptionē quātitatis facta est vna pars materiæ corporaliű, Reliquű vero materiæ absque quātitate remansit, & sic est materia spűalis distincta à corporali per hoc q non est affecta quantitate.

¶Ad hoc pōt tripliciter respōderi. primo, q 71 d quia S. Thomas præui- 441 d dit hanc fugā: ideo adiűgit reprobationem materię simpľr, qđ erat principaliter intentum. Scđo & melius potest dici, q 164 a ista responsio non euadit quin materia spűalis sit diuisibilis quantitatiue, quanuis sustineat, q non sit diuisa actu: qm̄ quum sit vna ante receptionē quantitatis, non est maior rō cur scđm hanc portionē vel illam affecta sit quātitate. Ponere aűt substantias spirituales, esse a- 366 a ctu vel potentia quantas, seu actu vel potentia diuisibiles quantitatiue, eiusdem rōnis est. Tertio & melius potest dici, q ista respōsio non pōt dari ab aliquo, qui teneat dari ad minus duos angelos, quia pari, imo eadem ratione argueretur, quomodo materia communis duobus angelis vel pluribus, cum sit eiusdē rationis, partita fuerit & distributa in plures angelos. Si materia absque quantitate caret partibus. &c. Vnde quia Auicebron consentiebat pluralitati spiritualium, ratio sancti Thomæ efficax fuit.

Quæstio. *¶Num substantia intellectualis excludat compositionem materiæ & formæ.*

¶Circa efficaciam rationis in litera factæ con- 366 e tra positionē Auicebrō, dubium ex Durando occurrit. Quia non videtur valere nisi contra tenentes angelos esse substantias intellectuales secundum se totos. Stat nanque quòd detur substantia intellectualis secundum partem, i. formā: & tamen sit cōposita ex materia & forma, vt patet de homine & cælo, si est animatű, &c. Et si sic est, ergo nihil valet ratio contra Auicebron: quoniam ipse non videtur tenere illam viam.

¶Ad hoc breuiter dicitur q, quicquid sit de mente Auicebron, ratio literæ manifeste concludit, q substantia intellectualis vt sic est immaterialis, i. indepēdens in esse à materia, hoc em̄ ex operatione & obiecto probaš. Ac per hoc si est substantia in specie cōpleta omnino est immaterialis, vt patet. Et quoniā angeli nomine intelligimus omnes substantias cōpletas in spē, cuius signű est, quia alia est quæstio de animabus cælorum & aliorű animatorű. Et alia de angelis, ideo euidenter sequitur q euadi non potest ab hac ratione per illā responsionē obiiciendo allatā. negando enim, q supponamus angelos esse secundum se totos intellectuales, dicimus, quòd supponimus quid nominis terminorum, scilicet quòd angelus significat substantiam intellectualem in specie completā. Et sic procedit formaliter ratio.

Annot. ¶In responsione ad primű aduerte, q quia vis argumenti cōsistit in illa propositione Philosophi, ideo S. T. tria facit. Primo ostendit quid formaliter requiritur ad rationem differentiæ, s. determinare ad aliquē gradű in entibus. Scđo ex hoc declarat in quibus habeat locum propositio Philosophi, s. in materialibus. Tertio ex eodem fundamento, ostendit aliter poni in angelis differentiam & genus.

¶In eadem responsione diligenter notato. S. Th. à Peripaticis non discrepare, in ponendo angelos in genere: quia vt hic patet etiam verba Aristo. ex 8. meta. Annot. textu vltimo imitatur: & non ex parte rei, sed nostræ considerationis, genus dicit in eis distigui à dif- 366 e ferētia. Et hæc intellige de itrīsecis eo℞ loquēdo.

Quæstio. 17 *¶Num intellectus recipiat secundum rationē formæ, & quodnā hoc sit, quo receptio in materia & intellectu distinguuntur.*

¶In responsione ad secűdű dubium est, de differentia assignata inter receptionem materię & intellectus quia illā recipiēdo cōstituitur in esse specifico, & naturali receptæ formæ: hic aűt recipit formā scđm ipsam rōnē formæ, qđ est recipere secundű ipsam rōnē formæ. Aut hoc est 36 recipere qđ quid erat esse formæ: & hoc non, qa etiā materia hoc recipit. Aűt est recipere solā formā: & hoc nō, qa etiā materia hoc habet. Aűt est recipere intentionaľr: & hoc non, qa etiā aër recipit intentionaliter. Aut recipere vniuersaliter: & hoc non pōt scđm S.T. dici: qa apud ipsum quicquid 263 recipiš in intellectu, est indiuidualis, seu singularis res, puta hæc species intelligibilis.

Et in di. 3. qō. 1 art. 5. Et 2. con. cap. 91. et 92. Et po. q. 6. art. 6. cor. fi. et opus. 15. cap. 2. 3. & 4.

¶Et augetur difficultas, qa hic distinguiš receptio formę secűdű ipsam rōnē formæ cōtra receptionē q res cōstituűš in esse. Constat em̄ q receptio cōtra istā distincta, est receptio intētionalis. Et tn̄ hæc est etiā receptio materialis, vt patet ex S.T. scđo cōtra Gentiles c. 51. ratione tertia. 261

¶Ad hoc dicitur, q recipere scđm ipsam rōnem formæ, est recipere 54 formam per modű formæ. Modus autē formæ est, quem secundű se forma habet, hic autem est indeterminatio ad hoc, vel ad illud. Et ideò de primo ad vltimum est recipere formā, salua eius cōmunitate & amplitudine ad quæcunq;: & hoc est recipere vniuersaľr.

¶Ad obiectionem aűt in oppositum diciš, q recipere vniuersaliter non opponiš cuilibet singularitati, sed singularitati materiali, quæ est ad hic & nunc: qm̄ vnum indiuiduum immateria- 263 le ęquiualet infinitis materialis ordinis. Et species lapidis in aīa est lapis vniuersalis, quanuis sit vna quædam res numero alterius ordinis, s. immaterialis.

¶Ad secundam obiectionem dicitur q receptio intentionalis habet magnam latitudinem. Diuiditur enim in vniuersalem & particularem, quæ conuenit sensui & medio, &c. Vnde non est intentio san. Thomæ insinuare, q receptio secundum ipsam rationem formæ & receptio intentionalis conuertantur. Sed cű receptio sit triplex, scilicet pure materialis, quæ consistit in esse. Et pure formalis, scilicet quæ abstrahit ab omnibus materialibus. Et media, quæ est partim materialis, & partim formalis: & hæc est intentionalis particulariter conueniēs sensibus. Contra vnum extremum scilicet receptionem simpliciter materiæ S. Thom. alterum extremum distinxit, s. receptionem intentionalem vniuersalem, insinuans etiam ex hoc sapientibus distinctionem ipsius recipere intellectus à tota latitudine receptionis materiæ, siue totaliter, siue partialiter.

a *¶Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus est.

Coment. ¶In corpore sunt duo. Primo referuntur tres opiniones, Platonis, Aristotelis: & rabbi Moysi, & sigillatim improbantur. Secundo respondetur quæsito tali cōclusione. Angeli sunt in quadam maxima multitudine, oēm materialē nume-

sed secundum modű suű[e]. Vnde res materiales, quæ sunt infrà intellectum nostrum, simpliciori modo sunt in intellectu nostro, q sint in seipsis. Substantiæ aűt angelicæ sunt suprà intellectum nostrum. Vnde intellectus noster non potest attingere ad apprehendendum eas scđm qđ sunt in seipsis, sed per modum suű secundum qđ apprehendit res cōpositas. Et sic etiā apprehendit Deum, vt suprà dictum est[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendű q differentia est, quæ constituit speciē. Vnűquodq; aűt cōstituitur in specie, scđm qđ determinatur ad aliquem specialem gradum in entibus. qa species rerű sunt sicut numeri, qui differűt ꝑ additionem & subtractionem vnitatis vt dř in 8. met. In rebus autē materialibus aliud est qđ determinat ad specialē gradű, s. forma, & aliud q determinaš, s. materia. Vñ ab alio sumitur genus, & ab alio dńa. Sed in rebus immaterialibus non est aliud determinans & determinatum[e], sed vnaquæq; earű secűdum seipsam tenet determinatum gradum in entibus. Et ideo genus differentia in eis non accipitur scđm aliud & aliud, sed secűdű vnum & idē[e]. quæ tn̄ differűt scđm cōsiderationem nostram. Inquantű em̄ intellectus noster cōsiderat illam rem vt indeterminate, accipitur in eis ratio generis: inquantum vero considerat vt determinate, accipitur ratio differentiæ.

¶Ad secundum dicēdű, quòd rō illa ponitur in libro fontis vitæ. Et esset necessaria si idē esset modus quo recipit intellectus, & quo recipit materia. Sed hoc patet esse falsum[e]. Materia em̄ recipit formā, vt secundű ipsam constituatur in esse alicuius speciei, vel aëris, vel ignis, vel cuiuscunq; alterius. Sic aűt intellectus non recipit formam: alioquin verificareš opinio Empedo. qui posuit quòd terram terra cognoscimus, & ignē igne. Sed forma intelligibilis est in intellectu, secundű ipsam rōnē formæ: sic em̄ cognoscitur ab intellectu. Vnde talis receptio non est receptio materiæ, sed est receptio substantiæ immaterialis.

¶Ad tertiű dicendű, quòd licet in angelo non sit compositio formæ & materiæ, est tn̄ in eo actus & potentia. Quod quidem manifestum potest esse ex consideratione rerű materialiű. In quibus inuenitur duplex cōpositio. Prima quidē formæ & materiæ, ex quibus constituitur natura aliqua. Natura autē sic composita non est suum esse, sed esse est actus eius. Vnde ipsa natura comparatur ad suum esse sicut potentia ad actum. Subtracta ergo materia, & posito quòd ipsa forma subsistat non in materia, adhuc remanet comparatio formæ ad ipsum esse, vt potentiæ ad actű. Et talis cōpositio intelligenda est in angelis. Et hoc est qđ à quibusdam dicitur, quòd angelus est compositus ex quo est & quod est vel ex esse, & quod est[e], vt Boë. dicit. Nam quod est, est ipsa forma subsistens. Ipsum aűt esse, ex quo substantia est, sicut cursus est quo & currēs currit. Sed in Deo non est aliud esse, quo est: vt suprà ostensum est[e]. Vnde solus Deus est actus purus.

¶Ad quartű dicendum, q omnis creatura est finitā simpliciter inquantum esse eius non est absolute subsistens, sed limitatur ad naturā aliquā cui aduenit. Sed nihil ꝓhibet aliquam creaturā esse secundum qđ infinitā. Creaturæ autē materiales habēt infinitatē ex parte materiæ: sed finitatem ex parte formæ, quæ limitatur per materiā in qua recipitur. Substātiæ autem immateriales creatæ sunt finitæ secundű suű esse, sed infinitæ secundum qđ eorű formæ non sunt receptæ in alio[c], sicut si diceremus albedinē separatā existentē esse infinitam quantum ad rationem albedinis: quia nō contrahitur ad aliquod subiectű. Esse tamen eius esset infinitum, qa determinatur ad aliquam naturam specialem. Et propter hoc dicitur in libro de causis, quòd intelligentia est finita superius, inquantum, s. recepit esse à suo superiori: sed est infinita inferius, inquantum non recipitur in aliqua materia.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum angeli sint in aliquo magno numero.

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur q angeli non sint in aliquo magno numero. Numerus enim species quantitatis est, & sequiš diuisionē continui. Hoc autē non potest esse in angelis, cùm sint incorporei, vt suprà ostensum est[e]. Ergo angeli non possunt esse in aliquo magno numero.

¶Præterea, Quanto aliquid est magis propinquum vni, tanto minus est multiplicatum, vt in numeris apparet. Natura autem angelica inter alias naturas creatas est Deo propinquior. Cum ergo Deus sit maxime vnus, videtur quòd in natura angelica inueniatur minimum de multitudine.

¶Præterea, Proprius effectus separatarű substantiarum videtur esse motus corporum cælestium. Sed motus corporum cælestium sunt secundum aliquem determinatum numerum paucum, qui à nobis apprehendi potest. Ergo angeli non sunt in maiori multitudine, quàm motus corporum cælestium.

¶Præterea, Dion. dicit 4. cap. de diui. no. q ꝓpter radios diuinæ bonitatis subsistunt intelligibiles, & intellectuales omnes substantiæ. Sed radius nō multiplicatur, nisi secundum diuersitatem recipiētiű. Nō autē pōt dici q materia sit receptiua intelligibilis radij, cű substantiæ intellectuales sint immateriales, vt suprà ostensum est[e]. Ergo videtur quòd multiplicatio substantiarum intellectualium non posit esse nisi secundum exigentiam pri-

rum excedētes. Et probat dupl'r, s. autoritate Dio. & & rōne tali: quāto aliqua sunt in entibus pfectiora, tāto in maiori excessu creata sunt, Angeli sunt pfectissimi ergo. Maior pbatur dupliciter. primo qa pfectio vniuersi est principaliter intēta. scdo, qa videmus corpa cælestia creata in maximo excessu scdm magnitudinem.

Annota. ¶Circa hāc rationem aduerte q pbatio maioris satis obscure habet in litera, qa clarius posita fuerat in secundo cōtra Genti. ca. 92. vbi aperte probatur, ex hoc q perfectio vniuersi, quæ in ordine consistit exigit vt partes eius principales, quæ pter seipsas sunt plurificētur quātū possibile est: eo q hæc differentia est inter quæsita propter aliud, & quæsita pter se: q q̄sita propter aliud exiguntur in tanto numero quantus sufficit ad illū finē. Quæsita vero propter se quanto plura sunt, tāto melius est vniuersum. Et qa perfectiora in entibus, inter partes pter se sunt, & imperfectiora sunt propter
14 ipsas: ideo ab intendēte principaliter vniuersi pfectionem: quāto aliqua
365 sunt perfectiora, tāto in maiori excessu secūdum multitudinem vel magnitudinem erāt creāda.

Quæstio. ¶*Num quanto aliqua sunt perfectiora, excedant alia magnitudine vel multitudine.*

a
541 ¶Cica maiorē eiusdem rationis occurrit dubiū. qa nō videtur verum, q quāto aliqua sunt perfectiora, excedunt alia magnitudine, vel multitudine. Aurum enī neutro modo excedit ferrum. Gemmæ quoque incomparabiliter exceduntur à lapidibus: & tamē constat, hæc ptiosiora esse. ¶Ad hoc videtur dicendū, q, vt in primo decælo & mundo discutitur, partes vniuersi sunt duplices. Quædā velut integrantes substātiā eius: & hæc pertinent ad primam integritatē vniuersi. Quædā vero sunt velut perficiētes ipsum ad secūdariā perfectionem vniuersi, & sunt effectus primarū. Primæ partes sunt tantum elemēta, corpora cælestia & intellectuales creaturæ. Secundæ vero sunt quælibet mixta. In primis partibus intelligenda est maior sancti Thomę & in illis est verissima: & satis sufficit proposito suo.
b
352 Quoniam ex hoc nō solū concluditur, quòd numerus angelorū, i. intellectualiū substātiarū excedit numerū cælorū & elementorū. Sed quēadmodū excessum magnitudinis incōparabiliter intuemur inter superiora corpora & inferiora, à fortiori, quum longe plus distēt substātiæ immobiles & spūales à corporalibus, quā quęcunq; corpora inter se: consequens est eas incomparabiliter excedere & prædictorum & cæterorum materialium multitudinem.

Quæstio. a ¶*Num multitudo substantiarum spiritualium excedat multitudinem materialem corporalium specificam, vel numeralem.*

¶Circa conclusionem principalem dubium occurrit, an intelligatur de omni multitudine materiali, s. secundum species, & secundum numerum, an de multitudine specifica materialium tantum, an de multitudine primarum partium materialium vniuersi. Si hoc tertio vel secundo modo intelligitur, non tam magnus & excessiuus videtur numerus angelorum quatenus dici solet. Et tamen tertio modo intelligi oportere, solutio præcedens ostendit, alioquin æquiuocatio contingeret in præmissis & conclusione. Si autem primo modo, absurditas non parua videtur, puta quòd sint plures angeli quàm grana milij, frumenti, &c. numerus enim horum, & lapillorum, & arenæ, & aliorum huiusmodi, non sapienter comparari videtur rebus intellectualibus.

¶Ad hoc dicitur quòd sermo iste per se loquendo est de multitudine specifica. Tum quia in angelis non reperitur alia multitudo. Tum quia vis medij super quo fundatur ratio, non exit limites talis multitudinis: quia primæ partes vniuersi, elementa, & corpora cælestia scilicet singulis indiuiduis contenta sunt. Nec ex hoc sequitur non esse excessiuum numerum angelorum: quia multitudo incomparabiliter excedens multitudinem specificam materialem, valde magna est: quemadmodum magnitudo primi orbis incomparabiliter excedens quantitatem elementalem, valde etiam magna est. Et hæc est absque dubio mens Sancti Thomæ. 52 175 a 262 Vnde inferius. qō. 112. ar. 6. ad secundum de hoc loquens apposuit naturę nomen dicens, q excedunt omnes naturas corporeas. Et in quol. de potentia Dei. q. 6. art. 4. in corpore, apposuit nomen speciei, dicens q excedunt omnes species materialium. Id autem qđ in oppositū obiicitur de primis partibus vniuersi, non obstat, quoniam primæ partes corporales vniuersi continent cæteras species: & si non formaliter, saltem virtualiter. 189 Et ideo loqui de multitudine primarum partium vniuersi, & loqui de multitudine specifica omnium materialium, non refert nisi secundum implicitum & explicitum. Ac per hoc excedens improportionabiliter multitudinem primarum materialium partium vniuersi, excedere etiam improportionabiliter intelligitur multitudinem implicite & virtualiter contentam in illis. Et si obiiciatur, ergo intelligitur etiam de materiali distinctione: quia etiam virtualiter continetur in illis primis. Patet responsio, quòd non est similis ratio: quoniam cum ex habitudine partium vniuersi eiusque perfectione, ratio robur trahat, vt patet ex dictis: & propterea de illa tantum multitudine sermo esse debet, quæ ad perfectionem spectat vniuersi, qualis non est multitudo numeralis, sed specifica primarum partium formaliter, secundarum virtualiter.

morū corporum: scilicet cælestium, vt ad ea quodammodo processus prædictorum radiorum terminetur. Et sic idem quod prius.

SED contra est qđ dicitur Dani. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.

CONCLVSIO.

¶*Angeli, cum longe perfectiores sint corporalibus creaturis, in quadam maxima multitudine sunt omnem materialem multitudinem excedentes.*

¶RESPONDEO dicendū, q circa numerū substantiarū separatarum diuersi diuersis viis processerunt. Plato enim posuit[c] substantias separatas esse species rerū sensibilium, vt pote si poneremus ipsam naturam humanam esse separatam: & secundū hoc oportebat dicere, q substantiæ separatæ sint secundū numerū specierū sensibiliū. Sed hāc positionem improbat Ari. ex eo quòd materia est de rōne sperum sensibilium[c]. Vñ substantiæ separatæ nō pñt esse spēs exemplares horū sensibilium sed habēt quasdā naturas altiores naturis rerū sensibilium. Posuit tñ Ari. quòd illæ naturæ pfectiores habēt ordinē ad sensibilia ista secundum rōnem mouētis & finis. Et ideo secūdū numerum primorū motuū conatus est adinuenire numerū substātiarum separatarum[c]. ¶Sed quia hoc videtur repugnare documentis sacræ scripturæ, rabbi Moy. Iudæus volens vtrunque cōcordare, posuit quòd angeli scdm qđ dicunt substantiæ immateriales multiplicātur scdm numerum motuū vel corporū cælestium, scdm Ari. Sed posuit q angeli in scriptura dicuntur etiā hoīes diuina annuntiantes. Et iterū virtutes rerum naturalium, quæ Dei omnipotentiam manifestant. Sed hoc est alienū à cōsuetudine scripturæ, quòd virtutes rerum irrōnabilium angeli nominētur. Vnde dicēdū est, quòd etiā angeli, scdm quod sunt immateriales substantiæ, in quadā multitudine maxima sunt oēm materialē multitudinē excedētes. Et hoc est qđ di. Dio. 9. ca. cel. hic erat. Multi sunt beati exercitus supernarum mentium, infirmā & cōstrictā excedentes nostrorum materialium numerorū commēsurationē[c]. Et huius rō est, quia cum perfectio vniuersi sit illud, quod præcipue Deus intēdit in creatione rerum quāto aliqua sunt magis perfecta tāto ī maiori excessu sunt creata à Deo, sicut aūt in corporibus attenditur excessus secundum magnitudinem, ita in rebus incorporeis pōt attendi excessus secundum multitudinem. Videmus aūt, quòd corpora incorruptibilia, quæ sunt perfectiora inter corpora, excedunt quasi incomparabiliter secundū magnitudinem corpora corruptibilia. Nam tota sphæra actiuorum & passiuorū est aliqđ modicum respectu corporum cælestium. Vnde rationabile est quòd substantiæ immateriales excedant secundum multitudinem substantias materiales, quasi incomparabiliter.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q in angelis non est numerus, qui est quantitas discreta, causatus ex diuisione continui, sed causatus ex distinctione formarum put multitudo est de transcendentibus, vt suprà dictum est[c].

¶Ad secūdū dicēdum, q ex hoc quòd natura angelica est Deo ppinqua, oportet quòd habeat minimū de multitudine in sui cōpositione[c]. non autem ita quòd in paucis saluetur.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa est Ari. in 2. met. Et ex necessitate concluderet si substantiæ separatæ essent propter substantias corporales. Sic enim frustra essent immateriales substantiæ nisi ex eis aliquis motus in rebus corporalibus appareret. Non est autem hoc verum, quòd substantiæ immateriales sint propter corporales: quia finis nobilior est his quæ sunt ad finem. Vnde etiam Arist. dicit ibidem, quòd hæc ratio non est necessaria, sed probabilis. Coactus autem fuit hac ratione vti: quia ad cognoscendum intelligibilia non possumus peruenire, nisi per sensibilia.

¶Ad quartum dicendum, q ratio illa procedit secundum opinionem eorum, qui causam distinctionis rerum ponebant esse materiam. Hoc autem improbatum est[c]. Vnde multiplicatio angelorū neque secundum materiam, neq; secūdū corpora est accipiēda, sed secundū diuinā sapientiā diuersos ordines immaterialium substantiarum excogitantem.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum angeli differant specie.*

AD QVARTVM sic pceditur. Videtur q angeli non differant specie. Cum enim differentia sit nobilior genere, quæcunque conueniūt secundum id quod est nobilissimum in eis, conueniunt in vltima differentia constitutiua & ita sunt eadem secundum speciem. Sed omnes angeli conueniunt in eo quod est nobilissimum in eis, s. in intellectualitate[c]. Ergo omnes angeli sunt vnius speciei.

¶Præterea, Magis & minus non diuersificant speciem. Sed angeli non videntur differre adinuicem nisi secundum magis & minus: prout scilicet vnus alio est simplicior, & perspicatioris intellectus. Ergo angeli non differunt specie.

¶Præterea. Anima & angel[9] ex opposito diuiduntur: sed omnes animæ sunt vnius speciei. Ergo & angeli.

¶Præterea, Quanto aliquid est perfectius in natura, tanto magis debet multiplicari. Hoc autem non esset, si in vna specie esset vnum tantum indiuiduum. Ergo multi angeli sunt vnius speciei.

SED CONTRA est, quòd in his quæ sunt vnius speciei, non est inuenire prius & posterius, vt dicitur in 3. meta. Sed in angelis etiam vnius ordinis sunt primi, & medij, & vltimi, vt dixit Dioñ. 10. cap. angelicæ hierar. Ergo angeli non sunt eiusdem speciei.

CONCLVSIO.

¶*Cum omnes spirituales substantiæ ex materia & forma composita non sint, eiusdem non sunt speciei.*

264
2. di. 3. q. 1. ar. 4. et 2. con. ca. 91. & 92. & 93. ratione 4. & sp. art. 9. & opusc. 30. l. 6. et lec. 9. princ. & opusc. 32. col.
461

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum quartum.*

Comēt. TItulus clarus. ¶In corpore duo. primo recitat tres opiniones clare. tertia est quam sequitur Sco. Secundo impugnat simul omnes quo ad propositum dupliciter: vt patet.

¶Prima ratio, angeli nō sunt compositi ex materia & forma: ergo nec plures in vna specie. consequentia probatur, quia quæcunque conueniunt in specie, & differunt numero, conueniunt in forma, & differunt materialiter.

Comēt. ¶Secundo impugnat, posito quòd essent materiales, probando eandem conclusionem, sic. Distinctio causata ex materia, aut est secundum diuersitatem quantitatis, aut secundum diuersitatem potentiæ: ibi non est prima, quia sunt incorporei. ergo esset secunda, sed hæc non solum excludit identitatem specificam, sed genericam: ergo.

Quæstio. a ¶*Num ex eo quòd angeli ex materia & forma compositi non sint, materialiter non differant.*

¶Circa probationē consequentiæ in prima rōne occurrit dubiū qa aut assumit falsum, aut nihil pbat. Si enī ly differūt materialiter, significat differre materia pprie dicta, quæ sit altera pars rei differētis, falsum assumitur: qa duæ animæ differūt materialiter: & tñ nō differūt in materia, qa carent illa. Et similiter duæ lineæ mathematice sumptæ, & similiter duo accñtia eiusdem spēi in angelis. Si vero ly differūt materialiter, significat differētiā in materia pprie dicta, nō tñ quę sit pars rei differētis: tunc & falsum assumit, vt patet in duab[9] instātiis vltimo dictis. Et de hoc sunt argumēta multa Sco. quæ in q. de ente & essentia hēs.
368 Et intentū non pbat: eo q differre mālīter hoc mō superi[9] est ad differre materialiter, per hoc q est cōpositū ex materia & forma, & ad differre materialiter p hoc q aliquo mō differt secūdum materiā.
262 Ac p hoc ex negatione compōnis non pōt inferri negatio differētię materialis: sed est fallacia cōsequētis ab
368 inferiori ad superi[9] negatiue. Si autem ly differūt
234 mālīter, significat differentiā in materia cōiter sumpta, i. in eo qđ se habet vt māle respectu speciei: hoc mō acceptatur ab oībus. Sed tunc nihil oīno pbatur ad ppositū pter eandē rationē: qa scilicet minor sub intellecta, s. angeli non differūt mālīter, nō pbat ex hoc, qm nō sunt cōpositi ex materia & forma, sed est sophisma cōsequētis.
a
262 ¶Ad hoc dicit, cū ppositio S. T. sit vniuersalis, tertio modo intelligēda est: in cuius signū subdit exemplū de plurificatione albedinis, quā cōstat indiuiduari nō ex materia, sed ex quāto. Ad instantiā autē in oppositū dicitur, q S. T. breuitati studēti sat fuit afferre pbationē efficacem in illa materia, de qua loquebatur. Ad cuius euidētiam scito, q cū apud ipsum oīs differētia pure materialis oriatur aut ex quātitate, (vt accidit in reb[9] materialibus,) aut ex subiecto, vt accidit in accidētibus spūalibus. differentia vero ex quātitate orta in substātiis locum nō habeat, nisi rōne materiæ. Materia autē non alio pacto in substantia completa fit, nisi vt pars eius: cōsequens est q de substātiis cōpletis, quales sunt angeli, loquēdo,
245 sufficiēter excluditur ab
b eis differentia mālis per
521 hoc q excludit ab eisdē
426 compō ex mā, & forma.
d ¶Circa primū argumē-
265 tū nota q S. T. nō ex defectu argumētorū ex ppriis, vt consueuit, argumentat ex cōmunibus: sed argumentū hoc propria angelorū scrutatur. ¶Ad cuius euidētiā aduertēdæ sunt duæ ppositiones quasi per se notæ. Prima est, q in substātiis quæ apud nos sunt, ratio generis inuenit seorsum existēs in rerū natura absq; nobilitate super additæ naturæ. Corporeitas enī inuenit absq; perfectione mixtionis, vt patet in elementis: & mixtū absq; vita, vt patet in mixtis inanimatis. Et viuū absq; sensu, vt patet in plātis: & sensus absq; motu, vt patet in ostreis. Et hoc absq; intellectu, vt patet in brutis. Secūda est, q intellectualitas est vltima & summa natura in vniuerso. Ex his enī duabus ppositionibus pductū est argumentū. Maior enī ex prima, & minor ex secūda, scilicet ppositione. Si enī gen[9] seorsum inuenit à summa natura, qa nā imperfectior: cōsequens est q non omnes angeli cōueniant in summa natura. Etsi cōueniunt in summa natura, q illa non sit genus, quia non pōt extra seipsam inueniri: sed angeli conueniunt in intellectualitate, quæ est nobilissimum omnium. ergo.

2. dist. 3. q. 1. art. 1. co. Et d. 7. q. 1. ar. 1. cor. Et 2. contra ca. 54. et 91. 3m. Et po. q. 5. ar. 3. et 4. cor. Et opusc. 3. art. 74. Et opusc. 9. q. 47.

Annot.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt omnes substantias spirituales esse vnius speciei, etiam animas[c]. ¶Alij vero, quòd omnes angeli sunt vnius speciei, sed non animæ. Quidam vero, quòd omnes angeli vnius Hier. aut etiam vnius ordinis. Sed hoc est impossibile. Ea enim quæ conueniunt specie, & differunt numero, conueniunt in forma, sed distinguuntur materialiter. Si ergo angeli non sunt compositi ex materia & forma, vt dictum est suprà[c]: sequitur quòd impossibile sit esse duos angelos vnius speciei: sicut etiam impossibile esset dicere, quòd essent plures albedines separatæ[c], aut plures humanitates, cum albedines non sint plures, nisi secundum quod sunt in pluribus substantiis[c]. Si tamen angeli haberent materiam, nec sic possent esse plures angeli vnius speciei. Sic enim oporteret quòd principium distinctionis vnius ab alio, esset materia: non quidem secundum diuisionē quantitatis, cum sint incorporei, sed secundum diuersitatem potentiarum. Quæ quidem diuersitas materiæ causat diuersitatem & speciei & generis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd differentia est nobilior genere: sicut determinatum indeterminato, & proprium communi, non autem sicut alia, & alia natura[c]. Alioquin oporteret quòd omnia animalia irrationalia essent vnius speciei, vel quòd esset in eis aliqua alia perfectior forma, quàm anima sensibilis. Differunt ergo specie animalia irrationalia secundum diuersos gradus determinatos naturę sensitiuæ. Et similiter omnes angeli differunt specie secundum diuersos gradus naturæ intellectiuæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd magis & minus secundum quod causantur ex intensione & remissione vnius formæ, non diuersificant speciem. Sed secundum quod causantur ex formis diuersorum graduum, sic diuersificāt speciem: sicut si dicamus, quòd ignis est perfectior aëre. Et hoc modo angeli diuersificantur secundum magis & minus.

¶Ad tertium dicendum, quòd bonum speciei præponderat bono indiuidui. Vnde multo melius est q multiplicentur species in angelis, quā q multiplicētur indiuidua in vna specie.

¶Ad quartum dicendum, quòd multiplicatio secundum numerum cum in infinitum protendi posit, non intenditur ab agente, sed sola multiplicatio secundum speciem, vt suprà dictum est[c]. Vnde perfectio naturæ angelicæ requirit multiplicationē specierum, non autē multiplicationē indiuiduorum in vna specie.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum angeli sint incorruptibiles.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd angeli nō sint incorruptibiles. Dicit enim Dam. de angelo, quòd est substantia intellectualis, gratia & non natura immortalitatem suscipiens.

¶Preterea, Plato dicit in Timæo, O Dij deorū quorū opifex idem paterq; ego. Opera siquidem vos mea dissolubilia natura. Hos autem deos non aliud quā angelos intelligere potest. Ergo angeli natura sua sunt corruptibiles.

¶Præterea, Secundum Grego. omnia in nihilum tenderent, nisi ea manus omnipotentis conseruaret. Sed quod in nihilum redigi potest, est corruptibile. Ergo cum angeli sint à Deo facti, videtur quòd sint corruptibiles secundum suam naturam.

¶SED CONTRA est quod Dion. dicit 3. cap. de Di. No. quòd intellectuales substantiæ vitam habent indeficientem ab vniuersa corruptione, morte & materia, & generatione, mundæ existentes.

CONCLVSIO.

¶*Quæuis substantia intellectualis, & angeli cum simplices sint, incorruptibiles sunt secundum suā naturā.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere angelos secundum suam naturam esse incorruptibiles. Cuius ratio est: quia nihil corrumpitur nisi per hoc quòd forma eius à materia separatur. Vnde, cum angelus sit ipsa forma subsistens, vt ex dictis patet[c]: impossibile est quòd eius substantia sit corruptibilis. Quod enim conuenit alicui secundum se, nunquam ab eo separari potest[c]. Ab eo autem cui conuenit per aliud, potest separari, separato eo secundum quod ei conueniebat. Rotunditas enim à circulo separari non potest: quia conuenit ei secundum seipsum: sed æneus circulus potest amittere rotunditatem per hoc quòd circularis figura separatur ab ære. Esse autem secundum se competit formæ[c]. Vnumquodque enim est ens actu secundum quod habet formam. Materia vero est ens actu per formam. Compositum igitur ex materia & forma desinit esse actu per hoc, quòd forma separatur à materia. Sed si ipsa forma subsistat in suo esse, sicut est in angelis, vt dictum est[c]: non potest amittere esse. ipsa igitur immaterialitas angeli est ratio quare angelus est incorruptibilis secundum suam naturam. Et huius incorruptibilitatis signum accipi potest ex eius intellectuali operatione. Quia enī vnumquodque operatur secundum quod est actu, operatio rei indicat modum esse ipsius[c]. Species autem & ratio operationis ex obiecto comprehenditur. Obiectum autem intelligibile cum sit supra tempus, est sempiternum. Vnde omnis substantia intellectualis est incorruptibilis secundum suam naturam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damasc. accipit immortalitatem perfectam, quæ includit omnimodam immutabilitatem[c]: quia omnis mutatio est quædam mors, vt Augusti. dicit. Perfectam autem immutabilitatem angeli nonnisi per gratiam assequuntur: vt infrà patebit[c].

¶Ad secundum dicendum, quòd Plato deos intelligit corpora cælestia, quæ existimabat esse ex elementis composita. Et ideo secundum suam naturam erant dissolubilia, secundum voluntatem diuinam semper conseruabantur in esse[c].

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est[c], quoddam necessarium est quod habet causam suæ necessitatis. Vnde non repugnat necessario nec incorruptibili, quòd esse eius dependeat ab alio sicut à causa. Per hoc ergo quod dicitur, quòd omnia deciderent in nihilum nisi cōtinerētur à Deo & etiā angeli,

Annot. ¶Circa rñsionē ad primū aduerte duo. Primo, q ibi nō est sermo de quacūq; alietate inter nām gnis & differētię. Sed de alietate realis separationis, nō rōnis generica à rōne perfectioris differētiæ, sed rōnis gñicæ à tota vna latitudine differētiarū perfectioris ordinis: puta viui à rōnibus sentiēdi, & sensitiui à rōnibus bipedis & quadrupedis, &c. Ita q intēdit autor interimere primā propositionē, volēs eam non esse necessariā, vniuersaliter, quāuis quādoq; verificet. & probat hoc dupliciter: primo ostēsiue, qa genus & differentia sat est q differāt. vt indeterminatū & determinatū. Secūdo ducēdo ad incōueniens, scilicet q in irrōnalibus aīalibus esset pręter naturā sensitiuā quæ est genus, alia pfectior forma: vel essent vnius speciei: vtrū que enim est inconueniēs, vt inferius patebit. ¶Secūdo, q rñsio formaliter cōsistit in hoc, q cōuenire ī nobilissimo sui cōtingit dupliciter. Primo in nobilissima natura. Secūdo ī nobilissimo gradu naturæ eius cōis. Primo mō maior est falsa. secūdo verò mō est vera. sed tūc minor ē falsa. 36

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum quintum.*
262

TItulus clarus est. 367
Commēt. ¶In corpore vna cōclusio. Angeli sunt incorruptibiles secūdum suā naturā. Probat dupliciter. Primo sic. omne qđ corrūpit, per hoc corrūpitur, q eius forma sepa- 44
367 ratur à materia. ergo angeli sunt īcorruptibiles. tenet cōsequētia: qa angeli sunt formę subsistētes, & oīno immateriales: ac p hoc in eis nō pōt hr̄e locū separatio formæ à materia. Añs vero
262 pbat sic. esse per se cōuenit formæ. ergo inseparabile est à forma. ergo in omni corruptione fit separatio à mā. Añs primū nūc assumptū pbat ex eo, q cuicūq; cōuenit
67 esse, cōuenit ratione for-
261 mæ, vt patet in mā, quæ maxime distat à forma. Prima vero cōsequentia patet ex primo posteriorū: & declarat exēplo rotūditatis circuli & æris, seu circulei ęnei. Secūda vero cōsequentia fundat super duobus: primū est, corruptio ē mutatio de
44 esse in nō esse. Secundū est, in omni corruptione oportet materiā remanere. Ex his enī manifeste
312 seqt separatio formę à materia: qa cū in omni corruptione destruat aliqđ esse, & esse nō possit separari à forma, oportet q eē & forma sil'r pgāt. & cū ex alia pte ī oī corruptiōe oporteat subiectū
338 remanere, necesse est q si
b corruptio sit, q eē sepa-
234 ret à subiecto remanēte:
122 ac p hoc forma ēt ab eodē separet: alioqn corruptio intelligi nō potest.

Quæstio. ¶*Num esse per se conueniat formæ.*

¶Circa primā rōnē dubitatio accidit de vitate illi[9] ppōnis assūptę, s. eē p se cōuenit formæ. Hęc enī aut ē falsa, aut nihil infert ad ppositū. Dupl'r enī iterpretari pōt. Prīo vt ly p se, distinguat cōtra p aliud, & idē signat qđ sine medio seu īmediate. Et hoc mō licet sit vera, ppositū tñ nō pbat: qa ex hoc nō seqt, ipm eē īsepabile eē à forma. Nō enī valet, A cōuenit B īmediate. ergo insepabil'r, vt patet de forma respectu mæ. & de albedine respectu supficiei. Obstat ēt huic interpretatiōi declaratio S.T. ex rotūditate & circulo, &c. Scdo mō pōt accipi ly p se, vt distinguit cōtra p accidēs. Et sic ppositio est falsa, tum in doctrina S.T. tum simpl'r. Apud S.T. q dē esse per accidēs prædicat de qualibet forma citra Deū: ita q nec est de essētia alicui[9] formę, nec fluit

ab illa vt passio: vt superius in q.3.ar.4.dixit: quia nulla res est sibi sufficiens causa quòd sit. Simpliciter autem; quia nulla res potest intelligi sub opposito eius quod conuenit per se. Constat autem ꝙ absq; cōtradictione, de quacunq; forma, excepta diuina, potest dici quòd non est. igitur esse, non per se conuenit formae.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ ly per se, vtroq; modo interpretari potest. Et quo ad primum modū distinguēdum est de medio, scilicet de media actione & de media forma. ex coniunctione enī aliquorū immediate, id est sine media forma, nō pōt cōcludi inseparabilitas, vt obiiciēdo probatū est. Quādocūq; vero aliqua duo sic se habēt, ꝙ cōiungūtur vniuersaliter absque media actione coniungēte: tūc illa duo oportet esse inseparabilia abinuicē: ꝓpterea, quia quaecunque eadē gn̄atione gn̄antur, eadē quoq; corruptione corrūpuntur. (136) Talis autē immediatio actionis nō inuenitur inter materiā & formā: & alias huiusmodi, quā constat praeexistentibus subiectis agens sua actione cōiungere illa. Sed inter formam quācunq; & existētiā rei, nulla media actio iungens hāc illi: quā non prius sit forma, & per aliam actionem iungitur existere: sed ipsum fieri formae ad illā cōiunctionē terminat, & ꝓpterea inseparabiliter se habet.

non datur intelligi quòd in angelis sit aliquod corruptionis principium, sed quod esse angeli dependeat à Deo sicut à causa. Non autem dicitur aliquid esse corruptibile, per hoc quòd Deus possit illud in non esse redigere, subtrahendo suam cōseruationem, sed per hoc quòd in seipso aliquod principium corruptionis habet[e], vel contrarietatem, vel saltem potentiam materiae.

QVAESTIO QVINquagesimaprima, de comparatione Angelorum ad corpora, in tres Articulos diuisa.

DEINDE quaeritur de Angelis per comparationem ad corporalia. Et primo de comparatione angelorum ad corpora. Secundo, de comparatione angelorum ad loca corporalia. Tertio, de comparatione angelorum ad motum localem.

¶Circa primum quaeruntur tria. ¶Primo, vtrum angeli habeant corpora naturaliter sibi vnita. ¶Secundo, vtrum assumant corpora. ¶Tertio, vtrum in corporibus assumptis exerceant opera vitae.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrū angeli habeāt corpora naturaliter sibi vnita.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Angeli habeant corpora naturaliter sibi vnita. Dicit enī Orig. in lib. periarchôn, Solius Dei, id est Patris, & Filij, & Spiritussancti, naturae illud proprium est, vt sine materiali substantia & absque vlla corporeae adiectionis societate intelligatur existere. Bernardus etiam dicit in 6. Home. super cant. Demus Deo soli sicut immortalitatem, sic incorporeitatem, cuius natura sola neque propter se neq; propter alium solatio indiget instrumenti corporei. Liquet autem omnem spiritum creatum corporeo indigere solatio. August. etiam dicit super Gene. ad lit. Daemones aërea dicuntur animalia: quia corporum aëreorum natura indigent. Eadem autem est natura daemonis & angeli. Ergo angeli habent corpora naturaliter sibi vnita.

¶Praeterea, Greg. in Homel. Epiphaniae nominat angelum rationale animal. Omne autem animal cōponitur ex corpore & anima. Ergo angeli habent corpora naturaliter sibi vnita.

¶Praeterea, Perfectior est vita in angelis, quā in animabus. Sed anima non solum viuit, sed etiam viuificat corpus. Ergo angeli viuificant corpora naturaliter sibi vnita.

¶SED CONTRA est quod dicit Diony. 4. cap. de di. no. quòd angeli sicut incorporales intelliguntur, ita & immateriales.

CONCLVSIO.

¶*Substantiae intellectuales & angeli, cum non suscipiant scientiam à sensibilibus, non habent corpora sibi naturaliter vnita.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd angeli non habent corpora sibi naturaliter vnita. Quod enim accidit alicui naturae, non inuenitur vniuersaliter in natura illa: sicut habere alas, quia non est de ratione animalis, non cōuenit omni animali. Cum autem intelligere non sit actus corporis, nec alicuius virtutis corporeae, vt infrà patebit[e]: habere corpus vnitum non est de ratione substantiae intellectualis inquantum huiusmodi, sed accidit alicui substantiae intellectuali propter aliquid aliud sicut humanae animae competit vniri corpori: quia est imperfecta & in potentia existens[e] in genere intellectualium substantiarum non habens in sui natura plenitudinem scientiae, sed acquirens eam per sensus corporeos à sensibilibus rebus, vt infrà dicetur[e]. In quocunque autē genere inuenitur aliquid imperfectum, oportet praeexistere aliquid perfectum in genere illo. Sunt igitur aliquae substantiae perfectae intellectuales in natura intellectuali non indigentes acquirere scientiam à sensibilibus rebus. Non igitur omnes substātiae intellectuales sunt vnitae corporibus, sed aliquae sunt à corporibus separatae. Et has dicimus Angelos.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ sicut suprà dictū est[e], quorundā opinio fuit, ꝙ omne ens esset corpus. Et ex hac existimatione deriuatū videtur, ꝙ aliqui existimauerūt nullas substātias incorporeas esse nisi corporibus vnitas: adeo quòd quidā etiā posuerūt Deū esse animā mundi[e]: vt Aug. narrat in 7. de Ciui. Dei. Sed quia hoc fidei catholicae repugnat, quae ponit Deū super omnia exaltatū, secundū illud Psal. Eleuata est magnificētia tua super celos. Ori. hoc de Deo dicere recusans, de aliis secutus est aliorum opinionem, sicut & in multis aliis deceptus fuit, sequens antiquorū Philosophorum opiniones. Verbum autē Ber. potest exponi quòd spiritus creati indigeant corporali instrumento, non naturaliter vnito, sed ad aliquid assumpto, vt infrà dicetur[e]. Aug. autem loquitur non asserendo, sed opinione Platonicorum vtens, qui ponebant esse quaedam animalia aërea, quae daemones nominabant.

¶Ad 2m dicendū, ꝙ Greg. noīat Angelū rōnale aīal metaphoricè ꝓpter siītudinē rōis.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ viuificare effectiue simpliciter perfectionis est. Vnde & Deo cōuenit, secūdū illud 1. Reg. 2. Dn̄s mortificat & viuificat, sed viuificare formaliter est substātiae, quae est pars alicuius naturae. & non habētis in se integram naturam speciei. Vnde substantia intellectualis, quae non est vnita corpori, est perfectior quā ea quae est corpori vnita.

266 2.di.8.arti.1. Et 2. cōtra. ca. 48. 89. et 90. Et po. q.6. ar.6. Et mal. q. 16. arti.1. Et spū ar. 5. Et opus. 211. ar.3. c.21. Et opus. 15. capi.18.

¶Ad euidentiā vero secūdi modi sciendum est ꝙ aliqd cōuenire alicui per se, id est nō per accidens, contingit dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo physice. Vocatur autē perseitas simpliciter, quae fundatur super habitudine terminorum absolute sumptorum. Perseitas vero physica, quę fundatur super habitudine terminorum in esse naturali positorum. Exemplum primi, quinarius est impar. Exemplum secundi. Sortes quādoq; corrūpetur. Cōueniunt autē hae duae perseitates in hoc, ꝙ quēadmodū quod conuenit alicui per se simplr, necessario & inseparabiliter adhaeret illi absolute sumpto: ita ꝓportionabiliter quod cōuenit alicui per se physice, necessario & inseparabiliter cōmitatur illud in esse naturali positū. Dicunt vero, quia praedicata per se simplr nihil non necessariū supponunt, quā respiciunt substantia absolute sumpta; praedicata vero per se physice supponūt aliquid non necessariū, s. substātia ꝓducta fuisse in rerū natura: productio autē rerū non semper est necessaria. & hoc est, quia talia Praedicata respiciunt subiecta in esse physico. Ex hoc autē differūt secundo, quia perseitas prima adeo est necessaria vt oppositū implicet contradictionem. Perseitas vero secunda non est necessaria, nisi necessitate naturalis cursus. & ideo oppositū non implicat contradictionē. Patet haec omnia dicta de perseitate physica cōparando actualē corruptionē, non nunc, sed qñq; ad quodcunq; corruptibile. Non enī accidit mixto alicui ꝙ corrūpatur qñq;: sed per se cōuenit illi ex principiis essentialibus: & tn̄ non implicat contradictionē, illud nunquā corrūpi: sed illud suae naturę dimissum nūquā corrūpi. Et per hoc patet rn̄sio ad obiecta, quia existere est praedicatū accn̄tale respectu cuiusq; naturae citra diuinā, i. non per se simplr. & ideo oppositū non implicat cōtradictionē. Dicit vero praedicatū per se respectu formae, qa a perseitate physica illi cōiungit: quā forma ꝓducta necessario comitat existere, & nō per accn̄s: & hoc est verū & efficaciter infert ꝓpositū. Notandū est autē & prae oculis hn̄da distō hec: quā & ad theologalia, & ad physica in multis materiis est vtilis & necessaria. Soluit quoq; ex dictis obiectio de separatione exn̄tiae ꝓprie ab aīa xp̄i producta in rerū natura. Quoniā illa apud S. T. ꝓpriū nō habet esse exn̄tiae. Iam enī ex dictis patet ꝙ esse per se & inseparabiliter, cōmitat formā productā quantū est ex se: seu sibi dimissam. Anima autē Christi ꝓducta nō sibi dimissa est. sed praeuēta à ṽbo diuino & ad illi⁹ esse assumpta est.

Commēt. ¶Secunda rō à signo est ista. Obiectū intellectus est sempiternū, ergo intellectualis substātia est incorruptibilis. Añs ꝓbatur: quia est supra tp̄s. consequentia vero, quia intellectionis spēs & rō ex obiecto cōprehēditur: & operationis modus, operantis essendi modum ostendit: quia vnūquodq; operatur secundū quod est actu.

Annot. ¶Notanda hic sunt duo circa añs. Primo, ꝙ subiectum añcedentis, s. ly obiectum intellectus duplr sumi pōt, s. materialiter pro re obiecta intellectui. Alio mō formalr, i. pro intelligibili in actu, vt sic prīo mō nō sumit hic, sed secūdo. Secūdo, ꝙ ꝑdicatū añtis, s. ly sempiternū, dupliciter sumi pōt, s. positiue & negatiue. Et quāuis secūdo mō expositū sit indubie verū: & primo modo aliqualiter sit ambiguū, in vtroq; tn̄ sensu proposito seruit, & magis in primo. Nulli siquidem dubiū est, ꝙ intelligibile in actu vt sic, cum abstrahat à motu & mutatione, sit immutabile & necessariū, ac per hoc perpetuū negatiue. Siquis quoq; profundius scrutatus fuerit, inueniet, ꝙ quia intelligibile, vt sic est supra tēpus & motū, cōsequens est, & ꝙ intelligibile per se loquēdo, vēdicet sibi sempiternitatē: quēadmodū motus velocibilitatē in infinitū, ac per hoc accidit intelligibili corrumpi, quia est sic intelligibile, puta in phantasmatibus: & ꝙ intelligibile in actu si extra animam inquantum tale existeret, sempiternum positiue secundum suum esse poneretur: quā existere supra tēpus & motū poneretur habere. intelligibile ergo in actu vt sic, si existit, est sempiternum positiue: & si non, est sempiternū per se negatiue.

Annot. ¶Circa consequētiā aduerte, ꝙ vis cōsequentiae consistit in hoc, intelligibile in actu vt sic est supra tempus. ergo intellectio est eorum quae sunt supra tēpus, ergo & intellectualis substantia. Prima cōsequētia ꝓbat: qa rō operationis ex ꝓprio obiecto formaliter sumpto sumit. Si enī intelligibile vt sic supra motū & tēpus eleuat, immobilitatē sempiternitatēmque exposcit: cōsequēs esse debet, vt intellectionis cōditio ex immobilitate & sempiternitate sumat: ac per hoc ad eūdem spectet ordinē. Secunda vero cōsequentia ꝓbat: quia si intelligere est operari hoc modo, s. supra tempus, &c. ergo modus essendi intellectualis substātię erit etiā supra tēpus & motū, ergo erit sempiternū ens. 363 424

Aduerte bene hic quòd ex sempiternitate obiecti nō intulimus sempiternitatem operationis: sed illam esse de ordine sempiternorū, id est eleuatā supra tēpus & motū. 390 Et hoc per se loquendo de itellectione vt sic: quā ꝑ accidēs contingit, ꝙ intellectio tali mō, s. ꝑ phātasmata sic cū continuo & tpe. 42.12 Ex hoc autē ꝙ ītellectio sic est eleuata supra tp̄s, signum habemus magnū, ꝙ intellectus vt sic, magis est eleuatus, ac per hoc subsistit incorruptibiliter. 443

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaeprimae Articulum primum.* 263

TItulus clarus est.

Commen. ¶In corpore articuli vna cōclusio rn̄siua, s. angeli non hn̄t corpora sibi naturalr vnita. Probat sic. Dantur aliquae substantiae intellectuales perfectae non indigentes accipere scientiā à sensibus. ergo dantur substantiae intellectuales separatae à corporibus. Tales dicimus angelos. ergo. Añs probat: quia in quolibet genere in quo inuenitur imperfectū, oportet praeexistere perfectū. Sed in gn̄e substantiali intellectuali inuenitur aliqua imperfecta indigēs sensib⁹ ad acqsitionē scīae: qa est potētia in gn̄e intelligibiliū, vt patet de aīa hūana. ergo, &c. cōsequētia vero ꝓbat sic, in añte duo assūmimus, s. ly substātiae intellectuales, & ly ꝑfectae absq; indigētia, &c. Et ideo prīo probat, ꝙ inquātū substātiae intellectuales nō hn̄t ꝙ sibi cōueniat vniri corpori: deinde ꝓbat ꝙ nec inquātū tales substātiae hoc hn̄t. Primū ergo ꝓbatur sic: intelligere nō est actus corporis, nec alicuius virtutis corporeae. ergo esse vnitū corpori non est de rōne intellectualis substātiae vt sic: ergo nō cōuenit oī intellectuali substātiae. Ista vltīa cōsequētia ꝓbat, qa quod accidit alicui naturae, nō vlr inuenit in illa. & declarat exemplo aīarum respectu aīalis. Secundū vero ꝓbat sic: substātiae intellectuali accidit vniri corpori propter imperfectionē & indigentiam scientiae, vt patet de anima hominis, sed haec non inuenitur in substātiis perfectis, &c.

¶*Num & quō ex eo quod in quocūque genere imperfectū est, ibi oporteat perfectum praeexistere: sequatur: intellectuales substātias à corporibus separatas esse.*

Quaestio. ¶Circa añs & eius probationē occurrit triplex dubiū. Primo enī dubitat de terminis assumptis, s. perfectū & imperfectū: quō in illa ꝓbatione sumātur: quū dicitur, in quocunq; gn̄e inuenit imperfectū, in eodē oportet praeexistere perfectū. Aut enī haec ꝓpō fundat sup illo principio. Actus est naturaliter prior potētia. Et hoc nō: qa veritas illius principij nō certificat nisi ex hoc: qa id qđ est in potētia, oportet reduci ad actū ab eo qđ in actu, quod in proposito nō habet locum. Ex hoc nanq; principio nō pōt cōcludi, nisi aliqua substātia intellualis quę sit reductiue in actu aīae nr̄ae, quę est in potētia: talis aūt est intellect⁹ agēs qcqđ ille sit. Aut fundat sup illo alio prīcipio, s. differētiarū eiusdē gn̄is oportet vnā se hr̄e vt habitū & ꝑfectionē, alterā ṽo vt priuationē & īperfectionē. Et hoc etiā nō sufficit ꝓposito: quā ex hoc nihil aliud pōt cōcludi, nisi ꝙ dat aliqua substātia intellualis scđm nām suae spēi ꝑfectior aīa hūana. Vtrū aūt illa ꝑfectior spēs habeat sciam cōpletā ex se inditā, aut nō, ex hoc principio nō sufficiēter cōcludit: qa stat eē spēm ꝑfectiorē, & tn̄ nō hr̄e tali mō sciam. Et cōfirmat hoc ex nā sensitiua: ī qua quā īuenit nā sēsitiua īperfecta ī aīalib⁹ īperfectis, cōsequēs ē vt dent aīalia ꝑfectiora, i. hn̄tia virtutes sēsitiuas ꝑfectiores. Nō tn̄ ex hoc seqt, ꝙ dent aīalia hn̄tia spēs sensibiles cōgenitas siue interiores, siue exteriores. sic ergo erit in ꝓposito. Scđo dubitat circa aliū terminū ibidē assumptū, s. ly in eodē gn̄e. Aut enī sumitur genus stricte, Et hoc non: quia

quia sequeretur ꝙ ista rō non valeret, nisi ex suppositione ꝙ angeli sunt in gn̄e: quod ab omnibus nō conceditur, imò à Peripateticis discrepare videt. Aut sumitur genus pro coordinatione, iuxta consuetudinē qua solemus dicere in gn̄e entiū, & in gn̄e intelligibiliū, &c. Etsi sic sumitur, intentū non concluditur, quamuis verū assumatur. Quoniā dicetur, ꝙ substātia illa intellectualis perfecta, quā oportet praeexistere in genere intelligibiliū, est De⁹ gloriosus: ac ꝑ hoc male illatū est, tales dicimus Angelos. Tertio circa ipsum añs dubitatiuncula occurrit: quā in numero plurali dicitur, quòd sunt aliquę substātiae intellectuales, &c. (91) Et tamē ex ꝓbatione adducta nō potest inferri nisi in numero singulari. ergo est aliqua substātia intellectualis perfecta, &c. Male igitur conclusum videtur illud antecedens.

a 267 268 a ¶Ad euidentiā harū dubitationū notādū est, ꝙ vis ratiōis assūptae ad probandum añs cōsistit in hoc ꝙ qñcunq; datur aliqua natura distinguibilis per plures modos, aut differētias essentiales, necesse est ꝙ si inuenitur secundū imperfectiorē modū aut differētiā, ꝙ inueniatur etiā secundū perfectiorē. Et huius rō est multiplex: tū quia cū vtrunq; sit possibile, natura nō est magis solicita circa imperfecta, quā circa perfecta. Tum quia imperfectiora sunt ꝓpter magis perfecta. (267 2.di.8.ar.1. Et po.q. 5. artic.7.) Tū qa diuisiua naturae plurificabilis, aut sunt simul natura, vt patet de differētiis cōdiuidentibus genus ex pōst praedicabilis: aut alterū se habet vt prius, & alterum vt posterius, vt cōtingit in diuisione analogi: & sic etiam posterius infert prius.

¶Hoc igitur stante, dicitur ad primū dubium, ꝙ hic accipitur ꝓpositio ex secundo fundamēto. 266

¶Et ad obiectionē in oppositum rn̄detur dupliciter. Primo, quòd quia haec duo, scilicet perfectior natura intellectualis quā sit tota aīa humana: & natura intellectualis, ita perfecta ꝙ nō indiget acquirere scientiā à sensibilibus, cōuertuntur adinuicē: ideo S. T. efficaciter conclusum antecedēs pro cōstanti dimisit. Et declaratur cōuertibilitas hic ex inferius dicendis: dum manifestabitur in qō.70. aīam intellectiuā propter ipsum intelligere in solo hoīe indigere corpore. Et potest etiā colligi ex dictis Aristo. in 3. de anima, in fi. & potest rōne probari: sed nolo nūc insistere. Secūdo dicitur, ꝙ dato, ꝙ supra animā hominis essent aliquae substantiae intellectuales, nō habētes scientiā inditā à natura, adhuc tamē ratio cōcludit intentū: quoniā habere scientiā congenitā est mod⁹ possibilis secundū naturā intellectualis substātię, & est perfectus: ergo si dētur imperfecti modi habēdi naturā intellectualē, debet inueniri modus perfectus habēdi eandē: ac per hoc dentur substātiae intellectuales nō indigētes acqsitione sciētię. Et per hoc patet rn̄sio ad cōfirmationē: qa nō est similis rō in natura intellectuali & sensitiua quo ad hoc, scilicet ꝙ in natura intellectuali mod⁹ habēdi illā cū plenitudine virtutis & specierū ab intrinseco est mod⁹ possibilis in natura. Modus vero habēdi naturā sensitiuā sic ꝑfectā ꝙ habet etiā spēs sensibiles inditas, est mod⁹ impossis in natura. & ideo rō ꝓcedit in natura itellectuali, nō aūt ī sensibili.

¶Ad secundam dubitationem dicitur, quòd quomodocunque sumatur genus, intentum concluditur. Tum quia Deus non clauditur in coordinatione substantiarum intellectualium: quoniam non est pars vniuersi, sed bonū separatū eiusdē: vt dicit in 12. met. tex. 2. Tū qa restringendo minorē, scilicet in genere intellectualiū substantiarū conditarum, nihilominus sequitur propositum, vt patet discurrenti.

¶Ad tertium dubium dicitur, quòd numero plurali vsus est San. Tho. non ex vi rationis huius praecisę: sed ex hac ratione simul & supradictis in praecedente quaestio. de numero intellectualium substantiarum.

¶*Num quod accidit, non vniuersaliter conueniat.*

Quaestio. ¶Circa probationem illius consequentiae, scilicet accidit. ergo non conuenit vniuersaliter, dubitari potest: quia non videtur necessaria. Quoniam stat aliquid accidere alicui, & tamen conuenire omni: nihil enim prohibet colorem, vel quoduis aliud accidere animali: & tamen inueniri in omni animali.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd accidentia, id est praedicata accidentalia sunt in duplici ordine: quaedā sunt accidentalia & superiori & inferioribus: quaedā vero sunt accidētalia quidē superiori, essentialia tamē & constitutiua inferiorū: vel cōsequētia essentialiter constitutiua inferiorū, vt rationale vel risibile, respectu animalis est accidens: respectu vero hominis est essentiale. Quū ergo dicitur ꝙ accidens alicui naturae non cōuenit ei vniuersaliter, vera & necessaria ꝓpositio est de accidēte secūdo mō. Vera etiā vt in plurib⁹ de accidēte vt in primo mō. Et qa S. T. de accidēte secūdo mō loquebat, ideo nō solū ex ṽis, sed ex necessariis ꝓcessit.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum angeli assumant corpora.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd angeli non assumāt corpora. In opere enī angeli nihil est superfluū, sicut neq; in opere naturae. Sed superfluū esset si angeli corpora assumerent. Angelus enim non indiget corpore, cum eius virtus omnē virtutē corporis excedat. Ergo angelus nō assumit corpus.

¶Praeterea, Omnis assumptio ad aliquam vnionem terminatur: quia assumere dicitur quasi ad se sumere. Sed corpus non vnitur angelo vt formae, sicut dictum est[e]. Ex eo autem quòd vnitur sibi vt motori, non dicitur assumi: alioquin sequeretur quòd omnia corpora mota ab angelis essent ab eis assumpta. Ergo angeli non assumunt corpora.

¶Praeterea, Angeli non assumunt corpora de terra vel aqua: quia non subito disparerent. Neque iterum de igne: quia combui erent ea quae contingerent. Neque iterum ex aëre: quia aër infigurabilis est, & incolorabilis. Ergo angeli corpora non assumunt.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 15. de Ciui. quòd angeli in assumptis corporibus Abrahae apparuerunt.

CONCLVSIO.

¶*Cum angeli corpora non sint, nec ea naturaliter vnita habeant, & interdum corporibus visa sint: nonnunquam corpora assumere illos non dedecet.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidā dixerūnt angelos nunquā corpora assumere: sed oīa quae in scripturis diuinis legunt de apparitionibus angelorū, contingisse in visione prophetiae, hoc est secundū imaginationem. Sed hoc repugnat intentioni scripturae. Illud enim quod imaginaria visione videtur, est in sola imaginatione videntis. Vnde nō videtur indifferēter ab oībus. Scriptura autē diuina sic introducit interdum angelos apparētes, vt cōmuniter ab omnibus viderentur. Sicut angeli apparentes Abrahae visi sunt ab eo, & tota familia eius, & à Loth, & à ciuibus Sodomorum. Similiter angelus qui apparuit Tobiae, ab omnibus videbatur. Ex quo manifestū fit huiusmodi, cōtingisse secundum corporeā visionē, qua videtur id quod positum est extra videntem: vnde ab omnibus videri potest. Tali autem visione nō videtur nisi corpus. Cū igitur angeli neq; corpora sint[e], neq; habeāt corpora naturaliter sibi vnita, vt ex dictis patet[e], relinquitur ꝙ interdū corpora assumāt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angeli non indigent corpore assumpto propter seipsos, sed propter nos, vt familiariter cum hominibus conuersando demonstrēt intelligibilem societatem quam homines expectant cum eis habēdam in futura vita. Hoc autem quod angeli corpora assumpserunt in veteri testamento, fuit quoddā figurale indicium, ꝙ verbum Dei assumpturū esset corpus humanum. Omnes enim apparitiones veteris

¶*Quomodo valeat haec probatio, angeli non indigent corpore ad intelligendum, ergo sunt separati à corpore.*

Quaestio. ¶Circa probationē consequētiae, quo ad secundā partē dubitari posset, ꝙ nonnisi vnus modus excluditur quo substātia intellectualis corpus naturaliter vnitū habere potest, illa scilicet, ꝙ aīae humanae cōpetit. Posset enī aliqs dicere, ꝙ insufficienter cōcluditur separatio naturalis à corpore ex hoc, nisi ꝓbetur, ꝙ nullus alius mod⁹ est possibilis, quod cū S. T. non fecerit, insufficiēter conclusisse videtur.

¶Ad hoc dicitur, ꝙ formaliter loquēdo de substātia intellectuali & tota eius latitudine per se, id est de oībus substātiis intellectualib⁹, & inquātum intellectuales sunt, & inquantum sic vel sic intellectuales sunt: sufficiēs fuit ꝓcessus S. T. quā hoc tm̄modo cōtingit, intellectualē operationē egere corpore, scilicet ꝓpter acquisitionē sciētiae & seruitiū phātasmatum, vt cōtingit in hoīe. Et quia S. T. formaliter de substātia intellectuali loquebatur, ideo hoc vno modo excluso pertransiit. Et vere sapienter processit: quā datoq; alicui substātiae intellectuali, puta aīae caeli, vel alicuius corporis aerei, aliunde posset cōpetere naturalis vnio ad corp⁹: nihilomin⁹ rō ista in suo perseuerat robore: quā si in latitudine intellectualiū discurrendo per oēs differētias intellectualitatis, vt sic nō inuenitur vnio ad corpus, nisi propter imperfectionē vis intellectualis: cōsequens est vt praeinueniat perfecta vis itellectualis absq; indigentia corporis. Et sic interpretandus est ꝓcessus S. T. 166 266

¶Sed cōtra hāc rn̄sionē quāuis subtilem instari potest: quā ex vi istius ꝓcessus non potest inferri, quòd sunt substantiae tales à corporibus separatę simpliciter, sed inquantum intellectuales sunt. Diceret autem quispiam, quòd cum hoc stat, quòd sint coniunctę corporibus aliunde, puta quia motiuę seu operatiuae sunt ad extrà. Ad hoc dicitur quòd opinari talem causam vnionis ad corpus, non est rationabile circa omnes substantias intellectuales: quamuis circa aliquas sit fortè dubium propter earum imperfectionem: oportet enim tales esse tam limitatae & imperfectae virtutis motiuae, vt nonnisi coniuncto secundum esse organo applicari possint immediate: caeteris autem mediante illo. Vnde si substantia intellectualis inuenitur secundum hanc gradum imperfectum, necesse est quòd praeinueniatur secundum gradum perfectum, in quo vis operatiua ad extrà sit proportionalis virtuti intellectiuae, quòd scilicet vtraque sit eleuata, ita quòd neutra egeat coniuncti secundum esse corporis adminiculo. Quia ergo intentio San. Tho. erat concludere particularem, scilicet quòd aliqua substantię intellectuales sunt separatae à corporibus, non discutere vniuersalem, scilicet an omnes substantiae intellectuales perfectae secundum scientiam sunt separatę à corporibus: imò inferius quaestioni. 70. vertetur in dubium. Et per istammet rationem quam vsus est, excludebatur obiectio ista, pro quanto obstaret illi particulari, & ista instantia sumpta est à conditione extra latitudinem intellectualitatis, vt sic: & idcirco ab intendente processum ex vi intellectualitatis potuit silentio pertransiri. Secundo potest dici quòd instantia ista quamuis possit facere ambiguitatem simpliciter: non potest tamen hanc parere, stantibus supradictis de numero angelorum, quòd tantus est numerus talium substantiarum, & quòd non sunt propter mouere: necesse est enim vt latitudo earum attendatur non penes mouere, sed penes intelligere. Tertio potest dici, quòd intentio S. T. est quidem concludere specificatiuam hanc, scilicet quòd angeli quantum est ex meritis intellectualitatis eorum, sunt separati à corporibus. Affirmare autem simpliciter hanc, scilicet angeli sunt separati à corporibus: nec hoc vitiosum est. Tum ex parte medij quo vsus est de perfecto & imperfecto, quod eadem ratione infert illam praeiacentem, vt in prima responsione dictum est. Tum ex parte illatae conclusionis: quā esse intellectiuum est principale & essentiale. Esse vero motiuum quasi accidentale & secundarium est: vtpote ratione primi conueniens. Ac per hoc si essentiale praecipuum non exigit corpus, & vnibile esse corpori, sit de numero essentialiū: consequens est vt aliquę tales sint non egentes corporibus, iuxta secundā rn̄sionē. Tum ex parte dicendorū inferius, vbi de eis, inquantū motores, erit sermo. Nunc enī cum de substantia eorū sit sermo, & substantialia rerū ex operatione principali pensanda sint, & caetera suis propriis locis discutienda: sat est ostendere quòd operatio propria & essentialis earum ducit ad ponendam substantiā earū posse ita eleuatā, ꝙ corpore nō egēt. Ac per hoc hic simpliciter dici potest, ꝙ separatae sunt à

sunt à corporibus. In substantialibus enim non differunt possibile & necessariū.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæprimæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus quo ad quid nominis, nihil aliud exigit nisi notari duo. Primo ly assumere, quod significat ad se sumere, id est ad suiipsius manifestationem, & non ad sua opera peragenda. Secundo, scripturæ consuetudo attendenda est: in qua introducūtur angeli in corporibus apparentes.

Commen. ¶In corpore tria facit. Primo refert quandam opinionem Rabbi Moysi. Secundo improbat eam. Tertio respondet quesito vnica cōclusiōe.

¶Quo ad primum opinio illa dicit duo, scilicet & quòd angeli non assumunt corpora. Et q; ea quæ dicuntur in scripturis de corporea apparitione angelorū, intelliguntur de imaginaria tantum apparitione.

¶Quo ad secundū arguitur contra vltimum dictum sic. Cōmuniter visum ab omnibus videtur visione corporali, quavi detur illud quod est positum extra videntē. sed angeli corporaliter apparētes fuerūt visi communiter ab omnibus: ergo. Maior patet ex differentia inter visionē corporalem exteriorem & imaginariā ex parte obiecti: quia pura imaginaria terminatur ad obiectum intra oculorū vero visio terminatur ad obiectū extrinsecum. Et ex hoc sequitur alia differētia: quia visum imaginarie, vt sic, solū est in imaginante, & cōsequenter sibi soli apparet. Visum autem oculis, quia extra videntē existit, ab omnibus cōiter videri potest. Minor vero ex scriptura probatur, de angelis: quia apparuerunt Abrahæ, Loth & Tobiæ.

268 2.di.8.ar.4.Et po.q.6.ar.8.Et quol.3.articu.5.

¶Quo ad tertium conclusio rōsiua est ista: angeli interdum assumunt corpora. Probatur sic, q; est substātia, quæ nō est corpus, nec habet corp9 naturaliter vnitum, & quādoq; videtur visione corporali, interdum assumit corpus: Angeli sunt huiusmodi: ergo. Minor nota est ex hoc articulo & præcedentibus: & similiter maior.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæprimæ Articulum tertium.*

Titulus clarus est in corpore articuli.

Commēt. ¶In corpore articuli vna conclusio responsiua, scilicet angeli per corpora assumpta possunt operari quædam opera vitæ quantū ad id in quo cōmunicant cum corporibus non vitalibus, non autē quantū ad id quod est proprium viuentium conclusio ista & declaratur & probatur. Declaratur quidem quantum ad distinctiōes quas supponit. Probatur vero quātum ad vltimā particulam. Distinctiones sunt istæ: operationum quædam est vitalis, quæ scilicet est ab anima inquātum anima: & quædam non vitalis, quæ scilicet est à natura tantum, vt motus sursum vel deorsum. Operationum rursus vitalium quædam habent aliquid commune cum non vitalibus, & aliquid proprium inquantum vitales sunt, quædam vero nihil habent commune cum non vitalibus. Exemplum vtrarunq; habetur in litera. Probatio vero vltimæ particulæ est, quia eius est actio cuius est potentia, vt dicitur in li. de Somno & vigilia: sed angelorū in corporib9 assumptis non est potentia ppria animæ: ergo nec actio.

& r 269 267

Anno. ¶Circa distinctionē secundam & primam partem conclusionis simul dubium occurrit. Quoniam quū assignatur talis distinctio, aut intendit, q; in quibusdam operationibus inueniantur duo realiter distincta: alterum cōe vitalibus, & nō vitalibus, & alterum propriū vitalibus: aut q; illa duo sint secundum rōnem tantū distincta, quēadmodū superius & inferius. Si primo modo, falsum apparet quū operationes oēs animæ sunt simplices, & nō cōpositæ ex duabus realiter distinctis. Si secundo modo, falsum quoq; videtur: quia in hoc nō differunt operationes animæ inter se, quū omnes operationes animæ cōmunicāt cum operationibus inanimatorum in aliquo prædicato cōi, & sic distinctio est nulla.

¶Ad hoc est dicendū, q; intentio S.Th. (vt patet ex q. 6. de potentia Dei arti. 8.) est loqui de duobus realiter distinctis, nō tā componētibus operationē, sed cōcurrentibus ad ipsam. Ita quòd sensus distinctionis est, q; operationum vitaliū quædā sunt cōmunicantes cum non vitalibus in effectu, seu termino: quāuis differant in principio. Quædam vero sunt quæ nec in pricipio, nec in termino, seu effectu cōicant cum non vitalibus. Primæ sunt locutio & motus processiuus, & gñatio: quorum termini seu effectus sunt diuisio aëris, motus localis & alteratio: quæ possunt etiā per actiones nō vitales causari. Secūdæ vero sunt, sentire, nutriri, & reliqua, quæ non solum ab anima sunt, sed ad animatum corpus, vt sic terminentur.

Annot. ¶Circa probationē cōclusionis, aduerte diligēter q; ex ista rōne sufficienter cōcluditur, q; angeli nullū opus vitæ, absolute loquēdo in corporibus assumptis exercēt eo q; nullā potentiā vitalem in assumpto corpore habent. Et sic neq; locutio, neq; motus progressiuus vere competit angelis. Sed quia quarūdam actionū vitaliū terminus potest fieri sine actione animæ, ac per hoc sine potētiis animæ, vt verberare aërem, & moueri localiter: ideo talia opera vitæ angelis p corpora assūpta attribuūtur: nō secūdū quod opa vitæ, nec secūdū qđ talia opa vitæ, sed secūdū multitudinē effectus, id est attribuuntur eis opera similia istis vitalibus quo ad effectum. Similia autē dico nō metaphorice, sed propriē, quemad- 270

testamenti ad illam apparitionem ordinatæ fuerunt, qua filius Dei apparuit in carne.

¶Ad secundum dicendū, quòd corpus assumptum vnitur angelo, non quidem vt formæ, neque solum vt motori, sed sicut motori repræsentato per corpus mobile assumptum. Sicut enim à sacra scriptura proprietates rerum intelligibilium sub similitudinibus rerum sensibilium describuntur: ita corpora sensibilia diuina virtute sic formantur ab angelis, vt congruant ad repræsentandum angeli intelligibiles proprietates. Et hoc est angelum assumere corpus.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet aër in sua raritate manens non retineat figuram neque colorem: quando tamen condensatur, & figurari & colorari potest: sicut patet in nubibus. Et sic angeli assumunt corpora ex aëre, condensando ipsum virtute diuina, quantum necesse est ad corporis assumendi formationē.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum angeli in corporibus assumptis opera vitæ exerceant.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angeli in corporibus assumptis opera vitæ exerceant, angelos enim veritatis non docet aliqua fictio. Esset autem fictio, si corpus ab eis assumptum quod viuum videtur, & opera vitæ habens, non haberet huiusmodi. Ergo angeli in assumpto corpore opera vitæ exercent.

¶Præterea, In operibus angeli non sunt aliqua frustra: frustra autem in corpore assumpto per angelum formarentur oculi & nares, & alia sensuum instrumenta, nisi per ea angelus sentiret. Ergo angelus sentit per corpus assumptum. Quod est propriissimum opus vitę.

¶Preterea, Moueri motu processiuo est vnum de operibus vitæ, vt patet in ij. de anima. manifeste autem angeli apparent in assumptis corporibus moueri. Dicitur enim Gene. 18. quòd Abraham simul gradiebatur deducens angelos qui ei apparuerant. Et angelus Tobiæ quærenti, Nosti viam quæ ducit in ciuitatem Medorū, respōdit, Noui & omnia itinera eius frequenter ambulaui. Ergo angeli in corporibus assumptis frequēter exercent opera vitæ.

¶Preterea, Locutio est opus viuentis. Fit enim per vocem, quæ est sonus ab ore animalis prolatus, vt dicitur in ij. de anima. Manifestum est autem ex multis locis scripturæ, angelos in assumptis corporibus locutos fuisse. Ergo in corporibus assumptis exercent opera vitæ.

¶Præterea, Comedere est proprium opus animalis. Vnde Dominus post resurrectionem in argumentum resumptæ vitæ cum discipulis manducauit, vt habetur Lucæ vlti. Sed angeli in assumptis corporibus apparentes comederunt, & Abraham eis cibos obtulit: quos tamen prius adorauerat: vt habetur Gene. 17. Ergo angeli in assumptis corporibus exercent opera vitæ.

¶Præterea, Generare hominem est actus vitæ. Sed hoc competit angelis in assumptis corporibus. Dicitur enim Gene. 6. Postquàm ingressi sunt filij Dei ad fil. hominum: illæque Gene, isti sunt potentes à seculo viri famosi. Ergo angeli exercent opera vitæ in corporibus assumptis.

¶SED CONTRA, corpora assumpta ab angelis, non viuunt, vt suprà dictum est[e]. Ergo nec opera vitæ per eos exerceri possunt.

CONCLVSIO.

¶*Angeli in corporibus assumptis opera quædam vitæ exercere valent quo ad id in quo communicant cum corporibus non vitalibus, non autem quo ad illud quod proprium viuentium est.*

¶RESPONDEO dicendum, q; quædam opera viuentium habent aliquid commune cū aliis operibus. Vt locutio, quæ est opus viuentis, cōuenit cum aliis sonis inanimatorum, inquantum est sonus: & processio cum aliis motibus, inquantum est motus. Quantū ergo ad id quod est cōmune vtrisq; operibus, possunt opera vitæ fieri ab angelis per corpora assumpta: non autem quantum ad id quod est proprium viuentium: quia secundum Philosophū in libro de som. & vig. cuius est potentia, eius est actio. Vnde nihil potest habere opus vitæ quod non habeat vitam, quæ est potentiale principium talis actionis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q; sicut non est contra veritatem, q; in scriptura intelligibilia sub figuris sensibilibus describuntur: quia hoc non dicitur adstruendum quòd intelligibilia sint sensibilia, sed quòd per figuras sensibilium proprietates intelligibilium secūdum similitudinem quandam dantur intelligi: ita non repugnat veritati sanctorum angelorum, quòd per corpora ab eis assumpta videntur homines viuentes, licet non sint. Non enim assumuntur, nisi vt per proprietates hominis & opera hominis, spirituales proprietates angelorum, & eorum spiritualia opera designentur. Quod non ita congrue fieret, si veros homines assumerent: quia proprietates eorum ducerent in ipsos homines, non in angelos.

¶Ad secundum dicendum, quòd sentire est totaliter opus vitæ. Vnde nullo modo est dicendum, quòd angeli per organa assumptorum corporum sentiant. nec tamen superflue sunt formata. Non enim ad hoc sunt formata, vt per ea sentiatur, sed ad hoc vt per huiusmodi organa virtutes spirituales angelorum designentur: sicut per oculum designatur virtus cognitiua angeli, & per alia membra aliæ eius virtutes, vt Dio. docet vlti. ca. cæ. hierar.

¶Ad tertium dicendum, quòd motus qui est à motore coniuncto, est proprium opus vitæ, Sic autem non mouentur corpora assumpta ab eis, quia angeli non sunt eorum formæ. Mouentur tamen angeli per accidens, motis huiusmodi corporibus: cum sint in eis sicut motores in mobilibus, quòd ita sunt hic, quòd nō alibi. Quod de Deo dici non potest. Vnde licet Deus non moueatur motis his in quibus est, quia vbique est: angeli tamen mouentur per accidens ad motum corporum assumptorum. Non autem ad motum corporum cælestium: etiamsi sint in eis sicut motores in mobilibus: quia corpora cælestia non recedunt de loco secundum totum. Nec determinatur spiritui mouenti orbem locus secundum aliquā determinatā partē substantiæ orbis, quæ nunc est in oriente, nunc in occidēte, sed secūdum determinatum situm: quia semper est in oriente virtus mouens[e], vt dicitur in 8. physi.

¶Ad quartum dicendum, q; angeli proprie non loquuntur per corpora assumpta, sed est aliquid simile locutioni, inquantum formant sonos in aëre similes vocibus humanis.

¶Ad quintum dicendum, quòd nec etiam comedere, proprie loquendo, angelis conuenit, quia comestio importat sumptionem cibi conuertibilis in substantiam comedentis. Et quamuis in corpus Christi post resurrectionem cibus non conuerteretur, sed resolueretur in præiacentē materiam: tamen Christus habebat corpus talis naturæ, in quod posset cibus conuerti. Vnde fuit vera comestio. Sed cibus assumptus ab Angelis neque conuertebatur in corpus assumptum, neque corpus illud talis erat naturæ, in quod posset alimentum conuerti. Vnde non fuit vera comestio, sed figuratiua spiritualis comestionis. Et hoc est quod Angelus dixit Tobiæ 12. Cum essem vobiscum, videbar quidem manducare & bibere, sed ego potu inuisibili, & cibo vtor. Abraham autem obtulit eis cibos, existimans eos homines esse, in quibus tamen Deum venerabatur, sicut solet Deus esse in Prophetis, vt Augusti. dicit 15. de Ciui. Dei.

¶Ad sextum dicendum, quòd sicut Augusti. dicit 15. de Ciui. Dei, multi se expertos, vel ab expertis audisse confirmant, Syluanos & Faunos (quos vulgus incubos vocat) improbos sæpe extitisse mulieribus, & earum expetisse atque peregisse concubitum. Vnde hoc negare impudentiæ videtur. Sed Angeli Dei sancti nullo modo sic labi ante diluuium potuerunt. Vnde per filios Dei intelliguntur filij Seth, qui boni erant. Filias autem hominum nominat Scriptura eas quæ natæ erant de stirpe Cain. Neque mirandum est quòd de eis gigantes nasci potuerunt. Neque enim omnes gigantes fuerunt, sed multo plures ante diluuium quàm post. Si tamen ex coitu dæmonum aliqui interdum nascuntur, hoc non est per semen ab eis decisum, aut à corporibus assumptis, sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum, vt pote, quòd idem dæmon, qui est succubus ad virum, fiat incubus ad mulierem: sicut & aliarum rerum semina assumunt ad aliquarum rerum generationem (vt Augusti. dicit 3. de Trini.) vt sic ille qui nascitur, non sit filius dæmonis, sed illius hominis cuius est semen acceptum.

quemadmodum album albo simile est. Nam metaphorica similitudine omnia opera vitæ eis attribui possunt.

¶Circa dicta Sanct. Thom. in hac materia hic & in q. de potentia loco allegato, dubium occurrit: ex eo quòd ponit generationem in genere operum vitalium communicantium cum non vitalibus, sed separat eam à corporibus assumptis Angelorum: quia materia corporalis non obedit Angelis ad transmutationē formalem. Hoc enim non videtur verū: quia gñatio vitalis terminatur ad animatū inquantum animatum est: b & consequenter dato q; non cōcurrant, transmutatio formalis esset disconueniens Angelo: & est sub altero genere operationum vitalium.

¶Ad hoc dicitur, quòd distinctio ibidem facta à San. Tho. quamuis potuisset fieri amplior, restricta tamen est ab eo ad opera quæ sunt ab eadem anima in eodē numero ab his quę nō sunt huiusmodi. Et sic generatio quę terminatur ad animā non eandem numero, sed specie, posita est in secundo membro, & exclusa propter aliā causam. Non contradicit tamen his amplior distinctio, qua animę opera distinguuntur in ea quę incipiunt ab anima, & terminantur ad animam, siue eandem numero, siue non: & ea quę tantum incipiunt ab anima. Et sic generatio & nutritio ex duplici capite excluduntur, scilicet & quia terminantur ad animatum vt sic: & quia sunt trāsmutationes formales.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæsecundæ Articulum primum.*

Commēt. Titulus clarus est.

¶In corpore duo facit. Primo rñdet quęsito vnica conclusione. Secūdo ex ipsa conclusione deducit quasi tria corollaria.

¶Quo ad primum conclusio est ista, Angelus est in loco: æquiuoce tamen respectu corporis. Probatˀ sic secunda pars directe, corpus est in loco per contactum quantitatiuum: ergo Angelus est in loco per contactū virtualem. tenet consequentia: quia in Angelo non est quantitas dimensiua.

¶Quo ad secundam partem. tres proprietates corporis inquantum locati excludit à locatione Angeli, scilicet commensurationem, situationem, & continentiam passiuam, vt clare patet in litera.

¶Circa probationem positæ conclusionis aduertenda sunt duo. Primo, quòd licet formaliter quæratur, an Angelus sit in loco, intentio tamen theologorum quærentium est quærere de modo quo Angelus est in loco: quia hoc tantum cadit sub dubio. Et idcirco Sanct. Thom. de prima parte conclusionis non nisi implicite curauit, & secundæ directe respondit. Secundo. quòd vis conclusionis San. Thomę consistit in hoc, omne quod est in loco, ratione suæ quantitatis est in eo: quantitas autem est duplex, virtutis & molis. Igitur quòd habet quantitatem molis ratione illius locari potest. Quod autem caret illa nonnisi propter quantitatem virtutis in loco esse potest. Rursus cum neutra quantitas actualiter sit ratio essendi in loco, nisi per actualem coniunctionem eius in loco: consequens est, vt quemadmodum corpus actualiter non locatur nisi tactu quantitatiuo coniungatur loco: ita res spiritualis actualiter non est in loco, nisi quantitas virtutis contactu virtuali coniungatur loco. Ac per hoc æquiuoce vtrunque locari dicitur.

¶*Num Angelus sit in loco per contactum virtualem secundum actum primum vel secundum.*

Quæstio. ¶Circa dicta occurrunt multa dubia. Et primo dubitatur circa conclusionem quid intendat Sanc. Tho. per contactum seu applicationem virtualem. Aut enim intendit aliquem actum primum, aut secundum. Si actum primum, aut absolutū, aut respectiuum. Si actum secundum, aut immanentem, aut transeuntem. Sed nihil horum quatuor potest dici. ergo. Quòd enim non sit actus primus absolutus, probatur dupliciter, Primo quia omne absolutum in Angelo aut est substantia, aut qualitas omnino immaterialis, ac per hoc abstrahens à loco. Secundo quia tactus virtutis secundum actum primum attenditur penes esse, ac per hoc penes coniunctionem quæ est inter formam & materiam, siue substantialem, siue accidentalem: inter eas quidem, cum non nisi forte per accidens sit quantitatiuus actus per se loquendo, virtualis tantum contactus est secundum esse substantiale vel accidentale. Constat autem nihil Angeli dare vel recipere formaliter esse à loco. igitur. Quòd autem non sit actus primus respectiuus, ex eo probatur: quia omnis respectus de nouo adueniens alicui, sequitur aliquam mutationem: non autem apparet quæ & qualis est illa mutatio, quā sequitur hæc forma respectiua. Quoniam non est necesse, quòd sequatur fieri secundum substantiā, neque quantitatem, neque qualitatem, neque motum localem: quia necesse quòd Angelus fiat in loco, nec quòd moueatur ad locum, ad hoc quòd sit in loco. Patent hæc, si supponatur, Angelos creatos fuisse ante creaturam corpoream, vt multi doctores tenuerunt. hac enim hypothesi facta saltem cōditionaliter: patet quòd creata postmodum creatura corporea, Angeli non cœperunt esse in loco per hoc tātum, quòd locus qui non erat est: quia non esset maior ratio ex hoc quare hic esset in hoc loco: & ille in illo. Nec oportuit moueri tūc motu locali, quia nusquam erat. Moueri enim localiter præsupponit esse in loco. Quòd vero non sit actus secundus immanēs, patet. Tū quia omnis actio immanens Angeli est omnino immaterialis. Tum quia intelligere aut velle locum non sufficit, quòd aliquis sit in loco. Quòd demum non sit actio transiens, multipliciter probari potest. Primo ex eo quòd omnis actio transiens est cum motu, aut mutatione formali, vel locali subiecti, in qđ transit: non facile autem est fingere quomodo aliquid horum conuenit angelo respectu cæli empirei. Secundo quia hoc videtur contra Sanctum Thomam in quol. quolibeto primo, quæstio. secunda, artic. primo, vbi expresse exponens illam propositionem, scilicet Angelus est in loco, solum per operationem dicit, quòd si per operationem intelligimus motionem, quòd propositio non est vera: si vero per operationem intelligimus quancunque vnitionem virtutis, propositio est vera: aliud igitur apud ipsum significat in hac materia contactus virtutis, quàm actionem transeuntem.

269 1.di.37.q.3.artic.1.& 2.& 2.di.6.ar.3.Et po, q.3.artic.19.et quo.11.q.1. 263

a b 40

b 39

¶Tertio contra hoc sunt sex argumenta Scoti in secundo sent. distin. 2. q. 6. quæ habes à Capreolo. distin. 2. q. 1.

¶Ad euidentiam huius ambiguitatis, quantum tribuere dignabitur qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, sciendum est, quòd omnes & Philosophi & Theologi concedentes Angelos esse substantias immateriales, conueniunt in hoc, quòd Angelus est in loco non per quantitatem molis, nec per contactum quantitatiuum, sed per quantitatem & contactum virtualem. Et rursus in hoc etiam conuenire omnes videntur, quòd contactus ille sit relatio præsentiæ Angeli ad locum causaliter vel formaliter. Sed differentia opinionum & difficultas consistit in assignando quòd sit illius præsentiæ fundamentum. Excedit enim euidentia eius humani ingenij capacitatem: propterea, quia ex sacris eloquiis habemus Angelos alicubi esse: & non apparet quomodo tangant illum locum. Propterea quinque hic videnda occurrunt. Primo, quot modis ex sensibilibus imaginamur rem locatam præsentem esse loco. Secundo, quæ præsentia inter numeratas sit certa, & quæ dubia. Tertio applicabimus ad Angelos. Quarto videbimus quæ sit mens Sancti Thomæ, & sic respondebitur quæsito. Quinto satisfiet obiectionibus.

¶Quo ad primum, præsentia rei existentis in loco ad locum est duplex, scilicet circunscriptiua & diffinitiua. Prima importat commensurationem partium quantitatiuarum locati ad partes loci. Secunda vero importat tantum limitationem seu determinationem ad locum, id est, esse ita hic quòd non alibi. Et hęc subdiuiditur in præsentiam substantialem, & præsentiam causalem. Vocatur autē præsentia substantialis, relatio præsentiæ, qua formaliter substantia etiā indiuisibilis præsens est ita huic loco, quòd non alij: etiamsi nullam causalitatem habere posset respectu loci. Causalis autem præsentia secundum triplicem statum causæ

QVAESTIO QVINQVAGESIMASECVNDA, de comparatione Angelorum ad loca, in tres Articulos diuisa.

DEINDE quæritur de loco Angeli.

¶Et circa hoc quæruntur tria.

¶Primo, vtrum Angelus sit in loco. ¶Secundo, vtrum possit esse in pluribus locis simul. ¶Tertio, vtrum plures Angeli possint esse in eodem loco.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum Angelus sit in loco.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Angelus non sit in loco. Dicit enim Boë. in lib. de Hebd. Communis animi conceptio apud sapientes est, incorporalia in loco non esse. Et Aristo. in 4. Physi. dicit, quòd non omne quod est, est in loco, sed mobile corpus. Sed Angelus non est corpus (vt suprà ostensum est[c].) Ergo Angelus non est in loco.

¶Præterea, Locus est quantitas positionem habens. Omne autem quod est in loco, habet aliquem situm: sed habere situm non potest conuenire Angelo, cum substantia sua sit immunis à quantitate, cuius propria differentia est positionem habere. Ergo Angelus non est in loco.

¶Præterea, Esse in loco est mensurari loco, & contineri à loco, vt patet per Philosophum in quarto physicorum. Sed Angelus non potest mensurari neque contineri à loco: quia continens est formalius contento, sicut aër aqua: vt dicitur in quarto Physicorum. Ergo Angelus non est in loco.

¶SED CONTRA est, quòd in collecta dicitur, Angeli tui sancti ha. in ea, nos in pace custo.

CONCLVSIO.

¶*Angelus non est in loco nisi secundum contactum virtualem, nec commensuratur, nec continetur à loco.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Angelo conuenit esse in loco: æquiuoce tamē dicitur Angelus esse in loco & corpus. Corpus enim est in loco per hoc, quòd applicatur loco secundum contactum dimensiuæ quantitatis. Quæ quidem in Angelis non est, sed est in eis quantitas virtualis[c]. Per applicationem igitur virtutis Angelicæ ad aliquem locum qualitercunque, dicitur Angelus esse in loco corporeo. Et secundum hoc patet, quòd non oportet dicere quòd Angelus commensuretur loco, vel quòd habeat situm in continuo, hoc enim conuenit corpori locato, prout est quantum quantitate dimensiua. Similiter etiā non oportet propter hoc quòd contineatur à loco. Nam substantia incorporea sua virtute contingens rem corpoream, continet ipsam, & non continetur ab ea. Anima enim est in corpore vt continens, & non vt contenta[c]. Et similiter Angelus dicitur esse in loco corporeo, non vt contentum, sed vt cōtinens aliquo modo. ¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

causæ effectiuæ distinguitur in triplicem, scilicet in præsentiam ordinis, & præsentiam approximationis, atque præsentiam operationis. Appellatur autem præsentia ordinis relatio proportionis, quæ est inter agens & patiens: quando sunt in potentia proxima præparata & immediata, sufficientẽque ad opus, exclusis omnibus impedimentis. Præsentia vero approximationis vocatur relatio approximationis immediate agentis in patiens immediate: quę præuenit actionem ordine naturæ saltem. Præsentia autem operationis dicitur relatio agentis ad passum immediate inseparabilis ab actione: ita quòd vel est ipse respectus in actione importatus: vel non est sine illo. Possunt autem hi tres modi præsentiæ causa exempli declarari in nauta & naui. Est enim primo nauta præsens naui presentia ordinis, existentis inter virtutẽ suã, & nauẽ, vt gubernabilis ab ipso est. Et deinde præsens eidẽ secundũ approximationẽ, dum ipse prius natura intelligitur approximatus naui, quàm operetur. Tertio sic præsens naui secundũ actualẽ operationem, siue hæc relatio præsentiæ concomitans operationem sit idem quod relatio mouentis ad motum, siue ab illa distinguatur, vt dictum est. Hæc de primo.

¶Quo ad secundũ sciendũ est, quòd harum quinq; presentiarũ tres tantũ sunt certæ, scilicet circunscripta, & ordinis, & operationis. Aliæ autẽ duæ ambiguæ valde sunt, & coincidunt, & propter eas est vniuersa hæc difficultas. De præsentia quidem circunscriptiua laborare non oportet: quia est nota ad sensum. Præsentia vero ordinis ex hoc conuincitur, q si nullũ corpus esset, & vna substantia intellectualis posset aliquid recipere ab alia: antequã intelligeretur agere vna in aliam, esset inter eas ordo actiui ad passiuum: quo altera posset potentia proxima expedita & præparata agere, & altera recipere. Hæc enim præsentia consequitur rationes potentiæ actiuæ & passiuæ proxime deductis impedimentis, &c. Et inuenitur tam in corporalibus, quã in spiritualibus. Præsentia vero operationis manifesta est, oportet enim agens immediatũ immediatione suppositi, indistans esse à patiente, quandiu agit, vt patet 7. Physi, longo processu. Ambiguitatẽ vero habẽt reliquæ duæ præsentiæ propter rationes ex vtraque parte. Et pro parte quidem affirmatiua præsentiæ substantialis ratio est potissima. Quia talis præsentia non est res impossibilis: cum non implicet contradictionẽ, substantiã esse sic præsentem. Loco igitur ponenda est in qõne tam difficili. Antecedẽs declaratur, nõ solũ de possibili, sed de facto, sic. Substantia particularis, puta hæc terra locata in hoc loco, puta in hoc vase, si per intellectũ separaretur ab ea sua quantitas, nihilominus esset ita in hoc vase q non alibi, quod est habere relationẽ præsentiæ substãtialis ad hunc locũ. Datur ergo præsentia substantialis, qua substantia indiuisibilis præsens est loco, seclusa omni habitudine actiui ad passiuum, vel econuerso. Pro parte vero negatiua est: quia positio ista nõ est intelligibilis. Omnis enim respectus, siue intrinsecus, siue extrinsecus adueniens, exigit aliquod fundamentum. Sed talis respectus præsentiæ substantialis nullum habet fundamentũ. ergo fictio est ponere ipsum. Maior probatur. Tum inductiue. Tum quia aliter voluntarie posset quilibet respectus cuilibet attribui: ex quo fundamentũ nullũ requirendũ est, quod sit ratio quare hoc sibi conueniat respectu actus vel potentię. Tum quia respectus omnis, aut conuenit omni enti, aut aliquibus. Si omni enti, assignanda est eius ratio ex ente inquantum ens: vt patet de respectu intelligibilitatis & appetibilitatis. Si quibusdam, assignanda est ratio quare illis potius quàm aliis ex fundamento in illis, & non aliis, inuento. Tum quia posset certum respectũ habere, est prædicatum demonstrabile de re: quãuis habere illum in actu sit forte cõtingens: ergo habet in subiecto causam necessariam, per quam à priori infertur, & per quam inest illi: alioquin contingenter inesset. Causa autem illa aut fundamentum est, aut ex ipsa illud habetur. Minor vero probatur: quoniam aut fundamentum talis respectus est aliquod absolutũ inuentũ in pura substantia: aut absolutum cum aliquo extrinseco connotato. Sed neutrum potest poni. ergo. Quòd enim non sit absolutũ aliquod, patet distinguendo ea quæ in pura substantia inueniuntur, scilicet ratio substantiæ, & limitatio eiusdem, & similiter virtus eius & limitatio eiusdem. Substantia enim inquantum substantia hunc non fundat respectum. Tum quia non omnis substãtia potest illũ fundare. Tum etiã quia ponẽtes illũ, fatentur iuxta articulũ Parisiensem 218. quòd substãtia nõ est ratio essendi in loco diffinitiue. Inquantũ vero limitata siue ad genus, siue ad speciẽ, siue ad singulare, hoc etiã non habet: quoniã æquiuoce dicitur limitatio de determinatione essentiali seu entitatiua, & de determinatione ad locum. Modi enim entis & differentiæ essentiales & indiuiduales contrahunt ad tale & hoc ens, & nõ ad ens in loco seu locabile: nisi quũ contrahitur ens per quantũ quantitate mobilis. Tunc enim manifeste cõtrahitur cõsequẽter ad locabile. Per alios autẽ entis modos cum per se primo non cõtrahatur ad locabile, oportet assignare quomodo consequenter contrahatur, & cum non possit assignari, restat q sit fictio, simile quoq; iudiciũ est de virtute substantiæ, quæ ponitur eadẽ realiter cum substantia & limitatione eius: quoniã limitatio virtutis entitatiua est limitatio ad talem & tantũ effectũ, non localis. Quòd autẽ fundamentum & ratio talis respectus nõ sit substãtia cõnotato aliquo alio, probatur. Tale extrinsecũ non potest esse nisi aut negatio aut relatio: sed relatio non est: quia iterũ de illius fundamento quęrendo eadẽ redibit qõ. Negatio vero nõ apparet ad propositũ, nisi indistantiæ: vt putari forte possit q substãtia indistans à loco fundat præsentiæ relationẽ ad locũ. Sed hoc nihil est: quia talis negatio conuenit substãtiæ indiuisibili etiã nusquã existẽti: vt patet. & sic substantiã nusquã existentẽ contingeret esse præsentẽ huic loco: ac per hoc esset nusquã, & esset hic, quod implicat contradictionem. Si hæc vera sunt, patet q imaginatio ponentiũ talẽ respectum, in falso fundatur. Credit enim q quemadmodũ hæc aqua existens in vase, habet duo, scilicet q sit ibi diffinitiue, & sit ibi circunscriptiue: ita habeat duo fundamẽta, scilicet quãtitatem fundantẽ circunscriptionẽ, & substantiã fundantẽ diffinitionẽ. Cum tamẽ ex prædictis habeatur, q vnũ tantũ est hic fundamentũ, scilicet quãtitas: mediante qua hæc aqua & diffinitur & circunscribitur hic. Et ex hoc vlterius sequitur, q quẽadmodũ hęc aqua secluso colore implicat cõtradictionem quòd sit visibilis: ita seclusa quãtitate, q sit locabilis. Et hoc loquẽdo, vt modo loquimur de substantia seclusa omni virtute actiua & passiua quocũq; modo. Et sic positio illa est impossibilis simpliciter. Ad exemplum quod adducitur de hac aqua existente in vase remota per intellectum quantitate, &c. dicitur, q imaginatio in hoc decipitur: quoniã seclusa quãtitate, aqua illa nusquã remaneret: quoniã nullã habitudinem haberet ad locum. Sed restaret cum negatione distantiæ ab illo loco, & quocumq; alio. Et propterea non oportet quærere quò ierit: sed vas plenũ aëre reperiretur aqua indiuisibili reddita, & nusquã existẽte. Nec hoc est mirabile. Sed cõsequẽs ad hypothesim factã. Sicut si poneretur à Sorte remoueri quantitatẽ, oporteret cõsequẽter fateri q nõ haberet partes integrales, scilicet cor, hepar, caput, &c, quia remaneret substãtia indiuisibilis: & tamen imaginamur, q remaneret Sortes. Vnde istis imaginationibus non est credendum. Pro parte quoq; affirmatiua præsentiæ approximationis agentis ad passum, præuenientis actionẽ potissima ratio; quia agens agere in passum immediatum, & agens esse simul cum passo immediato, sunt aliud & aliud; & inter se habent naturæ ordinem. Et cum actio non sit prior simultate, relinquitur quòd simultas est prior actione. declarantur singula. Primũ: quia quum dicitur ex 7. Physico. quòd oportet agens & patiens immediata esse simul (si esse simul nihil aliud est quàm illud agere & hoc pati, dicendum oporteret agens & patiens esse simul) nihil aliud diceremus, quàm oportet agens agere & patiens pati: quod est ridiculum. Differunt ergo hæc inter se. Deinde declaratur secundũ, scilicet q sint hæc ordinata inter se: quia vbi est pluralitas sine ordine, ibi est cõfusio. Demũ declaratur tertiũ, scilicet q actio nõ sit prior simultate: qm nõ ideo agens proximũ est passo quia agit: sed quia approximatũ est passo, ideo agit. Pro parte vero negatiua est, quia talis præsentia præueniens operationem, aut coincidit cum prædictis, aut est vna fictio. Quoniã vel vtrunq;, scilicet agens & patiens est corporeũ, aut vtrunq; spirituale, aut alterũ spirituale, & alterũ corporeũ. Si vtrunq; est corporeũ, simultas præueniẽs actionẽ, est quãtitatiuus cõtactus: vt patet in 7. Phy. hæc autẽ ad præsentiã circunscriptionis pertinet. Si vero vtrunq; est spirituale, etiãsi fingendi daretur licẽtia, simultas præueniens actionẽ est præsentia ordinis, non cuiuscunq;, sed talis, scilicet immediati, &c. Et meritos quia vt Augu. docuit: hoc facit ordo in spiritualibus, quod situs in corporalibus. Et propterea sicut approximatio agentis ad passum in corporibus attenditur secundum situm: ita in spiritibus secundum ordinẽ. Si autẽ alterum est spirituale, & alterum corporeũ, approximatio ista non potest fingi q sit situalis: quia spirituale insituabile est. Oportet ergo q coincidat cum approximatione ordinis & approximatione secundũ substantiã. Non facile enĩ esset tertiũ quid fingere. Et prędicta vera sunt: ita q præsentia substantialis sit fictio, restat vt sola præsentia ordinis intelligi possit præueniens operationem. Et sic ista præsentia approximationis coincidit cum præsentia ordinis, & addit in corporibus præsentiam secũdum contactum quantitatiuum, aut pura fictio est si aliquid aliud esse dicatur. Rationi autem pro parte affirmatiua adductæ satisfit ex nunc dictis: concedendo q simultas agentis & passi sit aliud ab operatione, & q sit prior natura quã operatio. Sed negatur, q sit aliud quid quã præsentia ordinis in communi loquẽdo. Descendẽdo autẽ ad corporalia negatur q sit aliud à præsentia ordinis & situs. hæ enim duæ sufficiunt ad hoc, q illud immediate agat, & illud immediate patiatur. Situalis quidem præsentia requiritur, quia quanta sunt: ordinis vero, quia actiua & passiua sunt. Et quoniam vtriusq; huius ambiguitatis tractatæ pars negatiua rationi magis est consona, & ex notis nobis resolute intellectum quietare videtur: ideo partem negatiuam tenendam arbitror. Et sic tres tantum præsentias acceptabimus: secundum situm, secundum operationem, & secundũ ordinẽ.

¶Sed dubiũ circa præsentiã secundũ operationem remanet, an formaliter in cõi loquẽdo inter agens in actu, & patiens præter relationes agẽtis & patientis, sit relatio præsentiæ ad inuicẽ: præsentiæ dico, non præuenientis, sed concomitantis operationẽ: qua relatione ipsum agens formaliter dicatur præsens passo, & ecõuerso. Si enĩ ponitur cũ talis præsentia sit relatio æquiparãtiæ, ac per hoc exigẽs fundamentum eiusdem rationis in vtroq; extremo, surgit qõ de fundamẽto eius, & deinde de inseparabilitate eius ab operatione. Nec video quõ possit his quæstionibus satisfieri stantibus supradictis. Si vero nõ ponitur, nullas patiemur angustias, quoniam nulla est necessitas eam ponendi. Ex ratione nanque agentis & patientis vt sic, nullam oportet consurgere aut concomitari relationem æquiparantiæ. Et ex hoc habetur ratio ad partem negatiuam: quia pluralitas sine necessitate ponenda non est. Sufficit ergo inter agens & patiens, Primo esse simultatem secundum præsentiam ordinis, secundo secundum operationem. Et in corporibus accidit tertia secundum quantitatiuum contactum. Hæc de secundo.

¶Quo ad tertium, dicendum breuiter est: licet quidam, de quorũ numero est Scotus in secundo sen. dist. 3. posuerint Angelũ esse in loco, per præsentiã substantialem: penes quã etiã attendi dicunt approximationem agentis ad patiens: quia tũ præsentia huiusmodi volũtaria ac sine rõne ponit, imò cõtradicit notis nobis ex sensibus, vt ex dictis patet, & Angeli substãtiæ sunt incorporeæ & immateriales: & cõsequẽter à pñtia situali alienæ: nõ nisi duob9 modis pñtes esse possunt loco, scilicet secundũ pñtiam ordinis, vel secundũ pñtiam operationis. Hæc de tertio.

¶Quo ad quartum, circa intentionem Sanc. Tho. diuersimode à diuersis dicitur. Quidam in duabus his propositionibus consistere eius opinionem putant. Prima est, sola operatio transiens est Angelo ratio essendi in loco. Secunda est, substantia Angeli est sic cõiuncta huic loco, q est ab alio loco distans. Imaginantẽ enĩ q quẽadmodum quantitas est ratio substantiæ corporeæ, q sit in loco: & cum hoc ipsa substantia corporea mediante quantitate est in loco sic, q vere ab alio loco distat, & alteri propinquior est. Ita operatio transiens sit ratio Angelo q existat in loco, ipse tamen Angelus per illam ad locum diffinitur: ita q à remotiori magis distat loco, quàm à propinquo. Quidam autem primę propositioni non consentiunt. Sed dicunt q vel operatio transiens vel quæcunq; relatio per modum operationis transeuntis significata est Angelo ratio essendi in loco propter verba Sanct. Tho. ex quolibetis adducta. De secunda vero proportione affirmant primam partem, scilicet q substantia Angeli est coniuncta loco, & non solum operatio eius. Fundant autem vtriq; secundam propositionem super verbis S. Th. expresse in 3. parte q. 52. arti. 2. dicentis q anima Christi fuit in loco inferni dupliciter, scilicet per operationem, & per substantiam: in aliis vero per operationem, seu effectum tantum. Et in quolibeto 6. arti. 2. Respondens argumento primo tali. Si Angelus ageret per imperium voluntatis, posset agere ita in propinquum sicut in distans: & sic non oporteret ipsum descendere de cælo in terram, vt hic operaretur: dicit, q quia oportet mouens esse simul cum mobili quod ab eo mouetur: vt dicitur in 7. Phy. ideo oportet substantiam Angeli aliquãliter coniungi rebus quas mouet. Ex his clare habetur, q etiam apud substantias spirituales modus essendi in loco per substantiam distinguitur à modo essendi in loco per operationem, & q vterq; conuenit substantiæ spirituali. Quinetiam ex secunda autoritate videtur haberi distantia & propinquitas quæ posita est in secunda propositione. Mihi autem dicendum occurrit, q tria quærantur: ratio essendi in loco, res existens in loco, & modus secundum distantiam & propinquitatem. Primum apud San. Th. est quantitas virtualis tangens locum. Tactus autem iste nihil aliud est, quàm præsentia secundum operationem, & præsentia ordinis, siue vtraq; simul concurrat, siue altera. Sed diligenter aduertenda sunt hic duo. Primo, q præsentia ordinis non distinguitur à pręsentia operationis, sicut potentia ab actu secundo: sed potius quemadmodum habitus ab actu secundo. Non enim ex hoc q Angelus potest operari alicubi, dicitur ibi esse. Sed supra posse addit præsentia ordinis ex parte substantiæ Angeli negationem situalis distantiæ, eo modo quo sibi potest conuenire, vt inferius dicetur. Ex parte vero intellectus cognitionem practicam talis operis in hoc corpus vt à se exercendi. Ex parte vero potentiæ executiuæ, expeditionem: ita quòd potentia sua nec detineatur seu impediatur virtute aliqua superiori, nec occupata sit ad opus aliud: sed ad hoc parata promptáque habeatur. Ex parte autem voluntatis electionem prædictæ præparationis ad hoc opus in hoc corpus exercendum. Hæc enim est ratio habitus, vt cum voluerit quis, operetur. Secundo sciendum est, quòd quemadmodum operationum duplex est genus, (quoniam quædam sunt cum continua exteriori actione, vt mouere: quædam vero interposita actione exteriori sunt contentæ, vt præsidere, custodire, & his similia.) ita dupliciter contingit Angelos præsentes esse loco secundum operationem. Vno modo, quia actualiter

actualiter exteriori operatione attingunt corpora. Alio modo, quia actualiter attendunt & vacant vt cœpta bene succedant, quamuis non continue exteriori operatione aliquid ibi agant. Et hoc modo Angeli custodientes homines, & præsidentes prouinciis aut locis, dicuntur ibi esse. Non enim qui custodit aut præsidet, oportet quòd semper in custodito aut subdito aliquid faciat: sed quòd semper vigilet, studeat & vacet ad hoc, & nunc impedimẽta amoueat, nũc vero promoueat, nunc euentum rei expectet occurrentibus prouisurus, &c. De secundo vero, scilicet quum dicitur Angelum alicubi esse: quæ res sit existens in loco: dicitur quòd non solum operatio seu effectus Angeli est in loco, sed ipsa substãtia proculdubio. Sed diuersimode. Nam operatio est in corpore, vt perfectio in perfectibili. Substantia vero Angeli est vt res per seipsam, seorsum habens suum subsistere. Locatum enim non est idem secundum esse substantiale vel accidentale ipsi loco, cũ neutrũ alterius accidens aut substãtia quoquo modo sit.

¶Sed est aduertendum, quòd sicut dupliciter contingit Angelum operari in corpus, scilicet immediate immeditatione suppositi, & mediate: ita dupliciter potest dici esse in loco mediante operatione, scilicet per potentiam, & per substantiam. In corpore enim in quo immediate operatur, est per operationem, & per potentiam: quia attingit illud sua virtute, & per substantiam: quia immediate immediatione suppositi attingit ipsum concurrente negatione distantiæ situalis, vt causa seu conditione, sine qua non. In corpore vero in quo mediate agit, est per operationem, & per potentiam, non autem per substantiam. Tertium autem, scilicet an substantia Angeli existens in loco, distet ab alio loco, distinctione eget. Distãtia enim dupliciter sumi potest. Primo proprie pro distantia locali seu situali. Secundo pro distantia inter agens & patiens vt sic, id est in proportione inter hoc & illud, vt alterum agat, & alterum patiatur ab eo. Si hoc secundo modo loquimur de instantia, tunc manifeste patet Angelum esse vni loco propinquiorem quã alteri: quia hoc nihil aliud est, quã esse proportionatũ agens respectu vnius magis quã alterius. Si autẽ loquimur de distantia situali, tunc distinguendũ est, & per se, aut per accidens. Et per accidens dupliciter, iuxta doctrinã Philos. 8. physi. tex. 45. & dicenda sunt tria. Primo, quòd Angelus non est per se distans a vt propinquus loco alicui. Secundo, quòd Angelus secundum seipsum non est per accidens distans, aut propinquus alicui loco, quemadmodum albedo quanta per accidens in vno loco distat per accidens ab alio loco. Tertio, quòd Angelus est per accidens distans, aut propinquus loco alicui secundum corpus in quo est: ita q distantia non redundat in ipsum Angelum, sed prædicatur de ipso ratione corporis in quo est, & sic est propinquus loco propinquo illi corpori, & distat à distante. Sicut apud Aristo. motor orbis inferioris dicitur moueri per accidens ad motum superioris. Et per hæc patet quomodo diuersa. S. Th. dicta sint intelligenda. Nam ea quæ dixit in 3. parte de anima Christi, ideo dixit: quia in vna parte inferni immediate operari ipsam posuit, in aliis vero mediate. Non quòd nuntiũ miserit, sed quia mediatẽ effectu, quem in limbo patrum habuit, ad alios descendit: quoniam per virtuosum descensum ad limbum patrum, & damnatos confutauit, & purgandis spem dedit, &c. vt ex verbis, S. T. in responsione ad tertium ibidem patet. Potest quoque in vno tantum inferni loco fuisse animam Christi, secundũ substantiam intelligi alia ratione, quia scilicet ab aliis partibus erat distans per accidens. Modo præexposito, & tamen diuinitatis virtute, effectũ in illa loca faciebat. Quæ vero in quolibeto 6. dixit propter simultatem ordinis quæ præuenit operationem, & excludit distantiã istam situalem per accidẽs, dixit. Patet quoq; ex his ratio quare S. T. in quolibeto 1. distinxit contactum virtutis ab operatione, quia scilicet contactus virtutis attenditur non solum secundum exteriorem operationem continue exercitam: sed etiã penes studium & attentionem ad cœpta sequenda, &c. Vnde ibidem statim subdit, q per operationem, non sola motio intelligatur, sed quæcunq; vnitio qua sua virtute contingit corpus: siue præsidendo, siue continendo. Et intendit non de continentia substantiali, qua in superioribus inferiora naturaliter continentur eminenter: quia sic quilibet Angelus esset vbiq;. Sed de continentia quæ nata est competere formis: quæ est similiter tenere corporis partes. hoc enim modo anima continet corpus, vt dicitur in 1. de ani. tex. 9 in cuius signum ipsa recedente partes defluũt, &c. Assistentia ergo Angeli ad simul tenendum corpus quo ad aliquid esse vel operari, est continentia sufficiẽs ad hoc q Angelus ibi dicatur esse. Nec ex his mihi imponas, q dixerim Angelos locari apud S. T. ex sola præsentia ordinis, hoc enim adhuc non est habitum. Sed ad hoc tñ peruentũ est, q Angelus præsens est loco dupliciter secundũ operationẽ, & secundũ ordinẽ. Et q ista præsentia præuenit naturaliter illã, quia est ipsa appropinquatio agentis ad patiens. Vtrũ autẽ talis præsentia sufficiat ad hoc q Angelus dicatur esse in loco, crediderim ego distinguendũ, q esse in loco Angelũ, cõtingit dupliciter. Vno mõ cõplete, & sic nõ sufficit præsentia ordinis. Alio modo incõplete, & sic sufficit. Quũ enĩ sola est præsentia ordinis, inchoata quidẽ est præsentia Angeli ad locũ, sed nõ est cõpleta. Quũ vero actualiter incipit operari, tũc est cõplete præsens. Et secundũ hoc possent diuersa theologorum dicta interpretari, modo de esse in loco cõplete, modo de esse in loco incõplete. De S. T. autẽ intẽtione nõ clare cõstat: quia ipse & in illo 1. quolibet, & hic, notãter dixit, q per applicationẽ virtutis Angelicæ qualitercũq; ad locũ, Angelus est in loco, & cõsequẽter cũ hic applicationis modus non sit extra qualitercunq; inclusus videtur ab eo, & vere sic est exponẽdus, nisi obstet q applicationis modus de quo loquitur, est talis, q duo Angeli non possunt simul habere illum respectu eiusdẽ loci. Videtur autẽ q præsentia ordinis respectu eiusdẽ loci possit pluribus Angelis simul cõuenire. Secũdo potest obstare, q in respõsione cuiusdã argumẽti in prædicto quolibeto dicitur, q quo ad esse in loco prius natura est operari quã esse in loco, ergo præsentiã ordinis, quæ prius natura est quã operatio, nõ tenuit sufficere ad esse in loco: quia sic prius esset in loco, quã operaretur. Sed ad hoc potest dupliciter dici. Primo, q apud S. T. præsentia ordinis includitur sub præsentia secundũ operationẽ qualitercunq;: qm ex dictis patet, tripliciter potest variari, vel secundũ continuatã exteriorẽ operationẽ: vel secundũ continuatã attentionem: intercepta vero exteriorẽ operationẽ cum reliquis conditionibus (vt supra dictũ est) vel secundũ habitualem applicationẽ, quã importat præsentia ordinis. Et sic cõiter accipiendo operari actualiter vel habitualiter, clare constat operari non prius esse in loco quã esse: imò sunt idem, sed eo modo quo rõne distinguũtur, operari est prius: quia est ratio essendi in loco. Secũdo potest dici, q responsio S. T. intelligẽda est formaliter, id est vt euacuat vim argumenti: dato etiã q per solam operationẽ actualiter exercitã, Angelus esset in loco, quicquid de hoc sit: oportet enĩ responsionẽ illã ab omnibus admitti, quicquid sit de cõclusione. Vnde & Sco. in 37. di. 1. fingens præsentiã immẽsitatis inter Deũ & vbiq;, fatetur q prius natura potẽtia Dei habet terminũ suæ operationis, quã eius immẽsitas terminũ compræsentẽ. De primo vero obstaculo qd dicendũ sit, in 3. ar. huius q. discutietur. Satis ergo nunc sit nosse, q relatio præsentię substãtiæ spiritualis ad locũ, semper pertinet ad actionẽ, vel etiã passionẽ transeuntẽ actualiter vel habitualiter exercitam. Quãtum ego capere hactenus possum, hæc de quarto.

¶Quo ad quintũ vt dictũ iam est, Scot. multipliciter contra S. Th. arguit: quæ quoniam diffusè à Capreolo tractantur in 1. q. 2. dist. secundi, sen. breuiter perstringẽda duxi. Et primo arguit, q detur præsentia substãtialis dupliciter. Primo ad hominẽ: quia S. T. in hac prima parte, q. 8. ar. 1. hanc posuit, & nunc negat. ergo. Deinde simpliciter, virtus operatiua Angeli, aut se habet mediate, aut immediate ad actionẽ in loco si mediate quæratur de illo medio. & sic deinceps, si immediate ergo substantia operantis est immediata loco, & habetur intentũ.

¶Sed ad hoc patet responsio ex dictis. Ad primũ quidẽ ex dictis in 8. Ad secundũ vero ex nunc ostensis: conceditur enim immediatio suppositalis, & indistantia localis: vtraq; enim est conditio præsentiæ, tam secundũ ordinẽ quã secundum operationẽ. Ad has enim tñ ratio illa ducit, & non ad aliquã positiuam præsentiam substantialẽ: vt arguens fingit, & nulla hac ratione probauit, sed supposuit.

¶Secundo arguit, quòd operatio non sit ratio Angelo essendi in loco tripliciter. Primo ducendo ad inconueniens tripliciter, scilicet quòd Angelus frequenter esset nusquam: quia in cælo empireo nihil operatur. Et quòd Angelus mouens cælum, esset in toto cælo, quia totum primo mouet, quia est sibi proportionatum: ita quòd si adderetur stella orbi, moueret cum labore. secundo cæli. textu 71. Et q Angelus esset in loco commensuratiue, quia operatio sua est in loco commensuratiue per accidens, & ipse non nisi per eam ibi est. Secundo ostensiue. ratio essendi in loco est in Angelo formaliter. Alioquin Angelus non esset formaliter in loco. Sed operatio transiens non est in Angelo formaliter. ergo. Tertio autoritatibus Damasceni; quæ dicunt Angelum operari & esse in loco. ergo aliud est operari, & aliud esse in loco in Angelo: alioquin superflue vtrunque diceretur.

¶Sed ad hæc quoque ex dictis facile respondetur. Primum quidem, quòd reputatur inconueniens, scilicet Angelum nusquam esse: non inconuenit. Imò vt Arist. primo cæli. tex. 100. dixit, entia illa beata non sunt apta esse in loco. Quod vero in argumento miscetur de operatione circa cælum empireum, potest multipliciter solui. Primo quòd Angelos esse in loco empireo, est loquutio Metaphorica: quia sunt in gloria ad quàm sanctificatum est cælum empireum. Cuius signum est, quòd (vt magister adducit in 2. dist. secundi) dicitur quòd cælum illud est plenum Angelis, quod non potest nisi Metaphorice intelligi. Secundo, quòd Angeli in cælo empireo operantur, sed nos latet qualis est operatio illa. Quod autem à quibusdam dicitur, quòd sunt ibi per exornationem, vel aliquid huiusmodi, quod est relatio per modum operationis significata: imaginarie magis quàm rationabiliter dictum puto. nihil enim ad q. hanc de modo significãdi qui à nobis fit. Si ergo secundum rem solus respectus sine omni operatione actu vel habitu tangente locum, poni potest in Angelo, quo formaliter præsens sit Angelus loco: iam ponitur secundum rem presentia substantialis superius impugnata, iam Angelus ponitur in loco, & non vt operans in operato, & vniuersa quæ diximus ruunt. At si quis rationabilem non putat hanc operationis ignorantiam, primam necesse est amplectatur responsionem si autoritatem Gregorij Nazianzeni negare veretur. Ait enim quòd abusiue dicimus Angelos esse in loco: si quoniam deberemus dicere quòd operantur in loco. Alterius vero inconuenientis sequela negatur: vt enim patet 8. Phy. Motor cæli non est primo in toto cælo, sed in circulo æquinoctiali, cuius motus est velocissimus. Nec in toto illo, sed in loco orientali: vt patet in 2. cæli: quia ibi est dextrum ex natura rei determinatum non materialiter, sed formaliter, vt dicit Auer. & bene. in 2. cæli. con. 15. Nec est quærendum vbi quiescat: quoniam non eget loco, nec quiescit: sed est immobilis omnino. Tertij quoque inconuenientis sequela nulla est, vt patet, de se: per accidens enim effectus tali modo non redundat in causam. Imò vt Sanct. Thom. dicit, Angelus est per se in loco non simpliciter, sed vt operans.

¶Ad rõnẽ ostensiuã dicitur, q licet maior sit vera de esse in loco localiter: nõ tñ de esse in loco æquiuoce, s. vt operans in eo, vt patet. Ad autoritatẽ Damasce. dicitur, q propter nostrũ modũ intelligẽdi. quo superiora inferiorum more apprehendimus & nominamus. Cum hic aliud sit operari in loco, & aliud esse in loco: copulauit de illis loquens esse & operari. Vnde ibi non distinguuntur re, sed ratione tñ concipiẽte modũ illum per modũ operationis & per modũ præsentiæ.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Angelus possit esse in pluribus locis simul.*

[270 1.di.17.q.3.artic.2. Et qõ.4. art.1.cor. & 4.dist. 44.qõ.2. ar.3.q.2. 1m. et po. q.3.artic. 29.1m.]

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd Angelus possit esse in pluribus locis simul. Angelus enim non est minoris virtutis, quàm anima, sed est simul in pluribus locis, quia est tota in qualibet parte corporis, vt Augusti. dicit. Ergo Angelus potest esse in pluribus locis simul.

¶Præterea, Angelus est in corpore assumpto, & cum assumat corpus continuum, videtur quòd sit in qualibet eius parte. Sed secundum partes eius considerantur diuersa loca. Ergo Angelus est simul in pluribus locis.

¶Præterea, Damasce. dicit quòd vbi Angelus operatur, ibi est. Sed aliquando operatur simul in pluribus locis, vt patet de Angelo subuertente Sodomam. Ergo Angelus potest esse in pluribus locis simul.

¶SED CONTRA est quod Da. dicit q Angeli dum sunt in cælo, non sunt in terra.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulum secundum.*

Titulus clarus est. Hoc tamen in eo notandum est, quod ly possunt, dicit potentiam naturalem ipsorum Angelorum, & ordinariã ipsius Dei: quoniã hic nõ examinamus qd Dei potẽtia de hac re possit absolute, sed qd rerũ ordo habeat. *Annot.*

¶In corpore articuli quinq; facit. Primo rñdet quæsito. Secundo ex hoc excludit quendam errorem. Tertio remouet quandam obiectionem. Quarto infert quàm differẽter corpus, Angelus, & Deus sint in loco. Vltimo ex dictis soluit argumẽta. *Commẽt.*

¶Quo ad primum, conclusio responsiua habet tres partes: & hæc est, Angelus non est vbique, sed in vno particulari loco. Et probantur singulæ particulæ. Primo, quòd non sit vbique, ex differentia inter virtutem Angeli, & virtutem diuinam. Quia altera est finita, altera infinita, Altera est causa particularis, altera est vniuersalis omnium. Deinde probatur secunda & tertia particula simul, scilicet quòd sit in vno loco, & quòd sit in particulari loco, sic. Angelus non potest habere nisi vnum effectum particularem. ergo non potest esse nisi in vno loco particulari. Antecedens probatur, quo ad primam partem: quia quodcunque comparatur ad aliquam vnam virtutem, comparatur vt vnũ. Quo ad tertiam vero sic: sicut se habet vniuersum ens ad Dei vniuersalem virtutem, sic aliquod particulare ens, ad virtutem Angeli. ergo, &c. consequentia autem probatur; quia Angelus non est in loco nisi per applicationem virtutis suæ ad locum.

a ¶*Num & quomodo quoduis comparatum ad aliquam vnam virtutem comparetur vt vnum.*

¶Circa

CONCLVSIO.

¶*Cum virtus Angeli finita sit & particularis, Dei vero infinita: non vbique Angelus est, sicut Deus, sed in vno particulari loco diffinitiue.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Angelus est virtutis & essentiæ finitæ. Diuina autem virtus & essentia infinita est, & est vniuersalis causa omnium, & ideo sua virtute omnia contingit[e], & non solum in pluribus locis est, sed vbique: virtus autem Angeli, quia finita est, non se extendit ad omnia, sed ad aliquid vnum determinatum. Oportet enim quicquid comparatur ad vnam virtutem, vt vnum aliquid comparari ad ipsam. Sicut igitur vniuersum ens comparatur vt vnum aliquid ad vniuersalem Dei virtutem, ita & aliquod particulare ens comparatur vt aliquid vnum ad Angeli virtutem. Vnde cum Angelus sit in loco per applicationem virtutis suæ ad locum, sequitur quòd non sit vbique, nec in pluribus locis, sed in vno loco tantum.

¶Circa hoc tamen aliqui decepti sunt. Quidam enim imaginationem transcendere non valentes cogitauerunt indiuisibilitatem Angeli ad modum indiuisibilitatis puncti. Et ideo crediderunt, quòd Angelus non posset esse nisi in loco punctali. Sed manifeste decepti sunt. Nam punctum est indiuisibile habens situm, sed Angelus est indiuisibile extra genus quantitatis & situs existens[e]. Vnde non est necesse quòd determinetur ei vnus locus indiuisibilis secundum situm, sed vel diuisibilis vel indiuisibilis, vel maior vel minor, secundum quod voluntarie applicat suam virtutem ad corpus maius, vel minus. Et sic totum corpus cui per suam virtutem applicatur, correspondet ei vt vnus locus. Nec tamen oportet quòd si aliquis Angelus mouet cælum, quòd sit vbique. Primo quidem, quia non applicatur virtus eius nisi ad id quod primo ab ipso mouetur. Vna autem pars cæli est in qua primo est motus, scilicet pars orientis. Vnde etiam Philosophus in octauo Physico. virtutem motoris cælorum attribuit parti Orientis[e]. Secundo, quia non ponitur à Philosophis, quòd vna substantia separata moueat omnes orbes immediate. Vnde non oportet quòd sit vbique. Sic igitur patet quòd esse in loco, diuersimode conuenit corpori, & Angelo, & Deo. Nam corpus est in loco circunscriptiue: quia commensuratur loco. Angelus autem non circunscriptiue, cum non commensuretur loco, sed diffinitiue: quia ita est in vno loco, quòd non in alio. Deus autem neque circunscriptiue, neque diffinitiue, quia est vbique.

¶Et per hoc patet de facili responsio ad obiecta, quia totum illud cui immediate applicatur virtus Angeli, reputatur vt vnus locus eius, licet sit continuum.

Quæstio. ¶Circa hanc partem multiplex dubitatio occurrit. Et primo in probatione secundæ particulæ conclusionis. Quoniam aut ibi assumitur falsum, aut non probatur intentum. Tum ex parte prædicati assumptæ propositionis. Tum ex parte subiecti. Quum enim dicitur, quodcunque comparatur ad vnam aliquam virtutem, comparatur vt vnum, aut est sermo de omni virtute vniuersaliter, aut de aliqua, puta creatura. Si de aliqua, tria inconuenientia sequuntur. Primo quod assumitur probandum. Secundo quòd male intulisset Sanctus Thomas ex hac propositione proportionalitatem vniuersi entis ad virtutem Dei, & particularis entis ad virtutem Angeli. Tertio
649 quòd esset irrationabilis restrictio, aut saltem ambigua. Quoniam ex duobus capitibus posset forte restringi propositio hæc, scilicet ex differentia inter virtutem naturalem & voluntariam, aut inter virtutem finitam & infinitam. Sed neutra ratione potest restringi: quoniam Angelus etiam est agens à proposito. Ac per hoc si propositio non tenet nisi de virtute naturali, nō erit ad propositum. Finiti autem & infiniti ratio nihil facit ad vnitatem & pluralitatem effectus: quoniam virtus naturalis siue finita, siue infinita, ad vnum est determinata. voluntaria vero, siue finita, siue infinita
47 0b ad opposita se habet, vt patet 10. Meta. ergo. Si autem vniuersaliter de omni virtute intelligitur, quæstio emergit. Tum quia ex hoc sequitur, quòd diuina virtus est determinata ad vnum. Tum quia ex hoc etiam sequitur, quòd virtus agens à proposito sit determinata ad vnum.

¶Secundo dubium est de quali vnitate virtutis sit hic sermo: reali, scilicet an formali, an vtraque simul. Si reali tantum, instantia est manifesta: de virtute generatiua, spiratiua, & creatiua Dei: quæ sunt vna res, & tamen non est determinata ad vnum. Si vero de formali est sermo, tunc propositio quamuis sit vera, non tamen est ad propositum: quoniam ponere multas virtutes formaliter tantum distinctas in Angelis, non inconuenit: puta virtutem motiuam, virtutem custoditiuam, & sic de aliis iuxta diuersas rationes formales effectus. Et sic ex hac ratione non probaretur intentum: quoniam dici posset quòd Angelus quamuis secundum vnam virtutem sit in vno tantum loco: secundum plures tamen est in pluribus locis. Non enim inconuenit vnum & idem agens vti pluribus virtutibus simul, vt patet de anima quæ simul audit & videt, & operationes partis vegetatiuæ & intellectiuæ agit vnica existens apud Sanct. Thom. Et per idem habetur quòd non intelligit de reali & formali simul. hoc enim membrum infertur à præmisso vt patet.

¶Tertio dubium est, de quali vnitate effectus sit sermo, scilicet de formali an numerali. Si de formali, non sequitur intentum: quoniam ex vnitate formali non sequitur vnitas numeralis effectus. Si de numerali, aut intelligitur de vno numero simpliciter, seu omnino, & tunc hoc est falsum. Quia sic sequeretur quòd Angelus non posset mouere simul duos lapillos discontinuos: quoniam motus illorum essent distincti numero à distinctione subiectorum: nec possent dici vnus numero nisi forte secundum quid. Aut intelligitur vnum numero quocunque modo, quo etiam modo aceruus lapidum est vnus, & sic etiam videtur esse falsum. Tum quia sequeretur quòd Deus non posset producere plura numero, vt plura. Tum quia inter Angelum & Deum non esset differentia in producendo simul vnum, aut plura, sed maius aut minus tantum. Et similiter non esset differentia inter eos in existendo in vno aut pluribus locis, sed in maiore aut minore tantum. omnis enim virtus determinatur ad vnum numero secundum hoc. Sed diuina ad vnum, id est totum vniuersum: cæteræ vero ad particularia quæque. Hoc autem est manifeste inconueniens: quoniam Deus potest simul plura, vt plura producere, & in pluribus simul esse. Tum quia sequeretur oppositum principalis intenti. Angelum scilicet posse simul esse in pluribus locis. Nam si talis vnitas numeralis possibilis est in effectu ipsius Angeli, cum hæc vnitas non requirat continuitatem: qua ratione potest mouere simul duos lapides distantes ab inuicem per cubitum, pari ratione potest mouere distantes per decem cubitos, cum non sit opus agendo in eos agere simul in distantiam mediam, & sic posset simul mouere duos lapillos, alterum Romæ & alterum in Francia, & consequenter esset in multis locis.

¶Ad euidentiam harum difficultatum, sciendum est, quòd effectus dupliciter potest comparari ad suam causam. Primo, vt obiectum ad potentiam. Secundo, vt effectus ad causam, verbi gratia, calefactum comparatur ad virtutem calefactiuam vt obiectum possibile, & vt effectus executioni mandatus. Primo modo attenditur comparatio inter rationem formalem effectus, & rationem operandi ipsius causæ. Secundo vero modo attenditur suppositum seu indiuiduum ipsum effectus & operatio causæ in actu exercito. His ergo duobus modis cum interpretari posset propositio assumpta, dicitur quòd si primo modo interpretetur hæc propositio, æquiualet illi, ab vno inquantum vnum non procedit nisi vnum: quæ de vnitate formali tam causæ quàm effectus intelligitur, & est vniuersaliter vera. Quoniam omnis virtus respicit vnam rationem formalem in suo adæquato obiecto: alioquin vna non esset formaliter. Nec ex hoc sequitur, quòd potentia rationalis non sit ad opposita: aut quòd virtus diuina non possit plura formaliter producere, nisi multiplicata formaliter. Quoniam tam potentia rationalis, quàm virtus diuina, per se primo respicit vnum. Et de potentia quidem rationali ex 10. Meta. patet. vbi dicitur, quòd potentia rationalis per se primo agit alterum oppositorum: reliquum vero per se secundo. De potentia vero diuina patet, quia per se primo respicit esse. Reliqua vero inquantum sunt essendi modi & participationes, & propterea potest plura producere formaliter sub ente: quemadmodum & visus potest plures colorum species videre, sub vno tamen genere. Et per hoc excluditur instantia de multiplicatione formali virtutis Angelicæ. Dicitur enim quòd in Angelo est vna virtus operatiua, sed eius vnitas formalis non attenditur penes istas rationes formales specificas, sed penes genericam seu analogam aliquam rationem, sub qua comprehenduntur multæ specificæ rationes formales. Vnde non solum realiter, sed etiam formaliter eadem est virtus, qua Angelus custodit, præsidet, mouet, & facit 268e quicquid facit. Et sic propositio ista in hoc sensu vera est, non tamen sic principaliter intēta: quoniam vnitatem numeralem loci concludere intendimus. Dixi autem principaliter, quia secūdario est sic intēta. quoniam, vt dicitur 5. Meta. quòd est vnum numero per se, est etiam vnum ratione. Quia ergo in secundo sensu propositio hæc est principaliter intenta, ad eius euidentiā sciendum est, quòd quemadmodum ex parte causæ inuenitur vsitata distinctio in causam totalem, & in causas partiales, id est, in causam quæ in suo ordine sola sufficit, & causas quæ plurium concursum requirunt eiusdem ordinis: vt patet de pluribus trahentibus nauem, & de vno solo trahente nauiculam. ita proportionaliter ex parte effectus distingui potest: ita quòd quidam est effectus totalis, & quidam effectus partialis. Ita quòd quemadmodum partiales causæ alicuius effectus dicuntur non quæcunque duæ causæ etiam eiusdem generis, sed illæ tantum quæ & in eodem genere causæ, & in eodem ordine concurrunt ad integrandam vnam illius ordinis causam. Non enim sol & homo partiales causæ Sortis sunt. Sed plures trahentes nauem partiales causæ tractus dicuntur: quia ad integrandum vnum perfecte trahentem conueniunt. Ac per hoc vim vnius causæ totalis obtinent, concurrentibus tamen superioribus causis in ordinibus suis. Similiter effectus partiales alicuius virtutis dicuntur, non quicunque duo effectus illius, sed illi tantum qui ad integrandum vnum totalem effectum producuntur. Ac per hoc ratio effectus partialis distinguitur à ratione effectus totalis in hoc, quòd ille necessario fit vt pars alterius, iste vero absolute.

¶Secundo sciendum est quòd effectus totalis ad aliquam virtutem tripliciter comparari potest, scilicet vt defectiuus, vt excessiuus, & vt adæquatus. Verbi gratia, respectu virtutis motiuæ hominis triplex est mobile, aliquod adæquatum, aliquod excedens, & aliquod minus: ita quòd maius illo potest mouere. Tertia distinctio est de fieri simul, vel successiue. Ex his enim tribus distinctionibus habetur interpretatio illius propositionis. Est enim sic interpretanda quodcunque comparatur vt effectus totalis & adæquatus, vel quasi & simul, ad virtutem vnam realiter & formaliter, comparatur vt vnum numero: & sic est vniuersaliter vera de omni virtute siue finita siue infinita, siue naturali siue libera. Vnde & Sanctus Thomas in hoc articulo post hanc propositionem statim subintulit, virtuti diuinæ respondere vniuersum ens, quasi adæquatum effectum. Sed aduertito, quòd licet istæ tres conditiones sint intelligendæ in propositione illa absolute, secunda tamen non est opus si contrahitur ad virtutem Angelicam: quia etiam duos effectus defectiuos non potest simul producere. Tertia quoque opus non est si contrahitur ad virtutem infinitam: quoniam illa quicquid potest producere successiue, potest etiam producere simul, nisi sit repugnantia ex parte effectus. Nec ex hoc sequitur aliquod illorum trium inconuenientium, quæ obiiciendo adducta sunt. Non sequitur primo, quòd Deus non possit producere plura numero vt plura: quoniam illud vnum numero, quod respondet suæ virtuti, vt adæquatus effectus compatitur secum totam latitudinem tam numeralem quàm formalem possibilem. Est enim illud vniuersum ens. Vnde quemadmodum cum determinatione virtutis creatiuæ ad vnum formaliter, id est ad esse, stat quòd possit plura formaliter iuxta plures modos essendi: ita cum determinatione virtutis eiusdem in actu exercito ad vnum numero, id est vniuersum, stat multitudo ista rerum, ex quibus consurgit vniuersum. Nec huic determinationi obstat, quòd Deus possit simul extra hoc vniuersum aliud vniuersum, vel aliam creaturam produxisse. Tum quia vniuersum hoc & quicquid & quotcunque, qualitercunque separatim & seorsum produci ponantur: necessario partes erunt vniuersi entis: quamuis non essent partes huius, vel illius vniuersi. Propter quod notanter Sanctus Thomas, in litera non assignauit virtuti diuinæ velut adæquatum effectum vniuersum, sed vniuersum ens. Nec dixit, quodcunque fit ab aliqua vna virtute, &c. sed quodcunque comparatur, vt insinuaret quod de adæquato, vel quasi adæquato effectu loquebatur. Qualem constat non esse respectu diuinæ, quodcunque ens factum aut factibile, sed vniuersum ens tantum. Tum quia vt in titulo quæstionis dictum est, de potentia ordinaria hic est sermo, à qua nonnisi vnum vniuersum emanare potest, vt effectus adæquatus concludens in se multos defectiuos & partiales effectus. Non sequitur etiam secundum inconueniens: quoniam attingere aliquos effectus partiales contingit dupliciter. Primo secundum id in quo conueniunt tantum. Secundo, secundum ea etiam in quibus distinguuntur. Et

in hoc

in hoc differunt virtus diuina & angelica: quoniam angelica attingit multos effectus partiales secundum id tantum in quo vniuntur. Virtus vero diuina attingit in omnibus vniuersi partibus, etiā ea in quibus distinguuntur: & ideo angelus vnum tantū numero potest simul facere. Diuina vero plura: quia illa non attingit plura nisi vt vnum, hæc vero attingit plura, vt vnū, & vt plura. Propter quod S.Th. in litera vtrunque insinuās, duo dixit: & conuenientiam virtutis angelicæ & diuinæ, in hoc quòd sunt determinatę ad vnā numero & differētiam, in hoc quòd diuina est determinata ad tale vnum numero. Ex quo sequitur necessario, ipsam attingere plura sub illo vno. Ex hoc nāque quòd vniuersum ens attingit, consequēs est quòd multitudo vt multitudo est, attingatur: quoniam de ratione vniuersi est habere non solum multa vt vnum, sed multa vt multa, id est non solū id in quo multa cōueniūt, puta ordinem: sed ea in quibus distinguuntur. Angelica vero virtus est determinata ad vnum tale, ex quo non sequitur multitudo quia ad particulare ens.

¶Ad tertium demū inconueniens dicitur, quòd quāuis angel[us] possit mouere duos lapides discōtinuos: vt partialia mobilia vnius totalis motus consurgentis ex duabus passiuis partialibus motionibus, non tamen posset mouere eosdem vt duo mobilia totalia, id est quòd neutrum moueretur vt cōpars alteri, sicut patet in trahente paruum lignum potentéque trahere simul vnū aliud æquale. Is enim posset trahere ambo simul, vt duo partialia mobilia eadem actione tacta: non tamen posset dum trahit vnum alia actione, seorsum trahere aliud. Quanta autem distātia intercipi possit inter duos partiales effectus: certum non habemus. Necessarium tamen videtur, quòd quemadmodum cæteræ virtutes finitæ naturales habent certam sphærā actiuitatis suæ, vltra quam nō possunt immediate operari. Cōtingit enim aliquid simul coagulari, vt dicitur de sensu & sensato. Sic virtus angelica habet certam sphærā suæ actiuitatis: infra quā quæcunq; simul moueat, tanquam in loco vno existentia respicit. Nec posset illamet simul mouere si alterum eorū extra sphæram actiuitatis suæ poneretur. Et propterea negatur quòd sit eadem ratio de parua & magna distantia partialium effectuum inter se. Vnde non sequitur, quòd angelus possit esse simul in diuersis locis.

Quæstio. ¶*Num angelus possit esse in loco quantumuis paruo, vel magno.*

¶Circa illam propositionem, scilicet angelo potest attribui locus indiuisibilis vel diuisibilis, maior vel minor, secundū quod voluntarie applicat virtutē suam: dubium occurrit. An angelus possit in loco diuisibili quantūcunque paruo, aut quantūcunque magno esse. Sco. enim in 2. sent. dist. 2. q. 6. tenet partē negatiuā: & dupliciter probat angelū nō posse esse in loco quantūcunq; paruo, quāuis concedat in loco punctuali. Primo ex 36. primi Euclidis, vbi dicitur quòd quicquid potest esse in vno æqualium, potest etiā esse & in alio, si sibi figuratio nō repugnat. Ex hoc inquit Sco. sequitur, quòd angelus potest esse in loco quantūcunq; longo: quia semper est inuenire quadrangulū strictius æquale cuicunq; quadrato dato. Secundo ratiōe naturali: quia sequeretur, angelū esse infinitæ virtutis. Probatur cōsequentia: quia determinata virtute angeli ad maximū locum, posse illam applicare ad maiorem, est aliquātæ virtutis actiuæ: & posse applicare adhuc ad minorem, est magis & perfectius posse: & sic in infinitū. ergo si pōt ad locū quantūcunque pariorem se semper transferre, erit virtutis infinitæ. S.Tho. aūt tenet in re hac tria. Primo, quòd pōt esse in loco indiuisibili. Secundo, quòd nō potest esse in loco quantūcunque magno: quia virtus eius est finita. Nec potest arbitrium voluntatis suæ efficax esse nisi iuxta vires naturæ. Tertio, & in hoc Sco. discordauit ab eo, quòd angelus potest esse in loco quantūcunq; paruo: quoniā proculdubio pōt operari in loco quantūcunque paruo: cū nulla repugnantia sit ex parte effectus, aut virtutis. &c. vt de se patet, Motus enim localis saltem, non determinat sibi minimum locum, vt patet sexto physic. Vnde in quantūcūque paruo pōt causari ab angelo.

¶Ad rationes autem Scoti faciliter respōderi potest. Ad primā quidem, quòd nō est ad propositum propositio Euclidis. Quoniam manifeste loquitur de esse in loco commēsuratiue, volens quòd omne commēsurabile alteri æqualiū sit commensurabile reliquo, nisi figuratio obstet: quod ridiculum est ad propositum reducere. Quanuis etiam posset secundo dici, quòd aliud est posse esse in quantuncūq; longo simpliciter: & aliud est posse esse in quantuncunque longo respectu datæ magnitudinis: sicut aliud est posse in infinitum crescere simpliciter, & aliud posse in infinitum crescere secundum partes auferibiles ex data linea, vt patet tertio physi. Quanuis enim longum in infinitum simpliciter non posset respondere angelo: quod tamen esset infinite longum per restrictiones assignati quadrati, posset respondere angelo vt locus. Tale enim esset simpliciter finitū secūdum longitudinem, & nunquam quacunque excrescentia facta excederet certam quantitatem. Ac per hoc nisi longitudo intantum protraheretur, quòd exiret sphæram actiuitatis angeli, qua ratione posset operari in quadratum, posset etiam in quadrangulum. Si autem sphæram actiuitatis exiret, iam habetur ratio quare in illo esse non posset: obstaret enim exitus extra sphæram: quemadmodum Euclides dicit, quòd corporali alicui obstaret figuratio.

¶Ad secundam rationem dicitur, quòd falsum est, maioris virtutis esse ad minorē, & ad minorem locum se posse applicare, hoc enim non est ex quantitate virtutis, sed ex libertate pendet, vt S.Tho. dicit. Vnde quanuis applicare se ad totum locum sit aliquantæ virtutis, quia nullus effectus potest esse quin ab aliquāta virtute sit: applicare tamen se ad maiorem vel minorem infrà propriam sphęram, non maiorē aut minorem, per se loquendo, exigit virtutem, sed libertatem vsus illius. Et per hoc patet quid secundum S. Th. de ambiguitate quam in fine mouet Scot. tenendum sit. An, s. si angelus est in loco, de necessitate sit in tanto loco determinate, puta vnius palmi: ipse enim reputat vtranque quæstionis partem, nullū parere inconueniens. Ex dictis autem S. Tho. manifeste sequitur negatiua: ita quòd affirmatiua opposita inconueniēs induceret: quia sequeretur quòd latitudo virtutis angelicæ non esset libera, sed naturalis: sed quemadmodum applicatio animæ ad corpus, in altero tamen genere causæ.

ARTICVLVS III.

271 1. dist. 17. q. 3. art. 3. Et po. q. 5. arti. 7. 11. & ar. 19. 1m.

a ¶*Vtrum plures angeli possint simul esse in eodem loco.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd plures angeli possint simul esse in eodem loco. Plura enim corpora non possunt esse simul in eodem loco: quia replent locum. Sed angeli non replent locum: quia solum corpus replet locum, vt non sit vacuum, vt patet per Philosophum in 4. physic. Ergo plures angeli possunt esse in vno loco.

¶Præterea, Plus differt angelus & corpus, quàm duo angeli. Sed angelus & corpus sunt simul in eodem loco: quia nullus locus est, qui non sit plenus sensibili corpore: vt probatur in 4. physic. Ergo multò magis duo angeli possunt esse in eodem loco.

¶Præterea, Anima est in qualibet parte corporis, secundum Aug. sed dæmones licet non illabantur mentibus, illabuntur tamen interdum corporibus. Et sic anima & dæmon sunt in eodem loco. Ergo eadem ratione quæcunque aliæ spirituales substantiæ.

¶SED CONTRA duæ animæ nō sunt in eodem corpore. Ergo pari ratione neque duo angeli in eodem loco.

CONCLVSIO.

¶*Cum angeli sint in loco secūdum suam virtutem contingentem locum per modum continentis perfecti, impossibile est plures angelos esse in eodem loco, sed vnus angelus in vno tantum loco est.*

¶RESPONDEO dicēdū, quòd duo angeli non sunt simul in eodem loco. Et ratio huius est: quia impossibile est quòd duæ causæ completæ sint immediatæ vnius & eiusdem rei. Quod patet in omni genere causarum. Vna enim est forma proxima vnius rei, & vnum est proximum mouens: licet possint esse plures motores remoti. Nec habet instantiam de pluribus trahentibus nauem. Quia nullus eorum est perfectus motor: cùm virtus vniuscuiusque sit insufficiens ad mouendum. Sed omnes simul sunt in loco vnius motoris, inquantum omnes virtutes eorum aggregantur ad vnum motum faciendum. Vnde cùm angelus dicatur esse in loco per hoc, quòd virtus eius immediatè contingit locum per modum continentis perfecti, vt dictum est[e]: non potest esse nisi vnus angelus in vno loco.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd plures angelos esse in vno loco, non impeditur propter impletionem loci, sed propter aliam causam, vt dictum est[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd angelus & corpus non eodem modo sunt in loco. Vnde ratio non sequitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd nec etiam dæmon & anima comparantur ad corpus secundum eandem habitudinem causæ, cùm anima sit forma, non autem dæmon. Vnde ratio non sequitur.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæsecundæ Articulum tertium.* 269

Annot. Titulus clarus est, ex prædictis. Quæritur enim directe de possibili, secundum rerum potentiam.

Coment. ¶In corpore articuli vnica cōclusione respōdet quæsito: angeli plures non possunt simul esse in vno loco. Probatur sic. Impossibile est duas causas totales & immediatas simul esse eiusdē effectus. Ergo impossibile est plures angelos esse simul in eodem loco. Probatur antecedens inductiue, & in causis efficientibus & formalibus: deinde ex illa particula, Totalis seu perfecta, excluditur instantia de pluribus immediate trahentibus nauem. consequentia vero probatur ex eo quòd angelum esse in loco, nihil aliud est, quàm perfecte & immediate continere illum in genere causæ efficientis.

Quæstio. ¶*Nū potentia logica, vel naturali non possint duo angeli esse in eodē loco.*

¶Circa hanc conclusionem aduerte, quòd dupliciter potest intelligi, scilicet de potentia naturali & de potentia logica. Et si quidem intelligatur de potentia logica, multas habet instantias. Tum quia nulla apparet contradictio, plures angelos virtute diuinā alligari vni & eidem loco: imò de facto forte est de pluribus animabus damnatorum æqualis omnino demeriti. Tum quia cōfusio operationum, quanuis sit inconueniens quoddam sequens ex hoc quòd angeli sunt in eodem loco, non liquet tamen quòd sit omnino impossibilis. Tum quia duo corpora simul esse in eodem loco non est sic impossibile: quānis nisi hoc fide teneremus, diceremus quòd implicat contradictionem. Si vero de naturali potentia intelligitur, tria obstant. Primum est medium assumptum à S.Tho. propositio enim illa: impossibile est duas causas completas immediatas eiusdem ordinis esse simul eiusdē: verificatur de impossibili logico, quoniā fundatur super hoc, quòd sequerentur aliter duo cōtradictoria, scilicet quòd idem simul dependeret & non dependeret à sua per se causa. patet sequela: quia stante dualitate causarum per se, ex vna parte sequitur, ergo effectus dependet ab vtraq;: quia ponuntur illius per se causæ in esse vel fieri. Ex altera vero parte sequitur, ergo effectus à neutra dependet: patet sequela, quia ab illa non dependet, quia seclusa nihil minus esset vel fieret. Sed quanuis altera earum seclusa, effectus esset vel fieret: ergo à neutra pendet: ergo implicat contradictionem. Secundum est, quia non inconuenit, in vno & eodem loco secundū easdem partes produci simul duos diuersarum rationū effectus ab agentibus diuersarum rōnum: potest enim vnum & idem secundum eandem partem ab vno agente fieri calidum, & ab alio fieri album, & ab alio fieri dulce: simul ergo poterunt & naturaliter plures angeli in eodem esse loco. Tertium est, quòd secundum hoc præsentia ordinis nō videtur esse sufficiēs ratio existendi in loco: quoniam plures angeli possunt vni & eidem loco præsentes sic esse: quoniam ex hoc non sequitur confusio operationum.

¶Ad hoc breuiter dicitur iudicio meo, quòd conclusio intelligenda est nō de potentia logica, sed potentia naturali. Moueor autem ad hoc, ex parte medij assumpti à sancto Thoma, quoniam illud medium non habet locum nisi in naturali modo quo angelus est in loco, scilicet per operationem suam. Cum tamen constet dæmones locari per pati, potius quàm per agere. Moueor quoque ex parte conclusionis propositæ in litera: fecit enim categoricam propositionem de inesse, scilicet quòd duo angeli non sunt simul in eodem loco: & non modalem de possibili. Moueor tertio ex consuetudine S. Tho. qui semper ex propriis & de propriis rei de qua agitur, determinare consueuit. Quærimus enim hic (vt in titulo diximus) quid rerum habeat, non quid Dei potentia possit. Vnde ad instantias in oppositum dicendum est: & ad primum dicitur dupliciter. Primo, quòd cùm tales duæ causæ se habeant, vt causæ eiusdem rationis solo numero distinctæ, vt patet: dicitur quòd ibi non est contradictio. Tum quia non ab omnibus videtur concedi, quòd hic effectus sit per se ab hac causa, propterea quia posset esse hic & non ab hac causa, vt dicunt. Tum quia concessa perseitate, non sequitur contradictio, sed superfluitas. Nam non sequitur, quòd dependeat ab vtraque & neutra: sed quòd dependeat ab vtraque inquantum vniuntur: cum quo stat, quòd ambæ istæ sint falsæ, ab vtraque dependet, & à neutra depēdet. Declarantur hæc, & patent, si fingas duo luminosa eiusdē rationis & virtutis, quæ proxima alicui secundum se totū medio primo illuminabili perfecte, id est in summo à quouis corpore

& vt non negetur ista fictio, nec dissimilis sit proposito, ponatur per Dei potétiá illa duo luminosa in eodem loco. Tūc quæratur, aut mediū illuminatū erit ab altero aut vtroq;,&c. Est enim iste præcise casus de quo disputamus. Vnde cū talis fictio nō implicet cōtradictionē, sed de potētia Dei absoluta posset poni in esse: sequitur, ꝙ ponere duas totales,&c. nō sit impossibile logicū, sed physicū. Quocirca in tali casu illa duo luminosa se haberent vt partes vnius luminosi superexcedentis in duplo vel amplius sua actiuitate potentiam passiuam cui approximatur: à quo constat, quòd non secundum partes diuisim, sed vt vniuntur in vno, effectus dependeret, & sic in proposito à duobus agétibus non vt duo sunt, dependeret, sed vt vniūtur: duo tamen essent. Secundo dicitur, ꝙ aliud est, plures angelos esse simul in eodé loco, & aliud est plures angelos esse naturaliter simul in eodé loco. Primū eīn nō implicat contradictioné, dato ꝙ secundum implicaret contradictioné, propter rationé adductam: & sic posset sustineri iuxta istá distinctioné vtraq; pars. Propter quod S. T. conclusionem quidé de inesse, maiorem autem assumpsit de impossibili: logico quidem, loquendo de talibus causis vt plures sunt: physico quidem loquédo de eisdem causis pluribus, sed non inquātum plures. Ad secundam instantiam dicitur, ꝙ cū angelus sit per se in loco, vt operans in operato: quéadmodum operata cōtingit esse diuersa realiter & formaliter, & tamé esse vnum subiecto ita non incōuenit plures angelos esse in eodem loco materialiter, nō tamé formaliter.

272 1.dist.17. q.4.art. 1. Et op. 15. ca.18. Et Mat. 28.c.3.

QVAESTIO QVINQVAGESIMATERTIA de Motu locali angelorum, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de motu locali angelorum.

¶Et circa hoc quæruntur tria.

¶Primo, vtrum angelus possit moueri localiter. ¶Secundo, vtrum moueatur de loco ad locum, pertranseundo mediū. ¶Tertio, vtrum motus angeli sit in tempore vel in instanti.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum angelus possit moueri localiter.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd angelus non possit moueri localiter. Vt enim probat Philosophus in 6. physic. nullum impartibile mouetur: quia dum aliquid est in termino à quo, non mouetur, nec etiam dum est in termino ad quem, sed tunc mutatū est. Vnde relinquitur, ꝙ omne quod mouetur, dum mouetur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem. Sed angelus est impartibilis. Ergo angelus non potest moueri localiter.

¶Præterea, Motus est actus imperfecti, vt dicitur in 3. physic. Sed angelus beatus non est imperfectus. Ergo angelus beatus non mouetur localiter.

¶Præterea, Motus non est nisi propter indigentiam. Sed sanctorum angelorum nulla est indigentia. Ergo sancti angeli localiter non mouentur.

¶SED CONTRA, eiusdem rationis est angelum beatum moueri, & animam beatam moueri. Sed necesse est dicere animam beatam localiter moueri: cum sit articulus fidei, quòd Christus secundum animam descendit ad inferos. Ergo angelus beatus mouetur localiter.

¶Ad tertiam dicitur, quòd sicut naturaliter fieri nequit, vt duo agentia naturalia perfecta & eiusdem ordinis,&c. sint æquè approximata immediatè vni & eidem passo secundum eandem rationem: ita naturaliter est impossibile, vt duæ intelligentiæ sint præsentes vni & eidem loco secundum eandem potentiam passiuam. & ratio vtrobique est. Quia tam natura quàm intellectus horret superfluitates tanquam ociosas. Vnde nec ex hoc prohibetur præsentia ordinis à sufficienti ratione locandi angelum.

Quæstio. ¶*Num angelus sit in loco per modum continentis perfecti.*

¶Circa probationem consequentiæ dubium occurrit: qm̄ assumpta propositio, s. angelus est in loco per modum continétis perfecti, non videtur necessaria. Quoniam perfectio causalitatis, aut est conditio necessario requisita ad hoc, quòd angelus sit in loco: aut est conditio necessariò comitans ad idem. Sed neutrum potest dici: ergo,&c. Quòd enim non necessariò requiratur, patet ex duobus. Tum ex pluribus trahentibus nauem: quorum quilibet seclusa corporeitate diceretur esse ibi. Tum ex eo quòd suprà dicit S.T. quòd angelus est in loco per applicationem suæ virtutis immediate æqualitercunque. Quòd verò non necessariò concomitetur, ex eo patet, quòd angeli sunt virtutis finitæ, & possunt eiusdem rationis effectū immediate producere in loco: ex his eīn duob9 manifeste sequitur, ꝙ est possibile aliquem effectum, putà motum localem alicuius concutiendæ molis, debere produci, ad quem plurium angelorum motiuę virtutes requiratur.

¶Ad hoc est dicendum, ꝙ cùm præsens quæstio sit de potentia naturali & nō logica, sat est, si propositio ista necessaria est necessitate physica, ti. vt in pluribus. Et quoniam hæc sunt remotissima à sensibus, sat est si est nobis nota propositio hæc ex mediis rationabilibus, vt patet ex 2. cæli, & 12. met. Consentaneum siquidem est rationi, vt quilibet angelus tantum dignitatis inter causas obtineat, vt imperfectionis huius, quæ est esse causam partialem, expers sit: quoniam dignitas hæc astris omnibus tributa à natura creditur, quanto magis immaterialibus causis: quarū minima excedit incomparabiliter omnem corporalé causam. Accedit ad hæc, quòd boni angeli virtute suffulti diuina ad loca hæc applicantur: & ideo ad omnia, ad quæ mittuntur sufficere dixit S.Thomas. in primo sententiarum, dist. 37. Vnde ad rationes in oppositum non oportet aliter respondere. Quoniam fatemur, quòd propositio illa non est necessaria necessitate logica, sed physica. Et rursus, quòd eius necessitas talis non est, nisi probabiliter nota nobis. Et propterea posset sustineri, si quandoque inuenitur à sanctis aut illustribus doctoribus dictum, angelos plures esse in eodem loco; quod Ricar. sentire videtur.

a ¶*Super quæstionis quinquagesimætertiæ Articulum primum.*

Coment. TItulus clarus est.

¶In corpore articuli duo principaliter facit. Primo proponit conclusionem responsiuam habentem duas partes, scilicet angelus potest moueri localiter, æquiuoce tamen respectu corporis. Secundo declarat, & probat simul eam quo ad tria. Primum est, quòd non eadem ratione motus competit corpori & angelo. Secundum est, quòd sit ipse motus angeli. Tertium, qualis sit. Quo ad primum, talem rationem inducit. Corpus est in loco vt contentum & commensuratum: igitur motus eius necessariò est secundum exigentiam loci: ac per hoc ex continuitate eius est continuitas motus, & ex priori, & ex posteriori eiusdem est prius & posterius in motu. Angelus verò est in loco vt continens locum non commensuratū eidem: igitur eius motus non est necessariò secundum exigentiam loci, nec continuus. Assumpta patent ex dictis in præcedente quæstione: & ex 6. physic. Remanent tamen hic duo dubia. Primum est, quia sanctus Thomas in processu isto arguit à destructione antecedentis, ad destructionem consequentis, ac per hoc sophisticè procedere videtur. Secundum est, an vera sit propositio illa causalis, quòd continuitas ex magnitudine seu spatio redundet in motum, per hoc, quòd mobile commensuratur illi magnitudini. ex hoc enim pendet quæstionis multiplicis solutio: an scilicet indiuisibile possit moueri vt subiectum, veri motus localis continui: & an diuisibilitas spatij sola sit sufficiens ratio cōtinuitatis motus, &c. Et quoniam hæc dubitatio 6. physic. est propria: ideò ibidem discutienda est, Domino concedéte: vbi opinio & rationes Scoti circa hoc in 2. sen. dist. 2. q. 9. examinabuntur. 261 210

¶Ad primam tamen dubitationem pro nunc dicendum est, quòd processus Sancti Tho. fundatur super illa regula tradita in primo Posterior. Si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis: quæ tenet in propriis causis, qualem se assumere supponit hic. 269 Quo ad secundam intendit hoc: Motus angeli est diuersorum locorum virtualis contactus successiue. 270 Et declaratur quo ad duo: & quòd sit contactus: quia esse in loco nihil 270 alius est, quàm virtualiter tangere locum. Et quòd sit diuersorum locorum: quia non potest esse simul in pluribus locis: ac per hoc diuersa loca tangi successiue oportet. Sed quoniá diuersa loca contingit non simul tangere intercedente quiete media. Et tunc tales contactus non dicerentur angeli motus: ideo additur ly successiue, i. immediate & consequenter se habendo. Quo ad tertiam intédit hoc. Motus angeli potest esse continuus, & non continuus. Et declaratur vtraque pars: quia potest totum locum simul deserendo, ad alium se transferre: & potest paulatim vnum deserendo, partem alterius continue occupando acquirere.

CONCLVSIO.

¶*Sicut angelus non est in loco vt contentum à loco quemadmodum corpora, sed vt continens: ita nec in loco mouetur motu continuo, nisi per accidens.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ Ang. beatus pōt moueri localiter. Sed sicut esse in loco æquiuoce conuenit corpori & angelo[c]: ita etiam & moueri secundum locum. Corpus enim est in loco inquantum continetur sub loco, sed commensuratur loco. Vnde oportet quòd etiam motus corporis secundum locum commensuretur loco, & sit secūdum exigentiam eius. Et inde est, quòd secundum continuitatem magnitudinis est continuitas motus. Et secundum prius & posterius in magnitudine est prius & posterius in motu locali corporis, vt dicitur in 4. physic. Sed angelus non est in loco vt commensuratus & contentus, sed magis vt continens. Vnde motus angeli in loco non oportet ꝙ commensuretur loco, nec quòd sit secundum exigentiam eius, vt habeat continuitatem ex loco, sed est motus non continuus. Quia enim angelus non est in loco, nisi secundum contactum virtutis, vt dictum est[c], necesse est, ꝙ motus angeli in loco nihil aliud sit, quàm diuersi contactus diuersorum locorum successiue, & non simul: quia angelus non potest simul esse in pluribus locis, vt suprà dictum est.[c] Huiusmodi autem contactus, non est necessarium esse continuos. Potest tamen in huiusmodi contactibus continuitas quædam inueniri: quia, vt dictum est[c], nihil prohibet angelo assignare locum diuisibilem per contactum suæ virtutis: sicut corpori assignatur locus diuisibilis per contactum suæ magnitudinis. Vnde sicut corpus successiue, & non simul dimittit locum in quo prius erat, & ex hoc causatur continuitas in motu locali eius: ita etiam angelus potest dimittere successiue locum diuisibilem in quo prius erat. Et sic motus eius erit cōtinuus. Et potest etiam totum locum simul dimittere, & toti alteri loco simul se applicare. Et sic motus eius non erit continuus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa ratio dupliciter deficit in proposito. Primo quidem, quia demonstratio Ari. procedit de indiuisibili secundū quantitatem, cui respōdet de necessitate loc9 indiuisibilis. Quod non potest dici de angelo[c]. Secundo quia demonstratio Aristot. procedit de motu continuo. Si enim motus non esset continuus, posset dici, quòd aliquid mouetur dum est in termino à quo, & dum est in termino ad quem: quia ipsa successio diuersorum vbi circa eandem rem motus diceretur. Vnde in quocunque illorum vbi esset res illa, posset dici moueri. Sed cōtinuitas motus hoc impedit, quia nullum continuum est in termino suo, vt patet, quia linea non est in puncto. Et ideo oportet quòd illud quod mouetur, non sit totaliter in altero terminorum dum mouetur, sed partim in vno, & partim in altero. Secūdum ergo quod motus angeli non est continuus, demonstratio Arist. non procedit in proposito: sed secundum quod motus angeli ponitur continuus. Sic concedi potest quòd angelus dum mouetur, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem: vt tamen partialitas non referatur ad substantiam angeli, sed ad locum, quia in principio sui motus continui angelus est in toto loco diuisibili, à quo incipit moueri. Sed dum est in ipso moueri, est in parte primi loci quem deserit, & in parte secundi loci quem occupat. Et hoc quidem ꝙ possit occupare partem duorū locorum, cōpetit angelo ex hoc quòd potest occupare locum diuisibilem per applicationem suæ virtutis, sicut corpus per applicationem magnitudinis. Vnde sequitur de corpore mobili secundum locū, ꝙ sit diuisibile secundum magnitudinem: de angelo autem, quòd virtus eius possit applicari alicui diuisibili.

¶Ad secundum dicendum, quòd motus existentis in potentia est actus imperfecti. Sed motus qui est secundum applicationem virtutis, est existentis in actu: quia virtus rei est secundum quod actu est.

¶Ad tertium dicēdum, quòd motus existentis in potentia est propter indigentiam suam: sed motus existentis in actu non est propter indigentiam suam: sed propter indigētiam alterius. Et hoc modo angelus propter indigentiam nostram localiter mouetur; secundum illud Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministeriū missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.

¶Circa prædicta aduerte diligenter, quòd mens Sancti Tho. expresse, & absque dubitatione sentit motum localem proprie loquendo, non conuenire substantiis spiritualibus. Sed quemadmodum abusiue, & æquiuoce nominibus vtendo, vt plures dicitur substantias spirituales esse in loco: ita & moueri localiter: vnde moueri eas, non est esse subiectum motus, sicut nec locari est eas esse subiectum vbi. Sed virtualiter tangere in genere causæ efficientis diuersa loca. Et ex hoc patet primo, quòd inanis fuerit labor Scoti in loco allegato ad probandum angelum posse vere moueri localiter: quia susceptiuum alicuius generis, & non vt determinatum & limitatum, &c. Supponit enim quod nunquam probauit, angelum, s. esse susceptiuum ipsius vbi diffinitiue secundum substantiam: vt in quæstione præcedente dictum est. Patet secundo, quòd non consona eorum videtur sententia, qui vel S.T. attribuunt substantias spirituales motu locali localiter vere moueri, vel hoc de mente eius suspirantes, vt verum asserunt. Et quòd amplius est, gloriantur se intelligere S.T.

¶*Num vna, seu plures operationes intelligantur in motu angelorum.* Quæstio.

¶Circa continuitatem motus angeli dubium occurrit: an ibi sit vna tantum operatio, an multæ. Si enim vna est, in vno tantum loco per illam erit, & sic moueretur, & non moueretur simul: quia esset in diuersis locis propter motum: & esset in vno tantum loco propter vnitatem operationis. Sequitur etiam quòd motus angelicus male diffinitus esset per diuersitatem cōtactuum: quoniam vnitas operationis infert vnitatem contactus. Si verò necessariò multæ ibi sint operationes, sequitur quòd non sit motus continuus. Et sequeretur etiam, quòd angelus non posset manutenere, seu continuare eandem operationem, de loco ad locum: quod tamen homo potest.

¶Ad hoc dicitur, quòd quum dicitur angelus moueri motu continuo, contingit & vnam tantum, & multas interuenire operationes. Ad cuius euidentiam duæ distinctiones notandæ sunt. Coment. Prima est, dupliciter potest intelligi angelum continue applicari diuersis locis: primo modo, ita ꝙ locus & patiens sese comitentur, quo ad vnitatem & diuersitatem. Alio modo, vt cum diuersitate locorū sit vnitas patientis. Tertius siquidem modus, scilicet cum diuersitate patientium sit vnitas loci, non est ad propositum: quia localis mutatio ibi non interuenit, de qua modo loquitur. Secunda distinctio est, quòd operationé esse vnā aut multas contingit dupliciter, vnō modo secūdū quod exit ab operāte. Alio modo secundū quod terminat in patiés. Et hoc dupliciter, s. vel in ordine ad aliqd extrinsecū ipsi patienti: vel secūdum seipsum. Ex his eīn patet primo, ꝙ siue angelus dicatur moueri ex eo quòd eundem lapidem defert de loco ad locum: siue ex eo quòd vnam magnā aquā paulatim per partem post partem cōtinue mouet: semper interuenit

diuersitas contactus & operationis ex parte patientis: vel in ordine ad extrinsecum tantum, scilicet magnitudinem seu spatium: vt quando defert lapidem, vel in ordine ad extrinsecum & secundum seipsum patiens: vt quando modo prædicto mouet aquam. Concurrere autem in hac continuitate diuersitatem operationis ex parte operantis, nec video esse necessarium, nec impossibile. Sat enim est ad saluandam descriptionem motus angelici, talis diuersitas contactuum, ex parte patiétis. Neque sequitur ex vnitate operationis, quòd per eam nō attingat diuersa loca cōtinue: sicut ex vnitate corporis locati non sequitur semper in eodem loco esse. Sed quemadmodū cum corpus mouetur, in qualibet parte temporis & in quibuscunque instantibus: est in diuersis locis, alioquin quiesceret: in singulis tamen instantibus in vno sibi adæquato est loco. 40 b 270 Ita angelus operans operatione vna ex parte sui, multiplici vero ex parte passi simpliciter, vel secundum quid in quocunque instanti vnum respicit locum: in singulis tamen partibus temporis, & in quibuscunque duobus instātibus diuersa attingit loca.

Quæstio. ¶*Num angelus moueatur in termino motus à quo, vel ad quē.*

¶In responsione ad primum, dubium occurit, eo quòd S. Tho. & sibi ipsi & veritati cōtrarius videtur, dum dicit quòd angelus potest dici moueri dum est in termino à quo, vel ad quē. Nam in primo senten. distinc. 37. quæst. 4. articu. 1. ad tertium dicit, quòd angelus in neutro termino mouetur: sed in successione vnius ad alium: & ratio est, quia motus angeli non componitur ex motibus, sed ex mutatis esse potius: ac per hoc partes motus eius non sunt motus: & cōsequēter in neutro termino mouetur. Et confirmatur, quia motus angeli comparatur ad esse in terminis, sicut numerus ad vnitates, apud S.Th. Et consequenter sicut numerus non potest dici esse altera tantum vnitate existente, nec angel9 moueri altero tantum termino existente. Et sic quemadmodum motus continuus non est suo termino adueniente, ita nec motus angeli, cuius oppositum hic dicitur.

¶Ad huius difficultatis solutionem duo attendenda sunt. Primum est, quòd termini motus angelici sunt de natura instantanearum mutationum quo ad hoc, quòd in eis inuenitur, simul fieri & factum esse, vt dicitur sexto physic. ita quòd terminus quicunq; angelici motus pōt distingui in fieri & factum esse. Et inquantum continet in se factum esse, verificatur negatiua, scilicet quòd in eo angelus non mouetur: inquantum vero continet in se fieri, verificatur affirmatiua, scilicet quòd in eo angelus mouetur. Et merito, quia terminus à quo motus angelici, non habet rationem partis motus, nec rationem termini à quo, nisi respectu ad succedentem terminum, & econtra de termino ad quem: secundum tales tamen respectus successio attenditur terminorum, & consequenter motus angelicus. Secundo attendendum est, quòd cum motus sit de genere successiuorum & non permanentium, motus angelicus se habet non vt numerus permanens, sed vt numerus successiuus. Numerum autem successiuum constat sufficienter esse in successione suarum vnitatum. Vnde non requirit vnitates, ex quibus componitur simul esse, sed esse in actu successiuo, & ex his patet respōsio ad obiecta. Nec mihi imponas, quòd in loco termini à quo dixerim respectum esse ad terminum ad quem: quum angelus relinquendo lapidem in quo fuit, cælo empireo se applicauerit. Sed ex verbis meis accipito potius, quòd in ipso angelo operante circa vnum terminū, est actus permixtus potentiæ: 271 pro quanto operando circa illud operabitur immediate circa aliud. Et similiter operatio circa terminum ad quem, habet necessario duo, scilicet succedere præcedenti terminando prædictam potentiam. Et id quod est absolute, & quandoque tertium: scilicet permixtam potentiam ad succedentem operationem.

ARTICVLVS II.

¶*Vtrum angelus transeat per medium.*

173 4.dist.37. q.4.ar.1. Et quoli. 1.q.3.art. 2. Et vir. q.1. artic. 13. 14m.

AD SECVNDVM sic pcedit. Videtur ꝙ angelus non transeat per mediū. Oē eīn qd̄ pertransit mediū, prius pertransit locū sibi æqualē, q̄ maiorē. Locus autem æqualis angeli, qui est indiuisibilis, est locus punctalis. Si ergo angelus in suo motu pertransit medium, oportet quòd numeret puncta infinita suo motu. Quod est impossibile.

¶Præterea, Angelus est simplicioris substantiæ, quàm anima nostra. Sed anima nostra sua cogitatione potest transire de vno extremo in aliud, non pertranseundo medium. possum enim cogitare Galliam, & postea Syriam, nihil cogitando de Italia, quæ est in medio. Ergo multo magis angelus potest de vno extremo transire ad aliud, non per medium.

¶SED CONTRA, si angelus mouetur de vno loco ad alium, quando est in termino ad quem, non mouetur: sed mutatus est. Sed ante omne mutatum esse præcedit mutari. Ergo alicubi existens mouebatur. Sed non mouebatur dum erat in termino à quo. Mouebatur ergo dum erat in medio. Et ita oportet quòd pertranseat medium.

CONCLVSIO.

¶*Angelus, cum mouetur motu continuo, necessario transit per media: motu vero non continuo non potest per omnia media pertransire.*

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ sicut suprà dictum est[c], motus localis angeli potest esse continuus, & non continuus. Si ergo sit cōtinuus, non potest angelus moueri de vno extremo in alterū quin transeat per medium: quia vt dicitur in 6. physi. medium est in quod prius venit, quod continue mutatur, quàm in quod mutatur vltimum. Ordo enim prioris & posterioris in motu continuo est secundum ordiné prioris & posterioris in magnitudine, vt dicitur in 4. phy. Si autem motus angeli non sit continuus, possibile est quòd pertranseat de aliquo extremo in aliud, non pertransito medio. Quod sic patet. Inter quælibet enim duo extrema loca sunt infinita loca media: siue accipiantur loca diuisibilia, siue indiuisibilia. Et de indiuisibilibus manifestū est, quia inter quælibet duo puncta sunt infinita puncta media, cum nulla duo puncta consequantur se inuicem sine medio, vt in 6. physi. probatur. De locis autem diuisibilibus necesse est hoc dicere. Et hoc demonstratur ex motu continuo alicuius corporis. Corpus enim non mouetur de loco ad locum nisi in tempore. In toto autem tempore mensurante motum corporis non est accipere duo nūc, in quibus corpus quod mouetur, nō sit in alio & alio loco. Quia si in vno & eodem loco esset in duobus nunc, sequeretur quòd ibi quiesceret: cum nihil aliud sit quiescere quàm in loco eodem esse nunc & prius. Cum igitur inter primum nunc & vltimū temporis mensurantis motum sint infinita nunc, oportet ꝙ inter primum locum à quo incipit moueri, & vltimum locum ad quem terminatur motus, sint infinita loca. Et hoc sic etiam sensibiliter apparet. Sit enim vnum corpus vnius palmi, & sit via per quam trāsit, duorum palmorum: manifestum est quòd locus primus à quo incipit motus, est vnius palmi, & locus ad quē terminatur motus, est alterius palmi. Manifestū est autē, ꝙ quando incipit moueri, paulatim deserit primum palmum, & subintrat secundū. Secundum ergo quod diuiditur magnitudo palmi, secundum hoc multiplicantur loca media: quia quodlibet punctum signatū in magnitudine primi palmi est principiū vnius loci: & punctum signatum in magnitudine alterius palmi est terminus eiusdē. Vnde, cum magnitudo sit diuisibilis in infinitū, & puncta sint etiam infinita in potentia in qualibet magnitudine: sequitur quòd inter quælibet duo loca sint infinita loca media. Mobile autem infinitatem mediorum locorum nō consumit, nisi per continuitaté motus: quia sicut loca media sunt infinita in potentia, ita & in motu continuo est accipere infinita quędam in potentia. Si ergo motus non sit conti-

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimætertia Articulum secundum.*

Coment. TItulus clarus est.

¶In corpore quatuor facit. Primo distinguit motum angeli in continuum, & non continuum. Secūdo respondet quæsito conclusione affirmatiua, de motu cōtinuo. Tertio respondet quæsito quo ad motum non cōtinuum conclusiōe negatiua. Quarto reddit causam emergentis differentiæ inter motum angeli, & inter motum corporis, respectu medij.

¶Quo ad primum nihil oportet addere: quia ex præcedente articulo manifesta est distinctio hic repetita.

¶Quo ad secundum conclusio est ista. Angelus motu continuo necessario pertransit media. Et probatur ex ratione medij ex sexto physicorum. Et eius ratio adducitur ex quarto physicorum, vt patet in litera.

¶Quo ad tertium conclusio est ista. Angelus motu non cōtinuo non potest pertrāsire omnia media. Et probatur sic, media inter quæcunque extrema loca sunt infinita: ergo motu discontinuo, aut pertransiri omnia non possunt, aut infinita actu numerabuntur. Sed infinita actualiter numerando consumi est impossibile: ergo impossibile est quòd

omnia media discontinuo motu pertranseant. Antecedens probatur. Tum quo ad loca indiuisibilia. Tum quia ad loca diuisibilia ratione & exemplo, quæ satis patent in litera. Consequentia vero deducitur ex eo q infinitas locorum non cōsumitur à mobili quocunque nisi propter continuitatem motus: & merito, quoniam infinitas potentialis ab infinitate potentiali æquari potest, sibi que inuicem possunt respondere: vt quemadmodum in locis sunt infinitæ partes, & infiniti termini in potentia: ita in correspondente sibi sit potentialis infinitas partium & terminorum, vt partes partibus, & termini terminis æquentur: stat ergo vis probationis in hoc: 272 infinita loca sola continuitate motus à mobili, quocūque consumi possunt: ergo motu discontinuo aut nō pertrāseūtur, aut si transire dicantur actu dinumerabūtur, qm singula loca actualiter terminabunt partiales mutationes integrantes motum discontinuum.

¶Quo ad quartum, quia ex dictis sequitur, quòd angelus potest pertransire de extremo ad extremum nullo medio pertransito: 270 quando mouetur motu discontinuo: imò necessario, oportet ipsum in tali motu aliquod medium omittere. Et ex alia parte constat corpus non posse transire de extremo ad extremum, nisi per omnia media. Differentiæ huius ratio redditur: quia corpus continetur sub loco, actu, vel potentia, secundum totum vel partes: angelus vero cōtinet locum, &c.

nuus, omnes partes motus erunt numeratæ in actu. Si ergo mobile quodcunque moueatur in motu non continuo, sequitur quòd vel non transeat omnia media, vel quòd actu numeret media infinita. Quod est impossibile. Sic igitur secundum quod motus angeli non est continuus, non pertransit omnia media. Hoc autē, s. moueri de extremo in extremū, & non per mediū, potest cōuenire angelo, sed nō corpori[c]: quia corpus mensuratur, & continetur sub loco. Vnde oportet q sequatur leges loci in suo motu. Sed substantia angeli non est subdita loco vt contenta, sed est superior eo vt cōtinēs. Vnde in potestate eius est applicare se loco, prout vult vel per mediū vel sine medio.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd locus angeli non accipitur ei æqualis secundū magnitudinem, sed secundum contactum virtutis. Et sic locus angeli potest esse diuisibilis, & non smeper punctuabilis[c]. Sed tamen loca media etiam diuisibilia sunt infinita, vt dictum est[c]. Sed consumuntur per continuitatem motus, vt patet ex prædictis.

¶Ad secundum dicēdum, quòd angelus dum mouetur, localiter applicatur eius essentia diuersis locis: animæ autem essentia non applicatur rebus quas cogitat, sed potius res cogitatæ sunt in ipsa. Et ideo non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd in motu continuo mutatum esse nō est pars moueri sed terminus. Vnde oportet quòd moueri sit ante mutatum esse. Et ideo oportet quòd talis motus sit per medium. Sed in motu nō continuo mutatum esse est pars, sicut vnitas est pars numeri. Vnde successio diuersorum locorum etiam sine medio constituit talem motum.

Quæstio. ¶*Num & quomodo inter duo loca diuisibilia sint loca media infinita.*

¶Circa antecedens assumptum ad secundam conclusionem quæstiuncula occurrit: quomodo sit verum inter quælibet duo loca diuisibilia esse infinita loca media, cum manifeste pateat, inter duas medietates alicuius continui vnum tantum medium inueniri, scilicet indiuisibile; quod est terminus communis, ad quem copulātur, & nullū inter eas inuenire mediū diuisibile,

¶Ad hoc est dicendum breuiter, quòd aliud est loqui de duabus partibus continui, & aliud de duobus locis. Quoniam formaliter loquēdo, duo loca non sunt, quæ vt sic situaliter non distant. Et propterea duæ partes cōtinuæ magnitudinis dupliciter sumi possunt: vno modo ex ea parte, qua continuantur vel contiguantur: & sic cum in eodem sint loco, duorum locorum rationem habere nō possunt. Nec inter eas localis motus esse potest. Si vero sumantur ex ea parte qua aliqualiter ab inuicē distant, sic de vna in aliam potest esse motus localis, & inter eas sunt infinita media tam diuisibilia quàm indiuisibilia: vt patet ex ratione continui. Et qa S.Th. de pluralitate locorū vt plura sunt formaliter loquebatur, & non de partibus continui absolute: ideo optime dixit, quòd inter quælibet, duo loca sunt infinita loca media: & nō dixit, q inter quaslibet duas partes sunt infinitæ partes.

274 1.dist. 57. q. 4. art. 3. & 4. dist. 44 q. 2. art. 3. q. 3. Et quoli. 1. q. 3. ar. 2. Et quoli. c. q. 4. artic. 3. Et quoli. 12. art. 4.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum motus angeli sit in instanti.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd motus angeli sit in instanti. Quanto enim virtus motoris fuerit fortior, & mobile minus resistens motori, tanto motus est velocior. Sed virtus angeli mouentis seipsum improportionabiliter excedit virtutem mouentem aliquod corpus. Proportio autē velocitatū est secundum minorationem temporis. Omne autem tempus omni tempori proportionabile est. Si igitur aliquod corpus mouetur in tempore, angelus mouetur in instanti.

¶Præterea, Motus angeli simplicior est quàm aliqua mutatio corporalis: sed aliqua mutatio corporalis est in instanti vt illuminatio: tū quia non illuminatur aliquid successiue, sicut calefit successiue: tum quia radius non prius pertingit ad propinquum q̄ ad remotū. Ergo multo magis motus angeli est in instanti.

¶Præterea, Si angelus mouetur in tempore de loco ad locum; manifestum est quòd in vltimo in instanti illius temporis est in termino ad quem; in toto autem tempore præcedenti aut est in loco immediate præcedenti, qui accipitur vt terminus à quo, aut partim in vno & partim in alio. Si autem partim in vno & partim in alio, sequitur quòd sit partibilis: quod est impossibile. Ergo in toto tempore præcedenti est in termino à quo. Ergo quiescit ibi, cum quiescere sit in eodem esse nunc & prius, vt dictum est[e]. Et sic sequitur, q non moueatur nisi vltimo instanti tēporis.

¶SED CONTRA, in omni mutatione est prius & posterius. Sed prius & posterius motus numeratur secundum tempus. Ergo omnis motus est in tempore, etiam motus angeli, cum in eo sit prius & posterius.

CONCLVSIO.

¶*Angelus cum proprie moueatur motu cōtinuo, vel discreto: non in instanti: sed in tempore continuo, vel discreto moueri necesse est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt motum localem angeli esse in instanti. Dicebant enim quòd cum angelus mouetur de vno loco ad aliū in toto tempore præcedenti, angelus est in termino à quo, in vltimo autem instanti illius temporis est in termino ad quem. Nec oportet esse aliquod medium inter duos terminos, sicut non est aliquod medium inter tempus & terminum temporis. Inter duo autem nunc temporis est tempus medium. Vnde dicunt quòd non est dare vltimum nunc in quo fuit in termino à quo: sicut in illuminatione, & in generatione substantiali ignis non est dare vltimū instans, in quo aër fuit tenebrosus, vel in quo materia fuit sub priuatione formæ ignis. Sed est dare vltimum tempus, ita quòd in vltimo illius temporis est vel lumen in aëre, vel forma ignis in materia. Et sic illuminatio & generatio substantialis dicuntur motus instantanei. Sed hoc non habet locum in proposito quod sic ostenditur. De ratione enim quietis est, q quiescens non aliter se habeat nunc & prius. Et ideo in quolibet nunc temporis mensurantis quietem, quiescens est in eodem, & in primo, & in medio, & in vltimo. Sed de ratione motus est, qd id quod mouetur, aliter se habeat nunc & prius. Et ideo in quolibet nunc temporis mensurantis motum mobile se habet in alia & alia dispositione. Vnde oportet quòd in vltimo nunc habeat formam quàm prius non habebat. Et sic patet, q quiescere in toto tempore in aliquo, puta in albedine, est esse in illo in quolibet instanti illius temporis. Vnde non est possibile vt aliquid in toto tempore præcedente quiescat in vno termino: & postea in vltimo instanti illius temporis sit

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimætertiæ Articulum tertiū.* Annot.

TItulus eget diligentissima annotatione. Aduertendum est enim, q cū motus nomen commune sit motui & mutationi, tripliciter intelligi potest quæstio ista. Primo de simplici acquisitione loci: vtrum, s. angelus in instanti acquirat locum. Et talis sensus non est ad propositum, vt patet ex solutione ei'. Quoniam potest angelus in instanti applicare se ad locum, si prius nusquam fuisset. Secundo modo pōt intelligi de acquisitione loci succedente mansioni angeli in altero loco. Et hoc dupliciter. primo, vt quæstio sit de mensura transitus de vno in aliū. Seu quòd idē est de mēsura desitionis prioris loci, & acquisitionis posterioris. Et hæc quæstio euidentem etiam habet solutionē: quoniam cōstat talem mensuram esse instantis. nec in isto sensu quæritur à S.Tho. Et propterea multa argumenta Grego. recitata à Capreolo in 6. distinct. secundi: quia ad hunc sensum spectant, contra S.Tho. non sunt. Nihil enim aliud inferunt, nisi quòd in instanti acquiritur terminus ad quem: in quo etiam deseritur termin' à quo: cui' oppositum creditur nos opinari. Alio igitur modo potest intelligi de comparatione mensuræ propriæ acquisitionis termini ad quem, ad mēsuram propriam termini à quo: vtrum scilicet se habeant hæ duæ mensuræ vt instans & instans, aut vt tempus & tempus, aut vt instās & tempus. Et hæc est quæstio præsens quàm discutere intendit S.Th. Vnde quærere vtrum motus angeli sit in instanti in proposito, est quærere vtrum mensura transitus angeli de loco ad locum sic se habeat, quòd mensura acquisitionis termini ad quem, se habeat ad terminum à quo. vt instans ad tempus: & hoc est valde notandum.

Annot. ¶Circa secundam conclusionem aduerte, quòd Sco. in secundo distinct. 2. quæst. vlti. tenens, quòd angeli non possint instantanea mutatione acquirere terminum distantem à termino à quo, nisi pertransito medio: arguit tali ratione. Ordo præfixus à superiore agēte videtur esse necessarium cuicunq; agenti inferiori: quando habet actionem circa talia ordinata: Sed ordo partium vniuersi, penes quem attenditur distantia situalis, est præfixus à Deo cuilibet virtuti creatæ: igitur quando angelus mouet per se talia corpora, non potest absque tali ordine de vno in aliud se transferre. Et confirmatur. Quia alioquin nulla quantacunq; distantia aut distinctio impediret actionem eius.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd minor est falsa simpliciter: quoniam talis ordo non est præfixus virtuti immateriali, inquantū motiua est in motu discontinuo: qm ex parte sua absoluta est à legibus distātiæ situalis, vtpote superioris ordinis. Nec ex parte effect' alligat' ad ordinē istū: qm discontinui ponitur. Ad cōfirmationem vero dicitur, q nec distantia locorū inter se, nec distinctio eorum impedit quin succedens operatio possit ad alterū terminari: qm absoluta ab vno loco operatione, indifferenter & in distanter se habet ad quemcunque locum.

Comment. ¶In corpe articuli facit quinq;. Primo, refert quandā opinionē. secundo, impugnat illam. tertio, respōdet iuxta ppriā opinionē, ibi: sed oportet assignare. quarto, ostēdit quale sit tempus in quo mouetur angelus, ibi: continuo quidem. quinto, ostendit quō differat tale tempus à tempore communi, ibi: sed istud tempus.

¶Quo ad primum quatuor propositiones opinionis refert. Prima est, quòd cum angelus mouetur, in toto tempore præcedenti est in termino à quo: in vltimo autem instanti est in termino ad quem: ac per hoc mouetur instantanee. Secunda est, q inter duos terminos non est aliquod medium: sicut nec inter tempus & terminum temporis. Tertia est, quòd non est dare vltimum nunc in quo fuit in termino à quo, sicut nec in generatione, &c. Quarta est, quòd est dare vltimum tempus in quo fuit in termino à quo: & hæc est opinio quam sequitur Scot.

¶Quo ad secundum impugnatur prima propositio tali ratione, Omnis mutatio instantanea est terminus alicuius motus: sed motus angeli non est terminus alicuius motus, ergo non est mutatio instantanea. Minor est per se nota. Maior vero probatur ex cōuenientia inter motū & quietē, quo ad mēsurā: in hoc quòd quicqd mouetur in aliquo toto tēpore: in quolibet illius tēporis aliter & aliter se habet. Et sic quicqd quiescit in aliquo toto tēpore: in quolibet illius eodē modo se habet. Ex hac eīn cōuenientia sequunt duæ modales. Altera est: impossibile est aliqd toto aliquo tpe quiescere, & in vltimo illius aliter se habere. Altera est: possibile

possibile est aliquid toto aliquo tempore moueri, & in vltimo illius aliter se habere. Ex his autem manifeste patet maior.

¶Quo ad tertiū cōclusio respōsiua est ista. Mot' angeli necessario est in tēpore.

¶Et probatur sic, in motu angeli sunt duo nūc: ergo ibi est tēpus. Antecedens patet quia in eius motu sicut & in quolibet alio, oportet assignare prius & posterius: sed in motu angeli illud prius non potest esse tēpus: sed est vltimum nunc in quo fuit in termino à quo, & posterius est alterū nūc: vt patet ex improbatione pcedētis opinionis. Consequētia vero probatur, ex eo q vbicunque sunt plura nunc, ibi necessario est tempus.

¶Quo ad quartū dicit, q motus angeli continuus est in tpe cōtinuo: motus vero discōtinuus est in tēpore discreto. Et probatur: qa tps habet continuitatem à motu.

¶Quo ad quintum dicitur, q vtrūque tēpus mēsurans motum angeli, aliud est à tēpore mensurāte motum cæli: quia motus angeli non dependet ex eo.

in alio termino. Sed hoc est possibile in motu, qa moueri in toto aliquo tēpore nō est esse in eadē dispōne in quolibet instāti illius tēporis. Igit oēs hmōi mutationes instātaneæ sunt termini motus cōtinui. Sicut gñatio est terminus alterationis materiæ: & illuminatio terminus motus localis corporis illuminātis. Motus autē localis angeli nō est terminus alicuius alterius motus cōtinui, sed est per seipm à nullo alio motu depēdens. Vnde impossibile est dicere, q in toto tēpore sit in aliquo loco, & in vltimo nunc sit in alio loco. Sed oportet assignare nūc, in quo vltimo fuit in loco præcedēti. Vbi autē sunt multa nūc sibi succedentia ibi de necessitate est tēpus, cū tempus nihil aliud sit q̄ numeratio prioris, & posterioris in motu. Vnde relinquitur q motus angeli sit in tēpore. In cōtinuo quidem tēpore si sit motus eius cōtinuus: in nō cōtinuo aūt si mot' sit nō continuus. Vtroq; enim modo cōtingit esse motū angeli, vt dictum est[c]. Cōtinuitas enim tēporis est ex continuitate motus, vt dicit in 4. phy. Sed istud tps siue sit tēpus cōtinuū siue nō, nō est idem cū tēpore quod mēsurat motū cæli: & quo mēsurātur omnia corporalia, quæ habent mutabilitatem ex moto cæli. Motus enim angeli non dependet ex motu cæli.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, q si tps motus angeli non sit continuū, sed successio quædam ipsorum nunc, non habebit proportionē ad tempus quod mensurat motū corporaliū, qd est cōtinuum: cū nō sit eiusdē rationis. Si vero sit continuū, est quidem proportionabile: non quidem propter proportionem mouentis & mobilis, sed propter proportionem magnitudinum in quibus est motus. Et præ-

Quæstio. ¶*Num quiescens in aliquo toto tempore in quolibet instanti illius eodem modo se habeat, & in vltimo instanti non aliter se habeat.*

¶Circa improbationem primæ opinionis dubium occurrit, de propositione illa super qua fundatur ratio S.T. s. impossibile est aliquid in aliquo toto tēpore quiescere: & in vltimo instāti illius tēporis aliter se habere. Et similiter de illa, Omne quiescēs in aliquo toto tēpore, in quolibet instāti illius eodē modo se habet. Dubiū inquā est, an sint veræ de forma, an gratia materiæ. Si enim dicūtur veritatē habere gratia formæ, oportet eas in oī materia verificari. Et tū habent nōnullas instantias. Quoniā ista nō est vera necessario, omne quod mouetur in aliquo toto tēpore, in quolibet instāti illius mouetur. Tū quia in nullo instanti mouetur. Tū quia in primo instanti nō aliter se habet nunc & prius. Alioquin sequeretur q daretur primū mutatum esse in motu. Nec etiam quicquid est albū aut homo, in aliquo toto tempore, in quolibet instanti illius est homo, aut albū. Sed stat q in vltimo instanti illius nō sit, vt patet in corruptiōe oīm permanentiū. De his enim vere enuntiatur q in toto tēpore pcedēte sint, & q in vltimo instanti nō sunt. Si autē est vera gratia materiæ: ita q in istis terminis, s. in quiete, & eodem modo se habere verificentur tantum, oportet primo reddere ratiōnē quare tenet in ista materia & in aliis non. Deinde oportet excludere instantias quas contra hoc affert Sco. in 2. di. secūdi. q. 11. quas etiam habes recitatas in Capreolo, in 6. dist. secundi. Et prima instantia est de instantanea transsubstantiatione panis in corpus Christi, cum tamen in toto tempore præcedente panis quieuerit.

¶Secūda vero est de aëre tenebroso, & subito illuminato: qm in toto tēpore præcedēti quieuit sub tenebris. Et si dicatur, inquit ipse, q illuminatio est terminus motus localis, hoc nihil facit. Tū qa hoc est per accidēs. Tū qa de' posset instantanee producere corpus luminosum pūs aëri quiescenti in tenebris toto tempore præcedente. Tū quia ex hoc non euaditur, quin ex parte subiecti aër quieuerit toto tempore in rei veritate. Et tamen in vltimo instanti aliter se habet.

¶Tertia instātia est de ipso angelo: qm ex ista ppositione sequeretur q angelus aliquo tēpore quiescēs, nunq̄ moueretur postmodū. Probatur sequela: qm posito q in vna hora quiescat, aut incipiat moueri in vltimo instanti illius horæ: & hoc non per te. Aut in aliquo instanti mediato vel immediato illi. Nō mediato: quia tunc in tempore intermedio quiesset. Nec immediato: quia instans non est immediatū instāti. Et si dicat incipere in instāti tpis discretis q̄ratur qd de tpe nostro rñdet illi instāti. an, s. vltimū instās horę, an tps immediate sequēs, an aliqd instās mediatū. Et cum nō possit assignari nisi tēpus immediate sequēs, sequit q angelus quiescens non potest incipere moueri instantanee: quod est incōueniens.

¶Ad euidentiā huius difficultatis, primo videndus est sensus propositionis, deinde respondendum quæsito.

¶Quo ad primū, sciēdū est q quidā duas distiōnes subintelligi putāt in prædictis propositionibus. Vna est de ly in toto aliquo tēpore, s. primo vel non primo. Altera est de ly in quolibet instanti, s. intrinseco vel extrinseco. Et dicunt q Propositio sic moderāda est, oē quiescens in aliquo toto tempore primo, i. adæquate. in quolibet instanti intrinseco illius eodē mō se habet. Et hoc mō dicunt, q propositio est per se nota: sicq; eam assumptā fuisse à S.T. Sed salua pace eorum dixerim, vocē propriā ignorare videtur, Quoniam apud S.Th. eorum iudicio, ex ista propositione non habetur, q si aliquid est tale, puta hō vel album in aliquo toto tēpore, oportet q sit etiā tale in vltimo instanti illius. Et tū si ista propositio esset sic intelligenda, euidenter constat, q quicquid est homo in aliquo tpe adæquate, in quolibet instanti illius est homo. Nec distinctio de instanti intrinseco & extrinseco posset euasionē præbere. Quoniā prima opinio quā improbat S.Tho. non dicebat aliqd quiescere in toto aliquo tēpore, & in vltimo instanti intrinseco aliter se habere: vt patet in litera. Quia ergo intentio doctoris ex proposito in quo loquitur, colligenda est: & manifeste patet primam opinionem iudicasse motū angeli ad eius quietē præcedentē se habere vt instās generationis ad tēpus præuiæ alterationis: & constat q nec alteratio illa mensuratur toto illo tempore primo, nec instans illud generationis est intrinsecum temporis, vt mensuranti alterationem: cōsequens est, quòd si S.Tho. efficaciter improbare intendit positionem prædictam, quòd assumat propositionē vniuoce cum aduersario, alioquin in solis verbis esset quæstio. Sciendum est igitur, q in toto tempore dupliciter distribui potest. Primo in partes tantum, vt idem sit dicere: in toto aliquo tempore, & in qualibet parte illius temporis. Secundo in partes & in quascunque illius sunt. Et sic idem est dicere: in toto aliquo tempore, & in qualibet parte, & in quolibet instanti illius. Et quāuis vtroq; modo ppositio sit in vsu, in proposito tamen in primo sensu à Philosophis & theologis intelligitur. Alioquin esset implicatio in adiecto dicere cum ex aqua fit ignis, id toto illo tempore est aqua, & in vltimo instanti est ignis. Et in hoc sensu constat, primam opinionem dixisse, quòd angelus in toto aliquo tempore quiescit: & in vltimo illius instanti nouū locum acquirit. Et quoniā realiter & nō apparēter S.Th. intēdit sibi cōtradicere, idcirco oportet dicere in eodem sensu distribui ly in toto tempore. Ita q cōtrouersia est an ista propositio, A quiescit in aliquo toto tēpore, id est in qualibet parte alicuius tēporis, & in vltimo instāti illi' aliter se habeat: sit possibilis. Prima enim opinio reputauit eam possibilem & super ipsam fundauit positionem suam, S.Tho. vero reputat eam esse impossibilem: & hæc de primo.

¶Quo ad secundum dicitur, quòd hæc propositio est vera, gratia materiæ, non autem gratia formæ, id est non verificatur in omnibus terminis, sed in istis. 276 273 Et declaratur vtrunque: prima pars negatiua, quia ex esse tale in aliquo toto tempore, non formaliter infert esse etiam tale in vltimo instanti illius temporis. Ista enim conditionalis non est necessaria, si est homo in aliqua hora: ergo in termino illius horæ est homo: imò de facto apparet illius falsitas, de hora mensurante eius corruptionem. euidens est autem ratio quare non teneat formaliter: quia, scilicet totum tempus præcedens suum terminum, comparatur ad illud vt prius ad posterius. Nec est necessarium, quòd si est tale in priori mēsura, perseuerare tale in posteriori. Pars vero affirmatiua declaratur, aduertendo quòd cum intentio S. Tho. sit tractare de naturis & naturaliter competentibus ipsis angelis: tam secundum statum naturæ, quàm gratiæ, non est hic sermo de possibili aut impossibili logico, & respectu potentiæ diuinæ, sed de possibili physico, in quo attenditur quid rei ordini congruat, seclusis miraculis: non quid Deus possit. Et hoc semper est attendendum in scrutandis rerum naturis sectātibus S.Th. doctrinam. Dicitur ergo, quòd impossibile est secundum ordinem rerum naturalium aliquid habere esse quietū in toto aliquo tempore: & in fine illius aliter se habere. Quoniam omne factum esse in ratione termini ad quem, seu omnis terminus, præceditur secundum naturæ cursum ab aliquo fieri: habet enim hoc rerum ordo experientia teste, vt nihil nouum tam repente fiat per se, quin aliqua præcesserit via ducens ad illum terminum. Et propterea cum habere aliquid esse sub quiete, non sit via ad alteritatem siue acquisitiuam, siue deperditiuam: sed habere illud esse in motu (quia hoc est acquirere vel perdere) consequens est, vt quiescens in aliquo toto tempore, in termino illius eodem modo se habeat. Alioquin venisset ad terminum ad quem non processisset. Quod autem in termino aliter se habet quàm prius, præcedente motu ad terminum peruenit.

¶Ad instantias autem adductas contra proportionem sic intellectum, facile patet ex dictis responsio. Quod enim adducitur de transsubstantiatione, dupliciter deficit. Primo, quia illud nō est naturale, sed miraculosum valde: ac per hoc ad potentiam Dei spectat, Secundo in hoc: qd transsubstantiatio nullam habet quietem oppositam, nisi abuti velimus vocabulis, cum nec motus ipsa sit.

¶Ad secundam instantiam de illuminatione dicitur, quòd illuminatio est terminus motus localis. Et ad obiectiones contra hoc respondendo ad primam dico, quòd quanuis illuminatio absolute per accidens terminet motum localem: quoniam scimus partes propinquas corpori solari perpetui esse luminis, nullo accessu vel recessu solis ab eis concurrente: tamen illuminatio noua, de qua tantum præsens potest esse sermo ad propositum, per se est terminus motus localis: non per se primo, sed per se secundo secundum naturæ cursum. Et ex hoc patet responsio ad secundam, quia scilicet non est ad propositum: quia de Dei potentia, non de naturæ cursu loquitur. Ad tertiam vero dicitur: quòd quanuis aër quiescat, secundum esse absolutum in toto tempore præcedente præsentiam solis: non tamen quiescit secundum esse relatiuum, quia continue aliter & aliter se habet ad solem, secundum esse propinquum vel distans: sed quia ad relationem non est per se motus, vt dicitur 5. physic. Sed aliquid potest aliter se continue habere secundum esse relatiuum: propter motum non in se, sed in alio ad ipsum habentem ordinem aliquem: ideo stat, quòd aër non quiescat sub tenebra, nec moueatur, sed habens eam continue aliter se habeat propter motum alterius, secundum esse respectiuum ducens ad exclusionē tenebræ, & acquisitionem luminis. Et vtrunque horum ponitur satis rationabiliter. Nam qa ad relationem non est motus, ergo nec quies: quoniam circa idē habent fieri; sed loco motus est aliter se habere, & loco quietis eodem modo se habere. Et quia priuatio luminis, scilicet tenebra, non radicatur in aliqua forma contraria lumini, sed in relatione distantiæ seu absentiæ inter diaphanum & lucens: consequens est quòd aër absque motu in se, aliter se habet continue secundum esse tenebrosum consecutiue, ex hoc, quòd aliter se habet continue secundum esse propinquum ad solem per motum ipsius solis. Tertia deinde instantia multipliciter deficit, non intelligens mentem S. Thomæ loquentis de propria mensura motus angelici; & de aliter vel eodem modo se habere in vltimo instanti in ratione termini ad quem: & non qualitercunque, & de motu, non per acquisitionem simplicem ipsius: termini, sed vt exposuimus in titulo. Vnde instantia illam æquiuocat. Primo de motu angeli: intendens motus nomine termini acquisitionem. Secundo conueniendo etiam secum in vocabulo, dico quòd angelus potest in vltimo instanti temporis alicuius esse in aliquo loco: & vt in termino ad quem, vt in principio motus: vt in principio quidem motus, quia potest postquam nusquam fuit, in vno instanti sui temporis coexistenti vltimo instanti alicuius horæ applicare se loco. Tunc enim in tota hora nusquam fuit: & in vltimo illius est hic: quod apud S.Tho. non est moueri, sed mutatum esse. Vt in termino vero ad quem: quia potest angelus in duobus instantibus sui temporis immediatis diuersis locis successiue se applicare: ita quòd illa duo instantia coexistant vni horæ, sic quòd secundum coexistat vltimo instanti horæ: & primum toti tempori præcedenti. Et si dicatur quòd hoc est quod dicebat prima opinio: & quòd impugnatur hic à San.Tho. respondetur quòd non est verum, sed ex malo intellectu S.Thomæ hoc creditur. Vt enim in titulo dictum est, quæstio præsens est de comparatione propriæ mensuræ termini ad quem, ad mensuram propriam termini à quo. Et prima opinio dicebat quòd se habent vt instans & tempus immediate præcedens. & ideo non datur vltimum instans in termino à quo, &c. S. Thomas vero vult q se habeat

terea velocitas motus angeli nõ est secundum quantitatem suæ virtutis, secundum determinationem suæ voluntatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd illuminatio est terminus motus, & est alteratio, non motus localis: vt intelligatur lumen moueri prius ad propinquum quàm ad remotum. Motus autem angeli est localis & non est terminus motus. Vnde non est simile.

¶Ad tertium dicendum, q; obiectio illa procedit de tempore cõtinuo. Tẽpus autẽ motus angeli põt esse non continuũ. Et sic angelus in vno instanti põt esse in vno loco, & in alio instanti in alio loco, nullo tempore inter medio existente. Si aũt tẽpus motus angeli sit continuũ, angelus in toto tẽpore præcedenti vltimum nũc variatur per infinita loca, vt prius expositum est[c]. Est tamen partim in vno loco rum continuorũ, & partim in alio: non q; substantia illius sit partibilis, sed quia virtus sua applicatur ad partem primi loci, & ad partem secundi, vt etiam suprà dictum est[c].

QVAESTIO QVINQVAGESIMAQVARTA de Cognitione Angelorum, in quinque articulos diuisa.

CONSIDERATIS his quę ad substantiam angeli pertinẽt, procedendũ est ad cognitionem ipsius. Hæc autem consideratio erit quadripartita. Nam primo considerandum est de his quæ pertinent ad virtutem cognoscitiuam angeli. Secundo, de his quæ pertinẽt ad mediũ cognoscẽdi ipsius. Tertio, de his quæ ab eo cognoscũtur. Quarto, de modo cognitionis ipsorum.

¶Circa primum quæruntur quinq;. ¶Primo, vtrum intelligere angeli, sit sua substantia. ¶Secundo, vtrum eius esse sit suum intelligere. ¶Tertio, vtrum eius substãtia sit sua virtus intellectiua. ¶Quarto, vtrunque in angelis sit intellectus agens & possibilis. ¶Quinto, vtrum in eis sit aliqua alia potentia cognoscitiua, quàm intellectus.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum intelligere angeli sit eius substantia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; intelligere angeli sit eius substantia. Angelus enim est sublimior & simplicior quàm intellectus agens animæ. Sed substantia intellectus agentis est sua actio, vt patet in 3. de Anima per Ari. & eius comm. Ergo multo fortius substantia angeli est sua actio, quæ est intelligere.

¶Præterea, Philosophus dicit in 11. metaph. q; actio intellectus est vita. sed cum viuere sit esse viuentibus, vt dicitur in 2. de Anima, videtur quòd vita sit essentia. Ergo actio intellectus est essentia intelligentis angeli.

¶Præterea, Si extrema sunt vnum, medium non differt ab eis: quia extremum magis distat ab extremo, quàm medium. Sed in angelo idem est intellectus & intellectum ad minus, inquantum intelligit essentiam suam. Ergo intelligere quod cadit mediũ inter intellectum & rem intellectam, est idem cum substantia angeli intelligentis.

¶SED CONTRA, plus differt actio rei à substantia eius, quàm ipsum esse eius. sed nullius creati suum esse est sua substãtiæ. Hoc enim solius Dei proprium est, vt ex superioribus patet[c]. Ergo neque angeli, neque alterius creaturæ sua actio est eius substantia.

CONCLVSIO.

¶*Cum solus Deus actus purus existens, sit suum intelligere, nulla cuiusuis creaturæ actio est idẽ quod substantia eius, nec etiam ipsum intelligere Angelorum idem est substantiæ ipsorum.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, q; impossibi-

vt instans, & instans immediata, & q; detur vltimum in termino à quo. Et si contingat illa instantia coëxistere tempori, nostro modo prædicto, hoc est per accidens, & coëxistenter, & nõ tanquã in propria mẽsura. Et rursus q; etiam in tali contingentia coëxistenter loquendo & non mensuratiue, non diceretur angelus in toto tẽpore præcedente quieuisse, sed inchoasse motum. Et sic in vltimo esse in termino ad quem, vel in toto tempore præcedẽte non motum fuisse, in vltimo autem inchoare motum. Et quia hęc non aduerterunt Scotus, & alij, ideo ipsum non intellexerunt impugnãtes ignotum.

¶*Num præter tempus cõmune continuum, necessariũ sit esse aliquod tempus aliud discretũ.*

¶Circa quartam partem & quintam vbi S. T. ponit motũ angeli nõ mensurari tẽpore, qđ est mensura primi motus, sed alio siue cõtinuo siue discreto: dubitatio multiplex est, s. de natura talis temporis discreti, & necessitate ponendi illud. Et similiter de diuersitate tẽporis cõtinui à tempore communi. Et qm̃ hæc partim spectant & tractata sunt in qõ. 10. partim seorsum tractanda essent speciali qõne: ideo hic tm̃ afferẽdas censui eas obiectiones, quæ ex parte motus angelici se tenent. Scotus igitur in 2. distin. 2. q. 11. contra tempus discretum tripliciter arguit. Primo, quia pluralitas non est ponẽda sine necessitate, nulla autem ratio cogit ponere tale tempus quod declaratur tripliciter. Primo, quia angelus est in loco apud te per operationẽ: aut ergo trãseuntem, aut immanentem. Si immanentẽ, illa mensuratur æuo: si trãseuntem, illa mensuratur tẽpore communi vel instanti. Secundo, quia quicquid saluatur per tempus discretum, potest saluari per tẽpus continuũ. Tertio, quia queadmodum non inconuenit angelos conuenire cũ corporibus in aliqua corporali conditione eiusdem rationis aliquo modo, s. esse in loco. Ita nõ inconuenit secundum tale esse mensurari eadem mẽsura qua mensurantur similes conditiones in corporibus. Secundo specialiter arguit contra alietatem talis temporis continui. Quia si poneretur, propter hoc maxime deberet poni, quia motus angeli non dependet à motu cæli. Sed hoc nihil facit ad propositũ. Tum quia mensuratio qualis à quali, vel quanti à quãto, non exigit dependentiã essentialem, sed sufficit quòd quantitas huius certa cognitione certificari possit ex illo. Tum quia ambulatio Petri post resurrectionem non potest fingi, quòd mensuraretur alio tempore quàm communi: & tamen non dependet à motu cæli, qui tunc non erit. Tum etiã quia quies cæli tempore cõmuni mensurabitur: & tamen motus cæli non erit. Tum etiam quia tempore Iosue stante cælo motus, qui facti sunt interim, tempore communi mensurabantur.

¶Ad hæc breuiter dicitur, q; necessitas ponendi tẽpus discretũ ex natura operationum angelicarum consequẽter se habentiũ, in q. 10. est ostensa. Necessitas vero ponẽdi aliud tempus cõtinuum à tẽpore cõi, assignatur S. Th. hic ex hoc quòd mutabilitas alicuius non dependet à motu cæli. Ad obiectiones autẽ in oppositum respondendo dicitur, q; prima instantia falsum vtrinq; assumit. Nam neq; operationes immanẽtes naturales angeli mensurantur æuo, sed tempore discreto. Neque operationes transeuntes quas secundũ cõmunem cursum habẽt. Quod dico propter motores orbium, vt sic mensurẽtur tẽpore cõmuni, aut eius instanti: vt in litera dicitur. Secũda quoq; instantia falsum assumit. Nã sine tempore discreto nõ potest saluari, q; detur vltimum esse operationis angelicæ. Nec potest saluari q; habeãt mẽsuras sibi proportionales: incõueniens siquidẽ est q; operationes angelicæ, quæ immediate se cõsequuntur (ita q; ambæ totæ simul, successiue tamẽ existunt) ad temporis nostri mensurationẽ aptẽtur: quoniam vt patet, neq; tẽpus nostrũ secundũ quãcunq; partem est totum simul, neq; instans nostrum est stabile. Tertia similiter instantia falsum supponit, angelum, s. esse subiectum ipsius vbi & motus localis: vt ex dictis patet. Ad primã vero obiectionem specialiter cõtra motum continuũ dicitur q; verũ est, independentiã & motus & mutabilis alicuius mobilis esse rationẽ: q; nõ mẽsuretur à motu cæli. Et ad rationem in oppositum dicitur: quòd quantũ mensurari à quanto, contingit dupliciter, s. per se, & per accidens. Et quanuis ad mensurari per accidens sufficiat certitudo cognitionis, ad mensurari tamen per se ab aliquo requiritur dependere per se ab illo: non in genere causæ efficientis: vt q. 10. art. vlt. ad vltimum docuit autor: sed in genere causæ formalis eo modo quo simpliciora in entibus exemplaria per se sunt cæterorum: ita quòd alia non possunt eorum simplicitati perfectionique æquari, nedum excedere. Intelligi enim non potest, vt ex natura alicuius insit illi mensurabilitas ab A, & tamẽ ab A non dependeat. vnde & in 10. metaphy. text. 21. Ari. dicit, q; mensurabile refertur quidem ad mensurã, sed mẽsura non refertur ad ipsum. Vnde nullum inconueniens est dicere ambulationem Petri post resurrectionem non mensurari per se tempore cõmuni. Sicut & motum angeli de quo loquimur: quia potest esse velocior motu cæli, &c. Mãsio autem cæli tunc si quietis rationem haberet, tempore communi potentiali rationaliter mẽsurari diceretur. Sed quoniam nõ quietis, sed fictionis, miraculosæ rationem habebit: & ideo cælum stans æuo potius mensuratur, vtpore nulla in ipso existente potentia ad fictionis status remotionem. Tempore autem Iosuæ primum mobile stetisse nõ constat, sed tantum corpus solare. Vnde instantia non est ad propositum. Quãuis posset etiã concessa cessatione primi motus dici, q; miraculum non aufert quin motus inferiores ex natura sua dependeãt à primo. Quãuis quia ista dependentia est respectu extrinseci, diuina virt⁹ suspendere aut supplere an possit.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum primum.*

2. di. 2. q. 1. arti. 1. co. & Et 2. di. ca. 25. & quoli. 2. artic. & 4. Et in 1. suf. 30 le. 7. & 9. Auer.

TItulus clarus est. Tãtummodo requirit vt notetur, quòd substantia pro essentia, & non pro esse substantiali Angeli supponit. Et quòd ista quæstio est cũ philosophis tenentibus, in substantiis immateriali⁹ omnino quales sunt intelligentiæ, nullum esse accidens, vt Auer. tenet in 12. meta. cõm. 25.

¶In corpore vna conclusione respõsiua tripliciter probata respondetur. Est autem conclusio talis, Nec intelligere, nec actio cuiuscunque creaturæ est eius substãtia. Hæc conclusio habet duas partes. Altera est de intelligere respectu angeli. Altera est de quacunque actione respectu cuiuscũque substantiæ creatæ. & prima quidem ratiõe vtrãque partem intendit S. Tho. probare. Duabus vero reliquis circa intelligere persistere. Est ergo prima ratio talis. Solus actus purus est sua actualitas. Solus Deus est actus purus. Ergo solus Deus est sua actualitas. Sed agere est propria actualitas virtutis, quemadmodum esse est propria actualitas essentiæ. igitur solus Deus est suum esse, & suum agere. Maior propositio habet duas exponẽtes, scilicet actus purus est sua actualitas, & nihil aliud ab actu puro est sua actualitas: & quo ad hanc secundũ probatur in litera sic, Omne aliud ab actu puro habet aliquid potentialitatis admixtũ: ergo non est sua actualitas, quia actualitas possibilitati repugnat.

¶*Num & quomodo solus actus purus sit sua actualitas. Et quoduis aliud ab actu puro ad suam actualitatem comparetur vt potentia ad actum.*

¶Circa hãc rationẽ dubium occurrit de veritate assumptarum propositionum efficaciáq; earundem ad propositũ inferendum. Et ratio dubitandi est: quia aut propositiones assumptæ intelligendæ sunt formaliter, aut materialiter. Si formaliter, duo inconuenientia sequuntur. Primum est, quòd prima exponens maioris implicat in adiecto, dicens, actus purus est sua actualitas. Quoniã si est sua actualitas formaliter loquendo. ergo aliquid puri actus habet rationẽ actuantis: & aliquid habet rationem eius quod actuatur. Tenet sequela: quia ratio formalis actus est respectiua. Et si ad intrinseca rei terminatur, vt hic dicitur, per illud pronomen, sua, necesse est q; terminus eius, s. potentia vel potẽtiale sit in eodem: & sic non est actus purus. Secundum incõueniens est, q; actio virtus esse, & essentia formaliter, & communissime sumpta ex propriis rationibus formalibus vendicarent sibi hoc, q; alterum, s. pura actio esset actualitas alterius, s. virtutis: & similiter esse respectu essentiæ. Patet sequela: quia super hac propositione fundatur processus S. Tho. vt patet in litera si formaliter intelligatur. Et confirmatur: quia cum dicit S. Tho. actio est propria actualitas virtutis, sicut esse essentię: aut intendit de eis in communi, aut in speciali. Non speciali, quia non potuisset ex hoc arguere communiter ad Deum & creaturam, vt fecit. ergo in communi. Quòd autem concedere hanc propositionem sit inconueniens, ex eo patet, quia sequeretur quòd in quocunque ista formaliter inuenirentur, alterum esset actus, & alterum potentia: Alioquin secundũ suas rationes formales in eo non essent. Si vero intelligendæ sunt materialiter, tunc etiam duo sequuntur inconuenientia. Primo, petitio principij in maiore, dicendo, solus actus purus est sua actualitas, id est operatio: hoc enim est quod vertitur in dubium, & quod à sectatoribus oppositæ opinionis negatur, vt patet de Auer. 12. metaphy. com. 25. Secundo nullitas processus S. Tho. non enim facile esset fingere quomodo processus iste apparentiam aliquam, ne dicam veritatem, haberet, si ratio actus & potentiæ præcidatur, cum totus super his fundetur.

¶Circa secundam exponentem maioris, scilicet nihil aliud ab actu puro est actualitas: dubium occurrit. Quoniam inefficax videtur eius probatio. Nam aut intendit hic concludere distinctionem formalẽ tantum, aut formalem & realem simul. Non primum, quia ex hoc non haberetur intentum, vt de se patet: ergo secundum. Sed hoc non sequitur. Tum quia illa propositio assumpta, actualitas potenti-

potentialitati repugnat, est vera de idẽtitate formali, nõ aũt reali. Stat enim q; eadẽ res sit actualis & potẽtialis: vt patet de ipsa essentia angeli, quæ actualitas quædã est, & potentialis ad existentiã. Tũ quia ex habere aliquid potẽtiæ admixtũ non sequitur exclusio omnis actualitatis, sed puræ tantũ. Non enim valet, A habet aliquid de potentia permixtũ, ergo non est actus: sed, ergo nõ est actus purus. Et tamen S. Tho. hoc assumpsit, dicens, quicquid habet aliquid potentiæ, non est sua actualitas. Et cõfirmatur ex illo verbo (sua) q; idẽ importat quod ꝓpria: sic, propria actualitas rei habentis aliquid potentiæ admixtũ, est defectiua & quodammodo potentialis, cum non sit actus purus: ergo nullam habet repugnantiam, vt identificetur rei quæ sic est actus, quòd habet aliquid potentiæ admixtum. Patet sequela, propter proportionem quam habent adinuicem.

¶Ad euidentiam huius rõnis S. Tho. sciendũ est primo, q; duæ rationes formales quadrupliciter se habere possunt ad idẽtitatẽ realẽ. Aut enim ex seipsis vẽdicant sibi identitatem realem; & istæ in quocũq; inueniuntur, sunt eædẽ realiter, vt ratio entis, & ratio boni, & similia. Aut ex seipsis vendicãt nõ identidatẽ seu distõnem realem: vt ratio albedinis & dulcedinis: & tales in quocũq; inueniũtur, distinguuntur realiter. Aut ex seipsis neutrum sibi vendicant. Et hoc dupliciter contingit: quia quædam indifferenter se habent ad identitatem & diuersitatem realem: quædam vero magis ad diuersitatem, quam identitatem declinant. Sunt enim quædã rationes formales rerũ, quæ nec ex seipsis, nec ex cõditionibus quæ comitarentur eas, si inuenirẽtur sibiipsis derelictæ, aliquam per se vnionẽ haberent: vt patet de rationibus iustitiæ & sapiẽtiæ. Quædã vero sunt quæ quãuis ex seipsis neutrũ sibi vendicent: tamen ex seipsis aliquam inter se sibi vendicãt per se coniunctionẽ: & ex cõiunctionibus cõcomitãtibus eas quãtũ est ex parte ipsarum si solę inuenirẽtur, cõiunctio illa realẽ distinctionem exigeret extremorũ. Et tales sunt rationes virtutis & operationis. Nã nec ex seipsis identitatem realẽ habent: alioquin in omnib⁹ essent idem realiter. Nec ex ipsis diuersitatẽ habẽt realẽ: alioquin in Deo distinguerẽtur realiter. Nec ex seipsis abstrahunt ab omni coniunctione inter se: imò & ex seipsis habent cõiunctionẽ quandã per se, quasi vt propria perfectio, & id cui⁹ est illa perfectio. Et si rõnes istæ solæ cõsiderẽtur, quantum ex earum meritis pendet cõiunctio ista, nõ est aliter per se quã per naturam actus & potentiæ. Nullo enim alio modo etiã si fingendi daretur licẽtia, imaginari põt taliũ per se cõiunctio. Ex hoc autẽ q; cõiungerentur per se vt actus & potentia, sequitur vlterius q; distinguerẽtur realiter. Si enim essent realiter idẽ, iam essent coniuncta identice. Et sic neutrum esset actus alterius. Quãuis enim posset forte intelligi vt actus sui ipsius, intelligendo vnũ vt duo: impossibile tamen est vt idem sit actus suiipsius. In coniunctione autem aliquorũ per se vt actus & potentiæ, alterum non solum intelligitur, sed est vere actus: & alterum vere potẽtia illius. Sciendum est secundo, q; aliqua duo habere se vt actũ & potentiam, cõtingit dupliciter, s. formaliter & virtualiter. Formaliter quidẽ quando alterũ ita inuenitur in re alteri coniunctũ, qđ actuat secundũ rem reliquũ. virtualiter autẽ quando aliqua duo identice quidẽ sunt vnũ: habẽt tñ tales rationes formales, quæ si coniungerentur abstrahendo ab eo ex quo habẽt q; sint vnum identice, alterum reliquum secundum rem actuaret. Et hoc modo se habẽt virtus & operatio. Nam in quibusdam actualiter operatio virtutẽ secũdũ rem actuat, & virtus operatiua per illã perficitur: vt patet in nobis. In quibusdam vero virtus & operatio eadem res sunt, ac per hoc operatio virtutẽ secundũ rem perficere nequit. Nõ perdit tamen operatio ex hoc quin sit tale ens, q; si non præueniretur ab identificante ipsam cum virtute, actuaret secundũ rem illam. Et propterea põt dici q; se habent adinuicem tunc, sicut actus & potẽtia virtualiter seu cõditionaliter. Quemadmodum æternitas & immutabilitas dicimus q; se habent sicut causatum & causa: nõ formaliter: (quia æternitas nõ causatur secundum rem ex immutabilitate, quia sunt idem) sed virtualiter: quia si causaretur, ex immutabilitate causaretur. Ex his aũt patet & vis rationis S. Tho. & respõsio ad obiecta. Vis quidẽ rationis in hoc consistit. Quæ se habent vt proprius actus & propria potentia, non sunt idem nisi in actu puro. Virtus & operatio se habẽt vt proprius actus & propria potẽtia. ergo. Maior fundatur super hoc. Quia talia in quocunque inueniũtur cũ ratione actus & potentiæ, inter se distinguuntur realiter. ergo à destructione consequentis si non distinguuntur realiter, non saluantur coniuncta vt proprius actus & propria potentia: ergo aut vtrunq; in illo habebit rationẽ potẽtiæ: quod est impossibile: aut vtrũq; rationẽ actus. Vel, ergo illud in quo talia idẽtificãtur absq; remansione actus & potentiæ, aut est actus purus, & habetur intẽtum: aut est potentia pura. Sola enim hæc duo per se loquẽdo sunt propriæ rationes & causæ excludentes permixtionem actus & potentiæ: sed impossibile est quòd sit pura potentia. Quia talis nec formaliter nec virtualiter continet actum, imò est imperfectissimum omnium entium. ergo actus purus, qui eminenter continet in se & rationem actus & rationem potentiæ. Et ex eo quòd actus actualitatem habet: ex eo vero quòd purus imperfectionem omnem potentialitatis excludit.

¶Ad obiecta vero in oppositum dicitur, q; propositiones assumptæ intelligendæ sunt formaliter: sed cũ formali intellectu propositionũ stat distinctio supradicta de actualiter & virtualiter: vt patet in exemplo adducto, & similibus. Et expresse etiam docetur ab Arist. in 2. cæli: qui hãc propositionẽ motus cæli incipit ab oriente, non materialiter, sed formaliter sustinens: exponit dupliciter, scilicet actualiter, & sic dicit q; est falsa, quia apud ipsum motus cæli nunquam incœpit: vel virtualiter, i. si inciperet, ab oriente inciperet. & sic dicit esse veram. Similiter igitur in proposito. Actus purus est sua actualitas, distingui potest formaliter intellecta: actualiter vel virtualiter. Et primo modo videtur implicare vt obiiciendo tactum est. Secundo vero modo est verissima, & proculdubio ad hũc sensum fiunt huiusmodi propositiones à doctoribus. Non enim intendunt dicere quòd actus purus sit id quod ipsum actus: sed sit id quod ipsum actuaret, si actuabilis esset. Sicut cum dicimus q; Deus sit sua perfectio, non intendimus q; Deus sit id quòd perficit ipsum, sed q; ipsum perficeret si esset perfectibilis. Illa vero propositio communis, operatio & virtus se habẽt vt actus & potentia, de virtute & operatione in communi intelligitur. Sed vtendum est eadem distinctione, s. actualiter vel virtualiter, & sic non sequitur: vel q; in Deo inueniantur cũ ratione actus & potẽtiæ: vel q; ratio sit inefficax, quoniã vt ostẽdendo vim rationis declarauimus, hoc sufficit. Ex his quoq; patet quod ad secundã dubitationẽ dicendũ sit, vnica siquidem distinctione oĩa soluuntur, s. q; aliud est loqui de actu & potẽtia absolute: & aliud de actu proprio & potentia propria. Quãuis enim vna res quæ non sit actus purus, possit habere rationẽ actus & potentiæ respectu diuersorum: impossibile tamen est q; vna res sit proprius actus & propria potentia, nisi sit actus purus, qui hæc eminenter præhabeat: quoniam si actualiter inueniũtur, distinguerẽtur realiter: aut idem esset proprius actus suiipsius, quod non est intelligibile. Dicitur ergo q; intendit S. Th. inferre distinctionem realem, & illa propositio, actualitas potentialitati repugnat, est vera quo ad identitatem realem, si potentialitas propriæ actualitati de qua loquimur comparetur. Et similiter quãuis ista consequẽtia nõ valeat, A habet aliquid potẽtialitatis admixtum. ergo nõ est actualitas aliqua: valet tamẽ ista, ergo nõ est propria actualitas, respectu cuius est potentialis. Et similiter quãuis nihil prohibeat rem habentem aliquid potentiæ esse actũ defectiuum: impossibile tamẽ est esse suũ actum, quãuis defectiuum. Quia iam (vt pluries dictum est) actus suus non esset, quanuis intelligeretur. Aduerte tamẽ diligenter, q; prædictæ propositiones dupliciter possunt applicari ad intentum S. Th. Primo ostendendũ q; angelus non sit sua operatio: quia est potentialis respectu illius. Et sic in hoc processu supponeretur angelum esse in potentia respectu operationis. & probatur ex hoc distinctio realis ab eadem. Secũdo ad ostẽdendum quòd in angelo non est ratio identificationis inter virtutem & operationem, quæ se habent vt proprius actus, & propria potentia. Et secundum hoc supponitur, angelum non esse actum purum. Et probatur distinctio realis angeli à sua operatione. Quia ratio identitatis actus & potentiæ propriæ illius actus, non est nisi puritas actus. Et ad hoc, non ad primum applicandæ sunt propositiones adductæ: quoniam primo modo supponeretur quodammodo probandum. Secundo vero efficax redditur processus: vt patet ex dictis.

¶Secunda ratio est ducens ad impossibile sic. Si intelligere angeli esset eius substantia: ergo esset subsistens. ergo vnum tantum. ergo vnus angelus, neque distingueretur ab altero, neque à Deo. Secunda consequentia probatur: quia intelligere subsistens non potest esse, nisi vnum quod probatur: quia nullum abstractum subsistens potest esse nisi vnum.

¶*Num si intelligere angeli esset substantia, ens esset subsistens.*

¶Circa hanc rationem multiplex dubitatio occurrit. Primo dubitatur circa primam cõsequẽtiam, s. intelligere angeli si esset substantia eius, esset subsistens. Aut enim ibi sumitur subsistere simpliciter. & sic ista quidẽ consequentia est optima: qm̃ de substãtia cõpleta, de qua hic est sermo loquendo ista categorica est necessaria, substãtia est subsistens: sed secũda cõsequẽtia tunc nihil valet, s. est subsistẽs. ergo vnũ tm̃, vt in sequenti dubio patet. Aut hic sumitur subsistere in seipso præcidendo omne posterius. & sic consequẽtia ista non valet: quia categorica nõ est necessaria, sed contingens, substantia est subsistens in seipsa abstracte. Perfectio nanque simpliciter substantiæ nomine importata indifferenter se habet ad subsistendũ in seipsa, vt contingit in Deo: & ad subsistendũ in aliquo cõtrahẽte ipsam ad naturã permixtam potentiæ, vt cõtingit in angelis & aliis cõpletis substãtiis, sicut intelligere contingit esse substantia, puta in Deo: & accñs, puta in nobis.

¶*Num & quomodo si intelligere angeli est subsistens, sit vnum tantum.*

¶Secundo dubitatur an illa consequentia, intelligere angeli est subsistens, ergo vnum tantũ, intelligẽda sit gratia materiæ: vel gratia formæ. Nõ gratia formæ; quia non tenet in omnibus. Nõ enim valet, A est subsistens, ergo non est nisi vnũ specie & numero. de tali enim vnitate est hic sermo: vt patet de prædicatis quidditatiuis ipsarũ substantiarũ. Tale enim est cõe pluribus substantiis secundũ speciẽ & tamen subsistit. Non enim inficiari potest quin aliquod prædicatum essentiale sit commune pluribus angelis: & tamẽ subsistat in eis. Et sic nõ valet: talis res est subsistens, ergo est vna tantum specie & numero. Similiter si essent albedo & nigredo subsistentes, nõ valeret, color est subsistẽs, ergo est vnũ tantũ secũdũ speciẽ & numerum. Nec etiã gratia materiæ. Tũ quia oporteret assignare illã cõditionẽ in intelligere angeli: rõne cuius teneret: qđ hic nõ fit. Tũ q̃a ꝓbatio assumpta in litera est vniuersalis, ac per hoc significans, q; non gratia materiæ est sermo.

¶*Num intelligere subsistens sit tantum vnum necessario.*

¶Tertio circa illã categoricam assumptam ad probationẽ secũdæ cõsequentiæ, scilicet intelligere subsistens nõ potest esse nisi vnũ: dubiũ occurrit. Quoniã aut nõ est ad propositũ, aut est falsa. Probatur hoc distinguendo, primo ly intelligere, secundo coniunctionẽ eius cum ly subsistens. Intelligere enim potest supponere vel pro intelligere puro, vel pro intelligere tali, id est tantæ perfectionis, puta quantam ponit naturalis intellectio Gabrielis. Si intelligatur de intelligere simpliciter dato quòd propositio sit vera, nõ est ad propositũ. Quoniam intelligere angelicum non est purum intelligere, sed tale. Si vero intelligatur de intelligere contracto, nihil aliud infert, nisi q; tale intelligere, puta Gabrielis, est vnum specie & numero, quemadmodũ substantia eius. Et sic vltima consequentia, scilicet q; vnus angelus nõ distingueretur ab altero, nec à Deo nihil valeret. Similiter intelligere quouis modo supponat, dupliciter cõtingit, q; subsistat, scilicet formaliter & identice, formaliter quidem si ex perfectione propria vendicat sibi subsistere: identice vero, si subsistere non secundum propriam rationem sibi conuenit. sed ex eo cui coniungitur. Exemplum vtriusque modi habetur in casu posito, si albedo & nigredo subsisterent. Tunc enim color quidem subsisteret identice, albedo & nigredo formaliter. Aut ergo in ista propositione intenditur, quòd intelligere subsistens formaliter non potest esse nisi vnum, & sic non est ad propositum: quoniam intelligere angeli non concederetur sic subsistere. Aut intenditur quòd intelligere subsistens identice non potest esse nisi vnum, & sic in proposito est falsa, vt ex exemplo dato patere potest. Et hoc modo diceret Auerro. quòd intelligere angeli est subsistens, quia scilicet est idem substantiæ angeli.

¶*Quomodo quoduis abstractum & quãnam abstractione subsistens vnum tantum est, & quo sensu afferatur in proposita materia.*

¶Quarto circa illam aliam vniuersaliorem propositionem assumptam, s. quodlibet abstractum subsistens est vnum tantum: dubium occurrit, de quali abstractione intelligatur: an, s. secundum modum significandi, an secundum modum essendi. Si secundũ modũ significãdi, ad propositum non est. Tũ quia actus intelligendi nõ significatur abstracte per hoc nomen intelligere, sed per hoc nomen intellectio. Tum quia de rebus & realibus rerum modis quæstio est, & non de modis significandi. Si vero de abstractione secũdum esse intelligitur, aut de abstractione à receptiuo, aut de abstractione à quocunque posteriore tota sua ratione formali. Si primo modo, propositio est falsa, vt patet in casu posito de colore. Tunc enim color abstractum quoddam esset ab omni recipiente: & tamen multiplicaretur in albedine & nigredine subsistentibus. Si vero intelligitur secũdo modo, dato quòd esset vera, nihil aliud inferret, nisi & quòd intellectio præcisa ab omni contrahente, si subsistit non est nisi vna: & quod intellectio talis, id est tantæ perfectionis abstrahens ab omni posteriore sua propria ratione si subsistit, non est nisi vna. Quemadmodum ex ipsa sequitur quòd si color præcise subsisteret, quòd esset tantũ vnus. Et si color talis, puta albedo subsisteret, esset tantum vna albedo. Et sic non sequeretur intentũ: q̃a cũ hoc stat quòd essent plures intellectiones distinctę specie: queadmodum stat q; essent plures colores subsistentes distincti specie, quanuis non posset esse multitudo pure numeralis.

¶Circa vltimam consequentiam in eadẽ ratione illa, s. ergo nõ distingueretur à substãtia Dei: dubiũ occurrit: qm̃ nõ videtur valere. Posset nãq; saluari q; intelligere subsistẽs distingueret à substãtia Dei: per hoc q; intelligere Dei esset non solũ intelligere, sed velle, & quicqđ in Deo est. Intelligere aũt subsistẽs non esset nisi intelligere. Et confirmatur, q̃a ex hoc q; alicui rei tribuitur subsistere, nulla perfectio intrinseca ei accrescit: vt patet si fingamus albedinẽ subsistere ꝑ diuinã potẽtiã: eiusdẽ enim rationis intrinsecæ esset subsistẽs, & nõ subsistẽs, quis differenter se haberet à sentiri ad dependere, à subiecto ad agere, & pati, & similia.

¶Ad has obiectiones dicendum est tali ordine, q; primo ad quartam, secundo ad secundam, tertio ad tertiam, quarto ad primam, & quinto ad quintam dicẽdum

le est, ꝗ actio angeli vel cuiuscunque alterius creaturæ sit eius substãtia. Actio enĩ est ꝓprie actualitas virtutis, sicut esse est actualitas substantiæ, vel essentiæ. Impossibile est autem, ꝗ aliquid quod non est purus actus, sed aliquid habet de potentia admixtum, sit sua actualitas: quia actualitas potentialitati repugnat. Solus autem Deus est actus purus. Vnde in solo Deo sua substantia est suũ esse, & suũ agere.

¶Præterea, Si intelligere angeli esset sua substãtia, oporteret ꝗ ĩtelligere angeli esset subsistẽs. Intelligere autẽ subsistẽs nõ põt esse nisi vnũ, sicut nec aliqđ abstractũ subsistẽs[e]. Vnde vnius angeli substãtia non distingueret̃ neq; à substãtia Dei, quæ est ipsum intelligere subsistens, neq; à substantia alterius angeli. Si etiã angelus ipse esset suum intelligere, non posset esse gradus in intelligendo perfectius & minus perfecte, cum hoc contingat, propter diuersam participationem ipsius intelligere.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝗ cũ dicitur ꝗ intellectus agẽs est sua actio, est prædicatio nõ per essentiam, sed ꝑ cõcomitantiã: quia cũ sit in actu eius substantia, statim quantum est in se, concomitatur ipsam actio. Quod nõ est de intellectu possibili[c], qui nõ habet actiones nisi postquam fuerit factus in actu.

¶Ad scđm dicẽdũ, ꝗ vita nõ hoc mõ se habet ad viuere, sicut eẽntia ad eẽ, sed sicut curs⁹ ad currere[e], quorũ vnũ significat actũ in abstracto, aliud in cõcreto. Vnde nõ sequit̃, si viuere sit esse, ꝗ vita sit essentia. Quãuis etiã qñdoq; vita ꝑ essentia ponat̃: scđm qđ Aug. dicit in li. de tri. ꝗ memoria & intelligẽtia, & voluntas sunt vna eẽntia, vna vita: sed sic nõ accipitur à Philosopho cũ dicit, ꝗ actio intellect⁹ est vita.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, ꝗ actio q̃ trãsit in aliqđ intrinsecũ, est reał̃r media ĩter agẽs & subiectũ recipiẽs actionẽ. Sed actio q̃ manet in agente, nõ est realiter mediũ inter agẽs & obiectũ, sed scđm modũ significãdi tñ. Realiter vero consequit̃ vnionẽ obiecti cũ agente. Ex hoc enĩ ꝗ intellectũ fit vnũ cũ intelligẽte, cõsequit̃ intelligere quasi qđã effectus differens ab vtroq;.

est: quia sic exigit ordo doctrinæ, vt à magis vniuersalibus & formalibus, ad minus vniuersalia & materialia descendamus.

¶Ad quartã igitur dubitationem dicitur ꝗ in illa propositiõe vniuersali, omne abstractũ subsistẽs nõ põt esse nisi vnũ ex parte subiecti: duo termini ponuntur, ly abstractũ, & ly subsistens. Et ly quidẽ subsistẽs modum essendi significat: ly vero abstractũ modũ cõcipiẽdi. Ita ꝗ sensus ꝑpõnis est, oĩs res abstracte concepta seu conceptibilis, si sic abstracte subsistit, non potest esse nisi vna. Et est sermo de abstractione in cõi à quocũq; cõtrahẽte seu contractiuo: siue illud sit receptiuũ, siue sit differentia essentialis, &c. Et sic intellecta ꝓpositio hęc ambiguitate caret. Nec habet aliquam instantiam: qm̃ color abstracte cõceptus tam à differentiis quàm à subiectis, si in tali abstractione subsisteret, nõ esset nisi vnus. 834 Formaliter enĩ multiplicari non posset: q͞a à formalibus differentiis abstraheret, materialiter vero minime. Tum q͞a à distinctiuis numeraliter abstraheret. Tum q͞a non esset assignare, ꝑ q͞d alter ab altero distingueretur, cũ in vtroque nihil aliud esset nisi color & subsistẽtia. Nec est extra ꝓpositũ abstractio secundũ modũ concipiendi, sed maxime propositũ clarificat. Tum quia de abstractione conceptus ex parte rei, & non ex parte nostri tantũ est sermo. Tum quia à notioribus nobis occulta hæc hoc modo insinuatur. Quemadmodũ enim ratio aliqua formalis in abstracto nõ multiplicatur si sola sumat̃, ita & si secũdũ rẽ in seipsa subsistere ponatur, multitudinem excludere manifestatur. Quomodo autem propositio hæc intentum S.Th. inferat, ex sequentibus est manifestum.

¶Ad secundã autẽ dubitationẽ dicit̃, & cõsequentia illa dupł̃r põt accipi. Primo vt iacet: & sic est bona, gratia materiæ. Alio modo secũdũ id quod implicite importat: & sic est bona, gratia formæ. Si enĩ formetur sic: si intelligere est subsistẽs, ergo nõ est nisi vnũ, nõ tenet gratia formæ. Quia ista est falsa: oẽ subsistẽs nõ est nisi vnũ. Sed tenet gratia materiæ: nõ spãlis, i. huius qđ est intelligere: sed gñalis, id est huius qđ est esse abstractũ. Ita ꝗ in materia abstractorũ, ista est vera, oẽ subsistẽs nõ est nisi vnũ. Et q͞a intelligere est de numero abstracte cõceptorũ, quanuis significet̃ nõ ꝑ nomen, sed ꝑ verbũ infinitiui modi: ideo cõsequẽtia tenet. Si vero cõsequẽtia hæc secundũ id qđ implicite cõtinet, explicite sic formaret̃, si intelligere in sua abstractione subsisteret, non esset nisi vnũ: est bona gratia formæ. Et quia eius categorica in cuius virtute tenet, non est ista, scilicet omne subsistẽs nõ est nisi vnum: sed ista, scilicet omne abstractum subsistens nõ est nisi vnum: quam tantum S.Tho. assumpsit, ideo formaliter intelligenda est in sensu exposito.

¶Ad tertiã vero dubitationẽ quæ valde difficilis est, cũ Dei adiutorio dicã quid occurrit. Cũ enĩ tota difficultas cõsistat in hoc, an de intelligere, an de intelligere tali sit sermo: duas tñ vias inter se incompossibiles habemus: quarũ tñ alteram oporteret eligere video ad soluendã difficultatẽ hanc. Prima est, negare ꝗ obiectiones supponũt, s. quę detur intelligere & intelligere tale abstrahẽdo actũ intelligẽdi ab extrinsecis, & stãdo precise intrinsecis illius. Qm̃ intelligere nõ est tale, nisi vel subiectiue, puta diuinũ, angelicũ, vel humanũ: vel obiectiue, quia ad tale vel tale obiectũ terminatur. Et secundũ hoc facillime ad obiecta patet r͞nsio. Nam sermo p͞ns est de intellectione secũdũ eius intrinseca tñ intelligẽdus. & sic rõ staret: qm̃ si intelligere angeli pręcise sumptũ abstrahẽdo ab oĩ extrinseco subiecto, s. & obiecto, nõ esset formaliter loquẽdo nisi pura intellectio cõsequens est, ꝗ si in tali abstractione subsisteret, ꝗ esset purũ intelligere subsistens, ac per hoc non esset nisi vnũ, vt ex dictis patet. Sed qm̃ hæc r͞nsio minus cõsonans est rõni. Tum q͞a oĩs intellectio, imò oĩs actus immanẽs esset vna spẽs spãlissima intrinsece loquẽdo: qm̃ par est rõ de oĩbus. & sic velle oẽ esset vnius spẽi, & similiter oĩs visio, oĩs auditio, &c. Tũ q͞a aliqd eiusdẽ spẽi spãlissimę esset cõsequẽtialiter cõe intelligentiis oĩbus & nobis. Tũ q͞a intellectionẽ esse talẽ obiectiue, nõ est esse tale ex trinsece, vt nũcnũc patebit. Vñ alio mõ & rõnabilius põt dici, cõcedẽdo, ꝗ supponunt obiectiones, s. dari intellectionem, & intellectionẽ talem intrinsece, ꝗ sermo S.Th. intelligẽdus est formaliter & per se: & ꝗ hoc sufficit ad propositum.

¶Ad euidentiã aũt primi sciendũ est, ꝗ intellectio tripliciter cõtrahi põt. Primo ꝑ subiecta, cũ distinguit̃ in angelicã & hũanã, scđo ꝑ obiecta, cũ distinguit̃ ꝑ terminari ad tale & tale obiectũ. Tertio per ꝓprias differẽtias diuisiuas illi⁹, quẽadmodũ genus diuidit̃ seu analogũ per suos modos. Et diuisio q͞dẽ ꝑ subiecta manifeste est extrinseca, & ꝑ accidẽs: alioqñ idẽ esset differẽtia per se pluriũ non sub alternatim positorũ, puta humanũ esset ꝑ se differẽtia intellectionis, volitionis visionis, & reliquorum similiũ. Diuisio vero penes obiecta dupł̃r contingit, s. penes obiecta scđaria: & hæc manifeste est extrinseca & ꝑ accñs. Et penes obiecta primaria, puta cũ diuiditur intellectio in actũ intelligendi ꝓportionatũ intelligibili relucẽti in phantasmate, aut proportionatũ relucẽti in seipso. Et de tali diuisione crediderim ego, ꝗ sit ꝑ se essentialis: nõ ꝗ putẽ obiecta etiã primaria esse differẽtias ꝑ se actus intelligẽdi, q͞a obiecta sunt extrinseca: differẽtias vero oportet esse intrinsecas cõstituẽtes per se ipsas, qm̃ differẽtia ei⁹ qđ est esse, rei pars est. Sed arbitror differẽtias essentiales act⁹ intelligẽdi sumi in ordine ad talia obiecta: ita ꝗ nõ sunt absolubiles à tali ordine. Et hoc rõnabił̃r dici põt: qm̃ nec ip͞m intelligere absolui põt ab ordine ad obiectũ suũ formale. Qm̃ si quærat̃ q͞d est intelligere, nõ poterit r͞nderi: nisi ꝗ est ꝑpatio circa verũ, vel aliquid sić. Didicimus autẽ ꝗ ꝑ se differẽtiæ alicuius superioris accipiẽdæ sunt illæ, quæ diuersificãt id ex quo illud superius formaliter cõstat. Differentiæ enĩ aĩalis sunt quæ diuersificãt illud quatenus sensitiuũ. Et sic q͞a intellectio cõstat ex re nõ absolubili à tali obiecto, cõsequens est ꝗ per se differẽtiæ illius erũt res essentialiter respicientes diuersas per se rõnes talis obiecti. Et sic intellectio erit vt genus diuisibile formaliter per essentiales differẽtias, seu modos. Nec sequit̃ ex hoc ꝗ idẽ esset differẽtia pluriũ qm̃ quanuis vna res sit obiectũ actus intelligendi & volendi, alia tñ rõne formali obiicitur vtrique. Actus quidẽ intelligendi vt species veri, volendi vero vt species boni. Vnde non est idem obiectum formale vtriusque. Hæc de primo.

¶Quo ad secũdũ dicẽdũ est, ꝗ quãuis intelligere angeli ꝑcise sumptũ abstrahẽdo ab extrinsecis claudat in se intrinsece duo, s. & ꝗ sit intelligere, & ꝗ sit tale: puta ꝓportionatũ intelligibili in seipso hñti aliqđ potẽtialitatis: claudit tñ vltra hęc perfectiõis modũ, qm̃ scđm vtranq; rõnẽ aliquid ꝑfectiõis ponit. Et qm̃ subiecta sic accipiẽda sunt, vt cõsona sint prædicatis: & ad ꝓpositũ, & ad eẽ substãtiã est ꝑdicatũ ad ꝑfectionẽ spectans: ideo hic sumit̃ intelligere angeli, nõ inquãtum intelligere absolute, q͞a intelligere absolute abstrahit à substantia & accidẽte. Et sic nullũ intelligere inquãtũ intelligere subsistit. Nec sumitur inquãtũ tale: q͞a vt obiiciendo deductum est, nõ cõcluderetur intentũ. Sed sumit̃ inquãtũ intelligere habẽs tñ ꝑfectionis simpł̃r. Dico aũt simpł̃r, vt distinguitur à seipso vt habet aliquid imperfectiõis admixtũ. Et sic intelligere angeli sumitur medio mõ inter intelligere absolute, & intelligere tale. ita ꝗ cũ assumitur, si intelligere angeli esset substãtia, ly intelligere angeli supponit ꝑ ipso actu intelligẽdi, & modo suæ perfectionis simpł̃r. Et est sensus, si intelligere angeli est tantæ perfectionis, ꝗ est substãtia, hoc, &c. & sic saluat̃ sermo formalis & per se. Formalis q͞dẽ, qm̃ de intelligere angelico q̃tũ ad id qđ cõuenit sibi ex ꝑfectiõe sui intelligere, est sermo. Per se aũt, qm̃ eẽ ꝑfectũ nõ ẽ ꝑdicatũ accñtale aut trahẽs rẽ extra rõnẽ suã: se cuiq; rei infra latitudinẽ formalẽ cõuenit: vt i q. 4. plenius dictũ ẽ. b 391

¶Quo ad tertiũ dicẽdũ est, ꝗ (vt obiiciẽdo tactũ fuit,) ex duobus tñ capitibus videri posset ꝓcessus iste insufficiens, s. aut q͞a indiscussum relinquit̃, an intelligere angeli inq̃tũ tale sit substantia. Aut q͞a prętermissa est distinctio de subsistere formał̃r & idẽtice. Sed ꝗ neutrũ horũ obstet declarat̃. Et de primo q͞dẽ facile patet. Tũ q͞a cũ esse substãtiã sit ꝑdicatũ dicẽs ꝑfectionẽ simpł̃r, si intelligere angeli secũdũ totũ id qđ dicit ꝑfectionẽ simpł̃r, nõ est substãtia: à fortiori minus erit substãtia secũdũ id in quo habet aliqđ ĩperfectiõis admixtũ. Cõstat aũt ꝗ inq̃tũ tale aliquid imperfectiõis cõtinet. tũ etiã q͞a intelligere angeli inquãtũ tale est subiectũ extraneũ respectu ꝑdicati dicẽtis ꝑfectionẽ simpł̃r, quale est substãtia. Et ideo mirũ nõ ẽ si ĩ doctrina ex ꝓpriis omissũ fuit. Nec obstat ꝗ ꝑdicatũ sit nõ substãtia absolute, sed substãtia angeli. Quòd si intelligere ẽ substãtia angeli, seqr̃ ergo ꝗ sit substãtia, qđ ẽ ꝑdicatũ dicẽs ꝑfectionẽ simpł̃r. Quod ẽt prĩcipał̃r ĩtẽdit̃ ĩ hac q̃ne: si enĩ substantia est, ꝓculdubio sua, i. intelligẽtis substãtia est. Quòd aũt secũdũ nõ obstet, sic declarat̃. Subsistere seu substãtiã esse, possum⁹ imaginari cõuenire alicui rõni formali quadrupł̃r. Prĩo mõ vt superi⁹ suo inferiori, quẽadmodũ cõuenit hoĩ. Scđo vt inferi⁹ suo sũpiori, quẽadmodũ cõuenit enti. Tertio mõ q͞si mod⁹ intrinsec⁹, sicut dicim⁹ ꝗ sapiẽtia ĩfinita subsistit. Quarto mõ idẽtice, sicut dicimus ꝗ rełones in diuinis sunt substãtiæ. Et si volum⁹ recte cõsiderare, primus mod⁹ oĩno erat extra ꝓpositũ, Quoniã de se patet, ꝗ intelligere nõ ẽ inferius ad substãtiã. Et sił̃r scđs mod⁹ extrane⁹ erat, q͞a substãtia nõ est inferi⁹ ad intelligere. Cõstat enĩ ꝗ neq; differẽtiæ substãtiæ sũt differẽtia act⁹ ĩtelligẽdi neq; ecõuerso differẽtię act⁹ ĩtelligẽdi sũt differẽtię substãtię. Vñ duo tñ modi relinq̃bãt. Vterq; aũt mod⁹ si ꝑ se attribui crederet̃ ipsi ĩtelligere angeli, sufficiẽter excludit̃ ex hac rõne. Qm̃ ad maximã perfectionẽ ipsius intelligere spectaret quodlibet horũ. Si nãq; intelligere angeli ꝑ se cõuenit subsistere, quasi mod⁹ essendi ei⁹: aut idẽtitas cũ substãtialitate ex perfectione sua simpł̃r hoc habet: qm̃ vtrũq; horũ põnit perfectionẽ simpł̃r. Excludere aũt quodcũq; eorũ per accidens opus nõ fuit. Tũ quia esse substãtiam vel accñs, nulli rei cõuenit per accñs, sed semper sunt cõditiones essentiales rerũ. Tũ q͞a hoc solo mõ posset dici ꝗ intelligere subsistit per accidẽs, quia idẽtitas cũ substãtia non conuenit sibi ex parte sui, sed ex parte substantiæ. Sed hoc extraneũ erat à ꝓposito: q͞a substãtia angeli iã declaratũ est, ꝗ est res finitæ perfectionis, & nõ est actus pur⁹. Ac per hoc nõ habet in se vnde vendicet sibi idẽtitatẽ cũ omni eo qđ sibi cõuenit. Propter has enĩ cõditiones substãtia Dei est quicquid habet. Et per hoc iam patet r͞nsio ad obiecta. Et in hoc cõsistit vis S. Tho. Quãuis enĩ sit rõ ducẽs ad impossibile: mediũ tamen super quo firmatur, est causa cõclusionis. Fundat̃ enĩ super quãtitate perfectionis ipsius intelligere angeli. Et intẽdit, ꝗ si tãtæ perfectionis est vt sibi vẽdicet substãtialitatẽ, non cõpateretur secũdũ multitudinẽ, sed erit vnũ tñ. Et ꝓbat sequelã: q͞a sic subsisteret in sua abstractione. oĩno aũt abstractũ subsistẽs vnũ tñ est. vnde manifeste patet ex dictis, ꝗ nihil obstat distictio de subsistere idẽtice & formał̃r. Nec de ĩtelligere tali. Et ꝗ categorica illa sic accipit̃, ĩtelligere ex sua ꝑfectiõe subsistẽs nõ est nisi vnũ.

¶Ad primã aũt dubitationẽ dicit̃, ꝗ cõsequẽtia illa intẽdit de subsistere in se seu abstracte. Et ꝗ categorica ei⁹ nõ est ista, substãtia est subsistẽs in se ꝑcise: sed ista, substãtia angeli, puta Gabrielis, est subsistẽs in seipsa, qm̃ ꝑdicatũ añtis est totum hoc, s. substãtia angeli, vt patet in litera. Sed hoc nõ saluat cõsequẽtiã, q͞a secundũ hoc nõ sequeretur, ergo intelligere angeli esset subsistẽs in seipso intelligere, sed in seipsa substãtia angeli. Cũ tamẽ constet ꝗ primũ oportet inferre, & nõ secũdũ tantũ: vt ex dictis patet. Quòd aũt sophisma amphibologiæ hic cõmittatur, exẽplo declarat̃ supposito. Albedine enĩ subsistente color esset res subsistẽs in seipsa quia esset albedo quæ in seipsa subsisteret, nõ tamen color in seipso esset subsistẽs: sed in albedine cõtactus. Et similiter substantia cõe ꝑdicatũ Deo & creaturis est substantia Gabrielis, quæ in seipsa subsistit. Nõ tamen sequitur, ergo est in seipsa abstracte subsistens. Et si dicatur, ꝗ istæ instantiæ nõ habent locum in proposito: quia constat liquido, ꝗ intelligere & substãtia nõ possunt se habere sicut superius & inferius, quia neutrius differentiæ alterius esse possunt per se. Facile hoc retũditur obiiciendo, ꝗ quãuis hoc cõstet, nõ tñ constat quin intelligere & substantia immaterialis se habeant sicut ens & bonũ: quorũ per se differentiæ quanuis sint aliæ formaliter, idẽtice tamen coincidũt. Et sic quẽadmodũ non valet: bonitas est idem quod substantia angeli quę subsistit in seipsa, ergo est subsistens in seipsa: ita nec de intelligere. Aliter ergo dicendum est prænotando quomodo hi duo

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum intelligere angeli si eius esse.*

27 4.cont.ca. 11.co.1.fi. Et psi.q. 10.articu. 1.5m.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd intelligere angeli sit eius esse. Viuere enim viuentibus est esse, vt dicitur in secundo de Anima. Sed intelligere est quoddam viuere, vt in eodẽ dicitur. Ergo intelligere angeli est eius esse.

¶Præterea, Sicut se habet causa ad causam, ita effectus ad effectum. Sed forma per quam angelus est, est eadem cum forma per quam intelligit ad minus seipsum. Ergo eius intelligere est idem cum suo esse.

¶SED CONTRA, intelligere angeli est motus eius, vt patet per Dionysium 4. c. de diui. nomi. Sed esse non est motus. Ergo esse angeli non est intelligere eius.

CONCLVSIO.

¶*Cum solius Dei esse sit infinitum, actio vero cuiuis creatæ substantiæ infinita aliquo pacto sit, angeli actionẽ ab ipso suo esse diuersam affirmare necesse est, sicut cuiuslibet creaturæ operatio distinguitur ab esse.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd actio angeli non est eius esse, neque actio alicuius creaturæ. Duplex enim est actionis genus, vt dicitur nono metaphysicorum. Vna scilicet qui transit in aliquid exterius inferẽs ei passionem, sicut vrere & secare. Alia vero actio est quæ non transit in rem exteriorem, sed magis manet in seipso agente[c]: sicut sentire, intelligere & velle. Per huiusmodi enim actionem non immutatur aliquid extrinsecum, sed totum in ipso agente agitur. De prima ergo actione manifestum est quòd non potest esse ipsum esse agentis. Nam esse agentis significatur intra ipsum: actio autem talis est effluxus in actum ab agente. Secunda autem actio de sui ratione habet infinitatem vel simpliciter, vel secundum quid. Simpliciter quidem sicut intelligere, cuius obiectum est verum, & velle, cuius obiectum est bonum. Quorum vtrunque conuertitur cum ente. Et ita intelligere & velle quantum est de se, habent se ad omnia, & vtrunq; recipit speciem ab obiecto. Secundum quid autem infinitum est sentire, quod se habet ad omnia sensibilia, sicut visus ad omnia visibilia. Esse autem cuiuslibet creaturæ est determinatum ad vnũ secundum genus & speciem. Esse autem solius Dei, est simpliciter infinitum, in se omnia comprehendens, vt dicit Dionys. 4. capitu. de diui. nomi. Vnde solum esse diuinum est suum intelligere, & suum velle.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd viuere quandoque sumitur pro ipso esse viuentis, quandoque vero pro operatione vitæ, id est per quam demonstratur aliquid esse viuens[c]. Et hoc modo Philosophus dicit quòd intelligere est viuere quoddam. Ibi enim

duo modi subsistendi se habeant adinuicem, & in ordine ad substantiam. Subsistere igitur in alio, vt animal in homine, & subsistere in seipso, vt homo si subsisteret separatus: se habent vt imperfectum & perfectum in eodem genere. Perfectius nanque longe est in seipso subsistere, quàm ab alio subsistentiam mendicare. vt de se patet, & vt prius & posterius, quia id quod est per se in quolibet genere, prius est eo quod est per aliud: vt patet secundo physicorum tex. 66. Comparãtur autem hæc ad substantiam hoc pacto: quòd esse substantiã, sequitur subsistere, siue in se, siue in alio: nisi imperfectio, puta quia est pars substantiæ, magis quàm substantia prohibeat. Esse autem substantiam perfectibilem formaliter, vel contrahibilem indiuidualiter, sequitur subsistere in alio. Esse vero substãtiam sic completam, vt excludat contrahens omne tam formale quàm materiale: sequitur subsistere in seipso. His autem stantibus dicitur, quòd quemadmodum in antecedẽte duo continentur, alterũ explicite, scilicet si intelligere angeli esset substãtia: & alterum implicite, scilicet si intelligere angeli est tantæ perfectionis quòd vendicet sibi esse substantiam. Ita in consequẽte duo intelligenda sunt: alterum explicite, scilicet ergo esset subsistens, accipiendo ly subsistens communiter: alterum implicite, scilicet ergo in seipso subsisteret. & sicut implicitum sequitur ex explicito: ita implicitum ex implicito. Et quòd in antecedente illud cõtineatur, ex dictis patet, & ex eo quòd per se notum est, quòd istæ duæ perfectiones simpliciter, secundum se disparatæ sunt. Nec habent ex propriis rationibus, nec ex eo quòd sunt perfectiones simpliciter vt vniungantur: sed si iunguntur, ex magnitudine perfectionis alterius vel vtriusque prouenit. Quòd autem ex implicito hoc sequatur illud, ex duobus patet. Primo, quia si intelligere ponitur tantæ perfectionis, quòd vendicet sibi perfectissimam naturam, qualis est natura substantiæ: consequens est quòd vendicet quoque sibi perfectissimum modum illius naturæ, qualis natura est subsistere in seipso. Secundo, quia cum intelligere perfectio simpliciter sit, ac per hoc independens à materia secundum rationem, & secundum esse: si cum tanta perfectione infra propriam rationem ponitur in rerum natura vt vendicet sibi identitatem, cum tam perfectissima natura & extranea ab ipso secundum se, à fortiori supponitur esse tantę perfectionis quòd excludat à se determinabilitatem formaliter & materialiter: quoniam vtraq; imperfectionem importat. Ac per hoc quòd sit de ordine rerum non mędicantium esse ab aliquo contrahente. Et in talibus manifeste patet consequentia: quia si est substantia, non potest esse nisi substantia sic perfecta quòd non expectet esse à contrahente: & consequenter oportet quòd subsistat in seipso. Accipiendo igitur consequentiam tam secundum id quod explicite, quàm id quod implicite continetur. Quoniam prædicatum consequentis non est simplex, sed duo continet, scilicet subsistere in seipso. Prædicatum quoque antecedentis compositum oportet esse. Et sic categorica eius erit quasi de copulato subiecto & prædicato: & erit ista, Substantia ex tanta perfectione est ratio subsistendi in seipso.

¶Ad quartum dubium dicitur, quòd subsistere accipitur dupliciter, vno modo vt significat tantum affirmationem essendi in rerum natura, & negationem sustentationis in alio quocunque. Alio modo subsistere importat quendam naturalem entis modum cui naturaliter annexę sunt talis negatio & talis affirmatio. In proposito non est sermo de subsistere primo modo, sed secundo. Quoniam de subsistentia naturali ipsius intelligere loquimur: quæ substantialitas est, & perfectionem simpliciter ponit: & non nisi ex perfectione summa ipsius intelligere sibi conuenit. Vnde ad obiectionem in oppositum dicitur. Quòd si intelligere naturaliter subsisteret, esset tantæ perfectionis quanta potest habere actus intelligendi, quoniam nulla limitatione propriæ latitudinis modificaretur, quemadmodum humanitas subsistens apud Platonem totam hominis perfectionem sibi vendicaret. Et consequenter cum intelligere sit perfectio simpliciter, ac per hoc nata sit esse infinitæ perfectionis simpliciter, oporteret quòd intelligere subsistens esset infinitum. Ac per hoc identificaret sibi omnem aliam perfectionem simpliciter. Et sic esset Deus ipse. Vnde falsum est, quòd si intelligere subsisteret, quòd esset sic purum intelligere quòd non esset velle, imò esset & velle, & voluntas, & deitas, & cætera.

¶Ad confirmationem vero dicitur, quòd æquiuocat de subsistere primo modo, perfectionem non augeat intrinsecam: vendicare tamen sibi subsistentiam, magnam perfectionem ponit: & in perfectionibus simpliciter arguit perfectionem infinitam. Quod etiam ex eo patet, quia cum intelligere ex propria ratione non sit de genere substantiæ, si tantæ perfectionis est: vt hanc perfectionem simpliciter quæ est esse, substantiam sibi vendicat: par ratio est, vt ex eadem perfectione sua omnem aliam perfectionem simpliciter sibi identificet, quæ enim est maior ratio de ista quàm alia: & sic intelligere esset actus purus, &c. Et hæc distinctio de subsistere cum hac cõfirmatione vltima est notanda, quoniam ex illa Scoristę, ex ista vero Auerroistæ retunduntur.

Cõmenta. ¶Tertia ratio est ista. Si intelligere angeli esset substantia, non possent esse gradus in intelligendo perfecte, & minus perfecte. Probatur consequentia, quia tales gradus attenduntur secundum diuersam participationem ipsius intelligere.

Annota. ¶Circa istam rationem primo notandus est sensus consequentis. Nam cõsequens illatum potest habere duos sensus. Alter est, quòd in eodẽ angelo non possit esse intelligere perfectius & minus perfecte. Et sic consequentia plana est, quia substantia vnius & eiusdem angeli non suscipit magis & minus: sed quomodo consequens sit impossibile non video: cum nulla ratio appareat cogens ad diuersitatem magis & minus intelligẽdi in eodem angelo. Aliter igitur & intentus sensus à S.Thom. est, quòd non essent diuersi gradus intelligendi simpliciter. 81 a 140 285 Et confirmatur ista consequentia super præcedẽte ratione: quoniam si intelligere subsisteret, & non esset nisi vnum: ac per hoc excluderet distinctionẽ in multos gradus.

Quæstio. ¶*Num si substantialitas subsistit, indiuisibilis & vna sit.*

¶Secundo circa hanc rationem dubitatur, quia non videtur consequentia valere formaliter. Quoniam non valet, substantialitas est substãtia, seu subsistit, ergo nõ distinguitur in diuersos gradus substantialitatis. Et tamen substantialitas est ꝑfectio simpliciter, sicut & intelligere. Quòd autem nõ valeat de substantialitate consequentia hæc, de se patet: quia substantialitas in omnibus angelis & completis substantiis: cum tanta graduum diuersitate secundum magis & minus perfectum inuenitur.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd consequentia est optima formaliter: & quòd si substantialitas in sua abstractione subsisteret, non esset nisi vna, nec compateretur graduum diuersitatem. a 112 Sed argumentum fallitur, quoniam de substantialitatis subsistere æquiuocat: dupliciter enim contingit. Vno modo, quòd ex sua perfectione quam dicit præcidẽdo ab omni mixtione imperfectionis, sic abstracta subsistat: & hoc modo, vt dictum est, non est nisi vna. Alio modo, vt admixtum habet aliquid imperfectionis ex eius per se differentiis diuisiuis, quales sunt omnes differentiæ in genere substantiæ: & sic procedit obiectio. Et ideo non est contra propositum. Habet autem sola ista perfectio simpliciter, scilicet substantialitas vtrunque modum subsistendi possibilem: quia omnes differentiæ & modi per se illius constituunt substantiam aliquam in aliquo esse substantiali, & consequenter subsistente.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

Cõmenta. ¶In corpore articuli quatuor facit. Primo proponit conclusionem responsiuam, scilicet quòd neque actio angeli, neque actio alicuius creaturæ, est eius esse, Secundo distinguit duplex genus actionis, scilicet immanentis & transeuntis. Tertio probat conclusionem propositam, quo ad actionem transeuntem. Quarto quo ad actionem immanentem. Et medium quidem assumptum ad probandum de actione transeunte est: quia est effluxus ab agente in actum, esse autem significatur, id est, est res significata intra ipsum agens: vt etiam significatio ostendit. ly enim significatur, ex parte rei se tenet, & non tantum ex parte modi significandi. De actione autem immanente medium est: quia actio immanens est infinita simpliciter vel secundum quid, id est in aliquo genere: esse autem cuiusque rei, est finitum & determinatum ad certum genus, & ad certam speciem rei, scilicet cuius est: ergo non sunt idem. Maior declaratur distinguendo, duplex genus actionis immanentis: alterum pertinens ad partem intellectiuam, alterum ad partem sensitiuam. Primum enim est infinitum simpliciter, quia obiectum eius ad omnia se extendit. Secundum vero est infinitum secundum quid: quia obiectum eius ad quasdam tantum species se extendit, & omnia clara sunt in litera.

Annota. ¶Circa hanc rationem aduerte, quòd operatio immanens dupliciter sumi potest, scilicet in communi, puta intelligere, videre, &c. Et in speciali, seu contracte ad tale vel tale subiectum, puta intelligere humanum, videre bouinum: &c. In proposito non est sermo de istis in communi, quia sic non esset differentia inter eas, & esse in communi: sed est de eis sermo vt contractæ sunt ad subiecta. Ita quòd intendit quòd quia esse humanum est certæ speciei, intelligere vero humanum, non: sed est infinitum. ideo non sunt idem. Aduerte secundo, quòd determinari seu esse in aliqua specie contigit dupliciter, vno modo per accidens, seu intrinsece. Alio modo per se, & intrinsece. In proposito non est sermo de specificatione extrinseca, seu per accidens: quia hæc ratio nihil valeret, vt patet discurrenti facillime. Sed de specificatione intrinseca & essentiali, ita quòd intendit, quòd quia esse humanum est essentialiter determinatum ad speciem hominis, intelligere vero humanum non est essentialiter in specie hominis, sed essentialiter potest specificari ab omnibus speciebus entis seu veri: ac per hoc est infinitum & indeterminatum simpliciter, ideo non sunt idem. & simile est in aliis. Et ex hoc patet quam conformiter S. Tho. dixerimus in præcedenti articulo, non admittendo intelligere esse speciem atomam. Si enim esset perfectio indiuisibilis, formaliter iam esset determinatum ad certam speciem essentialiter super cuius opposito fundatur hæc ratio.

¶Circa fundamẽtum huius rationis dubium est: quia duplex credi potest, scilicet vel hoc. Quorumcunque sunt diuersæ essentiales differentiæ specificæ, illa diuersæ sunt res: Vel hoc, Ea quorum alterum est certæ speciei, alterum vero ad plures species essentialiter determinari potest: sunt diuersæ res. Et si quidem prima propositio fundamentum huius rationis est, concedere oportet omnes

distinctionem formalem & specificam esse realem: quod nec à Thomistis tenentibus relationem esse idem fundamento acceptatur. Nec videtur consonum doctrinæ S. Thomæ, quoniam sicut bonum distinguitur formaliter ab ente, ita species boni & differentiæ per se boni à speciebus & differentiis entis distinguuntur formaliter, & tamen sunt idem realiter. Si vero propositio hæc falsa dicatur, & super secunda propositione fundetur processus iste, redit rursus ambiguitas similis, & forte maior. Tum quia secunda propositio nõ differt à prima nisi penes vnũ.
262 Quoniam in prima alietas tantum specificarum differentiarum enuntiatur causa distinctionis realis. In secunda vero alietas & pluralitas, quia scilicet ex vna parte est vna differentia constituens, ex alia vero parte sunt plures differentiæ specificæ. sic enim se habent esse humanum & intelligere: difficile autẽ valde videtur vnde exeat
277 pluralitas differẽtiarum
1. q°. 77. aliarum, quòd faciat di-
arti. 1. cor. stinctionem realem à re
& q. 79. vnius alius differentiæ,
artic. 1. si vnitas alius differentię ad hoc nõ sufficit. Quoniam pluralitas ista nihil aliud operatur, nisi quòd id cui conuenit, se habeat vt natura generica, quemadmodum vnitas differẽtiæ facit ꝙ res cui conuenit se habet vt natura specifica. Nec apparet ratio aliqua quare res vnius speciei nõ possit esse idem cum re naturæ genericæ alterius ordinis si potest esse idẽ cum re naturæ specificæ alterius ordinis. Tũ quia
261 nec propositio potest ac-
262 ceptari à prædictis Thomistis, quoniam albedo est vnius certæ speciei: relatio autem quæ ponitur identificata illi ad multas indifferens est species, quoniam diuiditur in relationẽ similitudinis & dissimilitudinis, &c. Et confirmatur, quia cuicunq; non repugnat pluralitas differentiarum specificarum, illi nec repugnant magis tres quã quatuor aut decem differentiæ. Et propterea si vna res esse potest, & tamen esse in duabus speciebus, non minus vna res esse poterit, & esse in omnibus speciebus vnius generis.

¶Ad hoc dubium dicitur, quòd processus San. Tho. directe & proxime super secunda propositione fundatur, absque primæ tamen negatione: ita quòd proximum fundamentum est hæc propositio. Determinatum essentialiter secundum esse specificũ nõ est res determinabilis essentialiter per plura esse specifica. Quæ propositio videtur esse per se nota, alioquin vnamet res esset essentia completa formaliter vltimo complemẽto formali. Et non esset completa vltimo complemento formali, quòd implicat contradictoria simul. Et licet non referat an res ponatur determinabilis per vnum esse specificum, aut per plura, quemadmodũ natura generica per plura specificatur. Sequuntur tamen plura impossibilia tam ex secundo, quàm ex primo. Quoniam si ponitur quòd res specifica vnius ordinis est identice res specifica alterius ordinis, non sequitur nisi hoc, ꝙ terminatũ essentialiter vltima determinatione formali, est determinabile essentialiter alia determinatione formali: & sic esset determinatũ vltimate, & non determinatum vltimate. Si vero ponitur quòd res specifica vnius ordinis est identice res generica alterius ordinis præter prędictum inconueniens sequuntur duo alia, scilicet quòd determinatum formaliter vltima determinatione esset natura formabilis essentialiter multis differentiis. Et quòd essent duæ naturæ oppositæ, quia esset idem cum duabus differentiis extremis diuidentibus rem illam genericam. Sicut si superficies esset natura coloris, sequeretur quòd vna & eadem superficies esset albedo & nigredo. Quia omnis superficies esset identice color, ac per hæc superficies esset non solũ talis color, puta albedo: sed esset identice omnis color, quod implicat contradictionẽ. Sicut si quis poneret colorem significare vnum numero, & tamen esse genus. Ex hoc patere potest, quòd quãuis ambæ propositiones verę forte sint, ad propositũ tamen non spectant de necessitate. Nisi illæ quæ de identitate & distinctione inter rem specificam & rem genericam alterius ordinis loquuntur, quæ habent maiorem euidentiam.

¶Vnde ad obiectiones in oppositum nihil aliud puto esse dicendum, nisi quòd sermo præsens limitandus est duabus vel tribus conditionibus. Prima est quòd hic loquimur de differentiis realibus, id est addentibus aliquam rationẽ realem. Et per hoc excluduntur obiectiones de bono & sibi similes: quoniam non addunt rem realem, sed relationem rationis tãtum. Secunda est quòd loquimur de identitate per se, quoniam per accidens excluditur ab arte. Et per hoc excluduntur imaginationes eorum qui loquũtur in aëre, fingentes aliqua esse eadem realiter, & eandem rem esse essentialiter determinatam vltima differentia: & determinabilem alia vltima differentia alterius ordinis, hoc enim per se loquendo non est intelligibile. Per accidens autem dato quòd non implicaret contradictionem, nulla tamen ratione tale per accidens poni videtur, quoniam natura quantum possibile est, horret per accidens, & ad per se semper intendit. Tertia conditio est ab illis apponenda, qui relationẽ tenent idem cum fundamento, scilicet quòd sermo præsens est de absolutis. Sed aduertant qui hanc apponunt tertiam conditionem, quomodo prædicta inconuenientia, & maxime tertium possint euadere, quum prædicta non gratia materiæ absolutæ vel respectiuæ, sed ex rationibus vltimæ differentiæ generis & speciei, quæ communia sunt absolutis, & respectiuis deducta sint.

distinguit diuersos gradus viuentium secundum diuersa opera vitæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd ipsa essentia angeli est ratio totius sui esse, non autem est ratio totius sui intelligere, quia non omnia intelligere potest per suam essentiam [c]. Et ideo secundum propriam rationem inquantum est talis essentia, comparatur ad ipsum esse angeli. Sed ad eius intelligere comparatur secundum rationem vniuersalioris obiecti, scilicet veri vel entis. Et sic patet quòd licet sit eadem forma, non tamen secundum eandem rationem est principium essendi & intelligendi. Et propter hoc non sequitur quòd in angelo sit idem esse & intelligere.

ARTICVLVS III.

¶An potentia intellectiua angeli, sit eius essentia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd virtus vel potentia intellectiua in angelo nõ sit aliud quam sua essentia. Mens enim & intellectus nominatur potentia intellectiua. Sed Diony. in pluribus locis suorum librorum nominat ipsos angelos intellectus & mentes. Ergo angelus est sua potentia intellectiua.

¶Præterea, Si potentia intellectiua in angelo est aliquid præter eius essentiã, oportet quòd sit accidens. Hoc enim dicimus esse accidens alicuius quod est præter eius essentiam. Sed forma simplex subiectum esse non potest vt Boëtius dicit in libro de trinitate. Ergo angelus non esset forma simplex: quod est contra præmissa [c].

¶Pręterea, August. dicit 12. confes. quòd Deus fecit angelicam naturam prope se, materiam autem primam prope nihil. Ex quo videtur quòd angelus sit simplicior quam materia prima, vtpote Deo propinquior. Sed materia prima est sua potentia. Ergo multo magis angelus est sua potentia intellectiua.

¶SED CONTRA est quod Dionys. dicit 2. capit. angelicæ hierar. quòd angeli diuiduntur in substantiam, virtutem, & operationem. Ergo aliud est in eis substãtia, & aliud virtus, & aliud operatio.

CONCLVSIO.

¶Cum esse cuiuslibet creaturæ distinctum sit ab ipsa sua operatione, omnis quoque creatæ substantiæ potentiam ab essentia distinctam esse necesse est.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd nec in angelo, nec in aliqua creatura virtus vel potentia operatiua est idem quod sua essentia. Quod sic patet. Cum enim potentia dicatur ad actum, oportet quòd secundum diuersitatem actuum sit diuersitas potentiarum. Propter quod dicitur, quòd proprius actus respondet propriæ potentiæ. In omni autem creato essentia differt à suo esse, & comparatur ad ipsum sicut potentia ad actũ, vt ex supra dictis patet [c]. Actus autem, ad quem comparatur potentia operatiua, est operatio. In angelo autem non est idẽ intelligere & esse: nec aliqua alia operatio aut in ipso his, aut in quocunque alio creato est idem quod eius esse. Vnde essentia angeli non est eius potentia intellectiua [c], nec alicuius creati essentia est eius operatio, aut potentia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angelus dicitur intellectus & mens: quia tota eius cognitio est intellectualis. Cognitio autem animę partim est intellectualis, & partim sensitiua.

¶Ad secundum dicendum, quòd forma simplex, quæ est actus purus, nullius accidentis potest esse subiectum: quia subiectum comparatur ad accidens, vt potentia ad actum. Et huiusmodi est solus Deus. Et de tali forma loquitur ibi Boëtius. Forma autem simplex, quæ non est suum esse, sed comparatur ad ipsum vt potentia ad actum, potest esse subiectum accidentis [c]: & præcipue eius quod consequitur speciem. Huiusmodi autem accidens pertinet ad formam. Accidens vero quod est indiuidui non consequẽs totam speciem, consequitur materiã, quæ est indiuiduationis principium. Et talis forma simplex est angelus.

¶Ad tertium dicendum, quòd potentia materiæ est ad ipsum esse substantiale [c], & non potentia operatiua, sed ad esse accidentale. Vnde non est simile.

¶Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum tertium.

Annota.

In titulo notandum est quòd cum potentia sit principium actiuum, vel passiuũ operationis, duo in se claudit, scilicet relationẽ principij, & rem absolutam, quæ est proxima ratio agẽdi vel patiendi. Hic non est quæstio de relatione, sed de re absoluta. Ita quòd sensus tituli est, vtrum potentia non pro respectu, sed pro re absoluta, quã significat: sit idem cum substantia angeli.

Commen.

¶In corpore vnica est conclusio responsiua negatiue, & est vniuersalis, tam de angelo, quàm de quacunque creatura, scilicet nulla virtus operatiua siue angeli, siue cuiuscunque creaturæ est eius substãtia. Et probatur sic. Nullius creaturæ esse est sua operatio, ergo nullius creaturæ substantia est sua potentia operatiua. Antecedens patet ex præcedente articulo: consequẽtia vero
deducitur, quia secundũ 377
diuersitatem actuum o- 17
portet esse diuersitatem 234
potentiarum propriarũ. 261
quia vnusquisque actus
proprius respõdet propriæ potentiæ: sed operatio & esse sunt actus
diuersi, quorum proprię 299
potentiæ sunt substantia & vis opatiua, ergo substantia & potentia operatiua sunt diuersæ.

Quæstio.

¶Num ex actuum diuersitate diuersitas inferatur in potentijs, & quomodo ex hoc sequi valeat distinctio potentiæ ab essentia.

¶Circa rationem prædictam, ex multis capitibus occurrit dubium. Et primo in illa propositione, diuersitas actuum exigit diuersitatem potentiarum. Aut enim est sermo de diuersitate absolute, aut tali. Si absolute, nil concludit. Quia distinctio in principiatis non infert distinctionem in principiis, nisi forte distinctionem formalem potentiarum, quæ non sufficit proposito. Si de tali, aut de formali, & sic etiam non infert propositum. Aut de reali, & sic est falsa manifeste, quia cum diuersitate realium actuum stat vnitas potentiæ, vt patet in potentia visiua: & aliis, imò cum contrarietate reali actuum, vt patet 2. cæli. commen. 18. Rursus, aut est sermo de omni actu, aut de tali: si de omni, manifeste sequitur processus in infinitum, quoniam ipsa potentia operatiua actus quidam est apud te: cum accidens ponatur & subiectiue in anima. Et sic si vnusquisque actus exigit propriam potentiam, præerit alia potentia prior: & cum illa quoque esset actus quidam præexigeret aliam priorem, & sic in infinitum. Si vero de actu tali, non facile erit assignare qualis sit. Si enim dicitur, quòd est sermo de actibus vltimatis, deprehenditur quòd hic est fuga quædam, ex eo, quia sic actus vltimatus inquantum actus vltimatus est, haberet hanc proprietatem, scilicet exigendi potentiam propriam. Sed hoc est falsum: quoniam vt patet in 12. metaphysic. & secundo de anima. & tertio physic. quilibet actus qui per se fit, fit in propria potentia. Constat autem quòd non omnis actus qui est per se terminus actionis, alius est actus vltimatus, quoniam omnis forma accidentalis absoluta ad aliquam operationem ordinatur. Si vero dicitur, quòd est sermo de actu tali, id est de actu per se expectato ab eo cuius est actus, deprehenditur falsum hoc esse, ex dicto Sancti Thomæ hic subsumentis sub istis propositionibus, quòd esse est talis actus respectu essentiæ. Constat enim quòd essentia non expectat esse. Nec aliquid mediat fieri ad coniungendum talem actum tali potentiæ: sed eadem generatione generantur & corrumpuntur. Est & tertia ratio dubitandi, ex propositionibus subsumptis, scilicet essentia est propria potentia respectu esse, & potentia operatiua respectu operari. Si enim hæ propositiones veræ sunt cum antedictis, manifeste sequitur quòd quemadmodum operari & esse distinguuntur semper formaliter & realiter: ita etiam semper omnis essentia distingueretur realiter ab omni operatiua potentia: quod implicat contradictionẽ. Tum quia nulla essentia alicuius formæ accidentalis esset potentia operatiua. Et sic calor non esset potentia calefactiua. Tum quia nulla potentia operatiua haberet esse: quia non esset essentia.

Quæstio.

¶Num substantia creata possit esse immediatum principium operationis.

¶Circa conclusionem ipsam multę sunt dubitationes & obiectiones, cùm ponit, quòd nulla substantia creata est immediatum principium alicuius operationis. Quoniam aut vniuersaliter intelligit de principio tam actiuo quàm passiuo, aut de actiuo tantum. Si de vtroque, sequitur quòd substantia nullius transmutationis subiectum proximum esse potest. hoc autem est inconueniens. Tum quia oppositum apparet in materia prima. Tum quia hoc saluari non potest, nisi ponendo

ponendo in omni substantia quædam accidentia potentialia congenita ipsi substantię: quibus mediantibus esset transmutabilis diuersis transmutationibus: hoc autem voluntarium & irrationabile. Quia pluralitas non est ponenda sine necessitate. Natura enim facit ex paucioribus quantum potest, vt patet primo physicorum. Si autẽ est sermo de principio actiuo tãtum, sequitur quòd supponatur hic, omnes potentias partis sensitiuæ & intellectiuæ
179 esse actiuas, eo quòd sunt potentiæ operatiuæ. Et tamen in secũdo de anima manifeste dicit, sensus esse potentias passiuas, & similiter intellectum possibilẽ in tertio eiusdem. Deinde contra hoc sunt obiectiões Sco. in 2. dis. 16. & in 4. di. 12. Et primo arguit sic: ordinatũ ad finem quanto imaginatius ordinatur ad illum, tanto nobilius ordinatur. substantia creata nobilissimo modo ordinatur ad finem per operationem attingendum. ergo immediate operabitur. Et confirmatur: quia operari immediate conuenit formę ignobiliori, scilicet accidentali, & formæ nobiliori, s. deitati: ergo conuenit etiã formæ mediæ, scilicet substantiali creatæ. Et confirmatur secundo, quia alioquin substantia intellectualis esset beata per accidens, quod est incõueniens. probatur consequentia: quia esset subiectum beatitudinis per receptiuum medium, in quo reciperetur beatitudo si esset separatũ à substantia. Secundo sic: substãtiam oportet produci à substantia, etiam tanquã à principio quo agens agit, ergo substãtia est principium actiuum vt quo: quod nihil aliud est quã potentia actiua. Et confirmatur hoc, quia apud te forma in qua genitũ assimilatur generanti, est ratio & principium generandi. ergo potentia generatiua in quacunq; substantia, est substantia. Et si dicatur concedendo, quòd substantia est principiũ actiuum qua operationis & generationis non proximum, sed primum, vt dicitur in diffinitione naturæ, & quòd potentia operatiua nominat principium proximũ. Contra hoc multipliciter obiicitur. Tum quia negari nõ potest quin substantia sit immediatum principium talis potentiæ operatiuę, quã ponis esse accidens. Tum quia negari etiam non potest quin substantia sit immediatum principium substantialis productionis. Quoniam autẽ substãtialis productio elicitur immediate à forma substantiali, vel à forma accidentali. Si à substantiali, habetur intẽtum: si ab accidentali aut virtute propria, & hoc non: vt de se patet. Aut virtute substãtiæ, quia est eius instrumentũ, & hoc esse etiam falsum declaratur quadrupliciter. Primo, quia instrumentũ apud te non mouet nisi motum à principali agẽte: ergo aliqua est operatio substantiæ, quæ mouet accidens ad agẽdum, quod est principale intentum. Secundo, quia causa principalis & instrumẽtalis sunt, s. ordinatæ essentialiter sicut superior & inferior. Constat autem, quòd causa superior prius natura attingit effectum, quàm inferior. Et si est naturalis, quicquid vel quantũ potest, prius naturaliter agit quàm inferior. In illo ergo priori producta est substantia immediate à substantia. Et consequenter in secundo signo naturæ, in quo terminatur actio causę secũdaria, non producitur substãtia nisi idẽ producatur. Tertio, quia quo instrumentũ non se extendit, illuc oportet principalis agentis actionẽ pertingere. Sed actio accidentis non attingit nudæ materiæ primæ essentiam: ergo generationẽ substantialem quę in ea fit à substantia immediate, elici oportet. Quarto, quia quum dicitur accidens causare substantiã in virtute substantiæ, ly in virtute: aut addit aliquid absolutũ, aut respectiuum. Si absolutum, cum illud sit accidens, eadem quæstio erit. Si respectiuũ, manifeste patet, quòd ex respectu superaddito, accidens non potest facere substantiã, quoniam relatio non largitur virtutem actiuã: & etiam illa relatio esset accidens. Tum quia non potest negari quin substantia in suo ordine sit immediatũ principium alicuius propriæ operationis, vt patet ex ratione causæ superioris principalis, vt diximus. Et confirmatur, quia quamuis Deus apud philosophos non causet nisi mediantibus causis secundis, tamen ipse est immediata causa ꝓpriæ operationis in suo ordine: ergo similiter se habebũt substantia creata, & forma accidẽtalis: dato quòd non causet nisi mediante accidẽte. Tertio arguitur ducendo ad impossibile: quia sequeretur quòd posset fieri per diuinam potentiam substantia intellectualis sine intellectu, & econuerso: quia omne absolutũ prius potest fieri sine alio absoluto distincto realiter à se. Et si dicatur, quòd hoc nõ potest fieri propter necessariã connexionem inter ea, ex hoc magis habetur intentum propter duo. Primo, quoniam ista connexio attenditur non secũdum connexionẽ potentiæ ad actum. Quia omnis potentia est potentia contradictionis, vt dicitur 9. meta. tex. 17. sed secundũ connexionem causæ actiuæ naturaliter ad suum effectum. vnde & apud te potentiæ fluunt ab essentia, ergo substãtia est immediate actiua: quod est principale intentum. Secundo: quia cũ Deus possit supplere vicẽ omnis causæ extrinsecæ, quantumcunq; talis cõnexio videatur necessaria, poterit tamẽ Deus facere vnum sine alio. Quarto arguitur ex confessis & experientia. Fatemur in primis ꝙ angelus intelligit substantiam propriam per se ipsam. igitur essentia angeli est proximũ principium intellectionis. Experimur quoque, quòd aqua calefacta frigefit à se ipsa: ergo propria substantia est principium proximum frigefactionis.

¶Ad euidentium præsentis materiæ, notandæ sunt aliquæ distinctiones. Prima est de actu. Quidã est adæquatus potẽtiæ: vt intelligeretur respectu intellectus, & videre respectu visus. Quidam vero inadæquatus, vt tale intelligere, puta intelligere bouẽ, & tale videre, puta album. In proposito est sermo de actibus adæquatis tantum: quoniã de talibus tantũ verificatur, quòd potentiæ distinguuntur per actus. Secũda est de graduatione rerum. Quædã enim res sunt, quæ primaria intentione intenduntur à natura vt actus. Quædã vero vt potentiæ: quãuis contingat res intentas vt actus habere, aliquid potentiæ admixtũ. Et similiter res intentas vt potentias, habere aliquid actualitatis admixtum. Et illæ quidẽ sunt per se primo & essentialiter actus: & per hoc simpliciter locantur in coordinatione actuum. Istæ vero sunt per se primo & essentialiter potẽtiæ. Et cõsequenter simpliciter locantur in ordine potentiarũ: ita ꝙ imaginandũ est, ꝙ quemadmodũ in genere substantiæ est inuenire quasdã res à natura intentas per se primo, vt principia aliorũ sint, ita in quolibet genere sint quædã res per se primo intentæ à natura, vt principia proxima aliorũ. Et si ita est, ex hoc habetur tertia distinctio actus & potentiæ, quia vterq; est duplex. Actuum enim quidã est per se primo actus & secundario potẽtia. Quidã vero econuerso. Et similiter potentiarũ quædã est per se primo potentia, & secũdario actus. Quædã vero econtra. Quãuis in his sit latitudo quædam: quoniã potentiæ passiuæ sunt actus tantũ modaliter pro quanto subiectis inhærẽt aliquæ earũ: habent enim ex hoc quendã actus modũ. Potentiæ vero actiuæ actus quidem sunt, sed tales, quòd sunt essentialiter intenti: & ad hoc producti in natura, vt principia operationũ sint. Et propter hoc in genere principiorum essentialiter locatur. In proposito ergo sermo est de actu per se primo intento in ratione actus, & de potẽtia per se primo intento in ratione potentiæ. Quòd autẽ dentur in natura tales res, specialẽ quæstionẽ exigeret. In proptu tamen apparet rationabiliter eas poni posse. Quandoquidẽ habitus omnes practici, vt docuit Arist. in Ethic. res tales sunt. Quoniã ad nihil aliud sunt nisi ad operari.
Similiter formalia signi-
ficata potentiarũ animæ 377
ad nihil aliud sunt nisi ad operari. His præsuppositis ad obiectiones cõtra rationem S. Tho. factas, respõdetur quòd præsens sermo est de diuersitate reali non quacunque, sed formali non
quorumcunq; actuũ, sed 377
adæquatorum, & per se primo intẽtorum in ratione actus: talis enim diuersitas totalis potentiarũ diuersitatẽ exigit: non à posteriori, sed à priori inferens eam: quoniã actus adæquatus est finis potẽtiæ: & ex secundo phy. expresse patet, ꝙ ex fine assignare rationem & conditionẽ eius, quod est ad finẽ, est reddere causam à priori, imò potissimã causam in rebus naturalibus: quia naturalia sunt propter finẽ. Et propterea argumentũ illud, distinctio in principiatis non arguit distinctionẽ in principiis, sophisma est accidẽtis. Quoniã actus potẽtiarũ non in eo quòd effectus, sed in eo ꝙ fines potẽtias distinguũt. Ad id vero quod obiicitur contra propositiones subsumptas: dicitur quòd (vt patet ex verbis S. T. in responsione ad vltimũ argumentũ) esse hoc nõ sumitur vniuersaliter: prout est cõmune quid ad actũ primũ substãtialẽ & accidẽtalẽ, sed pro esse substãtiali tantũ. Et ratio est: quia hic sumitur vt totaliter distinguitur contra esse quod datur per operari. Tale autẽ nõ est esse accñtale: quia operari est quoddã accidẽtale esse habere. Et ideo nõ est mirũ, si forma accñtalis proximũ principiũ essendi & operãdi est: quia & esse eius, & operari eiusdẽ, est quoddã esse accidentale. Non sic autẽ se habent operari & esse substantiale, vt de se patet: quia illud est substantia, & hoc accidens.

¶Ad obiectiões cõtra conclusionẽ ordinate dicẽdo, respondetur: ꝙ sermo præsens proprie loquẽdo est tantũ de potẽtia operatiua, siue actiue, siue passiue operari dicatur: modò ibi vera operatio sit. Et per hoc excluduntur omnes potẽtiæ puræ receptiuæ, i. quæ nõ media aliqua operatione aliquid habẽt ad actũ. qualis est potentia subiecti respectu propriæ passionis, & vniuersaliter respectu eorũ quæ per se cõgenita sunt rei. Vnde nõ videtur incõueniẽs ponere potẽtialitates tales cõgenitas substãtiis rerũ. Nec multiplicatur entia sine necessitate. Quoniã vt patet 12. met. in tex. 26. & 28. in quolibet genere est dare propriã potẽtiã, & propriũ actũ, quæ sunt vt principia illius generis. Ex hoc enim sequitur manifeste, ꝙ oportet alterum duorũ dicere. Aut ꝙ substãtia sit reductiue in aliis generibus, vt potẽtia reducitur ad genus actus. Aut ꝙ dentur istæ potẽtiæ cõgenitæ. Et cũ primũ sit incõueniẽs, vt etiã ipse Sco. fatetur, oportet dicere secundũ. Neq; potest ad illum tex. Aris. respõderi: ꝙ loquitur de potẽtia obiectiua: quoniã expresse loquitur de potẽtia & actu, vt principia sunt eius quod est in genere. Cõstat autẽ ꝙ potẽtia obiectiua principiũ nõ est rei, imò est res ipsa, vt possibilis est esse. Ad id vero quod de potẽtia materię obiicitur, patet responsio à S. T. intẽdẽte, ꝙ potẽtia materiæ est ad esse substantiale nulla mediate operatione, quæ sit vere operatio, ac per hoc accidẽs inter ipsam materiã & formam substãtialẽ: quoniã in instanti generationis, nulla res est in materia, nisi forma substantialis, cũ consequentibus ad ipsam.

¶Ad primã autẽ rationẽ Sco. dicitur ꝙ esse principiũ operationis cõtingit tripliciter, s. vel proximũ tantũ: vel principale tantũ, vel proximũ & principale simul. & ꝙ elicere operationẽ vel principiũ ꝓximũ tantũ, est imperfectionis: quia oportet esse de genere accidẽtis. Elicere vero operationẽ vt ꝓximũ & principale simul, est summę pfectionis, quia ponit in re pfectionẽ substãtiæ & accidẽtis. Elicere vero vt principale tantũ, mediũ est, & ꝓpterea rationabiliter cõuenit substãtiæ creatæ, quæ media est inter Deũ & accidẽtia. Vnde ad primũ dicitur, ꝙ substãtia debet ordinari ad finẽ nobilissimũ, modo possibili tñ. Immediato autẽ per exclusionẽ potẽtiæ mediæ, est modus impossibilis substãtiæ creatę. Et per hoc patet ad primã cõfirmationẽ, quia s. ratione nimiæ pfectionis quã haberet, repugnat substãtiæ creatæ, esse ꝓximũ principiũ operationis, quando esset proximũ & principale simul.

¶Ad alteram vero cõfirmationem (si non velimus abuti vocabulis) negatur consequentia: quoniã operari mediante virtute propria, vt quo, non est operari per accidens. Et ad probationẽ negatur, ꝙ beatitudo comparetur ad potentiam substantiæ intellectualis: & ad ipsam substantiã intellectualẽ, vt color ad superficiem & substantiã corpoream. Ita ꝙ quemadmodũ color confirmaret superficiem si esset separata à corpore, ita beatitudo potentiã si esset separata à substãtia. Dico enim ꝙ ista cõditionalis est falsa: quoniã beatitudo est essentialiter operatio vitalis, quã non est intelligibile esse nisi viuentis. Tum etiam quia beatitudo non potest esse nisi in beato. Non potest autẽ fingi quòd potẽtia separata esset beata quemadmodum superficies esset colorata. Vnde non solum antecedẽs & consequens illius conditionalis sunt impossibilia, sed etiam conditionalis ipsa.

¶Ad secundam rationem Sco. conceditur, substantiã oportere fieri à substantia, tanquam à causa principali, non autẽ proxima. Et ad primam instãtiam de causatione accidẽtis à substantia, dicitur ꝙ nullum accidẽs causatur à substantia immediate per operationẽ mediam. Cum hoc tamen stat ꝙ multa accidẽtia consequuntur substantiã & in genere causæ effectiuæ, & materialis per modũ naturalis sequelæ. Et hoc modo substantia est causa suarum passionum & potentiarũ.

¶Ad instantiam vero de propria causalitate causæ principalis & superioris dupliciter dici potest. Primo negando, quòd substantia & sua potentia operatiua sunt proprie loquendo causa principalis & instrumentalis, superior & inferior. Et propterea obiectiones non habẽt locum. Et potest esse ratio negationis. quòd substantia & potentia operatiua concurrunt, non vt duæ causæ, sed vt causa, & quasi conditio causæ. Secundo potest dici admittendo quòd se habeant non vt causa superior & inferior, sed quodammodo vt principalis & instrumentalis. Et quòd instrumentum est duplex coniunctum & separatum. Et rursus inter instrumenta coniuncta datur latitudo: quoniam calor & potentia augmentatiua, coniuncta instrumenta animæ dici possunt, potentia tamen magis coniunctum instrumentum est. Nec opus est omne coniunctum instrumentum moueri à principali, sed operari principaliter concurrente ad illud operari principali agente: quoniam sic large accipiendo instrumentum hanc sufficit habere instrumenti conditionem. Vnde non oportet obiectis aliter respondere supponentibus substantiam & potentiam operatiuam se habere vt duas causas.

¶Ad id tamẽ quod tangitur de proximo principio elicitiuo generationis substantialis dicitur ꝙ secundũ rem generatio substantialis instantanea non est operatio aliqua, sed est terminus generationis transmutantis materiam vsque ad hoc.

Vnde non

Vnde non oportet quærere aliud illius principium, sed illud idem quod in toto tempore præcedente generabat, in instanti vltimo illius temporis generat terminando actionem suam.

¶Et cum quæritur quomodo alteratio aut quodcunq; accidens virtute substantiæ, substantiã faciat: quid est illa virtus? breuiter dico dupliciter dici posse. Primo à quibusdã dicitur, quòd est res quædam intentionalis eo modo, quo intẽtio coloris dicit esse in aëre: & quòd licet sit accidẽs secundũ esse, est tamẽ causaliter substantia: non vt principalis causa, sed vt vis quodãmodo instrumẽtalis, quã cõstat posse esse imperfectiorẽ effectu: vt patet de formis seminũ, & approbat 12. meta. tex. 40. Secundo dicitur, q accidens ipsum ex hoc ipso quòd est coniunctũ substantiæ tali, est eius organum coniunctũ; & est ipsius virtus, nec oportet aliam superaddere virtutem. Et hoc puto verũ in his quę non sunt vera instrumẽta: sed ipsum & substãtia sunt vna causa.

278 21. con. ca. 96, ratione 6.

¶Ad tertiã rationẽ dicitur primo: q illa propositio absoluta, realiter distincta sũt separabilia ab inuicem, est falsa, etiã in doctrina sua; quia partes essentiales simul sumptę apud ipsum, distinguuntur realiter à toto: & tamẽ nõ posset alterũ sine altero fieri. Deinde dicitur, quòd cõnexio necessaria inter substantiã & eius potentiam: dato q esset ex causalitate actiua, non tamen infert substantiã esse immediatum principiũ alicuius operationis, vt patet ex dictis, non infert etiã q Deus possit eas separare quia potest supplere vicẽ causæ efficiẽtis: quoniam hoc intelligitur de efficiente proprie, scilicet per operationem mediam. Tale autem non est substantia respectu suæ passionis, vt ex dictis iam patet.

¶Ad illud quod obiicitur de essentia angeli, dicitur quòd substantia angeli non est elicitiuum principium intellectionis, sed potẽtia. Et quamuis substantia absque media specie intelligibili ad intellectionem concurrat: non tamen concurrit vt eliciens, sed vt fons intellectus in actu respectu sui: vt infrà patebit.

¶Ad vltimum vero de frigefactione aquæ calidę, dupliciter dicitur. Primo quòd principium illius frigefactionis est forma mediante frigiditate quæ, in aliquo gradu in ea remansit: quoniam non potest totaliter ab ipsa expoliari. Nec obstat quòd frigiditas illa sit minor caliditate introducta. quamuis enim sit minor formaliter, est tamen maior radicaliter, seu virtualiter, propter formam substantialem propriam eius radicem, cuius est virtus & proprietas. Cõtingere autem potest totum quodamodo pati à toto propter contrarietatem qualitatum actiuarũ in toto existentium in continua pugna. Secundo dicitur, & melius, quòd frigescit per se à generante, & à forma propria per modum tantũ sequelæ: eo modo quo graue grauitando frangit prohibẽs ipsum descendere, & deorsum mouetur. clarum est enim quòd vt ad formam grauis geniti extra locum suum naturaliter sequeretur motus deorsum, nisi aliquid prohiberet: ita ad formam aquæ sequitur esse frigidum in tanta perfectione. Et si impediatur à tanta perfectione, sequitur, remoto prohibente, frigefactionis motus. Et quemadmodum graue grauitando vincit prohibens quandoque: ita frigidum frigendo vincit calidum prohibens. Quando calidum illud ab agente, illud fouente destituitur. Et rursus vt graue sequitur motus deorsum mediante grauitate: ita aquam frigefactio mediante frigiditate illa, à qua non est denudabilis. Quòd autem altero istorum modorum, qui valde propinqui sunt, fiat, ex hoc patet, quia nisi sic dicatur, oportebit recurrere ad causas extrinsecas, puta ad continens: sed hoc non potest rationabiliter dici. Tum quia aqua efficitur frigidior cõtinente. Tum quia si circunscriberetur continens, aut poneretur neutrale: nihil minus aqua calida frigefieret: cuius signũ euidens est, quia aqua calida posita in continente non calido tepescit. Vnde continens, & quęcunque alia causa extrinseca, non potest poni nisi causa per accidens, vt remouens prohibens.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum in angelo sit intellectus agẽs & possibilis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q in angelo sit intellectus agens & possibilis. Dicit enim Philosophus in 3. de anima: quòd sicut in omni natura est aliquid quo est omnia fieri, & aliquid quo est omnia facere, ita etiã in anima. Sed angelus est natura quædam. Ergo in eo est intellectus agens & possibilis.

¶Præterea, Recipere est propriũ intellectus possibilis: illuminare autem est proprium intellectus agentis: vt patet in 3. de anima. Sed angelus recipit illuminationem à superiori, & illuminat inferiorem. Ergo in eo est intellectus agens & possibilis.

¶SED CONTRA est, quòd in nobis intellectus agens & possibilis est per comparationem ad phantasmata. Quæ quidem comparantur ad intellectũ possibilem vt colores ad visum, ad intellectum autem agentem vt colores ad lumen, vt patet ex 3. de anima. Sed hoc non est in angelo. Ergo in angelo non est intellectus agens & possibilis.

CONCLVSIO.

¶*Cum non sint Angeli in potentia quãdoque ad sua intelligibilia, sed in actu, quæ ex se sunt ab ipsis primo intelligibilia: nullum in illis intellectum agentẽ, vel possibilem ponere oportet, nisi æquiuoce.*

¶RESPONDEO dicendũ, q necessitas ponendi intellectum possibilem in nobis fuit propter hoc, quòd nos inuenimur quãdoque intelligentes in potentia & non in actu. Vnde oportet esse quandam virtutẽ, quę sit in potẽtia ad intelligibilia ante ipsum intelligere, sed reducitur in actum eorũ, cum fit sciẽs, & vlterius cum fit considerans. Et hæc virtus vocatur intellectus possibilis. Necessitas autẽ ponẽdi intellectũ agentẽ fuit, quia naturæ rerum materialium, quas nos intelligimus, non subsistunt extra animã immateriales & intelligibiles in actu, sed sunt solũ intelligibiles in potentia extra animã existentes. Et ideo oportuit esse aliquã virtutẽ, quæ faceret illas naturas intelligibiles actu. Et hæc virtus dicitur intellectus agens [c] in nobis. Vtraq; autem necessitas deest in angelis: quia neque sunt quandoque intelligẽtes in potentia tantũ respectu eorum quæ naturaliter intelligunt: neque intelligibilia eorum sunt intelligibilia in potentia, sed in actu. Intelligũt enim primo & principaliter res immateriales, vt infrà patebit [c]. Et ideo non potest in eis esse intellectus agens & possibilis, nisi æquiuoce.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus intelligit illa duo esse in omni natura in qua contingit esse generari vel fieri, vt ipsa verba demonstrant. In angelo autem non generatur sciẽtia, sed naturaliter adest [c]. Vnde non oportet ponere in eis agens & possibile.

¶Ad secundum dicendum, quòd intellectus agentis est illuminare: non quidem alium intelligentem, sed intelligibilia in potentia inquantum per abstractionem facit ea intelligibilia actu. Ad intellectum autem possibilẽ pertinet esse in potentia respectu naturalium cognoscibilium, & quandoq; fieri actu. Vnde quòd angelus illuminat angelum, non pertinet ad rationem intellectus agentis. Neque ad rationem intellectus possibilis pertinet quòd illuminatur de supernaturalibus misteriis, ad quæ cognoscenda quandoq; est in potentia. Si quis autem velit hæc vocare intellectum agentem & possibilem, equiuoce dicet, nec de nominibus est curandum.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum quartum.*

Annota. Titulus eget recordatione eorum quæ tradũtur in tertio de anima: vbi ponuntur in anima nostra duæ virtutes ad intelligendum concurrentes: vna actiua, vocata intellectus agens: & altera passiua, vocata intellectus possibilis. Hoc enim est quod vertitur nunc in dubium, de angelis. An scilicet vis intellectiua angelorum distinguatur in duas potentias, actiuam scilicet & passiuam, an non: hoc enim est quærere vtrum in eis sit intellectus agens & intellectus possibilis.

Cõmenta. ¶In corpore articuli, vnica conclusione quæsito respondet negatiue, scilicet in angelis non est intellectus agens, neque possibilis, nisi æquiuoce. probatur: ratio necessitatis vtriusq; intellectus non habet locum in angelis. ergo antecedens declaratur. primo quo ad intellectum possibilẽ, secundo quo ad intellectũ agentem. Possibilis enim ponitur propter potẽtiam ad actum duplicem, scilicet ad actum primum, & ad actum secundũ, qui non habet locũ in angelo quo ad naturalia de quibus est sermo. Agens vero ponitur propter defectũ intelligibilis: quia scilicet oportet intelligibile in potentia transferri ad ordinem intelligibilium in actu: quod etiam non habet locum in angelis: quia proprium intelligibile eorum est quidditas immaterialis de se intelligibilis, vt lumen est de se visibile.

¶*Num in angelis sit intellectus possibilis.* *Quæstio*

¶Circa rationem probantẽ non dari intellectũ possibilem in angelis obiectiones Scoti occurrunt in 2. dist. 3. q. vlti. directe intendentes cõfutare eam sic. In angelis est potentia receptiua specierum intelligibiliũ: ergo in eis est intellect. possibilis. Probatur consequentia: quia nihil refert an potẽtia receptiua præcedat duratione actũ receptũ, an natura tantũ in quo tu ponis differre intellectum angeli à nostro possibili. Et confirmatur: quia si Deus desisset homini species intelligibiles, nihil minus haberet intellectũ possibilẽ, vt patet in Christo. 391

¶*Num in angelis sit intellectus agẽs propterea quòd eius obiectũ est intelligibile in actu.* *Quæstio* 424 281

¶Contra rationẽ adductam de intellectu agente, arguit Scot. ibidem: ostendẽs falsam esse minorem, & oppositũ concludere. Quoniam primum, id est adæquatum 281
obiectum intellectus angelici, quod dicis esse intelligibile in actu, aut est 291
aliqua res singularis: aut vniuersalis, non singularis, quia nullũ singulare continet virtualiter omnia cognoscibilia ab angelo. ergo est aliqua ratio vniuersalis per prædicationẽ ad omnia cognoscibilia ab angelo. & cum talia sint non solum immaterialia, sed etiã sensibilia, quæ sunt intelligibilia in potẽtia: ergo primũ obiectũ intellectus angelici erit abstractũ ab intelligibili in potentia. ergo non est ex se omnino intelligibile in actu: ergo debet poni intellectus agens in eis.

¶Contra conclusionem instat etiam ibidem sic. Potentia actiua, quę est perfectio in creatura inferiori, non est neganda à creatura superiori. Intellectus agens est huiusmodi. ergo. Præterea, Natura nobilissima debet habere eas virtutes, quibus possit acquirere sibi perfectionem suam si non habet eam: ergo natura angelica debet habere intellectum agentem & possibilem vt possit sibi acquirere cognitionem: vniuersalium quidem si non haberet inditam, & singularium quàm non habet congenitam.

¶Ad has obiectiones facile est respondere, si natura angelorum consideretur. Vt enim patet ex superioribus quæstionibus, natura angeli media est inter actũ purum, & potentiam puram in genere intelligibilium. Tantúmque obtinet perfectionis vt ex eo quod habet perfectionis ac actualitatis, fluat intellectus non informis: sed formatus naturalis omnium naturaliter cognoscibilium ab angelo: vt patet ex supradictis, & à philosophis tam Peripateticis, quàm Platonicis concorditer asseritur. Quamuis ex eo quod habet potentialitatis, comparetur ad intellectum formatum, vt recipiens ad receptum. Quemadmodum in sensibilibus, ex actualitate naturæ prouenit, quòd ex ea fluant proprietates. Et ex potentialitate fit vt recipiantur in ea. Et quia natura sicut non deficit in necessariis: ita non abundat dando superflua; propterea nulli tali rei ad quam per modum sequelæ naturalis non impedibilis nata est sequi perfectio propria: oportuit naturam sollicitari ad dandum sibi virtutes, quibus acquireret suam perfectionem. Quum enim talis sic sit instituta, quòd eam necessario comitetur sua perfectio, superflue adiunctæ essent virtutes quibus naturaliter acquirere posset perfectionem, qua naturaliter carere non potest. Ex hac etiam radice manifeste prouenit. Et quòd intellectus angelicus nullum habet obiectum motiuum eius quo ad actum primum. Et quòd intellectus eius nunquam naturaliter est in statu potentiæ: & consequenter nullo eget actiuo.

¶Ad obiectiones autem in oppositum de intellectu possibili dicitur, quòd nihil valent: quia non distinguunt inter per se, & per accidẽs. Potentia enim receptiua duplex est. Quædam per accidens coëua suo actui: & de tali procedunt obiectiones, quæ imaginantur intellectum angelicũ esse sicut intellectũ nostrũ, cui accidere potest q habeat species coëuas. Quædã vero est per se coëua suę perfectioni quia scilicet est naturaliter inseparabilis ab ea, queadmodũ figura respectu cæli: & talis non potest vocari possibilis, quoniam nunquã est in statu potentię. Vnde ridiculum esset dicere, quòd cælum est possibile respectu suæ figuræ apud philosophos, vt patet 9. metaphysic. text. 17. & talis potentia est in intellectu angeli.

¶Ad obiectiones vero de intellectu agente, dicitur quòd peccãt. Primo: quia obiectum illud quod ponitur adæquatum per prædicationem, non est vniuersale abstractum à sensibilibus, neq; totaliter, neque partialiter. Sed ex hoc ipso factũ, quòd illius species naturaliter sunt inditæ angelis: & ideo non oportet ponere aliquod agens ob illius abstractiones. Peccant secundo, quia necessitas ponendi intellectum agentem non est ex parte obiecti inquantum est vniuersale per prædicationem, sed inquantum est in rerum natura actualiter perfectiuum & motiuum intellectus. ponitur enim vt cooperetur obiecto ad actuandũ intellectũ possibilem. Patet autẽ ex dictis tale obiectũ, scilicet in ratione motiui nullũ esse respectu angeli: nisi forte substantia propriam aut alicuius alterius superioris intelligen-

telligentiæ, quas constat esse actus intelligibiles. Peccant tertio, quoniam obiectum per prædicationem adæquatum, commune est omnibus intellectibus, scilicet ens, aut verum: ac per hoc nullius intellectus propria vendicanda sunt. Sed proprium obiectum cuiusque intellectus est ens, & verum modificatum in per se primo obiecto motiuo, vel quasi motiuo illius. Quemadmodum ad intellectum nostrum se habet quicquid erat esse rei sensibilis, & ad quemlibet angelum se habet substantia propria: & penes talia obiecta distinguuntur inter se intellectus, & propriè eorum conditiones accipiuntur. Vnde posset dici, & bene, quòd obiectum primo, & per se adæquatum in ratione motiui naturalis intellectus angelici cuiuslibet, est res singularis in essendo, scilicet essentia propria. Et cum obiicitur quòd non continet virtualiter omnia: dicendum est quòd non est opus obiectum continere virtualiter omnia: sed sat est quòd contineat omnia naturaliter cognoscibilia, secundum cõditiones naturaliter cognoscibiles à tali intellectu repræsentatiue: & hoc conuenit essentiæ angeli, diuersimode tamen respectu diuersorum: quoniam superiora repræsentant quasi vt effectus causam. Inferiora vero econuerso: quasi vt causa effectum. & vniuersaliter tam superiorum, quàm inferiorum repræsentatiua species virtualiter continet, quãuis non eorum naturas: & hoc vltimum sufficit. Quoniam sat est quòd primum obiectum contineat virtualiter cognitiones omnium. Diuini nanque obiecti proprium est, & cognitiones, & naturas omnium continere.

279 1. q. 79. ar. 1. 3 m. Et mal. q. 16. arti. 1. 14 m.

368

261 166 189

¶Ad obiectiones vero contra conclusionem iam patet ex dictis: quoniam falsum est, quòd intellectus agens pertineat ad perfectionem simpliciter naturæ humanæ, sed pertinet ad perfectionem eius inquantum est natura imperfecta, imò imperfectissima in genere intellectualium: 177 quoniam pertinet ad perfectionem acquisitiuam propriæ perfectionis, quæ præsupponit eius naturalem absentiam: imperfectionem importat manifeste. Vnde illa propositio, potentia actiua, quæ est perfectionis &c. non est vera, nisi de perfectione simpliciter: quoniam multa pertinent ad perfectionem inferiorum, quæ essent imperfectiones in superioribus. Patet etiã falsum esse, quòd in omni natura ponendæ sint virtutes quibus posset acquirere suam perfectionem si careret illa, quoniam hoc non habet locum nisi in his quæ naturaliter carere possunt sua perfectione. Alioquin oporteret etiam in Deo ponere intentionem agentem & possibilem. De cognitione autem singularium inferius erit sermo, pro nunc autem negatur intentum, angeli esse in potentia naturali ad quemcunque actum primum, siue sit obiectum vniuersale, siue sit obiectum singulare.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum in angelis sit sola intellectiua cognitio.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd in angelis non sit sola intellectiua cognitio. Dicit enim Augustinus octauo de Ciuitate Dei, quòd in angelis est vita, quæ intelligit & sentit. Ergo in eis est potentia sensitiua.

¶Præterea, Isidorus dicit quòd angeli multa nouerunt per experientiam, quæ fit ex multis memoriis, vt dicitur in primo metaphysic. Ergo in eis est etiam memoratiua potentia.

¶Præterea, Dionysius dicit quarto capitulo, de Diuino nomine, quòd in dæmonibus est phantasia proterua. Phantasia autem ad vim imaginatiuam pertinet. Ergo in dæmonibus est vis imaginatiua. Et eadem ratione in angelis, quia sunt eiusdem naturæ.

¶SED CONTRA est quod Gregor. dicit in homelia de Ascensione, quòd homo sentit cum pecoribus, & intelligit cum angelis.

CONCLVSIO.

¶*Angeli cum sint immateriales à corpore penitus abstracti, ac non habeant corpora naturaliter sibi vnita: in eis solum intellectus & voluntas ex potentiis cognoscitiuis dicitur, ac ex hoc vocantur intellectus & mentes.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in anima nostra sunt quædam vires, quarum operationes per organa corporea exercentur [c], & huiusmodi vires sunt actus quarundam partium corporis, sicut est visus in oculo, & auditus in aure. Quædam vero vires animæ nostræ sunt, quarum operationes per organa corporea non exercentur, vt intellectus & voluntas & huiusmodi, non sunt actus aliquarum partium corporis. Angeli autem non habent corpora sibi naturaliter vnita, vt ex suprà dictis patet [c]. Vnde de viribus animæ non possunt eis competere nisi intellectus & voluntas. Et hoc etiam Commentator dicit duodecimo metaphysicorum, quod substantiæ separatæ diuiduntur in intellectum & voluntatem. Et hoc conuenit ordini vniuersi, vt suprema creatura intellectualis sit totaliter intellectiua, & non secundum partem, vt anima nostra. Et propter hoc etiam angeli vocantur intellectus & mentes, vt suprà dictum est [c].

¶Ad ea vero, quæ in contrarium obiiciuntur, potest dupliciter responderi. Vno modo quòd autoritates illæ loquuntur secundum opinionem illorum, qui posuerunt angelos & dæmones habere corpora naturaliter sibi vnita. Qua opinione frequenter Augustinus in libris suis vtitur, licet eam asserere non intendat. Vnde dicit tricesimo primo de Ciuitate Dei, quòd super hac inquisitione non est multum laborandum. Alio modo potest dici quòd autoritates illæ, & consimiles, sunt intelligendæ per quandam similitudinem, quia cum sensus certam apprehensionem habeat de proprio sensibili, est in vsu loquentium, vt etiam secundum certam apprehensionem intellectus aliquid sentire dicatur. Vnde etiam sententia nominatur. Experientia vero angelis attribui potest per similitudinem cognitorum, & non per similitudinem virtutis cognoscitiuæ [c]. Est enim in nobis experientia dum singularia per sensum cognoscimus. Angeli autem singularia cognoscunt, vt infrà patebit [c], sed non per sensum. Sed tamen memoria in angelis potest poni secundum quod ab Augustino ponitur in mente, licet non possit eis competere secundum quod ponitur pars animæ sensitiuæ. Similiter dicendum quòd phantasia proterua attribuitur dæmonibus, ex eo quòd habent falsam practicam existimationem de vero bono [c]. Deceptio autem in nobis proprie fit secundum phantasiam, per quam interdum similitudinibus rerum inhæremus, sicut rebus ipsis, vt patet in dormientibus & amantibus [c].

QVAEST. QVINQVAGESIMAQVINTA de medio cognitionis angelicæ, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER quæritur de medio cognitionis angelicæ. ¶Et circa hoc quæruntur tria. ¶Primo, Vtrum angeli cognoscant omnia per suam substantiam, vel per aliquas species. ¶Secundo, Si per species, vtrum per species connaturales, vel per species à rebus acceptas. ¶Tertio, Vtrum angeli superiores cognoscant per species magis vniuersales, quàm inferiores.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum angeli cognoscant omnia per suam substantiam.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli cognoscant omnia per suam substantiam. Dicit enim Dionysius septimo capite de Diuino nomine, quòd angeli sciunt ea, quæ sunt in terra, secundum propriam naturam mentis. Sed natura angeli est eius essentia. Ergo angelus per suam essentiam res cognoscit.

¶Præterea, Secundum Philosophum in secundo metaphysicorum & in tertio de anima, in his quæ sunt sine materia, idem est intellectus & quod intelligitur. Id autem quod intelligitur est idem intelligere in ratione eius quo intelligitur. Ergo in his, quæ sunt sine materia, sicut sunt angeli, id quo intelligitur, est ipsa substantia intelligentis.

¶Præterea, Omne quod est in altero, est in eo per modum eius in quo est. Sed angelus habet naturam intellectualem. Ergo quicquid est in ipso, est in eo per modum intelligibilem. Sed omnia sunt in eo. Quia inferiora in entibus sunt in superioribus essentialiter, superiora vero sunt in inferioribus participatiue. Et ideo dicit Diony. 4. capite de diuino nomine, quòd Deus tota in totis congregat, id est omnia in omnibus. Ergo angelus omnia in sua substantia cognoscit.

¶SED CONTRA est quod Dion. dicit

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum quintum.*

Cõmenta. Titulus clarus est.

¶In corpore articuli vna est conclusio responsiua. In angelis est sola intellectiua cognitio. Probatur quadrupliciter. Primo ratione tali, In angelis de virtutibus animæ sunt solæ illæ, quæ non sunt actus corporis: ergo in eis est tantum intellectus, & voluntas, ergo in eis est sola intellectiua cognitio. Antecedens patet: c
quia angeli non habent corpora naturaliter vnita. 295 c
Primo vero consequentia declaratur distinguendo duplex genus potẽtiarum animæ, 319
s. organicarũ. & non organicarũ, secunda vero relinquitur per se nota. Secũdo probatur autoritate Auerrois duodecimo metaphy. commentario tricesimoseptimo. 287
Tertio probatur ex congruentia ordinis vniuersi, quia scilicet infima pars est tota sensibilis: & media partim 295
de genere sensitiuo, & partim de genere intellectiuo: vnde restat, vt suprema sit intellectiua totaliter. Quarto, ex nominibus, quia vocantur mentes, & intellectus, idem suadetur.

¶*Num quia virtutes solæ non organicæ sunt in angelis, solum intellectus & voluntas sint in eis.* *Quæstio.*

¶Circa primam consequentiam dubium occurrit. Quoniam mala videtur ex eo quòd in angelis est etiam potentia motiua, quæ non est actus alicuius corporis.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd, vt patet tertio de Anima, motiuum secundum locum ex parte animæ coincidit cum appetitiuo: quamuis ex parte corporis aliquid addat. Vnde cum in angelis non sint corpora, vis motiua eorum cum appetitiua coincidit. Et propterea dixerunt Aristoteles, & Auerrois loco allegato, quòd intelligentiæ mouent amando, & desiderando intellectualiter. Et propterea consequentia fuit optima. vis enim motiua, vt non est virtus organica, non differt ab intellectu & volũtate. Potest quoque & tutius dici: quòd, quia exclusio non fit à concomitantibus, non est exclusa potentia motiua ex affirmatione intellectus & voluntatis tantum. Comes enim eorum inseparabiliter est.

280 1. dist. 12. art. 3. 5 m. Et 3. dist. 14. arti. 1. q. 2. cor. & 1 m.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæquintæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo nota quatuor terminos. Primo ly intelligãt: stat enim pro cognitione distincta. Secundo ly omnia: distribuit nanque pro omnibus rebus, & rerum prædicamentis ac conditionibus naturaliter cognoscibilibus ab angelo. Tertio, ly per, denotat habitudinem causæ formalis, eo modo quo ratio intelligendi formaliter ad intellectionẽ concurrere creditur. Quarto, ly substantiam suam, intellige cum præcisione, id est solam ad excludendũ species intelligibiles & superiores substãtias, ita quòd sensus quæstionis est: vtrũ essentia angeli sola sit sufficiens

ficiens ratio intelligendi omnia ab angelo naturaliter cognoscibilia tantum quantum potest illa cognoscere.

Comenta. ¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito negatiue, scilicet angelus non cognoscit omnia per essentiam suam, sed per similitudines superadditas. Probatur sic, nulla forma complere perficit aliquam potentiam, nisi contineat omnia ad quæ se extendit potentia illa: sed essentia angeli se habet vt forma respectu suæ intellectiuæ potentiæ: & non continet omnia quę potest angelus intelligere: ergo non est ei forma adęquata; & consequenter non omnia per illam intelligit angelus. Maior propositio declaratur à posteriori in
283 forma & materia sensibilium, minor vero
417 quo ad primam partem probatur: quia quo intellectus intelligit, se habet ad ipsum vt forma eius. Quod probatur, quia quo agens agit est
338 forma. Secunda vero
390 pars probatur, quia intellectus angelicus extẽdit se ad omnia. Quod probatur, quia ens & verum est obiectum in-
276 tellectus omnis. Essentia autem angeli non continet in se omnia. Quod probatur. Tum quia est determinata ad genus & ad speciẽ. Tum quia continere in se omnia est proprium essentiæ
23 diuinæ, quæ est infinita
85 simpliciter. Nota primo quòd secunda pars conclusionis per modum cuiusdam sequelæ à Sancto Thoma apposita est, & non probata, sed quasi per se nota dimissa, apud supponentes, angelos habere cognitionem de rebus omnibus secundum proprias rationes earum, & concedentes dari species intelligibiles. Vnde
81 duæ hic annectuntur
a quæstiones. Altera an angeli cognoscant om-
425 nia secundum proprias rationes. Altera an dentur species intelligibiles. Et secunda quidem seorsum tractabitur. Ad primam autem, quia directe spectat ad propositum, & expresse hoc sumitur in minore: esset nunc dicendum nisi inferius multis quæstionibus sigillatim discutienda esset, vnde pro nunc supponatur. Nota se-
17 cundo, quòd in præsenti ratione supponitur, essentiam angeli posse esse ei rationem intelligendi. Et discutitur an respectu omnium intelligibilium ab eo sit ratio, an non respectu omnium. Illud autem quod præsupponitur, in sequẽti quæstione articulo primo explanabitur & discutietur: hoc autem tanquam communiter confessum supponitur. Nota tertio, quòd continentia, de qua est sermo in maiore & minore, est continentia completa, siue formalis siue virtualis sit: completa autem continentia dicitur quando aliquid continetur secundum omnes ipsius conditiones formaliter, vt genus in speciẽ, vel virtualiter, vt creaturæ sunt in creatoris potentia. Nam nisi de huiusmodi continentia sit sermo, forma non adæquaret potentiam quantumcunque esset, continens aliàs. Et sic minor clara est: quoniam essentia angeli sola, etsi sit inferiorum quasi exemplar, & superiorum quasi effectus, & ex ea fluant species omnium: in se tamen secundum se solam, non æquiualet speciebus ex ea fluentibus: quoniam multa addunt in repræsentando, quæ sola per seipsam repræsentare nequit. Quia ea, quæ repræsentantur, in solo Deo continentur, secundum omnes eorum conditiones, quia addunt aliquid positiui, quod in angelorum essentiis non continetur: quia sunt finitæ. Nota quarto, quòd quum in litera probatur, quòd quo intellectus intelligit, est forma eius, quia quo agens agit, est forma eius: sumitur agens & agere communiter, vt etiam comprehendit actionem immanentem, quæ nõ est actio, sed qualitas. Vis tamen rationis non infirmatur ex hoc, imò valida magis redditur, quoniam si intelligere est tale agere, quod est esse tale, à fortiori sequitur, ergo quo sic agit, est eius forma, quia est quo intelligens habet tale esse.

in eodem capite, quòd angeli illuminantur rationibus rerum. ergo cognoscunt per rationes rerum, & non per propriam substantiam.

CONCLVSIO.

¶ *Angelus non cognoscit omnia per essentiam suã sicut Deus, sed per similitudines superadditas.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd illud quo intellectus intelligit, comparatur ad intellectum intelligentem, vt forma eius [c], quia forma est quo agens agit. Oportet autem ad hoc quòd potentia perfecte compleatur per formam, quòd omnia contineantur sub forma, ad quæ potentia se extendit. Et inde est, quòd in rebus corruptibilibus forma non perfecte complet potentiam materiæ [c]: quia potentia materiæ ad plura se extendit, quàm sit continentia formæ huius, vel illius. Potentia autem intellectiua angeli se extendit ad intelligendum omnia: quia obiectum intellectus est ens, vel verum commune [c]. Ipsa autem essentia angeli non comprehendit in se omnia, cum sit essentia determinata ad genus & ad speciem. Hoc autem proprium est essentiæ diuinæ, quæ infinita est, vt in se simpliciter omnia comprehendat perfecte [c]. Et ideo solus Deus cognoscit omnia per suam essentiam: angelus autem per suam essentiam non potest omnia cognoscere, sed oportet intellectum eius aliquibus speciebus perfici ad res cognoscendas.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum dicitur angelum secundum suam naturam res cognoscere, ly secundum non determinat medium cognitionis, quod est similitudo cogniti: sed virtutem cognoscitiuam, quæ conuenit angelo secundum suam naturam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut sensus in actu, est sensibile in actu [c], vt dicitur in secũda de anima, non ita quòd ipsa vis sensitiua sit ipsa similitudo sensibilis quæ est in sensu, sed quia ex vtroque fit vnum sicut ex actu & potentia: ita & intellectus in actu dicitur esse intellectum in actu: non quòd substantia intellectus sit ipsa similitudo per quam intelligit, sed quia illa similitudo est forma eius. Idem est autem quod dicitur in his quæ sunt sine materia, idem est intellectus & quod intelligitur, ac si diceretur, quòd intellectus in actu est intellectum in actu. Ex hoc enim aliquid est intellectum in actu quod est immateriale [c].

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea quæ sunt infra angelum, & ea quæ sunt supra ipsum, sunt quodammodo in substantia eius: non quidem perfecte, neque secundum propriam rationem, cum angeli essentia finita existens secundum propriam rationem ab aliis distinguatur, sed secundum quandam rationem communem [c]. In essentia autem Dei sunt omnia perfecte, & secundum propriam rationem, sicut in prima & vniuersali virtute operatiua, [c] à qua procedit quicquid est in quacunque re proprium vel commune. Et ideo Deus per essentiam suam habet propriam cognitionem de rebus omnibus: non autem angelus, sed solam communem.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum angeli intelligant per species à rebus acceptas.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli intelligant per species à rebus acceptas. Omne enim quod intelligitur per aliquam sui similitudinem, in intelligente intelligitur. Similitudo autem alicuius in altero existens, aut est ibi per modum exemplaris, ita quòd illa similitudo sit causa rei: aut est ibi per modum imaginis, ita quòd sit causata à re: oportet igitur quòd omnis scientia intelligentis, vel sit causa rei intellectæ, vel causata à re [c]. Sed scientia angeli non est causa rerum existentium in natura, sed sola diuina scientia [c]. Ergo oportet quòd omnes species, per quas intelligit intellectus angelicus, sint à rebus acceptæ.

¶ Præterea, Numen angelicum est fortius quàm lumen intellectus agentis in anima. Sed lumen intellectus agentis abstrahit species intelligibiles à phantasmatibus. ergo lumẽ intellectus angelici potest abstrahere species etiam ab ipsis rebus sensibilibus. Et ita nihil prohibet dicere quòd angelus intelligat per species à rebus acceptas.

¶ Præterea, Species quæ sunt in intellectu, indifferẽter se habent ad præsens & distans nisi quatenus à rebus sensibilibus accipiuntur. Si ergo angelus non intelligit per species à rebus acceptas, eius cognitio indifferenter se haberet ad propinqua & distantia. Et ita frustra secundum locum moureetur.

¶ SED CONTRA est quod Dion. dicit 7. c. de di. no. quòd angeli non congregant diuinam cognitionem à rebus diuisibilibus, aut à sensibilibus.

CONCLVSIO.

¶ *Angeli, cum à corporibus sint abstracti, non intelligunt per species à rebus acceptas, sed per species sibi naturaliter congenitas.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd species per quas angeli intelligunt, non sunt à rebus acceptæ, sed eis connaturales. Sic enim oportet intelligere distinctionẽ spiritualium substantiarum & ordinem, sicut est distinctio & ordo corporalium [c]. Suprema autem corpora habent potentiam in sui natura totaliter perfectam per formam. In corporibus autem inferioribus potentia materiæ non totaliter perficitur per formam, sed accipit

a ¶ *Super Quæstionis quinquagesimæquintæ Articulum secundum.* 17 417 a

Titulus clarus est.

Comenta. ¶ In corpore articuli vna est conclusio responsiua. Species per quas angeli intelligunt, non sunt à rebus acceptæ, sed sunt eis connaturales. Et probatur tripliciter duabus rationibus, & vnica authoritate Augustini. prima ratio est, distinctio ordóque corporalium habet vt corpora inferiora sint in potentia ad perfectiones suas, & successiue acquirant eas: corpora vero superiora congenitas habeant suas perfectiones, sintque naturaliter completa, &c. ergo distinctio ordóque substantiarum intellectualium hoc idem habebunt, vt scilicet inferiores intellectus sint in potentia ad suas perfectiones: superiores vero habeant eas naturaliter congenitas. Tales autem perfectiones sunt species intelligibiles. ergo. 281 Infrà q. 89. arti. 1. 2. & 3. Et 2. dist. 3. quæst. 3. articul. 1. Et ver. q. 8. artic. 9. Et 2. contra g. c. 91. & 94. & opusc. 3. capi. 224. 81

Annota. ¶ Circa hanc rationem aduerte, quòd Scotus in secundo, distinctione tertia, quæstione vltima, dicit hanc rationem non concludere propositum, sed magis oppositum. Quia perfectiones cælestes sunt causabiles à Deo solo: perfectiones vero angelicæ sunt causabiles à creaturis. Ex hoc enim sequitur, & quòd ratio non concludit, quia non est idem iudicium de vtrisque: & quòd inferat oppositum, quia perfectiones causabiles à creaturis facit prouidentia diuina per secundas causas. Constat autem quòd obiectum & intellectus possunt causare speciem: ergo, Durandus quoque tripliciter dicit hanc rationem peccare. Primo, improportionalitate corporum superiorum ad inferiora, & angelorum ad animas nostras, quia aut intelligitur vniuersaliter, & sic est falsa: quoniam superiora corpora generant inferiora, angeli autem non generãt animas: aut particulariter, & sic nihil concludit. Secundo, in complemento naturali corporum cælestium: quia aut intelligit de perfectione substantiali, & sic non est ad propositum, aut de accidentali etiam. & sic falsum assumit, quia luna & stellæ recipiunt lumen à sole. Tertio, ducendo ad impossibile: quia stantibus assumptis propositionibus tuis, sequeretur quòd angelus esset sic naturaliter perfectus: quòd non esset in potentia ad aliquam accidentalem perfectionem, & consequenter nullam de nouo posset habere actualem cognitionem: quod tu negares. 291

¶ Ad has obiectiones facile respondetur, notando duas distinctiones. Prima est de perfectionibus angelicis, siue cælestibus, quòd dupliciter possumus de eis loqui. Vno modo secundum rationem communem, & sic vtræque sunt causabiles à creaturis. Figura enim motus, & lumen, & species intelligibiles in communi entia sunt acquisibilia per actionem creaturarum de nouo. Alio modo secundum proprias rationes, prout & inquantũ sunt in tali & tali natura, scilicet cælesti & angelica. Et hoc pacto supponere pfectiones angelicas esse causabiles

ab extra, aut non causabiles, est petitio principij, quia hoc est quod quærendo vertitur in dubium. Et Sanctus Thomas rationabiliter ex hoc, quòd natura indit corporibus cælestibus perfectiones suas, quæ tamen in cõmuni sunt de nouo acquisibiles, intulit à fortiori, intelligentias esse tales naturas quibus congenitæ sint propriæ perfectiones, quæ etiam in communi sunt de nouo acquisibiles. Et ex hoc à priori sequitur, quòd neutrę vt in tali natura sunt, sunt causabiles ab extrà, sed ab actore naturæ tãtum. Et ex hoc patet responsio ad Sco-
293 tum. Secunda distinctio
428 est de potẽtia, quia vt di-
373 citur 8. physi. dupliciter contingit aliquid esse in potentia, scilicet essentiali, id est ad actum primum, aut accidentali, id est ad actum secundum.
45 Et vt patet in secundo & tertio de anima, intellectus tunc dicitur esse in potentia essentiali, quando est sicut tabula nuda. Tunc autem in potentia accidentali, quando est sicut sciens, non actu in-
58 telligens. In proposito
494 ergo sermo est de poten-
260 tia essentiali, & ad perfectionẽ secũdum actum primum: non aliquam, sed omnem tam substantialem quàm accidentalem, naturalem tamen. Vnde ad primam instantiam dicitur, quòd obie-
284 ctio est satis puerilis: quoniam aliud est arguere ex propositionibus particularibus, & aliud est arguere ex vna cõditione particulari alicuius naturæ. Arguimus enim hic ex ista corporum cælestium cõditione, quia scilicet sunt naturaliter completa, & tamen facimus propositionẽ vniuersalem de omnibus corporibus primis. vnde proportionalitas illa est particularis quo ad conditionem in qua atenditur, & est vniuersalis quo ad prædicationem.

¶ Ad secundam vero instantiam dicitur, quòd corpora cælestia quamuis comparentur ad perfectiones accidentales, vt potentia ad actum, quia se habent vt receptiuum ad receptum: non tamen sunt in potentia essentiali vt accidentali, respectu earum. Vnde non est ad propositum talis potentialitas.

¶ Ad tertiam vero instantiam dici potest dupliciter. Primo quod proportionalitas inter angelos & corpora cælestia magis attenditur secundũ potentiam essentialem quàm accidentalem, quia actus secundus corporum est operatio transiẽs, angelorum vero immanens, actus vero primus vtrobiq; est in eo cuius est & quo ad hoc eiusdem ordinis. Tum quia actus primus vtrobiq; est naturalis: actus vero secundus non, sed angelorum est operatio libera, corporũ vero naturalis. Et propterea hæc absque imperfectione non essent in potentia accidentali. Illi vero ex libertate, in natura tamẽ finita, habent potẽtiam accidentalem. Secundo dici potest quòd quemadmodum in corporibus cælestibus potest de nouo aliquid acquiri partialiter, vt patet de partibus motus & terminis eius, & similiter de partibus lunæ quo ad illuminari: ita in angelis est potentia accidentalis ad aliquam nouam cognitionem, proportionaliter enim se habent. Corpora nanq; cælestia semper mouentur, & tamen mutant de termino in terminum: & luna semper illuminatur, & tamen semper mutatur. Angeli autẽ & semper actu intelligunt saltem seipsos, & mutãtur de vna intellectione in aliam respectu aliorũ cognitorũ.

Comenta. ¶ Secunda ratio est, modus quo res naturaliter perficitur, causatur ex naturali modo essendi eiusdem. Cuius signum est, quòd in anima nostra, cuius naturalis modus essendi est esse in corpore, naturalis etiam modus quo perficitur, est vt accipiat à corpore: alioquin frustra vniretur corpori, cum materia sit propter formam, & non econuerso. Sed angeli subsistunt absque omni coniunctione ad corpus, ergo perficiuntur absque acceptione à corpore per influxum intelligibilem ab actore naturæ.

Quæstio. ¶ *Num ex eo quòd angelus non est corpus, inferatur, ipsum perfici non posse ab obiecto corporeo.*

¶ Circa hanc rationem Scot. vbi suprà dicit, quòd quamuis ex modo essendi animæ concludatur modus quo perficitur, ex incorporalitate tamen angeli nõ potest concludi, quòd non perficiatur ab obiecto corporeo: quoniam independentia à corpore vt materia, non infert independentiam à corpore vt obiecto.

¶ Ad hoc dicitur, quòd processus Sancti Thomæ iuxta doctrinam traditam primo Posteriorum procedit, scilicet si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis: & tenet in causis propriis. Si enim propria causa quare anima accipit perfectionem suam à corpore, est modus essendi eius: consequens est quòd negatio talis modi essendi, erit causa negationis talis modi perficiendi, imò oppositus modus essendi erit causa oppositi modi perficiendi. Quòd autem modus essendi animæ sit propria causa modi perficiendi passiue, probatur à Sancto Thoma, quia aliter vnio animæ intellectiuæ ad corpus, quæ importat talem modum essendi, frustra esset. Et tenet sequela, quia talis vnio, aut est primo propter bonum animæ, vt propter bonum corporis. Sed hoc nõ potest dici, quia forma non est propter materiã: relinquitur ergo illud, quia materia est propter formam. Constat autem proprium bonum animæ intellectiuę in perfectione intellectuali consistere. Et ex hoc patet quòd independentia naturalis à corpore vt à materia infert independentiam ab eodem vt obiecto.

¶ Sed contra hoc tamen instat iterum Scotus in quarta distinctione, quadragesimaquinta, dicens dupliciter posse solui hanc rationem. primo dicendo, quòd non sequitur animam frustra vniri si per hanc viam, & per aliam possit perfectio acquiri: sicut non sequitur, frustra potionem sumere infirmum, qui etiam per sectionem absque potione posset sanari. Secundo, dicendo quòd anima non vnitur propter bonum proprium, nec materiæ, sed totius compositi, & sic vtroq; modo negatur quòd modus essendi tali sit propria causa talis modi perficiendi.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd in generatione entium & perfectorũ nõ cõtingit ponere plures modos, vt patet in naturalibus: non ergo est rationabile, perfectionẽ substantiæ intellectualis pluribus modis posse naturaliter fieri: quoniam vnius naturę vnus est modus naturalis suæ perfectionis. Secundo, quòd frustra fit p plura quod fit per pauciora æque bene. Sed sic esset in proposito, imò melius anima perficeretur immediate ab obiecto, quàm à vice obiecto, id est phantasmate: igitur aut iste non erit naturalis, aut ille.

¶ Ad secundum autẽ dicitur, quòd quia intellectuale vt sic, nõ est actus corporis, consequẽter vt sic non est pars compositi corporei: ergo loquẽdo de substantia intelle- 279
ctuali formaliter, nõ potest dici quòd primo est propter cõpositum, nisi assignetur ratio quare vnibilis est corpori. Nec potest dici, quia est talis forma, puta intellectiua simul & sensitiua, quia de hac cõiunctione quæritur eodem modo, aut propter bonum sensitiui aut intellectiui. Non pri- d 278
mũ quia illud est vt ma- a
teria. Ergo secundum, scilicet vt à sensibus accipiat: & habetur intentum. 527

Quæstio. ¶ *Num esse imaginabile sit medium inter esse intelligibile & esse sensibile.*

¶ In responsione ad secundum, vbi ponuntur duæ viæ respõdendi, aduerte quòd Scotus in locis allegatis impugnat primam responsionem tripliciter. Primo contra eius efficaciam arguit sic, esse imaginabile aut ponitur medium inter esse intelligibile & sensibile ex parte obiecti seu rei cognitæ, aut ex parte intellectus seu potentiæ abstrahentis. Si ex parte rei, sequeretur quòd etiam Deus nõ posset intelligere lapidem, nisi media imaginatione aut esse imaginabili. Si ex parte intellectus, arg. non cõcludit. quia stat quòd aliquid sit medium virtuti inferiori, & tamen non sit medium virtuti superiori, sicut (verbi gratia) gradus caloris vt quatuor, habet rationem medij respectu virtutis calefactiuę debilis paulatim calefacientis: & non virtutis vehementis subito magnum calorem inducentis.

¶ Secundo ad idem arguit sic. Nihil est in phantasmate, per quod sufficiat ad causandum speciem intelligibilem in suo ordine, quod non eminẽtius sit in re cuius est phantasma, ergo res sensibilis in seipsa potest communicare speciem. igitur phantasma est medium per accidens, id est pro statu isto. Antecedens probatur: quia phantasma per hoc tantum agit, quia est repræsentatiuum obiecti.

¶ Tertio contra eius veritatem instat, volens falsum esse, quòd esse imaginabile sit medium inter esse intelligibile & sensibile: quoniam esse imaginabile comprehẽditur sub hoc extremo quod est esse sensibile: quemadmodum imaginatio sub cognitione sensitiua.

¶ Ad has obiectiones dupliciter dici potest. Primo q; Sanctus Thomas ideo addidit secundam responsionem: quia videbat rationem hanc pati calumniam, nec credidit ipsam esse necessariam, sed probabilem. Ego autem puto opinatum esse ipsum cum Auerroi in de Sensu & sensato hanc rationem necessario concludere, si philosophiæ propositiones vt philosophos decet admittantur. Addit tamen secundam responsionem: vt theologantibus, & secundum imaginationem loquentibus satisfaceret. Dicendum est ergo quòd ratio efficax est quòd medium hoc est essentiale: non tantum in essendo, sed etiam in causando: & non simpliciter, sed respectu talis causæ, scilicet rei sensibilis. Quòd enim esse imaginabile sit medium in essendo, inter esse sensibile exterius, & esse intelligibile: per se notum est: quia quod quid erat esse imaginabilis, partim est materiale, & partim spirituale. Quòd vero sit medium in causando esse intelligibile non simpliciter, ex eo patet quòd effectus iste, scilicet esse intelligibile, potest causari absque esse imaginabili concurrente: vt patet de speciebus congenitis ipsis angelis. Quòd autem sit medium essentiale in causando eundem effectum respectu talis causæ, scilicet sensibilis exterioris, scilicet quòd si esse intelligibile causari debet à re sensibili extrinseca, causari non potest nisi per tale medium, scilicet esse imaginabile. Et loquimur semper de potentia & ordine naturali. Declaratur ex illa maxima Diony. septimo c. de diui. no. scilicet quòd ordo vniuersi hoc habet, vt supremum infimi attingat infimum supremi. Ex hac enim habeo, quòd sensibile non nisi in suo supremo, pertingit ad infimum ordinem intelligibilem. Constat autem quòd supremũ in ordine sensibiliũ est esse imaginabile: quia est spiritualissimũ & propinquissimũ intelligibilitati: & q; infimũ in ordine intelligibile est cõcurrere ad speciẽ intelligibilẽ educendã de potẽtia ad actũ: igitur naturalis ordo rerum exigit, vt res sensibilis secundũ esse omnino materiale, non possit esse immediatum cooperans virtuti intellectuali producenti esse intelligibile. Sed si cooperari debet, oportet q; prius ad summũ gradũ perueniat. Habeo etiã secundo, quòd solus intellectus humanus, qui est infimus in ordine intellectualiũ, coniungitur supremo sensibilium, quod est concurrere cum sensibilibus ad habendum

& colli

nunc vnam, nunc aliam formam ab aliquo agente. Similiter & inferiores substantiæ intellectiuæ, scilicet animæ humanę habent potentiam intellectiuam non completam naturaliter. Sed completur in eis successiue [c]: per hoc quòd accipiunt species intelligibiles à rebus. Potentia vero intellectiua in substantiis spiritualibus superioribus, id est in angelis naturaliter completa est per species intelligibiles cõnaturales, inquantum habent species intelligibiles connaturales ad omnia intelligenda [c] quæ naturaliter cognoscere possunt. Et hoc etiam ex ipso modo essendi huiusmodi substantiarum apparet. Substantiæ enim spirituales inferiores, scilicet animæ, habent esse affine corpori inquantum sunt corporum formæ. & ideo ex ipso modo essendi competit eis vt à corporibus, & per corpora suam perfectionem intelligibilem consequãtur [c], alioquin frustra corporibus vnirentur. Substantiæ vero superiores, id est angeli sunt à corporibus totaliter absolutæ immaterialiter, & in esse intelligibiles subsistentes: & ideo suam perfectionem intelligibilem consequuntur per intelligibilem effluxum, quo à Deo species rerum cognitarum acceperunt simul cum intellectuali natura [c]. Vnde Augusti. dicit 2. super Genesim ad literam, quòd cætera quæ infra angelos sunt, ita causantur, vt prius fiant in cognitione rationales creaturæ, ac deinde in genere suo.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd in mente angeli sunt similitudines creaturarum, non quidem ab ipsis creaturis acceptæ, sed à Deo qui est creaturarum causa, & in quo primo similitudines rerum existunt. Vnde Augustinus dicit in eodem lib. quòd sicut ratio qua creatura conditur, prius est in verbo Dei quàm ipsa creatura quæ conditur, & sic eiusdem rationis cognitio prius fit in creatura intellectuali: ac deinde est ipsa conditio creaturæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de extremo ad extremum non peruenitur nisi per medium. Esse autem formæ in imaginatione, quod est quidem sine materia, non tamen sine materialibus cõditionibus medium est inter esse formæ, quæ est in materia, & esse formæ, quæ est intellectu per abstractionem à materia, & ea conditionibus materialibus. Vnde quantumcunque sit potens intellectus angelicus, non posset formas materiales reducere ad esse intelligibile: nisi prius reduceret eas ad esse formarum imaginatarum. Quod est impossibile, cum careat imaginatione, vt dictum est [c]. Dato etiã quòd posset abstrahere species intelligibiles à rebus materialibus: non tamen abstraheret, quia non indigeret eis, cum habeat species intelligibiles connaturales.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cognitio angeli indifferenter se habet ad distans & propinquum secundum locum. Non tamen propter hoc motus eius localis est frustra. Non enim mouetur localiter ad cognitionem accipiendam [c], sed ad operandum aliquid in loco.

& colligendum esse intelligibile, Intellectus vero superiores altiori modo illud obtinent. Et ex hoc patet responsio ad obiecta. Nam dicendum est ad primum: quòd esse imaginabile est medium non solum ex parte virtutis intellectiuæ, sed etiam ex parte sensibilis rei cognitæ. Non inquantum habet rationem obiecti seu termini, sed inquantum habet rationem causæ & motiui. Et sic patet instantias non obstare.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum superiores angeli intelligant per species magis vniuersales, quàm inferiores.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd superiores angeli non intelligant per species magis vniuersales, quàm inferiores. Vniuersale enim esse videtur quod à particularibus abstrahitur. Sed angeli non intelligũt per species à rebus abstractas c. Ergo non potest dici quòd species intellectus angelici sint magis & minus vniuersales.

¶Prȩterea, Quod cognoscitur in speciali, perfectius cognoscitur quàm quod cognoscitur in vniuersali: quia cognoscere aliquid in vniuersali, est quodammodo medium inter potentiam & actum. Si ergo angeli superiores cognoscũt per formas magis vniuersales, quã inferiores: sequitur quòd angeli superiores habeant scientiam magis imperfectam, quàm inferiores. Quod est inconueniens.

¶Præterea, Idem nõ potest esse propria ratio multorum. Sed si angelus superior cognoscat p vnã formã vniuersalẽ diuersa quæ inferior angelus cognoscit per plures formas speciales, sequitur quòd angelus superior vtitur vna forma vniuersali ad cognoscẽda diuersa: Ergo non poterit habere propriam cognitionem de vtroque. Quod videtur inconueniens c.

¶SED CONTRA est quod dicit Dio. 12.c. angelicæ hierar. quòd superiores angeli participant scientiam magis in vniuersali, quàm inferiores. Et in libr. de causis dicitur, quòd angeli superiores habent formas magis vniuersales.

CONCLVSIO.

¶*Angeli quanto superiores sunt, tanto per species vniuersaliores intelligunt.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ex hoc sunt in rebus aliqua superiora, quòd sunt vni primo, quod est Deus, propinquiora & similiora. In Deo autem tota plenitudo intellectualis cognitionis continetur in vno scilicet in essentia diuina, per quam Deus omnia cognoscit. Quæ quidem intelligibilis plenitudo in intelligibilibus creaturis inferiori modo & minus simpliciter inuenitur. Vnde oportet, quòd ea quæ Deus cognoscit per vnum, inferiores intellectus cognoscant per multa: & tanto amplius per plura, quanto amplius intellectus inferior fuerit. Sic igitur quanto angelus fuerit superior, tanto per pauciores species vniuersitatem intelligibilium apprehendere poterit: & ideo oportet quòd eius formæ sint vniuersaliores c, quasi ad plura se extendentes vnaquæque earum. Et de hoc exemplum aliqualiter in nobis perspici potest: sunt enim quidam qui veritatem intelligibilem capere non possunt: nisi eis particulatim per singula explicetur. Et hoc quidem ex debilitate intellectus eorum contingit. Alij vero qui sunt fortioris intellectus ex paucis multa capere possunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd accidit vniuersali vt à singularibus abstrahatur c, inquantum intellectus ille cognoscens à rebus cognitionem accipit. Si vero sit aliquis intellectus à rebus cognitionem non accipiens, vniuersale ab eo cognitum non erit abstractum à rebus, sed quodammodo ante res præexistens: vel secundum ordinem causæ, sicut vniuersales rerum rationes sunt in verbo Dei: vel saltem ordine naturæ, sicut vniuersales rerum rationes sunt in intellectu angelico.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd cognoscere aliqd in vniuersali, dicitur dupliciter. Vno modo ex parte rei cognitæ, vt, s. cognoscatur solum vniuersalis natura rei. Et sic cognoscere aliquid i vniuersali est imperfectius. Imperfecte enĩ cognosceret hominem qui cognosceret de eo solum quod est animal. Alio modo ex parte medij cognoscendi. Et sic perfectius est cognoscere aliquid in vniuersali. Perfectior enim est intellectus qui per vnum vniuersale medium potest singula propria cognoscere, quàm qui non potest.

¶Ad tertium dicendum, quod idem non potest esse plurium propria ratio adæquata. Sed si sit excellens, potest idem accipi vt propria ratio & similitudo diuersorum c. Sicut in homine est vniuersalis prudentia quantum ad omnes actus virtutum: & potest accipi vt propria ratio & similitudo particularis prudentiæ, quia est in leone ad actus magnanimitatis, & eius quæ est in vulpe, ad actus cautelæ, & sic de aliis. Similiter essentia diuina accipitur propter sui excellentiam, propria ratio singulorum quæ sunt in ea. Vnde sibi singula similantur secundum proprias rationes. Et eodem modo dicendum est de ratione vniuersali, quæ est in mente angeli, quòd per eam propter eius excellentiam multa cognosci possunt propria cognitione.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA sexta de Cognitione angelorum respectu immaterialium, in tres articulos diuisa.

DEINDE quæritur de cognitione angelorum ex parte rerum quas cognoscunt. Et primo de cognitione rerum immaterialium. Secundo de cognitione rerum materialium.

¶Circa primum quæruntur tria. ¶Primo, vtrum angelus cognoscat seipsum. ¶Secundo, vtrum vnus cognoscat alium. ¶Tertio, vtrum angelus per sua naturalia cognoscat Deum.

382 2.dist.3.q. 3.artic.2. Et 2.contra c.96, col.2.fin. Et ver.q. 8.arti.10. Et opus.3. ca.78. & 81. & 126. Et causis. le.4.co.4. & 5.et le. 10.col.2. & 3.281.

¶Ad secundam vero negatur assumptum: quoniam spiritualitas phantasmatis non per accidens, sed per se cõcurrit ad talem causalitatem, vt ex dictis iam patet. Ad probationem autem dicitur, quòd phãtasma agere ratione naturȩ repræsentatæ tantum, potest dupliciter intelligi. Vno modo tanquam ratione agendi, & sic conceditur. Alio modo tanquã conditione agentis, & sic est falsum, Quidditas enim bouis non secũdum quodcunque esse est proximũ principium suiipsius in esse intelligibili, sed secũdum esse spiritualissimũ pprij ordinis, scilicet sensibilis. Vnde quemadmodum quod quid erat esse bonis, est prima ratio agẽdi in generatione naturali, quum bos generet bouem: esse autem materialiter & sensibiliter vt bos est, & in rerum natura est cõditio & rationis agendi, & agentis. Ita quum phãtasma speciem intelligibilẽ concausat (quum phantasma nihil aliud sit quàm natura bouina in tali esse spirituali) ratio agendi est ipsa natura, sed conditio rationis agendi & agẽtis est talis spiritualitas quæ non eminentius continetur in obiecto extrinseco, quoniam ipsa est ab anima, non quacunque sed suprema, seu secundum sui supremũ, quoniam sensitiuum ex coniunctione ad intellectiuum, obtinet vim cogitatiuę, à qua est tanta spiritualitas. Nec obstat quòd phantasma sit quantum quoddam materiale, ac per hoc conueniens in modo essendi cum obiecto extrinseco: quoniam vt ex dictis patet, modus iste essendi quamuis sit eiusdem generis, est tamẽ alterius & nobilioris rationis, adeo vt differat ab illo plusquam genere physico: & sit supremus in tota latitudine modorum essendi sensibilium: vt summa propinquitas eius ad ordinem intelligibilium testatur, Et propterea, vt dictum est, quidditas in tali esse, potest esse naturalis concausa esse intelligibilis. Non autem quidditas in esse omnino materiali.

Annota. ¶Ad tertium vero dicitur, quòd esse sensibile duobus modis sumi potest. Vno modo communiter: & sic constat quòd esse imaginabile est eius species. Alio modo magis stricte & vsitatius pro sensibili exteriori: & sic cõstat imaginabile esse medium: & quia de tali sensibili est sermo, vt per se notum est, ideo obiectio est satis friuola.

¶In responsione ad tertium, aduerte quòd Scot, in 4.dist.45.q.2.tenens distantiã localem impedire cognitionem tam angeli quàm animæ separatę, autoritatibus munit se, scilicet Aug. in lib. de cura agẽda pro mortuis, & Gregorij in homeliis: dicentium animas separatas nescire quæ fiunt hic, sed ea discere vel ab angelis, vel ab animabus hinc euntibus, vt sancti Patres didicerunt à Ioan. Bapti. descendendo ad inferos, Adducit etiam duas autoritates Arist. Alteram ex 8.physic. vbi vult intelligentiam mouentem orbem, esse præsentem illi parti vnde incipit, seu vbi est velocissimus motus: alteram ex 7.phy. vbi vult agens & patiẽs esse simul simultate cõtactus in corporibus: vel simultate maiore, scilicet mutuæ præsentiæ in spiritualibus. apud ipsum ergo requiritur presentia, nec æqualiter se habet intelligentia ad distans & propinquum.

Annota. ¶Ad has obiectiones dicitur, quòd peccant primo, quia supponunt angelum seu animam separatam accipere cognitionem à rebus sensibilibus: peccant secundo secundum non causam vt causam: quoniam aliunde prouenit ignorantia eorum quæ fiunt apud nos, & non ex distantia, vt infrà patebit. Vnde autoritates Augu. & Greg. non sunt ad propositum, similiter & autoritates Arist. quia loquuntur de actione & passione: quamuis ex superius dictis in quæstione de loco angelorum iam pateat quomodo autoritas intelligenda sit præsentia ordinis.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæquintæ Articulum tertium.*

Annot. IN titulo aduertendum est, quòd cum vniuersalitas speciei intelligibilis non sit in prædicando, seu essendo, nec in causando, sed in repræsentando: intelligere per species vniuersaliores, nihil aliud est quàm intelligere per species ad plura se extendentes in repræsentando. Et quoniam hoc contingit dupliciter. Vno modo per repræsentationem rei magis vniuersalis. Alio modo per repræsentationem plurium in actu, eo modo quo species repræsentatiua animalitatis, & omnium per se differentiarum eius actualiter vniuersalior species diceretur & esset, quàm repræsentatiua animalitatis aut humanitatis tantum. & hoc modo sumitur vniuersalior in proposito, & non primo modo.

Comenta. ¶In corpore articuli vnica est conclusio responsiua affirmatiue, dupliciter probata, scilicet angeli quanto sunt superiores, tanto per species vniuersaliores intelligunt. Probatio prima est ista. intellectus quanto sunt naturaliter superiores, tanto sunt similiores Deo in perfectione intelligibili & modo eius. Et quanto magis sunt similiores, tanto per pauciores species intelligunt, ergo per vniuersaliores: consequentia est nota. Alioquin intelligens per pauciores species, non haberet perfectam notitiam de omnibus. Prima autem propositio patet ex eo quòd naturæ graduantur secundum propinquitatem similitudinis naturalis ad primũ. Secunda vero probatur ex eo quòd Deus omnia per vnũ vt quo intelligit. & hoc est perfectionis simpliciter, Ex hoc enim euidenter sequitur, quòd similius Deo & perfectius intelligẽdi vim obtinet qui per pauciora omnia intelligit distincte, quàm qui per plura: quoniã minor paucitas propinquior est vnitati quàm multitudo, Et lumen intellectus minus diuisum, aut diuisibile perfectius est quàm diuisibile per multas rationes intelligendi ad hoc vt intelligat. Cuius signum est secunda probatio in litera adducta, quam experientia dubitare non permittit. Experimur enim in nobisipsis quosdã discipulos esse: quibus oportet nomina sigillatim discere quasi p singulas species de articulando. Quosdã vero, qui statim ex vno multa apprehendũt: neç hoc aliũde quàm ex nobilitate ingenij puenit.

Quæstio. ¶*Num quo angeli Deo similiores sunt, tanto per pauciores species intelligunt.*

445 ¶Circa rationes adductas & cõclusionem occurrũt obiectiones. Scot. in 2.dist.5.quæst.10. vbi contra primam rationẽ instat, dicens ppositionem illam, quãto angeli sunt similiores Deo, tanto per pauciores species intelligunt: esse falsam. Quia non oportet, quòd intellectus similior Deo assimiletur magis sibi in hoc quòd est per pauciores species intelligere: sed in hoc quod limpidius intelligit.

Quæstio. ¶*Num homines subtilioris ingenij per pauciores species intelligant.*

¶Contra secundam vero rationem à signo sumptam instat, dicens supponi ibi falsum, puta quòd homines melioris ingenij, per pauciores species intelligant: quoniã tot sunt in illis quot sunt in his qui sunt hebetioris ingenij, Sed illi citius & limpidius cognoscunt.

¶Contra conclusionem autem directe arguit tripliciter. Primo vnitas rationis intelligendi præsupponit vnitatem obiecti adæquati, id est continentis virtualiter obiectiue omnia quæ species illa continet repræsentatiue: vt patet de essentia diuina: vt ratione intelligendi, & vt obiecta. Sed impossibile est dari tale vnũ obiectum cõtinens multitudinem quidditatum. ergo non potest dari aliqua species creata repræsentans distincte multas quidditates. Secundo, quælibet ratio cognoscendi potest habere actum sibi adæquatum. Sed talis species non posset habere actum sibi adequatum: ergo non datur. Probatur minor, quia apud te angelus non potest simul plures species actu intelligere distincte. Tertio arguit ad idem ex parte habitus, ducendo ad idem inconueniens, scilicet quòd angelus plures naturas simul cognosceret distincte. Affert præterea vnam aliam rationẽ contra tenentes speciẽ aliquam in angelo non reprȩsentare tot quin possit plura repræsentare: quod quidem dicit à nobis non oportere teneri, & bene dicit in hoc de quidditatibus loquendo, quoniam secus est de singularibus: & propterea quum tractabitur inferius de repræsentatione infinitorũ singularium per vnam speciem angelicam, soluetur eius ratio.

¶Ad obiectionem contra primam rationem dicitur notãdo, quòd duplex genus perfectionum inuenitur in Deo. Quædam enim sunt communicabiles creaturis, vt sapientia & bonitas. Quædam vero incommunicabiles, vt infinitas & deitas, & intelligere omnia distincte per substantiam suam: & alia huiusmodi. Nec solũ inter se differunt perfectiones hæ: sed differenti modo creaturæ si meliores Deo appropinquant: quoniam secundum primas perfectiones attenditur appropinquatio penes magis participare rationem formalem illius perfectionis. Secundũ vero perfectiones incommunicabiles appropinquatio attenditur secundum maiorem recessum ab opposito. Illud enim est similis deitati, cuius natura magis recedit à non esse, &c.

¶Nota secundo quòd non solum intelligere est perfectio simpliciter, sed etiam intelligere omnia per vnum: vt patet ex diffinitione perfectionis simpliciter posita ab Anselmo monologion.xv. Nec refert in proposito an sit perfectio simpliciter seorsum & de per se: an sit gradus seu modus perfectionis simpliciter: vt hoc quod dico actus purus.

¶Nota tertio, quòd suprema pars vniuersi, id est angeli ex natura sua vendicant sibi similitudinem ad Deum, non secundum quasdam perfectiones simpliciter, sed secundum omnes: magis tamen & minus secundum gradus suos: vt patet discurrendo per omnes perfectiones simpliciter. Et super hoc fundata est ratio Sancti Thomæ ostendentis, angelos quanto superiores, tanto per pauciores species intelligere, quia sunt similiores Deo secundum omnes perfectiones simpliciter & consequẽter secundum hanc, vnde irrationabilis, & à philosophia aliena est exceptio istius: quare enim magis ista quàm aliæ excipienda est. Secundo dicitur quòd ratio fundatur super essentiali graduatione intellectuũ, vt sic. quoniã quanto intellectus est superior, tanto est perfectior. Quanto autem perfectior, tanto vnitior (vt sic liceat loqui) eo quòd virtus vnita maior est seipsa dispersa. Constat autem magis vnum & indiuidualem esse intellectum minus partitum per species intelligibiles, quàm eum qui per plures species diuidendus est ad singula cognoscenda: & consequenter quanto intellectus est perfectior, tanto est similior Deo non solum in hoc quòd limpidius cognoscit, sed etiam in hoc quòd per pauciores species cognoscit.

¶Ad

¶Ad obiectionem vero contra secundam rationem dicitur, quòd S.Tho. nõ accipit pro signo ingeniosiores homines ex paucioribus speciebus intelligere, quoniam hoc latet. Sed id quod euidens est: hos, s. qui ingenio præstant ex paucioribus principiis: & absque distincta singulorum propositione apprehendere, hoc enim est signum euidens quòd in vno multa apprehendere, nec egere singula seorsum proponi, attestatur magnitudini intellectus.

b 445 ¶Ad obiectiones autem contra conclusionem, dicitur quòd vnitatem speciei præsupponere vnitatem obiecti primi & adæquati, dupliciter intelligi potest. Vno modo, quòd præsupponat vnitatem formalem & realem illius sic in rerũ natura existentis. Et hoc modo non oportet esse verum: vt patet de specie intelligibili in nobis naturæ bouinæ. Talis enĩ res non est sic in rerum natura, vt adæquate præsentatur per speciem. Et propterea nulla vna res singularis inuenitur in rerum natura adæquate illi respondẽs. Alio modo, vt præsupponat vnitatem tantum formalẽ obiecti: quemadmodum si species naturæ leoninæ à Deo alicui intellectui esset impressa. Et hoc modo verum est vniuersaliter: quòd omnis species supponit vnitatem obiecti: quoniam & omnis potentia respicit primo vnam rationem formalem. Et sic dico quòd argumentum decipitur, putans primo modo verificari maiorem, cum tamen in solo Deo verificetur. In cæteris vero sat est quod quælibet species respiciat primo vnam rationem formalem: & hoc modo se habent species angelicæ.

¶Ad secundam vero obiectionem, ex parte actus conceditur quòd angelus quilibet potest habere actum adæquatum cuilibet suæ speciei. Nec nos dicimus oppositum, dicendo quòd non potest simul plura intelligere: quoniam formaliter loquimur, & intendimus quòd non potest simul plura vt plura intelligere simul. Non est autem plura vt plura intelligere, quando multa intelliguntur per vnam speciem, vel etiam per plures species ordine quodam se habentes, vel in ordine ad vnum.

¶Contra eandem conclusionem instatur, quia videtur contradicere supradictis, quoniam sequitur ex ea, quòd posset dari aliquis angelus qui omnia intelligeret per essentiam suam solam. & tenet sequela, adiuncta alia propositione tua, scilicet quòd quolibet angelo facto potest Deus facere perfectionem substantialiter. ex hoc enim sequitur, quòd si facto angelo qui omnia intelligat per duas species, scilicet essentiam propriam, & vnam superadditam, fiat alter superior: ille intelliget per pauciores species, & sic per vnam tantũ, quæ proculdubio erit essentia sua.

¶Ad hoc dicitur breuiter negando consequentiam, quoniam stante illa hypothesi, quicquid de illa sit, dicitur quòd creato superiore angelo, necessario omnibus inferioribus angelis superadderetur noua species, qua distincte possent illum intelligere, & sic in illo qui erat supremus, erunt tres species, in isto vero nouiter facto essent duæ tantum, & consequenter pauciores. Et sic eodem modo dicendum est, si procedatur in infinitum: semper superior habebit pauciores species, non per minorationem dualitatis, sed per additionem seu multiplicationem pluralitatis in inferioribus.

Quæstio. ¶*Num species intellectus angelici plura distincte repræsentet.*

¶In responsione ad vltimum argumentum: dubium occurrit circa illam propositionem, species intellectus angelici propter sui excellentiam est ratio seu similitudo multorum distincte: quemadmodum essentia diuina est ratio omnium. Hoc enim videtur esse falsum & impossibile. quoniam talis excellentia aut est in essendo, aut in repræsentando tantum. Sed non potest dici quòd sit in repræsentando tantum. Tum quia ratio seu proportionalitas ad essentiam diuinam nulla esset, quoniam essentia diuina propter excellentiam in essendo, quia s. est præhabens omnem essendi rationem & modum, habet excellentiam in repræsentando omnia. Tum quia reddendo rationem quare species angelica vna existens, est multorum distincte repræsentatiua: quia est excellens, i. quia excellenter repræsentat, esset idem per idem declarare, & nullam reddere causam nisi secundum verba, quia idem est multa distincte repræsentare, & singula excellenter seu inadæquate repræsentare. Nec etiam dici potest, quòd sit propter excellentiam in essendo. Tum quia sequeretur quòd vna species in mente angeli, esset in essendo excellentior multis substantiis sensibilibus specifice distinctis, imò multis substantiis angelicis: imò forte omnibus substantiis actu creatis inferioribus supremo angelo: quoniam inferiora intelligunt angeli per huiusmodi species excellentes. Tum quia illa species esset etiam nobilior in essendo quàm essentia sui angeli, quoniam quod est tantæ excellentiæ in essendo, vt habeat in se vnde sibi assimilentur omnia inferiora: secundum proprias eorum quidditates nobilius est in essendo quàm id quod non habet. Tum quia hoc repugnat doctrinæ Sancti Thomæ & communi: quoniam quemadmodum communicari nequit substantiæ angeli, vt sit tantæ excellentiæ in essendo, quòd sit propria similitudo multorum: ita nec tali speciei, quum vtrunque creatura sit, & determinatum ad genus & speciem.

¶Ad euidentiam huius difficultatis notandum est primo, quòd duo sunt genera entium, Quædam ad hoc primo instituta vt sint: quamuis forte secũdario alia repræsentent & hęc vocamus res. Quædam vero ad hoc primo instituta sunt naturaliter, vt alia repræsentent: & hæc vocamus intentiones rerum, & species sensibiles seu intelligibiles. Necessitas autem ponendi hæc duo rerum genera, est: quia oportet cognoscitiuum esse non solum ipsum, sed alia: intellectiuum vero esse omnia, vt patet ex q.14. & communi animi Philosophorum conceptione, conuenientium in hoc, quòd simile simili cognoscitur. c 85 Nec naturæ rerum secundum seipsas, possunt esse in cognoscitiuo: quia lapis non est in anima. Nec ipsum cognoscitiuũ secundum suam substantiam solam & finitam potest esse tantæ excellentiæ, vt habeat in se vnde distincte sibi assimilentur naturæ rerum cognoscibilium, secundum proprias earum rationes. Vnde restat vt quum nec esse naturæ cognoscitiui sit ratio cognoscibilium, nec esse naturale cognoscibiliũ sit secundum se in cognoscitiuo: vt oportuerit institui à natura ens intentionale, quo cognoscitiuum esse cognoscibilia.

¶Notandum est secundo, quòd cognoscitiuum & intentionale, non distinguuntur sicut duo rerum ordines, sed potius vt concurrentia ad perfectionẽ vnius ordinis. scilicet naturarum cognoscitiuarum, quoniam intentionale complementum intrinsecum cognoscitiui est, Complementum quidem: quia ad supplendum quòd substantiæ cognoscitiuæ debetur scilicet esse cognoscibilia, inuentum est. Intrinsecum vero: quia ad perficiendum & eliciendum intrinsecam eius operationem adiungitur. Vnde ex hoc proportionaliter se habent: & quo ad actum & potentiam, & quo ad altitudinem gradus. Quo ad actum quidem: quia cognoscitiuo in actu inditum est actu esse intentionale quo est sua cognoscibilia. Cognoscitiuo vero in potentia inest in potentia tale esse intentionale, vt patet & in anima intellectiua & sensitiua nostra. Quo ad latitudinem vero gradus, quoniam quanto vis cognoscitiua est altior, tanto magis vnita se habet ad cognoscibilia, vt patet ascendendo à sensibus particularibus ad sensum communem, & sic deinceps. Quanto autem magis virtus cognoscitiua vnitur, tanto minorem diuersitatem exigit in esse intentionali, quo est cognoscibilia. Ac per hoc quanto virtus cognoscitiua est altioris ordinis, tanto altius, & consequenter minus distinctum, & magis vniuersale in repræsentando sibi vendicat esse intentionale, quo cognoscibilia est. quòd nihil aliud est quàm id quod vocamus species intelligibiles. & hoc modo mirabilis naturæ intellectiuæ gradus à primo intellectu ordinatæ prouenient perpenditur. Nam ipse omnia est per substantiam suam, & per eam solam omnia nouit, Et quum hoc aliis communicari non potuerit, quia entia limitata sunt, collatum est eis vt tales essent substantiæ, ac tantæ perfectionis, vt quòd secundum esse substantiale habere non possunt, secundum esse intentionale haberent: magis & minus vniuersaliter, iuxta maiorem & minorem perfectionem substantiæ cognoscitiuæ adeo quòd anima nostra vltima in ordine intellectualium, diuisibilis sit secundum esse intentionale, tanta diuersitate, quanta materia secundum esse naturale. His stantibus ad obiecta dicitur, quòd hic est sermo de excellentia in essendo. Quæ dupliciter intelligi potest, vel respectu eorum quæ repræsentantur: vel respectu aliarum specierum repræsentatiuarum eorundem obiectorum. Si respectu naturarum cognoscibilium intelligatur excellentia non potest intelligi nisi in modo essendi: pro quanto species superioris angeli habet modum essendi altioris ordinis, quàm habeant non solum sensibilia, sed etiam angeli inferiores, & propter talem excellentiam potest plurium esse ratio distincta. Si vero intelligatur respectu specierum intelligibilium, tunc clarius & facilius, & absque ambiguitate relucet intentum: & intelligitur de excellentia non solum in modo essendi, sed in ipsa perfectione essendi: ita quòd imaginamur. quòd quum in anima nostra sint diuersæ species iuxta diuersitatem rerum repræsentatarum, puta species bouis, species leonis, species æquilæ, & cætera ascendendo erit dare vnam speciem altioris ordinis, æquiualentem excellenter seu eminenter illis tribus seu quatuor speciebus. Et consequenter repræsentantem distincte altiori modo illam & quæ repræsentantur per illas quatuor species. Hoc enim est cognoscere per rationem vniuersalem obiecta specialia, quod est maximæ perfectionis. Et hoc modo clare patet, adductas instantias nihil obstare. Nam non oportet dicere speciem vniuersaliorem esse perfectiorẽ naturis repræsentatis, sed esse perfectiorẽ repræsentatiuis adæquatis earũ: quod est necessariũ. Nec est idẽ iudiciũ de esse substãtiali angeli, & esse intẽtionali apud se sed proportionale. Nõ esse idẽ quidem ex eo patet. quia impossibile communiter fatemur esse, quòd angelus secundum esse suum substantiale repræsentet propriam differentiam lapidis: & iam concedimus pariter, quòd secundum esse intentionale sibi additum illã repræsentatur. Vnde patet repugnare esse substantiali finito, quòd sit ad certam naturam limitatum, & sit alterius secundum propriam illius differentiam repræsentatiuum, & non repugnare hoc esse intentionali. Nam species bouis in anima, ad certam entis naturam definitum ens est inter accidentia: & tamen bouinæ differentiæ proprie repræsentatiua est. Et ratio huius diuersitatis est ea quam suprà tetigimus, quia scilicet ens intentionale est primo à natura institutũ ad re-

præſentandum pro complemento ſubſtantiæ cognoſcitiuæ. Ipſæ vero res quarum ſunt intentiones, ſunt primo inſtitutæ ad eſſendum. Proportionale autẽ iudicium de ſubſtantia intellectiua & eſſe intentionali eſt. Quia quanto ſubſtantia eſt altior, tanto eſſe intentionale proprium illi eſt altius: imò ex altitudine ſubſtantiæ prouenit altitudo intentionis, maioremque perfectionem, ꝙuiuocam tamen ponit in angelo altitudo gradus ſubſtantialis: quàm altitudo intentionis quoniã hæc nihil aliud ponit niſi eminẽter æquiualere repræſentatiuis adæquatis rerum.

283 ǰ. q. 87. art. 1. Et 2. con. ca. 96. Et li. 4. ca. 11. eo. 1. & 2. Et veri. q. 8. ar. 6. Et cauſis lect. 13. fin.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum angelus cognoſcat ſeipſum.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd angelus ſeipſum non cognoſcat. Dicit enim Dion. 6. capit. Angelicæ hierarc. quòd Angeli ignorant proprias virtutes. Cognita autem ſubſtantia, cognoſcitur virtus. Ergo angelus non cognoſcit ſuam eſſentiam.

¶Præterea, Angelus eſt quædam ſubſtantia ſingularis, alioquin non ageret, cum actus ſint ſingularium ſubſiſtentium. Sed nullum ſingulare eſt intelligibile. Ergo non poteſt intelligi. Et ita quum angelo non adſit niſi intellectiua cognitio, non potuerit aliquis angelus cognoſcere ſeipſum.

¶Præterea, Intellectus mouetur ab intelligibili: quia intelligere eſt quoddã pati, aut dicitur in 3. de anima. Sed nihil mouetur: vt patitur à ſeipſo, vt in rebus corporalibus apparet. Ergo angelus non poteſt intelligere ſeipſum.

¶SED CONTRA eſt quod Augu. dicit. ſuper Geneſ. ad lit. quòd angelus in ipſa ſua confirmatione, hoc eſt in illuſtratione veritatis, cognouit ſeipſum.

CONCLVSIO.

¶Cum Angelus ſit intelligibile ſubſiſtens ſeipſum per ſubſtantiam ſuam intelligit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ex ſupradictis patet[e], obiectum aliter ſe habet in actione quæ manet in agente, & in actione, quæ tranſit in aliquid exterius. Nam in actione quæ tranſit in aliquid exterius, obiectum ſiue materia, in quam tranſit actus, eſt ſeparata ad agente: ſicut calefactum à calefaciẽte, & ædificatũ ad ædificãte. Sed in actione quæ manet in agẽte, oportet ad hoc quòd procedat actio quòd obiectum vniatur agenti, ſicut oportet quòd ſenſibile vniatur ſenſui, ad hoc ꝙ ſentiat actu: & ita ſe habet obiectum potentiæ ad huiuſmodi actionem, ſicut forma quæ eſt principium actionis in aliis agentibus. Sicut enim calor eſt principium formale calefactionis in igne, ita ſpecies rei viſæ eſt principium formale viſionis in oculo.

¶Sed cõſiderandum eſt ꝙ huiuſmodi ſpecies obiecti quandoque eſt in potentia tantum in cognoſcitiua virtute: & tunc eſt cognoſcens in potentia tantum. Et ad hoc quòd actu cognoſcat, requiritur quòd potentia cognoſcitiua reducatur in actum ſpeciei. Si autem ſemper eam actu habeat, nihilominus per eam cognoſcere poteſt abſque aliqua mutatione vel receptione præcedenti. Ex quo patet, quòd moueri ab obiecto non eſt de ratione cognoſcentis inquantum eſt cognoſcens, ſed inquantum eſt potentia cognoſcens. Nihil autem differt ad hoc quòd forma ſit principium actionis, quòd ipſa forma ſit aliquando inhærens & quòd ſit per ſe ſubſiſtens. Non enim minus calor calefaceret ſi eſſet per ſe ſubſiſtens, quàm calefacit inhærens. Sic igitur etſi aliquid in genere intelligibilium ſe habeat vt forma intelligibilis ſubſiſtens, intelligit ſe ipſum. Angelus autem cum ſit immaterialis, eſt quædam forma ſubſiſtens: & per hoc intelligibilis actu. Vnde ſequitur quod per ſuam formam, quæ eſt ſua ſubſtantia, ſeipſum intelligat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ litera illa eſt antiquæ tranſlationis, quæ corrigitur per nouam in qua dicitur, ¶Præterea, Et ipſos, ſcilicet angelos cognouiſſe proprias virtutes. Loco cuius habebatur in alia tranſlatione, & adhuc eos ignorare proprias virtutes. Quanuis etiam litera antiquæ tranſlationis ſaluari poſſit quantum ad hoc, quòd angeli non perfecte cognoſcunt ſuam virtutem ſecundum quod procedit ab ordine diuinæ ſapientiæ: qui eſt angelis incompræhenſibilis.

¶Ad ſecundum dicendum, ꝙ ſingulariũ quæ ſunt in rebus corporalibus, non eſt intellectus apud nos: non ratione ſingularitatis, ſed ratione materiæ[c] quæ eſt in eis indiuiduationis principium. Vnde ſi aliqua ſingularia ſunt ſine materia ſubſiſtentia, ſicut ſunt angeli, illa nihil prohibet intelligibilia eſſe actu.

¶Ad tertium dicendum, quòd moueri & pati conuenit intellectui ſecundum quod eſt in potentia[c]. Vnde non habet locum in intellectu angelico, maxime quantum ad hoc quòd intelligit ſeipſum. Actio etiam intellectus non eſt eiuſdem rationis cum actione quæ in corporalibus inuenitur in aliam materiam, tranſeunte.

Annot. a *¶Super Quæſtionis quinquageſimæſextæ Articulum primum*

IN titulo hoc ſolum notandum eſt quòd præſentis intentionis eſt diſcutere principaliter modũ quo angelus cognoſcit ſeipſum: quoniam quòd cognoſcat ſeipſum: apud ſapientes dubium non eſt, ſed de modo, an ſcilicet per ſubſtantiam ſuam, an per aliquam ſpeciem ſuperadditam ſeipſum cognoſcat, dubitatur.

Comment. ¶In corpore articuli vnam concluſionem intendit affirmatiue reſpõſiuam quæſito, ſcilicet angelus intelligit ſeipſum per ſuam ſubſtantiam. Et probat eã ſyllogiſmo hypothetico ſic, Si aliquid in genere intelligibilium ſe habet vt forma intelligibilis ſubſiſtens, illud tale intelligit ſeipſum per ſeipſum: ſed quilibet angelus eſt huiuſmodi, ergo, &c. Primam propoſitionem conditionalem probat Sanctus Thomas quo ad id quod hic intenditur, diſcurrendo conditiones intelligibilis per ſeipſum. Vbi aduerte, ꝙ in prædicato conſequentis aſſumptæ conditionalis quatuor dicuntur, ſcilicet quòd illud tale intelligit, & quòd intelligitur, & quòd à ſe ipſo, & quòd per ſeipſum. Et primum iam ſuperius diſcuſſum eſt conuenire angelo. Reliqua vero hic intenduntur: quartum tamen principaliter, ideo tota intentio huius corporis verſatur circa intelligibile declarando quid per ſe. & quid per accidens concurrit ad intelligibile in actu reſpectu alicuius intellectus. Vnde quatuor præmittit conditiones quas examinat de obiecto intelligibili ſcilicet coniunctionem, cauſalitatem, motionem & inhæſionem. Oſtendit ergo primo quòd intelligibile in actu oportet eſſe coniunctum intelligenti, ex differentia inter obiectum operationis tranſeuntis & immanentis. Secundo, quòd intelligibile in actu coniunctum ſe habet ad intellectionem vt principium formale, ſicut calor ad calefacere, & ſpecies viſibilis ad videre. Tertio, quòd mouere intelligentem accidit ex eo quòd intelligens eſt in potentia: & conſequenter quòd non per ſe requiritur ad intelligibile in actu quòd moueat intelligentem. Quarto, quòd inhærere intelligenti, quemadmodum ſpecies ſenſibilis inhæret ſentienti, accidit ex eo quòd accidens. Quia ſi eſſet ſubſiſtens, nihil minus ad eundem effectum concurreret, & conſequenter quòd non requiritur ad intelligibile in actu quòd informet intellectum per inhæſionem. Ex his enim quatuor deducitur aſſumpta conditionalis, dum ex his habetur, quòd ad intelligibile in actu ab aliquo intellectu nihil aliud requiritur, niſi quòd ſit coniunctum, & ſic coniunctum intelligenti vt ſit principium formale intellectionis in eo, ſiue hoc moueat ipſum, ſiue non: ſiue inhærat ſibi, ſiue non, ſed ſubſiſtat. Ex hoc enim manifeſte ſequitur, quòd ſi in genere intelligibilium ſe habet vt forma intelligibilis ſubſiſtens quòd illud tale habet rationem completam intelligibilis in actu reſpectu ſuiipſius, quod præſupponitur eſſe intellectiuum: ac per hoc intelligi à ſeipſo per ſeipſum. & ſi diligenter inſpexeris, aduertes quòd quatuor hæ conditiones tribus illis conditionibus in conſequente poſitis reſpondent, quoniam primæ duæ inferunt quòd illud tale intelligitur: tertia vero quòd à ſeipſo: quarta autem quòd per ſeipſum. Ex quarta enim habetur, quòd non oportet ſpeciem mediare, que inhæret intelligenti. Ex tertia vero, quòd non oportet diſtinctum eſſe ab intelligente, propter rationem mouentis & moti. Ex ſecunda vero & prima, quòd oportet eſſe vt actum & formam in genere intelligibilium. Minor autem propoſitio aſſumpta probatur à Sancto Thoma: quia angelus eſt forma ſubſiſtens intelligibilis in actu.

276 113 a

¶Quomodo quo formaliter quippiã operatur ſit coniunctũ ei quod operatur.

¶Circa maiorem ſeu conditionalem aſſumptam & concluſionem, dubium occurrit multiplex, tactum à Sco in 2. ſen. diſt. 3. q. 8. Sed antequàm illa afferã, moueo vnum dubium circa proceſſum San. Tho. quod etiam aliqualiter tangitur à Sco. ſub alia forma: & conſiſtit in hoc, quia videtur proceſſus iſte aduerſari ſibiipſi, & aliis dictis S. Tho. & veritati. Sibiipſi quidem, quia in primis duabus conditionibus dicitur quòd oportet intelligibile eſſe vnitum intentum vt principium formale quo operans operatur. Deinde vero dicitur, quòd non oportet coniunctionem iſtam fieri ſecundum inhæſionẽ. qualiter ergo informabitur intellectus ab ipſo intelligibili. Et confirmatur: quia coniunctio iſta intelligibilis cum intellectu, aut eſt in eſſe, aut operari. Non in operari, quia tu dicis quòd coniunctio iſta præuenit operationem, imò eſt eius cauſa. ergo eſt ſecundum eſſe, non ſubſtantiale, quia ſubſtantia angeli non eſt forma ſubſtãtialis ſui intellectus realiter diſtincti ab ipſa apud te. ergo ſecundum inhæſionem. Et confirmatur inquit Sco. ex emplo tuo: quia calor ſi eſſet ſubſiſtens, quãuis eſſet principium calefaciendi: non tamen eſſet quo formaliter lignum calefaceret. Ita quanuis ſubſtantia angeli ſit ſecundum ſe actu intelligibilis, & poſſit eſſe principium formale intellectionis, ſicut calor calefactionis: nõ tamen poſſet eſſe principium formale quo formaliter intellectus aliquis intelligit, ſi non inſit illi intentum, ſed per ſe ſubſiſtat. Aliis vero dictis ſancti Thomæ obſtãt hæc: quoniam ipſe in 3. contra Geneſ. cap. 51. dicit hoc eſſe proprium diuinæ ſubſtantiæ, ex hoc quòd eſt veritas ipſa, & purus actus etiam in genere intelligibiliũ, quòd poſſit eſſe principium formale quo intellectus intelligit: & non informare illum intellectum ſecundum eſſe. Non igitur ſtat ſimul quod hic dicitur. Contra veritatem autem inquit Sco. quia impoſſibile eſt aliquid eſſe quo formaliter res operatur operatione immanente, & illud non eſſe in ea: vt patet ex 2. de anima. Vbi per hoc medium, ſ. quo formaliter operantur, demonſtratur, illud eſſe formam dantem eſſe operanti.

Quæſtio. *¶Num accidat intellectui ab intelligibili obiecto moueri, quia quandoque eſt intelligens in potentia.*

¶Circa tertiam conditionem obiectio Sco. occurrit argumentis ſic. Obiectum in actu eſt cauſa in fieri & ineſſe reſpectu intellectionis. ergo intellectus quandiu intelligit, patitur, & mouetur ab intelligibili, & ſic ſemper intelligit, ſemper mouetur. male ergo dicitur à Sancto Thoma quòd accidit intellectui moueri ab obiecto, quia eſt quandoque intelligens in potentia.

¶Circa quartam conditionem occurrerent obiectiones Scoti. Sed quia ſupponunt intellectum angelicum, quantum eſt ex ſe concurrere mere paſſiuè ad intellectionem, & de hoc ſpecialem faciemus quæſtionem: ideo omitto.

¶Ad obiectiones primo loco allatas, dicendum eſt, quòd omnes ſupponunt vnum falſum, ſcilicet quòd eſſentia angeli comparetur ad angelum inquantũ intelligens eſt, vt forma ſeparata, quia ponitur inhærens eius intellectui. Nos enim dicimus eſſentiam eſſe ipſi angelo, non ſolum in eſſe naturæ intrinſecam: ſed etiam in eſſe intelligibili. Ita quòd eſt obiectum actu intelligibile magis intime vnitum, quàm per informationem ſeu inhæſionem, quia eſt coniunctum per identitatem. Vbi aduertendum eſt quòd cauſa huius erroris eſt, non diſcernere inter intelligibile extrinſecum & intrinſecum. Quum enim oporteat intelligentem ad hoc quòd intelligat, habere in ſe naturam intelligibilis, creditur quòd quemadmodũ aliorum intelligibilium naturas per informationem habet, ita & ſuiipſius oporteat habere: quum tamen ratio euidenter ducat ad oppoſitum. Quoniam quemadmodũ intelligens diuerſimode ſe habet ad eſſendum ipſum, & ad eſſendum alia: ita diuerſimode ſe habet ad intelligendum ſe & alia. Et propterea, quia eſt ipſummet in tali eſſe naturæ, quòd eſt etiam illud in eſſe intelligibili, quia illud eſſe naturæ eſt actu intelligibile, ideo ſe ipſum per ſeipſum intelligere potens eſt. Quia vero alia non eſt neque ſecundum eſſe naturale, neque ſecundum eſſe intelligibile: niſi aliquid ſuperaddatur: ideo oportet ſpecies ponere aliorum. Patet ergo quid dicendum ſit ad obiecta. Negandum eſt enim poni obiectum ſeparatum, quoniam ponitur coniunctum non per inhæſionem, ſed per identitatem & per ſubſiſtentiam, non ſeorſum & ſeparatim ab intelligente, vt Scotus intellexit, ſed in ipſo intelligente. Et ad hoc deſeruit exemplum de calore quo lignum calefacit: qui ſcilicet ſi ſubſiſteret in ipſo ligno identice non minus eſſet quo formaliter lignum calefaceret. Et ſimiliter ſi ſpecies viſibilis eſſe per ſe ſubſiſtens per identitatem in vidente, eſſet nihilominus principium formale viſionis in eo.

¶Ad id autem quod oppoſitum eſt obiiciendo quòd intellectus apud S. Tho. diſtinguitur realiter ab ipſo angelo: dicendum eſt quòd nihil refert ad propoſitum diſtinctio vel identitas, intellectus cum angelo. Vt enim ex lib. de anima patet. ſiue ponatur quòd ſubſtantia animæ habeat in ſe naturas obiectorum ſenſibilium & intelligibilium, ſiue ponatur quòd potentiæ ipſæ ſenſitiuæ & intellectiuæ tales naturas habeant: idem eſt iudicium quo ad poſſe & non poſſe operari. Imaginandum eſt enim quòd quia intelligere primo eſt opus ſubſtantiæ intelligentis, perfectius intelligere ſit ſi ſubſtantia ipſa vtramque vim habet, ſcilicet & obiecti, & operantis, quanuis mediante aliqua proprietate illam operationem elicit: quàm ſi ſolam vim operantis habeat: & mediante illamet proprietate, obiecti vim accidentaliter adipiſcatur. Nec obſtat hoc aliis dictis S.T. quoniam eſſe formam intelligibilem alterius dixit proprium deitatis, non autẽ eſſe formam intelligibilem ſuiipſius: quod in propoſito affirmamus, dum dicimus ꝙ ſubſtantia angeli quia eſt ſubſiſtens & perfecta in eſſe immateriali: habet & ꝙ ſit intellectiua, & ꝙ ſit actu intelligibilis. Ac per hoc fluat ab ea vis qua intelligit reſpectu ſuiipſius, non egens alia formatione, ſupplente ſubſtantia præueniente: & magis intrinſeca & modificatiua ipſius, quàm quodcunque ſuperadditum. Et ex his etiam patet, quòd hoc non repugnat demonſtrationi factæ in 2. de anima, quia non ponimus intelligibile ſeparatum, ſed magis coniunctum operanti, quàm per informationem. Sed quod multos fallit, eſt, quia conſiderantur intellectus angeli & ſubſtantia eius, quaſi duæ res ſeorſum, & quæritur quomodo vniuntur, quum tamen ſecundum veritatẽ intellectus fluat ab eſſentia actu intelligibi: magis quia intimus formatus illa, quàm quacunque intentionali ſpecie: & hoc in genere intelligibili. Vnde qui hic non vult decipi, non diſtinguat in intellectũ & intelligentem vt ſic: ſed vtatur eis vt vno, & quieſcat.

61 c 432 80 c 190 c 472 81 b

¶Ad obiectionem Sco. contra tertiam conditionem dicitur, quòd quum cognoſcens ſeu intelligens vt in 2. & 3. de anima dupliciter dicatur, in potentia, ſcilicet eſſentiali & accidentali, ſeu ad actum primum & ſecundum moueri ab obiecto attenditur ſecundum actum primum in intellectu, & non ſecundum actum ſecundum: quoniam vt patet in 3. de anima, intellectus in actu, ſicut ſciens, non eget motore. Dupliciter ergo peccat arguens, primo attendendo motionem cognoſcentis à cognito quo ad actum ſecundum, quæ nulla eſt: ſed cognoſcens & cognitum coniuncta ſunt vna completa cauſa actus ſecundi in fieri & in eſſe. Et ideo hoc modo & non aliter, verificatur cognitionem dependere ab obiecto in actu in eſſe & fieri. Secundo, quia male interpretatur S. Th. intelligens quòd aſſignauerit pro cauſa motionis ab obiecto, differentiam temporalem, ſcilicet quandoque eſſe in actu, & quandoque eſſe in potentia: quum tamen hoc non inueniatur in S. Thoma, ſed aſſignatur pro cauſa eſſe in potentia, loquendo de potentia ad actum primum, quod eſt manifeſte verum & euidenter. Ex hoc enim quòd cognoſcens ex natura ſua non habet in ſe cognitum, ſed eſt in potentia ad illud: ſequitur quòd moueatur ab illo, & fiat actu tale quale cognitum eſt. Vnde vt ſubdit Sanctus Thomas, ſi cognoſcens ex ſe vel aliunde actu haberet in ſe naturam cogniti, non moueretur à cognito, vt de ſe patet quia nihil eſt mobile ad id quod habet.

190 284 1. con. ca. 96. & ver. q. 8.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum vnus angelus alium cognoſcat.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd vnus angelus alium non cognoſcat. Dicit enim Philoſophus in 3. de anima, quòd ſi intellectus humanus haberet in ſe aliquam naturam de numero naturarum rerum ſenſibilium, illa natura interius exiſtens prohiberet apparere extranea. ſicut etiam ſi pupilla eſſet colorata aliquo colore, non poſſet videre omnem colorem: ſed ſicut ſe habet intellectus humanus ad cognoſcendas res corporeas, ita ſe habet intellectus angelicus ad cognoſcendas res immateriales. Cum igitur intellectus angelicus habeat in ſe aliquam naturam determinatam de numero illarum naturarum, videtur quòd alias cognoſcere non poſſit.

¶Præterea, In libro de cauſis dicitur quòd omnis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, inquantum eſt cauſata ab eo: & quod eſt ſub ſe inquantum eſt cauſa eius. Sed vnus angelus non eſt cauſa alterius. Ergo vnus angelus non cognoſcit alium.

264 c 180

¶Præterea, Vnus angelus non poteſt cognoſcere alium per eſſentiam ipſius angeli cognoſcentis: cum omnis cognitio. Et ſecundum rationem ſimilitudinis[c]. Eſſentia autem angeli cognoſcentis non eſt ſimilis eſſentiæ angeli cogniti, niſi in genere, vt ex ſupradictis patet. Vnde ſequeretur quòd vnus angelus non haberet de alio cognitionem propriam, ſed generalem tantum. Similiter etiam non poteſt dici quòd vnus angelus cognoſcat alium per eſſentiam angeli cogniti, quia illud quo intellectus intelligit, eſt intrinſecum intellectui. Sola autem trinitas illabitur menti. Similiter etiam dici non poteſt quòd vnus cognoſcat alium per ſpeciem, quia illa ſpecies non differt ab angelo intellecto: cum vtrunque ſit immateriale. Nullo igitur modo videtur quod vnus angelus poſſit intelligere alium.

¶Præterea, Si vnus angelus intelligit alium, aut hoc eſſet per ſpeciem innatam: & ſic ſequeretur quòd ſi Deus nunc de nouo crearet aliquem angelum, quòd non poſſet cognoſci ab his qui nunc ſunt. Aut per ſpeciem acquiſitam à rebus: & ſic ſequeretur quòd angeli ſuperiores nõ poſſent cognoſcere inferiores, à quibus nihil accipiunt. Nullo igitur modo videtur, ꝙ vnus angelus alium cognoſcat.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur in lib. de cauſis, quòd omnis intelligentia ſcit res quæ non corrumpuntur.

CONCLVSIO.

¶Quilibet angelus cognoſcit alios per inditas omnium rerum rationes in eo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut Aug. dicit 2. ſuper Gen. ad lit. ea quæ in verbo Dei ab æterno præextiterũt, dupliciter ab eo fluxerunt. Vno modo in intellectum angelicum. Alio modo vt ſubſiſterent in propriis naturis. In intellectum autem angelicum proceſſerunt per hoc quòd Deus menti angelicæ impreſſit rerum ſimilitudines, quas in eſſe naturali produxit. In verbo autem Dei ab æterno extiterũt: non ſolum rationes rerum corporalium, ſed etiam rationes omnium ſpiritualium creaturarum. Sic igitur vnicuique ſpiritualium creaturarum à verbo Dei impreſſæ ſunt omnes rationes rerum omnium tam corporalium quàm ſpiritualium: ita tamen quòd vnicuique angelo impreſſa eſt ratio ſuæ ſpeciei ſecundum eſſe naturale, & intellectuale ſimul: ita ſcilicet quòd in natura ſuæ ſpeciei ſubſiſteret, & per eam ſe intelligeret. Aliarum vero naturarum tam ſpiritualium quàm corporalium rationes ſunt ei impreſſæ ſecundum eſſe intellectuale tantum[e], vt videlicet per huiuſmodi ſpecies impreſſas tam creaturas corporales quàm ſpirituales cognoſceret.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd naturæ ſpirituales angelorum ab inuicem diſtinguuntur ordine quodam, ſicut ſuprà dictum eſt[e]. Et ſic natura vnius angeli non prohibet intellectum ipſius à cognoſcendis aliis naturis angelorum, cum tam ſuperiores quàm inferiores habeant affinitatem cum natura eius, differentia exiſtente

a *¶Super Quæſtionis quinquageſimæſextæ articulum ſecundum.*

Comment. IN titulo articuli illud tantum aduertendum eſt quòd hic ſimul intenditur, & an vnus angelus cognoſcat alium & quomodo.

¶In corpore vna concluſione affirmatiua reſpondet quæſito: quilibet angelus cognoſcit alios per inditas omnium rerum rationes in eo. Declaratur concluſio ex auctoritate Auguſt. dicentis, res eſſe productas à Deo non ſolum in eſſe naturali, ſed etiam in eſſe intelligibili in mentibus angelorum. Ex hoc enim manifeſte habetur, quòd in vnoquoque angelo ſint rationes omnium tam corporalium, quàm ſpiritualium: per quas poteſt eos intelligere. Et quoniam ly omnium, diſtribuit etiam pro ipſo angelo cognoſcente: ideo S.T. ad confirmationem præcedentis articuli ſolicitus fuit hic, vt declararet quomodo in ipſo angelo intelligente ipſemet productus ſit ſecundum eſſe intelligibile, ne crederes ipſum ſecundum eſſe intelligibile aliquam intentionem in ſeipſo ſuperaddere, ſupra eſſe naturale ipſius.

¶Quomodo intus exiſtens prohibeat extraneum.

Quæſtio. ¶In reſponſione ad primum dubium, occurrit quomodo reſponſione illa ſatisfaciat argumento: videtur enim conſiſtere in quadam exceptione, quaſi dicat quòd cognoſcens poteſt ex natura ſua habere actu aliquam ex naturis cognoſcibilibus ad ipſo, quando natura ipſa eſt habens affinitatem cum aliis, & ordine quodam ſecundum perfectius & imperfectius eſt ab eis diſtincta, & quia ſic ſe habet natura angeli cuiuſque ad cæteros: ideo ſtat ꝙ habeat ſeipſum in actu intelligibili & naturali, & non impediatur à cognitione aliorum. Sed hoc patitur magnam difficultatem. Tum quia vt dicit Auerrois in 3. de anima con. 5. propoſitio dicens, ꝙ recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti: intelligitur à natura generis proximi rerum receptarum. Et conſequenter ex hoc, quòd natura intranea habet affinitatem cum extraneis: magis obſtat propoſitio. Et confirmatur, quia apud S. Th. omnes angeli ſunt eiuſdem generis proximi, quum neget in eis genera ſubalterna. Tum quia ſecundum hanc gloſam rueret proceſſus Ariſto. in 3. de anima: quoniam poſſet quiſpiam dicere animam habere actu aliquam de naturis cognoſcibilium, puta ſeipſam: vel vt antiqui dicebant, aliquod elementum, & quòd hoc non impedit aliorum cognitionem, quoniam ordine quodam ſe habet ad alia ſecundum perfectius & imperfectius, vt de ſe patet & habet affinitatem cum eis propter proximitatem in eſſendo aut principiando. Tum quia habere affinitatem diſtinguique ordine quodam, non remouet cauſam quare intus exiſtens prohibet extraneum. Cauſa enim eſt, quia determinatum ex ſe ad certam naturam in actu, non poteſt ad alias determinari; ſicut nec illa natura ad quam determinatur, poteſt determinari ad alias. Vnde & Auerrois in primo phyſicorum con. 63. dicit quòd ſi materia prima haberet ex natura ſua aliquam formam, non reciperet omnes formas. Et ſimiliter ſi haberet aliquam priuationem, non reciperet omnes priuationes. Conſtat autem quòd cauſa hæc habet locum in naturis quantumcunque affinibus, & ſe habentibus ſecundum perfectum & minus perfectum, quoniam commune eſt omnibus naturis ſpecificis actualibus: quòd vltima differentia vnius non poteſt determinari per vltimam differentiam alterius. Et quo ad actum diſcernendi experimur, quòd ſenſus affectus quocunque ſenſibili, impeditur à diſcretione aliorum, ſecundum id in quo differunt.

280 a 262 & a 264

¶Ad euidentiam huius difficultatis duo breuiter tangenda ſunt. Primo fundamentum illius maximæ, Quare intus exiſtens prohibet extraneum. Secundo, ſenſus literæ.

¶Quo ad primum, ſciendum eſt quòd propria ratio huius eſt; quia vna natura non eſt determinabilis per aliam; ſi enim eſſet aliqua forma determinabilis per omnes formas, materia prima habendo illam, non impediretur à receptione omnium. Et ſimiliter intellectus animæ noſtræ habendo tale intelligibile, ſcilicet determinabile per omnia intelligibilia, non impediretur intelligere omnia. Vnde ſi cholera in lingua febricitantis ipſa ſalua, eſſet determinabilis per dulcedinem, non impediretur à guſtu dulcedinis. Et hoc autem relinquitur, quòd propoſitio illa non tenet in naturis, quarum vna eſt determinabilis per alteram: ſed in his tantum, quarũ neutra poteſt alterius eſſe determinatio.

tantum secundum diuersos gradus perfectionis.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ ratio causæ & causati nõ faciat ad hoc quòd vnus angelus alium cognoscat nisi ratione similitudinis, inquantum causa & causatum sunt similia. & ideo si inter angelos ponatur similitudo absque causalitate, remanebit in vno cognitio alterius.

¶Ad tertium dicendum, quòd vnus angelus cognoscit alium per speciem eius in intellectu suo existentem, quæ differt ab alio angelo cuius similitudo est: non secundum esse materiale & immateriale, sed secundum esse naturale & intentionale. Nam ipse angelus est forma subsistens in esse naturali: non aũt species eius quæ est in intellectu alterius angeli, sed habet ibi esse intelligibile tantum, sicut etiam & forma coloris in pariete habet esse naturale, in medio autem deferente habet esse intentionale tantum.

¶Ad quartum dicendum, quòd Deus vnamquanque creaturam fecit proportionatam vniuerso qđ facere disposuit. Et ideo si Deus instituisset facere plures angelos, vel plures naturas rerum, plures species intelligibiles mentibus angelicis impressisset. Sicut si ædeficator voluisset facere maiorem domum, fecisset maius fundamentum. Vnde eiusdem rationis est quòd Deus adderet aliquam creaturam vniuerso, & aliquam speciem intelligibilem angelo.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrum angeli per sua naturalia Deum cognoscere possint.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angeli per sua naturalia Deum cognoscere non possunt. Dicit enim Diony. 9. ca. de di. nom. quòd Deus est super omnes celestes mentes incomprehensibili virtute collocatus. Et postea subdit quod quia est supra omnem substantiam, ab omni cognitione est segregatus.

¶Præterea, Deus in infinitum distat ab intellectu angeli. Sed in infinitum distantia non possunt attingi. Ergo videtur ꝙ angelus per sua naturalia non posit Deum cognoscere.

¶Præterea, Pri. Cor. 13. dicitur, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Ex quo videtur quod sit duplex Dei cognitio. Vna qua videtur per sui essentiam, secundum quam dicitur videri facie ad faciem. Alia secundum quod videtur in speculo creaturarum. Sed primam Dei cognitionem angelus habere non potuit per sua naturalia, vt suprà ostensum est[e]. 58 Visio autem specularis angelis non conuenit: quia non accipiunt diuinam cognitionem à rebus sensibilibus; vt dicit Diony. 7. cap. de di. no. Ergo angeli per sua naturalia Deum cognoscere non possunt.

¶SED CONTRA, angeli sunt potentiores in cognoscendo quàm homines: Sed homines per sua naturalia Deum cognoscere possunt: secundum illud Rom. 1. Quod notum est Dei, manifestum est in illis. Ergo multo magis angeli.

CONCLVSIO.

¶*Possunt angeli per suas naturales vires Deum aliqualiter cognoscere.*

¶RESPONDEO dicendum, quod angeli aliquam cognitionem de Deo habere possunt per sua naturalia.

¶Ad cuius euidentiam considerandum est quod aliquid tripliciter cognoscitur. Vno modo per præsentiam suæ essentiæ in cognoscente: sicut si lux videatur in oculo. Et sic dictum est[e] quod angelus intelligit seipsum. 283 Alio modo per præsentiam suæ similitudinis in potentia cognoscitiua: 63 & b sicut lapis videtur ab oculo per hoc quod similitudo 84 Quæstio eius resultat in oculo[e]. Tertio modo per hoc quod similitudo rei cognitæ non accipitur immediate ab ipsa re cognita, sed à re aliqua in qua resultat: sicut videmus hominem in speculo. Primæ igitur cognitioni assimilatur diuina cognitio, qua per essentiam suam videtur. Et hæc cognitio Dei non potest adesse creaturæ alicui per sua naturalia, vt suprà dictum est[e]. 58 Tertiæ autem cognitioni assimilatur cognitio qua nos cognoscimus Deum in via per similitudinem eius in creaturis resultantem, secundum illud Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Vnde & dicimur Deum videre in speculo. Cognitio autem qua angelus per sua naturalia cognoscit Deum, media est inter has duas:

Propterea manifeste non tenet in naturis quæ se habent vt potentia & actus, Non enim receptiuum omnium formarum sensitiuarum, vt sic impediretur à receptione earum, si esset actu vegetatiuum, quia natura vegetatiua determinabilis est per sensitiuam, vt potentia per actum.

¶Quo ad secundũ, verba literæ dupliciter intelligi possunt iuxta duplicem modum considerandi naturas cognoscibiles, propter duplicẽ ordinẽ cognoscibiũ. Constat eñ quòd naturæ cognoscibiles sunt duplicis ordinis. Quædam eñ cognoscibiles tantum, vt patet de sensibilibus. Quedam vero sunt cognoscibiles & cognoscitiuæ non per accidens, puta quia ratione vnius cognoscit & rõne alterius cognoscitur, vt contingit in animalibus, sed per se: ita ꝙ idem est secundum se cognoscẽs cognitum actu, vt contingit in separatis à materia. Et ex hoc prouenit, ꝙ naturæ cognoscibiles possunt dupliciter considerari, scilicet vt cognoscibiles præcisæ, & vt cognoscẽtes cognitæ, vbi vtrunque inuenitur. Ex his eñ duabus distinctionibus oritur & veritas sensuũ. & veritatis claritas. Prima nanque facie sensus literæ videtur, qui iam tactus est ꝙ scilicet natura eiusdem generis solo ordine gradúque specifico ab aliis naturis cognoscibilibus differens, si intus existit, nõ prohibet alias, quia sunt affines. Et videtur fundata ista ratio super hoc ꝙ cognitio fit per assimilationẽ, ac per hoc in naturis similibus, quales sunt prædictæ: vna non prohibet cognitionem alterius. Et quia naturæ spirituales angelorum sunt huiusmodi: ideo natura vnius non impedit cognitionem alterius. Et hic sensus considerat naturas vt cognoscibiles tantum, & par facit iudicium de naturis spiritualibus & corporalibus. Sed obstat huic sensui experientia, præter auctoritates, & rationes allatas: quoniam experimur vnum colorem impedire cognitionem aliorum, & similiter in saporibus, Et tamen cõstat quòd colores inter se, & similiter sapores inter se sola specie differunt, & in genere conueniunt. Interius autem contemplantibus, sensus literæ videtur, quòd non est idem iudicium de naturis sensibilibus, quæ sunt intelligibilia nostra, & de naturis spiritualibus. Et propterea hoc nõ sic se habet intellectus angelicus ad naturas spirituales, sicut intellectus noster ad naturas sensibiles: super quo tamen stabat vis argumenti. Quòd autem non sit idem iudicium, ex affinitate spiritualiũ inter se, ex hoc, quòd solo specifico ordine distant, apparet. Vbi scito quòd proximitas naturarũ potest applicari ad cognoscibilia tantum, & sic vt dictum est, intus existens prohibet aliud. Et potest applicari ad cognoscibilia cognoscitiua: & sic non impedit, imò iuuat cognitionẽ. Quòd non impediat, probatur: quia remoueretur causa impedimenti, quæ est indeterminabilitas vnius naturæ per aliam, vt patet ex dictis. Ex hoc eñ quòd ponitur aliqua vna natura intellectiua, necessario ponitur determinabilis per alias: vnde si albedo esset non solum visibilis, sed visiua, ex hoc ipso esset determinabilis per colores, sicut potentia visiua. Modo autem quia est visibilis tantum, non est determinabilis per eos, & propterea modo intus existens prohibet alios. Tunc autem non impediret. Quòd autem magis adiuuet, ex eo patet: ꝙ cognitio fit per assimilationem: & minor opus est superueniat assimilatio vbi tanta est proximitas. Quia igitur constat ex supradictis, substantias spirituales esse intellectiuas & intelligibiles actu, & in istis proximitas naturarum non prohibet cognitionem: ideo autor respondendo, affinitatem naturarum spiritualium pro ratione responsionis sumpsit: & argumento satisfecit proportionali, affinitatem apud nos impedientem, ibi non impedire dicens. Et ex his patet solutio obiectionum omnium: quoniam de naturis cognoscibilium aut receptibilium absolute loquuntur. Nos autem hic de cognitis & cognoscentibus in actu, de quibus est alia, imò opposita ratio vt patet ex dictis.

285 2. di. 23. q. 2. ar. 1. cor. Et 4. di. 49. q. 2. a. 6. & 7. Et 3. con. capi. 49. & 52. Et Ro. 1. l. 6. fi. Et veri. q. 8. art. 3. cor.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæsextæ Articulum tertium.*

Annot. TItulus clarus est: hoc adiecto, quòd, vt in præcedentibus diximus, inquirimus simul modum quo angelus naturaliter cognoscit Deum.

Coment. ¶In corpore articuli quatuor facit. Primo proponit conclusionem responsiuam affirmatiue, hanc scilicet, Angeli possunt per sua naturalia aliquam cognitionem habere de Deo. Secundo declarat eam ponendo modum talis cognitionis. Et hoc facit distinguendo tres modos, quibus res est visibilis, & applicando eos ad Deum respectu intellectuum creatorum, medio loco ponendo modum quo Deus realiter cognoscitur ab angelo: & clare patent omnia in litera. Tertio probat conclusionem iam modificatam, scilicet quòd angelus cognoscit Deum per similitudinem immediate ab eo habitam sic, in angelo est impressa substantialiter similitudo diuina. ergo p. suã substantiam intelligit Deum tanquam per speciem immediate sumptam ab eo: & tenet cõsequentia: quia substantia à solo Deo est. Quarto respondet tacitæ obiectioni: qua posset quisquam credere, quòd talis cognitio Dei esset eius visio, propterea quia experimur in nobis, cognitionem per speciem immediate ab obiecto impressam visionis rationem habere. Facit autem hoc assignando primo causam quare talis cognitio Dei in angelo non est visio Dei: quia scilicet nulla similitudo creata sufficit ad repræsentandum Deum perfecte. Secundo declarando, quòd talis cognitio magis declinat in alterum extremum, scilicet visionem specularem, ex illamet causa, id est elongatione à primo extremo, scilicet visione faciali: & ex hoc ꝙ angelus dicitur speculum Dei.

¶*Num angelus naturali cognitione Deum distincte cognoscat, & quomodo.*

¶Circa hanc conclusionem sic modificatã, dubium occurrit ex tribus capi. Primo ex imperfectione cognitionis talis, quoniam secundum hoc sequeretur, quòd angelus non haberet nisi cognitionem confusam de ipso Deo. Et tenet sequela, quia substantia angeli non repræsentat id quo Deus constituitur in esse proprio: & distinguitur ab aliis, sicut nec repræsentat id quo alius angelus distinguitur ab eo. Et confirmatur, quia si angelus per solam substantiam suam cognosceret alios angelos, non cognosceret eos distincte, propter rationem prædictam: ergo cognoscendo Deum per solam substantiam suam non cognoscit eum distincte, quod est inconueniens. Secundo obiicit Scotus in 2. di. 3. qõ. 9. ex ratione discursus, sic. Cognitio per similitudinem repræsentantem vt cognitam, est cognitio discursiua. Sed cognitio angeli de Deo per substantiam est per similitudinem repræsentantem vt cognitam: ergo est discursiua. hoc est inconueniens apud te, qui negas discursum in angelis: & esset inconueniens simpliciter ponere, quòd prima & perfectissima cognitio naturalis, quam habet angelus de Deo, sit discursiua, dato quòd angelus posset discurrere. Maior propositio patet ex differentia inter speciem repræsentantem vt rationem cognoscendi, qualis est species in oculo, & repræsentatem vt cognitam, qualis est species in speculo. Minor vero relinquitur per se nota: quoniã angelus nõ nisi cognoscendo se, cognoscit Deum, quum cognoscit ipsum per suã substãtiã. Tertio arguit idẽ ibidẽ ex possibilitate & rationabilitate ponẽdi in mente angelica speciem intelligibilem repræsentantem distincte, non tamen adæquate & cõprehensiue Deũ: quemadmodũ ponitur species intelligibilis alterius angeli. Et tripliciter nititur hoc probare. Primo, quia homo in statu innocẽtiæ habebat cognitionem de vltimo fine in speciali: & non solum in communi vt modo habet: ergo angelus secundum naturam suam habet cognitionem de illo in speciali maiorem, quod est cognoscere distincte: tenet consequentia, quia beatitudo naturalis angeli est maior naturali beatitudine hominis in statu naturæ conditæ. Secundo sic. Paulus raptus ad videndum Deum potuit meminisse eius quod viderat: ergo potuit in eo imprimi species obiecti quod viderat, tenet consequentia, quia aliter non meminisse. Añs vero ex ipso Apostolo patet, qui recordabatur se audisse arcana verba quæ non licet homini loqui: &c. Tertio, quia cognitio matutina apud Augustinum, est cognitio rerum in verbo, & prior cognitione vespertina, & competens angelis ante beatitudinem: ergo erat in eis cognitio distincta Dei per aliquam speciem intentionalem vt rationem cognoscendi: tenet con-

& similatur illi cognitioni, qua videtur res per speciem ab ea acceptam. Quia eñ imago Dei est in ipsa natura angeli impressa per suã essentiam, angelus Deum cognoscit, inquantum est similitudo Dei. Non tamen ipsam essentiã Dei videt quia nulla similitudo creata est sufficiens ad repræsentandam diuinam essentiam[e]. Vnde magis ista cognitio tenet se cum speculari, quia & ipsa natura angelica est quoddam speculum diuinam similitudinem repræsentans.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Dio. loquitur de cognitione compræhensionis, vt expresse eius verba ostendunt. Et sic à nullo intellectu creato cognoscitur[e].

¶Ad secundum dicendum, ꝙ propter hoc ꝙ intellectus & essentia angeli in infinitum distant à Deo, sequitur ꝙ non posit ipsum comprehendere, nec per suam naturam eius essentiam videre. Non tamen sequitur ꝙ propter hoc nullam habeant eius cognitionem: quia sicut Deus in infinitum distat ab angelo: ita cognitio, quam Deus habet de seipso in infinitum, distat à cognitione quam angelus habet de eo.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ cognitio quam naturaliter angelus habet de Deo, est media inter vtranque cognitionem: & tamen magis se tenet cum vna, vt suprà dictũ est[e].

QVAESTIO QVINQVAGESIMA septima de angelorum cognitione respectu rerum materialium, in quinque articulos diuisa.

DEINDE quæritur de his materialibus quæ ab angelis cognoscuntur. Et circa hoc quæruntur quinque. Primo, vtrum angeli cognoscant naturas rerum materialium, ¶Secundo, vtrum cognoscant singularia. ¶Tertio, vtrum cognoscant futura. ¶Quarto, vtrum cognoscant cogitationes cordium.

¶Quinto, vtrum cognoscant omnia mysteria gratiæ.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum angeli cognoscant res materiales.*

AD PRIMVM sic proceditur, Videtur quòd angeli non cognoscant res materiales. Intellectum enim est perfectio intelligentis, Res autem materiales non possunt esse perfectiones angelorum, cum sint infrà ipsos. Ergo angeli non cognoscunt res materiales.

¶Præterea, visio intellectualis est eorum quæ sunt in anima per sui essentiam, vt dicitur in gl. 2. ad Cor. 12. Sed res materiales, non possunt esse in anima hominis, vel in mente angeli per suas essentias. Ergo non possunt intellectuali visione cognosci, sed solum imaginaria, qua apprehenduntur similitudines corporum: & sensibili, quæ est de ipsis corporibus. In angelis autem non est visio imaginaria & sensibilis, sed solum intellectualis. Ergo angeli materialia cognoscere non possunt.

¶Præterea, Res materiales non sunt intelligibiles in actu, sed sunt cognoscibiles apprehensione sensus & imaginationis quæ non sunt in angelis. Ergo angeli materialia non cognoscunt.

¶SED CONTRA, quicquid põt inferior virtus, potest virtus superior. Sed intellectus hominis, ꝙ est ordine naturæ infrà intellectũ angeli, potest cognoscere res materiales. Ergo multo fortius intellectus angeli.

CONCLVSIO.

¶*Angeli, cum superiores rebus materialibus & corporalibus sint, materialia omnia cognoscunt per species intelligibiles existentes in eis, inquantum in illis sunt intelligibiliter.*

¶RESPONDEO dicendum ꝙ talis est ordo in rebus, ꝙ superiora in entibus sunt perfectiora inferioribus[e], & qđ in inferioribus continetur deficienter, & partialiter, & multipliciter, in superioribus continetur eminenter, & per quandam totalitatem & simplicitatem. Et ideo in Deo sicut in summo rerũ vertice omnia supersubstantialiter præexistunt secundum ipsum suum simplex esse, vt Dio. dicit in li. de di. no. Angeli autẽ inter cæteras creaturas sunt Deo propinquiores & similiores[e]. Vnde & plura participant ex bonitate diuina, & perfectius, vt Dio. di-

net consequentia quia cognitio matutina est distincta cognitio rerum in verbo: impossibile est autem quòd in causa confuse cognita cognoscantur effectus distincti & ordinati.

¶Ad euidentiam huius difficultatis consistentis in hoc, an, s. ponenda sit aliqua species intelligibilis ipsius Dei an ipsa essentia substantiæ intellectualis locum speciei intelligibilis repræsentantis Deum tali intellectui sufficienter suppleat. Primo videndum est quid requiritur ad distincte repræsentare aliquid. Secundo, an sit possibile dari repræsentatiuum Dei distincte in esse naturali vel intentionali.

60 ¶Quod ad primum breuiter sciendum est: ꝙ repræsentari distincte non dicitur res nisi repræsentetur illa conditio, qua formaliter constituitur in suo proprio & essentiali esse, vt patet inductiue. 61 Non enim homo distincte repræsentatur, nisi rationali repræsentato: supposito ꝙ rationale sit propria & essentialis differentia hominis. Et similiter albedo distincte non repræsentatur nisi vltima sua differentia repræsentetur, vnde Deus non distincte repræsentabitur, nisi repræsentetur id qđ se habet ad ipsum quasi essentialis & propria differentia constitutiua eius: in hoc quod est esse Deum. Hęc de primo.

¶Quo ad secundum ex parte repræsentatiui sciendum est quòd quamtum contingit esse repræsentatiuum, tantam contingit esse cognitionem. Et propterea à destructione consequentis arguendo si non contingit esse tantam cognitionem, nec possibile erit esse tantum repræsentatiuum: sed impossibile est dari naturaliter tantam cognitionẽ Dei in creatura, scilicet quòd sit eius cognitio distincta: ergo impossibile est dari repræsentatiuũ Dei distincte. Quòd autem talis cognitio sit impossibilis, probatur ex eo, quòd cognoscere distincte est cognoscere vltimam differentiam, vel id quòd se habet vt vltima differentia. Cognoscens autem rem vsque ad vltimam differentiam inclusiue, non solum secundum quod terminat quæstionem an est, seu quia est, sed secundum quod terminat quæstionem quid est cognoscit sufficienter ex natura rei à priori omnia conuenientia illi rei. Quoniam sermo diffinitiuus soluit omnes difficultates: & principium omnis demonstrationis est quod quid est, quod nulli creaturæ naturaliter conuenire potest respectu Dei, de tali obiecto quod est Deus. Ex parte vero obiecti aduertendum est, ꝙ si de diuinis balbutiendo loqui licet, irrepræsentabilitas eius relucet ex eo quòd infinitum entitatiue vt sic, non est distincte repræsentabile. Vnde quanuis sapientia diuina posit repræsentari per aliquod creatum distincte non tamen distincte repræsentatur inquantum infinita, nisi quo ad quæstionem an est: sed constitutiuum proprium Dei, puta deitas vt sic, est ens infinitum. ergo est irrepræsentabile distincte. patet minor, quia non est imaginandum, ꝙ infinitas se habet ad deitatem quemadmodum se habet ad rationes attributales. Non enim quẽadmodũ sapientia & bonitas sunt quædam rationes formales seu realitates secundum se, & infinitatem vel finitatem sortiuntur, vt modum quantitatis perfectionalis: ita deitas sortitur infinitatem, sed infinitas est ipsum quod quid erat esse deitatis. Alioquin Deus non esset primo essentialiter & intrinsece ens infinitum.

¶Ex his autem patet quid dicendum sit ad primam obiectionem. Nam vocando omnem cognitionem rei citra quidditatiuam cognitionem confusam: conceditur quòd omnis cognitio possibilis haberi de Deo à creatura naturaliter est confusa, quia non quidditatiua.

¶Ad secundam vero obiectionem, quæ est Scoti, dicitur ꝙ maior est simpliciter falsa vt patet de cognitione Sortis per speciem eius in speculo. Talis enim fit per similitudinem repræsentantem vt cognitam, & tamen non est discursiua. Nec obstat si dicatur, quòd Sortes tunc non apprehenditur ab eadem potentia, scilicet visiua, sed per accidens ab altiori potentia: quemadmodum videntes Sortem dicuntur videre viuum: hoc enim magis facit ad propositum, quoniam ex hoc non impeditur responsio data, sed siue per se, siue per accidens, siue per eandem potentiam, siue per diuersam, satis est ꝙ cognoscens per similitudinem vt cognitã non oportet ꝙ discurrat. Hoc eñ firmato facillime patet, quomodo angelus absque discursu per essentiam suam cognoscere potest Deũ ex illo principio. Quæ sunt diuisa & dispersa in inferioribus, vnite præhabentur in vno superioris ordinis. Et propterea quẽadmodũ angelus per vnam virtutẽ cognoscitiuam percipit nobiliori modo quicquid nos per tot virtutes cognoscitiuas apprehendimus & inuestigamus: ita per vnam virtutem & vnam speciem eminentius potest habere quod nobis conuenit per diuersas potentias ac species se consequentes. Ac per hoc poterit per speciem repræsentantem vt cognitam eminentius repræsentati cognitionem elicere absque discursu per eandem vitutem: & absque alia specie, sicut nos absque discursu, per consequentem tamen speciem & potentiam facimus. Dicitur secundo, ꝙ similitudo repræsentans vt cognita, est duplex, quædam vt cognita tãtum, quædam vt cognita: & ratio cognoscendi simul, vt patet de essentia diuina respectu omnium simpliciter. Et tunc dico, ꝙ quicquid sit de repræsentante primo modo, falsa est maior de repræsentante secundo modo: & ꝙ essentia angeli tali modo repræsentat ex sua excellentia: vnde & San. Tho. in corpore articuli dicit, ꝙ cognitio ista assimilatur cognitioni per speciem ab obiecto impressam immediate, repræsentantem tamen imperfecte. Et si: argumentum peccat & propter excellentiam intellectus angelici, & propter excellentiam, substantiæ eius vt repræsentatiuæ. Nec obstat ꝙ essentia angeli non contineat Deum virtualiter: sufficit enim ꝙ contineat ipsum participatiue.

268 infra q. 89. ar. 3. Et 2. co. ca. 97. Et ver. q. 8. ar. 8. & q. 10. a. q. cor. & q. 20. ar. 4. cor. fi.

534 ¶Ad obiectiones autem tertio loco adductas ex Sco. dicitur ꝙ nec homo, nec angelus in quocunque statu naturæ potuit habere cognitionem distinctam, 282 idest quidditatiuam ipsius Dei, quanuis in latitudinem cognitionis non quidditatiuæ, perfectius homo cognouerit in statu innocentiæ quàm nunc: & perfectius angeli quàm homo: & inter eos vnus perfectius altero. Sed arguens decipitur in hoc, quia supponit ꝙ cognitio Dei non in communi, sed in speciali sit cognitio quidditatiua, quam negamus ab angelis: quum tamen constet, ꝙ stat cognoscere aliquid in speciali, & non quidditatiue. Ad id vero quod obiicitur de memoria rapti, dicitur à S. T. expresse, ꝙ non potuit remanere species obiecti: quanuis potuerit accipere species rerum visarum in obiecto: vnde & Paulus non meminit obiecti nisi in confuso: & quia fuit scilicet rerum visarum, propter quod dicit, in numero plurali, Arcana verba quæ non licet homini loqui, Ad vltimum de cognitione matutina, dicitur negando, ꝙ cognitio matutina fuerit in angelis ante beatitudinem, Quanuis etiam consequentia non videatur necessaria, quia non est remotum quòd in causa non quidditatiue cognita, aliqui effectus ordinati cognoscantur distinctæ: quanuis imposibile sit in tali cognitione cognoscere omnes effectus.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæseptimæ Articulum primum.*

TItulus clarus est.

Commẽt. ¶In corpore articuli vna conclusio responsiua. Angeli cognoscunt res materiales per species intelligibiles existentes in eis. Et probatur sic. In angelis continentur res materiales secundum esse intelligibile: ergo. Antecedens habet duas partes: & quo ad primam, scilicet ꝙ contineatur, probatur à sancto Tho. Quia ordo vniuersi hoc habet, vt inferiora in superioribus contineantur excellentiori modo, scilicet magis vnite & simplicius: & declaratur ex continentia omnium in Deo. Sed angeli sunt suprema in entibus: quia propinquissimi Deo: igitur. Quo ad secundam vero partem, quia quæ continentur in aliquo, sunt in eo secundum modum continentis: ac per hoc quum angeli sint intellectualis naturæ, omnia quæ sunt in eis, sunt in eis intelligibiliter: & declaratur ex simili proportione rerum ad continentiam Dei.

Annot. ¶Aduerte hic vnum, ꝙ ex vi istius processus nihil aliud infertur, nisi quòd angeli continent res materiales intelligibiliter. Vtrum autem illud esse intelligibile quo simpliciori & immaterialiori modo sunt in angelis res materiales, quàm

in anima nostra sint ipsæmet res materiales: sit esse substantiale ipsorum angelorum, vt quidam Peripatetici credunt: vel esse intentionale per species scilicet intelligibiles, ex hoc processu non habetur. Sed San. Thomas conclusit tale esse fore intentionale, quia iam in præcedente quæstione determinauerat, quòd esse substantiale angeli secundum se solum non est tantæ perfectionis, vt habeat vnde sibi assimilentur alia secundum proprias eorum differentias.

cit 4. ca. an. Ierar. Sic igitur omnia materialia in ipsis angelis præexistūt, simplicius quidē & immaterialius, quàm in ipsis rebus, multiplicius autē & imperfectius quā in Deo. Omne autem quod est in aliquo, est in eo per modum eius in quo est. Angeli autem secundū suam naturā sunt intellectuales[c]. Et ideo sicut De[us] per suam essentiam materialia cognoscit, ita angeli ea cognoscunt per hoc q sunt in eis per suas intelligibiles species.

¶AD PRIMVM ergo dicendum q intellectum est perfectio intelligentis scd'm speciem intelligibilē, quā habet in intellectu. Et sic species intelligibiles quæ sunt in intellectu angeli, sunt perfectiones & actus intellectus angelici.

¶Ad secundū dicendum, q sensus non apprehendit essentias rerū, sed exteriora accidentia tm̄. similiter neque imaginatio. Sed apprehendit solas similitudines corporum. Intellectus aūt solus apprehendit essentias rerum. Vnde in 3. de anima dicitur, q obiectū intellectus est quod quid est. Circa quòd non errat, sicut neque sensus circa proprium sensibile. Sic ergo essentiæ rerum materialium sunt in intellectu hoīs, vel angeli, vt intellectū est in intelligente, & non secundum esse suum reale[c]. Quædam vero sunt quæ sunt in intellectu vel in anima, secundum vtrunque esse. Et vtrorunque est visio intellectualis.

¶Ad tertium dicendū, q si angelus acciperet cognitionē rerum materialium ab ipsis rebus materialibus, oporteret q faceret eas intelligibiles actu abstrahendo eas: non autem accipit cognitionem earū à rebus materialibus, sed per species actu intelligibiles rerum sibi connaturales[c], rerū materialium notitiā habet, sicut intellectus secundum species quas intelligibiles facit abstrahendo.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum angelus cognoscat singularia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q angelus singularia nō cognoscat. Dicit enim Philosoph[us] in 1. post. q sensus est singularium: ratio vero vel intellectus vniuersalium. In angelis autē non est vis cognoscitiua nisi intellectiua, vt ex superioribus patet[c]. Ergo singularia non cognoscunt.

¶Præterea, Omnis cognitio est p assimilationem aliquā cognoscentis ad cognitū. Sed non

a *¶Super Quæstionis quinquagesimæ septimæ Articulum secundum.*

267
293
Titulus est clarus aduertenti, quòd de singularibus materialibus est hic quæstio, & de modo cognoscendi.

Coment. ¶In corpore quatuor facit. Primo tractat opinionem totaliter negatiuam, quę videtur Auerrois, scilicet q angeli non cognoscunt hæc singularia. Et impugnat eam dupliciter. Primo ex prouidentia & administratione angelorum circa hæc ex autoritate Apostoli. Secundo ex motione orbium celestium per intellectum, & voluntatem, iuxta Aristot. 12. metaph. com. 36. & 37. Secundo tractat opinionem aliā forte Auicennæ, dicentis intelligentias cognoscere singularia cognoscendo vniuersales causas. Et impugnat eam simili modo dupliciter: (84 b, 284) eisdem mediis adiungens hoc q cognoscere singulare in causis vniuersalibus, non est cognoscere singulare vt singulare est. Et declarat hoc exemplo cognitionis, (281) quā habet astrologus de hac eclipsi, quam semper ignorat vt hanc, nisi sensu percipiat eam.

Quæstio. *¶Num cognoscens singulare in causis vniuersalibus non cognoscat singulare inquantum hoc.*

287 — 2. di. 3. q. 3. arti. 3. Et 2. con. cap. 98. Et veri. q. 8. art. 11. & q. 10. & ar. 5 & opusc. 15. c. 13. & 15.

¶Circa rationem hanc dubium occurrit. Quia non videtur verum illud assumptum, s. cognoscens singulare in causis vniuersalibus non cognoscit singulare inquantum hoc. Quoniam sequendo exemplum de astrologo, manifestum est q sciens recte computare motus astrorum, sciet nō solū eclipsim quandoque esse, sed etiam tali tunc, id est tali hora, & tali minuto, & in tali loco: & breuiter sciet nunc & hic esse. Quia huiusmodi singularia, etiam inquantum singularia, sunt determinata in causis suis quo ad omnes conditiones, nec possunt aliter se habere.

¶Ad hanc obiectionem dicitur, q nūquā astrologus habebit certam cognitionem de aliquo singulari quantuncunque necessario, nisi per sensum: quia conclusio singularis non pōt sciri ex maiore & minori in vniuersalibus, sed oportet alteram præmissarum esse singularem. Singularem autem propositionem cogitatiuam format. Et decipitur in hoc obiiciens: quia non aduertit q scire nunc solem esse in tali signo, & lunam in tali, non ad scientiā, sed ad sensum pertinet: & tamen sine hoc non potest computari, ergo in tali anno erit eclipsis. Ad scientiam enī hoc vniuersale tantū spectat, s. q quotienscunque sol & luna sunt in talibus signis &c. & q à tali signo ad aliud signum tantum temporis computatur, & similia. Ex quibus nunquam scit aliquod singulare, nisi subsumatur, sed nunc est sic, quod per sensum oportet habere.

Coment. ¶Tertio respondet quæsito vna conclusione affirmatiua, s. angeli cognoscunt singularia. Et probat eam: quia quæ sunt dispersa in inferioribus, continentur vnite in superiori, vt patet de sensibus particularibus respectu sensus communis. Igitur quæ nos per diuersas potentias cognoscimus, angelus vnica apprehendit. Et confirmatur autoritate Aristo. reputantis inconueniens litem cognosci à nobis & non à superioribus.

Quæstio. *¶Quomodo quæ respersa sunt in inferioribus, vnite & perfectiori modo contineantur in superioribus.*

¶Circa rationem adductam ad probandum hanc primam conclusionem, dubium occurrit. Propterea, quia illud principium. Quæ sunt dispersa in inferioribus, adunantur in superiori: potest intelligi dupliciter, s. q adunetur eminenter & formaliter: quemadmodum in sensu communi adunantur sentire propria sensibilia sensuum exteriorum, & in Deo perfectiones attributales. Alio modo eminenter quidem, sed non formaliter: quemadmodum inferiora sunt in sole. Et si primo modo ad hoc propositum assumptum dicatur: quum non sit verum, aliter ratio ruet. Si vero secundo modo, concludit oppositum. Si autem indistincte assumptum sit indistincte etiam infert, ergo omnes cognitiones nostræ eminenter continentur in angelo. Et non poterit inferri ex hoc, ergo cognitio singularium erit in eo formaliter: qm̄ dicā q cognitio angeli est altioris ordinis, & non formaliter continens cognitionem singularium. Et confirmatur obiectio hæc, (279, 261) quia constat q intellectus noster est virtus altior omnibus sensibus: & tamen in ipso non adunantur cognitiones singularium: sic q ipse cognoscat singularia, nisi forte arguitiue & indirecte, ex admixtione ad sensus. Vnde si ratio valeret, concluderet etiam de intellectu nostro: & quia non cludit de illo, igitur simpliciter non valet.

¶Ad obiectionem hanc dicitur, quòd propositio illa indistincte sumitur, sic vt intelligatur quantum possibile est, iuxta modū superioris. Ita q sensus est, dispersa inferius adunari superius eminentiori modo quo adunari possunt iuxta tamen modum & capacitatem superioris. Et propterea in his quæ (541) possunt adunari eminēter & formaliter, infert adunationem talem. In his autem quæ contingit eleuari eminenter tantum, non infert nisi adunationem eminentiæ. Et quoniam cognoscere quodcunque obiectum, est de genere eorum quæ possunt eleuari formaliter: ideo in his infert adunationem eminentē & formalem. (58, 90) Et ad instantiam de intellectu nostro dupliciter dici potest, primo negando, q ipse non cognoscat singularia, quoniam saltem in statu separationis cognoscet ea. Secundo, & melius (iudicio meo) dicitur, q intellectus humanus non cōstituit alium gradum in ordine rerū, sed clauditur in illo rerum gradu in quo homo locatur. Et propterea non habet hic locum dicta propositio simpliciter, quæ de natura rei superioris completæ in speciem intelligenda est. Res enim incompletas non oportet simpliciter præhabere inferiora, sed magis conuenire & adunari cum eis ad integrandum vnum perfectum: vt contingit in homine. Dixi autem simpliciter, quia quodammodo quicquid potest virtus nostra inferior, potest & nostra superior, dum rem eandem perfectius vel nobilius attigit.

videtur quòd posit esse aliqua assimilatio angeli ad singulare inquantum est singulare, cum angelus sit immaterialis, vt suprà dictū est[c], singularitatis vero principium sit materia. Ergo angelus non potest cognoscere singularia.

¶Præterea, Si angelus scit singularia, aut per species singulares aut per species vniuersales. Nō per singulares, quia sic oportet q haberet species infinitas. Neque per vniuersales, q a vniuersale non est sufficiens principium cognoscendi singulare inquantū est singulare, cū in vniuersali singularia nō cognoscant nisi in potentiā. Ergo angelus non cognoscit singularia.

¶SED CONTRA, nullus potest custodire quod non cognoscit: sed angeli custodiunt homines singulares, secundum illud Psal. Angelis suis mandauit de te, &c. Ergo angeli cognoscunt singularia.

CONCLVSIO.

¶Angeli cognoscunt singularia non in causis vniuersalibus, sed vt sunt in seipsis per species influxas à Deo.

¶RESPONDEO dicendum, q quidam totaliter substraxerunt angelis singulariū cognitionem. Sed hoc primo quidem derogat catholicæ fidei, quæ ponit hæc inferiora administrari per angelos[c]: secūdum illud Heb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus. Si autem singulariū notitiā nō haberent, nullam prouidentiā habere possent de his quæ in hoc mundo aguntur, cum actus singulariium sint. Et hoc est contra illud qđ dicitur Eccle. 5. Ne dicas, corā angelo non est prouidentia. Secundo etiā derogat philosophiæ documentis, secundum quæ ponuntur angeli motores cælestium orbiū: & q eos moueant secundum intellectū & voluntatē. Et ideo alij dixerunt q angelus habet quidē cognitionem singularium: sed in causis vniuersalibus[c], ad quas reducuntur particulares omnes effectus: sicut si astrologus iudicet de aliqua eclipsi futura per dispositiones cælestium motuum. Sed hæc positio prædicta inconueniētia non euadit: quia sic cognoscere singulare in causis vniuersalibus non est cognoscere ipsum vt est singulare: hoc est vt est hic & nunc. Astrologus enim cognoscens eclipsim futuram per cōputationem cælestium motuum, scit eam in vniuersali, & non prout est hic & nunc nisi per sensum accipiat. Administratio autem & prouidentia, & motus sunt singularium, prout sunt hic & nūc. Et ideo aliter dicēdū est, q sicut homo cognoscit diuersis viribus cognitiuis omnia rerū genera, intellectu quidē vniuersalia & immaterialia, sensu autem singularia & corporalia: ita angelus per vnam intellectiuam virtutē vtraq; cognoscit. Hoc enī rerum ordo habet, q quanto aliquid est superius, tanto habeat virtutē magis vnitam & ad plura se extendentem[c]. sicut in ipso homine patet, q sensus communis, qui est superior q sensus proprius, licet sit vnica potētia, oīa cognoscit quæ quinq; sensib[us] exterioribus cognoscuntur: & quædā alia quæ nullus sensus exterior cognoscit, scilicet differentiā albi & dulcis. Et simile etiā est in aliis cōsiderare. Vnde, cum angelus naturæ ordine sit supra hominem, inconueniens est dicere, q homo quacunque sua potentia cognoscat aliquid quod angelus per vnā vim suā cognoscitiuam scilicet intellectum, non cognoscat. Vnde Arist. pro inconuenienti habet, vt litē quā nos scimus, Deus ignoret[c], vt patet in 1. de anima. & in 3. meta. Modus autem quo intellectus angeli singularia cognoscit, ex hoc considerari potest, q sicut à Deo affluunt res vt subsistant in propriis naturis, ita etiam vt sint in cognitione angelica[c]. Manifestum est autem q à Deo effluit in rebus non solum illud quod ad naturam vniuersalem pertinet, sed etiam ea quæ sunt indiuiduationis principia[c]. Est enim causa totius substantiæ rei, & quantum ad materiam, & quantum ad formam. Et secundum qđ causat, sic & cognoscit, quia scientia eius est causa rei, vt suprà ostensum est[c]. Sicut igitur Deus per essentiam suam per quam omnia causat, est similitudo omnium, & per eam omnia cognoscit non solum quantum ad naturas vniuersales, sed etiam quantum ad singularitatem ita angeli per species à Deo inditas, res cognoscunt: non solum quantum ad naturam vniuersalem, sed etiam secundum earum singularitatem, inquantum sunt quædam repræsentationes multiplicatæ illius vnicæ simplicis essentiæ.

Coment. ¶Quarto respondet quæsito, quo ad modum cognoscendi, dicens, q angeli cognoscunt singularia per species influxas à Deo: & probat, seu declarat hoc sic. Res omnes causantur à Deo, & quantum ad formalia, & quantum ad materialia earum in propriis naturis. ergo quo ad easdem causantur à Deo in mentibus angelorum: ergo per tales species cognoscent angeli singularia. Antecedens supponitur. Prima vero consequentia ex Augustino etiam supponitur, volente res factas esse non solum in seipsis, sed etiam in mentibus angelorum. Secunda vero consequentia probatur ex proportionalitate: quia quemadmodum se habet essentia Dei per quem omnia causat ad cognitionem eius, ita similitudines illius essentiæ secundum quod est causa talium rerum ad intellectus, in quibus sunt illæ similitudines. Sed Deus scit omnia per illam, & quo ad vniuersales, & quo ad particulares conditiones: quia illa est similitudo omnium quo ad omnia. Et quia scientia sua est causa rerum: ergo angelus per species exemplatas ab illa summa similitudine cognoscet omnia facta, & quo ad conditiones vniuersales & singulares.

Quæstio. *¶Num angelus cognoscat singularia per species influxas, an per species à rebus acceptas.*

¶Circa rationem adductam ad probandum hanc secundam conclusionem, de modo cognoscendi, occurrunt obiectiones Scoti in 2. d. 3. qō. vltima. Vbi tripliciter illam rationem impugnat. Primo, quia non valet consequentia, res fluunt à Deo quo ad materiam & formam: ergo fluunt in mente angeli quo ad cognitionem singularitatis: præcipue apud te, qui tenes contra Commentatorem, quòd materia sit pars quidditatis: sed sufficit quòd fluant in mente angeli vt
partes

partes quidditatis in esse cognito. Secundo, quia species influxa non est ratio cognoscendi nisi quidditatem, vt aliâs probatum est. Tertio, quia quum dicis: Essentia diuina est ratio cognoscendi tam singulare quàm quidditatem, ergo species in mente angeli, dico quod ibi est sophisma procedendo à magis perfecto ad minus perfectum affirmatiue.

¶Circa ipsam conclusionem secundam multiplex obiectio occurrit. Et primo contra eam arguit Scotus in quæstio. eadem, intendens, quòd angelus cognoscat singularia per species acquisitas à rebus, & non per species influxas, primo, quia singulare, puta Sortes, (282, 286) cognoscitur vt hoc, & non per speciem quidditatis, ergo per propriam speciem, ergo aut in angelo sunt inditæ omnium singularium propriæ species: quod nō est rationabile: aut acquirit species singularium, quum cognoscit illa: qđ est intentum. Antecedens pro prima parte supponitur, quo ad secundam vero patet, ex eo q hoc singulare non continetur determinate sub quidditate vt hoc (90) singulare est. Et probatur ab eodem multipliciter in 2. distin. 9. quæstio. 2. contra primum argumentum: vnde sump sit Capreolus argumenta quæ recitat, quæ nec sunt facta à Sco. contra San. Thomam nec militant contra eum omnia, sed quædam quæ inferius adducentur.

¶Secundo sic, singulare cognoscitur ab angelo quo ad suam existentiam actualem: ergo per speciem acquisitam, tenet consequentia, quia nec ex notitia vniuersalium, nec ex rationibus terminorum, certificatur intellectus de complexo contigenti, quoniam illæ rationes aut repræsentant determinate me sedere seu me esse cras, aut indeterminate: Si determinate, igitur impossibile est ipsum per ipsos terminos habere notitiam, q hoc sit contingens. Si indeterminate, ergo nunquam per hos terminos habebit quòd determinate sedeam: igitur oportet quòd accipiat aliunde notitiam huius.

¶Tertio sic, Singulare cognoscitur ab angelo intuitiue: ergo accipit cognitionem ab ipso, tenet consequentia, quia ad cognitionem intuitiuam necessario concurrit ipsas res vt præsens. Et confirmatur: quia impossibile est cognitionem intuitiuam esse per speciem eodem modo repræsentantem, remanente & non manente: vt de se patet.

¶Quarto directe contra conclusionem adduco rationes Scoti, ex distinct. 9, loco allegato ad probandum q vnamet species intelligibilis non potest esse ratio angelo intelligendi omnia singularia alicuius speciei. Et prima ratio est talis: species vna repræsentat infinita singularia distincte: ergo est infinitæ perfectionis. consequens est impossibile: consequentia vero probatur, quia vbi pluralitas infert maiorem perfectionem infinitas infert infinitam perfectionem. Sed posse repræsentare plura, concludit maiorem perfectionem: qm̄ includit perfectionem duarum rationum repræsentatiuarum adæquate: ergo posse repræsentare infinita, concludit infinitam perfectionem. Secunda vero est, Ista species quam ponis, aut repræsentat similiter opposita pertinentia ad existētias singularium aut alterā partem contradictionis determinate: aut successiue modo vnam, modo aliam. Non primum: quia sic nihil repræsentaret. Non secundum quia sic semper angelus cognosceret vnum oppositum tantum, & nunquam reliquum. Non tertium: quia naturale repræsentatiuum & vniformæ in se, & in intellectu non repræsentat difformiter aliquid. Tertia ratio est: quia ex ista positione sequitur, q quodlibet singulare existens statim esset notum naturaliter cuilibet angelo: & ita distantia localis non impediret, &c.

¶Ad obiectiones contra rationem ad secundam conclusionem dicitur, q per se primo & directe intentum S. Tho. est q quia à Deo effluit in angelum similitudo Sortis, non solum quo ad cōditiones cōes, sed quoad cōditiones singulares: ideo angelus intelligit ipsum. Sed opinatur materiam esse principium singularitatis in rebus materialibus, & formam communitatis. Ideo in quæstionibus de ve. q. 8. ar. 2 inuenitur, rationem quam hic expressit per vniuersale & indiuiduale, expressisse per formam & materiam. Vnde dupliciter responderi potest. Primo, q quantum ad præsens spectat propositum, per accidens se habet materia & forma quoniam vis rationis consistit in hoc: q in angelo indita est similitudo omnium tam vniuersalium quàm indiuidualium conditionum, quæcunque sint, & per quæcunque naturalia principia habeantur. Secundo, q de materia possumus loqui dupliciter. Vno modo secundum seipsam, idest prout est in rerum natura. Alio modo secundum quod ex ordine ad formam per intellectū abstrahitur: & q materia secundo modo cadit in quidditate rei naturalis: primo vero modo indiuiduat: & q in proposito est sermo de materia non vno tantum modo, sed omnibus modis. Ita q intendit q in angelo sit similitudo materiæ repræsentans eam secundum esse naturale, quod habet existendo in rerum natura in rebus & non solum similitudo eius secundum quod est pars diffinitionis rerum naturalium. Quod breuius dici posset, q in eo est similitudo non materiæ, sed materiæ signatæ, quam constat in diffinitione non poni.

¶Ad secundam obiectionem contra idem negatur, quòd species influxa sit ratio cognoscendi tantum quidditatem: nec aliquam adduxit vnquam arguens rationem efficacem ad oppositum.

¶Ad tertium dicitur, q nulla est fallacia arguendo à communi exemplari ad consimilitudinem exemplatorum: imò est locus necessarius, & non tantū rationabilis: quoniam quicquid conuenit vni similium vt sic, conuenit & alteri. Talis autem est processus iste fundatus super hoc, q à Deo fluxerunt res in duplici esse naturali, & intentionali in mentibus angelorum. Ex hoc enim manifeste sequitur non ex ratione perfecti, aut imperfecti, sed ex ratione similium q similitudo rei in esse naturali apud Deum existens, effecerit esse intentionale simile sibi in mente angelica: ac per hoc illa species intentionalis repræsentet illammet, quam repræsentat diuina similitudo à qua est exemplatum, nihil obstante differentia secundum perfectum & imperfectum.

¶Ad obiectiones vero contra conclusionem ordinate respondendo ad primam, dicitur, q cognosci per propriam speciem, dupliciter contingit, s. adæquate vel excellenter. Et q singulare ab angelo non cognoscitur per propriam speciem adæquate, quia sic sequeretur infinitas specierum: sed per speciem excedentem, id est repræsentantem non solum hoc, sed multa alia. (284, 90) Rursus cognosci per speciē quidditatis cōtingit dupl'r, scilicet adæquate & excellēter. (236, 235) Et q singulare nō cognoscit' p speciē qdditatis adæquate: quia sic non cognosceretur vt hoc, (87) nisi forte arguitiue & valde imperfecte: sed per speciem quidditatis excessiue, id est repræsentantem non solum ipsam, sed etiam singulares eius cōditiones, quas habet in rerum natura. Et hæc est via S. Tho. Nō enī putat ipse, quòd angelus cognoscendo quidditatem, puta æquitatē, ex vi talis obiecti cogniti cognoscat singularia illius, imò hanc viam in q. de ve. loco allegato, reprobat: sed opinatur quòd cognoscendo quidditatem cognoscat indiuidua illius, id est per eandem speciem per quam cognoscit quidditatem, cognoscit indiuidua illius: quoniam species illa est distincte repræsentans vtrunque excellenter.

¶Ad secundam vero & tertiam obiectionem simul dicitur quòd species angelica repræsentat quidditatem rei puta humanitatem, & omnes varietates eius, secundum omnes conditiones eius naturales, vt S. T. loco allegato dicit: vnde & repræsentat humanitatem existere hic & ibi, in hoc & in illo talem & tantam: & sic de aliis conditionibus.

¶Ad cuius euidentiam, quoniam ex hoc pendet intellectus & ratio huius materiæ, videnda sunt duo, s. quid repræsentatur, & quomodo repræsentatur.

¶Quo ad primum, sciendum est quatuor esse in rebus, s. quidditatem, singularitatem, existentiam, seu coniunctionem vnius cum alio in rerum natura: & durationem talis existentiæ seu coniunctionis. Et hæc omnia oportet sciri ab intellectu habente perfectam notitiam de singularibus. Suntque separabilia ab inuicem in esse cognito, quoniam vnum potest cognosci alio ignoto, vt patet discurrendo per singula. Et quoniam cognitio fit per assimilationem, necesse est intellectui cognoscenti hæc, repræsentari illa. Et de primis quidem duobus non est difficile concipere, quòd indita sit angelo eorum similitudo. Quoniam vtrunque spectat ad quæstionem quid est: quoniam repræsentari primum scitur quid est Sortes vniuersaliter conceptus, id est, inquantum homo; per secundum vero quid est Sortes inquantum Sortes singulariter apprehensus quod à nobis non est scibile. Sed de reliquis duobus difficile est videre & præcipue de quarto: quoniam hoc ad quæstionem, an est, & quanto est, spectat. Et vt plene lustremus rem hanc, sciendum est, quòd coniunctio aliquorum & eius duratio, multipliciter potest repræsentari intellectui, scilicet in suis causis, vel in seipsa. In suis causis quidem quemadmodum coniunctio humanitatis cum risibilitate repræsentatur intellectui, repræsentatis sibi quòd quid erat esse vtriusque. Ex his enim intellectus conspicit coniunctionem & coæuitatem eorum: sed hoc non habet locum in contingentibus, vt de se patet. In seipsa autem repræsentari potest dupliciter. Vno modo, ita q duratio illius coniunctionis sit repræsentata, sicut qualitas aliqua rei repræsentatæ, quemadmodum albedo figuræ repræsentatur visui. Alio modo, vt ipsa coniunctio sola sit res repræsentata, & eius duratio concurrat vt conditio necessaria ad hoc quòd repræsentetur. Quemadmodum de facto se habet duratio seu præsentia coloris ad colorem visum repræsentatum oculo. Non enim species visibilis repræsentat durationem præsentiæ, sed videri ac repræsentari color non potest, nisi præsenti tempore mensuraretur. Et cum ita sit, species angelicæ apud S. Thomam non solum repræsentant humanitatem & sorteitatem: sed etiam in seipsa coniunctionem eorum cum existere in rerum natura, & cum quocunque alio esse accidentali & naturali. Sed non repræsentant durationem talium coniunctionum, tanquam rem repræsentatam, sed tanquam conditionem sine qua coniunctio illa non repræsentatur. Quòd enim non repræsentetur duratio contingentis coniunctionis ex eo patet, quòd firmiter credimus angelos non cognoscere futura contingentia. Si nanque in angelo esset indita similitudo sessionis meæ crastinæ, præsciret euidenter sessionem mihi contingentem cras. Quòd autem repræsentet durationem vt conditionem sine qua non, & quòd hoc sufficiat, declaratur, & primo secundum. Quia constat sufficienter à nobis haberi cognitionem etiam intuitiuam regi per talem speciem: vt patet in visu nostro. Et clarius patet, si fingas visum esse virtutem omnium cognoscitiuam. Tum enim per talem speciem qua repræsentaretur sibi color præsens vt modo, repræsentatur, scilicet quòd præsentia concurrit vt conditio sine qua non cognosceret non solum hunc colorem, sed hunc colorem existentem in præsenti tempore. Deinde declaratur primum ex eo quòd duratio alicuius nullam habet repugnantiam, vt sit talis conditio sine qua res non repræsentetur. Et confirmatur: quia quemadmodum duratio coloris est eius conditio, sine qua color nec immutat visum, nec videtur: ita est etiam conditio sine qua non repræsentatur. Et hæc de primo.

¶Quo ad secundum vero modum, s. repræsentandi, breuiter dicitur, quòd apud S. Thomā species impressa angelo à Deo respectu prædictorum se habet sicut si in oculo esset naturaliter cōgenita species alicuius obiecti, puta huius albi. Tunc enim per talem speciem nec repræsentaretur, nec cognosceretur hoc album: nisi quando existeret: quoniam inter repræsentans & repræsentatum requiritur similitudo. Nec hoc album simile est illi speciei repræsentanti, nisi hoc album existat: quoniam species illa repræsentat hanc albedinem existentem: & sic per

illam speciem videret oculus hoc album, quando illud esset, & non videret illud quãdo illud nõ esset: & sic duratio huius albi in rerũ natura se haberet vt cõditio, sine qua hoc album nec repræsentaretur, nec videretur, non ex defectu speciei visibilis, sed ex defectu ipsius obiecti. Nec permutationem speciei, sed permutationem ipsius obiecti cognosceret hoc album nũc esse, & postmodum perciperet illud non esse ex defectu assimilationis illius. Et ex hoc patet quomodo stat ꝙ species sit indita, & non causata ab obiecto singulari. Et ꝙ naturaliter repræsentet, & sit 58 ratio cognoscendi rem 431 per se primo & directe quando est: ex cõsequenti autem quando nõ est. 378 281 Et qm vnũ indiuiduum superioris ordinis æquiualere potest multis non solũ indiuiduis, sed speciebus inferioris ordinis: eleuationem naturæ angelicæ 24 suprà corporea intuitus S.Th. posuit ꝙ vna spẽs in angelo sit tantæ excellentiæ, ꝙ distincte quidem, excellenter tamen sit ratio repræsentatiua multarum quidditatum & singularium, & multarum coniunctionum contingentium in rerũ natura. Ita ꝙ quandocũque coniunctio illa ponitur in rerũ natura, statim assimilatur illi speciei, & sic repræsentatur & cognoscitur. desinente autem desinit repræsentari: quia desinit assimilari. Et ex his facillime patet responsio ad obiecta. Nam secunda obiectio supponit quòd cõiunctio contingens repræsentetur, non in seipsa, sed in rationibus terminorũ tm̃. Tertia vero supponit, ꝙ psentia tẽporalis nõ concurrat necessario ad rẽ cognitã, nisi quia est causa cognitiõis: cũ tñ liquido cõstare possit, ꝙ hoc album dupliciter cõcurrit ad visionem, scilicet vt causa immutãs visum & vt obiectũ terminãs. & ꝙ præsentia temporalis exigitur ad ipsum non solum inquantum immutans, sed inquantum terminans. Ita ꝙ si terminaret, & non immutaret, nihilominꝰ præsentiam exigeret temporalẽ: & sic se habet in pposito, vt patet ex dictis. ¶Ad confirmationẽ aũt dicit, ꝙ illã ppositio suprà quã sæpissime se fundat Sco, s. ꝙ spẽs repræsentans re absẽte & præsente non sufficit ad cognitionem intuitiuam, non est vniuersaliter vera. Quoniam hoc dupliciter contingit, s. per hoc ꝙ abstrahit & præsentia & absentia rei: quemadmodum se habent species intelligibiles apud nos, & de talibus est vera propositio. Alio modo non per abstractionem, sed per excellentiam id est quia tantæ excellentiæ est, vt repræsentet rem, & secundum conditiones eius absolute, & secundũ cõditiones præsentiæ: vel tanquã rem repræsentatã, vt species diuina: vel vt cõditionẽ sine qua non, vt species angelica: & de talibus nõ est vera propositio. Spẽs ergo non ppter abstractionem, sed excellentiam sui eodẽ modo repræsentans ex parte sui: siue rẽs sit, siue non, sufficit ad cognitionem intuitiuam: quia posita re, aliquid noui repræsentat non per sui, sed rei repræsentatæ mutationem seu nouitatem. Et hoc bene nota.

¶Ad primã vero rationẽ ex di. 9 adductã. 4. loco, dicitur negando cõsequẽtiam. Et ad pbationem, qua dicitur, qñ pluralitas infert maiorẽ pfectionẽ, infinitas infert infinitã: dicitur primo ꝙ falsum assumit. debet em̃ sub disiũctione cõcludi: si pluralitas infert maiorẽ pfectionẽ, infinitas infert vel infinitã perfectionẽ, vel altioris ordinis perfectionẽ. Stat em̃ ꝙ vna pfectio altioris ordinis tãtæ sit pfectionis, ꝙ excedat infinitas perfectiones inferioris ordinis: & eminenter æquiualeat eis. Rursus secũdo dicitur, ꝙ quũ aliqđ esse infinitæ pfectionis cõtingat duplr, s. simplr, vel in tali gñe, aut spẽ, nec oporteat ꝙ est infinitũ in tali genere, aut specie, esse infinitũ ens simplr, vt patet de albedine infinita, si esset intensiue infinita: non em̃ ppter ea esset pfectior q̃ substãtia, sed esset infinitæ pfectionis, infra spẽm tñ albedinis. Vñ in pposito, dato ꝙ infinitas contentorũ inferret infinitatẽ cõtinentis, nõ sequit', ergo illud cõtinẽs est infinitæ pfectionis simplr, sed in tali gñe, aut specie. Et sic rõ hæc ex duplici deficit capite. primo qa nõ seq' infinitas nisi sub disiunctione. Scđo, qa etiã qñ sequit' infinitas, nõ seq' infinitas pfectionis simpliciter, sed pfectionis in gñe vel in spẽ quẽadmodũ pluralitas nõ infert tũc maiorẽ pfectionẽ nisi eiusdem rationis. Et qm Scotus sæpe vtitur istã rõe ad diuersa proposita & in diuersis materiis, oportet diligenter notare quæ diximus, & applicare ad materias. Quantum ad præsentem autem spectat, iam patet ꝙ ponimus speciem altioris ordinis, & similiter actũ intelligendi speciei proportionatum.

AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ philosophus loquitur de intellectu nostro qui non intelligit res nisi abstrahẽdo, & p ipsam abstractionem à materialibus cõditionibꝰ id qđ abstrahitur, fit vniuersale[c]. Hic autẽ modus intelligendi non conuenit angelis, vt suprà dictum est[c]. Et ideo non est eadem ratio.

¶Ad secundum dicendũ ꝙ secundũ suam materiam angeli non assimilatur rebus materialibus: sicut assimilatur aliquid alicui secundũ conuenientiam in genere vel in specie, aut in accidente, sed sicut superius habet similitudinem cũ inferiori, vt sol cum igne. Et per hũc etiam modũ in Deo est similitudo omnium[c], & quantum ad formam, & quantum ad materiam: inquantum in ipso præexistit vt in causa, quicquid in rebus inuenitur. Et eadem ratione species intellectus angeli, quæ sunt quædam deriuatæ similitudines à diuina essentia, sunt similitudines rerum: non solũ quãtum ad formã, sed etiam quãtũ ad materiam.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ angeli cognoscunt singularia per formas vniuersales, quæ tamen sunt similitudines rerum, & quantũ ad principia vniuersalia, & quantum ad indiuiduationis principia. Quomodo autem per eandẽ speciem pñt multa cognosci suprà dictum est[c].

& c 282 288 infra q. 86. ar. 4. Et 22. q. 95. ar. 1. et 1. d. 38. ar. 5. Et 2. d. 7. q. 2. ar. 2. Et 1. co. c. 67. Et lib. 3. ca. 254. con. 3. & 4. Et veri. q. 8. art. 12. & ma. quæst. 16. art. 7. et opus. 3. c. 135. & 136 281 287 c 281 527 a

ARTICVLVS III.

¶Vtrum angeli cognoscant futura.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ angeli cognoscant futura. Angeli enim potentiores sunt in cognoscendo quàm homines. Sed homines aliqui cognoscũt futura multa. Ergo multo fortius angeli.

¶Præterea, Præsens & futurum sunt differentiæ temporis. Sed intellectus angeli est supra tempus. Parificatur em̃ intelligẽtia æternitati. i. æuo: vt dicitur in lib. de causis. Ergo quantũ ad intellectũ angeli nõ differunt præteritũ & futurũ, sed indifferenter cognoscit vtrũq;.

¶Præterea, Angelus non cognoscit per species acceptas à rebus, sed p species innatas vniuersales[c]. Sed spẽs vniuersales se habẽt ad pteritũ & futurũ. Ergo videtur ꝙ angeli indifferẽter cognoscãt pterita, & psentia, & futura.

¶Præterea, Sicut aliquid dicitur distans secũdũ tempus, ita secũdum locum. Sed angeli cognoscunt distantia secũdũ locũ[c]. Ergo etiã cognoscunt distantia secundũ tẽpus futurum.

¶SED CONTRA, id qđ est proprium signum diuinitatis, non conuenit angelis. Sed cognoscere futura est proprium signum diuinitatis, secundum illud Esa. 41. Annũtiate quæ ventura sunt in futurũ, & sciemus ꝙ dij estis vos. Ergo angeli non cognoscunt futura.

CONCLVSIO.

¶Futura necessaria in suis causis per certitudinẽ ab angelis cognoscũtur: futura vero vt in pluribus per cõiecturã: futura vero vt ĩ paucioribꝰ, penitus incognita sunt: oĩa vero futura in seipsis à solo Deo cognoscuntur.

RESPONDEO dicendum, ꝙ futurum dupliciter põt cognosci[c]. Vno modo in causa sua. Et sic futura quæ ex necessitate ex causis suis proueniunt p certã sciẽtiã cognoscuntur vt solẽ oriri cras. Quæ vero ex suis causis proueniunt vt in pluribus, cognoscuntur non per certitudinem, sed per coniecturam, sicut medicus præcognoscit sanitatem infirmi. Et iste modus cognoscendi futura adest angelis, & tanto magis q̃ nobis, quãto magis rerũ causas & vniuersalius & perfectius cognoscũt sicut medici, qui acutius vidẽt causas, melius de futuro statu ægritudinis prognosticãtur. Quæ vero proueniunt ex causis suis vt in paucioribus, penitus sunt ignota, sicut casualia & fortuita. Alio modo cognoscuntur futura in seipsis. Et sic solius Dei est futura cognoscere: nõ solũ q̃ ex necessitate proueniũt, vel vt in pluribus, sed etiã casualia & fortuita. Quia Deus videt oĩa in sua æternitate: quæ cũ sit simplex, toti tpi adest, & ipm cõcludit. Et ideo vnius Dei intuitus fertur in oĩa quæ agũtur per totũ tps sicut in præsentia, & videt oĩa vt in seipsis sunt, sicut suprà dictũ est[c], cũ de Dei scientia ageretur. Angelicꝰ autẽ intellectus & quilibet intellectus creatus deficit ab æternitate diuina. Vnde nõ potest aliquo intellectu creato cognosci futurum, vt est in suo esse.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ homines non cognoscunt futura, nisi in causis suis, vel Deo reuelante. Et sic angeli multo subtilius futura cognoscunt.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ licet intellectus angeli sit supra tps, quo mensurãtur corporales motus: est tamen in intellectu angeli tps secundũ successionẽ intelligibiliũ cõceptionũ[c]: secundũ qđ dicit Au. 8. sup Gen. ad lit. ꝙ Deus mouet spiritualem creaturam per tps. Et ita cum sit successio in intellectu angeli non oĩa quæ aguntur per totum tempus, sunt ei pñtia.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ licet species quæ sunt in intellectu angeli, quantũ est de se, æqualiter se habeant ad præsentia, præterita, & futura: tamẽ præsentia, præterita, & futura nõ æqualiter se habent ad rationes. Quia ea, quæ præsentia sunt, habẽt naturã per quã assimilantur speciebus quæ sunt in mente angeli. Et sic per eas cognosci possunt. Sed quæ futura sunt, nondum habent naturam per quam illis assimilent. Vnde per eas cognosci nõ possunt.

¶Ad quartum dicendum, quòd distantia secũdum locum sunt in rerum natura, & participant aliquam speciem, cuius similitudo est in Angelo. Quod non est verum de futuris, vt dictum est[c]. Et ideo non est simile.

¶Ad secundã aũt rõem ex dictis habetur rñsio. Supponit em̃ rõ vnũ falsum, s. ꝙ spẽs in mẽte angelica repræsentet durationẽ cõiũctionis cõtingẽtis tãquã rẽ repsentatã: cuiꝰ oppositũ diximꝰ, imo hoc propriũ est essentiæ diuinæ, & forte non est cõmunicabile alicui speciei, qm hoc est repræsentare ea quæ futura sunt, contingẽter in seipsis determinate. Et iõ quũ dicit, aut repræsentat vtrunq; opposito- 91 435 rũ &c. rñdet cũ triplici distinctiõe, s. de repræsentari tãquã rẽ repñtatã, & condõnẽ sine qua nõ, & de oppositis scđm differẽtias tpis & absolute, & de oppositis positiue & cõtradictorie. 50 Et dicit ꝙ spẽs in mẽte angelica, repræsentat tãquã rẽ repræsentatã alterũ oppositorũ positiuorũ absolute, & nõ cũ aliqua differentia tpis: repñtat em̃ coniũctionẽ Sortis cũ sessione, & nõ cõiũctionẽ eius cũ sessione, & nõ sessione cõtradictorie. Nec repræsentat cõiũctionem Sortis cũ sessione duratura hodie, vel cras, sed absolute cõiũctionẽ eius 88 91 cũ sessione, & cõiũctionẽ eius cũ cursu. Et si dicas, qũo ergo angelus cognoscet reliquũ cõtradictoriũ? Et similiter, qũo certitudinẽ habebit p talẽ spẽm de hodierna sessione Sortis, & crastino eius cursu? Iã ex dictis patet, ꝙ cũ ponitur in effectu sessio Sortis, statim fit assimilatio inter Sortẽ sedentẽ & illã speciẽ & pñs tpis 49 308 b differẽtia repræsentat' p illã tãquã conditio sine qua nõ. 325 d Et sic cognoscitur Sortes nunc sedẽs. Cognoscitur vero post horã p eãdem spẽm Sor. nõ sedẽs desinẽte assimilatione inter ipm vt sedẽtẽ, & illã speciẽ. Et cras cognoscetur currẽs facta assimilatione inter illã, & Sortẽ vt currẽtẽ. Et sic falsum est ꝙ si repñtat alterũ oppositorũ determinate, ꝙ nunquam per ipsum cognoscetur reliquum.

¶Ad tertiã aũt rõnẽ iã patet, ꝙ nõ icõuenit, imò est necessariũ & oĩa nãlia statim cũ fiũt, cõgenita esse ang. habitualr, & distãtiã localẽ nõ ipedire ang. cognitionẽ.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæseptimæ Articulum tertium.* Comment.

TItulus clarus est: accipitur enim in communi futurum vt sic.

¶In corpore duas distinctiões ponit. Alterũ de cognosci, vel in sua causa, vel in seipso. Alteram de futuro necessario, vel vt in pluribus, vel vt in paucioribꝰ. Et duo facit Quia prĩo examinat oĩa mẽbra scđæ distinctiõis qũo se habeãt ad primũ mẽbrũ primæ: & scđo qũo se hẽãt ad alterũ eiusdẽ primæ distinctiõis mẽbrũ.

¶Quo ad primũ tres cõclones dicit. Prima ẽ, futura necessaria cognoscũt' in suis cãis ab angelo p certitudinẽ. Scđa ẽ, futura vt in pluribꝰ cognoscũt' in suis cãis ab angelo per cõiecturã. & declarat', quia etiam hoies hãc hñt cognitionẽ, sed angeli tãto magis quãto vniuersalius & perfectius intimas causarum cõditiones penetrant. Tertia est, futura vt in paucioribus in sua causa sunt penitus ignota.

¶Quo ad scđm vnica est cõclo, futura tã necessario quã vt ĩ plibꝰ, quã ĩ paucioribꝰ in seipis à solo Deo cognoscunt'. Et pbat', qa solꝰ intuitꝰ Dei æternitate mẽsuratur æq̃liter se habente ad omnes tẽporis differentias, ac per hoc æqualiter respiciens simul omnia quæ fiunt secundum quancunque temporis differentiam.

¶Aduerte hic duo. Primũ est ꝙ S. T. mlta hic dicit q̃ nõ pbat, vl' qa sunt p se nota exercitatis, puta ꝙ effectus necessarij cognoscunt' p certitudinẽ in suis cãis, vl' qa sunt superiꝰ discussa, puta ꝙ futurũ cõtingẽs in sua cã vt sic, sit penitꝰ ignotũ. hoc em̃ in q. 4. vẽtilatũ fuit. Nota scđo, ꝙ cũ duæ rões assignari possint respectu cognitiõis futurorũ cõtingẽtiũ in seipsis, s. æternitas intuitus, & plenitudo rõnis repræsentatiuæ, qa s. repræsentare rẽ & eius durationẽ, &c. S. T. nõ curãs de hac secunda exclusione primæ ab angelis, sufficienter intantũ cõcludi voluit. Propterea, vt arbitror, qa mutuo se cõsequũtur, & exclusio vnius est exclusio alteriꝰ: qa illa spectat ad infinitatem, hæc ad æternitatem. Tam autem æternitas quàm infinitas soli Deo conueniunt. Maluit autem ex æternitate arguere: quia euidentius constat, Angelis repugnare æternitatem intuitus, quam plenitudinem talis repræsentatiui. Dubia vero quæ sunt circa hanc rationem de æternitate intuitus, in quæstione decimaquarta, tractata sunt: vnde nunc transeundum est ad alia.

ARTICVLVS IIII.

a ¶Vtrum Angeli cognoscant cogitationes cordium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Angeli cognoscant cogitationes cordium. Dicit enim Grego. in Moralibus super illud Iob 28. æquabitur ei aurum vel vitrum, quòd tunc, scilicet in beatitudine resurgentiũ vnus erit perspicabilis alteri, sicut ipse sibi: cũ vniuscuiusque intellectus attenditur, simul conscientia penetratur. Sed resurgentes erunt similes Angelis: sicut habetur Matth. 22. cap. Ergo vnus Angelus potest videre id quod est in conscientia alterius.

¶Præterea, Sicut se habent figuræ ad corpora, ita se habent species intelligibiles ad intellectum. Sed viso corpore videtur eius figura. Ergo visa substantia intellectuali videtur species intelligibilis quæ est in ipsa. Ergo cum Angelus videat alium Angelum & etiam animam: videtur quòd possit videre cogitationem vtriusque.

¶Præterea, Ea quæ sunt in intellectu nostro, sunt similiora Angelo, quàm ea, quæ sunt in phantasia: cum hæc sint intellecta in actu, illa vero in potentia tantum. Sed ea quæ sunt in phantasia, possunt cognosci ab Angelo, sicut corporalia: cum phantasia sit virtus corporis. Ergo videtur quòd Angelus possit cognoscere cogitationes intellectus.

¶SED CONTRA est quod proprium Dei non conuenit Angelis. Sed cognoscere cogitationes cordium est propriũ Dei, secundum illud Iere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Et quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans, &c. Ergo Angeli non cognoscunt secreta cordium.

CONCLVSIO.

¶Cognoscunt Angeli cordium cogitationes in suis effectibus: vt autem in seipsis sunt, Deo tantum sunt naturaliter cognitæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cogitatio cordis dupliciter potest cognosci. Vno modo in suo effectu: & sic non solum ab Angelo, sed etiam homine cognosci potest, & tanto subtilius quanto effectus huiusmodi fuerit magis occultus. Cognoscitur enim cogitatio interdum non solum per actum exteriorem, sed etiam per immutationem vultus. Et etiam medici aliquas affectiones animi per pulsum cognoscere possunt, & multo magis Angeli vel etiam dæmones, quanto subtilius huiusmodi immutationes occultas corporales perpendunt[c]. Vnde Aug. dicit in li. de Diuinatione dæmonum, quòd aliquando hominum dispositiones non solum voce prolatas, verum etiam cogitatione conceptas, cum signa quædam in corpore exprimuntur ex animo, tota facilitate perdiscunt: quamuis in lib. retractationum hoc dicat non esse asserendũ quomodo fiat. Alio modo possunt cognosci cogitationes, prout sunt in intellectu: & affectiones, prout sunt in voluntate. Et sic solus Deus cogitationes cordium, & affectiones voluntatum cognoscere potest. Cuius ratio est: quia voluntas rationalis creaturæ soli Deo subiacet, & ipse solus in eam operari potest, qui est principale eius obiectum, vt vltimus finis: & hoc magis infrà patebit[c]. Et ideo ea quæ ex voluntate sola dependent, vel quæ in voluntate sola sunt, soli Deo sunt nota. Manifestum est autem, quòd ex sola voluntate dependet, quòd aliquis actu aliqua consideret[c]: quia cum aliquis habet habitum scientiæ, vel species intelligibiles in eo existentes, vtitur eis cum vult. Et ideo dicit Apostolus 1. Corint. 2. quòd quæ sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cogitatio vnius hominis non cognoscitur ab alio propter duplex impedimentum, scilicet propter grossitiem corporis, & propter voluntatem claudentem sua secreta[c]. Primum autem obstaculum tolletur in resurrectione, nec est in Angelis. Sed secundum impedimentum manebit post resurrectionem, & est modo in angelis. Et tamen qualitatem mentis, quantum ad quantitatem gratiæ & gloriæ, repræsentabit claritas corporis. Et sic vnus mentem alterius videre poterit.

¶Ad secundum dicendum, quòd etsi vnus angelus species intelligibiles alterius videat, per hoc quòd modus intelligibilium specierum secundum maiorem & minorem vniuersalitatem proportionatur nobilitati substantiarum, non tamen sequitur quòd vnus cognoscat quomodo alius illis intelligibilibus speciebus vtitur actualiter considerandum.

¶Ad tertium dicendum quòd appetitus brutalis non est dominus sui actus, sed sequitur impressionem alterius causæ corporalis vel spiritualis. Quia igitur angeli cognoscunt res corporales & dispositiones earũ, possunt per hæc cognoscere quod est in appetitu, & in apprehensione phãtastica brutorum animalium, & etiam hominum secundum quod in eis quandoque appetitus sensitiuus procedit in actum sequens aliquam impressionem corporalem, sicut in brutis semper est. Non tamen oportet quòd angeli cognoscant motum appetitus sensitiui, & apprehensionem phantasticam hominis, secundum quod mouentur à voluntate & ratione: quia etiam inferior pars animæ participat aliqualiter rationem: sicut obediens imperanti, vt dicitur in 1. Ethico. Nec tamen sequitur quòd si Angelus cognoscit quod est in appetitu sensitiuo, vel phantasia hominis, quòd cognoscat id quod est in cogitatione vel voluntate: quia intellectus & voluntas non subiacent appetitui sensitiuo & phantasiæ, sed potest eis diuersimode vti.

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimæseptimæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo aduerte, quòd præsens quæstio est de cognitione cogitationis cordis alterius in particulari & complete, scilicet quo ad quæstionem 44 an est: tam in se quàm respectu termini, id est, 289 vtrum Angelus cognoscat si actualiter cogitet de aliquo, quid cogito, quid delibero, &c. 1. con. cap. 68. & li. 3. ca. 154. co. 8. principio & veri. q. 8. ar. 13. et mal. q. 16. articu. 8. Commen. ¶In corpore vnica ponitur distinctio bimẽbris, scilicet quòd cogitatio potest cognosci dupliciter, scilicet in suo effectu, vel in seipsa. Et duæ conclusiones ponuntur iuxta duo prædicta mẽbra. Prima est, cogitatio cordis alterius potest cognosci ab angelo in suo effectu. Et probatur à fortiori: quia sic etiam potest cognosci ab homine per immutationẽ vultus & dispositionem corporis, vt medici discernunt quandoque. Et hoc confirmatur autoritate Augu. Secunda conclusio est: quòd cogitationes cordiũ in seipsis, seu quod idẽ est, vt sunt in voluntate, soli Deo sunt naturaliter cognitæ. & probatur sic, Mere voluntaria soli Deo & volenti sunt nota: cogitationes cordiũ sunt pure voluntariæ: quia ex sola voluntate dependet quòd aliquis actu cogitet, aut velit aliquid: qm habitus est quo quis vtitur quum vult. ergo. Maior probatur: quia volũtas soli Deo subiacet: q solus in ea operari potest, vt primum obiectũ, & finis vltimus. Et confirmatur conclusio autoritate Apost. 1. ad Cor. 2.

¶Num cogitationes quia à voluntate sunt, Deo tantum, qui omnium corda scrutatur, notæ sint.

Quæstio. ¶Circa rationem adductam ad secundam conclusionem dubiũ occurrit à Durando, in 2. dist. 8. motum: & est tale. Si volũtarium soli Deo est cognitum, quia voluntarium est, ex aliqua harũ quinq; conditionũ prouenit, scilicet aut quia 310 volũtas soli Deo subiacet, quo ad causari. Et ex hoc non: quia sic etiam materia prima, & essentia animæ soli Deo essent notæ. Aut quia soli Deo subiacet quo ad moueri. Et ex hoc non: quia sic etiam motus primi mobilis, si à solo Deo esset, sibi soli cognitus esset. Aut quia libera est formaliter. Et ex hoc non: quia libertas est à coactione, non à cognitione. Aut quia est indeterminata ad vtrunque oppositorum. Et ex hoc non: quia indeterminatio tollitur cogitatione posita in actu. Iam enim determinata tunc est. Aut quia à voluntate fit. Et ex hoc præcise non: quia sic omnis actus imperatus à voluntate esset soli Deo notus: & sic etiam actus exteriores voluntarij ignoti essent Angelis. Et confirmatur, quia apud te Angeli intelligunt per species innatas quæ æqualiter repræsentant actus interiores & exteriores, spirituales & corporales.

¶Contra eandem rationem arguit Scotus in secunda distinctione nona quæstione secunda, dupliciter. Primo, quia non est maior ratio quare voluntas possit occultare cogitationem positam in actu, quàm ipsam essentiam & voluntatem suam. Secundo, quia si cogitatio occultatur volitione, illa volitio aut erit alteri manifesta, aut occulta: si manifesta, habetur intentum: si occulta, ergo alia volitione occultabitur: & iterum quæretur de alia, & sic in infinitum.

¶Contra conclusionem multa refert Capreolus in dist. 9. secundi argumenta ex Sco. quorum quædam in Sco. non inuenio. Quædam autem argumenta sunt ad hominem à Sco. contra Henri. facta. & quædam eandem habent difficultatem, ita quòd ex solutione præcedentium vno adiuncto argumento, quod Sco. directe contra conclusionem facit, omnia essent clara. Tangit ergo vbi suprà talẽ mediũ, cogitatio, præcipue Angelica, posita in actu, est obiectũ actu intelligibile in se, & proportionatum cuicunque intellectui Angelico: & sufficienter præsens omni tali intellectui. ergo potest naturaliter intelligi ab altero Angelo. cõsequentia est nota, & potest cõfirmari ex illa maxima. Actiua & passiua naturaliter proportionatis 515 521 & approximatis non impeditis, sequitur actio. Antecedẽs vero quo ad omnes sui par- 410 tes est per se notum, supponendo quòd distantia localis non impedit actionem & passionem omnino immaterialẽ, de quali est sermo. Et potest cõfirmari, quia quicquid potest inferior, potest & superior. Ac per hoc si Michael cognoscit propriam cogitationem intuitiue, poterit & a 524 eandem multo eminentius intueri Seraphim.

¶Ad euidentiam difficultatis huius sciendum est, quòd secundum duplicem opinionem de intellectu Angelico, dupliciter in materia hac procedi potest. Secundum namque opinantes intellectum Angeli moueri ab obiecto, scrutari oportet an cogitatio voluntaria posita in actu sit subiectum proportionatum & sufficienter præsens in ratione motiui respectu cuiuscunq; intellectus Angeli. Sco. enim tenet partem affirmatiuam, Grego. de Aristo. partem negatiuam. Sed hæc quæstio non habet locum apud opinantes intellectum Angelicum non esse naturaliter mobilem ab aliquo obiecto: sed oportere ipsum intelligere quicquid naturaliter intelligit per species innatas. Iuxta enim hanc viam vanus est sermo omnis de actiuo & passiuo motiuo & mobili & aliis huiusmodi. Sed oportet scrutari an coniunctio voluntatis cum sua libera operatione in actu exercita repræsentetur per aliquam speciem innatam in Angelis, an non. In hoc em̃ pendet tota difficultas. Dictum est enim speciẽ in mente Angeli esse tãtæ excellentiæ vt habeat in se vnde sibi assimiletur Sor. sedens, Sor. scribens, Sor. currens. Cur igitur non habet se vnde sibi assimiletur Sor. volens: aut Sor. cogitans A, vt autem clare patet ex dictis S. Th. hic & in quæstio. de verit. q. 9. arti. 12. & in quæsti. de dæmonibus artic. 8. arbitratur diuus T. cogitationes cordium quo ad esse actuale in particulari, &c. non repræsentari per species innatas. Quia sunt altioris ordinis quã sint omnia naturalia. Ita ꝙ ex eo ꝙ voluntas vt volens A, vel B, est supra totum ordinem causarum & effectuum naturalium, ideo non repræsentatur per species impressas angelis: quæ repræsentatiuæ tantum sunt causarum & effectuum naturalium. Et huc tendit ratio S. Th. vbique. Probat enim semper altitudinem voluntatis vt operantis ex exemptione eius à dependentia & connexione à quacunque re naturali: ita quòd vis rationis suæ consistit in hoc, quòd voluntas vt operans in particulari, &c. est extra ordinẽ rerum naturalium. ergo est naturaliter occulta cuicunque extrinseco intellectui creato. & tenet sequela: quia species naturales intellectuũ nõ repræsentãt nisi naturalia. Antecedẽs vero probat', quia volũtas soli Deo subiacet: & quo ad exercitiũ

actus: & quo ad specificationem actus in particulari: quia ipse solus potest efficaciter mouere voluntatem tam effectiue quam obiectiue: cum sit summum bonũ, & finis vltimus, &c. Ex hoc autem facile soluuntur obiectiones. Nam ad Durandum patet quid dicendum est, quòd voluntas & voluntarium ex hoc ipso quòd voluntarium, est in seipso occultum cuicunque extrinseco creato, quia soli Deo subiacet effectiue & obiectiue. Et ideo nulla illarum causarum enumeratarum ab eo admittitur praecise, nisi tertia. Et est ista quam dixit San. Th. quãnque arguens aut nõ intellexit, aut intelligere noluit: libertas enim voluntatis non solũ à coactione, sed à dependentia & connexione cum naturalibus est: ac per hoc à cognitione extrinseca creaturae. Ex hoc enim quòd aliquid soli Deo subiacet, quòd nullam natũ est habere cõnexionem cum naturalibus: occultum naturaliter est his qui naturalium tñ rationes habẽt.

290
inf. q. 64. ar. 1. 4m. Et q. 106. ar. 4. 2m. Et Ephe. 3. le. 3. ß.

¶Ante obiectiones vero Scot. contra eandem rationem ex eodem principio iam patet responsio. Quia alia ratio est de essentia, voluntate, & intellectu angeli: & de his vt sunt in actu secundo mere volũtario. Quoniã illa pertinent ad naturalem ordinem rerũ: haec autem non. Et similiter non dicimus istam fatuitatem, quòd cogitatio occultetur volitione velut quodam velamine, vt arguẽs imaginat͛ quęrens aliud illius velamẽ: sed dicimus quòd cogitatio eo quia volita seu libera, est naturaliter occulta. Et habet rationem suae occultationis, libertatem imperantis: vt dictum ac expositum est. ¶Ad obiectiones autem Scot. contra conclusionẽ dicitur, q tam haec quã omnes aliae supponunt vnum falsum, scilicet intellectum separatum accipere cognitionẽ à rebus cognitis. hoc enim est falsissimum: quoniã omnis intellectus separatus intelligit per species influxas, & non aliter nisi seipsum & Deũ, vt ex praedictis patet. Et in hoc stando, omnes obiectiones soluuntur.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum Angeli cognoscant mysteria gratiae.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd angeli mysteria gratiae cognoscant. Quia inter omnia mysteria excellentius est mysterium incarnationis Christi. Sed hoc angeli cognouerunt à principio. Dicit enim Augu. 5. super Gene. ad lite. quòd sic fuit hoc mysterium absconditum à seculis in Deo, vt tamen innotesceret principibus & potestatibus caelestibus. Et dicit Apost. 1. ad Timo. 3. vt apparuit Angelis illud magnũ sacramentum pietatis. Ergo Angeli mysteria gratiae cognoscunt.

¶Praeterea, Rationes omniũ mysteriorũ gratiae in diuina sapientia continentur. Sed angeli vident ipsam Dei sapientiã, quae est eius essentia. ergo Angeli mysteria gratiae cognoscunt.

¶Praeterea, Prophetae per Angelos instruuntur, vt patet per Diony. 4. ca. angelicae Hierar. Sed Prophetae mysteria gratiae cognouerunt. Dicitur tantum Amos 3. Non faciet Do. verbum nisi re. se. suum ad seruos suos Prophetas. Ergo Angeli mysteria gratiae cognoscunt.

¶SED CONTRA est, quòd nullus discit illud quod cognoscit. sed angeli etiã supremi quaerunt de diuinis mysteriis gratiae, & ea discunt. Dicitur enim 7. c. caele. Hierar. quòd sacra scriptura inducit quasdam celestes essentias ad ipsum Iesum quaestionem facientes, & addiscentes scientiam diuinae eius operationis pro nobis, & Iesum eas sine medio docentem, vt patet Isa. 63. vbi quaerentibus Angelis, quis est iste qui venit de Edom, respondit Iesus. Ego qui loquor iustitiam. Ergo Angeli non cognoscunt mysteria gratiae.

CONCLVSIO.

¶*Mysteria gratiae, cum ex sola diuina voluntate dependeant, non possunt naturali cognitione ab Angelis cognosci, sed tantum supernaturali, & beatifica cognitione in verbo ab Angelis cognoscuntur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in Angelis est cognitio duplex. Vna quidem naturalis, secundum quam cognoscunt res tum per essentiam suam, tum etiam per species innatas. Et hac cognitione mysteria gratiae Angeli cognoscere non possunt. Haec enim mysteria ex pura Dei voluntate dependent. Si enim vnus angelus non potest cognoscere cogitationes alterius ex voluntate eius dependentes, multo minus potest cognoscere ea quę ex sola Dei voluntate dependent. Et sic argumentatur Apostolus 1. Corint. 2. Quae sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis, qui in ipso est: ita & quae sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei. Est autem & alia angelorum cognitio, quae eos beatos facit, qua vident verbum & res in verbo. Et hac quidem visione cognoscunt mysteria gratiae, non quidem omnia, nec aequaliter omnes, sed secundum quod Deus voluerit eis reuelare, secundum illud Aposto. 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: ita tamen quòd superiores angeli perspicacius diuinam sapientiam contemplantes, plura mysteria & altiora in ipsa visione cognoscunt, qui inferioribus manifestant, eos illuminando. Et horum etiam mysteriorum quaedam à principio suae creationis cognouerunt, quaedam vero postmodum secũdum quod eorum officiis cõgruit, edocentur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de mysterio incarnationis Christi dupliciter contingit loqui. Vno modo in generali. Et sic omnibus reuelatum est à principio suae beatitudinis [e]. Cuius ratio est, quia hoc est quoddam generale principium, ad quod omnia eorum officia ordinantur. Omnes enim sunt administratorij spiritus, vt dicitur Heb. 1. In ministerium missi propter eos qui haereditatem capiunt salutis. Quod quidem fit per incarnationis mysterium. Vnde oportuit de hoc mysterio omnes à principio communiter edoceri. Alio modo possumus loqui de mysterio incarnationis quantum ad speciales conditiones. Et sic non omnes Angeli à principio de omnibus sunt edocti: imò quidam etiam superiores Angeli postmodum didicerunt, vt patet per autoritatem Diony. inductam [e].

¶Ad secundum dicendum, quòd licet Angeli beati diuinam sapientiam contemplentur: nõ tamen eam comprehendunt [e]. Et ideo non oportet quòd cognoscant quicquid in ea latet.

¶Ad tertium dicendum, quòd quicquid Prophetae cognouerunt de mysterio gratiae per reuelationem diuinam, multo excellentius est Angelis reuelatum. Et licet Prophetis ea quae Deus facturus erat circa salutem humani generis, in generali reuelauerit: quaedam tamen specialia Apostoli circa hoc cognouerunt quę Prophetae non cognouerant, secundum illud Ephe. 3. Potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod aliis generationibus non est agnitum, sicut reuelatum est sanctis Apostolis eius. Inter ipsos etiã Prophetas posteriores cognouerũt quod priores non cognouerunt, secundum illud Psal. Super senes intellexi. Et Gregorius dicit quòd per successiones temporum creuit diuinae cognitionis augmentum.

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaeseptimae Articulum quintum.*

Commen. Titulus clarus est. ¶In corpore articuli vnam ponit distinctionem de cognitione, bimembrẽ. Et iuxta vtrũq; membrum duabus conclusionib⁹ respõdet quęsito. Distinctio est, In angelis est duplex cognitio, scilicet naturalis, & hęc est per essẽtias ipsorum, & per species innatas. Et supernaturalis, & beatifica: & haec cognitio est quam habent in verbo Dei. Prima autem conclusio est negatiua, scilicet angeli cognitione naturali non cognoscunt mysteria gratię. Et probatur, quia ista ex sola Dei voluntate dependent. Et confirmatur ex hoc, quòd non cognoscunt naturaliter cogitationes cordium. Et confirmatur tam vis quàm modus arguendi autoritate Apostoli primae à Corin. 2.

Annot. ¶Circa hanc conclusionem, aduerte quòd eadem est ratio quare cogitationes cordium, & quare mysteria gratiae sunt occulta: quia scilicet sunt extra ordinem rerum naturalium; quia scilicet ista soli voluntati sunt connexa diuinae. Illa vero voluntati diuinae & cogitantis tantum. Et propterea apud ponentes intellectum angelicum moueri ab obiecto: qua ratione ponunt moueri ipsum à cogitationibus cordium iam positis in actu, eadem ratione ponunt moueri ipsum à mysteriis gratiae in actu positis: nisi aliunde impediantur virtute diuina. Et hoc expresse sentit Scotus in quarta distinctione, decima quaestione nona. Nec est opus aliter hic immorari: quoniam negando illud suppositum fundamentum eorum, q scilicet intellectus separatus sit mobilis ab obiecto, totum eorum aedificium ruit.

Comment. ¶Secunda conclusio est affirmatiua, habens tamen multas conditiones, scilicet angeli in verbo cognoscunt mysteria gratiae, non omnia tamen, neque aequaliter, neque simul. Conclusio ipsa probatur autoritate Apostoli primae ad Corint. 2. Nobis autem reuelauit, &c. Prima vero conclusio declaratur: quia superiores angeli plura & altiora mysteria cognoscunt, eã ratione, quia perspicacius diuinã contemplantur sapientiam. Secunda vero conclusio: quia superiores de his mysteriis illuminant inferiores. Tertia autem, quia quaedam horum nouerunt à principio. Quaedam vero in dies addiscunt, prout eorum congruit officiis.

2. di. 11. q. 2. ar. 4. Et opusc. 1. c. 26 & ph. 3. lect. 3. & 320

¶*Num Angeli beatifica cognitione cognoscant mysteria gratiae.*

Quaestio ¶Circa hanc conclusionem dubium occurrit, quoniam non videtur verum quòd Angeli cognitione beatifica cognoscant mysteria gratiae. Arguit enim Scotus in quarta distinctione decima quęstione nona, in conclusione tertia, contra hoc sic. Beatus non distinguitur à non beato, nisi videndo obiectum beatificum vt sic, & ea quae in ipso includuntur vt sic: sed mysteria gratiae non clauduntur in obiecto beatifico vt sic. ergo. Minor patet, quia non spectat ad beatitudinem cognoscere gratiam conferri huic, vel illi, &c.

arg. con. 51 91

¶Praeterea, arguo ego ad hominem sic. apud Sanct. Thomam, Videre plura in diuina essentia infert à posteriori videre magis ipsam diuinam essentiam: vt patet ex quaestione decimasecunda. Et rursus apud ipsum & veritatem: actus beatificus ad minus angelorum quicquid sit de anima separata, nunquam intenditur essentialiter. ergo impossibile est angelos in verbo de nouo aliquid videre quod prius non viderant. Hoc enim alteram praedictarum propositionum destruit: quoniam si de nouo aliquid videt, ergo aut non magis videt verbum contra primam propositionem: aut magis videt contra secundam. ¶Ad hanc dubitationem breuiter dico, quòd cognoscere aliquid in verbo contingit dupliciter: vno modo formaliter, alio modo causaliter. Et dico quòd Sanctus Thomas non intendit Angelos quoscunque de nouo videre aliquid in verbo formaliter: sed tantum causaliter, id est ex diuinis illuminationibus, quae se habent ad visionem verbi sicut accidentia quaedam concomitantia, non simul, sed successiue iuxta successiuam dispositionem ipsorum secundum congruentiam ad officia sua exequenda. Cum hoc tamen stat quòd quaedam mysteria gratiae Angeli omnes: vel aliqui in verbo formaliter videant ab initio beatitudinis suae. Nec tamen oportet haec pertinere ad obiectum beatificum, vt sic. Iam enim in quaestione decimasecunda declaratum est, quòd videre aliquid in verbo formaliter, contingit dupliciter, scilicet per se primo secundario. Et quòd ipse Deus tantum videtur per se primo, creaturae autem secundario. Et propterea ipse solus beatus, iuxta illud August. qui autem te & illa nouit: non propter illa beatior, sed propter te solum beatus. Vnde ratio Scoti concludit quod gratis concedimus, imò quod edocemus, scilicet omne aliud à Deo non necessario pertinere ad obiectum beatitudinis, sed non infert esse impossibile in obiecto beatifico multa alia à Deo secundario, & quasi concomitanter videri eadem numero visione.

QVAESTIO QVINquagesimaoctaua de modo cognitionis Angelicae, in septem Articulos diuisa.

POST haec cõsiderandum est de modo Angelicae cognitiõis. ¶Et circa hoc quaerũtur septẽ. ¶Primo, vtrũ intellectus angeli quãdoq; sit in potentia, quandoq; in actu. ¶Secũdo, vtrum angelus possit simul intelligere multa. ¶Tertio, vtrum intelligat discurrendo. ¶Quarto, vtrum intelligat componendo & diuidendo. ¶Quinto, vtrum in intellectu angeli possit esse falsitas. ¶Sexto, vtrũ cognitio angeli possit dici matutina & vespertina. ¶Septimo, vtrum sit eadem cognitio matutina & vespertina vel diuersae.

¶Super

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaoctauae Articulum primum.*

Annot. IN titulo hoc solum aduertendum est, quòd hic est sermo de actu & potentia, vt sunt modi cognitionis angelicae, siue naturalis, siue supernaturalis.

Comment. ¶In corpore duas distinctiones ponit. Alteram de intelligere in potentia, scilicet essentiali, vel accidentali. Alteram de cognitione, naturali scilicet & supernaturali: & hac duplici, scilicet per reuelationem & per visionẽ verbi. Et examinat omnia membra huius secũdę distinctionis, applicando ea ad vtrũq; membrũ primae distinctiõis sigillatim. Et tria facit. Primo ponit & declarat mẽbra primae distinctionis ex tertio de anima. Secundo ostẽdit quomodo se habeat cognitio angelica ad potentiã essentialem. Tertio, quomodo se habeat ad potentiam accidentalem. Quo ad secundum duo dicit. Primũ est, q angeli non sunt in potẽtia essentiali secundum cognitionẽ naturalẽ. Secundũ est, q angeli sunt in tali potentia secundũ cognitionem per reuelationẽ. Et probat vtrũq; ex proportionalitate inter angelos & corpora caelestia secundũ potentiam ad esse permanens substantiale vel accidẽtale: & secundum potentiam ad illuminari. ¶Nota hic q Scot. in 2. di. 9. q. vlti. iterum contra hanc rationẽ ex corporibus cęlestibus sumptam instat. Et quoniam obiectiones suae coincidunt cum superius recitatis, ideo eas omitto. ¶Quo ad tertiũ duo dicit, scilicet q angeli qui cognoscunt naturaliter, non actu omnia considerant: & q secundum cognitionẽ in verbo semper actu cõsiderãt, quia beatitudo consistit in actu, illa autem est eorum beatitudo.

391
11. q. 50. art. 5. cor. Et 2. con. cap. 95. Et 96. col. 3. Et veri. q. 8. ar. 5. Et ma. q. 16. arti. 5. cor. Et 6. cor. & 4m.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum intellectus Angeli quandoque sit in potentia, quandoque in actu.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus angeli quandoque sit in potentia. Motus enim est actus existentis in potentia, vt dicitur 3. Phys. Sed mentes angelicae intelligendo mouentur, vt dicit Diony. 4. capi. de diuin. nomi. Ergo mentes angelicae quandoque sunt in potentia.

¶Praeterea, Cum desiderium sit rei non habitae, possibilis tamen haberi: quicunque desiderat aliquid intelligere, est in potentia ad illud. Sed 1. Pet. 1. dicitur. In quem desiderant angeli prospicere. Ergo intellectus angeli quandoque est in potentia.

¶Praeterea, In lib. de causis dicitur, quòd intelligentia intelligit secundum modum suae substantiae. Sed substantia angeli habet aliquid de potentia permixtum: ergo quandoque intelligit in potentia.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 2. super Gene. ad li. quòd angeli ex quo creati sunt in ipsa verbi aeternitate, sancta & pia contemplatione perfruuntur. Sed intellectus contemplans non est in potentia, sed in actu. Ergo intellectus angeli nõ est in potẽtia.

CONCLVSIO.

¶*Angeli quae naturaliter cognoscunt non semper sunt in actu considerantes, sed quo ad cognitionem in verbo semper sunt actu considerantes.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 3. de Anima, & in 8. Physi. intellectus dupliciter est in potentia. Vno modo sicut ante addiscere vel inuenire, id est antequam habeat habitum scientiae. Alio modo dicitur esse in potentia, sicut cum iam habet habitum scientiae, sed non considerat. Primo igitur modo intellectus angeli nunquam est in potentia respectu eorum ad quae eius cognitio naturalis se extendere potest. Sicut enim corpora superiora, scilicet cęlestia non habent potentiam ad esse quae non sit completa per actum, ita caelestes intellectus, scilicet angeli non habent aliquam intelligibilem potentiam quae non sit totaliter cõpleta per species intelligibiles connaturales eis [e]. Sed quantum ad ea quae eis diuinitus reuelantur, nihil prohibet intellectus eorum esse in potentia, quia sic etiam corpora caelestia sunt in potentia quandoque vt illuminentur à sole. Secundo vero modo intellectus angeli potest esse in potentia ad ea quae cognoscit naturali cognitione. Non enim omnia quae naturali cognitione cognoscit, semper actu considerat: sed ad cognitionem verbi, & eorum quae in verbo videt, nunquam hoc modo est in potentia, quia semper actu intuetur verbũ, & ea quae in verbo videt. In hac enim visione eorum beatitudo consistit. Beatitudo autem non consistit in habitu, sed in actu, vt dicit Philosophus in primo Ethicorum capi. 2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd motus ibi non sumitur secundum quod est actus imperfecti, id est existentis in potentia, seu secundum quod est actus perfecti, id est existentis in actu. Sic enim intelligere & sentire dicuntur motus, vt dicitur in tertio de Anima.

¶Ad secundum dicendum, quòd desiderium illud angelorum non excludit rem desideratam, sed eius fastidium. Vel dicuntur desiderare Dei visionem quantum ad nouas reuelationes, quas pro opportunitate negotiorum à Deo recipiunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd in substantia Angeli non est aliqua potentia denudata ab actu. Et similiter nec intellectus Angeli sic est in potentia quòd sit absque actu.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Angelus simul possit multa intelligere.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Angelus non possit simul multa intelligere. Dicit enim Philosophus secundo Topico. quòd contingit multa scire, sed vnum tantum intelligere.

¶Praeterea, Nihil intelligitur nisi secundum quod intellectus formatur per speciem intelligibilem: sicut corpus formatur per figuram. Sed vnum corpus non potest formari diuersis figuris. Ergo vnus intellectus non potest simul intelligere diuersa intelligibilia.

¶Praeterea, Intelligere est motus quidam. Nullus autem motus terminatur ad diuersos terminos. Ergo non contingit simul multa intelligere.

¶SED CONTRA est quòd dicit Augusti. 4. super Gene. ad lit. Potentia spiritualis mentis angelicae cuncta quae voluerit, facillime simul comprehendit.

CONCLVSIO.

¶*Cognoscunt Angeli omnia simul in verbo, & quaecunque & per vnam speciem repraesentari possunt: non possunt autem simul omnia cognoscere quae per diuersas species innatas repraesentantur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut ad vnitatem motus requiritur vnitas termini, ita ad vnitatem operationis requiritur vnitas obiecti. Contingit autem aliqua accipi vt plura, & vt vnum: sicut partes alicuius continui. Si enim vnaquaeque per se accipiatur, plures sunt. Vnde & non vna operatione, nec simul accipiuntur per sensum & intellectum. Alio modo accipiuntur secundum quod sunt vnum in toto. Et sic simul vna operatione cognoscuntur [e], tam per sensum quàm per intellectum, dum totum continuum consideratur, vt dicitur in 3. de Anima. Et sic etiam intellectus noster simul intelligit subiectum & praedicatũ, prout sunt partes vnius propositionis, & duo cõparata secundũ quod conueniunt

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaoctauae Articulum secundũ.*

Comment. Titulus clarus est. ¶In corpore respõdet quaesito tribus cõclusionibus. Prima est, angeli in verbo cognoscunt oĩa simul. Secũda est, angeli possunt naturali cognitione oĩa ea simul cognoscere quae per vnam speciem repraesentãtur. Tertia est, angeli nõ possunt simul cognoscere naturaliter ea quę per diuersas spẽs innatas eis repraesentãtur. Probantur autem hae oẽs conclusiones eodẽ medio sic. Multa non vt multa, sed vt vnum intelligibile possunt vna operatione & simul intelligi. Sed repraesentata per vnã speciem habent rationẽ vnius intelligibilis. Repraesentata vero per plures habent rationẽ pluriũ intelligibiliũ. ergo. Tunc vltra, cognitio in verbo est per vnã speciem tantũ, essentiã scilicet diuinã: igitur. Et cõfirmatur haec cõclusio prima autoritate Aug. Maior primo probatur, quo ad primã partẽ ex hoc q vnius operationis debet esse vnum obiectũ, quẽadmodũ vnius motus vnus terminus. Secũdo declaratur quo ad distinctionẽ quã praesupponit, scilicet q multa possunt dupliciter cõparari ad virtutẽ perceptiuã, scilicet vt multa & vt vnum, & hoc in sensu respectu partiũ continui: & intellectu nostro respectu partiũ propositionis. Et vniuersaliter respectu extremorũ cuiuscunq; comparationis. Et declaratur simul veritas totius maioris assumptae ex sensu & intellectu nostro. Minor vero probatur sic. esse intelligibile conuenit repraesentatis per speciem intelligibilem, quia vnumquodque est intelligibile in actu, secundum quod eius similitudo est in intellectu. ergo esse vnum intelligibile conuenit eisdem per vnitatem speciei intelligibilis. & tenet sequela: quia in omni genere ex eodem res habet esse & vnitatem.

218
188

¶Circa hunc processum occurrunt duo dubia. Primum est: quia hic non distinguitur inter simul cognoscere, & vna operatione cognoscere, cum tamen haec multum inter se differant, cum experiamur simul nos percipere sonum & colorẽ, & tamẽ nõ vna operatione: & breuiter per se nota est eorũ diuersitas. Quòd autẽ hic cõfundant͛, patet ex eo, q cõclusio & qõ de simultate intelligẽdi loquit͛. Probatio autẽ maioris de vnitate operationis sermonẽ facit, & sic processus videt͛ esse null⁹. ¶Secundũ dubiũ est circa probationẽ minoris. Quoniam illa propositio, Vnũquodq; est intelligibile in actu secundũ quod eius similitudo est in intellectu: habet locũ tantũ in his sensibilibus quae secundũ se sunt intelligibilia in potẽtia & non separatis à materia, quę secundũ se sunt actu intelligibilia, vt manifestum est. Et consequẽter ista ratio nõ erit nisi probatio particularis, scilicet q sensibilia repręsentata per vnã speciẽ, sunt vnũ intelligibile, & per diuersas diuersa: & non est ratio vniuersalis de oĩbus repraesentatis, quod tamen erat probãdum. ¶Circa vltimã conclusionẽ dubiũ ex duplici capite occurrit. Primo ex eo q angelus apud S. Th. potest simul per tres species intelligere, scilicet per essentiã diuinã, per essentiã propriã, & per aliquã speciẽ innatã: alioquin cum semper intelligant Deũ & se, nunquã possent intelligere aliud: non videtur igitur stare quod hic dicit͛. Secundo ex eo q angelus cognoscit, & ponit differentiam inter cognita per diuersas species, puta inter animal & lapidem: ergo simul cognoscet p diuersas species. & tenet sequela ex doctrina secũdi de anima, in cap. de sensu cõmuni. Et augetur difficultas ex hoc capite: quia non videtur valere processus factus ad cõcludendam hanc conclusionem, eo quòd stat aliqua cognosci vt vnum intelligibile pro quanto cognoscuntur vt comparata adinuicem secundum diuersitatem: & tamen per diuersas species.

292
infr. q. 85. & art. 4. 2. dis. 3. q. 3. ar. a. Et 3. dist. 14. ar. 2. q. 4. & 1. con. cap. 55. Et veri. q. 8. ar. 14. & quol. 7. q. 1. artic. 1.

¶Circa primã & vltimã conclusionẽ dubiũ pulchrũ occurrit sic. Angelus potest omnia simul intelligere per vnã speciẽ: ergo potest omnia quorũ species habet simul intelligere. Antecedens est prima cõclusio: cõsequẽs vero est oppositũ vltimae. consequẽtia autẽ probatur sic. Angelus simul nouit se & omnes suas perfectiões. Sed inter suas pfectiones est esse intelligibilia: imò hęc est magna essentiae angelicę perfectio, quòd sit ipsa & alia tali modo: ergo simul intuetur se esse tale ens quidditatiue, & talia entia intentionaliter. Sed hoc est nosse omnia repraesentata per species quae sunt illa esse intentionalia: ergo angelus simul & vno actu oĩa nouit quorũ spẽs habet. 86

¶Ad euidentiam harum difficultatum sciendum est, species per quas intelligit angelus, non esse eiusdem rationis. Nam quędam inter se eiusdem ordinis; quędam vero se habẽt adinuicem ordine quodam; quemadmodum etiam in naturalibus. Quędam formae existẽtes in materia sunt eiusdem ordinis inter se: vt forma leonis, & bouis, & similes. Quędã vero ordine quodã se habent, vt vegetatiuũ & sensitiuũ. Nec intendo per hoc exemplũ aliud insinuare nisi ordinẽ inter quasdã species intelligibiles in angelo. Habent autẽ inter se ordinẽ species illae quę se excedunt in repraesentãdo idem, quãuis diuersimode: & tales sunt essentia diuina, quę cum nulla specie ponit in numerũ; quia est omniũ perfectissimũ repraesentatiuũ: & essentia propria ipsius angeli, cum qua nulla eius species ponit in numerum: quia ipsa essentia est omniũ à se intelligibiliũ species, imperfecta tamẽ. Et per superadditã intelligibilẽ speciẽ perficit͛, & determinat͛ quodãmodo vt sit distincte repraesentãs talia, puta animalia. Species vero illae eiusdẽ inter se ordinis, sunt quae disparatae inter se sunt in repraesentãdo: quales sunt oẽs species inditae singulis angelis. Rursus spẽs istae disparatae dupl͛r accipi possunt, s. vt extrema sunt in repraesentãdo relationes alicui⁹ & absolute. His aũt stãtibus dicit͛, quãuis aliud sit simul intell

intelligere, & aliud sit vna operatione intelligere. In proposito tamen eadem est difficultas de simultate & vnitate, & notius est propositum de vnitate. Eadem enim est difficultas, quia totaliter diuersa intelligibilia vt sic: absolute & repugnat simul intelligi & vna operatione intelligi, quemadmodum repugnat dici, vt & in quarto metaphysi.tex.10.dicitur, quòd qui vnum non intelligit, nihil intelligit: & in tertio de Anima, contingit multa scire, vnum autem intelligere. Notius autem est, q vni operationi vnum debetur obiectum, quàm pluribus eiusdem potentiae simul: quamuis & hoc sit verum. Et ideo S.Th. vtrunque explicauit, & probando à notiori tradidit disciplinã. Et per haec patet responsio ad primum dubium. Et ad vltimum, quod est contra vltimam conclusionẽ. fatemur enim quòd angelus potest simul per plures species intelligibiles ordinem inter se habẽtes intelligere: quoniam intelligibile earũ non est totaliter diuersum. Sed quemadmodũ species excedit & continet speciem quodammodo vt totum partem: ita intelligibile vnius se habet ad intelligibile alterius. Et similiter discernere inter intelligibilia disparatarum specierum, est vnum intelligere: & non per diuersas species absolute: sed per diuersas species, vt ad vnum relatiuum intelligibile coëunt. Nec propterea insufficiẽs aut falsus fuit processus: quo vnitas intelligibilis ex vnitate speciei adaequate declarata est. Quoniã quid regulariter exigat vnitas intelligibilis, tractabatur & tractari debet. Exceptio enim haec nota est, & ideo nihil officit vniuersali regulae, quae traditur & tradenda est de cognoscibili absolute. Et similiter de speciebus disparatis absolute sumptis. Respectiua nanque constat vtrunq; exigere extremum. Vnde & in qõ. de verita.qõ.8. artic.14. ad primum in contrarium dicit S. Tho. quòd nihil prohibet multa vt vnum simul intelligi, vel per vnam formam.

¶Ad secundam autem dubitationem dicitur, q aliud est esse intelligibile actu, & aliud esse intelligibile actu huic intellectui. Et quòd licet res immateriales & materiales in hoc inter se differant, quòd illae sunt intelligibiles actu in se ipsis: istae vero intelligibiles in potentia secundum seipsas. In hoc tamen conueniunt, quòd huic aut illi intellectui intelligibiles actu non sunt, nisi secundum quod sunt in hoc aut illo intellectu. Supponimus autem supradictis, quòd sunt in hoc aut illo, nonnisi per similitudinem. Et ideo sequitur, quòd esse intelligibile huic intellectui, sortitur vnaquaeque res per hoc q est in illo intellectu secundum speciem: & hoc modo intelligendus est hic S.Th.

¶Ad dubium vltimo contra primam & tertiam conclusionem motum respondetur, quòd intelligibilia repraesentata per species, dupliciter possunt intelligi. Vno modo absolute. Alio modo vt sunt aliquid intelligentis seu intellectui, puta perfectio. Primo modo non simul intelliguntur, sed secundo. Nec hoc est contra determinata. Sed haec responsio patitur difficultatem. Quia quum commune sit omni substantiae separatae intelligere alia à se per modum substantiae suae, nulla intelligentia cognoscit aliquid aliud à se, nisi secundum quod ipsa est illud. Et sic Gabrielem cognoscere lapidem absolute: est cognoscere lapidem, vt est in Gabriele, aut seipsum Gabrielem secundum quod est lapis quod idem est. Non enim plus cognoscit de lapide, quàm ipse Gabriel sit intentionaliter. Ad hoc dicitur, quòd responsio est bona, & quòd istae duae cognitiones differunt sicut visio partium in toto, & visio partium seorsum. Quamuis enim idem videatur vtraque visione, aliquid tamen impedit visionem partis seorsum, quod non impedit visionem eius in toto. Et rursus acutius videtur pars seorsum, quam in toto: vt patet quum video totam domum, & quum distincte applicare volo visionem ad discer-

in vna comparatione. Ex quo patet quòd multa secundum quod sunt distincta, non possunt simul intelligi, sed secundum quod vniuntur in vno intelligibili, sic simul intelliguntur. Vnumquodque autem est intelligibile in actu secundum quod eius similitudo est in intellectu. Quaecunque igitur per vnam speciem intelligibilem cognosci possunt, cognoscuntur vt vnum intelligibile. Et ideo simul cognoscuntur. Quae vero per diuersas species intelligibiles cognoscuntur, vt diuersa intelligibilia capiuntur[e]. 86 64 427 Angeli igitur ea cognitione qua cognoscunt res per verbum, omnia cognoscunt vna intelligibili specie quae est essentia diuina. Et ideo quantum ad talem cognitionem omnia simul cognoscunt: sicut & in patria non erunt volubiles nostrae cogitationes ab aliis in alia euntes atque redeuntes, sed omnem scientiam nostram simul vno conspectu videbimus: vt Augu. dicit in 15. de Trini. cap.16. Ea vero cognitione qua cognoscunt res per species innatas, omnia illa simul possunt intelligere quae vna specie cognoscuntur: non autem illa quae diuersis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intelligere multa vt vnum, est quodammodo vnum intelligere.

¶Ad secundum dicendum, quòd intellectus formatur per intelligibilem speciem, quam apud se habet. Et ideo sic potest vna specie intelligibili multa simul intelligibilia intueri, sicut vnum corpus per vnam figuram potest simul multis corporibus assimilari.

¶Ad tertium dicendum sicut ad primum.

ARTICVLVS III.

293 3.con.cap.44.&91. Et veri.q.8.arti.15. & q.24. artic.3.

a ¶*Vtrum angelus cognoscat discurrendo.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angelus cognoscat discurrendo. Discursus enim intellectus attenditur secundum hoc quòd vnum per aliud cognoscitur. Sed angeli cognoscunt vnum per aliud. Cognoscunt enim creaturas per verbum. Ergo intellectus angeli cognoscit discurrendo.

¶Praeterea, Quicquid potest virtus inferior, potest & virtus superior. Sed intellectus humanus potest syllogizare & in effectibus causas cognoscere, secundum quae discursus attenditur. Ergo intellectus angeli, qui superior est ordine naturae, multo magis hoc potest.

¶Praeterea, Isidorus dicit, quòd daemones per experientiam multa cognoscunt. Sed experimentalis cognitio est discursiua. Ex multis enim memoriis fit vnum experimentum: & ex multis experimentis fit vnum vniuersale: vt dicitur in fin. Posteriorum, & in principio metaphysice. Ergo cognitio angelorum est discursiua.

¶SED CONTRA est quod Dion. dicit 7. capi. de diui. nomi. quòd angeli non congregant diuinam cognitionem à sermonibus diffusis, neque ab aliquo communi ad ista specialia simul aguntur.

CONCLVSIO.

¶*Angeli quaecunque cognoscunt, sine discursu apprehendunt.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut saepius dictum est, angeli illum gradum tenent in substantiis spiritualibus, quem corpora caelestia in substantiis corporeis[e]. 263 281 291 Nam & caelestes mentes à Diony. dicuntur. Est autem haec differentia inter caelestia & terrena corpora, quòd corpora terrena per mutationem & motum adipiscuntur suam vltimam perfectionem, corpora vero caelestia statim ex ipsa sua natura suam vltimam perfectionem habent. Sic igitur & inferiores intellectus, scilicet hominum, per quendam motum & discursum intellectualis operationis perfectionem in cognitione veritatis adipiscuntur: dum scilicet ex vno cognito in aliud cognitum procedunt. Si autem statim in ipsa cognitione principij noti inspicerent quasi notas omnes conclusiones consequentes in eis discursus locum non haberet. Et hoc est in angelis, quia statim in illis quae primo naturaliter cognoscunt, inspiciunt omnia quaecunque in eis cognosci possunt[e]. Et ideo dicuntur intellectuales, quia etiam apud nos ea 428 quae statim naturaliter apprehenduntur, intelligi dicuntur. Vnde intellectus dicitur habitus primorum principiorum. Animae vero humanae, quae veritatis notitiam per quendam discursum acquirunt[e], rationales vocantur. 396 Quod quidem contingit ex debilitate intellectualis luminis in eis. Si enim haberent plenitudinem intellectualis luminis; sicut angeli: statim in primo aspectu principiorum totam virtutem eorum comprehenderent intuendo quicquid ex eis syllogizari posset.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd discursus quendam motum nominat[e]. 86 Omnis autem motus est de vno priori in aliud posterius. Vnde discursiua cognitio attenditur secundum quod ex aliquo prius noto deuenitur in cognitionem alterius posterius noti, quod prius erat ignotum. Si autem vno inspecto simul aliud inspiciatur, sicut in speculo inspicitur simul imago rei & res, non est propter hoc cognitio discursiua. Et hoc modo cognoscunt angeli res in verbo.

¶Ad secundum dicendum, quòd angeli syllogizare possunt tanquam syllogismum cognoscentes. Et in causis effectus vident, & in effectibus causas, non tñ ita q cognitionem veri-

nendum singulas partes eius. Prius enim omnes partes simul in toto video. Sed quum distincte singula perspicio, ab aliis partibus visionem intentio animae ad vnam dedita subtrahit. Ita proportionaliter contingit in angelo, quòd quamuis primo omnia simul in se vt toto quodam videat, si tamen singula distincte secundum seipsa absolute perspicaciter intueri vult, dum vni attendit alterum negligit: quia non potest finita vis simul esse in actu perfecto secundum duo esse eiusdem generis & ordinis, &c.

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaeoctauae Articulum tertium.*

Commen. Titulus clarus est. ¶In corpore articuli vnica est conclusio responsiua, Angeli veritatis contemplationẽ non assequuntur aliquo discursu: & dupliciter pbata. primo ratione sic, Angeli inter substantias spirituales eum tenent locum quem corpora caelestia inter substantias corporeas: ac per hoc differunt à substantiis spiritualibus inferioribus proportionaliter: quemadmodum corpora caelestia à corporibus inferioribus. Sed inter haec corpora tantum differt, vt inferiora per motum suas perfectiones vltimas acquirant. Superiora vero statim habent suas vltimas perfectiones. Et substantiae spirituales inferiores, quales sunt animae humanae, per motum discursiuum perfectionem vltimam, quae in veritatis contemplatione cõsistit, acquirunt: ergo relinquitur quòd Angeli veritatis contemplationem complete statim absque discursu naturaliter habeant. Prima propositio autoritate Dionysii firmatur. Aliae vero quo ad corpora per se notae sunt. Quo ad substantias vero spirituales, experimento in nobis patent. Deinde confirmatur conclusio ex differẽtia nominum conuenientium substantiis spiritualibus superioribus & inferioribus: quia scilicet illae dicuntur intellectuales, istae vero rationales. Et omnia clara sunt.

¶Sed aduerte, quòd in his declarationibus S. T. immiscet rationem fundantem, & proportionalitatem primae rationis, & differentiam signi secundo loco adducti. Et est ratio perfecti & imperfecti luminis intellectualis. Ita q quia superiores spiritus à nostris differunt penes perfectum & imperfectum lumen: & imperfectionis est ad videndam veritatem, discursu egere. Cuius signum est, quòd si tantum haberet anima nostra luminis, quòd visis principiis videret in eis quae in eorum virtute continentur, non discurreret: relinquitur quòd substantiae illae quae in apprehenso aliquo obiecto apprehendunt quicquid virtualiter continetur: veritatem & principij, & conclusionis, absque discursiuo motu habeant.

¶*Num aliquo pacto angelis conueniat discursus.*

Quaestio. ¶Circa praedicta occurrit primo Sco. in 2. distin. 7. q. 1. dicens, non esse probabile ab angelis negare omnem discursum: & remittit se ad procemium primi, in illa quest. vtrum theologia sit scientia, vbi hanc rationem inuenio: directe quidẽ contra cognitionem in verbo: & consequenter omnes alias. Arguit ergo sic, Quidditas subiecti puta lineae in quocunque lumine visa continet virtualiter veritates suarum passionũ, est prius natura nota illis: ergo est earum causatiua in quocũq; intellectu ab illa passiuo. ergo erit discursus. Antecedens cum prima consequentia est euidens. Vltima vero probatur: quia ad rationem discursus non exigitur ordo temporis, sed ordo naturae, & causalitatis, scilicet quòd hoc sit prius naturaliter notum illo, & quòd per hoc agnoscamus illud, quamuis simul tempore.

¶Occurrit deinde Grego. de Arist. in 2. distin. 7. q. 5. dicens processum S.Th. super nulla ratione fundari, sed sola suasione de corporibus caelestibus: & q conclusio deducit ad impossibile. Quoniã si angelus absq; discursu cognoscit viso aliquo subiecto

subiecto omnes eius passiones, sequitur quòd aut habet simul infinitas intellectiones specie distinctas, aut vnam aequiualentem infinitis distinctis, quorum vtrunque est impossibile, quia esset infinitum ens: & tenet sequela, de passionibus numeri & figurae, quae sunt infinitae sicut & species numerorum & figurarum.

¶Ad haec breuiter dicitur, & primo quòd ratio Scot. quadrupliciter peccat. Quia idem supponit esse iudicium de recognita in se, & cognita in alio, quum tamen multum intersit. Secundo, quia supponit intellectum angelicum & beatum esse passiuum à re visa in alio: quum tamen & hoc sit falsum: & vniuersaliter intellectus angelicus non sit mobilis ab obiecto extrinseco. Tertio, quia discursus est effectus se tenens ex parte intellectus magis quàm obiecti: quoniam de omnino simplicissimo intellectus noster discurrit, puta Deo. Et ideo quantuncunque obiectum in se habeat, vnde causet discursum, & intellectus sit mobilis ab obiecto, & illud cognoscatur in seipso: non sequitur hic effectus qui est discurrere, nisi in intellectu apto discurrere: & sic imperfecto, vt statim in quod quid est viso non penetret virtutẽ eius. Et tamen in argumento quasi tota causa sumitur ex parte obiecti. Quarto, quia ad rationẽ discursus non sufficit, quòd veritas vnius causetur à veritate alterius: imò nec hoc requiritur, vt patet in discursu à posteriori, sed exigitur q cognitio vnius causetur ex cognitione alterius in illo intellectu: quod locum habere non potest, quando vna & eadem cognitione cognoscitur vtrunque, quoniam idem non est secũdum rem causa sui ipsi[o], & sic est in proposito.

¶Ad Greg. vero dicitur, quòd S.T. proportionalitatem angelorũ ad corpora caelestia, super ratione fundauit perfecti & imperfecti luminis: & nihilominus autoritate Dio, eam fulsit, vt Arist. docuit in secundo caeli, in huiusmodi rebus tam occultis & arduis, satis dicitur quando rationabile aliquid dicitur. Praesertim quòd haec conclusio communis animi conceptio philosophorum videtur esse. Ea vero quae arguens obiicit in oppositum, facile soluuntur à recolẽtibus, quòd non inconuenit vnum indiuiduum superioris ordinis aequiualere infinitis inferioribus, etiamsi specie distinguerentur, arctatis tamẽ ad certum aliqđ genus. Et aduertentibus quòd si essent infinitae species coloris: lux nihilominus omnibus illis eminenter praestaret. Nec tamen esset ens infinitum: sicut nec illae species constituerent ens infinitum: sed finitae perfectionis in ratione entis, infinitae vero secundum quid in ratione coloris. Et hoc dico non curando pro nunc, an angelus possit simul intelligere distinctè omnes species figurarum & numerorũ.

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaenonae Articulum quartum.*

Commen. Titulus clarus est. ¶In corpore duo facit. Primo respondet quaesito vna conclusione negatiua. Secundo respondet cuidam tacitae obiectioni. Conclusio est talis, angeli non cognoscunt componendo & diuidendo. Probatur sic. Intellectus in prima apprehensione alicuius primi apprehensi obiecti cognoscens statim quaecunque possent illi attribui: intelligit non componendo nec diuidendo. Intellectus angelicus est huiusmodi: ergo, &c. Maior probatur & declaratur. Declaratur quidem ex proportionali similitudine, inter principium & conclusionem in ordine ad discursum ex vna parte: & subiectum & praedicatum ex altera parte in ordine ad compositionem & diuisionem. vtrobique enim eadem est necessitatis ratio, quia scilicet primo apprehenso non inspicitur quod in eius potentia latet. Probatur autem ex inserto in hac proportionalitate medio, scilicet quòd sublata causa auffertur effectus, iuxta illud primi posteriorum, si affirmatio est causa affirmationis: sed propria ratio necessitatis ad intelligendum tam componendo quàm discurrendo, est in simplici apprehensione obiecti non intueri alia: igitur intellectus statim in primo apprehenso caetera videns, nec discursu, nec compositione eget. Minor vero probatur sic, quod conuenit intellectui nostro ex defectu intellectualis luminis, non est attribuendum intellectui angelico, in quo est lumen intellectuale perfectum, quod probatur per Dio. Sed in primo apprehenso non inspicere annexa, prouenit in nobis ex defectu intellectualis luminis, vt de se patet. ergo. Deinde explicat quomodo angelus intelligat enuntiationes: & breuiter dicit, quòd quia intelligit mobilia immobiliter, & composita simpliciter, &c. ideo intelligit & compositionem non componendo, & discursum non discurrendo. Quod est dicere, quòd compositio, & diuisio, & similiter discursus in actu exercito, puta, animal rationale est risibile, Sortes est animal rationale, &c. comparantur ad intel-

396 tatis ignotae acquirant syllogizando[e] ex causis in causata, & ex causatis in causas.

¶Ad tertium dicendum, quòd experientia in angelis & daemonibus dicitur secundum quãdam similitudinem[e], 279 prout scilicet cognoscunt sensibilia praesentia, tamen absque omni discursu.

ARTICVLVS IIII.

294 2.dis.3.q.1.artic.2. cor. et ma i.q.16.artic.6.19. intel.

a ¶*Vtrum angeli intelligant componendo & diuidendo.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd angeli intelligant componendo & diuidendo. Vbi enim est multitudo intellectuum, ibi est compositio intellectuum, vt dicitur in tertio de Anima. Sed in intellectu angeli est multitudo intellectuum: cum per diuersas species diuersa intelligat, & non omnia simul. Ergo in intellectu angeli est compositio & diuisio.

¶Praeterea, Plus distat negatio ab affirmatione, quàm quaecunque duae naturae oppositae, quia prima distinctio est per affirmationem & negationem. Sed aliquas naturas distantes angelus non cognoscit per vnum, sed per diuersas species, vt ex dictis patet[e]. 284 291 Ergo oportet quòd affirmationem & negationem cognoscat per diuersa. Et ita videtur quòd angelus intelligat componendo, & diuidendo.

¶Praeterea, Locutio est signum intellectus. Sed angeli hominibus loquentes proferunt affirmatiuas & negatiuas enuntiationes (quae sunt signa compositionis & diuisionis in intellectu) vt ex multis locis sacrae scripturae apparet. Ergo videtur quòd angelus intelligat componendo & diuidendo.

¶SED CONTRA est quod Dio. dicit 7. cap. de diui. nomi. quòd virtus intellectualis angelorum resplendet perspicaci diuinorum intellectuum simplicitate, sed simplex intelligentia est sine compositione & diuisione, vt dicitur in tertio de Anima. Ergo angelus intelligit sine compositione & diuisione.

CONCLVSIO.

a ¶*Angeli non cognoscunt cõponendo & diuidendo.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in intellectu ratiocinante comparatur conclusio ad principium, ita in intellectu componente & diuidente comparatur praedicatum ad subiectum. Si enim intellectus noster statim in ipso principio videret conclusionis virtutem, nunquam intelligeret discurrendo, vel ratiocinando[e]. 93 Similiter si intellectus statim in apprehensione quidditatis subiecti haberet notitiam de omnibus quae possunt attribui subiecto vel remoueri ab eo, nunquam intelligeret componendo & diuidendo, sed solum intelligendo quod quid est. Sic igitur patet quòd ex eodem prouenit quòd intellectus noster intelligit discurrendo & componendo & diuidendo, ex hoc scilicet quòd non statim in prima apprehensione alicuius primi apprehensi potest inspicere quicquid in eo virtute continetur. Quod contingit ex debilitate luminis intellectualis in nobis, sicut dictum est[e]. 293 Vnde cum in Angelo sit lumen intellectuale perfectum, cum sit speculum purum & clarissimum, vt dicit Dionysius quarto capite, de Diui. Nomi. relinquitur quòd Angelus sicut non intelligit ratiocinando, ita non intelligit componendo & diuidendo. Nihilominus tamen compositionem & diuisionem enuntiationum intelligit, sicut & ratiocinationem syllogismorum. Intelligit enim composita simpliciter, & mobilia immobiliter, & materialia immaterialiter.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non qualiscunque multitudo intellectuum compositionem causat, sed multitudo illorum intellectuum, quorum vnum attribuitur alteri, vel remouetur ab altero. Angelus autem intelligendo quidditatem alicuius rei, simul intelligit quicquid ei attribui potest, vel remoueri ab ea. Vnde intelligendo quod quid est, intelligit quicquid nos intelligere possumus & componendo & diuidendo, per vnum suum simplex intellectum.

¶Ad secundũ dicendum, quòd diuersae quid-

lectum angelicum, vt res visa tantum, & non vt modus videndi: ad nostrum verò vtroque modo.

¶*Quaenam praecisa compositionis & diuisionis causa sit.*

¶Circa maiorem adductae rationis, dubium occurrit: quoniam insufficiens videtur. Ex eo quòd causa illa non est vniuersalis causa componendi & diuidendi, sed particularis. Est enim causa quare non opus sit compositione & diuisione in cognoscendis his quae per se insunt vel absunt subiecto. Non autẽ in his quae sunt per accidens, & casualibus seu fortuitis. Quod dupliciter probatur. Primo, q non ex defectu luminis prouenit, quòd aliquo subiecto cognito, non videantur ea quae sunt per accidens vel saltem casualia. Quoniam quantuncunque perfecte cognoscatur subiectum aliquod, nunquam ex eo videbitur accidentalis cõiunctio, & maxime fortuita. Tum quia sequendo proportionalitatem San.Tho. illa praedicata cognoscuntur in subiecto viso, quae se habent ad subiectum vt conclusio ad principium: haec autem constat, non omnia, sed illa tantum esse, quae virtualiter clauduntur in subiecto: quemadmodũ conclusio in principiis; qualia non sunt accidentalia & fortuita. Et confirmatur, quia alioquin quilibet effectus haberet aliquam per se causam, contra Aristoteles 6. metaphysi. & secundo physicorum.

¶*Num ex eo quòd discursus & compositio et diuisio humano intellectui ex imperfectione conueniunt, ex hoc ab intellectu Angelico excludantur.*

Quaestio. ¶Circa minorem eiusdem rationis, dubium occurrit. Quia non valet consequentia haec: putà componere, & diuidere, seu discurrere conuenit intellectui nostro ex imperfectione: ergo opposita perfectio conuenit intellectui Angelico: quum possit quispiam dicere, quòd illa imperfectio communis est, intellectui nostro & Angelico: quoniam constat intellectum Angelicum non excludere omnem imperfectionem, & sic quum ista ratio super hac consequentia fundetur, inefficax videtur.

¶Ad euidentiam primae dubitationis sciendum est primo, quòd aliqua plura simplici & vno intuitu simul videri contingit tripliciter. Primo vnum cum alio: vt si simul videantur albedo & rubedo, & quaecunq; duo vel disparata. Secundo, vnum cum & in alio: vt quodcunque accidens & vniuersaliter praedicatum in subiecto. Tertio, cum in & ex alio, vt passio propria, & vniuersaliter effectus quandoque cognoscitur cum causa, in causa, & ex causa. Sciendum est secundo, quòd quamuis quocunque modo simul plura absolute cognoscere simplici intuitu, attestetur perfectioni cognoscentis: differt tamen primus modus ab aliis in hoc, quòd intelligere intuendo vnum cum alio prouenit ex perfectione intellectus absolute. Intelligere vero intuendo vnum in alio prouenit non solum ex perfectione intellectus absolute: sed ex perfectione intellectus vt attingentis primum obiectum, id est in quo seu ex quo aliud cognoscitur. Tum quia ex hoc quòd magis penetrat intellectus causam, aut subiectum cognitum prouenit simul intueri quae in eis aut ex eis fiunt & sunt, quia quanto magis aliquid cognoscitur, tanto virtus seu potentia eius magis penetratur. Nam ex penetratione potentiae sciuntur ea ad quae se extendit proportionaliter, id est, quod ex penetratione potentiae secundum esse quidditatiuum quidditatiue quoque sciuntur ea ad quae se extendit. Ex penetratione vero potentiae secundum esse existentiae & indiuiduale cum annexis conditionibus, cognoscuntur ad ea quae se extendunt secundum existentiam, quando tamen sunt. Tum quia ad perfectiorem cognitionem alicuius obiecti spectat, non solum potentiam, sed etiam omnia ad ipsum quomodolibet pertinentia cognoscere, & consequenter ad perfectiorem cognitionem naturalem alicuius obiecti spectat cognoscere omnia infra latitudinem naturalium quomodolibet pertinentia ad obiectum illud. His stantibus ad obiectiones in oppositum respondetur. Et ad primam dicitur, quòd ratio assignata contra necessitatem compositionis & diuisionis, & discursus est ratio vniuersalis, & non particularis. Et quum dicitur, quòd non est ex defectu luminis, sed ex naturis cognoscibilium patere obiectum & latere contingens, vel casuale: negatur hoc vniuersaliter de lumine intellectuali loquendo & casualibus aut contingentibus naturalibus. Quoniam ex modicitate luminis intellectualis prouenit, quòd viso Sorte qui actualiter inuenitur à debitore in foro: non simul videatur inuentio à debitore iam illi coniuncta, sed oporteat componendo propositionem formare, quae feratur in Sortem vt inuentum à debitore.

¶Ad sec-

¶Ad secundam vero obiectionem dicitur, ꝙ proportio inter subiectum & praedicatum, & principiū & conclusionē, attendit in proposito, secundū potentiam, non secundū virtualē continentiā. Virtus enim principiū actiuū seu operatiuū nominat. Potentia autē cōmune nomē est etiā ad potentiā passiuā ad esse. Ita ꝙ similitudo proportionalis cōsistit in potentialiter continere per se, vel per accidens, & quomodolibet: infra latitudinē tamē (vt dictum est) naturalium. Vel cōsistit, ꝙ sicut se habet discursus ad cōtinētiā virtualē cōclusionū in principiis: ita se habet cōpositio & diuisio ad continentiā potentialē praedicatorum in subiecto. Et hoc magis cōsonat literae virtutis nomē exprimētis in principio, potētiae autē in subiecto: dū dicit, quaecunq; possunt attribui subiecto. Quòd autem praedicata omnia potētialiter saltem cōtineantur in subiecto, inductiue patet. Qm̄ spectantia ad materiā naturalē actu vel virtute clauduntur in eo, vt essentialia & passiones. Spectātia vero ad materiā cōtingentē (quāuis infinita sint in potentia, quae tamen actu qūque inerunt alicui) finita & certa sūt quū sunt. Ac per hoc potentia iam reducta ad actū cōtineri in illius potētia manifestat. Spectātia vero ad materiā remotā, dubiū non est virtualiter claudi in subiecto. Qm̄ negationes repugnantium ex affirmatione subiecti necessario cōsequuntur. Et per hoc patet ꝙ nō oportet causalibus dare causam, per se, ex hoc ꝙ ponūtur cognosci cum subiecto, & pertinere ad perfectiorē eius cognitionē: sequeretur enim hoc, si poneremus casuale antequā esset, pertinere ad perfectiorē cognitionem suae causae, non autē postquā est. Quoniā quemadmodū esse eius iam determinatum cōpositionē facit cū eo in quo est in rerum natura: & illius quoddam esse est, quāuis accidentale, absq; hoc quòd habeat per se causam: sic & intellectus si perfecte cognoscit subiectum illud: omne ens esse intuet, qd actu aliter habet, absq; pscitate cōiūctionis illorū.

¶Ad dubitationem vero contra minorē dicitur, quòd defectus intellectus est duplex. Quidam communis omni intellectui creato, & quidam specialis & proprius intellectui nostro. Communis quidem est, quòd virtus ipsa intellectiua potentialitatis aliquid habet admixtum. Et quòd modus cognoscendi sit per speciem superadditam, & per plures actus intelligendi. Proprius vero est intelligere per cōuersionem ad phantasmata, esse in potentia, & alia huiusmodi. Nec est dubium ꝙ id quod conuenit intellectui nostro ex imperfectione communi, conuenit etiam angelo: sed consequentia illa tenet in his quae conueniunt intellectui nostro ex imperfectione propria: quoniam perfectiones oppositae ponuntur in angelis. Quòd autem componere & diuidere, & similiter discurrere ex imperfectione ꝓpria nostri intellectus prouenit, S. Tho. hic supponit: & facile ex eius etiam dictis declaratur. Existentibus enim duobus modi cognoscendi, scilicet simplici intuitu, & per appositionem quandam: & vtroque conueniente intellectui nostro, & tam discursu quàm compositione & diuisione importante modum cognoscendi per appositionem quandam, quum constet perfectiorem modum cognoscendi esse per simplicem intuitum: & quòd in nobis hic modus cognoscendi parum participatur in nostri supremo in prima operatione intellectus: & vtrunque ac similitudinarie in principio secundae, id est in cognitione principiorum: & iam stabilium sit à Dio. in 7. de di. no. quòd supremum infimi attingit infimum supremi, euidenter sequitur ꝙ modus cognoscendi componendo & diuidendo ex propria nostri imperfectione intellectus prouenit: cui ex aliquali superiorum participatione, communicatur quod degustet experiendo modum intelligendi per simplicem intuitum.

ditates rerum minus differunt quantum ad rationem existendi, quàm affirmatio & negatio: tamen quantum ad rationem cognoscendi affirmatio & negatio magis conueniunt: quia statim per hoc quòd cognoscitur veritas affirmationis, cognoscitur falsitas negationis oppositae.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc quòd angeli loquuntur enuntiationes affirmatiuas & negatiuas, manifestat quòd angeli cognoscunt compositionem & diuisionem, non autem quòd cognoscant componendo & diuidendo, sed simpliciter cognoscendo quod quid est.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum in intellectu angeli possit esse falsitas.*

295 *2. di. 11. q. 2. artic. 5. 5m. & veri. q. 8. ar. 14. 6m. et mal. q. 16. arti. 5. cor.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ in intellectu angeli possit esse falsitas. Proteruitas enim ad falsitatem pertinet. Sed in daemonibus est phantasia proterua, vt dicit Diony. 4. ca. de diui. nomi. Ergo videtur quòd in angelorum intellectu possit esse falsitas.

¶Praeterea, Nescientia est causa falsae aestimationis. Sed in angelis potest esse nescientia, vt Diony. dicit 6. capi. Ecclesia. Hierar. Ergo videtur quòd in eis possit esse falsitas.

¶Praeterea, Omne quod cadit à veritate sapientiae, & habet rationem deprauatam, habet falsitatem vel errorem in suo intellectu. Sed hoc Diony. dicit de daemonibus 7. cap. de diui. nomi. Ergo videntur quòd in intellectu angelorum possit esse falsitas.

¶SED CONTRA, Philosophus dicit tertio de Anima, quòd intellectus semper verus est. Augusti. etiam dicit in lib. 83. quaest. quòd nihil intelligitur nisi verum. Sed angeli non cognoscunt aliquid nisi intelligendo. Ergo in angeli cognitione non potest esse deceptio & falsitas.

CONCLVSIO.

¶*Non est aliqua in intellectu angelico falsitas per se, sed per accidens, cum quicquid attingant prima operatione intellectus cognoscant.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd huius quaestionis veritas aliquatenus ex praemissa dependet. Dictum est[e] enim quòd angelus non intelligit componendo & diuidendo, sed intelligendo quod quid est. Intellectus autem circa quod quid est, semper verus est, sicut & sensus circa proprium obiectum[e], vt dicitur in tertio de Anima. Sed per accidens in nobis accidit deceptio & falsitas intelligendo quod quid est, scilicet secundum rationem alicuius compositionis: vel cum diffinitionem vnius rei accipimus vt diffinitionem alterius, vel cum partes diffinitionis sibi non cohaerent. Sicut si accipiatur pro diffinitione alicuius rei animal quadrupes volatile. Nullum enim animal tale est. Et hoc quidem accidit in compositis, quorum diffinitio ex diuersis sumitur: quorum vnum est materiale ad aliud. Sed intelligendo quidditates simplices, vt dicitur in nono metaphysi. non est falsitas: quia vel totaliter non attinguntur & nihil intelligimus de eis, vel cognoscuntur vt sunt. Sic igitur per se non potest esse falsitas aut error aut deceptio in intellectu alicuius angeli. Sed per accidens contingit, alio tamen modo quàm in nobis. Nam componendo & diuidendo quandoque ad intellectum quidditatis peruenimus, sicut cum diuidendo & demonstrando diffinitionem inuestigamus. Quod quidem in angelis non contingit[e]: sed per quod quid est rei cognoscunt omnes enuntiationes ad illam rem pertinentes. Manifestum est autem, quòd quidditas rei potest esse principium cognoscendi respectu eorum quae naturaliter conueniunt rei, vel ab ea remouentur: non autem eorum quae à supernaturali Dei ordinatione dependent. Angeli igitur boni habentes rectam voluntatem per cognitionem quidditatis rei, non iudicant de his quae supernaturaliter ad rem pertinent, nisi salua ordinatione diuina. Vnde in eis non potest esse falsitas aut error. Daemones vero per voluntatem peruersam subducentes intellectum à diuina sapientia, absolute interdum de rebus iudicant secundum naturalem conditionem. Et in his quae naturaliter ad rem pertinent, non decipiuntur. Sed decipi possunt quantum ad ea quae supernaturalia sunt. Sicut si considerans hominem mortuum iudicet eum non resurrecturum. Et si videns hominem Christum, iudicet eum non esse Deum. ¶Et per hoc patet responsio ad ea quae vtrinque obiiciuntur. Nam proteruitas daemonum est secundum quod non subduntur diuinae sapientiae[e]. Nescientia autem est in angelis non respectu naturalium cognoscibilium, sed supernaturaliū. Patet etiam, quòd intellectus eius quod quid est, semper est verus: nisi per accidens secundum quod indebite ordinatur ad aliquam compositionem, vel diuisionem.

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaeoctauae Articulum quintum.*

Titulus clarus est.

Commēt. ¶In corpore articuli respondet quaesito vnica conclusione, habenti quatuor partes, scilicet in intellectu angelico non potest esse falsitas per se, sed per accidens: non quo ad naturalia, sed quo ad supernaturalia. Et probatur conclusio quo ad primam partem: quia intellectus in prima operatione semper est verus, per se loquendo, vt patet in sensu, & ex tertio de Anima. Intellectus autem angelicus semper intelligit per modum primae operationis. ergo. Maior declaratur, assignando causas vtriusque modi, quo falsitas inuenitur in nobis intelligēdo quod quid est, quod est obiectum primae operationis: quia scilicet vterq; contingit ex cōpositione admixta. Et rursus secundus modus contingit, respectu quorundā obiectorum tm̄, scilicet compositorū non simpliciū, vt patet ex 9. met. tex. 22. Quo ad secundam vero partem, declaratur assignādo differentiā inter modū, quo per accidens nostrae simplici intelligentiae admiscetur falsum: & modū quo per accidens admiscetur angelicae, quia scilicet falsitas apud nos praecedit quod quid est: quoniā in via admiscetur cōponendo vel applicādo. In angelis vero falsitas sequitur quod quid est, quoniā in iudicando ex illo contingit. Quo ad tertiā vero & quartā partē simul probatur, & declaratur sic. Intellectus in iudicando ex quod quid est conditiones rei potens iudicare, saluo diuinae sapientiae ordine, & non saluo illo potest falli circa supernaturalia, quāuis nō circa naturalia, sed intellectus angelicus est huiusmodi in quibusdā. ergo. 294 maior propositio patet, quo ad naturalia: quia ex cognitione quod qd est, sufficiens habetur ratio naturaliū, & ordinis diuinae sapientiae, vt disponentis cursum naturalem. 109 9 Quoad supernaturalia vero: quia haec ex reuelatione tantum sciri possunt. Et declaratur exēplariter, de mortuo resuscitādo, & de Christo homine & Deo. Minor autē declarat. Quia angelorū quidā sunt boni, quidam vero mali, & illi quidē sua sorte cōtenti, iudicant saluo semper superiori ordine: & quātum est ex meritis causarum naturaliū: hi vero superbia elati iudicāt simpliciter, ac si nullus esset ordo superior immutatiuus ordinis naturae. Et per hoc subducere dicūtur intellectus suos quādoque ab ordine diuinae sapientiae, & falli. 294

¶*Num aliquo pacto in intellectu angeli falsitas esse possit.*

Quaestio. ¶Circa praedicta dubiū occurrit non dissimulādum, quō possit falsum inueniri in intellectu angeli: si omnis eius intellectio est simplex apprehensio, cui non admiscetur compositio aut diuisio. Nulla enī prima intellectus operatio falsitati subesse potest, nisi ratione cōpositionis adiunctae, vt in litera dicitur: & in nobis experimur, & ex diffinitione veri & falsi 4. meta. tex. 27. patet. Sed nullā intellectio angeli respectu tam naturalium quàm supernaturalium habet compositionem adiunctam: siue praecedentem, siue subsequentem. ergo nunquam in intellectu eius falsitas esse potest.

¶Ad hanc dubitationem dici primo potest negando minorem, quòd quamuis angelus naturalia omnia intelligat intuendo quod quid est, tanquam pertinentia ad ipsum naturaliter, siue per se, siue contingenter, vt prius dictum fuit: supernaturales tamen conditiones componendo & diuidendo intelligit. Et quòd haec sit mens San. Tho. ex tribus suadetur. Primo, ex eo quòd ratio excludens compositionem & diuisionem ab angelis, non habet locum nisi in naturalibus: quoniam viso subiecto ex defectu luminis prouenit quòd non videantur praedicata naturaliter ei competentia: non autem quae supernaturaliter conuenire possunt, quoniam quum haec attendantur secundum potentiam Dei, sciri non possunt nisi cōprehensa Dei potentia: quod nulli creaturae est communicabile. Secundo, quia aliter in hoc eodem articulo contradiceret sibiipsi, vt obiiciendo deductum est: & processus eius ad ostendendum quomodo in iudicio angeli est falsitas per accidens (quemadmodum in nobis, quamuis differenter: quia in nobis ratio falsitatis praecedit quod quid est, in eis vero sequitur: & quòd in nobis accidit inuestigando, in eis vero comparando naturale ad supernaturale) nullus esset. Tertio, quia in calce articuli huius respondendo ad opposita dicit: intellectum quod quid est habere falsitatem per accidens vt ordinatur ad compositionem: & loquitur de intellectu angeli. Sed quoniam expresse S. T. tenet, quòd etiam daemones ad ea quae sunt eis naturaliter occulta, vt cognitionis cordium, non discurrunt: consequens est, vt apud ipsum nunquam angelus cognoscat componendo & diuidendo. Idem est apud ipsum iudicium in praecedenti artic. de discursu, & compositione, & diuisione. Nec alia est ratio de vno naturaliter occulto, & de alio. Quòd autem rationabile sit, omnem angeli cognitionem absque compositione esse, ex eo colligi potest, quòd regulariter apparet, quòd super naturales reuelationes modificantur, & suscipiuntur in vnoquoque secundum naturalem modum vt recipientis: vt in nobis experimur à quibus reuelata nostro modo cognoscuntur: vnde sic naturalis modus cognoscendi angelis inditus est per simplicem apprehensionem, consequens est vt reuelata simpliciter etiam apprehendant, & pari ratione quaelibet alia naturaliter occulta. Aliter ergo dicendum est, quòd quum verum & falsum in compositione consistat quemadmodum compositio dupliciter admiscetur cognitioni, ita & verum & falsum. Potest enim intellectui competere compositio ex parte modi cognoscendi, vt quum cognoscimus, ꝙ homo est homo: & parte rei cognitae, vt quū cognoscimus rem cōpositā. Et ꝓ oppositū simplex apprehēsio, dupliciter inuenit, scilicet quo ad modū cognoscēdi, aut quo ad rē cognitā. Nec requirit ad rōnē veri & falsi vtraq; cōpositio, sed altera quaeuis earum sufficit. Patet enī ꝙ de re quantuncunq; simplicissima, potest quis

habere cognitionē compositā, verā aut falsam: puta formare propositionē, ꝙ ipsa est ipsa, aut ꝙ ipsa nō est ipsa. Et similiter quantūcunq; modus cōcipiendi sit simplex, potest apprehēdi cōpositū ex partibus discohaerētibus vel cohaerētibus: ac per hoc verū vel falsum. Et ex hoc patet quo ad secundā operationē intellectus, non sufficit nec requiritur necessario cōpositio ex parte rei cognitae, sed exigitur & sufficit compositio ex parte modi cognoscēdi. Et vlterius sequitur, ꝙ ad primā operationē intellectus nō exigitur simplicitas rei cognitae, sed modi cognoscēdi. Sequitur etiā vlterius, ꝙ in prima operatione intellectus etsi non possit esse falsitas aut veritas ratione modi cognoscēdi: potest tamē in ea esse veritas aut falsitas rōne rei cognitae, quādo, s. res cognita est cōposita. 279 Et ꝓpter ea 9. met. dicitur, ꝙ in simplicibus nullo modo est falsitas, quia scilicet nec ex parte rei, nec ex parte modi cognoscēdi, si prima operatione cognoscuntur: qualē cognoscendi modū simplicitas exigit. Et si quaerat quō in prima operatione ex parte rei cognitae possit inueniri ratio veri aut falsi, quū in prima operatione intellectus nihil affirmet aut neget: facile respōdetur, ꝙ quum concipit quidditatē seu rem cōpositā, quāuis nō formaliter affirmet aut neget: virtualiter tamen est ibi affirmatio & negatio. Dum enim intuetur A B, si haec cohaerēt, cōcipit verū virtualiter, quia concipit sic esse sicut est. Si vero nō cohaerent, cōcipit falsum virtualiter, quoniā cōcipit sic esse sicut nō est. Dicit autē verū & falsum inueniri per accidens, in prima operatione intellectus. Tum quia cōpositio super qua fundatur ratio veri & falsi, accidit primae operationi nō solum ea ratione, quia accidit eius obiecto, dum non omni, sed cuidā cōuenit: sed qa obiectū primae operationis, est incōplexū vt incōplexū est. quod vt sic nullā cōpōnē dicere patet: & cōsequēter nullā veritatē aut falsitatē. Et propterea sicut accidit incōplexo, cōpati in se compositionē, ita veritatē & falsitatem. Et ꝓpter hoc dicitur & bene, ꝙ veritas & falsitas, sicut & cōpositio, per se nō sunt nisi in secunda operatione: cuius obiectū est cōplexū vt cōplexum est. Ex his autē patet responsio ad obiecta, nā quū angelus omnia cognoscat per modū primae operationis, dū cognoscit cōposita falsum virtualiter incurrere potest ratione compositionis adiunctae in obiecto. 360 Et hoc est qd intendebat S. T. per radices quas in articulo enumerauit, falsitatis aut veritatis, ex parte rei cognitae, simplicis aut cōpositae: 311 cum naturali conditione, aut supernaturali habitudine quacunque. Et sic veritas vel falsitas formaliter semper est in compositione ex parte intellectus. Veritas vero, vel falsitas virtualiter est in compositione, aut diuisione obiectiua, quamuis non modali.

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum in angelis sit cognitio matutina & vespertina.*

296 *2. dist. 12. arti. 3. cor. Et veri. q. 8. arti. 16. & 17. & opus. 3. ca. 224. & Eph. 3. lec. 3. col. 3. et Heb. 8. li. 360. 1. fi.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in angelis non sit vespertina, neque matutina cognitio. Vespere enim & mane admixtionem tenebrarum habent. Sed in cognitione angeli non est aliqua tenebrositas: cum non sit ibi error vel falsitas. Ergo cognitio angeli non debet dici matutina vel vespertina.

¶Praeterea, Inter vespere & mane cadit nox, & inter mane & vespere cadit meridies. Si igitur in angelis cadit cognitio matutina & vespertina, pari ratione videtur quòd in eis debeat esse meridiana & nocturna cognitio.

¶Praeterea, Cognitio distinguitur secundum differentiam cognitorum. Vnde in 3. de Anima dicit Philosophus, quòd scientiae secantur quemadmodum & res. Triplex autem est esse rerum, scilicet in verbo, in propria natura, & intelligentia angelica, vt Augus. dicit 12. super Gene. ad lite. Ergo si ponatur cognitio matutina in angelis, & vespertina propter esse rerum in verbo, & in propria natura, debet etiam in eis poni tertia cognitio propter esse rerum in intelligentia angelica.

¶SED CONTRA est, quòd Augu. 4. super Gene. ad lite. & 10. de Ciui. Dei, distinguit cognitionem angelorum per matutinam & vespertinam.

CONCLVSIO.

¶*Distinguitur in angelis cognitio matutina, qua res cognoscunt in prima causa, à vespertina, qua cognoscunt res vt sunt in seipsis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd hoc quod dicitur de cognitione matutina & vespertina in angelis, introductum est ab Augusti. qui 6. dies, in quibus Deus legitur fecisse cuncta. Gene. 1. intelligi vult non hos vsitatos dies, qui solis circuitu peraguntur: cum sol quarto die factus legatur, sed vnum diem, scilicet cognitionem angelicam sex rerum generibus praesentatam[e]. Sicut autem in die consueto mane est principium diei, vespere autem terminus: ita cognitio ipsius primordialis esse rerum dicitur cognitio matutina. Et haec est secundum quod res sunt in verbo. Cognitio autem ipsius esse rei creatae secundum quod in propria natura consistit, dicitur cognitio vespertina[e]. Nam esse rerum fluit à verbo sicut à quodam primordiali principio. Et hic effluxus terminatur ad esse rerum[e] quod in propria natura habet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ vespere & mane non accipiuntur in cognitione angelica secundum similitudinē ad admixtionē tenebrarum, sed secundum similitudinē principij & termini. Vel dicendum, ꝙ nihil prohibet, vt dicit Aug. 4. super Gene. ad lit. aliquid in comparatione ad vnum dici lux, & in comparatione ad aliud dici tenebra: sicut vita fidelium & iustorum in comparatione ad impios dicitur lux, secundum illud Ephe. 6. Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Quae tamen vita fidelium in comparatione ad vitam gloriae tenebrosa dicitur: secundum illud 2. Pet. 1. Habetis propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernae lucenti in caliginoso loco. Si igitur cognitio angeli qua cognoscit res in propria natura, dies est per comparationem ad ignorantiam vel errorem: sed obscura est per comparationem ad visionem verbi.

¶Ad secundum dicendum, quòd matutina & vespertina cognitio ad diem pertinet id est ad angelos illuminatos, qui sunt distincti à tenebris[e]. id est à malis angelis. Angeli autem boni cognoscentes creaturam, non in ea figuntur, quod esset tenebrescere & noctem fieri: sed hoc ipsum referunt ad laudem Dei: in quo sicut in principio omnia cognoscunt. Et ideo post vesperam non ponitur nox, sed mane, ita quòd mane sit finis praecedentis diei, & principium sequentis, inquantum angeli cognitionem praecedentis operis ad laudem Dei referunt. Meridies autē sub nomine diei cōprehenditur, quasi mediū inter duo extrema. Vel potest meridies referri ad cognitionem ipsius Dei, quae non habet principiū, nec finē.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiā ipsi angeli creaturae sunt. Vnde esse rerum in intelligentia angelica comprehenditur sub vespertina cognitione, sicut & esse rerū in ꝓpria natura.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum vna sit cognitio matutina & vespertina.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ vna sit cognitio vespertina & matutina. Dicitur enim Gene. 1. Factum est vespere & mane dies vnus. Sed per diem intelligitur cognitio angelica, vt Augusti. dicit. Ergo vna & eadem est cognitio in angelis, matutina & vespertina.

¶Praeterea, Impossibile est vnā potentiam simul duas operationes habere. Sed angeli semper sunt in actu cognitionis matutinae, quia semper vident Deum & res in Deo, secundū illud Mat. 18. ca. Angeli eorum semper vident faciē patris mei, &c. Ergo si cognitio vespertina esset alia à matutina, nullo modo angelus posset esse in actu cognitionis vespertinae.

¶Praeterea, Apostolus dicit 1. Corint. 13. Cum venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Sed si cognitio vespertina sit aliud à matutina, comparatur ad ipsam sicut imperfectū ad perfectum. Ergo non poterit simul vespertina cognitio esse cum matutina.

¶IN CONTRARIVM est quod dicit Aug. 4. super Gen. ad lit. quòd multum interest inter cognitionem rei cuiuscunq; in verbo

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaeoctauae Articulum sextum.*

Titulus ex dicendis in corpore articuli manifestus erit.

Commen. ¶In corpore respondendo quaesito affirmatiue duo facit. Primo autorem & radicem huius distinctionis ostendit. Autorem quidem Aug. Radicem vero, quia cognitio angelica dies vocatur. Gene. 1. Ac per hoc rationabiliter partes dici differentiae cognitionis angelicae ponuntur, & ex mane & vespere, cognitio matutina & vespertina dicta est. Secundo, quia differentiae istae metaphorice dicuntur de cognitione angelica: ostendit penes quid attenditur similitudo, dicens attendi in hoc quod est esse principium, & esse terminum. Ita quòd cognitio illa dicitur matutina, quae respicit primordiale esse rei, id est esse rei in eius prima causa. Illa vero vespertina quae respicit vltimatū esse rei, id est esse rei in seipsa. Et oīa clara sunt in litera.

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaeoctauae Articulum septimum.*

Titulus clarus est.

Commen. ¶In corpore sub distinctione rūdetur quaesito examinando diffinitionē vespertinae: & duo facit. Primo examinat rationē cognitionis vespertinae. Secundo rñ ad quaesito duplici cōclone. ¶Quo ad primum: quia cognitio vespertina est cognitio creaturae in ꝓpria natura, secundum quod ly in, triplicem habitudinem denotare potest, tripliciter exponitur cognitio vespertina. Potest enī denotare habitudinem causae, habitudinem medij, & habitudinem termini. Et ꝙ denotet habitudinē termini, dubium non est. Sed an cum hoc denotet etiam habitudinem causae vel habitudinem medij, discutitur. Et sic tria hic dicuntur. Primum ꝙ non denotet habitudinē causae: quia angelus non accipit cognitionē à re cognita, vt superius iam discussum est. Secundū, ꝙ potest denotare habitudinem medij: ita, scilicet quòd creatura sit terminus cognitionis, & sit etiam medium seu ratio non cognoscendi, quia scilicet cognoscitur per speciem inatam in ipso angelo, siue sit adaequate, siue non: non est curae. Tertium, quòd potest denotare habitudinem termini pure & praecise: ita scilicet ꝙ creatura sit terminus cognitionis, & non causa neq; ratio. Sed ratio cognoscēdi sit ipsa essētia diuina. 97 *Locis supra art. 6. inductis.* ¶Quo ad secundum, prima conclusio est, quòd cognitio vespertina habens creaturam pro termino & medio differt essentialiter à cognitione matutina. Secūda est, cognitio vespertina habens creaturam pro termino tantum, est eadem realiter cum cognitione matutina, differens solū secundum terminos seu cognita, quòd idem est.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd quia oppositorum eadem est disciplina: quum ex praecedēti articulo decisum sit matutinum & vespertinum in cognitione attendi & differre penes esse primordiale & vltimatum, id est esse rei in verbo, & esse in seipsa: & esse rei in verbo vno tantummodo inspiciatur, scilicet videndo verbum, vt per Augusti. patet: consequens fuit, vt tota latitudo differentiae inter cognitionem matutinam & vespertinam, ex diuersitate modorum cognoscendi esse rei secundum propriam naturam ostenderetur.

a ¶*Super Quaestionis quinquagesimaenonae Articulum primum.*

Titulus clarus est.

Commēt. ¶In corpore vnica est cōclusio rñsiua quaesito affirmatiuae, scilicet in angelis est volūtas. Et ꝓbatur sic. In habentibus intellectū est appetitus boni vniuersaliter appre

apprehēsi, angeli sunt intellectuales. ergo in eis est talis appetitus: ergo volūtas. Tenet hæc vltima cōsequentia ex quid nominis voluntatis. minor est nota: maior vero cōtinet in se duo, scilicet ꝙ intellectualib⁹ insit appetit⁹ boni, & ꝙ insit talis appetitus, scilicet boni vniuersalis. Et quo ad primū ꝓbatur, ex eo ꝙ omnia habent appetitū boni: quia procedunt ex volūtate diuina, quæ nō nisi in bonum tēdere & ordinare potest. Quo ad secundū vero declaratur ostendendo triplicē gradum appetitus, iuxta triplicē ordinē naturarum appetentium, id est sine cognitione, cum cogitatione particulari, & cum cognitione vniuersali, vt clare patet in litera.

896

281

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimænonæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus apud Thomistas communiter & indubie interpretatur de differentia reali.

Commen. ¶In corpore vna est cōclusio duas partes habēs negatiuas, volūtas angelorū neq; est intellectus, neq; est natura eorū. Et ꝓbatur quo ad singulas sigillatim. Et primo, ꝙ nō sit natura sic: quicqd se extēdit ad id quod est extra rem, non est rei essentia: volūtas angelica se extēdit ad id quod est extra rem. ergo. Maior probatur dupliciter. primo, ratione à priori: qa essētia rei intra rē ipam apprehenditur. Secundo à posteriori: quia videmus in sensibilibus ꝙ inclinatio ad intrinsecum est intrinseca, inclinatio vero ad extrinsecum est extrinseca. Minor vero probatur sic, volūtas habens bonum infinitū extra volentem, extenditur naturaliter extra se: at volūtas creata habet bonum infinitū extra volētem. ergo. Maior huius prosyllogismi ꝓbat sic. volūtas naturaliter tēdit in bonum. ergo sola illa nō tēdit in bonū extrinsecum, in cuius essentia continetur totaliter bonum, quod in solo Deo locum habere constat.

296

f 317

Annot. ¶Circa maiorem assumptam aduerte, ꝙ duplicē sensum habere potest, secundum quod ly extra rem, dupliciter exponi potest. Vno mō vt supponat pro re appetente. & hoc modo propositio est falsa, qm̄ materia appetit formā per appetitū qui est essentia ei⁹, & tñ forma est extra rē appetentē. Alio modo, vt supponat ꝓ re pertinēte ad integritatē substātię cōpletæ, vt sit sensus, ꝙ qcquid se extēdit ad id qđ est extra integritatē cōpletæ substātiæ, non est essentia rei, id est nec essentia, nec pars essentię, nec aliquid ad complementū essentiæ spectās. Et secundū hunc sensum assumpta est à San. Tho. & probatur in litera.

a 317

Dei & cognitionē eius in natura eius, vt illud merito pertineat ad diem, hoc ad vesperam.

CONCLVSIO.

¶*Cognitio vespertina vt terminatur ad creaturas, vt mediū talis cognitionis essentialiter à matutina diuersa est: vt autem solum ad creaturas terminatur, idem est cum illa distincta tantū ex cognitorū distinctione.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est[e], cognitio vespertina dicitur qua angeli cognoscunt res in propria natura. Quod non potest ita intelligi quasi ex propria rerum natura cognitionem accipiant, vt hæc præpositio in, indicet habitudinem principij: quia non accipiunt angeli cognitionem à rebus, vt suprà habitum est[e]. Relinquitur igitur, quòd hoc quod dicit in propria natura, accipiatur secundum rationem cogniti, secūdum quod subest cognitioni, vt scilicet cognitio vespertina in angelis dicatur secundum quod cognoscunt esse rerum, quod habent res in propria natura. Quod quidem per duplex medium cognoscunt, scilicet per species innatas & per rationes rerum in verbo existentes. Non enim videndo verbum, cognoscunt solum illud esse rerum, quod habent in verbo, sed illud esse quod habent in propria natura, sicut Deus per hoc quod videt, se cognoscit esse rerum, quod habent in propria natura. Si ergo dicatur cognitio vespertina secundum quod cognoscunt esse rerum quod habent in propria natura videndo verbum: sic vna & eadem secundum essentiam est cognitio vespertina & matutina, differens solum secundum cognita. Si vero cognitio vespertina dicatur secundum quod angeli cognoscunt esse rerum quod habent in propria natura per formas innatas, sic alia est cognitio vespertina & matutina. Et ita videtur intelligere Augusti. cum vnam ponat imperfectam respectu alterius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut numerus sex dierum secundum intellectum August. accipitur secundum sex genera rerum, quæ cognoscuntur ab angelis[e]: ita vnitas diei accipitur secundum vnitatem rei cognitæ, quæ tamen diuersis cognitionibus cognosci potest.

¶Ad secundum dicendum, quòd duæ operationes possunt simul esse vnius potentiæ, quarum vna ad aliam refertur[e]: vt patet cum voluntas simul vult & finem & ea, quæ sunt ad finem. Et intellectus simul intelligit principia & conclusiones per principia, quando iam scientiam acquisiuit. Cognitio autem vespertina in angelis refertur ad matutinam, vt Augusti. dicit. Vnde nihil prohibet vtranque simul esse in angelis.

¶Ad tertium dicendum, quòd veniente perfecto euacuatur imperfectum, quod scilicet ei opponitur. Sicut fides, quæ est eorum quæ non videntur, euacuatur visione veniente. Sed imperfectio vespertinæ cognitionis non opponitur perfectioni matutinæ[e]. Quòd enim cognoscatur aliquid in seipso, non est oppositum ei quòd cognoscatur in sua causa. Nec iterum quòd aliquid cognoscatur per duo media: quorum vnum est perfectius, & aliud imperfectius, aliquid repugnans habet. Sicut ad eandem conclusionem habere possumus & medium demonstratiuum & dialecticum. Et similiter eadem res potest sciri ab angelo per verbum increatum, & per speciē innatā.

QVAESTIO QVINquagesimanona de voluntate Angelorum, in quatuor Articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de his quæ pertinent ad voluntatem angelorū. ¶Et primo cōsiderabim⁹ de ipsa voluntate. ¶Secundo de motu eius qui est amor siue dilectio. ¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum in angelis sit voluntas. ¶Secundo, vtrum voluntas angeli sit ipsa natura eorum, vel etiam ipse intellectus eorum. ¶Tertio, vtrum in angelis sit liberum arbitrium. ¶Quarto, vtrum in eis sit irascibilis & concupiscibilis.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum in angelis sit voluntas.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in angelis non sit voluntas. Quia, vt dicit Philosophus in 3. de Anima, voluntas in ratione est. Sed in angelis non est ratio, sed aliquid superius ratione. Ergo in angelis non est voluntas, sed aliquid superius voluntate. 238 2. cont. ca. 46. & pu. 3. a. 76.

¶Præterea, voluntas sub appetitu continetur, vt patet per Philosophum in 3. de Anima. Sed appetitus est imperfecti. Est enim eius quod nondum habetur. Cum igitur in angelis, maxime in beatis, non sit aliqua imperfectio, videtur quòd non sit in eis voluntas.

¶Præterea, Philosophus dicit in 3. de Anima, quòd voluntas est mouens motum: mouetur enim ab appetibili intellecto. Sed angeli sunt immobiles, cum sint incorporei. Ergo in angelis non est voluntas.

¶SED CONTRA est quod Augu. dicit 10. lib. de Trin. quòd imago trinitatis inuenitur in mente secundum memoriam, intelligentiam & voluntatem. Imago autem Dei inuenitur non solum in mente humana, sed etiam in mente angelica: cum etiam mens angelica sit capax Dei. ergo in angelis est voluntas.

CONCLVSIO.

¶*Cum angeli per intellectum vniuersalem boni rationem attingant, est in eis voluntas.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere in angelis voluntatem.

¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd cum omnia procedant ex voluntate diuina[e], omnia suo modo per appetitum inclinantur in bonum, sed diuersimode. 118 Quædam enim inclinantur in bonum per solam naturalem habitudinem absque cognitione, sicut plantæ & corpora inanimata[e]. 31 Et talis inclinatio ad bonum vocatur appetitus naturalis. 401 Quædam vero ad bonum inclinantur cum aliqua cognitione: 115 non quidem sic quòd cognoscant ipsam rationem boni, 113 sed cognoscunt aliquod bonum particulare, sicut sensus, qui cognoscit dulce & album, & aliquid huiusmodi. Inclinatio autem hanc cognitionem sequens dicitur appetitus sensitiuus. Quædam vero inclinantur ad bonum cum cognitione, qua cognoscunt ipsam boni rationem, quod est proprium intellectus[e]. 115 Et hæc perfectissime inclinantur in bonum: non quidem quasi ab alio solummodo directa in bonum: sicut ea quæ cognitione carent, neque in bonum particulariter tantum, sicut ea in quibus est sola sensitiua cognitio: sed tantum inclinata in ipsum vniuersale bonum. Et hæc inclinatio dicitur voluntas. Vnde, cum angeli per intellectum cognoscant ipsam vniuersalem rationem boni, manifestum est quòd in eis sit voluntas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliter ratio transcendit sensum, & aliter intellectus rationem. Ratio enim transcendit sensum secundum diuersitatem cognitorum. Nam sensus est particularium, ratio vero vniuersalium. Et ideo oportet quòd sit alius appetitus tendens in bonum vniuersale, qui debetur rationi: & alius tendens in bonum particulare, qui debetur sensui. Sed intellectus & ratio differunt quantum ad modum cognoscendi: quia scilicet intellectus cognoscit simplici intuitu, ratio vero discurrendo de vno in aliud. Sed tamen ratio per discursum peruenit ad cognoscendum illud quod intellectus sine discursu cognoscit, scilicet vniuersale. Idem est ergo obiectum quod appetitiue proponitur, & ex parte rationis & ex parte intellectus. Vnde in angelis qui sunt intellectuales tantum, non est appetitus superior voluntate.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet nomen appetitiue partis sit sumptum ab appetendo ea quæ non habentur, tamen appetitiua pars non solum ad hæc se extendit, sed etiam ad multa alia. Sicut & nomen lapidis sumptum est à læsione pedis, cum tamen lapidi non hoc solum conueniat. Similiter irascibilis potentia denominatur ab ira, cum tamen in ea sint plures aliæ passiones, vt spes & audacia & huiusmodi.

¶Ad tertium dicendum, quòd voluntas dicitur mouens motum secundum quod velle est motus quidam & intelligere[e], cuiusmodi motum nihil prohibet in angelis esse: quia talis motus est actus perfecti, vt dicitur in 3. de Anima. a 115 295

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum in angelis voluntas differat ab intellectu.* 299

AD SECVNDVM sic proceditur. videtur quòd in angelis non differat voluntas ab intellectu & natura. Angelus enim est simplicior quàm corpus naturale. Sed corpus naturale per suam formam inclinatur in suum finem, qui est eius bonum. Ergo mul- 1. dist. 41. q. 1. art. 1. 3m. Et in ri. qō. 22. artic. 10.

Quæstio. ¶*Num ex quo natura est intra rem, sequatur distinctio naturæ & appetitus.*

¶Circa probationem maioris principalis dubium occurrit, eò quòd digredi videtur. Quoniam ex hoc quòd natura est intra rem quanuis bene sequatur, ergo appetitus ad extra rem, non est appetitus ad naturam: non tamen apparet vnde sequitur, ergo appetitus ad extra nō est ipsa natura. Stant nāque hęc duo simul, quòd quidditas alicuius sit sibi intrinseca & tamen appetitus eius q est ipsamet, sit ad aliquid extrinsecum. Et confirmatur, quia ista consequentia, natura est intra rem, ergo quicquid se extendit ad extra, non est natura. Si est necessaria, tenet in omni natura: qđ tamen esse falsum videmus, quia natura grauitatis est intrinseca indiuiduo grauis, & tamen extendit se ad extra.

¶Ad hoc breuiter dicendum est, quòd quum vere & proprie ens sola cōpleta substantia, sit qm̄ & partes & accidentia, vt substātiæ aliquid sint, instituta sunt à natura. In proposito naturæ, vel essentiæ nomine, integram quidditatem solius substantiæ, quæ sola est ens perse & propter se, intelligitur. Esse autē vel apprehendi intra, nihil aliud significat, nisi essentialem indepēdentiam tam in esse, quàm in diffiniri ab extrinseco: sicut per oppositum extendere se ad extra, nihil aliud est quàm essentialiter ordinari & institutū esse aliquid extrinsecū à substantia rei: quoniam non de quacūque extensione ad extra est sermo, quum constet substantiam rei esse principium generationis, & motus, & quietis. Sed de extensione proxime & immediate, ac essentialiter: ita quòd vis rationis consistit in hoc. Quidditas substantiæ cōpletæ diffinitur apprehendendo tantùm intrinseca rei, extendens se essentialiter ad extra non potest diffiniri nisi per illud extrinsecum. Igitur extendens se ad extra non est quidditas rei, nec intra eam, sed voluntas & vniuersaliter potentia ad operari: & quodcunque esse accidentale, extendit se ad extra hoc modo, vt ex superioribus quęstionibus patet: ergo. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

177 377 b 245 304 33 117 404 99

¶Circa probationē maioris secundi syllogismi dubium occurrit: quia non videtur valere consequentia. Voluntas naturaliter inclinatur in bonum, ergo voluntas habēs bonum infinitum extra se tendit in aliquid extrinsecum: quoniam non tenet in omni materia. Materia enim substantiæ naturaliter inclinatur in bonum, & tamen non extendit se ad extra: igitur ratio nulla.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd consequentia est bona formaliter, & accidit deceptio propter æquiuocationem eius quod est inclinari in bonum, dupliciter enim potest intelligi: vno modo, vt bonum distinguitur contra malum, & sic appetitus materiæ & vniuersaliter omnis appetitus naturaliter inclinatur in bonū. Alio modo, vt bonum distinguitur contra tale vel tale bonum, & sic solus appetitus intellectiuus tendit in bonum. Quoniā solus intellectus ipsam boni rationem vt bonum est apprehendit, & quia bonum vt bonū est, omne bonum cōprehendit: consequens est vt id quod naturaliter inclinatur in bonum vt bonum, non quiescat nisi in omni bono, ac per hoc si infinitum bonum habet extra se tēdat in aliquid extra. Non sic autem est de eo quod inclinatur naturaliter in tale bonum tantum. Quoniam si tale bonū intra substantiā rei concluditur, ad extra non tendit, quanuis infinitū bonum extra remaneat. Et per hoc patet responsio ad obiectum, quia hic sumitur inclinari ad bonum simpliciter, quod non dicitur de materia, nec de quocunque alio appetitu, nisi de intellectiuo, qui appellatur voluntas.

to magis angelus. Forma autem angeli est vel natura ipsa in qua subsistit, vel species quæ est in intellectu eius. Ergo angelus inclinatur in bonum per naturam suam & per speciem intelligibilem. Hæc autem inclinatio ad bonū pertinet ad voluntatē. Voluntas igitur angeli nō est aliud q̄ eius natura, vel intellectus.

¶Præterea, Obiectum intellectus est verum, voluntatis autem bonum. Bonum autem & verum non differunt realiter, sed secundum rationem tantum. Ergo voluntas & intellectus non differunt realiter.

¶Præterea, Distinctio communis & proprij non diuersificat potētias. Eadem enim potentia visiua est coloris & albedinis. Sed bonum & verum videntur se habere sicut commune & proprium: nam verum est quoddam bonum, scilicet intellectus. Ergo voluntas cuius obiectum est bonum, non differt ab intellectu cuius obiectum est verum.

¶SED CONTRA, voluntas in angelis est bonorum tantum, intellectus autem est bonorum & malorum. Cognoscunt enim vtrunque. Ergo voluntas in angelis est aliud quàm eius intellectus.

CONCLVSIO.

¶*Voluntas angelorum neque est intellectus, neque eorum natura.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd voluntas in angelis est quædam virtus, vel potentia: quæ nec est ipsa eorum natura[c], nec eorum intellectus. Et quòd non sit eorum natura, apparet ex hoc, quòd natura vel essentia alicuius rei intra ipsam rem comprehenditur: quicquid ergo se extēdit ad id quod est extra rem, non est rei essentia. Vnde videmus in corporibus naturalibus, ꝙ inclinatio quæ est ad esse rei, non est per aliquid superadditum essentię, sed per materiā quæ appetit esse antequā habeat, & per formā quæ tenet rem in esse postq̄ fuerit. Sed inclinatio ad aliquid extrinsecum est per aliqd essentiæ superadditū, sicut inclinatio ad locū est per grauitatem, vel leuitatē. Inclinatio autē ad faciēdum sibi simile est per qualitates actiuas[e]. Voluntas autem habet inclinationē in bonū naturaliter[e]. Vnde ibi solū est idē essentia & voluntas, vbi totaliter bonū continetur in essentia volentis, s. in Deo q nihil vult extra se nisi rōne suæ bonitatis[e]. Quod de nulla creatura potest dici, cū bonū infinitū sit extra essentiam cuiuslibet causati. Vnde nec voluntas angeli, nec alterius creaturæ potest esse idem quod eius essentia. Similiter nec pōt esse idem quod intellectus angeli vel hominis. Nam cognitio fit per hoc quod cognitū est in hoc cognoscēte[e]. Vnde ea ratione se extendit eius intellectus in id quod est extra se: secundum quod illud quod extra ipsum est per essentiam natum est aliquo modo in eo esse. Voluntas vero se extendit in id quod extra est, secundum quod quadam inclinatione quodammodo tendit in rem exteriorē. Alterius aūt virtutis est ꝙ aliquid habeat in se quod est extra se, & quòd ipsum tēdat in rem exteriorem. Et ideo oportet quòd in qualibet creatura sit aliud intellectus & voluntas. Non autem in Deo qui habet & ens vniuersale & bonum vniuersale in seipso. Vnde tam voluntas quàm intellectus est eius essentia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus naturale per formam substātialem inclinatur in esse suum: sed in exterius inclinatur per aliquid additum, vt dictum est.

¶Ad secundum dicēdum, quòd potentiæ non diuersificantur secūdum materialem distinctionem obiectorum, sed secundum formalem distinctionem, quæ attenditur secundum rationem obiecti[c]. Et ideo diuersitas secundum rationem boni & veri sufficit ad diuersitatem intellectus & voluntatis.

¶Ad tertium dicendum, quòd quia bonum & verum conuertuntur secundum rem: inde est quòd & bonum ab intellectu intelligitur sub ratione veri: & verum à voluntate appetitur sub ratione boni[c]. Sed tamen diuersitas rationum ad diuersificandum potentias sufficit, vt dictum est[e].

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum in angelis sit liberum arbitrium.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in angelis non sit libe. arbi. Actus enī liberi arbitrij est eligere: sed electio non potest esse in angelis, cū electio sit appetitus præcōsiliati. Consiliū autē est inquisitio quædam: vt dicitur in 3. Ethico. Angeli autē nō cognoscunt inquirendo: quia hoc pertinet ad discursum rationis. ergo videtur ꝙ in angelis non sit liberum arbitrium.

¶Præterea, Liberum arbitrium se habet ad vtrūlibet. Sed ex parte intellectus nō est aliquid se habēs ad vtrūlibet in angelis, quia intellectus eorū non fallitur in naturalibus intelligibilibus, vt dictū est[e]. Ergo nec ex parte appetitus liberū arbitrium in eis esse potest.

¶Præterea, Ea quæ sunt naturalia in angelis, conueniunt eis secundum magis & minus: qa in superioribus angelis natura intellectualis est perfectior quàm in inferioribus. Liberum autem arbitrium nō recipit magis & minus. Ergo in angelis non est liberum arbitrium.

¶SED CONTRA, Libertas arbitrij ad dignitatem hominis pertinet: sed angeli digniores sunt hominibus. Ergo libertas arbitrij, cum sit in hominibus, multo magis est in angelis.

CONCLVSIO.

¶*Cum angeli sint naturæ intellectualis, in eis est liberum arbitrium.*

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ quædam sunt q̄ nō agūt ex altero arbitrio[c], sed quasi ab aliis acta & mota: sicut sagitta à sagittante mouetur ad finē. Quædam vero agunt quodam arbitrio, sed nō libero, sicut animalia irrationalia. Quis enī fugit lupum ex quodam iudicio, quo existimat eum noxium. Sed hoc iudiciū non est sibi liberū, sed à natura inditū. Sed solū id quod habet intellectum, pōt agere iudicio libero, inquantum cognoscit vniuersa

¶Quo ad aliam verò partem conclusionis, scilicet, quòd non est intellectus, adducitur ratio talis. Alterius virtutis est habere in se aliquid extrinsecum, & tendere in ipsum: sed intellectus & voluntas penes hos modos differunt, scilicet habere in se, & tendere in illud. igitur sunt duæ virtutes, & hoc in creaturis, in quibus neque obiectum volūtatis, neque obiectum intellectus complete continetur in substantia earum, cuius oppositū inuenit in Deo, qui est infinitum ens, & infinitum bonū. a 279 301

Annot. ¶Circa vtranque partem conclusionis aduerte simul, quòd ex rationibus aliquid concluditur directè & immediatè, scilicet distinctio quidditatiua voluntatis à natura & intellectu. Aliquid verò concluditur mediate, scilicet distinctio realis eorundem. Quoniam quum quodlibet horum sit ens limitatū, si quidditatiuè distinguuntur, & ex neutrius quidditate prouenit identitas, vnius cum alio: consequens est vt distinguātur realiter, distinctio enim realis non potest conuenire entibus accidentaliter. Et quod hic supponitur, s. ꝙ ex neutrius quidditate prouenit, ꝙ sint idem seu vnum identice: probare opus non fuit probata distinctiōe quidditatiua, quia regulariter hoc non apparet, nisi ex duabus causis prouenire, scilicet vel ex infinitate vt inuenitur in Deo, vel ex essentiali ordine generationis & perfectionis, vt inuenitur in vegetatiuo & sensitiuo, quorum posterius semper includit in se prius, & aliquid vltrà. Vtrunque autem horum constabat locum non habere in proposito. Et ideo sat fuit sic respondere quęsito. Et cōfirmari potest sufficientia huiusmodi procedendi authoritate Aristotelis, qui in quarto physicorum concludit distinctionē realem existentis in aliquo in quo existit, ex distinctione quidditatiua harum rationum, scilicet esse in aliquo, & in quo est aliquid.

a 102 b 300 2. di. 7. q. 1. artic. 1. 1m. & 2. cōtra ca. 47. Et veri. quol. 23. art. 1. cor. & q. 24. ar. 2. et 3. & mal. q. 16. art. 5. cor. & opus. 3. a. 76. 295 412

a ¶*Super Quæstionis quinquagesimænonæ Articulum tertium.*

IN titulo hoc solum notandum est, quòd licet voluntas & liberū arbitrium sint vna met potentia secundum veritatem, ac per hoc videri posset, quòd posita voluntate non debeat reuocari in dubium liberum arbitrium, & sic articulus iste sit superfluus: si quis tamen diligenter consideret, necessitatem huius articuli ex duobus perpēdet. Primo, quia liberum arbitrium facultatem & communem sonat intellectus & voluntatis, quum dicat quid compositum ex libertate & arbitrio, ac per hoc incertum adhuc est in hoc loco, an sit idem quod voluntas, quinetiā à quibusdā hoc nō acceptatur. Secūdo ex eo ꝙ, voluntas appetitū intellectiuū ipsius boni nominat, & nō modum appetendi, s. libere vel non libere, & ꝓpterea post stabilitā volūtatē, i. appetitū boni intellecti in angelis, merito restabat quęrere de modo appetēdi. Vtrū libere vel non libere, quod in præsenti articulo intenditur, sub vocabulo liberi arbitrij, quod nihil aliud significat nisi actū liberū,

¶In corpore vnica est cōclusio responsiua affirmatiue, In angelis est liberum arbitrium. Et probatur sic. Intellectuale est iudicij liberi. Angelus est intellectualis: ergo. Maior probatur dupliciter, Primo à posteriori, quia agit iudicio libero: quod manifestatur ex triplici ordine agentium, scilicet sine arbitrio vt naturalia, & cum arbitrio seu iudicio, sine tamen libertate, vt sensitiua iudicantia ex instinctu naturæ. Et cum
313 arbitrio & libertate, vt habentia intellectum. Secundo à priori, quia apprehendit vniuersalem rationem boni: & consequēter potest hoc præponere illi, & econuerso, quod est libere iudicare. Ex eo enim quòd apprehendens non arctatur ad hanc, vel illam boni rationem appetendam, & eas adinuicem
293 conferre potest, liberum
294 sibi de eis relinquitur iudicium.

¶In responsione ad secundum duplex dubium occurrit. Primo, quia si
299 intellectus est determi-
58 natus ad omnem naturalem veritatem, ergo
188 voluntas non potest nisi vnam partem contradictionis quo ad naturalia velle, sicut & intellectus intelligere, quia volitum oportet esse cognitum.
303 Secundo, quia si voluntas est determinata quo ad superiora, & non quo ad inferiora, quum superius voluntate sit solus Deus. respectu ergo aliorum angelus se habet ad vtrunlibet: & si sic est, ergo potest odisse alium angelum, & peccare in naturalibus puris.

¶Ad horum primum dicitur, quòd angelus habet intellectum determinatum ad verum tam in speculatiuis, quàm in practicis, siue agibilibus, siue factibilib⁹: ita quòd non potest naturaliter errare si in puris natura-
84 a libus consideretur. Non ad hoc verum vel illud indiuidualiter, & consideratum quo ad agibilia, neque ad hoc verum vel illud specifice con-
501 veri. q. 24. ar. 10. cor. sideratum quo ad factibilia. Et hoc loquendo de cognitione imperatiua seu affectiua: quoniam secundum cognitioné speculatiuam indeterminatio nulla est naturaliter: & consequenter voluntas potest velle hoc & oppositum, & intellectus intelligere imperatiue hoc & oppositum. Et ratio diuersitatis est, quia cognitio vt imperatiua est, à voluntate pendet: vt speculatiua vero, à natura tantum. Nec hoc est contra S. Thomā quoniam per veritaté, quam naturaliter angelus cognoscere potest, intēdit veritatem naturaliter notam, vt distinguitur cōtra supernaturaliter. & contra libere notā: quoniam harum negatio nō ponit imperfectionem in intellectu, vt patet. Et vt clare liquet, tota intentio sua in hoc argumento versatur circa perfectum & imperfectum naturaliter.

¶Ad secundum vero dicitur, quòd quia omne peccatum in moralibus est per declinationem à summo bono, & quicunque peccat, contra Deum peccat, iuxta illud, Tibi soli peccaui: consequens est, vt omnia inquantum referibilia in Deū, &c. sint superiora angelo, ac per hoc determinata voluntas quo ad superiora, sit determinata quo ad rectitudinem simpliciter, infra tamen naturalia. Cum hoc tamen stat indeterminatio quo ad hoc illud nunc vel tunc agere, & quo ad tale vel tale facere, quæ sunt inferiora rectitudine seruata, quia hæc respicit superius.

lem rationem boni [e]: ex qua potest iudicare hoc vel illud esse bonum. Vnde vbicunque est intellectus, est liberum arbitrium. Et sic patet liberū arbitrium esse in angelis etiam excellentius quàm in hominibus, sicut & intellectum.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ Philosophus loquitur de electione secundum quod est hominis. Sicut autem existimatio hominis in speculatiuis differt ab existimatione angeli in hoc quòd vna est absque inquisitione, alia vero per inquisitionem [e], ita & in operatiuis. Vnde in angelis est electio, non tamen cum inquisitiua deliberatione consilij, sed per subitam acceptionem veritatis.

¶Ad secundum dicēdum, quòd sicut dictum est [e], cognitio fit per hoc quòd cognita sunt in cognoscente. Ad imperfectionem autem alicuius rei pertinet, si non sit in ea id quod natū est in ea esse [e]. Vnde angelus non esset perfectus in sua natura, si intellectus eius non esset determinatus ad omnem veritatem, quam naturaliter cognoscere potest [e]. Sed actus appetitiuæ virtutis est per hoc ꝙ affectus inclinatur ad rem exteriorem. Non autē depēdet perfectio rei ex omni re ad quam inclinatur, sed solum ex superiori. Et ideo pertinet ad imperfectionem angeli, si non habet voluntatem determinatam respectu eorum quę infra ipsum sunt. Pertineret autem ad imperfectionem eius, si indeterminatę se haberet ad illud quod supra ipsum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd liberum arbitrium nobiliori modo est in superioribus angelis quàm in inferioribus, sicut & iudicium intellectus. Tamen verum est quòd ipsa libertas, secundū quod in ea consideratur quædam remotio coactionis, non suscipit magis & minus: quia priuationes, & negationes non remittuntur, nec intenduntur per se, sed solum per suam causam [e], vel secundum aliquam affirmationem adiunctam.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrū in angelis sit irascibilis & cōcupiscibilis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ in angelis sit irascibilis & concupiscibilis. Dicit enī Dio. 4. cap. de di. no. quòd in dæmonibus est furor irrationabilis, & concupiscentia amens. Sed dæmones eiusdem naturæ sunt cum angelis, quia peccatum non mutauit in eis naturam. Ergo in angelis est irascibilis & concupiscibilis.

¶Præterea, Amor & gaudium in concupiscibili sunt, ira vero, spes & timor in irascibili. Sed hæc attribuuntur angelis bonis & malis in scripturis. Ergo in angelis est irascibilis & concupiscibilis.

¶Præterea, Virtutes quædam dicuntur esse in irascibili & concupiscibili, sicut charitas & temperantia videntur esse in concupiscibili, spes autem & fortitudo in irascibili. Sed virtutes hæ sunt in angelis. Ergo in angelis est concupiscibilis & irascibilis.

¶SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 3. de Anima, quòd irascibilis & concupiscibilis sunt in parte sensitiua quæ nō est in angelis. Ergo in eis non est irascibilis & concupiscibilis.

CONCLVSIO.

¶*Cum in angelis sit solus appetitus intellectiuus non distinguitur in eis aliqua virtus irascibilis, vel concupiscibilis, sed indiuisus in eis appetitus, qui dicitur voluntas, manet.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd intellectiuus appetitus non diuiditur per irascibilem & concupiscibilem, sed solum appetitus sensitiuus. Cuius ratio est: quia cum potētiæ non distinguantur secundum distinctionem materialem obiectorum, sed solum secundum rationem formalem obiecti [e], si alicui potentiæ respondeat aliquod obiectum secundum rationem communem, non erit distinctio potentiarum secundum diuersitatem propriorum quæ sub illo communi continentur [e]. Sicut si proprium obiectum potentiæ visiuæ est color secundum rationem coloris, non distinguuntur plures potentiæ visiuæ secūdum differentiam albi & nigri. Sed si proprium obiectum alicuius potentiæ esset album inquantum album, distingueretur potentia visiua albi, à potentia visiua nigri. Manifestum est autem ex dictis [e], quòd obiectum appetitus intellectiui, qui voluntas dicitur, est bonū secundum communem boni rationem. Nec potest esse aliquis appetit⁹ nisi boni. Vnde in parte intellectiua appetitus non diuiditur secundum distinctionem aliquorum particularium bonorum [e], sicut diuiditur appetitus sensitiuus qui non respicit bonum secundum communem rationem, sed quoddam particulare bonum [e]. Vnde cum in angelis non sit nisi appetitus intellectiuus, eorum appetitus non distinguitur per irascibilem & concupiscibilem, sed remanet indiuisus, & vocatur voluntas.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ furor & concupiscentia metaphorice dicuntur esse in dæmonibus: sicut & ira quādoque Deo attribuitur propter similitudinem effectus.

¶Ad secundū dicendum, quòd amor & gaudium secundum qđ sunt pasiones, sunt in cōcupiscibili. Sed secundū quod nominant simplicem voluntatis actū, sic sunt in intellectiua parte [e]: prout amare est velle bonum alicui, & gaudere est quiescere voluntatem in aliquo bono habito. Et vniuersaliter nihil horum dicitur de angelis secundum pasionem, vt August. dicit 9. de ciuita. Dei.

¶Ad tertium dicēdum, quòd charitas, secundū ꝙ est virtus, nō est in concupiscibili, sed in voluntate. Nam obiectum concupiscibilis, est bonum delectabile secundum sensum. Huiusmodi autē nō est bonum diuinum: quod est obiectum charitatis. Et eadem ratione dicendum est quòd spes nō est in irascibili: quia obiectum irascibilis est quoddam arduum, quod est sensibile, circa quod non est spes quæ est virtus, sed circa arduum diuinū. Temperātia aūt secundū quod est virtus humana, est circa concupiscentias delectabilium sensibilium, quæ pertinent ad vim concupiscibilem. Et similiter fortitudo est circa audacias & timores, quæ sunt in irascibili. Et ideo temperantia, secundum quod est virtus humana, est in cōcupiscibili & fortitudo in irascibili. Sed hoc modo non sunt in angelis. Non enim in eis sunt pasiones concupiscentiarum, vel timoris & audaciæ: quas oporteat per temperantiam & fortitudinem regulari. Sed temperantia in eis dicitur secundum quod moderate suam voluntatem exhibent secundum regulam diuinæ voluntatis. Et fortitudo in eis dicitur secundum quod voluntatem diuinam firmiter exequuntur. Quod totū fit per voluntatem, & non per irascibilem & concupiscibilem.

Annot. a ¶*Super Quæstionis quinquagesimænonæ Articulum quartum.*

IN titulo aduerte, quòd irascibilis & concupiscibilis dupliciter sumi possunt. Primo modo vt sunt passiones seu potētiæ sensitiuæ. Et hoc modo ridiculum esset quærere vtrum sint in angelis, quos superius declarauimus non habere in se naturam sensitiuā. Alio modo, vt significant absolute vim seu appetitū iræ aut concupiscentiæ, siue ꝑ operationé sensitiuam, siue non. Et hoc modo vertitur hic in dubium, an appetitus angelicus quum hoc ꝙ est immaterialis, distinguat in cōcupiscibilé & irascibilem. Et fuit ratio quęstionis sermo scripturæ & sanctorum, attribuēs 37 opera horum angelis. 389

Coment. ¶In corpore est vnica conclusio responsiua negatiue, scilicet appetitus angelicus nō distinguitur per cōcupiscibile & irascibile. Et probatur sic, potentia non distinguitur penes distinctio- 425 nem materialem obiecti. 291 ergo non distinguitur penes differentias diuisiuas sui primi obiecti, ergo appetitus intellectiuus non distinguitur penes differentias diuisiuas boni, 8 ergo non distinguitur in irascibilem & concupiscibilem: ergo appetitus angelicus non distinguitur in irascibilé & concupiscibilem. Antecedens est per se notum, 411 quia potētiæ distinguuntur penes distinctioné formalem obiectorum, vt obiecta sunt. 405 Prima autem consequētia euidēs de se est, quia differentiæ diuisiuæ alicuius superioris materialiter se habent ad id quod respicit primo illud superius, vt patet de visu respectu coloris & differentiarum eius. Secunda vero consequentia tenet ex eo, quòd proprium obiectū appetitus intellectiui est bonum in eo quòd bonum: quod ex eo declaratur, quòd nullus appetitus potest esse nisi boni. Si enim omnis appetitus ad bonum formaliter necesse est, vt tēdat, appetitus vniuersalis obiectiue ad vniuersalem 411 a rationem boni, quæ ipsa boni ratio est 127 tanquam ad proprium 331 obiectum, necessario inclinabitur. Tertia vero consequentia propterea tenet, quia irascibilis & cōcupiscibilis, distinguūtur secundum distinctionem bonorum particularium inter se, puta ardui & absoluti, seu simplicis boni. Et propterea ista distinctio habet locum in appetitu sensitiuo cuius non est respicere bonum, nisi secundum aliquas speciales rationes. Vltima vero consequentia ex eo tenet, quòd in angelis non est nisi appetitus intellectiuus.

Annot. ¶Circa hanc rationem aduerte, quòd hic posset esse dubium; quo pacto cum efficacia istius stet, quòd appetitus sensitiuus distinguatur per irascibilem & concupiscibilem. Quoniam si ex hoc quòd appetitus intellectiuus respicit altius obiectum, & commune arduo & simplici bono, caret tali distinctione quum appetitus quoque sensitiuus respiciat vt proprium obiectum bonum secundum sensum, quod est etiam commune ad arduum & simplex bonum: consequens erit quòd nec ipse distinguatur in irascibilem & concupiscibilem. Sed quoniam de hac distinctione erit sermo

sermo specialis in sequentibus ex proposito, pro nunc sufficiat credere, quòd ratio boni secundū sensum non est vna aliqua ratio mouēdi aut terminandi actum appetendi appetitus sensitiui, quemadmodum ratio boni est ratio mouendi & terminandi actum appetitus intellectiui: sed se habet ad appetitum sensitiuum, quemadmodum hoc quod dico, qualitas sensibilis, ad sensum exteriorem.

QVAESTIO SEXAGESIMA de Amore & dilectione Angelorum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandum est de actu voluntatis, qui est amor, siue dilectio. Nam omnis actus appetitiuę virtutis ex amore seu dilectione deriuatur. ¶Et circa hoc quæruntur quinque. ¶Primo, vtrum in angelis sit dilectio naturalis. ¶Secundo, vtrū in eis sit dilectio electiua. ¶Tertio, vtrū angelus diligat seipsum dilectione naturali, an electiua. ¶Quarto, vtrum vnus angelus diligat alium dilectione naturali sicut seipsum. ¶Quinto, vtrum angelus naturali dilectione diligat Deum plus quàm seipsum.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum in angelo sit amor seu dilectio naturalis.*

12. q. 26. arti. 1. & 2. et. 3. di. 27. q. 1. art. 2. cor. & quoli. & q. 4. art. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in angelis non sit amor vel dilectio naturalis. Amor enim naturalis diuiditur cōtra intellectualem: vt patet per Dio. 4. cap. de diuino nomi. Sed amor angeli est intellectualis. Ergo non est naturalis.

¶Præterea, Ea quæ amant amore naturali, magis aguntur quàm agant. Nihil enim habet dominium suæ naturæ. Sed angeli non aguntur sed agunt: cum sint liberi arbitrij, vt ostensum est [e]. Ergo in angelis non est amor seu dilectio naturalis.

¶Præterea, Omnis dilectio aut est recta, aut non recta. Dilectio autem recta pertinet ad charitatem. Dilectio autem non recta pertinet ad iniquitatem. Neutrum autem horum pertinet ad naturam. Quia charitas est supra naturam, iniquitas autem est contra naturam. Ergo nulla dilectio naturalis est in angelis.

¶SED CONTRA est, quòd dilectio sequitur cognitionem. Nihil enim amatur nisi cognitum, vt Augustinus 4. dicit de tri. Sed in angelis est cognitio naturalis. Ergo & dilectio naturalis.

CONCLVSIO.

¶*In angelis est naturalis dilectio, cum sint naturæ intellectualis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est in angelis ponere dilectionem naturalem. ¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd semper prius saluatur in posteriori. Natura autem prior est quàm intellectus. Quia natura cuiuscunque rei est essentia eius. Vnde id quod est naturæ, oportet saluari etiam in habentibus intellectum. Est autem hoc commune omni naturæ, vt habeat aliquam inclinationem, quæ est appetitus naturalis vel amor [e]. Quæ tamen inclinatio diuersimode inuenitur in diuersis naturis in vnaquaque secundum modum eius [e]. Vnde in natura intellectuali inuenitur inclinatio naturalis secundum voluntatem: in natura autem sensitiua secundum appetitum sensitiuum: in natura vero carente cognitione, secundum ordinem naturæ in aliquid. Vnde cum angelus sit natura intellectualis, oportet quòd in voluntate eius sit naturalis dilectio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectualis amor diuiditur contra naturalem, qui est solum naturalis inquantum est naturæ quæ non addit supra rationem naturæ perfectionem sensus aut intellectus.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnia quæ sunt in toto mundo, aguntur ab aliquo præter primum agens, quod ita agit quòd nullo modo ab alio agitur. In quo est idem natura & voluntas. Et ideo non est inconue-

Annot. a ¶*Super Quæstionis sexagesimæ Articulum primum.*

IN titulo aduerte, quòd amor naturalis dupliciter sumitur. Vno modo pro inclinatione naturali alicui⁹ in aliquid, ita quòd inclinatio illa non sit operatio aliqua, nec aliqua passio ex operatione derelicta, sed naturalis quædam aptitudo ad illud. Et hoc modo non est dubium in omni re esse appetitum siue amorem naturalem ad aliquid. Alio modo sumitur amor naturalis pro actu elicito potentiæ appetitiuæ. Et sic ad rationem amoris naturalis requiruntur duo, scilicet quòd sit amor, & ex hoc oportet quòd sit talis actus elicitus qualis est amor, id est primus actus appetitus: & quòd sit naturalis, & ex hoc oportet ex natura amantis conuenire ei. Ex natura autem dico, vt distinguitur cōtra electionem. Et sic quæritur in proposito vtrum in angelis sit dilectio naturalis: ita quòd sensus est, vtrum in eis sit aliquis actus amandi, non ex electione seu libertate, sed à natura proueniens. ¶Ad cuius maiorem euidentiam sciendum est, quòd quum naturale sumatur hic vt distinguitur contra liberum, & aliquid dupliciter liberum dicatur, scilicet quo ad exercitium, vel quo ad specificationem act⁹ secundi per oppositum: dupliciter etiam dicetur
300 naturale. Ita quòd operationum alia est libera quo ad vtrunque, vt electio, quia & libere eligimus: & libere si eligimus, determinamus nos ad alteram partem cōtradictionis ex parte obiecti. Alia vero est libera quo ad exercitium, sed naturalis quo ad specificationem, vt velle bonum, & intelligere principia. Quoniam libere exercemus aut abstinemus nos ab vsu talium actuum. Sed si circa hæc obiecta operandum nobis est, non est in libertate nostra determinare nos ad alteram partem contradictionis ex parte obiecti. Alia autem est naturalis vtroque modo, vt sunt omnes operatiōes nullo modo subditæ libertati. In proposito igitur sermo præsens est de naturali quo ad specificationem actus, quicqnid sit de exercitio eius. Ita ꝙ quum quærimus in quæstione, aut affirmamus in conclusione, amorem naturalem in angelis: intendimus quòd in eis est amor naturalis obiectiue, non autem elicitiue, ita quòd naturalitas determinat ordinem actus ad obiectum, & nō ordinem actus ad potētiam. Nec intendimus per hoc negare naturalitatem actus quo ad exercitium, sed intēdimus quòd quicquid sit de hoc, in præsenti quæstione non est sermo nisi de naturalitate quo ad specificationem actus.

Cōment. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua ad quæsitum affirmatiue. In angelis est amor naturalis. Et probatur tali ordine, quia primo probatur quòd in rebus intellectualibus inuenitur inclinatio naturalis. Secundo, ꝙ talis inclinatio inuenitur in eis secundum voluntatem. Ex his enim duobus manifeste sequitur intenta conclusio. Primum probatur sic. omni naturæ commune est, vt ex ea fluat aliqua inclinatio ad aliquid: ergo intellectualibus etiam conuenit habere aliquam inclinationé ex natura. tenet consequentia, tum ab vniuersali ad partem subiectiuam, tum à priori naturaliter ad suum posterius. Natura enim prior est intellectu, sicut essentia virtute, ergo naturale prius est intellectuali, sicut vniuersaliter communior essendi gradus, minus communi essentialiter communiorem supponente, & non nisi in eo fundabili. Secundum vero probatur sic. In vnaquaque re inuenitur inclinatio naturalis secundum modum eius: ergo in angelo inuenitur secundum voluntatem. Antecedens declaratur in triplici ordine rerum, scilicet pure naturalium, sensitiuorum & intellectualium. Consequentia vero tenet, ex eo quòd angelus est naturæ intellectualis.

¶*Num & quomodo cuiuis naturæ insit aliqua naturalis inclinatio.*

Quæstio. ¶Circa prædicta occurrit dubium, quomodo in probatione primi sumitur ly inclinatio, & similiter ly natura. Aut enim inclinatio sumitur pro actu primo, aut pro actu secundo. Si pro actu primo, nihil concluditur, nisi forte quòd in natura intellectuali est aliqua inclinatio, quæ est appetitus intellectiuus, quam vocamus voluntatem: quod in præcedente quæstione conclusum fuit, & nunc non est ad propositum. Si vero sumitur pro actu secundo, quum non sit sermo vniuersalis quo ad actum, id est de omni actu secundo, sed de aliquo, nihil aliud concluditur, nisi quòd ex natura intellectuali potest sibi conuenire aliquis actus secundus. Et tunc patet quòd in probatione secundi, quum subsumitur quòd hoc conuenit intellectualibus secundum voluntatem, nihil valet quod dicitur, quia stat quòd conueniat eis secundum intellectum. Similiter ambiguum est quomodo sumitur ly natura, an scilicet pro substantia rei, vt distinguitur contra potentias eiusdem, an ꝑ essentia seu quidditate cuiuscunque, siue sit substantia, siue potentia rei. Si enim sumitur secundo modo, manifeste sequitur destructio libertatis, quoniam sequeretur quòd potentia libera naturaliter operaretur, quòd implicat cōtradictionem. Si autem sumitur primo modo, aut intelligitur secūdum omnes eius potentias cōuenire sibi talem inclinationem, aut secūdum aliquam. Non secūdum omnes, quia sic concluderetur amor naturalis nō magis in volūtate, quàm in intellectu. Nec secundum aliquam, quia si ratio S. Thomæ valet, scilicet quia id quod est prioris, saluatur in posteriori: ita concludit de vna potentia, sicut de alia.

¶*Num & quomodo prius saluatur in suo posteriori.* Quæstio. 115 268 402

¶Circa illam propositionem assumptam, scilicet semper prius saluatur in posteriori, dubiū occurrit quomodo accipiatur in proposito. An scilicet de saluari formaliter, eo modo quo superius saluatur in suo inferiori: aut de saluari virtualiter, eo modo quo prius efficiens saluatur in posteriori agēte. Si enim primo modo sumitur, nihil aliud infert nisi, quòd in intellectualibus saluatur ratio naturæ, quia natura in communi est prior & superior natura intellectuali: ex hoc autem non habetur nisi quòd conditiones essentiales naturæ conueniant intellectualibus, quemadmodum homini conditiones animalis. Si autem sumitur secundo modo, nihil aliud infertur nisi quòd potentiæ omnes operantur in vi essentiæ à qua fluunt. Et confirmatur, quia aut intendis quòd vis aut ratio prioris saluatur in posteriori, quo ad operari, aut quo ad modum operandi. si quo ad operationem ipsam, nihil aliud infertur nisi quòd operatio posterioris est quodammodo etiam operatio prioris: quod non est ad propositum. Si quo ad modum operandi: ita quòd modus operandi prioris sit etiam modus operandi posterioris, falsissima est propositio. vt patet de libero arbitrio, quòd operatur libere, & tamen substantia à qua egreditur, causat naturaliter, & agentium in vniuerso alia libere, alia naturaliter agunt, & tamen primum agens non agit nisi vno modo.

¶Ad has obiectiones est dicendum breuiter, quòd hic est sermo de inclinatione actuali, quæ est actus secundus. Sed nō est de qualicunque actu secundo, sed de illo tantū qui habet rationem tēdentiæ in aliud, & de natura, vt dicitur de substantia rei. Ita quòd sensus est, quòd commune est omni naturæ, i. substantiæ habere aliquam inclinationem actualem naturalem, Et quoniam inclinatio actualis non cōuenit nisi mediante inclinatione habituali, consequēs est vt omni naturæ insit talis actus secundus, qui est inclinatio actualis secundū inclinationé habitualem: quæ quum nihil aliud sit quam proprius appetitus fluēs ex illa natura, oportet ꝙ talis inclinatio actualis insit secūdum appetitū. Et cōsequenter inclinatio actualiter naturæ intellectualis inest ei secundum proprium illius appetitum, qui est appetitus intellectiuus qui vocatur voluntas. Et sic patet ꝙ non est par ratio de omni actu secundo, aut de omni potentia rei. Sed quemadmodum ex quæstione præcedente ostensum est, ꝙ ad omnem naturā sequitur potentia aliqua appetitiua, & consequenter ad naturam intellectualem appetitus intellectualis: sic nūc consequenter ostenditur, ꝙ omni naturæ conuenit, ꝙ ex ea fluat actualis aliqua inclinatio determinata ad vnum, hoc enim idem est dicere, ꝙ naturalis, & consequēter ꝙ hoc conueniat naturæ intellectuali secundum eius proprium appetitū, quo habitualiter inclinatur ad aliud, vt inclinatio inclinationi respondeat.

¶Ad secundam vero quæstionem qua inquiritur sensus probationis adductæ ad præfatam majoré, breuiter dicitur, ꝙ hic est sermo de illo modo saluandi quo superius imbibitum saluatur in suo inferiori: ita quòd quia natura intellectualis nec habet in se duo, & ꝙ sit natura, & ꝙ sit talis natura, puta intellectualis, nec habet rationem naturæ secundum aliquē alium gradū quàm intellectualé: cōsequēs est ꝙ appetitus proprius totius seu suppositi habentis naturam intellectualé, habeat in se aliquid ex substātia intellectuali, inquantū natura est, & aliquid inquantum intellectualis est. Et quū ex hoc ꝙ intellectualis est, sortiatur libertatem, ex

eo quòd habet rationem naturæ, naturalitatem libertati non repugnantem sortiri debet: talis autem est naturalitas obiectiua primi actus sui. Et ex hoc patet quòd quum sermo S. Tho. sit de natura vt natura est, vt distinguitur contra liberum vt liberum est: si comparemus rationem naturæ ad rationem intellectualis gradus, intendit quòd prius eo modo quo superius dicitur, prius formaliter saluatur in suo posteriori, quia ratio naturæ prior est & superior gradu intellectuali. Non tamen credas quòd sic sit superior quemadmodum animal respectu hominis, sed potius quemadmodum ens & vnum respectu omnium rerum, quia scilicet natura non dicit alium gradum à quidditate in qua saluatur, sed eundem penitus. Ita quòd quemadmodum dicendo ens homo non dico duos gradus, sed hominem tantum, sub duabus tamen rationibus: sic dicendo, humanitas natura, aut natura humana, non dico, duos gradus rerum, sed humanitatem tantum. Non sic autem est dicendo, animal homo, quia dicuntur duo gradus, scilicet sensitiuus & intellectiuus. Et ideo notanter dixi quòd hic est sermo de illo modo quo superius imbibitum saluatur in suo inferiori: oportet enim conditiones talis prioris imbibitas esse in proprietatibus inferioris, & penetrare quodammodo eas, & non seorsum conuenire, quemadmodum proprietates animalis conueniunt huiusmodi. Et sic ex hoc sequitur quòd appetitus intellectualis in propria operatione naturalitatẽ simul cum libertate habeat, illam obiectiue, respectu tamẽ alicuius obiecti, hanc elicitiue. Et sic non solum sequitur quòd conditiones naturæ insint naturæ intellectuali, sed etiam quòd sint illi imbibitæ. Si vero comparetur ratio naturæ ad ipsam potẽtiam appetitiuam, tunc posset vterque modus saluationis sustineri: superioris quidem inferiori, q̃a voluntas natura quędam est: prioris vero agentis, aut quasi agentis, in posteriori, quia voluntas à natura, id est substantia intellectuali emanat, vt coniuncta proprietas eius.

302 415.

niens, si angelus agatur inquantum inclinatio naturalis est sibi indita ab autore suæ naturæ. Non tamen sic agitur quòd non agat cum habeat liberam voluntatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut cognitio naturalis semper est vera, ita dilectio naturalis semper est recta, cum amor naturalis nihil aliud sit, quàm inclinatio naturæ indita ab autore naturæ. Dicere ergo, quòd inclinatio naturæ non sit recta, est derogare autori naturæ. Alia tamen est rectitudo naturalis dilectionis, & alia est rectitudo charitatis & virtutis, quia vna rectitudo est perfectiua alterius: sicut etiam alia est veritas naturalis cognitionis infusæ, vel acquisitæ.

ARTICVLVS II.

Infrà q. 62. ar. 2. cor. et 12. q. 10. art. 1. cor. & 22. q. 154. ar. 12. co. & veri. q. 22. art. 6. cor.

a ¶*Vtrum in angelis sit dilectio electiua.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in angelis non sit dilectio electiua. dilectio enim electiua videtur esse amor rationalis, cum electio sequatur consilium quod in inquisitione consistit, vt dicitur in 1. Ethic. Sed rationalis amor diuiditur contra intellectualem, qui est proprius angelorum, vt dicitur 4. cap. de di.no. Ergo in angelis non est dilectio electiua.

¶Præterea, In angelis non est nisi cognitio naturalis præter cognitionem infusam, quia non discurrunt de principiis ad acquirendum conclusiones. Et sic ad omnia quæ naturaliter cognoscere possunt, sic se habet sicut intellectus ad prima principia, quæ naturaliter cognoscere potest. Sed dilectio sequitur cognitionem, vt dictum est[e]. Ergo in angelis præter dilectionem gratuitam, non est nisi dilectio naturalis. Non ergo electiua.

¶SED CONTRA, naturalibus neque meremur, neque demeremur. Sed angeli sua dilectione aliqua merentur vel demerentur. Ergo in eis est aliqua dilectio electiua.

CONCLVSIO.

¶*Distinguitur in angelis duplex dilectio, naturalis & electiua, cuius naturalis dilectio electiuæ principium est.*

302

¶RESPONDEO dicendum, quòd in angelis est quædam dilectio naturalis, & quædam electiua. Et naturalis dilectio in eis est principium electiuæ, quia semper id quod pertinet ad prius[e], habet rationem principij. Vnde cum natura sit principium quod est in vnoquoque, oportet quòd id quod ad naturam pertinet, sit principium in quolibet. Et hoc apparet in homine quantum ad intellectum, & quantum ad voluntatem. Intellectus enim cognoscit principia naturaliter. Et ex hac cognitione causatur in homine scientia conclusionum, quæ non cognoscuntur naturaliter ab homine, sed per inuentionem vel doctrinam[e]. Similiter in voluntate, finis hoc modo se habet sicut principium in intellectu, vt dicitur in secundo physicorum. Vnde voluntas naturaliter tendit in suum finem vltimum: omnis enim homo naturaliter vult beatitudinem. Et ex hac naturali voluntate causantur omnes aliæ voluntates, cum quicquid homo vult, velit propter finem. Dilectio igitur boni quod homo naturaliter vult sicut finem, est dilectio naturalis: dilectio autem ab hac deriuata, quæ est boni quod diligitur propter finem, est dilectio electiua. Hoc tamen differenter se habet ex parte intellectus & volũtatis. Quia, sicut suprà dictum est[e], cognitio intellectus fit secundum quod res cognitæ sunt in cognoscente. Est autem ex imperfectione intellectualis naturæ in homine, quòd non statim eius intellectus naturaliter habet omnia intelligibilia, sed quædam[e], à quibus in alia quodammodo mouetur. Sed actus appetitiuæ virtutis est econuerso secundum ordinem appetentis ad res. Quarum quædã sunt secundum se bona, & ideo secundum se appetibilia. Quædam vero habent rationem bonitatis ex ordine ad aliud, & sunt appetibilia propter aliud[e]. Vnde non est ex imperfectione appetentis, quòd aliquid appetat naturaliter vt finem, & aliquid per se electionem, vt ordinatur in finem. Quia igitur natura intellectualis in angelis perfecta est, inuenitur in eis sola cognitio naturalis, non autem ratiocinatiua: sed inuenitur in eis dilectio & naturalis & electiua. Hæc autem dicta sunt prætermissis his quæ supra naturam sunt. Horum enim natura non est principium sufficiens. De his autem infrà dicetur[e].

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd nõ omnis dilectio electiua est amor rationalis, secundum quod rationalis amor diuiditur contra intellectualem. Dicitur enim sic amor rationalis, qui sequitur cognitionem ratiocinatiuam. Non omnis autem electio consequitur discursum rationis, vt suprà dictum est[e], cum de libero arbitrio ageretur, sed solum electio hominis. Vnde ratio non sequitur.

¶Ad secundum patet responsio ex dictis[e].

¶Ad confirmationem vero qua quęritur, aut tenet in operatione, aut modo operandi: respondetur quòd non est limitanda propositio illa, sed indistinctè & abstractè intelligenda, quòd vis prioris saluatur in posteriori, iuxta tamen capacitatem posterioris, siue hoc sit quo ad operari, siue quo ad modum operandi, siue quo ad vtrunque. Et quoniam in proposito ratio naturæ consistit in hoc, quòd est determinari seu determinatum esse ad vnum: consequens est vt in omni habente rationem naturæ, secundum omnes eius vires inueniatur determinatio ad vnum, iuxta capacitatem eius. Et sic natura intellectualis secundum omnes vires suas erit determinata ad vnum secundum capacitatem eius. Non compatitur autem gradus intellectualis ratio, determinationem ad vnum elicitiue, nec determinationem ad vnum obiectiue vniuersaliter, sed respectu alicuius obiecti tantum. Et ideo non conclusimus vniuersalem, sed particularem, scilicet quòd aliquis amor conuenit naturaliter ipsi intellectuali. Nec sequitur negatio libertatis. Nec est eadem ratio de aliquo actu appetitus intellectiui, & de omni: quia naturalitas in aliquo quo ad aliquid, non repugnat intellectualitatis capacitati, sed bene repugnaret naturalitas in omni actu. Iam enim dictum est, prius oportere saluari in posteriori, iuxta capacitatem posterioris, & non econtra.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus clarus est: electiua, id est libera totaliter & quo ad obiectum, & quo ad exercitium actus.

Coment. ¶In corpore quatuor facit. Primo proponit duas conclusiones ad quæsitum. Secundo probat secundam. Tertio probat primam. Quarto aperit prædicta omnia habere locum in naturalibus.

¶Quo ad primum prima conclusio est. In angelis est dilectio duplex, naturalis scilicet & electiua. Secũda vero est, naturalis dilectio in eis est principiũ electiuæ.

¶Quo ad secundum probatur secunda conclusio sic. Quod spectat ad naturam, est principium in quolibet: ergo dilectio naturalis in angelis est principium dilectionis electiuæ. Antecedens dupliciter probatur. primo ratione, quia natura est principium in vnoquoque: ac per hoc sicut ipsa est fundamẽtum omnium, ita id quod spectat ad ipsam, est principium reliquorum. Probatur sequela à posteriori, q̃a scilicet vniuersaliter videmus id quod habet rationem principij in vnoquoque pertinere ad prius in illo. Secundo manifestatur dictum antecedens in natura intellectuali nobis nota, in homine scilicet, tam quo ad intellectũ, quàm quo ad voluntatem: & clare patet in litera. 415

Quæstio. ¶*In quo genere causæ, naturalis dilectio sit causa electiuæ.*

¶Circa hanc conclusionem dubium occurrit, in quo genere causæ, dilectio naturalis sit causa electiuæ.

¶Ad hoc dicitur, quòd dilectio naturalis ex parte obiecti causa est finalis electiuæ, quia propter naturalẽ dilectum diligimus alia. Ex parte vero actus est causa per modum efficientis, sicut cognitio principij est causa efficiens cognitionis conclusionis, Voluntas enim ex volitione finis facit se volentem alia, facit autem libere vtendo volitione naturali ad causandum dilectionem electiuam. Vnde non admittitur libertas ex concursu hoc, sicut nec ex cõcursu alicuius habitus ad electionem. 58 300 b 393 415

Coment. ¶Quo ad tertium probatur prima conclusio sic. Habere vtranque dilectionem, naturalem scilicet & electiuam, nullam ponit imperfectionem in intellectuali natura: ergo non est negãdum ab angelis. Antecedens probatur ex differentia duplici inter dilectionem & cognitionem. prima est in hoc, quòd cognitio fit per hoc quòd cognitum habetur à cognoscente. Dilectio vero per hoc ꝙ diligens tendit in rem dilectam, & ex hac sequitur secunda, scilicet quòd cognitio inquisitiua proueniat ex imperfectione naturæ intellectualis. Dilectio autem electiua non prouenit ex imperfectione appetentis. Et probatur sequela huius differentiæ ex priori, quia cognitio inquisitiua, quæ importat discursum ex noto ad ignotum, ponit in cognoscente priuationem cognoscibilium: & consequenter priuationem alicuius perfectionis in seipso, quia cognitio fit per hoc quòd cognitum habetur in cognoscente. Dilectio autem electiua quum importet appetitum vnius, non propter se, sed propter aliud ponit priuationem bonitatis in ipso obiecto appetibili propter aliud. Ex hoc enim quòd non propter se, sed propter alterius bonitatem appetibilis rationem habere imperfectæ bonitatis conuincitur, & non ponit priuationem alicuius perfectionis in appetente, quia appetitus ipse actualis non fit per hoc quòd appetibile fit in appetente, sed per hoc quòd appetens tendit in ipsum appetibile. 312 a 300 a

Annot. ¶Nota hic quòd præsens sermo est non de appetente secundum omnia concurrentia ad actum appetendi: quoniam sic oportet etiam appetibile esse in appetente, sed de appetente secundum vim appetitiuam præcise formaliter, inquantum appetens est. Sic enim saluantur differentiæ assignatæ.

Coment. ¶Quo ad quartum manifeste aperit, de naturaliter conuenientibus angelis se loqui.

Annot. ¶In responsione ad secundum, dubium restat, quia ex prædictis non videtur euacuari dubium: quia si intellectus est determinatus ad vnum, ergo non potest vtranque contradictionis partem proponere voluntati: ergo nec voluntas potest vtranque contradictionis partem eligere, libertas enim voluntatis indifferentiam supponit in intellectu.

¶Ad hoc dicitur quòd intellectum esse determinatum ad vnum, contingit tripliciter: vno modo in actu primo, alio modo in actu secundo, tertio in particu-

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum angelus diligat seipsum dilectione naturali & electiua.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angelus non diligat seipsum dilectione naturali & electiua. Dilectio enim naturalis est ipsius finis, sicut dictum est[e], dilectio autem electiua eorum quæ sunt ad finem. Sed idem non potest esse finis, & ad finẽ respectu eiusdem. Ergo non potest esse eiusdem dilectio naturalis & electiua.

¶Præterea, Amor est virtus vnitiua & cõcretiua, vt Dio. dicit 4. c. de di.no. Sed vnitio & cõcretio est diuersorum in vnũ reductorum. Ergo non potest angelus diligere seipsum.

¶Præterea, Dilectio est quidam motus. Sed omnis motus in alterum tendit. Ergo videtur quòd angelus non possit amare seipsum dilectione naturali, nec electiua.

¶SED CONTRA est q̄d Philosophus dicit 9. Ethic. ꝙ amicabilia quæ sunt ad alterũ, veniũt ex amicabilibus q̃ sunt ad seipsum.

CONCLVSIO.

¶*Diligit angelus seipsum naturali & electiua dilectione.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ cũ amor sit boni, bonũ autem sit in substantia & accidente, vt patet 1. Ethi. dupliciter aliquid amatur. Vno modo vt bonũ subsistens. Alio modo vt bonũ accidentale, siue inhærens: illud quidem amatur vt bonũ subsistens quod sic amatur vt ei aliquis velit bonũ. Vt bonũ vero accidẽtale seu inhærẽs amatur id quod desideratur alteri. Sicut amatur scientia, non vt ipsa sit bona, sed vt habeatur. Et hunc modũ amoris quidã nominauerũt concupiscentiã, primũ vero amicitiam[e]. Manifestũ est autẽ quòd in rebus cognitione carẽtibus vnũquodq; naturaliter appetit cõsequi id quod est sibi bonũ[e], sicut ignis locum sursum. Vnde & angelus & homo naturaliter appetũt suum bonũ & suam perfectionem. Et hoc est amare seipsum. Vnde naturaliter tam angelus quàm homo diligit seipsum inquantũ aliquod bonum naturali appetitu sibi desiderat. Inquantum vero sibi desiderat aliquod bonum per electionem, intantum amat seipsum dilectione electiua.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angelus aut homo non diligit se dilectione naturali & electiua secundum idem, sed secundum diuersa, vt dictum est[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut plus est esse vnum quàm vniri: ita amor magis est vnus ad seipsum, q̃ ad diuersa quæ ei vniuntur[e]. Sed ideo Dio. vsus fuit nomine vnitionis & concretionis, vt ostenderet deriuationem amoris à se in alia[e], sicut ab vno deriuatur vnitio.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ sicut amor est actio manẽs in agẽte, ita est motus manẽs in amante: non autem tendens in aliquid aliud ex necessitate, sed potest reflecti super amantem, vt amet seipsum, sicut & cognitio reflectitur in cognoscentem, vt cognoscat seipsum.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum vnus angelus naturali dilectione diligat alium sicut seipsum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ vnus angelus non diligat naturali dilectione alium sicut seipsum. Dilectio enim sequitur cognitionem. Sed vn9 angelus nõ cognoscit alium sicut seipsum. Quia seipsum cognoscit per suam essentiam, alium vero per eius similitudinem, vt suprà dictum est[e]. Ergo videtur quòd vnus angelus non diligat alium sicut seipsum.

¶Præterea, Causa est potior causato, & principium eo quod ex principio deriuatur. Sed dilectio quæ est ad aliũ, deriuatur ab ea quæ est ad seipsum, sicut dicit Philosophus 9. Ethi. Ergo angelus non diligit alium sicut seipsum, sed seipsum magis.

¶Præterea, Dilectio naturalis est alicuius tãquam finis, & non potest remoueri. Sed vnus angelus non est finis alterius, & iterum hæc dilectio potest remoueri, vt patet in dæmonibus qui non diligunt bonos angelos. Ergo vnus angelus non diligit alium naturali dilectione sicut seipsum.

¶SED CONTRA est, quia illud quod inuenitur in omnibus etiam ratione carentibus, videtur esse naturale. Sed sicut dicitur Eccl. 13. Omne aĩal diligit sibi simile: ergo angelus diligit naturaliter alium sicut seipsum.

CONCLVSIO.

¶*Cum omnes angeli conueniant in natura, vnus alium sicut seipsum diligit naturali dilectione, quo ad aliquid vero non diligit dilectione naturali.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictũ est[e], angelus & homo naturaliter seipsum diligit. Illud autẽ q̄d est vnũ cum aliquo, est ipsummet. Vñ vnũquodq; diligit id quod est vnum sibi. Etsi quidem sit vnum sibi vnione naturali, diligit illud dilectione naturali. Si vero sit vnum secum vnione nõ naturali, diligit ipsum dilectione nõ naturali. Sicut homo diligit ciuem suum dilectione politicæ virtutis, consanguineum autẽ suum dilectione naturali, inquantum est vnum cum eo in principio generationis naturalis. Manifestum est autem ꝙ id quod est vnum cum aliquo genere vel specie, est vnũ per naturam. Et ideo dilectione naturali quælibet res diligit id quod est secũ vnum secũdum speciẽ, inquantũ diligit speciem suam. Et hoc etiam apparet in his quæ cognitione carent. Nam ignis naturalem inclinationẽ habet, vt cõmunicet alteri suam formam, quod est bonũ eius[e]. sicut naturaliter inclinatur ad hoc ꝙ quærat bonum suum, vt esse sursum. Sic ergo dicẽdum est, ꝙ vnus angelus diligit alium naturali dilectione, inquantum cõuenit cũ eo in natura. Sed inquãtum conuenit cũ eo in aliquibus aliis, vel etiã inquantum differt ab eo secundum quædam alia, non diliget eum naturali dilectione.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ hoc quod dico sicut seipsum, potest vno modo determinare cognitionem seu dilectionem ex parte cogniti & dilecti: & sic cognoscit aliũ sicut seipsum, quia cognoscit alium esse, sicut cognoscit seipsum esse. Alio modo potest determinare cognitionem & dilectionem ex parte diligentis & cognoscentis: & sic nõ cognoscit alium sicut seipsum. Quia se cognoscit per suam essentiam, alium autem nõ per eius essentiam. Et similiter non diligit alium sicut seipsum, quia seipsum diligit per suam voluntatem, alium autem non diligit per eius voluntatem.

¶Ad secundum dicẽdũ ꝙ ly sicut, nõ designat æqualitatẽ, sed similitudinẽ. Cum enĩ dilectio naturalis super vnitatem naturalẽ fundetur, illud quod est minus vnum cum eo, naturaliter minus diligit. Vnde naturaliter plus diligit quod est vnũ numero quàm quod est vnũ specie vel genere. Sed naturale est ꝙ similem dilectionẽ habeat ad alium sicut ad seipsum: quantum ad hoc, quòd sicut seipsum diligit inquantum vult sibi bonum, ita alium diligat inquantum vult eius bonum.

¶Ad tertium dicendũ, quòd dilectio naturalis dicitur esse ipsius finis, non tãquam cui aliquis velit bonũ, sed tanquã bonũ q̄d quis vult sibi, & per consequens alij inquantum est vnũ sibi. Nec ista dilectio naturalis remoueri potest etiam ab angelis malis, quin dilectionem naturalem habeant ad alios angelos, inquantum cum eis communicant in natura. Sed odiunt eos, inquantum diuersificantur secundum iustitiam & iniustitiam.

lari obiecto. Determinationem in actu primo voco determinationem ad speciem intelligibilẽ. Determinationem actu secundo voco determinationem ad operationem intellectus. Determinationem ad particulare obiectum voco determinationem intellectus ad tale obiectum, id est ad hoc: ita quòd nõ ad illius oppositum, id est ad hanc contradictionis partem, ita quòd nõ ad alterã. Et dico quòd licet intellectus angeli speculatiuus sit à natura determinatus omni modo, intellectus tamẽ practicus non est vniuersaliter determinatus tertio modo. Et siquidem intellectus vterque habens actu omnes species intelligibiles, sed speculatiuus si exit in actum, est determinatus ita ad hãc partem contradictionis, scilicet eam, quæ vera est, quod non potest cadere in alteram, vt in nobis experimur in principiis. Practicus vero vtrãque potest contradictionis partem sub ratione veri boni apprehendere & proponere quum de bonis particularib9 agitur: quoniã vtraque pars potest fini sonare. Non autem potest vtraq; pars in speculatiuis poni vera, sed altera tantum, quę non cognoscitur in particulari nisi quando est, vt ex dictis patet. Negãdũ est ergo ꝙ intellectus non possit vtranque contradictiõis partem proponere. Nec ex hoc sequitur imperfectio intellectus, quia non priuatur intellectus aliquo esse obiecti in se in actu primo. hæc enim priuatio est de qua in articulo dicitur, quòd poneret imperfectionẽ. Nec fuit diminutus S. Tho. si hoc tacuit: quoniam eiusdem rationis est libertas voluntatis, & ista indeterminatio intellectus practici; & alterum dicens, alterum insinuauit studiosis.

304 *11. q. 10. ar. 1. cor. & q. 77. art. 4. 1m. & q. 26. art. 4. & 22 q. 67. ar. 5. 1m. & q. 126. art. 1. cor. & 1. contra. c. 10. fin. 303.*

306 115 298 303 a c 117 305 b

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæ Articulum tertium.*

Coment. Titulus clarus est.

¶In corpore vnica conclusio habens duas partes. Angelus diligit seipsum dilectione naturali & electiua. Et probatur sic. Angelus desiderat sibi aliquod bonum naturali appetitu, & aliquod per electionem: ergo. Antecedens quo ad secundam partem est per se notum. Quo ad primam vero probatur, ex eo quòd vniuersaliter etiam in rebus cognitione carentibus inuenitur vnumquodque naturaliter appetere suam perfectionem. Consequentia vero probatur, quia hoc est amare seipsum: quod declaratur distinguendo duos modos, quibus res amatur, scilicet aut vt substantia, aut vt accidens: & probatur distinctio ex ratione obiecti amoris, scilicet boni q̄d in hæc duo distinguitur: & omnia clara sunt.

305 virtu. q̃o. 2. art. 7. ad 6. & Ioã. 17. l. 5. co. 1. fi. 283 284

Annot. ¶Aduerte hic, quòd bonum distingui in substantiam & accidens, dupliciter intelligi potest. Vno modo, vt sit distinctio in res. alio modo, vt sit distinctio in modos. Et si quidem est distinctio realis, sensus est, quòd bonorũ aliud secundum rem est accidens, aliud substantia: etsi hæc distinctio infert secundam, scilicet, quòd aliud habet rationem boni per modum accidentis, & aliud per modum substantiæ. Nec tamen membra harum distinctionum mutuo se inferunt: quoniam stat aliquid esse substantiam secundum rem, & tamẽ habere rationem boni & accidentalis, & substantialis respectu diuersorum, vt patet in his substantiis quæ assumũtur in vsum nostrum: à seipsis enim diliguntur per modum substantiæ, à nobis vero per modũ accidentis. In proposito autem vtraque distinctio est necessaria, Tum quia sermo est de dilectione suiipsius in rebus habentibus perfectiones supradictas de natura accidentium. Tum quia secunda distinctio quæ principaliter est intenta (vt in litera patet ex ly vt subsistens) & vt accidentale, fluit ex prima: & propterea in litera ex prima posita in primo Ethicorũ, deducitur secunda, & ex ea assignatur ratio distinctionis amoris in amorem amicitiæ & concupiscentiæ. 304 216

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæ Articulum quartum.*

Coment. Titulus clarus est.

¶In corpore vna cõclusio habens duas partes. Angelus vnus diligit alium dilectione naturali, quo ad aliquid & quo ad aliquid non. Et probatur sic. vnumquodque diligit quod est sibi vnum, & eo modo quo est sibi vnum: ergo quod est sibi vnũ secundum naturam diligit dilectione naturali, & quòd non: ergo naturaliter diligit quod est sibi vnum in specie, vel in genere: ergo tam homo quàm angelus naturaliter diligit alium quo ad aliquid, scilicet secundum conuenientiam in natura, & quo ad aliquid non, scilicet secundum id, aut in quo aliter conuenit, puta per electionem, aut consuetudinẽ: aut differt, quia secundum hoc forte odio habetur. Antecedens probatur quo ad primam partem, quia vnum alicui vt sic, est ipsummet, vnumquodque autem seipsum naturaliter diligit: quo ad secundam vero decla-

ratur in amore consanguinei & conciuis. Secunda vero consequentia probatur, ex eo quòd vnum genere vel specie est vnum secundum naturam. Et quoniam super veritate huius consequentis fundatur prima pars conclusionis directe respondens quaesito: Probatur idem consequens à S. Thoma à posteriori, ex naturali appetitus generantis, quod per se primo tendit ad bonum speciei, quia scilicet ignis naturaliter generat alium, sicut etiam naturaliter appetit bonũ proprium, quod est esse sursum: reliqua plana sunt.

ARTICVLVS V.

a ¶ *Vtrum angelus naturali dilectione diligat Deum plus quàm seipsum.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd angelus naturali dilectione non diligat Deum plus quàm seipsum, quia vt dictũ est[e]: dilectio naturalis fundatur super vnione naturali. Sed natura diuina maxime distat à natura angeli. Ergo naturali dilectione angelus minus diligit Deum quàm se, vel etiam alium angelum.

¶Praeterea, Propter quod vnũquodque & illud magis. Sed naturali dilectione quilibet diligit alium propter se. Vnumquodque enim diligit aliquid inquantum est bonum sibi. Ergo dilectione naturali angelus non diligit Deum plus quàm seipsum.

¶Praeterea, Natura reflectitur in seipsam. Videmus enim ꝙ omne agens naturaliter agit ad conseruationem sui. Non autem reflecteretur in seipsam natura si tenderet in aliud quàm in seipsam. Non ergo naturali dilectione diligit angelus Deum plus quàm se.

¶Praeterea, Hoc videtur esse propriũ charitatis, vt aliquis Deum plus q̃ seipsum diligat. Sed dilectio charitatis nõ est naturalis in angelis, sed diffunditur in cordibus eorum per spiritum sanctum qui datus est eis, vt dicit Aug. 12. de ciui. Dei. Ergo nõ diligũt Deũ angeli dilectione naturali plus quàm seipsos.

¶Praeterea, Dilectio naturalis semper manet manente natura. Sed diligere Deum plus quàm seipsum, non manet in peccante angelo vel homine. Quia (vt August. dicit 14. de ciuit. Dei) fecerũt ciuitates duas amores duo, terrenam, scilicet amor sui vsque ad Dei contemptum, caelestem vero amor Dei vsque ad contemptum sui. Ergo diligere Deum supra seipsum non est naturale.

¶SED CONTRA omnia moralia legis praecepta sunt de lege naturae. Sed praeceptum de diligendo Deum supra seipsum, est praeceptum morale legis. Ergo est de lege naturae. Ergo dilectione naturali angelus diligit Deum supra seipsum.

CONCLVSIO.

¶*Deus cum sit vniuersale bonum omnis creaturae, Angelus ipsum plusquã se diligit naturali dilectione: non autem amore concupiscentiae.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidã dixerũt quòd angelus naturali dilectione diligit Deum plus quàm se amore concupiscentiae, quia scilicet plus appetit sibi bonum diuinum, quàm bonum suum. Et quodammodo amore amicitiae, inquantum scilicet Deo vult naturaliter angelus maius bonum quàm sibi. Vult enim naturaliter Deum esse Deum, se autẽ vult habere naturã propriã[e]. Sed simpliciter loquendo, naturali dilectione plus diligit se quàm Deum, quia intensius & principalius naturaliter diligit se quàm Deũ. Sed falsitas huius opinionis manifeste apparet, si quis in rebus naturalibus consideret ad quid res naturaliter moueatur. Inclinatio enĩ naturalis in his quae sunt sine ratione, demonstrat inclinationẽ naturalem in voluntate intellectualis naturae. Vnumquodque autem in rebus naturalibus, ꝙ secundum naturam hoc ipsum quod est alterius, est principalius & magis inclinatur in id cuius est, quàm in seipsum. Et haec inclinatio naturalis demonstratur ex his quae naturaliter aguntur. Quia vnũquodq; sicut agitur naturaliter, sic aptum natũ est agi, vt dicitur in 2. phy. Videmus enĩ ꝙ naturaliter pars se exponit ad cõseruationẽ totius corporis. Sicut manus exponitur ictui absque deliberatione ad conseruationem totius corporis. Et quia ratio imitatur naturam, huiusmodi imitationem inuenimus in virtutibus politicis. Est enim virtuosi ciuis vt se exponat mortis periculo pro totius reip. conseruatione. Et si homo esset naturalis pars huius ciuitatis, haec inclinatio esset ei naturalis. Quia igitur bonum vniuersale est ipse Deus, & sub hoc bono continetur etiam angelus & homo, & omnis creatura, quia omnis creatura naturaliter secundum id quod est, Dei est: sequitur quòd naturali dilectione etiam angelus & homo plus & principalius diligat Deum quàm seipsum: alioquin si naturaliter plus seipsum diligeret q̃ Deum, sequeretur ꝙ naturalis dilectio esset peruersa, & quòd non perficeretur per charitatẽ, sed destrueretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit in his quae ex aequo diuidũtur, quorum vnum nõ est alteri ratio existendi & bonitatis. In talibus enĩ vnũquodque diligit naturaliter magis seipsum quã alterũ, inquantũ est magis sibiipsi vnũ quàm alteri. Sed in illis quorũ vnum est tota ratio existendi & bonitatis alij, magis diligitur naturaliter tale alterum quàm ipsum, sicut dictũ est[e], quòd vnaquaeq; pars diligit naturaliter totum plus quã se. Et quodlibet singulare naturaliter diligit plus bonum suae speciei, quàm bonum suum singulare. Deus aũt nõ solum est bonum vnius speciei, sed est ipsum vniuersale bonum simpliciter. Vnde vnũquodque suo modo naturaliter diligit Deum plus quàm seipsum.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur ꝙ Deus diligitur ab angelo inquantum est ei bonus, si ly inquantũ, dicat finem, sic falsum est. Non enim diligit naturaliter Deum propter bonũ suum, sed propter ipsum Deum. Si vero dicat rationem amoris ex parte amantis, sic verum est. Non enim esset in natura alicuius ꝙ amaret Deum, nisi ex eo, ꝙ vnumquodque dependet à bono, quòd est Deus.

¶Ad tertium dicendum, quòd natura reflectitur in seipsam, non solum quantum ad id quod est ei singulare, sed multo magis quantum ad commune. Inclinatur enim vnumquodque ad conseruandum non solum suum indiuiduum, sed etiam suam speciem. Et multo magis habet naturalem inclinationem vnumquodque in id quod est bonum vniuersale simpliciter.

¶Ad quartum dicendum, quòd Deus secundum quod est vniuersale bonum à quo dependet omne bonum naturale, diligitur naturali dilectione ab vnoquoq;[e]. Inquantum vero est bonũ beatificans naturaliter omnes supernaturali beatitudine, sic diligitur dilectione charitatis.

¶Ad quintum dicendum, quòd cum in Deo sit vnum & idem eius substantia, & bonum commune, omnes qui vident ipsam Dei essentiam, eodẽ motu dilectionis mouentur in ipsam Dei essentiam, prout est ab aliis distincta, & secundũ quod est quoddam bonũ commune. Et quia inquantum est bonum commune, naturaliter amatur ab omnibus; quicunque videt eum per essentiam, impossibile est quin diligat ipsum. Sed illi qui nõ vident essentiam eius, cognoscunt eum per aliquos particulares effectus qui interdum eorum voluntati contrariantur. Et si hoc modo dicuntur odio habere Deum, cum tamen inquantum est bonum commune omnium, vnumquodque naturaliter diligat[e] plus Deum quàm seipsum.

306 12.q.109. arti.3. & 23.q.36. art.3.cor. Et quoli. 1. arti. 8. cor. 350.

a ¶*Super Quaestionis sexagesimae Articulum quintum.*

Titulus clarus est.

Coment. ¶In corpore duo facit. primo refert quandam opinionem circa quaesitum. Secundo determinat vnica conclusione, simul improbando relatam opinionem. Quo ad primum tria dicit opinio illa. Primo quòd angelus naturaliter diligit Deum plus quàm se amore concupiscentiae. Secũdo, quòd etiam quodammodo amore amicitiae. Tertio, quòd simpliciter diligit plus se quàm Deum, quia intensius & principalius. Quo ad secundum conclusio responsiua est haec. Angelus naturali dilectione diligit plus Deũ, quàm se. Et probatur dupliciter. primo sic. Vnumquodque, quòd id quod est, alterius est, naturaliter magis diligit id cuius est quàm seipsum: ergo natura intellectualis secũdum appetitum sibi proprium magis diligit id cuius est, quàm seipsum: ergo angelus magis diligit Deum, quàm seipsum. Antecedens probatur à posteriori dupliciter. Primo ex hoc signo in naturalibus, quòd pars absque deliberatiõe exponitur pro toto, & consequenter naturaliter, quia vnumquodque sic agit naturaliter sicut aptum natum est agere. Secundo ex signo in rationalibus, quia bonus, seu fortis exponit se pro salute reipublicae: & proculdubio si ex natura esset ciuis, naturaliter inclinaretur ad hoc, nunc autẽ facit hoc ex ratione, & est signum naturae, quia ars imitatur naturam. Et quia si ciuilitas esset à natura, opus hoc esset naturale. Consequentia vero prima patet ex eo, quòd inclinatio naturalis in his quae sunt sine ratione, arguit & ostendit naturalem inclinationem in appetitu intellectuali proportionaliter. 229 Consequentia autem secunda tenet ex eo, quòd Deus est vniuersale bonum. Et angelus sicut & omnis creatura continetur sub eo: quia omnis creatura, secundum id quod est, Dei est. Deinde probatur eadem conclusio ducendo ad impossibile duplex. primum est, quòd naturalis dilectio esset peruersa. Secũdum vero, quòd naturalis dilectio non perficeretur per charitatem, sed destrueretur: hoc enim esse impossibile, est euidens. Nec consequentia est ambigua, vt de se patet.

¶*Num omne quod est alterius, alterum magis quàm seipsum naturali dilectione diligat.* Quaestio.

¶Circa rationem primam adductam ad conclusionem aduertendum est, quòd quum esse alterius contingat multis modis, scilicet vt pars totius, vt possessio possidentis, & vt effectus est causae: & hic multipliciter, & impossibile sit vniuersaliter intelligi secundum omnem modum alterius illam propositionem assumptam: vnumquodque quod est alterius, magis diligit ipsum q̃ seipsum, quoniam manifeste esset falsa: consequens est quòd intelligatur de aliquo speciali modo essendi alterius. Et vt ex adiunctis haberi potest, de illo modo essendi alterius quo pars est sui totius, intelligenda est. ita quòd vis rationis stat in hoc ꝙ pars naturaliter magis diligit totum quàm seipsam. Sed tunc occurrunt obiectiones Scoti in 3. distinct. 27. quaest. 1. c vbi licet teneat conclusionem, & assentiat secundae rationi, & illi signo de fortipolitico, ad hoc quòd naturalis ratio inclinat ad magis Deum diligendum q̃ seipsum: 320 hanc tamen primam rationem destruere nititur, & in duobus deficere eam dicit. Primo falsum esse dicit hoc fundamẽtum, scilicet quòd pars naturaliter diligit plus totũ quàm seipsam. Et ad signum, quòd manus exponitur pro salute, dicit falsum esse ꝙ manus exponat se pro toto: sed quòd totum ipsum diligens magis seipsum quàm partem, aut partes principales, quàm minus principales: exponit partem pro toto, & minus principale pro magis principali. Secundo dicit, quòd dato quòd pars naturaliter exponeretur pro toto: hoc esset propter identitatem esse sui cum toto: quia scilicet intendit saluare seipsam inquantum habet esse in toto. Et sic falsum subsumitur quum dicitur, quòd angelus seu quaecunque creatura se habet ad Deum vt pars ad totum: quia non habet hanc partis conditionẽ requisitam ad propositum: scilicet quòd sit aliquid eius quod reputatur vt totum: nulla enim creatura est aliquid Dei: 312

¶Ad primam obiectionem respondetur, fundamentum illud esse nõ solum verum, sed sufficienter probatum à S. Thoma ex adductis signis.

¶Ad impugnationem autem primi, facillime patet quid dicendum sit: quia siue pars exponatur à toto, siue à seipso pro salute totius, dũmodo naturaliter exponatur, semper sequitur ꝙ pars habet magis inclinationem naturalem in bonũ totius, quàm sui ipsius ex eo ꝙ vnũquodque, sicut naturaliter agitur & mouetur siue à se- 318

ipso siue ab alio, sic aptũ natum est agi, & econuerso: vt patet in secundo physic. tex. 78.

¶Ad secundam autẽ obiectionem dicitur, quòd ratio quare pars exponitur pro toto, non est identitas, quae est inuenta inter partem & totũ. Et huius manifestum signum habetur ex hoc ꝙ pars exponitur ad perdendam identitatem cũ toto vt saluetur esse totius. Non ergo ratio inclinationis talis est identitatis, aut vt saluet seipsam in toto, sed vt saluet esse totius secundum se, etiam cum non esse ipsius partis. Sed ratio talis inclinationis est, quam assignauit S. Tho. quia scilicet & natura & substãtia partis hoc ipsum quod est essentialiter, & primo, propter totum & totius esse est. Quod conuenire cuilibet creaturae respectu Dei patet: quia quaelibet creatura secundum suam naturã, est naturalis pars vniuersi. 307 quoli. 3. a. 6. cor. & opusc. 1. cap. 35. & opusc. 3. ca. 74. & opusc. 15. cap. 3. 9. & 17. Ac per hoc naturaliter diligit plus vniuersum quàm seipsam, iuxta primum fundamentum: ergo à fortiori magis diliget ipsum bonum vniuersale. Tum quia est eminentius totum vniuersum. Tum quia est omne bonũ. Tum quia bonum ipsum vniuersale, quod est Deus, 162 gloriosus est finis & bonum ipsius vniuersi: & consequenter à quocunq; magis amatur vniuersum, ab eodem magis amabitur ipse: vt patet de exercitu & duce, iuxta doctrinam 12. metaphysi. textu 52.

QVAESTIO SEXAGESIMAPRIMA de Productione Angelorum in esse naturae, in quatuor articulos diuisa.

POST ea quae praemissa sunt de natura angeli, & cognitione, & voluntate eorum, restat considerandum de eorum creatione: siue vniuersaliter de eorũ exordio. Et haec consideratio est tripartita.

¶Nam primo cõsiderabimus quomodo producti sunt in esse naturae. Secundo, quomodo perfecti sunt in gratia vel gloria. Tertio, quomodo aliqui ex eis facti sunt mali.

¶Circa primum quaeruntur quatuor. ¶Primo, vtrum angelus habeat causam sui esse. ¶Secundo, vtrũ angelus sit ab aeterno. ¶Tertio, vtrum angelus sit creatus ante corporalem creaturam. ¶Quarto, vtrum angeli fuerint creati in caelo empyreo.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum angeli habeant causam sui esse.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd angeli non habeant causam sui esse. De his enim quae sunt à Deo creata, agitur Gene. 1. Sed nulla mentio fit ibi de angelis. Ergo angeli non sunt creati à Deo.

¶Praeterea, Philosophus dicit in 8. metaphy. quòd si aliqua substantia sit forma sine materia, statim per seipsam est ens & vnum, & non habet causam quae faciat eam ens & vnum. Sed angeli sunt formae immateriales, vt suprà ostensum est[e]. Ergo non habent causam sui esse.

¶Praeterea, Omne quod fit ab aliquo agente, per hoc quod fit, accipit formam ab eo. Sed angeli cum sint formae, nõ accipiunt formam ab aliquo agente. Ergo angeli non habent causam agentem.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Laudate eum omnes angeli eius. Et postea subdit, Quoniam ipse dixit, & facta sunt.

CONCLVSIO.

¶*Cum solus Deus sit ipsum esse subsistens, non solum angelos, sed omnia ab ipso creata esse, necessarium est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere & angelos, & omne id quod praeter Deum est, à Deo factum esse. Solus enim Deus est suum esse, in omnibus autẽ aliis differt essentia rei & esse eius, vt ex superioribus patet[e]. Et ex hoc manifestũ est ꝙ solus Deus est ens per suam essentiam, omnia vero alia sunt entia per participationem. Omne autem quod est per participationem, causatur ab eo quod est per essentiam: sicut omne ignitum causatur ab igne. Vnde necesse est angelos à Deo creatos esse.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Aug. dicit in 2. de ciui. Dei. ꝙ angeli non sunt pretermissi in illa prima rerum creatione, sed significantur nomine caeli, aut etiã lucis. Ideo autem vel praetermissi sunt, vel nominibus rerum corporaliũ significati: quia Moyses rudi populo loquebatur, qui nondum capere poterant incorpoream naturam. Et si eis fuisset expressum aliquas res esse super omnem naturam corpoream, fuisset eis occasio idololatriae, ad quam proni erant, & à qua Moyses eos praecipue reuocare intendebat.

¶Ad secundum dicendum, quòd substantiae, quae sunt formae subsistentes, non habent causam aliquam formalem sui esse & suae vnitatis, nec causam agentem per trãsmutationem materiae de potentia in actum[e], sed habent causam producentem totam substantiam. Et per hoc patet solutio ad tertium.

a ¶*Super Quaestionis sexagesimaeprimae Articulum primum.*

Annot. IN titulo hoc solum aduertẽdum est, quòd de causa effectiua est sermo.

Coment. ¶In corpore breuiter vna conclusione affirmatiua respondet quaesito, Angelus est creatus à Deo. 17 Et probatur, quia omne ens per participationem est ab ente per essentiam, sicut ignitum ab igne. Solus autem Deus est ens per essentiam, quia solus est suum esse. ergo. Recole hic quae superius, quum de vniuersali creatione tractaretur, diximus.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum angelus sit productus à Deo ab aeterno.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd angelus sit productus à Deo ab aeterno. Deus enim est causa angeli per suũ esse. Non enim agit per aliquid additum suae essentiae. Sed esse eius est aeternum. Ergo ab aeterno angelos produxit.

¶Praeterea, Omne quod quandoque est, & quãdoque non est, subiacet tempori. Sed angelus est supra tempus, vt dicitur in libro de causis. Ergo angelus non quandoque est, & quandoque non est, sed semper.

¶Praeterea, Aug. probat incorruptibilitatem animae per hoc, quòd per intellectum est capax veritatis. Sed sicut veritas est incorruptibilis, ita est aeterna. Ergo natura intellectualis, & animae, & angeli non solum est incorruptibilis, sed etiam aeterna.

¶SED CONTRA est quod dicitur Prouerb. 8. ex persona Sapientiae genitae, Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Sed angeli sunt facti à Deo, vt ostensum est[e]. Ergo angeli aliquando non fuerunt.

CONCLVSIO.

¶*Solus Deus pater, filius, & spiritus sanctus ab aeterno fuerunt, caetera vero ex nihilo facta sunt, id est postquam nihil fuit.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd solus Deus pater, & filius, & spiritus sanctus est ab aeterno. Hoc enim fides catholica indubitanter tenet: & omne contrarium est sicut haereticum refutandum. Sic enim Deus creaturas produxit quòd eas ex nihilo fecit, id est postquam nihil fuit[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd esse Dei est ipsum eius velle. Per hoc ergo quòd Deus produxit angelos, & alias creaturas per suum esse, non excluditur quin eas produxerit per suam voluntatem. Voluntas autem Dei nõ de necessitate se habet ad productionem creaturarum, vt suprà dictum est[e]. Et ideo produxit & quae voluit, & quando voluit.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ angelus est supra tempus, quod est numerus motus caeli: quia est supra omnem motum corporalis naturae. Non tamen est supra tempus, quod est numerus successionis esse eius post non esse: & etiam quod est numerus successionis quae est in operationibus eius[e]. Vnde Aug. dicit 8. super Gene. ad lit. quòd Deus mouet creaturam spiritualem per tempus.

¶Ad tertiũ dicendum, quòd angeli & animae intellectiuae ex hoc ipso ꝙ habẽt naturam, per quam sunt capaces veritatis, sunt incorruptibiles. Sed hanc naturã non habuerũt ab aeterno, sed data fuit eis à Deo quando ipse voluit. Vnde nõ sequitur quòd angeli sint ab aeterno.

a ¶*Super Quaestionis sexagesimaeprimae Articulum secundum.*

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore breuissime conclusionem responsiuam ponit. Solus Deus pater, & filius, & spiritus sanctus est ab aeterno. Et probat: quia hoc tenet fides catholica sic, quòd contrarium est sicut hereticum refutandum; 366 quod probatur, quia secundum fidem quum dicitur, ꝙ Deus fecit res ex nihilo, intelligitur quòd ly ex, notat ordinem durationis, id est postquã nihil fuit.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum angeli sint creati ante mundum corporeum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angeli fuerint creati ante mundum corporeũ. Dicit enim Hiero. super epistolã ad Titum. Sex milia nõdum nostri temporis complentur annorum. Et quanta tempora, quantasque seculorum origines fuisse arbitrandum est, in quibus angeli, throni, dominationes, caeterique ordines Deo seruierunt? Damasc. etiã dicit in 2. lib. Quidam dicunt, quòd ante omnem creationem geniti sunt angeli, vt theologus dicit Grego. Primũ quidem excogitauit angelicas virtutes & caelestes, & excogitatio opus eius fuit.

¶Praeterea, Angelica natura est media inter naturã diuinã, & naturã corpoream. Sed natura diuina est ab aeterno, natura autẽ corpo-

308 Po. q. 3. artic. 18. 20m.

a ¶ *Super Quaestionis sexagesimaeprimae Articulum tertium.*

Titulus clarus est.

Coment. ¶In corpore tria facit. Primo refert duas esse & contrarias sanctorum doctorum opiniones, Graecorum & Latinorum: illi tenent partem affirmatiuam, isti negatiuã. Secundo ostendit quòd rationabilior est positio Latinorum tali ratione. Nulla pars est perfecta extra suum totum. Angeli sunt naturaliter vna pars vniuersi: igitur essent imperfecti extra vniuersum: igitur non sunt pducti à Deo ante vniuersum. 307. Maior patet, & minor probatur: quia angeli non constituunt vnum vniuersum per se, sed ipsi simul cum creatura corporali integrant vniuersum: quod probatur, quia vna ordinatur ad aliam: ordo enim est ipsum bonum, & vinculum partium vniuersi. Vltima vero consequentia probatur ex eo, quia Dei opera perfecta sunt. 238 Tertio ostendit quòd opinio Graecorum non est reputanda erronea, 240 quia autoritas Gregorij Nazanzeni eam sustinet.

Annot. ¶Circa hoc vltimo dictum, dubium occurrit: quoniam vt patet in Decretalibus de summa trinitate & fide catholica, 117 in capitulo Firmiter credimus, Ecclesia in consilio generali sub Innocentio tertio, determinauit positionem Latinorum esse tenendam. ergo erronea est reputanda opinio opposita. Habentur enim ibi haec verba, 246 Deus sua omnipotenti virtute simul ab 122 initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam spiritualem & corporalem: 288 angelicam videlicet, & mundanam. 325 d Nec potest excusari S. Thomas ex nouitate determinationis: quoniam tempore suo iam erant promulgatae & compilatae Decretales.

¶Ad hoc dicitur à quibusdam, quòd si S. Thomas recoluisset, 309 2. d. 2. q. 1. arti. 3. Et po. q. 3. art. 18. & 19. huius Decretalis, quum scripsit hunc articulum, non dixisset haec verba. Sed mihi videtur quod sciẽs & prudens haec scripserit. Nam illa verba Decretalis, interpretanda sunt in sensu in quo fiunt, magis quàm in sensu, quem faciunt: & vt dicit S. Thomas in expositione illius Decretalis verba illa apposita sunt contra errorem Origenis & eorum qui ponunt creaturas spirituales tantum esse per se productas à

rea,ex tēpore.Ergo natura angelica facta est ante creationē temporis,& post æternitatem.

¶Præterea, Plus distat natura angelica à natura corporali, quam vna natura corporalis ab alia.Sed vna natura corporalis fuit facta ante aliam. Vnde & sex dies productionis rerum in principio Geñ.describitur. Ergo multo magis natura angelica facta est ante omnem naturam corpoream.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gene.1.In principio creauit Deus cælum & terram. Nō autem hoc esset verum si aliquid creasset ante ea. Ergo angeli non sunt ante naturam corpoream creati.

CONCLVSIO.

¶Cum Angeli ad vniuersi perfectionem creati fuerint, probabilius est illos fuisse à Deo creatos cum ipso vniuerso, quàm ante.

¶RESPONDEO dicēdū,ꝙ circa hoc inuenitur duplex sanctorum doctorum sententia: illa tamen probabilior videtur, quòd angeli simul cū creatura corporea sunt creati. Angeli enim sunt quædam pars vniuersi. Non eñ constituūt per se vnū vniuersum, sed tam ipsi quàm creatura corporea in constitutione vnius vniuersi conueniunt.Quod apparet ex ordine vnius creaturæ ad aliam [e]. Ordo enim rerū adinuicem est bonum vniuersi. Nulla autem pars perfecta est à suo toto separata. Non est igitur probabile, vt Deus, cuius perfecta sunt opera, vt dicitur Deut.32. creaturam angelicā seorsum ante alias creaturas creauerit. Quāuis contrariū non sit reputandū erroneū, pręcipue ꝓpter sententiam Greg. Nazan. cuius tanta est in doctrina Christiana autoritas, vt nullus vnquā eius dictis calūniam inferre præsumpserit, sicut ne Athanasij documentis, vt Hierony.dicit.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd Hierony.loquitur secundum sententiam doctorum Græcorum, qui omnes hoc concorditer sentiunt, quòd angeli sunt ante mūdum corporeum creati.

¶Ad secundum dicēdū ꝙ Deus non est aliqua pars vniuersi: sed est supra totū vniuersum [e], præhabens in se eminētiori modo totam vniuersi perfectionem [e]. Angelus autem est pars vniuersi. Vnde non est eadem ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd creaturæ corporeæ omnes sunt vnum in materia: sed angeli non conueniunt in materia cum creatura corporea [e]. Vnde creata materia corporalis creaturæ, omnia quodammodo sunt creata: non autem creatis angelis esset ipsum vniuersum creatum. Si vero contrarium teneatur: quia dicitur Gene. 1. In princ. creauit Deus cælum & terram. exponendum est, in principio, id est in filio, vel in principio, nihil: in genere autem in principio, id est ante quod nihil: nisi dicatur ante quod temporis [e], non corporalium creaturarum.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum angeli sint creati in cælo empyreo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd angeli non sint creati in cælo empyreo. Angeli eñ sunt substantiæ incorporeæ. Sed substātia incorporea non dependet à corpore secundū suū esse: & per cōsequens neque secundum suum fieri. Ergo angeli non sunt creati in loco corporeo.

¶Præterea, Aug.dicit 3. super Gene. ad lit. ꝙ angeli fuerunt creati in superiori parte aëris. Non ergo in cælo empyreo.

¶Præterea, Cælum empyreum dicitur esse cælū supremū. Si igitur angeli creati fuissent in cælo empyreo, non conuenisset eis in superius cælum ascendere. Quod est contra id quod ex persona angeli peccantis dicitur Isa. 14. Ascendam cælum.

¶SED CONTRA est quod Strabus dicit super illud, In principio crea, De⁹ cæ. & ter. Cælū nō visibile firmamētū hic appellat, sed empyreū, id est igneum vel intellectuale, qđ non ab ardore, sed à splendore dicitur. Quod statim factum angelis est repletum.

CONCLVSIO.

¶Angelos nobiliores vniuersi partes decuit in supremo loco, & cælo empyreo creari.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut dictū est [e], ex creaturis corporalibus & spiritualibus vnū vniuersum constituitur. 309 Vnde sic creatæ sunt spirituales creaturæ, quòd ad creaturam corporalem aliquem ordinem habent, & toti creaturæ corporali præsident [e]. Vnde conueniens fuit quòd angeli in supremo corpore, & b crearentur tanquam toti naturæ corporeæ præsidentes, 541 siue id dicatur cælum empyreum, siue qualitercunque nominetur. Vnde Isi.dicit, ꝙ supremum cælū est cælum angelorum, super illud Deuter.8. cap. Domini Dei tui est cælum, & cælum cæli.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angeli non sunt creati in loco corporeo, quasi dependentes à corpore secundum suum esse, vel secundum suum fieri. Potuisset enim Deus angelos ante totam creaturam coporalem creasse, vt multi sancti doctores tenent [e]. Sed facti sunt in loco corporeo ad ostendendum ordinem 309 eorum ad naturam corpoream, & quòd sua virtute corporea contingunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd August. forte per supremam partem aëris intelligit supremam partem cæli: cum quo aër quandam conuenientiam habet propter suam subtilitatem & diaphaneitatem. Vel loquitur non de omnibus angelis, sed de illis qui peccauerunt. Qui secundū quosdam fuerunt de inferioribus ordinibus. Nihil autem prohibet dicere ꝙ superiores angeli habentes virtutem eleuatam & vniuersalem supra omnia corpora, sint in supremo creaturæ corpore creati. Alij vero habētes virtutes magis particulares sint creati in inferioribus corporibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd loquitur ibi non de cælo aliquo corporeo, sed de cælo sanctæ trinitatis: In quod angelus peccans ascendere voluit, dum voluit aliquo modo Deo æquiparari, vt infrà 322 patebit [e].

QVAESTIO SEXAGESIMA SECVNDA de perfectione angelorum in esse gratiæ & gloriæ, in nouem articulos diuisa.

CONSEQVENTER inuestigādum est quomodo angeli facti sunt in esse gratiæ, vel gloriæ.

¶Et circa hoc quæruntur nouem. ¶Primo, vtrum angeli fuerint in sua creatione beati. ¶Secundo, vtrū indiguerint gratia ad hoc quòd ad Deum conuerterentur. ¶Tertio, vtrum fuerint creati in gratia. ¶Quarto, vtrum suam beatitudinem meruerint. ¶Quinto, vtrum statim post meritum beatitudinē adepti fuerint. ¶Sexto, vtrum gratiā & gloriam secundū capacitatem suorū naturalium receperint. ¶Septimo, vtrū post consecutionē gloriæ remanserit in eis dilectio & cognitio naturalis. ¶Octauo, vtrum postmodū potuerint peccare. ¶Nono, vtrum post adeptionem gloriæ potuerint proficere.

ARTICVLVS PRIMVS.

a *¶Vtrum angeli fuerint in sua creatione beati.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd angeli 311 fuerint creati beati. Dicitur enim in lib.de eccle.dog. 2.dist.4. quòd angeli qui in illa in qua creati sunt beatitudine, articul.1. perseuerant, non natura possident bonum quod habent. Et quol. Sunt ergo angeli creati in beatitudine. 9.q.artic. 3.cor.

¶Pręterea, Natura angelica est nobilior quàm corporalis. Sed creatura corporalis statim in principio suæ creationis fuit creata, formata, & perfecta: nec informitas præcessit in ea formationē tempore, sed natura tantum, vt Augustinus dicit 1. super Gene. ad lit. Ergo nec naturam angelicam creauit Deus informem & imperfectam. Sed eius formatio & perfectio est per beatitudinem, secūdum quod fruitur Deo. Ergo fuit creata beata.

¶Pręterea, Secundum Aug. super Geñ. ad lit. ea, quæ leguntur facta in operibus sex dierum, simul facta fuerunt. Et sic oportet quòd statim à principio creationis rerum fuerint omnes illi sex dies. Sed in illis sex diebus (secundum eius expositionē) mane fuit cognitio angelica, secundum quàm cognouerūt verbū & res in verbo. Ergo statim à principio creationis cognouerūt verbum & res in verbo. Sed angeli beati sunt per hoc quòd verbum vidēt. Ergo statim à principio suæ creationis angeli fuerunt beati.

¶SED CONTRA, de ratione beatitudinis est stabilitas siue Coment. confirmatio in bono. Sed angeli non statim vt creati sunt, fuerunt confirmati in bono: quod casus quorundam ostendit. Non ergo angeli in sua creatione fuerunt beati.

CONCLVSIO.

a *¶Angeli fuerunt à Deo creati beati beatitudine naturali, non autem beatitudine supernaturali, quæ in visione diuinæ essentiæ consistit.*

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ noīe beatitudinis intelligitur vltima perfectio rationalis, seu intellectualis naturæ [e], & inde est ꝙ 55 naturaliter desiderat. Quia vnūquodq; naturaliter desiderat suam vltimam

113 Deo, ac postmodum propter demerita earū corporales creaturas ꝓductas fuisse. Vnde quū dupliciter teneatur, angelos productos esse ante corpora: scilicet tanq̃ res sic per se productas, quòd propter earum demerita quodāmodo per accidens mundus corporeus sit productus, Vel simpliciter & absolute: quòd ex voluntate Dei angeli præcesserint mūdum visibilem. Decretalis illa quāuis secundum verba vtranque positionem destruat: contra primam tamen tāquam contra hæresim interpretanda est. Ad secundam vero tanquam ad minus probabilē applicari potest. Et ratio huius glosæ est: quia determinationes istæ non nisi contra aliquos errores consueuerunt fieri.

a *¶Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum quartum.* 334

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore vna conclusio affirmatiua. Angeli sunt creati in cęlo empyreo, seu supremo. Et probatur: quia sunt creati vt partes vnius vniuersi cum corporibus: ergo vt habentes aliquē ordinem ad creaturam corporalem: ergo vt præsidētes toti naturæ corporeæ: ergo conuenienter in supremo corpore. Et omnia clara sunt.

a *¶Super Quæstionis sexagesimæsecūdæ Articulū primum.* 501 131

Titulus clarus est hoc attento: quòd quāuis 262 de beatitudine in cō muni quæratur, Annot. principalis tamen intentio versatur circa beatitudinē quam credimus, quam simpliciter dicimus beatitudinem.

Coment. ¶In corpore tria facit, 248 Primo dicit quid nominis beatitudinis, scilicet quod est vltima perfectio intellectualis naturæ. Secundo distinguit beatitudinē in duas species, scilicet naturalem & supernaturalem. 310 Tertio respondet quæsito Infrà qō. 102. art. 2.1^m.& 4.1^m. Et 2. di. 6.artic.3. cor. Et opusc. 15.ca.17. fin. duabus conclusionibus iuxta duas beatitudines, Altera affirmatiua, Angelus fuit creatus beatus beatitudine naturali: quia perfectiones naturales angelus non acquirit per motū discursiuū, sed statim, sicut nos prima principia. Altera

vltimam perfectionē. Vltima autem perfectio rationalis seu intellectualis naturę est duplex. Vna quidem quā possunt assequi virtute suæ naturæ: & hæc quodammodo beatitudo, vel fœlicitas dicitur. Vnde & Ari. perfectissimā hominis cōtemplationē, qua optimū intelligibile, quod est Deus, contemplari potest in hac vita, dicit esse vltimam hominis fœlicitatē. sed super hanc fœlicitatē est alia fœlicitas, quā in futuro expectamus: quia videbimus Deum sicuti est. • Quod quidē est supra cuiuslibet intellectus creati naturā, vt suprà 58 ostensum est [e]. Sic igitur dicendum est, quòd quantum ad primam 339 beatitudinem quam angelus assequi virtute suæ naturę potuit, fuit creatus beatus. Quia perfectionē huiusmodi angelus non acquirit per aliquē motum discursiuū, sicut homo, sed statim ei adest ꝓpter 293 suæ naturæ dignitatē, vt suprà dictum est [e]. Sed vltimā beatitudinē, 294 quæ facultatem naturæ excedit, angeli non statim in principio suæ creationis habuerūt: quia hæc beatitudo non est aliquid naturæ, sed naturæ finis. Et ideo non statim eam à principio debuerūt habere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ beatitudo ibi accipitur pro illa perfectione naturali quam angelus habuit in statu innocentiæ.

¶Ad secundum dicendū, quòd creatura corporalis statim in principio suæ creationis habere non potuit perfectionem ad quam per suam operationem perducitur. Vnde secundum Aug. germinatio plantarū extrà non statim fuit in primis operibus in quibus virtus sola germinatiua plantarū data est terræ. Et similiter creatura angelica in principio suæ creationis habuit perfectionem suæ naturæ, non autem perfectionem ad quam per suam operationem peruenire debebat.

¶Ad tertium dicendū, quòd angelus duplicem habet verbi cognitionem. Vnam naturalem, & aliam gloriæ. Naturalē quidem, quæ cognoscit verbum per eius similitudinem in sua natura relucen- 285 tem [e]. Cognitionem vero gloriæ, quæ cognoscit verbum per suam essentiam. Et vtraque cognoscit angelus res in verbo. Sed naturali quidem cognitione imperfecte, cognitione vero gloriæ perfecte. & b Prima ergo cognitio rerum in verbo affuit angelo à principio suæ creationis: secunda vero non [e], sed quando facti sunt beati per con- 298 uersionem ad bonum. Et hæc proprie dicitur cognitio matutina.

ARTICVLVS II.

a *¶Vtrum angelus indiguerit gratia ad hoc quòd conuerteretur in Deum.*

312 2.dist.5.q. 2.artic.1. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus non indiguerit gratia ad hoc quòd conuerteretur in Deum. Ad ea enim quæ naturaliter possumus, gratia non indigemus. Sed naturaliter angelus cōuertitur in Deum: 306 quia naturaliter Deum diligit, vt ex supradictis patet [e]. Ergo angelus non indiguit gratia ad hoc vt conuerteretur in Deum.

¶Præterea, Ad ea tantum videmur indigere auxilio quæ sunt difficilia: sed conuerti ad Deum non erat difficile angelo, cum nihil esset in eo quod huic conuersioni repugnaret. Ergo angelus non indiguit auxilio gratiæ ad hoc quòd conuerteretur in Deum.

¶Præterea, Conuerti ad Deum est se ad gratiam præparare. Vnde Zach.1. dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Sed nos nō indigemus gratia ad hoc quòd nos ad gratiam præparemus: quia sic esset abire in infinitum. Ergo non indiguit gratia angelus ad hoc quòd conuerteretur in Deum.

¶SED CONTRA, per cōuersionem ad Deum angelus peruenit ad beatitudinē. Si igitur non indiguisset gratia ad hoc quòd conuerteretur in Deum, sequeretur quòd non indigeret gratia ad habendam vitam æternam. Quod est contra illud Apoc. Roma. 6. Gratia Dei, vita æterna.

CONCLVSIO.

¶Non potuit angelus in Deum conuerti nisi diuinæ gratiæ auxilio.

¶RESPONDEO dicendū, quòd angeli indiguerunt gratia ad hoc quòd conuerterentur in Deum, prout est obiectum beatitudinis. Sicut enim superius dictum est [e], naturalis motus voluntatis 12.quæst. est principium omnium eorum quæ volumus. Naturalis autem in- 169.ar.6. clinatio voluntatis est ad id quod est conueniens secundū naturam. Et 2.dist. Et ideo, si aliquid sit supra naturam, voluntas in id ferri non potest, 5.q.1.art. nisi ab aliquo alio supernaturali principio adiuta. Sicut patet, quòd 1.& dist. ignis habet naturalem inclinationem ad calefaciendum, & ad ge- 28.art.4. nerandum ignem. Sed generare carnem est supra naturalem vir- Et 4.contra.c.71. tutem ignis. Vnde ignis ad hoc nullam inclinationem habet, nisi secundum quod mouetur vt instrumentū ab anima nutritiua. Osten- 303 sum est autem suprà [e], cum de Dei cognitione ageretur, quòd vi- 58 dere Deum per essentiam, in quo vltima beatitudo rationalis crea- 59 turæ consistit, est supra naturam cuiuslibet intellectus creati. Vnde nulla creatura rationalis potest habere motū voluntatis ordinatū ad illam beatitudinē, nisi mota à supernaturali agente. Et hoc dicimus auxiliū gratiæ. Et ideo dicendū est, quòd angelus in illam beatitudinem voluntate conuerti non potuit nisi per auxilium gratiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angelus naturaliter diligit Deum inquantum est principium naturalis esse. Hic autem loquimur de conuersione ad Deum inquantum est beatificans per suæ essentiæ visionem.

¶Ad secundum dicendum, quòd difficile est quod transcendit potētiam. Sed hoc contingit esse dupliciter. Vno modo, quia transcendit potentiam secūdum suum naturalem ordinē, & tunc si ad hoc possit peruenire aliquo auxilio, dicitur difficile. Si autem nullo modo, dicitur impossibile, sicut impossibile est hominem volare. Alio modo transcēdit aliquid potentiam, non secūdum ordinem naturalem potentiæ, sed propter aliquod impedimentum potentiæ adiunctum. Sicut ascendere non est contra naturalem ordinem potentiæ animæ motiuæ. Quia anima quantum est de se, nata est mouere in quamlibet partem. Sed impeditur ad hoc propter corporis grauitatē. Vnde difficile est homini ascēdere. Conuerti autem ad beatitudinem vltimam homini quidem est difficile: & quia est supra naturam, & quia habet impedimentum ex corruptione corporis & infectione peccati. Sed angelo est difficile propter hoc solū, quòd est supernaturale.

¶Ad tertium dicendum, quòd quilibet motus voluntatis in Deum, potest dici conuersio in ipsum. Et ideo triplex est conuersio in Deum. Vna quidem per dilectionem perfectam, quę est creaturæ iam Deo fruētis. Et ad hanc conuersionem requiritur gratia cōsummata. Alia conuersio est, quæ est meritum beatitudinis. Et ad hanc requiritur habitualis gratia, quæ est merēdi principium [e]. Tertia conuersio est, per quam aliquid præparat se ad gratiam habendam. Et ad hanc non exigitur aliqua habitualis gratia, sed operatio Dei ad se animam conuertentis [e]: secundum illud Thr. vlti. Conuerte nos domine ad te, & cōuertemur. Vnde patet quòd non est procedere in infinitum.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum angeli sint creati in gratia.*

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur, ꝙ angeli non sint creati in gratia. Dicit enim Aug. 2. super Ge. ad lit. quòd angelica natura primo erat informiter creata, & cælum dicta. Postmodum vero formata est, & lux appellata. Sed hæc formatio est per gratiam. Ergo non sunt creati in gratia.

¶Præterea, Gratia inclinat creaturā rationalem in Deū. Si igitur angelus in gratia creatus fuisset, nullus angelus fuisset à Deo auersus.

¶Pręterea, Gratia medium est inter naturam & gloriam. Sed angeli non fuerunt beati in sua creatione. Ergo videtur quòd nec etiam creati sint in gratia, sed primo in natura tantum: postea autem adepti sunt gratiam, & vltimo facti sunt beati.

¶SED CONTRA est quod Augusti. dicit 12. de Ciuitate Dei. Bonam voluntatem quis fecit in angelis, nisi ille qui eos cum sua voluntate, id est cum amore casto quo illi adhærent, creauit simul in eis condens naturam, & largiens gratiam [e]?

CONCLVSIO.

¶Probabilius est angelos in gratia fuisse creatos, quàm sine gratia.

¶RESPONDEO dicendū, quòd quāuis super hoc sint diuersæ opiniones quibusdā dicentibus, ꝙ creati sunt angeli in naturalibus tantū: aliis vero quòd sunt creati in gratia: hoc tamen probabilius videtur tenendū, & magis dictis sanctorum consonum est, quòd fuerunt creati in gratia gratū faciente. Sic enim videmus ꝙ omnia quæ processu tēporis per opus diuinæ prouidētiæ creata à Deo operāte sunt producta, in prima rerū conditione producta sunt secundū quasdam seminales rationes, vt Aug. dicit super Ge. ad lit. [e], sicut arbores, & animalia, & alia huiusmodi. Manifestū est aūt quòd gratia gratū faciēs, hoc modo cōparatur ad beatitudinē, sicut ratio seminalis in natura ad effectū naturalē. Vnde 1. Io. 3. gratia semen Dei nominatur. Sicut igitur secūdū opi. Aug.

negatiua. Angelus non fuit creatus beatus beatitudine supernaturali: quia hæc non inest ex natura, sed est naturæ finis.

a *¶Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum secundum.*

Annot. IN titulo aduerte, quòd conuerti in Deum, nihil aliud est quàm habere actum voluntatis quo voluntas tendat recte in Deum, vt beatitudo supernaturalis est quocunque id modo eueniat, vt in responsione ad tertium dilucidatur. Gratia autem hic sumitur communiter pro gratuito dono Dei: gratuitum autem dicitur quod non debetur naturæ, sed gratis datur.

Comenta. ¶In corpore vna est conclusio affirmatiua. Angelus non potest conuerti in Deum nisi adiutus auxilio gratiæ. Et probatur: quia nulla voluntas potest ferri in a id quod est supra facultatem naturæ volentis, 519 nisi adiuta ab eo quod potest in illud: sed vltima beatitudo excedit 143 facultatem cuiusque naturæ creatæ: ergo. Maior probatur dupliciter. Primo, quia omnis motus voluntatis initiatur ex motu eius naturali, 313 ac per hoc non se extendit supra illum. 22.qō.5. Secundo declaratur in igne ar.1.cont. respectu calefactionis Et 2.dist. & generationis carnis. 4.artic.7. Minor vero probatur: & dist.5. quia visio Dei qō.2.arti- per essentiam excedit cul.2.cor. omnem naturam creatam, & quo.9. vt in quæstio. 12. qō.4.art. probatum fuit. 3.cont.

a *¶Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum tertium.*

Annota. IN titulo hoc solum aduertendum est, quòd hic est sermo de gratia gratum faciente.

Comenta. ¶In corpore duo facit. Primo duas refert opiniones contrarias. Secundo affirmatiuam ostendit esse probabiliorem contra tali ratione. 476 Omnia quæ processu temporis diuina prouidentia facta sunt, in prima rerum conditione secundum quasdam rationes seminales producta fuerunt. ergo & beatitudinis status secundum gratiam productus fuit in creaturis intellectualibus: quemadmodum naturales effectus virtualiter in creaturis corporalibus. Antecedens probatur autoritatę Augustini. consequentia fundatur super autoritate Ioannis b dicentis gratiam esse 564 rationem seminalem 567 beatitudinis, & super proportionalitatę naturalium & supernaturalium.

ponitur, quòd statim in prima creatione corporalis creaturae inditae sunt ei seminales rationes omnium naturalium effectuū, ita statim à principio sunt angeli creati in gratia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd informitas illa angeli potest intelligi vel per comparationem ad formationem gloriae. & sic praecessit tempore informitas formationē: vel per comparationem ad formationem gratiae, & sic non praecessit ordine temporis, sed ordine naturę, sicut etiam de formatione corporali Aug. ponit.

¶ Ad secūdum dicendum, quòd omnis forma inclinat suum subiectū secundū modū naturae eius. Modus autem naturalis intellectualis naturae est, vt libere ferat in ea quae vult. Et ideo inclinatio gratię nō imponit necessitatem, sed habens gratiam potest ea non vti & peccare.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd quāuis gratia sit mediū inter naturā & gloriā ordine naturae, tamen ordine temporis in natura creata non debuit simul esse gloria cum natura, quia est finis operationis ipsius naturę per gratiam adiutae. Gratia autem non se habet vt finis operationis, quia non est ex operibus, sed vt principium bene operandi. Et ideo statim cū natura gratiam dare conueniens fuit.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum angelus creatus suam beatitudinem meruerit.*

AD QVARTVM sic pceditur. Videtur, quòd angelus creatus suā beatitudinem non meruerit. Meritū enim est ex difficultate actus meritorij. Sed nullam difficultatem angelus habuit ad bene operandum. Ergo bona operatio non fuit ei meritoria.

¶ Praeterea, Naturalibus non meremur. Sed naturale fuit angelo quòd conuerteretur ad Deum. Ergo per hoc nō meruit beatitudinē.

¶ Praeterea, Si angelus beatus beatitudinem suam meruit, aut ergo antequā eam haberet, aut post: sed non ante, quia (vt multis videtur) ante non habuit gratiam, sine qua nullum est meritū: nec etiam post. Quia sic etiam modo mereretur. Quod videtur esse falsum. Quia sic minor angelus merendo ad superioris angeli gradum posset pertingere. Et non essent stabiles distinctiones graduum gratiae. Quod est inconueniens. Non ergo angelus beatus suam beatitudinem meruit.

¶ SED CONTRA, Apoca. 21. dicitur, quòd mensura angeli in illa caelesti Hierusalē est mensura hominis. Sed homo ad beatitudinem pertingere non potest, nisi per meritum Ergo neque angelus.

CONCLVSIO.

¶ *Cum solus Deus sit naturaliter ab aeterno beatus, oportuit angelos fuisse à Deo creatos vt suam supernaturalem beatitudinem mererentur.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd soli Deo beatitudo perfecta est naturalis, quia idē est sibi esse & beatum esse. Cuiuslibet autem creaturae esse beatum, non est natura, sed vltimus finis. Quaelibet autem res ad vltimum finem per suam operationem pertingit. Quae quidem operatio in finem ducens, vel est factiua finis, quando finis non excedit virtutem eius quod operatur propter finem, sicut medicatio est factiua sanitatis: vel est meritoria finis, quando finis excedit virtutem operantis propter finem. Vnde expectatur finis ex dono alterius [e]. Beatitudo autem vltima excedit & naturam angelicam & humanam, vt ex dictis patet [e]. Vnde relinquitur, quòd tam homo quā angelus suam beatitudinem meruerint. Et siquidē angelus in gratia creatus fuit, sine qua nullum est meritum absq; difficultate, dicere possumus, quòd suam beatitudinē meruerit. Et similiter si quis diceret, quòd qualitercunq; gratiam habuerit antequam gloriam. Si vero gratiam nō habuit antequam esset beatus, sic oportet dicere, quòd beatitudinem absq; merito habuit, sicut nos gratiam [e]. Quod tamen non est contra rationem beatitudinis, quae habet rationem finis, & est praemium virtutis, vt etiam Philosophus dicit in 1. Ethic. Vel oportet dicere quòd angeli merentur beatitudinē per ea quae iam beati operantur in diuinis ministeriis, vt alij dixerūt. Quod tamen est contra rationem meriti. Nam meritum habet rationem viae ad finem. Ei autem qui iam est in termino, non conuenit moueri ad terminum: & sic nullus meretur quod iam habet. Vel oportet dicere quòd vnus & idem actus conuersionis in Deum inquantū est ex libero arbitrio, est meritorius, & inquantum pertingit ad finem, est fruitio beata. Sed nec hoc etiam videtur esse conueniens, quia libe. arbi. non est sufficiens causa meriti. Vnde actus non potest esse meritorius secundum quod est ex libero arbitrio, nisi inquantū est gratia informatus. Non autem simul potest informari gratia imperfecta, quae est principium merendi, & gratia perfecta, quae est principium fruēdi. Vnde non videtur esse possibile quòd simul fruatur, & suam fruitionem mereatur. Et ideo melius dicendum est, quòd gratiam habuit angelus antequam esset beatus, per quam beatitudinem meruit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd difficultas bene operandi non est in angelis ex aliqua contrarietate, vel impedimento naturalis virtutis, sed ex hoc quòd opus aliquod bonum est supra virtutem naturae [e].

¶ Ad secundum dicendum, quòd conuersione naturali angelus nō meruit beatitudinem: sed conuersione charitatis, quae est per gratiam.

¶ Ad tertium patet responsio ex dictis [e].

ARTICVLVS V.

a ¶ *Vtrum angelus statim post vnum actum meriti beatitudinem habuit.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus non statim post vnum actum meritoriū beatitudinē habuerit. Difficilius enim est homini bene operari, quàm angelo. Sed homo non praemiatur statim post vnū actum. Ergo neque angelus.

¶ Praeterea, Angelus statim in principio suae creationis & in instanti actum aliquem habere potuit: cum etiam corpora naturalia in ipso instanti suae creationis moueri incipiant. Et si motus corporis in instāti esse posset, sicut operationes intellectus & voluntatis, in primo instanti suae generationis motum haberent. Si ergo angelus per vnum motum suae volūtatis beatitudinem meruit, in primo instanti suae creationis meruit beatitudinem. Si ergo eorum beatitudo non retardatur, statim in primo instanti fuerunt beati.

¶ Praeterea, Inter multū distantia oportet esse multa media. Sed status beatitudinis angelorum multum distat à statu naturae eorum. Medium autem inter vtrunque est meritum. Oportuit igitur quòd per multa media angelus ad beatitudinem perueniret.

a ¶ *Super Quaestionis sexagesimaesecundae Articulum quartum.*

Comenta. Titulus clarus est.

¶ In corpore duo facit. Primo respondet quaesito affirmatiue, ostendendo quòd angelus meruit suam beatitudinem. Secundo ostendit hoc idem ex diuersitate modorum habendi beatitudinem in angelis.

¶ Quo ad primum lustrat tres modos, quibus posset imaginari quòd esse beatum conueniat alicui, scilicet aut per naturam sine operatione media, sicut esse risibile conuenit homini. Aut per operationem sufficientem ex vi naturae ad faciendum esse beatum. Aut per operationem expectantem ex alterius dono beatitudinis praemium. Et fundatur sufficientia distinctionis horum modorum super hoc quòd beatitudo perfecta est vltimus finis. talē enim oportet aut naturaliter inesse, aut per operationem acquiri. Sed quum soli Deo sit naturalis, in quo solo idem est esse & beatum esse, id est substantia & beatitudo. Reliqua per operationem beatitudinem assequuntur. Et quum non per operationem sufficientem ex vi naturae operantis, quia finis hic excedit virtutem operantis, relinquitur quòd per operationem meritoriam: quod erat probandum.

314 *2. sen. 5. q. 2. artic. 2. & quol. 9. quaes. 4. artic. 3.*

Annota. ¶ Circa praedicta aduerte primo, quòd haec dicta accipienda sunt simpliciter de beatitudine in ordine ad puras creaturas. sic enim omnia consonant: alioquin inficiationi esset locus: quoniam si ad Christum spectemus, nec prima distinctio est sufficiens: quoniam beatus est, nec per naturam nec acquisitionem, sed ex simplici dono per assumptionē. Nec beatitudo eius habet praemij rationem, sed communicatae foelicitatis absque merito: quia quod in Maria natum est, non qualecunq; natum est, sed sanctum natum est.

Annota. ¶ Circa hunc articulum aduerte secundo, quòd inter decisiones huius articuli, & determinationem factam in 2. sent. distinct. 5. haec est differētia, quòd Sanctus Thomas ibi quidem sub dubio relinquit, an angeli sint creati in gratia, & defendit quartam opinionem: hic autem amplectitur opinionem, quòd angeli praehabuerunt gratiam, & reliquas omnes improbat. Et vt inferius, quaest. 63. art. 6. ostendetur opinio Sancti Thomae ex vtriusque dictis hic, scilicet & ibi conflatur.

Comenta. ¶ Quo ad secundum, circuit quatuor modos, quibus imaginari potest, angelum meruisse beatitudinem. Primo habendo gratiam prius non solum natura, sed duratione, quàm beatitudinem. Et hoc modo nullus est scrupulus. Vel habendo beatitudinem absque praecedente gratia: & sic oportet aliquod horum trium dicere, vel absque merito, vel per actus consequentes beatitudinem, vel quòd vnus & idem actus fuit meritorius & fruitio beata: sed nihil horum potest dici, ergo relinquitur primum. Sufficientia distinctionis satis facile patere potest: quoniam aut angeli acceperunt beatitudinem sine merito, & sic est secundum membrum. Aut cum merito, & tunc vel praecedente, & sic est primum membrum: vel simultaneo, & sic est quartum: vel consequente, & sic est tertium. Nec potest quintus modus imaginari. Destructio autem singulorum trium modorum, satis plane habetur in litera: quia carere merito est contra rationem praemij. a 319 Consequi autem praemium, 58 est contra rationem meriti. 59 Eundem vero actum mereri & frui, 311 est contra rationem gratiae fruentis & merentis, 312 quia illa perfecta, ista imperfecta est.

Annota. ¶ Circa hanc partem aduerte, quòd Scotus in 2. distinctio. 5. consentiens conclusioni dicit hanc vltimam rationem ad quartum membrum excludendum non cogere. 143 Quia falsum est, quòd gratia merentis sit necessario imperfectior gratia fruentis, quamuis vsus eius sit in patria perfectior quàm in via. Stat enim, aequalem gratiam habere aliquem in via & in patria.

¶ Sed ad hoc dicendum est, quòd quicquid sit de hac quaestione, an possibile sit gratiam viatoris aequari secundum essentiam gratiae comprehensoris: quoniam hoc exigit specialem quaestionem: ratio Sancti Thomae non se restrinxit ad perfectum & imperfectum secundum essentiam, sed simpliciter & absolute assumpsit gratiam fruentis, oportere esse perfectam, merentis vero imperfectam: quod quo ad statum, dubium non habet, quoniam illa est in statu consummato, ista non. Et similiter quo ad actum. Et hoc sufficit in proposito, vt ipsemet Scotus fatetur ibidem. 312 b

¶ Circa eandem rationem aduerte, quòd videtur quòd haec ratio Sancti Thomae efficax non sit, sed soluta sit ab ipsomet in quolibet. 9. articu. 8. vbi expresse dicit, quòd ex mereri & beatum esse, simul non sequitur, ergo gratia perfecta & imperfecta simul: sed, ergo gratia perfecta terminus gratiae imperfectae simul. 315 Sed hoc non est ita, quoniam ibi loquitur de mereri, vt termino viae: hic vero de mereri vt in via, vt plenius patebit in quaestione sequente articulo sexto.

a ¶ *Super Quaestionis sexagesimaesecundae Articulum quintum.*

Comenta. Titulus clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua affirmatiue. Angelus statim post primum actum charitatis, quo beatitudinem meruit, fuit beatus. Et probatur sic. Angelus naturalem perfectionem non per discursum acquirit, sed statim ex natura habet: ergo supernaturalem beatitudinem statim ex merito consequitur: sed meritum per vnicum actum habetur, ergo statim post primum actum meritorium fuit beatus. Antecedens patet ex supradictis. consequentia vero probatur: quia ex merito ita se habet ad gloriam angelus, sicut ex natura ad beatitudinem natura-

lem. Et modus perueniendi ad gloriam, proportionalis est modo quo natura assequitur suam foelicitatem naturalem: quia gratia perficit naturam per modum illius naturae, quia omnis perfectio recipitur in perfectibili secundum modū eius. Propositio vero subsumpta probatur ex eo, quòd homo potest vnico actu mereri: ergo & angelus.

¶ SED CONTRA, anima hominis & angelus similiter ad beatitudinem ordinātur. Vnde sanctis promittitur aequalitas angelorū. Sed anima à corpore separata, si habeat meritum beatitudinis, statim beatitudinem consequitur: nisi aliud sit impedimētum. Ergo pari ratione & angelus. Sed statim in primo actu charitatis habuit meritum beatitudinis. Ergo cum in eo non esset aliquod impedimentum, statim ad beatitudinem peruenit per solum vnum actum meritorium.

CONCLVSIO.

¶ *Angelus post primum charitatis actum beatitudinem consequutus est.*

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd angelus post primum actum charitatis quo beatitudinem meruit, statim beatus fuit. Cuius ratio est. Quia gratia perficit naturam secundum modum naturae, sicut & omnis perfectio recipitur in perfectibili secundum modum eius. Est autē hoc proprium naturae angelicae, quòd naturalem perfectionē non per discursum acquirat, sed statim per naturam habeat, sicut suprà ostensum est [e]. Sicut autem ex sua natura angelus habet ordinem ad perfectionē naturalem, ita ex merito habet ordinē ad gloriam. Et ita statim post meritū in angelo fuit beatitudo consequuta. Meritum autem beatitudinis non solum in angelo, sed etiam in homine esse potest per vnicū actum. Quia quolibet actu charitate informato homo beatitudinem meretur. Vnde relinquitur quòd statim post vnum actum charitate informatum angelus beatus fuit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo secūdum suam naturam non statim natus est vltimam perfectionē adipisci, sicut angelus: & ideo homini longior via data est ad merendum beatitudinem quàm angelo.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd angelus est supra tēpus rerum corporalium [e]. Vnde instantia diuersa in his quae ad angelos pertinēt, non accipiuntur nisi secundum successionem in ipsorum actibus. Non autē potuit simul in eis esse actus meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis, qui est fruitio, cum vnus sit gratiae imperfectae, & alius gratiae cōsummatae [e]. Vnde relinquitur ꝙ oportet diuersa instantia accipi: in quorū vno meruerit beatitudinem, & in alio fuerit beatus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd de natura angeli est quòd statim suam perfectionem consequatur ad quam ordinatur. Et ideo non requiritur nisi vnus actus meritorius, qui ea ratione medium dici potest: quia secundū ipsum angelus ad beatitudinem ordinatur.

ARTICVLVS VI.

a ¶ *Vtrum angeli sint consecuti gratiam & gloriam secundum quantitatem suorum naturalium.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ angeli non sint consecuti gratiā, & gloriā secūdum quantitatem suorū naturalium. Gratia em ex mera Dei voluntate datur. Ergo & quātitas gratię depēdet ex voluntate Dei, & non ex quātitate naturaliū.

¶ Praeterea, Magis propinquū videtur ad gratiam actus humanus, quàm natura: quia actus humanus praeparatorius est ad gratiam. Sed gratia nō est ex operib. vt dicitur Ro. 11. Multo igitur minus quantitas gratię in angelis est secundum quantitatem naturalium.

¶ Paeterea, Homo & angelus pariter ordinantur ad beatitudinem vel gratiam. Sed homini non datur plus de gratia secundum gradum naturalium. Ergo nec angelo.

¶ SED CONTRA est quod Magister dicit 3. dist. secundi senten. quòd angeli qui natura magis subtiles, & sapientia amplius perspicaces creati sunt: hi etiam maioribus gratię muneribus praediti sunt.

CONCLVSIO.

¶ *Consecuti sunt angeli gratiam & gloriam secundum naturaliū viriū quātitatē, quòd meliores & excellentiores maiorē gratiam & gloriā consequerentur.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd rationabile est, quòd secundum gradum naturalium angelis data sunt dona gratiarum, & perfectio beatitudinis. Cuius quidem ratio ex duobus accipi potest. Primo quidem ex parte ipsius Dei, qui per ordinem suae sapiētiae diuersos gradus in angelica natura constituit. Sicut autem natura angelica facta est à Deo, ad gratiam & beatitudinem consequendam, ita etiam gradus naturae angelicae ad diuersos gradus gratiae & gloriae ordinari videntur. Vtputa si aedificator lapides polit ad construēdam domum: ex hoc ipso quòd aliquos pulchrius & decentius aptat, videtur eos ad honoratiorem partem domus ordinare. Sic igitur videtur quòd Deus angelos quos altioris naturae fecit, ad maiora gratiarum dona & ampliorem beatitudinem ordinauerit. Secundo apparet idem ex parte ipsius angeli. Non enim angelus est compositus ex diuersis naturis, vt inclinatio vnius naturae impetum alterius impediat, aut retardet, sicut in homine accidit: in quo motus intellectiuae partis aut retardatur, aut impeditur ex inclinatione partis sensitiuae. Quādo autem non est aliquid quod retardat, aut impediat, natura in id secundum totam suam virtutem mouetur. Et ideo rationabile est quòd angeli, qui meliorem naturam habuerunt, etiam fortius & efficacius ad Deum sint conuersi [e]. Hoc autem etiam in hominibus contingit. Quia secundum intensionem conuersionis in Deum datur maior gratia & gloria [e]. Vnde videtur quòd angeli qui habuerūt meliora naturalia, habuerunt plus de gratia & gloria.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd sicut gratia est ex mera Dei voluntate, ita etiam & natura angeli. Et sicut naturam Dei voluntas ordinauit ad gratiam, ita & gradus naturae ad gradus gratiae.

¶ Ad secundum dicendum, quòd actus rationalis creaturae sunt ab ipsa: sed natura est immediate à Deo. Vnde magis videtur quòd gratia detur secūdum gradum naturae quàm ex operibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuersitas naturalium aliter est in angelis, qui differūt specie, & aliter in hominibus, qui differūt solo numero. Differentia enim secūdum speciem est propter finem: sed differentia secundū numerum est propter materiā [e]. In homine etiā est aliquid quod potest impedire vel retardare motū intellectiuae naturae, non autem in angelis. Vnde non est eadem ratio de vtroque.

ARTICVLVS VII.

a ¶ *Vtrum in angelis beatis remaneat cognitio naturalis.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ in angelis beatis non remaneat cognitio & dilectio naturalis. qa vt dicitur primo Cor. 13, cū venerit quod perfectū est,

Quaestio. ¶ *Num angelus vnico actu meruerit beatitudinem.*

¶ Circa hanc conclusionem & rationem aduerte quòd Scotus in secunda distinctione quinta quaestione prima ad vltimum argumētum tripliciter hoc impugnat. Primo, conclusionem ad hominem: quia si esset vera, sequeretur quòd nullus angelus esset damnatus: quia apud Sanctū Thomā quilibet meruit vnico actu beatitudinē. Secundo, rationem: quia assumptum est falsum de perfectione naturali ipsius angeli: & multo falsius extēditur ad perfectionem supernaturalem, quae non competit ex vi naturae, sed ex arbitrio donantis. Tertio, contra conclusionē simpliciter. Praemium debetur secundum legem praemiantis: sed lex Dei est, non quòd qui vnum actum aut duos fecerit, sed perseuerauerit vsque 293 in finem hic saluus erit. 294 igitur nisi quis vsque in 311 finem vitae suae meruerit: quamuis prius per vnum vel plures actus meruisset, beatitudinem non consequitur.

¶ Ad euidentiam horum duo notanda sunt. Primo vis processus sancti Thomae. Secundo, verificatio eius. Quo ad primum, cum ea quae ex sola diuina voluntate dependent, nobis nota non sint nisi ipso reuelante, & nulla habeatur specialis reuelatio in sacra scriptura de tempore beatificationis angelorum, vt supponimus: b consequens est vt secundum 380 generales regulas beatitudinem eis datam esse credamus. Et quoniam communis lex est, vt in termino viae cuiusque beatitudo detur, non 314 aliunde ostendi potest quando beatificati sint angeli, quàm ex duratione viae eorum. Nec aliud intēdit hic Sanctus Thomas nisi quòd angelus statim post primum actum meritorium est in termino viae suae. Et propterea idem est quęrere vtrum angelus post primum actum meritorium fuit statim beatus, & quaerere vtrum post primum actum meritorium sit in termino viae. 316 Et similiter idem est respondere cuiuis eorum. Quo ad secundum, ex eodem fundamēto, quia scilicet diuinus ordo nō est aliter nobis notus, quum vniuscuiusque intellectualis naturae via, aut ex diuina voluntate tantum taxetur, aut secundum modum naturae viatricis statuta credatur. Et de diuina voluntate nihil specialiter habemus quo ad hoc, sed generaliter, quòd secundum gratuita perficit naturas per modum earum. Reliquum est, vt vniuscuiusque via sit, & extendatur secūdum modum suae naturae. Et hoc attendens Sanctus Thomas diffiniuit viam angelorum, statim post meritum esse in termino, quia hoc congruit suae naturae: cui proprium est statim post principium habere finem. Et ad obiectionem in oppositum cōtra rationem dicitur; quòd ipse nunquam probauit falsum esse assumptum de perfectionibus naturalibus angelorum. Et si verum est de naturalibus, oportet quoque verum esse de supernaturalibus, alioquin gratia non perficeret naturam per modum naturae. Ad obiectionem vero contra conclusionem simpliciter iam patet quod nos dicimus, ideo praemiari, quia vsque ad terminum viae perseuerauit. Ad obiectionem vero ad hominem nō potest hic complete dici, sed inferius in quaestione sequenti, articulo quinto ad quartum satisfiet. Pro nunc autem negetur consequentia: quoniam post primum actum meritorium, statim dari beatitudinem contingit dupliciter, scilicet impedibiliter, & non impedibiliter. & Sanctus Thomas intendit primo modo. Scotus vero accipit ac si intendisset secundo modo.

a ¶ *Super Quaestionis sexagesimaesecundae Articulum sextum.*

Comenta. Titulus clarus est.

¶ In corpore vna est conclusio affirmatiua. Angeli consecuti sunt gratiam & gloriam secundum quātitatem naturaliū. Et probatur dupliciter. Primo, quia Deus condidit naturam intellectualem ad beatitudinem: ergo diuersos gradus naturae ad diuersos gradus beatitudinis. *Similiter* Tenet probabilitas consequentiae, 532 ex simili in artifice diuersimode prę 537 parante lapides ad domum. Secundo, quia angelus toto conatu fertur in beatitudinem: ergo consequitur beatitudinem secundum quantitatem naturalium. Antecedens probatur, quia rationabile est, quòd voluntas nō impedita quātum potest afficiatur supremo appetibili. Constat autem voluntatē angeli nullum habuisse impedimentum: quia angeli sunt naturae simplicis & non compositae ex intellectuali & sensitiua, &c. consequentia vero probatur: quia gratia datur etiam hominibus secundum intensionem conatum.

a ¶ *Super Quaestionis sexagesimaesecundae Articulum septimum.* d 264 o

Comenta. Titulus clarus est.

¶ In corpore respondet quaesito vna conclusione affirmatiue: Dilectio naturalis remanet in beatis. 317 Et probatur sic, natura remanet in beatitudine: ergo actus naturae. Ergo dilectio

euacuabitur quod ex parte est. Sed dilectio & cognitio naturalis est imperfecta respectu cognitionis & dilectionis beatę. Ergo adueniēte btitudine naturalis cognitio & dilectio cessat.

¶Præterea, Vbi vnum sufficit, aliud superflue existit. Sed sufficit in angelis beatis cognitio & dilectio gloriæ. Superfluum ergo esset quòd remaneret in eis cognitio & dilectio naturalis.

¶Præterea, Eadem potentia non habet simul duos actus, sicut nec vna linea terminatur ex eadem parte ad duo puncta. Sed angeli beati sunt semper in actu cognitionis & dilectionis beatæ. Fœlicitas enim non est secundum habitum, sed secundum actum, vt dicitur in 1. Ethic. Ergo nunquam in angelis potest esse cognitio & dilectio naturalis.

¶SED CONTRA, quandiu manet natura aliqua, manet operatio eius. Sed beatitudo non tollit naturam, cum sit perfectio eius. Ergo non tollit naturalem cognitionem & dilectionem.

CONCLVSIO.

¶ *Remanet in angelis beatis naturalis dilectio.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in angelis beatis remanet cognitio & dilectio naturalis. sicut enim se habent principia operationum adinuicem, ita se habent & operationes ipsæ. Manifestum est autem, quòd natura ad beatitudinē comparatur sicut primum ad secundum, quia beatitudo naturæ additur. Semper autem oportet saluari primum in secundo [c]. Vnde oportet quòd natura saluetur in beatitudine. Et similiter oportet quòd in actu beatitudinis saluetur actus naturæ.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd perfectio adueniens tollit imperfectionē sibi oppositam [c]. Imperfectio autem naturæ non opponitur perfectioni beatitudinis, sed substernitur ei, sicut imperfectio potentiæ substernitur perfectioni formæ. Et non tollitur potentia per formam, sed tollitur priuatio, quæ opponitur formæ. Et similiter etiam imperfectio cognitionis naturalis non opponitur perfectioni cognitionis gloriæ. Nihil enim prohibet simul aliquid cognoscere per diuersa media [c], sicut simul potest aliquid cognosci per medium probabile & demōstratiuum. Et similiter potest angelus simul Deū cognoscere per essentiam Dei, quod pertinet ad cognitionem gloriæ; & per essentiam propriam, quod pertinet ad cognitionem naturæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd ea quæ sunt beatitudinis, per se sufficiunt: sed ad hoc quòd sint, præexigunt ea quæ sunt naturæ: quia nulla beatitudo est per se subsistens, nisi beatitudo in creata.

¶Ad tertium dicendum, quòd duæ operationes non possunt esse simul vnius potentiæ, nisi vna ad aliam ordinetur [c]. Cognitio autem & dilectio naturalis ordinātur ad cognitionem & dilectionem gloriæ. Vnde nihil prohibet in angelo esse & cognitionem & dilectionem naturalem, & cognitionem & dilectionem gloriæ.

ARTICVLVS VIII.

a ¶ *Vtrum angelus beatus peccare possit.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus beatus peccare possit. Beatitudo em̄ non tollit naturā, vt dictum est*. Sed de ratione naturæ creatæ est, quòd possit deficere. Ergo angelus beatus potest peccare*.

¶Præterea, Potestates rationales sunt ad opposita, vt Philosophus dicit. Sed voluntas angeli beati non desinit esse rationalis. Ergo se habet ad bonum & malum.

¶Præterea, Ad libertatem arbitrij pertinet, quòd homo possit eligere bonum & malum. Sed libertas arbitrij non minuitur in angelis beatis. Ergo possunt peccare.

¶SED CONTRA est quod Augusti. dicit 2. super Gen. ad lit. quòd illa natura quæ peccare non potest, in sanctis angelis est. Ergo sancti angeli peccare non possunt.

CONCLVSIO.

¶ *Cum non possit angelus beatus quicquam velle, vel agere nisi Deum attendens, qui est ipsa bonitas, non potest aliquo pacto peccare.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd angeli beati peccare nō possunt. Cuius ratio est: quia eorum beatitudo in hoc consistit quòd per essentiam Deum vident [c]. Essentia autem Dei est ipsa essētia bonitatis. Vnde hoc modo se habet angelus videns Deum ad ipsum, sicut se habet quicunq; non videns Deum ad communem rationem boni. Impossibile est autem quòd aliquis quicquam velit vel operetur, nisi attēdens ad bonum, vel quòd velit diuertere à bono inquātum huiusmodi. Angelus igitur beatus non potest velle vel agere, nisi attendens ad Deum: sic autem volens vel agens, nō potest peccare. Vnde angelus beatus nullo modo peccare potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum creatum in se consideratum deficere potest. Sed ex cōiunctione perfecta ad bonum increatum, qualis est coniunctio beatitudinis, adipiscitur, quòd peccare non possit ratione iam dicta [c].

¶Ad secundum dicendum, quòd virtutes rationales se habent ad opposita in illis ad quæ non ordinantur naturaliter. Sed quantum ad illa ad quæ naturaliter ordinantur, non se habent ad opposita. Intellectus enim non potest non assentire principiis naturaliter notis. Et similiter voluntas non potest non adhærere bono inquantum est bonum: quia in bonum naturaliter ordinatur, sicut in suum obiectū. Voluntas igitur angeli se habet ad opposita quantum ad multa facienda vel non faciēda. Sed quantum ad ipsum Deum quem vident esse ipsam essentiam bonitatis, non se habent ad opposita: sed secundum ipsum ad omnia diriguntur, quodcunque oppositorum eligant. Quod sine peccato est.

¶Ad tertium dicendum, quòd liberum arbitrium sic se habet ad eligendum, ea quæ sunt ad finem: sicut se habet intellectus ad conclusiones. Manifestum autem quòd ad virtutē intellectus pertinet, vt in diuersas conclusiones procedere possit secundū principia data. Sed quòd in aliquam conclusionē procedat prætermittendo ordinem principiorum: hoc est ex defectu ipsius. Vnde ꝙ liberum arbitrium diuersa eligere possit seruato ordine finis: hoc pertinet ad perfectionem libertatis eius. Sed quòd eligat aliquid diuertendo ab ordine finis, quod est peccare: hoc pertinet ad defectū libertatis. Vnde maior libertas arbitrij est in angelis qui peccare non possunt, quàm in nobis qui peccare possumus.

ARTICVLVS IX.

a ¶ *Vtrum angeli beati in beatitudine possint proficere.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli beati in beatitudine proficere possunt. Charitas enim est principium merendi. Sed in angelis est perfecta charitas. Ergo angeli beati possunt mereri. Crescente autem merito, & præmium beatitudinis crescit. Ergo angeli beati in beatitudine proficere possunt.

¶Præterea, August. dicit in lib. de doct. Christia. quòd Deus vtitur nobis ad nostram vtilitatem & ad suam bonitatem. Et similiter angelis, quib9 vtitur in ministeriis spiritualibus, cum sint administratorij spiritus in ministeriū missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, vt dicitur Heb. 1. Non autem hoc esset

dilectio naturalis. Antecedens probatur; quia primum remanet in secundo, natura autem se habet ad beatitudinem, vt primum ad secundum. Consequentia vero probatur: quia sicut se habent principia operationum adinuicem, sic se habent operationes ipsæ.

a ¶ *Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum octauum.*

TItulus clarus est.

¶In corpore respondet quæsito negatiue vna conclusione. Angelus beatus non potest peccare. Et probatur sic. Angelus videt Deum per essentiam: ergo videt ipsam essentiam bonitatis. ergo non potest velle aut agere nisi attendens ad Deum: ergo non potest peccare. Antecedens est per se notum cum prima consequentia: secunda vero declaratur sic. videns ipsam bonitatis essentiā se habet ad illius appetitum: quemadmodum cuiusque voluntas ad 302 beatitudinē seu bonum in communi. Sed impossibile est aliquem velle nisi attendens ad bonum; quoniam nemo operatur respiciens 297 ad malum. ergo c impossibile est quòd videns ipsam bonitatis essentiam, velit nisi secundum illam. Reliqua plana sunt.

Annota. ¶Aduerte hic quòd ratio similitudinis proportionalis inter videntem ipsam bonitatem, & volentem bonum c vt sic, fundatur super 297 hoc, quòd ipsa bonitatis essentia omne bonum, & omnis boni ratio eminenter est. Et propterea si appetitus nullus potest sic resilire à bono in communi, vt appetat aliquid non sub ratione boni; consequens est vt appetitus intuentis ipsam bonitatis essentiam, nihil appetere possit, nisi secundum illius rationem.

b 207 a ¶ *Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum nonum.*

TItulus clarus est.

Comenta. ¶In corpore respondet quæsito negatiue vna conclusione. Angelus beatus non potest proficere in beatitudine. Et probat eam sic. omne mobile mouetur in aliquid determinatum & vltimum ex intentione motoris. Sed angelus ad beatitudinem tendit vt mobile ab ipso Deo. ergo ex intentione diuinæ prædestinationis mouetur ad aliquid determinatum & vltimum. ergo ad certum gradum beatitudinis, ergo non potest amplius proficere. Maior propositio probatur ex eo quòd intentio est de fine, cui repugnat infinitum, vt patet in secundo metaphysic. Minor vero probatur ex eo quòd creatura rationalis non est sufficiens vt perducat seipsam ad beatitudinem. Consequentia vero subiuncta probatur perlustrando modos, quibus posset imaginari inueniri in beatitudine determinatum & vltimum: & sic. Aut illud determinatum attenditur secundum determinatum obiecti: aut secundum determinationem gradualem ipsius beatitudinis: seu quod idem est, secundum determinationem modi fruendi illo obiecto. Et si secundum determinationē gradus beatitudinis, tripliciter hoc credi potest. Primo, quòd ille gradus determinatus esset summus simpliciter. Secundo, quòd esset gradus quidam certus ex natura rei. Tertio, quòd determinatio talis gradus esset ex intentione dirigentis statuentis dirigere & perducere ad talem gradum, ita quòd non ad inferiorem, neque ad superiorem. Et sic cum sint quatuor modi quibus credi posset inueniri determinationem & vltimitatem in motu ad beatitudinem, discurrendo per singulos, & tres primos excludendo, quartum concludit. Ac per hoc consequentia probatur manifeste sic, illud determinatum & vltimum ad quod mouetur angelus à Deo, non est obiectum, nec summus gradus habendi illud, nec aliquis certus gradus ex natura ipsius modi habendi tale obiectum: ergo relinquitur quòd sit certus gradus beatitudinis determinatus ex prædestinatione diuina. Prima pars huius assumpti probatur. Tum quia obiectum commune est omnibus beatis. Illud autem determinatum proprium est cuilibet. Tum quia in beatitudine sunt diuersi gradus, quibus obiectum communicatur diuersis: obiectum autem ipsum in seipso non habet istam diuersitatem graduum. Secunda vero pars probatur: quia summa visio cum sit comprehensio talis obiecti, incommunicabilis est creaturæ, & soli Deo possibilis: quum requirat efficaciam infinitam, vt patet ex quæstio. 12. Tertia vero pars probatur ex hoc quòd inter visionem Dei & comprehensionem eius est infinita distantia: ac per hoc multi, imò infiniti gradus videndi Deum sunt medij, & consequenter modi videndi: & sic nullus est determinatus modus videndi magis hic

318 2. dis. 7. q. 1. ar. 1. & art. 2. con. & dis. 23. q. 1. arti. 1. ad 1m. & arti. 2. ad 2m. Et Iob 4. col. 5. *. 317. *. 320.

472 simili 408

319

hic quàm ille ad quem debeat moueri creatura rationalis à Deo, & declaratur distantia infinita ex hoc quòd inter quodlibet finitum & infinitum sunt infinita media. Consequentia autem quarti modi relinquitur per se nota, ex sufficientia distinctionis factæ. Vltima autem consequentia principalis per se nota est, quia assequuto termino vlterius transire non potest.

ad eorum vtilitatē si per hoc non mererentur, nec in beatitudine proficerent. Relinquitur ergo, quòd angeli beati & mereri & in beatitudine proficere possunt.

¶Præterea, Ad imperfectionē pertinet ꝙ ille qui non est in summo, nō possit proficere. Sed angeli non sunt in summo. Si ergo ad maius proficere non possunt, videtur ꝙ in eis sit imperfectio & defectus. Quod est incōueniens.

¶SED CONTRA est, ꝙ mereri & proficere pertinēt ad statū viæ. Sed angeli nō sunt viatores, sed cōprehensores. Ergo angeli beati nō possunt mereri, nec in beatitudine proficere.

CONCLVSIO.

¶ *Cum angeli moueantur à Deo in beatitudinem, non valent amplius in ea proficere.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ in vnoquoque motu motoris, intentio fertur in aliquid determinatum ad quod mobile perducere intendit. Intentio enim est de fine cui repugnat infinitum. Manifestum est autē, quòd cum creatura rationalis per suam virtutem consequi non possit suam beatitudinem, quæ in visione Dei consistit, vt ex superioribus patet [c], indiget vt ad beatitudinem à Deo moueatur. Oportet igitur, quòd sit aliquid determinatum ad quod quælibet creatura rationalis dirigatur, sicut in vltimum finem. Et hoc quidem determinatū non potest esse in diuina visione quantum ad ipsum quod videtur: quia summa veritas ab omnibus beatis secundū diuersos gradus conspicitur, sed quantū ad modū visionis præfigitur diuersimode terminus ex intentione dirigentis in finem. Non enim possibile est ꝙ sicut rationalis creatura producitur ad videndum summam essentiam, ita producatur ad summum modum visionis, qui est comprehensio. Hic enim modus soli Deo competere potest, vt ex supradictis patet. Sed cum infinita efficacia requiratur ad Deum comprehendendum, creaturæ vero efficacia in videndo non possit esse nisi finita, ab infinito autem finitum quodlibet infinitis gradibus distet: multis modis contingit creaturam rationalē intelligere Deum, vt clarius & minus clare. Et sicut beatitudo cōsistit in ipsa visione, ita gradus beatitudinis in certo modo visiōis. Sic igitur vnaqueq; creatura rationalis à Deo perducitur ad finem beatitudinis, vt etiam ad determinatū gradum beatitudinis perducatur ex prædestinatione Dei. Vnde consecuto illo gradu ad altiorem transire non potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mereri est eius quod mouetur ad finem. Mouetur autem ad finem creatura rationalis: non solum patiendo, sed etiam operando. Et siquidem finis ille subsit virtuti rationalis creaturæ, operatio illa dicetur acquisitiua illius finis: sicut homo meditando acquirit scientiam. Si vero finis non sit in potestate eius, sed ab alio expectetur, operatio erit meritoria finis [c]. Ei autem quod est in vltimo termino, non conuenit moueri, sed mutatum esse. Vnde charitatis imperfectæ, quæ est viæ, est mereri: charitatis autem perfectæ non est mereri, sed potius præmio frui [c]. Sicut & in habitibus acquisitis operatio præcedēs habitum est acquisitiua habitus. Quę vero est ex habitu iam acquisito, est operatio iam perfecta cum delectatione. Et similiter actus charitatis perfectę non habet rationem meriti, sed magis est de perfectione præmij.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliquid dicitur vtile dupliciter. Vno modo sicut quod est in via ad finem: & sic vtile est meritum beatitudinis. Alio modo sicut pars est vtilis ad totum, vt partes ad domum. Et hoc modo ministeria angelorum sunt vtilia angelis beatis, inquantum sunt quædam pars beatitudinis ipsorum. Diffundere enim perfectionem habitam in alia, hoc est de ratione perfecti, inquantum est perfectum [c].

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet angelus beatus non sit in summo gradu beatitudinis simpliciter, est tamen in vltimo quantum ad seipsum secundum prædestinationem diuinā. Potest tamen augeri angelorum gaudium de salute eorum qui per ipsorum ministeriū saluantur, secundum illud Luc. 15. Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitētiam agente. Sed hoc gaudium ad præmium accidentale pertinet. Quod quidem augeri potest vsque ad diem iudicij. Vnde quidam dicunt, quòd quantū ad præmium accidentale, etiam mereri possunt. Sed melius est vt dicatur, quòd nullo modo aliquis beatus mereri potest, nisi sit simul viator & comprehensor: vt Christus qui solus fuit viator & comprehensor [c]. Prædictum enim gaudium magis acquirunt ex virtute beatitudinis, quàm illud mereantur.

QVAESTIO SEXAGESIMATERTIA de Angelorum malitia quo ad culpam, in nouem articulos diuisa.

DEINDE cōsiderādum est quomodo angeli facti sunt mali. Et primo quantū ad malum culpæ. Secundo, quantum ad malum pœnæ. ¶Circa primum quæruntur nouem. ¶ Primo, vtrum malum culpæ in angelo esse possit. ¶Secundo, cuiusmodi peccata in eis esse possunt. ¶Tertio, quid appetendo angelus peccauit. ¶Quarto, supposito quòd aliqui peccato propriè voluntatis facti sunt mali, vtrum aliqui naturaliter sint mali. ¶Quinto, supposito quòd non, vtrum aliquis eorum in primo instanti suæ creationis potuerit esse malus per actum propriæ voluntatis. ¶Sexto, supposito quòd non, vtrū aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum. ¶Septimo, vtrum supremus inter cadentes fuerit simpliciter inter omnes angelos summus. ¶ Octauo, vtrum peccatum primi angeli fuerit aliis aliqua causa peccandi. ¶Nono, vtrum tot ceciderint quot remanserunt.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum malum culpæ possit esse in angelis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd malum culpę in angelis esse non possit. Quia malum culpæ non potest esse nisi in his quæ sunt in potentia, vt dicitur in 9. meta. Subiectū enim priuationis est ens in potētia. sed angeli, cū sint formæ subsistentes, non habent esse in potentia. Ergo in eis non potest esse malum culpæ.

Quæstio. ¶ *Num quoduis mobile moueatur à motore ad aliquid determinatū.*

¶Circa hanc rationem dubium occurrit, quoniam maior videtur falsa: vt manifeste patet in motu cæli, qui proculdubio posset à Deo perpetuari, quamuis non teneamus philosophos dicentes ipsum de facto fore perpetuum. Erit ergo aliquod mobile quod non mouebitur ad aliquid determinatum & vltimum. Nec probatio adducta sufficiēter ipsam probat: quoniam cum intētione finis certi (puta communicare bonitatem suam, vel assimilari bonitati diuinæ) stat infinitas motionis, vt Auerrois 12. metaph. trigesimosexto cōmento dicit.

139 58 312 ¶Ad hoc dupliciter responderi potest. Primo, quòd duplex est motus. Quidam ordinatus ad consequendam aliquam perfectionem ipsius mobilis, vel alicuius mobilioris se. Et tale mobile impossibile est moueri motu infinito. Quoniā moueretur ad impossibile, scilicet ad consequēdum id ad quod perueniri non potest: quia infinitus motus nunquā terminabitur. Quidam vero est motus non per 61 82 se primo ordinatus ad consequendam aliquam perfectionem, sed magis ex consequuta, seu naturaliter habita, aut communicata perfectione emanans. Et talis motus potest esse infinitus. Nec propterea intentio motoris ad infinitum tendit, sed ad aliquod determinatum extrinsecū ab infinito motu, non consequendum per motum, sed magis aut cōseruandum, aut communicandum: ita quòd omni motui commune est, quòd intentio motoris tendit ad aliquid certum & determinatum: quia fini cuius est intentio, repugnat ratio infiniti, id est nunquam haberi posse quod est de ratione infiniti. Sed differētia inter motus est in hoc, quòd quidam ordinatur ad illum certum finem, vt conse- 314 quendum, quidam vero non, sed vt conseruādum aut communicādum. Et quoniā in proposito sermo erat de motu consequutiuo ipsius finis intē- c ti: quoniā quæstio est de 312 motu ad beatitudinem, idcirco maior S. Thom. cum eius probatione & solida stat vniuersaliter, & propositum infert. Non enim assumpsit omne mobile moueri motu finito, sed ad certum finem: quod vniuersaliter verum est. Et si restringatur ad motum per se primo assequutum seu ordinatum ad cōsequendum, nulla erit instantia etiam apparenter: & habetur intentum. Si vero simpliciter & absolute, nihil minus habetur intentum applicando in subsumptis propositionibus proportionaliter illam certitudinem finis, puta si motus requirit certum finem, subintelligitur quòd motus consequutiuus requirit certum finem consequendum: & sic patet responsio ad obiecta. Secundo posset dici, quòd S. Tho. nō simpliciter, sed vt theologus assumpsit illam maiorem: quoniam de facto omnis motus est ad aliquem finem consequendum. Nam & cælum mouetur vt impleatur numerus electorum: sed prima responsio est solidior.

a ¶ *Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum primum.*

TItulus clarus est, malum superius declaratum fuit culpæ contra pœnam: quod tripliciter differt, &c.

¶In corpore vna est conclusio responsiua, omnis creatura rationalis in solis naturalibus cōstituta potest peccare. & probatur sic, sola virtus operatiua, quæ est sua regula operandi, non potest declinare à rectitudine actus. ergo sola voluntas diuina non potest declinare à rectitudine actus voluntarij. Antecedens probatur ex ratione peccati in communi, quia scilicet nihil aliud est quàm declinatio à rectitudine quam debet habere actus. Et declaratur seu manifestatur hæc ratio in peccato naturę, artis & moris. Et declaratur exēplariter in manu & regula incidēdi respectu actus incisionis. Consequentia vero quo ad expositionem primam probatur: quia voluntas diuina non habet superiorem, ac per hoc est & sibiipsi lex. Quo ad secundam vero: quia quælibet alia voluntas regulanda est secundum voluntatem diuinam: quod probatur. Tum quia eius est proprium obiectum vltimus finis simpliciter. Tum quia vniuersaliter voluntas inferioris regulanda est voluntate superioris, vt patet in milite & duce: & vniuersaliter in omnib9 subordinatis voluntariis agentibus. Comenta.

117

¶ *Num omne quod sui actus regula est, errare non possit.* Quæstio.

¶Circa antecedens dubitatiuncula occurrit: quoniam secunda expositio illius falsa videtur, scilicet omnis virtus quę non est sua regula, potest declinare à rectitudine actus: stat enim quòd nō sit sua regula: & tamen habeat ipsam immobiliter congenitam, sicut homo risibilitatem: & sic non possit declinare ab actus rectitudine.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd eiusdem rationis est, & pro eodem in proposito reputatur, virtutem aliquā esse suam regulam, vel habere eam immobiliter congenitā, quoniam hoc redit in idem. Et tātum differt in hoc, quòd primo modo natura virtutis operatiua esset sua regula formaliter, vel identice: secundo vero modo esset sua regula virtualiter, vnde nihil obest proposito, quocunq; id modo accipiatur. Cōstat enim nullam voluntatem, excepta diuina, esse tantę perfectionis, quòd aut sit sua regula, aut quòd habeat eā congenitam ex natura: quoniam hoc includit quòd ex natura flueret immobilis amor omnis boni, tam naturalis quàm supernaturalis, tam congeniti naturaliter quàm per reuelationē ostensi: quod implicat cōtradictionem manifeste. Quamuis ex aliquo gratuito Dei dono, immobilitatem talis amoris consequi possit.

320 12. quæst. 89. art. 4. Et 2. dist. 5. quæst. 1. arti. 1. Et 3. cont. ca. 108. 109. & 110. et opusc. 15. capit. 19. & 20.

¶Ad euidentiam antecedentis scito, quòd fundatur super hoc, quòd actus rectus dicit duo, actum & rectitudinem: ac per hoc principia eius sunt duo, scilicet potentia operatiua & regula. Et propterea secūdum coniunctionem potentiæ cum regula, erit coniunctio actus cum rectitudine: ita quòd si coniunctio est inseparabilis, etiam actus necessario erit rectus; & si coniunctio illorum principiorum est sepa

est separabilis, actus etiam poterit esse non rectus. Et similiter, si coniunctio est ex natura actus, naturaliter erit rectus: & si ex dono gratię, actus stante dono erit rectus, & non ex vi naturæ. Et propterea per se nota est illa propositio, virtus operatiua, quæ est sua regula, non potest naturaliter deficere à rectitudine actionis, exponendo ly est sua regula, vt diximus.

Annota. ¶Circa consequentiam aduerte duo. Primū est, quòd non intēdimus solam volūtatem diuinam absolute, excludendo omnia alia agentia esse regulā sui actus, sed inter 306 voluntates sola ipsa est regula sui act⁹, ita quòd dictio exclusiua non excludit omnē aliam virtutem operatiuam, sed tantū omnem aliam voluntatem. Quoniam naturaliter virtutes naturales declinare nō possunt à rectitudine sui actus, suntque sibiipsis agendi regulæ. Secundum est, quòd non intendimus quòd quælibet alia voluntas possit deficere in quolibet suo actu voluntario: quoniam angelus in puris naturalibus respectu obiectorum naturalium non potest deficere, sed quòd omnis alia voluntas potest in aliqua sua actione deficere: hoc enim sufficit ad hoc quòd possit peccare.

¶Circa probationē illius expositionis, quælibet alia voluntas non est sua regula: quia ordinatur ad vltimum finem qui b 152 pertinet ad voluntatem diuinam, & quia habet superiorem: dubium occurrit. Quia si ista ratio est efficax, cōcludit quòd omne agens secundum potest naturaliter deficere in sua actione: quoniam habet superius, & ordinatur ad finem vltimum simpliciter, &c. quod tamen Sanctus Thomas negat.

¶Ad hoc dicitur, quòd ista ratio est efficax in omni agente, sed voluntarie. Nec in omni operatione voluntaria (vt dictum est) sed aliqua: ita quòd optime infert, ergo voluntas omnis secunda pōt in aliqua operatione deficere. Et ratio diuersitatis est difformitas ordinis ad vltimum finem, & disparitas regularum operationis liberæ & naturalis. Operatio nanque naturalis ordinatur ad vnum, mediante quo respicit Deum vt vltimum finem naturalis esse. Et ideo ad regulādum eam sufficit ratio illius vnius boni: quam quum particulare bonum ponat, non inconuenit connaturalem esse alicui creaturæ. Operatio vero libera potest in omne bonum, ac per hoc ordinatur ad vltimum finem in seipso: & prout est finis naturalis & supernaturalis. Et ideo ad regulandum eam exigitur ratio omnis boni: quam constat non posse connaturalem esse creaturæ: quia sic ex vi naturæ haberet omne bonum simpliciter, quamuis posset superaddi naturæ ex gratia. Quia ergo voluntas ordinatur in finem vltimum in seipso, vt supernaturalis est: cuius ratio soli voluntati diuinæ est connaturalis: hoc enim important illa verba textus, ad quam pertinet vltimus finis: & quia sic habet superiorem, ideo ex hoc optime infertur, ergo non est sua regula, sed regulatur diuina voluntate. Hæc autem non conueniunt agentibus naturalibus, nec voluntariis omnibus respectu naturalium obiectorum: quare, &c.

¶Præterea, Angeli sunt digniores quàm corpora cælestia. Sed in corporibus cælestibus non potest esse malum, vt Philosophi dicunt. Ergo neque in angelis.

¶Præterea, Id quod est naturale, semper inest. Sed naturale est angelis quòd moueant motu dilectionis in Deum [e]. Ergo ab eis remoueri non potest. Sed diligendo Deum non peccant. Ergo angeli peccare non possunt.

¶Præterea, Appetitus non est nisi boni, vel apparentis boni. Sed in angelis nō potest esse apparens bonū quod non sit verum bonū. Quia in eis vel omnino error esse non potest, vel saltem non potest præcedere culpā. Ergo angeli non possunt appetere nisi id quod est vere bonū. Sed nullus appetendo id quod est vere bonū, peccat. Ergo angelus appetēdo nō peccat.

¶SED CONTRA est quòd dicitur Iob 4. In angelis suis reperit prauitatem.

CONCLVSIO.

¶*Quæuis creatura rationalis in puris naturalibus constituta errare ac peccare potest: Deus vero nec errare neque peccare potest, cum solus sui actus regula sit.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd tam angelus quàm quæcunque creatura rationalis si in sua natura consideretur, potest peccare. Et cuicunq; creaturæ hoc conuenit vt peccare non possit, hoc habet ex dono gratiæ, nō ex conditione naturæ. Cuius ratio est, quia peccare nihil est aliud quàm declinare à rectitudine actus, quam debet habere [e], siue accipiatur peccatum in naturalibus, siue in artificialibus, siue in moralibus. Solum autem illum actum à rectitudine declinare non contingit, cuius regula est ipsa virtus agentis. Si enim manus artificis esset ipsa regula incisionis, nunquam posset artifex nisi recte lignum incidere, sed si rectitudo incisionis sit ab alia regula, contingit incisionem esse rectam & non rectam. Diuina autem volūtas sola est regula sui actus, quia non ad superiorem finem ordinatur. Omnis autem voluntas cuiuslibet creaturæ, rectitudinem in suo actu non habet, nisi secūdum quod regulatur à voluntate diuina, ad quam pertinet vltimus finis: sicut quælibet voluntas inferioris debet regulari secundum voluntatē superioris: vt volūtas militis secundum voluntē ducis exercitus. Sic igitur in sola voluntate diuina peccatum esse non potest, in qualibet autem volūtate creaturæ potest esse peccatum secundum cōditionem suæ naturæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in angelis non est potentia ad esse naturale. Est tamen in eis potentia secūdum intellectiuam partē ad hoc quòd cōuertatur in hoc vel in illud. Et quātum ad hoc potest in eis esse malū.

¶Ad secundum dicendum, quòd corpora cælestia non habēt operationem nisi naturalem. Et ideo sicut in natura eorum non potest esse corruptionis malum: ita nec in actione naturali eorum potest esse malum inordinationis. Sed supra actionem naturalem in angelis est actio liberi arbitrij, secundum quam contingit in eis esse malum.

¶Ad tertium dicēdum, ꝙ naturale est angelo, quòd cōuertatur motu dilectionis in Deū, secundū qd' est principiū naturalis esse [e]. Sed ꝙ conuertatur in ipsum secundū quòd est obiectū beatitudinis supernaturalis: hoc est ex amore gratuito à quo auerti potuit peccando.

¶Ad quartū dicendum, ꝙ peccatū mortale in actu liberi arbitrij contingit esse dupliciter. Vno modo ex hoc ꝙ aliquod malū eligitur: sicut homo peccat eligendo adulteriū, quod secundum se est malum. Et tale peccatū semper procedit ex aliqua ignorātia vel errore. Alioquin id quod est malum, non eligeretur vt bonum. Errat quidem adulter in particulari, eligens hanc delectationē inordinati actus quasi aliquod bonum ad nunc agendū, propter inclinationē passionis aut habitus: etiā si in vniuersali non erret, sed veram de hoc sentētiam teneat. Hoc autē modo in angelo peccatū esse non potuit: quia nec in angelis sunt passiones: quibus ratio aut intellectus ligetur, vt ex supradictis patet [e]: nec iterum primū peccatū habitus procedere potuit ad peccatum inclinans. Alio modo contingit peccare per liberū arbitrium, eligendo aliquid quod secundū se est bonū, sed non cum ordine debitæ mensuræ aut regulę: ita quòd defectus inducens peccatum sit solum ex parte electionis, quæ non habet debitū ordinem nisi ex parte rei electæ: sicut si aliquis eligeret orare, non attendens ad ordinē ab ecclesia institutum. Et huiusmodi peccatum non præexigit ignorātiam, sed absentiam solum considerationis eorū quæ considerari debent. Et hoc modo angelus peccauit conuertendo se per liberum arbitrium ad proprium bonum absque ordine ad regulam diuinæ voluntatis.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum in angelis possit esse tantum peccatum superbiæ & inuidiæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in angelis nō possit esse solum peccatū superbiæ & inuidiæ. In quemcunque enim cadit delectatio alicuius peccati, potest cadere peccatum illud. Sed dæmones delectantur etiam in obscœnitatibus carnalium peccatorum, vt Aug. dicit 4. de Ciui. Dei. Ergo in dæmonibus etiam peccata carnalia possunt esse.

¶Præterea, Sicut superbia & inuidia sunt peccata spiritualia, ita acidia, & auaritia, & ira. Sed spiritui conueniunt peccata spiritualia, sicut & carni peccata carnalia. Ergo non solum superbia & inuidia in angelis esse potest: sed etiam acidia & auaritia.

¶Præterea, Secundū Greg. in moralibus, ex superbia nascūtur plura vitia, & similiter ex inuidia. Posita autē causa ponitur effectus. Si ergo superbia & inuidia in angelis esse possunt, pari ratione & alia vitia in eis esse possunt.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 14. lib. de ciui. dei, quòd angelus non est fornicator, aut ebriosus, neque aliquid huiusmodi. Est tamen superbus & inuidus.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum secundum.*

Cōmenta. TItulus clarus est.

¶In corpore est vnica distinctio bimembris, & tres conclusiones responsiuæ: prima iuxta primum membrum, & aliæ iuxta secundum. Distinctio est de modo essendi peccati in aliquo: dupliciter enim contingit, scilicet secundum reatum, aut secundum affectum. Et vocatur secundum affectum, id est formaliter. Secundum vero reatum, id est secundum oblationem ad pœnam illius peccati, quę obligatio est effectus maculæ, quæ est formaliter peccatum remanens. Et quoniā nemo obligatur seu reus est pro peccato cuius non est causa, esse secundum reatum, vt distinguitur contra esse secūdum affectum, est esse in eo causaliter. Prima conclusio est, omnia peccata possunt esse in angelis secundum reatum. Secunda conclusio est, secundum affectum in angelis primum peccatum nō potest esse aliud quàm superbia. Tertia est, secundum affectum potuit consequenter in angelis esse peccatū inuidiæ. Prima conclusio probatur: quia possunt inducere homines ad omnia peccata. Secunda vero sic: primum peccatū fuit in affectione deordinata ad bona spiritualia: ergo fuit in non subiectiōe superioris regulæ: ergo non fuit nisi superbia. Antecedēs probatur: quia angelus non potest affici nisi ad bona spiritualia: quod probatur, quia nihil afficit' nisi ad conueniens quodammodo naturę suę. Prima vero consequentia probatur: quia in affectione ad spiritualia non cōtingit aliter peccare, nisi ꝙ superioris regula nō seruatur. Secunda autē consequētia probatur: ex eo quòd non subdi superiori, superbiæ est. Tertia conclusio probatur quo ad duo sigillatim: primo quo ad posse: secundo, quo ad modum quo fuit. primū, scilicet quòd potuit cōsequenter ibi esse inuidia, probatur, quia eiusdem rationis est tendere in bonum, & reniti opposito: quod est actus inuidię: quia inuidus dolet de bono alterius, inquantum impeditiuum proprij quod amat. Secūdum, scilicet quo modo inuidet, manifestatur sic. Angelus malus affectauit excellentiam singularem: ergo doluit de bono hominis, & de excellentia diuina. Antecedens probatur: quia non aliter potuisset habere ibi locum inuidia. Consequentia vero manifestatur ex eo quòd singularis excellētia cessat, & ex excellentia communicabili homini, & ex excellentia diuina.

d 306 312 a · 31 b b c 301 · 311 21 *dist. 5. q. 1. art. 3. Et dist. 22. q° 1. art. 1. contra. Et 3. contra capit. 109. col. Et malq. 16. articu. 2. 4 m.*

Quæstio. ¶*Num immoderatus affectus ad spiritu alia non sit aliud quàm superbiæ vitium.*

¶Circa rationem adductam pro secunda cōclusione, dubiū occurrit ex duplici capite. Primo ex eo quòd hic assumitur, scilicet ꝙ immoderatus affectus ad spiritualia nō potest esse aliud peccatū nisi superbia. Secundo ex ratione adducta ad probandū hoc, scilicet affectus ad spiritualia nō est malus, nisi quia declinat à regula superioris: ergo est superbia. Contra primū enim obstat. Tū quia multa videntur essentia habentia pro obiecto bonū spirituale. Tum quia appetitus immoderatus boni spiritualis delectabilis, vt sic ad luxuriam magis reduci videtur, quàm ad superbiā. Vnde Sco. in secundo dist. 6. q. vlti. ponit quòd appetitus quo angelus inordinate concupiuit beatitudinem, ad luxuriam magis reducitur: quia est appetitus non excellentiæ, sed delectabilis. Cuius signum adducit, quòd peccatum quo inordinate delectatur quis in speculatione conclusionis geometricæ, ad luxuriam reducitur. Contra secundam vero obstat: quia sic sequeretur quòd omnis inordinata affectio ad quodcunque bonum, esset superbia: quoniam nulla affectio ad bonum quodcun

quodcunque habet rationem mali: nisi quia Dei regula non seruatur in tali affectu: & sic & luxuria & auaritia essent superbiæ species.

Quæstio. ¶*Quomodo si angeli peccatum fuit ex parte electionis, & non rei electæ, fuit eius peccatum superbia.*

¶Circa secundā conclusionem occurrit dubium non dissimulādum, quia videtur contrariari dictis in præcedēti articulo in respōsione ad quartum: vbi dixit S. Tho. ꝙ peccatum angeli fuit ex parte electionis, & nō ex parte rei electę. Nūc vero dicitur, quòd est peccatū superbiæ. Si enī fuit peccatū superbiæ, ergo elegit nō subiici Deo: ergo peccauit ex parte rei electæ. Et tenet consequentia prima ex differentia inter superbiam & alia peccata: in hoc ꝙ auersio à diuina regula in aliis peccatis inuenit' ex consequenti: in superbia autem per se ex hoc ipso, ꝙ quòd superbus non vult Deo & eius regulis subiici, vt expresse dicit S. Tho. in secunda secundę q. 162. artic. 6. & 7. Præterea hic dicit', quòd angelus appetiit excellētiā singularē. ergo peccauit ex parte rei electæ.

Quæstio. ¶*Quod nam bonum in primo peccato angelus appetijt.*

¶Circa secundā conclusionē occurrit dubium secundo: quid fuit illud bonū spirituale appetitū in primo peccato angeli. An scilicet fuerit ipsemet vt amatus à seipso, puro amore amicitię: an beatitudo vt desiderata sibi: vel quod idem est, ipsemet vt concupita est sibi beatitudo. Et est occasio dubitandi: quoniā apud S. Tho. non inuenitur aliter primum angeli peccatum, nisi per inordinatū affectum sui vt beatificabilis. Apud Scotum vero loco allegato habetur, quòd ibi fuerunt duo peccata: primum superbiæ deordinans amorem amicitiæ erga seipsum: secundum luxuriæ, deordinans amorem concupiscentiæ quo sibi beatitudine concupiuit. Et eius ratio est: quia inordinata concupiscentia necessario supponit inordinatam amicitiam: quoniam quem tantum inordinate amo, illi inordinata concupisco.

Quæstio. ¶*Num inuidiæ peccatū in angelis aliud esse potuit quā affectata excellētia.*

¶Circa modum assignatum vltimæ conclusionis dubium occurrit: quoniam falsum videtur, quòd non aliter potuit esse inuidia nisi affectata excellentia singulari. Potest enim inuidus dolere de bono alterius non solum inquantum impedit eius singularitatem, sed etiam inquantum impedit quancunque aliam conditionem affectati boni, puta delectationem, liberum vsum, & alia huiusmodi: & si sic est, videtur magnam pati calumniam processus Sancti Thomæ.

¶Ad primam dubitationem dicitur, quòd non est mens Sancti Tho. dicere simpliciter quòd circa spiritualia non cōtingit inordinate affici, nisi superbe. Quum constet circa eadem posse esse vitium superbiæ oppositum, tanquam extremum alterum: & humilitati tanquam virtuti mediæ: quoniam opposita habent fieri circa idem. Sed mens sua est, quòd primò circa affectum spiritualium non peccatur nisi superbe. Quoniam quum proprium obiectum superbiæ sit excellens, non quomodocunq; aut qualitercunque, sed excellens mēsuram à Deo præfixam vt sic: itaque in quacunque re excellentia mensuræ vt à Deo taxatur, est proprium obiectum superbiæ. Bona vero spiritualia quum secundum se excessiua esse non possint: quoniam quanto maiora habentur, tanto meliora sunt: & consequenter secundum se amari nimis non possunt: consequens est vt ex hoc primo habeant rationem vitiosi appetibilis, ex quo primo habent rationē excedentis, & incommensurati alicui; hoc autem constat esse diuinā dispensationem & regulam. Et propterea affectus primus inordinatus ad spiritualia superbia rationabiliter est, tendens in id vnde primo habēt spiritualia rationē vitiosi appetibilis. Notanter autem vtitur S. Tho. vocabulo Affectionis: insinuans per hoc quòd primū peccatum oportuit esse actum volitionis, qui fertur in bonū vt sic: & non actum volitionis, qui respuit malum vt sic. Vnde ad primā obiectionē in oppositū dicitur, quòd quāuis in affectu spiritualium possint esse plura vitia: primū tamen oportet esse superbiā. Vitium enim sibi oppositū quum tendat in vilius ipso appetente, aut in angelis respectu spiritualiū omnino locum nō habet, aut primum locū habere non potuit; quoniā longe similius est naturę tam excellenti appetere aliquid supra se quàm infrà: quū etiam omnibus inditū naturaliter videatur, ad magna tendere. Vitia autē cætera circa spiritualia, aut consistunt circa nolle: & sic non potuerunt esse prima, vt odium & inuidia, & huiusmodi; aut oriuntur ex affectu superbiæ: vt inanis gloria; & consequēter non possunt esse prima. Nec obstat appetitus ad delectabile vt sic, quem obiicit Sco. Tum quia sicut delectabile nō potest esse primū appetitū, sed appetitus delectabilis sequitur naturaliter appetitū conuenientis: sicut ipsa delectatio est quies in bono conuenienti coniuncto, ita prima deformitas in appetitu alicuius obiecti, nō est deordinatio appetitus delectabilis, sed illius boni ad quod consequitur ratio delectabilis: tum quia inordinata affectio ad delectabile, nullū speciale vitium cōstituit: sed spectat ad eadē vitia quæ respiciunt illa bona delectabilia. Ita quòd inordinata affectio ad delectari in cibo, in potu, in venereis, in honoribus, in potestate, in diuitiis, in scientia, & in aliis non spectant ad vnum vitium, nec quælibet earum constituit seorsum aliquam speciē vitij: sed singulæ ad illas vitij species pertinent, quæ obiecta, putæ potestatem, scientiam, potum, cibum, &c. inordinate respiciunt. Quemadmodum per oppositum ordinate delectari in aliquo bono non cōstituit vnam aut plures virtutes, sed est conditio sequens singulas. Iustus enim inordinate delectatur in bono ad alterum. Temperās vero in bono sensibili moderato: & sic de aliis. Vnde ponere luxuriam velut vitium generale ad delectabile vt sic, voluntarium videtur. Et quod dicitur de inordinata cōclusionis geometricę delectatione: respondetur, quòd spectat ad illud vitium, ad quod spectat ratio boni apprehēsi fundātis delectabile quicquid sit illud: non enim cōtingit aliter delectari. Tū quia ipsemet Scotus fatet, quòd si excellentia appetitur, appetitus talis delectabilis ad superbiam, non ad luxuriam spectat. Ex hoc enim habeo duo. Primo, id quod nunc dictum est: scilicet quòd inordinata affectio alicuius spectat ad idem vitium ad quod pertinet inordinata affectio sui fundamēti: sicut inordinata affectio ad delectari in excellentia, spectat ad inordinatum appetitū excellētię: quia ad superbiam. Secundo, quòd appetitus beatitudinis nō fuit luxuria, sed superbia: quia fuit appetitus inordinatus excellentiæ propriæ. Quoniā beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: & sic appetēdo beatitudinem appetiit primo excellentiam, in qua plurimum consistere credimus beatitudinē. Et propterea nulla maior excellentia ipsa fœlicitate est, quæ omnis appetibilis excellentiam summūmq; gradum in ratione sua claudit, aliàs beatitudo vltimi finis rationem non haberet.

¶Ad id vero quod obiicitur ex alio capite, dicitur, quòd bonum aliquod appeti non seruata superioris regula, dupliciter contingit, scilicet per se, id est quòd per se despiciatur superioris regula. Alio modo ex consequenti seu per accidens. Et primo modo infertur superbia cuius proprius actus est contemptus superioris: secundo modo commune est cæteris vitiis digredi à diuina regula.

¶Ad primum contra secundā conclusionē dicitur, ꝙ proculdubio aspernari superiorem, per se conuenit superbiæ, & cæteris ex cōsequenti. Sed quia tale per se contingit dupliciter, ideo vniuersaliter loquendo, tribus modis fit superioris regulæ contēptus. Primo obiectiue, & modaliter simul. Et in hoc cōsistit supremus gradus superbię: quo eligitur non subiici Deo, & vt res electa, & vt modus ipsius electionis: nanque ipsamet electio non regulatur diuina tunc regula. Secundo fit modaliter & ex consequēti. Et in hoc consistit auersio cæterorū peccatorū mortalium: quoniā dum tendunt ad sua obiecta, concomitatur auersio à diuina regula. Tertio fit modaliter & per se: & in hoc consistit ratio superbiæ, dum ad secundum se bona tendit superbe. Ex eo nanq; quòd talis appetitus est ad bonū, sequitur quòd ex obiecto non redundet deformitas in actu: ac per hoc non comitatur auersio. Et ex eodē patet, quòd auersio tunc non cōcurrit obiectiue tanquam res electa. Ex eo vero quòd in bona superbe tendit, sequitur quòd ibi interueniat non subiectio diuinæ regulæ vt modus ipsius appetitionis. Et quòd volūtarie ibi interueniat talis modus: alioquin peccatū non esset. Et si his adiungas, quòd non ex passione, aut ignorantia, aut infirmitate hic aduenit modus: restat vt per se inueniatur non subiectio ista. Et sic auersio est per se volita: non vt obiectū volitionis, sed vt modus eiusdē. Et hoc modo fuit peccatū angeli, superbia. Nec requiritur ad per se volitū, vt priuatiuū modum electionis, quòd sit cognitū actu: quoniā hæc est cōditio voluntarij obiectiue, sed sufficit quòd potuerit cognoscere & vitare illud, si voluisset: & volūtarie nō vtatur eius opposito, scilicet regula. Quum ergo dicit S. Tho. quòd superbia est auersio per se, ex hoc quòd non vult Deo & eius regulæ subiici: intelligendum est obiectiue vel modaliter. Sufficit enim ad peccatum superbiæ, quòd non per aliud, sed mere voluntarie aspernetur quis diuinam regulam vt modū suæ electionis, id est pure & voluntarie eligat nō vtens diuina regula. Et ad hoc sufficit in intellectu inconsideratio regulæ. Et quoniam hæc omnia cōcurrunt in peccato angeli, vt ex dictis patet. ideo optime dictū est quòd peccatum fuit superbia. Ad secundum dicetur inferius in articulo sequenti.

¶Ad secundū dubium dicitur, quod quū amare sit velle bonū alicui: non video quomodo posset esse amor amicitiæ siue ad se, siue ad alterū purus, id est absque aliqua concupiscentia. Amicū enim amare, est velle eum habere ad minus ea quę habet: & similiter amare seipsum est sibi velle seipsum ad minus. Vnde superius quum autor quæsiuit quomodo angelus amet se: pro tanto dixit amare se naturaliter vel electiue, pro quanto aliquod bonū sibi naturaliter vel electiue vult. Et propterea ad quæsitū dicendū est, ꝙ quæstio supponit falsum: q. angelus amet se pura amicitia. Talis enim amor non videt' possibilis. Et rursus, si admitteretur, oporteret mōstrare quomodo absq; digressione ad cōcupiscentiā aliquā peccatū esset. Ex parte nanq; obiecti peccatum nō est, ex parte vero modi amādi peccatū non video, nisi quia nimis se amaret. Quo ad hoc reducitur, quòd aliquid sibi

vult

CONCLVSIO.

¶*Quæuis peccata in angelis esse possunt secundum reatum, secundum affectum autem primum peccatum aliud esse non potuit, quàm superbia, quod consequi potuit in illis aliquod inuidiæ peccatum.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd peccatū aliquod in aliquo esse potest dupliciter. Vno modo secundum reatum, alio modo secundum affectum. Secūdum reatum quidem omnia peccata in dæmonibus esse contingit, quia dum homines ad omnia peccata inducunt, omnium peccatorū reatum incurrunt. Secundum affectum vero illa solū peccata in malis angelis esse possunt, ad quæ contingit affici spiritualē naturam. Spiritualē autem naturam affici non contingit ad bona quæ sunt propria corpori, sed ad ea quæ in rebus spiritualibus inueniri possunt. nihil enim afficitur nisi ad id quod suæ naturæ potest esse quodāmodo conueniens. In spiritualibus autē bonis non potest esse peccatū dum aliquis ad ea afficitur, nisi per hoc ꝙ in tali affectu superioris regula non seruatur. & hoc est peccatū superbiæ, nō subdi superiori in eo quo debet. Vnde peccatum primum angeli nō potest esse aliud quàm superbia. Sed consequenter potuit in eis esse etiam inuidia. Eiusdem enim rationis est quòd affectus tendat in aliquid appetendū, & quòd renitatur opposito. Inuidus autē ex hoc de bono alterius dolet, inquantū bonum alterius æstimat sui boni impedimentū. Non autē bonum alterius poterat æstimari impedimentum boni affectati per angelū malum, nisi inquantum affectauit excellētiam singularem: quæ quidem singularitas per alterius excellētiam cessat. Et ideo post peccatum superbiæ consecutum est in angelo peccāte malum inuidiæ, secundum quod de bono hominis doluit: & etiam de excellentia diuina, secundum quod eo Deus contra voluntatem ipsius diaboli vtitur in gloriam diuinam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dæmones non delectantur in obscœnitatibus carnalium peccatorum quasi ipsi afficiantur ad delectationes carnales. Sed hoc totum ex inuidia procedit, quòd in peccatis hominum quibuscunq; delectantur inquantum sunt impedimenta humani boni.

¶Ad secundū dicēdum, ꝙ auaritia, secundum qd' est speciale peccatū, est immoderatus appetitus rerū tēporaliū, quæ veniūt in vsum vitæ humanæ, quęcunq; pecunia ęstimari possunt. Et ad ista non afficiuntur dæmones: sicut nec ad delectationes carnales. Vnde auaritia proprie sumpta in eis esse nō potest. Sed si auaritia dicatur omnis immoderata cupiditas habendi quodcunque bonum creatū, sic auaritia continetur in superbia quæ est in dæmonibus. Ita vero cum quadam passione est sicut concupiscentia. Vnde ipsa in dæmonibus esse non potest nisi metaphorice. Acidia vero est quædam tristitia, qua homo redditur tardus ad spirituales actus propter corporalem laborē, qui dæmonibus non cōpetit. Et sic patet quòd sola superbia & inuidia sunt pure spiritualia peccata quæ dæmonibus cōpetere possunt: ita tamen quòd inuidia nō sumatur pro passione, sed pro voluntate renitente bono alterius.

¶Ad tertium dicendū, quòd sub inuidia & superbia, prout in dæmonibus ponuntur, comprehenduntur omnia peccata quæ ab illis deriuantur.

vult quod ei non cõuenit, quod est concupiscere: puta quòd tantũ se amet, vt non curet de diuina habitudine: hoc enim est velle sibi sufficiẽtiam ad beatitudinem. Vnde distingui potest non curando de veritate membrorum in rerum natura: ꝙ amor amicitiæ ad seipsum dupliciter contingit. Vno modo in sua puritate: & sic non fuit primũ peccatũ angeli. Alio modo, vt ratio est cõcupiscendi sibi aliquid. Et hoc modo primum peccatum angeli fuit ex nimio amore sui, sed ille nimius amor ex hoc primo habuit rationem excessiui, quòd fuit ratio cõcupiscendi sibi beatitudinem supra se. Et per hoc patet responsio ad fundamentum Scoti: distinguẽdo quòd inordinatam concupiscentiam prouenire ex inordinata amicitia, cõtingit dupliciter. Primo ꝙ illa amicitia in se absolute sit mala, & ex eius malitia fiat mala concupiscẽtia: & hoc modo non contingit in proposito. Alio modo quòd simul & vna numero in ordinatione vtrunq; deformetur: sed vnum sit ratio alterius. Nec prius natura vnũ sit deforme quàm alterum: sed sit quasi prius origine formali tantum: ita ꝙ amicitia non vt prior in se, sed vt ratio concupiscendi sit primo mala & inordinata: quia scilicet est inordinata ratio concupiscendi. Et sic accidit in peccato angeli: ac per hoc primum eius peccatũ fuit amor vnus & idem numero concupiscentiæ & amicitiæ: si tamen amor dici debet appetitus ardui.

¶Ad tertiam dubitationẽ breuiter dicitur, quòd ratio S. Tho. non affert solam singularitatẽ pro ratione inuidiæ: sed totũ coniunctum, scilicet excellentiam singularẽ: & propterea ex vtroq; eorum potest sumi ratio inuidiæ. Vnde & ipse dolorem de excellentia humana intulit ex singularitate: dolorem vero de excellẽtia diuina, intulit potius ex excellẽtia appetita: eius enim propriũ est dolere de potestate deprimentis. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum diabolus appetierit esse vt Deus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd diabolus non appetierit esse vt Deus. Illud enim quod nõ cadit in apprehensione, non cadit in appetitu: cum bonum apprehensum moueat appetitum vel sensibilem, vel rationalem, vel intellectualem, In solo enim huiusmodi appetitu contingit esse peccatum. Sed creaturam aliquam esse æqualem Deo non cadit in apprehensione. Implicat enim cõtradictionem, quia necesse est finitum esse infinitum si æquatur infinito. Ergo angelus non potuit appetere esse vt Deus.

¶Præterea, Illud quod est finis naturæ, absque peccato appeti potest. Sed assimilari Deo est finis in quem tẽdit naturaliter quælibet creatura. Si ergo angelus appetiit esse vt Deo, non per æqualitatem, sed per similitudinem, videtur quòd in hoc non peccauerit.

¶Præterea, Angelus in maiori plenitudine sapientiæ conditus est quàm homo. Sed nullus homo nisi omnino amens eligit esse æqualis angelo nedum Deo: quia electio non est nisi possibilium, de quibus est consilium. Ergo multo minus peccauit angelus appetẽdo esse vt Deus.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 14. c. ex persona diaboli. Ascendam in cælum, & ero similis Altissimo. Et Augu. dicit in lib. de quæstionibus ve. te. quòd elatione inflatus voluit dici Deus.

CONCLVSIO.

¶*Peccauit angelus appetendo esse vt Deus, non quidem per æqualitatem, sed appetẽdo vt vltimum finem quod virtute suæ naturæ consequi poterat: vel appetendo esse qui beatitudinem proprijs viribus absque diuinæ gratiæ auxilio.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd angelus absque omni dubio peccauit appetendo esse vt Deus. Sed hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo per æquiparantiam. Alio modo per similitudinem. Primo quidem modo non potuit appetere esse vt Deus: quia sciuit hoc esse impossibile naturali cognitione. Nec primum actum peccandi in ipso processit vel habitus, vel passio ligans cognoscitiuam ipsius virtutem[e], vt in particulari deficiens eligeret impossibile, sicut in nobis interdum accidit. Et ideo dato, quòd esset possibile, hoc esset contra naturale desiderium: est enim vnicuique naturale desiderium ad conseruandum suum esse[e]. Quod non conseruaretur si trãsmutaretur in alteram naturam. Vnde nulla res quæ est in inferiori gradu naturæ, potest appetere superioris naturæ gradum, sicut asinus non appetit esse equus: quia si trrsferretur in gradum superioris naturæ, iam ipsum non esset. Sed in hoc imaginario decipitur. Quia enim homo appetit esse in altiori gradu quantum ad aliqua accidentalia, quæ possunt crescere absque corruptione subiecti: ęstimatur quòd posit appetere altiorem gradum naturæ, in quem peruenire non posset nisi esse desineret. Manifestum est autem, quòd Deus excedit angelum, non secundum aliqua accidentalia, sed secundum gradum naturæ: & etiam vnus angelus alium. Vnde impossibile est, quòd vnus angelus inferior appetat esse æqualis superiori, nedum quòd appetat esse æqualis Deo. Appetere autem esse vt Deus per similitudinem, contingit dupliciter. Vno modo quantum ad id in quo aliquid natum est Deo assimilari. Et sic si aliquis quantum ad hoc appetat esse Deo similis, non peccat, dummodo similitudinem Dei debito ordine appetat adipisci, vt scilicet eam à Deo habeat. Siquis autem appeteret secundum iustitiam esse similis Deo quasi propria virtute, & non ex virtute Dei, peccaret. Alio vero modo potest aliquis appetere similis esse Deo, quantum ad hoc in quo non natus est assimilari: sicut siquis appeteret creare cælum & terram: quod est proprium Dei: in quo appetitu esset peccatum. Et hoc modo diabolus appetiit esse vt Deus, non vt ei assimilaretur quantum ad hoc quod est nullum subesse simpliciter: quia sic suum non esse appeteret, cum nulla creatura esse pos-

esse appetentis, & nulli supernaturali subesse fini: & hoc appetiit. Secunda vero pars Ansel. autoritate confirmatur. Quarto reducit partes ambas ad tertium membrum, quia secunda pars videbatur magis pertinere ad secundum. Tertio principaliter quo ad secundarium peccatum angeli. Angelus secundario peccauit appetendo assimilari Deo in principatu super alia, quia id quod est per se prius, & causa est eius quod est per aliud.

¶*Num voluntas possit esse impossibilium.* Quæstio

¶Circa primam conclusionem dubium occurrit dupliciter. primo circa primam rationem, deinde circa secundã. Scotus enim in 2. distin. 6. q. 1. multipliciter ꝓbare nititur ꝙ voluntas perfecta potest esse respectu impossibiliũ. Tum quia odio habens Deum, vult ipsum non esse, ex tertio rhetorico. Tum quia voluntas potest vti fruẽdis & frui vtẽdis, apud Aug. lib. 83. q. ac per hoc potest frui se: ac per hoc velle sibi summum bonum. & tenet ista vltima sequela: quia eiusdẽ rationis est, velle sibi frui passiue, & summam bonitatem: quoniam sola summa bonitate fruendum est. Tum quia voluntas secundum vtrunque actum amandi scilicet amore amicitiæ & cõcupiscentiæ, habet totũ ens pro obiecto. Propterea soluens rationem S. Tho. distinguit, quòd electionis nomine duo possumus intelligere, scilicet vel actum volũtatis efficacem, id est consequentem conclusionem consilij: & talis non potest esse impossibiliũ: vel actum voluntatis consequentem plenam apprehensionẽ obiecti: & talis potest esse impossibiliũ.

d 320 simile 115 25

¶Secundum dubium est contra secũdam rationem ab eodem ibidem motũ, eo quòd ratio illa dupliciter deficit. Primo quia volũtas potest velle antecedens absq; volitione consequentis: quẽadmodũ etiam intellectus potest intelligere vnum sine alio. Secundo deficit, quia secus est de voluntate ordinata, & secus est de inordinata. hæc enim potest acceptare antecedens absque consequenti intrinseco vel extrinseco: quamuis illa non possit. Videtur quoque mihi aliam pati defectum. Nam ratio supponit id quod est contra desiderium naturale non posse appeti: quum tamen constet hoc non esse verum, nisi loquendo de per se appetibili. Contingit enim per accidens, velle contra naturale desiderium, vt patet in interficientibus se.

¶Ad euidentiam horum sciendum est primo, quòd quum obiectum voluntatis sit bonum cognitum: & boni ratio absque existere aut inexistere, nec esse, nec intelligi possit: oportet vt volibile duas habeat conditiones. Prima est ordo ad existere aut inexistere, scilicet quòd sit aut insit actu vel potentia. Secunda est apprehensio eius vera vel falsa: quoniam nihil differt, nihil esse aut apparere bonum, vt dicitur in 2. physi. Et ex hoc manifeste sequitur, quòd secundum primam operationem intellectus puram nunquam præsentatur appetibile: quoniam illa non intelligit rem in ordine ad esse. Sequitur etiam quòd volibile vt sic, complexum quoddam sonat non abstrahens à possibili & impossibili. Quod autem boni ratio ab existere non abstrahat, patet tum ex eo quòd nullus appetit sapientiã aut iustitiam absolute: sed eam esse aut inesse sibi vel alteri. Tum ex eo quòd omnis amor, si est amicitię, tendit ad rem amatam, quia est, si concupiscentiæ vt sit simpliciter vel secundum quid. Tum ex eo quòd in mathematicis non inuenitur bonum: quia abstrahunt à causis conferẽtibus esse. Sciendum est secundo, quòd tam impossibile quàm appetibile aliquid dicitur dupliciter, scilicet per se & per accidens. Impossibile per se vocatur: non quòd hic aut nunc, aut propter talem hypothesim est impossibile, sed simpliciter est impossibile. Per accidẽs vero, quòd redditum est impossibile ex aliqua suppositione. Appetibile autem per se & per accidens quid dicatur manifestum est.

¶His stantibus dico tria. Primo, ꝙ impossibile per se non est per se appetibile. Secundo, quòd impossibile per se, potest appeti per accidens. Tertio, quòd impossibile per accidens, potest appeti per se. Et ab hoc tertio inchoando declaratur ex continua in nobis experientia. Quilibet enim seclusa fide de omni potentia Dei, & resurrectione mortuorum, & immortalitate animæ, mortuo filio desiderat eius vitam, & totaliter perdito ac absciso membro desiderat corporis integritatem, & alia huiusmodi, quæ supponuntur impossibilia: per accidens tamen, quoniam hic aut nunc reddita sunt hæc impossibilia, quemadmodum desiderans aliquod peccatum non fuisse. Secundum vero ex Dei odio manifestatur: odientes enim eum non solũ volunt hoc impossibile per accidens, scilicet ipsum vt punitorem non esse: sed volunt hoc impossibile per se, scilicet ipsum qui pu-

nit, nõ

a ¶*Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum tertium.*

Comenta. Titulus clarus est.

¶In corpore tria principaliter facit. Primo proponit cõclusionem responsiuã quæsito in communi affirmatiue. Secũdo, in speciali ostendit quale fuit primum peccatum angeli. Tertio ostendit hoc idem in secundario eius peccato.

¶Quo ad primum conclusio est. Angelus peccauit appetendo esse vt Deus.

¶Quo ad secundum quatuor principaliter dicit, tractans tria membra resultãtia ex distinctione & subdistinctione huius appetibilis, scilicet esse vt Deus. Distinguitur enim in modũ æqualitatis, & assimilationis. Et hic subdistinguitur penes assimilationem in eo quo natum est aliquid assimilari: & penes assimilationem eius in quo non potest aliquid assimilari, id est, penes communicabile & incommunicabile illi creaturæ. Et sic restant tria membra discutienda. Et primo, iuxta primum quidem ponit conclusionem negatiuam. Angelus non appetiit esse vt Deus per æqualitatem. Et probat eam dupliciter, primo sic. Impossibile naturaliter cognitum non eligitur ab appetente, cuius virtus cognoscitiua nullo habitu aut passione impeditur. Sed esse vt Deus per æqualitatẽ respectu primæ electionis angelicæ est huiusmodi: ergo. Patet minor, quia primum peccatum non præcessit aliqua talis passio. Secundo sic, vnicuiq; inest naturale desiderium ad cõseruandum suum esse: ergo contra naturale desiderium cuiusque est appetere gradũ altioris naturæ: ergo impossibile est quòd angelus inferior appetat esse æqualis Deo, aut etiam angelo superiori. Prima consequentia probatur, primo ex eo ꝙ esse in gradu naturæ superioris, habet necessario annexum non esse subiecti appetentis. Deinde excluditur obiectio qua quis posset dubitare de hoc, ex appetitu quem experimur in nobis ad habendas conditiones aliarum naturarum: & consistit exclusio in hoc, quòd appetitus iste est ad conditiones accidentales, quas nobis volumus, saluis substantiis, & non ad substantiales, quamuis imaginatio non discernens inter hæc quandoque fallatur. Secundo tractat membra subdistinctionis in communi, ostendens quomodo in eis accidit peccatum, in altero quidem, quod est secundũ distinctionis membrum, ex parte modi: in altero vero ex parte obiecti appetiti. Tertio in speciali iuxta hæc membra respondet quęsito vna conclusione disiunctiua. Angelus peccauit appetendo esse vt Deus, quo ad hoc quod est quiescere rationem in naturali sibi fine, vel quo ad hoc quod est habere beatitudinem illam supernaturalem virtute propria. Et declaratur primam partem pertinere ad tertium membrum, distinguendo propria Dei duo, scilicet nulli subesse simpliciter, & excludendo hoc ab appetitu angeli, quia implicat nõ

nit, non esse. Sed hoc appetunt per accidens: pro quanto illius non esset, apprehenditur coniunctum alicui appetibili apparenti, & cõuenienti odientibus eum. Primum aũt est per se notũ: quoniã impossibile per se secũdũ seipsum nec habet rationem entis, nec non entis: quia implicat contradictoria, & consequẽter non potest sub propria rõne appeti. Et sic cum hoc quod est me esse æqualẽ Deo, sit impossibile per se, non põt esse per se appetibile. Et si hic obiicias, ꝙ hoc est naturaliter cognitum & euidens angelo, in quo passio locum habere non potuit: consequẽs est quòd non potuit hoc appetere. Et ex dictis patet respõsio ad obiecta primi dubij. Nam prima obiectio de odio Dei, nihil aliud concludit, nisi quòd per accidens appetũt odientes Deũ, illũ non esse: qđ non est inconueniẽs. Secunda quoque aut nihil infert, aut idem, s. ꝙ per accidens appetitur impossibile. Nihil quidem, quia ex frui se nõ sequit̃ nisi velle se esse summũ bonum sibi, & non summũ bonũ simpl̃r. Idem autẽ, qm̃ patet se esse sibi summũ bonum non nisi consequenter & per accidens appeteretur. Tertia obiectio, & assumit falsum: quia amicitia non est ad inanimata vt dicitur 8. Ethicorum. Et supponit falsum, s. ꝙ ens incomplexum vt sic sit concupiscibile. Et subsumit falsum, s. creaturã esse ęqualẽ Deo, sit ens quoddam, quum implicet contradictoria, & consequenter nec ens, nec non ens. Solutionem autẽ Sco. nõ oportet aliter infringere, quia ex dictis patet, ꝙ distinctio illa locum habet respectu impossibilium per accidens tantum, loquendo de appetitu per se.

333 2. d. 7. q. 1. art. 2. Et 3. con. cap. 107. vsque 111. Et mali. q. 16. articu. 2.

¶Ad obiectiones autem Scoti contra secundum dubiũ breuiter dicitur, ꝙ nec voluntas ordinata, nec deordinata, potest velle antecedens & non consequens, si necessaria sequela est cognita: & loquor de velle siue principaliter, siue ex consequenti, per se, vel per accidens. Alioquin quilibet excusaretur à peccato, dum vellet antecedens, scilicet bonum delectabile & non consequens, s. deformitatẽ annexã. Vñ implicat, ꝙ aliquis velit episcopatum, & sciat ipsi necessario annexum sacerdotium: & saltem ex consequenti non velle illud.

¶Ad vltimã aũt obiectionẽ dicitur, ꝙ ratio S. Tho. non supponit illud, sed supponit ꝙ sermo sit de primo peccato angeli: quod nec ignorantia, nec passione põt excusari: & ad obiectum ad quod natura appetẽtis incentiuũ præbebat oportuit terminari. Constat enim quòd natura seclusis ignorantia & passionibus non impellit etiam per accidens ad eius per se primo oppositũ, scilicet non esse eius.

Commẽt. ¶Circa conclusionem responsiuam affirmatiue, dubium duplex occurrit. Primò, quia expresse hic dicitur, ꝙ angelus primo peccauit appetendo beatitudinem finalem ex propria virtute: sed hoc est quoddam malũ secundum se respectu angeli. ergo peccauit ex parte rei electæ: & appetiit nõ solũ male, sed malum: cuius oppositum in articulo primo fuit dictum. Probatur minor: quia si loquimur de beatitudine supernaturali, constat ꝙ illa ex virtute creata habenda est appetibile malum. Et si loquimur de beatitudine naturali, Constat ꝙ quanuis quiescere finaliter in illa non sit malum respectu naturæ creatæ in puris naturalibus: imò est eius optimum, nec posset vlteriorem appetere: quia nullius alterius notitiam haberet: est tamen in se malum respectu naturæ, cui reuelatione & gratia ostensus est vlterior finis: cui declaratum est à conditore ꝙ ordinata est ad hunc vlteriorem finem, &c. Secundo dubitatur: quia ex conclusione S. Thomæ habetur oppositum præmissarum. Quoniam ex hoc habetur, ꝙ angelus appetiit impossibile: quoniam habere finalem beatitudinem ex propria virtute: est quoddam impossibile, & non solum malum. Et de beatitudine quidem supernaturali patet ex dictis in q. 12. De beatitudine vero naturali patet ex immutabilitate ordinis diuinæ sapientię: q a statuisse se manifestauerat angelos & omnẽ intellectualem naturam in finem supernaturalẽ tãquã vltimũ ordinasse, & nõ in naturalem.

¶Ad primum horum dicitur, ꝙ obiectum appetitus angelici cum peccauit, fuit secundum se bonum, & non malum, sed modus tendendi in illud fuit malus: quia electio illa diuinę regulę ordine destituta fuit. Cum autem dicitur quòd appetiit finalem beatitudinem virtute propria, interpretandum est quòd beatitudo sit res appetita: & vis naturæ sit modus apetendi, non autem conditio aliqua rei ap-

test nisi per hoc quòd sub Deo esse participat. Sed in hoc appetiit esse similis Deo, quia appetiit vt finem vltimum beatitudinis id ad quod virtute suæ naturæ poterat peruenire: auertens suum appetitum à beatitudine supernaturali, quæ est ex gratia Dei. Vel si appetiit vt vltimum finem illam Dei similitudinem quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex diuino auxilio secundum Dei dispositionem. Et hoc consonat dictis Ansel. qui dicit ꝙ appetiit illud ad quod peruenisset, si stetisset. Et hæc duo quodammodo in idem redeunt: quia secundum vtrunque appetiit finalem beatitudinem per suam virtutem habere, quod est proprium Dei: quia vero quod est per se, est principiũ & causa eius quod est per aliud: ex hoc etiã consequutum est quod appetiit aliquem principatum super alia habere. In quo etiam peruerse voluit Deo assimilari.

¶Et per hoc patet respõsio ad omnia obiecta.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum aliqui dæmones sint naturaliter mali.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd aliqui dæmones sint naturaliter mali. Dicit enim Porphy. vt August. introducit 10. de Ciuit. Dei quòd est quoddam genus dæmonum natura fallax, simulans Deos, & animas defunctorum. Sed esse fallax est esse malum. Ergo aliqui dæmones sunt naturaliter mali.

¶Præterea, Sicut angeli sunt creati à Deo, ita & homines. Sed aliqui homines sunt naturaliter mali. De quibus dicitur Sap. 17. Erat eorum malitia naturalis. Ergo & angeli aliqui possunt esse naturaliter mali.

¶Præterea, Aliqua animalia irrationalia habent quasdã naturales malitias: sicut vulpes naturaliter est subdola: & lupus naturaliter est rapax, & tamen sunt creaturæ Dei. Ergo & dæmones, licet sint creaturæ Dei, possunt esse naturaliter mali.

¶SED CONTRA est quod Dio. dicit 4. c. de di. no. quòd dæmones non sunt naturaliter mali.

CONCLVSIO.

¶*Dæmones aliqui, cum ad vniuersale bonum inclinentur, non sunt naturaliter mali.*

RESPONDEO dicẽdum, ꝙ omne qđ est inquantum est, & naturã habet aliquam, in bonum aliquod naturaliter tendit, vtpote ex principio bonum existẽs, quia semper effectus conuertitur in suum principiũ. Cõtingit autẽ alicui bono particulari aliquod malum esse adiunctum, sicut igni cõiungitur hoc malũ, quod est esse cõsumptiuũ aliorum. Sed bono vniuersali nullũ malũ põt esse adiunctum. Si ergo aliquid sit cuius natura quidem ordinetur in aliqđ bonum particulare, potest naturaliter tendere in aliquod malũ non inquãtum mali, sed per accidens, inquãtũ est cõiunctum cuidam bono. Si vero aliquid sit, cuius natura ordinetur in aliquod bonũ secũdũ cõmunẽ boni rõnẽ, hoc secundũ suã naturã nõ põt tendere in aliquod malum. Manifestum est autẽ, quòd quælibet natura intellectualis habet ordinem in bonum vniuersale[e], quod potest apprehendere, & quod est obiectum voluntatis. 198 Vnde cũ dæmones sunt substantiæ intellectuales, nullo modo possunt habere inclinationem naturalem in aliquod quodcunq; malum[e]. 302 318 Et ideo non possunt esse naturaliter mali.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ Augu. ibidem reprehendit Porphy. de hoc quod dixit, ꝙ dæmones erant naturaliter fallaces: dicens eos non esse naturaliter fallaces, sed propria voluntate. Porphyrius autem hac ratione posuit dæmones esse natura fallaces: quia ponebat dæmones esse animalia habentia naturam sensitiuam. Natura autem sensitiua ordinatur ad aliquod bonum particulare, cui potest esse coniunctum malum. Et secundum hoc aliquam inclinationem naturalem habere possunt ad malum per accidens, tamen inquantum malum est coniunctum bono.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ malitia aliquorum hominum potest dici naturalis vel propter cõsuetudinẽ quę est altera natura, vel propter naturalem inclinationem ex parte naturæ sensitiuæ ad aliquam inordinatam passionem, sicut quidã dicuntur naturaliter iracundi vel concupiscentes. Non autem ex parte naturæ intellectualis.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ aĩalia bruta secundum naturã sensitiuam habẽt naturalem inclinationẽ ad quædam particularia bona, quibus coniũcta sunt aliqua mala, sicut vulpes ad quærẽdũ victum sagaciter, cui adiũgitur dolositas. Vñ esse dolosum non est malum vulpi, cum sit

petitæ. Quia ex illo modo negatiuo, imò priuatiuo, s. destitutione regulæ diuinæ quo deformata est electio angeli sequitur iste modus, s. ꝙ naturaliter voluit habere. Ex hoc enim ꝙ voluit & non supernaturaliter, ergo naturaliter. Vnde si appetiit beatitudinem supernaturalem: quia appetiit illã, & non secũdũ ordinem diuinæ misericordiæ, ergo conuincitur ꝙ appetiit illam ex virtute naturæ, Et si appetiit beatitudinẽ naturalem vt vltimã simpliciter, fuit hoc modo: ꝙ a appetiit beatitudinem vt rẽ appetitam: & quia non ordinauit illam in beatitudinem supernaturalem, conuincitur appetiisse vt vltimã, & consequenter finalẽ beatitudinem ex virtute naturę: quia habet eam ex vi naturæ. Omnis ergo conditio malificans talẽ appetitionem ex parte modi appetendi non obiecti appetiisse, tenet formaliter. Quamuis ex consequenti & implicite ex modo redundet in obiectum: propter quam redundantiam vtuntur doctores tali modo loquendi ex parte obiecti. Ista enim redundantia nihil officit proposito: quia & consequens est, non preueniens: & quia implicite inuentæ sunt ibi istæ conditiones positiue & non explicite. Et quia ex parte illius primi modi, qui primo constituit rationem peccati, oriuntur, & non ex parte obiecti illius. Et per hoc responsio patet ad obiectionem factam in præcedente arti. quia eodem modo exponendũ est, angelũ appetiisse excellentiã singularem interpretatione implicite: & consequenter ad modũ appetendi. Ex eo enim ꝙ sic aduerse appetiit singularitatem conuincitur appetiisse per exclusionem communicationis cum aliis in habẽdo summam excellentiã ex misericordia. noluit enim in hoc cũ aliis cõuenire.

¶Ad secundum dubium dicitur dupliciter. Primo ꝙ S. Th. dicit, ꝙ impossibile non potest appeti vt res appetita. Ex dictis autem nunc patet quòd res electa non solum possibilis, sed bona fuit. Impossibilitas cõsequitur modum appetendi, vt patet ex dictis. Secundo dicitur, quòd quo ad beatitudinem supernaturalẽ fuit per accidens volitũ impossibile per se, & non fuit per se volitum: quo ad beatitudinem naturalem vt finalem dicitur & quòd hoc est impossibile per accidens ex suppositione, s. supperadditi ordinis supernaturalis, & nihilominus fuit etiam volitum per accidens ex consequenti, &c.

¶Circa dicta Sancti Thomæ aduerte duo. Primo quòd cum dicit angelum appetendo beatitudinem naturalem, appetiisse assimilari Deo, in eo in quo non est natus assimilari (propterea quia solus Deus habet naturale pro beatitudine: intelligendum est secundum ordinem iam statutum à diuina sapiẽtia, à qua omnes creaturæ beatificabiles, quæ sunt solæ intellectuales ordinatæ, sunt vt obiectum beatitudinis diuinæ) habeatur pro vltima beatitudine: Et non est intelligendum absolute secundum solas rerum naturas: quoniam si nõ superadditus esset à Deo ordo ille supernaturaliter, quælibet intelligentia vltimum naturale absq; peccato haberet pro beatitudine vltima: hoc em̃ mõ philosophi posuerũt entia illa beata. Annot.

¶Secundo aduerte, quòd peccatũ angeli rõnabilius ponitur in appetitu quiescẽdi in naturali beatitudine, quã in appetitu volendi supernaturalem absque misericordia. Tum quia ille appetitus est angelo naturalis: & natura magis impellit superbũ ad illud quam ad hoc, vt etiam in nobis experimur, dũ superbe vel lenius in nostris quiescere diuina Deo relinquendo. Et hæc opinio, iudicio meo, placet S. Th. In cuius signum hanc simpliciter posuit. Aliam vero sub conditionali. Et tunc Ansel. interpretandus est, quòd illud ad quod peruenisset, non facit demonstrationem personalẽ, sed simplicẽ, i. demonstrat beatitudinẽ vltimã, & non hanc vel illam. Constat enim quòd si stetisset, ad vltimã beatitudinẽ peruenisset. Annota.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum quartum.*

Titulus clarus est. Coment.

¶In corpore vna conclusio responsiua negatiue. Dæmones non sunt naturaliter mali. Probatur sic. Inclinati ex natura ad bonum vniuersale, non inclinantur ad malum. ergo nec substãtiæ intellectuales, ergo nec dæmones. ergo non sunt naturaliter mali. Antecedens probatur & declaratur simul ostendendo modum, causam, & conditionem inclinationis naturalis in malum. Modus

est per accidens quoniam nulla natura ordinatur per se in malum, sed in bonum: quia ex bono principio est, & vniuersaliter effectus in suam conuertitur causam. Causa est coniunctio mali alterius cum proprio bono, ad quod per se tendit. patet exemplo. Conditio est particularitas boni, ad quod per se inclinatur natura. Patet: quia particulari bono potest aliud bonum contrariari: ac per hoc malum illius huic coniungi: & est conclusio. vniuersali autem bono cum omnis boni rationem contineat, impossibile est alicuius malum coniungi. Ex his manifeste patet antecedens. Et nota diligenter quòd non diximus particularitatem boni esse causam mali, sed conditionem boni fundantis malum: quia non est opus omne alicuius malum esse particulare bonum. Prima consequentia patet. Appetitus intellectiuus naturaliter inclinatur in bonū vt sic, quia non est minor intellectu præsentanee, sed adęquat ipsum Secunda patet, quia dæmones sunt intellectualis naturæ. Tertia patet ex terminis.

324 2. dist. 3. q. 2. Et ma. q. 6. ar. 4. Et Ioh. 8. l. 8. colū. 3.

ei naturale, sicut necesse furiosum est malum cani: sicut Dio. dicit 4. cap. de di. no.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum diabolus fuerit malus in principio instanti suæ creationis per culpam propriæ voluntatis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ diabolus in primo instanti suæ creationis fuerit malus per culpam propriæ voluntatis. dicitur enim Iohannis 8. de diabolo. Ille homicida erat ab initio.

¶Præterea, Secūdū Aug. primo super Gen. ad literā. Informitas creaturæ nō præcessit formationē tēpore, sed origine tantū. Per cælum aūt qd legitur primo creatū: vt ipse dicit in secūdo li. intelligitur natura angelica informis. Per hoc aūt ꝙ dicitur ꝙ Deus dixit, fiat lux. & facta est lux. intelligitur formatio eius per cōuersionē ad verbum. Simul ergo natura ange. creata est, & facta est lux. Sed simul dū facta est lux: distincta est à tenebris, per quas intelliguntur angeli peccantes. Ergo in primo instanti suæ creationis quidam angeli fuerunt beati, & quidam peccauerunt.

¶Præterea, peccatū opponitur merito. Sed in primo instanti suæ creationis aliqua natura intellectualis pōt mereri, sicut aīa Christi, vel etiā ipsi boni angeli. Ergo & dæmones in primo instanti suæ creationis potuerunt peccare.

¶Præterea. Natura angelica virtuosior est, quàm natura corporea. Sed res corporalis statim in primo instanti suæ creationis incipit habere suam operationem, sicut ignis in primo instanti quo generatus est, incipit moueri sursum. Ergo & angelus in primo instanti suæ creationis potuit operari. Aut ergo habuit operationem rectam, aut non rectam. Si rectam cum gratiam habuerint, per eam meruerunt beatitudinem. In angelis autem statim ad meritum sequitur præmium, vt suprà dictum est[c]. Ergo fuissent statim beati, & ita nunquam peccassent. Quod est falsum. Relinquitur ergo ꝙ in primo instanti non recte operando peccauerunt.

¶SED CONTRA est qd dicitur Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erāt valde bo. Inter ea autem erant etiam dæmones. Ergo & dæmones aliquando fuerunt boni.

CONCLVSIO.

¶*Angelus cum fuerit à Deo productus, in primo instanti sui esse non peccauit, nec peccare potuit per inordinatum suæ voluntatis actum.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ quidam posuerunt quòd statim dæmones in primo instanti suæ creationis mali fuerunt, non quidem per naturā, sed per peccatū propriæ voluntatis; quia ex quo est factus diabolus, iustitiam recusauit. Cui sententiæ, vt Aug. dicit 11. de ciu. Dei, quisquis acquiescit, non cū illis hæreticis sapit, id est Manichæis, qui dicunt ꝙ diabolus habet naturam mali. Sed quia hæc opinio autoritati scripturæ contradicit; (dicitur em̄ sub figura principis Babylonis de diabolo, Isaiæ 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Et Ezech. 28. In deliciis paradisi Dei fuisti. dicitur ad diabolum sub persona regis Tyri) ideo à magistris hæc opinio tanquā erronea rationabiliter reprobata est. Vnde aliqui dixirunt ꝙ angeli in primo instanti suæ creationis peccare potuerunt sed non peccauerūt. Sed hæc opinio etiā à quibusdam reprobatur ea ratione: qa cū duæ operationes se consequuntur, impossibile videtur, ꝙ in eodem nūc vtraq; operatio terminetur. manifestum est autem ꝙ peccatum angeli fuit operatio creatione posterior. Terminus autem creationis est ipsum esse angeli. Terminus vero operationis peccati est quòd sunt mali. Impossibile ergo videtur quòd in primo instanti quo angelus esse cœpit, fuerit malus. Sed hæc ratio nō videt̄ sufficiens. Habet enim solū locum in motibus tēporalibus, qui successiue aguntur. Sicut si motus localis sequitur ad alterationem, nō potest in eodem instanti terminari alteratio & localis motus. Sed si sunt mutationes instantaneæ, simul & in eodem instanti potest esse terminus primæ & secundæ mutationis: sicut in eodem instanti in quo illuminatur luna à sole, illuminatur aër à luna. Manifestum est autē ꝙ creatio est instantanea, & similiter motus liberi arbitrij in angelis. Non enim indigent collatione & discursu rationis, vt ex suprà dictis patet[c]. Vnde nihil prohibet, simul & in eodem instanti esse terminum creationis, & terminum liberi arbitrij. Et ideo aliter dicendum est, ꝙ impossibile fuit angelum in primo instanti peccasse per inordinatū actū liberi arbitrij. Quanuis enim res aliqua in primo instanti quo esse incipit, simul incipere possit operari: tamen illa operatio quæ simul incipit cum esse rei, est ei ab agente à quo habet esse: sicut moueri sursum est ignis à generante. Vnde si aliqua res habeat esse ab agente deficiente, quod possit esse causa defectiua actionis, poterit in primo instanti in quo incipit esse, habere defectiuam operationem: sicut si tibia, quæ nascitur clauda ex debilitate seminis, statim incipiat claudicare. Agens aūt quod angelos in esse ꝑduxit, s. Deus, non pōt esse causa peccati. Vnde non potest dici, quòd diabolus in primo instanti suæ creationis fuit malus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ sicut Aug. dicit 11. de ciui. Dei: cū dicitur quòd diabolus ab initio peccat, non ab initio ex quo creatus est, peccare putandus est: sed ab initio peccati, scilicet quia nunquam à peccato suo recessit.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ illa distinctio lucis & tenebrarum, secūdū qd per tenebras peccata dæmonum intelliguntur: accipienda est secundum Dei præscientiam[e]. Vñ Aug. dicit 11. de ci. Dei, ꝙ solus lucem ac tenebras discernere potuit qui potuit etiam priusquam caderent, præscire casuros.

¶Ad tertium dicendum, quòd quicquid est in merito, est à Deo. Et ideo in primo instanti suæ creationis angelus mereri potuit. Sed non est similis ratio de peccato, vt dictum est[c].

¶Ad quartum dicendum, ꝙ Deus non discreuit inter angelos ante auersionem quorundam & conuersionem aliorum, vt Aug. dicit 11. de ciui. Dei. Et ideo omnes in gratia creati in primo instanti meruerunt. Sed quidam eorum statim impedimentum præstiterunt, suæ beatitudinis præcedens meritum mortificantes. Et ideo beatitudine, quam meruerunt, sunt priuati.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum quintum.*

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore tria principaliter iuxta tres opiniones quas tractat. In prima opinione tria dicit. Primum est ipsa opinio, s. quòd fuit malus in primo instanti: secundum quod non spectat ad Manichæos ex Augu tertium quod repugnat scipturæ. In secunda opinione tria dicit. Primum est ipsa opinio, ꝙ potuit peccare in primo instanti, sed non peccauit. Secundum est improbatio quorundam ex ratione ordinis actionis creaturæ ad actionem quia creatur. Tertium est exclusio istius rationis: quia habet locum in successiuis non instantaneis, quales sunt creare & volitio. In tertia opinionē propriam ponit & probat. Conclusio est quòd nec peccauit, nec potuit peccare. In primo instanti sui esse. Et probat sic. Deus seu agens qd angelos in esse ꝑduxit, non potest esse causa peccati. ergo angelus non potuit in primo instanti peccare. Antecedens supponitur tam per se quàm per accidens. Cōsequentia probatur: quia operatio incipiens cum esse rei inest ab agente illius. Quod declaratur & in operatione naturali, s. motus sursum respectu ignis: & in operatione defectiuæ, id est claudicatione tibiæ, à natiuitate & hoc quia peccatum est operatio defectiua. 315

Questio. ¶*Num quæuis operatio incipiens cum esse rei sit ab agente.*

¶Circa rationem adductam pro vltima opinione dubium occurrit ex multis capitibus. Primo, quia illa propositio fundamentalis, Omnis operatio incipiens cum esse rei: est ei ab agente à quo habet esse: aut intelligitur quòd sit ab agente, seu à generante immediate, i. sine agente medio: sicut creditur de motu grauium & leuium. Et sic propositio est manifeste falsa: sequeretur enim quòd ignis non calefaceret, & vniuersaliter quod res naturales non essent propriæ causæ effectiuæ. Aut intelligitur in communi siue mediate siue immediate. Et tunc obstat primo verbum S. Tho. subiungentis: sicut moueri sursum inest igni à generante. Obstat secundo, quia cum de operatione dupliciter possit esse sermo, scilicet quo ad substantiam eius, & quo ad conditiones eiusdē: & hic sit sermo secundo modo, alioquin nō esset ad propositū: propositio ista neq; est per se nota neq; cum aliqua probatione assumpta. & ideo videtur voluntaria. Obstat tertio Scotus in quinta distin. secundi. q. 2. sic. In causa secunda sunt duo, perfectio quam habet ab agente, & defectus quidam. ergo operatio incipiens cum esse rei potest in duas causas reduci, scilicet in autorem naturæ, quo ad substantiam, & in defectum secundæ causæ quo ad conditionem defectuosam ipsius operis. non ergo totaliter attribuitur agenti naturæ. Et confirmatur in proposito: quia cum Deus, cui in proposito conuenit ratio generantis, sit causa non solum in fieri, sed etiam in conseruari: par ratio est quòd operatio coëxistens ipsi fieri, attribuatur autori naturæ quæ fit: & operatio coëxistens ipsi conseruari, attribuatur ipsi conseruatori. Et sic aut omnis operatio naturæ à Deo ꝑductę ei attribuitur, aut nulla. Neque est maior rō de prima, quā de aliis.

Questio. ¶*Num asserere angelum in primo instanti suæ creationis errasse, sit hæresis Manichæa.*

¶Dubium quoq; est in applicatione medij ad conclusionem, quoniam videtur repugnare dictis Augu. 11. de ciuitate Dei relatis hic à S. Tho. Quoniam ille dicit non sapere Manichæam hæresim, angelum voluntarie peccasse in primo instanti sui esse S. Tho. vero dicit quòd ex hoc sequitur, Deum esse causam mali culpæ immediate, sicut generans ignem est causa motus sursum, Et ex hoc vlterius sequitur, ergo Deus est malus: & redit hæresis Manichæa cum pluralitate deorum, boni & mali. igitur. & Aug, sibiipsi videtur contradixisse: & hæc obiectio tangitur etiam à Scoto vbi suprà. 193

Questio. ¶*Num angelus potuit peccare in primo instanti sui esse.*

¶Circa conclusionem ipsam obiectiones occurrunt Scoti, vbi suprà, dupliciter contra illam partem, scilicet (non potuit in primo instanti peccare.) arguentis: primo ad hominem. Angelus in primo instanti (apud te) potuit mereri: ergo potuit peccare: & patet sequela, quia eiusdem rationis est quo ad tempus mereri & peccare. Deinde simpliciter, quia angelus in primo instanti habuit potentiam operatiuam perfectam ad operandum, & non determinatam necessario ad rectitudinem operationis: ergo. & probatur antecedens quo ad secundam partem, quia non magis in primo, quàm in secundo instanti habuit necessario tale determinans.

¶Ad euidentiam horum sciendum est, ꝙ ratio S. Tho. in hoc fundatur: quòd vt superius iam dictum est primum in vnaquaq; re est naturæ ratio, & consequēter prima operatio cuiusque rei est naturalis, vtpote à re illa, inquantum naturæ rationem habet prouenient. Et quoniam operatio naturæ vt sic, opus est actoris naturæ illius: ideo vniuersaliter omnis prima operatio rei, & naturalis est, & actori naturę attribuitur. Nec hoc deficit in natura intellectuali, eo quòd libera est: quoniam etiam in ipsa libera potestate naturæ ratio primum locum obtinet, vt ex supradictis iam patet. Vnde ad obiecta contra primam propositionem respondendo dicitur, quòd propositio illa intelligitur in communi. Et intendit ꝙ prima operatio cuiusque rei inest illi ab agente. id est, inest illi ratione eius quòd habet ab agente. Nec refert vtrum illud quod habet ab agente, concurrat ad talem operationem effectiue proprie, sicut ignis calefacit, aut per modum principij formalis, vt quidem putant, in motu grauitatem concurrere. Comparatio enim adducta in litera, similitudinem denotat, quo ad hoc quod est attribui ei quod est ab agente, & non quo ad modum attribuendi. Quod vero obiicitur de resolutione operationis in duas radices, scilicet perfectionem & defectum, locum non habet in proposito: quoniam æquiuocatio ibi committitur. Nam defectus tam naturæ quā operationis est duplex, s. negatiuus, puta quia non

non est infinitæ seu maioris perfectionis. Et priuatiuus, puta quia non habet perfectionem quam habere debet. Et sermo noster est de defectu operationis priuatiuo, qui contrariatur perfectioni aptænatæ haberi, & debitæ naturæ intellectuali. Et propterea si operatio prima tota resoluenda est quo ad conditiones positiuas & priuatiuas, quāuis non negatiuas in id quod est ab actore naturæ illius, oportet defectum operationis in aliquem defectum priuatiuum acceptæ naturæ reducere: vt optime manifestatur in litera exemplo claudicantis tibiæ à natiuitate. Et per hoc patet responsio ad confirmationem. Quoniam non est par ratio, quòd primus actus sit naturalis: & ꝙ alij, sicut nō est par ratio de fundamento, & consequēter se habentibus. Vnde obiectio de causalitate Dei in fieri & conseruari nihil facit ad propositum, quoniam hæc sunt per accidens. d 344

¶Ad dubium autem ex autoritate August. occasionatum, breuiter dicitur sustinendo dictum August. à S. Tho. ratificatum: quòd vt patet ex dictis & ex litera, tenentes angelum peccasse, aut potuisset peccare ex libertate voluntatis: non deducuntur ad hoc quòd Deus sit malus, sed ex communi suppositione quòd Deus sit optimus: & quòd non sit causa peccati aliquo pacto arguuntur ignorantiæ, quòd scilicet ignorent naturam appetitus intellectualis. Ex ignorantia enim quòd primus motus voluntatis est naturalis, arguuntur, & non ex suspecta in Deo malitia. Vnde expresse San. Tho. supponit cum aduersariis oppositū Manicheæ hæresis: & coassumpta propositione metaphysicali, non ducendo ad impossibile, sed ostensiue concludit intē tum, vt patet in formatione corporis.

225 quolib. 9. art. 8. cor.

¶Ad obiectionem primam contra conclusionem non oportet aliter respondere, quia in litera habetur. Ad secundam vero negatur secunda pars consequentis: quoniam vt ex dictis patet, in primo instanti ratio naturæ determinabat ad rectitudinem, non sic autem in secundo: quia actus primus erat naturalis: secundus autem liber. Et scito quòd hæc Scoti argumenta Sanctus Thomas contra se fecerat in quæst. dist. de dæmonibus, articulo 4.

Questio. ¶*Num angelus in primo instanti sui esse solum mereri potuerit.*

¶In responsione ad tertium, dubium occurrit duplex. Primum ex Scoto vbi suprà: contra hoc quod dicitur, quòd angelus potuit in primo instanti mereri. Prima enim operatio angeli non erat sua, sed actoris naturæ apud te: ergo in ea non potuit mereri. tenet sequela: quia nullus meretur in operatione non sua. Secundum: quia aut prima operatio est totaliter naturalis, aut partim naturalis, & partim libera. Non totaliter naturalis. Tum quia in pure naturalibus non meremur, nec dēmeremur. Tum quiá apud Sanct. Thomam respectu cuiusque actus viator est liber quo ad exercitium actus. ergo operatio prima est secundum quid libera. Et si sic est, cur voluntas, vt libera, non potuit apponere aliquam circunstantiam deformitatis? Nulla enim ratio de hoc apparet. Et confirmatur: quia si fuit libera quo ad exercitium actus: ergo poterat elicere illum actum, & non elicere: ergo poterat peccare peccato omissionis, etsi non commissionis.

¶Ad hæc breuiter dicitur, ꝙ operatio angeli prima fuit quidem naturalis, quo ad specificationem & rectitudinem actus. Ita ꝙ natura angeli determinat ipsum ad hoc ꝙ primum eius velle sit consonum uaturæ volentis. hoc enim est voluntatem inchoare actum sub ratione naturæ, i. rei determinatæ. ita ad hoc ꝙ non ad oppositum, & ita ad rectitudinem ꝙ non ad oppositū. Determinat enim natura ad amandum Deum vt finē & naturæ actorem, & seipsum, & ad se intēse amandum: ita ꝙ non ad oppositum, quin primo actu saluari debet. Sed fuit liber quo ad exercitium actus: quia non necessitatur voluntas angeli necessitate naturæ ad eliciēdum hunc actum in primo instanti, quanuis si exeat in actum, ad actum naturæ consonum naturali necessitate determinata sit. Vndē operatio illa fuit sua, & consequenter potuit esse meritoria. Non potuit autem voluntas libera circunstātiam deformitatis apponere, quia ad rectitudinem eius determināta est à natura. Omissionem autem tactus quanuis potuisset incurrere, alioquin libertas nulla fuisset, non tamen potuit omissionis peccatum incurrere: quoniam peccatum omissionis rationem voluntariæ declinationis præincludit: ac per hoc actum voluntatis non rectum habet necessario annexū. Iam autem dictum est, ꝙ voluntas angeli determinata naturaliter, est ad rectitudinem primi actus: & propterea eadem ratione non potuit in primo instanti peccatum esse omissionis, qua non potuit esse commissionis.

¶In responsione ad quartum occurrit dubium in sequenti articulo tractandum

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum angeli.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ aliqua mora fuerit inter creationem & lapsum angeli. dicitur enim Ezec. 28. Ambulasti perfectus in viis tuis à die conceptionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Sed ambulatio, cum sit motus continuus, requirit aliquam moram. Ergo aliqua mora fuit inter creationem diaboli & eius lapsum.

¶Præterea, Orig. di. ꝙ serpēs antiquus nō statim supra pectus & ventrem suū ambulauit. Per quod intelligitur eius peccatum. Ergo diabolus non statim post primum instans suæ creationis peccauit.

¶Præterea, Posse peccare, cōmune est homini & angelo. Fuit autem aliqua mora inter formationem hominis & eius peccatum. Ergo pari ratione fuit aliqua mora inter formationem diaboli & eius peccatum.

¶Præterea, Aliud instans fuit in quo diabolus peccauit ab instanti in quo creatus fuit. Sed inter quælibet duo instantia cadit tempus medium. Ergo aliqua mora fuit inter creationem eius & lapsum.

¶SED CONTRA, est qd dicitur Ioha. 8. de diabolo, ꝙ in veritate non stetit. Et sicut Aug. dicit 11. de ci. Dei oportet vt hoc sic accipiamus ꝙ in veritate fuerit sed nō ꝑmanserit.

CONCLVSIO.

¶*Probabilius est & sanctorū dictis magis consonum, angelū statim post primum instans suæ creationis peccasse, præcipue si fuit in gratia creatus: non inconuenit autem, si non fuit in gratia creatus, moram aliquam fuisse inter creationem & lapsum.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ circa hoc est duplex opinio. Sed probabilior & sanctorum dictis magis consonans est, quòd statim post primum instans suæ creationis diabolus peccauerit. Et hoc necesse est dicere si ponatur ꝙ in primo instāti suæ creationis in actum liberi arbitrij proruperit, & cum grātia fuerit creatus, vt suprà diximus[c]. Cum enim angeli per vnum actum meritorium ad beatitudinē perueniant, vt suprà dictum est[c], si diabolus in primo instanti in gratia creatus meruit, statim post primum instās beatitudinem accepisset, nisi statim impedimentum præstitisset peccando. Si vero ponatur ꝙ angelus in gratia creatus nō fuerit, vel ꝙ in primo instanti actum liberi arbitrij nón potuerit habere: nihil prohibet aliquam moram fuisse inter creationem & lapsum.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū quòd per motus corporales qui per tempus mensurantur, quandoq; in sacra scriptura intelliguntur metaphoricè motus spirituales instantanei. Et sic per ambulationē intelligitur motus liberi arbitrij tendentis in bonum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ Orige. di. ꝙ serpens antiquus non à principio, nec statim supra pectus ambulauit, propter primum instans in quo malus non fuit.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ angelus habet liberum arbitrium inflexibile post electionem[e]. Et ideo nisi statim post primum instās,

a ¶*Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum sextum.*

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore tria facit. Primo vtranque opinionē refert & cōparat. Secūdo radices primæ. tertio radices secūdæ ponit.

¶Quo ad primum duo dicit, s. opiniones, & negatiuam, scilicet non fuit mora: probatur ex autoritate, & ex probabilitate rei in se.

¶Quo ad secundum duas radices ponit, scilicet angelum prorupisse in actum liberi arbitrij in primo instanti: & ꝙ fuit creatus in gratia. Ex his enim adiuncto tertio illo fundamento, scilicet quòd per vnū actū pergunt ad beatitudinem, sequitur quòd statim beatitudinem accepissent nisi statim impedissent.

¶Quo ad tertium dicit, quòd quocunque horum duorum negato, sequitur oppositum. Vbi aduerte, ꝙ licet etiam negato tertio fundamento, & concessis duobus, poneretur mora inter creationem & casum: vt Sco. negat: tamen quia hoc fundamentum tertium ex philosophiæ principiis euidenter sequitur, non connumerauit illud Sancti Thomæ cum illis duobus de quibus diuersæ substinentur opiniones. 313

Quæstio. ¶*Num angeli in gratia creati in primo instanti beatitudinem accepissent & per vnicum actum, nisi impedimentum præstitissent peccando.*

¶Hoc in loco occurrit dubium magnum valde: quia secundum instans fuit, libertatis & meriti, ita quòd liberum fuit omnibus immediate post creationis instans mereri & demereri: ergo erant omnes viatores: ergo nullus tunc fuit beatus. Et sic falsum est primo, ꝙ angeli creati in gratia, & merentes in primo instanti statim beatitudinem accepissent nisi, &c. Falsum est secundo, ꝙ per tantum vnum actum meritorium ad beatitudinem veniant: quia vnum omnes habuerūt. Repugnat & tertio, ꝙ via angelorum vna meritoria aut demeritoria operatione expleatur, & tamen post illam impedimentum præstari: hæc sunt quæ hanc S. Tho. doctrinam difficilem reddunt. 330

¶Ad hæc breuiter dicendum est, quòd vt apparet ex quolibetis S. Thomæ quolibeto 9. artic. 8. via angelorum ex duobus instantibus integratur. Sed alterum ita est via, ꝙ non terminus. Alterum vero est simul via & terminus. Via, inquantum est ex libero arbitrio. Terminus, inquantum consummate à Deo persunditur gratia. Quemadmodum in conuersione peccatoris ad Deum, idem instans est conuersionis & infusionis gratiæ. Et vniuersaliter quemadmodum in instantaneis simul est fieri, & factum esse. Esse igitur secundum instās libertatis & meriti dupliciter intelligi potest. Primo modo vt viæ distinctæ contra terminum: & sic negatur. Alio modo, vt in termino viæ: & sic conceditur. Esse autem in termino, stat cum libertate, merito & beatitudine: quoniam actus ille vt inchoat ex libero arbi. & gratia, meritorius est. Inquātum vero completur per gloriam, beatitudo est. Et sic verificantur omnia dicta. Et ꝙ statim post primum actum beatitudinem acceperint. Et ꝙ per vnum tantum actū meritorium perueniant ad beatitudinem: vnum scilicet vt viam, cum quo stat ꝙ exigatur, alter vt terminus. Et sic stat, ꝙ post vnum vt viam possit impedimentum præstari per alterum vt terminum. Via enim pura in vno consistit: sed aggregatum ex via & termino ex duobus actibus meritoriis, & instantibus constat. Et hæc est resolutio vltima. Sed contra hoc sunt obiectiones multæ Scoti in 2. dist. 5. in responsione ad qō. motam in distin. 4. & duo dicta San. Tho. impugnat. Primum est, quòd in secundo instanti simul fuit meritum & præmium. Quia meritum præcedit duratione præmium: vt ex quæstione præcedente probatum fuit ex ratione gratiæ perfectæ & imperfectæ secundum statum. Secūdū est, quòd in secundo instanti qdā posuerunt obicem. Quia merentes vsque ad nunc præmiationis, in illo nunc præmiati sunt: sed omnes per te meruerunt vsque ad nūc præmiationis: quia vsq; ad secundū nunc quod apud te est nunc præmiationis: ergo omnes præmiati sunt, & sic nullus peccauit. Maior probatur. Tum quia in nunc præmij non sunt amplius in via, ponentes autem obicem sunt in via. Tum quia homo in tota vita sua existens in merito in instanti mortis non potest demereri, aut obicē ponere quin præmietur: meruit enim vt daretur sibi tunc impeccabilitas. Minor autem

Fit tua supposito quòd via omnium angelorum fuerit æqualis, scilicet in duobus instantibus seu morulis apud te.

¶Ad prim rũespondetur, ꝙ meritũ dupliciter contingit, viæ puræ, & vt termini. Et ꝙ meritum puræ viæ præcedit duratione præmiũ. Sed meritũ vt in termino potest esse simul cũ præmio. Nec sequitur quòd simul sit gratia perfecta & imperefecta: sed ꝙ simul sit terminus gratiæ imperfectæ, & gratia perfecta. Meritũ em̃ quemadmodũ dupliciter contingit, scilicet vt in via, & vt in termino: ita infert imperfectionem gratiæ: vel vt in via, vel vt (c) in termino. (274) Et propterea ex rõne meriti rõnabiliter infertur, ꝙ merens prius duratione meruit, quàm præmiatus est: vt hic intulit S.Tho. Non tamen infertur, ꝙ nullum instans meriti sit (b) instans præmij. Ex eo (308) em̃ ꝙ meritum oportet (427) esse in termino viæ, & in via, necesse est duratione præcedere præmiũ, & gratiã esse imperfectã secundum statum. Ex eo vero, quòd post meritũ viæ sequitur meritum termini, necesse est simul esse meritum illius instantis cũ præmio: & esse terminũ gratiæ imperfectæ. Et sic salua pace minus benè intellectus est S.Tho. ab his qui dixerunt doctrinam S.Tho. in summa hac non esse eam quã in quolib. tradiderat. Iam em̃ apparet hanc doctrinã sine illa non posse saluari. Veruntamẽ diligẽter aduerte, ꝙ licet in sua opinione hic & ibi non discrepet: quia vtrobiq; tenet duplicem actũ meritorium concurrisse. Alterũ vt viã duratione præcedentẽ præmiũ: alterũ vt terminum natura tantũ præcedentẽ. In hoc tamen difformitas quædã est, ꝙ vbi nõ reputauit falsam opinionẽ, dicentẽ vnum tantũ fuisse actum meritorium, illũ, s. vt in termino fuit, & nullũ præcessisse meritorium vt in via: quã tamẽ opinionẽ hic reputauit falsam, dum in q. præcedẽte expresse voluit meritũ præcedere duratione præmiũ. Nec hoc est mirũ cõsideranti: ꝙ cõtinue intellectus studiosus perficitur. Tota tamen illa doctrina, quã pro rõnabilitate illius opinionis adduxit, simpliciter admittenda est, & applicãda ad meritum in termino. Ideo enim sic diligenter illam est prosecutus: quia suã opinionẽ illa egere doctrina videbat: cuius signum est, ꝙ argumenta in oppositũ soluit ex illa doctrina. Et tamẽ cõstat ꝙ ipse per se illam opinionẽ elegerat ibidẽ. Et constat etiã ꝙ mos eius & omnium, nisi aliud specificetur, est respondere ad argumenta secundum propriã scribentis opinionem. Quia ergo videbat argumenta illa cõmunia esse & suæ, & illi opinioni: ideo ex doctrina vtriq; cõmuni rñsiones cõstauit cõmunes: & hæc bene nota.

¶Ad secundũ vero dicitur, quòd mereri vsque ad nũc præmiationis cõtingit dupliciter, exclusiue & inclusiue. Et hoc quidẽ modo verum est quòd præmiantur, sed non primo modo. Et ad primã probationẽ in oppositũ dicitur quòd in nunc præmiationis sunt in termino viæ, & possunt ponere obicem tanquam in termino viæ existentes. Ad secundã vero dicitur, quòd in termino viæ hominis consummatur meritũ cuiusq;. Nec videtur verum, quòd tũc sit impeccabilis: sed quilibet est liber vt in termino viæ existens: quemadmodum de angelo dictum est.

¶Num vnus & idem actus angeli sit primus naturalis, & meritorius.

Quæstio. ¶In responsione ad tertium, dubium est non paruum. Quia hæc videntur sibiinuicem repugnantia, scilicet. quòd actus vnus angeli sit primus, naturalis, & meritorius. Si enim est meritorius, ergo est informatus gratia: & non sufficit esse habentis gratiam vt patet. Et rursus ergo actualiter vel virtualiter tendit in Deum vt principium gratiæ, & obiectum beatitudinis supernaturalis: quia gratia, seu charitas sua omnia sic in Deum ordinat. Et quia est primus ergo actualiter tendit in Deum vt obiectum beatitudinis: quia actualiter tendere est prius quã virtualiter: sicut vniuersaliter id quod est per se, prius est eo quod est per aliud. Constat nanque quòd actus virtualiter tendens in aliquod, ideo virtualiter tendit, quia manet in eo vis prioris actus actualiter tendentis in illud. Si autem est naturalis, siue quo ad exercitium actus, siue quo ad specificationem: ergo non est meritorius. Et de exercitio quod patet: quia sic nullo modo actus esset liber: & consequenter nullo modo meritorius. De specificatione vero deducitur facile: quia si actus ille sisteret ad obiectum naturale, ergo non tenderet in obiectum beatificum supernaturale aliquo modo, ergo non informatur gratia: ergo non meritorius. Et augetur maxime dubitatio quia S.Tho. in q. de malo. q. 16. ar. 4. vult naturalitatem primi actus angelici esse talem: vt angelus non potuerit simul ferri in obiectum naturale, & supernaturale in illo primo instanti.

¶Ad hanc obectionem dicitur, quòd si verba S. Thomæ ponderentur, apparebit solutio difficultatum. In primis non dixit illum actum angeli esse naturalẽ absolute, sed esse naturalem motum in bonũ. Ita quòd naturalitas, vt prius declaratum est, determinat actum non simpliciter, sed in ordine ad obiectũ. Et nunc adiungimus, quòd determinat actum in ordine ad tale obiectum, s. bonũ. Vnde intentio S.Tho. est accipiendo naturale vt distinguitur contra liberũ, dicere, quòd primus actus angeli non fuit totaliter liber libertate, quæ nata est naturaliter cõuenire libero arbitrio creato, s. ad bonũ & malum: sed fuit motus naturalis quo ad hoc ꝙ tẽdit in bonũ: quia non poterat esse malus. Et nõ quo ad hoc, quòd terminaretur ad obiectum pure naturale: vt sic naturalitas determinet actum quo ad specificationem à bono, siue naturali siue supernaturali: & determinet obiectũ naturale sic quòd non ad oppositũ eius, id est malum. nõ aũt sic, quòd nõ ad aliud quodcũque quia potest esse simul ad aliud non oppositum, sed perficiens: quale est supernaturale. Vnde actus primus angeli dupliciter est naturalis. Primo, quia tendit naturaliter, id est non libere, in bonum. Secũdo, quia tẽdit necessario in obiectũ vel pure naturale. puta si non habuit gratiã: vel nõ dissonũ à naturali, sed perfectiuum eius, puta si creatus fuit in gratia. Et per hancmet distinctionẽ vltimã patet quomodo intelligenda est doctrina S. Tho. in q. de malo. Quoniã tendere in supernaturalia contingit dupliciter, scilicet absolute, & vt conformia naturalibus. Tendere in supernaturalia absolute est tendere in ea indifferenter: ac per hoc bene vel male, &c. Tendere vero in ea vt conformia naturalibus, arctatur ad tendere bene: eo quòd malum est præter naturã. Et quia iã dictũ est, quòd angelus in secũdo instãti liber fuit ad bonum & malum. In primo aũt ex natura ad bonũ determinatus est: consequens est quòd non potuit tendere in primo instanti in naturalia & supernaturalia, nisi vt supernaturale est perfectio naturalis. Et quòd hæc sit mens S.Tho patet: quia constat, quòd apprehendere naturale & supernaturale vt perfectio est naturalis simul non inconuenit, quanuis absolute sit impossibile. Vñ ex hoc, quòd angelus in primo instanti non potuit apprehendere naturale & supernaturale absolute, optime sequitur: quòd non potuit peccare tunc, cum oportebat ipsum in naturalia ferri. Cum hoc tamẽ stat, quòd simul potuerit apprehendere aliquid supernaturale vt perfectionem naturalis, eo modo quo finis vlterior est perfectio finis anterioris ordinati in illum. Quẽadmodum vniuersaliter simul apprehendere & tendere possumus in finem, & in ea quæ sunt ad finem.

in quo naturalem motum habuit ad bonum, impedimentum beatitudinis præstitisset suisset firmatus in bono. Sed non est simile de homine. Et ideo ratio non sequitur.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ inter quælibet duo instantia, esse tempus medium habet veritatem inquantum tempus est continuum[e]: vt probatur in 6. physi. Sed tamen in angelis, qui non sunt subiecti cælesti motui, qui primo per tempus continuum mensuratur, tempus accipitur pro ipsa successione operationum intellectus, vel etiam affectus[e]. Sic igitur instans primum in angelis intelligitur respondere operationi mentis angelicæ, qua se in seipsam conuertit per vespertinam cognitionem, quia in primo die commemoratur vespere, sed non mane. Et hæc quidem operatio in omnibus bona fuit. Sed ab hac operatione quidam per matutinam cognitionem ad laudem verbi sunt conuersi. Quidam vero in seipsis remanentes facti sunt nox, per superbiam intumescentes, vt Augustinus dicit 4. super Geñ. ad literam. Et sic prima operatio fuit omnibus communis. Sed in secunda sunt distincti. Et ideo in primo instanti omnes fuerunt boni[e], sed in secundo fuerunt boni à malis distincti.

Quæstio *¶Num angeli in primo instanti suæ creationis meruerint vitam æternam.*

¶Circa eandem responsionem dubiũ aliud occurrit. An angeli in primo instanti vere & proprie meruerint vitam æternam. Si em̃ dicitur ꝙ sic, ergo habuerũt actum dilectionis electiuæ (314) respectu supernaturalis obiecti beatitudinis & si sic fuit, cũ electio eorum sit inflexibilis, ergo redditi sunt omnes impeccabiles: quòd est hæreticum. Si vero dicitur quòd non, ergo nõ amauerunt Deũ vt obiectũ supernaturalis beatitudinis, ergo nullo modo meruerunt, quòd est oppositũ doctrinæ tuæ. Secunda cõsequentia est per se nota: quia meritum nõ est nisi per actum charitatis: cuius obiectum constat esse Deum, vt obiectũ supernaturalis beatitudinis. Prima vero probatur, quia aut amauerunt Deum vt obiectum beatitudinis super naturalis dilectione electiua, aut naturali. non em̃ datur tertia. Sed non naturali: quia illa nõ se extendit suprà obiectum naturale: vt patet. ergo. Si non electiuam, nullo modo amauerunt Deum vt obiectum supernaturalis beatitudinis: quod erat deducendum.

¶Ad hoc respondetur dupliciter. Primo quòd non proprie meruerunt. Tum quia S. Tho. in responsione ad tertium dicit illũ motum fuisse naturalem Tũ quia in responsione ad quartum expresse dicit, quòd primum instans respondet operationi, qua mens angelica conuersa est in seipsam. Tum propter rõnẽ in oppositum adductam: quia, s. vere meritũ est actus electiuus. Sed insufficienter motos esse ad hanc opinionem sic dicentes, tripliciter declaratur. Primo ex eorum falsa suppositione. credunt enim quòd angelus in primo instanti ad naturalia tantum se conuerterit, cum gratia tamen: & ideo meruerit. Quod tamẽ est impossibile: quia ad rationem actus meritorij non sufficit, quòd sit actus non malus habentis gratiam: sed exigitur, quòd sit informatus gratia actualiter vel virtualiter: sicut vniuersaliter ad rationem cuiusque actus spectantis ad quemcunq; habitum, exigitur, quòd informatus sit illo habitu. Alioquin ex illo habitu nihil haberet: quoniam actus nullo alio modo aliquid habet ab habitu nisi per informationem: si autem informatus fuit charitate, ergo tetendit in obiectum charitatis, quòd est Deus supernaturaliter videndus. Et si adiunxeris, quòd primus actus non virtualiter, sed actualiter in obiectum charitatis tendit, vt probatum est: restat vt impossibile fuerit primum actum meritorium ad naturalia sistere. Secundo ex ratione vere & proprie meriti. Nihil enim aliud exigit, nisi vt de condigno & sufficienter quis vitam æternam mereatur: hoc autem omnibus fuit cõmune quoniam beatitudine quam meruerunt inquit S.Th. fuerunt quidam priuati: sufficienter autem meruisse intellige vt in via, non vt in termino: nisi perseuerantes vsque in finẽ. Tertio, ex solutione obiectionũ. Iam enim declaratum est quomodo motus ille non fuit naturalis absolute, sed in bonum.

¶Quod vero in responsione ad quartũ dicit S. Th. nihil obstat, quia vt ibi patet, non loquitur de conuersione angeli in se absolute, sed per cognitionem vespertinam: vt distinguitur contra matutinã propriè dictã, quæ est visio beata. Et intendit, quòd duo instantia attenduntur penes duas operationes angelicas, quarum vna succedit alteri: prima est vespertina, secunda matutina. Sed sub prima vespertina, si erant in gratia, cõprehẽditur omnis cognitio citra beatã quæ sola est matutina: ita quòd cognitio vespertina distinguitur in naturalẽ & reuelatã. Et similiter omnis cõuersio in se & in Deũ citra cõuersionẽ fruitionis. Patet autem hãc esse vere mentem literæ. Tũ quia expresse loquitur de vespertina cõuersione: vt distinguitur contra matutinam. Tũ quia de successione solicitus erat. Constat autem, quòd quotquot oppositiones simul ita teneas ponamus, non ponunt in numerum quo ad mensuram durationis, sed ad vnum tãtũ instans spectant: & ideo non fuit opus multiplicitatem operationis in primo instanti explicare. Designauit aũt illud magis ab actu naturæ, s. cõuersionis in se: qa ille fundamentum est omniũ & certior. Quũ autem quæritur aut dilectione electiua, &c. respõdeur, quòd quum dilectio electiua significet idẽ quòd libera, dilectio non solũ quo ad exercitium, sed etiã quo ad specificationẽ actus: & hæc sit duplex, distinguẽdum est iuxta supra dicta. Et dicẽdũ, ꝙ quædã est dilectio libera totaliter, & quædam nõ totaliter. Et loquimur de libertate naturaliter cõueniente volũtati creatæ. Illa est libera totaliter quę est etiã libera ad bonũ & malũ. Nã hęc libertas nata est naturaliter cõuenire libero arbitrio creato. Illa vero est libera, sed nõ totaliter: quæ quãuis sit indifferens ad hoc & illud, non tamẽ ad bonum & malum, Vnde angelus dilexit libere, seu dilectione electiua, non totaliter in principio instanti: quia non poterat pro tunc eligere malum. Quando vero dicitur, quòd electio angeli est inflexibilis, intelligitur de electione totaliter libera, quæ non potuit esse ante secundũ instans. Posset quoque dici, quòd illa dilectio fuit naturalis non angelo absolute, sed habenti gratiam in primo instanti sui esse, & tunc operanti: quoniam ex quo in illo instanti non potest fieri actus dissonans à gratia: consequens est, quòd liberũ arbitrium si supernaturalibus se immiscet, determinatur ad conformiter gratiæ se habendũ. Et sic quãuis dilectio naturalis absolute non tendat ad supernaturalia: dilectio tamen naturalis habentis gratiam, in primo instanti intendit in supernaturale. Et dicitur dilectio ista naturalis: quia est determinata ad vnum, ad conforme scilicet gratiæ, ita quod non ad oppositum. Et hæc duæ responsiones in idem redeunt.

¶Circa prædicta adhuc non quiescit intellectus: sed dubium consurgit. Quia si angeli omnes in primo instanti vere meruerunt per actum dilectionis Dei, vt obiectum est beatitudinis supernaturalis, ergo in secũdo instanti non tenebantur ad actualiter dirigendũ actum suũ in obiectum charitatis: ergo non peccauerunt eligendo bonum non cum debita subiectione ad Deum: sed aut nõ peccauerunt, aut peccauerunt eligendo malum. Prima consequentia probatur: quia præceptum charitatis est affirmatiuum, & obligat pro principio ad actualiter amandum,

ARTICVLVS VII.

a *¶Vtrum angelus supremus inter peccantes fuerit supremus inter omnes.*

238 inf. ar. 9. ad 3 m & 2. di. 1. arti. 1. & 3. con. c. 109. si. & opus. 15. cap. 19. & Eph. 2. col. 2. Et Iob. 40. col. 6.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ ille angelus qui fuit supremus inter peccantes, non fuerit supremus inter omnes. Dicitur enim Ezech. 28. Tu Cherub. extentus & protegens, posui te in monte sancto Dei. Sed ordo cherubim est sub ordine seraphim, vt Diony. dicit 7. cap. angelicæ hierar. Ergo angelus qui fuit supremus inter peccantes, non fuit supremus inter omnes.

¶Præterea, Deus fecit naturam intellectualem propter beatitudinem consequendam. Si igitur angelus qui fuit supremus inter omnes peccauit, sequitur ꝙ ordinatio diuina fuerit frustrata in nobilissima creatura. Quod est inconueniens.

¶Præterea, Quanto aliquid magis inclinatur in aliquid, tanto minus potest ab illo deficere. Sed angelus quanto est superior, tanto magis inclinatur in Deum. Ergo minus potest à Deo peccando deficere. Et sic videtur quòd angelus qui peccauit, non fuerit supremus inter omnes, sed de inferioribus.

¶SED CONTRA est quod dicit Greg. in homil. de Centum ouibus, ꝙ primus angelus qui peccauit dum cunctis agminibus angelorum prælatus eorum claritatem transcenderet, ex eorum comparatione clarior fuit.

CONCLVSIO.

¶Cum peccatum angeli ex arbitrij libertate præcesserit, consonum magis est supremum angelum inter peccantes fuisse supremum inter omnes.

¶RESPONDEO dicendum ꝙ in peccato est duo cõsiderare, scilicet pronitatem ad peccandum, & motiuum ad peccãdũ. Si ergo consideremus in angelis pronitatem ad peccandum, minus videtur ꝙ peccauerint superiores angeli, quàm inferiores. Et propter hoc Damascenus dicit, ꝙ maior eorum, qui peccauerunt, fuit terrestri ordini prælatus. Et videtur hæc opinio consonare positioni Platonicorum, quam Aug. recitat in libro de ciuit. Dei octauo & decimo. Dicunt enim ꝙ omnes dij erant boni. Sed dæmonũ quidã boni, quidam mali. Deos nominantes substãtias intellectuales, quæ sunt à globo lunari superius: dæmones vero substantias intellectuales quæ sunt à globo lunari inferius, superiores hominibus ordine naturæ. Sed est abiicienda hæc opinio tanquam à fide aliena: quia tota creatura corporalis administratur à Deo per angelos vt August. dicit tertio de trinitate[e]. Vnde nihil prohibet dicere inferiores angelos diuinitus distributos esse ad administrandum inferiora corpora, superiores vero ad administrãdũ corpora superiora, supremos vero ad assistẽdum Deo. Et secundum hoc Dama. dicit, ꝙ illi qui ceciderunt, fuerunt de inferioribus. In quorum etiam ordine aliqui boni angeli permanserunt. Si vero consideretur motiuum ad peccandũ, maius inuenitur in superioribus, quàm in inferioribus. Fuit enim dæmonum peccatum superbia, vt suprà dictum est[e]. Cuius motiuum est excellentia, quæ fuit maior in superioribus. Et ideo Greg. dicit, ꝙ ille qui peccauit, fuit superior inter omnes. Et hoc videtur probabilius. Quia peccatum angeli non processit ex aliqua pronitate, sed ex solo libero arbitrio. Vnde magis videtur cõsideranda esse ratio quæ sumitur à motiuo ad peccandum. Non est tamen inde alij opinioni præiudicandum, quia etiam in principe inferiorum angelorum potuit esse aliquod motiuum ad peccandum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Cherubin interpretatur plenitudo scientiæ, seraphin interpretatur ardentes, siue incendentes. Et sic patet ꝙ cherubin denominatur à scientia quæ potest esse cum mortali peccato[e]: Seraphin vero denominatur ab ardore charitatis, quæ cum peccato mortali esse non potest. Et ideo primus angelus peccans non est denominatus seraphin, sed cherubin.

¶Ad secundum, dicendum ꝙ diuina intentio non frustratur nec in his qui peccant, nec in his qui saluantur. Vtrorunq; em̃ euentũ Deus præcognoscit, & ex vtroque habet gloriam, dum hos ex sua bonitate saluat, illos ex sua iustitia punit. Ipsa vero creatura intellectualis dum peccat, à fine debito deficit. Nec hoc est inconueniens in quacunque creatura sublimi. Sic enim creatura intellectualis instituta est à Deo, vt in eius arbitrio positum sit agere propter finem.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ quantacunque inclinatio ad bonum fuerit in supremo angelo, tamen ei necessitatem non inducebat. Vnde potuit per liberum arbitrium ea non sequi.

ARTICVLVS VIII.

a *¶Vtrum peccatum primi angeli fuerit aliis causa peccandi.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum primi angeli peccantis non fuit aliis causa peccandi. Causa em̃ prior est causato. Sed omnes simul peccauerunt, vt Damas. dicit. Ergo peccatum vnius non fuit aliis causa peccandi.

¶Præterea primum peccatum angeli non potest esse nisi superbia, vt suprà dictum est[e]. Sed superbia excellentiam quærit. Magis autem excellentiæ repugnat, quòd aliquis inferiori subdatur quàm superiori. Et sic non videtur quòd dæmones peccauerint per hoc quòd voluerunt subesse alicui superiorum angelorum potius quàm Deo. Sic autem peccatum vnius angeli fuisset aliis causa peccãdi, si eos ad hoc induxisset vt sibi subiicerentur. Non ergo videntur quòd peccatum primi angeli fuerit causa peccandi aliis.

¶Præterea. Maius peccatum est velle subesse alteri contra Deum quàm contra Deum alteri velle præesse: quia minus habet de motiuo ad peccandum. Si ergo peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi in hoc quòd eos vt sibi subiicerentur, induxit: grauius peccassent inferiores angeli, quàm supremus. Quod est contra illud psal. Draco iste, quem formasti. Dicit glos. Qui cæteris in esse erat excellentior, factus est in malitia maior. Non ergo peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi.

¶SED CONTRA est quod dicicitur Apoca. 12. quòd draco traxit secum tertiam partem stellarum.

CONCLVSIO.

¶Primi Angeli peccatum fuit aliis causa peccandi: nonquidem cogens, sed, quadam quasi exhortatione inducens.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi: non quidem cogens, sed quadam quasi exhortatione inducens. Cuius signum ex hoc apparet, quòd omnes dæmones illi supremo subduntur, vt manifeste apparet per illud quod dicit Dominus Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Habet enim hoc ordo

dum, quod constat impleri à quolibet habente charitatẽ: qa in primo actu in Deũ tendit vt sui suorũq; omniũ finem: & sic omnia sua cõsequentia modo non repugnent virtualiter, tendunt in obiectũ charitatis, virtute, s. primi actus. Secunda vero consequentia probatur sic. Eligere bonũ absque actuali ordinatione ad Deum immediate post primum actum charitatis non est malum, imò est actus charitatis virtualiter: sed talis fuit actus angeli in secundo instanti apud S. Tho. vt patet ex supradictis. ergo male dictũ superius fuit, ꝙ sola inconsideratio actualis regulæ diuinæ ad peccatum angeli sufficit.

¶Ad hoc dicitur ꝙ argumentum procedit ex malo intellectu dictorũ S.Th. Imaginatur nanque ꝙ primũ peccatum angeli consistit in sola omissione actualis regulæ. Cum tamen peccauerit faciendo actum contrarium regulæ. Licet enim ex parte intellectus sola fuerit inconsideratio. liberum tamẽ arbitriũ cum illa inconsideratione non solum elegit sine illa, sed contra illam modaliter non obiectiue: sicut si incidens aliquid absque regula incidat oblique. Actus enim tunc non solum fit absq; regula, sed contra regulam. Patet autem sic angelum peccasse, quia superbiæ peccatum cõmisit. Superbia em̃ contrarie opponitur humilitati, & diuinæ regulæ, quoniã vt Boë. dicit, sola superbia se opponit. Vnde angelus peccans recessit à virtualitate charitatis, quã in primo actu habuit voluntarie superbiendo. Posset quoq; dici, quòd angelus in secundo instanti (quia erat primum & vltimum totalis suæ libertatis ad bonum & malum) tenebatur deliberare de fine vitæ suæ, sicut homo in principio suæ libertatis.

a *¶Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum septimum.*

Titulus clarus est. ¶In corpore quatuor. Primo radices duas diuersimode opinandi, secundo opinionem Damasceni penes primam radicem tractat: tertio opinionem Gregorij penes secundam. (341) Quarto comparat eas adinuicem tam opiniones quàm radices.

¶Quo ad primum radices sunt, pronitas ex parte peccantis, & motiuum ex parte obiecti.

¶Quo ad secundum quatuor dicit. Primo opinionem quòd de inferiori ordine fuerunt mali, & quòd maior inter (311) prælatos terrestribus fuit primus ex prima radice. Secundo, quid superficie tenus supponere videtur hæc opinio secundum Platonicos. Tertio reprehendit illud suppositum. Quarto ostendit quomodo potest bene intelligi opinio Damasc. & omnia clara sunt.

¶Quo ad tertium ex secunda radice, & quòd superiores peccauerunt, & quòd supremus peccantium erat supremus simpliciter.

¶Quo ad quartum comparat opiniones ex radicibus quo ad probabilitatem: & dicitur secunda probabilior, quia radix melior. Et quo ad falsitatem: & dicit quòd non propterea prima iudicanda est falsa, quia etiam in eis habet locum secunda radix: omnia clara.

a *¶Super Quæstionis sexagesimætertiæ Articulum octauum.*

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore vna conclusio responsiua, (e) Peccatum primi angeli fuit aliis causa peccandi, non cogens, sed (32) quasi exhortatione inducens. Probatur sic ab effectu. Cæteri dæmones sunt subditi primo. ergo eius suggestione peccarunt. Antecedens probatur autoritate Christi, Matth. 25. diabolo & angelis eius, id est nuntiis & ministris eius. Consequentia probatur, quia ordo diuinæ iustitiæ hoc habet, vt cuius suggestioni aliquis consentit in culpa, eius potestati subdatur in pœna. quod probatur secundæ Petri 2. A quo quis, &c.

Annot. ¶In responsione ad primum, dubium occurrit ex Scoto, vbi suprà: (327 2. dis. 6. art. 2. & di. 34. in expone. li. ad 1. m) contra hoc scilicet, ꝙ secundum instans est mora indiuisibilis in se, seu instantanea. Tum quia angeli peccauerunt pluribus peccatis diuersarum specierum: & non simul, sed ordine quodam. Tum quia peccatum malorum angelorum tẽtauit bonos: (34) ita ꝙ Apoc. 13. Victoria tentationis in laudem, & excellens meritum bonis ascribitur. ergo & tenet sequela. Tum quia si in instanti omnia perfecta essent, non fuisset, aut facillimum fuisset prælium inter eos. Tum quia mali prius peccauerunt: deinde tentauerunt & vltimo victoria bonorum resistentiũ subsequuta est. Non ergo instantanea fuit mora pugnæ & meriti.

¶Ad hæc dicitur breuissime, quòd totus ille ordo tam peccatorum, quàm pugnæ & victoriæ, &c. quum sit ordo operationum indiuisibilium seu instãtanearum non est ordo durationis sed naturæ & præsuppositioni. Quemadmodum quotcunque illuminationes ordinatæ in eodem sunt instanti. Victoriæ autem instantaneæ apud eos qui non sunt naturæ discursiuæ, sed omnia complete habent in instanti, summæ sunt laudis: quanuis apud nos qui cum continuo & tempore intelligimus pro nihilo habeantur.

Super

a ¶ Super Quæstionis sexagesimæ tertiæ Articulum nonum.

Cõment. TItulus clarus est.
¶ In corpore vna cõclusio responsuæ: Plures; remanserunt quam ceciderunt. Probatur: quia præter naturam inuenitur in pauioribus: peccatum autem est contra naturam angelorum. etgo.

a ¶ Super Quæstionis sexagesimæ quartæ Articulum primum.

Cõment. TItulus clarus est.
¶ In corpore duo. Primo distinctionem trimembrem ponit. Secundo iuxta singula membra conclusiones. Distinctio est, cognitio duplex, naturalis, & gratuita: & hæc duplex, speculatiua, & affectiua. Prima conclusio. Cognitio naturalis nec est ablata, nec diminuta. Probatur dupliciter. Primo quia consequitur naturam simpliciem. Secundo, autoritate Dionysij. Secunda, cognitio gratuita speculatiua est totaliter non ablata, sed diminuta. Probatur: quia pauca & obscure eis reuelantur quantum oportet, & per angelos seu effectus. Aliis autem plura & clarius. Tertia, cognitio affectiua est totaliter ablata. Probatur: quia charitas est ablata

226 lum. Quia igitur supremus angelus maiorem habuit naturalem virtutem, quàm inferiores, intentiori motu in peccatum prolapsus est. Et ideo factus est etiam in malitia maior.

ARTICVLVS IX.

a ¶ Verum tot peccauerunt, quot permanserunt.

328 AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd plures peccauerunt de angelis, quàm permanserunt. Quia vt dicit Philosophus, malum est vt in pluribus, bonum vt in paucioribus.

¶ Præterea, Iustitia & peccatum eadem ratione inueniuntur in angelis & hominibus. Sed in hominibus plures inueniuntur mali quàm boni: secundum illud Eccle. 1. Stultorum infinitus est numerus. Ergo pari ratione in angelis.

¶ Præterea, Angeli distinguuntur secundum personas, & secũdum ordines. Si igitur plures personæ angelicæ remanserunt, videtur etiam quòd non de omnibus ordinibus aliqui peccauerunt.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 4. Reg. 6. Plures nobiscum sunt quàm cum illis. Quod exponitur de bonis angelis qui sunt nobiscum in auxilium, & de malis qui nobis aduersantur.

CONCLVSIO.

¶ Plures Angeli permanserunt in gratia, quàm peccauerunt

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ plures angeli permanserunt quàm peccauerunt. Quia peccatum est contra naturalem inclinationem. Ea vero quæ contra naturam fiunt, vt in paucioribus accidunt. Natura enim consequitur suum effectum, vel semper, vel vt in pluribus.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ Philosophus loquitur quantum ad homines, in quibus malum contingit ex hoc ꝙ sequuntur bona sensibilia, quæ sunt pluribus nota, deserto bono rationis, quod paucioribus notum est. In angelis autem non est nisi natura intellectualis. Vnde non est similis ratio. Et per hoc pater responsio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum illos qui dicunt ꝙ diabolus maior fuit de inferiori ordine angelorum, qui præsunt terrestribus: manifestum est quòd non de quolibet ordine ceciderunt, sed de infimo tantum. Secundum vero illos, qui ponunt maiorem diabolum de supremo fuisse ordine: probabile est quòd de
a quolibet ordine aliqui ceciderunt; sicut in quemlibet ordinem
316 homines assumuntur in supplementum ruinæ angelicæ. In quo etiam magis comprobatur libertas liberi arbitrij, quæ secundum quemlibet gradum creaturæ in malum flecti potest. In sacra scriptura tamen nomina quorundam ordinum vt Seraphim & Thronorum, dæmonibus non attribuuntur, quia hæc nomina sumuntur ab ardore charitatis, & ab habitatione Dei, quæ non possunt esse cum peccato mortali. Attribuuntur autem eis nomina Cherubim, Potestatum & Principatuum: quia hæc nomina sumũtur à scientia & potẽtia, quæ bonis malisque possunt esse cõia[c].

QVAESTIO SEXAGESIMA-quarta de Pœna dæmonum, in quatuor articulos diuisa. 346

CONSEQVENTER quæritur de pœna dæmonum. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primo de obtenebratione intellectus. ¶ Secundo, de obstinatione voluntatis. ¶ Tertio de dolore ipsorum. ¶ Quarto, de loco pœnali ipsorum.

ARTICVLVS I.

a ¶ Verum intellectus dæmonis sit obtenebratus per priuationem cognitionis omnis veritatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus dæmonis sit obtenebratus per priuationem cognitionis omnis veritatis, Si enim aliquam veritatem cognoscerent, magis cognoscerent seipsos, quod est cognoscere substantias separatas. Hoc autem eorum miseriæ non conuenit, cum ad magnam beatitudinem pertinere videatur: intantum quòd quidam vltimam beatitudinem hominis posuerunt in cognoscendo substantias separatas. Ergo dæmones priuantur omni cognitione veritatis. 319 2. di. 7. q. 2. arti. 1. & mal. q. 16. ar. 6.

¶ Præterea, Id quod est maxime manifestum in natura, videtur esse maxime manifestum in angelis, siue bonis, siue malis. Quòd enim non sit nobis maxime manifestum, contingit ex debilitate intellectus nostri à phantasmatibus accipientis: sicut ex debilitate oculi noctuæ contingit, quòd non posit videre lumen solis. Sed dæmones non possunt cognoscere Deum, qui est secundum se manifestissimus, cum sit in summo veritatis, eo quòd non habent mundum cor, quo solo videtur Deus. Ergo nec alia cognoscere possunt.

¶ Præterea, Cognitio rerum angelis conueniens est duplex secundum August. s. matutina & vespertina. Sed cognitio matutina non competit dæmonibus: quia non vident res in verbo. Nec cognitio vespertina, quia cognitio vespertina refert res cognitas ad laudem Creatoris. Vnde post vespere fit mane, vt dicitur Gen. 1. Ergo dæmones non possunt cognitionem de rebus habere.

¶ Præterea, Angeli in sua conditione cognouerunt mysterium regni Dei, vt Augu. dicit quarto super Gene. ad literam. Sed dæmones hac cognitione priuati sunt. Quia si cognouissent, nequaquam dominum gloriæ crucifixissent, vt dicitur 1. Cor. 2. Ergo pari ratione omni alia cognitione veritatis sunt priuati.

¶ Præterea, Quancunque veritatem aliquis scit, aut cognoscit eam naturaliter, sicut nos cognoscimus prima principia: aut accipiendo ab alio, sicut quæ scimus addiscendo: aut experientia longi temporis, sicut scimus inueniendo. Sed dæmones non possunt cognoscere veritatem per suam naturam, quia ab eis diuisi sunt boni angeli, sicut lux à tenebris, vt August. dicit. Omnis autem manifestatio fit per lumen, vt dicitur Ephes. 5. Similiter etiam neque per reuelationem, neque addiscendo à bonis angelis: quia non est conuentio lucis ad tenebras, vt dicitur 2. Corin. 6. Neque per experientiam longi temporis: quia experientia à sensu oritur. Ergo nulla in eis est cognitio veritatis.

¶ SED CONTRA est quod Dio. dicit 4. ca. de di. nom. quòd data sunt dæmonibus aliqua dona, quæ nequaquam mutata esse dicimus: sed sunt integra & splendidissima. Inter ista autem naturalia dona est cognitio veritatis. Ergo in eis est aliqua veritatis cognitio.

CONCLVSIO.

¶ Cognitio naturalis in angelis peccantibus non est abiblis ablata, vel diminuta: gratuita vero speculatiua quorundam secretorum Dei, est diminuta: gratuita vero, qua ferebantur in Dei amorem, est totaliter ablata.

¶ RESPONDEO dicendum ꝙ duplex est cognitio veritatis. Vna quæ habetur per gratiam: alia quæ habetur per naturam. Et ista quæ habetur per gratiam est duplex. Vnam quæ est speculatiua tantũ, sicut cũ alicui aliqua secreta diuinorum reuelantur. Alia vero, quæ est affectiua producens amorem Dei. Et hæc propric pertinet ad donum sapientiæ[c]. Harum autem trium cognitionum prima in dæmonibus nec est ablata, nec diminuta. Consequitur enim ipsam naturam angeli, qui secũdũ suam naturam est quidam intellectus, vel mens. Propter simplicitatem autem suæ subsistantiæ à natura eius aliquid subtrahi non potest: vt sic per subtractionem naturalium puniatur, sicut homo punitur per subtractionem manus, aut pedis, aut alicuius huiusmodi. Et ideo dicit Dio. ꝙ dona naturalia in eis integra manent. Vnde naturalis cognitio in eis

a ¶ Super Quæstionis sexagesimæ quartæ Articulum secundum.

TItulus clarus est.
¶ In corpore duo. Primo tractat opinionem Originis. Secundo determinat veritatem.

Cõment. ¶ Quo ad primum duo. Primo opinionẽ in duobus pũctis & causa eorũ scilicet ꝙ oẽs mobiles præter Christum: causa primi, libertas causa secundi, vnio Verbi, Secũdo dicit hanc rãquam erroneam vitandam, ratione & autoritate. Ratio est, quia ruit ratio beatitudinis sanctorum. Autoritas Christi.

¶ Quo ad secundum tria dicit. Primo conclusionem responsuam, scilicet dæmones sunt obstinati in malo, & sancti confirmati in bono. Secundo vnde huius causa sumenda sit ostendit, scilicet non ex gratuitate santum culpæ, quia omnes culpæ remissibiles sunt: sed ex conditione status, scilicet quòd extra viam sint, quia hoc est angelis casus quod hominibus mors. Tertio causam ipsam assignat. Vbi aduerte primo, quòd gratuitatem culpæ non dixit San. Thomas non esse causam. sed non tantũ esse causam: quia in rei veritate gratuitas culpæ tanta, quanta est peccati mortalis quædam causa demeritoria & ex genere: quia mortalis & ex specie, qa superbia & ex causa, quia ex malitia: & ex conditione peccantis, quia tam spiritualis, &c. est obstinationis, eo quòd iustum est vt qui non venialiter sed vsque adeo delinquit vt impotentem se faciat ad bene faciendum, hac pœna mulctetur, vt bene velle non possit. Non tamen hæc sufficiens & proxima est obstinationis causa, quia quantumcunque grauior sit culpa, remissibilitatem ex grauitate non excludit. Aduerte secundo, quòd causas duas obstinationis inquirimus, subordinatas tamẽ: quoniã causa proxima quare mali sint obstinati, & illi sint confirmati, est status eorum: quia scilicet sunt iam extra viam. Conditio enim viatorum est mutabilitas de bono in malum. Sed causa quare angelus cadendo fiat extra viam sicut homo moriendo est anterior causa huius obstinationis & confirmationis: quoniam est causa status extra viam, qui est causa obstinationis. Et consequenter est causa principalis. Et propterea post assignatam status conditionem ex autoritate Damas. in litera, proponitur venanda obstinationis causa, scilicet principalis: vbi tria facit. Primo causam assignat talem. Angelus apprehendit immobiliter, ergo appetit immobiliter. Et sic postquam semel legit bonum aut malum, inflexibilis est. Antecedens probatur: quia angelus apprehendit sine discursu omnia, sicut nos principia. Consequentia vero probatur. Tum, quia vniuersaliter appetitus proportionatur apprehensiuæ virtuti, sicut mobile suo motori. Quod declaratur in nobis, quia appetitus particularis sequitur apprehensionem singularem, & vniuersalis vniuersalem. Tum ex opposito quia apprehensionem mobilem sequitur appetere mobiliter, vt pater in homine, cuius apprehensio differt ab angelica: quia mobilis est, quia discursiua ad vtrunque oppositorum electio quoque mutabilis est. Secundo confirmatur consueta differentia inter liberum arbitrium angeli & hominis. Tertio remittit se ad locum alium in tertia parte de obstinatione hominum cuius meminerat.

Quæstio. *¶ Num ex eo quòd angeli apprehendunt immobiliter, appetant & eligant immobiliter: & quænam præcisa & sufficiens causa sit immobilitatis cuiusuis creaturæ in aliquo obiecto.*

¶ Circa antecedens assumptum occurrit dubium. Primo ex ratione discursus negati ab angelo, de quo suprà dictum est. Secundo: quia æquiuocatur de apprehensione: quoniam immobilitas conuenit apprehensioni naturali: modo autem loquimur de apprehensione practica supernaturali, respectu quorum peccatum est quam non esse immobilem patet in dæmone prouocante mortem Christi, & postmodum dissuadente per vxorem Pilati. Tertio: quia erratur in radice immobilitatis quoniam non discurrere non est sufficiens ratio immutabilis apprehensionis, quoniam & immutabilis cognitio stat cum discursu, vt patet in conclusionibus geometricis. Et cum negatione discursus stat mutabilis cognitio, propter successionem cognitionũ simplicium: quia cognoscens actu absque discursu aliquid est in potentia ad cognitionem oppositi: vt si cognoscens quòd omne totum est maius sua parte, esset impotentia ad cognoscendum oppositum sui simpliceem apprehensionem: vnde si per simplicem apprehensionem cognoscatur ratio aliqua alicuius conclusionis, & postmodum per simpliceem apprehensionem apprehendat ratio alia probabilior, ad oppositum intellectus flecti potest ad hanc secundam, Quarto: quia omittitur vera radix immobilitatis, scilicet connaturalitas. Ex eo enim quòd aliquorum cognitio est naturaliter indita siue speculatiue, siue practice, oritur immutabilis apprehensio, vt patet in primis principiis. Ex hoc enim excluditur potentia ad oppositum & non ex eo quòd per simpliceem apprehensionem cognoscitur, vt experimur in prima operatione intellectus. Quinto: quia si angelus apprehendit immobiliter quum in primo instanti omnes apprehenderint Deum, vt obiectum beatificum, amabilem super omnia, & cæteraꝛ ergo semper hãc cognitionem practicam seruant, & sic in secundo instanti non peccauerunt. 445 288 c d 330 2. d. 7. q. 1. arti. 2. Et veri. q. 24. ar. 1. & art. 2. cor. & mal. q. 16. art. 5. 232 b 523 b 270

¶ Circa consequentiam occurrit dubium, quo ad vtranque eius probationem vt simpliciter. Et quid contra primam probationem arguit Scotus in 2. distin. 7. prima, aut intendit de motore sufficiente, aut insufficiente. Si de sufficiente, manifeste falsum est, quòd oportet mobile proportionari tali motori: quamuis verum sit voluntatem moueri sic ab intellectu. Si de sufficiente: quamuis verum sit mobile oportere proportionari motori falsum tamen est, & repugnans dictis tuis, intellectum esse motorem sufficientem respectu voluntatis. Falsum quidem, vt in 25. distin. huius declarabitur. Repugnans vero, quia duo ex hoc sequuntur. primo quòd angelus non potuerit peccare. Secundo, quòd non solum post primam electionem, sed in prima vel ante primam electionem sit voluntas immobilis. Primum deducitur sic. intellectus ante peccatum immobiliter & recte apprehendit. & mouit voluntatem, quia pœna non præcessit culpam: & sicut est, ita mouet: quia naturaliter mouet: ergo voluntas à recto & immobili immobiliter mota, ad rectum immobiliter tendit: ergo nũquam potuit peccare. Secundum vero sic: quia par ratio est de prima apprehensione & consequentibus: omnes enim immobiles sunt. 327

¶ Contra secundam autem probationem & consequentiam simul arguit, quia stat immobilitas intellectus cum mobilitate voluntatis: vt patet in homine certo de aliqua conclusione per discursum. Ex hoc enim sequitur primo, quòd consequentia non valeat: quia sic etiam voluntas hominis respectu certorum esset immutabilis. Et sequitur secundo, quòd differentia assignata inter voluntatem angeli & hominis non valeat, quia immutabilitas intellectus, quanuis in angelo

sine discursu, in homine etiam cum discursu inueniatur: tamen in homine voluntas est mobilis: ergo & in angelis. Contra ipsam vero cõsequentiã obiicit idem Scotus ibidem: quia effectus communis in homine & angelo, oportet assignare causam vtrique cõmunem. sed obstinatio est communis effectus, & vnius rationis in vtroque, vt Aug. innuit de fide ad Petrum, cap. 6. Immobilitas autẽ apprehensionis, non est cõis angelo & homini. ergo. Probatur minor: quia quũ in hac vita nunquã immobilitetur homo in malo, aut in anima separata obstinata, redditur absque præuia apprehensione immobili: aut præuia in statu separato. Noli secundum: quia anima separata non demeretur: ergo primum: quod est intentum. Et confirmatur: quia Lazari anima fuit separata. Et tñ nec immobilitatus est in bono nec in malo.

Annot. ¶*Num voluntas angeli sit inflexibilis post electionem.*

¶Contra conclusionem obiicit Scotus vbi suprà, intendens probare, quòd voluntas angeli non sit inflexibilis post electionem, quadrupliciter. Primo autoritate August. de fi. ad Pet. cap. 5. volentis, q si homo ex se posset redire ad iustitiam, multo magis angelus: ergo, inquit Scotus, natura angeli nõ magis repugnat reuersioni ex se ad bonum, quàm natura hominis: sed si esset inflexibilis post electionem, magis repugnaret vt patet. igitur. Secundo ratione tali, causa totalis non aliter causat nisi secundũ qd ipsa causa aliter se habet: & hoc deductis impedimentis: ergo voluntas non aliter causat actus post primã electionẽ nisi ipsa: secũdũ qd causa aliter se habeat. Sed ex hoc q elicuit primã electionẽ, non aliter se habet secundũ qd causa: ergo eadem libertatis autoritate causare põt actus consequentes sicut primum: processus clarus est totus. Et illa propositio, s. q post primam electionem non aliter se habet secundum qd causa pbatur, quia ipsa est causa vt prior suo actu & non vt stat sub actu. Prius autem vt prius, non variatur ex posteriori. Et confirmatur: quia nulla causa secunda potest esse causa principali causæ agendi opposito modo illi qui conuenit principali causæ ex sua causalitate: alioquin non esset principalis causa, sed voluntas ex se agit libere: ergo per nullum habitum aut actũ supperadditũ agit necessario. Tertio, quia dæmon pluribus peccatis non simul peccauit: ergo non quæcunq; adhæsio fecit ipsum obstinatũ, & posuit in termino. Quarto, quia apud te omnes angeli in primo instanti meruerunt & adhæserunt bono: ergo inflexibiliter, & sic impeccabiles: quod est falsum.

¶Contra eandem arguunt Durandus & Gregorius: quia ex hoc sequitur q angeli boni sint naturaliter confirmati in bono, nec male velle possunt: quod est contra Damas. lib. 2. cap. 3. Nunc immobiles sunt ad malum, non natura sed gratia.

¶Ad dubiũ contra antecedens respondetur: positio S. Th. fundatur super duabus propositionibus. Prima est, quòd naturalis cognitio angeli est immobilis. Secunda est, q supernaturalis cognitio est per modũ naturalis, & consequenter immobilis. Prima propositio non fundatur super alio fundamẽto, quã eo quod posuit S. Th. in litera, s. negatione discursus. Sed intelligendum est, non solum de discursu in actu, sed in potentia. Ita q non ex hoc, q aliqua cognitio habetur absque discursu concluditur immobilis, sed ex hoc, q naturalis quum sit, nec terminat, nec terminare potest discursum. Ex hoc enim manifeste excluditur etiam mobilitas per vicissitudinem. Nam quũ vnicuiq; naturæ intellectuali naturaliter inditã esse oporteat aliquã cognitionem immobilẽ, vt patet ex hoc, quia hoc præstitum est animæ nostræ, quæ infima omnium, si aliquorũ cognitio congenita est: & reliquorum acquirenda relinquitur, opus est discursu quo ex notis principiis ad ignota se perducendo perficiat, vt patet in nobis. Non eñ potest dici, q superiores habeant talem notitiam congenitam aliquorum, & quòd priuata sint habitudine principiis respectu ignotorum, quum habere hanc rationem principij sit nobilitatis præsupposita ignorantia aliorum. Si vero omnium notitia cõgenita est, neque discursus, neque vicissitudo habitualis locum habere potest. Sed omnium notitia ad illam comparatur naturam quemadmodum notitia principiorum ad nos, ac per hoc immobilis est omnino. Et sic radix immutabilis cognitionis est absolute non discurrere, tam actu quàm potentia: quòd enim est sic intellectiuum omnium, notitiam habitualem habet congenitam actu, ac per hoc ad oppositum nullam habet potentiam: & consequenter immutabilis est cognitionis. Secunda vero propositio fundatur super hoc, q vnumquodq; recipitur in aliquo per modum recipientis, & gratia perficit naturam modo conformi illi naturæ. Et experimur, q eo modo, quamuis non ea euidentia cognoscimus & iudicamus de supernaturalibus, quo de naturalibus. Ex his autem patet responsio ad omnes obiectiones in oppositũ, præterquam ad vltimam. Nulla eñ æquiuocatio commissa est, sed omni cognitione siue naturali, siue supernaturali verificatur immobilitas: quãuis de naturali primo & de supernaturali cõsequenter propter illam & non ex se. Negatio quoq; discursus, nõ actualis tãtũ, & respectu vnius singularis cognitionis, sed tam actu quàm potentia, & totius naturæ cognoscentis posita est causa immutabilitatis: qm ex tali negatione oritur negatio viæ ad opposita, scilicet ex principiis ad conclusiones: & vbi hæc negatio totaliter inuenitur, habet secũ annexã negationẽ vicissitudinis habitualis, vt patet: ac per hoc nulla via restat ad opposita. Tacta est ergo & inclusa connaturalis cognitionis tãquam radix immutabilitatis ponendo negationẽ totalẽ discursus proprie dicti in tota vna natura: quia (vt iam dictum est) hoc manifeste infert actualiter inesse habitualem notitiam omniũ tanquã principiorũ. Ad vltimã autẽ obiectionẽ dicẽdũ est, q quum dicitur omnẽ apprehensionẽ angeli esse immobilẽ intelligitur de apprehensione completa & iudiciaria: ita q quũ semel iudicauerint aliqd immobiliter, illud met semper iudicant & ex hoc excludit tã instãtia de fluctuatione dæmonis de morte Christi & de pugna angelorum bonorũ apud Danielem, & aliorũ eiusmodi (quia scilicet in nullo horum fuit totale iudicium, sed velut dubia & suspensa tẽtatio) quã instantia de iudicio angelorũ in primo istãti. Quoniã tale iudiciũ cõpletũ nõ fuit, nõ pter dubitationẽ aut in euidentiã annexã, sed pter defectũ libertatis iudiciũ nãq; de fine supernaturali amãdo in viatore puro ex sui natura exigit q sic liberum ad bonum & malum: alioquin cõpletũ non est, in primo aũt instanti iudiciũ illud liberum nõ fuit ad bonũ & malũ. Sed determinatum necessario erat ad bonum: quemadmodum ipsum liberum arbitrium, vt dictum est.

alium reparari potuit. Ergo non sunt in malitia obstinari.

¶Præterea. Quicunque est in malitia obstinatus, nunquã bonũ opus operatur. Sed dæmon aliqua bona opera facit. Confitetur enim veritatẽ, dicẽs Christo, Scio quia sis sanctus Dei. Mat. primo. Dæmones etiam credunt & contremiscunt: vt dicit Iac. 3. Dio. etiam dicit 4. ca. de di. no. quòd bonum & optimum concupiscunt esse viuere & intelligere. Ergo non sunt obstinati in malitia.

¶SED CONTRA est quod dicitur in psal. Superbia eorũ qui te oderũt ascẽdit semper. Quod de dæmonibus exponitur. Ergo semper obstinati in malitia perseuerant.

CONCLVSIO.

¶*Quia hoc est angelis casus, quod hominibus mors, Angeli boni diuinæ iustitiæ adhærentes, confirmati sunt in bono: angeli vero mali & dæmonei obstinati remanserunt in malo.*

¶RESPONDEO dicendũ, q Origenis positio fuit, q omnis voluntas creaturæ propter libertatem arbitrij potest flecti & in bonum & in malum, excepta anima Christi propter vnionem verbi. Sed hæc positio tollit veritatem beatitudinis à sanctis angelis & hominibus, quia stabilitas sempiterna est de ratione veræ beatitudinis. Vnde & vita æterna nominatur. Repugnat etiã autoritati scripturæ sacræ, quæ dæmones & homines malos in supplicium æternum mittendos, bonos autem in vitam æternam transferendos pronuntiat. Vnde hæc positio est tanquam erronea reputanda, & tenendum est firmiter secundum fidem catholicam, quòd & voluntas bonorum angelorum confirmata est in bono, & voluntas dæmonum obstinata est in malo. Causam autem huius obstinationis debes accipere, non ex grauitate culpæ, sed ex conditione naturæ status. Hoc enim est hominibus mors quod angelis casus, vt Damasc. dicit. Manifestum est autem, q omnia mortalia peccata hominum, siue sint magna, siue sint parua ante mortẽ sunt remissibilia, post mortem vero irremissibilia, & perpetuo manentia.

¶Ad inquirendum ergo causam huiusmodi obstinationis considerandum est, quòd vis appetitiua in omnibus proportionatur apprehensiue, à qua mouetur sicut mobile à motore. Appetitus enim sensitiuus est boni particularis, voluntas vero vniuersalis, 998 vt suprà dictum est[e], 201 sicut esse sensus apprehensiuus est singularium, intellectus vero vniuersalium[e]. 144 Differt autem apprehensio angeli ab apprehensione hominis in hoc, quòd angelus apprehendit immobiliter per intellectum, sicut & nos immobiliter apprehendimus prima principia, quorum est intellectus: homo vero per rationem apprehendit mobiliter discurrendo de vno ad aliud, habens viam procedendi ad vtrunque oppositorum. Vnde & voluntas hominis adhæret alicui mobiliter quasi potens etiam ab eo discedere & contrario adhærere: voluntas autem angeli adhæret fixe & immobiliter. Et ideo, si consideretur ante adhæsionem, potest libere adhærere & huic & opposito, in his scilicet, quæ non naturaliter vult. Sed postquam iam adhæsit, immobiliter adhæret. Et ideo consueuit dici, q liberum arbitrium hominis flexibile est ad oppositũ, & ante electionem, & post: liberum autem arbitrium angeli est flexibile ad vtrunq; oppositum ante electionem, sed non post. Sic igitur & boni angeli semper adhærentes iustitiæ sunt in illa confirmati, mali vero peccantes sunt in peccato obstinati. De obstinatione vero hominum damnatorum infrà dicetur[c].

Et ideo non ex plena libertate iudicauerunt illud bonum esse amandum super omnia: & ideo non immobiliter, sed in secundo instanti iudicium illud fuit plenè in eorum libertate, nulla euidentia conueniente intellectum ad alteram partem, quoniam de supernaturalibus iudicium erat, & iam erant ad bonum & malum liberi: & ideo illud fuit immobile quod iudicatum est tunc.

¶Ad obiectionis Sco. cõtra primã pbationẽ cõsequẽtiæ dicit, q sermo est de motore sufficiẽte in suo ordine. obiectiue eñ in gñe cãæ finalis, intellect⁹ est sufficiẽs motor volũtatis. Nec hoc est falsũ, vt inferius quũ de intellectu & volũtate qret, manifestabit. Nec repugnat dictis. Neutrũ eñ eorum quæ inducũt, sequit, qm intellectus: & si nõ male: deficienter tñ mouit volũtatẽ angeli ad primã electionẽ, vt ex supradictis patet. Et iõ deficiens à rectitudine mouit volũtatẽ immobilr ad actũ malũ. Scdm vero incõueniẽs duplr intelligi põt. Vno mõ q, prima electio sit immutabilis, ita q prius natura quã intelligimus ipam positã, nõ possit alr fieri quin ipa talis ponat. Et hoc ppriè vocat immobilitas añ electionẽ, & est impossibilis angelo. Alio mõ, q etiã ipa pría electio ex quo posita est: nõ põt retractari. Et hoc mõ oĩs electio angeli est immobilis: & hoc manifeste est ipa nra positio.

¶Ad obiectionẽ aũt cõtra scdam pbationẽ dicit, q differentia assignata est optima, & q de notitia practica seu affectiua in particulari cũ cæteris singularib⁹ circũstãtiis loquẽdo, nulla cognitio p discursũ acqsita, est alicui hoĩ immobilis, naturalr loquẽdo, qm iudiciũ in particulari, nũc hic, in ordine ad hæc, &c. põt semper variari, vel ex aliquo passiõis motu insurgente, vel ex aliquo medio pbabiliore nũc scdm apparẽtiã, vl ex obliuiõe prioris medij, aut in cõsideratiõe eiusdẽ, q oĩa ad discursum pertinet. Non sic aũt est in angelo in quo semper conclusio cum suo medio offert, q a nõ est ibi discursus. vñ patet, q differẽtia volũtatũ penes discurrere & non discurrere, mobilitatẽ & imobilitatẽ inducit. ¶Ad obiectionẽ aũt cõtra cõsequẽtiã dicit, q obstinatio dæmonis & aĩæ separatæ nõ est oĩno eiusdẽ rõnis scdm veritatẽ. nec scdm Aug. Et iõ nõ oportet q habeat cãm cõem eiusdẽ rõnis in vtroq;: Sed eo modo quo aliqualr est eiusdẽ rõis, sic aliqualr habet cãm cõem, & illa ẽ imobilitas tã intellect⁹ q volũtatis aĩæ positæ extra statũ viæ. Et dico, q aĩa obstinata reddit p primũ actũ, quẽ elicit in statu separatiõis, & q oĩa tũc demeret, nõ vt in via, sed vt in termino: vt ex superi⁹ dictis patet. Aĩa autẽ Lazari quis extra pñtẽ vitã, nõ tñ extra viã posita fuit dispensatione diuina q nulli legi arctat. Nec hoc op; pbare, q a ad sensum patuit. ¶Ad argumẽta Scoti cõtra conclusionẽ dicit, & prío an authoritate Aug. q cũ veritate illi⁹ cõditionalis, stat veritas nostræ categoricæ: qm redire ad bonũ post pcm mortale, nonnisi Deiformi natura q gratia vocat, fieri põt. Et si illa eẽt naturalis hoĩ, à fortiori angelo, qui speculũ ẽ purissimũ suscipiẽs totã, si fas ẽ dicere, Dei pulchritudinẽ apud Diony. Cũ veritate igit hui⁹ cõditiõalis, i. si vis q reddit ad bonũ, esset hoĩ, à fortiori in esset angelo: stat q nec hõ, nec angel⁹ positã malo resurgere, & q ille imobilr ex se malo adhæreat postquã elegit illud. ¶Ad rõnẽ aũt dicit: q volũtate vt priorẽ actu eẽ cãm sui act⁹, põt duplr itelligi. Prío vt ly actu, distribuat p oĩ actu volũtatis simplr: & est sensus, voluntas vt prior oĩ sua opatiõe, est cã oĩs sui velle & in hoc sensu ppositio ẽ falsissima, sic eñ est cã tñ primi sui velle: qm volũtas affecta primo suo actu, q est amor finis, vult cætera, & nuda nihil vult nisi finẽ quẽ prío vult. Scdo vt ly actu, distribuat accõmode: & est sensus, volũtas vt prior actu eliciendo est cã illius: & sic est verissima, qm vniuersaliter causa efficiens est prior natura

natura effectu. Nec est quærenda alia causa huius, nisi ipsa natura voluntatis cui naturaliter conuenit, quòd aliter causat nuda, & aliter affecta, eo quòd transit in affectionis suæ naturam. Ad confirmationem vero dicitur, quòd voluntas obstinata est libera, & libere causat actus suos: quamuis non sit libera hac libertate, scilicet ad bonum & malum. vnde simpliciter loquendo argumentum non valet: est determinatum ad malũ immobiliter, ergo non est libera: imò est sophisma consequentis à negatione minus communis ad negationẽ magis cõmunis. Quemadmodũ enim cum libertate voluntatis stat immobilis determinatio eius ad bonum formaliter. quia nemo operatur respiciens ad malum. Ita cum determinatione ad malum stat libertas plurium eligibilium sub illo malo. Quòd si ad libertatem respectu boni & mali restringatur argumẽtum, dicendum est, quòd causare libere ad bonum & malum, esse modũ causandi conuenientem voluntati ex se: potest intelligi dupliciter. Vno modo vt ly ex se aut per se, teneatur positiue: vt sit sensus, quòd voluntas vẽdicat sibi per se iuxta aliquem modum perseitatis, talem modum causandi. Alio modo vt ly per se, teneatur negatiue, id est nullo addito: vt sit sensus, quòd voluntas creata nulla sibi additione facta, habet hunc modum causandi, scilicet libere ad bonum & malũ. Et hac distinctione stante, dicitur, quòd si in argumento sumatur ly per se, positiue, maior est vera, sed minor falsa: quoniam nulli voluntati conuenit talis libertas p se in primo, aut in secũdo modo dicendi per se: alioquin oporteret dicere, quòd voluntas beatorũ potest peccare, quod enim conuenit alicui per se, necessario & inseparabiliter conuenit. Si vero sumatur ly per se, negatiue, tunc minor est vera, sed maior est falsa: quoniam oppositum eius quod conuenit alicui per se negatiue, id est nude sumpto, potest conuenire per aliquid adiunctum, vt manifeste patet: & sic est in proposito: quoniam voluntas si nuda est, libera est ad bonum & malum. si affectione determinata ad malum aut ad bonum, amplius talem libertatem non habet: libera tamen semper remanet respectu eorum quæ sunt ad finem suum siue bonum, siue malum. Ad tertiam autem & quartam obiectiones patet responsio ex supradictis.

ar. 1. 586 3. parte. 300

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd boni & mali angeli habent liberum arbitrium, sed secundum modum & conditionem suæ naturæ, vt dictum est[c].

¶Ad secundum dicendum, quòd misericordia Dei liberat à peccato pœnitentes. Illi vero qui pœnitentiæ capaces non sunt, immobiliter malo adherent: & per diuinam misericordiam non liberantur.

¶Ad tertium dicendum, quòd adhuc manet in diabolo peccatum, quo primo peccauit, quantum ad appetitum, licet non quantum ad hoc quòd credat se posse obtinere: Sicut si aliquis credat se posse facere homicidium, & velit facere, & postea adimatur ei potestas, nihilominus voluntas homicidij in eo manere potest, vt velit fecisse, vel velit facere si posset.

¶Ad quartum dicendum, quòd non est tota causa quare peccatum hominis sit remissibile, quia alio suggerente peccauit. Et ideo ratio non sequitur.

¶Ad quintum dicendum, quòd actus dæmonis est duplex. Quidam scilicet ex voluntate deliberata procedens, & is proprie potest dici actus eius. Et talis actus dæmonis semper est malus. Quia etsi aliquando aliquod bonum faciat, non tamen benefacit. Sicut dum veritatem dicit vt decipiat, & dum non voluntarie credit & confitetur, sed rerum euidentia coactus. Alius autem actus dæmonis est naturalis: qui bonus esse potest, & attestatur bonitati naturæ. Et tamen tali bono actu abutuntur ad malum.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum dolor sit in dæmonibus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd dolor non sit in dæmonibus. Cum enim dolor & gaudium opponantur, non possunt esse simul in eodem. Sed in dæmonibus est gaudium. Dicit enim Augu. contra Manichæos: diabolus potestatem habet in eos qui Dei præcepta contemnunt, & de hac tam infelici potestate lætatur. Ergo in dæmonibus non est dolor.

¶Præterea, Dolor est causa timoris. De his enim timemus dum futura sunt, de quibus dolemus dum præsentia sunt. Sed in dæmonibus non est timor: secundum illud Iob 16. Factus est vt nullum timeret. Ergo in dæmonibus non est dolor.

¶Præterea, Dolere de malo, est bonum. Sed dæmones non possunt benefacere. Ergo non possunt dolere ad minus de malo culpæ, quod pertinet ad vermen conscientiæ.

¶SED CONTRA est, quòd peccatum dæmonis est grauius quàm peccatum hominis. Sed homo punitur dolore pro delectatione peccati: secundum illud Apoca. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Ergo multo magis diabolus qui maxime se glorificauit, punitur doloris luctũ.

CONCLVSIO.

¶*Dolor non vt passio quædam, sed vt simplex voluntatis actus in dæmonibus est, prout multa quæ sunt, esse non vellent, & quæ non sunt, esse vellent.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd timor, dolor, gaudium & huiusmodi secundum quod sunt passiones, in dæmonibus esse non possunt[e]. Sic enim sunt propriæ appetitus sensitiui, qui est virtus in organo corporali. Sed secundum quod nominat simplices actus voluntatis, sic possunt esse in dæmonibus. Et necesse est dicere quòd in eis sit dolor.

¶Ad obiectionem Durandi & Gregorij dicitur negando consequentiam, absolute loquendo: & de bono moris supernaturali, de quo est sermo, quemadmodum bene operari principaliter est ex gratia, & secundario ex voluntate angeli: ita cõtinuatio bonæ operationis principaliter est ex gratia quàm ex natura: quia gratia est causa & in fieri & in conseruari talis bonitatis. Cum hoc tamen stat, quòd quia gratia perficit naturam per modum illius naturæ, quòd conditio naturæ redundet in conditionem gratiæ: & sic immobilitas naturæ immobilitat gratiam, & voluntati mobili gratia mobiliter inhæret. Et hoc modo dicimus angelos cõfirmatos in bono, & non quòd natura sit principalis causa confirmationis.

¶*Num malorum angelorum peccatum non perseueret quo ad opinionem assequendæ excellentiæ.*

Quæstio. ¶In responsione ad tertium, dubium occurrit: videtur enim repugnare determinationi factæ in corpore articuli. Nam hic dicitur, quòd peccatum angeli non perseuerat quo ad opinionem assequendæ excellentiæ: ergo apprehensio illa qua peccauit, non est immobilis. & patet sequela: quia de facto mutata est.

¶Ad hoc breuiter dicitur, negando consequentiam. Tum quia apprehensio qua peccauit, fuit iudicium talis eligibilis, & non opinio talis possibilis. hoc autem iudicium, vt in litera dicitur, perseuerat immobile. Tum quia opinio talis possibilis non positiue, sed negatiue concomitata est iudicium electionis. Non enim oportet, quòd dum iudicauit excellentiam suam appetendam, crediderit positiue illam possibilem. Sed satis est, quòd non reputauerit illam impossibilem, quã non reputationem modo non habet positiue, apprehendendo illud esse impossibile. Sic igitur mutatio ista non est de positiuo in positiuum, neque de iudicio in iudicium oppositum. Et per hoc patet responsio ad Durandum arguentem angelum posse conuerti ad bonum cessante inconsideratione, quemadmodum peccans ex passione cessante passione. Inconsideratio enim illa quamuis cessauerit speculatiue, non tñ affectiue: vt conditio iudicij. Sed dæmon perseuerat iudicans eligendum sibi fore beatum absq; recursu ad diuinã misericordiã supernaturalẽ.

¶*Num omnis actus dæmonis ex libertate arbitrij procedens, semper sit malus.*

Quæstio. ¶In responsione ad quintum, tria dicta sunt ambigua. Primum est, quòd quilibet actus voluntarius dæmonis est malus. Secundum est eius ratio. Tertium est, quòd actu naturæ bono abutuntur.

¶Contra primum etiam dupliciter instatur à Scot. vbi suprà. Primo, quia hoc nõ est necessarium: quoniam voluntas potest se suspendere ab omni actu secundo, sicut potest aliquam aliam virtutem: vt patet ex Aug. primo retractationum, ca. 22. dicente quòd nihil est tam in potestate nostra quam ipsa voluntas. Secundo, quia sequeretur, quòd quilibet actus voluntarius angeli esset eiusdem speciei, quod est inconueniens, & tenet sequela: quoniam causa vniuersalis malitiæ non posset esse nisi primo affectio mala, quam constat non inclinare nisi ad actus eiusdem speciei. Tertio instat Durandus: quia sine existente bono ex genere, non est necesse cæteros act⁹ esse malos: sic autem est in angelis, vt patet ex dictis. 331

¶*Num quod non bene fit, malum sit.*

¶Contra secundum vero est. Quia nõ valet, fit nõ bene, ergo male: sed est sophisma consequentis: quoniam non bene, & dicitur de malo, quod est contrarium bono, & de non bono, quod negatiue opponit bono, quod scilicet non habet circũstantias bonificãtes moraliter ipsum. Et confirmat, quia in carente gratia, inter actum bonum & malum datur mediũ, puta honorare parentes. Et sic in proposito credere ex euidẽtia rerum est actus, quãuis non bonus: quia non debito fine, nõ tamen malus: vt etiam Scotus vbi suprà tangit.

2. dist. 5. q. 1. artic. 2. co. Et ver. q. 24. art. 1. con. co. 2. et q. 26. arti. 1. ad 5m. et ar. 8. cor. principio & ad 5m.

Quæstio.

¶*Num dæmones semper actu naturæ bono abutantur.*

Quæstio. ¶Contra tertium autem instat ibidem Scot. quia inclinatio naturæ, puta synderesis, potest habere actum conformẽ sibi sistendo in eo, puta displicentiam de malo culpæ. Et sic dolere de malo pœnæ inquantum læsiua naturæ: & similia. Quare enim non potest sistere in hæc absq; eo q apponat circunstãtias malas: nulla apparet ratio, quũ naturalia eorum apud Dio. 4. c. de di. nõ. sint integra & splendidissima. 303

¶Ad euidẽtiam horum sciendum est, quòd proportio voluntatis perfectæ extra viã ad finẽ suũ, est quẽadmodũ proportio volũtatis nostræ ad beatitudinem in cõi. Ita q ita se habet ille finis ad voluntatẽ sic cõplete affectã: quẽadmodum beatitudo nunc se habet ad nos, quoniã voluntas in naturã affectionis illius transit. Et perinde voluntas illa affectione determinatur ad vnũ talẽ finẽ: quemadmodũ voluntas naturaliter determinata est ad boni rationem. Et quoniã affectio illa nõ ad aliquẽ particularẽ, sed vniuersalissimũ finẽ vtpote vltimã est, & ad vltimum finẽ alicuius simpliciter omnia dirigũtur, & in ordine ad illũ omnia mensurantur: cõsequẽs est, vt obstinatus simpliciter non solũ habitualiter semper in illa affectione permaneat, sed etiã virtualiter. Etsi nõ actualiter, vt in instãti quo peccauit obstinate: virtualiter autẽ dico, id est participatiue: quẽadmodũ in omni actu volũtatis nostræ saluat virtualiter appetitus beatitudinis: cum quicquid volumus vt participemus, beatitudinẽ volumus. Ac per hoc omnia quæ vult obstinat⁹ propter illum finem, virtualiter vult. Et sic ex eo q illa affectio inest voluntati, immobiliter determinat velut natura ad vnum. Ex eo eñ q illa est respectu finis vltimi simplr, & non in hoc vel in illo ordine: habet rationẽ principiũ respectu omniũ actuũ volũtariorum sequentium, eo q finis in operabilibus se habet vt principium in speculabilibus. Ex his autem patet facile responsio ad omnia obiecta.

¶Ad obiecta nanq; Sco. contra primũ dictum dicitur, q voluntas nec se, nec aliã vim potest sine omni suo actu suspẽdere: quia velle suspẽdere se vel aliã, actus volũtatis est: & ille actus esset malus, pter vim primæ electionis, quãuis in pposito negandũ sit, voluntatẽ obstinatã esse huius libertatis: quoniã nõ potest facere quin doleat, & odio habeat damnationẽ, &c. Et manifeste sophisma figuræ dictionis cõmittitur, à volũtate ad voluntatẽ obstinatã arguẽdo. Nec incõuenit, imò oportet omnem actũ volũtatis obstinatæ esse eiusdẽ rationis virtualiter. Quẽadmodũ actus omniũ virtutũ sunt actus charitatis virtualiter. Cũ tali eñ idẽtitate specifica, stat diuersitas specifica formaliter eorundẽ actuum: vt patet in exemplo adducto. Nec obstat Durandi obiectio, quia nihil refert an finis sit malus ex genere, an nõ: modo affectio ad illum sit mala & immobilis, & ad vltimum simpliciter.

¶Ad obiecta vero contra secundum iam patet, q si non valeat simpliciter, fit nõ bene, ergo male: valet tamen in obstinato propter immobilitatẽ finis vltimi simpliciter. Et propter eandem causam non datur actus medius voluntarius in statu extra viam: quãuis detur in via. Et propter hocmet patet rñsio ad obiecta contra tertiũ: quia quũ oẽs actus secũdi siue naturæ cõformes, siue in angelo volũtati suę sint subiecti quo ad exercitiũ actus, & voluntas dæmonis sit determinata ad talẽ finẽ: necesse est vt in omnibus illud velit quod est finis eius. Et sic oẽs eius operationes etiã naturales, inquantũ volũtariæ, inficiuntur initiali affectione finis. Nec potest sistere in aliquo opere vt naturæ cõforme est tantũ, nisi possit velle & non propter vltimum finem, quod est impossibile. Volunt enim quæcunq; volunt in tali pessimo statu habere & facere, vt dictum est: & sic omnibus abutuntur bonis.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum tertium.*

TItulus clarus est.

Commen. ¶In corpore tria facit. Primo distinguitur dolor dupliciter: assignando iuxta singula possibilitatem, vel impossibilitatem respectu angeli. Secundo respondetur quæsito vna conclusione affirmatiua de necessario.

¶Quo ad primum dolor dupliciter vt passio, & vt simplex actus voluntatis. Primo modo est impossibilis angelo, secundo modo est possibilis.

Annot. ¶Circa hanc partem aduerte, quòd Scot. in primo, di. 1. q. 3. & in 4. dis. 49. q. 7. imaginatur quodam nouo modo tristitiam & delectationem in angelis & animabus separatis. Distinguit voluntatem vt operatiuã, vt receptiuam, vt productiuam: & imaginatur quòd voluntas inquantum operatiua, amat, odit, eligit, &c. Inquantum receptiua, delectatur tristaturq; : ita quòd delectari aut tristari non est operari, sed pati. Est enim passio consequens operationẽ perfectã: inquantum vero productiua, spirat amorem. Et sic apud ipsam tam delectatio quàm tristitia semper est passio, sed quandoque est passio cum alteratione organi. Et tunc est passio appetitus sensitiui. Quandoque vero est passio voluntatis, & tunc est ab obiecto præsenti in ipsa voluntate. San. Tho. autem vt hic & clarius in prima 2. qõ. 22. & specialiter in arti. 3. & singulariter ad tertium: nescit huiusmodi passiones in voluntate, sed actus simplices voluntatis ponit cum similitudine effectus. Nec obstat si dicatur quòd delectatio non est in potestate voluntatis, & quòd consequitur operationẽ perfectã. Cum his enim omnib⁹ stat simul quòd sit simplex actus voluntatis: quoniam non quomodolibet disposita voluntas potest libere non operari, sed stante vna necesse est tunc sequi aliam, &c. Fundamentum autem autoris hic tactum, sed ibi declaratum est, quia passio à pati sumitur. Vnde quot modis dicitur pati, tot dicitur passio: & vt ibi ostenditur, secundum solam receptionem non dicitur passio doloris, vel gaudij, sed secundum quod patiens trahitur ad agens, quòd in omni actu voluntatis fit: facti sunt enim sicut ea quæ dilexerunt: vnde omnes actus voluntatis hoc modo passiones vocantur, sed propria locutio non est, vt per Augusti. 9. de Ciui. Dei, ibidem allegatum patet.

332 *4. dis. 45. q. 1. arti. 3. con. & ad 4m. & dis. 47. q. 1. art. 3. q. 4. ad 2m.*

¶Quo ad secundum cõclusio est: Dolor necessario est in dæmonibus. probatur sic: dæmones multa esse volunt quæ non sunt, & non esse quæ sunt, ergo dolent. Consequentia probatur ex diffinitione doloris sic sumpti. Antecedens vero probatur quadrupliciter. primo, quia inuidi sunt: secundo, quia pœnis addicti, de ratione enim pœnæ est inuoluntarium: tertio, quia beatitudine priuantur: quarto, quia iniqua eorum voluntas cohibetur à multis.

Quia dolor secundum quod significat simplicem actum voluntatis, nihil est aliud quàm renisus voluntatis ad id quod est vel non est. Patet autem, quòd dæmones multa vellent non esse quæ sunt, & esse quæ non sunt. Vellent enim cum sint inuidi, damnari eos qui saluantur. Vnde oportet dicere, quòd in eis sit dolor. Et præcipue, quia de ratione pœnæ est, quòd voluntati repugnet: priuantur etiam beatitudine quam naturaliter appetunt. Et in multis eorum iniqua voluntas cohibetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gaudium & dolor de eodem sunt opposita, non autem de diuersis. Vnde nihil prohibet, vnum simul dolere de vno, & gaudere de alio: & maxime secundum quod dolor & gaudium important simplices voluntatis actus. Quia non solum in diuersis, sed etiam vna & eadem re potest esse aliquid quod volumus, & aliquid quod nolumus.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut in dæmonibus est dolor de præsenti, ita & timor de futuro. Quòd autem dicitur, Factus est vt nullum timeret: intelligitur de timore Dei cohibente à peccato. Alibi nanque scriptum est, quòd dæmones credunt & contremiscunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd dolere de malo culpæ propter se, attestatur voluntatis bonitati, cui malum culpæ opponitur. Dolere autem de malo pœnæ, vel de malo culpæ propter pœnam: attestatur bonitati naturæ, cui malum pœnæ opponitur. Vnde Aug. dicit 19. de Ciui. Dei, quòd dolor amissi boni in supplicio, testis est naturæ bonæ. Dæmon ergo cum peruersæ sit voluntatis & obstinatæ, de malo culpæ non dolet.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum aër iste sit locus pœnalis dæmonum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd aër iste non sit locus pœnalis dæmonum. Dæmon enim est natura spiritualis. Natura autem spiritualis non afficitur loco. Ergo nullus locus est dæmonibus pœnalis.

¶Præterea, Peccatum hominis non est grauius quàm peccatum dæmonis, sed locus pœnalis hominis est infernus. Ergo multo magis dæmonis. Ego non aër caliginosus.

¶Præterea, Dæmones puniuntur pœna ignis. Sed in aëre caliginoso non est ignis: ergo aër caliginosus non est locus pœnæ dæmonum.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 4. super Genesim, ad lit. quòd aër caliginosus est quasi carcer dæmonibus vsque ad tempus iudicij.

CONCLVSIO.

¶*Angelis malis duplex pœnalis conuenit locus: infernus pro ipsorum culpa, aër iste caliginosus vsque ad diem iudicij ad bonorum exercitium.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd angeli secundum suam naturam medij sunt inter Deum & homines. Habet autem hoc diuinæ prouidentiæ ratio, quòd inferiorum bonum per superiora procuretur. Bonum autem hominis & procuratur per diuinam prouidentiã, vno modo directe: dum scilicet aliquis inducitur ad bonum, & retrahitur à malo, & hoc decenter fit per angelos bonos: alio modo indirecte, dum scilicet aliquis exercetur impugnatus per impugnationem contrarij. Et hanc procurationem boni humani conueniens fuit per malos angelos fieri, ne totaliter post peccatum ab vtilitate naturalis ordinis exciderent. Sic ergo dæmonibus duplex locus pœnalis debetur. Vnus quidem ratione suæ culpæ, & hic est infernus: alius autem ratione exercitationis humanæ, & sic debetur eis caliginosus aër. Procuratio autem salutis humanæ protenditur vsque ad diem iudicij. Vnde & vsque tunc durat ministerium angelorum & exercitatio dæmonum. Vnde & vsque tunc & boni angeli ad nos huc mittuntur, & dæmones in hoc aëre caliginoso sunt ad nostrum exercitium. Licet eorum aliqui etiã nunc in inferno sint ad torquendum eos quos ad malum induxerunt, sicut & aliqui boni angeli sunt cum animabus sanctis in cælo. Sed post diem iudicij omnes mali tam homines quã angeli in inferno erunt, boni vero in cælo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd locus non est pœnalis angelo, aut animæ, quasi afficiens alterando naturam, sed quasi afficiens, voluntatem contristando, dum angelus vel anima apprehendit se esse in loco non conuenienti suæ voluntati.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima secũdum ordinem naturæ non præfertur alteri animæ, sicut dæmones ordine naturæ præferũtur hominibus. Vnde non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd aliqui dixerũt, vsque ad diem iudicij differri pœnam sensibilem, tam dæmonum quàm animarum, & similiter beatitudinem sanctorum differri vsque ad diem iudicij. Quod est erroneum & repugnans Apostoli sententiæ qui dicit 2. Corin. 5. Si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, domum habemus in cælo. Alij vero licet hoc non concedant de animabus, concedunt tamen de dæmonibus. Sed melius est dicendum, quòd idem iudicium sit de malis animabus & malis angelis: sicut idem iudiciũ est de bonis animabus & bonis angelis. Vnde dicendum est quòd sicut locus cælestis pertinet ad gloriam angelorum, tamen gloria eorum non minuitur cum ad nos veniunt: quia considerant illum locum esse suum, eo modo quo dicimus honorem episcopi non minui dũ actu non sedet in cathedra. Similiter dicendũ est, quòd dæmones, licet non actu alligentur gehennali igni, dum sunt in aëre isto caliginoso: tamen ex hoc ipso quòd sciunt illam alligationem sibi deberi, eorum pœna non diminuitur. Vnde dicitur in quadam glos. Iacobi 3. quòd portant secum ignem gehennæ quocunque vadant. Nec est contra hoc, quòd rogauerunt Dominũ vt non mitteret eos in abyssum: vt dicitur Luc. 8. quia hoc petierunt reputantes sibi pœnam, si excluderentur à loco in quo possunt hominibus nocere. Vnde Matt. 8. dicitur, quòd deprecabantur eum ne expelleret eos extra regionem.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum quartum.*

Titulus clarus est.

Comm. ¶In corpore duo. Primo respondet quæsito vna conclusione. Secundo respondet tacitæ obiectioni.

¶Quo ad primum conclusio est ista. Angelis malis duplex locus pœnalis conuenit, infernus simpliciter, & aër caliginosus vsque ad diem iudicij. Prima pars relinquitur per se nota, secunda probatur sic. Ratio diuinæ prouidentiæ habet quòd inferiorum bona per superiora procuret. ergo conueniens est quòd hominum bonum indirecte per dæmones procuret: ergo conueniens est eos iuxta nos in aëre isto locari vsque ad diem iudicij. Prima consequentia & declaratur & probatur. Declaratur quidem distinguendo, dupliciter procurari bonum hominis, scilicet directe, & indirecte per exercitiũ cõtrarij. Probatur vero, ꝗ dæmones sunt medij inter Deum & homines, & non totaliter exclusi ab vtilitate naturalis ordinis. Nec habiles sunt vt directe promoueant nos ad bonũ. restat ergo vt indirecte impugnando, scilicet exercẽdo nos. Secunda vero consequentia quo ad primam partem patet: quia locus debet esse cõueniens exercitio. Quo ad secundã autẽ probatur: quia pugna & exercitiũ nostrũ vsque ad diem est iudicij: & declaratur ex opposito, quia angeli boni etiam vsque ad illud tempus huc mittuntur.

¶Quo ad secundum dicit cum his stare, quòd aliqui angeli mali mittantur etiam nunc in infernum, sicut etiam boni multi non sunt hic, sed cum animabus sanctis. Post iudicium vero omnes in inferno, & omnes illi in cælo.

QVAESTIO SEXAGESIMAQVINTA, de Opere creationis creaturæ corporalis, in quatuor Articulos diuisa.

POST considerationem spiritualis creaturæ considerandum est de creatura corporali. In cuius productione tria opera scriptura cõmemorat, scilicet opus creationis, cum dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram, &c. Opus distinctionis, cum dicitur, Diuisit lucem à tenebris: & aquas, quæ sunt supra firmamentum, ab aquis quæ sunt sub firmamento. Et opus ornatus, cũ dicitur, Fiant luminaria in firmamento, &c. Primo ergo considerandum est de opere creationis. Secundo, de opere distinctionis. Tertio, de opere ornatus. ¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum creatura corporalis sit à Deo. ¶Secundo, vtrum sit facta propter bonitatem Dei. ¶Tertio, vtrum sit facta à Deo mediantibus angelis. ¶Quarto, vtrum formæ corporũ sint ab angelis, an immediate à Deo.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum creatura corporalis sit à Deo.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ creatura corporalis non sit à Deo. Dicitur enim Eccle. 3. Didici ꝙ oĩa quæ fecit Deus, perseuerãt in æternum. Sed corpora visibilia non perseuerant in æternum. Dicitur enim 2. Cor. 4. Quę

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum primum.*

Titul⁹ clar⁹. ly à Deo tenetur effectiue.

Commen. ¶In corpore tria facit. Primo refert opinionẽ quandam. Secundo determinat veritatem cõtra eam, respondendo quęsito. Tertio satisfacit motiuo aduersariorum.

¶Quo ad primum duo. Primum est opinio Manichæa, visibilia sunt à Deo malo: secundum auctoritas 2. ad Corint. 4.

¶Quo ad secundũ cõclusio respõsiua ad quæsitũ est. Corporalia imò oĩa sunt à Deo. Probatur sic. quãdocũq; in diuersis inueniť aliquid vnũ, oportet ꝙ illa diuersa illud vnum ab aliqua causa vna recipiant. Sed in omnibus tam corporalibus, quam spiritualibus inueni-

313 *2. dist. 37. q. 1. art. 1. cor. Et 2. con. ca. 6. & 15. Et lib. 3. ca. 1. Et po. q. 3. arti. 5. cor. Et opusc. 25. libr. 3. cap. 2.*

videntur, temporalia sunt, quæ autem non videtur, æterna. Ergo Deus non fecit corpora visibilia.

¶Præterea, Genesis 1. dicitur, Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Sed creaturæ corporales sunt malæ. Experimur enim eas in multis noxias: vt patet in multis serpentibus in æstu solis, & huiusmodi. Ideo autem aliquid dicitur malum quia nocet. Creaturæ igitur corporales non sunt à Deo.

¶Præterea, Id quod est à Deo, non retrahit à Deo, sed ducit in ipsum. Sed creaturæ corporales retrahunt à Deo. Vnde Apostolus dicit 2. Corin. 3. Non contemplantibus nobis quæ videntur. Ergo creaturæ corporales non sunt à Deo.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

CONCLVSIO.

¶*Cum corporalia & omnia conueniant in esse, necesse est vt omnia effectiue in esse à Deo dependeant.*

¶RESPONDEO dicendum, quod quorundam hæreticorum positio est, quòd visibilia ista non sunt creata à bono Deo, sed à malo principio. Et ad argumentum sui erroris assumunt quod Apostolus dicit 2. Corin. 4. Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium: Hæc autem positio est omnino impossibilis. Si enim diuersa in aliquo vniantur, necesse est huius vnionis causam esse aliquam:
20 non enim diuersa secundum se vniuntur[e]. Et inde est, quòd quandocunque in diuersis inuenitur aliquid vnum, oportet quòd illud vnum ab aliqua vna causa recipiant, sicut diuersa corpora calida habent calorem ab igne. Hoc autem quod est esse communiter, inuenitur in omnibus rebus quantumcunque diuersis. Necesse est ergo esse vnum essendi principium, à quo esse habeant quæcunque sunt quocunque modo, siue sint inuisibilia & spiritualia,
234 siue sint visibilia & corporalia[e]. Dicitur autem diabolus esse Deus huius seculi, non creatione, sed quia seculariter viuentes ei seruiunt, eo modo loquendi quo Apostolus loquitur ad Philippenses 3. Quorum Deus venter est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes creaturæ Dei, secundum aliquid in æternum perseuerant, ad minus secundum materiam: quia creaturæ nunquam in nihilum redigentur, etiam si sint corruptibiles. Sed quanto creaturæ magis appropinquant ad Deum qui est immobilis, tanto magis sunt immobi-
47 les[e]. Nam creaturæ corruptibiles in perpetuum manent secun-
511 dum materiam[e], sed mutantur secundum formam substantialem. Creaturæ vero incorruptibiles permanent quidem secundum substantiam, sed sunt mutabiles secundum alia, puta secundum lo-
43 cum[e], vt corpora cælestia: vel secundum affectiones, vt creatu-
49 ræ spirituales. Quòd autem Apostolus dicit, quæ videntur, temporalia sunt: & si verum sit etiam quantum ad ipsas res in se consideratas, secundum quod omnis creatura visibilis subiacet tempori, vel secundum suum esse, vel secundum suum motum: tamen Apostolus intendit loqui de visibilibus secundum quod sunt hominis præmia. Nam præmia hominis quæ sunt in istis rebus visibilibus, temporaliter transeunt. Quæ autem sunt in rebus inuisibilibus, permanent in æternum. Vnde & suprà præmiserat, Aeternum gloriæ pondus operatur in nobis.

¶Ad secundum dicendum, quòd creatura corporalis secundum suam naturam est bona: sed non est bonum vniuersale: sed est quoddam bonum particulare & contractum: secundum quam particu-
323 laritatem & contractionem sequitur in ea contrarietas[e], per quam vnum contrariatur alteri, licet vtrunque in se sit bonum. Quidam autem ęstimantes res non ex earum natura, sed ex suo proprio commodo: quæcunque sibi nociua sunt, simpliciter mala arbitrantur, non considerantes quòd id quod est vni nociuum quantum ad aliquid, vel altera, vel eidem quantum ad aliquid est proficuum. Quod nequaquam esset si secundũ se corpora essent mala & noxia.

¶Ad tertium dicendum, quòd creaturæ, quantum est de se, non retrahunt à Deo, sed in ipsum ducunt: quia inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, vt dicitur Roma. 1. Sed quòd auertant à Deo, hoc est ex culpa eorum qui insipienter eis vtuntur. Vnde dicitur Sapien. 14. quòd creaturæ factæ sunt in muscipulam pedibus insipientium. Et hoc ipsum quòd sic à Deo abducunt, attestatur quòd sunt à Deo. Non enim abducunt insipientes à Deo, nisi
25 alliciendo secundũ aliquid boni in eis existens[e], quod habẽt à Deo.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum creatura corporalis sit facta propter Dei bonitatem.*

334 *Supra qõ. 25. arti. 5. contra, & opusc. 3. c. 100. & 101.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd creatura corporalis non sit facta propter Dei bonitatem. Dicitur enim Sapien. 1. Creauit Deus vt essent omnia. Ergo omnia sunt creata propter proprium esse, & non propter Dei bonitatem.

¶Præterea, Bonum habet rationem finis. Ergo id quod est magis bonum in rebus, est finis minus boni. Creatura autem spiritualis comparatur ad corporalem, sicut maius bonum ad minus bonum. Ergo creatura corporalis est propter spiritualem, & non propter Dei bonitatem.

¶Præterea, Iustitia non dat inæqualia nisi inæqualibus. Sed Deus est iustus. Ergo ante omnem inæqualitatem à Deo creatam est inæqualitas à Deo non creata. Sed inæqualitas à Deo non creata, non potest esse nisi quæ est ex libero arbitrio. Ergo omnis inæqualitas sequitur ex diuersis motibus liberi arbitrij. Creaturæ autem corporales sunt inæquales spiritualibus. ergo creaturæ corporales sunt factæ propter aliquos motus liberi arbitrij, & non propter Dei bonitatem.

¶SED CONTRA est quod dicitur Prouerbiorum 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus.

CONCLVSIO.

¶*Visibilia omnia & corporalia sunt effectiue à Deo producta: non in pœnam spiritualium substantiarum, sed ex ipsa Dei intentione propter diuinam bonitatem repræsentandam.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd Orige. posuit, quòd creatura corporalis non est facta ex prima Dei intentione, sed ad pœnam creaturæ spiritualis peccantis. Posuit enim, quòd Deus à principio creaturas spirituales solas fecit, & omnes æquales[e]. Quarum, cum essent liberi arbitrij, quædam conuersæ sunt in Deum, & secundum quantitatem conuersionis sortitæ sunt maiorem vel minorem gradum, in sua simplicitate remanentes. Quædam vero auersæ à Deo, alligatæ sunt corporibus diuersis secundum modum auersionis à Deo. Quæ quidem positio erronea est. Primo quidem, quia contrariatur scripturę, quę narrata productione cuiuslibet speciei creaturæ corporalis, subiũgit: Vidit Deus quia hoc esset bonum: quasi diceret, quòd vnumquodque ideo factum est, quia bonum est ipsum esse. Secundum autem opinionem Orige. creatura corporalis facta est: non quia bonum est eam esse, sed vt malum alterius puniretur. Secundo, quia sequeretur quòd mundi corporalis dispositio quę nunc est, esset à casu. Si enim ideo corpus solis tale factum est vt congrueret alicui peccato spiritualis creaturæ puniendo: si plures creaturę spirituales similiter peccassent, sicut illa propter cuius peccatum puniendum ponit solem creatum: sequeretur quòd essent plures soles in mundo. Et idem esset de aliis: hæc autem sunt omnino inconuenientia. Vnde hac positione remota tanquam erronea, considerandum est quòd ex omnibus creaturis constituitur totum vniuersum[e], sicut totum ex partibus. Si autem alicuius totius & partium eius velimus finem assignare, inueniemus primo quidem, quòd singulæ partes sunt propter suos actus, sicut oculus ad videndum. Secundo vero quòd pars ignobilior est propter nobiliorem, sicut sensus propter intellectum & pulmo propter cor. Tertio vero omnes partes sunt propter perfectionem totius, sicut & materia propter formam. Partes enim sunt quasi materia totius. Vlterius autem totus homo est propter aliquem finem extrinsecum, puta vt fruatur Deo[e]. Sic igitur & in partibus vniuersi vnaquæque creatura est propter suum proprium actum & perfectionem. Secundo autem creaturæ ignobiliores sunt propter nobiliores, sicut creaturæ quæ sunt infra hominem, sunt propter hominem. Vlterius autem singulæ creaturæ sunt propter perfectionem totius vniuersi. Vlterius autem totum vniuersum cum singulis suis partibus ordinatur in Deum sicut in finem: inquantum in eis per quandam imitationem diuina bonitas repræsentatur ad gloriam Dei. Quamuis creaturæ rationales speciali quodã modo supra hoc habeãt finẽ Deũ, quẽ attingere possunt sua operatione, cognoscendo & amando[e]. Et sic patet ꝙ diuina bonitas est finis omnium corporalium.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc ipso quòd creatura aliqua habet

inuenitur esse, ergo ab aliqua vna essendi causa inuenitur: ille est Deus. ergo maior declaratur exemplo seu inductione in habentibus calorem, &c. Et probatur, ratione: quia diuersa vnita, seu communicantia in aliquo (quod idem est) aut ex se, aut ab alio vniuntur. Et quum non ex se, quia diuersa vt sic non vniuntur: ergo ab aliqua causa vnionis.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd San. Tho. breuitati studens, maiorem absolute assumpsit, sciens tamen sub disiunctione debere intelligi, quòd quandocunque in diuersis inuenitur aliquid vnum specie, genere, siue analogia, oportet vel quòd in omnibus illis illud vnũ sit causatum ab aliqua causa extrinseca, vel ꝙ vnum sit causa, & reliqua sint causata ab eo, 250 cui primo illud conuenit: & sic intellecta propositio ista euidens est in philosophia. Tertio exponit quomodo intelligenda sit autoritas Apostoli adducta ab hæreticis: & patet in litera.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum secundum.*

Titulus clarus est.

Commen. ¶In corpore tria facit. Primo adducit opinionem Origen. Secundo excludit illam. Tertio respondet quæsito.

¶Quo ad primum duo refert, opinionem, & radicem eius. Opinio est, quòd creatura corporalis non est facta ex prima Dei intentione qua ad bonitatem suam aspicit, sed ad pœnam creaturæ spiritualis peccantis. Radix vero est prioritas creationis spiritualium, æqualitas naturalium, libertas arbitrij, & difformitas quo ad meritum & demeritum, vt patet in litera. 309

¶Quo ad secundum, dupliciter probat hanc solutionem esse erroneã. Primo, quia contrariatur scripturæ, dicẽti creaturam corporalem esse per seipsam bonam. Secundo, ducendo ad impossibile, scilicet ꝙ dispositio corporalis mũdi quę nunc est, esset casualis, vt patet in litera.

¶Quo ad tertium conclusio respõsiua est hic. 351 Diuina bonitas est finis omnium corporalium: & probatur sic. Totum vniuersum cum singulis suis partibus ordinatur in Deum sicut in finem. ergo diuina bonitas est finis omnium corporalium. Antecedens declaratur, ostendendo & graduando fines alicuius totius & partium eius, iuxta quadruplicem habitudinem & gradum: primo partium ad sua opera, secundo partiũ inter se, 55 tertio partiũ ad totũ, 237 & quarto totius ad finẽ extrinsecũ. Et probatur, quia vniuersum est ad imitan-

31 b 237 imitandum & repræsentandum diuinam bonitatem, quod est ad eius gloriam ordinari: consequentia vero probatur ex eo quòd ex omnibus creaturis cõstituitur vniuersum, sicut totum ex partibus. Ac per hoc idẽ est finis totius & illarũ, communiter loquendo. Nihil enim prohibet, quasdam partes peculiarius secundum proprias rationes ordinari in diuinam bonitatem per 250 proprias operationes, iuxta primum gradum, vt de creaturis rationalibus patet.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum tertium.*

Commen. Titulus clarus est. ¶In corpore duo facit. Primo refert opinionem Auicennæ. Secundo excludit eam, determinando conclusionem responsiuam quæsito, ratione & autoritate.

325 *2.dist.1.q.1.ar.4.Et opusc.15.c.9.& 10.* ¶Quo ad primum opinio est affirmatiua, & patet.

¶Quo ad secundum cõclusio est, Creatura corporalis est immediate à Deo prima productione. Probatur primò ratione. Creatio est actio impossibilis creaturæ. prima productio creaturæ corporeæ est creatio. 20 541 ergo. Minor patet ex identitate effectus. Ad primam enim productionem spectat producere primum ordinẽ generationis, & consequenter id quod est imperfectissimum & in re: quia imperfectius est sicut prius. Ad creationẽ quoq; spectat idẽ, quoniam extendit se vsque ad productionem materiæ primæ. ergo. Maior vero probatur sic. Causa quanto superior, tanto ad plura se extendit in causando. ergo ad communius. ergo ad magis substratum. ergo quod primo in omnibus substernitur, proprie pertinet ad causalitatem supremæ causæ. ergo nulla causa secunda potest aliquid producere non præsupposito in re producta, aliquo causato à prima causa. ergo nulla causa potest creare. Antecedens & prima consequentia patent. Secunda vero probatur. quia substratum communius inuenitur semper, quam informans illud: quia informare est restringere & terminare, vt patet de esse, viuere, & intelligere: in quibus est graduum informatio & materia & forma, in quibus rerum duarum est 249 per formationem vnio. Vltima autẽ consequentia probatur ex ratione 235 creationis; quia scilicet 242 creatio est productio rei secundum totam substantiam nullo præsupposito creato vel increato. Deinde affertur 242 autoritas scripturæ ad cõclusionem.

esse, repræsentat diuinum esse, & bonitatem eius[e]. Et ideo per hoc quòd Deus creauit omnia vt essent, non excluditur quin creauerit omnia propter suam bonitatem.

¶Ad secundum dicendum, quòd finis proximus non excludit finem vltimum. Vnde per hoc quòd creatura corporalis facta est quodammodo propter spiritualem, non remouetur quin sit facta propter Dei bonitatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd æqualitas iustitiæ locum habet in retribuendo. Iustum enim est quòd æqualibus ęqualia retribuantur. Non autem habet locum in prima rerum institutione[e]. Sicut enim artifex eiusdem generis lapides in diuersis partibus ædificij ponit absque iniustitia: non propter aliquam diuersitatem in lapidibus pręcedentem, sed attendens ad perfectionem totius ædificij, quæ non esset nisi lapides diuersimode in ædificio collocarentur: sic & Deus à principio vt esset perfectio in vniuerso, diuersas & inæquales creaturas instituit secundum suam sapientiam absq; iniustitia, nulla tamen præsupposita meritorum diuersitate.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum creatura corporalis sit producta à Deo mediantibus angelis.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd creatura corporalis sit producta à Deo mediantibus angelis. Sicut enim res gubernatur per diuinam sapientiam, ita omnia sunt per Dei sapientiam facta, secundum illud Psal. Omnia in sapientia fecisti. sed ordinare est sapientis, vt dicitur in prin. metaphy. Vnde in gubernatione rerum inferiora per superiora reguntur quodam ordine: vt Augustinus dicit 3. de Trinitate[e]. Ergo & in rerum productione talis ordo fuit, quòd creatura corporalis tanquam inferior per spiritualem tanquam superiorem est producta.

¶Præterea, Diuersitas effectuum demonstrat diuersitatem causarum: quia idem semper facit idem. Si ergo omnes creaturæ tam spirituales quàm corporales sunt immediate à Deo productæ, nulla esset inter creaturas diuersitas, nec vna magis distaret à Deo quàm alia. Quod patet esse falsum: cum propter longe distare à Deo dicat Philosophus quædam corruptibilia esse.

¶Præterea, Ad producendum effectum finitum non requiritur virtus infinita. Sed omne corpus finitum est. Ergo per finitam virtutem spirituales creaturæ produci potuit, & productum fuit. Quia in talibus non differt esse & posse: præsertim quia nulla dignitas competens alicui secundum suam naturam, ei denegatur, nisi forte ob culpam suam.

¶SED CONTRA est quod dicitur Genesis 1. In principio creauit Deus cælum & terram. Per quæ creatura corporalis intelligitur. Ergo creatura corporalis est immediate à Deo producta.

CONCLVSIO.

¶*Creaturæ corporales sunt effectiuè & immediate à Deo productæ, & non media aliqua angelorum operatione.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt gradatim res à Deo processisse. Ita scilicet quòd ab eo immediate processit prima creatura: & illa produxit aliam: & sic inde vsque ad creaturam corpoream[e]. Sed hæc positio est impossibilis. Quia prima corporalis creaturæ productio est per creationem, per quam etiam ipsa materia producitur[e]. Imperfectum enim est prius quàm perfectum in fieri. Impossibile est autem aliquid creari nisi à solo Deo.

¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd quanto aliqua causa est superior, tanto ad plura se extendit in causando[e]. Semper autem id quod substernitur in rebus, inuenitur communius quàm id quod informat & restringit ipsum: sicut esse quàm viuere, & viuere quàm intelligere[e], & materia quàm forma. Quanto ergo aliquid est magis substratum, tanto à superiori causa directe procedit. Id ergo quod est primo substratum in omnibus, proprie pertinet ad causalitatem supremæ causæ. Nulla igitur secunda causa potest aliquid producere non præsupposito in re producta aliquo quod causatur à superiori causa. Creatio autem est productio alicuius rei secundum suam totam substantiam, nullo præsupposito quod sit vel increatum, vel ab aliquo creatum[e]. Vnde relinquitur, quòd nihil potest aliquid creare nisi solus Deus, qui est prima causa. Et ideo vt Moyses ostenderet corpora omnia immediate à Deo creata, dixit, In principio creauit Deus cælum & terram.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in productione rerum est aliquis ordo: non quidem vt vna creatura creetur ab alia[e] (hoc enim impossibile est) sed ita quòd ex diuina sapientia diuersi gradus in creaturis constituuntur.

¶Ad secundum dicendum, quòd ipse Deus vnus absque suæ simplicitatis detrimento diuersorum cognoscitiuus est, vt suprà ostensum est[e]. Et ideo etiam est secundum diuersa cognita diuersorum productorum causa per suam sapientiam: sicut & artifex apprehendendo diuersas formas producit diuersa artificiata.

¶Ad tertium dicendum, quòd quantitas virtutis agentis non solum mensuratur secundum rem factam, sed etiam secundum modum faciendi[e]. quia vnum & idem aliter fit & à maiori, & à minori virtute. Producere autem aliquid finitum hoc modo vt nihil præsupponatur est virtutis infinitæ. Vnde nulli creaturæ competere potest.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum formæ corporum sint ab angelis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd formæ corporum sint ab angelis. Dicit enim Boë. in libro de Trinitate quòd à formis quæ sunt sine materia, veniunt formæ quæ sunt in materia. Formæ autem quæ sunt sine materia, sunt substantiæ spirituales: formæ autem quæ sunt in materia, sunt formæ corporum. Ergo formæ corporum sunt à spiritualibus substantiis.

¶Præterea, Omne quod est per participationem, reducitur ad id quod est per essentiam[e]. Sed spirituales substantiæ per suam essentiam sunt formæ, creaturæ autem corporales participant formas. Ergo formæ corporalium rerum sunt à spiritualibus substantiis deriuatæ.

¶Præterea, Spirituales substantiæ magis habent virtutem causandi quàm corpora cælestia. Sed corpora cælestia causant formas in istis inferioribus. Vnde dicuntur esse generationis & corruptionis causa. Ergo multo magis à spiritualibus substantiis formæ quæ sunt in materia, deriuantur.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 3. de Trinit. quòd non est putandum, angelis ad nutum seruire hanc corporalem materiam, sed potius Deo. Si autem ad nutum dicitur seruire corporalis materia à quo speciem recipit: non ergo formæ corporales sunt ab angelis, sed à Deo[e].

CONCLVSIO.

¶*Cum formæ sensibiles & corporales sint quibus composita sunt & fiunt, non producuntur à formis separatis nisi vt motoribus ad formas: & à Deo vt prima causa, & à compositis agentibus corporalibus vt propinquis agentibus educentibus illa, est materiæ potentia.*

¶Aduerte hic primo quod quum dicitur, de ratione creationis esse producere rem nullo præsupposito, quòd non negatur simpliciter omne præsuppositum: quoniam semper præsupponitur agens, & quandoque materia, vt patet in creatione animæ intellectiuæ: sed negatur omne præsuppositum, quòd sit aliquid illius quod est per se primo terminus illius creationis. Ita quòd creari dicitur illud quod sic producitur, quod nihil eius præsupponitur. Tunc enim tota eius substantia syncategorematice producitur. Notanter autem dixi quòd per se primo terminat productionem: alioquin omnes formæ crearentur, quoniam nihil earum supponitur, quoniam subiectum nihil est earum: secundum tamen veritatem ideo non creantur, quia non fiunt per se, sed ad fieri compositorum, vt Aristoteles adinuenit: quia hac sola via creationem effugere potuit. Requiruntur ergo & sufficiunt ad creari duo, & quòd per se fiat, & quòd nihil eius præsupponatur, neque ordine temporis, neque ordine naturæ. hoc est enim ex nihilo fieri. *Annot.* 23 c 238 97 4. 509 90 93 97 c

¶Aduerte secundo, quòd ratio adducta hic ad excludendum creationis actum à causis secundis, si subtiliter perspiciantur, & ad memoriam reducantur dicta superius in quæstione quadragesimaquinta, concludit non solum quòd nulla secunda causa potest propria virtute creare quod prima facie sonat, sed etiã quod nec instrumentaliter aliqua earum hoc possit: quoniam si primum ordine compositionis in re est proprius effectus primæ causæ: nihil fingi potest præuium quod ad causam aliquam instrumentalem spectet, quoniam ante primum nihil est. & tamen constat instrumentum omne ad præuium aliquid agendum apponi, vt ex supra dictis patet. 242 336 *1.di.36.q.2.artic.1.cor. Et 2.dist.1.q.1.ar.4.1m. & di.18.q.2.ar.3.cor. & 3.con.c.24.& 69. Et opusc.34.co.2.* 136

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum quartum.*

Titulus clarus est. ¶In corpore duo principaliter facit. primò refert opinionem affirmatiuam, diuersimodè tamen à Platone, Auicenna & quibusdam modernis hæreticis dictam. Secundo respondet quæsito. 542

¶Quo ad primum quatuor refert ex Platone, scilicet & quòd ponebat formas materialium separatas, & quòd ponebat eas iuxta ordinem formarum materialium: & quòd ab his formis deriuantur formæ materiales in materia: & quòd hoc fit per modum participationis & assimilationis cuiusdam. Ex Aui. vero refert tria, scilicet quòd sunt quædam substantiæ separatæ nõ de naturis inferiorum, quas angelos dicimus: & quod in mente earum sunt formę naturalium sicut in artifice, & quod ab illis effluunt formæ naturales. Ex hæreticis autem duo, scilicet Deum esse creatorẽ omnium, & diabolum formare materiam corporalem per varias species.

¶Quo ad secũdum tria. Primo, quod formę corporum non per se fiunt. Secundo, quod eo modo quo fiunt, fiunt ab agentibus corporalibus, vt à causis propinquis, à substantiis separatis vt motoribus ad formas, & à Deo vt à prima causa. Tertio, quod in prima rerum conditione, formę corporales pductę sunt à solo Deo. Prima conclusio probatur sic. Eius est fieri cui⁹ est esse & eodem modo: quia fieri terminatur ad esse: sed formæ non sunt per se, sed quasi ipsis cõposita sint. igitur nec fiũt per se. Et cõfirmatur autoritate Aristo. 7. meta. Et sic patet radix erroris omnium recitatorũ. Secũda vero cõclusio probatur eodem medio: adiuncta alia pposition, scilicet quod vnunquodque fit à sibi simili, sic. Compositũ per se primo fit, & forma non fit nisi ad factionẽ cõpositi: ergo formæ corporales causantur non quasi influxæ ab aliqua forma immateriali, sed quasi materia reducta de potentia in actum ab aliquo agente composito. Et probatur consequentia: quia omne quod fit, fit à sibi simili. Ex hoc enim probat prima pars sic. Forma non fit, ergo non oportet ab aliqua forma immateriali eam deriuari. Et antecedens patet. Tum ex 7. met. Tum ex ratione, quia eiusdem & eodem modo est esse & fieri: formę autem non sunt quasi ipsę sint, ergo nec fiũt. Deducatur etiã secunda pars sic. Compositum fit, ergo à composito, aliàs non fieret à sibi simili: ergo à transmutante materiã de potentia in actum. Nullo enim alio modo compositũ agere potest. Et his si adiungas, quòd forma non alia ratione est, nisi vt qua compositum est: sequitur euidenter quòd ab eodem cõposito per transmutationem materiæ educitur forma. Reliquæ vero partes huius secundę cõclusionis, scilicet quòd formæ fiunt à substantiis spiritualibus tanquam à mouentibus ad formas, & à Deo tanquam à prima causa. Et probatur: quia composita agentia mouentur à substantiis spiritualibus, vt August. dicit. Et 34 342 419 542 242 249 241 245 542 & a 543 & b 543 542

¶RESPONDEO dicendum, quòd opinio fuit quorundam, quòd omnes formæ corporales deriuantur à substantiis spiritualibus, quas angelos dicimus. Et hoc quidem dupliciter aliqui posuerunt. Plato enim posuit formas quæ sunt in materia corporali, deriuari & formari à formis sine materia subsistentibus, per modum participationis cuiusdam[e]. ponebat enim hominem quendam immaterialiter subsistentem, & similiter equum, & sic de aliis, ex quibus constituuntur hæc singularia sensibilia, secundum quod in materia corporali remanet quædam impressio ab illis formis separatis, per modum assimilationis cuiusdam, quam participationem vocabat. Et secundum ordinem formarum ponebant Platonici ordinem substantiarum separatarum. Puta quòd vna substantia separata est, quæ est equus, qui est causa omnium equorum: supra quam est quædam vita separata, quam dicebant per se vitam, & causam omnis vitæ. Et vlterius quandam, quam nominabant ipsum esse & causam omnis esse. Auicen. vero & quidam alij non posuerunt formas rerum corporalium in materia per se subsistere, sed solum in intellectu. A formis ergo in intellectu creaturarum spiritualium existentibus, quas quidem ipsi intelligentias, nos autem angelos dicimus, dicebant procedere omnes formas, quæ sunt in materia corporali[e]. Sicut à formis, quæ sunt in mente artificis, procedunt formæ artificiatorum. Et in idem videtur redire quod quidam moderni hæretici ponunt, dicentes quidem Deum creatorem omnium, sed materiam corporalem à diabolo formatam, & per varias species distinctam. Omnes autem hæ opiniones ex vna radice processisse videntur. Quærebant enim causam formarum ac si ipsæ formæ fierent secundum seipsas. Sed sicut probat Arist. in 8. meta. id quod proprie fit, est compositum[e]. Formæ autem corruptibilium rerum habent vt aliquando sint, aliquando non sint absque hoc, quòd ipsæ generentur, aut corrumpantur: sed compositis generatis, aut corruptis, quia etiam formæ non habent esse, sed composita habent esse per eas: sic enim alicui cõpetit fieri sicut & esse. Et ideo cum simile fiat à suo simili, non est quærenda causa formarũ corporalium aliqua forma immaterialis, sed aliquod cõpositum, secundum quod hic ignis generatur ab hoc igne. Sic igitur formæ corporales causantur non quasi influxæ ab aliqua immateriali forma, sed quasi materia reducta de potentia in actum ab aliquo agente cõposito. Sed quia agens compositum, quod est corpus, mouetur à substantia spirituali creata[e], vt Augu. dicit 3. de Tri. sequitur vlterius, quòd etiam formæ corporales à substantiis spiritualibus deriuentur, non tanquã influentibus formas, sed tanquã mouentibus ad formas. Vlterius autem reducuntur in Deum sicut in primam causam etiam species angelici intellectus: quæ sunt quædam seminales rationes corporalium formarum. In prima autem corporalis creaturæ productione non cõsideratur aliqua transmutatio de potentia in actum. Et ideo formæ corporales, quas in prima productione corpora humana habuerunt, sunt immediate à Deo productæ[e], cui soli ad nutum obedit materia tanquam propriæ causæ. Vnde ad hoc significandum Moyses singulis operibus præmittit: Dixit Deus, fiat hoc, vel illud. In quo significatur formatio rerum per verbum Dei facta, à quo secundum Aug. est omnis forma, & compago, & concordia partium.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Boë. intelligit per formas quæ sunt sine materia, rationes rerum quæ sunt in mente diuina, sicut etiam Aposto. dicit Heb. 2. Fide credimus aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. Si tamen per formas quæ sunt sine materia, intelligit angelos, dicendum est quòd ab eis veniunt formæ quę sunt in materia, non per influxum, sed per motum.

¶Ad secundum dicendum, quòd formæ participatæ in materia, reducuntur non ad formas aliquas per se subsistentes rationis eiusdem, vt Platonici posuerunt: sed ad formas intelligibiles, vel intellectus angelici[e] (à quibus per motum procedunt) vel vlterius ad rationes intellectus diuini (à quibus etiam formarum semina sunt rebus creatis indita) vt per motum in actum educi possint.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpora cælestia causant formas in istis inferioribus, non influendo, sed mouendo[e].

QVAESTIO SEXAGESIMASEXTA, de ordine creationis ad distinctionem, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de opere distinctionis. Et primo considerandũ est de ordine creationis ad distinctionem. Secundo de ipsa distinctione secundũ se.

¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum informitas materiæ creatæ præcesserit tempore distinctionem ipsius. ¶Secundo, vtrum sit vna materia omnium corporalium. ¶Tertio, vtrum cælum empyreum sit concreatum materiæ informi. ¶Quarto, vtrum tempus sit eidem concreatum.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum informitas materiæ tempore præcesserit formationem ipsius.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd informitas materiæ tempore præcesserit formationem ipsius. Dicitur enim Gene. 1. Terra erat inanis & vacua: siue inuisibilis & incomposita, secundum aliam literam. Per quod designatur informitas materiæ, vt Augustin. dicit. Ergo materia fuit aliquando informis antequam formaretur.

¶Præterea, Natura in sua operatione Dei operationem imitatur: sicut causa secunda imitatur causam primam. Sed in operatione naturæ informitas tempore præcedit formationem: ergo & in operatione Dei.

¶Pręterea, Materia potior est accidente: quia materia est pars substantiæ. Sed Deus potest facere quòd accidens sit sine subiecto: vt patet in sacramento altaris. Ergo potuit facere quòd materia esset sine forma.

¶SED CONTRA, Imperfectio effectus attestatur imperfectioni agentis. Sed Deus est agens perfectissimum. Vnde de eo dicitur Deutero. 32. Dei perfecta sunt opera. Ergo opus ab eo creatum, nunquam fuit informe.

¶Præterea, Creaturæ corporalis formatio facta fuit per opus distinctionis. Distinctioni autem opponitur confusio, sicut & formationi informitas. Si ergo informitas præcessit tempore formationem materiæ, sequitur, à principio fuisse confusionem corporalis creaturæ, quam antiqui vocauerunt, Chaos.

CONCLVSIO.

¶*Informitas materiæ non præcessit duratione eius formationem, aut distinctionem, sed natura: præcessit autem informitas materiæ eius formationem, id est pulchritudinem & ornatum.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc sunt diuersæ opiniones sanctorum. Augustinus enim vult, quòd informitas materiæ corporalis non præcesserit tempore formationem ipsius sed solum origine, vel ordine naturæ[e]. Alij vero, vt Basilius, Ambrosius, & Chrysostomus, volunt, quòd informitas materiæ tempore præcesserit formationem.

ipsæ species intellectus Angelici reducuntur in primam causam: quasi rationes seminales in agens perfectum & primariũ. Tertia conclusio, formę corporales in prima rerũ conditione fuerunt immediatæ à Deo. Et probatur: quia nulla ibi interuenit transmutatio de potentia ad actũ: & soli Deo obedit materia ad nutum. Secundo confirmatur autoritate scripturæ, Genesis primo: & patet in litera. b 236

¶Aduerte hic diligẽter, quòd formam fieri per trãsmutationẽ, & ipsam educi de potentia ad actum, non differunt. Et propterea non est idem formam recipi in materia, & educi de ipsa: sed oportet quòd forma ex vi transmutationis resultet. Imaginandũ est enĩ formas omnes educibiles pręesse in materia in potentia, quasi latitãtes sub potestate ipsius: & esse in ea vim causatiuã earum, materialiter tamen: ita quòd accedente determinato agente ad certam speciem, & trãsmutante materiam, illa ex vi talis mutatiõis mutatur: non ex eo quòd habet in se aliquid extrinsecus adueniens, sed ex eo quòd habet indeterminate, paulatim determinatur ad habendũ distincte quod in se pri⁹ habebat confuse. Hæc enim est vis determinatæ transmutationis. *Annot.* c 355 332 *inf. q.69. ar.1. & 2. con. & q. 74. art.2. con. Et po. q.4. art.1. et ar.2. co.*

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum primum.*

Commẽt. Titulus clarus est. ¶In corpore tria principaliter facit. Primo refert diuersitatem opinionum. Secundo ostendit, sententiam Augustini oportere veram fateri. Tertio sententiam aliorum tractat.

¶Quo ad primum duo dicit, scilicet ipsas opiniones cõtrarias de quæsito, & radicem, quòd in rei veritate non sunt cõtrariæ, propter æquiuocationem informitatis.

¶Quo ad secundũ duo dicit. Primo quid nominis ipsius informitatis apud Aug. significat enĩ negationem omnis formæ. Secundo conclusionem responsiuam apud eundem, informitas materiæ non præcessit duratione eius formationem, aut distinctionem, sed natura tantum. Et de formatione quidẽ probatur: quia sequeretur quòd esset ens in actu sine actu. De distinctione vero: quia sequeretur opinio antiquorum naturalium, ponentium subiectum generationis ens in actu. Et consequenter gñari nõ esse nisi alterari: quia oĩs forma genita non faceret ens simplr, sed adueniret illi. Quòd aũt præcedat natura, sicut potẽtia actũ, & pres totũ: pbat ex eo q talis iformitas est cõditio materiæ primæ secundũ se. 349

¶Circa

Et quamuis hæ opiniones videantur esse contrariæ, tamen parum ab inuicem differunt. Aliter enim accipit informitatem materiæ Augu. quàm alij. Augu. enim accipit informitatem materiæ pro carentia omnis formæ: & sic impossibile est dicere quòd informitas materiæ tempore præcesserit vel formationem ipsius, vel distinctionē. Et de formatione quidem manifestum est. Si enim materia informis pręcessit duratione, hæc erat iam in actu, hoc enim duratio importat. Creationis enim terminus est ens actu: ipsum autem quod est actus, est forma. Dicere igitur materiam præcedere sine forma est dicere ens actu sine actu. Quod implicat contradictionem. Nec etiam potest dici, quòd habuit aliquam formam communem, & postmodum superuenerunt ei formæ diuersæ quibus sit distincta. Quia hoc esset idem cum opinione antiquorum naturalium, qui posuerunt materiam primam esse aliquod corpus in actu, puta ignem, aërem, aut aquam, aut aliquod medium. Ex quo sequebatur quòd fieri non esset nisi alterari. Quia cum illa forma præcedens daret esse in actu in genere substantiæ, & faceret esse hoc aliquid: sequebatur quòd superueniens forma non faceret simpliciter ens actu, sed ens actu hoc. Quod est proprium formæ accidentalis. Et sic sequentes formæ essent accidentia, secundum quæ non attenditur generatio, sed alteratio. Vnde oportet dicere, quòd materia prima neque fuit creata omnino forma, neque sub forma vna communi, sed sub formis distinctis. Et ita, si informitas materiæ referatur ad conditionem primæ materiæ, quæ secundum se non habet aliquam formam, informitas materiæ non præcessit formationem seu distinctionem ipsius tempore, vt Augu. dicit, sed origine seu natura tantum, eo modo quo potentia est prior actu, & pars toto. Alij vero sancti accipiunt informitatem, non secundum quod excludit omnem formam, sed secundum quod excludit istam formositatem & decorem, qui nunc apparet in corporea creatura. Et secundum hoc dicunt quòd informitas materiæ corporalis duratione præcessit formationem eiusdem[e]. Et sic secundum hoc quantum ad aliquid cum eis Augu. concordat, & quantum ad aliquid discordat, vt infrà patebit[e]. Et quantum ex litera Gene. accipi potest, triplex formositas deerat propter quod dicebatur creatura corporalis informis. Deerat enim à toto corpore diaphano, quòd dicitur cælum pulchritudo lucis. Vnde dicitur quòd tenebræ erant super faciem abyssi. Deerat autem terræ duplex pulchritudo. Vna quam habet ex hoc quòd est aquis discooperta, & quantum ad hoc dicitur, quòd terra erat inanis & vacua, siue inuisibilis, quia corporali aspectui patere non poterat propter aquas vndique eam cooperientes. Alia vero, quam habet ex hoc quòd est ornata herbis & plantis. Et ideo dicitur, quòd erat vacua & incomposita, id est non ornata, secundum aliam literam. Et sic cum præmisisset duas naturas creatas, scilicet cælum & terram, informitatem cæli expressit, per hoc quod dixit, tenebræ erant super faciem abyssi, secundum quod sub cælo etiam aër includitur. Informitatem vero terræ per hoc quod dixit, terra erat inanis & vacua.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd terra aliter accipitur in loco isto ab Augu. & aliis sanctis. Augu. enim vult quòd nomine terræ & aquæ significetur in hoc loco ipsa materia prima. Non enim poterat Moyses rudi populo primam materiam exprimere nisi sub similitudine rerum eis notarum. Vnde & sub multiplici similitudine eam exprimit, non vocans eam tantum aquam, vel tantum terram, ne videatur secundum rei veritatem materia prima esse vel terra, vel aqua. Habet tamen similitudinem cum terra, inquantum subsidet formis: & cum aqua, inquantum est apta formari diuersis formis. Secundum hoc ergo dicitur terra inanis & vacua, vel inuisibilis & incomposita: quia materia per formam cognoscitur. Vnde in se considerata dicitur inuisibilis vel inanis: & eius potentia per formam repletur. Vnde & Plato materiam dicit esse locum. Alij vero sancti per terram intelligunt ipsum elementum. Quæ qualiter secundum eos erat informis, dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd natura producit effectum in actu de ente in potentia. Et ideo oportet vt in eius operatione potentia tempore præcedat actum, & informitas formationem. Sed Deus producit ens actu ex nihilo. Et ideo statim potest producere rem perfectam, secundum magnitudinem suæ virtutis.

¶Ad tertium dicendum, quòd accidens cum sit forma, est actus quidam: materia autem secundum id quod est, est ens in potentia. Vnde magis repugnat esse in actu materiæ sine forma, quàm accidenti sine subiecto.

¶Ad primum vero quod obiicitur in contrarium, dicendum est, quòd si secundum alios sanctos informitas tempore præcessit formationem materiæ: non fuit hoc ex impotentia Dei, sed ex eius sapientia, vt ordo seruaretur in rerum conditione, dum ex imperfecto ad perfectum adducerentur.

¶Ad secundum dicendum, quòd quidam antiquorum naturalium posuerunt confusionem excludentem omnem distinctionem, præter hoc quòd Anax. posuit solum intellectum distinctum & immixtum[e]. Sed ante opus distinctionis scriptura sacra ponit multiplicem 249
distinctionem. Primo quidem cæli & terræ: in quo ostenditur di- 349
stinctio etiam secundum materiam, vt infrà patebit[e]. Et hoc cum a
dicit, In principio Deus creauit cælum & terram, &c. Secundo per 351
distinctionem elementorum, quantum ad formas suas: per hoc quòd nominat terram & aquam. Aërem autem & ignem non nominat, quia non est ita manifestum rudibus, quibus Moyses loquebatur, huiusmodi esse corpora, sicut manifestum est de terra & aqua: quamuis Plato aërem intellexerit significari per hoc quòd dicitur spiritus Domini: quia etiam aër spiritus dicitur[e]: ignem vero 194
intellexerit significari per cælum, quod igneæ naturæ esse dixit, vt 361
Augu. refert in 13. lib. de Ciui. Dei cap. 16. Sed Rabbi Moyses in aliis d
cum Platone concordans, dicit ignem significari per tenebras: quia vt dicit, in propria sphæra ignis non lucet. Sed magis videtur esse conueniens quod prius dictum est[e]: quòd spiritus Domini in scri- 349
ptura non nisi pro spiritussancto consueuit poni. Quia aquis superferri dicitur, non corporaliter, sed sicut voluntas artificis superfertur materiæ quam vult formare. Tertia distinctio significatur secundum situm: quia terra erat sub aquis quibus inuisibilis reddebatur. Aër vero qui est subiectum tenebrarum, significatur fuisse super aquas: per hoc quod dicitur, tenebræ erant super faciem abyssi. Quid autē distinguendum remaneret, ex sequentibus apparebit[e]. 51

ARTICVLVS II. 534

a ¶*Vtrum vna sit materia informis omnium corporalium.* 355

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur 338
quòd vna sit materia informis omnium corporalium. *2.dist.11.*
Dicit enim Augu. 12. confes. Duo reperio quæ fecisti. *ar.1.& 2.*
Vnum quod erat formatum. Alterum quod erat in- *con.ca.16.*
forme. Et hoc dicit esse terram inuisibilem & incom- *§.8. Et in*
positam, per quam dicit significari materiam rerum *pus.3.cap.*
corporalium. Ergo vna est materia omnium corporalium. *34. Et op.*
¶Præterea, Philosophus dicit in 5. meta. quòd illa quæ sunt vnum in *15.c.7. Et*
genere, sunt vnum in materia: Sed omnia corporalia conueniunt in *opusc. 41.*
genere corporis. Ergo omnium corporalium est vna materia. *ca.14. &*
¶Præterea, Diuersus actus fit in diuersa potentia, & vnus in vna. *15. & 1.*
Sed omnium corporum est vna forma, scilicet corporeitas. Ergo *col.l. 6.c.*
omnium corporalium est materia vna. *2.& 3.*

¶Præterea, Materia in se considerata, est solum in potentia. Sed distinctio est per formas. Ergo materia in se considerata, est vna tantum omnium corporalium.

¶SED CONTRA, Quæcunque conueniunt in materia, sunt transmutabilia adinuicem, & agunt & patiuntur abinuicem: vt dicitur in primo, De generatione. Sed corpora cælestia & inferiora non sic se habent adinuicem. Ergo eorum materia non est vna.

CONCLVSIO.

¶*Non est vna omnium corporum corruptibilium & incorruptibilium materia.*

¶RESPONDEO dicendum, quod circa hoc fuerunt diuersæ opiniones philosophorum. Plato enim & omnes philosophi ante Ari. posuerunt omnia corpora esse de natura 4. elementorum. Vnde cum 4. elementa communicent in vna materia, vt mutua generatio & corruptio in eis ostendit: per consequens sequebatur quòd omnium corporum sit materia vna. Quòd autem quædam corpora sint incorruptibilia, Plato ascribebat non conditioni materiæ

Annot. ¶Circa hanc partem aduerte q. ad hunc locum videntur spectare qōnes duę: altera est, an materia possit esse forma: altera, an detur forma corporeitatis, quasi forma coæua materiæ. Sed prima quidem non directe ad hunc spectat locum, quoniam non de diuina potentia, sed de rerum ordine sermo est. cōstat autem etiam secundum aduersarios, quòd secūdum rerum ordinē materia non potest esse sine forma. Vnde de hoc specialis requiratur quęstio in commentariis de ente & essentia. Secūda autem quum de pluralitate formarū inferius tractabitur, aliqualiter tractabitur.

Commen. ¶Quo ad tertium quinque dicit. Primo quid nominis informitatis apud Basilium, Ambrosium & Chrysostomum, scilicet negationem formositatis. Secundo conclusionem responsiuam, informitas pręcessit duratione formationem. Tertio discordiam Augusti. & concordiam in hoc. Quarto triplicem distinguit formositatem ex scriptura luminis in cælo & corpore diaphano, visibilitatis in terra, & decoris vegetantium in eadem. Quinto informitates oppositas ex verbis scripturæ accipit: & patet in litera.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus clarus. Vna propriè sumitur pro vnitate generis physici, quæ propriè est vnitas materiæ, vt patet 5. met.

551 *Commen.* ¶In corpore duo principaliter. Primo tractat opiniones partis affirmatiuæ.
349 Secundo partis ne-
360 gatiuæ.

¶Quo ad primum duas opiniones tractat, prima est antiquorum, secunda est Auicebron. Vtrique enim ponunt vnam omnium materiā. In opinione antiquorū tria dicit, scilicet opinionem eorum, & Platonis defensionem, & Aristo. contra eos impugnationem. In opinione Auicebron tria quoque dicit, scilicet opinionem eius, & fundamētum eius, & impugnationem contra eum: quia sequitur quòd generari non est nisi alterari.

¶Quo ad secundū duas quoque opiniones tractat, scilicet Auer. & suā: tali ordine. Primo probat hanc negatiuam. Materia corruptibilium & incorruptibilium nō est vna. In hac enim conuenit cum Auer. & discrepat ab omnibus suprà dictis: ex eisdem enim fundamentis eliditur opposita opinio. Probat autem eam tali ratione, Materia secundum id quod est, est in potentia ad formam: ergo secundum se est potentia ad oēs formas, quibus est

communis: ergo habendo vnam illarum remanet in potentia ad omnes alias formas: ergo est simul sub forma vna & priuatione alterius: ergo si vna est corruptibilis & incorruptibilis compositi, erit idem simul corruptibile & incorruptibile secundum naturam: ergo impossibile est esse vnam materiam corruptibilium & incorruptibilium. Secunda consequentia probatur: quia si habendo vnam, non remaneret in potentia ad reliquas, hoc esset quia illa forma, quam habet, perficeret eam sic, q. non relinqueret potentiam ad alias: sed hoc non potest esse. Probatur dupliciter. primo, quia materia per vnam non fit actu nisi secundum potentiam ad illam, secundo, & est exclusio responsionis, quia materia secundum se, indifferenter se habet ad formam perfectam & imperfectam.

¶*Nū oīm possibile sit esse vnā mām, et nū materia cæli et horū inferiorū vna sit.*

Quæstio. ¶Circa hanc partem aduerte quòd Sco. contra conclusionem, Aegidius vero contra rationem & conclusionem instat. Vnde hic in 2. distin. 12. rationem hanc nititur soluere, negando secundam consequentiam: imaginatur enim quòd materia lunæ non sit in potentia ad formam ignis, quia forma lunæ non habet contrariū, & sic non est priuata, nec appetit illam. Sed reuera mirum est de tam præclaro discipulo, quomodo à tanto declinauit magistro, in re tam patula. Priuatio enim (vt habetur quarta meta.) est negatio in subiecto apto nato: sed materia lunæ est secundum se apta nata recipere formam ignis, & habet negationem eius, ergo in materia lunæ est priuatio formæ ignis. Nec potest responderi ad hoc, nisi negādo rationem priuationis. Vnde San. Tho. & Sco. conati sunt excludere responsionem in litera tactam, quia apparentiam habet, non istam quæ nihil valet: stat ergo ratio. Contra conclusionem autem dupliciter arguitur: primo impugnando in cælo materiam quæ est pura potentia, secundo impugnando quòd alterius rationis. Contra primum arguit Sco. in 2. distinct. 14. quæstio. 1. in cælo non est potentia contradictionis: ergo in eo non est materia quæ est pure potentia. Antecedens ex nona meta. tex. 17. consequentia probatur, potentia pura est secundum se ad esse & non esse. Et confirmatur hoc motiuum: quia pura potentia prius natura habet priuationem quàm formam. probatur, quia priuationem habet ex se, formam ab alio: sicut aër se habet ad tenebras & ad lumen. Et confirmatur: quia materia est per quàm res potest esse & non esse: & materia primo physicorum est principium vnum subiecto, & duo secundum rationem, propter priuationem. ergo. Arguunt quoque contra idem alij, quia si cælum esset compositum ex materia & forma, non esset opus anima siue intelligentia motrice: & tenet sequela: quia formam sequeretur motus circularis: sicut motus deorsum sequitur formam grauis. Contra secundum vero arguit primo Scot. vbi supra. non dantur duo primi fines, nec duo prima agentia, ergo nec dantur primæ materiæ duæ.

¶Præterea, Materia solis dato quòd non sit in potentia ad aliam formam, est tamen secundum se in potentia ad formam solis & eius priuationem. ergo est in potentia contradictionis, & consequenter corruptibile erit quantum est ex se corpus cæleste. Aegidius vero vbi suprà contra hoc idem arguit. Primo, quia negatio omnium formarum constituit vnitatem materiæ secundum se, sed seclusa omni formatam cælesti quàm inferiori inuenitur omnis materia cum abnegatione omnis formæ: ergo omnis materia secundum se est vna & eadem negatiue, vt de materia omnium inferiorum dicimus. Secundo, quia actus est qui distinguit & separat septimo metaph. tex. 40. ergo in pura potentia nulla potest esse distinctio, seclusis actibus. Tertio, si darentur diuersæ puræ potentiæ, sequeretur quòd inter actum & potentiam puram non esset maxima distantia positiua: hoc non potest intelligi, ergo & probatur sequela: quia positis duabus puris potentiis diuersarum rationum, vt hic ponitur, oportet quòd altera magis distet ab actu puro, quàm altera: ergo distantia vnius potentiæ puræ non est maxima. hæc sufficiant hic: quoniam solutio horum erit manifestatio reliquorum.

¶Ad euidentiam huius rei aduerte diligentissime, quòd siquis naturam materiæ vt sic considerauerit, facile omnium rationem reddet. Materia enim secundum se, secundum id quod est, vt in litera dicitur, non est aliquod ens nisi substantialis potentia ad formam, nec aliam naturam habet: & hoc est eius quod quid est. Verum hoc non contingit vno modo, sed duobus: quia esse ad formam contingit dupliciter, scilicet ad formam secundum genus, & ad formam talem secundum speciem. Quum enim oporteat potentiam omnem aliquem actum per se primo respicere vt ad adæquatum sibi, per quem diffinienda est, vt patet 9. meta. consequens est vt substantialis potentia materiæ respiciat vt adæquatum actum, aut formam talem secundum genus aut secundum speciem: indiuidua enim extra artem sunt. Inter hos autem duos modos hæc est manifesta differentia, quòd potētia ad formam vnam genere tantum est ad plures species: potentia vero tantum ad formam vnam specie non est ad plura, nisi forte per accidens, puta quia species illa multiplicabilis esset numeraliter. Ex hac autem differentia sequitur alia, scilicet quòd potentia primo modo habet priuationem annexam: potentia vero secundo modo non. & patet sequela: quia materia quæ est in potentia ad plura, habendo vnum actu, adhuc est in potentia ad aliud: ac per hoc priuatur illo. potentia enim ad aliquid cum negatione illius in eo constituit priuationem, vt patet. Materia vero cuius est potentia ad vnum solum, quum habendo illud nullo sibi possibili careat: nullam habet priuationem. Nec pertransibis hic, sed philosophice subsiste: & considera quòd nulla res appetit negationem aut malum, nisi quia appetit bonum, cui est annexa negatio alterius. Sicut calefactibile appetendo calorem, appetit negationem frigoris: & ignis appetendo perpetuitatem sui, corruptionem aquæ ex consequenti appetit. Et propterea si potentia aliqua non est ad aliam formam, non habet congenitam priuationem eius formæ quàm habet, aliter appeteret primo non esse quod non est intelligibile. Vnde in proposito sic contingere rationi consonat. Et quòd materia prima horum inferiorum est potentia substantialis respectu omnium formarum rerum generabilium & corruptibilium, ac per hoc respicit per se primo vt actum adæquatum formam substantiæ generabilis: sub qua quoniam multæ sunt species, oportet ipsam sub vna esse in potentia ad aliam, & consequenter illa priuatam: & sic omnia sunt adinuicem generabilia, &c. Et quòd materia cælestis corporis non est ad actum vnum tantum secundum genus, sed vnum specie atoma: ita quòd non est putandum, quòd materia cæli respiciat formam cælestem vt actu adæquatum, quia sic sequeretur potentia ad plura, & priuatio & corruptibilitas ab intrinseco: sed quòd materia lunæ est in potentia secundum se ad formam lunæ tantum, & materia solis ad formam solis tantum, & sic de aliis: ita quòd quot sunt species corporum cælestium, tot sunt genera physica eorum. Et hoc quod dico, cæli materia, non significat aliquam vnam materiam, sed quoddam analogum omnibus materiis cælestium corporum. Ad rationem ergo Sco. & Auer. dicito dupliciter, primo secundum rem, secundo ad hominem, id est secundum modum loquendi Arist. 9. met. Secundum rem distingue quòd potentia passiua est duplex. Quædam pure receptiua, quæ scilicet nulla passione media recipit formam. Quædam vero receptiua & passiua simul: ita quòd & agitur ab agenti, & recipit formam. Modo dico, & ita est quòd potentia pure receptiua non est potentia contradictionis, potentia autem receptiua & passiua simul hæc est contradictionis. Ex dictis autem patet, quòd materia lunæ est potentia receptiua tantum, quoniam nulla passione aut actione media materia habet illam formam: & patet hanc distinctionem esse veram in potentia cæli respectu suæ figuræ. Illa enim non est contradictionis, & tamen receptiua, non tamen passiua. Et si contrà instetur, quia potentia secundum se est indifferens ad actum & negationē: vel q. plus est, prius natura habet negationē: quia secundū se ex Aui. 6. meta. c. 2. Rūdeatur negando consequentiā si antecedens fiat negatiue: vel antecedens si fiat positiue. Ista enim propositio negatiua est vera, potentia non ex se habet actū: sed ex hac nō sequitur affirmatiua, ergo ex se habet nō actū, quod est esse in potētia cōtradictionis secundū se: ad actū, scilicet & nō actū. illa vero affirmatiua, potētia ex se habet nō actū, est falsa: & similiter ista est falsa, potentia ex se nō habet actū magis quā non actum: quoniā ex se in proprio genere causæ, scilicet materialis, ita vendicat sibi actū talem, q. nullo modo oppositum: quoniā talem q. nullum alium. Ad hominē vero scito, q. Ari. 9. meta. tex. 17. qui allegatur, non vocat potentiā nisi potentiā vt potentia: potentia autē vt potentia non est quando iam est sub actu: & sic potentiā pure receptiuam non vocat potentiam, & propterea dicit q. omnis potentia est potentia contradictionis. Et si vis etiam proteruos conuincere, affer codicē, & videbis ibidē q. negat in cælo esse potentiā ad motū localem: quum tamē constet q. motus est actus entis in potentia inquantum in potentia. Quia enim posuit motum cælo coæternum, sicut & figuram: ac per hoc cælū nunquā est in statu potentiæ respectu motus, sed semper in actu: ideo dixit non esse in potentia ad motum, sed in potentia ad terminos motus. vnde & quo ad quos continue agitur à motore deperdendos & acquirendos. Ad confirmationes autem dicitur dupliciter. Primo distinguendo de non esse & priuatione simpliciter, vel secundum quid. Et q. materia est per quā potest res non esse saltē secundū quid, & similiter est idem subiecto cum priuatione secundum quid saltē. Secundo potest dici & melius, q. istæ propositiones possunt dupliciter exponi. Primo vt subiectum ven licet sibi prædicatū, & sic nō sunt veræ nisi cum disiunctione simpliciter, vel secundum quid: alio modo vt prędicatum determinetur sibi subiectum: & sic sunt vere absolutæ. Vbicunque nanque est potentia ad esse & non esse, ibi est materia: similiter vbi est priuatio, ibi est idem subiecto cum materia, & non econtra. Ad argumentum aliorū negatur sequela: & ratio est: quia motus circularis est motus animalis & non mere naturalis: & propterea non superfluit forma cæli. Nec est dicendum q. est principium pure passiuum respectu motus circularis: sed q. quemadmodum forma cordis concurrit ad motum cordis medio modo inter pure passiuū & actiuū, & tamen nonnisi ab anima motus ille esse potest: ita forma cæli natura talis est ad quā in cōiunctione ad animā seu intelligentiā natus est sequi motus circularis. vnde substantia corporalis cæli est principium naturale motus circularis: alioquin rueret totus processus in primo de cælo & mundo, ad inferendam quintam essentiā: & nihilominus animam oportet adiungere: sicut patet in motu cordis. Est enim primus motus in vniuerso, sicut motus cordis in animali, vt patet in 8. physico.

¶Ad rationem autem primam Scoti contra secundum dictum neganda est sequela: quoniam non est par ratio de causis extrinsecis & intrinsecis: quoniam istæ sunt partes rei, & intrant compositionem rerum, ac per hoc oportet esse varias iuxta rerum varietates: extrinsecæ autem non. Ad secundum vero iam patet responsio ex dictis. negatur siquidem, quòd materia solis sit in potentia secundum se ad priuationem suæ formæ: & ratio est, quia potentia ad priuationem huius formæ fundatur super potentia ad aliam formam, vt patet ex dictis.

¶Ad primū vero Aegidij modificatur illa propositio, negatio omniū formarum constituit vnitatē materiæ. potest enim dupliciter intelligi. Primo absolute, vt sonat, & sic est falsa: quia negatio absolute dicitur de nihilo. Alio modo in subiecto apto nato, & sic est vera: sed subiectum aptum in proposito est materia cōmunis multis. hęc enim est vna negatiue non positiue: sed materia cōmunis multis, cum materia propria vni non sortitur vnitatem ex negatione: quia ex hoc ipso q. hæc est cōmunis his, illæ non iam sunt diuersæ. Ad secundū autē conceditur, q. solus actus distinguit: & dico q. duæ pure potentiæ distinguuntur actibus, quos per se primo respiciunt, & per quos diffiniuntur, & à quibus non possunt abstrahi, etiā per primam operationem intellectus. Et si quæras distinctiuum intrinsecū in eis, dico q. est ipsa cuiusque substantialis commensuratio ad actum sibi adęquatum. Et si de ipsa substantiali commensuratione ad actum quæras, dico q. est nō solum identice, sed formaliter ipsa essentia cuiusque puræ potentiæ. Et propterea sicut actus adæquati sunt diuersi seipsis, ita potentiæ proprie ad eos sunt per se diuersę propter actus. Sicut enim materia est propter formam, ita distinctio materiæ est propter diuersitatem formarum. Ad tertium quo ad rem dicitur, q. nullum inconueniens est, vnam puram potentiam magis distare ab actu puro quàm aliam purā potentiā: non per inclusionē alicuius actualitatis in vna magis quàm in alia: quia non essent ambæ puræ potentiæ: sed per vnius cōmensurationē ad perfectiorem actum adæquatū respectu alterius, ita q. ex hoc vna pura potentia est altera pura potentia minus ab actu distans, quia est capacitas perfectioris actus. Sed caue hic ne fallaris sophismate consequentis, aut figuræ distinctionis, à pura potētia ad puram potentiā ad talem actū. Illa enim est prope nihil, & maxime distās à Deo, &c. Sed habet latitudinem propter actus respectos modo declarato. Singularū autē pure potentiarū nulla nisi cōmensurata infimo actui est maxime distās, & ꝓpe nihil. Ex his autē puto facile reliqua solui posse: quare transeamus ad alia.

¶In litera deinde autor destruit hanc affirmatiuam, quę est positio Auer. Materia *Commen.*
cæli est simplex substantia corporea, tali ratione. Omne ens actu vel est actus: seu forma, vel habens actum seu formam: sed corporeitas cæli secluso motore est ens actu, & non est habens actum seu formam. ergo est actus seu forma. Discursus bonus cum pręmissis euidentibus, saltem naturaliter & ad hominem, scilicet Auer. falsitas autem conclusionis probatur sic, si corporeitas illa esset actus, esset intellecta in actu, quod repugnat cælesti corpori, quia est sensibile, vt patet.

¶*Num quod secundum se totum actus est, est intellectum in actu.*

¶Circa hanc rōnem aduerte, q. calumniā patitur, propterea quia fundatur super *Quæstio.*
hac propositione, omne quod est secundū se totū actus, est intellectū in actu, vt patet. hoc autē esse falsum patet ex eo, q. hęc albedo est secundū se tota actus, & sic hęc forma huius bouis est tota actus: nihil enim horū habet plures partes, quarum vna sit actus vel forma, & altera nō. Et tn̄ cōstat, q. nihil horū est intellectū in actu, sed sensibile in actu & intelligibile in potentia. Et similiter diceret Auer. de illa corporeitate, q. est de genere substantię sensibilis: & tamen tota est actus potentię admixtus, quia mobilis, & subiectus quantitati, figurę & cęteris accidentibus.

¶Ad euidentiam huius, scito q. esse ens in actu, contingit dupliciter. Vno modo proprie, alio modo cōmuniter. Et communiter quidem vocatur ens in actu omne quod quomodolibet extra causas suas est. Proprie autē illud tantū cuius proprie est esse, quod scilicet est per seipsum, nō quia aliquid est alicuius. hoc autē in his quę fiūt, est illud quod fit, id est cōpositū. vt patet 7. met. In his autē quę nō generātur nec corrūpūtur, est illud quod fieret si fieret. In ꝓposito non est sermo de ente in actu communiter, sed proprie. Et propterea instantię nihil valent. nulla enim forma apud nos est, aut fit, nisi quia est, aut fit compositum. Vnde ratio literę ex resolutione substantię robur trahit. Quum enim substantia diuidatur sufficienter in materiam & formam, & compositum ex illis, & materia diffinita sit quòd non est secundum eam hoc aliquid: forma vero fit secundum quam fit hoc aliquid: oportet quòd corporeitas cęlestis quum manifeste sit hoc aliquid, secluso motore: patet

reipater quòd non cadat sub membro primo, scilicet materia, sed secundo vel tertio, scilicet forma vel cõposito. Et quã
365 Auerrois neget compositum, ergo restat quòd est forma; & est ratio, quia aliquid alicui? est, sed est per seipsam, ita quòd si fieret, eius esset per se primo fieri: ac per hoc eius est per se primo esse. Omnis autem forma quæ per se primo est, est intellecta in actu. quoniam vt in 3. de Anima dicitur, omnino ita se habent quæ circa intellectum sunt, sicut circa separationem à materia. Duo igitur sequũtur ad positionem Auerrois. Et eo quòd per se primo est ens in actu sequitur quòd sit de genere intellectorum in actu.
367 Et eo vero quòd subiici tur quantitati potentiæ activi, &c. sequitur quòd sit de genere sensibilium. Sunt ergo hic incõposibilia. Nec potest ab hac ratione euadere quis, nisi ponendo quartum genus substantiæ quòd ab Arist. philosophia alienũ esse patet. Quod enim aliqui ponũt, scilicet corporeitatem illam comprehẽdi sub primo mẽbro, scilicet sub materia, distinguentes materiam in materiam ad esse, & in materiã ad vbi: contradicit diffinitioni seu proprietati materiæ, quæ ipsum est primum membrum, vt patet in 2. de Ani. Contrariatur quoque doctrinæ Arist. alibi, vt ostẽdi facile posset, si contra Auerroim modo scribendum esset.
372 ¶ Tertio infert tres propositiões. prima est, materia cæli secundum se non est in potentia, nisi ad formã quam habet. Secunda est, quòd non remanet in potentia ad esse, sed ad vbi. Tertia, quòd materia corporũ corruptibilium & incorruptibilium, non est eadem, nisi analogice: & est responsio ad quæstum directe.

a ¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum tertium.

TITULUS clarus ex vsu. Cælum immobile.

Commẽt. ¶ In corpore quinq; facit. Primo vnde habemus cælum empyreum esse, id est à tribus tm. Secundo, in quo cõueniunt hi tres, qa in fine, & in quo differũt, quia in ratione.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd August. sequitur in hoc opinionem Platonis non ponentis quintam essentiam. Vel dicendum, quòd materia informis est vna vnitate ordinis, sicut omnia corpora sunt vnum in ordine creaturæ corporeæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd si genus consideretur physice, corruptibilia & incorruptibilia non sunt in eodem genere, propter diuersum modum potentiæ in eis, vt dicitur decimo metaphy. Secundum autem logicam considerationem est vnum genus omnium, corporum propter vnam rationem corporeitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd forma corporeitatis non est vna in omnibus corporibus, cum non sit alia à formis quibus corpora distinguuntur, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cum potentia dicatur ad actum, ens in potentia est diuersum ex hoc ipso quòd ordinatur ad diuersum actum, sicut visus ad colorem, & auditus ad sonum. Vnde ex hoc ipso materia cælestis corporis est alia à materia elementi: quia non est in potentia ad formam elementi.

ARTICVLVS III.

a ¶ Vtrum cælum empyreum sit concreatum materiæ informi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd cælum empyreum non sit concreatum materiæ informi. Cælum enim empyreum, si est aliquid, oportet quòd sit corpus sensibile. Omne autem corpus sensibile est mobile. Cælum autem empyreum non est mobile, quia motus eius deprehẽderetur per motum alicuius corporis apparentis. Quod minime appareret. Non ergo cælum empyreum est aliquid materiæ informi concreatum. 339 2. dist. 12. articu. 5.

¶ Præterea, Aug. dicit in 3. de Tri. quòd inferiora corpora per superiora quodam ordine regũtur. Si ergo cælum empyreum est quoddam supremum corpus, oportet quòd habeat aliquam influentiam in hęc inferiora corpora. Sed hoc non videtur, præsertim si ponatur immobile, cum nullum corpus moueat nisi motum. Non est ergo cælum empyreum materię informi concreatum. Sed dicatur quòd cælum empyreum est locus contemplationis non ordinatum ad naturales effectus. Contrà Augu. dicit in 4. de Tri. quòd nos secundum quod mente aliquod æternum capimus, non in hoc mundo sumus. Ex quo patet quòd contemplatio mentem supra corporalia eleuat. Non ergo contemplationi locus corporeus deputatur.

¶ Præterea, Inter corpora cælestia inuenitur aliquod corpus partim diaphanum, & partim lucidum, scilicet cælum sydereum. Inuenitur etiam aliquod cælum totum diaphanum, quod aliqui nominant cælum aqueum vel crystallinum. Si ergo est aliud superius cælum, oportet quòd sit totum lucidum. Sed hoc esse non potest, quia sic continue aër illuminaretur, nec vnquam nox esset. Non ergo cælum empyreum materiæ informi est concreatum.

¶ SED CONTRA est quod Strabus dicit, quòd cum dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram, cælum dicit non visibile firmamentum, sed empyreum, id est igneum.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit in principio mundi corpus totaliter lucidum fuisse creatum, vbi inchoaretur beatorum gloria secundum corpus: quod cælum empyreum est appellatum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cælum empyreum non inuenitur positum nisi per autoritates Strabi & Bedæ: & iterum per autoritatem Basilij. In cuius positione quantum ad aliquid conueniunt, scilicet quantum ad hoc quòd sit locus beatorum. Dicit enim Strabus, & etiam Beda, quòd statim factum angelis est repletum. Basil. etiam dicit in secundo examen. Sicut damnati in tenebras vltimas ambiguntur, ita remuneratio pro dignis operibus restauratur in ea luce quæ est extra mundum, & ibi quietis domicilium sortientur: differunt tamen quoniam ad rationem ponendi. Nam Strabus & Beda ponunt cælum empyreum ea ratione, quia firmamentum per quod cælum empyreum intelligunt, non in principio, sed secunda die dicitur factum. Basil. verò ea ratione ponit, ne videatur simpliciter Deus opus suum à tenebris inchoasse, quod Manichæi calumniantur, Deum veteris testamenti, Deum tenebrarum nominantes. Hæ autem rationes non sunt multum cogentes. Nam quæstio de firmamento quod legitur factum in secunda die, aliter soluitur ab Aug. & aliter ab aliis sanctis[c]. Quæstio autem de tenebris soluitur secundum Aug. per hoc, quòd informitas, quæ per tenebras significatur, non præcessit duratione formationem, sed origine. Secundum alios verò, cum tenebræ non sint creaturæ aliquæ, sed priuatio lucis diui. sapi. attestatur, vt ea quæ produxit ex nihilo, primo in statu imperfectionis institueret, & post modum ea perduceret ad perfectum. Potest autem conuenientior ratio sumi ex ipsa conditione gloriæ. Expectatur enim in futura remuneratione duplex gloria, scilicet spiritualis & corporalis, non solum in corporibus humanis glorificandis, sed etiam in toto mundo innouando. Inchoata est autem spiritualis gloria ab ipso mundi principio in beatitudine Angelorum[c], quorum æqualitas sanctis promittitur. Vnde conueniens fuit, vt etiã à principio corporalis gloria inchoetur, in aliquo corpore

corpore, quod etiam à principio fuerit absq; seruitute corruptionis, & mutabilitatis, & totaliter lucidum: sicut tota creatura corporalis expectatur post resurrectionem futura. Et ideo illud cælum dicitur empyreum, id est igneum non ab ardore, sed à splendore.

¶ Sciendum est autem q̃ Augu. 10. de ciui. Dei. dicit, q̃ Porphyrius discernebat à dæmonibus angelos, vt aërea loca esse dæmonum, ætherea vero vel empyrea diceret angelorum. Sed Porphyrius tanquam Platonicus cælum istud sydereum, igneum esse existimabat. Et ideo empyreum nominabat vel æthereum, secũdum quod nomen ætheris sumitur ab inflammatione, & non secundum quod sumitur à velocitate motus. vt Aristot. dicit. Quod pro tanto dictũ est, ne aliquis opinetur August. cælum empyreum posuisse, sicut nunc ponitur à modernis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd corpora sensibilia sunt mobilia secundum ipsum statum mundi: quia per motum creaturæ corporalis procuratur elementorum multiplicatio. Sed in vltima consummatione gloriæ cessabit corporum motus. Et talem oportuit esse à principio dispositionem cæli empyrei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd satis probabile est q̃ cælum empyreũ, secundũ quosdam cũ sit ordinatum ad statũ gloriæ, nõ habet influentiam in inferiora corpora quæ sunt sub alio ordine: vt pote ordinata ad naturalem rerũ decursum. Probabilius tamen videtur dicendum, q̃ sicut supremi angeli, qui assistunt, habent influentiam super medios & vltimos, qui mittuntur, quanuis ipsi non mittantur[c] secundũ Dio. ita cælũ empyreum habet influẽtiam super corpora quæ mouent, licet ipsum nõ moueatur. Et, ꝑpter hoc potest dici q̃ influit in primũ cælum, q̃d mouetur: nõ aliquid transiens & ad ueniens per motũ, sed aliquid fixum & stabile: puta virtutem continendi & causandi, vel aliquid huiusmodi ad dignitatẽ pertinens.

¶ Ad tertium dicendum, quòd locus corporeus deputatur cõtemplationi, non propter necessitatem, sed propter congruitatem, vt exterior claritas interiori conueniat. Vnde Basilius dicit, quòd ministrator spiritus non poterat degere in tenebris, sed in luce & lætitia degendi sibi habitum posidebat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Basilius dicit in 1. examẽ. cõstat factum esse cælum rotunditate conclusum, habens corpus spissum & adeo validum, vt posit ea quæ extrinsecus habentur, ab interioribus separare. Ob hoc necessario posse, regionem relictam carentem luce constituit: vtpote fulgore qui superradiabat excluso. Sed quia corpus firmamẽti etsi sit solidum, est tamen diaphanum, quòd lumen non impedit (vt patet per hoc quòd lumen stellarum videmus non obstantibus mediis cælis) potest aliter dici, quòd habet lucem cælum empyreum non condensata vt radios emittat, sicut corpus solis: sed magis subtilem, vel habet claritatem gloriæ quæ non est conformis cum claritate naturali.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ Vtrum tempus sit concreatum materiæ informi.

340 2. dist. 22. articu. 5. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd tempus non sit concreatum materiæ informi. Dicit enim Aug. 12. confes. ad Deum loquens. Duo reperio quæ fecisti carentia temporibus, scilicet materiã primam corporalem, & naturam angelicam. Non ergo tempus est concreatum materiæ informi.

¶ Præterea, Tempus diuiditur per diem & noctem. Sed à principio nec nox, nec dies erat. Sed postmodum cum diuisit Deus lucem à tenebris. ergo à principio non erat tempus.

¶ Præterea, Tempus est numerus motus firmamenti, quod legitur factum secundo die. Ergo non à principio erat tempus.

¶ Præterea, Motus est prior tempore. Magis igitur debebat numerari inter primo creata, quàm tempus.

¶ Præterea, Sicut tempus est mensura extrinseca, ita & locus. Non ergo magis debet cõputari inter primo creata tempus quàm locus.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit super Gen. ad lit. q̃ spiritualis & corporalis creatura est creata in principio temporis.

CONCLVSIO.

¶ In prima mundi origine fuit tempus informi materia concreatum.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q̃ cõmuniter dicitur, quatuor esse primo creata, scilicet naturam angelicam, cælum empyreum, materiam corporalem informẽ, & tẽpus. Sed attendendũ est q̃ hoc dictũ nõ procedit secundũ Aug. opinionẽ. Aug. enim ponit duo primo creata, scilicet naturã angelicã, & materiã corporalem, nulla mentione facta de cælo empyreo. Hæc autẽ duo, scilicet natura angelica, & materia informis præcedunt formationem nõ durationẽ, sed natura. Et sicut natura præcedit formationem, ita etiam & motũ, & tempus. Vnde tempus non potest eis connumerari. Procedit autẽ prædicta enumeratio secundũ opinionẽ aliorum sanctorum, ponentium q̃ informitas materiæ duratione præcessit formationem: & tunc pro illa duratione necesse est ponere tempus aliquod: aliter enim mensura durationis accipi non posset.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd August. hoc dicit ea ratione qua natura, & materia informis præcedunt origine seu natura tempus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut secundum alios sanctos materia erat quodãmodo informis. & postea fuit formata: ita tempus quodammodo fuit informe, & postmodũ formatum & distinctum per diem & noctem.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd si motus firmamenti non statim à principio incoepit: tunc tempus quod præcessit, non erat numerus motus firmamenti, sed cuiuscunq; primi motus. Accidit enim tempori q̃ sit numerus motus firmamenti inquantum hic motus est primus motuum. Si autem esset alius motus primus, illius motus esset temporis mensura: quia omnia mensurantur primo sui generis. Oportet autem dicere, statim à principio fuisse aliquem motum, ad minus secundum successionem conceptionum & affectionum in mente aliqua. Motum autem non est intelligere sine tempore, cum nihil aliud sit tempus quàm numerus prioris & posterioris in motu.

¶ Ad quartum dicendum, quòd inter primo creata computantur ea quæ habent generalem habitudinem ad res. Et ideo computari debuit tempus, quòd habet rationem communis mensuræ, non autem motus, quæ comparatur solum ad subiectum mobile.

¶ Ad quintum dicendũ, q̃ locus intelligitur in cælo empyreo oĩa continẽte. Et quia locus est de permanẽtibus, concreatus est totus simul: tẽpus aũt quod est non permanens, concreatũ est in suo principio, sicut etiam modo nihil est accipere in actu de tempore nisi nunc.

QVAESTIO SEXAGESIMASEPTIMA de Opere distinctionis secundum se, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de opere distinctionis secundum se. Et primo, de opere primæ diei. Secundo, de opere secundæ diei. Tertio, de opere tertiæ. ¶ Circa primum quæruntur quatuor. ¶ Primo, vtrum lux proprie in spiritualibus dici possit. ¶ Secundo, vtrum lux corporalis sit corpus. ¶ Tertio, vtrum sit qualitas. ¶ Quarto, vtrum conueniens fuit prima die fieri lucem.

ARTICVLVS PRIMVS.

a ¶ Vtrum lux proprie in spiritualibus dicatur.

341 4. dist. 13. articu. 2. Et quoli. 6. fin. Et Io. 1. l. 8. principio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ lux proprie in spiritualibus dicatur. Dicit enim August. 4. super Gen. ad lit. quòd in spiritualibus melior & certior lux est. Et quòd Christus non sic dicitur lux quomodo lapis, sed illud proprie, hoc figuratiue.

¶ Præterea, Dio. 4. cap. de di. no. ponit lumen inter nomina intelligibilia Dei. Nomina autem intelligibilia proprie dicuntur in spiritualibus. Ergo lux proprie dicitur in spiritualibus.

¶ Præterea, Apostolus dicit ad Ephe. 5. Omne quod manifestatur, lumẽ est. Sed manifestatio magis proprie est in spiritualibus, quàm in corporalibus. Ergo & lux.

¶ SED CONTRA est quod Ambro. in lib. de trinita. ponit splendorem inter ea quæ de Deo metaphorice dicuntur.

CONCLVSIO.

¶ Lumen quo ad vsum assumitur ad significandum quodcunque manifestationem & cognitionem facit: quo ad impositionem vero, vt scilicet importet manifestationẽ in sensu visus, nonnisi metaphorice in spiritualibus assumitur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd de aliquo nomine dupliciter conuenit loqui. Vno modo secundum primam eius positionem. Alio modo secundum vsum nominis: sicut patet in nomine Visionis, quod primo impositum est ad significandum actum sensus visus. Sed propter dignitatem & certitudinem huius sensus extensum est hoc nomen secundum vsum loquentium ad omnem cognitionem aliorum sensuum. Dicimus enim, Vide quomodo sapit, vel quomodo redolet, vel quomodo est calidum. Et vlterius etiam ad cognitionem intellectus: secundum illud Matthæi 5. ca. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

¶ Et similiter dicendum est de nomine lucis. Nam primo quidem est institutum ad significandum id quod facit manifestationem in sensu visus: Postmodum autem extensum est ad significandum omne illud quod facit manifestationem secundum quancunque

Tertio librat eorum rationes. Quarto rationem magis congruam assignat. Quinto ostendit secũdam partem exclusiuæ propositiæ, excludendo Augustinum à ponentibus tale cælũ: omnia clara sunt.

Annot. ¶ In responsione ad secundum aduerte quòd S. Thomas suam olim in secundo sententiarum, distinctione 2. quæstione secunda, articulo tertio, relinquit opinionem de negatione influentiæ cæli empyrei: quàm etiã in quolibeto sexto: quæstione vndecima reprehendit: quare hic dicta amplectere.

a ¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum quartum.

TITULUS clarus est.

Comment. ¶ In corpore trla. Primo cõclusionem responsuam assignatur: cõmuniter dicitur quatuor esse concreata. Secundo ostendit hoc non verificari apud Augustinum: & consequenter apud Augustinũ negatiue respõdetur quæsito. Tertio ostendit hoc verificari apud alios: omnia clara.

a ¶ Super Quæstionis sexagesimæseptimæ Articulum primum.

TITULUS clarus est.

Comment. ¶ In corpore vna distinctio de significatione duplici nominis: scilicet quo ad primam ſm positionem, & quo ad vsum. iuxta vtrunque membrum respondet quæsito: iuxta primum negatiue; iuxta secũdum affirmatiue.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæseptimæ Articulum secundum.*

Cōment. Titulus clarus est. ¶In corpore vna cōclusio responsiua negatiue. Lux non est corpus. Probatur clare ex tribus motiuis, scilicet loco, motu, & generatione & corruptione: & clare patent sine quęstione.

342 *2.d.2.q.1.artic.3.ad 4m. & di.13. art.3.& dist.30. q.2.ar.1. cor.& 2. cæl.li.10. co.5.principio. Et 2.de Anima. lib.14.*

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæseptimæ Articulum tertium.*

Cōment. Titulus clarus est. ¶In corpore tria iuxta tres opiniones duas extremas. prima est tenentium lumen intentionem. secunda tenentium lucem substātiam. Et mediam, scilicet esse qualitatem actiuam cōsequentem corpus lucens ex se. Quo ad primum duo. Primum opinio, lumen non habet esse naturale, sed intentionale. Secundum contra dupliciter: primo, quia denominat, secundo, quia causat effectus naturales.

Quæstio. ¶*Num lumen habeat esse intentionale.*

¶Hic aduerte quòd Scotus in 2. distinct. 13. & Ægidius in secundo de Anima, & in 2. sentent. distin. 23. tenent lumen intentionale esse, habere. Et ad primam rationem S. Thom. dicit Sco. quòd maior non est necessaria, sed vera in multis per accidens: quia non habemus denominatiua propria. Ad secūdam vero negat maiorem: affert autem Scot. rationem pro se contra S. Thomā difficilem, lumē recipitur in organo visus, ergo habet esse intentionale. Antecedens probat autoritate Auerrois in De sensu & sensato: & Aristotelis ibidem ponentis lumen intrinsecum oculo. consequentia probatur: quia sensibile positum supra sensum non causat sensationem.

¶Ad hoc breuiter videtur mihi dicēdum quòd esse luminis neque est esse pure intentionale, neque naturale, vt distinguitur contra intentionale: sed est esse altius præhabens in se virtualiter id quod spectat ad esse naturale & intentionale. Ita quòd est vtrunque & neutrum. Et alterum, scilicet naturale, vt S. Thomas dicit. Neutrum quidem, quia non habet esse naturale quod distinguitur contra intentionale, id est esse naturale sic materiale: quemadmodum sensibilia obiecta sensuū habent, quæ ob suam materialitatem sentiri non possunt, posita supra sensum secundum se: quia sensus non est receptiuus nisi speciē tū sine materia. Nec habet esse intentionale, vt distinguitur contra naturale: quia scilicet non est tantum intentio rei sensibilis, sed res ipsa sensibilis. Nec deficit à complemento essendi quod natum est in natura conuenire quidditati lucis: quemadmodum intentio albedinis non habet esse illud quod natum est in natura conuenire quod quid erat esse albedinis. Vtrunque vero, quia hoc ostendit efficacia eius: recipitur enim in organo, & non impedit, imò facit sensationem: ergo habet qđ est intentionis. Causat rursus trāsmutationes reales in rebus inanimatis calefaciendo, &c. ergo habet qđ est esse naturalis. Alterum autem, scilicet naturale: quia hoc esse altius in quo lumen præhabet quod est vtriusque naturale esse, illius est, vt subiectum ostendit. Esse siquidem naturale alicuius quidditatis ab intētionale eiusdē in subiecto differunt, vt patet in omnibus inductiue. Subiectum autem lucis & luminis idē est. scilicet diaphanum inquantum huiusmodi: igitur. Sed quoniam hoc esse est spirituale valide, ideo habet etiam id quod est intentionis. Et hoc ex eadem radice venit: quia organum visus est eiusdem naturæ: cum eius subiecto: quia diaphanum est, vt patet in De sensu & sensato: & hoc modo omnes aliquo modo dixerunt verum. a 351

¶Quo ad secūdum duo, primum opinio, quòd est forma substantialis: secundum, contra dupliciter, quia sensibile per se, & quia in vno accidens.

¶Quo ad tertium conclusio responsiua. Lux est qualitas actiua consequens substātiam corporis ex se lucentis. Probatur dupliciter. Primo quasi per lucem à diuisione: quia nullum prædictorum est: ergo. Secundo à signo: quia radij stellarum habent diuersos effectus iuxta stellarum diuersitatem.

343 *2.dist.13. ar.3.et 4. Et spū. arti.8.ad 1m. Et 2.de Anima. li.14. Et opus. 9.q.7.& 2.cæl.li. 10.col.5.*

¶Sed circa hoc signum, est dubium, ad quid adductum sit hoc signum. Non enim ad hoc quòd lux sit qualitas. Nec ad hoc quòd sit actiua: quia vtrunque horum probatum est. ergo ad hoc quòd est cōsequens formam corporis lucentis ex se. Sed hoc non infertur ex hoc signo, nisi tenendo omnes stellas lucere ex se: quod est aut falsum, aut dubium. Et patet hoc, quia diuersitas effectuum non arguit lucem consequi corpus ex se lucens, nisi quia quælibet lux agit in virtute illius corporis, ex quo 19 *argu.*

cognitionem. Si ergo accipiatur nomen luminis secundū suam primam impositionem, metaphorice in spiritualibus dicitur, vt Ambrosius dicit. Si autem accipiatur secundum quod est in vsu loquentium ad omnem manifestationem extensum, sic proprie in spiritualibus dicitur.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

¶*Vtrum lux sit corpus.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ lux sit corpus. Dicit enī Aug. in lib. de lib. arbitr. ꝙ lux in corporibus primū tenet locū. Ergo lux est corpus.

¶Præterea, Philosophus dicit quòd lumen est species ignis. Sed ignis est corpus. Ergo lumen est corpus.

¶Pręterea, Ferri, intersecari & reflecti est proprie corporū. hæc autē omnia attribuuntur lumini vel radio. Coniunguntur etiam diuersi radij, & separantur, vt Dio. dicit 2. cap. de diuino no. Quod etiā videtur nō nisi corporibus conuenire posse. Ergo lumen est corpus.

¶SED CONTRA, duo corpora non possunt simul esse in eodē loco. sed lumen est simul cum aëre. Ergo lumen non est corpus.

CONCLVSIO.

¶*Cum illuminatio fiat in instanti, & in omnem partem, lumen ipsum non est corpus.*

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ impossibile est lumen esse corpus. Quod quidem apparet tripliciter. Primo quidem ex parte loci, Nam locus cuiuslibet corporis est alius à loco alterius corporis, nec est possibile secundum naturam duo corpora esse simul in eodē loco qualiacunque corpora sint: quia contiguū requirit distinctionem in situ. Secundo apparet idē ex ratione motus. Si enim lumen esset corpus, illuminatio esset motus localis corporis. Nullus autem motus localis corporis potest esse in instanti: quia omne quod mouetur localiter, necesse est ꝙ prius perueniat ad medium magnitudinis, quàm ad extremū. Illuminatio autē fit in instanti, nec potest dici ꝙ fiat in tempore imperceptibili. Quia in paruo spatio posset tēpus latere, in magno autē spatio, puta ab Oriente in Occidentē tempus latere non posset. Statim enī cū sol est in puncto horizontis, illuminatur totū hemisphærium vsq; ad punctū oppositū. Est etiam aliud considerandū ex parte motus. Quia omne corpus habet motū naturalem determinatum. Motus autē illuminationis est ad oēm partē, nec magis secūdū circulū, q̃ secūdū rectitudinē. Vnde manifestū est, ꝙ illuminatio non est motus localis alicuius corporis. tertio apparet idem ex parte generationis & corruptionis. Si enim lumen esset corpus, quando aër obtenebrescit per absentiā luminaris, sequeretur quòd corpus luminis corrumperetur, & quòd materia eius acciperet aliam formam. Quod non apparet, nisi aliquis dicat etiam tenebras esse corpus. Nec etiam apparet ex qua materia tantum corpus quod replet medium hemisphærium, quotidie generetur. Ridiculum est etiam dicere, quòd ad solam absentiam luminaris tantū corpus corrūpatur. Si quis etiā dicat ꝙ nō corrūpitur, sed simul cū sole accedit & circūfertur, quid dici poterit de hoc ꝙ ad interpositionem alicuius corporis circa cādelam tota domus obscuratur? Nec videtur, ꝙ lumen congregetur circa candelā: quia non apparet ibi maior claritas pòst, quàm antè. Quia ergo omnia hæc non solum rationi, sed sensui etiam repugnant, dicendum est quòd impossibile est lumen esse corpus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd August. accipit lucem pro corpore lucido in actu, scilicet pro igne, quod inter quatuor elementa nobilissimum est.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ Ari. lumen nominat ignē in propria materia: sicut ignis in materia aërea dicitur flamma, & in materia terrea dicitur carbo. Nō tamen est multū curandum eis exemplis quæ Arist. inducit in libris logicalibus: quia inducit ea vt probabilia secundum opinionem aliorum [e].

¶Ad tertiū dicendum, quòd omnia illa attribuūtur lumini metaphorice: sicut etiam possent attribui calori. Quia enim motus localis est naturaliter primus motuum (vt probatur in 8. physi.) vtimur nominibus pertinentibus ad motum localem in alteratione & in omnibus motibus: sicut etiam nomen distantiæ deriuatum est à loco ad omnia contraria, vt dicitur in 10. metaphysi.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum lux sit qualitas.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd lux nō sit qualitas. Omnis enim qualitas permanet in subiecto etiā postquam agens discesserit: sicut calor in aqua postquam remouetur ab igne. Sed lumē non remanet in aëre recedente luminari. Ergo lumen non est qualitas.

¶Præterea, Omnis qualitas sensibilis habet contrarium, sicut calido contrariatur frigidum, & albo nigrū. Sed lumini nihil est contrarium. Tenebra enim est priuatio luminis: Ergo lumen non est qualitas sensibilis.

¶Præterea, Causa est potior effectu. Sed lux cælestium corporū causat formas substantiales in istis inferioribus: dat etiā esse spirituale coloribus, quia facit eos visibiles actu. Ergo lux non est aliqua qualitas sensibilis: sed magis substantialis forma, aut spiritualis.

¶SED CONTRA est quod Damasc. dicit in lib. 2. quòd lux est quædam qualitas.

CONCLVSIO.

¶*Cum lumen non sit substantia, neque intentio, necesse est esse quandam actiuam qualitatem consequentem per se corpus lucens.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ quidam dixexunt ꝙ lumen in aëre non habet esse naturale, sicut color in pariete: sed esse intentionale, sicut similitudo coloris in aëre. Sed hoc nō potest esse propter duo. Primo quidē, quia lumen denominat aërem. Fit enim aër luminosus in actu. Color vero nō denominat ipm. Non enim dicitur aër coloratus. Secundo, q̄a lumen habet effectum in natura. Quia per radios solis calefiunt corpora. Intentiones autem non causant transmutationes naturales. Alij vero dixerūt, quòd lux est forma substantialis solis. Sed hoc etiam apparet impossibile propter duo. Primo quidem, quia nulla forma substantialis est per se sensibilis, quia quod quid est, est obiectum intellectus, vt dicitur in 3. de Anima. Lux autem est secūdum se visibilis. Secundo, quia impossibile est vt id qđ est forma substantialis in vno, sit forma accidentalis in alio [e]: quia formæ substantiali per se conuenit constituere in specie. Vnde semper & in omnibus adest ei. Lux autem non est forma substantialis aëris: alioquin ea recedente corrumperetur. Vnde nō potest esse forma substantialis solis. Dicendū est ergo, ꝙ sicut calor est qualitas actiua consequens formā substantialem ignis, ita lux est qualitas actiua cōsequens formam substantialem solis: vel cuiuscunque alterius corporis à se lucentis, si aliquod aliud tale est. Cuius signum est, quòd radij diuersarū stellarum habent diuersos effectus secundum diuersas naturas corporum.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd cū qualitas cōsequatur formā substantialem, diuersimode se habet subiectum ad receptionem qualitatis, sicut se habet ad receptionem formæ. Cū enī materia perfecte recipit formam, firmiter stabilitur etiam qualitas conse-

quens formam, sicut si aqua conuertatur in ignem. Cum vero forma substantialis recipitur imperfecte secūdum inchoationē quandam, qualitas consequēs manet quidem aliquādiu, sed nō semper [e]: sicut patet in aqua calefacta, quæ redit ad suam naturam. Sed illuminatio non fit per aliquam transmutationem materiæ ad susceptionem formæ substantialis, vt fiat quasi inchoatio aliqua formæ. Et ideo lumen non remanet nisi ad præsentiam agentis. 508

¶Ad secundum dicendum, ꝙ accidit luci quòd non habeat contrarium, inquantum est qualitas naturalis primi corporis alterantis: quod est à contrarietate elongatum.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut calor agit ad formam ignis quasi instrumētaliter in virtute formæ substantialis: ita lumen agit quasi instrumētaliter in virtute corporum cælestium ad producendas formas substantiales: & ad hoc quòd faciat colores visibiles actu inquantum est qualitas primi corporis sensibilis.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum conuenienter lucis productio in prima die ponatur.*

344 *2. di. 13. articu. 4. Et gal. 4. li.6.fin.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ inconuenienter lucis productio in prima die ponatur. Est enim lux qualitas quædam: vt dictū est [e]. Qualitas autē cum sit accidens, non habet rationem primi, sed magis rationem postremi. non ergo prima die debet poni productio lucis.

343 ¶Præterea, Per lucē distinguit nox à die. Hoc aūt fit per solē q̄ ponit factus die quarta. Ergo nō debuit poni pductio lucis prima die.

¶Præterea, Nox & dies fit per circularem motū corporis lucidi. Sed circularis motus est proprius firmamenti: quod legitur factum die secunda. Ergo non debuit poni in prima die productio lucis distinguentis noctem. Si dicatur quòd intelligitur de luce spirituali: contra, lux quæ legitur facta prima die, facit distinctionem à tenebris. Sed non erant in principio spirituales tenebræ, quia etiam dæmones fuerunt à principio boni, vt suprà dictum est [e]. Non ergo prima die debuit poni productio lucis. 323 324

¶SED CONTRA, Id sine quo non potest esse dies, oportuit fieri in prima die. Sed sine luce non potest esse dies. Ergo oportuit lucem fieri prima die.

CONCLVSIO.

¶*Decuit diuinæ sapientiæ ordinem vt primo die lux fieret.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ de productione lucis est duplex opinio. Aug. enī videtur dicere ꝙ nō fuerit cōueniens Moysen prætermisisse spiritualis creaturæ productionem. Et ideo dicit, ꝙ cū dicitur, In princip. crea. Deus cæl. & ter. p̄ cælū intelligitur spiritualis natura adhuc informis: per terrā autē intelligitur materia informis corporalis naturæ. Et quia natura spiritualis dignior est 341 quàm corporalis, fuit prius formanda. Formatio igitur spiritualis significatur in productione lucis, vt intelligatur de luce spirituali [e]. Formatio enim naturæ spiritualis est per hoc, ꝙ illuminatur vt adhæreat verbo Dei. Aliis autē videt ꝙ sit prætermissa à Moyse productio spiritualis creaturæ. Sed huius rationem diuersimode assignant. Basil. enī dicit, ꝙ Moy. principiū narratiōis suę fecit à principio, quod ad tēpus pertinet sensibiliū rerū. Sed spiritualis natura, id est angelica prętermittitur, q̄a fuit ante creata. Chryso. aūt assignat aliā rōnē, q̄a Moy. loquebat rudi populo, q̄ nihil nisi corpalia poterat capere, quē etiā ab idololatria reuocare volebat. Assumpsissent autem idololatriæ occasionē si propositæ fuissent eis aliquæ substātiæ suprà omnes corporeas creaturas. Eas enī reputassent deos, cū etiā proni essent ad hoc ꝙ solē, & lunā, & stellas colerent tanquam deos: quod eis inhibetur Deuter. 4. Præmissa aūt fuerat circa creaturam corporalem multiplex informitas [e]. 337 Vna quidem in hoc, ꝙ dicebatur, Terra erat inanis & vacua. alia vero in hoc, ꝙ dicebatur, Tenebræ erāt super faciem abyssi. Necessarium aūt fuit, vt informitas tenebrarū primo remoueretur p̄ lucis productionē propter duo. 343 Primo quidē, q̄a lux, vt dictū est [e], est qualitas primi corporis. Vnde secundū eam primo fuit mundus formandus. Secundo propter cōitatem lucis. Cōmunicant enī in ea inferiora corpora cū superioribus. Sicut autē in cognitione proceditur à cōmunioribus, ita etiā in operatiōe. Nā prius generat viuū q̄ animal, & aīal quàm homo, vt dicit in lib. de gñatione aīaliū. Sic ergo oportuit ordinē diuinæ sapientiæ manifestari, vt prima inter opera distinctionis produceretur lux tāq̄ primi corporis forma, & tāq̄ cōmunior. Basi. tñ posuit tertiā rationē, quia per lucem omnia alia manifestantur. *contra argu.* Potest & quarta ratio addi, quæ in obiiciēdo est tacta [e]: quia dies non potest esse sine luce. Vnde oportuit in prima die fieri lucem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ secūdū opinionē, quæ 337 ponit informitatē materiæ duratione præcedere formationē [e], oportet dicere quòd materia à principio fuerit creata sub formis substantialibus, postmodum vero fuerit formata secundū aliquas conditiones accidentales, inter quas primum locum obtinet lux.

¶Ad secūdū dicēdū ꝙ quidā dicūt lucē illam fuisse quandā nubem lucidam: quæ postmodū facto sole in materiā præiacentem rediit. Sed istud non est cōueniens. Quia scriptura in principio Gen. commemorat institutionem naturæ quæ postmodum perseuerat. Vnde nō debet dici ꝙ aliquid tūc factū fuerit, quod postmodū esse desierit. Et ideo alij dicūt, ꝙ illa nubes lucida adhuc remanet, & est cōiuncta soli, vt ab eo discerni nō possit. Sed secūdū hoc illa nubes superflua remaneret. Nihil aūt est vanū in operibus Dei. Et ideo alij dicūt, ꝙ ex illa nube formatū est corpus solis. Sed hoc etiā dici nō pōt si ponatur corpus solis nō esse de natura quatuor elementorū, sed est incorruptibile per naturā. Quia secundū hoc materia eius nō pōt esse sub alia forma. Et ideo est dicendū, ꝙ vt Dio. dicit 4. c. de di. no. ꝙ illa lux fuit lux solis, sed adhuc informis quātum ad hoc ꝙ iam erat substātia solis: & habebat virtutē illuminatiuā in cōmuni, sed postmodum data est ei specialis & determinata virtus ad particulares effectus [e]. Et secundū hoc in productione huius lucis distincta est lux à tenebris, quātū ad tria. Primo quidē quantū ad causam secundū quod in substātia solis erat causa luminis: in opacitate aūt terræ causa tenebrarū. Secūdo, quātū ad locū: quia in vno hemisphærio erat lumē, in alio tenebræ. Tertio quātū ad tempus: quia in eodē hemisphærio secūdū vnā partem temporis erat lumen: secundum aliam, tenebræ. Et hoc est quod dicitur, Lucem vocauit diem, & tenebras noctem.

¶Ad tertium dicendum, quòd Basilius dicit lucē & tenebras tunc fuisse per emissionem & contractionem luminis, & non per motū.

¶Sed contra hoc obiicit August. ꝙ nulla ratio esset huius vicissitudinis emittendi & retrahendi luminis: cū homines & animalia non essent quorū vsib⁹ hoc deseruiret. Et præterea hoc non habet natura corporis lucidi, vt retrahat lumen in sui pręsentia: sed miraculose potest hoc fieri. In prima autē institutione naturæ nō quæritur miraculum, sed quid natura rerū habeat, vt Aug. dicit. Et ideo dicendum est quòd duplex est motus in cælo. Vnus cōmunis toti cælo, qui facit diem & noctem: & iste videtur institutus primo die [e]. Alius autem est qui diuersificatur per diuersa corpora. Secundū quos motus fit diuersitas dierum adinuicem, & mensiū, & annorum. Et ideo in prima die fit mentio de sola distinctione noctis & diei, quæ fit per motū communem. In quarta autē die fit mentio de diuersitate dierum, & temporum, & annorum: cū dicitur, Vt sint in tempora & dies & annos. Quæ quidem diuersitas fit per motus proprios.

¶Ad quartum dicendū, ꝙ secūdū Aug. informitas non præcedit formationem duratione. Vnde oportet dicere ꝙ per lucis productionem intelligatur formatio spiritualis creaturæ: nō quę est per gloriā perfecta, cū qua creata non fuit, sed quæ est per gratiā perfecta, cū qua creata fuit, vt dictū est [e]. Per hāc ergo lucē facta est diuisio à tenebris, id est ab informitate alterius creaturæ non formatæ. Sed si tota creatura simul formata fuit, facta est distinctio à tenebris spiritualibus: non quæ tūc essent, quia diabolus non fuit creatus malus, sed quas Deus futuras præuidit.

ex quo fluit, sic enim iuxta diuersitatem corporum erit diuersitas actionum.

¶Ad hoc est dicendum, quòd quicquid sit de causalitate lucis ex stellis, ad propositum distinguere sufficit, quòd lucem sequi corpus lucens contingit dupliciter: scilicet quo ad agere, & quo ad esse. Et quòd dato quòd lux sequatur quo ad vtrunque simul tantum corpus lucens ex se, & illud sit sol: sequitur tamen ad agere quodlibet corpus lucēs: quoniam lux imbibitur in eo, & agit secundum proprietatem eius: & inde est quòd lux lunæ habet propriū effectum, quāuis sit à sole. Ex hoc igitur quòd lux sequitur cuiuslibet corporis lucentis proprietatem quo ad agere, vt patet in radiis diuersarum stellarum, habentibus diuersum effectum iuxta earum diuersitatem: signū habetur, quòd lux sequitur quo ad esse, & quo ad agere simul corpus lucens ex se tāquam primum subiectum. 351 b

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæseptimæ Articulum quartum.*

Cōment. Titulus clarus est. ¶In corpore duo. Primo respondetur secundum Augustinum. Secundo apud alios, & iuxta vtranque opinionem affirmatiue. Sed differentia est, quòd primo modo lux supponit pro luce spirituali: secūdo vero pro corporali. a 352 Prima responsio, lux cōueniēter primo fit, quia naturæ spiritualis informitas primo debuit formari: & ea non debuit taceri. Quo ad secundum duo. Primo arguit oppositum secundæ partis primæ, tripliciter. Tum quia illa fuit ante creata apud Basil. Tum quia apud Chryso. quia occasio idololatriæ. tum q̄a rudis populus docebatur. Secundo ponitur secunda responsio quadrupliciter probata. 313 524 Tum quia lux est primi corporis forma. d Tum quia communior. b Tum quia est manifestatiua cæterarum. 524 Tum quia dies ea nō poterat esse sine luce.

a ¶*Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulū primum.*

Cōment. Titulus clarus est. ¶In corpore duo principaliter. Primo præmittit duo ge-

QVAESTIO SEXAGESIMAOCTAVA de Opere secundæ diei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de Opere secundæ diei.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum firmamentum sit factum secunda die. ¶Secundo, vtrum aliquæ aquæ sint supra firmamentum. 345 ¶Tertio, vtrum firmamentum diuidat aquas ab aquis. ¶Quarto, vtrum sit vnum cælum tantum, vel plures.

ARTICVLVS PRIMVS.

a ¶*Vtrum firmamentum sit factum secunda die.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ firmamētū non sit factū secunda die. Dicitur enī Gen. 1. Vocauit Deus firmamentum cælum. Sed cælum factū ante est 345 omnem diem, vt patet cū dicitur, In princ. crea. Deus

neralia documēta Aug. Primū, ꝙ veritas saluet scripturæ. Scdm, ꝙ nulla opinio immobiliter attribuat illi. Secūdo rñdet quæsito iuxta tres opiniones de firmamēto (secūdū quod aut cælū sydereum compositum ex elemētis, aut cælum syderum corpus simplex & hoc vel vnum elemētorū, vel quinta essentia, aut superior pars aëris in qua nubes) sub disiunctione & cōclusione bimembri. Si ordo dierū dicat ordinem temporis, firmamentum primo modo potest dici, secunda die factū secundū substantiā. Non autē secundo. Idē autē est iudicium de tertio, sed secundum formationē aliquam factū dicitur. Si vero dicat ordinē naturæ pōt dici secundum substantiā secūda die factū, quocunque modo sumatur. Prima pars patet: qa firmamentū primo modo est cōpositum: secunda, quia formæ simplicium corporū pertinent ad productionem primo die factam. Secundū membrum patet ex se.

a *¶Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulū secundū.*

Titulus clarus est.
¶In corpore duo principaliter. Primo respondet quæstioni, an est affirmatiue autoritate scripturæ. Secūdo quæstioni quid est, id est quid sint illæ aquæ. Et quo ad hoc tria facit. primo tractat an sint spirituales, an corporales inter Origenem & Basilium: concludens corporales. respondet secundo tripliciter iuxta tres opiniones de firmamēto: iuxta Platonem, ꝙ sint de natura elementari: iuxta Aristotelem, quòd sint de quinta essentia diaphanæ, iuxta æquiuocationem firmamenti, quòd sint aquæ pluuiales, &c. Tertio excludit errorem dicentiū vapores aqueos supra sydera eleuari quādoq; rationibus, vt patet in litera.

cælum & terram. Ergo firmamentum non est factum secunda die.

¶Præterea, Opera sex dierū ordinātur secundum ordinē diuinæ sapientiæ. Nō conueniret autem diuinæ sapientiæ, vt posterius faceret quod est naturaliter prius. Firmamentum autem est naturaliter prius aqua & terra, de quibus tamen fit mentio ante formationem lucis, quæ fit prima die.

¶Præterea, Omne qđ est factū per sex dies, formatum est ex materia prius creata ante omnem diem. Sed firmamentū non potuit formari ex materia præexistente, quia sic esset generabile & corruptibile. Ergo firmamentum non est factum secunda die.

¶SED CONTRA est qđ dicit Gen. 1. Dixit Deus. Fiat firmamentū. Et postea sequitur. Et factū est vespere & mane dies secūdꝰ.

CONCLVSIO.

¶Secundum temporis ordinem, firmamētum, id est cælum sydereum, secundo die factum fuisse cōueniens est secundum substantiam: est autem factum secunda die cælum sydereum, id est corpus ex elementis compositum, vel corpus simplex, vel prima pars aëris si naturæ ordo attendatur in dierum successione, quocunque modo acceptum.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ sicut Aug. docet, in hmōi quęstionibus duo sunt obseruāda. primo quidē, vt veritas Scripturæ incōcusse teneatur. Secundo, cū scriptura diuina multipliciter exponi possit, ꝙ nulli expositioni aliquis ita præcise inhæreat, ꝙ si certa ratione cōstiterit hoc esse falsum qđ aliquis sensum scripturæ esse asserere præsumat: nē scriptura ex hoc verbo ab infidelibus derideatur, & ne eis via credendi præcludatur. Sciēdum est ergo, ꝙ hoc quod legitur, firmamentū secunda die factum, dupliciter intelligi potest. Vno modo de firmamēto in quo sunt sydera. Et secundū hoc oportet nos diuersimode exponere secundum diuersas opiniones hominū de firmamento. Quidā em̄ dixerūt firmamentū illud esse ex elemētis compositum. Et hæc fuit opinio Empedoclis, qui dixit ideo illud corpus indissolubile esse: quia in eius compositione lis nō erat, sed amicitia tm̄. Alij vero dixerūt firmamentum esse de natura quatuor elementorū: nō quasi ex elemētis cōpositum, sed quasi elementum simplex. Et hæc opinio fuit Platonis, ꝙ posuit corpus cæleste esse elementū ignis. Alij vero dixerūt cælū nō esse de natura quatuor elementorū, sed esse quintum corpus, præter quatuor elementa. Et hæc est
338 opinio Arist.[e] Secundū igitur primā opinionē absolute posset cōcedi, ꝙ firmamentū factum fuerit secunda die, etiā secundū suam substantiam. Nā ad opus creationis pertinet producere ipsam elemētorum substantiā: ad opus aūt distinctionis & ornatus pertinet formare aliqua ex præexistētibus elemētis. Secundū vero opinionē Plat. non est conueniens ꝙ firmamentū credatur secundū suam substantiā esse factum secunda die. Nā facere firmamentū secundū hoc, est producere elementū ignis. Productio autē elementorū pertinet ad opus creationis, secundum eos ꝙ ponunt informitatē materiæ tempore præcedere formationē[e]: quia formæ elementorū sunt quæ primo adueniunt materiæ[e].
337. 360 Multo autē minus secundū opinionē Arist. poni potest, ꝙ firmamētum secundum suā substantiā sit secunda die productū, secundū qđ per istos dies successio tēporis designatur. Quia cælū, cum sit secundum suā naturā incorruptibile, habet materiā quæ non pōt subesse alteri formæ. Vnde impossibile est, ꝙ firmamentū sit factū ex materia prius tēpore existente. Vñ productio substātiæ firmamenti ad opus creationis pertinet. Sed aliqua formatio eius secundum has duas opiniones pertinet ad opus secūdæ diei: sicut etiā Dio. dicit 4. cap. de di. no. ꝙ lumē solis fuit informe in primo triduo, & postea
b fuit in quarta die formatum[e]. Si autē per istos dies non designetur temporis successio, sed solū ordo naturæ, vt Aug. vult[e]: nihil prohi-
344 bebit dicere secundum quācunque harum opinionum formationem secundum substantiam firmamenti ad secundam diem pertinere. Potest autem & alio modo intelligi, vt per firmamentū quod legitur secunda die factum, non intelligatur firmamentum illud in quo fixæ sunt stellæ, sed illa pars aëris, in qua condensantur nubes. Et dicitur firmamentum propter spissitudinem aëris in parte illa. Nam quod est spissum & solidum, dicitur esse corpus firmum, & ad differentiā corporis mathematici, vt dicit Basilius. Et secūdum hanc expositionem nihil repugnans sequitur cuicunque opinioni. Vnde Aug. 2. super Gene. ad lit. hāc expositionem commendans, dicit, Hanc considerationem laude dignissimam iudico. Quod enim dixit, neque est contra fidem, & in promptu posito documento credi potest.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ secundū Chrysost. primo Moyses summarie dixit quid Deus fecit, præmittēs, In princ. creauit Deꝰ cæ. & ter. postea per partes explicauit: sicut si quis dicat, Hic artifex fecit domū istam, & postea subdat, Primo fecit fundamenta, & postea erexit parietes, tertio superposuit tectum. Et sic non oportet nos aliud cælū intelligere, cū dicitur, In princi. crea. Deus cælū & terrā. Et cū dicitur, ꝙ secunda die factū est firmamentum. Potest etiā dici aliud esse cælū quod legitur in principio creatū, & quod legitur secunda die factū. Et hoc diuersimode. Nam secundū Aug. cælum qđ legitur primo die factū, est de natura spiritualis informis. Cælum autē quod legitur secunda die factum, est cælum corporeum. Secundū vero Bedam & Strabum cælum quod legitur primo die factū, est cælū empyreū. Firmamentū vero quod legitur secunda die factum, est cælū sydereum. Secundum vero Damasc. cælum quod legitur prima die factū, est quoddā cælum sphæricum sine stellis: de quo philosophi loquuntur, dicentes ipsum esse nonā sphærā, & mobile primum quod mouetur motu diurno. Per firmamentum vero factum secunda die intelligitur cælum sydereum. Secundum autem aliā expositionē quā Aug. tangit, cælum prima die factum, est etiā ipsum cælum sydereum. Per firmamentū vero secunda die factum intelligitur spatium aëris, in quo nubes cōdensantur: quod etiam cælum æquiuoce dicitur. Et ideo ad æquiuocationem designandam signanter dicitur, Vocauit Deus firmamentum cælum: sicut & suprà dixerat. Vocauit lucem diem, quia dies etiam pro spatio vigintiquatuor horarum ponitur. Et idem est in aliis obseruandum: vt rabbi Moyses dicit[e].

¶Ad secundum & tertium patet solutio ex supradictis[e]. c

ARTICVLVS II. 349

a *¶Vtrum aquæ sint supra firmamentum.* a

426 2. dist. 14. articu. 1. & de po. q. 4. ar. 1. ad 5m. Et quodl. 4. q. 2. articu. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ aquæ nō sunt supra firmamentū. Aqua em̄ est naturaliter grauis. Locus aūt proprius grauis non est esse sursum, sed solum deorsum. Ergo aquæ non sunt supra firmamentum.

¶Præterea, Naturaliter aqua est fluida. Sed qđ est fluidū, nō pōt cōsistere sup corpus rotundum: vt experimento patet. ergo cū firmamētum sic corpus rotundum, aqua nō pōt esse supra firmamētum.

¶Præterea, Aqua cum sit elemētum, ordinatur ad gnationē corporis mixti: sicut imperfectum ordinatur ad perfectum. Sed supra firmamentum non est locus mixtionis, sed supra terram. Ergo frustra aqua esset supra firmamentum. Nihil autem in operibus Dei est frustra. Ergo aquæ non sunt supra firmamentum.

¶SED CONTRA, est qđ dicitur Ge. 1. ꝙ diuisit aquas quæ erant supra firmamentum, ab his quæ erant sub firmamento.

CONCLVSIO.

¶Fuerunt aquæ elementares supra firmamentum, id est cælum sydereum, de natura quatuor elementorum: vel fuerunt aquæ super firmamentum, id est cælum igneum, cælum aliquod aqueum & diaphanum: & fuerunt aquæ super firmamentum supra aëris regionem, id est aquæ pluuiales.

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ sicut dicit Augu. 2. super Ge. ad lit. maior est scripturæ huius autoritas, q̄ omnis humani ingenij capacitas. Vnde quomodo & quales aquæ ibi sint, eas tñ ibi esse minime dubitamus. Quales autē sint illæ aquæ nō eodē modo ab omnibus assignatur. Orig. enim dicit, ꝙ aquæ illæ quæ super cælos sunt, sunt spirituales substātiæ. Vnde in Psal. dicitur. Aquæ quæ super cælos sunt, laudent nomen dñi. & Dan. 3. Bñdicite aquæ oēs, quæ super cælos sunt, dño. Sed ad hoc respōdet Basilius in 3. exam. ꝙ hoc non dicitur eo ꝙ aquæ sint rationales creaturæ, sed quia cōsideratio earum prudēter à sensu abundātius contēplata glorificationē perficit Creatoris. Vnde ibidem idē dicitur de igne & grandine, & huiusmodi, de quibus cōstat ꝙ nō sunt rationales creaturæ. Dicēdum est ergo, ꝙ sunt aquæ corporales, sed quales aquæ sint oportet diuersimode diffinire secundū diuersam de firmamēto sententiam. Si em̄ per firmamentum intelligatur cælum sydereum, quod ponitur esse de natura quatuor elemētorum, pari ratione & aquæ quæ super cælos sunt, eiusdē naturæ poterūt credi cum elemētaribus aquis. Si autem per firmamentum intelligatur cælū sydereum, quòd nō sit de natura quatuor elementorum, tunc & aquæ illæ quæ sunt supra firmamentum, non erunt de natura elementarium aquarum. Sed sicut secundum Strabum dicitur cælum empyreum, id est igneum propter solis splendorem, ita dicetur aliud cælum aqueum propter solam diaphanitatem, quod est supra cælum sydereum. Posito etiā, quòd firmamentum sit alterius naturæ præter quatuor elementa, adhuc potest dici quòd aquas diuidit, si per aquam non elementum

mentum aquæ, sed materiam informem corporū intelligamus, vt Aug. dicit super Geñ. ad lit. contra Manichæos: quia secundum hoc quicquid est inter corpora, diuidit aquas ab aquis. Si autē per firmamētum intelligatur pars aëris in qua nubes condensantur, sic aquæ quæ supra firmamentum sunt, sunt aquæ, quæ vaporabiliter resolutæ, supra aliquā partem aëris eleuantur, ex quibus pluuiæ generantur: dicere enim, quòd aquæ vaporabiliter resolutæ eleuentur supra cælum sydereum, (vt quidam dixerunt, quorum opinionem August. tangit in secundo super Gene. ad lit.) est omnino impossibile. Tum propter soliditatem cæli. Tum propter regionem ignis mediam, quæ huiusmodi vapores cōsumeret. Tum quia locus quo feruntur leuia & rara, est infra concauum orbis lunæ. Tum etiam, quia sensibiliter apparet vapores non eleuari vsque ad cacumina quorundam montium. Quod etiam dicunt de rarefactione corporis in infinitum, propter hoc quòd corpus est in infinitum diuisibile: vanum est. Non enim corpus naturale in infinitum diuiditur, aut rarefit, sed vsque ad certum terminum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quibusdam videtur ratio illa soluenda per hoc, ꝙ aquæ quanuis sint naturaliter graues, virtute tamen diuina super cælos cōtinentur. Sed hanc solutionem August. excludit 2. lib. super Ge. dicēs, quòd nunc quemadmodum Deus instituit naturas rerum, conuenit quærere, non quid in eis ad miraculum suæ potentiæ velit operari. Vnde aliter dicendum est, ꝙ secundum duas vltimas opiniones de aquis & firmamento patet solutio ex præmissis[e]. Secundum autem primam opinionem oportet ponere alium ordinem in elementis, quàm Ari. ponat, vt quædam aquæ spissæ sint circa terram: quædam vero tenues circa cælum, vt sic se habeant illæ ad cælum, sicut istæ ad terram. Vel quòd per aquam intelligatur materia corporum, vt dictum est[e].

¶Ad secundū etiā patet solutio ex præmissis secūdum duas vltimas opiniones[e]. Secundū vero primā respōdet Basilius dupliciter. Vno modo, qa nō est necessarium, vt omne qđ in cōcauo apparet rotundū, sit etiā supra rotundū, sed conuexū. Secundo, quia aquæ quę sunt supra cælos, non sunt fluidæ, sed quasi glaciali soliditate extra cælum firmatæ. Vnde & à quibusdā dicuntur cælum crystallinum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ secundum tertiam opinionē, aquæ sunt supra firmamētum vaporabiliter eleuatæ propter vtilitatem pluuiarum. Secundum vero secundam opinionē aquæ sunt supra firmamentum, id est cælum totum diaphanum absque stellis. Quod quidam ponunt primum mobile, quod reuoluit totum cælū motu
509 diurno, vt operetur per motum diurnū cōtinuitatē generationis[e]: sicut cælum in quo sunt sydera per motum, qui est secundum Zodiacum, operatur diuersitatem generationis & corruptionis per accessum & recessum, & per diuersas virtutes stellarū. Secundum vero primā opinionem aquæ sunt ibi, vt Basilius dicit, ad contemperandum calorem cælestium corporum. Cuius signum acceperūt aliqui, vt Augustinus dicit, quòd stella Saturni propter vicinitatem aquarum superiorum est frigidissima.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum firmamentum diuidat aquas ab aquis.*

347 Po. q. 4. ar. 5. contra cor. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd firmamentum non diuidat aquas ab aquis. Vnius enim corporis secundum speciem est vnus locus naturalis. Sed omnis aqua omni aquæ est eadem specie, vt dicit Philosophus. Non ergo aquæ ab aquis sunt distinguēdæ secundum locum.

¶Si dicatur quòd aquæ illæ quæ sunt supra firmamentum, sunt alterius speciei ab aquis quæ sunt sub firmamento: contrà. Ea quæ sunt secundum speciem diuersa, non indigent aliquo alio distinguente. Si ergo aquæ superiores & inferiores specie differunt, firmamentum eas ab inuicem non distinguit.

¶Præterea, Illud videtur aquas ab aquis distinguere quod ex vtraque parte ab aquis contingitur: sicut si aliquis paries fabricetur in medio fluminis. Manifestum est autem, quod aquæ inferiores non pertingunt vsque ad firmamentum. Ergo non diuidit firmamentum aquas ab aquis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gene. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.

CONCLVSIO.

¶Factum est firmamentum in medio aquarum, diuidens aquas superiores ab aquis inferioribus.

¶RESPONDEO dicendū, quòd aliquis cōsiderando superficie tenus literā Gen. posset talem imaginationē concipere secundum quorundam antiquorum Philosophorū positionem. Posuerunt enim quidam aquā quoddā infinitum corpus, & omnium aliorum corporum principium. Quā quidem immensitatem aquarum accipere posset in nomine Abyssi, cum dicitur, ꝙ tenebræ erant super faciem abyssi. Ponebant etiam, quòd istud cælum sensibile quod videmus, non continet infra se omnia corporalia, sed est infinitum aquarū corpus supra cælum. Et ideo posset aliquis dicere, ꝙ firmamentum cæli diuidit aquas exteriores ab aquis interioribus, id est ab omnibus corporibus quæ infra cælum continentur, quorum principium aquā ponebant. Sed quia ista positio per veras rationes falsa deprehenditur, non est dicendum hunc esse intellectum Scripturæ. Sed considerandum est ꝙ Moyses rudi populo loquebatur. Quorum imbecillitati condescendens, illa solum eis proposuit quæ manifeste sensui apparent. Omnes autem quantūcunque rudes terram & aquam esse corpora sensu deprehendunt. Aër autem non percipitur ab omnibus esse corpus, in tantum quòd etiam quidam philosophi aërem dixerunt nihil esse, plenum aëre vacuum nominantes. Et ideo Moyses de aqua & terra mentionem facit expressam: aërem autē non expresse nominat, ne rudibus quoddam ignotum proponeret. Vt tamen capacibus veritatem exprimeret, dat locum intelligendi aërem, significans ipsum quasi aquæ annexum, cum dixit, ꝙ tenebræ erant super faciem abyssi. Per quòd datur intelligi, super faciem aquæ esse aliquod corpus diaphanū, qđ est subiectum lucis & tenebrarum. Sic igitur siue super firmamentum intelligamus cælum in quo sunt sydera, siue spatium aëris nubilosum, conuenienter dicitur, ꝙ firmamentum diuidit aquas ab aquis, secūdū quod per aquā materia informis significatur: vel secundum quod omnia corpora diaphana sub omni conuenientia aquarum intelliguntur. Nā cælum sydereū distinguit corpora inferiora diaphana à superioribus. Aër vero nubilosus distinguit superioris aëris partem in qua generantur pluuiæ, & huiusmodi impressiones ab inferiori parte aëris quæ aquæ connectitur: & sub nomine aquarum intelligitur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ si per firmamentum intelligatur cælum sidereum, aquæ superiores nō sunt eiusdem speciei cum inferioribus. Si autē per firmamentū intelligatur nubilosus aër, tunc vtræque aquæ sunt eiusdem speciei: & deputantur tunc duo loca aquis non eadem ratione: sed locus superior est locus generationis aquarum, locus autem inferior est locus quietis earum.

¶Ad secundum dicendū, quòd si accipiantur aquæ diuersæ secundum speciem, firmamentum dicitur diuidere aquas ab aquis: non sicut causa faciens diuisionem, sed sicut terminus vtrarúmque aquarum.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ Moyses propter inuisibilitatem aëris & similium corporū, oia hmōi corpora sub aquæ nomine comprehendit. Et sic manifestum est ꝙ ex vtraq; parte firmamenti qualitercunque accepti sunt aquæ.

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum sit vnum cælum tantum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd sit vnum cælum tantum. Cælum enim contra terram diuiditur, cū dicitur, In princip. crea. Deus cælum & terram. Sed terra est vna tantum. Ergo & cælum est vnum tatum.

¶Præterea, Omne quod constat ex tota sua materia, est vnum tantum. Sed cælum est huiusmodi: vt probat Philosophus in 2. de cælo. Ergo cælum est vnum tantum.

¶Præterea, Quicquid dicitur de pluribus vniuoce, dicitur de eis secundum vnā rationem communem. Sed si sunt plures cæli, cælum dicitur vniuoce de pluribus: quia si æquiuoce, non proprie dicerentur plures cæli. Oportet ergo si dicuntur plures cæli, quòd sit aliqua ratio communis secundū quam cæli dicantur. Hanc autem non est assignare. Non est ergo dicendum quòd sint plures cæli.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Laudate eum cæli cælorum.

CONCLVSIO.

¶Quod supra terram est, cælum vnum tatum est, multi autem sunt cæli secundum similitudinem ex sacris eloquijs acceptam.

a *¶Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum tertium.*

Titulus clarus est. Coment.
¶In corpore duo. Primo tractat quandam falsam opinionem. Secundo respondet quæsito tripliciter.
¶Quo ad primum refert opinionem in duobus punctis. Primum, quòd sit corpus infinitum. Secundum, quòd cælum non cōtineat omnia, sed quasdam partes illius infiniti. Et applicat primum ad abyssum, & secundum ad aquas ab aquis. Et forte fuit ista opinio Thaletis. Deinde improbat dupliciter: in se quidem, quia hoc est falsum; ergo. In radice vero, quia superficies literæ non est vt iacet, accipienda; quia rudi populo, &c. cuius signum est de aëre tacito, & tamen insinuato.
¶Quo ad secundum, aquæ dupliciter: materia informis, vel corpus diaphanum. Primo modo saluatur quomodolibet sumendo firmamētum, vt in præcedente articulo August. dixit. Secundo vero modo dupliciter iuxta firmamentum, vel pro cælo inter diaphana vtrinque, vel pro aëre nubiloso inter superiorem & inferiorem partem, eiusdē & vtramque diaphanam, & hāc aquis contiguam, & aquarum nomine comprehensam.

a *¶Super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articul. quartum.*

Titulus clarus est. Coment.
¶In corpore duo. Primo discordiam inter Chrysostomum & Basilium quo ad vnum, vel plures cælos. Secundo iuxta diuersas acceptiones numerat eos.
¶Quo ad discordiam: quia ille vnum, hic multos, in voce tamen tantū dissonant, quia æquiuocant dum ille totum, iste partes respicit.
¶Quo ad secundum, Cæli nomen distinguitur in tres significationes, scilicet propriè, participatiue, & metaphorice. Proprie & primo modo tres cæli, totaliter lucidum, totaliter diaphanum, & partim vtrunq;. propriè & participatiue secundo modo, etiam tres, apud Damascenū, aëreum, sydereum, & supremum. Sed hic vocatur Cæli nomine participatiue in primo, & propriè in reliquis. Apud Rabanum participatiue, & propriè septem: igneum, olympium, æthereum, aëreum, sidereum, aqueum, & empyreum. Metaphoricè vel sancta trinitas vnum, vel bona diuina in cælis, vel tria genera supernaturalis, visionis corporalis, imaginaria & intellectiua.

48 2. dist. 14. art. 4. & 1. meta. l. 7. fin.

a ¶ Super Quæstionis sexagesimænonæ Articulum primum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore duo. Primo respondet secundum Augustinum: secũdo, secundum alios sanctos. Differunt siquidem in ordine naturæ, vel réporis: tam comparando informitatem ad formationem, quàm vnam formationem ad aliam. Et rursũs differunt, quia ille ad spirituales & corporales, isti ad corporales tantũ se extendunt. Iuxta tres igitur informitates & tres formationes, tria verique dicunt: sed primo Augustinus duo. Cælũ, id est naturã angelicã & materiã informem corpoream formam luce. Fiat lux: & forma cælesti, Fiat firmamentũ: & forma elementari, Congregentur aquæ: omnia ordine naturæ. Alij vero tria, cælũ, aquã, & terram prius tempore: & primo die cælum formatũ luce & répore. Secundo aquam distinctione & ordine, Fiat firmamentum. Tertio, terram distinctione à mari & visibilitate, Congregentur aquæ.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ circa hoc videtur esse quædam diuersitas inter Basil. & Chrys. Dicit enim Chrysostomus, non esse nisi vnum cælum, & ꝙ pluraliter dicitur Cæli cælorum, hoc est propter proprietatẽ linguæ Hebrææ, in qua consuetũ est, vt cælum solũm pluraliter significetur, sicut sunt etiam multa nomina in Latino, quæ singulari carẽt. Basilius autem & Damascenus sequens eum, dicunt plures esse cælos. Sed hæc diuersitas magis est in voce quàm in re. Nam Chrysost. vnum cælum nominat totum corpus quod est supra terram & aquam. Nam etiã aues quæ volant in aëre, dicuntur propter hoc volucres cæli. Sed quia in isto corpore sunt multæ distinctiones, propter hoc Basil. posuit plures cælos.

¶ Ad distinctionem ergo cælorum sciendam considerandũ est, ꝙ cælum tripliciter dicitur in scripturis. Quandoq; enim dicitur proprie & naturaliter. Et sic dicitur cælũ corpus aliquod sublime & luminosum actu vel potẽtia, & incorruptibile per naturã. Et secũdum hoc ponũtur tres cæli. Primum totaliter lucidum, quod vocant empyreũ. Secundũ totaliter diaphanũ, quod vocant cælũ aqueum & crystallinum. Tertium partim diaphanum, & partim lucidũ actu, quod vocant cælum sydereum. Et diuiditur in octo sphæras, scilicet in sphæram stellarũ fixarum: & septem sphæras planetarũ, quæ possunt dici septem cæli, vel septẽ sphæræ. Secundo dicitur cælũ per participationem alicuius proprietatis cælestis corporis, scilicet sublimitatis & luminositatis actu vel potẽtia. Et sic totum illud spatium, quod est ab aquis vsq; ad orbẽ lunæ, Damascenus ponit vnũ cælum, nominans illud aëreum. Et sic secũdum eum sunt tres cæli aëreum, sydereũ, & aliud superius: de quo intelligitur, ꝙ Apostolus legitur raptus vsque ad tertiũ cælum. Sed quia istud spatium cõtinet duo elementa, scilicet ignis, & aëris, & in vtroq; eorũ vocatur superior & inferior regio: ideo istud cælũ Rabanus distinguit in quatuor, supremam regionẽ ignis nominãs cælũ igneũ: inferiorem vero regionẽ cælũ olympium ab altitudine cuiusdam montis, qui vocatur Olympus. Supremã vero regionẽ aëris vocauit cælũ æthereũ propter inflammationẽ: inferiorẽ vero regionẽ cælum aëreum. Et sic cum isti quatuor cæli tribus superioribus, connumerentur, fiunt in vniuerso secũdum Rabanum septẽ cæli corporei. Tertio dicitur cælum metaphorice. Et sic quandoq; ipsa sancta trinitas dicitur cælum propter eius spiritualem sublimitatem & lucem. De quo cælo exponitur diabolum dixisse, Ascẽdam in cælum, id est ad æqualitatem Dei. Quandoque etiam spiritualia bona, in quibus est bonorũ remuneratio, propterea eorũdem eminentiam cæli nominantur: vbi dicitur, Merces vestra multa est in cælis: vt Aug. exponit. Quandoque vero tria genera supernaturalium visionũ, scilicet corporalis, imaginariæ, & intellectualis, tres cæli nominãtur. De quibus August. exponit, quod Paulus est raptus vsque ad tertium cælum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd terra se habet ad cælum, vt centrum ad circunferentiam. Circa vnum autem centrum possunt esse multæ circunferentiæ. Vndẽ vna terra existẽte, multi cæli ponuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procẽdit de cælo, secundum quod importat vniuersitatem creaturarum corporalium. Sic enim est vnum cælum tantum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in omnibus cælis inuenitur communiter sublimitas & aliqua luminositas, vt ex dictis patet[c].

QVAESTIO SEXAGESIMANONA de Opere tertiæ diei, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de opere tertiæ diei. ¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primo, de congregatione aquarum. ¶ Secundo, de productione plantarum.

ARTICVLVS I.

a ¶ Vtrum aquarum congregatio conuenienter dicatur facta tertia die.

349 *b. dist. 14. artic. 5.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd aquarũ congregatio non conuenienter dicatur facta tertia die. Ea enim quæ facta sunt prima & secũda die, verbo factionis exprimuntur: Dicitur enim, Dixit Deus, fiat lux, & fiat firmamentum. Sed tertia dies conditiditur duabus primis. Ergo opus tertiæ diei debuit exprimi verbo factionis, & non solum verbo congregationis.

¶ Præterea, Terra prius vndique erat aquis cooperta. Propter hoc enim inuisibilis dicebatur. Non erat ergo aliquis locus super terram in quo aquæ congregari possent.

¶ Præterea, Quæ non sunt continuata adinuicem, nõ habent vnum locum. Sed non omnes aquæ habent adinuicem continuitatem. Ergo non sunt omnes aquæ congregatæ in vnum locum.

¶ Præterea, Congregatio ad motum localem pertinet. Sed aquæ naturaliter videntur fluentes, & ad mare currentes. Non ergo fuit necessarium ad hoc diuinum præceptum adhiberi.

¶ Præterea, Terra etiam in principio suæ creationis nominatur cum dicitur, In principio creauit Deus cælum & terram. Inconuenienter ergo dicitur tertia die nomen terræ impositum.

¶ SED in contrarium sufficit autoritas Scripturæ.

CONCLVSIO.

¶ Congruit vt quarto die congregarentur aquæ quæ sub cælo sunt, & appareret arida.

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ hic oportet aliter dicere secundũ expositionem Aug. & aliorũ sanctorum. Aug. enim in omnibus his operibus non ponit durationis ordinem, sed solum originis & naturæ. Dicit enim creatam naturam spiritualem informem, & naturam corporalem absq; omni forma: quam dicit primo significari nomine terræ & aquæ: nõ quia hæc informitas formationem præcesserit tempore, sed origine tantum. Neque vna formatio secundum eum præcesset aliam duratione, sed solum naturæ ordine. Secundũ quem ordinem necesse fuit, vt primo poneretur formatio supremæ naturæ, scilicet spiritualis: per hoc quòd legitur prima die lux facta. Sicut autem spiritualis natura præeminet corporali, ita superiora corpora præeminent inferioribus. Vnde secundo loco tangitur formatio superiorum corporum cum dicitur, Fiat firmamentum. Per quod intelligitur impressio formæ cælestis in materiam informem non prius existentem tempore, sed origine tantũ. Tertio vero loco ponitur impressio formarum elementariũ in materiam informem, non tempore, sed origine præcedentem. Vnde per hoc quòd dicitur, Congregentur aquæ, & appareat arida, intelligitur quòd materiæ corporali impressa est forma substantialis aquæ, per quam competit sibi talis motus: & forma substantialis terræ, per quam competit sibi sic videri. Sed secundum alios sanctos in his operibus etiam ordo durationis attenditur. Ponunt enim, quòd informitas materiæ tempore præcesserit formationem, & vna formatio aliam[c]. Sed informitas materiæ secundum eos non intelligitur carentia omnis formæ: quia iam erat cælum, & aqua, & terra: quæ tria nominantur tanquam manifeste sensũ perceptibilia. Sed intelligitur informitas materiæ carentia debitæ distinctionis, & consummatæ cuiusdam pulchritudinis. Et secundum hæc tria nomina posuit Scriptura tres informitates. Ad cælum enim, quod est superius, pertinet informitas tenebrarum: quia ex eo est origo luminis. Informitas vero aquæ, quæ est media, significatur nomine Abyssi, quia hoc nomen significat quandam immẽsitatem inordinatam aquarum, vt Augustũ dicit contra Faust. Informitas vero terræ tangitur in hoc ꝙ dicitur, quòd terra erat inanis & inuisibilis, per hoc quòd erat aquis cooperta. Sic igitur formatio supremi corporis facta est prima die, & quia tempus sequitur motũ cæli, tempus autem est numerus motus supremi corporis: per huiusmodi formationem facta est distinctio temporis, noctis, scilicet & diei. Secundo vero die formatũ est, medium corpus, scilicet aqua, per firmamentũ accipiens quandam distinctionem & ordinem: ita ꝙ sub nomine aquæ etiã alia cõprehendũtur, vt supra dictum est[c]. Tertio vero die formatũ est vltimũ corp., scilicet terra: per hoc ꝙ discooperta est aquis, & facta est distinctio in infimo, quæ dicitur terra & maris. Vnde satis congrue sicut informitatem terræ expressérat dicens, quòd terra erat inuisibilis vel inanis: ita eius formationem exprimit per hoc quòd dicit. Et appareat arida.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd secundũ Aug. ideo in opere tertiæ diei non vtitur Scriptura verbo factionis, sicut in præcedentibus operibus: vt ostendatur ꝙ superiores formæ, scilicet spirituales angelorum & cælestium corporum sunt perfectæ in esse, & stabiles: formæ vero inferiorum sunt imperfectæ & mobiles. & ideo per congregationem aquarum & apparentiam aridæ, impressio talium formarum designatur. Aqua enim est labiliter fluxa, terra stabiliter fixa, vt ipse dicit in 2. super Gene. ad lit. Secundum vero alios dicendum est, quòd opus tertiæ diei est perfectum secundum solum motum localem. Et ideo non oportuit quòd Scriptura vteretur verbo factionis.

¶ Ad secundum patet solutio secũdum Aug. quia non oportet dicere, ꝙ terra primo esset cooperta aquis & postmodum congregatæ, sed ꝙ in tali congregatione fuerunt productæ. secundũ vero alios tripliciter respondetur, vt Aug. dicit 1. super Gen. ad li. Vno modo, vt aquæ in maiorem altitudinẽ sint eleuatæ in loco vbi sunt cõgregatæ. Nam mare est altius terra, vt experimento compertum est in mari rubro: vt Basilius dicit. Secundo, vt dicatur quòd rarior aqua velut nebula terras tegebat, quæ congregatione densata est. Tertio modo, vt dicatur quòd terra potuit aliquas partes præbere concauas, quibus confluentes aquæ reciperentur. Inter quas prima videtur probabilior.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnes aquæ vnum terminũ habent, scilicet mare in quo cõfluunt vel manifestis, vel occultis meatib[b]. Et propter hoc dicuntur aquæ congregari in vnũ locum. Vel dicit vnũ locũ non simpliciter, sed per comparationem ad locum terræ siccæ: vt sit sensus. Congregentur aquæ in vnũ locũ, id est seorsum à terra sicca. Nam ad designandam pluralitatem locorum aquæ subdit, quòd congregationes aquarum appellauit maria.

¶ Ad quartum dicẽdum, ꝙ iussio Dei naturalem morũ corporibus præbet. Vnde dicitur, ꝙ suis naturalibus motibus faciũt velle eius. Vel potest dici, ꝙ naturale esset, ꝙ aqua vndique esset circa terrã, sicut aër vndique esset circa aquã & terrã: sed propter necessitatẽ finis, vt animalia & plantæ essent super terrã, oportuit ꝙ aliqua pars terræ esset discooperta aquis. Quod quidem aliqui Philosophi attribuunt actioni solis per eleuationem vaporum deficcantis terram. Sed sacra Scriptura attribuit potestati diuinæ: non solum in Gene. sed etiam in Iob 38. cap. vbi ex persona Domini dicitur, Circundedi mare terminis meis. & Ierem. 5. Me ergo non timebitis, ait Dominus, qui posui arenam terminum mari.

¶ Ad quintũ dicendũ, ꝙ secũdũ Aug. per terram, de qua primo fiebat mẽtio, intelligitur materia prima: nunc autẽ intelligitur ipsum elementũ terræ. Vel potest dici secũdũ Basi. ꝙ primo nominabatur terra secundũ naturã suã, nũc autẽ nominatur ex sua principali proprietate, quæ est siccitas. Vnde dicit, ꝙ vocauit aridam, terram. Vel potest dici secũdũ rabbi Moysem, ꝙ vbicũq; dicitur Vocauit, significatur æquiuocatio nominis[e]. Vnde prius dictũ est, ꝙ vocauit lucem die, ꝓpter hoc, ꝙ etiã dies vocatur spatiũ vigintiquatuor horũ, sicũ quod ibidẽ dicitur, Factũ est vespere & mane dies vnus. ¶ Similiter dicendum est, ꝙ firmamentum, id est aërem vocauit cælum, quia etiam cælum dicitur quod est primo creatum. Similiter etiam dicitur, ꝙ aridam, id est illam partem, quæ est discooperta aquis, vocauit terrã, prout distinguitur contra mare: quanuis communi nomine terra vocetur, siue sit aquis cooperta, siue discooperta. Intelligitur autem vbique per hoc quòd dicitur Vocauit, id est dedit naturam vel proprietatem, vt posit sic vocari.

ARTICVLVS II.

a ¶ Vtrum plantarum productio conuenienter tertia die facta legatur.

350 *Ps. q. 4. arti. 1. ad 22m.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ plantarũ productio incõuenienter tertia die facta legatur. Plãtæ em habent vitã sicut & aĩalia. Sed productio aĩaliũ non ponit inter opera distinctionis, sed pertinet ad opus ornatus. Ergo nec productio plãtarum cõmemorari debuit in tertia die, quæ pertinet ad opus distinctionis.

¶ Præterea, Illud quod pertinet ad maledictionem terræ, non debuit cõmemorari cũ formatione terræ. Sed productio quarundam plantarum pertinet ad maledictionẽ terræ, secundum illud Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Ergo productio plantarum vniuersaliter non debuit commemorari in tertia die, quæ pertinet ad formationem terræ.

¶ Præterea, Sicut plantæ adhærent terræ, ita etiam lapides & metalla: & tamen non fit mentio de eis in terræ formatione. Ergo nec plantæ fieri debuerunt tertia die.

¶ SED CONTRA, est qd dicitur Gen. 1. Protulit terra herbã virentẽ. Et postea sequitur, Factũ est vespere & mane dies tertius.

CONCLVSIO.

¶ Cum plantarum productio ad terram spectet, congruit vt tertio die plantarum productionem factam fuisse in sacra describeretur eloquio.

349 ¶ RESPONDEO dicẽdũ, quòd sicut suprà dictũ est[e], in tertia die informitas terræ remouetur. Duplex autem informitas circa terram describebatur. Vna, ꝙ erat inuisibilis & inanis: quia erat aquis cooperta. Alia, ꝙ erat incõposita siue vacua, id est non habens debitũ decorem, qui acquiritur terræ ex plantis, eam quodãmodo vestiẽtibus. Et ideo vtraq; informitas in hac tertia die remouetur. Prima quidẽ per hoc, ꝙ aquæ cõgregatæ sunt in vnum locũ, & apparuit arida. Secũda vero per hoc, ꝙ protulit terra herbã virẽtem. Sed tamẽ circa productionẽ plantarũ aliter opinatur Aug. ab aliis. Alij enim expositores dicunt, ꝙ plantæ productæ sunt actu in suis speciebus in hac tertia die[e]: secundum quod superficies literæ sonat. Aug. autẽ 5. super Gen. ad literã dicit, ꝙ causaliter tunc dictum est produxisse terrã herbam & lignum, id est producendi accepisse virtutem. Et hoc quidem cõfirmat autoritate Scripturæ. Dicitur enim Gene. 2. Istæ sunt generationes cæli & terræ quando creatæ sunt in die quo Deus fecit cælum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra: omnémque herbam regionis priusquam germinaret. Ante ergo quàm orirentur super terram, factæ sunt causaliter in terra. Confirmatur autem hoc ratione. Quia illis primis diebus condidit Deus creaturam originaliter, vel causaliter: à quo opere postmodum requieuit. qui tamen postmodum secundum administrationem rerum conditarum per opus propagationis vsq; modo operatur. Producere autem plantas ex terra ad opus propagationis pertinet. Non ergo in tertia die productæ sunt plantæ in actu, sed causaliter tantum. Quanuis secundum alios dici posit, quòd prima institutio specierum ad opera sex dierum pertinet. Sed quòd ex speciebus primo institutis generatio similium in specie procedat, hoc iam pertinet ad rerum administrationem. Et hoc est quod Scriptura dicit, Antequam orirentur super terram, vel antequam germinarent: id est antequam ex similibus similia producerentur: sicut nunc naturaliter fieri videmus secundum viam seminationis. Vnde signanter Scriptura dicit, Germinet terra herbam virentem & facientem semen: quia scilicet sunt productæ perfectæ species plantarum, ex quibus semina aliarum orirentur. Nec refert vbicunque habeant vim seminatiuam, vtrum scilicet in radice, vel in stipite, vel in fructu.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vita in plantis est occulta: quia carent locali motu & sensu, quibus inanimatum ab inanimato maxime distinguitur[c]. Et ideo, quia immobiliter terræ inhærent, earum productio ponitur quasi quædam terræ formatio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ante etiam illam maledictionem spinæ & tribuli producti erant vel virtute, vel actu, sed non erant producti homini in pœnam[e], vt scilicet terra quam propter cibum coleret, infructuosa quædam & noxia germinaret. Vnde dictum est, Germinabit tibi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Moyses ea tantum proposuit quæ in manifesto apparent: sicut iam dictum est[c]. Corpora autem mineralia habent generationem occultam in visceribus terræ. Et iterum non habent manifestam distinctionem à terra, sed quędam terræ species videntur. Et ideo de eis mentionem non fecit.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA de Opere ornatus quantum ad quartam diem, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de opere ornatus. Et primo de singulis diebus secũdum se. Secundo, de omnibus sex diebus in communi.

¶ Circa primum ergo considerandum est de opere quartæ diei. Secundo, de opere quintæ. Tertio, de opere sextæ. Quarto, de iis quæ pertinent ad septimum diem.

¶ Circa primum quæruntur tria. ¶ Primo, de productione luminarium. ¶ Secundo, de fine productionis eorum. ¶ Tertio, vtrum sint animata.

ARTICVLVS I.

a ¶ Vtrum luminaria debuerint produci quarta die.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd luminaria non debuerint produci quarta die. Luminaria enim sunt corpora incorruptibilia naturaliter. Ergo eorum materia non potest esse absque formis eorum. Sed eorum materia producta est in opere creationis ante omnem diem. Ergo & eorum formæ. Non ergo sunt facta quarta die.

¶ Præterea, Luminaria sunt quasi vasa luminis. Sed lux est facta prima die. Ergo luminaria fieri debuerunt prima die, & non quarta.

¶ Præterea, Sicut plantæ fixæ sunt in terra: ita luminaria fixa sunt in firmamẽto. Vnde Scriptura dicit, quòd posuit ea in firmamento.

a ¶ Super Quæstionis sexagesimænonæ Articulũ secundũ.

TItulus clarus est. *Coment.*

¶ In corpore duo. Primo directe respondetur quæsito affirmatiue, Secundo qualis sit productio plantarũ tractatur.

¶ Quo ad primum conclusio, Productio plantarum conuenienter tertio die facta est, probaturque ista pertinet ad formationem terræ. Declaratur hoc ex duplici informitate terræ.

¶ Quo ad secũdum ria. Primo diuersitas opinionum Augustini & aliorum: quia ille causaliter, isti actualiter plantas productas ponunt. Secundo, motiua August. ab autoritate Gene. secundo: & ratione differentiæ inter opus creandi & administrandi propagando. Tertio motiua aliorum ex opposito, & à ratione: quia institutio perfectorum ad opus creationis spectat, & nihilominus saluatur differentia inter propagationem & creationẽ: & ab autoritate eadem Genesis secundo. Et in hanc partem videtur autor declinare.

a ¶ Super Quæstionũ septuagesimæ Articulum primum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore tria. Primo, ex Scripturæ verbis triplex opus ponit, creationis, formationis seu distinctionis, & ornatus, vnicuique suum obiectum attribuens. primo, res informes: secundo formas: tertio extrinsecas mobilia. Secundo respondet quæsito affirmatiue, luminaria, conuenienter producuntur quarta die. Et probatur quia ista est prima dies ornatus, quà primum creatum ornãdum erat, quemadmodum fuit prima die distinctionis formatum, &c. Declarantur hic enumerando tria primo creata, cælum, terram & aquas, id est media: & ordinando formationem eorum tel bus diebus, primo cælum: secundo aquas: tertio terram, & consimiliter ornatum: quarto cælum: quinto aquas: sexto terram. Tertio ostendit Augustinum cũ aliis conuenire quo ad actum quare omnia patent.

¶ Nota hic, quòd Scriptura in creationis opere secundo loco ponit terram, & tertio aquas: in distinctionis vero & ornatus opere econuerso. Quia quo ad esse simpliciter terra habet priorem necessitatẽ: qa primo propter cælum, vt patet in secundo cæli, cõmẽ. 18. &c. quo ad nobilitatem vero est vltimum.

a ¶*Super Quaestionis septuagesimae Articulum secundum.*

Coment. Titulus: causa, vt luceant super terram in signa & tempora.
¶In corpore duo. Primo quadruplicem causam finalem ostendit posse de creatura corporali assignari actum proprium secundo Caeli, text. 17. Aliam creaturam, secundo phy. tex. vniuersum 12. metaphy. Et Deus ibidem. Secundo respondet quaesito, quòd Moyses vnam tantum tetigit, propter idololatriae occasionem tollendam: & illa est vtilitas humana tripliciter, vt patet.

Sed productio plantarum simul describitur cum formatione terrae, cui inhaerent. Ergo & productio luminarium simul debuit poni secunda die cum productione firmamenti.

¶Praeterea, Sol & luna, & alia luminaria sunt causae plantarum. Sed naturali ordine causa praecedit effectum. Ergo luminaria non debuerunt fieri quarta die, sed tertia, vel ante.

¶Praeterea, Multae stellae secundum astrologos sunt luna maiores. Non ergo tantum sol & luna debuerunt poni duo magna luminaria.

¶SED in contrarium sufficit autoritas Scripturae.

CONCLVSIO.

¶*Congruit in ornatu seculi vt luminaria describerentur facta quarta die.*

¶RESPONDEO dicendum, quod in recapitulatione diuinorum operum. Scriptura sic dicit, Igitur perfecti sunt caeli, & terra, & omnis ornatus eorum. In quibus verbis triplex opus intelligi potest, scilicet opus creationis: per quod caelum & terra producta leguntur, sed informia. Et opus distinctionis, per quod caelum & terra sunt perfecta: siue per formas substatiales attributas materiae omnino informi, vt August. vult: siue quantum ad conuenientem decorem & ordinem, vt alij sancti dicunt. Et his duobus operibus additur ornatus, & differt ornatus à perfectione. Nam perfectio caeli & terrae ad ea pertinere videtur, quae caelo & terrae sunt intrinseca: ornatus vero ad ea quae sunt à caelo & terra distincta. Sicut homo perficitur per proprias partes & formas, ornatur autem per vestimenta, vel aliquid huiusmodi. Distinctio autem aliquorum maxime manifestatur per motū localem, quo abinuicem separātur[c]. Et
111 ideo ad opus ornatus pertinet productio illarum rerum quae habent motum in caelo & in terra. Sicut autem suprà dictum est[c], de
338 tribus fit mentio in creatione, scilicet de caelo, & aqua, & terra. Et haec tria etiam formātur per opus distinctionis trium dierum. Primo die caelum: secundo die distinguuntur aquae. Tertio die fit distinctio in terra, maris & aridae. Et similiter in opere ornatus. Primo die, qui est quartus, producuntur luminaria, quae mouentur in caelo, ad ornatum ipsius. Secundo die, qui est quintus, aues & pisces, ad ornatum medij elementi, quia habent motum in aëre & aqua, quae pro vno accipiuntur. Tertio die, qui est sextus, producuntur animalia quae habent motum in terra, ad ornatum ipsius.

¶Sed sciendum est, quòd in productione luminarium non discordat Aug. ab aliis sanctis. Dicit enim luminaria esse facta in actu, nō in virtute tantum. Non enim habet firmamentum virtutem productiuam luminarium, sicut habet terra virtutem productiuam plantarum. Vnde Scriptura non dicit, Producat firmamentum luminaria, sicut dicit, Germinet terra herbam virentem.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quod secundum Augusti. nulla difficultas ex hoc oritur. Non enim ponit successionem temporis in istis operibus. Et ideo non oportet dicere, quòd materia luminariū fuerit sub alia forma. Secundū eos autem, qui ponunt caelestia corpora ex natura quatuor elementorum, nulla difficultas accidit: quia potest dici, quod sunt formata ex praiacēti materia, sicut animalia & plantae. Sed secundū eos qui ponunt corpora caelestia esse alterius naturae ab elementis, & incorruptibilia per naturam, oportet dicere, quòd substantia luminarium à principio fuit creata. Sed prius erat informis, & nunc formatur: non quidem forma substantiali, sed per collationem determinatae virtutis. Ideo tamen nō fit mentio à principio de eis, sed solum quarta die, vt Chrysost. dicit: vt per hoc remoueat populum ab idololatria, ostendens luminaria non esse deos: ex quo nec à principio fuerunt.

¶Ad secundum dicendum, quod secundum Augu. nulla sequitur difficultas: quia lux, de qua prima die facta est mentio, fuit lux spiritualis nunc autem fit lux corporalis. Si autem lux primo die facta, intelligitur lux corporalis, oportet dicere quod lux primo die fuit producta secundum communem lucis naturam: quarto autem die attributa est luminaribus determinata virtus ad determinatos effectus[c]: secundum quod videmus alios effectus habere radium so-
349 lis, & alios radium lunae, & sic de aliis. Et propter hanc determinationem virtutis dicit Dio. 4. cap. de diui. no. quòd lumen solis,
b quod primo erat informe, quarto die formatum est[c].
344 ¶Ad tertium dicendum, quòd secundum Ptolemaeum luminaria non sunt fixa in sphaeris, sed habent motum seorsūm à motu sphaerarum. Ideo Chrysost. dicit, quòd non ideo dicitur, quòd posuit ea in firmamento, quòd ibi sint fixa: sed quia iusserint vt ibi essent, sicut posuit hominem in paradiso, vt ibi esset. Sed secundum opinio. Arist. stellae fixae sunt in orbibus, & non mouent nisi motu orbium secundum rei veritatem: tamen motus luminarium sensu percipitur, non autē motus sphaerarum. Moyses autē rudi populo condescendens, sequutus est quae sensibiliter apparent: vt dictū est[c]. Si autem sit aliud firmamentum quod factum est secūda die,
ab eo in quo posita sunt sydera secundum distinctionem naturae, licet sensus non discernat, quem Moyses sequitur, vt dictum est: cessat obiectio. Nam firmamentum factum est secunda die quantum 349 350 c 347
ad inferiorē partem. In firmamento autem posita sunt sydera quarta die quantum ad superiorem partem, vt totum pro vno accipiatur, secundum quod sensu apparet.

¶Ad quartum dicēdum, quòd sicut dicit Basilius, praemittitur productio plātarum luminaribus ad excludendam idololatriam. Qui enim credunt luminaria esse deos, dicunt quòd primordialem originem habent plantae à luminaribus: quamuis (vt Chrysosto. dicit) sicut agricola cooperatur ad productionem plantarum, ita etiam & luminaria per suos motus.

¶Ad quintum dicendū, quod sicut Chry. dicit. dicūtur duo luminaria magna, non tam quantitate q̄ efficacia, & virtute. Quia etsi aliae stellae sint maiores quantitate, q̄ luna, tamē effectus lunę magis sentitur in istis inferioribus, & etiam secundū sensum maior apparet.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum conuenienter causa productionis luminarium describatur.*

AD SECVNDVM sic pceditur. Videtur quod inconuenienter causa productionis luminarium describatur. Dicit em̄ Iere. 10. A signis caeli nolite metuere quae gentes timent. Non ergo luminaria in signa facta sunt. 351

¶Praeterea, Signum contra causam diuiditur. Sed luminaria sunt causa eorum quae hic aguntur. Ergo non sunt signa.

¶Praeterea, Distinctio temporum & dierum incipit à primo die. Non ergo facta sunt luminaria in tempora, & dies, & annos, id est in horum distinctionem.

¶Praeterea, Nihil fit propter vilius se: quia finis est melior iis quae sunt ad finem. Sed luminaria sunt meliora quàm terra. Non ergo facta sunt vt illuminent terram.

¶Praeterea, Luna non praeest nocti, quando est plena. Probabile autem est quòd luna facta fuerit plena. Sic enim homines incipiunt computare. Ergo luna non est facta vt praesit nocti.

¶IN CONTRARIVM sufficit autoritas Scripturae.

CONCLVSIO.

¶*Decuit vt luminaria describerentur facta in signa: tēpora, dies, & annos.*

¶RESPONDEO dicendū, quod sicut dictū est suprà[c], creatura aliqua corporaliter potest dici esse facta vel ppter actū proprium, 334
vel propter aliam creaturā, vel propter totum vniuersum, vel propter gloriam Dei. Sed Moyses, vt populum ab idololatria reuocaret, illam solā causam tetigit secundū quod sunt facta ad vtilitatem hominū. Vnde dicitur Deuter. 4. Ne forte eleuatis oculis ad caelum videas solem & lunam, & omnia astra caeli, & errore deceptus adores ea & colas, quae creauit Dominus Deus in ministeriū cunctis gentibus. Hoc autem ministerium explicat in principio Gene. per tria. Primo enim prouenit vtilitas hominibus ex luminaribus quantum ad visum, qui est directiuus in operibus, & maxime vtilis ad cognoscendas res. & quantum ad hoc dicit, Vt luceant in firmamento, & illuminent terram. Secundo, quantum ad vicissitudines temporum: quibus & fastidium tollitur, & valitudo conseruatur, & necessaria victu oriuntur. Quae non essent si semper esset aut estas, aut hyems. & quantum ad hoc dicit, Vt sint in tempora, & dies, & annos. Tertio, quantum ad opportunitatē negotiorum & operum: inquantum ex luminaribus caeli accipitur significatio pluuiosi temporis, vel sereni, quae sunt apta diuersis negotiis. Et quantum ad hoc dicit, Vt sint in signa.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd luminaria sunt in signa corporalium transmutationum, non autem eorum quae dependent ex libero arbitrio.

¶Ad secundum dicendū, quòd per causam sensibilem quandoque ducimur in cognitionem effectus occulti, sicut & ecōuerso. Vnde nihil prohibet, causam sensibilem esse signum. Ideo tamen potius dicit signa, quàm causas, vt occasionem idololatriae tolleret.

¶Ad tertium dicendū, quod in prima die facta est cōis distinctio temporis per diem & noctē secūdū motum diurnū, qui est cōmunis to- c 344
tius caeli: qui potest intelligi incepisse primo die[c]. Sed speciales distinctiones dierum & temporum, secundum quod dies est calidior die, & tempus tempore, & annus anno: fiunt secundum speciales motus stellarum, qui possunt intelligi quarto die incepisse.

¶Ad quartum dicendum, quòd in illuminatione terrae intelligitur vtilitas hominis, qui secundum animam praefertur corporibus luminarium. Nihil tamen prohibet dici quòd dignior creatura facta est propter inferiorem, non secundum quod in se consideratur, sed secundum quod ordinatur ad integritatem vniuersi.

¶Ad quintum dicendum, quod luna quādo est perfecta, oritur vespere & occidit mane. Et sic praeest nocti. Et satis probabile est, quòd luna fuerit facta plena: sicut & herbae factae sunt in sua perfectione facietes semen: & similiter aīalia, & homo. Licet em̄ naturali pcessu ab imperfecto ad pfectū deueniatur: simpliciter tn̄ pfectū prius est

a ¶*Super Quaestionis septuagesimae Articulum tertium.*

Cōmenta. Titulus clarus est.
¶In corpore quatuor. Primo opiniones refert. Secundo inuestigat qualitatem illius vnionis: supposito, quòd principium motiuum sit cognoscitiuum. Tertio probat suppositum hoc. Quarto cōcludit responsionem.
¶Quo ad primum opiniones philosophorum Anaxagorae & Platonis. Et rursus theologorum Orige. Hieronymiq; & Damasceni cum Basilio. Augusti. demum neutraliter.
¶Quo ad secundum. Caelesti corpori non est cōiuncta aliqua anima vt forma, sed vt motor. Probat summarie sic. Vnio illa non est nisi propter motionem, ergo sufficit cōiunctio vt motor. Antecedens probatur: quia materia est propter formam: & forma propter opus, & ab opere cognoscitur: & non propter vegetationem nec sensationem, nec intellectionem, ergo propter motionem tātum. Assumpta omnia clare patēt in litera, quia ibi non est phantasma, &c. consequentia vero declaratur, ex Aristo. 8. physic. & Platone.
¶Quo ad tertium, probatur corpora caelestia non moueri à natura vt grauia & leuia, sed ab apprehensiua virtute, dupliciter. Primo ratione: quia natura ad vnum est determinata. Secūdo autoritate August.
¶Quo ad quartum, primo responsio est, corpora caelestia sunt animata aequiuoce ab istis inferioribus. Secūdo est correlatiuum: quòd inter vtranque opinionem nulla quasi est differentia in re.
¶In secūdo dubium occurrit: quia Sanctus Thomas in secundo contra Gen. ca. 70. vult quòd secundum Aristo. oportet caelum ponere animatum, ita quòd anima vniatur cęlo vt forma: hic dicit ex Arist. quòd sufficit vniri vt motorem mobili.
¶Ad hoc non video respōsionem, nisi alteram duarum. Vel quòd hic melius dixit, quia & posterius scripsit. Vel quòd ibi intendebat, quod oportet secundum Arist. caelum esse proprie animatum, saltem non repugnanter, eo quòd doctrina sua ad hoc tēdit. Quāuis enim posset interpretari vt hic fecit. Ex his tamen quae in secundo Caeli dicuntur, habemus quòd animatum indistincte posuit: oportet ergo non repugnare quod sit animatum secundum substantiam. Et hoc sat erat contra Auerroim, contra quem loquebatur. Sustinent autem verba illa hanc glosam: quia quando contra Auer. erat sermo, fas erat declinare in oppositum, vt Augusti. contra Pelagianos facit. Posset tertio forte dici, quòd hic secūdum propriam opinionem, ibi secundum Aristotelem: & quamuis adducat Aristotelem, nō tamen asserit hanc esse eius opinionem, sed ex dictis eius sibi seruit.
¶In responsione ad quintum, dubium est; quomodo potest dici moueri ab intrinseco, si vnitur motor solum, vt motor. & est hoc dubiū tam contra Aristotelem, quàm Auerroim, & caeteros.

553 1. con. ca. 69. Et po. q. 6. ar. 6. Et quoli. lib. 12. ar. 5. & spiri. in. arti. 6. & 2. cael. le. 3. col. 1. & 2. & lect. 13. co. 2. & 3. et lect. 18. et 19. principio.

est imperfecto. Augusti. tamen hoc non asserit: quia dicit non esse incōueniens quòd Deus imperfecta fecerit, quae postmodum ipse perfecit.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum luminaria caeli sint animata.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd luminaria cęli sint animata. Superius enim corpus nobilioribus ornamentis ornari debet. Sed ea quae pertinent ad ornatū inferiorum corporū, sunt animata, scilicet pisces, aues, & terrestria animalia. Ergo & luminaria quae pertinent ad ornatum caeli.

¶Praeterea. Nobilioris corporis nobilior est forma. Sed sol & luna, & alia luminaria sunt nobiliora quàm corpora plantarum & animalium. Ergo habent nobiliorem formam. Nobilissima autem forma est anima, quae est principium vitae. Quia vt Aug. dicit in lib. de vera relig. quaelibet substantia viuens naturae ordine prefertur substantiae non viuenti. Ergo luminaria caeli sunt animata.

¶Praeterea, Causa nobilior est effectu. Sed sol & luna & alia luminaria sunt causa vitae, vt patet maxime in animalibus ex putrefactione generatis, quę virtute solis & stellarum vitam consequuntur. Ergo multo magis corpora caelestia viuunt & sunt animata.

¶Praeterea, Motus caeli & caelestium corporū sunt naturales, vt patet in 1. de caelo. Motus autem naturalis est à principio intrinseco. Cum igitur principium motus cęlestium corporum sit aliqua substantia apprehensiua, quae mouetur sicut desiderans à desiderato, vt dicitur in 2. metaphy. videtur quòd principium apprehendens sit principium intrinsecum corporibus caelestibus. Ergo sunt animata.

¶Praeterea, Primum mobile est caelum. In genere autem mobilium primum est mouens seipsum: vt probatur in 8. physic. Quia quod est per se, prius est eo quod est per aliud. Sola autem animata mouent seipsa, vt in eodem lib. ostenditur. Ergo corpora caelestia sunt animata.

¶SED CONTRA est quod Damascenus dicit in libro secundo, Nullus animatos caelos, vel luminaria aestimet, inanimati enim sunt & insensibiles.

CONCLVSIO.

¶*Corpora caelestia non nisi aequiuoce animata dicuntur ab iis inferioribus, quibus coniungitur anima vt forma, illis vero vt motor tantum.*

¶RESPONDEO dicēdum, quòd circa istam quaestionem apud philosophos fuit diuersa opinio. Anaxagoras enim, vt Augusti. refert libro octauo de Ciuitate Dei, factus est reus apud Athenienses: quia dixit solem esse lapidem ardentem, negans vtique ipsum esse Deum, vel aliquid animatum. Platonici vero posuerunt corpora caelestia animata. Similiter etiam apud doctores fidei fuit circa hoc diuersa opinio. Origenes enim posuit corpora caelestia animata. Hieronymus etiam idem sentire videtur, exponens illud Ecclesiastici primo. Lustrans vniuersa per circuitum pergit spiritus. Basilius verò & Damascenus asserunt corpora caelestia non esse animata. Augustinus vero sub dubio dereliquit, in neutrā partem declinans, vt patet in 2. super Genesim ad literam, & in Enchiridio. Vbi etiam dicit, quòd si sunt animata caelestia corpora, pertinent ad societatem Angelorum, eorum animae. In hac autem opinionum diuersitate, vt veritas aliquatenus innotescat, considerandum est, quòd vnio animae & corporis non est propter corpus, sed propter animā. Non enim forma est propter materiam, sed econuerso[c].
373 Natura autem & virtus animae deprehenditur ex eius operatione, quae etiam quodammodo est finis eius. Inuenitur autem corpus nostrum necessarium ad aliquam operationē animae, quae mediāte corpore exercetur: sicut patet in operibus animae sensitiuae & neutritiuae. Vnde necesse est tales animas vnitas esse corporibus propter suas operationes. Est autem aliqua operatio animae, quae non exercetur corpore mediante[c], sed tamen ex corpore aliquod adminiculum tali operationi exhibetur, sicut per corpus exhibentur animae humanae phantasmata, quibus indigent ad intelligendum[c]. Vnde etiam talem animam necesse est corpori vniri propter suam operationem[c], licet contingat ipsam separari. Manifestum est autem, quòd anima caelestis corporis non potest habere operationes nutritiuae animae, quae sunt nutrire, augere & generare: huiusmodi enim operationes non competunt corpori incorruptibili per naturam. Similiter etiam nec operationes animae sensitiuę corpori caelesti conueniunt, quia omnes sensus fundantur super tactum qui est apprehensiuus qualitatum elementorum. Omnia etiam organa potentiarum sensitiuarum requirunt determinatā proportionem secundum commistionem aliquam elementorum, à quorum natura corpora caelestia ponuntur remota. Relinquitur ergo, quòd de operationibus animae nulla potest competere animae caelesti, nisi duae, intelligere & mouere. Nam appetere consequitur sensum & intellectum, & cum vtroque ordinantur. Intellectus autem operatio, cū non exerceatur per corpus, non indiget corpore nisi inquantum ei per sensus ministrantur phantasmata. Operationes autem sensitiuae animae corporibus caelestibus non conueniunt, vt dictum est[c]. Sic igitur propter operationem intellectualem anima caelesti corpori non vniretur. Relinquitur ergo, quòd propter solam motionem. Ad hoc autem quòd moueat, non oportet quòd vniatur ei vt forma, sed per contactum virtutis, sicut motor vnitur mobili. Vnde Aristoteles libro octauo Physicorum postquā ostendit, quòd primum mouens seipsum componitur ex duabus partibus: quarum vna est mouens, & alia mota, assignans quomodo hae duae partes vniantur: dicit, quòd per contactum vel duorum adinuicem, si vtrunque sit corpus: vel vnius ad alterum, & non ecōuerso, si vnum sit corpus, & aliud non corpus. Platonici etiam anima corporibus vniri non ponebant, nisi per contactum virtutis, sicut motor mobili[c]. Et sic per hoc, quòd Plato ponit corpora caelestia animata nihil aliud datur intelligi, quàm quòd substantiae spirituales vniuntur corporibus caelestibus, vt motores mobilibus. Quòd autem corpora caelestia moueantur ab aliqua substantia apprehendente, & non solum à natura, sicut grauia & leuia: patet ex hoc quòd natura non mouet, nisi ad vnum, quo habito quiescit. Quod in motu corporum caelestium non apparet. Vnde relinquitur, quod mouentur ab aliqua substantia apprehendente. Augustinus etiam dicit tertio de Trinitate Corpora omnia administrari à Deo per spiritum vitę. Sic igitur patet, quòd corpora caelestia non sunt animata eo modo, quo plantae & animalia, sed aequiuoce. Vnde inter ponentes ea esse animata, & ponentes ea inanimata, parua vel nulla differentia inuenitur in re, sed in voce tantum. 321

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ad ornatum pertinent aliqua secundum proprium motum. Et quantum ad hoc luminaria caeli conueniunt cum aliis quę ad ornatum pertinent: quia mouentur à substantia viuente.

¶Ad secūdum dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse nobilius simpliciter: quod tamen non est nobilius quantum ad aliquid. Forma ergo caelestis corporis etsi non sit simpliciter nobilior anima animalis, est tamen nobilior quantum ad rationem formae. Perficit enim totaliter suam materiam, vt non sit in potentia ad aliam formam. Quod anima non facit. Quantum etiam ad motum mouentur corpora caelestia à nobilioribus motoribus.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpus caeleste, cum sit mouens motum, habet rationem instrumenti, quod agit in virtutem principalis agentis[c]. Et ideo ex virtute sui motoris, qui est substantia viuens, b 568
potest causare vitam.

¶Ad quartum dicendum, quòd motus corporis caelestis est naturalis, non propter principium actiuum, sed propter principium passiuum; quia scilicet habet in sua natura aptitudinem, vt tali motu ab intellectu moueatur.

¶Ad quintum dicendum, quòd caelum dicitur mouere seipsum, inquantum componitur ex motore & mobili, non sicut ex forma & materia, sed secundum contactum virtutis, vt dictum est[c]. Et hoc etiam modo potest dici, quòd eius motor est principium intrinsecū: vt sic etiā motus caeli possit dici naturalis ex parte principii … sicut motus voluntarius dicitur esse naturalis animali in… est animal, vt dicitur in 8. Physicorum.

a ¶ *Super Quæstionem septuagesimamprimam.*

Cõmenta. Titulus clarus est. ¶ In corpore duo. Primo respõdet affirmatiue, quia quintus dies respondet. Secundo differentiam inter Augu. & alios qualis sit ꝓductio piscium & auium, actu vel virtute.

354 *Suprà q°. 70. artic. 1. cor.*

a ¶ *Super Quæstionem septuagesimamsecundam.*

Cõmenta. Titulus clarus est. ¶ In corpore duo. Primo respõdet affirmatiue, quia sextus dies respondet tertio. Secundo differentiã Augustini, & aliorum, qualis sit productio animalium terrestrium, actu vel virtute.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAPRIMA de opere quintæ diei.

DEINDE considerandum est de opere quintæ diei. Et videtur ꝙ inconuenienter hoc opus describatur. Illud enim aquæ producunt, ad cuius productionẽ sufficit virtus aquę. Sed virtus aquę non sufficit ad productionẽ omniũ piscium & auium: cũ videamus plura eorũ generari ex semine. Non ergo cõuenienter dicitur, Producãt aquæ reptile animæ viuẽtis, & volatile super terram.

¶Præterea, Pisces & aues non tantũ producũtur ex aqua, sed in eorum cõpositione videtur magis terra dominari quã aqua: quia corpora eorum naturaliter mouentur ad terram. Vnde & in terra quiescunt. Non ergo conuenienter dicitur, pisces & aues ex aqua produci.

¶Præterea, Sicut pisces habẽt motũ in aqs, ita & aues in aëre. Si ergo pisces ex aqs ꝓducunt, aues nõ deberẽt produci ex aquis, sed ex aëre.

¶Præterea, Non omnes pisces reptant in aquis, cum quidã habeant pedes quibus gradiuntur in terra: sicut vituli marini. Non ergo sufficienter productio piscium designatur in hoc quòd dicitur, Producant aquæ reptibile animæ viuentis.

¶Prȩterea, Animalią terrestria sunt perfectiora auibus & piscibus. Quòd patet ex hoc ꝙ habent mẽbra magis distincta, & perfectiorẽ generationẽ. Generant enim animalia. Sed pisces & aues generant oua. Perfectiora autẽ præcedunt in ordine naturæ. Non ergo quinta die debuerunt fieri pisces & aues ante animalia terrestria.

¶IN CONTRARIVM sufficit autoritas Scripturæ.

CONCLVSIO.

¶ *Conueniens fuit vt quinta die describeretur aquas produxisse reptile animæ viuentis, & volatilia.*

351 ¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est [e], opus ornatus per ordinẽ respondet ordini distinctionis. Vnde sicut inter tres dies distinctioni deputatos media (quæ est secũdã) deputatur distinctioni medij corporis, scilicet aquæ: ita inter dies deputatos ad opus ornatus media, id est quinta deputatur ad ornatũ medij corporis per productionẽ auium & piscium. Vnde sicut Moyses in quarta die nominat luminaria & lucem, vt designet quòd quarta dies respõdet primæ, in qua dixerat lucem factam: ita in hac quinta die facit mentionem de aquis & de firmamento cæli, vt designet, quòd quinta dies respondet secundæ.

¶ Sed sciendum est, quòd sicut in productione plantarum differt
350 Augu. ab aliis [e]: ita & in productione piscium & auium. Alij enim dicunt pisces & aues quinta die esse productos in actu. Aug. autem dicit 5. super Geñ. ad lit. quòd quinta die aquarum natura produxit pisces & aues potentialiter.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Auic. posuit omnia animalia posse generari ex aliquali elementorum commixtione
b absque semine etiam per viam naturæ [e]. Sed hoc videtur inconue-
456 niens. Quia natura determinatis mediis procedit ad suos effectus. Vnde illa quæ naturaliter generantur ex semine, non possunt naturaliter sine semine generari. Et ideo dicendum est aliter, quòd in naturali generatione animalium principiũ actiuum est virtus formatiua, quæ est in semine in iis quæ ex semine generãtur. Loco cuius virtutis in iis quæ ex putrefactione generãtur, est virtus cælestis corporis. Materiale autem principiũ in vtrorunque animalium generatione est aliquod elementum, vel elementatũ. In prima autem rerum institutione fuit principium actiuum verbum Dei, quod ex materia elementari produxit animalia, vel in actu secundum alios sanctos, vel virtute secũdum Aug. non quòd aqua aut terra habeat in se virtutem producendi omnia animalia, vt Auic. posuit: sed quia hoc ipsum quòd ex materia elemẽtari virtute seminis, vel stellarũ possunt animalia produci, est ex virtute primitus elementis data.

¶Ad secundum dicendum, quòd corpora auium & piscium possunt dupliciter cõsiderari. Vno modo secũdum se. Et sic necesse est quòd in eis magis terrestre elementum dominetur. Quia ad hoc quòd fiat contemperatio mixtionis in corpore animalis, necesse est quòd quantitatiue abundet in eo elementum quod est minus actiuum, scilicet terra. Sed si considerentur secundum quod sunt nata moueri talibus motibus, sic habẽt affinitatem quandam cum corporibus in quibus mouentur. Et sic eorum generatio hic describitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd aër, quia insensibilis est, non per se-
352 & 347 ipsum connumeratur: sed cum aliis [e], partim quidem cum aqua quantum ad inferiorem partem, quæ exhalationibus aquæ ingrossatur, partim etiam cum cælo quãtum ad superiorem partem. Aues autem motũ habent in inferiori parte aëris. Et ideo sub firmamento cæli volare dicuntur, etiam si firmamentum pro nebuloso aëre accipiatur. Et ideo productio auium aquæ ascribitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd natura de vno extremo ad aliud transit per media. Et ideo inter cælestia & aquatica animalia sunt quædam media quæ communicant cum vtrisque, & computantur cum illis cum quibus magis communicant, secundum id quod cum eis communicant, non secundum id quod communicant cum alio extremo. Tamen vt includantur omnia huiusmodi quæ habent aliquid speciale inter pisces, subiungit postquam dixerat, Producant aquæ reptile animæ viuentis: Creauit Deus cete grandia, &c.

¶Ad quintum dicendum, quòd productio horum animalium ordinatur secũdum ordinem corporum, quæ eis ornantur magis quàm secundum propriam dignitatem. Et tamen in via generationis ab imperfectioribus ad perfectiora peruenitur.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAsecunda de opere sextæ diei.

357 *Suprà q°. 70. artic. 1. cor.* DEINDE quæritur de opere sexti diei. Et videtur quòd inconuenienter describatur. Sicut enim aues & pisces habent viuentem animam, ita etiam & animalia terrestria. Non autem terrestria animalia sunt ipsa anima viuens. Ergo inconuenienter dicitur, Producat terra animam viuentem: sed debuit dici, Producat terra quadrupedia animæ viuentis.

¶Præterea, Genus non debet diuidi contra speciem. Sed iumenta & bestiæ sub quadrupedibus computantur. Inconuenienter ergo quadrupedia connumerantur iumentis & bestiis.

¶Prȩterea, Sicut alia animalia sunt in determinato genere & specie ita & homo. Sed in factione hominis non fit mentio de suo genere vel specie. Ergo nec in productione aliorũ animalium debuit fieri mẽtio de genere vel specie, cũ dicitur in genere suo, vel specie sua.

¶Prȩterea, Animalia terrestria magis sunt similia homini qui à Deo dicitur benedici, quàm aues & pisces. Cum igitur aues & pisces dicantur benedici, multo fortius hoc dici debuit de aliis animalibus.

¶Præterea, Quædam animalia generantur ex putrefactione, quæ est corruptio quædam. Corruptio autem non conuenit primæ institutioni rerum. Non ergo animalia debuerunt in prima rerum institutione produci.

¶Præterea, Quædã animalia sunt venenosa & homini noxia. Nihil autem debuit esse homini nociuum ante peccatũ. Ergo huiusmodi animalia vel omnino fieri à Deo non debuerunt, qui est bonorum autor, vel non debuerunt fieri ante peccatum.

¶IN CONTRARIVM sufficit autoritas Scripturæ.

CONCLVSIO.

¶ *Decuit quinta die describi terram produxisse terrestria animalia.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in die quinto ornatur medium corpus, & respondet secundæ diei [e]: ita in sexto die ornatur vltimũ corpus, scilicet terra, per productionem animalium terrestrium, & respondet tertiæ diei. Vnde vtrobique fit mentio de terra. Et hic etiam secundum Aug. animalia terrestria producũtur potentialiter: secundum vero alios sanctos, in actu [e]. 351

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Basilius dicit, diuersus gradus vitæ, qui in diuersis viuentibus inuenitur, ex modo loquẽdi Scripturæ colligi potest. Plantæ enim habent imperfectissimam vitam & occultã. Vnde in earum productione nulla mentio fit de vita, sed solum de generatione, quia secũdum hanc solum inuenitur actus vitæ in eis. Nutritiua enim & augmentatiua generatiuæ deseruiunt, vt infrà dicetur [e]. Inter alia vero animalia perfectiora sunt (communiter loquendo) terrestria in auibus & piscibus: non quòd pisces memoria careant, vt Basilius dicit, & Aug. improbat; sed propter distinctionem membrorum, & perfectionem generationis. Quantum autẽ ad aliquas sagacitates etiam aliqua animalia imperfecta magis vigent, vt apes & formicæ. Et ideo pisces vocat non animam viuentem, sed reptile animæ viuentis. Sed terrena animalia vocat animam viuẽtem propter perfectionem vitæ in eis, ac si pisces sint corpora habẽtia aliquid animę, terrestria vero animalia propter perfectionem vitæ sint quasi animæ dominantes corporibus. Perfectissimus autẽ gradus vitæ est in homine. Et ideo vitam hominis non dicit produci à terra vel aqua, sicut cæterorum animalium, sed à Deo. 350 586 584

¶Ad secundum dicendum, quòd per iumenta vel peccora intelliguntur animalia domestica quæ homini seruiunt qualitercunque. Per bestias autem intelligũtur animalia sæua, vt vrsi & leones. Per reptilia vero, animalia quæ vel non habent pedes quibus eleuentur à terra, vt serpentes: vel habent breues, quibus parum eleuantur, vt lacertæ & formicæ. Sed quia sunt quædam animalia quæ sub nullo horum comprehenduntur, vt cerui & caprei: vt etiam ista comprehenderentur, addidit quadrupedia. Vel quadrupedia præmisit quasi genus, & animalia subiunxit quasi species. Sunt enim quædã reptilia quadrupedia, vt lacertæ & formicæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd in aliis animalibus & plantis mentionem fecit de genere & specie, vt designaret generationes similium ex similibus. In homine autem non fuit necessarium vt hoc diceretur, quia quod præmissum fuit de aliis, etiam de homine intelligi potest. Vel ꝙ animalia & plãtæ producũtur secundũ genus & speciẽ suã, quasi lõge à similitudine diuina remota: homo autem dicitur formatus ad imaginem & similitudinẽ Dei.

¶Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ benedictio Dei dat virtutẽ multiplicãdi per generationẽ. Et ideo ꝙ positũ est in auibus & piscibus, quæ primo occurrũt, non fuit necessariũ repeti in terrenis animalibus, sed intelligitur. In hominibus autẽ iteratur benedictio: quia in eis est quædã specialis multiplicatiõis ratio, propter cõplendũ numerũ electorũ. Et ne quisquã diceret in officio gignẽdi filios nullum esse peccatũ. Plantæ vero nullum habẽt propagãdæ prolis affectum, ac sine vllo sensu generant. Vnde indignæ iudicatæ sunt benedictionis verbis.

¶Ad quintum dicẽdum, ꝙ cum generatio vnius sit corruptio alterius, quòd ex corruptione ignobiliorum generentur nobiliora: non repugnat primæ rerum institutioni. Vnde animalia quæ generantur ex corruptione rerum inanimatarum, vel plantarum, potuerũt tunc generari: non autem quæ generantur ex corruptione animalium, tunc potuerunt produci nisi potentialiter tantum.

¶Ad sextum dicendum, quòd Aug. dicit in 1. super Geñ. contra Manichæos, quòd si in alicuius opificis officinam imperitus intrauerit videt ibi multa instrumenta quorum causas ignorat. Et si multum est insipiens, superflua putat. Iam vero si in fornacem intus ceciderit, aut ferramẽto aliquo acuto se vulnerauerit, noxia existimat ibi esse multa. Quorum vsum, quia nouit artifex, insipientiam eius irridet. Sic in hoc mundo quidam audent multa reprehendere, quorum causas non vident. Multa enim etsi domui nostræ non sunt ne-
b cessaria, in eis tamẽ completur vniuersitatis integritas. Hoc autem
350 ante peccatum ordinate fuisset vsus rebus mundi. Vnde animalia
485 venenosa ei noxia non fuissent [e].

d

QVÆSTIO SEPTVAGESIMAtertia de iis quæ attinent ad septimum diem, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iis quæ pertinent ad septimum diem.

¶Et circa hoc quæruntur tria. ¶Primo, de cõpletione operum. ¶Secundo, de requie Dei. ¶Tertio, de benedictione & sanctificatione huius diei.

ARTICVLVS I.

36 a ¶ *Vtrum completio diuinorum operum debeat septimo diei ascribi.*

2. dist. 15. q. 3. art. 1. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd completio diuinorum operũ non debeat septimo diei ascribi. Omnia enim quæ in hoc seculo aguntur, ad diuina opera pertinent. Sed cõsummatio seculi erit in fine mũdi, vt habetur Matt. 13. Tempus etiam incarnationis Christi est cuiusdam completionis tempus. Vnde dicitur tempus plenitudinis. Gala. 4. Et ipse Christus moriens dixit, Consummatum est, vt dicitur Ioan. 19. Non ergo completio diuinorum operum competit diei septimo.

¶Præterea, Quicunq; complet opus suum, aliquid facit. Sed Deus non legitur septimo die aliquid fecisse; quinimo ab omni opere quieuisse. Ergo completio operum non competit septimo diei.

¶Præterea, Non dicitur aliquid esse cõpletum cui multa superadduntur, nisi sint illa superflua: quia perfectũ dicitur cui nihil deest eorum quæ debet habere. Sed post septimũ diem multa sunt facta, & productio multorũ indiuiduorum, & etiam quarundã nouarum specierum quæ frequẽter apparent, præcipue in animalibus ex putrefactione generatis. Quotidie etiam Deus nouas animas creat. Nouum etiam fuit incarnationis opus. De quo dicitur Ier. 31. Nouũ faciet dominus super terrã. Noua etiam sunt miraculosa opera. De quibus dicitur Eccle. 36. Innoua signa, & immuta mirabilia. Innouabuntur etiã omnia in glorificatione sanctorũ: secundũ illud Apoca. 21. Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Completio ergo diuinorum operum non debet attribui septimæ diei.

¶SED CONTRA est quod dicitur Geñ. 2. Compleuit Deus die septimo opus suum quod patrarat.

CONCLVSIO.

¶ *Completam fuisse omnem creaturam quantum decuit vniuersi integritatem & naturalem perfectionem, septima die, conueniens fuit.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd duplex est rei perfectio, prima & secunda. Prima quidem perfectio est secundum quod res in sua substantia est perfecta. Quæ quidem perfectio est forma totius, quæ ex integritate partium consurgit. Perfectio autem secũda est finis qui vel est operatio, sicut finis cytharistȩ est cytharizare: vel est aliquid ad quod per operationem peruenitur, sicut finis ædificatoris est domus, quam ædificando facit. Prima autem perfectio est causa secũdæ: quia forma est principium operationis. Vltima autem perfectio quæ est finis totius vniuersi, est perfecta beatitudo sanctorum, quæ erit in vltima cõsummatione seculi. Prima autem perfectio, quæ est in integritate vniuersi, fuit in prima rerũ institutione. Et hæc deputatur septimo diei.

e ¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut dictum est [e], perfectio prima est causa secundæ. Ad beatitudinẽ autem consequendam duo requiruntur, natura & gratia. Ipsa ergo beatitudinis perfectio erit in fine mundi: vt dictum est [e]. Sed ista consummatio præcessit causaliter, quantũ ad naturam quidem, in prima rerum institutione: quãtum ad gratiam vero, in incarnatione Christi: quia gratia & veritas per Iesum Christum facta est, vt dicitur Ioan. 1. Sic igitur in septima die fuit consummatio naturæ, in incarnatione Christi consummatio gratiæ, in fine mundi consummatio gloriæ.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ septima die Deus aliquid operatus est, nõ nouã creaturã condẽdo, sed creaturã administrãdo, & ad propriã operationẽ eam mouẽdo: qđ iam aliqualiter pertinet ad inchoationẽ quandam secundę perfectionis. Et ideo cõsummatio operũ secũdũ nostram translationẽ attribuit diei septimæ: Sed secundũ aliã translationẽ attribuit diei sextæ. Et vtrunq; potest stare, quia cõsummatio quæ est secundũ integritatẽ partiũ vniuersi, cõpetit sextæ diei: cõsummatio quæ est secundũ operationẽ partiũ, cõpetit septimæ. Vel põt dici ꝙ in motu cõtinuo, quandiu aliquid potest moueri vlterius, non dicit motus perfectus ante quietem. Quies enim demõstrat motũ cõsummatũ. Deus autẽ poterat plures creaturas facere, præter illas quas fecerat sex diebus. Vnde hoc ipso quòd cessauit nouas creaturas condere in septima die, dicitur opus suum consummasse.

¶Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ nihil postmodũ à Deo factum est totaliter nouũ, quin aliqualiter in operibus sex dierũ præcesserit. Quædã enim præextiterũt materialiter: sicut quòd Deus de costa Adæ formauit mulierẽ. Quædam vero præextiterũt in operibus sex dierũ, non solum materialiter, sed etiã causaliter. Sicut indiuidua, quæ nũc generãtur, præcesserũt in primis indiuiduis suarũ specierũ. Species etiã nouæ si quæ apparẽt, præextiterũt in quibusdã acquisitis virtutibus. Sicut & animalia ex putrefactione generata producunt ex virtutibus stellarũ & elementorũ: quam à principio acceperunt, etiã si nouæ species talium animaliũ producantur. Animalia etiã quædã secundũ nouã speciẽ aliquãdo oriunt ex cõmixtione animalium diuersorũ secundũ speciem: sicut cum ex asino & equa generatur mulus. Et hæc etiam præcesserunt causaliter in operibus sex dierũ. Quædam vero præcesserunt secũdum similitudinem, sicut animæ quæ nunc creantur [e]. Et similiter incarnationis opus. Quia vt dicitur Phil. 2. filius Dei est in similitudinem hominũ factus. Gloria etiam spiritualis secundum similitudinem præcessit in angelis: corporalis vero in cælo præcipue empyreo [e]. Vnde dicitur Eccle. 1. Nihil sub sole nouum. Iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos. 454 562 a 359

a ¶ *Super Quæstionis septuagesimætertiæ Articulum primum.*

Cõmentã. Titulus clarus est. ¶In corpore vna cõclusio responsiua. Prima perfectio vniuersi congrue septimæ diei ascribitur, vltima autem consummationi seculi. Declaratur primo termini in cõmuni, distinguendo duplicem perfectionem, primam & secundam: & hãs dupliciter, ordinãdo eas. Probatur deinde: & quo ad secundã partem, q2 illa est beatitudo sanctorũ perfecta: & quo ad primam, quia cõsistit in integritate vniuersi.

a ¶ *Super Quæstionis septuagesimætertiæ Articulum secundum.*

Cõmenta. Titulus clarus est. ¶In corpore tria. Primo, quomodo requies dupliciter inuenitur in spiritualib9: sicut & motus, cui primo opponit, scilicet procestatione, & pro impletione desiderij. Secũdo respõdet vna conclusione bimembri, Deus vtroque modo requieuit septimo die. Et probatur quo ad primũ, quia cessauit à nouis: quo ad secundum, quia in seipso quieuit. Tertio excluditur obiectio contra hoc secũdum: quia scilicet nõ debet hoc modo magis septima die, quã alia diei quiescere: quia semper hoc modo quieuit, & nunquam habuit motum oppositũ. Et hoc excludit, quòd satiari seipso non absolute, sed post cõdita opera attribuitur septimo diei. Et hoc non semper cõuenit quamuis nec oppositus motus. Et explicauit hoc Scriptura, vt ostenderet Deum non agere factis.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum Deus septima die requieuit ab omni opere suo.*

357 2. dist. 15. q. 3. art. 1. AD SECVNDVM sic ꝓceditur. Videtur, quòd Deus septima die non requieuit ab omni suo opere. Dicitur enim Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Non ergo septima die requieuit ab omni opere.

¶Præterea, Requies motui opponitur, vel labori qui interdũ causatur ex motu. Sed Deus immobiliter & absq; labore sua opera produxit. Non ergo dicendum est, septima die à suo opere requieuisse.

¶Si dicatur ꝙ Deus requieuit die septima, quia fecit hominem requiescere: contra, requies contraponitur eius operationi. Sed quòd dicitur, Deus creauit vel fecit hoc vel illud, modo exponitur, quòd Deus hominẽ fecit creare aut facere. Ergo nec cõuenienter exponi potest, vt dicatur Deus requieuisse, quia fecit hominẽ requiescere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ge. 2. Requieuit Deus die septimo ab omni opere quod patrarat.

CONCLVSIO.

¶ *Requieuit Deus die septima ab omni opere, in quantum cessauit à nouis condendis, & quia in seipso quieuit, dum sibi sufficiens & seipso beatus est, in suo desiderio quiescens.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quies proprię opponitur motui, & per consequens labori, qui ex motu consurgit. Quamuis autem motus propriè acceptus sit corporum, tamen nomen, Motus etiam ad spiritualia deriuatur dupliciter. Vno modo secundum quod omnis operatio motus dicitur. Sic enim & diuina bonitas quodammodo mouetur & procedit in res secundum quod se eis communicat, vt Dio. dicit 2. c. de diui. nom. Alio modo, desiderium in aliud

in aliud tēdens, quidā motus dicitur. Vnde & requies dupliciter accipit. Vno modo pro cessatione ab operib⁹. Alio modo pro impletione desiderij. Et vtroque modo dicitur Deus requieuisse die septima. Primo quidē, quia die septima cessauit nouas creaturas condere. Nihil enim postea fecit, qđ nō aliquo modo præcesserit in primis operibus, vt dictū est[c]. Alio modo secundū quod rebus cōditis ipse non indigebat, sed seipso fruendo beatus est. Vnde post conditionē omnium operū non dicitur, quòd in suis operibus requieuit, quasi eis ad suā beatitudinē indigens: sed ab eis requieuit, vtiq; in seipso, quia sufficit sibi, & implet desiderium suum. Et quamuis ab æterno in seipso requieuerit, tamē quòd post opera condita in seipso requieuit, hoc pertinet ad septimum diem. Et hoc est ab operibus requiescere, vt Aug. dicit super Geñ. ad lit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus vsque modo operatur conseruando & administrando creaturam conditam, non autem nouam creaturam condendo.

¶Ad secundū dicēdū, ꝙ requies nō opponitur labori siue motui, sed productioni nouarū rerū & desiderio in aliud tendēti, vt dictū est[c].

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Deus in solo se requiescit, & se fruendo beatus est: ita & nos per solam Dei fruitionem beati efficimur. Et sic etiā facit nos à suis & nostris operibus in seipso requiescere. Est ergo conueniens expositio, vt dicatur Deus requieuisse, quia nos requiescere facit. Sed non est hæc sola ponēda, sed alia expositio est principalior & prior.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum benedictio & sanctificatio debeatur diei septimæ.*

358 2. dist. 15. q. 3. art. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd benedictio & sanctificatio non debeatur diei septimæ. Tēpus enim aliquod consueuit dici benedictū aut sanctum propter aliquod bonū quod in illo tempore euenit, aut propter hoc ꝙ aliquod malū vitatur. Sed Deo nihil accrescit aut deperit, siue operetur, siue ab operando cesset. Nō ergo specialis benedictio & sanctificatio debetur diei septimæ.

¶Pręterea, Benedictio à bonitate dicitur. Sed bonum est diffusiuum & communicatiuum sui secundum Dio. Ergo magis debuerunt benedici dies in quibus creaturas produxit, quàm ille dies in quo à producendis creaturis cessauit.

¶Præterea, In singulis creaturis quædam benedictio commemorata est, dum in singulis operibus dictum est, Vidit Deus quòd esset bonum. Non oportuit igitur quòd post omnium productionē dies septima benediceretur.

¶SED CONTRA est qđ dicitur Ge. 2. Benedixit Deus diei septimo, & sanctificauit illū, qa in illo cessauerat ab omni opere suo.

CONCLVSIO.

¶ *Congruit vt die septimo benediceret Deus omnibus à se conditis creaturis, & diem illum sanctificaret.*

357 ¶RESPONDEO dicendū, quòd sicut supra dictū est[c], requies Dei in die septima dupliciter accipitur. Primo quidē quantum ad hoc quòd cessauit à nouis operibus cōdendis, ita tamen ꝙ creaturā conditā conseruat & administrat. Alio modo secūdū qđ post opera requieuit in seipso. Quantū ergo ad primum cōpetit septimæ diei d benedictio: quia sicut suprà dictum est[c], benedictio ad multiplica- 355 tionem pertinet. Vnde dictū est creaturis quas benedixit, Crescite & multiplicamini. Multiplicatio autē rerū fit per administrationē creaturę, secundū quam ex similibus similia generantur. Quantum vero ad secūdum cōpetit septimæ diei sanctificatio. Maxime enim sanctificatio cuiuslibet attenditur in hoc, quòd in Deo requiescit. Vnde & res Deo dedicatæ, sanctæ dicuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ non ꝑpter hoc dies septimus sanctificatur; quia Deo posit aliquid accrescere, vel decrescere, sed quia creaturis aliqđ accrescit ꝑ multiplicationē & quietē in Deo.

¶Ad secundū dicendum, ꝙ in primis sex diebus productæ sunt res in suis primis causis. Sed postea ex illis primis causis res multiplicantur & conseruantur; quod etiam ad bonitatē diuinam pertinet. Cuius etiam perfectio in hoc maxime ostenditur, quòd in ipsa sola & ipse requiescit, & nos requiescere possumus, ea fruentes.

¶Ad tertium dicēdum, quòd bonum quod in singulis diebus commemoratur, pertinet ad primam naturæ institutionem, benedictio autem diei septimæ pertinet ad naturæ propagationem.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA quarta de omnibus septem diebus in communi, in tres articulos diuisa.

DEINDE quæritur de omnibus septem diebus in cōi. ¶Et quæruntur tria. ¶ Primo, de sufficientia horum dierum. ¶Secundo, vtrum sint vnus dies, vel plures. ¶Tertio, de quibusdam modis loquendi, quibus Scriptura vtitur enarrando opera sex dierum.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum sufficienter isti dies enumerentur.*

359 Veri. q. 6. arti. 16. cor. & po. quæsti. 4. ar. 1. & 2. Et Hebr. 4. l. 1. col. 2. & 3. & Iob. 40. l. 2. co. 1. fin.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd sufficiēter istis dies enumerentur. Non minus enim distinguit opus creationis ab operibus distinctionis & ornatus, quàm hæc duo opera abinuicē. Sed alij dies deputantur distinctioni, & alij ornatui. Ergo etiam alij dies debent assignari creationi.

¶Præterea, Aër & ignis sunt nobiliora elementa, quā terra & aqua. Sed vnus dies deputatur distinctioni aquę, & alius distinctioni terræ. Ergo alij dies debent deputari distinctioni ignis & aëris.

¶Præterea, Non minus distant volucres & pisces quam volucres & terrestria animalia. Homo etiam plus distat ab aliis animalibus quā alia quæcunq; animalia abinuicē. Sed alius dies deputatur productioni piscium maris, & alius productioni animalium terræ. Ergo & alius dies debet deputari productioni auium cæli, & alius productioni hominis.

¶SED CONTRA videtur, quòd aliqui dies superfluè assignentur. Lumen enim ad luminaria se habet vt accidens ad subiectum. Simul autem producitur subiectum cum proprio accidente. Non ergo alia die debuit produci lux, & alia luminaria.

¶Præterea, Dies isti deputantur primæ institutioni mundi. Sed in septima die nihil primitus est institutū. Ergo septima dies non debet aliis connumerari.

CONCLVSIO.

¶ *Septem diebus conditam fuisse omnem creaturam, & ornatam tam corporalem, quàm spiritualem conueniens fuit.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd ratio distinctionis horum dierum ex præmissis potest esse manifesta[c]. 351 Oportuit enim primo distingui partes mundi: 354 & postmodum singulas partes ordinari per hoc ꝙ quasi suis habitatoribus replētur. 355 Secundū ergo alios sanctos in creatura corporali tres partes designantur. 356 Prima, quæ significatur nomine cæli. Media, quæ significatur nomine aquæ. Infima, quę significatur nomine terræ[c]. 351 Vnde & secundū Pythagoricos, perfectio in tribus ponitur, principio, medio, & fine: vt dicit in 1. de cælo. Prima ergo pars distinguitur prima die, & ornatur quarta. Media distinguitur secūda die, & ornatur quinta. Infima distinguitur tertia die, & ornatur sexta. Aug. vero cōuenit quidē cum eis in vltimis tribus diebus, differt autem in tribus primis. Quia secundum eum & in primo die formatur creatura spiritualis, in duobus aliis creatura corporalis: ita quòd in secūdo corpora superiora, in tertio corpora inferiora. Et sic perfectio diuinorum operum respondet perfectioni senarij numeri, qui cōsurgit ex suis partibus aliquotis coniunctis, quæ quidem partes sunt vnum, duo, tria. Vna enim dies deputatur formationi creaturæ spiritualis, duæ formationi creaturæ corporalis, & tres ornatui.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Aug. opus creationis pertinet ad productionem materiæ informis, & naturæ spiritualis informis. Quæ quidem duo sunt extra tempus, vt ipse dicit in 12. confes. Et ideo creatio vtriusq; ponitur ante omnē diem. Sed secundum alios sanctos potest dici, quòd opus distinctionis & ornatus attenditur secundū aliquā mutationem creaturę quæ tempore mensuratur[c]. 358 Opus autem creationis consistit in sola diuina actione in instanti rerum substantiam producentis. Et ideo quodlibet opus distinctionis & ornatus, dicitur factum in die, creatio autem dicitur facta in principio: quod sonat aliquid indiuisibile.

¶Ad secundū dicēdum, ꝙ ignis & aër, quia non distinguūtur à vulgo, inter partes mūdi nō sunt expresse nominata à Moyse: sed cōputatur cum medio, s. aqua, maxime quantū ad inferiorē aëris partē. Quantū vero ad superiorem cōputantur cum cælo: vt Aug. dicit[c]. c

¶Ad tertiū dicendū, quòd productio animalium recitatur secundū quod sunt in ornatū partiū mūdi. 354 Et ideo dies productionis aīalium distinguūtur, vel vniuntur, secundū hanc cōuenientiā, vel differentiam, qua cōueniunt vel differunt in ornādo aliquam partē mūdi.

¶Ad quartum dicendum, quòd prima die facta est natura lucis in aliquo subiecto. Sed quarto die facta sunt luminaria: non quia eorum substantia sit de nouo producta, sed quia sunt in aliquo modo formata quo prius non erant, vt suprà dictum est[c]. a

351 ¶Ad quintū dicendū, ꝙ septimæ diei secundū Aug. deputatur aliqđ post omnia quæ sex diebus attribuūtur, 352 s. ꝙ Deus à suis operibus in seipso requiescit. Et ideo oportuit post sex dies fieri mentionē de septimo. Secundū vero alios potest dici, quòd in septimo die mundus habuit quendam nouum statum, vt, s. ei nihil adderetur de nouo. Et ideo post sex dies ponitur septima, deputata cessationi ab opere.

Artic

a ¶ *Super Quæstionis septuagesimætertiæ Articulum tertium.*

[Comenta.] Titulus clarus est. ¶ In corpore duo. Primo enumerat duo in die septimo. Secundo respondet quęsito affirmatiue. Benedictio debetur c 356 diei septimo. Probatur: quia in eo inchoat administratio, & requies in Deo post opera: vtrique autē debetur benedictio & sanctificatio, primum primo, & secundum secundo, vt patet.

a ¶ *Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum primum.*

[Comenta.] Titulus clarus est. ¶In corpore tria. Primo respōdet quæsito in communi. Secundo in speciali secundum alios. Tertio secundum Augu. Conclusio affirmatiua, sex dies sufficienter numerantur. Quæ conclusio probatur: quia in eis oportuit opus distinctionis, & ornatus partium mundi fieri: secundum alios, tres corporeæ partes sunt mundi: singulæ duobus diebus, altero distinguēte, altero ornante egent. ergo, Sed secundum Aug, creatura spiritualis admiscetur & cōsummatur primo die, secundo corporalis superior, tertio inferior: in reliquis conuenitur.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum omnes isti dies sint vnus dies.*

360 Locis suprà art. 1. in dictis, & 2. dist. 12. q. 1. ar. 2. & 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd omnes isti dies sint vnus dies. Dicitur enim Ge. 2. Istæ sunt generationes cæli & terræ, quādo creatę sunt in die quo fecit dominus cælum & terram, & omne virgulū agri antequam oriretur in terra. Vnus ergo est dies in quo fecit cælum & terram, & omne virgultum agri. Sed cælum & terram fecit in prima die, vel potius ante omnem diem: virgultū autem agri tertia die. Ergo vnus est prim⁹ dies & tertius: & pari ratione omnes alij.

¶Præterea, Eccle. 18. dicitur. Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Sed hoc nō esset, si dies horū operū essent plures, quia plures dies non sunt simul. Ergo non sunt plures dies, sed vnus tantum.

¶Præterea, Die septimo cessauit Deus à nouis operibus condendis. Si ergo septima dies est alia ab aliis diebus, sequitur quòd illam diem non fecerit. Quod est inconueniens.

¶Præterea, Totum opus quod vni diei ascribitur, in instanti perficit, cum in singulis operibus dicatur, Dixit, & factum est. Si igitur sequens opus in diem alium reseruasset, sequeretur quòd in residua parte illius diei cessasset ab opere. Quod esset superfluum. Non igitur est alius dies sequentis operis à die operis præcedentis.

¶SED CONTRA est quod Gene. 1. dicitur. Factum est vespere & mane dies secundus, & dies tertius, & sic de aliis. Secundū autem & tertium dici non potest vbi est vnum tantum. Ergo non fuit vnus dies tantum.

CONCLVSIO.

¶ *Non vno, sed septem diebus condita fuit omnis creatura.*

¶RESPONDEO dicēdum, quòd in hac quæstione Aug. ab aliis expositoribus dissentit. Aug. enim vult 2. super Ge. ad lit. & 2. de Ciui. Dei, ad Orosium, quòd omnes qui dicūtur septem dies, sunt 296 vnus dies, septempliciter rebus præsentatus[c]. Alij vero expositores sentiunt quòd fuerūt septem dies diuersi, & non vnus tantum. Hæ autem duæ opiniones si referantur ad expositionem literæ Ge. magnam diuersitatem habent. Nam secundum Aug. per diem intelligitur cognitio mentis angelicæ, vt sic primus dies sit cognitio primi diuini operis: secundus dies, cognitio secundi operis: & sic de aliis. Et dicitur vnumquodque opus esse factum in aliqua die: quia nihil Deus produxit in rerum natura quod non impresserit menti ange- 284 licæ[c]. Quæ quidē multa simul potest cognoscere, præcipue in verbo, in quo omnis angelorū cognitio perficitur & terminatur. Et sic distinguitur dies secundum naturalem ordinem rerum cognitarū: non secundum successionem cognitionis, aut secundum successionem productionis rerū. Cognitio autem angelica proprie & vere dies nominari potest, cū lux quæ est causa diei, proprie in spiritua- 341 libus secundū Aug. inueniatur[c]. Secundū vero alios per istos dies & 344 successio dierum temporaliū ostenditur, & successio productionis rerum. Sed si istæ duæ opiniones referātur ad motum productionis rerū, non inuenitur magna differētia. Et hoc propter duo in quibus 337 exponendo diuersificatur August. ab aliis, vt ex supradictis patet[c]. 349 Primo quidem, quia Aug. per terrā & aquam prius creatam intelligit materiam totaliter informē. Per factionē autem firmamenti, & congregationē aquarum, & apparitionē aridæ intelligit impressionem formarū in materiam corporalē. Alij vero sancti per terrā & aquā primo creatas intelligūt ipsa elementa mundi sub propriis formis existentia. Per sequentia autem opera, aliquam distinctionē 341 in corporibus prius existentibus, vt supra dictū est[c]. Secūdo autem 249 differunt quantum ad productionem plantarū & animalium, quæ 344 alij ponunt in opere sex dierum esse producta in actu. Aug. vero potētialiter tantum[c]. In hoc ergo, quòd Aug. ponit opera sex dierum esse simul facta sequitur idem modus productionis rerum. Nam se- a cundum vtrosque in prima rerum productione materia erat sub 350 formis substantialibus elementorum[c], & secundum vtrosque in & c prima rerum institutione non fuerūt animalia & plantæ in actu[c]. 337 Sed remanet differentia quantum ad quatuor. Quia secundū alios 349 sanctos post productionem creaturæ fuit aliquod tempus in quo nō 350 erat lux. Item in quo non erat firmamentū formatum. Item in quo 355 non erat terra discooperta aquis. Et in quo non erant formata cæli 349 luminaria: quod est quartum[c]. Quæ non oportet ponere secūdum expositionem Aug. Vt igitur neutri sententiæ præiudicetur, vtriusque rationibus respondendum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in die in quo creauit Deus cælum & terram, creauit etiam omne virgultum agri non in actu, sed antequam oriretur super terram, id est potentialiter, quod Aug. ascribit tertiæ diei: alij vero primæ rerum institutioni.

¶Ad secundum dicendum, quòd Deus creauit omnia simul quantū ad rerum substantiam quodammodo informem: sed quantum ad formationem quæ facta est per distinctionem & ornatum, non simul. Vnde signanter vtitur verbo creationis.

¶Ad tertiū dicendum, ꝙ in die septimo cessauit Deus à nouis operibus condendis, non autē propagandis quibusdā aliis. Ad quā propagationem pertinet, quòd post primum diem alij succedunt.

¶Ad quartum dicendum, quòd non est ex impotentia Dei quasi indigentis tempore ad operandum, quòd omnia non sunt simul distincta & ornata: sed vt ordo seruaretur in rerum institutione. Et ideo oportuit vt diuersis statibus mundi diuersi dies deseruirent. Semper autem persequēs opus nouus perfectionis status mundo est additus.

¶Ad quintum dicendum, quòd secundū Aug. ille ordo dierum referendus est ad naturalem ordinem operum, qui diebus attribuitur.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum Scriptura vtatur conuenientibus verbis ad exprimendum opera sex dierum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd Scriptura nō vtatur conueniētibus verbis ad exprimendum opera sex dierum. Sicut enim lux, & firmamentū, & huiusmodi opera per Dei verbū sunt facta, ita cælum & terra: quia omnia per ipsum facta sunt, vt dicitur Io. 1. c. Ergo in creatione cæli & terræ debuit fieri mentio de verbo Dei, sicut in aliis operibus.

¶Præterea, Aqua est creata à Deo: quæ tamen creata non cōmemoratur. Insufficienter ergo rerum creatio describitur.

¶Præterea, Sicut dicitur Ge. 1. vidit Deus cūcta quę fecerat: & erāt valde bona. In singulis ergo operibus debuit dici, Vidit Deus ꝙ esset bonum. Inconuenienter ergo prætermittitur in opere creationis, & in opere secundæ diei.

¶Præterea, Spiritus Dei est Deus. Deo autem non competit ferri, nec situm habere. Inconuenienter ergo dicitur quòd spiritus Dei ferebatur super aquas.

¶Præterea, Nullus facit quod iam factū est. Inconuenienter ergo postquam dictum est, Dixit Deus, fiat firmamentū, & factum est ita: subditur, Et fecit Deus firmamentum. Et similiter in aliis operibus.

¶Præterea, Vespere & mane non sufficienter diuidunt diem, cum sint plures partes diei. Ergo inconueniēter dicitur, quòd factum est vespere & mane dies secundus vel tertius.

¶Præterea, Secundo & tertio non conuenienter correspondet vnum, sed primum. Debuit ergo dici, Factum est vespere & mane dies primus, vbi dicitur dies vnus.

¶RESPONDEO dicēdum ad primū, quòd secundū Aug. persona filij cōmemoratur tam in prima rerū creatione, quā in rerum distinctione & ornatu, aliter tamē & aliter. Distinctio enim & ornatus pertinet ad rerū formationem. Sicut autē formatio artificiatorū est per formā artis quæ est in mente artificis: quæ potest dici intelligibile verbū ipsius: ita formatio totius creaturæ est per verbū Dei. Et ideo in opere distinctionis & ornatus fit mentio de verbo. In creatione autē commemoratur filius vt principium, cum dicitur, In principio crea. Deus: quia per creationē intelligitur productio informis materiæ. Secundū vero alios qui ponūt primo creata elementa sub propriis formis, oportet aliter dici. Basili⁹ enim dicit, ꝙ per hoc ꝙ dicitur, Dixit Deus: importatur diuinum imperium. Prius autem oportuit produci creaturam quæ obediret, quàm fieri mentionem de diuino imperio.

¶Ad secundū dicendum, ꝙ secundū Aug. per cælum intelligit spiritualis natura informis, per terram autē materia informis omniū corporum. Et sic nulla creatura est prætermissa. Secundum Basilium vero ponuntur cælum & terra tanquam duo extrema, vt ex his intelligantur media: pręcipue quia omnium mediorum motus vel est ad cælum, vt leuium: vel ad terram, vt grauiū. Alij vero dicunt, quòd sub nomine terræ comprehēdere solet Scriptura omnium quatuor elemēta. Vnde in Psal. postquam dictum est, Laudate dominū de terra, subditur, Ignis, grando, nix, glacies.

¶Ad tertium dicendū, quòd in opere creationis ponitur aliquid correspondens ei quod

a ¶ *Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum secundum.*

Titulus clarus est. ¶ In corpore quatuor. [Comenta.] Primo diuersitatē opinionū Aug. & aliorū, scilicet quia ille vnū multipliciter præsentatū, isti multos. Secundo diuersitatē opinionū ad literā Genesis: vbi ex Aug. quinque. Primo, dies est cognitio in mēte angelica: quia lux proprie in angelo. [361 2. dist. 13. q. 1. art. 4.] Secundo, dies primus, cognitio illa respectu primi operis: secundus respectu secundi, tertius tertij, &c. Tertio, fieri in die, quia oīa præficiunt in mente angelica. Quarto, vnitas diei: quia omnia simul in verbo. Quinto distinctio eorū nō successu cognitionis, aut productionis, sed ordine naturę inter res cognitas & Dei opera. Ex aliis vero successio & tēporaliū dierū & productionis rerum. ¶ Tertio diuersitatē opinionū ad modū productionis rerū: vbi duo dicit, scilicet quòd est differētia, & ꝙ non magna. Et quidem quòd nō magna, tum ex opere formationis, seu distinctionis: quia cōueniunt, dum ponunt elementa primo producta. Tum ex opere ornatus, quia cōueniūt, quòd primo virtualiter, deinde actualiter ꝑducta sunt animantia & plantæ. Quòd vero differentia restat in quatuor manifestat. Primo, quia post primam productionē fuit tempus sine luce: secūdo, sine firmamēto formato: tertio sine apparitione terræ: quarto, sine formatione luminariū, iuxta primos quatuor dies. ¶ Quarto respondet quęsito dicēs, neutri præiudicādū esse.

[Annota.] ¶Nota quòd S. Tho. differentiam inter Augu. & alios non posuit nisi in quatuor primis diebus, & nō in quinto & sexto. Quia vt ex conuenientia apparet, vtrique conueniunt in hoc, quòd vegetabilia & animalia fuerunt ordine temporis facta in actu post primam institutionē rerum: quāuis applicando ad literā Gen. illi dicant ꝙ tertio, quinto & sexto die. Augustin. non; sed quum in principio temporis hæc virtualiter fecerit, post actu facta sunt.

a ¶ *Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum tertium.*

[Comenta.] Titulus clarus est. ¶ In corpore respondet dupliciter. Primo secundū Aug. persona filij exprimit in omni opere, diuersimode tamen, scilicet vt principium, & vt verbum in creatione & aliis duobus: quia illa ad informitatē, hæc ad formationem pertinent, secundū alios vero primo creatur, deinde imperatur iam facto per ly dixit. Nota quòd quū quæstio sit

dicitur in opere diſtinctionis & ornatus: Vidit Deus hoc vel illud eſſe bonum.

¶Ad cuius euidentiā conſiderandū eſt, ꝙ ſpiritusſanct. amor eſt. Duo autē ſunt, vt Aug. dicit primo ſuper Geñ. ad lit. propter quæ Deus amat creaturā ſuā, ſcilicet vt ſit, & vt permaneat. Vt ergo eſſet qđ permaneret, dicitur ꝙ ſpiritus Dei ferebat' ſuper aquas, ſecundū qđ per aquam materia informis intelligitur: ſicut amor artificis fertur ſuper materiā aliquā, vt ex ea formet opus. Vt autē maneret qđ fecerat, dicitur, Vidit Deus ꝙ eſſet bonum. In hoc enim ſignificatur, quædam complacentia Dei opificis in re facta, non ꝙ alio modo cognoſceret, aut placeret ei creatura iam facta, quā antequā faceret. Et ſic in vtroq; opere creatiōis & formationis trinitas perſonarū inſinuatur. In creatione quidē perſona patris per Deum creantē: perſona filij per principiū, in quo creauit: ſpiritusſācti, qui ſuperfertur aquis. In formatione vero perſona patris in Deo dicente: perſona vero filij in verbo, quo dicitur: pſona ſpiritusſancti, in complacētia, qua vidit Deus eſſe bonum quod factū erat: in opere vero ſecundæ diei nō ponitur, Vidit Deus quòd eſſet bonū: quia opus diſtinctionis aquarū tunc inchoatur, & in tertio die perficitur. Vnde quod ponitur in tertia die, refertur etiam ad ſecundam. Vel quia diſtinctio quæ ponitur ſecunda die, eſt de his quæ non ſunt manifeſta populo: ideo huiuſmodi approbatione ſcriptura non vtitur. Vel iterū propter hoc quòd firmamentum ſimpliciter intelligitur aër nubiloſus, qui non eſt de partibus permanētibus in vniuerſo, ſeu de partibus principalibus mundi. Et has tres rationes rabby Moyſes ponit. Quidā autem aſſignant rationem myſticam ex parte numeri: quia binari⁹ ab vnitate recedit. Vnde opus ſecundæ diei non approbatur.

¶Ad quartū dicēdum, quòd rabby Moyſes per ſpiritū domini intelligit aërē vel ventū: ſicut & Plato intellexit: & dicit quòd dicitur, quòd ſpiritus domini ſecūdū quod ſcriptura cōſueuit vbiq; flatū ventorū Deo attribuere. Sed ſecundū ſanctos per ſpiritū domini intelligitur ſpiritusſanctus, qui dicitur ſuperferri aquæ [e], id eſt materiæ informi ſecundum Aug. ne faciendo operæ ſua propter indigētiæ neceſſitatem putaretur Deus amare. Indigentiæ enim amor rebus quas diligit, ſubiicitur. Cōmode autē factum eſt vt prius inſinuaretur aliquid inchoatū, cui ſuperferri diceretur. Non enim ſuperfertur loco, ſed præexcellente potentia, vt Aug. dicit 1. ſuper Geñ. ad lit. Secundū Baſilium vero, ſuperferebatur elemēto aqua, id eſt fouebat & viuificabat naturam aquæ ad ſimilitudinem gallinę cubantis, vitalem virtutem his, quæ fouentur, iniiciens. Habet enim aqua præcipue vitalem virtutem, quia plurima animalia generātur in aqua. Et omnium animaliū ſemina ſunt humida. Vita etiam ſpiritualis datur per aquā baptiſmi. Vnde dicitur Io. 3. Niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua & ſpiritu.

¶Ad quintum dicendum, quòd ſecundū Aug. per illa tria deſignatur triplex eſſe rerum. Primo quidē eſſe rerum in verbo, per hoc quod dixit, fiat. Secundo eſſe rerum in mente angelica, per hoc quod dixit, factum eſt. Tertio eſſe rerum in propria natura, per hoc quod dixit, fecit. Et quia in primo die deſcribit formatio angelorum, nō fuit neceſſe vt ibi adderet, fecit. Secundum alios vero poteſt dici, quòd in hoc quod dicit, dixit Deus, fiat, importatur imperium Dei de faciendo: per hoc autem quod dicit, factum eſt, importatur complementum operis. Oportuit autē vt ſubderetur quomodo factum fuit: præcipue propter illos qui dixerunt omnia viſibilia per angelos facta. Et ideo ad hoc remouendum ſubditur quod ipſe Deus fecit. Vnde in ſingulis operibus, poſtquā dicitur, & factum eſt, aliquis actus Dei ſubditur, vel fecit, vel diſtinxit, vel vocauit, vel aliquid huiuſmodi.

¶Ad ſextum dicendum, quòd ſecundum Aug. per veſpere, & mane intelligitur verſpertina & matutina cognitio in angelis: de quibus dictum eſt ſuprà [c]. Vel ſecundum Baſilium totum tempus cōſueuit 297
denominari a principaliori parte, ſcilicet à die: ſecundū quod dixit Iacob, 296
Dies peregrinationis meæ: nulla mentione facta de nocte. Veſpere autem & mane ponuntur vt termini diei, cuius mane eſt principium, ſed veſpere finis. Vel quia per veſpere deſignatur principium noctis, per mane principium diei. Congruū autem fuit vt vbi commemoratur prima diſtinctio rerum, ſola principia temporum deſignarentur. Præmittitur autē veſpere: quia cum à luce dies inceperit, prius occurrit terminus lucis, quod eſt veſpere, quā terminus tenebrarū & noctis, quod eſt mane. Vel ſecūdū Chry. vt deſignetur quòd dies naturalis nō terminatur in veſpere, ſed in mane.

¶Ad ſeptimum dicendum, quòd dicitur vnus dies in prima diei inſtitutione, ad deſignandum quòd viginti quatuor horarum ſpatia pertinent ad vnum diem. Vnde per hoc quòd dicitur Vnus, præfigitur menſura diei naturalis. Vel propter hoc, vt ſignificaret diem conſummari per redditum ſolis ad vnum & idem punctum. Vel quia completo ſeptenario dierum, redditur ad primum diem, qui eſt vnus cum octauo. Et has tres rationes Baſilius aſſignat.

QVÆSTIO SEPTVAGESIMAquinta de Homine, & primò de his, quæ pertinent ad eſſentiam animæ, in ſeptem articulos diuiſa.

POST conſiderationem creaturæ ſpiritualis & corporalis, conſiderandum eſt de homine, qui ex ſpirituali & corporali ſubſtantia cōponitur. Et primo de natura ipſius hominis. Secundo de eius productione. Naturā autem hominis cōſiderare, pertinet ad theologum ex parte animę, non autem ex parte corporis, niſi ſecundum habitudinem quam habet corpus ad animam. Et ideo prima conſideratio circa animam verſabitur. Et quia ſecundum Dio. 2. c. angelicæ hierar. tria inueniūtur in ſubſtantiis ſpiritualibus, ſcilicet eſſentia, virtus, & operatio. Primo conſiderabimus ea quæ pertinent ad eſſentiam animæ. Secundo, ea quę pertinent ad virtutem ſiue potentias eius. Tertio, ea quæ pertinent ad operationem eius.

¶Circa primum duplex occurrit conſideratio. Quarum prima eſt de ipſa anima ſecundum ſe. Secunda, de vnione eius ad corpus.

¶Circa primū quęruntur ſeptem. ¶Primo, vtrum anima ſit corpus. ¶Secundo, vtrum anima humana ſit aliquid ſubſiſtens. ¶Tertio, vtrum animæ brutorū ſint ſubſiſtentes. ¶Quarto, vtrum anima ſit homo: vel magis, homo ſit aliquid compoſitum ex anima & corpore. ¶Quinto, vtrum ſit compoſita ex materia & forma. ¶Sexto, vtrum anima humana ſit incorruptibilis. ¶Septimo, vtrum anima ſit eiuſdem ſpeciei cum angelo.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum anima ſit corpus.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd anima ſit corpus. Anima enim eſt motor corporis, non autem eſt mouens non motum. Tum quia videtur, quòd nihil poſſit mouere niſi moueatur: quia nihil dat alteri quod non habet, ſicut quod nō eſt calidum, non calefacit. Tum quia ſi aliquid eſt mouens non motum, cauſat motum ſempiternum, & eodem modo ſe habentem, vt probatur in 8. phy. Quod non apparet in motu animalis, qui eſt ab anima. Ergo anima eſt mouens motum. Sed omne mouens motum eſt corpus. ergo anima eſt corpus. 362 *Et contra ca. 6. & 80. Et de anima articu. 19.*

¶Præterea, Omnis cognitio fit per aliquam ſimilitudinem. Non poteſt autem eſſe ſimilitudo corporis ad rem incorpoream. Si igitur anima non eſſet corpus, non poſſet cognoſcere res corporeas.

¶Præterea, Mouentis ad motum oportet eſſe aliquem contactum. Contactus autem nō eſt niſi corporum. Cum igitur anima moueat corpus, videtur quòd anima ſit corpus.

¶SED CONTRA eſt qđ Aug. dicit 7. de trini. ꝙ anima ſimpl'r dicitur reſpectu corporis, quia mole nō diffunditur per ſpatiū loci.

CONCLVSIO.

¶ *Anima, cum ſit primum principium vitæ, in his quæ apud nos ſunt, impoſſibile eſt ipſam eſſe corpus, ſed corporis actum.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad inquirendum de natura animæ, oportet præſupponere, quòd anima dicitur eſſe primū principium vitæ [e], in his quæ apud nos viuunt. Animata enim vi- 369
uentia dicimus, res vero inanimatas vita carentes [e]. Vita autem 111
maxime manifeſtatur duplici opere, ſcilicet cognitionis & motus. Horum autem principium antiqui philoſophi imaginationem tranſcendere non valentes, aliquod corpus ponebant, ſola corpora res eſſe dicentes [e], & quòd non eſt corpus nihil eſſe. Et 35
ſecundum hoc animam aliquod corpus eſſe dicebant. Huius au- 451
tem opinionis falſitas, licet multipliciter oſtendi poſſit, tamen vno vtemur: quo etiam communius & certius patet animam corpus non eſſe. Manifeſtum eſt enim quòd non quodcunque vitalis operationis principium eſt anima. ſic enim oculus eſſet anima

anima, cum ſit quoddā principiū viſionis. Et idem eſſet dicēdū de aliis animæ inſtrumētis. Sed primū principiū vitę dicimus eſſe animā. Quāuis aūt aliquod corpus poſſit eſſe quoddā principiū vitæ, ſicut cor eſt principiū vitæ in animali: tamē non poteſt eſſe primū principiū vitæ aliquod corpus. Manifeſtū eſt enim quòd eſſe principiū vitæ vel viuēs, non cōuenit corpori ex hoc ꝙ eſt corpus: alioquin omne corpus eſſet viuēs aut principiū vitę. Cōuenit igitur alicui corpori ꝙ ſit viuēs, vel etiā principiū vitæ, per hoc ꝙ eſt tale corpus. Quod autē eſt actu, habet hoc ab aliquo principio, quod dicitur actus eius. Anima igitur, quæ eſt primū principium vitæ, non eſt corpus, ſed corporis actus: ſicut calor qui eſt principiū calefactionis non eſt corpus, ſed quidam corporis actus.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ cū omne quod mouetur ab alio, moueatur, ꝙ non poteſt in infinitū procedere, neceſſe eſt dicere, ꝙ non omne mouēs mouetur [e]. Cū enim moueri ſit exire de potētia in actū, mouens dat id quod habet mobili, inquantū facit ipſum eſſe in actu. Sed ſicut oſtendit in 8. phy. eſt quoddā mouēs penitus immobile, quod nec per ſe, nec per accidens mouetur: & tale mouens poteſt mouere motum ſemper vniformē. Eſt autem aliud mouens, quod non mouetur per ſe, ſed mouetur per accidēs. Et propter hoc non mouet motum ſemper vniformem. Et tale mouens eſt anima. Eſt autem aliud mouens, quod per ſe mouetur, ſcilicet corpus. Et quia antiqui naturales nihil eſſe credebant niſi corpora, poſuerunt, quòd omne mouens mouetur, & quòd anima per ſe mouetur, & eſt corpus.

¶Ad ſecundum dicendū, quòd non eſt neceſſarium quòd ſimilitudo rei cognitæ ſit actu in natura cognoſcētis. Sed ſi aliquid ſit qđ prius eſt cognoſcens in potentia, & poſtea in actu, oportet quòd ſimilitudo cogniti nō ſit actu in natura cognoſcentis, ſed in potentia tantum [c]. Sicut color nō eſt actu in pupilla, ſed in potentia tantum. Vnde non oportet quòd in natura animæ ſit ſimilitudo rerum corporearum in actu, ſed quòd ſit in potentia ad huiuſmodi ſimilitudines. Sed quia antiqui naturales neſciebant diſtinguere inter actum & potētiam, ponebant animam eſſe corpus ad hoc quòd cognoſceret omnia corpora: & quòd eſſet compoſita ex principiis omnium corporum [c].

¶Ad tertiū dicēdum, ꝙ eſt duplex contactus, quātitatis & virtutis. Primo modo corpus nō tangit niſi à corpore. Secūdo modo corpus poteſt tāgi à re incorporea quæ mouet corpus [c].

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum anima humana ſit aliquid ſubſiſtens.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd anima humana non ſit aliqđ ſubſiſtens. Quod enim eſt ſubſiſtens, dicitur hoc aliquid. Anima autem non eſt hoc aliquid, ſed compoſitum ex anima & corpore. Ergo anima non eſt aliquid ſubſiſtens.

¶Præterea, Omne qđ eſt ſubſiſtēs, poteſt dici operari. Sed anima non dicitur operari, q̃a vt dicit' in 1. de aīa, dicere aīam ſentire, aut intelligere ſimile eſt ac ſi dicat eā aliq̃s texere vel ædificare. Ergo anima nō eſt aliquid ſubſiſtēs.

¶Præterea, Si aīa eſſet aliquid ſubſiſtēs, eſſet aliqua eius operatio ſine corpe. Sed nulla eſt eius operatio ſine corpore, nec etiā intelligere. Quia non cōtingit intelligere ſine phātaſmate. Phantaſma autem non eſt ſine corpore. Ergo anima humana non eſt aliquid ſubſiſtēs.

ſtio ſit de omnibus, in corpore (quod eſt etiam reſponſio ad primum) S. Tho. reſpondet de cōmunibus ad creationem & alia, inquātum Deum reſpiciunt.

¶In reſpōſionibus vero argumentorum ad alia verba deſcendit.

a ¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquintæ Articulum primum.*

Annota. IN titulo ly corpus ſumitur vt diſtinguitur cōtra actū. Ita quòd ſiue corpus ſignificet ſubſtantiam ſimplicē, ſiue compoſitam, nihil refert quo ad propoſitum: vtroque enim modo diſtinguitur cōtra actum. Et ſimiliter ſiue ſumat' pro toto, ſiue pro parte (modo ſumatur ſubſtātia ſubiecta per ſe) trinæ dimenſioni ſufficit: hoc enim Corporis nomine intelligitur.

Cómenta. ¶In corpore tria. Primo quid nominis animæ. Secundo, opinio antiquorum. Tertio reſpōſio ad quæſitū. Quo ad primū anima ſignificat primū principium vitæ, in his quæ apud nos viuūt. Declaratur ex differentia vſitatæ locutionis inter animata & inanimata.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd caute in litera dicitur, quòd in his quæ apud nos viuunt. Quia nomine animæ non dicimus primū principiū vitæ abſolute, ſed illud potius dicimus Deum, aut quamcunque aliam naturam: ſed in his quæ apud nos viuunt, primum vitæ principiū animam nominamus.
b Nec pertranſeas illam præpoſitionem in, quo-
337 niam denotat intraneitatem. vocamus enim animam primum vitæ principium non extra rem, ſed forte cælum vel ſolem tale principiū dicimus, ſed intus in rebus viuentibus exiſtens.

Cómenta. ¶Quo ad ſecūdum, opinio antiquorum, anima eſt aliquod corpus. Probatur, ſola corpora ſunt res: ergo corpus aliquod eſt principium cognitionis & motus; ergo anima. Probatur hęc vltima ſequela, quia vita his operibus manifeſtatur. antecedens vero ex defectu intellectus.

¶Quo ad tertium concluſio reſponſiua: & deſtructiua opinionis antiquorū eſt, habens duas partes. Anima non eſt corpus, ſed corporis actus. Probatur. Non corpus, ſed alicuius corporis actus eſt primum viuendi principium. Anima eſt primum viuendi principium: ergo anima non eſt corpus, ſed corporis actus. Maior primo declaratur, quòd totam vim ſuā ponit in ly primū: quia eſſe principium vitę cōuenit corpori, vt patet de corde, non tamē eſſe primum vitæ principium. Deinde probatur ipſa maior, corpus eſt principiū vitæ, vel viuens non in eo quòd corpus: ergo aliquod corpus eſt viuens, ſeu vitæ principium inquantum tale. ergo habet quòd ſit viuens, aut vitæ principium ab actu eius quod eſt intentum. Antecedens probatur: quia alioquin omne corpus viueret.

¶Secunda quoque conſequentia probatur: quia quod eſt actu tale, habet hoc ab aliquo principio quod eſt eius actus. Minor autē probatur, quia animæ nomine nō quodcunq; vitę principium, ſed primū tantum intelligimus. quod manifeſtatur: quia alioquin oculus, animæ nomine intelligeretur.

Quæſt. is. ¶ *Num & quomodo corpori cōuenit eſſe principium vitæ inquantum tale.*

¶Circa illam conſequentiam. Eſſe principiū vitę cōuenit corpori inquantum tale: ergo per actum eius, ergo non inquantū corpus: dubiū occurrit. Quia poſſet q̃s inficiari, quòd eſt ſophiſma conſequentis: quoniam ly talem, poteſt conuenire corpori per aliquā corporeitatis differentiam, puta igneitatem: & conſequēter diceretur, quòd per hanc rationem non
13 concludit' niſi quòd anima non eſt corporeitas ſimpliciter, cum quo ſtat quòd ſit corpus tale, vt antiqui dicebant: etiam quòd omne tale corpus eſt principium vitæ.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum hic non intēdatur aliud niſi concludere quòd anima ſit actus ſeu perfectio corporis, nō corpus ipſum: idem eſt iudiciū de corpore animato in cōmuni, & de tali, puta igne: quia ſi ignis eſt principium vitæ, aut ergo primo ratione corporeitatis, id eſt partis materialis: aut ratione principij, quo conſtituitur in eſſe tali. Non primum, quia ſic omne in quo illud materiale abſque tali cōſtitutione eſſet, viueret. ergo ſecūdum: & hoc vocamus animam. Sed dubitatur primo, quia ſi nomine corporis pars materialis rei intelligitur, non caret vitio articulus iſte, nunquid materię vocabulum deficiebat. Secundo, quia adhuc non habetur intentum: quia diceret quiſpiam, quòd illud corpus principium vitæ primum eſt ratione ſui totius, & non huius vel illius partis: ſicut oculus eſt principium viſionis non ratione huius vel illius componētis, ſed ratione totius reſultantis ex tali miſtione: & quòd omne tale eſt principium vitæ.

¶Ad primum horum dicitur, quòd aliud eſt circunloqui aliquid, & aliud eſt vim rationis alicuius extendi ad aliquid: quia idem eſt iudicium de illo. In propoſito S. Thomas nomine Corporis intelligit non materiā, ſed vere corpus ſubiectum trinæ dimenſioni, quicquid ſit illud. Sed ratio quæ concludit de corpore, concludit eadem ratione de omni parte materiali. Vſus eſt autem magis Corporis nomine, quia vſitatiſſimum apud omnes eſt, animatū duo dicere, ſcilicet corpus viuens: per hoc etiam Ariſt. hinc incepit tractatum de anima.

¶Ad ſecundum vero dicitur, quòd quamuis aliqua paſſio vel operatio poſſit ſic primo conuenire compoſito: quòd nulli alteri prius tanquam ſubiecto. Nulla tamen paſſio aut operatio poteſt cōuenire ei ſic primo quin conueniat prius alicui eius parti eſſentiali tanquam priori principio: quoniam partes eſſentiales compoſiti radices primæ ſunt omnium illi conuenientium. Et propterea ly primū, in ratione aſſumptū, non denotat primo. i. adæquate, ſed primum, id eſt principale: ita quòd vis rationis ſtat in hoc, prima radix vitæ in corpore viuēte aut eſt corporeitatis, aut actus is quo viuit. Compoſitum enim eſſe non poteſt, ſed corporeitas non: ergo. & eſt proceſſus reſolutiuus: vt etiam Ari. fecit, alio tamē medio.

¶Quo ad argumēta nota, quòd primum argumentū procedit de anima ſecundū quod eſt principiū motus: & quo ad primā partē eſt antiquorū in primo de anima, tex. 20. quo ad ſecundā vero 8. phy. tex. 52. & 85. & reſponſio eius ex 51. & 52.

¶Argumentum vero ſecundum procedit de anima ſecundum quod eſt principiū cognitionis: & eſt antiquorum ibidem in tex. 25. & 26.

¶In reſponſione autem ad tertium vide in ſecundo contra Gen. ca. 56. triplicem differentiam inter tactum virtualem, & quantitatiuum.

a ¶ *Super Quæſtionis ſeptuageſimæquintæ Articulum ſecundum.*

Annot. TItulus. Subſiſtens multipliciter accipi poteſt, in propoſito tamen ſumitur vt diſtinguitur cōtra in exiſtere formæ materialis. hæc enim exiſtit in materia: ita ꝙ non ſuſtinet ſuum eſſe, ſed cōſtituitur in eſſe per materiā in qua ſuſtinetur. Subſiſtere autē diceretur, ſi ita eſſet in materia, ꝙ non depēderet eius eſſe à materia. Et per hoc patet quomodo Sco. defecerit circa hunc terminū ſubſiſtere, ſeu habere eſſe per ſe, aſſumptum à S. Tho. vt habes in illius 4. diſt. 43. quæſt. 2. art. 2.

Cōmenta. ¶In corpore tria facit. Primo proponit concluſionem reſponſiuam affirmatiue, habentem duas partes. Secundo probat primam partem. Tertio ibi: ipſum igitur intellectuale probat ſecūdam partem. Concluſio. Anima humana eſt principium incorporeum & ſubſiſtens.

¶Vbi nota primo, quòd vnum quærit, ſcilicet an ſubſiſtens: & duo reſpondet. incorporea & ſubſiſtens: quia mutuo ſe inferunt hæc, & ad ſecundum per primum manuducimur à poſteriori. Nota ſecundo, quòd incorporeum ſumitur hic non ſolum vt diſtinguitur contra corporeum, id eſt extenſum ad extenſionem corporis de prædicamento quantitatis (quoniam vt infra patebit, apud S. Tho. multæ formæ materiales ſunt ſic incorporeæ) ſed etiam vt diſtinguitur contra corporeum, id eſt concluſum, infra corporis perfectiones: ita quòd incorporeum dicitur per negationem naturæ, ſeu formæ non excedentis corporis facultatem, id eſt eductæ de potētia materiæ, quales ſunt omnes quæ corporaliter ſeu cum conditionibus materialibus generantur. Nota tertio, quòd anima poteſt dici incorporea, id eſt extēſa, & ſupra facultatem corporum, dupliciter, ſcilicet in eſſendo, & in operando: & ideo in litera probatur prima pars cōcluſionis quo ad vtrunq; eodē medio tamen. Quo ad ſecūdum prima pars, ſcilicet quòd anima humana ſit incorporea in eſſendo, probatur ſic à priori. Cognoſcitiuum omnium corporum nullam habet naturam corporis. Anima humana eſt huiuſmodi: ergo. Minor patet: quia homo per intellectū poteſt cognoſcere oīa corpora. maior ꝓbatur ex illa maxima. Cognoſcitiuum aliquorum nihil eorum habet in ſua natura: quæ probatur, quia vnum impediret cognitionem aliorum: quod declaratur ex periētia in ſenſu guſtus. Deinde quòd ſit incorporea in operando, eadē probatur ratione, quia ſi per corporeū organum operaret', natura illius organi impediret omnium cognitionē: & ꝓbat' experientia in ſenſu viſus. 426 417 513 363 *pꝭſ. q. 63. artic. 8. 7. Et art. 9. cor. col. 1. Et art 11. cor. Et de anima articul. 1. Et Ro. 5. l. 3. col. 2.*

Annota. ¶Circa hanc partē nota primo ſenſum rationis. Cognoſcitiuum aliquorum dupliciter inuenitur in potentia eſſentiali, & in potentia accidentali, id eſt in habitu. Habere in natura ſua obiectum dupliciter, ſcilicet ſecūdum eſſe naturale, vel ſecundum eſſe intentionale. Et rurſus ly in natura ſua, dupliciter: vel in natura ſua inhæſiue, vt formæ ſunt in materia, vel in natura ſua cōpoſitæ, ſeu intrinſecæ: vt componētia ſunt in compoſito, & vniuerſaliter ea quæ actu ſunt intrinſeca eſſentiæ rei dicuntur eſſe in natura illa, vt animal in homine, vt vegetatiuum in intellectiuo, &c. In propoſito directe intenditur de cognoſcitiuo in potentia eſſentiali: quia tale eſt anima, & de eſſe naturali obiecti: quia tale conſtitueret corporeum: & de habere intrinſece in natura cognoſcentis, quia eſſentiam & quod quid eſt animæ venamur. Ita quòd ſenſus eſt, cognoſcitiuū in potentia eſſentiali aliquorum non habet in ſe intrinſece obiectum ſecundum naturale eſſe illius. & eſt iſta propoſitio per ſe nota: quia alioquin eſſet ſimul in potentia eſſentiali, & non eſſet in potentia eſſentiali: ſi enim haberet in ſe actu obiectum, iam cū eo poſſet illud cognoſcere, & ſic non in potētia eſſentiali: vt in ſecundo de anima, tex. 52. patet, & declaratur ex effectu in litera: q̃a impediret alia.

¶ *Quomodo cognoſcitiuum aliquorum non habeat in ſe naturaliter obiectum ſecundum eſſe naturale illius obiecti.* *Quæſtio.*

¶Sed tūc occurrit dubiū triplex. Primo quomodo cū veritate iſtius propoſitionis ſtat ꝙ anima noſtra cognoſcat ſeipſam in potentia eſſentiali: & tamen ipſa ſit in ſeipſa intrinſece ſecundū eſſe naturale. Secūdo quomodo cū hac ꝓpoſitione ſtat, ꝙ anima noſtra habeat in ſe intrinſece naturā entis, ſeu ſubſtātiæ ſecūdū eſſe naturale, & tamē ſit in potētia eſſentiali ad cognitionē entis ſubſtātiæ. Tertio quomodo cū hac ꝓpoſitiōe ſtat, ꝙ cogitatiua cognoſcat aīa ſenſibilia in particulari: vt dicit Auerro. in ſecūdo de anima. com. 63. & tamē ipſa eſt quoddā inſenſibile.

¶Ad primum breuiter dicitur, quòd propoſitio illa intelligitur de cognitione directa, non autē reflexa. & ratio eſt: quia directe cognitum recipitur ſecundū ſe aut ſuam ſpeciem in cognoſcente: reflexe vero non. Quamuis etiam dici poſſit, quòd anima non eſt in potentia eſſentiali ad cognitionem ſui: ſed magis remota à ſui cognitione, quam aliorum ad quæ eſt in potentia eſſentiali: quia oportet prius illa, quàm ſe, & mediantibus illis ſe cognoſcere. Melius autē & vniuerſalius dicitur, quòd propoſitio illa, intelligitur tantū de natura cognoſcibili contracta & indeterminabili per alias: vt pote cōtra eas diſtincta: qualis nō eſt natura animę.

¶Ad ſecundū dicitur, ꝙ propoſitio illa intelligitur de natura determinata obiecti & non de natura communi: vt ex dictis in quæſt. 56. de angelis patet: & Auer. in com. 4. tertij de anima innuit. Determinatū autem cōmune non dicimus hic ſecundum genus aut ſpeciē: ſed determinata natura vocatur quæ indeterminabilis eſt per naturas cæterorū obiectorū illius cognoſcitiuæ naturæ, qualis eſt ſpecies, quælibet reſpectu alterius ſpeciei eiuſdē ordinis: vt albedo reſpectu aliorū colorum. Cōmunis vero vocatur, quæ licet in ſe natura quædam determinari nata eſt per reliquorum naturas cognoſcibilium ab illa potentia: vt diaphaneitas reſpectu colorum, & ſenſus viſus. Et ratio huius gloſſæ, patet ex ratione. Ariſt. & S. Tho. pro tanto enim cognoſcitiuū debet eſſe expers cognoſcibilis, pro quanto impediretur à diſcernendis aliis. Conſtat autem quòd natura cōmunis non impedit, ſed promouet magis: ſed benę natura cōtracta. Non enim viſus impeditur diaphaneitate, ſed albedine aut nigredine: cum tamen diaphanum vnum ſit viſibilium. Et propterea ſuperius dicendum fuit, quòd ſtat, angelum habere actu naturam ſuam cognitam. & tamen non prohiberi à cognitione aliorum, quia natura ſua

velut

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 10. de tri. Quisquis videt mentis naturam, & esse substantiam, & non esse corpoream, videt eos qui opinãtur eam esse corpoream, ob hoc errare quòd adiungunt ei ea, sine quibus nullam possunt cogitare naturam, scilicet corporum phantasias. Natura ergo mentis humanæ non solum est incorporea, sed etiam est substantia, scilicet aliquid subsistens.

CONCLVSIO.

¶Anima humana, cum sit omnium corporum cognoscitiua, est incorporea & subsistens.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd necesse est dicere id quod est principium intellectualis operationis, quod dicimus animam hominis esse quoddam principium incorporeum & subsistẽs. Manifestum est enim, quòd homo per intellectum cognoscere potest naturas omnium corporũ. Quod autem potest cognoscere aliqua, oportet vt nihil eorum habeat in sua natura: quia illud quod inesset ei naturaliter, impediret cognitionem aliorum. Sicut videmus quòd lingua infirmi, quæ infecta est cholerico & amaro humore, nõ potest percipere aliquid dulce, sed omnia videntur ei amara. Si igitur principium intellectuale haberet in se naturam alicuius corporis, non posset omnia corpora cognoscere. Omne autem corpus habet aliquam naturam determinatam. Impossibile est igitur, quòd principiũ intellectuale sit corpus. Et similiter impossibile est quòd intelligat per organum corporeum: quia si esset natura determinata illius organi corporei, prohiberet cognitionem omnium corporum. Sicut si aliquis determinatus color sit non solum in pupilla, sed etiam in vase vitreo, liquor infusus eiusdem coloris videtur. Ipsum igitur intellectuale principiũ quod dicitur mens, vel intellectus: habet operationem per se, cui non cõmunicat corpus [e]. Nihil autem potest per se operari nisi quod per se subsistit. Non enim est operari nisi entis in actu. Vnde eo modo aliquid operatur quo est. Propter quod non dicimus quòd calor calefacit, sed calidum. Relinquitur igitur, animam humanam quæ dicitur intellectus vel mens esse aliquid incorporeum [e] & subsistens.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd hoc aliquid potest accipi dupliciter. Vno modo pro quocunque subsistente. Alio modo pro subsistente completo in natura alicuius speciei. Primo modo excludit inhærentiam accidentis & formæ materialis. Secundo modo excludit imperfectionem partis. Vnde manus posset dici hoc aliquid primo modo, sed non secundo modo. Sic igitur cum anima humana sit pars speciei humanæ [e] potest dici hoc aliquid primo modo quasi subsistens, sed non secundo modo. Sic enim compositum ex anima & corpore dicitur hoc aliquid.

¶Ad secundum dicendum, quòd verba illa Arist. dicit non secundum propriam sententiam, sed secundum opinionem illorum, qui dicebant, quòd intelligere est moueri, vt patet ex iis quæ ibi præmittit. Vel dicendũ, quòd peragere conuenit per se existenti. Sed per se existens quandoque potest dici aliquid si non sit inhærens, vt accidens, vel vt forma materialis, etiam si sit pars. Sed proprie & per se subsistens dicitur quod neque est prædicto modo inhærens, neque est pars. Secundum quem modum oculus aut manus non posset dici per se subsistens: & per consequens nec per se operans. Vnde & operationes partium attribuuntur toti per partes. Dicimus enim quòd homo videt per oculum, & palpat per manum, aliter quàm calidum calefacit per calorem: quia calor nullo modo calefacit, proprie loquendo. Potest igitur dici quòd anima intelligit, sicut oculus videt: sed magis proprie dicitur quòd homo intelligat per animam.

velut communis natura est determinabilis per reliqua cognoscibilia ab eo. Propter hæc etiam S. Tho. hic nõ superflue apposuit illam propositionem: omne autem corpus habet aliquam naturam determinatam: hæc enim propositio cum ratione non potest aptari: nisi subintelligendo quod ipse videbat, quòd scilicet maiores assumptæ non habent veritatẽ nisi in naturis contractis & determinatis: quales sunt corporeæ, quæ scilicet determinabiles per omnes nõ sunt. Hoc enim intellectu perspecto in maioribus, ratio nihil valeret: nisi subsumeretur omne corpus esse determinatę naturę: subiectum autem & ens, & vniuersaliter naturam incorporeã determinabilem dicere naturã, per omnes certum est, & in substãtia angelica & nostræ animæ: & ideo non obstat. Et propterea Ari. non cõclusit, intellectum nullius esse naturæ simpliciter: sed huiꝰ, scilicet quòd possibilis vocatus est insinuans communitatem suæ naturæ vt determinetur per omnes. Nec propterea sequitur quòd substantialitas & huiusmodi possit intelligi ab anima per seipsam quia nõ sunt in ipsa anima actu in genere intelligibili, sed modificata ad naturam animæ quæ est pura potentia in tali genere. Vnde ex hoc, q omne intelligibile in ea est determinabile per cętera, habet quòd nõ impediatur à cognitione aliorũ: ex hoc vero, quòd omne tale est vt in potẽtia in ea, habet quòd nõ possit actu intelligere secundum se solam.

369 ¶Ad tertium autem dicitur, quòd cogitatiua seipsam directe non cognoscit propter rationẽ assumptam, Nec ipsa est secundum se actu cogitabilis: alioquin posset se cogitare absque motu facto à sensu secundum actum. Sed si ita est, maior surgit difficultas, quo modo scilicet cogitatiua est nota: secundum hanc enim doctrinam ipsa nulli exteriori sensui, aut interiori subiacet, & consequenter nec intellectui.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd cum dici non possit, quòd sit reflexiua super seipsam, & par sit iudicium de propria & aliena, quia omnes sunt eiusdem naturę, & non sit rationabile aliquam naturã sensibilem esse quæ per propriam speciem cognosci non possit quantum est de se: videtur mihi, quòd cogitare percipiatur à cogitatiua non absolute, sed vt coniungitur intellectui ipsa cogitatiua: quemadmodum visus vt iungitur sensui communi, percipit suum videre, & phantasia vt iungitur cogitatiuæ, percipit suum actum. Cogitatiua autem in actu percepta quodammodo à seipsa, tãtæ est spiritualitatis, & ita est sufficienter cogitata, vt possit propriam speciem cum intellectu agente imprimere intellectum possibilẽ: & sic est nota & sensui & intellectui, etiam salua propositione assumpta.

¶Si autem propositio intelligatur de cognoscitiuo aliquorum quomodolibet, scito quòd oportet aut nullum obiectorum habere in sua natura, vt in potentia contingit essentiali: aut quòd licet, vt in puro actu: aut vnum, scilicet seipsum determinabile per reliqua, vt in intelligẽtiis, patet. Habere autem aliquod aliud, vnum, aut plura, est omnino impossibile, quia intus existens prohibet extraneum: quod non solum sensibili experientia patet, sed ratione conuincitur. Quia si in cognoscitiuo aliquo intus est solum aliquod determinatum obiectum, quia obiectum est determinatum: ergo specificat aliquam illius cognoscitiui cognitionem, ita quòd non omnem: & quia intus est in natura cognoscitiui, ergo specificat omnem illius cognitionem: & quia ab intrinseco essentiali nulla operatio potest subterfugere, & rursus, quia determinatum est, ergo non determinabile per alia obiecta: & quia intus, ergo determinabile per alia quia ipsa natura cognoscitiui per omnia est determinabilis sua obiecta: vnde si Geometria sola, vt eius obiectum, esset de essentia animæ, sequeretur quòd omnis cognitio animæ esset geometrica, & quòd anima non esset aliorum discretiua: & sic impediretur ab aliis cognoscendis. Et vlterius esset anima, & non esset anima, vt patet: & ita est in aliis cognoscitiuis tam intellectuali, quã sensitiua cognitione. Et propterea princeps philosophorum super hac propositione stabiliuit suam de anima doctrinam; quam tamen Sco. in 2. dist. 3. quæst. 8, ad tertium, non intellexit, & vim medij Arist. non penetrans ad extranea deuiauit. Habet enim testimonium fundamentum hoc ex ratione & sensu: ita vt vtrinque resoluatur in per se nota. Sed de his require in tertio de anima diffuse.

Quæstio. *¶Num anima sit corporis perfectio.*

¶Circa eandem partem dubium est quomodo anima est perfectio corporis, & consequenter corporis natura iuxta præcedentem articulum: & tamen nullam in se claudit naturam corporis, vt hic dicitur. hoc enim implicat, nisi seipsam possit à se excludere.

¶Ad hoc breuiter dicimus, inferius magis rem hanc discussuri, quòd æquiuocatio hic interuenit eius quod dicit perfectio, seu natura corporis, dupliciter enim sumi potest, vel quo ad informationem & constitutionem corporis vel quo ad inclusionem in corpore. Primo modo, omnis anima est forma & natura corporis. Secundo modo, cæteræ præter intellectiuam corporeæ dicuntur, ipsa autem incorporea: quia eleuatur supra corpus, ipsum informando.

166 ¶Quo ad tertium secunda pars probat sic. Anima intellectiua habet operationem per se, cui non cõmunicat corpus. ergo per se subsistit. Antecedens concluditur ex prima parte cõclusionis. Consequentia probatur: quia nihil per se subsistit. Probatur: quia nihil operatur nisi ens in actu: & modus operandi est secũdum modum essendi quod declaratur à signo: quia non dicimus quòd calor calefaciat, sed calidum.

Quæstio. 353 *¶Num anima habeat operationem per se: & ex hoc per se, sequatur ipsam per se subsistere.*

¶Circa hanc partẽ, quia vt patet ex titulo hinc, vt à prima radice pendet tota scientia de immortalite animæ: scito quòd Sco. in 4. distin. 43. q. 2. hanc consequentiam inficiatur, dicens, animam habere operationem per se, potest dupliciter intelligi, scilicet absque corporeo organo. Et sic non valet, ergo est subsistens, vt nos accipimus subsistens: quia stat quòd cõmunicet vt ratio qua totum compositum corporeũ, puta homo, operatur. Alio modo per se omnino, id est quòd non communicet corpori vt organo: nec vt ei quod ipsa operatur: & tunc valet consequentia: sed antecedens est falsum, quia omnis operatio animę est hominis, vt quod operatur.

¶Ad hanc dubitationem non oportet respondere faciendo vim in modo loquendi: puta quia dicimus non solum quòd homo intelligit per animam, sed etiam quòd anima intelligit (iuxta illud tertij de anima) de parte animæ qua intelligit & sapit anima: quoniam in tanta re etsi modus loquendi non sit despiciendus, in fundamento tamen locari nequaquam debet. Ad rem autem ipsam spectando notanda sunt tria. Primo distinguendi sunt modi quibus potest dici animam operari per se. Secundo quid ex quo sequatur, dicendum est. Tertio respondendum est obiectioni.

¶Quo ad primum quatuor modis dici potest anima operari per se, id est absque corpore. Primo absque corporeo obiecto: puta si intelligeret absq; phantasmate. Secundo, absque corporeo organo: ita quòd nulla pars corporis sit, qua talem exerceat operationem: vt per oppositum contingit in videre & audire. Tertio, absque corporeo correceptiuo, id est quòd sola anima recipiat illam operationem, & non compositum aliquod ex ipsa & corpore sit proximum receptiuum illius operis. Quarto absque corporeo supposito, id est quòd anima ita sola exerceat & recipiat operationem: quòd non sit ratio alicui supposito corporeo quod operetur per illam tale opus: vt si anima haberet aliquam intellectionem quæ non esset hominis: vt Auerrois finxit. Hæc de primo.

¶Quo ad secundum omisso primo modo, nunc, quoniam inquantum tangit subsistentiam animæ, sat tractatur in tertio argumento in litera: inquantum vero separabilitatem animæ, non tangitur hic, sed in sexto articul. huius quæst. vbi discutietur secundus & tertius modus: quodammodo coincidunt, & quodammodo differunt: coincidunt quidem, quia in proprio organo operationem recipi credimus: & consequenter in vtroque modo operatio recipitur in composito ex anima & corpore tanquam in proximo susceptiuo. Differunt autem, quia secundus infert tertium, & non econuerso: si enim est operatio organica, ergo corporalis: si autem corporalis non sequitur, ergo organica: vt in operatione seminis apparet: & vniuersaliter in omni opere quod conuenit primo toti non mediante aliqua eius parte integrali. Talis enim est corporea, non tamen organica: quia organum partem certam significat animati corporis. Sed hæc differentia inter totum & partem, etsi concedatur quo ad aliquid: nihil tamen facit quo ad hoc quod est esse determinatæ naturæ & quo ad hoc quod est esse quale vel quantum: totum enim corpus & quælibet pars est certæ naturæ: & similiter tam totum quàm quælibet pars qualis & quanti rationem habet: quo ad hæc igitur idem est de toto & parte iudicium. Et propterea cuicunque repugnat corporea communicatio ratione determinatæ naturæ in corpore: aut ratione qualis & quanti, eidem repugnat communicatio tam organi quàm totius corporis: sed animæ humanæ in operatione hac quæ est intelligere, repugnat communio cum corpore, ratione determinatæ naturæ corporeæ, & qualitatis, & quantitatis: ergo eadem ratione qua excludit corporeum organum, excludit vniuersaliter corporeum correceptiuum. Minor patet in litera in prima parte conclusionis & habetur in tertio de anima tex. cõ. 4. 5. & 6. Et propterea in litera vtraque communicationem cum corpore S. Th. exclusit, eodem medio vtens: & primo exclusit tertium modum, vtpote communiorẽ: & deinde secundum, quicquid ergo in proposito sequitur ad secundum modum, sequitur etiã ad tertiũ & econuerso. Vt inferius autem patebit, ex hoc q anima operatur per se vtroq; hoc modo: sequitur, ergo est subsistens: & ex negatione talis modi operandi sequitur negatio, scilicet, ergo non est subsistens. Quartus autẽ modus per se operãdi manifeste infert subsistẽtiam: sed negatio eius non infert negationem subsistentiæ.

¶Quo ad tertium autem Sco. intendit quòd anima non operatur per se tertio modo, id est absque corporeo correceptiuo: aut quarto, id est absque corporeo supposito, cuius sit illa operatio, vt suppositi: siue hos, vel illo modo intelligat, sibiipsi aduersatur & veritati. Sibiipsi quidem: quia ipse tenet duas propositiones: alteram in quarto, distinctio. 43. quæst. 2. quòd in nobis est operatio quædam transcendens omnem operationem sensibilem: alterã, in quo lib. q. 9. quòd ex hoc q operatio aliqua est sic immaterialis, quòd recipitur in sola anima, & non in composito ex anima & corpore vt proximo receptiuo: infertur bene. Ergo anima est separabilis à corpore. Ex his siquidem duabus manifeste sequitur tertia, scilicet q intelligere recipitur de facto in sola anima, & non in composito vt proximo receptiuo: alioquin esset quantum, & qualitate sensibili affectum, & infra genꝰ sensibilis cognitionis: & vlterius sequitur quarta propositio, scilicet q aĩa est immortalis, quod tñ ipse dicit nesciri: sed de hoc alias. Nunc autẽ pateat: q si intendit in obiectione, quòd aĩa est ratio intelligendi toti composito, sic vt corpus sic correceptiuum proximum, & propter hoc non est subsistens: facit consequentiam optimam sed contradicit assumptũ ꝓpositioni quam dixit in 4. quia sic intelligere esset operatio sensibilis. Si vero intendit, quòd aĩa est ratio operandi toti cõposito, sic vt totum sit suppositum qđ operatur, & propter hoc non est subsistẽs. Assumptum quidẽ verum est, sed illatio contradicit propositioni quam dixit in quo libeto illo. igitur vndique obiectio sua contra sese obiicit. Veritati autem aduersatur obiectio, quia antecedens intelligitur (vt ex dictis patet) affirmando secundũ & tertium modum per se operandi: ita quòd sensus est, anima humana habet operationem per se, id est sine corpore tam toto quàm parte correceptiuo ipsius operationis. Iuxta hunc enim sensum probatum fuit in litera: & sic excluditur obiectio Sco. si intendit negationem tertij modi: & consequentia infert, ergo est subsistens, id est independens in esse à corpore. Cum quo stat quòd sit ratio qua suppositum corporeum intelligat, vt omnes tam Platonici quàm Auerroistæ etiam fatentur: et sic obiectio Scotica nihil obstat.

¶Ad tertium dicendum, q corpus requiritur ad actionem intellectus non sicut organũ quo talis actio exerceatur, sed rõne obiecti [e]: phantasma enim comparatur ad intellectum sicut color ad visum. Sic aũt indigere corpore nõ remouet intellectũ esse subsistentẽ. Alioquin animal non esset aliquid subsistens: cum indigeat exterioribus sensibilibus ad sentiendum.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum animæ brutorum animalium sint subsistentes.*

AD TERTIVM sic pceditur. Videtur q animæ brutorũ animalium sint subsistentes. Homo enim conuenit in genere cum aliis animalibus. Sed anima hominis est aliquid subsistens, vt ostensum est [e]. Ergo & animæ aliorum animalium sunt subsistentes.

¶Præterea Similiter se habet sensitiuum ad sensibilia, sicut intellectiuũ ad intelligibilia. Sed intellectus intelligit intelligibilia sine corpore. Ergo & sensus apprehendit sensibilia sine corpore. Animæ autem brutorum animalium sunt sensitiuæ. Ergo sunt subsistentes pari ratione, qua & anima hominis quæ est intellectiua.

¶Præterea, Brutorum animalium anima mouet corpus. Corpus autem non mouet, sed mouetur. Anima ergo bruti habet aliquam operationem sine corpore.

¶SED CONTRA est quod dicitur in li. de Eccl. dogmatibus. Solum hominem credimus habere animam substantiuam: animalium vero animæ non sunt substantiuæ.

CONCLVSIO.

¶Cum animæ brutorum per seipsas minime operentur, subsistentes non sunt.

¶RESPONDEO dicẽdum. q antiqui philosophi nullam distinctionem ponebãt inter sensum & intellectũ: & vtrunq; corporeo principio attribuebant, vt dictum est [e]. Plato autem distinxit inter intellectum & sensum, vtrunque tamen attribuit principio incorporeo, ponens quòd sicut intelligere ita & sentire conuenit animæ secundum seipsam [e]. Et ex hoc sequebatur, quòd etiam animæ brutorum animalium sint subsistentes. Sed Aristo. posuit, q solum intelligere inter opera animæ sine organo corporeo exercetur. Sentire verò & consequentes operationes animæ sensitiuæ manifeste accidunt cum aliqua corporis immutatione. Sicut in videndo immutatur pupilla per speciem coloris. Et idem apparet in aliis. Et sic manifestum est q anima sensitiua non habet aliquam operationem propriam per seipsam, sed omnis operatio sensitiuæ animæ est coniuncti. Ex quo relinquitur q cũ animæ brutorum animalium per se non operentur, nõ sint subsistentes. Similiter enim vnumquodque habet esse & operationem.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ q homo etsi conueniat in genere cum aliis animalibus specie tamen differt. Differẽtia autem speciei attenditur secundum differentiam formæ. Nec oportet quòd omnis differentia formæ faciat generis diuersitatem.

¶Ad secundũ dicẽdum q sensitiuum quodam modo se habet ad sensibilia sicut intellectiuum ad intelligibilia, inquãtũ scilicet vtrũq; est in potentia ad sua obiecta. Sed quodam modo dissimiliter se habent inquantum sensitiuum patitur à sensibili cum corporis immutatione. Vnde excellentia sensibilium corrumpit sensum. Quod in intellectu non contingit. Nã intellectus intelligens maxima intelligibilium, magis potest postmodum intelligere minora. Si vero in intelligendo fatigetur corpus, hoc est per accidens, inquantum intellectus indiget operatione virium sensitiuarũ, per quas ei phantasmata præparantur.

¶Ad tertium dicendum, q vis motiua est duplex. Vna quæ imperat motum, s. appetitiua [e]. Et huius operatio in anima sensitiua non est sine corpore, sed ira & gaudium, & huiusmodi passiones sunt cum aliqua corporis immutatione. Alia vis motiua est exequens motum per quam membra reddũtur habilia ad obediendum appetitui [e]: cuius actus non est mouere, sed moueri. Vnde patet, q mouere non est actus animæ sensitiuæ sine corpore.

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum anima sit homo.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q anima sit homo. Dicitur enim 2. ad Cor. 4. Licet is qui foris est noster homo, corrumpatur, tñ is, qui intus est, renouat de die in diem. Sed id qđ est intus in homine, est anima. Ergo anima est homo interior.

¶Præterea, Aĩa humana est substãtia qđã. Non autẽ est substãtia vniuersalis. Ergo est substantia particularis. Ergo est hypostasis, vel persona, sed non nisi humana. Ergo anima est homo. Nam persona humana est homo.

¶SED CONTRA est, q Aug. 19. de ciui. Dei commendat Varronem, q hominem nec animã solam, nec solum corpus, sed animam & corpus esse arbitrabatur.

CONCLVSIO.

¶Homo anima tantum non est, sed compositum ex anima & corpore.

¶RESPONDEO dicẽdũ, q aĩam esse hominẽ, duplr põt intelligi. Vno mõ, q homo sit anima, sed hic hõ nõ sit aĩa, sed cõpositum ex aĩa & corpe puta, Socra. Quod ideo dico, qa quidam posuerunt solã formam esse de ratione speciei, materiã vero esse partem indiuidui, & nõ speciei [e]. Quod quidẽ nõ põt esse verũ. Nã ad naturã speciei ptinet id quod significat diffõ. Diffinitio aũt in rebus naturalibus nõ significat formã tñ, sed formã & materiã [e]. Vñ materia est pars speciei in rebus naturalibus: nõ quidẽ materia signata, quæ est principium indiuiduationis, sed materia cõmunis. Sicut ẽm de rõne huius hoĩs est, q sit ex hac aĩa, & his carnibꝰ, & his ossibus: ita de ratione hominis est, q sit ex aĩa, & carnibus, & ossibus. Oportet ẽm de substantia speciei esse quicquid est communiter de substantia omnium indiuiduorum sub specie cõtẽtorũ. Alio vero modo põt intelligi sic, q etiam hæc anima sit hic homo. Et hoc quidẽ sustineri posset si poneretur q animæ sensitiuæ operatio esset eius propria sine corpore, quia oẽs operationes, quæ attribuuntur homini conuenirent soli animæ. Illud autem est vnaquæq; res, qđ operatur operationes illius rei. Vnde illud est

a *¶Super Quæstionis septuagesimæquintæ Articulum tertium.*

Titulus clarus ex præcedente.

Coment. ¶In corpore tria. Primo opinionem antiquorum in vno extremo, quòd principium tam intelligendi, quam sentiendi est corporeum: & hanc sequitur Alex. in parte. Secundo, Platonis in altero extremo, q vtrunque incorporeum. Tertio, mediam Aristo. quòd intellectus incorporeus, sensus vero corporeus. Et ex hoc respondet quæsito vna conclusione negatiua. Animæ brutorum non sunt subsistentes. Probatur sic. Animæ brutorum non per se operantur, ergo non subsistunt. Antecedens probatur: quia omnis operatio animæ sensitiuæ est coniuncti. probatur, quia fit cum aliqua corporis immutatione. Cõsequentia probatur: quia vnumquodq; similiter se habet ad esse & operari. 403

d 365 a *¶Super Quæstionis septuagesimæquintæ Articulũ quartum.* Coment.

365 Titulus in corpore declaratur diffuse. ¶In corpore tria facit Primo distinguit sensum tituli. Secundo tractat primum sensum. Et tertio tractat secundum. ¶Quo ad primum duo dicit. Primo dat duplicem sensum. Primus, quòd anima & homo sumantur tantũ in cõi, i. non indiuidualiter. Secundus, q sumantur & in specie & in indiuiduo, scilicet q hæc anima sit hic homo, & anima humana homo. Deinde dat cãm præfatæ distinctionis: & est positio Auer. in 7. met. scilicet quòd materia non est pars, quidditatis, sed indiuidui.

3. dist. 5. q. art. 2. Et di. 22. q. 1. art. 1. cor. Et 2. con. cap. 56. Et po. q. 5. arti. 10. cor.

¶Quo ad secundum impugnat Auerroim tali ordine. Primo arguit vnã ratione: quia materia pertinet ad diffinitionem speciei: ergo ad naturam eius. Secundo distinguit & declarat ly materia duplr. cõiter & signate, & applicat ad propositum. Tertio alia ratione arguit: quia quicquid pertinet ad essentiãs omnium indiuiduorum, est de integritate speciei: & in litera clara sunt. b 424 16 170 c

Annot. ¶Circa hanc partem multa essent dicenda: sed ne eadem repetamus, vide in quæst. vel in commentariis de Ente & essentia.

Coment. ¶Quo ad tertium, quatuor facit, Primo affirmatiuam partem Platonicam proponit, scilicet hæc anima est hic homo. Secundo ostendit vnde hæc qõ pendet, à posteriori tamen, s. ex hoc quòd animæ opera sint eius propria: quia illud est homo qđ operatur quicquid operatur homo. Alioquin aut res sine propria operatione: aut econtra, propria operatio sine eo cuius est, inueniretur. Tertio probat partẽ negatiuã destruendo antecedens illius cõdõnalis assũptæ de aĩa sensitiua, vt patet Quarto effert Platonem tenere partem affirmatiuam: quia arguit à positione illius antecedentis.

Annot. ¶Circa radicem huius decisionis dubium accurrit. Quia falsum assumitur in probatione conditionali illius: si animæ sensitiuæ operatio esset sine organo, hæc anima esset hic homo, dum probatur: quia tunc anima operaretur omnes

Margin references: 369; 364; 2. co. cap. 80. & 82. Et lib. 4 ca. 39.; 353; 363; 261; 262; 421

operationes hominis, hoc enim est falsum, quia nõ operaretur opera partis vegetatiuæ: quoniam manifeste illa sunt opera coniuncti: dato igitur quòd sentire esset sine corpore organo, adhuc non esset hæc anima hic homo. Et confirmatur: quia aut est sermo de homine inquantum homo: aut absolute: aut inquantum animal. Si inquantum homo, sequeretur secundum istam rationem, ꝙ hæc anima intellectiua esset de facto hic homo. probatur sequela: quia operatur oẽs operationes hoĩs inquantum homo, scilicet intelligere & velle, hõ enim inquãtum hõ cõstituitur per gradũ rationalem. Si absolute: quemadmodum igitur, quia restant mõ operationes sensitiuæ communes toti coniuncto non diceretur anima operari omnes operationes hominis. ita tunc quia restarent vegetatiuæ communes toti, non diceretur anima habere omnes operationes hominis. Si inquantum animal, sequeretur ꝙ hæc anima non esset hic homo simpliciter: sed cum nota specificationis, s. inquantum animal: quod contradicit literæ & rationi: quia sic etiam nunc posset dici ꝙ hæc anima est hic homo, inquantum intellectiuus est. Et confirmatur, quia ad hoc ꝙ anima sit, aut requiritur habere omnes operationes hominis, aut pricipales. Si omnes, tunc nũquam anima esset homo etiam apud Pla. Si principales, ergo anima intellectiua est homo.

¶Ad hoc dicitur ꝙ sermo S.Tho. est formalis. & intelligitur de homine inquantum homo est simpliciter: & de omnibus non de principalibus tantum operationibus hominis inquantum homo. Sed diligenter aduertendum est ꝙ quia homo est de genere substantiarum sensibilium: ly inquãtum homo, non reduplicat partem intellectiuam puram, quia nec homo est intellectualis: sed partem intellectiuam, & sensitiuam simul, quia homo est naturæ rationalis: cuius actus à phantasia & sensu dependet, non autem à vegetatiua & elementari parte, nisi per accidens & remote. Quia ergo de integritate hominis vt sic, non est nisi ratiocinari (quod constat ex intellectu & sensu) ideo omnes operationes hominis, formaliter loquendo, habent animas: si tam intelligere quàm sentire est sibi proprium.

¶Et per hoc patet responsio ad confirmationes omnes: quia nec anima intellectiua habet omnes operationes hominis vt sic. Nec operationes vegetatiuæ aut elementaris partis in homine sunt opera hominis vt sic.

homo quod operatur operationes hominis. Ostensum est autem[e], ꝙ sentire non est operatio animæ tantum. Cum igitur sentire sit quædam operatio hominis, licet non propria: manifestum est quòd homo nõ est anima tãtum, sed aliquid cõpositum ex anima & corpore. Plato vero ponens sentire esse propriũ aĩæ[e], ponere potuit ꝙ homo esset aĩa vtens corpore.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ sc̃dm Philosophum in 9. Ethi. illud potissime videtur esse vnumquodq; quod est principale in ipso. Sicut quod facit rector ciuitatis, dicitur ciuitas facere. Et hoc modo aliquando quod est principale in homine, dicitur hõ. Aliquando quidẽ pars intellectiua secundũ rei veritatem, quæ dicitur homo interior. Aliquãdo vero pars sensitiua cum corpore secundum æstimationem quorundã, qui solum circa sensibilia detinentur. Et hic dicitur homo exterior.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd non quælibet substantia particularis est hypostasis, vel persona: sed quæ habet cõpletam naturã speciei. Vnde manus vel pes non potest dici hypostasis vel persona. Et similiter nec anima, cum sit pars speciei humanæ[e].

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum anima sit composita ex materia & forma.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ aĩa sit composita ex materia & forma: potentia enim contra actum diuiditur. Sed omnia quæcunque sunt in actu, participant primum actum, qui Deus est: per cuius participationem omniã sunt & bona, & entia, & viuentia; vt patet per doctrinam Diony. in lib. de di. no. Ergo quæcunq; sunt in potentia, participant primã potentiã. Sed prima potentia est materia prima. Cũ ergo aĩa humana sit quodã mõ in potentia, qđ apparet ex hoc, ꝙ hõ quẽcũq; est intelligens in potentia, videtur ꝙ anima humana participet materiam primam tanquam partem sui.

¶Præterea, In quocunq; inueniuntur proprietates materiæ, ibi inuenitur materia. Sed in anima inueniũtur proprietates materiæ, quæ sunt subiici & trãsmutari. Subiicit̃ eñ sciẽtiæ & virtuti: & mutat̃ Dei ignorãtia ad sciẽtiam & de vitio ad virtutẽ. Ergo in aĩa est materia.

¶Præterea illa quæ non habẽt materiã, non habent causam sui esse, vt dicitur in 8. meta. Sed anima habet causam sui esse: quia creatur à Deo. Ergo anima habet materiam.

¶Præterea, Quod nõ habet materiam, sed est forma tm̃, est actus purus & infinitus. Hoc autẽ solius Dei est. Ergo anima habet materiã.

¶SED CONTRA est qđ Augu. probat in 7. super Geñ. ad li. ꝙ aĩa nõ est facta nec ex materia corporali, nec ex materia spirituali.

CONCLVSIO.

¶*Anima, & præcipue intellectiua cum sit forma corporis, & formarum cognoscitiua, non est composita ex materia & forma.*

¶RESPONDEO dicẽdũ ꝙ aĩa nõ habet materiã. Et hoc põt cõsiderari dupl'r. Primo quidẽ ex rõne aĩæ in cõi. Est eñ de rõne aĩæ, ꝙ sit forma alicuius corporis. Aut igitur est forma secundũ se totã, aut secũdũ aliquam partem sui. Si secundum se totam, impossibile est ꝙ pars eius sit materia, si dicatur materia aliquod ens in potẽtia tantum: quia forma est inquãtũ forma est actus. Id aũt qđ est in potentia tm̃, nõ põt esse pars actus. cum potentia repugnet actui: vt pote cõtra actum diuisa. Si aũt sit forma secundũ aliquã partẽ sui, illã partẽ dicemus esse aĩam, & illã materiam, cuius primo est actus, dicemus esse primũ animatum[e]. Secundo specialiter ex rõne humanæ aĩæ, inquãtum est intellectiua. Manifestum est eñ, ꝙ omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modũ recipientis. Sic aũt cognoscitur vnunquodq; sicut forma eius est in cognoscente. Anima aũt intellectiua cognoscit rẽ aliquã in sua natura absolute[e], puta lapidẽ inquantũ est lapis absolute. Est igitur forma lapidis absolute secũdũ propriam rõnẽ formalem in aĩa intellectiua. Aĩa igit̃ intellectiua est forma absoluta, nõ aũt aliqđ cõpositũ ex materia & forma. Si eñ aĩa intellectiua esset composita ex materia & forma, formæ rerũ reciperentur in ea vt indiuiduales. Et sic nõ cognosceret nisi singulare, sicut accidit in potentiis sensitiuis, quæ recipiunt formas rerum in organo corporali. Materia enim est principium indiuiduationis formarum. Relinquitur ergo ꝙ aĩa intellectiua & omnis intellectualis substantia, cognoscens formas absolute, caret compositione formæ & materiæ[e].

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd primus actus est vniuersale principium omnium actuum, quia est infinitum virtualiter in se omnia[e] præhabens, vt dicit Dionysius. Vnde participatur à rebus non sicut pars, sed secundum diffusionem processionis ipsius. Potentia autem, cum sit receptiua actus, oportet quòd actui proportionetur. Actus vero recepti, qui procedunt à primo actu infinito, & sunt quædã participationes eius, sunt diuersi. Vnde non potest esse potentia vna, quæ recipiat omnes actus, sicut est vnus actus influens omnes actus participatos. Alioquin potentia receptiua adæquaret potentiam actiuam primi actus. Est autẽ alia potentia receptiua in anima intellectiua à potentia receptiua materiæ primæ[e], vt patet ex diuersitate receptorum. Nam materia prima recipit formas indiuiduales, intellectus autẽ recipit formas absolutas. Vnde talis potentia in anima intellectiua existens, non ostendit ꝙ anima sit composita ex materia & forma.

¶Ad secundũ dicendũ, quòd subiici & trãsmutari conuenit materiæ, secundum ꝙ est in potentia[e]. Sicut ergo est alia potẽtia intellect9, & alia potentia materiæ primæ: ita est alia ratio subiiciẽdi & trãsmutandi. Sc̃dm hoc eñ intellectus subiicitur scientiæ, & transmutatur de ignorantia ad scientiam: secundum quod est in potentia ad species intelligibiles.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ forma est causa essendi materiæ & agens. Vñ agens inquantum reducit materiam in actũ formæ trãsmutãdo est ei causa essendi. Siquid aũt est forma subsistens, nõ habet esse per aliqđ formale principiũ, nec habet causam trãsmutãtem de potentia in actum[e]. Vñ post verba præmissa Philosophus cõcludit, ꝙ in his quæ sunt cõposita ex materia & forma: nulla est alia causa nisi mouens ex potestate ad actum. Quæcunque vero non habent materiam, omnia simpliciter sunt quasi vere entia aliquid.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd omne participatum comparatur ad participans, vt actus eius. Quæcunque aũt forma creata per se subsistens ponatur, oportet quòd participet esse: quia etiã ipsa vita, vel quicquid sic diceretur, participat ipsum esse: vt dicit Dion. 5. cap. de diui. nom. Esse autem participatum finitur ad capacitatem participantis[e]. Vnde solus Deus, qui est ipsum suum esse, est actus purus et infinitus. In substantiis vero intellectualibus est compositio ex actu & potentia, non quidẽ ex materia & forma, sed ex forma & esse participato. Vnde à qbusdã dicũtur cõponi ex quo est[e], et qđ est. ipm eñ esse est quo aliquid est.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæ quintæ Articulum quintum.*

Annot. Titulus clarus. Nomine materiæ ens in potentia tãtum in genere substantiæ subiectum formarum & priuationum & occasionem sumpsit à positione Auicebron: vt patet in quæstione de anima articulo sexto.

Cõment. ¶In corpore duæ conclusiones responsiuæ. altera vniuersalis, altera specialis, Prima conclusio, Anima non est composita ex materia & forma, Secunda, Anima intellectiua non est composita ex materia & forma, Prima probatur sic, Anima est forma corporis, ergo aut secundum se totam, aut secundum aliquid sui. Si primo modo, ergo non est composita, quia potentia tantum non potest esse actus alterius etiam partialis, vt patet: repugnat enim potentia esse partem actus. Si secundo, illud aliquid vocamus animam, & reliquum primum animatum: & sic habetur intentum. Secunda probatur dupliciter: ostensiue, & ad impossibile. Ostensiue sic: lapis cognoscitur ab anima intellectiua absolute: ergo est in ea absolute. ergo anima intellectiua est forma absoluta. Antecedens patet quia intelligitur lapis & non lapis hic. Prima consequentia probatur, quia vnumquodque eo modo quo cognoscitur, est in cognoscente, & econuerso. Secunda vero consequentia probatur: quia vnumquodque recipitur in aliquo secundum medium recipientis. Ad impossibile vero sic. Si anima intellectiua esset composita ex materia & forma, non reciperet formas nisi vt indiuiduales: & consequenter non cognosceret nisi singularia. Et probatur consequentia dupliciter: primo, quia hoc experimur in sensibus. Secundo ratione, quia materia est principium indiuiduationis.

¶Circa hanc rationem ostensiuam aduerte, ꝙ sumitur forma absoluta vt distinguitur contra contractionem ad conditiones indiuiduales & materiales: de tali enim absolutione est semper hic sermo. Et iuxta tales modos absolutionis ab indiuiduantibus & contractionis ad illa, tenent omnes propositiones assumptæ tam de modo cognoscendi, quàm recipiendi, vt patet.

Cõment. ¶In responsione ad primum nota pulchram doctrinam, quòd in ordine actuum qui est ordo causæ efficientis, fit reductio ad vnum numero, à quo omnes alij actus sunt. In ordine vero potentiæ qui est ordo causæ materialis, non fit reductio totius vniuersi ad vnam numero potentiam, sed ad vnam potentiam analogia, id est, id multas potentias ordinatas ad diuersos actus & conuenientes inter se proportione: quia quælibet se habet ad actum suum vt alia ad suum. Ordo autem inter eas est iuxta ordinem actuum, quorum sunt capaces. Et sic reductio in genere causæ materialis tripliciter fieri potest Primo, omnium eiusdem generis, & sic ad vnum numero potentiam. Secundo totius vniuersi: & sic ad vnam analogia. Tertio ipsarum potentiarum: & sic vna non resoluitur in aliam vniuersaliter loquendo: quia nec potentia intellectus in potentiam materiæ, nec econuerso, resolui potest: quamuis vna inter eas est infima in ordine imperfectionis, puta materia prima. Et ratio subtilissima Sancti Thomæ est: quia potentia etiam prima est intrinseca rei cuius est: & ideo oportet esse diuersorum diuersam, Efficiens vero primum nihil est rerum: & ideo stat vnum omnium esse, Causa enim materialis est intrinseca, effectiua vero extrinseca.

Super

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum anima humana sit corruptibilis.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ anima humana sit corruptibilis. Quorum eñ est simile principium, & similis processus, videtur esse similis finis. Sed simile est principium generationis hominum & iumentorum, quia de terra facta sunt: similis est etiam vitæ processus in vtrisq;: quia similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius, vt dicitur Ecclesiast. 3. Ergo vt ibidem concluditur, vnus est interitus hoĩs & iumentorum, & æqua vtrisq; conditio. Sed aĩa brutorũ animaliũ est corruptibilis. Ergo & aĩa humana est corruptibilis.

¶Præterea. Omne qđ est ex nihilo, vertibile est in nihilum: quia finis debet respondere principio. Sed sicut dicit̃ Sap. 2. Ex nihilo nati sumus. Quod verũ est non solum quãtum ad corpus, sed etiam quãtum ad animam. Ergo, vt ibidem concluditur, post hoc erimus tanquam non fuerimus: etiam secundũ animam.

¶Præterea. Nulla res est sine propria operatione. Sed propria operatio animæ, quæ est intelligere cũ phantasmate: nõ potest esse sine corpore. Nihil enim sine phantasmate intelligit anima. phantasma autem non est sine corpore, vt dicitur in lib. de anima. Ergo anima non potest remanere destructo corpore.

¶SED CONTRA est quod Dio. dicit 4. c. de di. no. ꝙ animæ humanæ habent ex bonitate diuina, ꝙ sint intellectuales: & ꝙ habeant substãtialem vitam incõsumptibilem.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima humana sit forma per se subsistens, expers omnis contrarietatis, non est corruptibilis per se, nec per accidens.*

¶RESPONDEO dicẽdũ ꝙ necesse est dicere animam humanam, quã dicimus intellectiuum principiũ, esse incorruptibilem. Dupliciter enim aliqd corrumpitur. Vno modo per se, alio modo per accñs. Impossibile est autẽ aliquid subsistens gñari, aut corrumpi per accñs, i. aliquo generato vel corrupto. Sic enim competit alicui generari & corrũpi, sicut & esse, qđ per gñationem acquiritur, & per corruptionem amittitur. Vnde quod per se habet esse, non potest generari vel corrũpi nisi per se. Quæ vero non subsistunt vt accñia & formæ materiales, dñr fieri & corrũpi per generationẽ cõpositorũ[e]. Ostensum est aũt supra[e], ꝙ animæ brutorum nõ sunt per se subsistentes, sed sola anima humana. Vnde aĩæ brutorũ corrumpuntur corruptis corporibus: anima autẽ humana non posset corrũpi, nisi ꝑ se corrumperetur. Quod quidẽ oĩno est impossibile non solum de ipsa, sed de quolibet subsistente: quod est forma tm̃. Manifestũ est enim, ꝙ id, quod secundum se cõuenit alicui, est inseparabile ab ipso. Esse autem per se conuenit formæ, quæ est actus[e]. Vnde materia secundum hoc acquirit esse in actu, ꝙ acquirit formam: secundum hoc autẽ accidit in ea corruptio: ꝙ separatur forma ab ea. Impossibile est autem quòd forma separetur à seipsa. Vnde impossibile est, quòd forma subsistens desinat esse. Dato etiam, quòd anima esset ex materia & forma composita, vt quidã dicunt, adhuc oporteret ponere eam incorruptibilem. Non enim inuenitur corruptio nisi vbi inuenitur contrarietas. Generationes eñ & corruptiones ex contrariis & in contraria sunt. Vnde corpora cælestia, quia non ha-

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæquintæ articulum sextum.*

Cõment. Titulus clarus est.

¶In corpore vnam ponit conclusionem responsiuam, quam probat primo à priori simpliciter, secundo dato quòd esset composita ex materia & forma. tertio à signo.

¶Quo ad primum conclusio est. Aĩa humana est incorruptibilis. Probatur sic: Nulla forma subsistens est corruptibilis per accidens, nec per se. Anima intellectiua est forma subsistens. ergo nec per accidens, nec per se potest corrũpi. ergo est incorruptibilis. Ista vltima consequentia patet: quia omne quod corrũpitur, aut ꝑ se aut per accñs corrũpitur. Minor est probata in artic. 2. Maior habet duas partes. Et primo ꝓbatur prima sic. Forma subsistens habet esse per se: ergo nec gñatur, nec corrũpitur per accidens. probatur sequela: quia vnũquodq; eo mõ quo habet esse, habet gñari & corrũpi: quia generatio dat esse, & corruptio aufert. Secundo probat̃ secunda: quia omne per se corruptibile habet esse separabile ab aliquo eius. Sed forma subsistens tm̃ non est huiusmodi. ergo, minor ꝓbat̃ qa nec esse est separabile à forma: quia per se ei conuenit, quod probat̃: quia materia intantũ habet esse inquantum habet formam, & perdit esse inquãtum formã, & similiter compositũ. Nec forma potest à seipsa separari. Altero enim horũ modorũ separationẽ fieri oportet, s. aut separando, esse aut formam, aut vtrunq; ab aliquo in corruptione. Maior vero, manifestatur in corruptione cõpositi: & facile patet: quia alioquin esset annihilatio.

Quæstio. ¶*Num & quomodo anima conueniat esse per se.*

¶Contra probationem primæ partis maioris Sco. in 4. di. 43. q. 2. arguit sic. Quũ dicis, Anima humana habet esse per se: aut sumis ly per se, vt distinguitur contra inesse accidentis. Et tunc nihil valet argumentum: quia etiam forma ignis habet sic esse per se. Aut vt ly per se dicit modum essendi compositi seu suppositi. Et sic falsum assumitur: quia illud esse incommunicabile est. Aut accipis ꝙ ly per se non solum vt distinguitur contra inesse accidentis, sed vt dicit naturalem independentiam illius esse à corpore. Et tunc est propositio credita, & non probata sufficienter.

Quæstio. ¶*Num corruptio fiat per separationem alterius ab altero.*

¶Contra secundam probationem ibidem arguit Sco. negando ꝙ omnis corruptio fiat per separationem alterius ab altero. Quia esse angeli, si ponatur aliquid aliud ab essentia, est destructibile per successionem oppositi: & tamen non est separabile. ergo. ¶Ad argumentum contra primam dicitur breuiter, ꝙ tertio modo sumitur per se. Et propositio illa est probata sufficienter in 2. art. ex operandi modo. ¶Ad instantiam contra secundũ patet, ꝙ instantia Scoti nulla est, qa de annihilatione instat: nos autẽ de corruptione loquimur. Imò instantia est pro nobis, s. quòd forma subsistens aut annihilatur, aut est, nec potest corrumpi.

Cõment. ¶Quo ad secundum probatur sic, Omnis corruptio est cum contrarietate. Sed in anima intellectiua nulla est contrarietas. ergo. Maior probatur dupliciter, Primo, quia generationes & corruptiones sunt ex contrariis & in contraria. 5. physi. Secundo, quia in corporibus cælestibus hoc videmus. Minor probatur sic. recepta in anima sunt absq; cõtrarietate. ergo & ipsa anima. Antecedẽs ꝓbatur, quia etiã rationes contrariorũ in aĩa nõ sunt cõtrariæ. probatur, qa vna vtriusq; scientia est consequẽtia probatur, quia vnũquodq; recipit secundũ modũ sui esse.

Quæstio. ¶*Num in anima aliqua sit contrarietas.*

¶Circa hanc partem occurrit dubium: quia non videtur verũ quòd in anima nulla sit contrarietas. Primo, quia in anima recipiuntur opiniones contrariæ: vt patet in 2. Periherme. Et rursus, animæ immutatio de ignorantia prauæ dispositionis in scientiam est mutatio de cõtrario in contrarium. Secũdo, qa aut intẽ dis ꝙ anima intellectiua secundum suam substantiam caret contrario: aut etiã secundum accidentia sibi propria. Si primo modo: hoc est cõmune omni substantiæ. Si secundo, hoc est manifeste falsum: quia dispositiones conseruantes animam intellectiuam, contrarias habent, vt patet: alioquin homo nunquam moreretur.

¶Ad primum horum dicitur, quòd opiniones & vniuersaliter entia in anima dupliciter sumi possunt: vt Auer. dicit 3. de anima. cõ. 5. s. vt entia quædam sunt scilicet ex parte subiecti: & vt vera vel falsa sunt, id est obiectiue. Primo modo in eis non est contrarietas, sed secundo. Quod ex eo patet, quòd contrarietas & error non accidunt nisi ratione veri aut falsi. Veritas autem & falsitas non inueniuntur in anima ex parte subiecti: sed obiecti: quoniam, vt in prædicamentis dicitur, ab eo quòd res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Sunt igitur ea, quæ in anima recipiuntur, & contraria in ordine ad obiecta: & absque contrarietate in ordine ad subiectum. Et sic quum anima mutatur de errore in scientiam, mutatur de contrario in contrarium obiectiue non subiectiue. Cuius signum euidens est, ꝙ eadem propositio subiectiue est successiue vera & falsa absque sui mutatione: vt in prædicamentis dicitur. Et hoc sufficit proposito: vbi recepta in anima ex parte animæ consideramus, & eius naturam inuestigamus.

¶Ad secundum vero dicitur, quòd aliud est loqui de dispositionibus animæ intellectiuæ absolutè, & aliud de dispositionibus vnionis eius ad corpus nostrum. Istæ habent cõtrarium: in illis impossibilis est contrarietas: quia aut nullæ sunt, si sit per se subsistens absq; corpore, aut immobiles sunt, vt corporũ cælestium, si sint composita ex materia & forma. Et de istis loquitur Sanctus Thom. quoniam discutit quid animæ intellectiuæ ex eo quòd intellectiua est, conueniret si esset composita ex materia & forma.

Cõment. ¶Quo ad tertium probat sic: habens intellectum, naturaliter desiderat esse semper. ergo intellectus est incorruptibilis, consequentia nota, quia desiderium naturale non potest esse frustra. Antecedens probatur sic, apprehendens esse absolute, & secundum omne tempus appetit naturaliter esse semper, intellectus est huiusmodi. Probatur assumptum: quia appetitus sequitur cognitionem proportionaliter.

Quæstio. ¶*Num ex naturali animæ desiderio immortalitatis inferri possit illius immortalitas.*

¶Circa hanc partem dubium occurrit duplex. Primo ex Scoto vbi supra, volente quòd ex desiderio naturali non possit certificari immortalitas animæ tali ratione. Desiderium naturale ad semper esse, aut supponit animam posse semper esse, aut apprehensionem mouentem esse rectam: sed vtrunque horum est æque ignotum aut magis. ergo. Antecedens patet, quia desiderium naturale potest dici dupliciter, vel de inclinatione naturali, & tunc coincidit cum potentia naturali, aut de actu elicito conformi naturæ: & tunc oportet ostendere hunc actum esse conformem naturæ: aut per potentiam naturæ, & reddit primum: aut per rectitudinem cognitionis repræsentantis tale appetibile, quòd erat secundum.

Quæstio. ¶*Num ex eo quò intellectus apprehendit esse semper sequatur in tali natura desiderium talis esse.*

¶Secundo dubitatur & difficilius circa medium sancti Thomæ: quia scilicet intellectus apprehendit esse semper. Videtur enim ex hoc nullo modo sequi intenta conclusio. Esse enim semper dupliciter contingit, scilicet positiue, vt in Deo: & negatiue, vt in vniuersali. Aut ergo intendit positiue: & tunc aut esse proprium, aut alienũ, aut aliquod in communi. Nullo autem istorũ modorum infert naturale desiderium talis apprehensi. Ex hoc nanque quòd apprehẽdimus esse proprium sempiternum speculatiuæ, nihil sequitur. Practice autem falsa est apprehensio respectu totius compositi. Respectu autem animæ solius hoc non experimur: nec scimus eam esse rectam, nec naturaliter inesse. sed probandum hoc esset. Ex eo vero quòd apprehendimus esse alterius, puta Dei sempiternum, non sequitur, ergo volumus esse semper. Ex eo quoque quòd apprehendimus aliquod esse, esse sempiternum: nec etiam sequitur, ergo volumus esse semper, nisi velleitate quadam qua omnes vellemus perfectiones etiam impossibiles, vt volare, &c. Aut intendit negatiue: & tunc idem est esse semper, & esse in vniuersali. Et antecedens quidem est verissimum: quia naturaliter appetimus esse semper: sed ex hoc nihil aliud sequitur, nisi quòd naturaliter appetimus esse in vniuersali & in communi, & non solùm hic & nũc: quod gratis conceditur. Sed ex hoc

bent materiam contrarietati subiectam, incorruptibilia sunt[c]. in anima autem intellectiua non potest esse aliqua contrarietas. Recipit enim secundum modũ sui esse. Ea vero, quæ in ipsa recipiuntur, sunt absq; contrarietate, quia etiam rationes cõtrariorũ in intellectu nõ sunt cõtrariæ, sed est vna sciã cõtrariorum. Impossibile est ergo ꝙ aĩa intellectiua sit corruptibilis. Põt etiam huius rei accipi signũ ex hoc, ꝙ vnunquodq; naturaliter suo modo esse desiderat. Desiderium aũt in rebus cognoscentibus sequitur cognitionem. Sensus autem non cognoscit esse nisi sub hic & nunc: sed intellectus apprehendit esse absolute, & secundum omne tempus[c]. Vnde omne habens intellectum naturaliter desiderat esse semper[c]. Naturale autem desiderium non potest esse mane[c]. Omnis igitur intellectualis substantia est incorruptibilis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Salomon inducit rationem illã ex persona insipientium, vt exprimitur Sap. 2. Quòd ergo dicitur ꝙ homo & alia animalia habent simile generationis principium[c]: verum est quãtum ad corpus, similiter enim de terra facta sunt omnia animalia: non autem quantum ad animam. Nam anima brutorum producitur ex virtute aliqua corporea, anima vero humana à Deo. Et ad hoc significandum dicitur Gen. 1. quantũ ad alia animalia. Producat terra animã viuentẽ. Quantũ vero ad hominẽ dicitur, ꝙ inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vitæ. Et ideo concluditur Eccl. vlt. Reuertatur puluis in terrã suam vnde erat & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Similiter processus vitæ est similis quãtũ ad corpus. Ad quod pertinet, quod dicitur in Eccl. Similiter spirant omnia. & Sap. 2. Fumus & flatus est in naribus nostris, &c. Sed non est similis processus quantũ ad animam: quia homo intelligit, non autem animalia bruta. Vnde falsum est quod dicitur, Nihil habet homo iumento amplius. Et ideo similis est interitus, quantum ad corpus: sed non quantum ad animam.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ sicut posse creari dicitur aliquid non per potentiã passiuã, sed solum per potẽtiam actiuã creãtis, qui ex nihilo potest aliqd pducere. ita cum dicitur aliquid vertibile in nihil, non importatur in creatura potentia ad non esse, sed in creatore potentia ad hoc quòd esse non influat[c]. Dicitur autem aliquid corruptibile per hoc quòd inest ei potentia ad non esse.

¶Ad tertium dicendum ꝙ intelligere cum phantasmate est propria operatio animæ secundũ qđ corpori est vnita. Separata autem à corpore habebit alium modum intelligendi similem aliis substantiis à corpore separatis: vt infra melius patebit[c].

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum anima & Angelus sint vnius speciei.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima & angelus sint vnius speciei. Vnunquodque enim ordinatur ad proprium finem per naturam suæ speciei, per quam habet inclinationem ad finem. Sed idem est finis animæ & angeli, scilicet beatitudo æterna. Ergo sunt vnius speciei.

¶Præterea, Vltima differentia specifica est nobilissima: quia complet rationem speciei. Sed nihil est nobilius in angelo & anima, quàm intellectuale esse. Ergo conueniunt anima & angelus in vltima differentia specifica. Ergo sunt vnius speciei.

¶Præterea, Anima ab angelo differre non videtur nisi per hoc ꝙ est corpori vnita. Corpus autem cum sit extra essentiam animæ, non videtur ad eius speciem pertinere. Ergo anima & angelus sunt vnius speciei.

SED CONTRA, Quorum sunt diuersæ operationes naturales, ipsa differunt specie. Sed animæ & angeli sunt diuersæ operationes naturales, quia vt dicit Dio. 7. ca. de di. no. mentes angelicæ simplices & beatos intellectus habent, non de visibilibus congregantes diuinam cognitionem. Cuius contrarium postmodum de anima dicit. Anima igitur & angelus non sunt vnius speciei.

CONCLVSIO.

¶*Anima & angelus non sunt eiusdem speciei, sed diuersarum.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ Origenes posuit omnes animas humanas & angelos esse vnius speciei. Et hoc ideo, quia posuit diuersitatem gradus in huiusmodi substantiis inuentam accidentalem, vtpote ex libero arb. prouenientem, vt suprà dictum est[e]. Quod non potest esse. Quia in substantiis incorporeis non potest esse diuersitas secundum numerum absq; diuersitate secundum speciem, & absque naturali inæqualitate. Quia cum non sint cõpositæ ex materia & forma, sed sint formæ subsistentes: manifestũ est ꝙ necesse erit in eis esse diuersitatem in specie[c]. Non enĩ põt intelligi ꝙ aliqua forma separata sit nisi vna vnius speciei. Sicut si esset albedo separata, nõ posset esse nisi vna tãtum. Hæc enim albedo non differt ab illa nisi per hoc, quòd est huius vel illius[c]. Diuersitas aũt secũdum speciem, semper habet diuersitatem naturalem concomitantem. Sicut in speciebus colorum vnus est perfectior altero. Et similiter in aliis. Et hoc ideo: quia differentiæ diuidentes genus sunt contrariæ. Contraria autem se habent secundum perfectum & imperfectum: quia principium contrarietatis est priuatio & habitus, vt dicitur in 10. meta. Idem etiam sequeretur, si huiusmodi substantiæ essent compositæ ex materia & forma. Si enim materia huius distinguitur à materia illius necesse est ꝙ vel forma sit principium distinctionis materiæ: vt scilicet materiæ sint diuersæ propter habitudinem ad diuersas formas: & tunc sequitur adhuc diuersitas secundum speciem & inæqualitas naturalis, vel materia erit principium distinctionis formarum. Nec potest dici materia hæc alia ab illa nisi secundum distinctionem quantitatiuam: quæ nõ habet locum in substantiis incorporeis cuiusmodi sunt angelus & anima. Vnde non potest esse quòd angelus & anima sint vnius speciei. Quomodo aũt sint plures aĩæ vnius spẽi, infrà ostendet[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de fine proximo & naturali. Beatitudo autem æterna est finis vltimus & supernaturalis.

¶Ad secundum dicẽdũ ꝙ differentia specifica vltima est nobilissima, inquantum est maxima determinata[e], per modum, quo actus est nobilior potentia. Sic autem intellectuale nõ est nobilissimum: quia est indeterminatum & commune ad multos intellectualitatis gradus: sicut sensibile ad multos gradus in esse sensibili. Vnde sicut non omnia sensibilia sunt vnius speciei, ita nec omnia intellectualia.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ corpus non est de essentia aĩæ, sed anima ex natura suæ essentiæ habet ꝙ sit corpori vnibilis[c]. Vnde nec proprie anima est in specie, sed compositum. Et hoc ipsum ꝙ anima quodammodo indiget corpore ad suam operationem, ostendit, ꝙ anima tenet inferiorem gradum intellectualitatis[c], quàm angelus, cui corpori non vnitur.

non sequitur, ergo appetimus esse semper: imò est fallacia amphibologiæ: quia quæstio est de naturaliter appetere esse semper, ita quòd ly semper, est pars obiecti appetiti, id est, quòd appetatur hoc totum esse semper. Ista vero ratio loquitur de esse semper: vt ly semper est conditio sine qua res appetita, scilicet esse non repræsentatur & appetitur. Vnde esse semper in quæstione idem est qđ esse sempiternum. In ratione vero æquiualet huic
338 quod dico, esse sempi-
44 terno modo oblatum: quia vniuersaliter. Et rursus quæstio est de esse semper positiue: & ratio militat de esse semper negatiue.
¶Ad has obiectiones præpostero ordine dicendum est cum Dei adiutorio; præmittendo quòd in proposito est sermo de desiderio naturali pro actu elicito: quia de sequente co-
265 gnitionem, vt patet in litera, & diffusius in 2.
412 c contra genti. cap. 55.
55. Nec est sermo de desiderio naturali nostro, id est totius compositi, sed animæ intellectiuæ. Nec est sermo de esse nostro, sed de esse animæ. non curando vtrum animæ & nostri sit vnum
50 aut diuersum esse. Ita
954 a ꝙ intentio S. Tho. est ex
353 eo quòd in natura intel-
c lectiua est naturaliter inditum, vt optet esse semper, inferre à posteriori eius incorruptibilitatem. Quòd autem talis appetitus illi insit, non ex eo quòd statim oblata optatur sempiternitas probauit: quoniam velleitatem tantum hoc infert, vt patet in nobis: quos quum constet mortales esse, propositam tamen immortalitatem concupiscimus. Sed ex eo probauit quòd intellectus apprehendit esse semper: & intendit non de esse proprio aut alieno, sed simpliciter & absolute de esse. Sempiternitate autem iudicio meo vtitur etiam in cõmuni: siue positiua siue negatiua non curando, & hoc extendendo sicut in rei veritate ex-
c tenditur hoc signum ad totam naturam intelle-
265 ctualem. Et quoniam de
510 sempiternitate negatiue in nostra anima hoc experimur, ex illa nobis dilucidandum est intentum. hoc enim manifestato de reliqua erit planum. Sciendum est igitur. quòd quia appetitus sequitur cognitionem,
443 & res appetita est bonum apprehensum. ex hoc ꝙ cognitio non se extendit ad bonum nisi in hoc & vt nunc: necesse est quòd appetitus sequens talem cognitionem non feratur nisi ad hoc, & hic. & nunc bonum. Et consequenter ex eo ꝙ cognitio se extendit ad bonum non in hoc aut illo, non hic aut ibi, non nunc aut tunc, sed ad bonum absolute, abstrahendo ad omnibus temporis loci indiuidualibus conditionibus; appetitus quoq; talẽ cognitionẽ sequẽs fert̃ in bonũ absolute abstrahendo ab his. Et propter hoc voluntas est vniuersaliũ, sicut & intellectus. Vnde & in secundo Rhetoricorum dicitur ꝙ odio habemus genus latronũ. Ex hoc autem ꝙ voluntas seu appetitus intellectualis habet hoc inditum, vt feratur in bonum absolute, sequitur intẽtum: quia quum naturaliter appetat esse, & non secundum aliquam certam differentiã tẽporis. ergo sempiternũ. Quòd aũt naturaliter appetat esse actu elicito, probat S. Th. hic: quia vnũquodq; secundũ vnũqueq; gradum naturaliter appetit esse: ergo intellectuale, vt sic: & consequenter actu elicito, alioquin non intellectualiter tenderet. Et in secundo contra Gent. affert signum manifestũ & irrefragabile: quia videmus ꝙ animalia naturaliter secundum modum suæ cognitionis, per illam conseruant sibi esse, & pugnant pro illo. hoc enim non fit nisi medio actu elicito appetitus. Quòd vero non secũdũ aliquã certam differentiã tẽporis, patet: quia appetitur absolute abstrahendo à temporis differentia, Abstrahi autẽ à differentia temporũ dico: non solum vt conditione obiecti, sine qua non sed etiam vt parte rei appetitæ: quia esse absolutẽ, non vt nũc, nec tanto tẽpore appetitur. Consequentia vero fundatur super illa maxima ostensa in primo cæli, tex. 116. &c. ꝙ omnis potentia naturalis est determinata ad maximum & minimũ: ita ꝙ impossibile est ꝙ aliquid habeat naturalẽ inclinationẽ ad agendũ, aut essendũ vage, sed oportet ꝙ determinetur vel tñ tps, vel semp, vel nũquam. Ex hoc enim aperte sequitur, ꝙ si appetitus naturalis est ad esse, & nõ secundum aliquã differẽtiã temporis, ergo ad esse semper. Quod probatur etiã ducendo ad impossibile: quia si appetitus naturalis est ad esse vage, ergo potentia naturalis illius naturæ est etiam ad esse vage. ergo posse esse illius naturæ non est determinatum ad maximũ & minimum tps: qđ est contra doctrinam primi de cælo. & contra rationẽ, quia omnis natura aut est corruptibilis, aut incorruptibilis. Si incorruptibilis, habet virtutem determinatam ad semper esse: vt patet primo cæli, tex. 1. Si corruptibilis, ergo principia eius habent limitatã virtutẽ ad conseruandum tanto tempore: ita ꝙ non maiore, ꝑ se loquendo. Vnde & in secundo de generatione æquale ponitur tempus generationis & corruptionis rerum: & periodus vnicuique assignatur corruptibili. Et sic patet mira S. Thom. subtilitas in suo medio. quod quia non penetrauit Sco. ideo ad extranea se conuertit. Vnde ad obiectionem eius iam patet dicẽdum: quia arguendo ex desiderio naturali pro actu elicito, non oportet probare ꝙ apprehensio huius appetibilis esse semper sit recta, sed huius appetibilis quod est esse absolute sumendo, quod est per se notum. Ex hoc enim sequit̃, ergo appetitur esse semper positiue: vt in quæstione ponitur, & vt pars appetibilis. Et in hoc fuit mira profunditas: ꝙ ex apprehendere & appetere esse semper negatiue, & ly semper concurrente vt conditione sine qua non, conclusum est appetere esse semper positiue: & vt partem seu conditionẽ rei appetitæ nulla fallacia incidente. ¶In rñsione ad tertium. esset difficultas, quæ in primo de anima, text. 12. & 13. tractata est, de propria operatione animæ.

Margin: 368 2. d. 3. q. 1. art. 6. & dist. 17. q. 3. artic. 1. Et 2. contra c. 94. & 93. & Et li. 4. capit. 31. Et de anima art. 7. — 150 — 264 — 234 — Comment.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæ quintæ Art. septimum.*

Titulus clarus speciei specialissimæ.
¶In corpore articuli tria. Primo refert opinionem Origenis. Secundo improbat respondendo quæsito. Tertio respondet tacitæ obiectioni, in calce. Comment.
¶Quo ad primum duo refert, positionem Origenis, scilicet partem affirmatiuam quæstionis, & eius rationem: quia scilicet inæqualitatem posuit ex libertate arbitrij proprij, vt patet superius quæst. 47.
¶Quo ad secundum conclusio responsiua est hæc, Angelus & anima sunt diuersarum specierum & naturaliter inæquales. probatur sic, Substantiæ incorporeæ aut ponuntur formæ subsistentes, aut compositæ ex materia & forma. Sed vtroque modo non possunt esse duæ eiusdem speciei, & naturaliter æquales. ergo. Maior patet. minor probatur tali ordine. Primo dato quòd sint formæ subsistentes, quo ad primam partem prædicati: scilicet diuersitatem speciei. quia forma separata à materia non multiplicatur, quod declaratur in albedine separata: & quo ad inæqualitatem naturæ, quia diuersitas speciei parit inæqualitatem secundum perfectum & imperfectum: quia differentiæ diuidentes idem genus, sunt contrariæ, cuius principium est priuatio & habitus. Secundo, dato quòd sint compositæ ex materia & forma: quia aut diuersitas nascitur ex forma aut materia. Si ex forma, ergo specifica & inæqualis. Si ex materia, ergo ex quantitate, quæ in corporeis non est intelligibilis: ergo.
¶Quo ad tertium, quia ex his videtur vniuersaliter conclusum quòd nullæ duæ substantiæ incorporeæ differunt solo numero: ideo statim de numeratione animarũ promittit se dictur ũ.
¶Hoc in loco discutiendæ essent propositiones istæ communes in via Sancti Thomæ & peripatetica, nisi essent superius discussæ.
a b ¶In responsione ad secundum, nota ꝙ in qõ. 50. ar. 4. ad primum, ha-
370 betur eadem responsio per hanc declarata.
¶In responsione ad tertium, aduerte ꝙ Sco. in 2. dist. 1. qõ. 6. non impugnat, ꝙ differentia secundum esse vnibile vel non
a vnibile materiæ infert
264 diuersitatem specificam: sed quòd ista sit prima radix distinctionis specificæ: quòd S. Tho. non dicit ideo non oportet respondere. Sed esset hic alia difficultas: quomodo vnibilitas est de essentia aĩe, vt S. Thomas
f hic dicit. de hoc vide
369 quæ scripta sunt in con-
266 mentariis de ente & essentia, in materia de indiuiduatione animæ separatæ: & in q. de inhærentia accidentis.
611 ¶Quo ad alia quæ di-
268 cit Sco. hic, vide q. specialẽ, quomodo angelus & anima differunt spẽ.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA SEXTA DE VNIONE ANIMÆ AD CORPUS, IN OCTO ARTICULOS DIUISA.

DEINDE considerandum est de vnione animæ ad corpus. ¶Et circa hoc quæruntur octo. ¶Primo, vtrũ intellectiuũ principium vniat̃ corpori vt forma. ¶Secundo, vtrum intellectiuum principiũ numero multiplicetur secundum multiplicationẽ corporum, vel sit vnus intellectus omnium hominum. ¶Tertio, vtrũ in corpore, cuius forma est principium intellectiuũ, sit aliqua alia anima. ¶Quarto, vtrum sit in eo aliqua alia forma substantialis. ¶Quinto, quale debeat esse corpus, cuius intellectiuum principiũ est forma. ¶Sexto, vtrũ tali corpori vniatur mediante aliquo alio corpore. ¶Septimo, vtrum mediante aliquo accidente. ¶Octauo, vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum intellectiuum principium vniatur corpori vt forma.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd intellectiuum principium non vniatur corpori vt forma. Dicit enim Philosophus in 3. de anima, quòd intellectus est separatus, & ꝙ nullius corporis est actus. Non ergo vnitur corpori vt forma.

¶Præterea, Omnis forma determinatur secundũ naturã materiæ cuius est forma. Alioquin non requiritur proportio inter materiam & formam. Si ergo intellectus vniretur corpori vt forma: cum omne corpus habeat determinatã naturã, sequeretur quòd intellectus haberet determinatam naturam: & sic non esset oĩm cognoscitiuus: vt ex superioribus patet[c]. Quod est contra rõnẽ intellectus. Nõ ergo intellectus vnitur corpori vt forma.

¶Præterea, Quæcunque potentia receptiua est actus alicuius corporis, recipit formã materialiter & indiuidualiter[c]: quia receptum est in recipiente secundum modum recipientis. Sed forma rei intellectæ non recipitur in intellectu naturaliter & indiuidualiter: sed magis immaterialiter & vniuersaliter. Alioquin intellectus non esset cognoscitiuus immaterialiũ & vlĩũ sed singulariũ tñ: sicut et sensus. Intellectus ergo nõ vnit̃ corpori vt forma.

¶Præterea, Eiusdẽ est potentia & actio. Idem enim est quod potest agere, & quod agit. Sed actio intellectualis non est alicuius corporis: vt ex superioribus patet[e]. Ergo nec potentia intellectiua est alicuius corporis potentia. Sed virtus siue potentia non potest esse abstractior vel simplicior quàm essentia à qua virtus vel potentia deriuatur. Ergo nec substantia intellectus est corporis forma.

¶Præterea, Id qđ per se habet esse, non vnitur corpori vt forma, quia forma est quo aliquid est: & sic ipsum esse formæ non est ipsius formæ secundum se. Sed intellectiuũ principium habet secũdum se esse, & est subsistẽs, vt suprà dictũ est[e]. Nõ ergo vnitur corpori vt forma.

¶Præterea, Id quod inest alicui rei secũdũ se, semper inest ei. Sed formæ secundum se inest vniri materiæ. Nõ enim per accidẽs aliquod, sed per essentiam suam est actus materiæ. Alioquin ex materia & forma nõ fieret vnum substantialiter sed accidentaliter. Forma ergo non potest esse sine propria materia. Sed intellectiuum principium, cũ sit incorruptibile, vt suprà ostensum est[e], remanet corpori non vnitũ corpore corrupto. Ergo intellectiuum principium non vnitur corpori vt forma.

¶SED CONTRA, Secundum Philosophum in 8. meta. differentia sumitur à forma rei. Sed differentia constitutiua hominis est rationale: quod dicitur de homine ratione intellectiui principij. intellectiuum ergo principium est forma hominis.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima intellectiua sit qua primo homo & hic hõ intelligit, necesse est ipsam esse corporis formam.*

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ necesse est dicere ꝙ intellectus, qui est intellectualis operationis principium, sit humani corporis forma[c]. Illud enim, quo primo aliquid operatur, est forma eius, cui operatio attribuitur. Sicut quo primo sanatur corpus, est sanitas: & quo primo scit anima, est scientiæ. Vnde sanitas est forma corporis, & scientia, animæ. Et huius ratio est: quia nihil agit, nisi secundum quod est actu. Vnde quo aliquid est actu, eo agit. Manifestum est autem, ꝙ primum, quo corpus viuit, est anima[c]. Et cum vita manifestetur secundum diuersas operationes in diuersis gradibus viuentium[c], id, quo primo operamur vnumquodq; horum operum vitæ, est anima. Anima enim est primum, quo nutrimur, & sentimus, & mouemur secundum locum: & similiter quo primo intelligimus. Hoc ergo principium, quo primo intelligimus, siue dicatur intellectus, siue anima intellectiua, est forma corporis. Et hæc est demonstratio Arist. in 2. de anima. Si quis autem velit dicere animam intellectiuam non esse corporis formam, oportet ꝙ inueniat modum quo ista actio, quæ est intelligere, sit huius hominis actio. Experitur enim vnusquisque seipsum esse, qui intelligit. Attribuitur autem aliqua actio alicui tripliciter: vt patet per Philosophum 5. physi. Dicitur enim mouere aliquid aut agere vel secundum se totum, sicut medicus sanat: aut secundum partem, sicut homo videt per oculum: aut per accidens, sicut dicitur, quòd album ædificat: quia accidit ædificatori esse album. Cum igitur dicimus Sortem, aut Platonem intelligere, manifestum est ꝙ non attribuitur ei per accidens. Attribuitur enim ei inquantum

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæ sextæ Articulum primum.*

Annot. In titulo ly forma. Ad rationem formæ substantialis, vt dicitur in secundo contra Gen. cap. 67. duo requiruntur. Primo quòd forma sit principium formale illius: cuius est forma: formale dico essendi substantiam. Secundo, ꝙ forma & materia conueniant in vno numero esse quo compositum ex eis est. Sed nota, quòd apud non admittentes materiæ & formæ esse vnum solũ esse, admittitur tamen, ꝙ vtrunq; in vno compositi esse conuenit. Auer. tamen cõtra quem disputamus, illas duas conditiones admittit: quia reuera ita est simpliciter.
Comment. ¶In corpore tria prin-
369 cipaliter facit. Primo re-
2. contra. spondet quæsito affir-
56. 68. matiue, probando eam
& 69. dupliciter. Secundo re-
70. et 71. spondet cuidam tacitæ
& quol. obiectioni ibi, conside-
12. ar. 10. randum est. Tertio re-
Et spiri- spondet cuidam alteri
tu. art. 2. quæstioni ibi, est autem
Et de a- attendendum.
nima art. ¶Quo ad primum con-
19. & o- clusio est, necesse est in-
pus. 3. ca. tellectiuũ principiũ esse
10. & hominis formã substan-
139 tialem. Sed quo ad pri-
363 mam probationem tali ordine procedit. Primo ponit rationem. Secundo tractat modos quibus aliqua operatio potest alicui attribui, vt ostendat & conuincat ad assentiendum præmissæ rõni Arist. Tertio affert opinionem Auerrois, & improbat. Quarto affert
366 quorundam aliorum opinionẽ, & ĩprobat quadrupliciter. & sic concluditur intentum propositum ex ratione primo inducta. & postmodum aggreditur secundam rationem principalem. Ratio ergo prima est ista. Quo primo ope-
363 ramur quocunque vitali
353 opere, est forma eius, cui
262 operatio attribuitur. sed intellectiua anima est quo primo Sortes intelligit: ergo est forma Sortis. Maior probatur inductiue in sanitate & scientia. minorem experimur. igitur. Et quoniã hæc ratio sumpta est ex
363 Aristo. in secundo de anima, text. 24. formaliter: & ibi diffuse de hoc scripsimus, examen huius rationis quæratur ibi. ¶Quo ad secundã partẽ ponit ex quinto physic. in principio tres modos clare. secundum totum, vel partem, vel accidens. Non secundum accidens: quia intelligit inquantum homo quod
367 est prædicatũ essentiale. Non secũdum se totum, quia corpus est pars Sortis. probatur, quia Sortes experitur se sentire corpore: ergo corpus est eius pars. ergo secundum partẽ: est igit̃ intellectus pars, seu aliquid Sortis. Et sic oportet videre quomodo possit saluari ꝙ intellectus sit aliquid Sortis. Et venitur ad tertiũ, scilicet positionem Auerrois in tertio de anima, cõmento quinto. Vbi nota, ꝙ
353 æquiuoce vtitur ly subiecti nomine: quoniam phantasma dicit subiectum speciei intelligibilis: id est obiectum quod vocatur subiectum quia est subiectum veritatis eorum: quoniam in ordine ad phantasmata vt ad obiecta sumi-
262 tur adæquatio specierum. Intellectus verò vocatur subiectum inhæsionis: quod vsu frequenti
355 dicimus subiectum. ¶Reprobatio huius consistit in hoc, ꝙ ista coniunctio largitur sorti vt intelligatur, non vt intelligat: & formatur ratio sic, Vnio speciei visibilis ad obiectum non sufficit ad quòd obiectum videat, sed vt videatur: ergo nec vnio speciei intelligibilis ad phantasmata dat phantasmati vt intelligat, sed vt intelligatur: tenet sequela ex doctrina Aristotel. 3. de anima tex. 3. intellectiuæ animæ phantasmata, &c.
Annot. ¶Sed occurrit hic dubium: quĩ vt sui sequaces dicunt: Auerr. non ponit ꝙ ex tali vnione præcise Sortes habet qđ intelligat. Sed vnio ista consistit primo quo ad esse. Primo, quia in-

est homo, quòd essentialiter prædicatur de ipso. Aut ergo oportet dicere, ꝙ Sortes intelligit secundum se totum, sicut Plato posuit, dicens hominem esse animam intellectiuam: aut oportet dicere, quòd intellectus sit aliqua pars Sortis. Et primum quidem stare non potest, vt suprà ostensum est[e], propter hoc quòd ipse idem homo est qui percipit se intelligere & sentire. Sentire autem non est sine corpore. Vnde oportet corpus aliquam esse hominis partem. Relinquitur ergo, quòd intellectus quo Sortes intelligit, est aliqua pars Sortis: ita ꝙ intellectus aliquo modo corpori Sortis vniatur. Hanc autem vnionem Commentator in 3. de anima dicit esse per speciem intelligibilem[e]. Quæ quidem habet duplex subiectum: vnum scilicet intellectum possibilem, & aliud ipsa phantasmata, quæ sunt in organis corporeis. Et sic per speciem intelligibilem continuatur intellectus possibilis corpori huius vel illius hominis. Sed ista continuatio vel vnio non sufficit ad hoc ꝙ actio intellectus sit actio Sortis. Et hoc patet per similitudinem in sensu ex quo Arist. procedit ad considerandum ea, quæ sunt intellectus. Sic enim se habent phantasmata ad intellectum, vt dicitur in 3. de anima, sicut colores ad visum. Sicut ergo species colorum sunt in visu, ita species phantasmatum sunt in intellectu possibili. Patet autem, ꝙ ex hoc ꝙ colores sunt in pariete, quorum similitudines sunt in visu, actio visus non attribuitur parieti. Non enim dicimus ꝙ paries videat, sed magis ꝙ videatur. Ex hoc ergo, ꝙ species phantasmatum sunt in intellectu possibili, non sequitur ꝙ Sortes, in quo sunt phantasmata intelligat: sed ꝙ ipse, vel eius phantasmata intelligantur. Quidam autem dicere voluerunt, ꝙ intellectus vnitur corpori vt motor[e], & sic ex intellectu & corpore fit vnum, vt actio intellectus toti attribui possit. Sed hoc est multipliciter vanum. Primo quidem, quia intellectus non mouet corpus nisi per appetitum, cuius motus præsupponit operationem intellectus[e]. Non ergo, quia mouetur Sortes ab intellectu, ideo intelligit: sed potius econuerso, quia intelligit, ideo ab intellectu mouetur Sortes. Secundo, quia cum Sortes sit quoddam indiuiduum in natura, cuius essentia est vna composita ex materia & forma: si intellectus non sit forma eius, sequitur ꝙ sit præter essentiam eius, & sic intellectus comparabitur ad totum Sortem, sicut motor ad motū. Intelligere autem est actio quiescens in agente, non autē trāsiens in alterum, sicut calefactio. Non ergo intelligere potest attribui Sorti propter hoc ꝙ est motus ab intellectu. Tertio, quia actio motoris nunquam attribuitur moto, nisi sicut instrumento, sicut actio carpentarij serræ. Si igitur intelligere attribuitur Sorti, quia est actio motoris eius: sequitur quòd attribuatur ei sicut instrumento. Quòd est contra Philosophum, qui vult quòd intelligere non sit per instrumentum corporeum. Quarto, quia licet actio partis attribuatur toti, vt actio oculi homini: nunquam tamen attribuitur alij parti, nisi forte per accidens. Non enim dicimus, quòd manus videat, propter hoc quòd oculus videt. Si ergo ex intellectu & Sorte fit vnum, actio intellectus non potest attribui Sorti. Si vero Sortes est totum quod componitur ex vnione intellectus ad reliqua, quæ sunt Sortis: & tamen intellectus non vnitur aliis, quæ sunt Sortis, nisi sicut motor: sequitur quòd Sortes non sit vnum simpliciter, & per consequens nec ens simpliciter. Sic enim aliquid est ens quomodo & vnum. Relinquitur ergo solus modus, quem Aristot. ponit, quòd hic homo intelligit, quia principium intellectiuum est forma ipsius. Sic ergo ex ipsa operatione intellectus apparet, quòd intellectiuum principium vnitur corpori, vt forma. Potest etiam idem manifestari ex ratione speciei humanæ. Natura enim vniuscuiusque rei ex eius operatione ostenditur[e]. Propria autem operatio hominis inquantum est homo, est intelligere. Per hanc enim omnia alia transcendit. Vnde & Arist. in lib. ethic. in hac operatione, sicut in propria hominis, vltimam felicitatem constituit. Oportet ergo, quòd homo secundum illud speciem sortiatur, quod est huius operationis principium. Sortitur

tellectus habet esse essentialiter coaptatum humano corpori sic, ꝙ coexigit esse corporis humani. Secundo, quia esse eius est indiuisum loco & subiecto à corpore humano, Deinde quoad operari: quia in sua essentiali operatione, quæ est intelligere, dependet à corporea phantasia eius tripliciter. Primo tanquā à motiuo proprio. Secundo tanquā à termino proprio. Tertio tanquā necessario cooperante: quia oportet phantasiā esse semper in actu secundo, quando intellectus est in actu secundo. Demum quo ad operari operatione secundaria, s. mouere: quia, s. se habet ad corpus humanum vt ad
365 proprium mobile essentialiter sibi respondens, vt intelligentia ad orbem. Et sic ex omnibus his concedunt, ꝙ anima intellectiua est forma Sortis per informationem assistentiæ, non inexistentiæ. Et sic dicunt, ꝙ Sortes intelligit quēadmodū cælum mouet se.

¶Sed de vnione quo
395 ad mouere, erit nunc sermo à S. Tho. & similiter de tali composito. Nunc autem scito, ꝙ vnio, quo ad operari primo & essentiali operari nihil facit quoniam illa triplex habitudo non dat Sorti nisi ꝙ videatur: & addit hoc, ꝙ actu phātasietur: quod constat nō esse intelligere. Quia si paries esset animatus, & aliqua vitali operatione circa visionem vteretur colore, quum videretur: nihil minus non propter hoc videret. Vnio vero secundū illam coexigentiā & coaptationem in esse nihil dat nisi ordinem essentialē & depēdentiam qualis est inter magis & minus perfectū. Non ꝙ esse vnius sit in aliquo genere causæ intrinsecæ causa esse alterius. Indiuisio quoque secundum locum & subiectū, quum
371 nō sit nisi negatiua, nec fundetur super aliquo cōi esse vtriusq;: vt con-
410 tingit in indiuisione aīæ sensitiuæ cum aīato, nihil dat nisi ꝙ nulla distantia situalis impedire possit vnionē intellectus cū phantasia. Vn̄ ex his omnibus pōt argui sic. Ex omnibus istis simul non habet, nisi ꝙ Sor. est proprius minister intellectus, & in quo est obiectū intellectus. ergo ex his Sor. non intelligit: oīa em̄ hæc faciunt ad hoc quòd illa operatio sit in Sorte vt in habente ipsam, qd̄ tñ oportet ponere: quia est intelligens, sicut album oportet habere in se albedinem. Quarto igitur ponit positionem Platonis & quorundam etiam Auerroistarum qui volūt saluare, dicendo ꝙ ex intellectu & homine fit vnum, sicut ex motore & moto: quemadmodum ex intelligentia & orbe, ita ꝙ Sortes intelligit sicut & cælum mouet se. Sed hanc responsionem S. Tho. quadrupl̄r euacuat, & primæ tres se tenent ex parte ipsius mouere & moueri, seu actualis operationis: ita ꝙ intendunt ꝙ penes vnionem secundū actualē motionem non pōt saluari, ꝙ Sortes intelligat. Primo ex ordine inter mouere & intelligere, sic intelligere est priusquam mouere: ergo per vnionem in motu Sortes non intelligit. Cōsequentia nota. Antecedens patet: quia motus animæ fit appetitu, qui est posterior cognitione. Secundo ex differentia operum penes immanere & transire: quia intelligere est operatio immanens, motus transiens ergo ex motu non attribuitur intelligere. Tertio ex differentia penes communicari instrumento, quia operatio motoris non communicatur moto nisi vt instrumento: sed intelligere non est sic communicabile, ergo. Vltima ratio se tenet ex parte ipsorum vnitorum, scilicet motoris & moti: quia diceret aduersarius, ꝙ non ex vnione penes motum habet Sortes, ꝙ intelligat, sed ex vnione, quæ fundat ꝙ hoc est intrinsecus motor, & illud motum: ex illa inquam habet Sortes quod intelligat. Sed illam vnionem dehoc quod scribimus & declaramus tanquam ab effectu per mouere & moueri. Et propterea additur illa quarta ratio euacuans hanc responsionem sic, Aut dico Sortes, significat tantum partē corpoream compositi ex motore & mobili: aut totum compositum. Si partem tantū, ergo sibi nō potest attribui intelligere. Probatur sequela: quia operatio partis non attribuitur alteri parti nisi forte per accidens, & dixit forte: quia etiā per accidens, non est in vsu. Si totū, ergo Sortes non est vnum simpl̄r. ergo nec ens simpl̄r. patet prima sequela: quia ex motore & mobili non fit vnū simpl̄r. scd̄a patet: qa vnūquodq; eo modo est ens quo vnum

¶Nota hic, ꝙ sectatores Auer. nescientes, neq; propriā vocē intelligētes, dicunt, ꝙ Sortes significat totū compositū: & dicūt, ꝙ est vnū simpl̄r, qa est vnū substantialiter: non per informationem, sed per assistentiā formæ. Sed ꝙ hic propriā nesciāt vocē ex rōne & Arist. conuincitur. Ex rōne: quia vnum idē est qd̄ indiuisum. 4. meta, tex. 3, Si sunt vnū substantial̄r, ergo sunt indiuisa substantial̄r, ergo quāuis vere anima & corpus sint duæ res, sunt indiuisæ substantialiter: ergo secundum aliquod esse substantiale: sicut indiuisa secūdū quantitatē, & qualitatē, & vbi, &c. semper sunt secundū aliquod esse illius generis nō distincta. anima aūt & corpus apud eum præueniendo omnem operationem in nullo esse indiuisa sunt. ergo.

¶Præterea, secundo de anima, tex. septimo Arist. ait, Non oportet quærere quomodo ex aīa & corpore fiat vnum, &c. Vnde habetur, ꝙ si substrahatur ꝙ in essendo hoc sit actus illius, & illud sit potentia illius, non habetur quomodo sit vnum. Sed apud eum neq; hoc est illius actus, &c. ergo. Neq; potest subterfugi ad actum per assistentiam; quia responsio Aristotelis consistit: quia actus est quod proprie est: & potentia non est nisi per actum, proculdubio formaliter, ideo vnum sunt. Nec oportet aliud quærere glutinum quòd de anima Auerrois negat: quia corpus Sortis non est potentia quę nō fit nisi per actum: quia non est anima intellectiua formaliter, nec in esse substantiali. nec in esse accidentali.

¶Ad id quòd de cælo dicunt dicenda sunt tria. Primo, ꝙ si cælum mouet se, est vere animatum. Secundo, ꝙ quia motus est operatio transiens, & actio principalis, attribuitur instrumento: ideo magis potest dici de motu quam intelligere. Tertio, ꝙ hoc est obscurum: quoniam hoc nescimus, an cælum se moueat: sed tamen experimur nos intelligere. vnde velle clara & certa per dubia & obscura notificare est inerudit, & egentis disciplina: quum magis cælum per nostra notificari debeat.

Comment. 265 ¶Secunda ratio principalis est ex ratione speciei sic, Intelligere est propria operatio hominis, vt sic: ergo homo constituitur in esse specifico per principium siue operationis, quæ est intelligere. ergo illud principium est propria forma dans esse homini. Secunda consequentia nota: quia vnumquodque constituitur in specie per propriam formam, differentia enim est intrinseca. Prima vero consequentia probatur: quia natura cuiusque rei ex propria operatione ostenditur. Antecedens vero probatur: quia per intelligere homo transcendit cætera animalia: & autoritate Arist. qui in primo Ethicorum in hac operatione propriam hominis felicitatem ponit.

Annot. ¶Ad hanc rationem dicunt quòd homo dupliciter sumitur, vno modo in esse completo, alio modo incomplete. Primo modo non est, per se in genere, aut specie, & dicit compositum ex anima intellectiua & corpore. Secundo modo sic, & reponitur in specie per animam cogitatiuam: vt dicit Auerrois. Sed secundum hoc sequitur primo, quòd nulla species est in mundo quæ sit animal rationale: quod est contra communem animi conceptionem, non solum philosophorum, sed omnium qui scripserunt. Patet sequela: quia rationale non constituit hominem intrinsece. Rursus sequitur ꝙ omnes species animalis sint animalia bruta essentialiter. & consequenter ꝙ ipse Auerrois, & sui sequaces sunt essentialiter animalia bruta, & ꝓpterea non est mirum si nihil intellexerunt de seipsis.

¶Contra eandem rationem Sco in 4. dist. 43. q. 2. instat dicens, quod ista ratio deficit apud nos: quia intelligere nō est ab anima apud nos. Sed intellectus concurrit mere passiue, & obiectū actiue. Et sic ex ista ratione non habetur intentum qa illa maxima propria oꝑatio quę est à propria forma, non iuuat ad ꝓpositum.

¶Ad hoc breuiter dicitur. primo quòd falsum est quòd intellectus concurrat pure passiue ad intelligere. Secundo dicitur, quòd intelligere quum sit operatio vitalis, manifeste est animæ, eo modo quo operatio est formæ efficientis ipsam. Vtrum autem actiue vel aliter, impertinens est: ideo sat est. Tertio dicitur quòd aliud est loqui de anima, quæ est primum principium intelligendi: & aliud est loqui de aliqua eius potentia. Constat enim quòd ab anima est intelligere. Sed vtrum mediante intellectu possibili actiue, hoc est impertinens. Stat enim quòd mediante forte alia virtute agat illam. vnde ratio stat solida, fundata super hoc ꝙ intelligere est propria operatio animæ eo modo, quo operatio dicitur esse formæ: quoniā semper æstimabitur, vt dicitur 3. physi. tex. 37. species aliqua operari.

¶Quo ad secundam partem corporis articuli: quia posset quispiam obiicere. Quomodo est possibile ꝙ intelligere & intellectus nullius corporis dicatur actus à philosophis: & tamen sit forma corporis dans illi esse, vt conclusisti? Idcirco huic obiectioni satisfacit graduando formas penes eleuationē suprà materiam, intantum

autem vnumquodque speciem per propriam formam. Relinquitur ergo, ꝙ intellectiuum principium sit propria hominis forma.

¶Sed considerandum est, ꝙ quanto forma est nobilior, tanto magis dominatur materiæ corporali: & minus ei immergitur, & magis sua operatione vel virtute excedit eam. Vnde videmus, ꝙ forma mixti corporis habet aliam operationem, quæ non causatur ex qualitatibus elementaribus. Et quanto magis proceditur in nobilitate formarum, tanto magis inuenitur virtus formæ materiam elementarem excedere[e]. Sicut anima vegetabilis plus quàm forma elemētaris: & anima sensibilis plus quam anima vegetabilis. Anima autem humana est vltima in nobilitate formarum. Vnde intantum sua virtute excedit materiam corporalem, quòd habet aliquam operationem & virtutem, in qua nullo modo cōmunicat materia corporalis[e]. Et hæc virtus dicitur intellectus.

¶Est autem attendendum, quòd si quis poneret animam componi ex materia & forma, nullo modo posset dicere animam esse formam corporis. Cum enim forma sit actus, materia vero sit ens in potentia tantum: nullo modo id, quod est ex materia & forma compositum, potest esse alterius forma secundum se totum. Si autem secundum aliquid sui sit forma, id, quod est forma, dicimus animam: & id, cuius est forma, dicimus primum animatum, vt suprà dictum est[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ sicut Philosophus dicit in secundo physic. vltima formarum naturalium, ad quam terminatur consideratio Philosophi naturalis, scilicet anima humana, est quidem separata[e], sed tamen in materia. Quod ex hoc probat: quia homo ex materia generat hominem, & sol. Separata quidem est secundum virtutem intellectiuam: quia virtus intellectiua non est virtus alicuius organi corporalis: sicut virtus visiua est actus oculi. Intelligere enim est actus, qui non potest exerceri per organum corporale[e], sicut exercetur visio. Sed in materia est inquantum ipsa anima, cuius est hæc virtus, est corporis forma: & terminus generationis humanæ. Sic ergo Philosophus dicit in 3. de anima, quòd intellectus est separatus: quia non est virtus alicuius organi corporalis.

¶Et per hoc patet responsio ad secundum & tertium. Sufficit enim ad hoc quòd homo possit intelligere omnia per intellectum: & ad hoc quòd intellectus intelligat omnia immaterialia & vniuersalia, quòd virtus intellectiua non est corporis actus.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ humana anima non est forma in materia corporali immersa, vel ab ea totaliter comprehēsa propter suam perfectionem. Et ideo nihil prohibet aliquam eius virtutem non esse corporis actum[e]: quamuis anima secundum suam essentiam sit corporis forma.

¶Ad quintum dicendum, quòd anima illud esse in quo subsistit communicat materiæ

intantum ꝙ ascendatur vsque ad formam ita excedentem materiam ꝙ habeat aliquam virtutem & operationem, in qua non communicat sibi omnino materia, & talis est anima intellectiua: quia est suprema omnium. Et declarat graduationem formarū in forma elementi mixti vegetabili, sensibili & intellectiua.

¶Circa hanc partem occurrit dubium, quia Sco. in quolibetis, quæstione 9. ad-
Annot. ducit hæc S. Tho. verba, & contra ea dupliciter arguit. Primo sic, Homo est homo per animam non nisi vt informat materiam: ergo non intelligit per eam nisi vt informat materiam. ergo non intelligit per eam vt supergreditur, id est non informat materiam, vt dicis. Antecedens patet ex 7. meta. quia compositum non est tale nisi per formam vnitam. Se-
80 cundo sic, Anima hu-
113 mana secundum supremum gradum suæ essentialis perfectionis informat materiam, & secundum eundem est principium intelligendi. ergo est principium intelligendi vt informat ma-
363 teriam, & nō vt excedit materiam. Antecedens
424 patet. Alioquin homo non esset supremum ens corporeum, nec proximum angelo in ordine specierum.

¶Ad euidentiam huius difficultatis primo declarandum est quid sit animam supergredi facultatem materiæ. deinde respondendum obiectis, formam excedere facultatem materię quo
366 ad ipsam facultatem seu potentiam materiæ, est non esse in potentia materiæ: ita ꝙ non est de numero seu genere earum, ad quas illius potentia se extendit, sed supra eas. Quo ad fieri, est non per transmutationem materiæ educi: sed de foris aduenire. Quo ad esse, est esse subsistentem seu independentem secundum esse à materia: ita ꝙ sic informet ꝙ non pendeat. Quo ad posse, est habere virtutem non receptam in corpore: sed in ipsa anima stantem. Quo ad operari, est operari absq; communicante corpore cum subiecto. Vnde animam intellectiuam excedere facultatem materiæ nihil aliud est, quàm ipsam esse tantæ perfectionis essentialiter ꝙ quamuis informet, subsistens tamen seu independens à materia est. Vel animā intellectiuam supergredi facultatem materiæ est eam esse talis generis ꝙ ex ratione sui generis: seu ex hoc ꝙ intellectiua est, nō habet ꝙ informet materiā: illā tñ informat subsistendo.

¶Ad rationes autem in oppositum dicitur, secūdum ea quæ de facto tenet S. T. ꝙ anima intellectiua secundum omnem sui gradum informat materiam: sed potentia intellectiua, nullius corporis est actus: nec per super excedere materiam tendit S. Tho. non informationem ipsius corporis ab anima, sed separationem virtutis intellectiuæ & intellectionis à corpore: & hanc tanquam effectum essentialis excessus ipsius animæ supra corpus, vt patet in textu. Vnde formaliter respondendo dicitur, ꝙ Sortes intelligit per animam intellectiuam & inquātum supergreditur materiam, & inquantum est vnita materiæ. Sed ly. inquantum in prima, notat rationem operandi: & in secunda conditionem rationis operandi. Anima enim secundum illum supremum gradum, ex quo habet subsistentiam independentem à materia & separationem ab ea negatiue, est ratio intelligendi Sorti. Sed non est illi ratio nisi habeat hanc conditionem, ꝙ sit illi vnita.

¶Vltimo in corpore articuli, quia superius ostendit conclusiones suas seq. siue anima ponatur forma subsistens, siue composita ex materia & forma: & nunc potuisset hoc idem hic quæri. Ideo ostendit, ꝙ si anima etiam est composita ex materia & forma, ꝙ impossibile est ipsam esse formam humani corporis: quia aut secundum se totam, aut secundum aliquid sui: non primo modo, quia implicat: nec secundo, quia sua materia esset primum animatum, ergo.

Annot. ¶In responsione ad primum nota, quòd quia præsens negotium arduum valde est: & debet si potest intenta conclusio saluari secundum omnem opinionem, quæ non euidenter est impossibilis vt solicitudo S. Tho. in superioribus ostendit, cum de distinctione intellectus ab anima scrupulosa valde quæstio sit. Thomistis tenentibus distingui ipsum realiter ab ea: Scotistis dicentibus ipsum esse idem realiter quod essentia animæ, sed distingui formaliter ab ea, quamuis de facto responsio ista, quam dat S. Thom: sustinenda sit: non videtur tamen mihi arctanda tanta res sub iugo istius alterius quæstionis. Sed dicendum potius, quòd quicquid sit de distinctione intellectus ab anima, anima intellectiua secundum essentiam est actus corporis: & secundum potentiam non est actus corporis, quia anima intellectiua inquantum potest intelligere, corpus perficit. Cuius signum est, quòd intelligere non suscipitur in corpore, eiusdem enim est actus cuius est potentia, vt dicitur de somno & vigilia. Et si insteur, quomodo est possibile, si anima idem est intellectui, quòd ipsa sit actus corporis, & non sit actus corporis? Facile respondetur, quòd ipsa quidem est actus corporis: sed ipsa inquantum intellectiua non est actus corporis, id est anima intellectiua identice non formaliter est actus corporis. Vel & melius: intellectius identice non formaliter est actus corporis: & hoc est dictum quòd secundum rem est res recepta in corpore: sed non habet ex hoc ꝙ sit in corpore, sed ex hoc habet ꝙ sit independens à corpore. Et si contra hoc instetur. Primo, quia sic animæ intellectiua nō differret ab aliis gradibus metaphysicalibus, de quibus vere dicitur, ꝙ formaliter non dependent à materia: & tamen quando sunt recepti in materia, sunt vere materiales: anima enim bouis inquantum substantia non habet ꝙ sit corporis actus, vt patet: & tamen non propterea potest vere dici, ꝙ substantia animæ bouis, non est actus corporis: ergo nec de anima intellectiua. Secundo, quia videmur incidere in id quod dicit Aristotel. in 1. de anima. te. 13. vel 14. ꝙ anima est sicut curuum aut sphæra: cui formaliter sumpto attribuitur aliquid, quum tamen nihil illius realiter inueniatur nisi in materia: sic enim secundum hoc fateremur de intellectu ex quo secundum rem in materia ponit, quāuis nō formaliter. Dicēdum est ad ista, ꝙ aīa intellectiua ex hoc quòd intellectiua est non hac tantum gaudet negatione, ꝙ ex hoc non habet ꝙ sit corporis actus: sed vēdicat sibi positiue hoc ꝙ habet secundū rē esse independens à corpore: & consequēter secūdū rem posse & operari absque dependentia ex corpore: quod neq; generibus, quod neq; gradibus metaphysicalibus, neq; mathematicalibus conuenit. Anima enim intellectiua & informat corpus, & inde pēdet secundū esse realiter à corpe: & operatur reali operatione absq; cōmunicatione corps: ita ꝙ operatio illa à sola, & in sola aīa est: quāuis ipsa aīa sit in corpore: & hoc qa ipsa aīa habet esse independens à corpore. Nihil ergo obstat veritati, attribuere, & ꝙ non sit actus corporis & indeterminationē ad naturā corpoream, & receptionem vniuersaliter excessiui essentialis aīæ intellectiuæ suprà corpus, id est subsistentiæ seu independentiæ eius secundum esse à corpore, quoniam secundum veritatem ista est radix: siue sit proximum fundamentum secundum rem, siue non: sed mediante potentia realiter à se distincta. Ex hoc enim quòd anima habet esse independens à corpore, sequitur, & quòd est forma non materialis, & consequenter non determinata ad aliquam naturam corpoream: & ꝙ potest recipere sola, & consequenter vniuersaliter. Nec hæc latuerunt diuum. Tho. imò ab ipso hæc didici: quoniam in quæstione præcedente probauit essentiam animæ: quā modo fatetur actum corporis esse formā incorporeā, subsistentē & vniuersalē in recipiendo à posteriori, qa, s. cognoscit naturas omniū corporū: neque enim de vno accidente, quod ponitur intellectus: sed de ipsa animæ substantia conditiones essentiales tradidit. Quamuis igitur vtatur quoque S. Tho. propria opinione de distōne intellectus ab anima: non tñ sic vti intelligendus est vt alligauerit hoc ad illam, imò ex sua insinuauit doctrina etiam sine illa reliqua posse intelligi: & hæc bene nota.

582 c (beside "gaudet negatione") · 363 (beside "dependentia ex corpore") · 376 (beside "terminationē ad naturā")

¶In eadem rñsione ad primū discutienda esset illa ꝓpositio: aīa intellectiua est finis gñationis humanę qa videt̄ falsa, & à multis negat̄: sed qm̄ ex ꝓposito tractabitur de productione animæ in qō. 118. huius: ideo illucusque res hæc differatur.

¶In responsione ad quartum, aduerte ꝙ S. Tho. respondet ad materiam: sed quia multi faciunt vim in forma: scito ꝙ responsio consistit in negatione minoris; scilicet intellectus est abstractior essentia animæ. Et ad probationem, scilicet intellectus non est actus corporis. essentia animæ est actus corporis: ergo intellectus est abstractior essentia. Dicitur quòd cōmittitur sophisma figuræ distinctionis, mutando, quomodo in magis, id est modum abstractionis in maiorem abstractionem. Quamuis enim intellectus habeat hunc modum abstractionis, scilicet non actuare corpus: & essentia animæ non habeat illum, essentia tamen animæ habet alium modum abstractionis quo magis abstrahit à corpore, scilicet subsistere in suo esse, seu habere esse substantiale non pendens à materia. Et hic modus est causa æquiuoca illius modi abstrahendi qui cōuenit intellectui & potior illo, sicut vniuersal̄r cā effectu & hoc est qd̄ S. Tho. intēdit, vt patet intuenti.

¶Num esse animæ intellectiuæ sit esse compositi. Quæstio.

¶In responsione ad quintum sunt quatuor dicta, circa quæ est difficultas, & quæstio. primum. Esse animæ intellectiuæ est ipsum esse compositi. Secundum, ꝙ hoc non conuenit aliis formis. Tertium, ꝙ propter hoc anima intellectiua non corrumpitur. Quartum, ꝙ propterea etiam aliæ corrumpuntur.

¶Contra primum enim Sco. in 4. distin. 43. q. 1. & in quol. q. 9. arguit tripliciter. Tum quia omne ens habet aliquod proprium esse. Nec capio, inquit, aliquod esse ens extra causam suam: & non haberet proprium esse, sed compositum: puta homo est aliud ens ab anima: ergo. Tum quia contradicit S. Tho. sibiipsi: quia secundum hoc anima non esset perfectior coniuncta quàm separata; quod S. Th. tenet probatur sequela. Primo, quia nullum habens totaliter idem esse est imperfectius ex hoc, ꝙ non communicat illud esse alteri. probatur, quia communicare, perfectionem supponit, non dat. Secundo, quia si ipsa retinens esse proprium est imperfecta in essendo, q̄ro compositū habens illudmet erit perfectū in essendo? Tum quia si remanet esse totius compositi, consequens est ꝙ cōpositū remaneat.

¶Num solius animæ intellectiuæ esse sit esse compositi. Quæstio.

¶Contra secundum arguo: quia hoc repugnat doctrinæ S. Tho. quoniam in boue & cæteris non sunt duo esse substantialia: sed vnum tantum, quod compositum primo est ex forma & materia participatiue apud S. Tho.

¶Num anima intellectiua sit incorruptibilis, quia eius esse est esse compositi.

¶Contra tertium arguit Sco. ibidem dupliciter. Primo ꝙ ex hoc sequitur magis oppositum: quia generatio est via ad esse compositi: & corruptio ab esse eiusdem: ergo si esse compositi est illudmet, quod est proprium animæ, esse ani-

mæ intellectiuæ erit generabile & corruptibile. Secundo, quia si ita est, ergo ratio tua in q. præcedente ad incorruptibilem animæ, quia est inseparabilis ab esse, nihil valet: quia cum illud esse sit esse compositi, dicetur quòd quemadmodum anima, est separabilis à composito, sic & ab esse: & sic male illatum fuit, ergo separaretur à seipsa.

corporali: ex qua & anima intellectiua fit vnum^c: ita quòd illud esse quod est totius compositi, est etiam ipsius animæ. Quod non accidit in aliis formis quæ non sunt subsistentes. Et propter hoc anima humana remanet in suo esse destructo corpore^c: non autem aliæ formæ.

¶Ad sextum dicendum, quod secundum se conuenit animæ corpori vniri^c, sicut secundum se conuenit corpori leui esse sursum. Et sicut corpus leue manet quidem leue cum à loco proprio fuerit separatum, cum aptitudine tamen & inclinatione ad proprium locum: ita anima humana manet in suo esse, cũ fuerit à corpore separata habens aptitudinem & inclinationem naturalem ad corporis vnionem.

Quæstio. 382 ¶*Num animæ aliorum ab homine sint corruptibiles, quòd esse animæ illorum est esse compositi.*

b ¶Contra quartũ arguit Sco. ibidem, quia ratio,
370 quare aliæ formæ cor-
367 rũpuntur, est non habere aliud esse à cõposito.
A non est / Vel lege cum / non, sed causa.
sed vel contrarietas ad corrumpens, vel separabilitas à cõposito. Potest quoq; argui, quod hoc est magis ratio oppositi: quia si id, quòd proprie corrumpitur est compositum: & si aliud est esse compositi, & aliud formæ, non est necesse corrupto composito corrumpi formam: sicut nec vniuersaliter corrupto ente posteriori corrumpi prius.

¶Ad euidentiam horum notanda sunt duo. Primo conueniẽtia & differẽtia inter animã intellectiuam, & alias formas respectu esse. Secundo conuenientia & differentia inter compositionẽ substantialẽ & accidentalem radicaliter tãgenda est, & breuiter. Quo ad primũ cõmune est omniformæ, quòd esse existentiæ de quo est præsens sermo, sit sibi propriũ: ita quod per se primo sibi conuenit, quod manifestatur ex eo quod formæ conuenit esse, & non per aliud: qa nec per materiam nec per compositum: quum tã materia sit actu per formam quã cõpositũ, vt patet 7. met. tex. 7, & consequenter cuicunq; cõuenit, rõne formæ cõuenit. Sed cũ dupliciter intelligi possit quod esse est proprium formæ, s. vel vt rõnis essendi seu quo est, vel subiecti seu qđ est, in hoc cõmunicare dicẽdũ est omnes formas, quod esse est eis proprium saltem vt rõnibus essendi. In reliquo aũt, s. vendicare sibi esse vt qđ est: differentia est inter formas. Quoniã quædam sunt independentes à materia seu subiecto: & istis esse est proprium vtroq; modo: vt quo, & vt quod: & ideo vocantur formæ subsistentes: & inquantum formæ sunt, esse eas comitatur: inquantum vero tales, puta independentes, esse suum ipsæ sustentant. Quædam vero sunt dependentes à subiecto, & talibus esse non est proprium vt quod est: quia nunquam aliqua earum est naturale quod est. Et fundamentum huius differentiæ est: quia forma dicitur essendi causa, inquantum facit formaliter completum susceptiuum ipsius esse: vt diaphaneitas quodammodo complet proprium subiectum luminis.

¶Et propterea illæ formæ, quæ tm̃ imperfectionis habent, vt à receptiuo egeant sustentari: quia formæ sunt, esse secũ ferũt: quia vero sustinere per seipsas solas illud nequũt, pficiũt cõpositũ ex se & receptiuo vt propriũ receptiuum ipsius esse. Aliæ vero quæ sustentante non egent, sufficientes sunt vt per seipsas suum sustineãt esse ac subsistant, & propterea esse dicit̃, & est omnino ppriũ formarũ subsistentiũ: quia vt quo & qđ sibi illud vendicãt: reliquæ vero vt quo tm̃. Et quoniã formæ istæ subsistentes sunt duplicis ordinis: quædam sic subsistũt vt non possint esse aliis rõnes essendi: & has vocamus intelligentias. Quædã vero sic subsistunt, vt tamen possint esse aliis rõnes essendi, vt aĩa intellectiua hoĩs & cæli si est animatum. Considerandũ est quod istæ habẽt in se tria ordinate: & quòd sint formæ, & quod subsistentes seu independentes: & quòd rõnes essendi cõpositis, quorũ ordo ex effectibus patet, nã ex primo habẽt quòd esse cõmitetur inseparabiliter eas: ex secũdo habent quod substineant sufficienter illud: & tertio habent quod cõicẽt illud composito. Rursus ex primo habent quòd sint quo: ex secundo quòd sint qđ: ex tertio quod sint pars alicuius cõpositi cum quo illo esse gaudeãt. Et rursus in primo cõueniunt cũ oĩbus formis, in secundo cũ intelligentiis: in tertio cũ formis materialibus. Est ergo differẽtia inter animã intellectiuã, & alias formas sensibiliũ in hoc: quòd esse est sibi verè proprium vt quo & quod, reliquis vero vt quo tm̃: ita quòd esse quo homo est, prius conuenit aĩæ intellectiuæ: & non solum vt quo, sed vt qđ est quã cõposito. In reliquis vero esse prius cõuenit formæ vt quo: non tamen vt quod: sed cõposito cõuenit prius vt quod est: & per cõpositum formæ. Et rõ diuersitatis iam dicta est qa in reliquis cõpositũ tm̃ habet rõnem sufficientis susceptiui ipsius esse: reliqua vero sunt inquantũ sunt aliqd illius. In homine vero non solũ compositum, sed anima est sufficiens receptiuum ipsius esse, & prius natura ipsa anima, quæ prior est naturaliter composito: & ex sua substantiali & intrinseca perfectione hanc habet independentiam, qua sustinet in se esse. Et propterea singulariter attribuitur animæ intellectiuæ, quod esse sibi sit ppriũ, & quòd illud cõicat cõposito: & dicitur, quod hoc non cõuenit aliis formis, & quòd propter hoc anima intellectiua non corrũpitur cum composito, sed retrahit illud esse secum. Cæteræ autem formæ, quia hoc non habent, corruptibiles sunt cũ cõpositis, quorũ sunt. hæc enim oĩa manifeste sequuntur ex prædicto fundamento. Si enim anima esse habet independens à corpore, illud retrahit secũ composito corrupto & sic non corrumpitur necessario, composito corrupto. hæc de primo.

¶Quo ad secundum dic quod compositio substantialis & accidentalis in hoc conueniunt: quod vtraq; constat ex actu & potentia. Sed differunt in hoc: quod in substantiali fit ens & vnum per se: in accidentali vero non. Et radix huius diuersitatis est: quia ens & vnum per se oportet in aliquo vno tm̃ genere & specie essentialiter esse: ac per hoc ex essentialiter actu & essentialiter potentia cõponi si compositũ est, alioquin non esset essentialiter in vna specie. Essentialiter aũt potẽtiã alicuius actus, illam & solã esse constat quæ nihil aliud est quã potẽtia illius, vt figurabile respectu figuræ, & calefactibile respectu caloris significat, & sic de aliis. Quãdocũque aũt vnus solus actus cũ sola potentia adunatur, vnũ tantum esse interuenit, secundum illũ actũ: ac per hoc per se ens & vnũ fit. Quãdo vero duo actus vniunt̃, duo quoq; esse necesse est fieri: ac per hoc nõ p se ens, nec per se vnũ, sed ens & vnum per accidens: propterea 7. meta. dicit̃, quod ex duobus actibus nõ fit vnũ per se. Verbi gratia: calidũ constat ex calore & calefactibili: calefactibile autẽ non est tm̃ hoc quod significat calefactibile, id est capacitas caloris: sed est in se alterius naturæ puta ligneæ vel aqueæ. Et propterea ex calefactibili & calore non fit per se ens & vnum: quia ex illa substrata natura, puta aqua vel ligno, & calore non potest fieri per se ens & vnum. ponit enim vtrũq; eorũ suũ esse propriũ: & consequẽter duo entia constituuntur. Sed si calefactibile non esset alicuius certæ naturæ: sed huius tantum, quod naturaliter esset potentia ad calorem & frigus: tunc ex calefactibili & calido fieret per se vnũ ens: quia ibi nullum interueniret esse, nisi caloris: calefactibile enim nullum aliud ex se adduceret esse, sed ad caloris esse specificaretur: ac per hoc in vnum tm̃ quod quid erat esse vtrunq; adunaretur, quod est esse per se ens & vnum, Et qm̃ in cõpositione substantiali subiectum est ens in pura potentia: in accidentali vero ens in actu, vt dicitur in 2. de anima cõmento. 4. Ideo ibi fit vnum per se: hic vero vnum per accidens. Patet ergo quod radix quòd compositum sit per se ens & vnũ, est vnitas esse; & quod non sit per se ens vnum, est pluralitas esse: & quòd vnitas & pluralitas esse attenditur secundũ vnitatem & pluralitatem formæ: quia per se primo formę cõuenit. Et propterea intolerabilis est physic. error dicentium, in cõposito esse tot esse quot entitates. Destruit enim hoc naturã cõpositionis essentialis: & illud maximũ metaphysicæ principiũ iam probatum, quòd esse per se primo conuenit formæ: & multa alia. vnde præclare Arist. in secundo de aĩa in tex. 7. exclusit quæstionem, quomodo ex aĩa & corpore fiat vnũ: per hoc quòd ente & vno multipliciter dicto, cuius proprium est esse actus est. c 368

¶His prælibatis dicendum est ad rõnes in oppositum. Et ad primã dicitur: quod omne ens habet aliquod esse proprium, vt proprium distinguitur contra extraneũ, quia nulla res est per esse extraneum à se: non autẽ vt proprium distinguitur contra cõmune, imò nulla pars habet esse proprium hoc modo: quia quælibet habet esse commune sibi & toti dum in toto est. Ad secundam dicitur, quod stant hæc duo simul, & quòd anima intellectiua suum esse composito cõmunicet. & quòd sit imperfectior separata, sicut stat cum sua independentia, quod sit naturaliter pars speciei humanæ. Et quum obiicitur, quòd cõmunicare non dat perfectionem, respondetur quòd communicare formaliter addit perfectionem communicanti: communicare effectiue non. Modo anima communicat formaliter se & suum esse composito: & acquirit perfectionem in sui coniunctione ad corpus. Et quamuis idem omnino esse habeat separata & coniuncta, non tamen eodem modo: quia coniuncta habet illud integrãdo humanam speciem cuius est pars: separata vero non integrando. Et quia alio & alio modo habet: ideo mirum non est, si perfectiorem statum habet in composito quàm extra. Attenditur enim perfectior status iuxta modum habendi. & hinc patet ad illud quæsitum, Quare & quomodo separata est imperfecta in essendo, & compositum perfectum in essendo: hoc enim est ratione modi habendi idem esse, s. in integritate speciei, & absque integritate illius.

¶Ad tertiã aũt iam patet ex dictis: & quare potest remanere esse compositi corrupto cõposito: quia illud esse non conueniebat primo cõposito etiam vt quod: sed formæ vt quo & vt quod. Vnde esse hominis est formæ vt propriũ: hominis vero vt cõicatũ: & ideo non est mirum si remanet cõposito. id est hoĩe corrupto.

¶Ad rationes contra secundum & quartũ simul dicitur, quòd procedunt ex malo intellectu verborum S. Tho. cũ enĩ dicit S. Tho. in litera (quod non accidit in aliis formis) ly quod, non refert identitatem esse formæ cum cõposito, sed proprietatem esse respectu formæ. Ita quòd non est sensus, habere idem esse cũ cõposito, non conuenit aliis formis: quoniam hoc conuenit omnibus substantialibus. Sed est sensus, habere esse compositi vt proprium: vt quod non conuenit aliis formis, qm̃ hoc conuenit tantum independentibus à subiecto formis, vt patet ex dictis.

¶Ad rationes aũt contra tertiũ dictũ respondetur. Et ad primã negatur sequela, quia esse animæ non ponitur esse compositi vt proprium sed vt cõmunicatum. & ideo corruptio quæ est ab esse compositi, non hoc facit vt esse compositi non sit, sed vt non sit compositi: ex quo enim non est proprium compositi, sequitur quòd non aufertur ipso ablato, sed quòd desinat ipsius esse: & cum eo cuius est pprium remaneat. In his vero quorum esse est proprium composito corrupto cõposito necesse est esse corrumpi: vtpote eius proprium, & cõsequẽter forma remanere non potest. vnde optime ratio illa infert incorruptibilitatem aĩę intellectiuæ & corruptibilitatem aliarum. Et per hoc idem patet responsio ad secundum, quia quãuis forma sit separabilis à composito, non tamen ab esse compositi: quia aut illud esse est primo compositi vt quod: & tunc cũ ipso corrũpitur, & cõsequẽter forma: aut illud esse est primo formæ etiam vt quod: & tũc nõ est cõpositi nisi vt cõicatum, formæ vero vt oĩno propriũ: & consequenter forma est oĩno inseparabilis ab esse compositi. Nec potest separari ab illo, nisi separetur à seipsa cui per se primo conuenit illud esse: à cõposito aũt nihil prohibet separari, propter solubilem eorũ connexionẽ: vnde non est idẽ iudiciũ de separatione à cõposito & ab esse eius, qñ esse non est eius vt propriũ, sed vt cõicatum, vt in hoĩe accidit. Quare oĩa stant solida.

¶In responsione ad sextũ circa vnionem animæ intellectiuæ ad corpus duo sunt notanda. Primum est quid sit vnio illa. Secundum quomodo naturalis. De quidditate enim illius vnionis multi dubitant, an sit substantia vel accidens: absolutum vel respectiuũ: proprium vel separabile ab anima. Si enim est substantia, ergo aliquid substantiæ animæ desinit esse in morte hominis, quando vnio illa desinit. Si accidens propriũ, ergo remanet in aĩa post mortẽ, & sic aĩa est separata & vnita simul. Si accidens separabile, puta relatio. ergo aĩa constituit hominem per accidens. Et si dicatur cõcedendo & distinguendo hoc vltimũ membrũ, quod illa vnio est relatio: sed aĩam constituere substãtiã cõpositã per relationẽ cõtingit dupliciter, s. dispositiue vel formaliter, & quod primo mõ nõ incõuenit. & sic aĩa mediante vnione accidente constituit substãtiã. Contra hoc est primo, qa vnio est dispõ: sed est ipsa constitutio & integratio cõpositi. Secundo, qa apud S. Tho. nullũ accidẽs tã absolutũ quã respectiuũ præuenit substãtiã. vnũ remanet dubiũ qđ sit illa vnio.

¶De naturalitate autem eius pro tanto est dubium, quia si vnio naturalis est, separationis status dicitur violentus: & sic cum violentum non sit perpetuum, erit resurrectio naturalis.

¶Ad euidentiam primi sciendum est, quòd vnio potest sumi dupliciter, Vno modo pro relatione vnionis inter materiam & formã. & de tali non est sermo. Alio modo pro fundamento illius relationis. Et hæc fundamentalis vnio quæritur quid sit. Et breuiter dicitur, quòd quemadmodum causa effectiua distinguitur in actum primum, scilicet formam, quæ est principium agendi: & actum secundum, qui est eius causalitas: ita causa formalis distinguitur in ipsam causam formalem, & eius causalitatem formalem, quæ nihil aliud est quàm dare esse formaliter subiecto: quod nihil aliud est quàm actualiter esse id quod subiectum est substantialiter, si est forma substantialis, aut accidentaliter, si est forma accidentalis. Et quoniam vnio fundamentalis animæ ad corpus nihil aliud est quàm causalitas formalis ipsius in corpore: idcirco sicut vana est quæstio de causalitate formali, an sit substantia vel accidens, &c. ita de vnione. Constat enim quòd causalitas formalis est velut operatio per modum actus secundi ipsius causæ formalis: & quòd nihil supra causam formalem addit, nisi ipsam formam esse actum subiecti: quod non est ipsa forma nec ipsum subiectum, nec aliquod ens medium: quia esset processus in infinitum: sed est subiectum & forma in esse tali indiuisa esse: seu subiectum esse; simpliciter vel secundum quid talis forma. Et propterea sicut causæ formales sunt duplices, quia quædam separabiles ab his quorum sunt causæ, quædam non, consequẽs est quod quibusdã formis causalitas formalis, ac per hoc vnio, adsit separabiliter, & quibusdã nõ. Nec propterea est accidens, nisi metaphorice sumẽdo accidẽs, i. extra essentiã: & hoc in actu, qa in apti

in aptitudine est essentialis formæ omni. Propter quod conueniens exemplum dedit San. Tho. in tex. de esse sursum respectu ignis. hoc enim non est accidens per accidens igni: sed proprium est sibi: quamuis impedibiliter. Et quoniam hæc communia sunt omnibus formis, conuenire quoque est necesse animæ intellectiuæ. Vnde ad quæsitum dicitur, quòd vnio ista est causalitas formalis animæ intellectiuę respectu corporis, quæ est dare esse formale. Et cum dicitur, aut est substantia, vel accidẽs: dico quòd proprie loquendo dicendũ esset, quòd est causalitas substantiæ. Tamen, vt quærenti satisfiat, dicatur quòd non significat vnam substantiam simpliciter: sed vnam in alia, scilicet formam in materia. Et ideo cum aufertur, non est opus quòd desinat substantia simpliciter: sed vna substantia in alia, quod potest fieri vtraque remanente seorsum.

370 infra q. 74. art. 5. Et 2. dist. 17. q. 2. arti. 1. & 2. cõtra c. 73. & 75. Et spũ. ar. 9. & 10 & de anima. art. 3. Et opus. 3. cap. 25. & 86. Et opuscu. 16. per tot.

¶Ad ea autem, quæ naturalitatem huius vnionis tangunt, breuiter dicitur, quòd vnio animæ ad corpus proculdubio naturalis est. Sed non conuincit resurrectionẽ futuram: quamuis probabiliter eam suadeat apud San. Tho. in quarto contra Gen. cap. 79. Potest enim dici, vel vt Aui. putauit, quòd vnio est naturalis animæ in sui principio: esse vero separatam, est sibi naturale post. Ita quòd vterque status est sibi successiue naturalis: quemadmodum animalibus in seipsis animalificantibus, naturale est in principio viuere in vtero materno, & post extra vterum. Vel cum S. Th. in 4. contra Gen. cap. 81. quòd ex hoc nihil aliud sequitur, nisi quòd resurrectio est naturalis quo ad finem: quia scilicet tendit ad finem, scilicet vnionem animę ad corpus, quæ est naturalis secundum esse, non tamen secundum fieri: sed supernaturalis. Et ideo de violento, & imperfecto est distinguendum: non cum Scoto in quarto, distinctio. 43. quæstio. secunda somniante quòd anima sit talis pars hominis, quòd nullam perfectionem acquirit in toto, sed tantum communicat: & ideo non inconuenit perpetuo impediri, & manere in statu nullam imperfectionem in ea ponente. Quoniam hoc est & contra ipsum, qui in quæstio. præcedente dixit se non capere quod aliquod sit ens absque proprio esse, quod tamen ponit, qui animam tantum communicare se dicit composito. Et contra veritatem: quoniam de ratione partis, ac per hoc omnis partis est perfectionem habere in toto: alioquin natura non propter melius componeret, nec partes haberent rationem materiæ respectu totius. Sed distinguendum potius est, quòd violentum est duplex. Alterum oppositum tam termino quàm viæ naturali. Alterum oppositum termino: sed non viæ naturali. Id est alterum quod est in esse, cuius oppositum esset naturale: sed tamen non habet in sua natura principium viæ ducentis ad illud esse naturale. Alterum quod est in esse, cuius oppositum esset naturale, & in natura illius est principium eundi ad tale esse: vt patet, graui retento sursum. Prima violentia non potest perpetuari: quia ponit principium viæ perpetuo impediri. Secundo autem non inconuenit si perpetuetur: quia proprie violentia non est, vbi nullum principium perueniendi ad terminum impeditur, quamuis si esset in termino, ille status esset naturalis. Talis autem violentia est animæ separatæ: quoniam habet aptitudinem & inclinationem naturalem ad vnionem quo ad esse: non quo ad fieri. Et hoc est quod occulte sensit Sanctus Thomas dum dixit, quòd resurrectio est naturalis secundum finem, & non secundum principium actiuum, & consequenter nec passiuum: quia omni potentiæ passiuę naturali respondet actiua naturalis. In hoc enim manifeste patet, quòd separatæ animæ vnio secundum esse est naturalis, sed secundum suum fieri est supernaturalis. Quia tamen rationabile est, quòd nec etiam talis imperfectio à prima causa in tam nobili natura perpetuo permittatur: probabilis ratio resurrectionis fidei suffragatur.

†368 264 †366 Quæstio.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum intellectiuum principium multiplicetur secundum multiplicationem corporum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd intellectiuũ principium non multiplicetur secundum multiplicationem corporum, sed sit vnus intellectus in omnibus hominibus: Nulla enim substantia immaterialis multiplicatur secundum numerum in vna specie^e. Anima autem humana est substantia immaterialis. Non enim est composita ex materia & forma, vt suprà ostensum est^e. Non ergo sunt multæ in vna specie, sed omnes homines sunt vnius speciei. Est ergo vnus intellectus omnium hominum.

¶Præterea, Remota causa remouetur effectus. Si ergo secundum multiplicationem corporum multiplicarentur animæ humanæ, consequens videretur quòd remotis corporibus multitudo animarum non remaneret, sed ex omnibus animabus remaneret aliquod vnum solum. Quod est hæreticum. Periret enim differentia præmiorum & pœnarum.

¶Præterea, Si intellectus meus est alius ab intellectu tuo: intellectus meus est quoddam indiuiduum, & similiter intellectus tuus. Particularia enim sunt quæ differunt numero: & conueniunt in vna specie. Sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis. Ergo species rerum in intellectu meo & tuo reciperentur indiuidualiter. Quod est contra rationem intellectus, qui est cognoscitiuus vniuersalium.

¶Præterea, Intellectum est in intellectu intelligente. Si ergo intellectus meus est alius ab intellectu tuo, oportet quòd aliud sit intellectum à me, & aliud sit intellectum à te: & ita erit indiuidualiter numeratum & intellectũ in potentia tantum, & oportebit abstrahere intentionem communem ab vtroque: quia à quibuslibet diuersis contingit abstrahere aliquod commune intelligibile. Quod est contra rationem intellectus: quia sic non videretur distingui intellectus à virtute imaginatiua. Videtur ergo relinqui, quòd sit vnus intellectus omnium hominum.

¶Præterea, Cum discipulus accipit scientiam à magistro, non potest dici quòd scientia magistri generet scientiam in discipulo: quia sic etiam scientia esset forma actiua, sicut calor: quod patet esse falsum. Videtur ergo quòd eadem numero scientia, quæ est in magistro, communicetur discipulo. Quod esse non potest, nisi sit vnus intellectus vtriusque. Videtur ergo quòd sit vnus intellectus discipuli & magistri, & per consequens omnium hominum.

¶Præterea, Augusti. dicit in lib. de quantitate animæ, Si plures tantum animas humanas dixerim, ipse me ridebo. Sed maxime videtur anima esse vna quantum ad intellectum. Ergo est vnus intellectus omnium hominum.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in secundo physic. quòd sicut se habent causæ vniuersales ad vniuersalia, ita se habent causæ particulares ad particularia. Sed impossibile est quòd vna anima secundũ speciem sit diuersorum animalium secundũ speciem. Ergo impossibile est, quòd anima intellectiua vna numero sit diuersorum secundum numerum.

CONCLVSIO.

¶Intellectiuum principium vnum in omnibus esse est impossibile, sed multiplicatur ad corporum multiplicationem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd intellectum esse vnum omnium hominum omnino est impossibile. Et hoc quidem patet si secundum Platonis sententiam homo sit ipse intellectus^c. Sequeretur enim, si Sortis & Platonis est vnus intellectus tantum, quòd Sortes & Plato sint vnus homo: & quòd non distinguantur abinuicem, nisi per hoc quòd est extra essentiam vtriusque: & erit tunc distinctio Sortis & Platonis non alia quàm hominis tunicati & cappati, quod est omnino absurdum. Similiter etiam patet hoc esse impossibile, si secundum sententiam Aristotelis intellectus ponatur pars seu potentia animæ, quæ est hominis forma. Impossibile est enim plurium numero diuersorum esse vnam formam: sicut impossibile est quòd eorum sit vnum esse. Nam forma est essendi principium. Similiter etiam patet hoc esse impossibile, quocunque modo quis ponat vnionem intellectus ad hunc & ad illum hominem. Manifestum est

a *¶Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum secundum.*

Titulus clarus est contra Auerroim directe motus.

¶In corpore vnica est conclusio negatiue respondens quæsito: impossibile est intellectum, quo intelligimus esse vnum in omnibus, Et probatur tripliciter. Primo in via Platonis. Secundo in via Aristote. Et tertio simpliciter.

Commẽt. ¶Quo ad primum, ducitur ad impossibile: Si intellectus esset vnus, Sortes & Plato essent vnus homo numero essentialiter. tenet sequela: quia apud Platonem ipsa anima est homo.

¶Quo ad secundum ostensiue: Impossibile est plura numero habere vnum esse numero: ergo impossibile est plurium numero esse vnam formam numero. Probatur: quia forma est essendi principium: ergo non potest esse vnus intellectus. & tenet sequela hæc: quia intellectus est potentia animæ, quæ est forma substantialis hominis apud Aristotelem.

¶Quo ad tertium ducitur ad impossibile sic, Si intellectus esset vnus in omnibus, omnes homines essent vnus intelligens, & vnum numero haberent intelligere, respectu eiusdem intelligibilis: hoc est impossibile: ergo. Consequentia quo ad primam partem probatur: quia vnitas operantis attenditur penes vnitatem principalis agentis: constat autem, quòd intellectus est principale inter omnia quæ sunt in homine, & quæ faciũt ad intelligere: qa omnia sibi obediũt. Assumptum vero manifestatur ex differẽtia inter agẽs principale & instrumentale, in hoc, quòd est dare vnitatem & pluralitatem operantis: quoniã vnitas, vel pluralitas operantis attenditur penes vnitatem & pluralitatẽ agẽtis principalis. Quo ad secundam verò partẽ probatur cõsequẽtia sic: pluralitas operationis in eodem operante respectu eiusdem obiecti, aut est ratione pluralitatis organorum, aut ratione plurium formarum: sed neutrum hic potest dici, ergo. Maior hæc quo ad primam partem manifestatur ex supradicta differentia: quo ad secundã verò, quia contingit idẽ pluribus formis plures actiones elicere: sufficiẽtia autem disiunctiue relinquitur per se nota. Minor vero quo ad primã partẽ probatur: quia intelligere nullo exercetur organo. quo ad secundã vero, quia vnica tantum in vno intellectu est forma vnius intelligibilis, scilicet species abstracta à phantasmatibus, non phantasmata ipsa. Quod probatur: quia ex phantasmatibus eiusdem speciei non abstrahitur nisi vna species, quod manifestatur in singulis hominibus: in vno enim & eodem homine nullus ponit abstrahi plures species à pluribus phantasmatibus eiusdem. Et hinc concluditur corollarie, quòd intolerabilis sit error Auerrois, qui propter pluralitatem phantasmatum in hoc & in illo, posuit plurificari intellectiones. & tenet sequela: quia illa non sunt formæ intellectus: sed obiecta quodammodo, vt colores respectu visus. 369 a

¶Circa hanc rationem aduerte, quòd Auerroistæ sunt diuisi. Quidam enim adeo insaniunt, vt concedant conclusionem secundum rem dicentes Sortis & Plat. esse non solum vnum intellectum, & vnam speciem intelligibilem, si species acceptatur: sed vnum numero intelligere subiectiue, plura vero obiectiue quodammodo: ex parte, scilicet phantasmatum. Quidam vero ipsi Auerroi consentientes, ponũt aliam esse intellectionem Sortis, aliam Plato. quamuis vnum ponant intellectum, & speciem intelligibilem in vtroq;. Vtriq; tamen eodem modo respõdent: in hoc tantum differentes, quòd dicta illorum applicantur ad actum primum, & secundum. Istorum vero ad actum primum tantum. Dicunt ergo, quod ex pluralitate phantasmatum prouenit pluralitas operationis: vel simpliciter apud secundos: vel secundum, quid apud primos. Quomodo autem hoc accidat nesciunt dicere: nisi quod quia id quod est in intellectu, est vnum & multiplex. vnum ex parte intellectus: multiplex ex parte qua respicit phantasmata istius & illius. Vnum inquantum est in se ens: multiplex inquantum est verum, secundum adæquationem, aut inadæquationem ad phantasmata. Et hanc multiplicationem dicunt sufficere ad hoc quod Sortis & Plat. sit diuersum intelligere simpliciter, vel secundum quid. Quoniam id quod est intellectus, continuatur Sorti & Plat. ex hac parte, qua est multiplex: & non ex illa parte qua est vnum. Sed contra hos latior habendus esset sermo quã locus iste exigat: & aut in tertio de anima: aut in speciali tractatu hoc faciemus, Deo concedente. Nunc autem aduertendum est, quòd S.T. non disputat hic contra primos: quia contra Auerroim agebat: cui illorum opinio repugnat, vt patet in commento 5. tertij de anima: vbi vult potentiam phantasmatum esse actiuam respectu intentionis intellectæ, quòd saluari non potest in esse vero, nisi addatur alia fatuitas, quòd esse relatiuum habeat per se motorem. Secunda horum responsio, quæ ex Auerroi sumpta est, præuisa, & conclusa est à San. Tho. in hoc, quòd dixit, quòd actio vnius agentis non multiplicatur nisi duobus modis. Notanter Auerr.

enim, quòd si sit vnum principale agens & duo instrumenta, dici poterit vnum agens simpliciter, sed plures actiones. Sicut si vnus homo tangat diuersa duabus manibus, erit vnus tangens, sed duo tactus. Si vero econuerso instrumentum sit vnum, & principales agentes diuersi, dicentur quidem plures agentes, sed vna actio. Sicut si multi vno fune trahant nauem, erunt multi trahentes, & vnus tractus. Si vero agens principale sit vnum, & instrumentum vnum, dicetur vnum agens, & vna actio. Sicut cum faber vno martello percutit: est vnus percutiens, & vna percussio. Manifestum est autem, quòd qualitercunque intellectus seu vniatur seu copuletur huic vel illi homini, intellectus inter cætera, quæ ad hominem pertinent, principalitatem habet. Obediunt enim vires sensitiuæ intellectui, & ei deseruiunt[e]. Si ergo poneretur quòd essent plures intellectus, & sensus vnus duorum hominum, puta si duo homines haberent vnum oculum, essent quidem plures videntes, sed vna visio. Si vero intellectus est vnus (quantumcunque diuersificentur alia, quibus omnibus intellectus vtitur, quasi instrumentis) nullo modo Sortes & Plato poterunt dici nisi vnus intelligens. Et si addamus, quòd ipsum intelligere, quod est actio intellectus, non fit per aliquod aliud organum, nisi per ipsum intellectum, sequetur vlterius, quòd sit & agens vnum & actio vna, id est, quòd omnes homines sint vnus intelligens, & vnum intelligere. Dico autem respectu eiusdem intelligibilis. Posset autem diuersificari actio intellectualis mea & tua per diuersitatem phantasmatum: quia scilicet aliud est phantasma lapidis in me, & aliud in te: si ipsum phantasma secundum quod est aliud in me, & aliud in te, esset forma intellectus possibilis: quia idem agens secundum diuersas formas producit diuersas actiones, sicut secundum diuersas formas rerum respectu eiusdem oculi sunt diuersæ visiones. Sed ipsum phantasma non est forma intellectus possibilis, sed species intelligibilis, quæ à phantasmatibus abstrahitur. In vno autem intellectu à phantasmatibus diuersis eiusdem speciei non abstrahitur nisi vna species intelligibilis. Sicut in vno homine apparet, in quo possunt esse diuersa phantasmata lapidis: & tamen ab omnibus eis abstrahitur vna species intelligibilis lapidis: per quam intellectus vnius hominis operatione vna intelligit naturam lapidis non obstante diuersitate phantasmatum. Si ergo vnus intellectus esset omnium hominum: diuersitates phantasmatum, quæ sunt in hoc & in illo, non possent causare diuersitatem intellectualis operationis huius, & illius hominis, vt Commenta. fingit in tertio, de Anima. Relinquitur ergo quòd omnino impossibile, & inconueniens est, ponere vnum intellectum omnium hominum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet anima intellectiua non habeat materiam ex qua sit, sicut nec angelus[e]: tamen est forma materiæ alicuius, quod angelo non conuenit[e]. Et ideo secundum diuisionem materiæ sunt multæ animæ vnius speciei: multi autem angeli vnius speciei omnino esse non possunt[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd vnumquodque hoc modo habet vnitatem, quo habet esse: & per consequens idem est iudicium de multiplicatione rei, & de esse ipsius. Manifestum est autem, quòd anima intellectualis secundum suum esse vnitur corpori vt forma: & tamen destructo corpore remanet anima intellectualis in suo esse[e]. Et eadem ratione multitudo animarum est secundum multitudinem corporum, & tamen destructis corporibus remanent animæ in suo esse multiplicatæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd indiuiduatio intelligentis, aut speciei, per quam intelligit, non excludit intelligentiam vniuersalium: alioquin, cum intellectus separati sint quædam substantiæ subsistentes & per consequens particulares: non possent vniuersalia intelligere. Sed materialitas cognoscentis & speciei, per quam cognoscitur, vniuersalis cognitionem impedit[e]. Sicut enim omnis actio est secundum modum formæ, qua agens agit, vt calefactio secundum modum caloris, ita cognitio est secundum modum speciei, qua cognoscens cognoscit.

enim dixit: actio, id est operatio ex parte operantis, id est secundum quod exit ab operante; quoniam quamuis ab eadem forma numero, quæ est vna in se, & multiplex in respectu, possint inferri multæ passiones eiusdem rationis secundum diuersitatem simul patientium, vt patet cum multa simul calefiunt ab vno calido: non tamen ista multiplicitas respectuum in calore, sufficit ad hoc quòd sint multę calefactiones actiuę: Nisi forte recurratur ad diuersitatē partium caloris calefacientis. Sed hoc facile subtrahitur si ponamus tale agens esse indiuisibile. Tunc enim actio necessario est vna, quamuis passiones sint plures; cũ ergo intellectus sit impartibilis, ex hoc quòd species intelligibilis est multiplex secundum respectum ad diuersa phātasmata: non potest saluari pluralitas intellectionis. Tum quoniam ista pluralitas est pluralitas operationis ex parte operantis; cum sit actio immanens & non transiens in aliquid extra. Tum quoniam Sor-
f. 400 tes intelligit vt operans, & habet se ad intellectionem, vt ex quo oritur intellectio: & non vt passim seu materia ad quam terminatur; vt experimur in nobis. Et propterea dixit Sanctus Thomas quòd nisi ponatur quòd phantasmata sint formæ intellectus, non potest ex eorum diuersitate inferri diuersitas actionis. Sed isti sunt sine ratione loquentes; quare omittamus eos: non enim sunt digni de quibus hic verba fiant.

Annot. ¶Circa dicta San. Thomæ hic est vnum aliud dubium. Quomodo, scilicet est possibile quòd in vno homine sint diuersa phantasmata eiusdem speciei: cum duo accidentia eiusdem speciei non possint simul in eodem esse? Ad hoc quamuis possit dici, quòd in litera non dicitur quòd sint simul, & consequenter potest intelligi, quòd sunt successiue: intentio tamen literæ obstat: quia intendit contra Auerroim, quòd à diuersis phantasmatibus eiusdem speciei simul non abstrahitur, nisi vna species. Nulla enim fuisset instantia contra hoc, ex eo quòd ex multis phantasmatibus successiue non generatur nisi vna species; quemadmodum ex multis guttis aquæ cadentibus non fit nisi vna cauatio lapidis, vltima in virtute præcedentium agente. Vnde dicendum est, quòd duo phantasmata esse eiusdem speciei contingit dupliciter; vel in repræsentando tantum, vel in essendo & repræsentando: & quòd prima possunt esse simul in eodem, alia vero non. Exemplum primorum: phantasmata huius lapidis, & phantasmata illius: exemplum secundorum, duo phantasmata vnius, & eiusdem lapidis. Et quoniam à phantasmatibus secundum repræsentatam naturam fit abstractio speciei: ideo Sanctus Thomas vtens phantasmate ex parte repræsentatæ naturæ, simpliciter vocauit phantasmata eiusdem speciei, quæ sunt eiusdem speciei repræsentatiua: & posuit ea simul in eodem, vt phantasmata duorum lapidum. Loquitur ergo de eis in repræsentando, non in essendo. Non enim videtur eiusdem rationis esse sufficere ad repræsentandam hanc proprietatem indiuidualem & illam: nisi quis dicat quòd indiuiduatio phantasmatis est repræsentatiua indiuiduationis obiecti. Et tunc oporteret dare tertiam responsionem dicendo, quòd quamuis phantasmata sint simul & eiusdem speciei; non tamen in eadem parte subiecti. Veruntamen secunda responsio videtur probabilis: quoniam indiuiduatio phantasmatis Sortis, ex parte ipsius phantasiæ, & non rei repræsentatæ se tenere videtur: & consequenter ipsa natura phantasmatis proprietatem indiuidualem Sortis repræsentat, ac per hoc diuersorum indiuiduorum diuersa secundum naturam phantasmata sunt: & consequenter distinguuntur specie. Et confirmatur hoc; quia alioquin cogitatiua non posset forte directe cognoscere intentiones indiuiduales omnium.

Annot. ¶In responsione ad secundum aduerte primo, quòd quemadmodum corpus non est causa animæ, nec in esse, nec in fieri, sed occasio & materia in qua fit: ita non est causa vnitatis & multitudinis earum, sed occasio & materia in qua. Et in hoc stat responsio San. Tho. vnde minor proprie loquendo negatur. Vel distinguatur de vere causa & occasione; à vera enim causa rem dependere oportet. Aduerte secundo tu Thomista, quòd San. Tho. loquitur hic de vnitate & multiplicatione numerali; & dicit idem esse iudicium de esse rei, & illius vnitate, & multiplicatione. Et fundamentum huius est ex quarto metaphy. quòd ens & vnum dicunt eandem naturam. Nec refert vtrum illud ens sit specifica, aut numeralis res: quemadmodum enim idem est homo, & ens homo: & vnus homo, &c. Ita idem est Sortes, & ens Sortes, & vnus Sortes, & diuersus Sortes, & in proposito idem est hæc anima, hæc vna anima, hæc diuersa anima. Nec ab alia causa pendet hæc anima; & ab alia vnitas eius; & ab alia diuersitas eius. Omnia enim hæc cum eandem dicant naturam, ab eadem sunt causa. Et propterea optime infertur in litera, quòd quia ens, quod est anima, non pendet à corpore, quòd nec vnitas eius, nec multiplicatio pendet à corpore. Et tunc infertur, quòd quia Sortes non est Sortes quantitate, sed substantia formaliter: ergo nec vnus numero, nec diuersus numero quantitate formaliter, alioquin ruit doctrina hæc, aut voluntario priuilegio singularis dicetur.

Annot. ¶In responsione ad tertium diligenter aduerte primo, quòd San. Th. inchoat ab immaterialitate absolute: sed post-
368 modum descendit ad
369 immaterialitatem talē,
266 scilicet per abstractionem à materia: quia ex primo species intelligibilis habet, quòd sit ratio intelligendi absolu-
264 te: ex secundo vero quòd sit ratio intelligendi vniuersale tantum, id est, quod quid erat esse rei: ita quòd non singularitatem eius: & hoc directe ad minus. Vnde non docet, quòd species immaterialis est
c species quidditatis tan-
369 tum: sed quòd species sit immaterialis, scilicet per abstractionem à materialibus phantasmatibus & singularibus, vt patet literam diligenter inspicięti. Hoc autem dico, ne quis putet oblitum San. Thomā eorum quæ suprà docuit de angelis.

¶Num singularitas obstet intelligibilitati. Quæstio. 683 b

¶Aduerte secũdo, quòd Auerroistæ responsionē hanc inficiantur dicentes, quòd ratio Auerrois non intendit, quòd singularitas impediat intellectionem: accipiendo singulare, vt distinguitur contra vniuersale in prædicando, quoniam optime nouerat Auerrois omnes intelligentias esse isto modo singulares. Sed intendit quòd singularitas vt distinguitur contra vniuersalitatem speciei in essendo: si inueniretur vniuersalis in essendo: vt Plato finxit. Et ratio huius est: quia quod est hoc modo particulare, non totam in se habet naturam, sed partem tantum: ac per hoc vniuersalem cognitionem impedit, & ad hoc oportebat respondere.

¶Ad hoc est dicendum, quòd obiectio ista supponit quoddam falsum, scilicet quòd singulare inueniatur duobus tantum modis. Ad cuius euidentiam scito, quòd secundum veritatem intentio Auerrois est, non quod singularitas, sed quòd singularitas materialis impedit intellectionem: & in hoc conuenimus. Sed putat ipse, quòd quæcunque sunt singularia per diuisionem naturæ specificæ, in eis sunt singularia materialia: quia materialium proprietas est esse multa vnius speciei; ac per hoc si intellectus multiplicantur, infert, ergo essent particulares eo, scilicet modo quo ista entia materialia sunt particularia, & consequenter impediretur intellectio.

¶Sanctus Thomas autem quia in responsione ad primum iam euacuauerat hoc fundamentum, ponens tertium genus singularium: ita quòd singularium quædam sunt tota natura specifica, & ista non multiplicantur numeraliter, sed sunt velut vniuersalia in essendo: quæ manifestum est non officere intellectioni: & hæc sunt intelligentiæ. Quædam sunt participantia naturam specificam, & multiplicantur numeraliter. Sed hæc sunt duplicis ordinis: quia quædam sunt materialia, & ista impediunt intellectionem ratione conditionum materialium, quoniam per separationem à materia fit intellectio: quædam vero sunt immaterialia, & ista non impediunt intellectionem: quia non ratione singularitatis: nec ratione materialitatis, qua carent: nec ratione participationis naturæ specificæ: quia vtrunque scilicet participatum & participans est immaterialis ordinis, & talia sunt intellectus nostri. Quòd autem diuisio numeralis possit fieri, & esse absque materia: multiplicatio luminis gloriæ in beatis ostendit, Nec contradicit hoc Sanctus Thomas quoniam impossibilem ponit multiplicationem absque materia, id est absque receptiuo, vt patet exercitatis in doctrina sua.

¶Num intellectum oporteat esse vnum. Quæstio.

¶In responsione ad quartum aduerte, quòd loquentes in aëre, instant dicentes, hanc responsionem non euacuare vim argumenti Auerrois, quoniam in æquiuo

Manifestum est autem, quòd natura communis distinguitur, & multiplicatur secundum principia indiuiduantia, quæ sunt ex parte materiæ. Si ergo forma, per quam fit cognitio, sit materialis, non abstracta à conditionibus materiæ, erit similitudo naturæ speciei, aut generis secundum quod est distincta & multiplicata per principia indiuiduantia. Et ita non poterit cognosci natura rei in sua communitate. Si vero species sit abstracta à conditionibus materiæ indiuidualis, erit similitudo naturæ absque iis quæ ipsam distinguunt & multiplicant. Et ita cognoscetur vniuersale. Nec refert quantum ad hoc vtrũ sit vnus intellectus vel plures: quia si etiam esset vnus tantum, oporteret ipsum esse aliquem quendam, & speciem per quam intelligit esse aliquam quandam.

¶Ad quartum dicendum, quòd siue intellectus sit vnus, siue plures, id, quod intelligitur, est vnum[e]. Id enim, quod intelligitur, non est in intellectu secundum se, sed secundum suā similitudinem. Lapis enim non est in anima: sed species lapidis, vt dicitur in 2. de Anima. & tamen lapis est id quod intelligitur, non autem species lapidis, nisi per reflexionem intellectus supra seipsum[e]: alioquin scientiæ non essent de rebus, sed de speciebus intelligibilibus. Contingit enim eidem rei diuersa secundum diuersas formas assimilari. Et quia cognitio fit secundum assimilationem cognoscentis ad rem cognitam: sequitur quòd idem à diuersis cognoscentibus cognosci contingit, vt patet in sensu. Nam plures vident eundem colorem secundum diuersas similitudines. Et similiter plures intellectus intelligunt vnam rem intellectam. Sed hoc tantum interest inter sensum & intellectum secundum sententiam Aristo. quia res sentitur secundum illam dispositionem, quam extra animam habet in sua particularitate: natura autem rei, quæ intelligitur, est quidem extra animam, sed nō habet illum modum essendi extra animam, secundum quem intelligitur[e]. Intelligitur enim natura communis seclusis principiis indiuiduantibus: non autem hunc modum essendi habet extra animam. Sed secundum sententiam Platonis res intellecta eo modo est extra animam quo intelligitur[e]. Posuit enim naturas rerum à materia separatas.

¶Ad quintum dicendum, quòd scientia alia est in discipulo, & alia in magistro. Quomodo autem causetur, in sequentibus ostendetur[e].

¶Ad sextum dicendum, quòd August. intelligit animas non esse plures tantum, quin vniantur in vna ratione speciei.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum præter animam intellectiuam sint in homine aliæ animæ per essentiam differentes.*

217 2. cõtra g. 58. & de ani. ar. 11. Et quol. 1. q. 4. ar. 1. & quo. 11. arti. 5. & opus. 3. ca. 90. 91. & 92. 367.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd præter animam intellectiuam sint in homine aliæ animę per essentiam differentes, scilicet sensitiua & nutritiua. Corruptibile enim & incorruptibile non sunt vnius substantiæ. Sed anima intellectiua est incorruptibilis, aliæ vero animæ, scilicet sensitiua & nutritiua, sunt corruptibiles, vt ex superioribus patet[e]. Ergo in homine non potest esse vna essentia animæ intellectiuæ, & sensitiuæ, & nutritiuæ.

¶Si dicatur quòd anima sensitiua in homine est incorruptibilis, contrà, Corruptibile & incorruptibile differunt secundum genus: vt dicitur in 10. meta. Sed anima sensitiua in equo & leone, & aliis brutis animalibus est corruptibilis. Si igitur in homine sit incorruptibilis, non erit eiusdem generis anima sensitiua in homine & bruto. Animal autem dicitur ex eo quòd habet animam sensitiuam. Neque ergo animal erit vnum genus commune hominis & aliorum animalium. Quod est inconueniens.

¶Præterea, Philosophus dicit in lib. de gener. animalium, quòd embrio prius est animal quàm homo. Sed hoc esse non posset, si esset eadem essentia animæ sensitiuæ & intellectiuæ. Est enim animal per animam sensitiuam, homo vero per animam intellectiuam. Non ergo in homine est vna essentia animæ sensitiuæ & intellectiuæ.

¶Præterea, Philosophus dicit in 8. meta. quòd genus sumitur à materia, differentia vero à forma. Sed rationale, quod est differentia constitutiua hominis, sumitur ab anima intellectiua, animal vero dicitur ex hoc quòd habet corpus animatum anima sensitiua. Anima ergo intellectiua comparatur ad corpus animatum, anima sensitiua, sicut forma ad materiam. Non ergo anima intellectiua est eadem per essentiam cum anima sensitiua in homine: sed præsupponit eā sicut materiale suppositũ.

¶SED CONTRA est quod dicitur in lib. de ecc. dog. Neque duas animas esse dicimus in homine vno. sicut Iacobus, & alij Syrorum scribunt vnam animalem, quæ animatur corpus, & immixta sit sanguini: & alteram spiritualem, quæ rationi ministret. Sed dicimus vnam & eandem esse animam in homine, quæ & corpus sua societate viuificat, & semetipsam sua ratione disponit.

CONCLVSIO.

¶Cum anima non vt motor, sed vt forma vniatur corpori, impossibile est in homine esse plures animas, sed vna tantum est anima intellectiua, quæ sensitiuæ & vegetatiuæ, & intellectiuæ officio fungitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Plato posuit diuersas animas esse in corpore vno; etiam secundum organa distinctas,

æquiuoco laborat. Ille enim arguit de vnitate intellecti vt sic, hic vero respondet de vnitate rei intellectæ: dum dicit quòd siue intellectus sit vnus, siue multiplex, semper id quod intelligitur, est vnum: puta quidditas lapidis. Vnde vis rationis in hoc stat, intellectum lapidis est vnum: ergo intellectus est vnus. Antecedens patet: quia si multiplicaretur, esset intellectum in potentia. Consequentia probatur: quia intellectum, aut sumitur pro esse reali quod ponit in intellectu, scilicet esse speciei intelligibilis vel actus intelligēdi: aut pro esse diminuto aliquo obiectiuo: quę scilicet formale obiectũ dicitur intellectus, quicquid sit illud esse. Et vtroq; modo oppositum consequentis infert oppositum antecedentis, scilicet multa eiusdem rationis, ergo intellectũ in eis non est vnum secundum esse subiectiuũ, sed multiplex numero: vt patet. Et similiter secundum esse obiectiuũ: quia illud multiplicatur numeraliter ad multiplicationē numeralem rationum intelligibilium, in quibus relucet. cuilibet enim speciei in in-
576 telligibili respondet obiectum proprium, relucens ita illius relucentia, quòd non alterius.

¶Ad hoc est dicendum, quòd responsio intendit de intellecto vt sic: nec
81 in æquiuoco laborat, sed
c male intelligitur. Ad cu-
425 ius euidentiam sciēdum est, quòd cum natura lapidis non inueniatur nisi in hoc vel illo lapide existens, & scientia sit de rebus: oportet scientiam terminari ad lapideitatem existentem in hoc. Et quia scientia nō est de singularibus vt sic, non terminatur ad lapideitatem huius lapidis, vt est in hoc: sed absolute, id est ad ipsam: non ad eius singularitatem. Et quia par est ratio de singulis lapidibus, & lapideitas seclusis singularitatibus, non
c habet penes quid multiplicetur: consequens est
79 quòd lapideitas, vt terminat actum intellect⁹, sit vna non solum formaliter, sed per nega-
416 tionem omnis differen-
424 tiæ numeralis. De tali enim vnitate intelligitur illa propositio, Intellectum oportet esse
576 vnum. Verum quoniam lapideitas vt intellecta, duo dicit, scilicet lapideitatem, & esse cognitũm: si de esse reali loquimur, esse cognitum nullum esse addit supra lapideitatem, nisi esse phantasmatum in quibus sustinetur, & intelligibilium specierum quibus diuersi intellectus ei assimilantur. Et hoc modo proculdubio multiplicato intellectu, multiplicatur intellectum, scilicet secundum esse subiectiuum in intelligente, sed de hoc in præcedente articulo tractauerat San. Tho. Si vero de esse obiectiuo est sermo, tunc secundum veritatem quum tale esse non sit, nisi esse relatiuum relatione rationis: vt patet in hoc colore viso, cui esse obiectum visum: nihil addit nisi relationem rationis, qua intelligitur terminus visionis. Secundum diuersas opiniones de multiplicatione numerali relationis, diuersimode dici potest. Secundum enim tenentes, in vno termino relationem eiusdem rationis non multiplicari, quantumcunque termini multiplicentur ex altera parte, oportet dicere quòd quamuis ex parte plurium specierum intelligibilium in diuersis intellectibus sint multæ repræsentationes lapideitatis: ex parte tamen lapideitatis est vna repræsentatio, quæ est vnum repræsentatum omnibus: quemadmodum Sortes albus est vnum simile vnica similitudine mille albis. Et hæc est opinio San. Tho. ideo apud ipsum lapideitas est vnum intellectum omnino: & per priuationem omnis differentia numeralis, & per positionem vnius numero esse relatiui quo est intellecta. Nec quo ad hoc differt vnum vel plures ponere intellectus: quia nec illa vnitas negatiua, nec ista positiua variatur propter pluralitatem intellectuum, vt patet ex dictis. Secundum vero ponentes relationem plurificari plurificato altero termino, dupliciter dici potest. Primo, quòd quia omnes relationes eiusdem rationis in vno termino se habent vt vna, ideo simpliciter conceditur quòd lapideitas est vnum obiectum numero in esse obiectiuo: quemadmodum Sortes dicitur vnum simile multis consimilibus: quamuis plures sint relationes similitudinis in Sorte. Secundo potest dici, quòd quia in obiecto res ipsa est terminus cognitionis, esse vero obiectiuum est conditio sine qua non: non inconuenit concedere quòd intellectum lapidis apud diuersos intellectus sit vnum & multiplex. Vnũ secundum rem quæ terminat cognitionē, multiplex secundum conditionem sine qua non. Ex hoc enim non sequitur quòd intellectum lapidis plurificetur numero in me & in te: sed quòd conditio eius sine qua non multiplicetur: quia intellectum quidem est vnum per negationem omnis numeralis differentiæ: & tamen habet multos respectus eiusdem rationis ad multos intellectus. Et sic patet quòd ex vnitate intellecti vt intellectum, & obiectiue non sequitur vnitas intellectus: sed bene sequeretur ex vnitate intellecti secundum esse subiectiuum in intellectu: & si sic, esset necessario vnum, cuius oppositum patuit in præcedenti responsione.

a *¶Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

Comment. ¶De animarum tantum pluralitate, non omnium formarum substantialium inquirens, in forma tria facit. Primo tractat opinionem Platonis. Secundo respondet quæsito negatiue. Tertio ostendit modum suæ positionis.

¶Quo ad primum tria dicit. Primo refert Platonem tenere partē affirmatiuam, scilicet tres animæ distinguuntur essentia & loco. Secundo in quo Aris. cum argueret, scilicet quo ad sensitiuam & vegetatiuam propter animalium partes decisas, vitam vtranque habentes, quo ad intellectiuam vero sub dubio reliquit quo ad locum. Tertio quomodo opinio Platonis potest sustineri, & quomodo non: quia ponendo vnionem animæ vt motoris tantum, potest, vt formæ substantialis nequaquam, vt probabitur.

¶Quo ad secundum cõclusio respõsiua. Eadem numero anima in homine est nutritiua, sensitiua, & intellectiua: probatur tripliciter. Primo, quia si essent plures animæ in eodem, illud non esset vnum simpliciter. probatur sequela tripliciter. Primo ratione: quia vnitas simpliciter est ab vnitate formæ. Tum quia ab eodem res habet esse & vnitatem. Tum à posteriori: quia ea, quæ denominantur à diuersis formis, non sunt vnum simpliciter: vt homo albus. Secundo ex argumentatione Aristo. contra Platonem 3. meta. text. 20. Tertio ex argumentatione eiusdem in primo, de Anima, text. 90. omnia clara sunt in textu.

Annot. ¶Circa hanc rationem & sequentes aduerte, quòd rationes istæ, communiter arguunt: & non solum contra pluralitatem animarum: sed vniuersaliter formarum substantialium in eodem. Vnde non quantum ad conclusionem huius articuli, sed simpliciter in sua communitate, vt se extendunt ad inferendam vnitatem formæ, in composito impugnantur à Sco. in 4. dist. 11. q. 3. Et contra hanc primam rationem dicit duo. Primo, quòd falsum est quòd vnum esse sit ab vna sola forma. Nescio, inquit, istam fictionem, quòd esse sit superueniens essentiæ: sed esse diuiditur in simplex & compositum: quemadmodum ens. Secundo, quòd compositum ex pluribus formis constat ex vltima forma, & composito ex materia & forma, vel formis præcedentibus, vt ex proprio actu & propria potentia. & sic totale esse compositi est ab vna forma completiue, cum quo stat quòd sit ex formis præuiis incomplete. Sed hæc responsio tripliciter deficit. Primo quia non intelligit rationem Sancti Thomæ, quam affert. respondens nanque primo dicto loquitur de esse actualis existentiæ, & Sanctus Thomas, vt patet in textu, loquitur de vni

de vnitate entis simpliciter, quod primo attendiitur penes essentiæ, & quod quid erat esse vnitatem, quamuis vnitas esse actualis existentiæ, & essentiæ se consequantur. Secundo, quia, vt alibi probatum est, in omni re citra Deum existentia distinguitur realiter ab essentia, & necessario est simplex, quamuis ab ipso nesciatur: sed hoc est præsenti negotio impertinens. Tertio deficit ex illa communi caligine, qua naturam entis & vnius per compositionem non vident, & tamen in eius principiis fatentur. dum quotidie resonamus ꝙ ex duobus existentibus in actu non potest fieri vnum per se ens, sed ex actu & potentia. Nec est alia causa quærenda: & tamen cum hæc applicanda sint, ad glossas venitur, aperientes positā patulam veritatem. Ideo namque ex actu non potest ens nisi per accidēs constitui: quia quilibet actus, quantumcunq; imperfectus, naturam quādam & quod quid erat esse constituit: ponit est vel quid, vel quale, vel quantum, &c. Ex duabus autem naturis & quidditatibus, quantumcunque imperfectis, constat non fieri vnum per se. Nihil enim refert an sit perfecta vel imperfecta essentia vel quidditas, ad hoc quōd non possit esse alia vnum per se facere. Quoniam hoc repugnat nō ex perfectione quidditatis, sed ex hoc quōd in se quædam quidditas est. Ex quibusque nanq; duabus speciebus par est impossibilitatis ratio, ꝙ fiat vnum: quamuis vna magis repugnet quam altera ex propriis. Ex potentia vero & actu ideo manifeste fit vnum, quia potentia vt sic nullam naturam aut quidditatem ponit. nō enim ponit quid, aut quale, aut quantum, sed hoc tantum quod potentiale est respectu talis naturę. Actu vero naturam secum aut formaliter, aut causaliter, causalitate tamen formali, afferente, nō nisi vnum quod quid erat esse constitui potest ex eo & tali receptiuo. Et propterea non oportet quærere, quomodo ex actu & potentia fiat vnum. Sed si res illa quę est potentia aliam ponit naturam, & non est potentia tantum, iam cōponitur res non ex actu & potentia tantum, sed est actu & actu, & consequenter non fit ens ex tali compositione, nisi per accidens. Nec oportet aliam quærere causam. Vnde intolerabilis est cæcitas eorum, qui ponūt compositum per se ens constare ex actu & potentia constante ex actu & potētia. est enim implicatio in adiecto: quoniā est ponere quōd fiat ex duobus actibus, & quōd fiat non ex per se potentia: quoniam accidit præcedenti composito talis potentia: est enim præter eius rationem, vt patet. Nec posset reddi ratio, quare magis sit per se vnum ex anima & corpore, quām ex proximo illuminabili, puta diaphano & lumine. sitne enim proprius actus, & propria potentia. Et super hoc fundatur ratio San. Tho. quę vnitatem entis ex vnitate formæ probat: quia alioquin vnum ens non esset.

Commēt. ¶Secunda ratio, Si dicerent diuersas formas, aut per accidens esset prædicatio, aut in secundo modo dicendi per se: sed neutrum horum est, sed animal prædicatur de homine per se in primo modo. ergo dicunt eandem animam. Conditionalis probatur. quia formæ diuersæ & coēuntes, aut ordinatæ inter se sunt, aut non: si non, ergo pariunt prædicata per accidens: si sic, ergo forma præambula fundat subiectum, & forma reliqua prædicatum secundi modi: quia prima ponitur in ratione secunda: vt superficiatum ostendit respectu colorati. Destructio vero iusque partis patet. prima quidem, quia quibus diuersa opera vitæ attribuebat, dicens vim nutritiuam esse in hepate, concupiscibilem in corde, cognoscitiuam in cerebro. Quā quidem opinionem Aristo. reprobat in lib. de Anima, quantum ad illas animæ partes, quæ corporeis organis in suis operibus vtuntur, ex hoc quod in animalibus, quæ decisa viuunt, in qualibet parte inueniuntur diuersæ operationes animæ, sicut sensus & appetitus. Hoc autem non esset, si diuersa principia operationum animæ tanquam per essentiam diuersæ diuersis partibus corporis distributa essent. Sed de intellectiua sub dubio videtur relinquere, vtrum sit separata ab aliis partibus animæ solum ratione, an etiam locō. Opinio autem Platonis sustineri vtique posset, si poneretur, quōd anima vnitur corpori, non vt forma, sed vt motor, vt posuit Plato[e]. Nihil enim inconueniens sequitur si idem mobile à diuersis motoribus moueatur, præcipue secundum diuersas partes. Sed si ponamus animam corpori vniri sicut formam: omnino impossibile videtur, plures animas per essentiam differentes in vno corpore esse. Quod quidem triplici ratione manifestari potest. Primo quidem, quia animal non esset simpliciter vnum, cuius essent animæ plures[e]. Nihil enim est simpliciter vnum nisi per formam vnam, per quam habet res esse. Ab eodem enim habet res quōd sit ens & quōd sit vna. Et ideo ea quę denominantur à diuersis formis, non sunt vnum simpliciter, sicut homo albus. Si igitur homo ab alia forma haberet quōd sit viuum, scilicet ab anima vegetabili: & ab alia forma quōd sit animal, scilicet ab anima sensibili: & ab alia quōd sit homo, scilicet ab anima rationali: sequeretur quōd homo non esset vnum simpliciter, sicut & Aristote. argumentatur contra Platonem in 3. meta. quōd si alia esset idea animalis, & alia bipedis, non esset vnum simpliciter animal bipes. Et propter hoc in 1. de Anima contra ponentes diuersas animas in corpore, inquirit quid contineat illas, id est quid faciat ex eis vnum. Et non potest dici, quōd vniantur per corporis vnitatem: quia magis anima continet corpus, & facit ipsum esse vnum, quām econuerso. Secundo hoc apparet impossibile ex modo prædicationis. Quæ enim sumuntur à diuersis formis, prædicantur adinuicem: vel per accidens si formæ non sint adinuicem ordinatæ, puta cum dicimus quōd album est dulce: vel si formæ sint ordinatæ adinuicem, erit prædicatio per se in secundo modo dicendi per se: quia subiectum ponitur in diffinitione prædicati, sicut superficies præambula est ad colorem. Si ergo dicamus quōd corpus superficiatum est coloratum, erit secundus modus prædicationis per se. Si ergo alia forma sit à qua aliquid dicitur animal, & à qua aliquid dicitur homo, sequeretur quōd vel vnum horum non posit prædicari de altero per accidens: si istæ duæ formæ adinuicem ordinem non habent, vel quōd sit ibi prædicatio in secundo modo dicendi per se, si vna animarum sit ad aliam præambula. Vtrunque autem horum est manifeste falsum: quia animal per se de homine prædicatur, non per accidens: homo autem non ponitur in diffinitione animalis, sed ecōuerso. Ergo oporet eandem formam esse per quam aliquid est animal, & per quam aliquid est homo. Alioquin homo non vere esset id quod est animal: vt sic animal per se de homine prædicetur. Tertio apparet hoc esse impossibile, per hoc quōd vna operatio animæ cum fuerit intensa, impedit aliam. Quod nullo modo cōtingeret nisi principium actionum esset per essentiam vnum. ¶Sic ergo dicendum, ꝙ eadē numero est anima in homine sensitiua, & intellectiua, & nutritiua. Quomodo autem hoc cōtingat, de facili cōsiderari potest, si quis differētias specierum, & formarum attendat. Inueniuntur enim rerum species, & formæ differre abinuicem secundum perfectius & minus perfectum. Sicut in rerum ordine animata perfectiora sunt inanimatis, & animalia plantis, & homines animalibus brutis[e]. Et in singulis horum generum sunt gradus diuersi. Et ideo Ari. in 8. met. ait, similat species rerum numeris, qui differunt specie secundum additionem, vel subtractionem vnitatis. Et in 2. de anima, comparat diuersas animas speciebus figurarum, quarum vna continet aliam: sicut pentagonum continet tetragonum, & excedit. Sic igitur anima intellectiua continet in sua virtute quicqd habet anima sensitiua brutorum, & nutritiua plantarum. Sicut ergo superficies, quæ habet figuram pentagonam, nō per aliam figuram est tetragona, & per aliam pentagona (quia superflueret figura tetragona; ex quo in pentagona continetur) ita nec per aliam animam Sortes est homo, & per aliam animal, sed per vnam & eandem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ anima sensitiua nō habet incorruptibilitatē ex hoc ꝙ est sensitiua, sed ex hoc quōd est intellectiua, ei incorruptibilitas debetur. Quando ergo anima est sensitiua tantum, corruptibilis est: quando vero cum sensitiuo intellectiuum habet, est incorruptibilis. Licet enim sensitiuum incorruptionem non det, tamen incorruptionem intellectiuo auferre non potest.

¶Ad secundum dicendum, quōd formæ non collocantur in genere vel in specie, sed composita. Homo autem corruptibilis est, sicut & alia animalia. Vnde differentia secundum corruptibile & incorruptibile, quæ est ex parte formarum, non facit hominem secundum genus ab aliis animalibus differre[e].

¶Ad tertium dicendum, quōd prius embrio habet animam, quæ est sensitiua tantum. Qua ablata aduenit perfectior anima, quæ est simul sensitiua & intellectiua: vt infra plenius ostendetur[e].

¶Ad quartum dicendum, quōd non oportet secundum diuersas rationes vel intentiones logicas, quæ consequuntur modum intelligēdi, diuersitatem in rebus naturalibus accipere: quia ratio vnum & idem secundum diuersos modos apprehendere potest. Quia igitur, vt dictum est[e], anima intellectiua virtute cōtinet id, quod sensitiua habet & adhuc amplius, potest seorsum ratio considerare quod pertinet ad virtutem sensitiuæ, quasi quoddam imperfectum & materiale[e]. Et quia hoc inuenit commune homini & aliis animalibus: ex hoc rationem generis format. Id vero in quo anima intellectiua sensitiuam excedit, accipit quasi formale & completiuum, & ex eo format differentiam hominis[e].

significandi ipsis speciei, & generi loquimur: ita quōd sensus regulæ est, quōd illi termini formaliter sumpti sic se habent. Et cum contra hoc dicitur, quōd species importat genus tanquam de per se conceptu eius: respondetur, quōd licet de facto ita sit: stante tamen hypothesi, quōd essent diuersæ formæ, generica & specifica, tunc homo aut solum formam specificam significaret per modum totius & determinati: & in hoc differret à differentia, quę significaret per modum determinantis formaliter: aut significaret habēs vtranq; formam, genericam & specificā, sicut si aliquod vnū nomen significaret habens ignitatem & leuitatem. Et tūc optime sequitur, ꝙ homo non vere esset id quod est animal: nisi vel ratione partis, quod repugnat veræ & directæ prædicationi primi modi iuxta hanc significationem: vel per accidens, quia habens hanc formam est etiam habens illam iuxta primā significationē, quod etiā repugnat prædicationi directæ primi modi, qa prædicatum nullo modo debet esse per accidens, id est extra essentiam subiecti.

Locus supra art. 3. citatio.

Commen. ¶Tertia ratio est à signo. Intensa vna operatione animæ impediitur alia. ergo principiū earum est vnum per essentiam: alioquin vna non impediret aliam. ¶Quo ad tertium ostēdit modum quo omnes animę vna sunt in homine ex ordine perfectionis, & ordine continentiæ. Perfectionis quidē: quia se habent sicut numeri ex additione. ex 8. meta. tex. 10. Continentiæ vero, quia se habent sicut figuræ ex 1. de anima, ex his conflatur, ꝙ superflueret alia anima: & est quarta ratio.

Arist. ¶Contra hanc quartam rationem, quam Sco. dicit plus cæteris valere: dicit ibidem, quōd facile soluitur, dicēdo, quōd non est superfluum, sed necessarium ponere præter animam intellectiuā aliam formam quia illa recedente alia remanet. ergo hæc non est illa. Antecedēs patet. Ad hoc breuiter dicitur. primo, ꝙ superfluitas non potest subterfugi: quoniam natura secundū eos posuisset duas corporeitates substātiales in homine: alteram in anima intellectiua quæ continet omnes imperfectiores, vt tetragonum, trigonum: & alteram in illa alia forma: & tamen natura non potest abundare in superfluo, nec deficere vt in pluribus. hoc autem esset in omnibus hominibus, & animabus. igitur. Secundo dicitur, quōd antecedens est falsum: & ad rationes pro illo in sequenti articulo respondebitur.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæ sextæ Articulum quartum.*

Commen. TItulus clarus. de forma substantiali.

¶In corpore quatuor. Primo quid secundum Platon. dicendum. Secundo respondet quæsito negatiue. Tertio ostendit modum positionis. Quarto extendit dicta ad omnes compositas substantias.

¶Quo ad primum, vnum dicitur, scilicet quōd respondendum esset affirmatiue. Et probatur: quia oporteret ponere formam, qua constitueretur corpus motum.

¶Quo ad secundum vna est conclusio responsiua, in homine nulla est forma substantialis nisi anima intellectiua. Probatur ducendo ad impossibile. Si præter animam intellectiuam præexisteret alia forma, anima non daret esse simpliciter, nec esset forma substantialis, nec per aduentum animæ esset generatio simpliciter: sed hæc falsa. impossibilia ergo. Consequentia probatur ex differentia inter formam substantialem & accidentalem quo ad esse, fieri & corrumpi simpliciter vel secundum quid: quia penes substantialem omnia hæc sunt simpliciter, penes accidentalem secundum quid. Et confirmantur hæ differentiæ ex errore antiquorum. 1. phy. vel de generatione: falsitas consequentis ex dictis patet. Aduerte hic quōd Sco. in 4. di. 11. q. 3. dicit hanc rationem non concludere intentum. Quia ly simpliciter, potest dupliciter sumi. Primo, vt opponitur ei, quod est nullo modo, & sic ex non ente simpliciter nihil fit apud philosophos. Alio modo vt opponitur ei quod est secundum quid. & sic nihil aliud significat esse simpliciter, quam esse primum naturaliter, & esse secundum quid esse naturaliter posterius. Et hoc modo verum est, quōd omnis forma substantialis dat esse simpliciter, & accidentalis secundum quid, & hoc siue forma substantialis præcedat generationis ordine accidentalem, siue non. Semper enim esse datum à forma substantiali secundum suam naturam est prius: & illud posterius, sicut substantia accidente. Vnde ex hoc non sequitur, ergo vna est forma in composito: quia stat vni composito habenti vnum esse prius naturaliter accidentali forma adeuenire aliud perfectius esse etiam prius naturaliter, quām sit esse accidentale. Sed quōd responsio hic voluntaria & nulla sit: facile manifestatur. Quōd voluntaria quidem sit, patet: quia ad placitum exponit terminos, & non secundum vsum philosophorum loquentium in hac re. Ly enim simpliciter, dupliceṁ tantum habet apud philosophos significationem, primo, vt idem est, quod ly totaliter. & sic intelligitur ex non ente simpliciter, id est totaliter nihil fit. Et sic dicimus multa nō esse simpliciter completa, quando non sunt totaliter facta. Secundo vt idem est, quod nullo addito, iuxta illud Topicorum, simpliciter dico, quod nullo addito dico. Et hoc modo est frequentissimum apud Aristotelem & vsum omnium, & sic sumitur in proposito. Nec potest inficiari, nisi propriam loquelam ipsemet Scotus cum cæteris velit negare. Sed aduertere, quōd in hoc deceptus videtur Scotus & multi eadem tenentur cæcitate, quōd non discernunt in ly simpliciter actum exercitum ab actu signato: cum tamen distent sicut cælum à terra. Vti nanque ipso in actu signato est ponere ly simpliciter, in ipsa re de qua est sermo: vt cum dicimus, quōd generatio hominis, est generatio simpliciter: generatio vero hominis albi est secundum quid, &c. Vti vero ipso in actu exercito, est loqui de ipsa re de qua est sermo, absque adiectiuo aliquo: vt in generatione hominis dicimus, homo fit: cum dealbatur vero non dicimus, homo fit, sed homo fit albus. Aristote, enim & San. Tho. & cæteri ponunt differentiam inter formam substantialem, & accidentalem penes simpliciter & secundum quid, in actu exercito. Nec eget probatione: quoniam etiam in ipsis artificialibus, quando fiunt secundum id quod est constitutiuum eorum in esse specifico, ac per hoc induit rationem substantialis: dicimus etiam fieri simpliciter vt patet in factione domus: dicimus enim, quōd domus fit, & quōd facta est: cum autem decoratur, non dicimus quōd fit, sed cum adiectiuo, quōd fit alba aut pulchra, & ergo vsitatissimum, & propriissimum formæ substantiali, dare esse simpliciter, & fieri secundum eas composita simpliciter. Et iuxta hoc patet procedere rationem San. Tho. quia si forma substantialis adueniat enti in actu per aliam formam, iam illud est simpliciter, id est de illo verificatur quōd est. ergo non potest de illo verificari quōd fit, sed quōd fit tale: quod est fieri secundum quid. Nec hoc potest subterfugi: nisi concedendo, quōd de vno, & eodem potest absolute, & absque adiectione aliqua concedi quod est & fit. Quod quanæ stultitiæ sit, eis relinquo iudicandum. Et hoc bene nota: quoniam in hoc lumine videbis clare multa secreta apud Aristote. & complures cenebras apud alios.

Commē. ¶Quo ad tertium, modus positionis est illemet qui in præcedenti articulo positus est: scilicet ratione ordinis perfectioris & continentis.

¶Quo ad quartum dicitur, quōd prædicta habent locum in omnibus compositis substantialibus eisdem rationibus & modis.

¶Circa hanc partem occurrit dubium, quoniam Henricus de Gandauo, in quolibeto secundo quæstio. secunda & tertia, & quolibeto quarto quæstio. 13. & 14. tenet quōd non est eadem ratio de homine & aliis, & quod quamuis anima intellectiua sufficiat in homine pro sensitiua & vegetatiua, non tamen pro forma mixtio

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum in homine sit alia forma præter animam intellectiuam.*

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quōd in homine sit alia forma præter animam intellectiuam. Dicit enim Philosophus in secundo, de Anima, quōd anima est actus corporis physici potentia vitam habentis. Comparatur igitur anima ad corpus, sicut forma ad materiam. Sed corpus habet aliquam formam substantialem per quam est corpus. Ergo ante animam præcedit in corpore aliqua forma substantialis.

¶Præterea, Homo & quodlibet animal est mouens seipsum. Omne autem mouens seipsum diuiditur in duas partes: quarum vna est mouens, & alia est mota, vt probatur in 8. physic. Pars autem mouens est anima. Ergo oportet quōd alia pars sit talis quæ possit esse mota. Sed materia prima non potest moueri, vt dicitur in 5. Physi. cum sit ens solum in potentia: quinimō omne quod mouetur est corpus. Ergo oportet, quōd in homine, & in quolibet animali sit alia forma substantialis, per quam constituatur corpus.

¶Præterea, Ordo in formis attenditur secundum habitudinem ad materiam primam. Prius enim & posterius dicitur per comparationem ad aliquod principium. Si ergo non esset in homine aliqua forma substantialis præter animam rationalem, sed immediate materiæ primæ inhæreret: sequeretur quōd esset in ordine imperfectissimarum formarum, quæ immediate inhærent materiæ.

¶Præterea, Corpus humanum est corpus mixtum. Mixtio autem non fit secundum materiam tantum, quia tunc esset corruptio sola. Oportet ergo quōd remaneant formæ elementorum in corpore mixto, quæ sunt formæ substantiales. Ergo in corpore humano sunt aliæ formæ substantiales præter animam intellectiuam.

¶SED CONTRA, Vnius rei est vnum esse substantiale. Sed forma substantialis dat esse substantiale. Ergo vnius rei est vna tantum forma substantialis. Anima autem est forma substantialis hominis. Ergo impossibile est quōd in homine sit aliqua alia forma substantialis, quàm anima intellectiua.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima humana vniatur corpori vt forma, dans illi esse simpliciter, impossibile est esse in homine aliam formam præter animam intellectiuam.*

¶RESPONDEO dicendum, quōd si poneretur anima intellectiua non vniri corpori vt forma, sed solum vt motor, vt Platon. posuerunt[e]: necesse esset dicere, ꝙ in homine esset alia forma substantialis, per quam corp° ab anima mobile in suo esse constitueretur. Sed si anima intellectiua vnitur corpori vt forma substantialis, sicut suprà iam diximus[e]: impossibile est, quōd aliqua alia forma substantialis præter eam inueniatur in homine.

¶Ad cuius euidentiam considerandum est, ꝙ forma substantialis in hoc à forma accidentali differt: quia forma accidentalis non dat esse simpliciter, sed esse tale[e]. Sicut calor facit suū subiectum non simpliciter esse, sed esse calidum. Et cum aduenit forma accidentalis, nōdicitur aliquid fieri vel generari simpliciter, sed fieri tale, aut aliquo modo se habens. Et similiter cum recedit forma accidentalis, non dicitur aliquid corrumpi simpliciter, sed secundum quid. Forma autem substantialis dat esse simpliciter. Et ideo per eius aduentum dicitur aliquid simpliciter generari: & per eius recessum simpliciter corrūpi. Et propter hoc antiqui naturales, qui posuerunt materia primam esse aliquod ens actu, puta ignem, aut aërem, aut aliquid huiusmodi[e]: dixerunt ꝙ nihil generatur aut corrumpitur simpliciter, sed omne fieri statuerunt alterari, vt dicitur in 1. phy. Si igitur ita esset, quōd præter animā intellectiuam præexisteret quæcunq; alia forma substantialis in materia, per quam subiectum animæ esset ens actu, sequeretur quōd anima non daret esse simpliciter: & per consequens ꝙ non esset forma substantialis, & ꝙ per aduentū animæ non esset generatio simpliciter, sed solum secundum quid. Quæ sunt manifeste falsa. Vnde dicendum est, ꝙ nulla alia forma substantialis est in homine nisi sola anima intellectiua, & quōd ipsa sicut virtute continet animam sensitiuam & nutritiuam, ita virtute continet omnes inferiores formas: & facit ipsa sola quicquid imperfectiores formæ in aliis faciunt. Et similiter est dicendum de anima sensitiua in brutis, & de nutritiua in plantis: & vniuersaliter de omnibus perfectioribus respectu imperfectarum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quōd Aristote. non dicit animam esse actum corporis tantum, sed actum corporis physici organici potentia vitam habentis, & quōd talis potentia non abiicit animam. Vnde manifestum est, quōd in eo, cuius anima dicitur actus, etiam anima includitur: eo modo loquendi quo calor est actus calidi, & lumen est actus lucidi: non quōd seorsum ste lucidum sine luce, sed quia est lucidum per lucem. Et similiter dicitur, quōd anima est actus

corporis,&c. quia per animam,& est corpus, & est organicum, & est potentia vitam habens. Sed actus primus dicitur respectu actus secundi, qui est operatio. Talis enim potentia est non abiiciens, id est non excludens animā.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima non mouet corpus per esse suum secundum quòd vnitur corpori vt forma: sed per potentiam motiuam, cuius actus præsupponit iam corpus effectum in actu per animam: vt sic anima secundum vim motiuam sit pars mouens, & corpus animatum sit pars mota.

¶Ad tertium dicendum, quòd in materia considerantur diuersi gradus perfectionis: sicut esse, viuere, sentire, & intelligere. Semper autem secundum superueniēs priori perfectius est[e]. Forma ergo, quæ dat solum primum gradum perfectionis materiæ, est imperfectissima, sed forma, quæ dat primum, & secundum, & tertium, & sic deinceps est perfectissima: & tamen materiæ immediata.

¶Ad quartum dicendum, quòd Aui. posuit formas substantiales elementorum integras remanere in mixto: mixtionem autem fieri secundum quòd contrariæ qualitates elementorum reducuntur ad medium. Sed hoc est impossibile. Quia diuersæ formæ elementorum non possunt esse nisi in diuersis partibus materię. Ad quarum diuersitatem oportet intelligi dimensiones, sine quibus materia diuisibilis esse non potest. Materia autem dimensioni subiecta non inuenitur nisi in corpore. Diuersa autem corpora non possunt esse in eodem loco. Vnde sequitur, quòd elementa sint in mixto distincta secundum situm. Et ita non erit vera mixtio, quæ est secundum totū: sed mixtio ad sensum, quæ est secundum minima iuxta se posita. Auer. autem posuit in 3.de cælo, quòd formæ elementorum propter sui imperfectionem sunt medię inter formas accidentales, & substantiales. Et ideo recipiunt magis & minus. Et ideo remittuntur in mixtione: & ad medium reducuntur, & conflatur ex eis vna forma. Sed hoc est etiam magis impossibile. Nam esse substantiale cuiuslibet rei in indiuisibili consistit: & omnis additio & subtractio variat speciem, sicut in numeris: vt dicitur in 8.meta. Vnde impossibile est, quòd forma substantialis quæcunque recipiat magis & minus[e]. Nec minus est impossibile aliquid esse medium inter substantiam & accidens[e]. Et ideo dicendum est secundum Philosophum in primo de generatione, quòd formæ elementorum manent in mixto non actu, sed virtute. Manent enim qualitates propriæ elementorum, licet remisse, in quibus est virtus formarum elementarium. Et huiusmodi qualitas mixtionis est propria dispositio ad formam substantialem corporis mixti, puta formam lapidis vel animæ cuiuscunque.

a 278 281 333 564 c

mixtionis & corporeitatis, quia illa est inextensa, istæ verò sunt extensæ. Vnde arguit sic: omne per se agens habet aliquem per se proprium terminum: ergo vbi sunt duo per se diuersa agentia & diuersæ actiones, ibi non est eadem forma vtriusque terminus: sed sic est in solo homine, quia anima à Deo per creationem: reliqua à semine per generationem. ergo duæ formæ, Antecedens patet ex se, & 5.phy. vbi negatur redire eandem sanitaté propter diuersitatem actionis. Consequentia patet. Et confirmatur: quia idé terminus aut est forma aut compositum. si cōpositū, ergo homo creatur: si forma, ergo anima intellectiua generatur ex semine.

¶Ad hoc breuiter. Primo dicitur à S. T. quòd accipiendo proprium vt distinguitur contra cōmune, & loquendo de termino formali: maior nō est vera, quando sunt agétia subordinata: qualia sunt generans & creans animam intellectiuam. Secundo dicitur, q habere eundem terminū formalé eodem modo, licet sit incōueniens, nō tamé diuersimode vt hic accidit; quia anima terminat creationé intrinsece & generationé extrinsece: & sic forma est idem terminus vtriusq; sed non eodem modo. Ideo non sequitur, ergo generatur. Tertio dicitur quòd cuilibet actioni datur proprius per se primo terminus, quamuis non formalis: & q generationis terminus proprius est compositum, creationis anima intellectiua: sed de his quæstio.118. ex proposito est sermo.

b 581

¶*Num in homine præter animam intellectiuam sit forma corporeitatis.*

Quæstio. ¶In responsione ad primum, vbi agitur de forma corporeitatis, aduerte q Scot. in 4. vbi supra dupliciter probat in homine præter animam intellectiuā esse aliā formam corporeitatis seu mixtionis. Primo ex identitate corporis Christi viui & mortui, quia fuit idem numero; & huic annectitur de identitate. Eucharistię in triduo mortis Christi; quoniā idem est iudicium de identitate corporis Christi in se & Eucharistia. Secundo ex identitate specifica formæ cadaueris: quia non potest esse regulariter idem effectus à quibuscunq; & quantuncunque diuersis agétibus: sed corpus viuum quomodocunq; moriatur, modo non statim dissoluatur in elementa, ad sensum apparet eiusdem rationis. ergo non producitur noua forma, sed remanet quæ erat forma corporeitatis. Henricus auté cum multis aliis arguit ex parte effectus sic. Anima intellectiua non potest supplere effectus & operationes formæ corporeitatis & mixtionis. ergo præter eam oportet aliam formam ponere. Cōsequētia plana: & antecedens probatur. quia esse diuisibile, quantū extēsum, figuratū, corruptibile, &c. non sunt ab anima intellectiua: quoniam esse eius est indiuisibile, est inextensibile, incorruptibile, immateriale, &c. ergo. Et hoc pręcipuè militat aduersus S.T. nullum aliud esse ponētem in homine nisi illud quod est animæ intellectiuæ. Et confirmatur: quia non videtur intelligibile quòd compositum sit quantū, extensúmq;, & quælibet pars eius non sit quanta & extensa.

¶Ad primum horum iam dixit S.Th. q corpus Christi in triduo fuit simpliciter idem numero: quia idé suppositaliter & materialiter: & quo ad esse actualis existentiæ. Et q non valet, ergo idé formaliter. Et hoc sufficit ad verificandas omnes sanctorum autoritates: & similiter in Eucharistia. Ita q in hostia consecrata aut retenta in triduo, continebatur illud compositum ex materia, & illa forma cadaueris, quod tunc erat verum Christi corpus idem cum viuo tripliciter modo dicto. Et in resurrectione in eadem hostia fuisset compositum ex materia & anima intellectiua, vt dat esse corporeum. Ita quòd par est ratio varietatis hic & ibi. Nec hic est aliquod inconueniens nisi inconueniens fuerit, corpus Christi variari secundum vitam & mortem: hoc enim ad hoc sequitur. Sed trepidauerunt timore, vbi non erat timor: quia non vident naturam compositionis substantialis.

¶Ad secundum dicitur, q ibi dicuntur tria. Quorum vnum est dubiū, & duo sunt falsa. Dubium siquidem est, cadauer esse eiusdem rationis: quoniā sustineri potest rationabiliter vtraque contradictionis pars. Potest enim dici, q cadaueris forma est diuersarum rationū iuxta diuersitatem naturaliū agentiū: puta ignis: aut aqua: ita q cadauer mortui ex dominio cholerę, sit alterius rationis à mortuo ex dominio phlegmatis. Et meritò: quia illud ab igne corruptum ad ignem tendit ex intentione agentis; reliquum ab aqua in aquam: vt aliis existentibus terminis alia etiam sit via. Nec refert vtrum gladio vel suspendio, sed quo elemento dominante moriatur: quoniam illa se habent vt excitantia & applicantia actiua passiuis. Potest etiam dici, q forma cadaueris est vnius rationis: & q est forma imperfecta & communis via, à viuo ad quodlibet elementum. Nec inconuenit eam esse communé, & vnius rationis: quia est medium remotū ab illa. Falsum vero est, q effectus vnius rationis non possit ab hac agentium diuersitate produci: quoniam aliquid produci stat dupliciter: vt medium est, aut terminū principaliter intentū. Et rursus vt medium proprium vel commune. Et q quia forma cadaueris producitur vt commune mediū ad omnia elementa, ideo potest à quolibet eorum produci. Nec est hic quantacunq; diuersitas agentium: sed quadruplex tantum, iuxta numerum elementorum. Falsum quoq; est, & contra Aristo.2.de genera.tex.17. q in corruptione hominis non fiat noua forma: quoniā tunc non semper corruptio vnius esset gñatio alteri': & natura operaretur aspiciēs ad malū. quod est īpossibile.

¶Ad tertium dicitur, supposita distinctione de ly esse quantum, dupliciter, scilicet per se, & per accidens: & quòd hic non est quæstio nisi de quanto & extenso per accidens, id est subiectiue: quoniam nulla res extra prædicamentum quantitatis dat formale esse per se quantum, vt patet: quòd quia anima intellectiua claudit in se omnes formas priores se ordine generationis: sicut tetragonum, trigonum ipsa potest supplere, imò necessario facit omnem effectum & operationem formæ mixtionis & corporeitatis. Et vt satisfiat verbis arguentium, potest distingui q in anima intellectiua inueniri esse corporeum, materiale quantum, & figuratum, &c. potest intelligi dupliciter. Vno modo formaliter: alio modo virtualiter. Et quòd quamuis in ea non inueniantur hæc formaliter, sunt tamen in ea virtualiter: sicut trigonum etiā non est in tetragono formaliter, sed virtualiter. & sic anima dat quod habet virtualiter. & hoc sufficit. Est enim anima intellectiua tantæ excellentiæ, vt & faciat ens materiale quātitati subiectum, &c. inquantum habet in se vim priorū: & vt det esse intellectuale & indiuisibile, inquātum formaliter excedit omnes alias. Faciléque percipi potest, quòd cōpositum sit quantum & figuratum subiectiue: & tamé illius forma sit indiuisibilis formaliter, si priuatus quis non est naturali lumine, quo discernere datum est, quòd inter formam pure indiuisibilem, vt sunt intelligentiæ: & formam pure diuisibilem, vt sunt omnino materiales, mediat forma indiuisibilis formaliter & diuisibilis virtualiter: cui ex formali indiuisibilitate conuenit esse non quantum: & ex virtuali diuisibilitate conuenit facere formaliter ens extensum subiectiue. Et nota, quòd cum dicimus animam intellectiuam dare esse extensum composito, intelligitur non de esse actualis existentiæ, sed de esse essentiæ. Illud nanque indiuisibile & immateriale: sicut anima ipsa, hoc verò diuisibile & materiale: illud est vnum simplicitate communicatum tantum composito & materiæ, hoc verò est vnum compositione ex materia & forma. Et ex hoc apparet nihil obstare prædicta propositioni San.Tho. de vnitate esse in composito: quoniam in æquiuoco laboratur: dum quæstio est de esse essentiæ, quòd est ipsum compositum subiectum quantitati: & positio loquitur de esse existentiæ.

¶In rñsione ad secundum aduerte, q diuisio animalis in partem mouenté & partem motā in cæteris animalibus, est diuisio in partes integrales formaliter, & nō in partes essentiales, nisi causaliter: quoniam omne animal integratur ex duabus partibus corporeis, quarum vna actuatur potentia motiua ipsius animalis, & est pars mouens: & reliqua mouetur. In homine autem, quia habet duplex motiuum iuxta duplicem appetitum, sensitiuum scilicet, & intellectiuum: est diuisio in partes integrales, quo ad motum peruenientem ab appetitu sensitiuo: quia ille est actus cuiusdam partis corporis. Et quodammodo in partes essentiales, quo ad motum prouenientem ab appetitu intellectiuo: quia ille nullius corporis est actus: & pars mouens est anima, quæ est pars essentialis. Dixi autem quodammodo, qm pars mota nō est, ppriè pars essentialis: qm est corpus in actu, quod nō est pars nisi per synecdoché realiter loquédo: sed est & dicit pars hoīs inquantū homo aut animal, qa formaliter suméd o animā corp' & animal, cōponit animal ex anima & corpore tanquā ex partibus essentialibus: corpus tñ non est vere pars, vt dictū est.

¶In rñsione ad tertium nota, q rñsio redarguit argumentum q peccat secundum non causam: non enim immediate vniri materiæ primæ infert imperfectionem formæ, sed dare illi primum tantum perfectionis gradum. Vnde hinc habes quòd esse formam propinquam materiæ primæ, contingit dupliciter. Vno modo quo ad vnionem, & sic omnis forma substantialis est ęque propinqua materię primę. Quia in ipsa immediate recipitur: & penes hanc propinquitatem non attenditur perfectio vel imperfectio formarum substantialium. Alio modo quo ad gradualem perfectionem: & sic non omnis forma est æque propinqua materiæ primæ. Sed quanto aliqua forma est propinquior materiæ, tanto imperfectior: & quanto magis elongata, tanto perfectior. Et sic formæ elementorum dicuntur imperfectissimæ & immediatæ materiæ, & primæ formæ eius: & deinde mixtorum, & sic deinceps. vocatur autem forma propinquior materiæ secundum perfectioné, quę primū ordine generationis gradū perfectionalem dat tantum: remotior vero quæ primum & secundum: & sic procedendo data latitudine in quolibet gradu.

¶In responsione ad quartum vbi mixtio elementorum tractatur longius, esset habendus sermo, si cuncta adducenda essent obseruata. vnde in loco proprio in primo de generatione requirantur, hic sat sit rationes has tractare. Tria ergo sunt in hac responsione. Primo opinio Auicen. quæ satis efficaciter impugnatur. Secundo opinio Auerrois in 3.cæli.commen.67. Cuius rationes sunt: quia si corrumperentur totaliter, non saluaretur ratio elementi: nec materia reciperet formas mixtorum mediis elementis: sed primo & essentialiter omnes. Ad quas nos dicimus, quòd optime saluatur ratio elementi: quia elementum est ex quo fit aliquid, cùm insit actu vel virtute. Et quòd materiam reciperet formas mixtorum immediate, potest dupliciter intelligi. Primo quo ad vnionem formæ cum materia, & sic est necessarium. Alio modo quo ad transmutationé: & sic mediant elementa. Ita q elementa media sunt in transmutatione, nō in informatione. Vel dicatur, q non solum in fieri, sed in esse elementa sunt media: non formaliter, sed virtualiter, sicut & manent nō formaliter, sed virtualiter. Sed aduerte hic, q Auerroistæ derident secundam rationem S.T. contra Auerroim, quia manifeste patet in commento illo, quòd Auerrois posuit, formas elementorum esse substantias & medias autem inter substantias perfectas, & accidentia: & ex earum imperfectione quæ proximæ sunt accidentibus: possunt suscipere magis & minus: & sic non

non

373 1.dis.8.q.5.artic.3. 2m.&2. distinc.1. qō.2.art. 5.Et mal. qō.5.ar.5. cor.& spi. arti.7.& de anima arti.8.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum anima intellectiua conuenienter tali corpori vniatur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd anima intellectiua inconuenienter tali corpori vniatur. Materia enim debet esse proportionata formæ. Sed anima intellectiua est forma incorruptibilis. Non ergo conuenienter vnitur corpori corruptibili.

¶Præterea, Anima intellectiua est forma maxime immaterialis. Cuius signum est, quòd habet operationem, in qua non communicat materia corporalis. Sed quanto corpus est subtilius, tanto minus habet de materia. Ergo anima deberet subtilissimo corpori vniri, puta igni, & non corpori mixto & terrestri magis.

¶Præterea, Cum forma sit principium speciei, ab vna forma non proueniunt diuersæ species. Sed anima intellectiua est vna forma. Ergo non debet vniri corpori, quod componitur ex partibus dissimilium specierum.

¶Præterea, Perfectioris formæ debet esse perfectius susceptibile. Sed anima intellectiua est perfectissima animarum. Cum igitur aliorum animalium corpora habeant naturaliter insita tegumenta, puta pilorum loco vestium, & vnguium loco calciamentorum: habeant etiam arma naturaliter sibi data, sicut vngues, dentes, & cornua: ergo videtur, quòd anima intellectiua non debuerit vniri corpori imperfecto tanquā talibus auxiliis priuato.

¶SED CONTRA est quod dicit Philosophus in 2.de Anima, quòd anima est actus corporis physici, organici, potentia vitam habentis.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima intellectiua sit etiam virtute sensitiua secundum gradum perfectissimum, decuit corpus cui vnitur, mixtum esse, & inter omnia alia corpora magis reductum ad complexionis æqualitatem.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum forma non sit propter materiam, sed potius materia propter formam[e]: ex forma oportet rationem accipere quare materia sit talis, & non econuerso. Anima autem intellectiua sicut suprà habitum est[e]: secundum naturæ ordinem infimum gradum in substantiis intellectualibus tenet: intantum, quòd non habet naturaliter sibi inditam notitiam veritatis, sicut angeli[e]: sed oportet, quòd eam colligat ex rebus diuisibilibus per viam sensus: vt Diony. dicit 7.cap. de diui.nomi. Natura autem nulli deest in necessariis. Vnde oportuit, quòd anima intellectiua non solum haberet virtutem intelligendi: sed etiam virtutem sentiendi[e]. Actio autem sensus non fit sine corporeo instrumento[e]. Oportuit igitur animam intellectiuam corpori vniri, quòd posit esse conueniens organum sensus. Omnes autem alij sensus fundantur supra tactum[e]. Ad organum autem tactus requiritur, quòd sit medium inter contraria, quæ sunt calidum & frigidum, humidum & siccum, & similia, quorum est tactus apprehensiuus. Sic enim est in potentia ad contraria, & potest ea sentire. Vnde quanto organum tactus fuerit magis reductum ad æqualitatem complexionis: tanto perceptibilior erit tactus. Anima autem intellectiua habet completissime virtutem sensitiuam: quia quod est inferioris, præexistit perfectius in superiori: vt dicit Diony. in lib. de diui. nomi. Vnde oportuit corpus cui vnitur anima intellectiua, esse corpus mixtum inter omnia alia magis reductum ad æqualitatem complexionis[e]. Et propter hoc homo inter omnia animalia melioris est tactus. Et inter ipsos homines, qui sunt melioris tactus, sunt meliores intellectus. Cuius signum est, quòd molles carne bene aptos mente videmus, vt dicitur in secundo de Anima.

249 368 c 281 a 278 281 35 564 & c 455 c

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hanc obiectionem aliquis forte vellet euadere per hoc, quòd diceret corpus hominis ante peccatum incorruptibile fuisse. Sed hæc responsio non videtur sufficiens. Quia corpus hominis ante peccatum immortale fuit non per naturam, sed per gratiæ diuinæ donum: alioquin immortalitas eius per peccatum sublata non esset, sicut nec immortalitas dæmonis. Et ideo aliter dicendum est, q in materia duplex conditio inuenitur. Vna, quæ eligitur ad hoc quòd sit conueniens formæ: alia, quæ ex necessitate consequitur priorem dispositionem. Sicut artifex ad formam serræ eligit materiam ferream aptam ad secandum dura. Sed quòd dentes serræ hebetari possint, & rubiginem contrahere, sequitur ex necessitate materiæ. Sic igitur & animæ intellectiuæ debetur corpus, quòd sit æqualis complexionis. Ex hoc autem de necessitate materiæ sequitur quòd sit corruptibile. Si quis vero dicat, quòd Deus potuit hanc necessitatem vitare, dicendum est, quòd in constitutione rerum naturalium non cōsideratur quid Deus facere possit: sed quid naturæ rerum conueniat, vt Augu. dicit 2.super Gene. ad lite. Prouidit tamen Deus adhibendo remedium contra mortem per gratiæ donum.

¶Ad secundum dicendum, quòd animæ intellectiuæ non debetur corpus propter ipsam intellectualem operationem secundum se, sed propter sensitiuam virtutem, quæ requirit organum æqualiter complexionatum[e]. Et ideo oportuit animam intellectiuam tali corpori vniri, & non simplici elemento vel corpori mixto in quo excederet ignis secundum quātitatem: quia non posset esse æqualitas complexionis propter excedentem ignis actiuam virtutem. Habet autem hoc corpus æqualiter complexionatum quandam dignitatem, per hoc quòd est remotum à contrariis. In quo quodammodo assimilatur corpori cælesti.

¶Ad tertium dicendum, quòd partes animalis, vt oculus, manus, caro, & os, & huiusmodi, non sunt in specie, sed totum. Et ideo non potest dici proprie loquendo, quòd sint diuersarum specierum, sed quòd sint diuersarum dispositionum. Et hoc competit animæ intellectiuæ, quæ quamuis sit vna secundum essentiam, tamen propter sui perfectioné est multiplex in virtute[e]. Et ideo ad diuersas operationes indiget diuersis dispositionibus in partibus corporis cui vnitur. Et propter hoc videmus, quòd maior est diuersitas partium in animalibus perfectis, quàm in imperfectis, & in his quàm in plantis.

¶Ad quartum dicendum, quòd anima intellectiua, quia est vniuersalium comprehensiua, habet virtutem ad infinita[e]. Et ideo non potuerunt sibi determinari à natura vel determinatæ existimationes naturales, vel etiam determinata auxilia, vel defensionum vel tegumentorum: sicut aliis animalibus, quorum animæ habent apprehensionem & virtutem ad aliqua particularia determinata. Sed loco horū omniū homo habet naturaliter rōnem & manus: quæ sunt organa organorū[e]: qa per ea homo potest sibi præparare instrumēta infinitorum modorum, & ad infinitos effectus.

a 457 c 455 337 b 306 458 b

non posuit aliquod medium inter substantiam & accidens. Sed isti dum derident, quàm se derisibiles exhiberent si viderent, tacerent. Non penetrant subtilitatē formalitatēmque S.T. qui ad philosophos loquebatur non sciolos. Ad cuius euidentiam sciendū est, quòd ratio S.T. non tendit contra conclusioné, sed contra rationem Auer. Sustentatur enim Auer. super ratione medij, vt expresse patet in commento illo: ita q ideo dicit esse possibile formas elementorū misceri magis & minus: quia esse earum est medium inter formas substātiales perfectas, & accidétia. Cōtra hanc rationé arguit San.Tho. quia inter substantiam & accidens impossibile est esse aliquid habens vere rationé medij. Et verificatur hoc nō solum accipiēdo totum genus substantiæ ex vna parte, & accidentium ex alia: sed sumendo quancunq; substantiā ex vna parte: quoniam vt patet 10.meta. medium oportet esse eiusdem generis cum extremis, quòd nulla substantia est eiusdem generis cum accidente. Si dicatur, quòd Auerr. non loquitur de vere medio per participationé: hoc est quod volumus: quia ex hoc habetur q nulla fuit ratio sua ex ratione medij vt medium est: & hoc intendebat S.T. Et confirmatur: quia aut ratio sua fundatur super ratione medij: & tūc aut per participationé: & hoc nō, vt patuit. Aut per abnegationé: & hoc non de se patet. Aut per comparationem: & hoc non, quia forma elemēti non est accidens in respectu ad substantiam: & substantia in respectu ad accidens, sed est absolute substantia. Et similiter non verificatur, quòd suscipit magis & minus in respectu ad substātiā, & non suscipit in respectu ad accidens: quoniā apud ipsum absolute suscipit magis & minus, & secundum veritatem nō suscipit absolute. Aut per appropinquationé, & de hoc proculdubio intédit. Sed nihil infert: quia aut ratio fundatur super ratione medij: & nulla est, quia non est vere mediū. Aut super ipsa appropinquatione naturæ: & tunc nihil aliud est dicere, nisi quòd quia formę elementares sunt imperfectissimæ, & vicinissimæ accidentibus, ideo suscipiūt magis & minus. Et apparet tunc duplex defectus. Primo, quòd ratio medij nō est ad propositum, vt subtiliter exclusit S.T. Secundo, quòd ratio assignata est nulla: quia ex hoc q aliquid est imperfectissimum & infimum in aliquo genere, non excluditur à cōmunibus conditionibus sui generis, sed potius eo ipso quòd infra genus continetur, illas habet: constat quòd suscipere magis & min' cōmunis est conditio generis substantiæ, vt patet in prædicamētis. Taceant ergo & voluntarie fateantur Auerroim esse locutum, & non ex medij ratione, vt tamen loqui se credidit.

¶Tertio in hac responsione San.Tho. ponit opinionem propriam, quòd elementa remanent non actu, sed virtute. Sed aduerte quòd elementa remanere virtute, potest dupliciter intelligi. Vno modo in forma substantiali mixti eo modo quo vegetatiuū est in forma sensitiua: & hæc est opinio Sco. in 2.sen.distin.15. Alio modo in qualitate, quæ est propria dispositio ad formam mixti: & hæc est opinio S.Th. Et quamuis opinio Sco. cōtra viam S. T. sit, & rationi aduersatur: qa nō est eadem proportio formę perfectioris, puta sensitiua ad formas specificas elementorum, & ad gradus genericos: vt quemadmodum hos cōtinet, ita illas contineat: quoniam illarum prædicatio sibi repugnat: non autem horum. Et sensui contradicit: quia operatio elementi non æquè perfecte, aut perfecti' est in forma mixti: sed longe imperfectior: cui' oppositionem videmus in omnib' virtualiter clausis in formis posterioribus. sensitiuū enim perfectiori modo operatur opera vegetatiui quā pure vegetatiuum. quia tamen non est contra pręsenté intétionem in qua pluralitatem formarum excludimus, discutienda relinquatur in loco proprio: sed hæc sint ad discretioné opinionis Sancti Thomæ dicta.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum quintum.*

Titulus clarus est.

Commen. ¶In corpore duo. Primo respondet quęsito vna conclusione affirmatiuè. Secundo, ex cōclusione deducit duo corollaria. Cōclusio respōsiua est. corpus cui vnitur anima intellectiua, oportet quòd sit mixtū, & maximè ad æqualitatem reductum, quale est nostrū. Probatur sic, Anima itellectiua exigit corpus habens has duas cōditiones. ergo. Probatur cōsequētia: quia ex forma accipitur ratio materiæ: quoniam materia est propter formam, & non econuerso. Antecedens vero quo ad primā parté, scilicet ly mixtū: pbatur sic. anima intellectiua non habet inditam cognitionem intellectiuam. ergo est etiam sensitiua: ergo exigit corp' organū tactus. ergo mediū inter contraria ergo mixtū. Antecedés huius pbationis probatur: ex co q tenet infimū gradū in ordine intelligentiū: ac per hoc est vt pura potentia: vt patet ex supradictis. Prima cōsequētia pbatur quia natura nō deficit in necessariis: acquisitio auté notitiæ in anima, oportet q fiat ex sensibus, vt patet: & Dio. cōfirmat. Secūda vero cōsequentia probatur, quia omnes sensus fundantur super tactum, vt patet in tertio de Anima. Tertia autem probatur: quia organum tactus debet esse in potentia ad contraria calidum & frigidum, & reliqua tangibilia. Quarta autem relinquitur per se nota, quia constat corpus animalis non posse esse medium per abnegationem. imò nullū corp' potest esse in poten

poten

potentia ad tangibilia, vt medium per abnegationẽ. Secunda autẽ pars antecedẽtis, scilicet maxime reductũ ad æqualitatem, probatur sic: anima intellectiua habet perfectissime virtutem sensitiuam: ergo exigit corpus maxime ad æqualitatẽ reductum. Antecedens probatur: quia inferius perfectius continetur in superiori: vt patet per Dio. cõsequẽtia probat̃ ex eadẽ radice, quia scilicet vis sensitiua fundatur super tactu. Constat enĩ ꝙ quanto organum tactus fuerit æqualius, tanto melius percipiet, qui ab excellẽtiis remotius meli⁹ discernit.

377 1. cõtra. c. 71. Et veri. q. 13. artic. 4. cor. Et mal. q. 4. arti. 4. cor. Et spũ. art. 3. et de anima ar. 9. & art. 10. co. & 2. li. de anima. lec. 1. fin.

¶Corollaria sunt duo. Primũ, ꝙ ex hoc homo præstat tactu cæteris animalibus. Secundum, inter homines meliorẽ habẽs tactũ, est melioris ingenij. Patet sequela huius de primo ad vltimũ, & declaratur signo ex secundo de Anima.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum sextum.*

368 Annot. IN titulo hoc solum aduerte, quòd hic est sermo de mediatione informationis: non autem trãsmutationis tantum. Ita ꝙ qõ est, vtrũ in instanti quo anima recipitur in materia, medient inter ipsam & materiã accidentia aliqua, quib⁹ prius natura, etsi non tẽpore materia informetur, quã ipsa forma substantiali. Et est qõ cõtra Auerro. & vniuersaliter contra omnes ponentes idem numero accidens ingenito & corrupto saluari.

Commen. ¶In corpore duo facit. Primo tractat quid secũdum Plat. respondendũ esset, scilicet affirmatiue. Secũdo quid secundũ determinata: quia negatiue. Primũ de se patet, Secundũ est cõclusio rñsiua: anima & vniuersaliter omnis forma substãtialis recipitur in materia nullo mediante accidente. Probatur sic: materia est in potentia ad omnes act⁹ ordine quodam. ergo primo ad esse in actu: ergo ad formam substãtialem: ergo prius recipit formã substãtialis: ac per hoc animã, quã quodcũq; accidẽs. Antecedẽs patet ex 7. met. prima cõsequentia ꝓbatur: quia esse in actu est actus prim⁹ simpliciter. secũda vero: ꝙ sola & omnis forma substãtialis facit esse simpliciter. tertia relinquit̃ per se nota.

369

373

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum anima intellectiua vniatur corpori mediantibus dispositionibus accidentalibus.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd anima intellectiua vniatur corpori mediantibus aliquibus dispositionibus accidentalibus. Omnis enim forma est in materia sibi propria & disposita. Sed dispositiones ad formam sunt accidentia quædam. Ergo oportet præintelligi accidentia aliqua in materia ante formam substantialem: & ita ante animã, cum anima sit quædam substantialis forma.

¶Præterea, Diuersæ formæ vnius speciei requirunt diuersas materiæ partes. Diuersæ autem partes non possunt intelligi nisi secundum diuisionem dimensiuarũ quantitatum[c]. Ergo oportet intelligere dimensiones in materia, ante formas substantiales, quę sunt multæ vnius speciei.

¶Præterea, Spirituale applicatur corporali per contactum virtutis. Virtus autem animæ est eius potentia. Ergo videtur, quòd anima vnitur corpori mediante potentia, quæ est quoddam accidens.

¶SED CONTRA est, quòd accidens est posterius substantia & tempore, & ratione, vt dicitur in 7. met. Non ergo forma accidentalis aliqua potest intelligi in materia ante animam, quæ est forma substantialis.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima intellectiua det homini esse substantiale & simpliciter, impossibile est vniri ipsam corpori mediis accidentibus.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd si anima vniretur corpori solum vt motor, nihil prohiberet, imò magis necessarium esset esse aliquas dispositiones medias inter animã & corpus: potentiam scilicet ex parte animæ, per quam moueret corpus, & aliquam habilitatem ex parte corporis, per quam corpus esset ab anima mobile. Sed si anima intellectiua vnitur corpori vt forma substantialis, sicut iam suprà dictum est[e]: impossibile est, quòd aliqua dispositio accidentalis cadat media inter corpus & animam: vel inter quancunque formam substantialem & materiam suam. Et huius ratio est: quia cum materia sit in potentia ad omnes actus ordine quodam, oportet quòd id quod est primum simpliciter in actibus, primo in materia intelligatur. Primum autem inter omnes actus est esse. Impossibile est ergo intelligere materiam prius esse calidam vel quantam, quàm esse in actu. Esse autem in actu habet per formam substantialem, quæ facit esse simpliciter: vt iam dictum est[c]. Vnde impossibile est, quòd quæcunque dispositiones accidentales præexistant in materia ante formam substantialem, & per consequens neque ante animam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut ex prædictis patet, forma perfectior virtute continet quicquid est inferiorum formarum[c]. Et ideo vna & eadem existens perficit materiam secundum diuersos perfectionis gradus. Vna enim & eadem forma est per essentiam, per quam homo est ens actu, & per quam est corpus, & per quam est viuum, & per quam est animal, & per quam est homo. Manifestum est autem, quòd vnumquodque genus consequuntur propria accidentia. Sicut ergo materia præintelligitur perfecta secundum esse ante intellectum corporeitatis, & sic de aliis: ita præintelliguntur prædicta accidentia, quæ sunt propria entia ante corporeitatem. Et sic præintelliguntur dispositiones in materia ante formam, non quantum ad omnem eius effectum, sed quantum ad posteriorem.

¶Ad secundum dicendum, quòd dimensiones quantitatiuæ sunt accidentia cõsequentia corporeitatem, quæ toti materiæ conuenit. Vnde materia iam intellecta sub corporeitate & dimensionibus, potest intelligi vt distincta in diuersas partes: vt sic accipiat diuersas formas secundum vlteriores perfectionis gradus. Quamuis enim eadem forma sit secundum essentiam, quæ diuersos perfectionis gradus materiæ attribuit, vt dictum est[c]: tamen secundum considerationem rationis differt.

¶Ad tertium dicendum, quòd substantia spiritualis, quæ vnitur corpori solum, vt motor vnitur ei per potentiam vel virtutem. Sed anima intellectiua corpori vnitur, vt forma per suam essentiam[c]. Administrat tamen ipsum & mouet per suam potentiam & virtutem.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum anima vniatur corpori animalis mediante aliquo corpore.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima vniatur corpori animalis mediante aliquo corpore. Dicit enim Augustinus tertio super Genesim ad literam, quòd anima per lucem, id est ignem & aërem, quæ sunt similiora spiritui, corpus administrat. Ignis autem & aër sunt corpora. Ergo anima vnitur corpori humano mediante aliquo corpore.

¶Præterea, Id, quo subtracto, soluitur vnio aliquorum vnitorum, videtur esse medium inter ea. Sed deficiente spiritu, anima à corpore separatur. Ergo spiritus, qui est quoddam corpus subtile, medium est in vnione corporis & animæ.

¶Præterea, Ea, quæ sunt multum distantia, non vniuntur nisi per medium. Sed anima intellectiua distat à corpore: & quia est incorporea, & quia est incorruptibilis. Ergo videtur quòd vniatur ei mediante aliquo, quod sit corpus incorruptibile. Et hoc videtur esse aliqua lux cælestis, quæ conciliat elementa, & redigit in vnum.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in secundo de anima, quòd non oportet quærere si vnum est anima & corpus: sicut neque ceram & figuram. Sed figura vnitur ceræ nullo corpore mediante. Ergo & anima corpori.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima vniatur corpori non vt motor, sed vt forma, impossibile est vniri corpori mediante aliquo corpore.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, quòd si anima secundum Platonicos corpori vniretur solum vt motor[c], conueniens esset dicere, quòd inter animam hominis vel cuiuscunque animalis & corpus aliqua alia corpora media interuenirent. Conuenit enim motori aliquid distans per media magis propinqua mouere. Si vero anima vnitur corpori vt forma, sicut iam dictum est[c]: impossibile est quòd vniatur ei aliquo corpore mediante. Cuius ratio est, quia sic dicitur aliquid vnum quomodo & ens. Forma autem per seipsam facit rem esse in actu, cum per essentiam suam sit actus, nec dat esse per aliquod medium. Vnde vnitas rei compositæ ex materia, & forma est per ipsam formam, quæ secundum seipsam vnitur materiæ, vt actus eius. Nec est aliquid aliud vniens nisi agens, quod facit materiam esse in actu: vt dicitur in octauo metaphysi. Vnde patet esse falsas opiniones eorum, qui posuerũt aliqua corpora esse media inter animam & corpus hominis. Quorũ quidam Platonici dixerunt, quòd anima intellectiua habet corpus incorruptibile sibi naturaliter vnitum, à quo nunquam separatur, & eo mediante vnitur corpori hominis corruptibili. Quidam vero dixerunt, quòd vnitur corpori mediante spiritu corporeo. Alij vero dixerunt, ꝙ vnitur corpori mediãte luce, quam dicunt esse corpus[c], & de natura quintæ essentiæ: ita ꝙ anima vegetabilis vnitur corpori mediante luce cæli syderei, anima vero sensibilis mediante luce cæli crystallini: anima vero intellectualis mediante luce cæli empyrei. Quod fictitium & derisibile apparet. Tum quia lux non est corpus[c]. Tum quia quinta essentia nõ venit materialiter in compositionem corporis mixti: cum sit inalterabilis, sed virtualiter tantum[c]. Tum etiam, quia anima immediate corpori vnitur vt forma materiæ[c].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus loquitur de Anima inquantum mouet corpus. Vnde vtitur verbo administrationis. Et verum est, quòd partes grossiores corporis per subtiliores mouet. Et primum instrumentum virtutis motiuæ est spiritus, vt dicit Philosophus in libro de causa motus animalium.

¶Ad secundum dicendum, quòd subtracto spiritu deficit vnio animæ ad corpus, non quia sit medium, sed quia tollitur dispositio, per quam corpus est dispositum ad talem vnionem. Est tamen spiritus medium in mouendo, sicut primum instrumentum motus.

¶Ad tertium dicendum, quòd anima distat à corpore plurimum, si vtriusque conditiones seorsum considerantur. Vnde si vtrũque ipsorum separatim esse haberet, oporteret quòd multa media interuenirent. Sed inquantum anima est forma corporis, nõ habet esse seorsum ab esse corporis[c]: sed per suum esse corpori vnitur immediate. Sic enim & quælibet forma, si consideretur vt actus, habet magnam distantiam à materia, quæ est ens in potentia tantum.

ARTICVLVS VIII.

a ¶*Vtrum anima sit tota in qualibet parte corporis.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd anima non sit tota in qualibet parte corporis. Dicit enim Philosophus in lib. de causa motus animalium, Non opus est in vnaquaque corporis parte esse animam: sed in quodam in principio corporis existente alia viuere: eo quòd simul nata sunt facere proprium motum per naturam.

¶Præterea, Anima est in corpore cuius est actus. Sed est actus corporis organici. Ergo non est nisi in corpore organico. Sed nõ quælibet pars corporis hominis est corpus organicum. Ergo anima nõ est in qualibet parte corporis tota.

¶Præterea, In 2. de Anima dicitur, quòd sicut se habet pars animæ ad partem corporis, vt visus ad pupillam ita anima tota ad totum corpus animalis. Si igitur tota anima est in qualibet parte corporis, sequitur quòd quælibet pars corporis sit anima.

¶Præterea, Omnes potentiæ animæ in ipsa essentia animæ fundantur. Si igitur anima tota est in qualibet parte corporis, sequitur ꝙ omnes potentiæ animæ sint in qualibet corporis parte: & ita visus erit in aure, & auditus in oculo. Quod est inconueniens.

¶Præterea, Si in qualibet parte corporis esset tota anima, quælibet pars corporis immediate dependeret ab anima. Non ergo vna pars dependeret ab alia, nec vna pars esset principalior quàm alia. Quod est manifeste falsum. Non ergo anima est in qualibet parte corporis tota.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in sexto de trinitate, quòd anima in quocunque corpore, & in toto est tota, & in qualibet eius parte tota est.

CONCLVSIO.

¶*Anima, cum vniatur corpori ex diuersis partibus constituto vt forma substantialis, est essentialiter & non virtualiter tota in toto, & tota in qualibet parte corporis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in aliis iam dictum est: si anima vniretur corpori solum vt motor[e], posset dici quòd non esset in qualibet parte corporis, sed in vna tantum, per quam alias moueret. Sed quia anima vnitur corpori vt forma, necesse est quòd sit in toto, & in qualibet parte corporis. Non enim est forma corporis accidentalis, sed substantialis. Substantialis autem forma non solum est perfectio totius, sed cuiuslibet partis. Cum enim totum consistat ex partibus, forma totius, quæ non dat esse singulis partibus corporis, est forma, quæ est compositio & ordo, sicut forma, domus[e], & talis forma est accidentalis. Anima vero est forma substantialis. Vnde oportet, quòd sit forma & actus non solum totius, sed cuiuslibet partis. Et ideo recedente anima, sicut non dicitur animal, &

¶Circa hanc rationem aduerte, quòd dupliciter cauillari potest. Primo quantum ad ordinem, dicendo, quòd materia est primo in potentia ad esse substantiale primitate intentionis, non autem primitate exequutionis, quia primum in intentione, est vltimum in exequutione: & ideo prius ordine generationis recipit dispositiones accidentales, quàm formam substantialem. Secundo, quantum ad secundã consequentiã: quia cõcesso ꝙ esse in actu est prius ordine generationis: nõ sequitur, ergo esse datum à forma substantiali, est prius ordine generationis; sed ꝙ est sophisma cõsequentis, quoniã esse in actu cõmuni est omnibus prædicamẽtis, vt patet 3. phy. tex. 3. ac per hoc clauditur intrinsece in esse accidentali, & cõsequenter faciendo esse quantũ, aut quale sit, esse in actu. Et sic nihil aliud concluditur ex hoc, ꝙ esse est primus actus ordine generationis, nisi ꝙ prius sit esse in actu, quàm esse tale, quod saluat̃ etiã in forma accidẽtali: quia dum calor facit esse calidum, prius natura dat ly esse, quã ly calidum: nõ ergo ex hoc pot̃est inferri, ergo prius recipit formã substantialẽ. Sed ad hæc breuiter, & simul dicitur, ꝙ sermo præsens principaliter est de ordine generationis: ita ꝙ materia est in potẽtia ad oẽs actus ordine generationis: ac per hoc ad actũ primũ ex natura sua ordine generationis est primo ordine generationis in potẽtia: & cõsequenter prius recipit illũ ordine executionis. Quòd autẽ forma substãtialis sit prior accidẽte ordine generationis, probat̃ sufficiẽter in litera ab effectibus earũ formalibus: quia scilicet esse in actu est prius quã esse tale, quod nõ solũ verificat̃, propterea quia in quolibet esse pri⁹ intelligitur esse, quã specificatio eius, vt obiiciẽdo tactũ est, quod est extra propositũ: sed necessario est verũ, & intentũ in proposito, propterea quia nulla res potest suscipere esse tale, nisi prius natura de ipsa verificetur absolute, ꝙ habet esse. Impossibile est enim imaginari domum suscipere esse album, aut pulchrum, nisi imaginemur ꝙ domus ipsa est absolute, seu sine additione aliqua. Si ergo materia secundũ se nullũ esse in actu habet, impossibile est imaginari, ꝙ sit talis si non prius natura de ea verificetur, ꝙ habet esse absolute, & sine additione aliqua: sed dare esse ita ꝙ sine additione aliqua verificetur de aliquo quod est, est proprius effectus formalis formæ substantialis, vt superius declaratum fuit. ergo impossibile est materiam prius recipere accidens quod facit solum esse tale, quã formã substantialẽ, qua facit esse simpliciter, id est sine additione aliqua. Nullũ est ergo sophisma arguere ex hoc, ꝙ esse simpliciter, id est sine additione aliqua, est prim⁹ actus ordine generationis, ergo forma substãtialis, quia hoc nõ clauditur intrinsece in forma accidentali, sed præsuppositiue, sed in forma substãtiali tantum: & ideo ista est prior ordine generationis. Est autẽ ratio apparẽtiæ in argumẽto: quia esse potest dici absolute dupliciter. Vno mõ per abstractionem & simpliciter & secundũ quid: & hoc mõ simpliciter dicimus, quòd esse dicitur de esse in omnibus generibus, & sic accipiebatur in arguendo, & hoc modo esse neq; excludit, nec includit simpliciter, aut secundũ quid. Alio modo per exclusionẽ secundum quid, & inclusionẽ simpliciter: & hoc modo dicim⁹ in actu signato, ꝙ forma substãtialis dat esse simpliciter: & in actu exercito, ꝙ per formã substãtialẽ ignis est, per calorẽ vero ignis nõ est, sed est calidus. Et sic vsus est S. T. esse simpliciter seu absolute in proposito. Vnde patet ꝙ diuersimode sumatur esse, cũ dicitur ꝙ calor faciẽdo esse calidũ, dat prius esse, quã calidũ: & cũ dicitur ꝙ forma substãtialis dat esse. Et vtrobique vtimur ly esse absolute: quoniã ibi esse dicit actũ confuse & potentiale ad simpliciter & secundum quid: hic vero dicit actum excludentem secũdum quid.

371

371

371

a 371 Annot. ¶In responsione ad primum, aduerte propter instantiam, quæ posset fieri de ordine reali, ꝙ forma exigit materiam realiter dispositam, & non solum ordine rationis. b 371 Aduerte inquam, ꝙ formam vniri materiæ dispositæ, potest quadrupliciter intelligi. Primo, dispositionibus præcedentibus ordine durationis. Et sic verificatur, 375 Locũ supra. art. 6. inductũ. quia immediate ante instans generationis materia erat summe disposita pro forma introducta. secundo dispositionibus simultaneis: & hoc modo etiam est verum, quia in instanti introductionis formæ substantialis adsunt etiam omnes dispositiones requisitæ in ipsa materia. Tertio, dispositionibus simultaneis, præsuppositis tamen reali ordine naturæ. Et sic est falsum, formam vniri materiæ dispositæ: quoniam ipsa forma præcedit reali naturæ ordine omnia accidentia: vt in corpore articuli probatum est. Quarto, dispositionibus simultaneis & præsuppositis ordine naturæ secundum intellectum. Et hoc modo est verum, non de ipsa forma substantiali absolute, sed de ipsa secundum posteriorem eius gradum & effectum. Non est quidem verum de ipsa: quia materiæ secundum seipsam nulla eget dispositione ad hoc vt suscipiat formam substantialem si nihil addatur, quamuis egeat disponi, vt recipiat formam substantialem talem. Est autem verum de ipsa quantum ad vlteriorem gradum: quia vt in litera dicitur, formam substantialem vt sic, intelligitur comitari proprietates entis substantiæ: ac per hoc capacem esse corporeitatis, quam comitantur dimensiones, &c. Et sic intelligitur capax mixtionis, quam sua accidentis comitantur: & sic semper forma secundum vlteriorem gradum, & effectum formalem, & accidentia propria perfecta intelligitur aduenire materiæ dispositæ. Vnde patet quòd propositio illa maxima, forma & actus fit in materia disposita, tripliciter verificatur: duobus modis, realiter scilicet, dispositionibus præcedentibus & simultaneis, loquendo vtrobique de ordine durationis: & vno modo secundum rationem, loquendo de ordine naturæ: & hunc tantum posuit hic San. Tho. quia erat obscurus. Et hoc bene memora in tota hac materia. De qua & materia sequẽtis articuli vide in commentariis de ente & essentia, si nostra videre vis.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulum septimum.*

TItulus clarus est.

Commẽt. ¶In corpore tria. Primo respondet secundum positionem Platonis, & dicit quòd conueniens esset ponere aliquod meritum propter distantiam naturæ animæ à natura corporis: quoniam illa motor incorruptibilis, hoc mobile corruptibile: & ideo medium aliud conuenit. Secundo quid secundum positionem determinatam, conclusio responsiua, Anima non vniri potest mediante aliquo corpore. Probatur dupliciter, Primo ratione, Forma seipsa immediate facit formaliter compositum ex se & materia ens in actu: ergo & vnum. Antecedens probatur: quia forma per essentiã suam est actus: consequentia probatur quia vnumquodque eodem modo est ens & vnum: Secundo probatur autoritate 8. metaphysi. Tertio excludit opiniones oppositas enumerans tres earum, & tertiam tripliciter excludit, omnia clara sunt in litera.

Annot. ¶In responsione ad tertium, aduerte quòd responsio innuit hanc distinctionem quòd multum distãtia dupliciter: dissimilitudine conditionum, vel proportione coniunctionis. Primo modo forma & materia multum distant: non secundo. Et inter multum distantia primo modo tantum, non oportet esse medium: sed inter distantia vtroque modo oportet esse media.

371

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæsextæ Articulũ octauum.*

Comment. TItulus clarus est.

364 ¶In corpore. Primo, quòd si secundum positionem Platonis diceretur scilicet negatiue respondendum esset.

369 Secundo secundum veritatem dicendo respondet quæsito affirmatiue. Tertio ostendit differẽtem modum quo anima est in toto & partibus, in fine articuli.

¶Primum est clarum quòd non ideo repetitum toties est à S. Thoma, vt quasi opinio Platonis vt dubia semper tractaretur, sed vt ostendatur continue, quanta oritur diuersitas ex illa radice, & confirmetur intentum ex differentia inter vnionem per modum motoris, & per modum formæ.

455 b ¶Quo ad secundum conclusio responsiua est, Anima est tota in toto, & tota in qualibet parte, Et probatur tali ordine. Primo probatur: quòd anima in toto & in qualibet parte est.

342 b Secundo, quòd in toto, & qualibet parte est tota.

455 369 374 Primum probatur dupliciter seu tripliciter. Primo ex differentia inter formam substantialem & accidentalem: sic, Dare esse formale toti & non partibus singulis, est conditio propria formæ accidentalis: ergo non conuenit animæ, quæ est forma substantialis. Antecedens declaratur in formis, quæ sunt compositio & ordo. Secundo ex effectu, sic, Recedente anima nec totum nec partes remanent, nisi æquoce: ergo anima est actus totius & partium. Antecedens probatur autoritate Philosophi 7. metaphysic, & ratione, quæ potest esse tertia probatio seorsum à signo sic, Recedente anima nulla pars corporis retinet proprium opus: ergo non remanet eiusdem speciei: ergo anima erat in eis. 369 c Antecedens patet ad sensum: prima consequentia patet: quia retinens speciem retinet operationem. secũda vero: quia actus est in eo cuius est actus, ac per hoc cum anima recedẽs sit ille actus partium, quo habebant illa opera: ergo in eis erat. Secundum vero probat tali ordine. Primo distinguit triplicem totalitatẽ, Secundo comparat eas ad formas in communi. Tertio applicat quæstionem propositam ad formas habentes omnes totalitates & soluit eã. Quarto descendit ad intentũ respondendo quæsito distincte.

376 1. di. 8. q. 5. arti. 3. Et 2. contra cap. 72. & li. 4. c. 67. fi. & de spũ. art. 4. & de Anima artic. 10. Et opus. 61. c. 47.

¶In primo horum ponitur triplex totalitas: quantitatiua, essentialis & potestatiua iuxta triplex genus totius & partium.

¶In secundo ponitur differentia inter totalitatem quantitatiuam & alias, respectu formarum quo ad hoc quòd illa non inuenitur in formis, nisi per accidens, iste per se: illa in solis formis, quæ indifferenter respiciunt totum & partes. Iste non sic: quia perfectio essentiæ & rationis, & esse principium operationis per se conuenit formæ. Ex his sequitur tertia differentia: quòd illa nõ inuenitur in anima, præcipue animalium perfectorũ. Iste sic: & tenet sequela, quia anima non eadem habitudine respicit totum & partes: quia requirit manifeste diuersitatem in partibus corporis

¶In tertio dicit tria. Primum est: quòd si fiat hic quæstio de albedine, id est, forma habente omnes istas totalitates, oportet distinguere de totalitate quãtitatiua, &c. Secundum quod de duabus totalitatibus, scilicet quantitatiua & virtuali, respondendum est negatiue, quia vna pars est extra aliam: & in maiori quanto est maior virtus. Tertium: ꝙ de totalitate essentiali respõdendum est affimatiue, 371

¶In quarto dicit tria. Primo, quòd non oportet distinguere in anima de omnibus totalitatibus, sed essentiali & virtuali tantum, probatur: quia non est quanta per se, nec per accidens. Secundo respondet quæsito affirmatiue, quo ad totalitatẽ essentiæ. Anima secũdũ essentiam est 508

homo nisi æquiuoce, quemadmodum & animal pictum vel lapideum, ita est de manu & oculo, aut carne & osse, vt Philosophus dicit. Cuius signũ est ꝙ nulla pars corporis habet ꝓpriũ opus aĩa recedente: cũ tñ omne quod retinet speciẽ, retineat operationẽ speciei. Actus aũt est in eo cui⁹ est actus. Vñ oportet animã esse in toto corpore, & in qualibet eius parte. Et ꝙ tota sit in qualibet parte eius, hinc considerari potest. Quia cũ totũ sit qđ diuiditur in partes secundum triplicẽ diuisionẽ est triplex totalitas[c]. Est enĩ quoddã totũ quod diuiditur in partes quãtitatiuas, sicut tota linea, vel totum corpus. Est etiam quoddã totũ, qđ diuiditur in partes rationis & essentiæ[c]: sicut diffinitum in partes diffinitionis, & compositũ resoluitur in materiam & formã. Tertium autẽ totum est potentiale, quod diuiditur in partes virtutis. primus autẽ totalitatis modus non conuenit formis, nisi forte per accidens: & illis solis formis, quæ habent indifferẽtem habitudinem ad totum quãtitatiuum & partes eius. Sicut albedo quãtum est de sui ratione, æqualiter se habet, vt sit in tota superficie, & in qualibet superficiei parte[c]. Et ideo diuisa superficie diuiditur albedo per accidens. Sed forma, quæ requirit diuersitatem in partibus, sicut est aĩa: & præcipue animaliũ perfectorum nõ æqualiter se habet ad totum, & partes. Vnde nõ diuidit per accidẽs, scilicet ꝑ diuisionẽ quãtitatis. Sic ergo totalitas quantitatiua nõ potest attribui animæ, nec per se nec per accidẽs. Sed totalitas secunda, quæ attẽditur secũdũ rationis & essentiæ perfectionem, ꝓprie & per se conuenit formis. Similiter autẽ & totalitas virtutis: quia forma est operationis principiũ. Si ergo quæreretur de albedine, vtrũ esset tota in tota superficie, & in qualibet eius parte: distinguere oporteret, qa si fiat mentio de totalitate quãtitatiua, quam habet albedo per accidens, non tota esset in qualibet parte superficiei. Et similiter dicendũ est de totalitate virtutis. Magis enĩ potest mouere visum albedo, quæ est in tota superficie, quàm albedo, quæ est in aliqua eius particula. Sed si fiat mẽtio de totalitate speciei & essentiæ, tota albedo est in qualibet superficiei parte. Sed qa aĩa totalitatẽ quãtitatiuã nõ habet, nec per se nec ꝑ accidẽs, vt dictũ est[c], sufficit dicere quòd aĩa tota est in qualibet parte corporis secundum totalitatem perfectionis essentię, nõ autem secundũ totalitatẽ virtutis: quia nõ secundũ quálibet suam potentiã est in qualibet parte corporis, sed secundum visum in oculo, secũdũ auditũ in aure, & sic de aliis. Tamen attendendũ est, ꝙ quia aĩa requirit diuersitatẽ in partibus, non eodẽ modo comparatur ad totũ, & ad partes: sed ad totũ quidem primo & per se, sicut ad ꝓpriũ & proportionatũ ꝑfectibile: ad partes aũt per posterius secundũ quod partes habẽt ordinem ad totum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquit̃ de potẽtia motiua animæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima est actus corporis organici, sicut proportionati & primi perfectibilis.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ animal est quod cõponitur ex anima & corpore toto, quod est primum & proportionatum eius perfectibile. Sic autem anima non est in parte. Vnde nõ oportet quòd pars animalis sit animal.

¶Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ potẽtiarũ aĩæ quædam sunt in ea secũdũ quod excedit totã corporis capacitatem, scilicet intellectus & voluntas[c]. Vñ hmõi potẽtiæ in nulla parte corporis esse dicuntur. Alię vero potẽtiæ sunt cõmunes animæ & corpori. Vnde taliũ potentiarũ nõ oportet ꝙ quælibet sit in quocũque est anima, sed solum in illa parte corporis, quæ est proportionata ad talis potentiæ operationem.

¶Ad quintũ dicẽdũ, ꝙ vna pars corporis dicitur esse principalior ꝙ̃ alia, propter potentias diuersas, quarum sunt organa partes corporis. Quæ enim est principalioris potentiæ organũ, est principalior pars corporis: vel quę etiam eidem, potentiæ principalius deseruit.

tota in toto, & tota in qualibet parte. Tertio secundum totalitatem virtualem, negatiue scilicet quòd non est tota in qualibet parte, sed secundum vnam potentiam in vna parte, & aliam in alia.

¶Quo ad tertium principale, ponit differentiam inter modum essendi totam animam in toto, & in qualibet parte. In hoc modo enim differre ait, quòd quanuis totum & quælibet pars conueniant in hoc, quòd anima est in eis vt actus: differunt tamen in modo, quia anima est actus totius, vt per se primo ꝑfectibilis: singularũ vero partiũ vt partiũ primo perfectibilis.

Quæstio. ¶*Num & quomodo formæ inextensæ sint quæ differẽter se habẽt ad totum & partem.*

a ¶Circa hæc dicta sunt multa dubia. Primũ est, 577 circa totalitatẽ quantitatiuã quid sit differẽs habitudo 40 formæ ad totũ & partes, quæ comitat̃ c inextensionẽ formę. Aut enĩ diuersa ista habitudo attenditur penes distinctionẽ primi perfectibilis à nõ primo perfectibili in actu. Et hoc non: quia sic omnis forma esset inextensa: qm̃ omnis forma respicit totum vt primũ perfectibile in actu: partes vero 40 nõ vt primũ perfectibile, sed vt partes primi. Aut penes distinctionem primi perfectibilis à nõ primo tam actu ꝙ̃ potentia: ita quòd pars nec sit, nec esse possit primum ꝑfectibile à tali forma. Et hoc non: quia sic aĩa vegetatiua esset inextensa: qm̃ sic differenter respicit totũ & partes: qđ totũ est eius primo perfectibile, & nulla pars eius potest ei respõdere vt primo ꝑfectibile: qm̃ nulla pars plantæ habet omnia organa plantæ, sine quibus non habetur ratio primi perfectibilis, vt patet ex diffinitione animæ. Aut penes distinctionem perfectibilis à non perfectibili, ita quòd pars sic perficiatur in toto à forma, quòd extra totum non possit esse perfectibilis tali forma. Et hoc non, quia sic forma minimi naturalis esset inextensa: quoniam nulla eius pars potest tali forma seorsum perfici. Nullo igitur modo videtur posse intelligi differentem habitudinem ad totum & partes comitari inseparabiliter negationem totalitatis quantitatiuæ in forma.

Quæstio. ¶*Num propter animam intellectiuam oporteat ponere in animali aliquam aliam formam inextensam.*

¶Dubium secundo est circa eandem totalitatem: quoniam S. Tho. à communi opinione discordare videtur hoc in loco, eo quòd ponat præter animam intellectiuam, aliquam aliam formam in materia inextensam, scilicet animam sensitiuam animalium perfectorum, cum tamen vix possit sustineri, quòd anima intellectiua de foris veniens informet secundum esse, & sit inextensa. Tum quia sequitur idem indiuisibile simul moueri & quiescere. Tum quia sequeretur, quòd manus intelligeret, existente ibi essentia animæ, & consequenter intellectu. Voluntarie quoque & absque probatione aliqua dicitur hoc, vt patet in litera, & in secundo contra Gent. cap. 72. quod non decet Philosophum.

Quæstio. ¶*Num totalitas essentialis per se conueniat formis & animæ.*

¶Dubium tertio est circa totalitatem essentialem: quia male dicitur illam conuenire formis & animæ per se. Quia aut intendis positiue, & sic constat esse falsum: quia non habet partes essentiales, cum sit simplex. Aut negatiue: & sic etiam contingit totalitas quantitatiua animæ intellectiuæ, nam caret partibus quantitatiuis, quemadmodum & essentialibus: igitur pari ratione dicendum erat, quòd non habet essentialem totalitatem, sicut nec quantitatiuam.

¶Ad primam horum dicitur, quòd intelligitur secũdo modo ista differens habitudo. Sed oportet quòd subintelligatur de totaliter differente, & non secundum quid. Ad cuius euidentiam sciendum, triplex esse genus formarũ. Quædã omnino æqualiter respicientium totum & partes, vt primum perfectibile: & tales sunt formæ mere naturales, vt aquæ, ignis & aliorũ huiusmodi. Et loquimur de formis quantum est ex parte sui, & de toto & partibus absolute, & non de tanto toto aut tanta parte: liquet enim quòd forma aquæ quantum est ex se, indifferenter respicit vt primũ perfectibile materiam bicubitã & cubitalem, quæ sunt totum & pars: & sic de aliis. Nec instantia de partibus minimi mouere debet: qm̃ mutatur totum in tm̃, & pars in partẽ tantã: quod est sophisma figuræ dictionis: minimũ enim significat totũ tm̃: & similiter pars eius. Iam autẽ diximus ꝙ sermo noster est absolute cõparando formam specificam ad totũ & partes vt primo perfectibile. Quædã vero sunt omnino inæqualiter respicientes totũ & partes. Et hæc ita totum sibi vendicant vt primũ perfectibile, ꝙ nulla pars seorsum potest habere rationẽ non solũ primi perfectibilis, sed nec perfectibilis: hmõi autẽ est proculdubio aĩa intellectiua, & vt videbitur animæ animalium perfectorum. Nec te moueat ꝙ abscissa tibia aut brachio, aĩa perficit reliquã partẽ. Quoniam secundũ veritatẽ, reliquũ corpus, in quo mẽbra principalia restant, nõ proprie vocatur pars: sed totũ imperfectũ ꝙ in tñ differt à partis ratione ꝙ in 5. meta. Aris. fecerit propriũ capitulũ de colobo, id est truncato. Quædã aũt sunt mediæ formæ, quæ partim æqualiter, & partim inæqualiter respiciũt totũ & partes: & hæ sunt quæ sic totum respiciũt vt primo perfectibile, qa partem pñt habere nõ vt primũ perfectibile simpliciter, sed secũdũ quid. Et tales sunt anima vegetatiua & 40 c sensitiua aĩaliũ imperfectorũ: hę enim ita totum animatũ corp⁹ ex omnibus organis ex ꝓpria ratione sibi vendicant vt primo perfectibile, ꝙ tñ in partibus eius seorsum saluari possunt: nõ vt in primo perfectibili simpliciter, vt accidit in formis naturalibus, sed secũdũ quid. Et inter has est latitudo, nam vegetatiua saluatur in parte, vt in primo perfectibili secũdũ quid, id est virtualiter: qm̃ pars in eis est totũ corpus organicũ virtualiter. Sensitiuum autem imperfectorũ est in parte vt in primo perfectibili secundũ qd, id est secundũ quandã rationẽ particularem, scilicet secundum rationẽ corporis. Est enim pars decisa viuens vere quoddã corpus animatum totũ: nõ tñ est vere quoddam totum animal. d Vnde cũ in 369 litera dicitur, ꝙ totalitas 381 quãtitatiua inuenitur ꝑ 384 accidẽs in solis formis, quę indifferẽtem habent habitudinem ad totum & partes, intelligitur vt ad primũ perfectibile, siue simpliciter, siue secundũ quid. Et per oppositum, quum dicitur illas formas esse inextensas, quæ differentem habent habitudinem ad totum & partem: intelligitur vt ad primũ perfectibile, excludẽdo tã simpliciter ꝙ̃ secũdũ quid. Ita ꝙ illa totũ pars differẽter respicit, qua nec põt esse talis formæ primũ ꝑfectibile simpliciter, nec secundũ qd: & sic est totaliter differens habitudo formæ ad totũ & partes. In cæteris vero est aliquo modo cõueniẽs, & aliquo modo differens. Et ꝑ hoc patet rñsio ad primũ dubiũ.

¶Ad secundum dubium dicitur ꝙ doctrina hic tradita est quidẽ contra modernorum communem phantasiam, sed non cõtra philosophicas rationes: parum est autem de horũ autoritate curandum. Cum autẽ dicitur quòd sine ratione hoc est dictum, respondetur ꝙ ratio insinuata est à posteriori: quia scilicet diuersam totaliter habet habitudinem ad totum & partem ipsa forma ex propria ratione. Si enim habet totaliter diuersam habitudinẽ ad totum & ad partes, hoc prouenit ex indiuisibilitate formæ. Quia si diuideretur forma ad diuisionẽ totius, iã pars formæ proportionaretur parti corporis: & cũ pars quantitatiua formæ sit tota essentia formæ, ergo ipsa forma secundũ rationem suæ essentiæ non habet totaliter diuersam habitudinem ad totũ & ad partes: sed vtrunq;, scilicet tam totum quàm partem respicit vt proportionatũ perfectibile. Et confirmari potest ista ratio: quia forma extensa ex vi solius diuisionis, non desinit esse secundũ illã partẽ quã habet in parte decisa. Imò quæ quodãmodo erat per modũ potẽtiæ perficitur: & sit actu seorsum, vt patet in formis naturalibus. ergo à destructione consequentis, si ex sola diuisione pars decisa nõ potest retinere eandem speciem: ergo non erat extensa & diuisibilis ad diuisionem subiecti. Potest quoque principalis hæc conclusio de animabus animalium perfectorum probari per hoc, ꝙ forma extensa in maiori est maior, & in minori minor secundũ virtutẽ. Quia in maiori quanto est maior virtus loquẽdo de virtutibus extensis. In animalibus vero videmus sæpe totum oppositum eo ꝙ animalia magni corporis secundũ rationem speciei suæ, videmus debiliora illis eiusdem speciei, quæ sunt commensuratæ magnitudinis: tanquam anima nõn sufficiente ad tantam corporis molem opplendam. Non est ergo sine ratione dictum, quòd animæ aliquæ præter intellectiuã sunt tantæ perfectionis, quòd sunt inextensæ, tam per se, quàm per accidens: quanquam potentiæ omnes earum sint extensæ per accidens: qualitates enim sunt corporis partibus accommodatæ. Ad ea, quæ contra indiuisibilitatem animæ intellectiuæ adducuntur, facile respondetur, negando consequentias. primam quidem: quia anima non mouetur neque per se, neque per accidens ad motum vnius tantum partis, sed totius. & ratio est quia in nulla parte est diffinitiue, id est ita in ea quòd non in alia. Spirituale autem non mouetur per accidens, nisi ad motum illius in quo est diffinitiue. Et propter hanc eandem rationem angelus non mouetur ad motum cæli; quãuis moueretur ad motum eius, si totum cælum mutaret locum subiecto. ¶Secũdam vero: quia plus requiritur ad hoc, quòd corpus aliquod denominetur intelligens, quàm quòd sit compositũ ex anima intellectiua & corpore: exigitur enim ꝙ ly corpore, supponat pro

corpore

corpore primo perfectibili ab ipsa anima, quoniam oportet esse animal & suppositũ quoddam id quod intelligit. Tale autem nulla est pars, sed Sortes tãtum.

¶Ad tertium dubium dupliciter respondetur. Primo quod totalitas essentialis est duplex, scilicet ex partibus secundum rem: & hæc non conuenit formæ, sed ex partibus secundum rationem suæ diffinitionis: & essentiæ compositæ. Et hæc conuenit formis: ita quòd sic totalitas essentialis sumitur positiue, sed distribuit ꝓ partibus diffinitionis, non rei: & est dicere quòd est totum essentialiter, id est secundum omnes partes suæ diffinitionis intrinsecas. Secundo dicitur quòd sicut totum idẽ est quod perfectum, ita totalitas essentialis sumitur pro perfectione essentiali. Vtraque autem totalitas per se conuenit formis. Quoniam & diffinitur vnumquodque & perfectionem habet ratione formæ. Et vtraque responsio tangitur in litera prima, vbi dicitur quoddam totum esse quod diuiditur in partes rationis & essentiæ vt diffinitum: & econuerso. Secunda vbi dicitur, quòd ista totalitas attenditur secundum 377 rationis & essentiæ perfectionem. Et secundum vtranque responsionem dicitur forma tota positiue.

QVAESTIO SEPTVAGESIMASEPTIMA de His, quæ pertinent ad potentias animæ in generali, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his quæ pertinent ad potentias animæ. Et primo in generali. Secundo in speciali.

¶Circa primũ quæruntur octo. ¶Primo, vtrum essentia animæ sit in eius potentia. ¶Secundo, vtrum sit vna tantum potentia animæ vel plures. ¶Tertio, quomodo potentiæ animæ distinguantur. ¶Quarto, de ordine ipsarum adinuicem. ¶Quinto, vtrum anima sit subiectum omnium potentiarum. ¶Sexto, vtrum potẽtiæ fluant ab essentia animæ. ¶Septimo, vtrum potentia vna oriatur ex alia. ¶Octauo, vtrum omnes potentiæ animæ remaneant in ea post mortem.

ARTICVLVS I.

1. dist. 3. q. 4. artic. 2. Et quol. 10. art. 5. & de spi. art. 11. & de Anima artic. 11. & artic. 19.

a ¶*Vtrum ipsa essentia animæ sit eius potentia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videt̃, ꝙ ipsa essentia animæ sit eius potentia. Dicit enim Augu. in 9. de trini. quòd mens, notitia, & amor sunt substãtialiter in anima, vel (vt idem dicam) essentialiter. Et in 10. dicit, quòd memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna vita, vna mẽs, & vna essentia.

¶Præterea, Anima est nobilior quàm materia prima: sed materia prima est sua potentia: ergo multo magis anima.

¶Præterea, Forma substantialis est simplicior quàm accidentalis. Cuius signum est, quòd forma substantialis non intenditur vel remittitur, sed in indiuisibili consistit. Forma autem accidentalis est ipsa sua virtus. Ergo multo magis forma substantialis, quæ est anima.

¶Præterea, Potentia sensitiua est qua sentimus, & potẽtia intellectiua, qua intelligimus. Sed id, quo primo sentimus & intelligimus, est anima secundũ Philosophum in 2. de Anima. Ergo anima est suæ potentiæ.

¶Præterea, Quod non est de essentia rei, est accidens. Si ergo potentia animæ est præter essentiam eius, sequitur quòd sit accidens. Quod est contra August. in 9. de tri. vbi dicit, ꝙ prædicta non sunt in anima sicut in subiecto, vt color aut figura in corpore, aut vlla alia qualitas, aut quantitas. Quicquid enim tale est, non excedit subiectum in quo est. Mẽs autẽ potest etiam alia amare & cognoscere.

¶Præterea, Forma simplex subiectum esse non potest. Anima autem est forma simplex, cum non sit composita ex materia & forma, vt suprà dictum est[c]. Non ergo potentia animæ potest esse in ipsa sicut in subiecto.

¶Præterea, Accidens non est principium substantialis differentiæ, sed sensibile & rationale sunt substantiales differentiæ, & sumuntur à sensu & ratione: quæ sunt potẽtiæ animæ. Ergo potẽtiæ animæ nõ sunt accidentia. Et ita videtur, quòd potentia animæ sit eius essentia.

¶SED CONTRA est quod Dion. dicit 2. cap. cælest. hierar. quòd cælestes spiritus diuiduntur in essentiam, virtutem, & operationem. Multo igitur magis in anima aliud est essentia, & aliud virtus, siue potentia.

CONCLVSIO.

¶*Cum nulla animæ operatio sit substantia, & quoduis animam habens non semper operetur, potentiam animæ ab ipsa animæ essentia & substantia diuersam esse necessarium est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est dicere, quòd essentia animæ sit eius potentia: licet hoc quidã posuerint. Et hoc dupliciter ostenditur quantum ad præsens. Primo, quia cum potentia & actus diuidant ens, & quodlibet genus entis: oportet quòd ad idem genus referatur potentia & actus: & ideo, si actus non est in genere substantiæ, potentia quæ dicitur ad illum actum, non potest esse in genere substantiæ[c]. Operatio autem animæ non est in genere substantiæ, sed in solo Deo, cuius operatio est eius substantia. Vnde Dei potentia, quæ est operationis principiũ, est ipsa Dei essentia. Quod non potest esse verum neque in anima, neque in aliqua creatura, vt suprà etiam de angelo dictum est[c]. Secundo hoc etiam impossibile apparet in anima, nam anima secũdum suam essentiam est actus. Si ergo ipsa essentia animę esset immediatũ operationis principium, semper habens animam actu, haberet opera vitæ, sicut semper habens animam actu est viuum. Non enim inquantum est forma, est actus ordinatus ad vltiorem actum, sed est vltimus terminus generationis. Vnde ꝙ sit in potẽtia adhuc ad alium actum, hoc non competit ei secundum suam essentiam, inquantum est forma, sed secundum suam potentiam[c]. & sic ipsa anima secundum quod subest suæ potentiæ, dicitur actus primus ordinatus ad actum secũdum. Inuenitur autem habens animam non semper esse in actu operum vitæ. Vnde etiam in diffinitione animæ dicitur, ꝙ est actus corporis potentia vitam habentis, quæ tamen potentia non abiicit animam. Relinquitur ergo, ꝙ essentia animæ non est eius potẽtia. Nihil enim est in potentia secundum actum, inquantum est actus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd August. loquitur de mente secundũ qđ noscit se, & amat se. Sic ergo notitia & amor inquãtum referuntur ad ipsam, vt cognitam & amatam, substantialiter vel essentialiter sunt

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulũ primum.*

IN titulo nota, ly sit secundum rem.

cor. princ. ¶In corpore vna est conclusio responsiua negatiue, dupliciter probata. Comment. conclusio est. Impossibile est animæ substãtiam esse suam potẽtiam. Ratio prima est. Operatio animæ non est in genere substantiæ: ergo nec potentia operatiua. Et sic non est substãtia. Antecedens probatur: quia hoc est proprium Dei, quod operatio sit substantia, cõsequentia probatur: Potentia est in eodẽ genere ĩ quo est act⁹: probatur: quia actus & potentia diuidunt ens & quodlibet genus entis. Et quia ratio extendit se ad potentiam operatiuam cuiusque creaturæ, ideo sequitur corollariè, imò extensiue, ꝙ in solo Deo essentia sit potentia: sicut operatio est subiecta in eo solo. Secunda ratio est ducẽs ad impossibile, circa quam sic proceditur. 366 Primo ponitur ipsa consequentia cum eius probatione, Si essentia animæ esset immediatum principium suæ operationis, semper habens animam, haberet actu opera vitæ: sed hoc est falsum. ergo. consequentia probatur dupliciter. primo, quia anima secundum essentiam est actus. secundo à simili, sicut semper est viuum. Deinde excluditur obiectio, quæ posset contra probationem consequentiæ adduci: dicendo, quòd anima est actus talis, id est ordinatur ad vlteriorem actum: quia est actus primus, vt dicitur in 2. de anima. Et hoc excludit dupliciter: primo interimendo, quòd hoc conueniat animæ secundum essentiam: quod probat: quia secundum essentiam est vltimus terminus generationis. ergo non ordinatur ad vlteriorem actum. Secundo ostendendo quomodo hoc contingit animæ, scilicet secundum quod subest suæ potentiæ. Deinde probat falsitatem cõsequentis dupliciter. primo experientia, secundo ex diffinitione animæ: deinde infert intentam conclusionem principalem. Et demum exprimit radicem rationis pro conclusione intenta: quia scilicet nihil est in potentia secundum actum inquantum est actus.

Quæstio. ¶*Num potentia & actus sint eiusdem generis.*

¶Contra primam rationem arguit Scot. in secundo distinct. 16. quæst. 1. sic. Potentia spectans ad idem genus cum actu est potentia quæ est differentia entis, scilicet potentia obiectiua: ergo æquiuoce infertur ex hac radice de potentiis animæ. Antecedens probatur: quia de potentia obiectiua est vniuersaliter vera illa maxima: de receptiua vero est quasi semper falsa: quia excepto genere substantiæ vt plurimum subiectum formæ alicuius prædicamenti, non est res illius, sed alterius generis. consequentia patet: quia potentiæ animæ sunt potentiæ operatiuæ, & receptiuæ, vt in pluribus. Et confirmatur. Tum quia aliter esset processus in infinitum nisi veniretur ad substantiam, quæ esset immediatum receptiuum accidentis. Tum quia 7. meta. proprium est substantiæ non fieri nisi substantia præsupposita: quantum autem vel quale fit nullo quanto aut quali præexistente, nisi in potentia: ergo substantia est immediatum principium accidẽtis. Tum quia apud te anima est immediatum principium suarum potentiarum, quæ sunt accidentia vt dicis. Et similiter apud te anima est immediatũ receptiuum aliquarum potentiarum, puta intellectus & voluntatis. non ergo proximum principium actiuum siue passiuum, & actus sunt eiusdem generis etiam apud te.

Annota. ¶Contra secundam rationem arguitur multipliciter. Primo arguit Scot. ibidem cõtra illam similitudinem sic, Anima est principium viuẽdi formale: operandi vero effectiuum: ergo non est similis ratio de esse viuo & operari in actu. 277 Antecedens patet: consequentia probatur ex differentia inter hæc genera causarum: quia causa actiua potest esse in primo tantum absque 292 secundo actu, formalem 382 vero implicat esse 275 absque effectu formali. Secundo arguo contra probationem sic. Negatio formalis non infert identicam, sed in istis actus vt sic non est in potentia, & vltimus terminus generationis vt sic non ordinatur ad vlteriorem actum: non est negatio nisi formaliter: ergo ex eis nõ sequitur, ergo res, quæ est actus: ergo res quæ est termi- 277 nus generationis, non 389 ordinatur ad vlteriorẽ actum, vbi est negatio identica: quod tamen in litera infertur, alioquin nõ habetur intentum.

¶Præterea, si hoc esset verum, sequeretur quòd calor non esset ipsa potẽtia calefactiua: & probatur sequela, quia calor secundum suam essentiam actus vt sic, terminat generationẽ sui. Igitur, si ratio in litera facta valet, sequeretur, quòd in calore aliud esset essentia eius. & aliud potentia calefactiua, quod est ridiculum. Nec tutatur rationem, si quis dicat quòd calor non generatur nisi secundum quid: nihil enim refert terminare generationem simpliciter, vel generationem secundum quid, quo ad hoc quod est esse actum vltimum generationis. Vtrobique enim hoc conuenit per naturam & rationem actus inquantum actus est. Et super hac natura sustentatur ratio, quare, &c.

Quæstio. ¶*Num nihil sit in potentia inquantum actus est.*

¶Tertio specialiter contra illam propositionem fundamentalem. Nihil est in potentia secundum actum inquantum actus est: sic potentia actiua fundatur super actu: & ex hoc ipso aliquis potest actiue, quia est actu: vt patet tertio de Anima. tex. 40. & tertio physi. text. 17. ergo falsum est aliud assumptum etiam formaliter de potentia actiua, hæc igitur ratio non est vtilis de omnibus potentiis animæ. Præterea & difficilius omnes habitus animæ secundum idem sunt in actu & potentia operatiua: ergo falsum est, quòd nihil est in potentia secũdum id quod est actu. ergo totus iste processus nihil valet. Antecedẽs patet: quia quilibet habitus est res simplex, nec potest in eo fingi distinctio duarum rerum: quarum altera sit actus & altera potentia: & est essentialiter actus: alioquin non esset per se terminus generationis: & est essentialiter potentia: quia essentialiter ordinatur ad vlteriorem actum, scilicet operari. Igitur omnia ruunt.

in anima: quia ipsa substantia vel essentia animæ cognoscitur & amatur. Et similiter intelligendum est quod alibi dicit: quòd sunt vna vita, vna mens, vna essentia c. Vel sicut quidam dicunt, hæc locutio verificatur secundũ modum, quo totum potestatiuum prædicatur de suis partibus, quod mediũ est inter totum vniuersale, & totum integrale. Totum enim vniuersale adest cuilibet parti secundum totam suam essentiam & virtutem, vt animal homini & equo, & ideo proprie de singulis partibus prædicatur. Totum vero integrale non est in qualibet parte, neque secũdum totam essentiam, neq; secundũ totam virtutem. Et ideo nullo modo de singulis partibus prædicatur. Sed aliquo modo licet improprie de omnibus simul: vt si dicamus quòd paries tectum & fundamentum sunt domus. Totum vero potentiale adest singulis partibus secundum totam suam essentiam, sed nõ secundum totam virtutem. Et ideo quodammodo potest prædicari de qualibet parte, sed non ita proprie, sicut totum vniuersale. Et per hunc modum August. dicit, quòd memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna animæ essentia.

¶Ad secundum dicendum, quòd actus, ad quem est in potentia materia prima, est substantialis forma c. Et ideo potentia materiæ non est aliud quàm eius essentia.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ actio est compositi, sicut & esse. Existentis enim est agere. Compositũ autem per formã substantialem habet esse substantialiter, per virtutẽ autẽ, quæ consequitur formam substantialẽ operatur. Vnde sic se habet forma accidentalis actiua ad formã substãtialẽ agẽtis, vt calor ad formã ignis, sicut se habet potentia animæ ad animam.

¶Ad quartum dicendum, quòd hoc ipsum ꝙ forma accidentalis est actionis principium, habet à forma substantiali. Et ideo forma substantialis est primum actionis principium, sed nõ pximũ. Et scd̃m hoc Philosophus dicit, ꝙ id, quo intelligimus & sentimus, est anima.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ si accidens accipiatur secũdum qđ diuiditur contra substantiam, sic nihil potest esse mediũ inter substantiam & accidens e, quia diuiduntur secundum affirmationẽ & negationem, scilicet secundũ esse in subiecto, & non esse in subiecto. Et hoc modo, cũ potentia animæ non sit eius essentia, oportet quòd sit accidẽs: & est in secunda specie qualitatis. Si vero accipiatur accidens secũdum qđ ponitur vnũ quinq; vniuersalium, sic aliquid est medium inter substantiam & accidens. Quia ad substantiam pertinet quicquid est essentiale rei. Non autẽ quicquid est extra essentiã, potest sic dici accidẽs, sed solum id, quod non causatur ex principiis essentialibus speciei. Proprium enim non est de essentia rei, sed ex principiis essentialibus speciei causatur. Vnde medium est inter essentiam & accidens, sicut dictũ est e. Et hoc modo potentiæ animæ possunt dici mediæ inter substantiam & accidens, quasi proprietates animæ naturales. Quod autem Augustinus dicit, quòd notitia & amor non sunt in anima sicut accidentia in subiecto, intelligitur secundũ modũ prædictum e, prout comparantur ad animã, nõ sicut ad amantem & cognoscentem, sed prout comparantur ad eam sicut ad amatam & cognitam. Et hoc modo procedit sua probatio. Quia si amor esset in anima amata sicut in subiecto, sequeretur quòd accidens transcenderet suum subiectum: cum etiam alia sint amata per animam.

¶Ad sextum dicendum, quòd anima licet nõ sit composita ex materia & forma, habet tamen aliquid de potentialitate admixtum: vt suprà dictum est e. Et ideo potest dici subiectum accidentis. Propositio autem inducta locum habet in Deo, qui est actus purus. In qua materia Boë. eam introducit.

¶Ad septimum dicendum, quòd rationale & sensibile, prout sunt differentiæ, non sumuntur à potentiis sensus & rationis: sed ab ipsa anima sensitiua & rationali e. Quia tamen

¶Ad euidentiam solutionum recolenda sunt quæ diximus in q. 54. artic. 3. vbi distinctum est de actu & potentia. Dictum est enim quòd inter purum actum & puram potentiam mediant entia habentia aliquid actus & potentiæ, sic, quòd quædam sunt essentialiter in genere actuum, quædam vero essentialiter in genere potentiarum: de quibus tantum in hac materia est sermo. Et quia obiicientes diuertunt ab his, nec discernunt inter per se & per accidens, ideo falluntur. Vnde ad singula veniendo: cum in prima ratione dicitur, ꝙ potentia & actus sunt in eodem genere, 395 intelligitur de potentia essentialiter ordinata ad talem actum: siue sit receptiua, siue actiua, vt patet in 12. meta. text. 26. Nec contra hoc aliqua instantia adducitur. Nõ enim obstat, quòd res vnius prædicamenti sit immediatum receptiuũ rei alterius, quoniã nullum prædicamẽtum est essentialiter potentia respectu alterius: sed vt patet in loco allegato, in quolibet prædicamento est propria potentia illius generis. Nec sequitur processus in infinitũ: quoniam actus cuiusque generis respondet propriæ potentiæ, vt essentialiter ad se ordinatæ: illi vero potentiæ non respondet alia præcedens potentia essentialiter ad illam ordinata: 377 c quoniam ipsa est essentialiter in genere potentiæ: & si aliquid actualitatis habet nõ nisi quẽdam actus modum habet: puta quia inest alteri, & ad hoc sufficit quòd habeat receptiuũ in quo sustentetur, absq; hoc quòd essentialiter ordinetur ad hoc, & sic est status in re alterius generis, puta substantia. Et nisi sic dicatur, non potest euadi, quin substantia sit reductiue in genere accidẽtis. Et per hoc patet etiam responsio ad illud 7. metaphy. quia fatemur substantiã esse immediatum principium quantitatis: loquendo de principio receptiuo, non autem essentialiter ordinato ad illam. Quanuis illa autoritas non sit ad propositum: quia si adducitur quo ad principium passiuum, constat quòd par est ratio de substantia, & quanto, & quali: quia quodlibet eorum fit ex non tali in actu, sed in potentia tantum. Si quo ad principium actiuum, differentia non verificatur, nisi respectu emanationis rerum ab intelligentiis, quæ sunt causæ æquiuoce, à quibus cum deriuentur substantia, quantitas, qualitas. &c, ipsa tamẽ non sunt quantæ, nec quales nisi virtualiter: substantiæ sunt autem actu. Cætera nanque agentia, sicut substantiæ sunt actu, ita & quanta, & qualia. Sermo autem præsens est de propriis principiis, non de communibus æquiuocis. Similiter non obstat, quòd anima sit principium suarum passionum, quas ponimus accidentia: quia nec actiuum, nec passiuum earum est principium essentialiter ad eas ordinatum: sed habet modum actiui per naturalem quandam resultantiam, & rationem passiui in hoc, quòd sustentat eas inhærentes sibi.

¶Ad ea vero, quæ primo contra secundam rationem adducta sunt, dicitur dupliciter. Primo, quòd in litera illa similitudo adducitur, non ad probandum, sed declarandũ. Secundo, quòd licet non sit simile quo ad genus causæ: est tamen simile quo ad actum vel potentiam: quod solum erat ad propositum. Et cũ contra hoc dicitur, quòd causa efficiens potest esse sine actu secundo, non autem formalis: respondetur quòd licet hoc sit verum simpliciter & in communi, non tamen est verum in causa actiua, cuius actio sequitur immediate actum secundum, quod est actus: quoniam ab actu inquantum actus, non prouenit potentia, constat autem quòd esse in actu primo tantum, est esse in potentia, & ideo par est ratio de effectu formali, & causalitate effectiua, quo ad actum & potentiam.

¶Ad id, quod secundo obiicitur, in quo stat tota vis, dicitur, quòd quãuis absolute negatio formalis non inferat identicam, infert tamen eam in rebus, quæ sunt essentialiter oppositarum rationũ. Dico oppositarum propter rationes superioris & inferioris. Dico essentialiter, propter ea, quæ secundum quid sapiũt rationes eorum, huiusmodi autem sunt res, de quibus loquimur, quia anima est essentialiter actus, & potentiæ operatiuæ animæ sunt essentialiter potentiæ, & constat rationes actus, & potentiæ opponi: & similiter esse terminum vltimum generationis & ordinari ad vlteriorem actum opponuntur: & vtrunque inuenitur in anima essentialiter: ergo secundum diuersa: igitur primum secundum substantiam, & reliquum secundum accidens coniunctum. Non sic autem est de potentia receptiua, aut actiua seu potius earum modis, quibus ab anima fluunt passiones in ea: quoniam nullam rem oportet ponere, quæ sit essentialiter potentia propter hoc: vt patet ex dictis.

¶Ad ea, quæ tertio obiiciuntur, dicitur, quòd potentia actiua sumi potest dupliciter. Primo pro proximo operationis principio effectiuo vt quo: & sic argumẽtum concluditur, sed non proprie sumitur potentia actiua hoc modo, quia non perfecte. Et ideo proprie loquendo talis potentia actiua non potentia, sed principium actiuum vocatur. Secundo pro proximo operationis effectiuo principio vt quo, habente statum potentiæ, & tunc habet complete rationem potentiæ actiuæ, & sic sumitur in proposito, vbi proprie loquimur. Primo modo calor est potentia calefactiua. Secundo modo non. Et vniuersaliter nulla res est proprie potentia actiua, nisi sit talis quòd sibi conueniat quãdoque esse in actu primo tãtum: hoc enim est habere statum potentiæ: vt patet in 9. metaphy. tex. nono, vel septimo. d 372 Vnde proprie loquendo ad primam obiectionem dicitur, quòd aliud est loqui de principio actiuo, & aliud de potentia actiua: illud enim simpliciter sequitur actum, & nõ opponitur illi. De hac vero distinguendum est: quia duo includit, scilicet rationem causandi & conditionem: & quo ad rationẽ causandi dicit actum inquantum actus est: e quo ad conditionem dicit potentiam inquantum potentia est. Et ideo in solo actu permixto potentiæ inuenitur propria potẽtia actiua, a quãuis in Deo summe recipiatur potentia, id est principiũ actiuũ. At si minus consonum doctrinæ sancti Thomæ videtur: quòd ad completam rationem potentiæ actiuæ spectet potentialitas: dicito quod huiusmodi potẽtialitas est de ratione potentiæ actiuæ essentialiter, id est entis, quod ad hoc per se primo est institutum a d 366 vt sit potentia actiua: & hoc sufficit proposito, quoniam de huiusmodi potentia est sermo.

¶Ad secundũ autẽ obiectionẽ omniũ difficillimam, quia affert permixtionem actus essentialis, & potentiæ essentialiter absque distinctione a 389 reali. Dicendum est, quòd habere permixtionem actus & potentiæ essentialiter contingit dupliciter: scilicet per se primo, & per accidens, seu per aliud: & quod sermo noster est de habente hæc per seipsum: & non de habente hæc ratione alterius. Et rationabiliter ac merito hoc dicitur: quoniam eius, quod conuenit alicui per aliud, assignanda est ratio ex illo alio, & non ex se per oppositum eius, quod conuenit alicui per seipsum, assignanda est in seipso causa propria: modo constat, quòd habere in se hæc duo, actum essentialiter & potentiam essentialiter animæ conuenit ex propria ratione: quia ex hoc ipso quòd est actus primus, est eius diffinitio. Et consequenter in ipsa ponenda est propria causa huius permixtionis, quæ vt ex dictis patet, est distinctio generica actus à potentia, cui coniungitur, & consequenter distinctio realis. Habitui vero cuicunque non conuenit ex seipso, sed ex ipsa anima. Ex hoc enim habent habitus, & reliquam quæ in anima sunt quòd non semper vigilent, sed quandoque sint vt somnus, quia ipsius animæ sunt. Cuius signum est, quòd in solis qualitatibus animæ hæc permixtio inuenitur. Et cõfirmatur ex diffinitione habitus 3. de Anima text. & cõ. 17. habitus est quo quis vtitur cum vult. vbi libertas animæ ponitur causa vigiliæ & somni ipsius habitus. Nec obstat, quòd leue non semper ascendat. Quoniam deductis impedimentis & de operationibus conuenientibus rei in sua naturali dispositione philosophicus sermo intelligendus est: quando de operationibus rerum habetur. Vnde, cum in eis non sit talis permixtio actus & potentiæ, nisi ratione subiecti: consequens est quòd hæc instantia non sit contra rationem factam, quæ causa permixtionis talis in eo, in quo ex se inuenitur, assignat distinctionem realem permixtorum includere. Et in hoc gratias ago Deo meo.

¶Ad ea, quæ quartò obiiciuntur, & similia, iam ex dictis patet responsio. Omnes enim formæ, quæ generationem per se terminant, & sunt tamen proxima operationum principia, aut non sunt propriæ potentiæ actiuæ, vel passiuæ, vt de calore patet ex dictis, & consequenter non ordinantur essentialiter ad vlteriorem actum: vtpote quibus repugnat status potentiæ. Aut si sunt propriæ potentiæ non sunt ex se habentes statum potentiæ, sed ex anima, vt de habitibus patet ex dictis.

Annot. ¶In tertio argumento & eius responsione diligenter aduerte, & accipe hinc ꝙ apud S. Thomam cum accidens dicitur agere in virtute substantiæ, est constructio intransitiua, id est, est ipsa virtus substantiæ: huc enim tendit tota responsio, quòd accidentalis vis non sua, sed substantiæ est virtus. Quoniam eius est virtus, cuius est agere, quod est eius cuius est esse: quod non est nisi compositi: quod substantiali forma est, & accidentali vt virtute operatur. Non ergo fingas intentionalem aliquam formam, qua accidens salues agere in virtute substantiæ, vt quibusdam visum fuit.

formæ substantiales, quæ secundum se sunt nobis ignotæ, innotescunt per accidentia, nihil prohibet interdum accidentia loco differentiarum substantialium poni.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum sint plures potentiæ animæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non sint plures potentiæ animæ. Anima enim intellectiua maxime ad diuinam similitudinem accedit: sed in Deo est vna & simplex potentia: ergo & in anima intellectiua.

¶Præterea, Quanto virtus est superior, tanto est magis vnita: sed anima intellectiua excedit omnes alias formas in virtute: ergo maxime debet habere vnam virtutem, seu potentiam.

¶Præterea, Operari est existentis in actu. Sed per eandem essentiam animæ homo habet esse secundum diuersos gradus perfectionis, vt suprà habitum est c. Ergo per eandem potentiam animæ operatur diuersas operationes diuersorum graduum.

¶SED CONTRA est, quod Philosophus in 2. de Anima ponit plures animæ potentias.

CONCLVSIO.

¶*Cum homo ad summum beatitudinis bonum pluribus motibus consequendum vt infima creatura ordinatur, necesse est in anima plures potentias esse.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere plures animæ potentias. ¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd sicut Philosophus dicit in 2. de cæ. quæ sunt in rebus infima, nõ possunt consequi perfectam bonitatem, sed aliquam imperfectam consequuntur paucis motibus. Superiora vero his adipiscuntur perfectam bonitatem motibus multis. His autem superiora sunt, quæ adipiscuntur perfectam bonitatem motibus paucis. Summa vero perfectio inuenitur in his, quæ absque motu perfectam possident bonitatem. Sicut infime est ad sanitatem dispositus qui non potest perfectam consequi sanitatem, sed aliquam modicam consequitur paucis remediis. Melius autem dispositus est qui potest perfectam consequi sanitatem, sed remediis multis. Et adhuc melius qui remediis paucis. Optime autem qui absque remedio perfectam sanitatem habet. Dicendum est ergo, quòd res, quæ sunt infra hominem, quædam particularia bona consequuntur. Et ideo quasdam paucas & determinatas operationes habent & virtutes. Homo autem potest consequi vniuersalem & perfectam bonitatẽ: quia potest adipisci beatitudinem. Est tamen in vltimo gradu, secundum naturam eorum quibus competit beatitudo c. Et ideo multis & diuersis operationibus & virtutibus indiget anima humana c. Angelis vero minor diuersitas potentiarum competit. In Deo vero non est aliqua potentia vel actio præter eius essentiam. Est & alia ratio quare anima humana abundat diuersitate potentiarum, videlicet quia est in confinio spiritualium & corporalium creaturarum. Et ideo concurrunt in ipsa virtutes vtrarumq; creaturarum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc ipso magis ad similitudinem Dei accedit anima intellectiua quàm creaturæ inferiores, quòd perfectam bonitatem consequi potest, licet per multa & diuersa. In quo deficit à superioribus.

¶Ad secundum dicendum, quòd virtus vnita est superior, si ad æqualia se extendat. Sed virtus multiplicata est superior, si plura ei subiiciantur.

¶Ad tertium dicendum, quòd vnius rei est vnum esse substantiale, sed possunt esse operationes plures. Et ideo est vna essentia animæ, sed potentiæ plures.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum potentiæ distinguantur per actus & obiecta.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd potentiæ non distinguantur per actus & obiecta. Nihil enim determinatur ad speciem per illud quod posterius vel extrinsecum est. Actus autem est posterior potentia, obiectum autem est extrinsecum. Ergo per ea potentiæ non distinguuntur secundum speciem.

¶Præterea, Contraria sunt quæ maxime differunt. Si igitur potentiæ distinguerentur penes obiecta, sequeretur quòd contrariorum non esset eadem potentia. Quod patet esse falsum fere in omnibus. Nam potentia visiua eadem est albi & nigri, & gustus idem est dulcis & amari.

¶Præterea, Remota causa remouetur effectus. Si igitur potentiarum differentia esset ex differentia obiectorum, idem obiectum non pertineret ad diuersas potentias, quod patet esse falsum. Nam idem est quod potentia cognoscitiua cognoscit, & appetitiua appetit.

¶Præterea, Id quod per se est causa alicuius, in omnibus causat illud. Sed quædam obiecta diuersa, quæ pertinent ad diuersas potentias, pertinent etiam ad aliquam vnam potentiam. Sicut sonus & color pertinent ad visum & auditum, quæ sunt diuersæ poten-

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum secundum.*

Comment. Titulus clarus est. ¶In corpore tria. Primo proponitur conclusio responsiua affirmatiue. Secundo probatur in communi. Tertio in speciali de hominis anima. conclusio est, Necesse est ponere in anima plures potentias. Probatur in communi sic, Quatuor sunt rerum gradus. Primus respectu boni imperfecti, & tres respectu boni perfecti. 278 2. contra c. 72. fin. Et q. de Anima. art. 3. Et 1. lib. de Anima fin. & li. 2. l. 1. fi. Ille quia ad paucum bonum, paucis eget consequenter motibus. Isti graduantur, quòd aliqui multis, aliqui paucis, aliqui nullo motu perfectum habent: & quanto à pluralitate receditur, tanto perfectior gradus: ergo rationabiliter accidit, ꝙ res infra hominem paucis motibus, & consequenter potentiis, homo multis, angelus paucis, Deus nullo eget motu aut potentia. Antecedens patet ex secundo cæ. text. 62. & declaratur exemplo sanitatis. 371 372 Consequentia probatur: quia infra hominem res ad particulare quoddam bonum ordinantur, homo autem & superiora ad vniuersale: quia ad ipsam beatitudinem in seipsa, & homo infimum tenet locum inter capacia beatitudinis. Deinde affertur ratio specialis de Anima humana: quia est in cõfinio spiritualium & corporalium, ergo habet vtrarũque potentias. tenet sequela ex ratione medij & compositi.

Annot. ¶Circa istam rerum graduationem essent multa discutienda, quæ in 2. cæli require in loco proprio: hoc tamen hic aduerte quòd ista graduatio, fit secundum ordinem causæ finalis: & quia ex fine potissimum medium sumitur in redditione causarum rerum naturalium, vt patet in 1. physi. ideo hoc ratio persuadere debet, non vt probabile quid, sed vt potissimam causam quæsiti assignans. Quoniam cum natura agat propter finem, & distinctio potentiarum opus naturæ sit: ex fine oportuit distinctionis rationem reddere.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum tertium.*

Annot. Titulus. aduerte tres terminos. Primo ly distinguantur. quæritur enim vtrum distinguantur: & non vtrum manifestentur distincte. Et rursus quæritur de distinctione formali per se & directe, de reali autem consequenter: quia sequitur ad eam, supposita distinctione reali potentiarum ab essentia. Secundo ly per: quia ly per notat causalitatem. Tertio ly actus & obiecta in numero plurali, quia denotat eorum diuersitatem: Ita quòd non quæritur, vtrum obiectum sit causa distinctionis potentiarum, sed vtrum diuersitas obiectorum, & actuum sit causa distinctionis essentialis potentiarum animæ.

Comment. ¶In corpore duo. conclusio responsiua affirmatiue, secundo modificatio vnius termini in conclusione positi, scilicet diuersitas obiecti.

¶Conclusio est: potentiæ diuersificantur secundum actuum & obiectorum diuersitatem. Et quoniam duas subordinatas causas conclusio hæc assignat, scilicet diuersitatem actuum & diuersitatem obiectorum: probatur quo ad vtranque causam simul sic, Potentia essentialiter seu secundum id quod est ordinatur ad actum, ergo eius ratio sumitur ex actu: ergo eius diuersitas est ex diuersitate actuum, ergo ex diuersitate obiectorum. Antecedens patet: prima consequentia est per se nota, & similiter secunda: quia eadem sunt principia essendi & distinguendi. Vltima vero consequentia probatur sic, Ratio actus diuersificatur secundum diuersitatem obiecti, ergo diuersitas actuum diuersitatem obiectorum supponit. consequentia nota, & assumptum probatur diuidendo sic, Actus aut est operatio potentiæ passiuæ, aut actiuæ: sed vterque specificatur ex obiecto. probatur quo ad actum potentiæ passiuæ sic, obiectum est efficiens actum illius, ergo specificat illum: quo ad actum vero actiuæ sic, obiectum est finis seu proprius terminus actus illius, ergo specificat illum. Et tenet sequela vtrobique: quia operatio à principio, aut termino proprio specificatur. Calefactio enim aut à calore calefaciente, aut à calore terminante eam speciem habet, & similiter frigefactio, &c.

¶Quo ad secũdum: quia, vt patet ex discursu facto, c 368 radix distinctionis & actuum & potentiarum est diuersitas obiecti. c 174 Et hæc est multiplex: ideo in litera subditur quòd in proposito non est sermo de qualicunque diuersitate obiecti, sed tantum de per se diuersitate illius vt obiectum est, id est illius rationis formalis, quæ per se primo obiicitur potentiæ: & manifestatur exemplariter. Quæ autem dicantur per se differẽtiæ alicuius in 7. metaphy. & 6. topi. dicitur. In litera autem exemplariter manifestantur in differẽtiis animalis: & ad propositum in differentiis sensibilis vt sic.

Annot. ¶Ad euidentiam huius difficultatis, scito quòd potentias distingui per actus & obiecta, quadrupliciter intelligi potest: Primo quòd ly per denotet differentiam distinctiuam ita quòd actus sint principia quibus formaliter, vt propriis differentiis potentiæ distinguũtur. 379 1. dist. 17. q. 1. ar. 4. cor. Et 2. di. 44. q. 2. art. 1. cor. Et q. de Anima. art. 23. Et q. de Anima le. 2. principio. & lect. 6. co. 2. & le. 8. co. 1. & 2. Et hoc est omnino impossibile: quia differentia intima est rei. Et idem est quo formaliter res est in se talis, & vna in se & diuersa ab alia essentialiter. Secundo quòd ly per, denotet principiũ declaratiuum tãtum: ita quòd sit sensus quòd potentiæ distinguuntur per actus, id est manifestantur distincte per actus & obiecta à posteriori. Et hæc opinio processit ex ignorantia philosophiæ naturalis, & distinctionis inter actus vt effectus sunt potentiarum, & vt fines sunt earum, eo quòd vt dicitur in secundo cæli text. 17. vnũquodq; est ppter suam operationem. Si enim hanc distinctionẽ considerassent, cum ex 2. physi. expresse habeatur ꝙ rerum naturalium optima redditur ratio à priori, cũ ex fine sumitur, distinctionem potentiarum per actus non dixissẽt esse à posteriori, sed à priori: vt responsione ad primum S. Tho. hic explicat. Tertio quòd ly per, denotet principium distinctiuum omnino extrinsecum. Ita quòd potentiæ distinguuntur per actus & obiecta, vt per causas extrinsecas, puta finalem & efficientem: sicut vniuersaliter de aliis rebus possumus dicere quòd distinguuntur per suas causas omnes in suo genere causandi per formalem, scilicet intrinsece, & effectiuam extrinsece, &c. Et horum opinio quãuis magis veritati propinqua sit, eam tamen non penetrauit. Tum quia nihil singulare à patribus accepissemus: quoniam de quibusdam tantũmodo entibus specificarunt, quòd distinguuntur per actus & obiecta, hoc enim de potentiis & habitibus singulariter tradiderunt. Tum quia horum entium naturam perspicue non attingit. Vnde est quarta opinio ꝙ ly per, denotet principium diffinitiuũ extrinsecum quidem à re, sed intrinsecum diffinitioni rei. Ita ꝙ potentiæ distinguuntur per actus à priori: nõ tanq̃ per differentias, nec tanquam per causas omnino extrinsecas, sed tanq̃ per causas inclusas necessario in diffinitionibus primis earum. Inclusas autem dico per additamentum, eo modo quo alterum correlatiuum cadit in diffinitione alterius. Et fundamentum huius est id quod in antecedente assumitur, in litera scilicet, Quia potentia secundum id quod est, ad actum dicitur, & est, id est, quia potentia secundum suam entitatem non est res absoluta ab actu & obiecto, quanuis sit res absoluta à termino, & propterea nõ est in genere relationis. Imaginamur enim secundum diuum Tho. quòd potentiæ & habitus, & alia huiusmodi sunt entitates quædam mediæ inter absolutas omnino & respectiuas totaliter. Ita ꝙ non

per aliquid superadditum, sed per suas essentias essentialiter ordinem habent ad actus: ita q̃ absq; eis intelligi etiam in prima operatione intellectus nõ possint. Non quia differentia earum sint, sed quia earum differentiæ sumuntur ab ordine ad illos: ordine autem dico, non relationis prædicamentalis, sed transcendente. Et hæc est radix prima, & vltima in resolutione tam in hac materia quàm in similibus, scilicet de motu, de materia prima, de actione & passione, habitu, &c. Et hoc stante patent omnia in litera. Vnde nõ oportet afferre aliter obiectiones aliorum, nec aliter examinare hæc. Omnia enim ex hoc vno pendent: quòd potentia, actio, & passio, & huiusmodi entia, essentialiter specificatur esse: & vnitatem & diuersitatẽ habent ex intrinseca quidem differentia, sed non abstrahente ab extrinseco obiecto agente, fine, vel actu. Et hæc si vis in proposito intelligere, imaginare naturã agere propter finem, & producere potẽtias proportionatas actibus intentis. Ideóque tales facere potẽtias: quia tales actuũ quidditates exigant, & non econuerso. & quia potentias non acciden- 365 taliter ordinat ad actus, consequens est, quòd ideo potentiæ sint tales essentialiter: quia actus exigit eas tales secundum essentiam: & sic non abstrahunt essentialiter à transcendenti ordine ad actus. Aduerte hic quòd de potentiis animæ possumus dupliciter loqui. Vno modo inquantũ potentiæ sunt: & sic est totus sermo præsens. Alio modo inquãtũ proprietates sunt talis naturæ: & sic non loquimur. Sic enim distinguuntur iuxta diuersitatem naturarum quibus insunt. Iuxta illud Auerrois primo de Anima, com. 65. membra hominis diuersa sunt specie à membris leonis.

Quæstio. *¶Num potentia per se possit respicere vnum contrariorum.*

3 7 ¶In responsione ad secundum, dubium occurrit circa illam conditionalem, Si potentia per se respiceret vnum contrariorum vt obiectum, oporteret alterũ ad aliã potentiã pertinere. Quoniam obuiare sibi videtur Arist. 10. metaph. seu ipsemet dicens q̃ habitus, puta scilicet scientia 4 est per se vnius contrarij: & tamen est etiã al- 27 terius contrarij: ergo à 28 fortiori vna potentia po 426 test esse per se vnius cõtrarij, & tñ etiã alterius. 4

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd solutio huius habetur in litera, ex ly vt obiectũ: per hoc enĩ insinuauit obiectũ adæquatum: & clare liquet, quòd si aliquis habitus vel potentia habet pro obiecto adæquato vnum contrariorum, quòd nunquam attinget alterum contrarium secundum naturam positiuam, quæ non includitur in altero, quamuis attingeret secundum priuationem annexam alterius: quia negatio non nisi ad affirmationis, & priuatio non nisi ad habitus potentiam vel habitum spectare potest. In 10. vero metaphy. non sic sumitur contrarium per se respici, scilicet vt obiectum adæquatum, sed per se, id est principaliter seu nõ per aliud. Ita quòd ibi intendit quòd eadem potentia rationalis est vnius contrarij ratione sui, & alterius ratione illius primi: & sic vnius principaliter, alterius secundario; vnius per se, alterius per accidens, id est per aliud, nullius tamen eorum obiecti adæquati.

Quæstio. *¶Num ex distinctione formali, seu secundum rationem obiectorum, diuersificentur potentiæ reali distinctione.*

tiæ, & tamen pertinent ad vnam potentiam sensus communis. Non ergo potentiæ distinguuntur secũdum differentiam obiectorum.

¶SED CONTRA, Posteriora distinguuntur secundum priora. Sed Philosophus dicit 2. de Anima, quòd priores potẽtiis actus & operationes secundum rationẽ sunt. Et adhuc his priora sunt opposita siue obiecta. Ergo potẽtiæ distinguũtur secũdũ actus & obiecta.

CONCLVSIO.

¶Potentiæ cum per se ordinentur ad actus, distingui etiam per actus & obiecta formaliter oportet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd potentia, secundum illud quòd est potentia, ordinatur ad actum. Vnde oportet rationẽ potentiæ accipi ex actu, ad quẽ ordinatur: & per consequens oportet q̃ ratio potentiæ diuersificetur vt diuersificatur ratio actus. Ratio autẽ actus diuersificatur secundum diuersam rationem obiecti, omnis enim actio vel est potentiæ actiuæ, vel passiuæ. Obiectũ autẽ comparatur ad actũ potentiæ passiuæ, sicut principium, & causa mouens. Color enim inquantum mouet visum, est principium visionis. Ad actum autem potẽtiæ actiuæ comparatur obiectum, vt terminus & finis[c]. Sicut augmentatiuæ virtutis obiectũ est quantũ perfectum, quod est finis augmenti. Ex his autem duobus actio speciem recipit, scilicet ex principio, vel ex fine seu termino. Differt enim calefactio ab infrigidatione, secundum quòd hæc à calido scilicet actiuo ad calidum, illa autẽ à frigido ad frigidum procedit: vnde necesse est. q̃ potentiæ diuersificentur secũdum actus & obiecta. Sed tamen considerandum est, quòd ea quæ sunt per accidens, non diuersificãt speciẽ. Quia enim coloratũ accidit animali, non diuersificantur species animalis per differẽtiã coloris, sed per differentiam eius quod per se accidit animali: per differentiã scilicet animæ sensitiuæ, quæ quandoque inuenitur cũ ratione, quandoq; sine ratione. Vnde rationale & irrationale, sunt differẽtiæ diuisiuæ animalis, diuersas eius species constituentes. Sic igitur non quæcunq; diuersitas obiectorum diuersificat potentias animæ, sed differentias eius, ad quod per se potẽtia respicit[c]. Sicut sensus per se respicit passibilem qualitatem, quæ per se diuiditur in colorem, sonum & huiusmodi. Et ideo alia potentia sensitiua est coloris, scilicet visus, & alia soni, scilicet auditus. Sed passibili qualitati aut colorato accidit esse musicum, vel grãmaticum, vel magnum & paruũ, aut hominem, vel lapidẽ. Et ideo penes huiusmodi differentias potẽtiæ aĩæ nõ distinguuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus licet sit posterior potentia in esse, est tñ prior in intentione, & secundum rationẽ sicut finis agente[c]. Obiectum autem licet sit extrinsecum, est tamen principium vel finis actionis. Principio autem & fini proportionantur ea, quæ sunt extrinseca rei.

¶Ad secũdũ dicendũ, q̃ si potẽtia aliqua per se respiceret vnũ contrariorũ sicut obiectum, oporteret q̃ cõtrariũ ad aliã potentiam pertineret. Sed potẽtia aĩæ non per se respicit propriã rõnem cõtrarij, sed cõmunẽ rõnẽ vtriusq; cõtrariorũ. Sicut visus nõ respicit rationẽ albi, sed rationẽ coloris. Et hoc ideo, qa vnũ cõtrariorum est quoddammodo ratio alterius, cũ se habeant sicut perfectũ & imperfectum.

¶Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet id quòd est subiecto idem, esse diuersum secundum rationem. Et ideo potest ad diuersas potentias animæ pertinere.

¶Ad quartum dicendũ, quòd potẽtia superior p se respicit vniuersaliorẽ rõnẽ obiecti, quàm potẽtia inferior: quia quanto potẽtia est superior, tãto ad plura se extendit. Et ideo multa cõueniunt in vna ratione obiecti, quam per se respicit superior potentia, quæ tñ differunt secundũ rationes, quas per se respiciunt inferiores potentiæ[c]. Et inde est, quòd diuersa obiecta pertinent ad diuersas inferiores potentias, quæ tñ vni superiori potentiæ subdũtur.

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum in potentijs animæ sit ordo.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ in potẽtiis aĩæ non sit ordo. In his enim quæ cadũt sub vna diuisiõe, nõ est prius & posterius, sed sunt nãliter simĩ: sed potẽtiæ aĩæ cõtra se inuicẽ distinguunt. Ergo iter eas nõ ẽ ordo.

¶Præterea, Potentiæ animæ comparantur ad obiecta, & ad ipsam animã. Sed ex parte aĩæ inter eas nõ est ordo: quia aĩa est vna. Similiter etiam ex parte obiectorũ, cum sint diuersa & penitus disparata, vt patet in colore & sono. in potentiis ergo animæ non est ordo.

¶Præterea. In potentiis ordinatis hoc inuenitur, quòd operatio vnius dependet ab operatione alterius. Sed actus vnius potentiæ animæ non dependet ab actu alterius. Potest enĩ visus exire in actum absq; auditu, & econuerso. Non ergo inter potentias animæ est ordo.

¶SED CONTRA est, quod Philosophus in 2. de Anima, cõparat partes, siue potẽtias animæ figuris. Sed figuræ habent ordinẽ adinuicem. Ergo & potentiæ animæ.

CONCLVSIO.

¶Cum essentia animæ sit vna descendens in plures potentias ordine quodam, necessarium est in animæ potentijs, ordinem esse perfectionis, temporis & obiecti pro varijs potentiarum muneribus.

¶RESPONDEO dicẽdũ, quòd cũ aĩa sit vna, potentiæ vero plures, ordine autem quodã ab vno in multitudinẽ procedatur: necesse est inter potentias aĩæ ordinem esse. Triplex autẽ ordo inter eas attenditur. Quorum duo considerãtur secundũ dependentia vnius potẽtiæ ab altera. Tertius autẽ accipitur secũdũ ordinẽ obiectorũ. Dependentia autẽ vnius potentiæ ab altera dupl'r accipi põt. Vno mõ secundũ naturæ ordinẽ, prout perfecta sunt naturaliter imperfectis priora. Alio mõ secundũ ordinẽ generationis & tẽporis[c], prout ex imperfecto ad perfectũ venitur. Secundũ igitur primũ potẽtiarũ ordinẽ potentiæ intellectiuæ sunt priores potẽtiis sensitiuis. vnde dirigunt eas, & iperãt eis. Et sitr potentiæ sensitiuę hoc ordine sunt priores potẽtiis animæ nutritiuæ.

¶In responsione ad tertium, dubium occurrit, quia diuersitas rationis in obiecto non videtur sufficiens causa diuersitatis realis potentiarum. Tum quia ens reale non causatur ab ente rationis: quoniam effectus non est perfectior causa finali, aut effectiua. Tum quia minor distinctio non est sufficiens causa maioris. Tum quia nullo ente rationis existente, distinctiones reales rerum essent: quoniam non dependẽt ab operæ animæ.

¶Ad hæc breuiter dicitur, quòd obiectiones hæ procedunt ex malo intellectu illius propositionis: distinctio obiectorum est causa distinctionis potentiarum, oportet nanque distinguere ly distinctio, & ly causa. Potest nanque esse sermo de distinctione actualiter & virtualiter, & similiter de causa vt ratione causandi, & vt conditione causantis. Si enim velimus proprie loqui, nulla causarum distinctio videtur esse proprie causa effectiua vt ratio causandi: quoniam diuersitas non est forma actiua, quãuis sit quandoque conditio causarum necessaria. 301 300 Secundum autem causalitatem finalem quamuis diuersitas possit esse ratio causandi, quia propter diuersitatem aliquorũ vt finem potest aliquid fieri aut ordinari. 380 1. arti. 7. cor. & de Anima arti. 23. ad 20m. In proposito tamen conditio est causarum finalium: non enim distinctio potentiarum ordinatur ad distinctionem obiectorum vt finem: sed quoniam talis potentia ordinatur ad talem finem proprium, & talis ad talem, & hi fines habent hanc conditionem, q̃ sunt diuersi, oportet q̃ etiam potentias exigãt diuersas. Si velim⁹ quoque proprie loqui de distinctione obiectorum, quæ non realiter distinguuntur, dicemus, quòd non est sermo de distinctione eorum actualiter: quia illa fit per opus intellectus, &c. sed de distinctione eorum virtualiter, seu fundamentaliter. Ita quòd non ideo intellectus & volũtas distinguuntur realiter, quia ens & bonum distinguuntur ratione actualiter, sed quia ens & bonum distinguũtur tali distinctione formali virtualiter: quod non est per opus intellectus, sed ex ipsa re. Et sic distinctio virtualis obiectorum, est causa vt conditio causæ distinctionis potentiarum. Et per hoc patet responsio ad obiectum primum & vltimum, iam enim patet, q̃ non ponitur ens reale pendere ab ente rõnis. 383 416 4

¶Ad secũdũ autẽ dicitur, q̃ quum cum diuersitate effectuum stet vnitas in causa, mirũ non est, si cũ maiore diuersitate effectuum stet minor distinctio in causa. Vnde falsum est, q̃ minor distinctio non sit causa maioris vt conditio causæ. Tum quia & vnitas causæ potest esse causa distinctionis. Tum quia distinctio non est res dicens perfectionem: vt oporteat ab vniuoca aut perfectiori distinctione procedere, sed magis spectat ad ordinem imperfectorum, vtpote ab vnitate recedens, vt patet in astrologiis Pythagoræ 1. metphy.

a *¶Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶In corpore duo facit. Primo rñdet quæsito affirmatiue & directe vna cõclusione. In potẽtiis aĩæ est ordo. Probatur, ab vno nõ venitur ad multa sine ordine: sed essentia aĩæ est vna, potẽtiæ multę. ergo. Et recordare q̃ est sermo de pgressu nãli. Natura enĩ nõ trãsfert se ab vno ad multa absq; ordĩe, quĩ i opib⁹ ei⁹ cõfusio non

non habet locum: vbi autem pluralitas sine ordine, ibi confusio. Secundo ostendit quotuplex qualis, & quis, quarum potentiarum ordo sit. Quotuplex: quia triplex. Qualis in communi: quia duplex, secundum dependentiam vnius potentiæ ab alia. & tertius secundum ordinem obiectorum. Et rursus ordinis qui secundum dependentiam potentiarum, alter secundum ordinem naturæ & perfectionis, alter secũdum ordinem generationis est. Quis vero cui conueniat: quia ordine perfectiõis intellectiuæ præsunt sensitiuis, in cuius signum regunt & imperant eis, & hæ vegetatiuas præcedunt. Ordine vero generationis econtra. in cuius signum nutritiuæ præparãt corpus illis, &c. 387 Ordine autem obiectorum ordinantur quædam sensitiuæ inter se, visus, auditus, olfactus: quia obiectum illius primum, & secundi secundum, & tertij tertium: vt patet ex subiectis cælestibus, scilicet aëre & mixto.

Quæstio. *¶Num ordo ex obiectis tribus tantum sensibus debeatur, visui scilicet, auditui, & olfactui.*

¶Circa hanc partem occurrit dubitandum propter quid, in litera tertius ordo attribuitur tribus sensibus, & non aliis potentiis enumeratis: cum ordo secũdum obiecta manifestus sit, etiã in aliis. constat nanque intellectũ esse prius sensibili & sensibile esse prius vegetabili. cur ergo non vniuersaliter hũc ordinẽ applicauit sicut alios duos?

381 Infrà ar. 6. co. & de spiritu ar. 4. 3. et arti. 1. ad vigesimũ Et opusc. 22. ca. 89. & 92.

¶Ad hoc dicitur, quòd non propterea ad tres sensus ordinem obiectalem applicauit, quia in eis solum saluetur aut pateat, sed quia solus ille ordo in illis saluatur. Et si contra hoc instatur: quia etiã isti tres sensus ordinem habent perfectionis, quia vnus est perfectior altero, vt patet: & generationis, quia vnus generat prius altero, vt patet ex eo quòd quibusdam animalibus inest naturaliter vnus sine alio. In perfectiorib⁹ enim animalibus quæ sunt priora ordine generationis, insunt, & ad posteriora non attingunt. Dicendum est, quòd ordinari secundum perfectionem aut generationem potest dupliciter intelligi. Vno modo secundum ipsas res ordinatas in seipsis. Alio modo secundum habitudinẽ seu dependentiam earũ adinuicem. Ad ordinem perfectionis primo modo sat est quòd hoc perfectius sit, & illud minus perfectum. Sed ad ordinem perfectiõis secundo modo exigitur, quòd hoc sit perfectio illius. Et similiter ad ordinem generationis. primo modo sufficit quod hoc prius generetur, quàm illud. Sed ad ordinem generationis secundo modo requiritur, quòd generatio huius ordinetur materialiter ad generationem illius. In proposito autem sermo est de vtroque ordine secundo modo, vt patet ex signis adductis in litera. & apertissime in responsione ad tertium: vbi conceditur quasdam esse potentias animæ, inter quas est solus tertius ordo: non enim visus perficit auditum, neque auditus ministrat materialiter visui, sed intellectus perficit sensum & regendo & cognoscendo, vt patet in cogitatiua. Et sensitiua perficit vegetatiuam partem, vt patet ex eo quòd vegetatiuum coniunctum sensitiuo facit carnem: quod per seipsum nunquam faceret.

Secundum vero ordinem secundum econuerso se habet. Nam potentiæ animæ nutritiuæ sunt priores in via generationis potentiis animæ sensitiuæ: vnde ad earum actiones præparant corpus. Et similiter est de potentiis sensitiuis respectu intellectiuarum. Secundum autem ordinem tertium ordinantur quædam vires sensitiuæ adinuicem, scilicet visus, auditus, & olfactus. Nam visibile est prius naturaliter: quia est commune superioribus & inferioribus corporibus[c]. Sonus autem audibilis fit in aëre, qui est naturaliter prior cõmixtione elemẽtorum, quem consequitur odor.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alicuius generis species se habent secundum prius & posterius, sicut numeri & figuræ quãtum ad esse: licet simul esse dicantur inquantum suscipiunt communis generis prædicationem.

¶Ad secundum dicendum, quòd ordo iste potentiarum animæ est ex parte animæ, quæ secundum ordinem quendam habet habitudinem ad diuersos actus: licet sit vna secundum essentiam. Et ex parte obiectorum, & etiam ex parte actuum, vt dictum est[c].

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de illis potentiis, in quibus attenditur ordo solum secundum tertium modum. Illæ autem potentiæ quæ ordinantur secundum alios duos modos, ita se habent quòd actus vnius dependet ab altera.

ARTICVLVS V.

a *¶Vtrum omnes potentiæ animæ sint in anima sicut in subiecto.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd omnes potentiæ animæ sint in anima sicut in subiecto. Sicut enim se habent potentiæ corporis ad corpus, ita se habent potentiæ animæ ad animam. Sed corpus est subiectum corporalium potentiarum. Ergo anima est subiectum potentiarum animæ.

¶Præterea, Operationes potentiarum animæ attribuuntur corpori propter animam: qa vt dicitur in secundo de Anima, anima est quo sentimus & intelligimus primũ. Sed prima principia operationum animæ sunt potentiæ, Ergo potentiæ per prius sunt in anima.

¶Præterea, August. dicit 12. super Gene. ad literam, quòd anima quædam sentit non per corpus: imò sine corpore, vt est timor, & huiusmodi. Quædam vero sentit per corpus. Sed si potentia non esset in sola anima sicut in subiecto, nihil posset sine corpore sentire. Ergo anima est subiectum potentiæ sensitiuæ, & pari ratione omnium aliarum potentiarum.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in libro de somno & vigilia, quòd sentire nõ est propriũ animæ, neq; corporis, sed coniuncti. Potentia ergo sensitiua est in coniuncto sicut in subiecto. Non ergo sola anima est subiectũ omniũ potentiarum suarum.

a *¶Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum quintum.* Annot.

Titulus clarus. potentia vocatur, proximum & completum principium efficitiuum operationis.

¶In corpore conclusiones duæ. Prima, Potentiæ non organicæ sunt in sola anima vt in subiecto. Coment. Secunda, Potentiæ organicæ sunt in coniuncto vt subiecto. Probatur vtraque conclusio simul eodem modo sic. subiectum operatiuæ potentiæ est potens operari, ergo ipsum operans, ergo anima sola est subiectum non organicarum, & compositũ organicarum. Antecedens probatur. quia omne accidens denominat suum subiectum, prima consequẽtia probatur dupliciter. Primo quia idem est quod potest & facit. Secundo autoritate Arist. secunda vero consequentia probatur ex dictis: quia operationes non organicarum potentiarũ sola anima dicit: organicarum vero compositũ.

¶Aduerte quòd ex supradictis & hic patet, quòd sola anima dicitur potens intelligere, & intelligere & subiectum est esse intellectionis vt per se primo potens intelligens & subiectum: compositum autem dicitur intelligens ratione partis, scilicet animæ. Nec obstat quòd Sortes dicitur esse quòd proprie intelligit: quia operationes sunt suppositorum: quoniam etsi Sortes primo intelligat vt suppositum, non tamen primo intelligit absolute: quia falsum est quòd operatio sit primo suppositi, absolute loquendo: sed primo subsistentis. Et tu hoc aduerte, quia multi in hac falluntur cõsequẽtia, id est, est primo huius vt suppositi, ergo est primo huius. Cũ tamen deberent dicere, est primo huius vt subiecti, ergo est primo huius.

CONCLVSIO.

¶Potentiæ non organicæ sunt in ipsa essentia animæ tantum, organicæ vero sunt in composito ex anima & corpore.

¶RESPONDEO dicendum, quòd illud est subiectum operatiuæ potentiæ, qđ est potẽs operari. Omne enim accidens denominat propriũ subiectum. Idem autem est quod potest operari, & quod operatur. Vnde oportet q̃ eius sit potentia sicut subiecti, cuius est operatio: vt etiam Philosophus dicit in princ. de som. & vigilia. Manifestum est autem ex supra dictis[c], quòd quædam operationes sunt animæ, quæ exercentur sine organo corporali, vt intelligere & velle. d 376 Vnde potentiæ, quæ sunt harum operationum principia, sunt in anima sicut in subiecto. Quædam vero operationes sunt animæ, quæ exercentur per organa corporalia, sicut visio per oculum, auditus per aurem. Et simile est de omnibus aliis operationib⁹ nutritiuæ, & sensitiuæ, partis. Et ideo potentiæ, quæ sunt talium operationum principia, sunt in coniuncto sicut in subiecto, & non in anima sola[e].

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd omnes potentiæ dicuntur esse animæ non sicut subiecti sed sicut principij[c]: quia per animam coniunctum habet, quòd per tales operationes operari possit. 384 382

¶Ad secundum dicendum, quòd omnes huiusmodi potentiæ per prius sunt in anima quàm in coniuncto, non sicut in subiecto, sed sicut in principio.

¶Ad tertium dicendum, q̃ opinio Platonis fuit q̃ sentire est operatio animæ propria, sicut & intelligere[e]. 3 In multis autem, quæ ad philosophiam pertinent, Aug. vtitur opinionibus Platonis non asserẽdo, sed recitando. Tamen quantum ad præsens pertinet, hoc quòd dicitur anima quædam sentire cum corpore, & quædam sine corpore, dupliciter potest intelligi. Vno modo, q̃ hoc quòd dico cum corpore, vel sine corpore, determinet actum sentiendi secundum quod exit à sentiente. Et sic nihil sentit sine corpore, quia actio sentiendi non potest procedere ab anima, nisi per organum corporale[c]. 364 Alio modo potest intelligi, ita quòd prædicta determinẽt actum sentiendi ex parte obiecti quod sentitur. Et sic quædam sentit cum corpore, id est in corpore existentia: sicut cum sentit vulnus, vel aliquid huiusmodi: quædam vero sentit sine corpore, id est non existentia in corpore, sed solum in apprehensione animæ: sicut cum sentit se tristari, vel gaudere de aliquo audito.

ARTICVLVS VI.

a *¶Vtrum potentiæ animæ fluant ab eius essentia.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd potentiæ animæ non fluant ab eius essentia. Ab vno enim simplici non procedunt diuersæ. Essentia autem animæ est vna & simplex. Cum ergo potentiæ animæ sint multæ & diuersæ, non possunt procedere ab eius essentia.

a *¶Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum sextum.*

Titulus clarus. Coment.

¶In corpore duo. Primo præmittit conuenientiam & differentiam inter formam substantialem & accidentalem. Secundo respondet quæsito vna conclusione affirmatiue.

382 1. di. 3. q. 4. art. 2. Et veri. q. 4. 14. ar. 5. cor. Et opusc. 3. c. 90.

¶Conuenientia est in duobus. primo in essentiali prædicato, scilicet esse actũ. secundo in effectu formali, scilicet secundum vtranq; aliquid esse actu. Et ex his datur intelligi tertium, quòd subiectum vtriusque est aliquo modo ens in potẽtia. Differẽtia est in duobus. Primo in qualitate effectus formalis, quia substãtialis facit esse simpliciter: accidentalis vero tale aut tantũ. Et hanc comitatur differẽtia in subiecto, quia illius est ens in potentia tñ, huius vero ens in actu. Et hinc nascitur differẽtia secũdũ ordinẽ actualitatis quia actualitas illius est prior actualitate subiecti. Actualitas vero isti⁹ est posterior. Et hinc oritur differẽtia secũdũ causalitatẽ, quia actualitas illius causat actualitatẽ subiecti: istius vero causatur ab actualitate subiecti. Et ratio sequelæ huius quartæ differentiæ ex tertia assignatur: quia primũ est causa in quolibet genere: & est, inquit, sermo de accidente proprio nõ aduẽtitio: hoc enĩ ab extra causatur. Secundo differunt: quia illius materia est propter illam, ista vero econtra est propter subiectũ: & ratio est vtriusq;: quia minus principale est propter principaliter

constat enim subiectũ principalius esse accidẽte, & formã substãtialem materia.

Annot. ¶Circa hæc aduerte tria. Primo, quòd quia S. Tho. ante probauit potentias esse propria accidentia: & hic quæritur vtrum fluant ab essentia animæ, quæ est forma substantialis: ideo hæc præmittit. Secundo, quòd quia vt patebit in responsione ad secũdum, subiectum est causa proprij accidentis in triplici genere causæ: ideo secundam differentiam adiecit S. Th. cùm tamen ad probandam conclusionem articuli prima differentia sola deseruiat. Tertio, q̃ subtiliter proceditur in litera, ex hoc nanque ꝙ forma substantialis est talis naturæ quòd facit ens in actu absolute: oritur quòd non supponit ens in actu: nõ enim absolute & sine additione aliqua faceret ens actu, si iam esset ens in actu:

c

sed cum additione faceret ens tale in actu.

377

Ex hoc autem oritur ordo, quòd prius actualitas cõuenit formæ substantiali quàm subiecto: quòd nihil habet actualitatis ex se. Et ex hoc clare sequitur, quòd forma substantialis causat non esse in actu, sed totum esse in actu sui subiecti. Tum quia nihil in se actualitatis habet subiectum. Tum quia primũ in quolibet ordine rerum est causa cæterorum. Et per oppositum: quia forma accidentalis nõ est actus, faciens formaliter nisi

372

ens in actu tale, quod naturaliter supponit ens in actu absolute: oportet ꝙ causet in subiecto suo: esse quidem in actu aliquo, sed nõ totum esse in actu sui subiecti: ita ꝙ ex hoc ipso quòd supponit subiectum in actu, constat quòd non facit illius actualitatem absolute. Et si huic coniũgas, quòd primum est causa reliquorum: sequitur quòd actualitas accidentis est ex actualitate subiecti.

Coment. ¶Quo ad secundum conclusio responsiua est. Omnes potentiæ animæ fluunt ab essentia animæ. Probatur sic. accidens proprium causatur à subiecto secundũ quod est actu: & recipitur in eo secundum esse in potentia: ergo omnes potentiæ animæ fluunt ab essentia.

381

Antecedens patet ex prima differentia: consequentia probatur diuidendo:

a d 366 f 377 384 p

quia potentiæ animę aut sunt in sola anima subiectiue: & sic ergo ab ipsa secundum rationem actualitatis & in ipsa ratione potentialitatis admixtæ sunt: aut in composito, & sic ergo ab ipsa anima sunt: quia compositum nõ est actu nisi ratione animæ.

¶Præterea, Illud, à quo aliquid procedit, est causa eius. Sed essentia animæ non potest dici causa potentiarum, vt patet discurrenti per singula causarum genera. Ergo potentiæ animæ non fluunt ab eius essentia.

¶Præterea, Emanatio quendã motum nominat. Sed nihil mouetur à seipso: vt probat in 7. lib. physic. nisi forte ratione partis: sicut animal dicitur moueri à seipso: quia vna pars eius est mouens, & alia mota. Neq; etiam anima mouetur, vt probatur in 1. de Anima. Non ergo anima causat in se suas potentias.

¶SED CONTRA, Potentiæ animæ sunt quædã proprietates naturales ipsius[c]. Sed subiectum est causa propriorũ accidentium. Vnde & ponitur in diffinitione accidentis, vt patet in 7. meta. Ergo potentiæ animæ procedunt ab eius essentia sicut à causa.

CONCLVSIO.

¶Cum potentiæ animæ sint accidentia, de necessitate fluunt ab ipsa animæ essentia.

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ forma substãtialis & accidentalis partim conueniũt, & partim differunt. Conueniunt quidẽ in hoc ꝙ vtraq; est actus, & secundũ vtranq; est aliquid quodãmodo in actu. Differũt aũt in duobus. Primo quidẽ, quia forma substãtialis facit esse simpliciter, & eius subiectum est ens in potentia tm̃, forma aũt accidẽtalis nõ facit esse simpliciter: sed esse tale, aut tm̃, aut aliquo modo se habens[c]. Subiectum enim eius est ens in actu. Vñ patet, ꝙ actualitas ꝑ prius inuenitur in forma substãtiali, q̃ in eius subiecto. Et quia primũ est causa in quolibet genere, forma substãtialis causat esse in actu in suo subiecto. Sed econuerso actualitas, priùs inuenitur in subiecto formæ accidentalis quàm in forma accidẽtali. Vñ actualitas formæ accidentalis causatur ab actualitate subiecti, ita ꝙ subiectum inquantum est in potẽtia, est susceptiuum formæ accidẽtalis: inquantũ aũt est in actu, est eius productiuũ. Et hoc dico de proprio, & per se accidẽte. Nã respectu accidẽtis extranei subiectũ est susceptiuum tm̃. Productum vero talis accidẽtis est agẽs extrinsecũ. Secundo aũt differunt substantialis forma & accidentalis: quia cũ minus principale sit propter principalius, materia est ꝑpter formam substantialẽ: sed econuerso forma accidẽtalis est ꝑpter complexionẽ subiecti. Manifestũ est autẽ ex dictis[e] ꝙ potẽtiarũ aĩæ subiectum est vel ipsa aĩa sola, quę põt esse subiectũ accidẽtis secundũ qđ habet aliquid potẽtialitatis, vt suprà dictũ est[e]: vel cõpositũ. Compositũ aũt est in actu per animã. Vñ manifestũ est, ꝙ oẽs potẽtiæ aĩæ, siue subiectũ earum sit aĩa sola, siue compositum, fluunt ab essentia animæ, sicut à principio. Quia iam dictum est[e], ꝙ accidens causatur à subiecto secundum qđ est actu, & recipitur in eo inquantum est in potentia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ab vno simplici possunt naturaliter multa procedere ordine quodam.

¶Et iterum propter diuersitatẽ recipiẽtium. Sic igitur ab vna essentia animæ procedunt multæ & diuersæ potentiæ: tum propter ordinem potentiarum, tum propter diuersitatem organorum corporalium.

¶Ad secundum dicendum, quòd subiectum est causa ꝓprij accidẽtis & finalis: & quodam modo actiua: & etiã vt materialis inquantum est susceptiuum accidentis. Et ex hoc potest accipi quòd essentia animæ est causa omnium potentiarum sicut finis, & sicut principium actiuum, quarundam autem sicut susceptiuũ.

¶Ad tertiũ dicendũ, quòd emanatio ꝓpriorum accidentiũ à subiecto nõ est per aliquam transmutationem, sed per aliquam naturalem resultationem[c]. Sicut ex vno naturaliter aliud resultat, vt ex luce color.

ARTICVLVS VII.

a *¶Vtrum vna potentia animæ oriatur ab alia.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ vna potẽtia animæ non oriatur ab alia. Eorum enim, quæ simul esse incipiunt, vnum non oritur ab alio. Sed omnes potentiæ animæ sunt simul animæ concreatæ. Ergo vna earum ab alia non oritur.

¶Præterea, Potentia animæ oritur ab anima, sicut accidens à subiecto. Sed vna potentia animæ nõ potest esse subiectum alterius: quia accidentis non est accidens. Ergo vna potentia non oritur ab alia.

¶Præterea, Oppositum non oritur à suo opposito, sed vnumquodque oritur ex simili secundum speciem. Potentiæ autem animæ ex opposito diuiduntur sicut diuersæ species. Ergo vna earum non procedit ab alia.

¶SED CONTRA, Potẽtiæ cognoscũtur per actus. Sed actus vnius potentiæ causatur ab alio, sicut actus phantasiæ ab actu sensus. Ergo vna potẽtia animæ causatur ab alia.

CONCLVSIO.

¶Potentiæ animæ, cum ordine quodam ab anima vt à primo quodam procedant, quæ illarum imperfectiores sunt, à perfectioribus procedunt effectiue & finaliter, perfectiores vero ab imperfectioribus procedunt quodam materiali ordine.

¶RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ in his, quæ secundũ ordinẽ naturalem procedunt ab vno, sicut primũ est causa oĩm, ita quòd est primo ꝓpinquius est quodãmodo cã eorũ, quæ sunt magis remota. Ostensum est aũt suprà[e], quòd inter potentias animæ est multiplex ordo. Et ideo vna potentia animæ ab essentia animæ procedit mediante alia: sed quia essentia aĩæ cõparatur ad potẽtias, & sicut principiũ actiuũ & finale, & sicut principiũ susceptiuum[e], vel seorsum per se vel simul cũ corpore: agens autẽ & finis est perfectius, susceptiuũ aũt principium inquantũ huiusmodi est minus perfectum: consequens est, ꝙ potentiæ animæ, quæ sunt priores secundũ ordinem perfectionis & naturæ, sint principia aliarũ per modum finis & actiui principij. Videmus enim ꝙ sensus est propter intellectum, & non econuerso[e]. Sensus etiam est quædam deficiens participatio intellectus. Vnde secundum naturalem originem quodãmodo est ab intellectu, sicut imperfectũ à perfecto[e]. Sed secundũ viam susceptiui principij ecõuerso potẽtiæ imperfectiores inueniuntur principia respectu aliarum.

¶Num quoduis accidens fluat à subiecto.

Quæstio. ¶Circa rationem adductam ad probandam causalitatem subiecti respectu proprij accidentis dubium occurrit. Quia si illa ratio esset efficax, cõcluderet etiam quòd accidens per accidens flueret à subiecto cui inest: quod est manifeste falsum, & contra literam. Probatur sequela: quia eadem ratio locum habet, scilicet quòd actualitas subiecti est prior actualitate eius: omni enim accidenti conuenit, præsupponere subiectum in actu, & præcedi ab actualitate eius.

¶Ad hoc breuiter dicitur: quòd vt ex litera patet, ratio S. Thomæ est, quòd primum in quolibet genere, &c. Illa autem maxima intelligitur in his, quæ habent per se ordinẽ, non autẽ per accidens ordinatis. Vnde obiectio supponit falsum: scilicet quòd prioritas sola sit ratio causalitatis: est enim prioritas habentis per se ordinem ad reliqua: hoc autem non oportebat exprimere: quia in illa maxima subintelligebatur. Et propterea eadem vi intulit causalitatem subiecti respectu proprij & formæ respectu materiæ: vtrobique enim est primitas & per se ordo: quamuis diuersimode: quia ibi inter duas actualitates, hic vero ipsius actus ad recipiens & participans ipsum. Posset quoque iuxta doctrinam sequentis articuli dici, quòd illa maxima metaphysicalis applicata ad materiam emanationis intelligitur stante eodem ordine emanationis: modo cõstat quòd subiectum & proprium eodem emanant ordine, quia eadem generatione generantur, & corruptione corrumpuntur: quamuis non in eodem gradu quia illud primo, hoc consequenter: substantia vero & accidens per accidens non ad eundem spectant productionis ordinem: & ideo non obstat.

a 383

¶In responsione ad secundum, aduerte, quòd multi putant, & male, doctrinam hanc ab Auerroi dissentire: eo quòd in quarto metaph. comento secundo dixerit, quòd substantia non est agens aut finis accidentium, sed subiectum. Sed reuera hi quamuis multi, tamen cæci sunt. Auerrois enim imprimis hoc non dixit: sed declarans qualis est analogia inter substantiam & accidentia in entis nomine dicit, quòd prædicta non attribuuntur substantiæ, quia sit agens aut finis, sed subiectum. Ex quibus verbis optime habetur, ꝙ in nomine entis non importatur analogia secũdum causam finalem: neque secundum causam efficientem, sed secundum causam materialem. Cum hoc tamen euidenter patet stare: quòd substantia sit efficiens, & finis accidentis. non enim oportet quòd omnis habitudo, quæ est inter substantiã & accidens importetur entis nomine, Deinde ibidem est sermo de accidentibus absolute in ordine ad substantiam cui insunt: & non de accidente proprio, de quo nos loquimur. Patet autem hanc esse Auerrois mentem: quia constat subiectum esse finem sui proprij accidentis, grauitas enim est propter conseruationem substantiæ grauis, &c. Vnde in hac re nulla est inter hos philosophos dissensio.

383 1. di. 3. q. 4. arti. 5. & 1. dist. 24. qõ. 1. ar. 2. con. Et veri. q. 14. ar. 5. con. & q. 15. artic. 6. ad 1. & de Anima ar. 13. ad 7. & 8.

380 b 384

Ann. ¶Responsionem ad tertium diligentissime notato: quoniam ex ea soluuntur multæ difficultates. Scilicet & quomodo substantia est immediate causa effectiua: & quomodo causa effectiua non potest impediri: & quomodo aliquid agit in seipsum: & alia huiusmodi, quæ in suis locis soluimus, vtendo hac distinctione de causa actiua per actionem mediam, & sine aliqua media actione per solam naturalem resultationem. hoc enim modo actiua multa habent, quæ aliis impossibile est conuenire.

329 380

a *¶Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum septimum.*

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo conclusio responsiua affirmatiue. Secundo in speciali distinguit & respondet duabus conclusionibus. Coment.

¶Quo ad primũ conclusio est: Vna potentia animæ oritur ab alia. Probatur sic: in præcedẽtibus naturali ordine ab vno, primo ꝓpinquius est quodãmodo causa remotiorum potentiæ animæ procedunt multiplici ordine naturæ ab vno: ergo prior est causa subsequẽtis. Minor patet ex dictis: maior probatur sic: in istis primum est causa omnium. ergo propinquius primo est causa remotioris. Et tenet sequela: quia proportionaliter se habent: sicut primum ad omnia, ita prius ad sequentia naturæ ordine: constat autem essentiam animæ, & potẽtias ordine quodam produci, & essentiam: quia primo producitur esse omnium potentiarum causam: vt in præcedenti articulo definitum est: ergo restat, vt quæ prius naturalis fluit potentia, causa sit mediante qua remotiores ab essentia fluant.

382 e

¶Quo ad secundum distinctio est, quòd ordo naturalis inter potẽtias est triplex, scilicet secundum causam actiuam, finalem, & materialem: quia anima est his tribus modis causa earum sola, vel cum corpore. Prima cõclusio in speciali, Potẽtiæ imperfectiores oriuntur à perfectioribus ordine finali & actiuo. Secunda in speciali: Potẽtię perfectiores oriuntur ab imperfectioribus ordine materiali. Probantur primo ambæ simul in communi: quia agens & finis, vt sic est perfectius, susceptiuum autem vt sic est imperfectum. Deinde declaratur prima in speciali: quia intellectus est principiũ finale, & actiuum quodammodo sensus. Finale quidem: quia sensus est propter intellectum & non ecõuerso. Actiuum vero, quia sensus est quędam participatio intellectus. Diuinum nanque lumen, cuius participatione & intellectus, & sensus omnis percipit & discernit in intellectu subsistẽs, exẽplare quoddam est defluentis offuscatique luminis in corpore cognitionẽ parientis. exemplare autem habet annexum genus actiuæ causæ, cũ nihil aliud sit quàm extrinseca forma: forma rei intrinsece agentis, aut per agẽs est. Demum declaratur secunda quoq; in speciali: quia sensitiuum est principium materiale intellectus: quoniam animal secundũ quod habet sensitiuam virtutem, subiectum & materiale, & in potentia est respectu intellectus: vt patet.

Sicut anima secũdum quod habet potentiam sensitiuam consideratur sicut subiectum, & materiale quoddam respectu intellectus. Et propter hoc imperfectiores potẽtię sunt priores in via generationis. Prius enim animal generatur quàm homo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut potentia animæ ab essentia fluit, non per transmutationẽ, sed per naturalem quandam resolutionem[c], & est simul cum anima: ita est etiam de vna potentia respectu alterius.

¶Ad secundum dicendum, quòd accidens per se non potest esse subiectum accidentis, sed vnum accidens per prius recipitur in substantia quàm aliud: sicut quantitas, quàm qualitas. Et hoc modo vnum accidens dicitur esse subiectum alterius, vt superficies coloris, inquantum substantia vno accidente mediante recipit aliud. Et similiter dicitur de potentiis animæ.

¶Ad tertium dicendũ, quòd potentiæ animæ opponuntur adinuicem oppositione perfecti, & imperfecti: sicut etiam species numerorum & figurarum. Hęc autem oppositio non impedit originem vnius ab alio: quia imperfecta naturaliter à perfectis procedunt.

ARTICVLVS VIII.

a *¶Vtrum omnes potentiæ animæ remaneant in anima à corpore separata.*

384 4. dis. 44. q. 3. art. 3. q. 1. & di. 50. qõ. 1. art. 1. con. Et 2. con. cap. 81. ad quintum. Et ver. q. 19. arti. 1. Et de anima ar. 10.

AD OCTAVVM sic ꝓceditur. Videtur, quòd omnes potentiæ animæ remaneant in anima à corpore separata. Dicitur enim in lib. de spiritu & anima, quòd anima recedit à corpore secum trahens sensum & imaginationem, & rationem, & intellectum, & intelligentiam, concupiscibilitatem & irascibilitatem.

¶Præterea, Potentiæ animæ sunt eius naturales proprietates. Sed proprium semper inest, & nunquam separatur ab eo cuius est proprium. Ergo potentiæ animæ sunt in ea etiam post mortem.

¶Præterea, Potentiæ animæ etiam sensitiuæ non debilitantur debilitato corpore: quia vt dicitur in primo de anima: si senex accipiat oculum iuuenis, videbit vtique sicut & iuuenis. Sed debilitas est via ad corruptionẽ. Ergo potentiæ animæ non corrumpuntur corrupto corpore, sed manent in anima separata.

¶Præterea, Memoria est potentia animæ sensitiuæ, vt Philosophus probat, sed memoria manet in aĩa separata. Dicitur enim Lucæ 16. diuiti epuloni in inferno secundum animam existenti: Recordare, quia recepisti bona in vita tua. Ergo memoria manet in anima separata, & per consequens aliæ potentiæ sensitiuæ partis.

¶Præterea, Gaudium & tristitia sunt in concupiscibili, quæ est potentia sensitiuæ partis. Manifestum est autẽ animas separatas tristari, & gaudere de præmiis, vel pœnis, quas habẽt. Ergo vis concupiscibilis manet in anima separata.

¶Præterea, August. dicit 12. super Geñ. ad lit. quòd sicut anima, cum corpus iacet sine sensu: nondum penitus mortuum, videt quædam secundum imaginariam visionẽ: ita cum fuerit à corpore penitus separata post mortem. Sed imaginatio est potentia sensitiuæ partis. Ergo potẽtia sensitiuæ partis manet in anima separata, & per consequens omnes aliæ potentiæ.

¶SED CONTRA est quod dicitur in lib. de Eccle. dog. Ex duabus tantum substantiis constat homo: anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis. Ergo defuncta carne potentiæ sensitiuæ non manent.

CONCLVSIO.

¶Potentiæ animæ, cum sint accidentia animæ, vel coniuncti, illæ, quæ sunt in anima & in subiecto, corrupto corpore, in anima remanent: quæ vero coniuncti sunt, remanent corrupto corpore, nisi virtute.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut iam dictum est[e], omnes potentiæ animæ comparãtur ad animam solam, sicut ad principium. Sed quædam potentiæ cõparantur ad animã solam sicut ad subiectum, vt intellectus & voluntas[e]: & huiusmodi potentiæ necesse est, ꝙ maneant in anima corpore destructo. Quædã vero potẽtiæ sunt in coniuncto, sicut in subiecto: sicut omnes potentiæ sensitiuæ partis, & nutritiuæ. Destructo autẽ subiecto, non potest accidẽs remanere. Vnde corrupto coniuncto non manent huiusmodi potẽtiæ actu, sed virtute tantum manent in anima, sicut in principio, vel radice. Et sic falsum est, quòd quidam dicũt huiusmodi potẽtias in anima remanere etiã corpore corrupto. Et multo falsius, quòd dicunt etiam actus harum potẽtiarum remanere in anima separata: quia talium potentiarũ nulla est actio nisi per organum corporeum.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd liber ille autoritatẽ non habet[e]. Vnde quod ibi scriptum est, eadẽ facilitate contẽnitur, qua dicitur. Tamen potest dici, quòd trahit secũ anima huiusmodi potentias non actu, sed virtute.

¶Ad secundũ dicendũ, quòd hæ potentię, quas dicimus actu in anima separata nõ manere: nõ sunt proprietates solus animæ, sed coniuncti.

¶Ad tertium dicendũ, quòd dicuntur non debilitari huiusmodi potẽtię debilitato corpore: quia anima manet immutabilis, quæ est virtuale principium huiusmodi potentiarum.

¶Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ illa recordatio accipitur eo modo quo Aug. ponit memoriã in mẽte, nõ eo modo quo ponitur pars animæ sensitiuæ.

¶Ad quintum dicẽdum, quòd tristitia & gaudium sunt in anima separata, non secundum appetitum sensitiuum[c], sed secundum appetitum intellectiuum, sicut etiam in angelis[e].

¶Ad sextum dicẽdum, quòd August. loquitur ibi inquirendo non asserendo. Vnde quædam ibi dicta retractat.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAOCTAVA de Potentiis animæ in speciali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de potentiis animæ in speciali. Ad considerationem autem theologi pertinet inquirere specialiter solum de potẽtiis intellectiuis & appetitiuis, in quibus virtutes inueniuntur. Sed quia cognitio harum potentiarum quodammodo dependet ex aliis: ideo nostra consideratio de potentiis animæ in speciali erit tripartita. Primo nanque considerandum est de his, quæ sunt præambula ad intellectum. Secundo de potentiis intellectiuis. Tertio de potentiis appetitiuis.

¶Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, de generibus potentiarum animæ.

¶Secundo, de speciebus vegetatiuæ partis.

¶Tertio, de sensibus exterioribus,

¶Quarto, de sensibus interioribus.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum quinque genera potentiarum animæ sint distinguenda.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd nõ sint quinq; genera potentiarum animæ distinguẽda, scilicet vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, secundum

a ¶Super Quæstionis septuagesimæseptimæ Articulum octauum.

Comenta. Titulus clarus.

¶In corpore duo facit: primo respõdet quęsito duabus conclusionibus. Secundo corollarie excludit duas opiniões.

¶Quo ad primũ, prima conclusio est: Potentiæ existẽtes in sola anima, vt subiecto, remanẽt destructo corpore. Secũda: potentiæ existentes in composito, vt subiecto, non remanent actu, sed virtualiter tantum. Declarantur & probantur simul ex conuenienti & discõueniẽti habitudine potẽtiarum ad animam. Conuenienti quidem in hoc, quòd omnes sunt à sola anima vt principio: discõuenienti vero in hoc, quia quædam in sola anima, quædam in composito sunt. Ex hoc probatur specialiter secunda conclusio, quo ad primã partem: quia corrupto subiecto impossibile est accidẽs remanere: quo ad secundũ vero, quia anima est radix omniũ.

¶Quo ad secundum excluditur positio dicentium, potentias omnes remanere actu & dicentium actus remanere. Quod ideo est falsius, quia dato quòd manerẽt potentiæ, vt Plato dicit, non maneret tamẽ actus propter defectũ organi ministrantis: sicut non remaneret loquutio sine lingua, quãuis in homine esset vis loquutiua.

¶Num sola anima sit principium potẽtiarum. Quæstio. 382 383

¶Circa illã propositionem, scilicet omnes potentiæ animæ cõparantur ad animã solã, sicut ad principium: dubium occurrit. 381 382 Quia si sola anima est principiũ omniũ potentiarum, ergo nihil aliud ab anima est principium alicuius potẽtiæ animæ: ergo cõpositum nullius potẽtię est principium: ergo falsum est ꝙ subiectum sit causa proprij accidẽtis in triplici genere causæ.

¶Ad hoc dupliciter responderi potest. Primò distinguẽdo ly esse principium, s. primo, vel ratione partis, & dicendo, quòd sola anima est primo principiũ potẽtiarũ omnium: b 411 & ꝙ compositum non est earũ principium nisi ratione partis, scilicet animæ. Vnde superius in litera nõ est dictũ absolute, ꝙ subiectũ sit principiũ proprij, sed quòd subiectũ secundum quod est actu, est principiũ proprij: constat autẽ subiectũ compositũ esse actu secundũ formã. igitur secundũ eã habet hoc quòd sit principiũ actiuum potentiarũ: & propter hoc in litera proponitur hæc propositio, vt ex dictis deducta. b

¶Secundo sustinendo compositũ ratione tertię entitatis esse principiũ actiuũ completũ respectu potentiarũ suarum: 501 b 301 quòd ly sola tenetur categorimatice: ita q, sensus est, ꝙ anima solitarie sumpta habet hoc ꝙ sit principiũ actiuũ omniũ potentiarũ. Cum hoc tamen stat, ꝙ cõpositum etiã sit actiuũ principiũ quarundã, quãuis diuersimode: quia illa incompletum, hoc completũ. Et hic sensus etiam habetur ex supradictis. Dum dicimus, ꝙ essentia animæ est actiuũ principiũ omniũ potẽtiarum: non explicãdo completũ, vel incompletũ. Et ad intentum nunc deseruit, quia intenta differentia saluatur, scilicet quòd anima sola, id est ipsa vt distinguitur contra compositum habet hoc quòd est principiũ omniũ potentiarum: sed nõ habet hoc quòd sit subiectum omnium potentiarum, sed quarundam oportet esse compositũ. ex hac nanq; differentia conclusiones deductæ sunt, vt patet.

385 Ver. q. 10. arti. 2. ad secũdum. & qõ. de anima artic. 13. & 1. li. de anima. l. 14. principio & lib. 2. 3. col. 2. fi. & l. 5. & l. 6. col. 1.

a *¶Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶In corpore quatuor. Primo proponit Comenta.

tres conclusiones. Secun-
376 do probat primam. Tertio secundam. Quarto tertiam. Prima cõclusio, Animæ sunt tres. Secunda, Potentiæ animæ secũdum genus sunt quinque. Tertia, Modi viuentium sunt quatuor.

¶Prima probatur ex triplici modo excessus operationis animalis supra naturam corpoream, scilicet supra organũ, qualitatem corporeã, & extraneitatem. Vegetatiuũ nanque in seipsum, à seipso per se operatur, organo tamen & qualitate elementari: sensitiuum nõ qualitate, sed organo vtitur: intellectiuum ab omnibus abstrahit: omnia clara sunt in litera. Et si dubites, quo pacto proprium est animę operari ab intrinseco, cum in diffinitione naturę ponatur etiam, quòd sit principium intrinsecum scito ex 8. phy. tc. quòd hoc intelligitur: vt quòd agit, & quòd patitur simul. Nulla enim res nisi animata alterat, auget, vel mouet localiter seipsam. Naturalibus autẽ conuenit habere principium intrinsecũ, vt quo tantum, & ideo necessario præsupponit aliquod extrinsecum à quo principaliter fit motus ille. Propterea dicuntur hic motiones corporum esse ab extrinseco, vt latius in materia de motu grauiũ, & leuium differetur.

¶Secũda probatur quintuplici ratione generica obiecti, scilicet corpore coniuncto: corpore sensibili ad animam: ente vniuersaliter ad animã: & rursus his secundum motum intentionis animæ ad ea: & rursus secũdum motum localem ad ea. Primo enim vegetatiuum: secundo sensitiuum: tertio intellectiuũ: quarto appetitiuũ: quinto secundum locum motiuum cõstituitur, vt patet in litera clare.

¶Tertia probatur quadruplici graduatione viuentium, scilicet vegetatione tantum: hac & sensu: his & motu locali: & demum cum prædictis omnibus intellectu. Appetitus enim non separatur à sensu & intellectu.

¶In responsione ad tertium occurrit quęstio de appetitu naturali. Sed breuiter nota, quòd appetitus naturalis dupliciter sumi cõsueuit. Primo pro inclinatione à natura indita. Et sic non est actus aliquis elicitus: sed est velut actus prim⁹
369 habens naturalem habitudinem ad tale quid. Et talis appetitus inuenitur in omnibus potẽtiis tam actiuis quàm passiuis: vt in litera dicitur. Secundo sumitur pro actu secundo: quo tenditur in præcognitum sic, quòd non potest in oppositũ tendi. Et hæc est operatio appetitus animalis, siue in-
313 tellectualis, siue sensitiui. Ex eo enim quòd ad apprehensum vt sic, immediate tẽdit: animalis appetitio est. Ex eo vero, quòd determinatum est à natura, ita ad hoc tale obiectum, quòd non ad oppositum, naturalis est: naturalium enim est proprium, determinatũ esse ad vnum. Et de tali appetitu dicitur primo metaphysicæ, quòd naturaliter scire desideramus, & vniuersaliter quòd naturaliter appetimus viuere: esse beatitudinem, &c. Et hunc appetitum expresse à S. Tho. superius in quęstio. de amore angelorum habes: & in secunda secundę in quæstio. de studiositate, vel curiositate expressissime de illa propositione primi metaphysic. Ex quo patet error loquentium.

locum motiuum, & intellectiuum. Potentiæ enim animæ dicũtur partes ipsius [c]. Sed tamẽ tres partes animæ cõmuniter ab omnibus assignantur, scilicet anima vegetabilis, anima sensibilis & rationalis. Ergo tantum tria sunt genera potentiarum animæ, & non quinque.

¶Præterea, Potẽtiæ animæ sunt principia operum vitæ. Sed quatuor modis dicitur aliquid viuere. Dicit enim Philosophus in secundo de anima. Multipliciter ipso viuere dicto, & si vnum aliquod horum insit solum aliquid, dicimus viuere: vt intellectus & sensus, motus & status secundum locum. Adhuc autem motus secundum alimentum, & decrementum, & augmentũ. Ergo tantum quatuor sunt genera potentiarum animæ appetitiuo excluso.

¶Præterea, Ad illud quod est cõmune omnibus potẽtiis, non debet deputari aliquod speciale animę genus. Sed appetere conuenit cuilibet potentiæ animæ. Visus enim appetit visibile conueniens. Vnde dicitur Eccle. 40. Gratiam & speciem desiderabit oculus: & super hoc virides sationes. Et eadem ratione quælibet alia potentia desiderat obiectum sibi conueniens. Ergo non debet poni appetitiuum vnum speciale genus potentiarum animæ.

¶Præterea, Principium mouẽs in animalibus est sensus aut intellectus aut appetitus, vt dicitur in 3. de anima. Non ergo motiuũ debet poni speciale genus animæ præter prædicta.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 2. de anima. Potentias autem dicimus: vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuũ, motiuum secũdum locum, & intellectiuum.

CONCLVSIO.

¶ *Quinque sunt animæ potentiarum genera, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundum locum, & intellectiuum: tres animæ, vegetatiua, sensitiua, & intellectiua: & quatuor modi viuendi, vegetatiuum, sensitiuum, motiuum secundum locum, & intellectiuum.*

¶RESPONDEO dicendum, q̄ quinque sunt genera potentiarum animæ, quæ numeratæ sunt. Tres vero dicuntur animę. Quatuor vero dicũtur modi viuendi. Et huius diuersitatis ratio est, quia diuersæ animæ distinguuntur secundum quod diuersimode operatio animæ supergreditur operationem naturę corporalis. Tota enim natura corporalis subiacet animæ, & comparatur ad ipsam sicut materia, & instrumentum. Est ergo quędam operatio animæ, quæ intantum excedit naturam corpoream, quòd neque etiam exercetur per organũ corporale: & talis est operatio animæ rationalis. Est autẽ alia operatio animæ infra istam, quæ quidem fit per organũ corporale, non tamen per aliquam corpoream qualitatẽ. Et talis est operatio animę sensibilis. Quia etsi calidum & frigidũ, & humidum & siccum, & aliæ huiusmodi qualitates corporeæ requirantur ad operationem sensus: non tamen ita quòd mediante virtute talium qualitatũ operatio animæ sensibilis procedat. Sed requiruntur solum ad debitam dispositionem organi. Infima autem operationum animæ est, quę fit per organum corporeum, & virtute corporeę qualitatis. Supergreditur tamen operationem naturæ corporeæ, quia motiones corporum sunt ab exteriori principio. huiusmodi autem operationes sunt à principio intrinseco [c]. Hoc enim commune est omnibus operationibus animæ. Omne enim animatum aliquo modo mouet seipsum. Et talis est operatio animæ vegetabilis. Digestio enim & ea quæ consequuntur, fit instrumẽtaliter per actionem caloris, vt dicitur in secundo de anima. Genera vero potentiarum animæ distinguuntur secundum obiecta. Quanto enim potentia est altior, tanto respicit vniuersalius obiectum, vt suprà dictum est [c]. Obiectum autem operationis animæ in triplici ordine potest considerari. Alicuius enim potẽtiæ animæ obiectum est solum corpus animæ vnitum. Et hoc genus potẽtiarum animæ dicitur vegetatiuum. Non enim vegetatiua potẽtia agit nisi corpus, cui anima vnitur. Est autẽ aliud genus potẽtiarũ animę, quod respicit adhuc vniuersalius obiectum, scilicet omne corpus sensibile, & non solum corpus animæ vnitũ. Est autem aliud genus potentiarum animæ, quod respicit adhuc vniuersalius obiectũ, scilicet nõ solum corpus sensibile, sed vniuersaliter omne ens. Ex quo patet quòd ista duo secũda genera potentiarũ animæ, habent operationẽ non solum respectu rei coniunctæ, sed etiã respectu rei extrinsecę. Cum autem operans oporteat aliquo modo coniungi suo obiecto circa quod operatur, necesse est extrinsecã rem, quæ est obiectum operationis animæ, secũdum duplicem rationem ad animam comparari. Vno modo secundum quod nata est animæ cõiungi, & in anima esse per suam similitudinẽ. Et quãtum ad hoc sunt duo genera potẽtiarum, scilicet sensitiuum respectu obiecti minus communis, quod est corpus sensibile: & intellectiuũ respectu obiecti communissimi, quod est ens vniuersale. Alio vero modo secundum quòd ipsa anima inclinatur, & tendit in rem exteriorẽ: & secũdum hanc etiam cõparationem sunt duo genera potentiarum animæ. Vnum quidẽ, scilicet appetitiuũ, secundũ quod anima cõparatur ad rem extrinsecam, vt ad finem, qui est primũ in intentione. Aliud autem motiuum secũdum locum prout anima cõparatur ad rem exteriorem, sicut ad terminũ cõparationis & motus. Ad consequendũ enim aliquod desideratum, & intentũ, omne animal mouetur. Modi vero viuendi distinguntur secũdum gradus viuentium [c]. Quædam enim viuẽtia sunt, in quibus est tãtum vegetatiuum, sicut in plantis. Quædam vero in quibus cum vegetatiuo est etiam sensitiuum, non tamen motiuum secũdum locum: sicut sunt immobilia animalia, vt conchilia. Quædam vero sunt, quæ supra hoc habent motiuum secundum locum, vt perfecta animalia, quæ multis indigent ad suam vitam. Et ideo indigent motu, vt vitæ necessaria procul posita quærere possint. Quædam vero viuentia sunt, in quibus cum his est intellectiuum, scilicet in hominibus. Appetitiuum autem non constituit aliquem gradũ viuentium: quia in quibuscunque est sensus, est etiam appetitus, vt dicitur in secũdo lib. de anima.

¶Et per hoc soluuntur duo prima obiecta.

¶AD TERTIVM dicendum, quòd appetitus naturalis est inclinatio cuiuslibet rei in aliquid, ex natura sua. Vnde naturali appetitu quælibet potentia desiderat sibi conueniens. Sed appetitus animalis consequitur formam apprehensam [c]. Et ad huiusmodi
appetitum requiritur spiritualis animæ potẽtia, & non sufficit sola 401
apprehẽsio. Res enim appetitur prout est in sua natura. Non est autem secundum suam naturam in virtute appetitiua, sed secundum suam similitudinem. Vnde patet quòd visus appetit naturaliter visibile solum ad suum actum, scilicet ad videndum. Animal autem appetit rem visam per vim appetitiuam, non solum ad videndum, sed etiam alios vsus. Si autem non indigeret anima rebus perceptis à sensu, nisi propter actiones sensuum, scilicet vt ea sentiret, non oporteret appetitiuũ ponere speciale genus inter potentias animæ: quia sufficeret appetitus materialis potentiarum.

¶Ad quartum dicendũ, quòd quamuis sensus & appetitus sint principia mouentia in animalibus perfectis, non tamen sensus & appetitus, inquantum huiusmodi, sufficiunt ad mouendum, nisi superadderetur eis aliqua virtus. Nam in immobilibus animalibus est sensus, & appetitus: non tamen habent vim motiuam. Hæc autem vis motiua solum est in appetitu, & sensu vt imperante motũ, sed etiam est in ipsis partibus corporis vt sint habilia ad obediendum appeti-
tui animæ mouentis [c]. Cuius signũ est, quòd quãdo membra remo- 364
uentur à sua dispositione naturali, non obediunt appetitui ad motũ.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum conuenienter partes vegetatiuæ assignentur, scilicet nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter partes vegetatiuæ assignentur, scilicet nutritiuum, augmentatiuum, & generatiuum. Huiusmodi enim vires dicuntur naturales. Sed potentiæ animæ sunt supra vires naturales. ergo huiusmodi vires non debent poni potentiæ animæ.

¶Præterea

a ¶ *Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum secundum.*

Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo respondet, secundo comparat. Conclusio respõsiua. Tres sunt partes vegetatiuę. Probatur. Corpus viuẽs vt sic eget tribus operibus. Corpus viuens vt sic est obiectũ vegetatiuæ: ergo obiectum vegetatiuæ exigit tria opera: ergo tres potentias in vegetatiuo: talia sunt generari, nutriri, & augeri: ergo, maior patet, quia eget esse, & perfecta quãtitate, & cõseruatione vtriusq;. minor ex dictis: reliqua plana.

Quo

¶Quo ad secundum primo differentiam ponit inter has: quia generatiua ad alienum, aliæ vero ad propriũ corpus. Deinde ordinem dignitatis: quia generatiua dignior ex supradicta cõditione, vtpote attingens ad vim sensitiuam, & confirmatur autoritate Dionysij. Demum ordinem ministerij: q̃a illi hę seruiunt, & augmentatiuæ nutritiua. Nota quòd tres dicuntur potentiæ vegetatiuæ in genere. Vtrũ autem plures sint secũdum speciẽ specialissimã potẽtiæ vnius præcipuę, puta digestiua, attractiua, expulsiua, &c. nõ est præsentis speculationis.

a ¶ *Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum tertium.*

Cõmenta. Titulus clarus. ¶In corpore duo principaliter. Primo tractat penes quid attendi debet distinctio, & numerus sensuum. Secũdo
385 assignat ipsam rationem vtriusque.

¶Quo ad primum tria. Primo refert tres opiniones, scilicet ex organis, ex mediis, ex rebus sensatis. Secundo reprehendit omnes. Et primas quidem: quia potentiæ non sunt propter organa, aut media, sed econuerso. Tertiã vero, quia diuersitas sensibilis secũdum simplex aut mixtũ subiectũ pertinet ad intellectum. Aduerte hic, quòd primæ opiniones non arguuntur falsitatis, sed quia non assignant causam quæsiti, sed effectum. tertia vero assignat causam per accidens, & ideo peior omnibus. Tertio igitur dicit distingui sensus penes diuersitatẽ immutatiui exterioris. Et sic est prima cõclusio responsiua affirmatiue, Sensus distinguuntur secundũ quod sunt immutatiui exterius: probatur sic, Sensus est potentia passiua per se primo immutabilis ex extrinseco sensibili. ergo. Antecedens patet, & cõsequentia est euidens: quia constat diuersitatem alicuius ex eo quòd per se primo respicit pendere.

¶Quo ad secũdum conclusio, Sensus sunt quinque iuxta quinque species immutatiui. probatur præmittendo tria. distinctionẽ immutationis in naturalem & spiritualem, & descriptionem vtriusque: & in qua ea-
385 rum consistat sentire: & clara sunt omnia. probat ergo sic, Immutatio spiritualis aut est sola, & est visus: aut mixta ex parte obiecti, & tunc aut motui locali, & fit auditus: aut alterationis, & fit olfactus: aut ex parte organi, & tunc aut secundum eandem qualitatẽ, & fit tactus: aut secundũ præambulam, & fit gustus: vt ex respõsione ad vltimum habetur.

¶Præterea, Ad id, quod est commune viuentibus & non viuentibus, non debet aliqua potentia animę deputari. Sed generatio est communis omnib⁹ generabilibus & corruptibilib. tam viuentibus quàm non viuentibus. Ergo vis generatiua non debet poni potẽtia animæ.

¶Præterea, Anima est pars potentior natura corporea. Sed natura corporea eadem virtute actiua dat speciem & debitam quãtitatem. Ergo multo magis anima. Non est ergo alia potentia animæ augmentatiua à generatiua.

¶Præterea, Vnaquæque res cõseruatur in esse per id, quod esse habet: sed potẽtia generatiua est per quam acquiritur esse viuẽtis: ergo per eandem res viua conseruatur. Sed ad conseruationem rei viuẽtis ordinatur vis nutritiua, vt dicitur in secundo de anima. Est enim potẽtia potens saluare suscipiẽs ipsum. Non debet ergo distingui nutritiua potẽtia à generatiua.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in secundo de anima, quòd opera huius animę sunt generare, & alimento vti, & iterum augmentum facere.

CONCLVSIO.

¶ *Tres sunt animæ vegetatiuæ partes, nutritiua, augmentatiua, & generatiua.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd tres sunt potẽtiæ vegetatiuæ partis. Vegetatiuum enim, vt dictum est [e], habet pro obiecto ipsum corpus viuens per animam, ad quod quidem corpus triplex animæ operatio est necessaria. Vna quidẽ, per quam esse acquirat: & ad hoc ordinatur potentia generatiua. Alia vero, per quam corpus viuum acquirit debitam quantitatem: & ad hoc ordinatur vis augmẽtatiua. Alia vero, per quam corpus viuẽtis saluatur, & in esse, & in quãtitate debita: & ad hoc ordinatur vis nutritiua.

¶Est tamen quædam differentia attendenda inter has potẽtias. Nam nutritiua & augmentatiua habẽt suum effectum in eo in quo sunt, quia ipsum corpus vnitum animæ augetur & conseruatur per vim augmẽtatiuam & nutritiuam in eadem anima existẽtem. Sed vis generatiua habet effectum suum non in eodem corpore, sed in alio: quia nihil est generatiuũ suiipsius. Et ideo vis generatiua quodãmodo appropinquat ad dignitatẽ animæ sensitiuæ, quæ habet operationẽ in res exteriores, licet excellentiori modo & validiori. Supremum enim inferioris naturę attingit id, quod est infimum superioris, vt patet per Dio. in 7. capi. de diui. nomi. Et ideo inter istas tres potẽtias finalior, & principalior, & perfectior est generatiua, vt dicitur in 2. de anima. Est enim rei tam perfectæ facere alterã qualis ipsa est. Generatiuæ autem deseruiunt & augmentatiua & nutritiua augmẽtatiuæ vero nutritiua.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd huiusmodi vires dicũtur naturales. Tum quia habent effectum similem naturæ, quæ etiam dat esse, & quantitatem, & conseruationem, licet hæ vires habeant hoc altiori modo. Tum quia hæ vires exercent suas actiones instrumentaliter per qualitates actiuas & passiuas, quæ sunt naturalium actionum principia.

¶Ad secundum dicendum, quòd generatio in rebus inanimatis est totaliter ab extrinseco. Sed generatio viuentium est quodam altiori modo per aliquid ipsius viuentis [c]: quod est semen in quo est aliquod principium corporis formatiuum. Et ideo oportet esse aliquam potentiam rei viuentis, per quam semen huiusmodi præparetur. Et hæc est vis generatiua.

¶Ad tertiũ dicẽdum, q̄ quia generatio viuentium est ex aliquo semine, oportet q̄ in principio animal generetur paruę quãtitatis. Et propter hoc necesse est q̄ habeat potentiã animæ per quã ad debitã quantitatẽ perducatur. Sed corpus inanimatũ generatur ex materia determinata ab agente extrinseco, & ideo simul recipit speciem & quantitatem secundum materiæ conditionem.

¶Ad quartũ dicendum, q̄ sicut iam dictũ est [e], operatio vegetatiui 387
principij cõpletur mediãte calore, cuius est humidũ consumere. Et ideo ad restaurationẽ humidi deperditi, necesse est habere potẽtiã nutritiuã, per quã alimentũ conuertatur in substantiã corporis. Quod etiam est necessariũ ad actum virtutis augmẽtatiuę & generatiuę.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum conuenienter distinguantur quinque sensus exteriores.* 387

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter distinguantur quinque sensus exteriores. Sensus enim est cognoscitiuus accidentium. Sunt autem multa genera accidentium. Cum ergo potentiæ distinguantur per obiecta, videtur quòd sensus multiplicẽtur secundum numerum, qui est in generibus accidentium. 1. dist. 2. q. 2. artic. 2. ad 5. & 6. & qõ. de anima artic. 13. cor. co. 3. & 3. lib. de anima lec. 7.

¶Præterea. Magnitudo & figura, & alia quæ dicũtur sensibilia communia, nõ sunt sensibilia per accidens: sed contra ea diuidũtur in 2. de anima. Diuersitas autem per se obiectorum diuersificat potentias. Cum ergo plus differant magnitudo & figura à calore, quàm sonus: videtur quòd multo magis debeat esse alia potentia sensitiua cognoscitiua magnitudinis, aut figuræ, quàm coloris & soni.

¶Præterea, Vnus sensus est vnius contrarietatis: sicut visus albi & nigri. Sed tactus est cognoscitiuus plurium contrarietatum, scilicet calidi & frigidi, humidi & sicci, & huiusmodi. Ergo non est sensus vnus, sed plures. Ergo plures sensus sunt quam quinque.

¶Præterea, Species non diuiditur cõtra genus. Sed gustus est tactus quidam. Ergo non debet poni alter sensus præter tactum.

¶SED CONTRA est quòd Philosophus dicit in secundo de anima, quòd non est alter sensus præter quinque.

CONCLVSIO.

¶ *Quinq; sunt exteriores sensus, visus, auditus, olfactus, gustus, & tactus.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ratione distinctionis & numeri sensuum exteriorum quidam accipere voluerunt ex parte organorum, in quibus aliquod elementorum dominatur, vel aqua, vel aër, vel aliquid huiusmodi. Quidam autẽ ex parte medij, quod est vel coniũctum, vel extrinsecum: & hoc vel aër, vel aqua, vel aliquid huiusmodi. Quidam autem ex diuersa natura sensibiliũ qualitatum, secundum quod est qualitas simplicis corporis, vel sequens complexionem. Sed nihil istorum conueniens est. Non enim potentiæ sunt propter organa, sed organa propter potentias. Vnde non propter hoc sunt diuersæ potentię, quia sunt diuersa organa. Et ideo natura instituit diuersitatem in organis, vt congruerent diuersitati potentiarum. Et similiter diuersa media diuersis sensibus attribuit, secũdum quod erat conueniens ad actus potentiarum. Naturas autem sensibilium qualitatum cognoscere non est sensus, sed intellectus. Accipienda est ergo ratio numeri & distinctionis exteriorum sensuum secũdum illud quod proprie & per se ad sensum pertinet. Est autem sensus quædam potentia passiua, quæ nata est immutari ab exteriori sensibili. Exterius ergo immutatiuum est quod per se à sensu percipitur, & secũdum cuius diuersitatem sensitiuæ potentiæ distinguuntur. Est autem duplex immutatio, vna naturalis, & alia spiritualis. Naturalis quidem secundum quod forma immutantis recipitur in immutato secũdũ esse naturale, sicut calor in calefacto. Spiritualis autem secundum quod forma immutantis recipitur in immutato secũdum esse spirituale, vt forma coloris in pupilla, quæ non fit per hoc colorata. Ad operationem autem sensus requiritur immutatio spiritualis, per quam intentio formę sensibilis fiat in organo sensus. Alioquin, si sola immutatio naturalis sufficeret ad sentiendũ, animata corpora naturaliter sentirent dum alterantur. Sed in quibusdam sensibus inuenitur immutatio spiritualis tantũ, sicut in visu. In quibusdam autem, cum immutatione spirituali etiam naturalis, vel ex parte obiecti tantum, vel etiam ex parte organi. Ex parte autem obiecti inuenitur transmutatio naturalis secundum locum quidem in sono, qui est obiectum auditus. Nam sonus ex percussione causatur, & aëris commotione. Secundum alterationem vero in odore, qui est obiectũ olfactus. Oportet enim per calidum alterari aliquo modo corpus ad hoc quòd spiret odorem. Ex parte autem organi est immutatio naturalis in tactu & gustu. Nam & manus tangens calida calefit, & lingua humidatur per humiditatẽ saporum. Organum vero olfactus aut auditus nulla naturali immutatione immutatur in sentiendo, nisi per accidẽs. Visus autem, quia est absque immutatione naturali organi & obiecti, est maxime spiritualis, & perfectior inter omnes sensus & cõmunior. Et post hoc auditus, & deinde olfactus, qui habent immutationem naturalem ex parte obiecti. Motus tamen localis est perfectior & naturaliter prior quàm motus alterationis, vt probatur in octauo phy. Tactus autem & gustus sunt maxime naturales. De quorum distinctione
pòst dicetur [c]. Et inde est quòd alij tres sensus nõ fiunt per medium c d
coniunctum, ne aliqua naturalis transmutatio pertingat ad organum, vt accidit in his duobus sensibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd non omnia accidentia habẽt vim immutatiuã secundũ se, sed solæ qualitates tertiæ speciei secundũ quas contingit alteratio. Et ideo solæ huiusmodi qualitates

sunt

¶De hac materia, & his, quæ in responsionibus argumentorũ hic dicuntur, vide in additionibus super libros de anima.

a ¶ Super Quæstionis septuagesimæ octauæ Articulũ quartum.

Cõmenta. TItulus clarus.

¶In corpore est vna conclusio respõsiua quæsito in calce posita. Non est necesse ponere interiores vires sensitiuæ partis nisi quatuor: sensum communem, phantasiam, æstimatiuam & memoratiuam. Et quoniam ista conclusio cum sit exclusiua, habet duas exponentes: affirmatiuã, scilicet sensus interiores sunt quatuor: & negatiuam, scilicet non sunt plures quàm quatuor. Ideirco tria facit in corpore. Primo facit duo optima fundamenta. Secundo ex eis deducit expositionem affirmatiuã. Tertio negatiuam, & sic demum infert conclusionem integram.

¶Quo ad primum ponuntur duæ radices distinguendi ac multiplicandi potentias animæ. Prima est de multiplicatione actionum, scilicet tot oportet ponere actiones, quot ad perfectam vitam animalis perfecti sufficiunt, probatur, quia natura non deficit in necessariis, nec etiam abũdat superfluis; quia nihil otiose agit. Secunda est de habitudine diuersitatis actionum ad diuersitatem potentiæ, scilicet actiones, quæ non possunt in vnum reduci principium, exigunt diuersas potentias. & probatur, quia potentia animæ nihil aliud est quàm proximum principium operationis ipsius animæ. Et sunt hæ veræ radices: quia causas ferunt diuersificandi potentias: cum sint propter actus.

¶Quo ad secũdum: quia illæ quatuor virtutes dupliciter diuersificantur: & quo ad hoc quòd aliquæ sunt receptiuæ & aliquæ retentiuæ: & quo ad hoc quòd aliquæ sunt inferioris ordinis, vt potè circa extrinseca tantum rerum: aliquæ superioris ordinis, ad interiora se extendentes. Ideo expositis regulis primo distinguit apprehensiuas à conseruatiuis: secundo veraſque vnius ordinis ab vtrisque alterius ordinis. Dicit ergo ex prima radice, quòd in animali perfecto sunt duæ actiones necessariæ, scilicet non solum recipere, sed retinere: probatur: quia oportet apprehendere rem non solum præsentem, sed absentem, probatur ducendo ad impossibile: quia aliter non appeteret & moueretur ad absens, & tenet sequela: quia appetitus & motus

De anima articu. 13. con. col. 3.

sunt obiecta sensuũ: quia vt dicitur in 2. physi. secundum eadem alteratur sensus, secundum quæ alterantur corpora inanimata.

¶Ad secundum dicendum, quòd magnitudo & figura, & huiusmodi, quæ dicũtur communia sensibilia, sunt media inter sensibilia per accidens, & sensibilia propria, quæ sunt obiecta sensuum. Nam sensibilia propria primo & per se immutant sensum, cum sint qualitates alterantes: sensibilia vero communia omnia reducuntur ad quantitatẽ. Et de magnitudine quidem & numero patet quòd sunt species quantitatis. Figura autem est qualitas circa quãtitatem: cum consistat ratio figuræ in terminatione magnitudinis. Motus autẽ & quies sentiuntur secũdum quod subiectum vno modo, vel pluribus modis se habet secũdum magnitudinem subiecti vel localis distantiæ quantũ ad motum augmenti & motum localem, vel etiam secundũ sensibiles qualitates, vt in motu alterationis. Et sic sentire motum & quietem, est quodãmodo sentire vnum & multa. Quantitas autem est proximũ subiectum qualitatis alternatiuæ, vt superficies coloris. Et ideo sensibilia communia non mouent sensum primo & per se, sed ratione sensibilis qualitatis, vt superficies ratione coloris. Nec tamen sunt sensibilia per accidens: quia huiusmodi sensibilia aliquam diuersitatem faciũt in immutatione sensus. Alio enim modo immutatur sensus à magna superficie & à parua: quia etiam ipsa albedo dicitur magna vel parua. Et ideo diuiditur secundum proprium subiectum.

¶Ad tertium dicendum, q; sicut Philosophus videtur dicere in 2. de anima, sensus tactus est vnus in genere, sed diuiditur in multos sensus secundũ speciem. Et propter hoc est diuersarũ cõtrarietatum. Qui tamen non separantur ab inuicem secundũ organum, sed per totum corpus se cõcomitantur. Et ideo eorum distinctio non apparet. Gustus autẽ, qui est perceptiuus dulcis & amari, concomitatur tactum in lingua, non autem per totum corpus. Et ideo de facili à tactu distinguitur. Posset tamen dici quòd omnes illæ cõtrarietates & singulę conueniunt in vno genere proximo, & omnes in vno genere cõmuni: quod est obiectũ tactus secundum rationem commune. Sed illud genus commune est innominatũ, sicut etiam genus proximum calidi & frigidi est innominatum.

¶Ad quartum dicendum, quòd sensus gustus secũdum dictum philosophi est quædam species tactus, quæ est in lingua tantum. Non autem distinguitur à tactu in genere, sed à tactu quantum ad illas species, quæ per totũ corpus diffundũtur. Si vero tactus sit vnus sensus tantum, propter vnam rationẽ communẽ obiecti dicendũ erit, quòd secundũ rationẽ diuersam immutationis distinguitur gustus à tactu. Nã tactus immutatur naturali immutatione, & non solum spirituali quantũ ad organũ suum secundum qualitatẽ, quæ ei proprie obiicitur. Gustus autem organũ non immutatur de necessitate naturali immutatione secundũ qualitatẽ, quæ ei proprie obiicitur, vt scilicet lingua fiat dulcis vel amara, sed secundũ præambulã qualitatẽ in qua fundatur sapor, scilicet secundum humorem qui est obiectum tactus.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ Vtrũ interiores sensus cõuenienter distinguãtur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd interiores sensus inconuenienter distinguantur. Commune enim non diuiditur contra proprium. Ergo sensus communis non debet enumerari inter vires interiores sensitiuas præter sensus exteriores proprios.

¶Præterea, Ad id, ad quod sufficit sensus proprius & exterior, nõ oportet ponere aliquam vim apprehensiuam interiorem, sed ad iudicandũ de sensibilibus sufficiunt sensus proprij & exteriores. Vnusquisque enim sensus iudicat de proprio obiecto [c]. Similiter etiam videtur sufficere ad hoc quòd percipiant suos actus. Quia cum actio sensus sit quodammodo medium inter potentiam & obiectum, videtur quòd multo magis visus posit suam visionem tanquam sibi propinquiorẽ percipere quàm colorem. Et sic de aliis. Non ergo necessarium fuit ad hoc ponere interiorem potentiam, quæ dicatur sensus communis.

¶Præterea, Secundum philosophum, phantasticum & memoratiuum sunt passiones primi sensitiui. Sed passio non diuiditur contra subiectum. Ergo memoria & phantasia non debent poni aliæ potentiæ præter sensum.

¶Præterea, Intellectus minus dependet à sensu quàm quæcunque potentia sensitiuæ partis. Sed intellectus nihil cognoscit nisi accipiẽdo à sensu. Vnde dicitur in primo Poste. quòd quibus deest vnus sensus, deficit vna scientia. Ergo multo minus debet poni vna potẽtia sensitiuæ partis ad percipiendum intentiones, quas non percipit sensus, quam vocant æstimatiuam.

¶Præterea, Actus cogitatiuæ, qui est conferre, & componere, & diuidere, & actus reminiscitiuæ, qui est quodam syllogismo vti ad inquirendum, non minus distat ab actu æstimatiuæ & memoratiuæ, quàm actus æstimatiuæ ab actu phantasiæ. Debent ergo vel cogitatiua & reminiscitiua poni aliæ vires præter æstimatiuam & memoratiuam: vel æstimatiua & memoratiua non debent poni aliæ vires præter phantasiam.

¶Præterea, August. 12. super Geñ. ad literam ponit tria genera visionum, scilicet corporalem, quæ fit per sensum: & spiritualem, quæ fit per imaginationem siue phantasiam: & intellectualem, quæ fit per intellectum. Non est ergo aliqua vis interior, quæ fit media inter sensum & intellectum: nisi imaginatiua tantum.

¶SED CONTRA est, quòd Auic. in suo lib. de anima ponit quinque potẽtias sensitiuas interiores, scilicet sensum communem, phantasiam, imaginatiuam, æstimatiuam, & memoratiuam.

CONCLVSIO.

¶ Quatuor tantum sunt animæ sensitiuæ interiores vires: sensus communis, phantasia, imaginatiua, æstimatiua, seu cogitatiua, & memoratiua.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd cum natura non deficiat in necessariis, oportet esse tot actiones animæ sensitiuæ, quot sufficiant ad vitam animalis perfecti. Et quæcunque harum actionum non possunt reduci in vnum principium, requirunt diuersas potentias, cum potentia animæ nihil aliud sit quàm proximũ principium operationis animæ. Est autem considerandum, quòd ad vitam animalis perfecti requiritur, quòd non solum apprehendat rem apud præsentiam sensibilis, sed etiam apud eius absentiam: alioquin cum animalis motus & actio sequãtur apprehensionem, non moueretur animal ad inquirendum aliquid absens. Cuius contrarium apparet maxime in animalibus perfectis, quæ mouentur motu processiuo. Mouẽtur enim ad aliquid absens apprehẽsum. Oportet ergo, quòd animal per animam sensitiuam non solum recipiat species sensibilium, cum præsentialiter immutatur ab eis, sed etiam eas retineat & conseruet. Recipere autem & retinere reducuntur in corporalibus ad diuersa principia. Nam humida bene recipiunt & male retinent: e contrario autẽ est de siccis. Vnde cum potentia sensitiua sit actus organi corporalis, oportet esse aliam potentiam quæ recipiat species sensibilium, & quæ conseruet.

¶Rursus considerandum est, quòd si animal moueretur solum propter delectabile & contristabile secundum sensum, non esset necessarium ponere in animali, nisi apprehẽsionem formarum quas percipit sensus, in quibus delectatur, aut horret. Sed necessariũ est animali, vt quærat aliqua vel fugiat, non solum quia sunt conuenientia vel non cõuenientia ad sentiendum, sed etiam propter aliquas alias commoditates & vtilitates, siue nocumenta. Sicut ouis videns lupum venientem fugit non propter indecentiam coloris vel figuræ, sed quasi inimicum naturæ. Et similiter auis colligit paleã, non quia delectet sensum, sed quia est vtilis ad nidificandum. Necessarium est ergo animali quòd percipiat huiusmodi intentiones, quas non percipit sensus exterior. Et huius perceptionis oportet esse aliquod aliud principium, cum perceptio formarum sensibilium fit ex immutatione sensibili, non autem perceptio intentionum prædictarũ. Sic ergo ad receptionem formarum sensibilium ordinatur sensus proprius & communis. De quorum distinctione post dicetur [c]. Ad harum autem formarum retentionem aut conseruationem, ordinatur phãtasia, siue imaginatio, quasi thesaurus quidam formarum per sensum acceptarum. Ad apprehendendum autem intentiones, quæ per sensum non accipiuntur, ordinatur vis æstimatiua. Ad conseruandum autem eas vis memoratiua, quæ est thesaurus quidam huiusmodi intẽtionum. Cuius signum est quòd principium memorandi fit in animalibus ex aliqua huiusmodi intentione: puta q; est nociuum vel conueniens. Et ipsa ratio præteriti, quã attendit memoria, inter huiusmodi intẽtiones cõputatur. Considerandũ est autem quòd quantũ ad formas sensibiles, non est differentia inter hominem & alia animalia: similiter enim immutantur à sensibilibus exterioribus.

Sed quantũ ad intentiones prædictas differentia est. Nam alia animalia percipiunt huiusmodi intentiones solum naturali quodam instinctu, homo autem per quandam collationem. Et ideo quæ in aliis animalibus dicitur æstimatiua naturalis, in homine dicitur cogitatiua [c], quæ per collationem quandã huiusmodi intentiones adinuenit. Vnde etiam dicitur ratio particularis, cui medici assignãt determinatum organum, scilicet medium partem capitis. Est enim collatiua intentionum indiuidualium, sicut ratio intellectiua intentionum vniuersalium. Ex parte autem memoratiuæ non solum habet memoriam sicut cætera animalia in subita recordatione præteritorum, sed etiam reminiscentiam, quasi syllogistice inquirendo præteritorum memoriã, secundum indiuiduales intentiones [c]. Auic. vero ponit quintam potentiam mediam inter æstimatiuam & imaginatiuam, quæ componit & diuidit formas imaginatas, vt patet cum ex forma imaginata auri, & forma imaginata montis componimus vnam formam montis aurei, quem nunquam vidimus. Sed ista operatio non apparet in aliis animalibus ab homine: in quo ad hoc sufficit virtus imaginatiua. Cui etiam hanc actionem attribuit Auer. in lib. quodam quem fecit de sensu & sensibilibus. Et sic nõ est necesse ponere nisi quatuor vires interiores sensitiuæ partis, scilicet sensum communem, & imaginationem, æstimatiuã, & memoratiuam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensus interior non dicitur cõmunis per prædicationem sicut genus, sed sicut communis radix & principium exteriorum sensuum.

¶Ad secundum dicendũ, quòd sensus proprius iudicat de sensibili proprio discernẽdo ipsum ab aliis quæ cadunt sub eodem sensu: sicut discernẽdo albũ à nigro vel à viridi. Sed discernere albũ à dulci non potest neq; visus, neque gustus: quia oportet q; qui inter aliqua discernit, vtrunque cognoscat. Vnde oportet ad sensum communem pertinere discretionis iudicium, ad quem referantur sicut ad cõmunem terminum omnes apprehensiones sensuum, à quo etiam percipiantur intentiones sensuum, sicut cũ aliquis videt se videre. Hoc enim non potest fieri per sensum proprium, qui non cognoscit nisi formam sensibilis, à quo immutatur, in qua immutatione perficitur visio: & ex qua immutatione sequitur alia immutatio in sensu communi qui visionem percipit.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd sicut vna potentia oritur ab anima, alia mediante, vt suprà dictum est [c]: ita etiam anima subiicitur alij potentiæ mediante alia. Et secundum hunc modum phantasticum & memoratiuum dicuntur passiones primi sensitiui.

¶Ad quartum dicendum, quòd licet intellectus operatio oriatur à sensu, tamen in re apprehensa per sensum intellectus multa cognoscit, quæ sensus percipere non potest. Et similiter æstimatiua, licet inferiori modo.

¶Ad quintum dicendum, quòd illam eminentiam habet cogitatiua & memoratiua in homine: non per id quod est proprium sensitiuæ partis: sed per aliquam affinitatẽ & propinquitatem ad rationẽ vniuersalem secundũ quandam reflexionẽ. Et ideo non sunt aliæ vires, sed eedẽ perfectiores quã sint in aliis animalibus.

¶Ad sextum dicendum, quòd August. spiritualem visionem dicit esse, quæ fit per similitudines corporum in absentia corporũ. Vnde patet quòd communis est omnibus interioribus apprehensionibus.

QVAESTIO SEPTVAGESIMANONA DE POTENTIIS INTELLECTIVIS, IN TREDECIM ARTICVLOS DIVISA,

DEINDE quæritur de potentiis intellectiuis.

¶Circa quod quærũtur 13. ¶Primo vtrum intellectus sit potentia animæ, vel eius essentia. ¶Secundo, si est potẽtia, vtrũ sit potẽtia passiua. ¶Tertio, si est potẽtia passiua, vtrũ sit ponere aliquẽ intellectum agentẽ. ¶Quarto, vtrũ sit aliquid animæ. ¶Quinto, vtrũ intellect⁹ agẽs sit vnus omniũ. ¶Sexto, vtrũ memoria sit in intellectu. ¶Septimo, vtrũ sit alia potentia ab intellectu. ¶Octauo, vtrum ratio sit alia potentia ab intellectu. ¶Nono, vtrum ratio superior & inferior sint diuersæ potentiæ. ¶Decimo, vtrum intelligentia sit alia potentia præter intellectum. ¶Vndecimo, vtrum intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potẽtiæ. ¶Duodecimo, vtrũ synderesis sit aliqua potentia intellectiuæ partis. ¶Tertiodecimo, vtrum conscientia sit aliqua potentia intellectiuæ partis.

ARTICVLVS I.

a ¶ Vtrum intellectus sit aliqua potentia animæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd intellectus non sit aliqua potentia animæ, sed sit ipsa eius essentia. Intellectus enim idem videtur esse quod mens. Sed mens non est potentia animæ, sed essentia. Dicit enim Aug. 7. de Trinita. Mens & spiritus non relatiue dicuntur, sed essentiam demonstrant. Ergo intellectus est ipsa essentia animæ.

¶Præterea, Diuersa genera potentiarum animæ non vniuntur in aliqua potentia vna, sed in sola essentia animæ. Appetituum autem & intellectiuum sunt diuersa genera potẽtiarum animæ: vt dicitur in secundo de anima: conueniunt autem in mente: quia August. 10. de Trinita. ponit intelligẽtiam & voluntatem in mente. Ergo mens & intellectus est ipsa essentia animæ, & non aliqua eius potentia.

¶Præterea, Secundum Gregorium in Homil. Ascensionis, homo intelligit cum Angelis. Sed Angeli dicuntur mentes & intellectus. Ergo mens & intellectus hominis non est aliqua potentia animæ, sed ipsa anima.

¶Præterea, Ex hoc conuenit alicui substantiæ quòd sit intellectiua: quia est immaterialis. Sed anima est immaterialis per suam essentiam [c]. Ergo videtur quòd anima per suam essentiã sit intellectiua.

¶SED CONTRA est quòd Philosophus ponit intellectiuũ potentiam animæ: vt patet in secundo de anima.

CONCLVSIO.

¶ Intellectus in solo Deo intellectus est idem essentiæ eius, in alijs vero distinguitur ab essentia, cuius est potentia.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere secundum præmissa [c], quòd intellectus sit aliqua potentia animæ & non ipsa animæ essentia. Tunc enim solum immediatum principium operationis est ipsa essentia rei operantis, quando ipsa operatio est eius esse. Sicut enim potentia se habet ad operationem, vt ad suum actum, ita se habet essentia ad esse. In solo autem Deo idem est intelligere quod suum esse. Vnde in solo Deo intellectus est eius essentia [c], in aliis autem creaturis intellectualibus intellectus est quẽdam potentia intelligentis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensus accipitur aliquando pro potentia, aliquando vero pro ipsa anima sensitiua. Denominatur enim anima sensitiua nomine principalioris suæ potentiæ, quæ est sensus. Et similiter anima intellectiua quandoque nominatur nomine intellectus quasi à principalioi sua virtute, sicut dicitur in primo de anima, quòd intellectus est substantia quædam. Et etiam hoc modo Augusti. dicit quòd mens est species vel essentia.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd appetitiuum & intellectiuum sunt diuersa genera potentiarum animæ secundum diuersas rationes obiectorum. Sed appetitiuum partim conuenit cum intellectiuo, & partim cum sensitiuo quantum ad modum operandi per organum corporale, vel sine huiusmodi organo. Nam appetitus sequitur apprehensionem. Et secundum hoc Augusti. ponit voluntatem in mente, & Philosophus in ratione.

¶Ad tertium dicendum, quòd in Angelis non est alia vis quàm natura intellectiua & voluntas, quæ ad intellectum consequitur. Et propter hoc Angelus dicitur mens vel intellectus [c]: quia tota virtus sua in hoc consistit. Anima autem habet multas alias vires, sicut sensitiuas & nutritiuas. Et ideo non est simile.

¶Ad quartum

Annota.

Cõmenta.

Veri. qõ. 17. artic. 1. cor.

¶Ad quartum dicendum, quòd ipsa immaterialitas substantiæ intelligentis creatæ non est eius intellectus: sed ex immaterialitate habet virtutem ad intelligendum. Vnde non oportet quòd intellectus sit substantia animæ, sed eius virtus & potentia.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum intellectus sit potentia passiua.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd intellectus non sit potentia passiua. Patitur enim vnumquodque secundum materiam, sed agit ratione formæ. Sed virtus intellectiua consequitur immaterialitatem substantiæ intelligentis [c]. Ergo videtur quòd intellectus non sit potentia passiua.

¶Præterea, Potentia intellectiua est incorruptibilis, vt suprà dictum [c]. Sed intellectus si est passiuus, est incorruptibilis, vt dicitur in 3. de anima. Ergo potentia intellectiua non est passiua.

¶Præterea, Agens est nobilius patiente, vt dicit August. 12. super Geñ. ad literam. & Arist. in tertio de anima. Potẽtiæ autem vegetatiuæ partis omnes sunt actiuæ: quæ tamen sunt infimæ inter potẽtias animæ. Ergo multo magis potentiæ intellectiuæ, quæ sunt supremæ, omnes sunt actiuæ.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in tertio de anima, quòd intelligere est pati quoddam.

CONCLVSIO.

¶*Cum intelligere sit quoddam pati, intellectus est potentia passiua.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd pati tripliciter dicitur. Vno modo propriissime, scilicet quãdo aliquid remouetur ab eo quod conuenit sibi secundum naturam, aut secundum propriam inclinationem. sicut cum aqua frigiditatem amittit per calefactionem, & cum homo ægrotat, aut tristatur. Secundo modo minus proprie dicitur aliquis pati ex eo quòd aliquid ab ipso abiicitur, siue sit ei conueniens, siue non conueniens. Et secundum hoc dicitur pati non solum qui ægrotat, sed etiam qui sanatur: non solùm qui tristatur, sed etiam qui lætatur: vel quocunque modo aliquis alteretur, vel moueatur. Tertio dicitur aliquis pati communiter ex hoc solo, quòd id, quod est in potentia ad aliquid, recipit illud ad quod erat in potentia absque hoc quòd aliquid abiiciatur. Secũdum quem modum omne quod exit de potentia in actum potest dici pati: etiam cum perficitur [e]. Et sic intelligere nostrum est pati. Quod quidẽ hac ratione apparet: intellectus enim sicut suprà dictum est [e], habet operationẽ circa ens in vniuersali. Considerari ergo potest vtrum intellectus sit in actu vel potẽtia, ex hoc quòd consideratur quomodo intellectus se habeat ad ens vniuersale. Inuenitur enim aliquis intellectus, qui ad ens vniuersale se habet sicut actus totius entis: & talis est intellectus diuinus, quia est Dei essentia in qua originaliter & virtualiter totum ens præexistit sicut in prima causa. Et ideo intellectus diuinus non est in potentia, sed est actus purus. Nullus autem intellectus creatus potest se habere vt actus respectu totius entis vniuersalis: quia sic oporteret quòd esset ens infinitũ. Vnde omnis intellectus creatus per hoc ipsum quòd est, nõ est actus omnium intelligibilium, sed comparatur ad ipsa intelligibilia, sicut potentia ad actum. Potentia autem dupliciter se habet ad actum. Est enim quædam potẽtia quæ semper est perfecta per actum, sicut dicimus de materia corporum cælestium [e]. Quædam autem potentia est quæ non semper est in actu, sed de potentia procedit in actum, sicut inuenitur in generabilibus & corruptibilibus. Intellectus igitur angelicus semper est in actu suorum intelligibilium propter propinquitatem ad primum intellectum, qui est actus purus, vt suprà dictum est [e]. Intellectus autem humanus, qui est infimus in ordine intellectuum, & maxime remotus à perfectione diuini intellectus, est in potentia respectu intelligibilium, & in principio est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum, vt Philosophus dicit in tertio de anima. Quod manifeste apparet ex hoc, quòd in principio sumus intelligentes solum in potentia: postmodum autem efficimur intelligentes in actu. Sic igitur patet, quòd intelligere nostrum est quoddam pati secũdum tertium modum passionis, & per consequens intellectus est potentia passiua.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de primo & secundo modo passionis, qui sunt proprij materiæ primæ. Tertius autem modus passionis est cuiuscunque in potentia existẽtis, quod in actum reducitur.

¶Ad secundũ dicẽdum, ꝙ intellectus passiuus secundũ quosdã dicitur appetitus sensitiuus, in quo sunt animæ passiones, qui etiã in 1. Eth. dicitur rationalis per participationẽ, qa obedit

a ¶*Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum secundum.*

Annot. IN titulo aduerte, quòd quæstio ista tripliciter tractari potest. Primo communiter, vtrum intellectus sit potentia passiua, id est receptiua quocunque id modo contingat, & quicquid sit illud receptum. Secundo proprie, vtrum intellectus sit potentia passiua potentia essentiali, quæ dicit priuationem actus primi, & proprij illius. Tertio pure, vtrum intellectus sit in potentia pure passiua: ita quòd tam respectu actus primi quàm secundi, non nisi passiue concurrat. In proposito hic tertius sensus non tractatur hic, sed nos dicemus de hoc inferius in artic. Primus quoque sensus hic non intenditur: quoniam vt in corpore patet, intellectus angelicus non dicitur pati, neque potentia passiua, vt modo loquimur: & tamen constat ꝙ intelligere eius in eo recipitur. Vnde relinquitur, quòd secundus sensus sit intentus. Et merito: quoniam de ipsa potentia intellectiua nuda debet esse prima quæstio, vtrum sit passiua. Passibilitas autem potentię secundum seipsam solam attenditur secundum ordinem quem habet ad propriũ actum, & non ad hunc vel illum: ac per hoc passibilitas intellectus absolute, & primo attenditur secundum coniunctionem intellectus ad intelligibile: hoc enim est illius propria perfectio: si enim intellectus est, in potentia est: & si non, non: quàm eligibilis potentia essentiali respectu huius sit forte passiuum respectu alicuius.

390 3.dist.14. art.1.q.2. & cor.ad secũdum. Et 2.contra.c.59. Et ver.q.16.arti.1.ad decimũ tertium.
80
367

Comenta. ¶In corpore duo facit. Primo declarat illum terminum passiue. Secundo respondet quæsito vnica conclusione affirmatiue.

¶Quo ad primum quia passiuum à passione & pati dicitur, distinguit ly pati, tripliciter propriissime, & proprie, & communiter: & satis clara sunt in litera.

Annota. ¶Et aduerte primo duo: conuenientiam scilicet & differentiam. Conueniunt enim quia in omnibus modis inueniuntur duo, scilicet ordo: quòd prius erat in potentia, postmodum est in actu: & receptio alicuius. Discrepant autem, quia in primo comitatur perditio conuenientis, in secundo perditio sola, non curando an conuenientis, an disconuenientis. In tertio autem nulla perditio necessario comitatur.

¶Secundo aduerte, quòd licet receptum iuxta tertium modum possit esse tam actus secundus, quàm primus: & consequenter pati dici possit hoc modo quodcunque recipiens, & ita hic tertius modus patiendi latitudinem habet: in proposito tamen de summo & primo gradu patiendi infra hunc tamen modum, sermo est interpretandus. Quoniam ab eo dicitur primo & absolute potentia passiua, à secundario autem gradu patiendi, scilicet recipiendo actum secundum non primo: neque absolutè dicitur potentia passiua, sed secundum quid quo ad hoc scilicet.

¶Tertio aduerte, quòd ordo inter recipiens & receptum quamuis possit esse naturæ solius, vt patet de subiectio & passione: materia & forma cæli: stella & lumine, quod habet à sole. & naturæ & temporis simul: vt patet in his quę generantur de nouo: ac per hoc ex hac quoque parte videatur habere latitudinem tertius modus patiendi; in proposito de ordine durationis sermo est, vt inferius clare patet, & ratio dicetur. Et intelligitur secundum naturæ cursum, id est quòd secundum ordinem rebus inditum talis potentia nata est præcedere actum suum, vel & in idem redit: exponatur negatiue, id est, quòd ex vi naturæ suæ non conuenit sibi quòd sit coæua suo actui: & hinc patent miracula, quibus poneretur Deum influere alicui ab initio scientiam nihil obstare proposito.

Comenta. ¶Quo ad secundum conclusio responsiua est, Intellectus noster est potentia passiua, probatur. Intellectus noster est in potentia separata ab actu: ergo eius intelligere est pati tertio modo. ergo intellectus est potentia passiua. Antecedens habet duas partes, s. quòd sit in potentia: & quòd separata ab actu. quo ad primam probatur sic, Intelligere est operatio circa ens in vniuersali, ergo intellectus vt actus se habet ad vniuersale ens vt actus totius entis: ergo solus intellectus diuinus est secundum id quod est in puro actu, ergo reliqui sunt in potentia. hoc vltimum antecedens est per se notum: non arctatur enim intelligere ad hoc, vel illud ens. Prima vero sequela probatur, quia ex diuersa habitudine ad vniuersale ens tanquam ad propriam perfectionem obiectiuam attenditur esse in actu vel potentia ipsum intellectum: sicut vniuersale quodlibet perfectibile penes accessum ad suum mẽsuratur perfectiuum. Secunda vero sequela patet: & quo ad exponentem affirmatiuam: quia intellectus diuinus est Dei essentia, in qua sunt omnia: & quo ad negatiuam, quia oporteret intellectum creatum esse ens infinitum. Tertia autem sequela euidens est ex se: si enim diuinus solus est actus omnium & quilibet intellectus aut actu, aut potentia respicit omnia: consequens est, vt reliqui omnes sint in potentia, non respectu singulorum, sed alicuius intelligibilis. respectu siquidem alicuius non prohibetur creatus intellectus esse in actu. Quo ad secundam vero partem antecedens probatur ex distinctione potentiæ in potentiam semper perfectam, & non semper perfectam, sed procedentem de potentia ad actum applicata ad differentiam inter intellectum angelicum & humanum, quia ille propter propinquitatem ad primum intellectum, qui est purus actus, est semper in actu omnium naturaliter à se intelligibiliũ: hic vero propter hoc quòd est vltimus & maxime remotus à primo, est in principio sicut tabula rasa. Cui signũ affertur, quia in principio sumus intelligẽtes in potẽtia, deinde in actu: prima vero consequentia ex ratione ipsius pati tertio modo liquet. si enim pati dicitur omne, quod procedendo de potentia ad actum perficitur, & intellectus noster vt assumptum probatúmque est, huiusmodi est. ergo patitur. Secunda vero est per se nota.

¶Circa primam consequentiam aduerte primo, quòd tripliciter illatum consequens intelligi potest, scilicet formaliter, causaliter, & concomitanter. Et formaliter quidẽ intellectum plurimum habet ambiguitatis diuersásq; opiniones, dum alij intelligere, putant esse pati, sicut illuminari passionem significat: alij actionem immanẽtem tantum, ac per hoc passionis habentem naturam admixtam: vt lucere, si fingatur quòd sit operatio à lucido, in ipsomet quiescens. Causaliter vero seu indistinctè siue formaliter, siue causaliter intellectum, apud vere Peripateticos non vertitur in dubium, dum intelligere contingere credunt ex passione intellectus ab intelligibili. Et quoniam in proposito pati in communi nihil aliud importat nisi recipere perfectionem, ad quam erat in potentia: & in speciali intellectum pati nihil aliud est quàm recipere intelligibile, ad quod erat in potentia: ideo quo ad vim huius rationis sat est quòd inferatur, & verificetur siue formaliter, siue causaliter. Vtroque enim modo infert, ergo intellectus est potentia passiua. Si enim formaliter est pati, constat quòd intellectus est potentia non solum passiua, sed purè passiua. Si autem causaliter, quia scilicet causatur ex passione intellectus ab intelligibili, adhuc intellectus erit potentia passiua simpliciter: quia respectu sui proprij obiecti, quicquid sit de concursu ad actum intelligendi.

¶Tertio autem modo scilicet indistinctè, siue formaliter, siue causaliter, siue concomitanter intellectum, apud omnes verificatur, quandoquidem nullus est qui non credat intelligere recipi in intellectu: & saltem ea ratione esse pati: quia recipitur in intellectu. Sed iuxta hunc sensum non infert, ergo intellectus est potentia passiua simpliciter loquendo, sed secundum quid: inquantum scilicet recipit operationem propriam: quod est cõmune omni potentiæ operatiuæ operatione immanente. Secundus ergo sensus est directe intentus, & ad propositum: vt patet. Tum ex eo quòd in litera infertur intelligere esse pati: nõ ex eo quòd intellectus est in potentia, sed ex eo quòd est in potentia separata ab actu. Tum ex eo quòd infertur ex differẽtia inter intellectum angelicum & humanum. si enim tertium sensum intendisset, sat erat nota natura potentiæ in intellectu: & in hoc non erat differentia inter angelos & animam. Tum ex eo quòd pati à quo potentia passiua, vt in hoc patebit articulo, requirit eductionem potentię ad actum primum.

¶Circa antecedentis probationem dubium est in illa parte, qua probatur possibilitas intellectus: quia nõ semper est perfectus. Hæc enim ratio assumit, id quod est per accidens. prioritas nanque durationis per accidens se habet ad esse passiuum. Tum quia duratio ipsa extranei est generis à genere passionis. Tum quia stat esse potẽtiam vere & pure passiuam: & tamen coæuam actui, vt patet de potentia passiua, qua partes orbis propinquæ soli semper illuminantur.

¶Ad hoc dubium dicitur, quòd ratio ista est à posteriori, ita quòd prioritas durationis manifesta non facit potentiam passiuam. Sed hoc nihil est. Tum quia, vt ex secunda obiectione patet, prioritas ista est effectus per accidens super quo non debet fundari ratio aliqua. Tum quia radicem proponit se assignaturum S. Tho. vnde intellectus potentia sit passiua. Dicendum est igitur, quòd differentia potentiæ secundum præexistere, aut non præexistere respectu actus proprij posita est ad circunloquendum propriam differentiam potentiarum secundum separabilitatem & inseparabilitatem ex intrinseco ab actu proprio: quædam nanque sunt quibus ab intrinseca earum natura repugnat separabilitas ab actu: & hæ dictæ sunt coæuæ suis actibus, & semper perfectæ: quædam vero sunt quibus separari ab actu non repugnat ex intrinseco, quamuis separari non possint. Et hæ comprehenduntur sub potentiis, quæ non semper sunt perfectæ: quia non per se & ab intrinseco habent quòd semper sint perfectæ per actus suos. Rursus primæ passiuæ non sunt: quia nulla passione media actum recipiunt, quamuis receptiuæ sint, sed eadem generatione generantur cum suis actibus: reliquæ autem non solum receptiuæ, sed passiuæ sunt: quia passione intercedente actus sortiuntur: & propterea subtiliter in litera ex hac differentia infertur, quòd intellectus noster est potentia passiua potentia essentiali. Vnde patet responsio ad obiecta. Ad primum quidem: quia ordo durationis ad circunloquendum positus est ad occultam differentiam. Ad secundum vero: quia potentia corporis illuminabilis ab alio, nõ est ab intrinseco coæua suo actui, sed propter perpetuam præsentiam illuminantis. Intellectus autem angelicus ab intrinseco est coæuus suæ scientiæ, quia ex natura eius fluit vt passio à subiecto. Glosanda est ergo litera quòd intelligitur de potentia semper, aut non semper perfecta ab intrinseco: & sic per se, & à priori est processus.

¶*Num intelligere sit causaliter, vel formaliter pati, & intellectus sit potentia pure passiua.* **Quæstio.**

¶Circa hæc, tria supersunt dubia. Primo an intelligere sit causaliter pati. Secundo an sit formaliter pati. Tertio quantũ valeat præsens ratio S. Tho. Ex his enim consurgit manifestatio quarti principaliter intenti, an intellectus sit potentia passiua: & etiam an sit potentia pure passiua, quod S. Tho. hic discutere non curauit.

¶Circa

¶Circa primam dubitationem tria sunt agenda. Primo declarandus est titulus: & quo ad hoc aduertendũ est, ꝙ quum esse causaliter pati nihil aliud sit quã causari ex passione, & in proposito si aliqua passio præuenit intellectionẽ, illa est passio intellectus, quo intelligentes dicimur ab intelligibili. Ideo quærere vtrum intelligere sit causaliter pati, est quærere vtrum intelligere causetur ex passione intellectus ab intelligibili.

16 385 ¶Quo ad secundum tres sunt de re hac opiniões. Quidam tenẽt, quòd intellectus non patitur ab intelligibili: ita quòd intelligibile concurrit ad intellectionem terminatiue tantum, & non causaliter. Alij vero tenent quòd intellectus patitur quidem ab intelligibili, sed per accidẽs: ita quòd per se loquendo non patitur ab intelligibili: cõcurrit tamen intelligibile ad intellectionem nõ solum terminatiue, sed causaliter: non immutando intellectum, sed simul cum intellectu gignendo effectiue intellectionem. Et sic apud istos intelligere nostrũ non est pati causaliter nisi per accidens. 293 Alij autẽ arbitrantur quòd intellectus noster patitur & per se ab intelligibili: ita quòd intellectus factus in actu, ab intelligibili intellectionẽ elicit. Et sic apud hos intelligere est causaliter & per se pati.

¶Quo ad tertium singulæ sunt discutiendæ opiniones. Prima opinio super nobilitate intellectus, & animæ fundatur. Eo enim quòd præstantior est corpore, à phantasmate pati non potest: iuxta illud August. nullum corpus agit in spiritum. Eo vero quòd præstantior est cæteris formis, se sola potest operari: quia actiuitas actualitatem sequitur, & cõstat quòd se solo agere conuenit inferioribus formis, puta elementaribus, & animæ vegetatiuæ. Sed hæc facile soluũtur: quoniam intellectus non patitur à phantasmate principaliter, sed ab intellectu agente: & vt in responsione ad vltimum in litera dicitur, nobilius est pati cum tanta excellentia, quàm agere vilia.

¶Secunda vero opinio cum duo dicat, scilicet quòd ambo obiectum & intellectus sunt causa actiua intelligendi, & quòd intellectus nihil habet ab obiecto, aut econuerso, nisi per accidens. Primum quidem fundat super duas conditiones intellectionis, scilicet & quòd sit operatio vitalis, & quòd sit ad talem naturam obiecti determinata: primum enim ab anima, secũdum ab obiecto esse oportet. Sed secũdum dictum, in quo quæstio est, nulla ratione probat, sed credidit Scot. quòd confutatis opinionibus quas recitat, relinqueretur hoc quasi per viam diuisionis. Afferri tamen pro illa posset: quia quicquid potest species intelligibilis, posset obiectum repræsentatum, si præsens intellectui adesset, eo quòd species agit vice obiecti: & propterea accidit obiecto vt cõcurrat ad intellectionem causandam, quòd sit præsens intellectui secundum suam speciem: ac per hoc quòd immutet intellectum ad suam similitudinem. Primum dictum conuincit quidem quòd vtrunque, scilicet intellectus & obiectum concurrunt ad intellectionem, sed quòd vtrunque actiue concurrat non plane probat, nisi vt inferius patebit. Secundum vero voluntarium, & contra philosophum, & naturam intellectus. Voluntarium quidem, quia absque ratione. Nec opiniones sufficienter retulit, imò per hypotheticam omisit: quia vt puto latuit eum. Nec adducta ratio aliquid valet, quoniã vt superius patuit phantasma & vniuersaliter similitudo quæcunque obiecti, non ea ratione dicitur vice obiectum, quia solum fungatur officio obiecti, sed quia ratio operandi natura obiecti quam repræsentat est. Ex hoc autem non habetur, quòd obiectum per seipsum potest aut posset. Tum quia hoc supponit, quòd intellectus nudus sit actiuus, quod tamen principaliter probandũ erat, & quasi supponit hanc consequentiam, Intellectus concurrit actiue ad intelligendum: ergo nudus concurrit actiue: quæ tamen nihil valet. Tum quia hoc supponit speciem ad nihil aliud per se poni nisi pro obiecto: cum tamen in intellectu nostro ponatur, & pro obiecto, & pro actuatione intellectus: quoniã est in potentia essentiali, vt dicitur in 3. de anima. text. 7. Contra philosophos vero & rationem est: quoniam expresse Arist. ponit intellectum esse potentiam passiuam. Tum ex eo quòd Arist. posuit intellectum quo intelligimus esse absolute & simpliciter in genere potentiæ passiuæ, & non secundum quid tantum; inquantum scilicet recipit intellectionem: alioquin processus eius in tex. 17. ad inuestigãdum intellectũ agentem nihil valeret: fundatur enim manifeste super hoc, quòd in omni natura, in qua est potentia passiua, oportet poni actiuam quæ reducat passiuam de potentia ad actum. Quid clarius? si intellectus esset, vt Sco. fingit, virtus ex se actiua partialiter: & non nisi per accidens agens vt informetur ab obiecto; natus esset labor, qui super natura potentiæ passiuæ fundatur.

¶Ex his enim, quæ sunt per accidens, essentialis ordo rerum non pendet, & consequenter inferri non posset intellectum agentẽ esse; debuerat enim Arist. ex imperfectione virtutis actiuæ intellectus possibilis, non ex hoc quòd est potentia passiua, intellectum concludere agentem: falsa quoque esset maior Arist. scilicet quòd in omni natura esset sic. Non enim vbicunq; est agens imperfectũ, ibi oportet esse agens perfectũ quod reducat in actum agens illud imperfectũ, vt ipsemet Scotus ibidem dicit: quoniam in multis agens imperfectius non patitur à perfectiore. Contra naturã vero intellectus esse nunc declarando veritatẽ ostendetur.

¶Tertia ac peripatetica opinio super natura cognoscitiua vt sic, fundatur. Recolendum est enim quòd vt in q.14. dictum fuit, res quælibet ex hoc est cognoscitiua, quòd est tam eleuatæ naturæ: q; est non solũ ipsa, sed aliæ. Et rursus dictum fuit ꝙ rem aliquã esse alias, contingit tripliciter: actu puro, potentia pura, & medio modo: quodãmodo s. actu, & quodãmodo potẽtia: & quòd in vltimo gradu, scilicet in pura potentia anima nostra posita est. Est enim à principio sicut tabula rasa, in qua nihil est pictũ. Ex his patet, quòd si anima cognoscere actu debet, oportet eam actu esse res cognitas. Est igitur intellectus in potẽtia passiua ad intelligibile, & intelligere est pati causaliter: quia ex passione ab intelligibili, id est ex receptione intelligibilis causatur. Nec potest dici ꝙ passio ista concurrat per accidens, nisi quis vsq; adeo deliret, vt dicat quòd animã, quæ est intelligibile in potentia esse actu intelligibile, & per accidens. Nec refert in proposito vtrũ intellectus ab obiecto vel intellectu agente vel alio illud recipiat, satis est ꝙ oportet passionem hanc interesse. 281 Et cõfirmatur: 291 quia si ex hoc quòd res est primo in potentia essentiali: & deinde in actu primo, & deinde in actu secundo, non conuincimus ꝙ fieri in actu primo sit pati: omnis via ad probandũ potẽtiam passiuam & passionẽ nulla est. Et si non cõuincimus quòd illud pati p se exigatur ad operandum in actu secundo, nunquam probabitur differẽtia inter potentiam essentialem, & accidẽtalem: quã in hoc stare ex 8. physic. & 2. de anima patet, ꝙ illa per priorẽ mutationẽ ab alio venit ad operationem, ista autem per seipsam posse operari permittitur. Est igitur intelligere nostrũ pati causaliter: & hoc per se. Angelicum vero non proprie est causaliter pati: quia congenitum est angelis intelligibile, nec transfertur eorum intellectus de potẽtia ad actum primũ. Ex his autem quæ in 3. de anima dicuntur: quæ & adducta sunt patet hoc sequi. Vnde Aristot. Auerroímque hic sensisse non est dubium. Nec te moueant verba S. Tho. in quoli. 8. q. 2. arti. 1. expresse sonantia, quòd intellectus possibilis est patiens cooperans agenti ad eius formationẽ. Per hoc enim vt ibi patet, non intendit, quòd intellectus nudus cooperetur intellectui agenti, & phantasmati ad sui formationem: sed quòd intellectus tam formatus potest ex præacceptis speciebus alias species in se producere multo magis quàm imaginatiua: quæ etiam non nuda, sed formata iam auri & mõtis speciebus format in se speciem mõtis aurei.

¶Circa secundam dubitationem, an intelligere sit formaliter pati, eodem procedendum est ordine. intelligere esse formaliter pati, nihil aliud est quàm intellectum possibilem concurrere puræ passiuæ ad intellectionem: quicquid sit illud quod intellectionem effectiue causet: siue intellectus agẽs solus, siue ipse simul & intelligibile in actu, & in intellectu possibili depictum, siue quodcunque aliud.

¶Quo ad secundum, quia hic non quærimus modum, quo fit intellectio à specie intelligibili, aut obiecto: sed tantummodo an intellectus concurrat puræ passiuæ ad intellectionem: ideo omittẽdæ sunt hic opiniones multæ: & quatuor breuiter tangendæ: duæ tenẽtes intellectum puræ passiuæ, & duæ actiuæ: quoniam ex his melius patefit intentum. Aut enim creditur, ꝙ nudus intellectus est totale actiuũ intellectionis. Aut partiale cum Sco. Aut quòd intellectus est totaliter passiuus. Aut quòd ratione sui est passiuus, ratione vero speciei intelligibilis est actiuus. Ad harum enim quatuor aliquam omnis videtur opinio de hoc reduci. Sed diligenter aduertendum est, quòd vltima opinio S. Tho. attribuitur, sed male intellecta. Potest siquidem dupliciter intelligi, primo quòd intellectus concurrat ad intellectionis productionem: quemadmodũ aqua calida ad calefactionẽ: ita quòd, sicut aqua informata calore dicitur calefacere: ita intellectus informatus specie intelligibili dicitur intelligere actiue. Et iuxta hunc sensum intelligitur à Sco. & communiter exponi videtur. Sed hi longe sunt ab intẽto sensu. Iuxta hunc siquidem sensum sola species intelligibilis actiue causat: quemadmodum solus calor calefactionem causat. intellectus autem non concurreret ad causandũ: nisi vt sustentans rationem agendi, quemadmodũ aqua vt sustinens calorem. Vnde quemadmodum cum aqua calida calefacit, secundũ denominationẽ quidem ipsa aqua dicitur calefaciens seu efficiens calefactionẽ: quia actiones sunt subsistentiũ saltẽ denominatiue: secundũ rem tamen aqua nihil ad calefactionis actionem cõfert, nisi remote: quia scilicet sustinet principium agẽdi. quod ex eo liquet: quòd si illa agendi ratio, puta calor per se subsisteret, absq; concurrente subiecto eandem faceret actionem. Ita cum intellectus informatus specie intelligibili intelligit: dicitur intelligens denominatiue: & nihil facit ipse ad intellectionis productionẽ: sed quia intelligere est actio immanẽs, ipse per seipsum suscipit eã. Apud S. Tho. autem & veritatem, intellectus in actu se toto primo actiue concurrit ad intellectionem, & sensus ad sensationem: vt patet in quoli. 8. q. 2. art. 1. Ad cuius euidentiam scito, quòd quia intellectus secundum se est in genere potẽtiæ passiuæ, non habet ex se aliquam agendi rationem. Et hoc est in quo primo dissentit Scot. Ex hoc vero quòd intellectus fit actu, ipsum intelligibile in actu acquirit quandam agendi rationem. commune nanque est omni formæ non prohibitæ ab actione, esse agendi rationem. Ex hoc autem quòd intellectus non acquirit intelligibile, quemadmodũ materia acquirit formã, sed transit in ipsum intelligibile, & ipsum intelligibile imbibitur quodãmodo in ipso intellectu: sequitur quòd hoc totum, scilicet intellectus in actu primo, & non ratione partis actiuæ intelligit: quãuis ratione partis, s. intellectus recipiat intellectionẽ. Existimandum est enim, quòd anima apprehensiua est alterum genus entium à naturalibus, & quòd æquiuoce cõmunicat cum eis in esse, in potentia, & recipere formas entium. Materia enim sic recipit formam vt ex eis resultet compositum, & illius compositi est actio sequens illam formam & non materiæ, nisi quia sustinet formã, & pars est compositi. Anima autem vt Auer. optime dixit in 3. de anima. com. 5. non sic recipit cognoscibile vt ex eis fiat compositum cognoscens, sed anima ipsa efficitur ipsum cognoscibile, & sic facta in actu agit. Concurrit ergo aliter intellectus actiuæ ad intellectionem, quàm receptiuum rationis agendi ad actionem; quia aliter fit anima in actu cognoscibile, & aliter materia reducitur in actum. Habet itaq; intellectus, quòd actiue concurrat ad intellectionem non ex partiali ratione agendi: vt Scot. contra Aristotelem finxit, nec præcise ex specie intelligibili, vt moderna

rationi. Secundum alios autem intellectus passiuus dicitur virtus cogitatiua, quæ nominatur ratio particularis. Et vtroque modo passiuum accipi potest secundum primos duos modos passionis, inquantum talis intellectus sic dictus est actus alicuius organi corporalis. Sed intellectus, qui est in potentia ad intelligibilia (quem Aristoteles ob hoc nominat intellectum passibilem) non est passiuus, nisi tertio modo: quia non est actus organi corporalis. Et ideo est incorruptibilis.

¶Ad tertium dicendum, quòd agens est nobilius patiente, si ad idem actio & passio referantur: non autem semper, si ad diuersa. Intellectus autem est vis passiua, respectu totius entis vniuersalis. Vegetatiuum autem est actiuum, respectu cuiusdam entis particularis, scilicet corporis coniuncti. Vnde nihil prohibet huiusmodi passiuum esse nobilius tali actiuo.

derna ignorantia intelligit: sed ex hoc ipso quòd animalis vis in actu est, ita quòd ex hoc quòd est animalis vis habet inchoatiue, quòd facta in actu sit actiua. Falluntur autem plurimi in hoc: quia de anima iudicant ad modum rerum naturalium: cum tamen Auerrois dixerit quòd magis sit vnum ex intellectu & intelligibili, quàm ex materia & forma: & consequenter sit magis vnum operans. Intelligere ergo non est formaliter pati; quāuis proprie loquendo non sit etiam formaliter agere, sed potius actiue passiueque vitaliter operari; & idem iudicium est de sensatione. Quicunque autem eleuare potest intellectum, & recolendo, quòd actiones immanētes qualitates sunt, non actiones aut passiones: intuerique quòd intelligere nihil aliud est, quā intelligentem esse actu intellectum; & quòd anima superiórque natura est talis quòd seipsa est quandoque vt somnus, & quandoque vt vigilia, percipiet in his modum quendam actiui & passiui magis quàm actiuū & passiuum. Et sic inter sapientes loquendum esset. Rationes autem, quæ
391 contra hoc sunt: quia scilicet efficiens & materia
De anima articul. 4. non coincidunt in idem numero, ex tertio physicorum: & agens & patiens respectu eiusdē non est idem: quia esset in actu & in potētia simul: & idem referretur realiter ad seipsum, facile soluuntur ab inspicientibus hic non esse proprie agens & patiens, neque materiam, & cōsequenter non oportere esse relationem realem. Hæc enim communia principia intelligēda sunt; vbi proprie talium ratio reperitur. In proposito autem cum intelligere non sit actus entis in potētia, sed perfecti animam intelligere, proprie loquendo nihil aliud est quàm propriam operationem exercere: quam quia immanens est, concomitatur quòd sit in ipsa, & ab ipsa simul. Quod nullum inconueniens esse qui non aliter videre potest, coincidit, quòd grauitas lapidea est à lapide & in lapide. Et vel sic animaduertat in his, quæ non proprie dicūtur agere & pati, locum non habere principia illa. Quamuis sigillatim dici possit, quòd materia ex qua non coincidit cum agēte, materia vero in qua coincidere potest: est quòd omnino idem non est patiens & agens, neque refertur ad se. Sed bene aliquo modo idem, & aliquo modo diuersum patitur & agit, & refertur realiter ad se. In proposito autem intellectus est agens, & materia in qua est intellectio. Et est aliquo modo diuersus, quia patitur inquātum nudus, agit vero se toto primo. Et sic diuersimode est simul in actu & potentia.

¶Circa tertiam dubitationem quantum, scilicet valeat ratio Sancti Thomæ, aduertendum est, quòd tripliciter calumniam potest pati. Primo diceret Sco. quòd peccat ratione potentiæ communiter sumptæ, inferens potentiam proprie sumptam. Ex eo enim quòd intellectus non est in se actus totius entis, sequitur bene, ergo est in potentia, sumendo potentiam communiter prout omne deficiens ab actu puro dicitur esse permixtum potentiæ: sed ex tali potentialitate non sequitur, ergo est in potentia receptiua quæ est proprie potentia, vt de se patet: & tamē S.Tho. hanc potentiam infert. Et cōfirmatur ista obiectio, quia intellectus agens cum non sit actus purus, est in potentia: & tamen non in potentia receptiua. Secundo diceret quispiam, quòd deficit in præsupposito. supponitur enim quòd quilibet intellectus naturaliter sit capax totius entis. oportet enim hoc supponi, alioquin non possent graduari intellectus in respectu ad totum ens penes esse actu aut potentia totum ens: & tamen constat hoc suppositum esse falsum, in via S.Tho. præcipue. Tum quia nullus intellectus creatus est capax essentiæ diuinæ in esse intelligibili. Tum quia intellectus noster non est capax substantiarum immaterialiū. Et confirmatur: quia intellectus noster non est possibilis omnia fieri, nisi quæ intellectus agens est potens facere: sed hic non est potens facere omnia simpliciter cognoscibilia, sed tantum materialia. ergo.

¶Tertio deficere videtur: quia si ratio valeret, concluderet quòd etiam voluntas sit potentia passiua: quoniam ipsa est respectu totius entis: quoniam bonum vt sic respicit, & non est vt actus totius entis, aut perfecta semper per illud: consequens est inconueniens; quoniam voluntas mouet actiue intellectum, & cæteras vires, & sic velle est actionis species.

¶Ad solutionem horum manifestandam, non oportet alia iacere fundamenta: quoniam ex natura vis cognoscitiuæ euidenter dissoluuntur. fundatur ergo processus iste super naturam cognoscitiuam in communi, scilicet quòd oportet cognoscitiuum esse rem cognitam, quod fuit communis animi conceptio antiquorum in primo de anima, & approbatum ab Aristot. & super tali natura cognoscitiua, scilicet intellectiua, scilicet quòd intellectus cognoscit ens in communi, quod est per se notum. Ex his enim habetur, quòd cum intellectus non sit arctatus ad hoc vel illud entis genus, sed vniuersale ens respiciat vt obiectum, vt visus colorem, & consequenter quòd potest cognoscere omne ens: oportet quòd aut sit actu, aut potentia: actu quodammodo actu, & quodammodo potentia omne ens. Et quia quod non est actu tale, & potest esse tale, est vere in potentia receptiua, qua potest fieri aut esse tale: ideo ex hoc quòd intellectus non se habet vt actus totius entis, optime sequitur non solum quòd sit in potentia, sed quòd sit in potentia vt sit ens illud quod non est actu: ac per hoc sit in eo vere potētia receptiua illius esse. Et sic patet responsio ad primo obiecta. Non enim ex esse in potentia illatum est esse in potentia tali, sed ex esse in potentia cognoscitiuum per intellectum: quod vt ex dictis patet, optime infert propositum. Nec hoc conuenit intellectui agenti, si vis est nostræ animæ non intelligens, sed faciens tantum intellecta in actu. Ad ea vero, quæ secundo obiiciuntur, dicitur quòd vt in text. patet: ex hoc quòd intelligere est circa ens in communi, sequitur, ergo & intellectus: ac per hoc circa omne ens, alioquin obiectum excederet operationem & virtutem operatiuam. Vnde concedendum est quòd omnis intellectus est circa omne ens. Sed diligenter animaduerte ne fallaris à cognitiōe ad modum cognitionis declināns, ad cognoscere quippe omne ens sufficit cognoscendo attingere omne ens: ita quòd ad omne ens terminari possit cognitio illius, ad modum vero cognoscendi spectat quòd cognoscat perfecte vel imperfecte per propriam speciem vel alienam, per causam vel effectum, &c. Constat autem quòd omnis intellectus in omne ens potest, quāuis nōn perfecte, aut per species proprias, vt instantiæ adductæ ostendunt. Vnde ratio S. Tho. stat solida super hoc quòd quia intelligere est circa omne ens terminatiue, oportet quodlibet intelligēs esse omnia. Aut actu puro, vt Deus gloriosus. Aut quodammodo actu & quodammodo potentia, & hoc habet magnam latitudinem vt intelligētiæ. 392 411 440 Aut in potentia pura, & hoc est anima humana, quæ est omnia: non per omnium similitudines, sed per similitudines naturalium rerum, quæ proculdubio similes sunt Deo & intelligentiis, quamuis imperfecte.

¶Ad tertiam autem obiectionem de voluntate dicitur, quòd quia ratio illa manifeste loquitur de respicientibus totum ens, vt in se habere debentibus totū ens, consequens est, quòd locum non habet in voluntate, quæ in hoc differt ab intellectu. illa enim tendit in ens, iste vero habet in se. Vnde intellectus non habens omne intelligibile est in potentia & imperfectus, voluntas autem non volens omne volibile, non est in potentia, nec imperfecta. Stat ergo ratio solida in his, quorum perfectio & operatio est in habendo ens vniuersale: & per hoc quoque solui possunt primo obiecta. *Commēta.*

ARTICVLVS III.

a ¶*An sit ponere intellectum agentem.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd non sit ponere intellectum agentem. Sicut enim se habet sensus ad sensibilia, ita se habet intellectus ad intelligibilia. Sed quia sensus est in potentia ad sensibilia, non ponitur sensus agens, sed sensus patiens tantum. Ergo, cum intellectus noster sit in potentia ad intelligibilia, videtur, quòd non debeat poni intellectus agens, sed passibilis tantum.

¶Si dicatur, quòd in sensu etiam est aliquod agens, sicut lumen: contrà, Lumen requiritur ad visum, inquantum facit medium lucidum in actu. Nam calor ipse secundum se est motiuus lucidi. Sed in operatione intellectus non ponitur aliquod medium, quod necesse sit fieri in actu. Ergo non est necesse ponere intellectum agentem.

¶Præterea, Similitudo agentis recipitur in patiente, secundum modum patientis. Sed intellectus possibilis est virtus immaterialis. Ergo immaterialitas eius sufficit ad hoc quòd recipiantur in eo formæ immaterialiter. Sed ex hoc ipso aliqua forma est intelligibilis in actu, quòd est immaterialis. Ergo nulla necessitas est ponere intellectum agentem, ad hoc, quòd faciat species intelligibiles in actu.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 3. de anima, quòd sicut in omni natura, ita & in anima est aliquid, quo est omnia fieri, & aliquid, quo est omnia facere. Est ergo ponere intellectum agentem.

CONCLVSIO.

¶*Præter intellectum possibilem, qui est omnia fieri, necesse est ponere in anima intellectum agentem, qui facit intelligibilia in potentia, intelligibilia in actu.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum opinionem Platonis nulla necessitas erat ponere intellectum agentem ad faciendum intelligibilia in actu, sed forte ad præbendum lumen intelligibile intelligenti, vt infrà dicetur [e]. Posuit enim Plato formas rerum naturaliū sine materia subsistere, & per consequens eas intelligibiles esse: quia ex hoc est aliqd intelligibile actu, quod est immateriale. Et huiusmodi vocabat species, siue ideas. Ex quarum participatione dicebat etiam materiam corporalem formari ad hoc quòd indiuidua naturaliter constituerentur in propriis generibus & speciebus: & intellectus nostros ad hoc quòd de generibus, & speciebus rerum scientiā haberent [e]. Sed quia Arist. non posuit formas rerum naturalium subsistere sine materia: formæ autem in materia existentes non sunt intelligibiles actu: sequebatur quòd naturæ, seu formæ rerum sensibilium, quas intelligimus, non essent intelligibiles actu. Nihil autem reducitur de potentia in actum nisi per aliquod ens actu: sicut sensus fit in actu per sensibile in actu. Oportebat igitur ponere aliquam virtutem ex parte intellectus, quæ faceret intelligibilia in actu per abstractionem specierum à conditionibus materialibus. Et hæc est necessitas ponendi intellectum agentem [e].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensibilia inueniuntur actu extra animam: & ideo non oportuit ponere sensum agentem. Et sic patet quòd in parte nutritiua omnes potentiæ sunt actiuæ: in parte autem sensitiua omnes passiuæ. In parte vero intellectiua est aliquid actiuum, & aliquid passiuum.

¶Ad secundum dicendum, quòd circa effectum luminis est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd lumen requiritur ad visum, vt faciat colores actu visibiles. Et secundum hoc similiter requiritur & propter idem intellectus agens ad intelligendum, propter quod lumen ad videndum. Secundum alios vero lumen requiritur ad videndum, non propter colores vt fiant actu visibiles, sed vt medium fiat actu lucidum, vt Comment. dicit in 2. de anima. Et secūdum hoc similitudo qua Arist. assimilat intellectum agentem lumini, attenditur quantum ad hoc quòd sicut hoc est necessarium ad videndum, ita illud ad intelligendum, sed non propter idem.

¶Ad tertium dicendum, quòd supposito agente bene contingit diuersimode recipi eius similitudinem in diuersis propter eorum dispositionem diuersam. Sed si agens non præexistit, nihil ad hoc faciet dispositio recipientis. Intelligibile autem in actu non est aliquid existens in rerum natura quantum ad naturam rerum sensibilium, quæ non subsistunt præter materiam. Et ideo ad intelligendū non sufficeret immaterialitas intellectus possibilis, nisi adesset intellectus agens qui faceret intelligibilia in actu per modum abstractionis.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum tertium.* *Commēta.*

Titulus clarus. ¶In corpore respondet primo secundum Platonis fundamenta falsa. Secundo secundum Arist. Ex Platone duo dicit, alterum certum, & alterum dubium. Vbi scito quòd duo opera attribui possunt intellectui agēti. Vnum est facere intelligibilia in potentia esse intelligibilia in actu, alterum illuminare intellectum possibilem, iuxta duo quę conueniunt intellectui possibili, scilicet recipere intelligibile, & huic respondet factio intelligibilis: & iudicare, & huic respondet illuminatio. Vnde quia Plato posuit intelligibile in actu esse per se in rerum natura: sequitur quòd non oportuit ponere intellectum agētem vt fieret intelligibile in actu. & hoc est primum, & certum ex Platone. Quod probatur: quia posuit ideas ex quibus tam materia quàm anima formatur: illæ vt essent res, hoc vt cognoscerētur. Et si coniunxerimus his, quòd Plato posuit nostrum scire non esse nisi reminisci, videbimus quòd apud eum intellectus noster non recipit de nouo aliquod intelligibile, sed à principio est formatus omnibus. Ambiguū vero est an propter secundum opus posuerit intellectum agentem.

¶Ex Arist. vnam habemus responsiuam conclusioné, quòd necesse est ponere intellectum agentē. probatur sic, Omne quod est in potētia, non reducitur in actum, nisi per aliquod ens actu: sed intellectus noster est in potētia ad intelligibile. ergo non reducitur in actum nisi per intelligibile in actu: sed intelligibile in actu quo ad quidditates naturales nō inuenitur in rebus. ergo oportet fieri. ergo ex parte intellectus oportet ponere virtutē factiuā, & hanc vocamus intellectum agētem.

Annota. ¶Nota hic quòd duarum operationum, quas diximus attribui intellectui agenti, illuminatio non vsquequaque clara est. Quoniam dicet quispiam, quòd ipsa vis intelligendi quæ est intellectus possibilis, lumen est sufficiens sibi ad cognoscendum intelligibile in actu oblatum per speciem, & sustentatum per phantasma: quemadmodum in sensu ipsa vis sentiēdi sat est ad iudicium de sensibilibus. Nec oportet distinguere sensum in illustratiuum & receptiuum. Sed altera operatio quæ est facere obiectum in actu, conuincit ad ponendum intellectum agentem. Quemadmodum si natura non posset facere visibile in actu, conuinceremur ex parte sensus ponere sensum vel visum agentem. Et propterea concludendo dicitur in litera, & hæc est necessitas ponendi intellectum agentem.

Quæstio. ¶*Num sit necessarium ponere intellectum agentem.*

¶Circa hunc articulum aduerte quòd etiam posteriores discordes sunt. Nam Durandus Platonem sequitur in negatione intellectus agentis. Godofredus etsi concedat intellectum agentem: negat tamen ipsum effectiue illuminare, credit enim quòd formaliter illuminet. Sed de hac opinione erit in sequentibus sermo: modo cum quæstio an est ventilatur, cum Durando disputandum est. Est autem forma rationis eius: quia si intellectus agens ponitur, vel ratione operationis in phantasma

phantasma, aut intellectum possibilem, aut vtrunque ponitur: sed nihil horum est: ergo. probatur quòd non in phantasma: quia nec influendo illi aliquid, vt patet: nec abstrahēdo ab eo aliquid, vt magis est notum: nec educendo de potentia eius, vt ex eo liquet: quia eductum est post eductionem in eo ex quo educitur: similiter probatur quòd non in intellectum: quia aut solus agit in illum, & hoc non: aut simul cum phantasmate, & hoc non. Tum quia si phantasma secundum se est impotens in intellectum agere vtpote immaterialem, ergo
416 etiam erit impotens ad coagendum: non enim est mutatum, aut si secundum se erat potens, & sic non oporteret ponere intellectum agentem, sicut nec sensum agentem cum obiecto sensibili.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd vt in litera dicitur necessitas intellectus agentis est, vt ens sensibile sit nobis intelligibile in actu. Ad hoc autē requiritur operatio & in phantasma, & in intellectum possibilem. & de actione quidem in phan
378 tasma erit sermo proprius in q. 85. artic. primo. ad 4. Quāuis breuiter dici possit, quòd agit educendo de potentia phantasmatis non subiectiua, sed ministeriali: & ideo eductum non est in eo, sed in potentia subiectiua quę est intellect⁹ possibilis. De actione verò in intellectum possibilem dicitur, quòd necesse est ponere præter phantasma aliud agens: quia intelligibile in actu distat ab intelligibili in phantasmate genere, & nō sicut vnus gradus alicuius generis ab alio eiusdē: vt in sensu & sensibili contingit, dum vtrunque materiale, intelligibile vero actu immateriale esse oportet. Et cū dicitur, Phātasma solum est impotens, ergo immutatū semper erit impotens: respondetur cōcedendo antecedens, & distinguendo cōsequēs: immutatū in se vel in ordine ad aliud. primo modo est immutatum sed nihil obstat, quoniam sufficit quòd sit mutatum in ordine ad aliud. Et consistit ista mutatio in hoc, quia de seorsum agente transit in ministrum alterius: constat autem quòd eadem vis aliquid potest sub alterius autoritate quod sola non posset. ¶Et cum dicit arguens, quòd mirum est, quòd ex assistentia alterius aliquid possit quod prius non posset: respondendum est quod propter admirari cœpit Philosophia: causa enim huius inferius patebit in loco prædestinato.

Quæstio. ¶*Num intelligibile in actu sit prius quàm species intelligibilis, vel sit idem quod species intelligibilis.*

¶Circa hunc tertium articulum est non parua dubitatio. An intelligibile in actu quod est effectus intellectus agentis, sit priusquam species intelligibilis. An ipsa species intelligibilis sit ipsum intelligibile in actu, quod dicitur effectus intellectus agentis. Quòd enim sit prius saltem natura, ex hoc articulo habetur dupliciter. Primo ex calce corporis articuli, vbi dicitur quòd quia id quod est in potentia, non reducitur in actum nisi per aliquod ens actu, quēadmodum sensus per sensibile: & intelligibile in actu quod debet reducere intellectū existentē in potentia ad actum, non inuenitur in rebus: oportet ponere intellectum agentem facientem intelligibile in actum eductiuum intellectus possibilis de potentia ad actum. Hic enim videtur planus sensus literæ: ex hoc autem liquido habetur, quòd intelligibile in actu præuenit speciem intelligibilem, imò est ipsius causa. Secundum ex responsione ad secundum vbi expresse dicitur, quòd si lumen requiritur ad visionem ex parte coloris, quòd similitudo inter lumen & intellectum agentem tenet non solum quo ad necessitatem, sed quo ad eius causam, quia propter idem requiritur: sed lumen, stante illa hypothesi, facit colorem in actu visibilem à quo producitur species visibilis in oculo: ergo lumen intellectus agentis facit phantasma actu intelligibile: & sic à phantasmate illuminato producitur species intelligibilis in intellectu possibili. Ad oppositum autem est: quia phantasma semper est quid de genere sensibilium & materialium: ergo intelligibilium in potentia. Intelligibile enim in actu oportet abstrahere ab hic & nunc, quod est impossibile conuenire phantasmati. Et confirmatur: quia cum cogitatiua possit comprehendere quicquid repræsentat actu suum phantasma, si phantasma esset intelligibile in actu, phantasia cognosceret intelligibile in actu. hoc autem est intelligere: & sic cogitatiua esset intellectus, & intellectus non differret à sensu, &c.

¶In hac difficultate sunt duo modi dicendi. Alter communis, alter singularis. Communiter quidem tenetur, quòd species intelligibilis est ipsum intelligibile in actu quod dicitur effectus intellectus agentis. Ita tamē quòd actio intellectus agentis, quæ terminatur primo ad speciem intelligibilem, terminatur secundario ad rem repræsentatam per speciem: puta naturam bouinam aut leoninam, quæ vt sic repræsentata est denominatione extrinseca intelligibilis in actu, intelligibilitate actuali, id est immaterialitate existente in specie intelligibili non in se.

¶Et iuxta hanc viam glossanda erunt verba S.Thomæ in corpore articuli dicendo, quòd caute & artificiose processit: quoniam non subsumpsit, quòd oporteret ponere intelligibile in actu, quod reducat intellectum de potentia ad actum, quod apparet quòd subsumi debuisset: sed subsumpsit quòd oportet ponere aliquam virtutem ex parte intellectus, quæ faciat intelligibile in actu per abstractionem specierum, &c. quasi subintellexerit quòd oportet alterum duorum subsumere, aut quòd ponatur intelligibile in actu reductiuum intellectus de potentia ad actum, aut oportet ponere aliquid æquiualens, scilicet virtutem reductiuam intellectus de potentia ad actum: & exprimens modum dicit, per abstractionem specierum, &c. Verba quoque responsionis ad secundū glossanda sunt, quòd lumen intellectus agentis requiratur propter idem, id est, ex parte obiecti quo ad hoc, quod obiectum de se nō sufficit mouere potentiam: & non oportet quòd intelligatur quo ad hoc, quòd sicut color lumine fit actu visibilis, ita phantasma illustratum. Fauent autem huic opinioni verba S. Tho. in multis locis, dum appellat ipsam speciem intelligibilem intelligibile in actu. Et dum dicit intelligibile in actu fieri per abstractionem speciei à conditionibus materialibus. Et secundum hanc viā vbicunq; inuenitur, quòd intelligibile in actu mouet intellectum nostrum, glossanda sunt dupliciter, aut intelligibiliter quo ad actum secundum: aut mouet non effectiue, sed formaliter, etiam quo ad actum primum.

¶Singularis autem dicendi modus occurrit mihi non despiciendus. Et consistit in hoc, quòd lumen intellectus agētis facit intelligibile in actu in phantasmate per modum abstractionis, prius natura quàm fiat species intelligibilis in intellectū. Ad cuius euidentem perceptionē ab effectu luminis & abstractionis procedēdum est: effectus luminis duplex est, scilicet formalis & obiectiuus. Formalis quidem est esse luminatiuum: vt patet in diaphano. Obiectiuus vero est apparere: vt patet in colore. color enim non apparet nisi illustratus. Abstractio autē in qua non est mendacium, cū consistat in acceptione vnius & nō alterius sibi cōiuncti, eius proprius quasi effectus est apparere vnum, non apparendo aliud, vt de se patet. Vnde in proposito imaginor, quòd cum in phantasmate sit natura hæc adueniente lumine intellectus agentis, phantasma illustratur non formaliter vt diaphanum, sed obiectiue vt color: quia illustratione splendet atque relucet in phantasmate non totum quod est in eo, sed quidditas seu natura tantum, & non singularitas illius ei coniūcta: ita quòd ista illuminatio est abstractiua, quia facit apparere vnum, scilicet quod quid est, non apparendo aliud, scilicet principiū indiuiduans: ac per hoc splendet in phantasmate intelligibile in actu natura scilicet abstrahens ab hic & nūc, & tale intelligibile in actu mouet intellectum possibilem. Et si quæritur cur non relucet etiam singularitas, in promptu causa est. Quia singularitati materiali de qua est sermo, repugnat esse intelligibile in actu, quidditati autem non nisi ratione talis singularitatis. Vnde sicut lumen corporeum facit colorem pomi apparere, & non saporem, aut odorem, quia repugnat his reddi apparibiles lumine, non autem colori: ita quidditas rei sensibilis potest reddi apparibilis lumine, nō autē illius singularitas. Quod ex eo patet, quòd species intelligibiles non possumus generari tales quòd sint similitudines singularium. Nec ex hoc sequitur, quòd singularitas materialis à nullo intellectu sit per se intelligibilis: quoniam intelligi eam posse per speciē non ab ipsa, sed aliunde habitam nihil obstat prædictis. non enim tunc ipsa singularitas est actu intelligibilis nisi extrinseca denominatione ab illa specie sumpta. Nec ex his pono, quòd phantasma sit ens intelligibile: sed quòd in phantasmate illustrato relucet actu intelligibile. ipsum autē phantasma est de genere sensibiliū. Nec hoc est mirabile contemplantibus vim abstractionis, & perspicue videntibus quòd hoc nihil aliud est, quàm phantasma illustrari quo ad vnū & non quo ad aliud. Nec superfluit propterea species intelligibilis, sicut nō superfluit species visibilis: & tamē color est actu visibilis. Nec propterea intellectus agens minus principaliter aut medietate concurrit ad speciei productionem: imò cū vnumquodque agat secundum quod est actu, & phantasma nō habeat intelligibile in actu nisi lumine intellectus agentis: consequens est quòd ipsum lumen sit primum agens, & immediatum: nullum enim inter ipsum & speciem mediat agens. Non enim est imaginādum quòd ab intellectu agente fluat lumen in phantasma: & quòd phantasma illo suffultum lumine producat speciem: quemadmodum corpus illuminatum mouet visum. Sed quòd ipse intellectus agens est lumen, quo splendet obiectiue phātasma secundū quidditatem in eo existentem: & sic producitur species ab vtroque, ita quòd ab intellectu agente immediate procedit vtrunque: ordine tamen quodam, quia prius natura illustratur phantasma quàm à se, & à phantasmate actuetur intellectus possibilis: & est simile si fingamus lucem corporis lucentis non diffundere lumen in medio, sed approximatam colori illum illustrando visibilem reddere: ac sic videri. Vnde S.Thom. in 2. contra Gentiles, cap. 77. expresse dicit, quòd actio intellectus agentis in phantasmate præcedit receptionem intellectus possibilis. Et in eodem cap. exprimens quid sit actio ista, dicit: In anima intellectiua est virtus actiua in phantasmata, faciens intelligibilia in actu, &c. Consonant quoque huic quæstioni dicta eiusdem in eodem lib. c. 62. vbi dicit Arist. attribui possibili intellectui pati ab intelligibili: suscipere species intelligibiles, esse in potentia ad eas, &c. Vbi patet quòd contra species intelligibiles diuidit intelligibile in actu: nō enim pati potest intellectus ab intelligibili nisi in actu. In quæstione quoque de anima quæstio. 15. dicit, quòd intellectus agens per phantasmata, facta ab eo intelligibilia, in actu causat scientiam in intellectu possibili.

¶Ad obiecta vero in oppositum facile respondetur notando, quòd intelligibile in actu inuenitur dupliciter, formaliter & obiectiue. Formaliter est species intelligibilis cum reliquis immaterialibus. Obiectiue vero est quidditas relucens in phantasmate, lumine intellectus agentis. Differentia autem multipliciter est inter vtrunque: quia formale est immateriale secundum esse: obiectiuū vero secundum relucentiam tantum. Et ideo formale abstrahit ab hic & nunc secundum esse; obiectiuum vero secundum relucentiam tantum. Formale quod est species intelligibilis secundum se totū, non est nisi similitudo quidditatis: obie-

ctlusi vero vt sic quidditatis tatū est imago, secundū totū quod est repræsentat singularitatem materialē, q̄a in essendo materiale est. Et ideo diligēter ac caute oportet attēdere in hac re vocabulaqđ formalr importēt vt formaliter loquamur Phātasma em̄ sonat imaginē singulariū, & ideo simpl̄r concedatur ꝙ est de gn̄e sensibiliū & materialiū, & nō abstrahentiū ab hic & nunc. Et ꝙ est intelligibile in potētia, & ꝙ potest comprehendi à cogitatiua, &c.

¶Sed quidditas in phantasmate illustrata lumine intellectus agētis sonat aliq̄d à sensibus eleuatū, & abstractū p relucētiā ipsius, & non relucentiā indiuiduātiū sensibiliū materialiū, &c. Et ꝓpterea concedo, ꝙ est intelligibilis in actu. Et cū dicitur, ergo vna res scilicet phantasma est in duob⁹ generibus, s. sensibili & intelligibili, conceditur secundū diuersa esse: quia secundū reale est sensibilis, & secundū esse relucentiæ est intelligibilis. Et hoc consonat cōnexioni vniuersi: quoniā sic supremū infimi attingit infimū supremi. Nec oportet cogitatiuā comprehēdere omni eo modo, quo phātasma repræsentat quali tercūq; sumptū: sed sufficit ꝙ adæquet phantasma vt phātasma: nō autē vt illustratū superiori lumine, quoniā hoc sortitur in homine, vt ministrat intellectui, & nō absolute. Vnde phantasma dormientis non est actu intelligibile: sed tūc tantū cū actualiter relucet lumine intellectus agentis. Et iuxta hāc viā omnia facile saluant̄: & dicta peripatetica diuersa cōcordant̄, & glossantur cū prædicto fundamēto, suisque distinctionibus optiméque ac plano sensu interpretario præsentis articuli fundum vere ponim⁹ intelligibile in actu, & effectum intellectus agētis, & motiuum intellectus possibilis.

¶In responsione ad primū, est quæstio de sensu agente propter Auer. in secūdo de aīa. com. 60.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum quartum.*

392 2. contra ge. 76. & 78. & de anima artic. 5. Comment.

TItulus clarus.

¶In corpore quinq; facit. Primo proponit conclusionē responsiuam affirmatiue, Secūdo ponit occasionem diuersitatis opinionum. Tertio ponit opinionem oppositam. Quarto improbat eam, simul probando intētam, tripliciter. Quinto ad bonitatē doctrinæ addit quid sentiendū sit de illo alio intellectu.

369 ¶Quo ad primū cōclusio est ista. Intellectus agēs, de quo philosophus loquitur, est aliquid animæ nostræ. Vbi nota quod non absolute, sed cum determinatione illa, scilicet de quo Philosophus loquitur. proponit conclusionem: quoniam vt in quæstionibus disputatis patet, multi per intellectum agentē intelligunt Deum gloriosum qui verissime est intellectus simpliciter, & summe agens: sed extra propositum nostrū quo nobis propria inquirimus.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum intellectus agens sit aliquid animæ.*

AD quartum sic proceditur. Videtur, quòd intellectus agens non sit aliquid animæ nostræ. Intellectus enim agentis effectus est illuminare ad intelligendum. Sed hoc fit per aliquid quod est altius anima: secundum illud Iohan. 1. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ergo videtur quòd intellectus agens non sit aliquid animæ.

¶Præterea, Philosophus in 3. de anima, attribuit intellectui agenti, ꝙ aliquando intelligit, & aliquando non intelligit. Sed anima nostra non semper intelligit, sed aliquando intelligit, & aliquando non intelligit. Ergo intellectus agens non est aliquid animæ nostræ.

¶Præterea, Agens & patiens sufficiunt ad agendum. Si igitur intellectus passiuus est aliquid animæ nostræ, qui est virtus passiua: & similiter intellectus agens, qui est virtus actiua, sequitur quòd homo semper poterit intelligere cum voluerit: quod patet esse falsum. Non est ergo intellectus agens aliquid animæ nostræ.

¶Præterea, Philosophus dicit in 3. de anima quòd intellectus agens est substantia actu ens. Nihil autem est respectu eiusdem in actu, & in potētia. Si ergo intellectus possibilis qui est in potentia ad omnia intelligibilia, est aliquid animæ nostræ. videtur impossibile ꝙ intellectus agens sit aliquid animæ nostræ.

¶Præterea, Si intellectus agens est aliquid animæ nostræ, oportet ꝙ sit aliqua potentia: non est enim nec passio, nec habitus. Nam habitus & passiones non habent rationem agentis respectu passionum animæ, sed magis passio est ipsa actio potentiæ passiuæ, habitus autem est aliquid quod ex actibus consequitur. Omnis autem potētia fluit ab essentia animæ: sequeretur ergo ꝙ intellectus agens ab essentia animæ procederet. Et sic non inesset animæ per participationem ab aliquo superiori intellectu. Quod est inconueniens. Non ergo intellectus agens est aliquid animæ nostræ.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit 3. de anima, quòd necesse est in anima has esse differentias, scilicet intellectum possibilem, & agentem.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima sit natura perfecta in ordine intellectualium naturarū, necesse est in anima esse intrinsece intellectū agētē, quo sicut quodā intrinseco lumine intelligibilia in potentia fiūt intelligibilia in actu.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd intellectus agens, de quo philosophus loquitur, est aliquid animæ.

¶Ad cuius euidentiā cōsiderandū est ꝙ supra animā intellectiuā humanā necesse est ponere aliquē superiorē intellectū, à quo aīa virtutē intelligēdi obtineat. Semper em̄ qđ participat aliquid, & quod est mobile, & quod est imperfectū, præexigit ante se aliqd quod est p essētiā suā tale, & quod est immobile & pfectū. Aīa aūt humana intellectiua dicit̄ p participationē intellectualis virtutis. Cui⁹ signū est, ꝙ nō tota est intellectiua, sed secundū aliquā sui partē. Pertingit etiā ad intelligētiā veritatis cū quodā discursu & motu arguendo. Habet etiā imperfectā intelligentiā. Tū quia nō oīa intelligit. Tū quia in his quæ intelligit de potentia procedit ad actum. Oportet ergo esse aliquē altiorē intellectū, quo aīa iuuetur ad intelligendū. Posuerunt ergo quidā hūc intellectū secūdū substantiā separatū esse intellectū agentē: qui quasi illustrādo phātasmata facit ea intelligibilia actu[c]. Sed dato ꝙ sit aliquis talis intellectus agens separatus, nihilominus tamē oportet ponere in ipsa anima humana aliquā virtutem ab illo intellectu superiori participatā p quā anima humana facit intelligibilia in actu. Sicut & in aliis rebus naturalib⁹ pfectis præter vniuersales causas agētes sunt propriæ virtutes inditæ singulis rebus perfectis ab vniuersalibus agētibus deriuatæ. Nō em̄ solus sol generat hominē, sed est in homine virtus generatiua hominis: & similiter in aliis animalibus pfectis. Nihil autē est pfectius in iferiorib⁹ reb⁹ anima humana. Vnde oportet dicere, ꝙ in ipsa sit aliqua virtus deriuata à superiori intellectu, p quā possit phātasmata illustrare. Et hoc experimēto cognoscimus, dū percipimus nos abstrahere formas vniuersales à cōditionibus particularib⁹, quod est facere actu intelligibilia. Nulla autē actio cōuenit alicui rei nisi per aliquod principium formaliter ei inhærens, vt suprà dictū est, cum de intellectu potētiali ageretur[c]. Ergo oportet virtutē, quæ est principium huius actionis, esse aliquid in anima. Et ideo Arist. comparauit intellectum agentem lumini, quod est aliquid receptum in aëre. Plato autem intellectum separatum imprimentem in animas nostras comparauit soli, vt Themistius dicit in comment. tertij de anima. Sed intellectus separatus secundum nostræ fidei documenta est ipse Deus, qui est creator animæ, & in quo solo beatificatur, vt infrà patebit[c]. Vnde ab ipso anima humana lumen intellectuale participat, secundum illud Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ illa lux vera illuminat, sicut causa vniuersalis, à qua anima humana participat quandam particularem virtutem, vt dictum est[c].

¶AD SECVNDVM dicēdum, quòd philosophus illa verba nōn dicit de intellectu agente, sed de intellectu in actu[c]. Vnde supra de ipso præmiserat, idem autem est secūdum actum sciētia rei. vel si intelligatur de intellectu agente, hoc dicitur quia nō est ex parte intellectus agentis hoc quod quandoque intelligimus, & quādoque non intelligimus, sed ex parte intellectus qui est in potentia.

¶AD TERTIVM dicēdū, ꝙ si intellectus agens cōpararetur ad intellectū possibilem vt obiectum agens ad potentiā, sicut visibile in actu ad visum, sequeretur ꝙ statim omnia intelligeremus, cū intellectus agens sit, quo est omnia facere: nunc autē non se habet vt obiectū, sed vt faciens obiecta in actu, ad quod requiritur præter præsentiam intellectus agētis præsentia phantasmatum & bona dispositio viriū sensitiuarū, & exercitiū in huiusmodi opere: quia per vnū intellectū fiunt etiā alia intellecta, sicut per terminos propositiones, & p prima principia conclusiones. Et quātum ad hoc non differt vtrum intellectus agens sit aliquid animæ, vel aliquid separatum.

¶AD QVARTVM dicendum, ꝙ anima intellectiua est quidē actu immaterialis, sed est in potētia ad determinatas species rerum. Phātasmata autē ecōuerso sunt quadā actu similitudines specierū quarūdā, sed sunt potētia immaterialia. Vnde nihil prohibet vnā & eādē animā inquātū est immaterialis in actu habere aliquā virtutē, per quam faciat immaterialia in actu abstrahēdo à conditionibus indiuidualis materiæ, quæ quidem virtus dicitur intellectus agens: & aliam virtutem receptiuā huiusmodi specierum, quæ dicitur intellectus possibilis, inquantum est in potentia ad huiusmodi species[c].

¶AD QVINTVM dicendum, ꝙ cū essentia animæ sit immaterialis à supremo intellectu creata, nihil prohibet virtutem, quæ à supremo intellectu participatur, per quā abstrahitur à materia ab essentia ipsius procedere: sicut & alias eius potentias.

¶Quo ad secundum occasio diuersitatis est: quia oportet ponere intellectū quēdam superiorem nostro, à quo noster intelligendi vim habeat. Probat̄ triplici medio. Tū q̄a ante participans est per essentiā tale. Tū quia ante mobile est immobile. Tū q̄a ante imperfectū est perfectum: Constat enim ꝙ anima nostra quo ad primum, est intelligēs per participationē, in cuius signum non tota totalitate potentatiua est intellectualis, sed secūdū aliquas suas vires est intellectiua, & secūdum aliquas sensitiua. 369 Et quo ad secundum est mobilis: dū intelligit cum discursu, discursus enim in intellectualibus est, vt motus in mobilibus ad acquisitionē termini. Et quo ad tertium est imperfecta. Tū quia non oīa, s. per proprias species intelligit. Tū q̄a 621 procedit de potentia ad actū. A tali aūt per essentiā & immobili & perfecto, dubium nō est emanare qđ est tale p participationē mobile & imperfectum. Est igitur aliquis superior intellectus à quo nostra anima dependet in intelligendo.

¶Quo ad tertiū opinio multorum fuit, ꝙ ille intellectus superior & separatus, est intellectus 275 agens illustrans phantasmata, &c. Et hæc opinio est Auer. & est Platonis, vt in litera dicitur.

¶Quo ad quartum probatur: ꝙ dato ꝙ iste intellectus illustraret phātasmata, adhuc oportet ponere aliū intellectum agentē, q̄ sit aliquid animæ nostræ, quod est cōclusio proposita. Et probatur tripliciter. Primo ratione tali: in omni natura perfecta, præter agētia vniuersalia, inditæ sunt virtutes actiuæ propriæ ad perficiēda propria illius opera: sed anima humana est natura perfecta, imò perfectissima omnium inferiorū. ergo præter agētia vniuersalia sunt in ea virtutes propriæ quasi vniuocæ, ad opera ꝓpria perficienda.

Annot. ¶Circa hāc rationē dubiū occurrit, quia videt̄ petere principium in minore: subsumit enim vel supponit, ꝙ facere intelligibilia in actu sit opus animæ humanæ: hoc em̄ est de quo disputatur cū ponentibus intellectum agentem separatum.

¶Ad hoc dicitur, quòd vt apparet ex secūdo cōtra Gen. cap. 76. in 4. ratione contra Auer. & Alex. ista ratio non supponit neq; subsumit, ꝙ facere intelligibilia in actu sit nostrū opus, sed 395 ꝓbat hoc: subsumit autē ꝙ intelligere sit opus humanū, & consistit in agere intellecta in actu, & pari: ea ergo principiū ꝓpriū agendi & patiendi est in eis alioquin imperfectiora habuissent omnia principia necessaria ad sua opera, & humana anima perfectissima nō.

¶Secundo sic, experimur nos abstrahere vniuersalia à phantasmatibus, ergo intellectus agens est aliquid nostri. Consequentia probatur: quia actio non conuenit alicui, nisi principium illius quod est ratio agendi, insit illi cui attribuitur actio. Antecedēs verò liquet ex eo quòd ad libitum quæcunque oblata intelligimus in cōmuni, hoc enim absq; abstractiōe fieri nequit.

¶Tertio probatur authoritate Ari. qui comparauit ipsum lumini: ad differentiā Platonis, qui comparauit soli.

Comment. ¶Quo ad quintum, quia diuersæ sunt opiniones de illo intellectu separato, dū aliqui tenēt illum esse vltimā intelligentiā vt Auicenna: aliqui penultimam, vt Auerrois: aliqui Deum, vt docto. canonici. Et quia magni refert ad fidē: quoniam in illius consequutione tanquā in propriæ causæ adeptione consistit beatitudo: ideo S. Tho. solicitus de his quæ sunt fidei, statim subdidit: ꝙ secūdum fidei documenta intellectus ille habens illas tres, quas diximus cōditiones, est Deus gloriosus: in quo solo beatur aīa: & à quo solo est signatum lumē in nobis. 392

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum intellectus agens sit vnus in omnibus.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus agens sit vnus in omnibus. Nihil enim quod est separatum à corpore, multiplicatur secundum multiplicationem corporum. Sed intellectus agens est separatus, vt dicitur in 3. de anima. Ergo non multiplicatur in multis corporibus hominum, sed est vnus in omnibus.

¶Præterea, Intellectus agens facit vniuersale, quod est vnum in multis. Sed illud quod est causa vnitatis, magis est vnum. Ergo intellectus agens est vnus in omnibus.

¶Præterea, Omnes homines conueniunt in primis conceptionibus intellectus. His autem assentiunt per intellectum agētem. Ergo conueniunt omnes in vno intellectu agente.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in tertio de anima, ꝙ intellectus agens est sicut lumen. Non autē est idem lumē in diuersis illuminatis. Ergo non est idem intellectus agens in diuersis hominibus.

CONCLVSIO.

¶*Cum intellectus agens sit virtus animæ, necesse est non vnum in omnibus esse, sed multiplicari ad multiplicationem animarum.*

¶RESPONDEO dicēdum, ꝙ veritas huius quæstionis dependet ex præmissis[c]. Si enim intellectus agens non esset aliquid animæ, sed esset quædam substantia separata, vnus esset intellectus agēs oīum hominū. Et hoc intelligunt qui ponunt vnitatem intellectus agentis. Si autem intellectus agens sit aliquid animæ, vt quædam virtus ipsius, necesse est dicere quòd sint plures intellectus agentes secundum pluralitatē animarū, quæ multiplicantur secundū multiplicationem hominum, vt suprà dictum est[c]. Non enim potest esse, ꝙ vna & eadē virtus sit diuersorū subiectorum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Philosophus probat intellectum agentē esse separatum per hoc, ꝙ possibilis est separatus. Quia (vt ipse dicit) agens est honorabilius patiente. Intellectus autem possibilis dicitur separatus, quia non est actus alicuius organi corporalis. Et secundum hunc modum etiam intellectus agens dicitur separatus, non quasi sit aliqua substantia separata.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ intellectus agēs causat vniuersale abstrahendo à materia. Ad hoc autem non requiritur, ꝙ sit vnus in omnibus habentibus intellectum, sed ꝙ sit vnus in omnibus secundum habitudinē ad oīa, à quibus abstrahit vniuersale, respectu quorum vniuersale est vnum. Et competit intellectui agenti inquantum est immaterialis.

¶Ad tertium dicendū, quòd omnia quæ sunt vnius speciei, communicant in actione consequente naturam speciei: & per consequens in virtute, quæ est actionis principium, non ꝙ sit eadem numero in omnibus. Cognoscere autē prima intelligibilia est actio consequens speciem humanā. Vnde oportet quòd omnes homines communicent in virtute, quæ est principium huius actionis. Et hæc est virtus intellectus agentis. Non tamen oportet quòd sit eadem numero in omnibus, oportet tamen quòd ab vno principio in omnibus deriuetur. Et sic illa communicatio hominum in primis intelligibilibus demonstrat vnitatem intellectus separati, quem Plato comparat soli, non autem vnitatem intellectus agentis, quem Arist. comparat lumini[c].

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum memoria sit in parte intellectiua aīæ.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd memoria non sit in parte intellectiua animæ. Dicit enim August. 12. de tri. quòd ad partem superiorem animæ pertinent quæ non sunt hominibus pecoribusque communia. Sed memoria est hominibus pecoribusque communis. Dicit enim ibidem ꝙ possunt pecora sentire per corporis sensus corporalia, & ea mandare memoriæ. Ergo memoria non pertinet ad partem animæ intellectiuam.

¶Præterea, Memoria præteritorū est, sed præteritū dicitur secūdū aliquod determinatum tempus. Memoria igitur est cognoscitiua alicuius sub determinato tempore quod est cognoscere aliquid sub hic, & nunc. Hoc autem non est intellectus, sed sensus. Memoria igitur non est in parte intellectiua, sed solum in parte sensitiua.

¶Præterea, In memoria conseruantur species rerum, quæ actu non cogitantur. Sed hoc non est possibile accidere in intellectu, q̄a intellectus fit in actu p hoc ꝙ informatur spē intelligibili. Intellectum aūt esse in actu, est ipsum intelligere in actu. Et sic intellectus oīa intelligit in actu, quorum species apud se habet. Non ergo memoria est in parte intellectiua.

¶SED CONTRA est quod august. dicit 10. de trin. quòd memoria, intelligentia, & voluntas sunt vna mens.

CONCLVSIO

¶*Memoria vt virtus conseruatiua specierum intelligibilium est, ad partem spectat intellectiuam, vt vero ad præterita, vt præterita sunt respectū habet, magis ad animæ sensitiuam partem attinet.*

¶RESPONDEO dicēdū ꝙ cū de ratione memoriæ sit conseruare species rerū, quæ actu non apprehēdunt̄: hoc primum considerari oportet, vtrum species intelligibiles sic in intellectu conseruari possint. Posuit em̄ Auic. hoc esse impossibile. In parte em̄ sensitiua dicebat hoc accidere quantū ad aliquas potentias, inquantum sunt actus organorū corporalium, in q̄bus cōseruari possunt aliquæ species absque actuali apprehēsione. In intellectu autem, q̄ caret organo corporali, nihil existit nisi intelligibiliter. Vnde oportet intelligi in actu illud, cuius similitudo in intellectu existit, Sic ergo secundum ipsum q̄ citò aliquis actu desinit intelligere aliquā rē, desinit esse illius rei species in intellectu: sed oportet si denuo vult illā rē intelligere, ꝙ cōuertat se ad intellectū agētē, quē ponit substantiā separatam[c], vt ab illo effluāt species intelligibiles in intellectū possibilē. Et ex exercitio & vsu cōuertendi se ad intellectū agentē relinquit̄ secundū ipsum quædam habilitas in intellectu possibili conuertendi se ad intellectū agētem, quē dicebat esse habitū scientiæ. Secundū igitur hāc positionē nihil conseruatur in parte intellectiua, quod nō actu intelligatur. Vnde non poterit poni memoria in parte intellectiua secūdum hūc modum. Sed hæc opinio manifeste repugnat dictis Ari. Dicit enim in 3. de aīa, ꝙ cum intellectus possibilis sic fiat singula, vt sciens dicit̄ quis secūdū actum: & ꝙ hoc accidit cum possit operari per seipsum: est quidē igitur & tunc potētia quodammodo, non tñ simpliciter vt ante addiscere, aut inuenire. Dicitur autem intellectus possibilis fieri singula secūdum qđ recipit species singulorū. Ex hoc ergo ꝙ recipit species intelligibilium habet ꝙ possit operari cū voluerit, nō aūt ꝙ semper operet̄: quia & tūc est quodāmodo in potentia, sed aliter q̄ ante intelligere: eo scilicet mō quo sciens in habitu est in potentia ad cōsiderandū in actu. Repugnat etiā ꝓdicta positio rationi. Quod enim recipit̄ in aliquo, recipit̄ in eo secūdum modum recipientis. Intellectus aūt est magis stabilis naturæ, & immobilis, quàm materia corporalis. Si ergo materia corpalis formas, quas recipit, nō solū tenet dum per eas agit in

¶Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum quintum.

Comment. TItulus clarus: vnus numero.

¶In corpore respondet quæsito iuxta vtranq; viam scilicet ꝙ si intellectus agens est substantia separata, est vnus numero: si aliquid animæ multiplicatur cū ea, vt patet. 370

a ¶*Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum sextum.*

Annot. TItulus.

¶Memoria vt patet in de memoria & reminiscentia, significat vim conseruatiuam cognitorū præteritorum vt præterita sunt. Et patet hoc ex communi vsu loquentium: nullus enim dicit se recordari alicuius, nisi sub ratione alicuius præteriti actus & noti.

Comment. ¶In corpore subintellecta distinctione duorum quæ inueniuntur in memoriæ ratione: quæ sunt conseruatio specierū ac rerum apprehensarū, & præteritio rei apprehensæ duo principaliter facit. Primo rn̄det quæsito iuxta primam memoriæ cōditionē, s. conseruare. Et secundo iuxta secundā rationem obiecti.

392 ¶Quo ad primū, primo refert opinionem Auic. secundo respondet secundum propriam opinionem. Ex Auicen. refert tria: radicem opinionis, opinionem ipsam, & concomitans ipsam. Et sic quarto applicando ad propositum respondetur quæsito negatiue secundum Auicen. 394 2. contra c. 74. fiat et veri. q. 10. art. 2.

¶Circa radicem opinionis aduerte, quòd satis profunda est. Ad cuius euidentiam sciendum est, ꝙ aliquid esse in aliquo contingit dupliciter scilicet cognoscibiliter & realiter. Cognoscibiliter vocat̄ esse in aliquo quod est in eo vt cognitum in cognoscente. realiter vero quod est in eo vt res in re: quomodo quælibet forma est in eo quod informat. Hac autem distinctione verissima supposita, vlterius Auic. vtens alia propositione, scilicet. Vis cognoscitiua non recipit nisi cognoscibiliter, sub ea subsumebat: sed intellectus est vis cognoscitiua: ergo non recipit nisi cognoscibiliter. Tunc vltra: sed retinere species absque cognitione, est habere eas non cognoscibiliter, sed realiter: quia non per modum cogniti, sed rei retinentur, vt quælibet forma in subiecto: ergo nulla vis cognoscitiua retinet species, quum primum desinit habere cognitum vt cognitum. Vnde & in parte sensitiua conseruarentur species, distinxit vires sensitiuas, in cognoscitiuas: Annot. & hæc non seruant, & in thæsauros specierum, in quibus apprehensa conseruantur, Et quoniam talis distinctio virium sensitiuarum permittitur quia tota pars sensitiua est organica, ex hoc habet ꝙ retineat aliquid per modum rei communicans in hoc cum materia corporali: & intellectiua pars quia ab omni corpore est eleuata, consequens est ꝙ pars intellectiua recipiat tantum cognoscibiliter, & consequenter ꝙ non conseruet, & sic patet radix opinionis Auic. 419 Ipsa autem opinio consistit in hac negatiua scilicet ꝙ non conseruat: & in affirmatiua, scilicet quod quotiens intelligit, fluit in ipsum ab intellectu agente species intelligibilis. Comitatur autem ipsam, quòd apud ipsum doctus differt ab inscio habilitate se conuertendi ad intellectum agentem. Et sic patet responsio ad quæsitum apud illum.

¶Ex propria opinione S. Thomæ arguit contra Auic. primo autoritate Arist. secundo ratione. tertio concludit responsionem ad quæsitum affirmatiue: omnia clara sunt in litera: & habes hic diffusius in secundo contra Gent. cap. 74. Not.

¶Aduerte hic, ꝙ Auic. in hoc videtur esse deceptus, quòd non subtiliter distinxit latitudinem actus & potentiæ, Concesso siquidem toto suo processu, & conclusione quæ sequitur, scilicet ꝙ intellectus nihil

recipit nisi intelligibiliter: vlterior consequentia, scilicet ergo non recipit nisi quandiu actu cognoscit, supponit vnum falsum, scilicet quòd recipere cognoscibiliter contingat vno tantum modo, scilicet in actu: cum tamen contingat duobus, scilicet in actu puro, & in actu permixto potentiae, id est in actu secundo & in actu primo. Vnde in diffinitione animae ponitur quòd est actus primus sicut somnus: quod non saluaretur, si tunc tantum non operaretur quum est in potentia: cum hoc sit commune omnibus passiuis principiis: sed optime saluatur cum anima ponitur talis natura, quòd est actu quandoque vt somnus quandoque vt vigilia. Constat autem quòd esse actu vt somnus est esse in actu primo & rursus constat, quòd esse actum primum praecipue conuenit animae intellectiuae. igitur non ex hoc quòd organica est pars sensitiua: sed ex alia ratione, in qua communicat cum intellectiua: habet quòd retineat species, & actu non cognoscat. Nec species conseruari est esse per modum rei, sed est esse cognoscibiliter, non actu nec potentia, sed medio modo inter actū & potētiam, i. partim in actu & partim in potentia. Cognoscitiuū enim tripliciter potest se habere ad cognitum, scilicet in pura potentia. Et tunc nec est cognoscibile in actu, nec cognitum in actu, sed vtrunque in potentia. Vel partim in actu, & partim in potentia: & tunc est cognoscibile in actu, & non est cognitum in actu, sed est in potentia vt sit cognitum in actu. ¶ Vel totaliter in actu: & tunc est ipsum cognitum in actu. Vnde cum species conseruatur, obiectum est in cognoscitiuo cognoscibiliter, quia vt cognoscibile quamuis non vt cognitum. Et quia obiectum esse cognoscibiliter vtroque modo, scilicet vt cognoscibile, & vt cognitum: non aduertit Auic. ideo putauit speciem remanere per modum rei. Et ipsum sequitur multa illustrium virorum turba: in hoc tamen minus perspicacium. [363] Et ideo tu bene nota haec: quoniam ex hac radice multae soluuntur quaestiones, & nobilitas cognoscitiuae naturae sustinetur.

Coment. ¶Quo ad secundum respondet iuxta secundam conditionem memoriae negatiue. Et ratio satis clara est, quia potentiae vniuersalis obiectū non est particulare: praeteritum autem vt sic, particulare est, quia ad certam temporis differentiam est determinatum. est enim sermo de prae- [363] terito in actu exercito. Praeterito enim in actu signato, importatur hoc nomine praeteritum: in actu vero exercito verbis praeteriti temporis, vt fui, percussi, loquutus sum, & caetera. Constat autem quòd quemadmodum intellectus non immutatur à colore hoc, ita nec à colore, vt sensatus fuit heri: quia abstrahit à particulari, & tamen constat, quòd cum memoramur, immutamur ab obiectis, vt tunc occurrerunt. ergo.

Annot. ¶Circa hanc partem aduerte duo. Primum est, quòd ex hoc quòd intellectus reflexe respicit singulare, non sequitur quòd in eo sit memoria, quia cognitio reflexa non ponit in eo speciem ipsius singularis, cuius conseruatione possit habere rationem memoriae: oportet enim memoriam praeteriti vt sic habere obiecti praeteriti vt sic, ac per hoc singularis speciem. Et ideo in litera ex negatione singularitatis in obiecto intellectus vt sic, infertur negatio memoriae vt praeteriti per se: non tamen inconuenit intellectum reflexe reminisci singularium, sicut & cognoscit ea. & hoc bene nota. Secundum est quòd Scotus in 4. q. distinct. 45. q. 3. tenet memoriam singularium sensibilium vt praeteritorum, &c. esse in intellectu. Sed quia vt ipsemet dicit: supponit intellectum cognoscere intuitiue haec singularia sensibilia, & actiones sensuum nostrorum: & inferius erit specialis quaestio, vtrum intellectus noscat singularia: ideo illucusque differatur solutio rationum suarum. [368]

¶Circa hunc sextum articulum remanet dubium non dissimulandum: & est tale. In anima separata est memoria quoad vtranque conditionem, [295] scilicet conseruationem obiecti, & praeteritionem tam actus quàm obiecti sensibilis: ergo in parte intellectiua est memoria complete. Antecedens patet: quia aliter non recordaretur malorum sensibilium quae fecit: puta quòd fecit tale furtum, tunc cum tali, & caetera. consequentia autem est per se nota, quia quod remanet in anima separata, ad solam partem intellectiuam pertinet. Ad hoc non potest complete dici, donec de anima separata determinetur. Veruntamen concesso antecedente: de cuius veritatis modo in q. 89. erit sermo: dicitur quòd praeteritio obiecti dupliciter inueniri potest in memoria. Vno modo vt cognita, & memorata: & sic inuenitur in anima separata. Alio modo vt immutans ad memorandum: & sic non inuenitur in anima intellectiua, & tamen ad memoriam proprie dictam requiritur praeteritio obiecti vtroque modo, vt experimur in nobis, immutatur enim cum reminiscimur à rebus vt tunc & ibi cognitis: & sic recordamur eas tunc & ibi nobis occurrisse: anima autem separata nouit quidem se tunc ibi hoc commisisse, sed non immutatur ab illo, vt tunc ibi commisso. Negatur ergo antecedens quo ad praeteritionem obiecti vt immutatiuam: conceditur tamen vt terminatiuam. Et hoc modo conceditur etiam consequentia: quia ista memoria non est nisi memoria reflexa & indirecta, quae non est propriae & complete memoria: vt ex dictis patet, & ex dicendis cum de intellectione singularium erit sermo, clarius patebit. Et haec vera videntur, si anima separata per species hinc delatas horum recordatur.

[1. di. 3. q. 4. art. 1. & 2. contra c. 74. fin. Et re. ri. q. 7. artic. 3. ad tertiū. & q. 10. art. tertio.] [388] [a] [394] [386] [379] [& b d] [301] [379] [d] [& d] [392] [398]

actu, sed etiam postquam agere cessauerit, multo fortius intellectus immobiliter & inamissibiliter recipit species intelligibiles, siue à sensibilibus acceptas, siue etiam ab aliquo superiori intellectu effluxas. Sic igitur, si memoria accipiatur solum pro vi conseruatiua specierum, oportet dicere memoriam esse in intellectiua parte. Si vero de ratione memoriae sit quòd eius obiectum sit praeteritum vt praeteritum, memoria in parte intellectiua non erit, sed sensitiua tantum, quae est apprehensiua particularium. Praeteritum enim vt praeteritum, cum significet esse sub determinato tempore, ad conditionem particularis pertinet.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū quòd memoria, secundum quod est conseruatiua specierum, non est nobis pecoribúsque cōmunis: species enim conseruantur non in parte animae sensitiua tantum, sed magis in coniuncto, cum vis memoratiua sit actus organi cuiusdam. Sed intellectus secundum seipsum est conseruatiuus specierum praeter concomitantiam organi corporalis. Vnde Philosophus dicit in 3. de anima, quòd anima est locus specierum non tota, sed intellectus.

¶Ad secundum dicendum, quòd praeteritio potest ad duo referri, scilicet ad obiectum, quod cognoscitur, & ad cognitionis actum. Quae quidem duo simul coniunguntur in parte sensitiua, quae est apprehensiua alicuius per hoc quòd immutatur à praesenti sensibili. Vnde simul animal memoratur se prius sensisse in praeterito, & se sensisse quoddam praeteritum sensibile. Sed quantum ad partem intellectiuam pertinet, praeteritio accidit & non per se conuenit ex parte obiecti intellectus. Intelligit enim intellectus hominem inquantum est homo. Homini aūt inquantū est homo accidit vel in praesenti, vel in praeterito, vel in futuro esse. Ex parte vero actus praeteritio per se accipi potest etiam in intellectu, sicut in sensu: quia intelligere animae nostrae est quidā particularis actus in hoc, vel in illo tēpore existēs: secūdū quod dicitur homo intelligere nunc, vel heri, vel cras. Et hoc non repugnat intellectualitati: quia huiusmodi intelligere, quāuis sit quoddam particulare, tamen est immaterialis actus, vt suprà de intellectu dictū est[e]. Et ideo sicut ītelligit seipsum intellectus, quamuis ipse sit quidam singularis intellectus, ita intelligit suum intelligere: quod est singularis actus, vel in praeterito, vel in praesenti, vel in futuro existens. Sic igitur saluatur ratio memoriae, quantum ad hoc quòd est praeteritorum in intellectu secundum quod intelligit se prius intellexisse, non autem secundum quod intelligit praeteritum, prout est hic & nunc.

¶Ad tertium dicendum quòd species intelligibiles aliquando sunt in intellectu in potentia tantum. Et tunc dicitur intellectus esse in potentia. Aliquando autem secundū vltimam completionem actus. & tunc intelligit actu. Aliquando medio modo se habet inter potentiam & actum: & tunc dicitur esse intellectus in habitu[e]. Et secundum hunc modum intellectus conseruat species etiam quando actu non intelligit.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd alia potentia sit memoria intellectiua, & alia intellectus. Aug. enim in 10. de trin. ponit in mente memoriam, intelligentiam & voluntatem. Manifestum est autem, quòd memoria est alia potentia à voluntate. Ergo similiter est alia ab intellectu.

¶Praeterea, Eadē ratio diffinitionis est potentiarum sensitiuae partis, & intellectiuae. Sed memoria in parte sensitiua est alia potentia à sensu, vt suprà dictū est[e]. Ergo memoria partis intellectiuę est alia potentia ab intellectu.

¶Praeterea, Secundum Aug. memoria, intelligentia, & voluntas sunt sibi inuicem aequalia. & vnum eorū ab alio oritur. Hoc aūt esse non posset, si memoria esset eadem potentia cum intellectu. Non est ergo eadem potentia.

¶SED CONTRA, de ratione memorię est, quòd sit thesaurus vel locus conseruatiuus specierum. Hoc autem Philosophus in 3. de anima attribuit intellectui, vt dictū est[e]. Non ergo in parte intellectiua est alia potentia memoria ab intellectu.

CONCLVSIO.

¶*Non est in homine memoria distincta potentia ab intellectu, sed vna potentia sunt, cum idem obiectum habeant.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est[e]) potentiae animae distinguuntur secundum diuersas rationes obiectorum, eo quòd ratio cuiuslibet potentiae consistit in ordine ad id, ad quod dicitur, quod est eius obiectum. Dictum est etiam suprà[e], quod si aliqua potentia secundum propriam rationem ordinetur ad aliquod obiectum secundum communem rationem obiecti, non diuersificabitur illa potentia secundum diuersitates particularium differentiarum. Sicut potentia visiua, quae respicit suum obiectum secundum rationem colorati, non diuersificatur secundum rationem albi & nigri. Intellectus autem respicit suum obiectum secundum communem rationem entis, eo quòd intellectus possibilis est, quo est omnia fieri. Vnde secundum nullam differentiam entium diuersificatur differentia intellectus possibilis. Diuersificatur tamen potentia intellectus agentis, & intellectus possibilis: quia respectu eiusdem obiecti aliud principium oportet esse potentiam actiuam, quae facit obiectum esse in actu: & aliud potentiam passiuam, quae mouetur ab obiecto in actu existente. & sic potentia actiua comparatur ad suum obiectum vt ens in actu ad ens in potentia. Potentia autem passiua comparatur ad suum obiectum econuerso, vt ens in potentia ad ens in actu[e].

a ¶*Super Quaestionis septuagesimanonae Articulum septimum.*

TItulus clarus est.

¶In corpore vnica conclusio responsiua negatiue. Memoria intellectiua non est alia potentia ab intellectu possibili. Probatur sic. in intellectu nulla potest esse diuersitas potentiarum nisi agentis & possibilis: ergo memoria non est alia potentia ab intellectu possibili. Antecedens quoad vtranque partem probatur vigore talis disiunctionis implicite, diuersitas potentiarum, aut est ex diuersitate formali obiecti, aut ex diuerso genere attingendi idem obiectum formaliter: Sed intellectus diuersitas non potest esse primo modo: & secundo modo solum causatur distinctio inter agentem & possibilem: ergo in intellectu non potest alia esse potentiarum diuersitas, nisi agentis [Coment.]

& possibilis. Disiunctiua quo ad disiunctionis sufficientiam per se nota relinquitur quoniam non facile esset tertium modū fingere. primus enim complectitur obiectum, ad quod est potentia. Secundo vero genus ipsius potentiae. praeter quae duo nihil est essentialiter. Quo ad membra vero disiunctionis sigillatim in litera declaratur tali ordine. Primo probatur quo ad primam partem sic, Potentia secundum id quod est, est ad obiectum: ergò secundum diuersitatem formalem obiecti diuersificatur. ¶Secundo probatur minor etiam quo ad primam partem sic. Potentia respiciens rationem communem non diuersificatur per inferiores differentias: ergo potentia respiciens rationem entis non diuersificatur penes aliquas entis differentias. [469] ergo intellectus nullam ex parte obiecti diuersitatem sortitur. ¶Tertiò, quo ad secundam partem tam maioris quàm minoris: quòd ad idem obiectum alia est ratio agentis, alia patientis: quia illud vt actus ad potentiam, hoc vt potentia ad actum se habet: consequentia vero dicit duo: & quòd memoria non est alia ab his, & quòd coincidit cum intellectu possibili. Et quo ad primum quidem probatione non eget: quia si illae sunt solae, non datur ergo tertia. [b] [394] Quo ad secundum vero probatur in litera: quia conseruare, quod est actus proprius memoriae, est actus potentiae passiuae, sicut & recipere, & non potentiae actiuae: igitur non coincidit cum intellectu agente, sed possibili.

[Quaestio. 396 vni. q. 15. art. 1. & q. 16. art. 1. cō. f. & 1. de anima. 14. f.]

¶*Num differentiis entis diuersificentur intellectus.*

¶Circa hunc processum dupliciter dubitatur. primo simpliciter, deinde ad hominem. Simpliciter quidem: quia ex ista ratione videtur sequi, quòd nulla sit diuersitas specifica inter quoscunque intellectus formaliter sumptos, nisi inter agentem & possibilem: & consequenter quòd intellectus angeli & hominis sunt eiusdem speciei, imò omnes intellectus sunt eiusdem speciei. Quòd autem hoc sequatur, patet vtendo hac ratione sic, Nulla differentia entis diuersificat intellectum, ergo nullus intellectus distinguitur ab alio intellectu ex parte obiecti. omnes ergo intellectus sunt eiusdē speciei obiectiuè vt visus hominis & leonis: & sic non differunt formaliter vt intellectus sunt, sed vt proprietates sunt naturarum diuersarum, vt visus hominis & visus leonis. Antecedens est S. Tho. qui & probat illud: quia entis ratio est obiectum intellectus. consequentia est nota: non quia nisi penes entis differentias diuersa obiecta sumi possunt. nullus enim intellectus esse potest respectu non entis vt obiecti proprij.

¶Ad hominem vero, quia ipsemet S. Tho. superius in quaest. 12. assignauit diuersitatem in intellectu ex parte obiecti, cum posuit triplicem gradum intellectus iuxta triplicem modum essendi rei cognitae, scilicet esse in materia, subsistere absque materia, & esse absque omni potentia. Quomodo ergo hic dicit nullam esse differentiam entis ex parte obiecti, penes quam diuersificari possit intellectiuus? & ibi posuit tres entis differentias, esse obiecti intellectus differentias: ita quòd essent diuersificatiuae illius.

¶Ad euidentiam horū sciendū est triplicē esse de hac quaestione opinionē. Quidam enim tenent intellectiuas potentias omnium angelorū, & animę esse omnino eiusdem speciei, & in hāc opinionem declinat quodāmodo Scotus in 2. di. 1. q. vltima. quamuis sub dubio relinquat. Alij vero tenent intellectiuas potentias omnium angelorū, & animae esse eiusdē speciei. vt potentiae sunt, id est in ordine ad obiecta. Esse autem diuersarū specierū vt proprietates sunt diuersarū naturarum: quemadmodum dicimus de potentiis sensitiuis exterioribus. Alij vero credunt praedictas potentias esse omnino diuersarum specierum, & haec est via peripatetica, & S. Tho. Fundatur autem opinio haec vltima & ratio cōtra alias: quia naturae, quarum sunt proprietates, diuersae sunt specie: & operationes earum diuersarum sunt rationū: vt patebit. Sed vide in quaestione speciali. Nunc solum discutienda est ratio posita in litera, & dicendum quòd apud S. Tho. & veritatem diuersitas intellectuum non sumitur ex prima radice, scilicet ex diuersitate obiecti, sed ex secunda, scilicet diuersitate actus & potentiae. Et ratio primi dicti est: quia cum obiectum respectu alicuius intellectus ponatur dupliciter, scilicet terminatiuum & motiuum, aut quasi motiuum, diuersitas non attenditur penes diuersitatem obiecti motiui: quia illud non adaequatur potentiae intellectiuae: sed penes diuersitatem obiecti terminatiui: quod constat aequari potentiae, & econuerso extensiue: oportet enim de intellectu sicut de aliis potentiis loqui. Videmus autem, quòd visus hominis non distinguitur specie à visu noctuae ex obiecto, quia vtriusque obiectum terminatiuum est idem: puta lux, quamuis noctuae visus à tenebroso tantum lumine. [293] hominis vero à claro moueatur. Vnde, cum obiectum terminatiuum omnis intellectus sit entis ratio, nulla ex parte obiecti diuersitas intellectus diuersificat, quamuis motiuum obiectum intellectus nostri sit aliud à motiuo angelorum: quoniā quod quid est rei sensibilis, mouet nostrum intellectum: quilibet autem angelus propriam habet substantiam vt obiectum quasi motiuum. Ratio vero secundi dicti est: quia intelligere est actus perfecti. perfectum autem consequitur actus. & ideo sicut substantia immaterialis se habet substantialiter ad actum & potētiam, ita se habet ad intelligere. [415] Vnde primus intellectus, vt patet 12. meta. stabilitur puritate actus. Infimus vero in tertio de anima constituitur pura potentia: & consequenter medij permixtione actus & potentiae diuersa consurgunt. [293] & haec est illamet radix, qua intellectus possibilis distinguitur in litera ab intellectu agente, quia hic scilicet actu, illae potentia.

¶Vnde ad primam dubitandi rationē respondetur concedendo quòd diuersitas potentiarū intellectiuarum non ex obiectis prouenit, sed neque ex agere & pati, sed ex radice & fundamento, vnde oritur distinctio inter agentem & possibilem, scilicet ex actu & potentia. Vnde cū in antecedente dicitur, in intellectu non est distinctio potentiarum nisi agentis & possibilis: intellige vel respectu intellectus nostri, vel simpliciter glosando exceptiuam, nisi agentis & passibilis, id est, nisi secundum radicem, qua distinguuntur agens & possibilis, scilicet actum & potentiam.

¶Ad secundam vero obiectionem dicitur, quòd illa distinctio & graduatio intellectuum non est facta ad distinguendum intellectus simpliciter: quoniam hoc non erat in quaestione illa ad propositum, sed ad ostendendum efficaciam intensiuam cuiusque intellectus: quoniam ex illa prouenit, quòd intellectus possit ex naturalibus videre, id est quidditatiue cognoscere Dei substantiam. Et ideo per obiecta quasi motiua graduauit intellectus: obiecta enim motiua sunt adaequata intensiue potentiis. Vnde non obstat proposito vbi de obiecto terminatiuo, penes quòd distinguitur simpliciter potentia, est sermo. Diuersitas enim potentiarū ex obiectis, penes obiecta terminatiua attenditur, non motiua: efficacia autem penes motiua, non terminatiua. Et hoc loquendo ex propriis: quoniam concomitanter etiam penes motiua distinguuntur, vt patet ex dictis.

a ¶*Super Quaestionis septuagesimanonae Articulum octauum.*

TItuli ratio est, quia dicimus hominem habere intellectum, dicimus & ipsum ratione vigere. Vtrum igitur haec dicentes eandem significemus virtutem animae, an diuersam. [Annot.]

¶In corpore vna conclusio responsiua quaesito negatiue. Intellectus & ratio in homine non sunt diuersae potentiae. Probatur ex actibus sic: quiescere & moueri non reducuntur in diuersas potētias, sed eandē. sed intelligere & ratiocinari se habent vt quiescere & moueri: igitur non pertinent ad diuersas potētias. [Coment.] Huius rationis in litera primo proponitur conclusio, deinde probationes minoris cum ipsa: vltimo maior cum sua probatione. In cōclusione autē notāter dicitur in homine: quia simpliciter loquendo virtus, quae est intellectus tantū, alia potentia & natura est à virtute quae est ratio: quoniā illa repugnat discursui, haec autem discursiua est, sed illa in homine nō inuenitur, sed in angelo. intellectus enim in homine modica est participatio in primis principiis. Minoris autem probatio est duplex: primo à quid nominis intelligere & ratiocinari: quia scilicet illud significat apprehendere simpliciter, hoc autē procedendo de vno in aliud: quod decla-

Sic igitur nulla alia differentia potentiarum in intellectu esse potest nisi possibilis & agentis. Vnde patet quòd memoria non est alia potentia ab intellectu. Ad rationem enim potentiae passiuae pertinet conseruare, sicut & recipere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis in tertia distinctione primi sententiarum dicatur quòd memoria, intelligentia, & voluntas sint tres vires: tamen hoc non est secundum intentionem Aug.[c] qui expresse dicit in 14. de tri. quòd si accipiatur memoria, intelligentia, & voluntas secundum quod semper praesto sunt animae, siue cogitentur, siue non cogitentur, ad solam memoriam pertinere videntur. Intelligentiam autē nunc dico, qua intelligimus cogitantes: & eam voluntatem siue amorem, vel dilectionem, quae istam prolem parentémque coniungit. Ex quo patet quòd ista tria non accipit Aug. pro illius tribus potentiis. Sed memoriam accipit pro habituali animae retentione: intelligentiam autem pro actu intellectus, voluntatem autem pro actu voluntatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd praeteritum & praesens possunt esse propriae differentiae potentiarum sensitiuarum secundum diuersitatem obiectorum, non autem potentiarum intellectiuarum, ratione suprà dicta[e].

¶Ad tertium dicendum, quòd intelligentia oritur ex memoria, sicut actus ex habitu. Et hoc modo etiam aequatur ei, non autem sicut potentia potentiae.

ARTICVLVS VIII.

a ¶*Vtrum ratio sit alia potentia ab intellectu.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd ratio sit alia potentia ab intellectu. in libro enim de spiritu & anima dicitur: cum ab inferioribus ad superiora ascendere volumus, prius occurrit nobis sensus, deinde imaginatio, deinde ratio, deinde intellectus. Est ergo alia potentia ratio ab intellectu, sicut imaginatio à ratione.

¶Praeterea, Boë. dicit in lib. de conso. quòd intellectus comparatur ad rationem, sicut aeternitas ad tempus. Sed non est eiusdem virtutis esse in aeternitate, & esse in tempore. Ergo non est eadem potentia ratio, & intellectus.

¶Praeterea, Homo communicat cum angelis in intellectu, cum brutis vero in sensu. Sed ratio, quae est propria hominis, qua animal rationale dicitur, est alia potentia à sensu. Ergo pari ratione est alia ab intellectu: qui proprie conuenit angelis. Vnde & intellectuales dicuntur[e].

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 3. super Geñ. ad literam, quòd illud quo homo irrationabilibus animalibus antecellit, est ratio, vel mens, vel intelligentia, vel si quo alio vocabulo commodius appellatur. Ratio ergo & intellectus, & mens sunt vna potentia.

CONCLVSIO.

¶*Intellectus & ratio non sunt diuersae potentiae in homine, sed vna potentia, cui est intelligere simpliciter, vt intellectus est, & ei succurrendo veritatem attingere, vt ratio est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ratio & intellectus in homine non possunt esse diuersae potentiae. Quod manifeste cognoscitur si vtriusque actus cōsideretur. Intelligere enim est simpliciter veritatem intelligibilem apprehēdere. Ratiocinari autem est procedere de vno intellecto ad aliud, ad veritatem intelligibilem cognoscendam[e]. Et ideo angeli, qui perfecte possident secundum modum suae naturae cognitionem intelligibilis veritatis, non habent necesse procedere de vno ad aliud, sed simpliciter & absq; discursu veritatem rerum apprehendunt: vt Dio. dicit 7. ca. de diui. no. Homines autē ad intelligibilem veritatē cognoscendam perueniunt procedendo de vno ad aliud. vt ibidem dicitur: & ideo rationales dicuntur[e]. Patet ergo quòd ratiocinari comparatur ad intelligere, sicut moueri ad quiescere, vel acquirere ad habere: quorum vnū est perfecti, aliud autē imperfecti. Et quia motus semper ab immobili procedit, & ad aliquid quietum terminatur, inde est quòd ratiocinatio humana, secundū viā acquisitionis vel inuentionis procedit à quibusdam simpliciter intellectis, quae sunt prima principia. Et rursus in via iudicij resoluendo redit ad prima principia, ad quae inuenta examinat. Manifestum est autem quòd quiescere & moueri non reducuntur ad diuersas potentias, sed ad vnam & eandem etiam in naturalibus rebus: quia per eandem naturam aliquid mouetur ad locum, & quiescit in loco. Multo ergo magis per eandem potentiam intelligimus, & ratiocinamur. Et sic patet quòd in homine eadem potentia est ratio & intellectus.

ratur ab effectu. Differentia scilicet quo ad nomina inter angelos & nos: qua illi intellectuales, nos rationales vocamur. Secundo à proprietatibus motus: motus enim omnis ab immobili & ad quietum aliquid tendit. ratiocinari quoque ab intellectu venando, & ad intellectum resoluendo prouenit: habet igitur intellectus mouentis rationé & quiescentis: ratio auté motus. Et confirmatur: quia illud est perfecti, hoc imperfecti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q illa enumeratio fit secundum ordinem actuum, non secundum distinctionem potentiæ: quanuis liber ille non sit magnæ autoritatis[e].

¶Ad secundum patet responsio ex dictis[e]. Aeternitas enim comparatur ad tēpus, sicut immobile ad mobile. Et ideo Boë. comparauit intellectū æternitati, rōnem vero tēpori.

¶Ad tertium dicendum q alia animalia sunt ita infra hominem, quòd non possunt attingere ad cognoscendam veritatem, quam ratio inquirit. Homo vero attingit ad cognoscendam intelligibilem veritatem quā angeli cognoscunt, sed imperfecte. Et ideo vis cognoscitiua angelorum non est alterius generis à vi cognoscitiua rationis, sed comparatur ad ipsam vt perfectum ad imperfectum.

ARTICVLVS IX.

a ¶*Vtrum ratio superior & inferior sint diuersæ potentiæ.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd ratio superior & inferior sint diuersæ potentiæ. Dicit enim August. 12. de tri. quòd imago trinitatis est in superiori parte rationis: non autem in inferiori. Sed partes animæ sunt ipsæ eius potentiæ[e]. ergo duæ potentiæ sunt ratio superior & inferior.

¶Præterea Nihil orif à seipso. Sed rō inferior oritur à superiori, & ab ea regulaf & dirigif. Ergo rō superior est alia potentia ab inferiori.

¶Præterea, Philosophus dicit in 6. Ethi. quòd scientificum animæ, quo cognoscit anima necessaria, est aliud principium, & alia pars animæ ab opinatiuo & ratiocinatiuo, quo cognoscit contingentia. Et probat per hoc, quia ad ea, quæ sunt genere altera, altera genere particula animæ ordinatur. Cōtingens autem & necessarium sunt altera genere: sicut corruptibile & incorruptibile. Cum auté idē sit necessarium quod æternum: & tēporale idem quod contingens: videtur q idē sit quod Philosophus vocat scientificum & superior pars rationis, quæ secundum Aug. intendit æternis conspiciendis & consulendis: & quòd idem sit quod Philosophus vocat ratiocinatiuum, vel opinatiuum, & inferior rō, quæ secundū Aug. intendit tēporalibus disponēdis. Est ergo alia potentia animæ & rō superior, & rō inferior.

¶Præterea, Dam. dicit quòd ex imaginatione fit opinio, deinde mens diiudicans opinionem siue vera sit, siue falsa, diiudicat veritatem. Vnde & mēs dicitur à metiendo. Quibus igitur iudicatum est iam & determinatum, vere dicitur intellectus. Sic igitur opinatiuum, quod est ratio inferior, est aliud à mente & intellectu, per quod pōt intelligi rō superior.

¶SED contrà est quod Aug. dicit 12. de tri. q ratio superior & inferior non nisi per officia distinguuntur. Non ergo sunt duæ potentiæ.

CONCLVSIO

¶ *Vna & eadem sunt in homine ratio superior & inferior, distinctæ tamen actibus & habitibus diuersis, dum superior ratio ipso sapientiæ habitu æternis conspiciendis & consulendis intendit, inferior vero temporalibus per scientiam ad æterna disponitur.*

¶RESPONDEO dicendum, q ratio superior & inferior secundum quod ab Aug. accipiuntur, nullo modo duæ potentiæ animę esse possunt. Dicit enim quòd ratio superior est quæ intendit æternis cōspiciendis, aut consulendis. Conspiciēdis quidem secundū qd ea in seipsis speculatur, consulendis vero secundum qd ex eis accipit regulas agendorū. Ratio vero inferior ab ipso dicitur quæ intendit tēporalibus rebus. Hæc autē duo, s. temporalia & æterna comparātur ad cognitionē nostram hoc modo, quòd vnum eorum est medium ad cognoscendum alterū. Nam secundum viam inuentionis p res temporales in cognitionem deuenimus æternorū, secundum illud Apost. ad Rom. 1. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. In via vero iudicij per æterna iam cognita de temporalibus iudicamus, & secundum rationes æternorum temporalia disponimus. Potest autem contingere quòd medium & id ad quod per medium peruenitur, ad diuersos habitus pertineant, sicut principia prima indemonstrabilia pertinent ad habitum intellectus: conclusiones vero ex his deductæ ad habitum scientiæ. Et ideo ex principiis Geometriæ contingit aliquid concludere in alia scientia, puta in perspectiua. Sed eadem potētia rationis est ad quam pertinet & medium & vltimū. Est enim actus rationis quasi quidam motus de vno in aliud perueniens. Idē autē est mobile quod pertransiens medium pertingit ad terminum. Vnde vna & eadē potētia rationis est ratio superior & inferior, sed distinguuntur secundū Aug. per officia actuū, & secundum diuersos habitus. Nam superiori rationi attribuitur sapientia, inferiori vero scientia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum quācunq; rationē participationis potest pars dici: inquantum vero ratio diuiditur secundum diuersa officia, ratio superior & inferior partitiones dicuntur, & non quia sunt diuersæ potentiæ.

¶Ad secūdū dicendū, q ratio inferior dicitur à superiori deduci, vel ab ea regulari, inquantū principia, qbus vtif inferior ratio, deducuntur & dirigūf à principiis superioris rationis.

¶Ad tertium dicendū, q scientificum, de quo Philosophus loquitur, non est idē qd ratio superior. Nam necessaria scibilia inueniuntur etiam in rebus temporalibus, de quibus est scientia naturalis & mathematica. Opinatiuum autem & ratiocinatiuum in minus est q ratio inferior, quia est contingentium tantū. Nec tamen est simpl'r dicendū, q sit alia potētia qua intellectus cognoscit necessaria, & alia qua cognoscit contingentia: quia vtraque cognoscit secundū eandem rationem obiecti, scilicet secundum rationē entis & veri[e]. Vnde & necessaria quæ habent perfectū esse in veritate, perfecte cognoscit: vtpote ad eorum quidditatem pertingens, per quā ppria accidentia de his demonstrat. Contingentia vero imperfecte cognoscit, sicut & habent imperfectū esse & veritatē. Perfectū aūt & imp fectū in actu non diuersificant potētiā, sed diuersificant actus p modū agēdi: & p consequens principia actuū et ipsos habitus. Et ideo Philosophus posuit duas particulas animæ, scientificū, & ratiocinatiuū: non qa sunt duæ potentiæ, sed qa distinguūtur secūdū diuersam aptitudinem ad recipiēdū diuersos habitus, quorū diuersitatē ibi inquirere intēdit. Cōtingentia eñ & necessaria etsi differāt secūdū ppria genera, cōueniunt tñ in communi rōne entis, quā respicit intellectus, ad quam diuersimode se habent secundū perfectū & imperfectum.

¶Ad quartū dicēdū, q illa distinctio Dam. est secundū diuersitatē actuū, nō secūdū diuersitatē potētiarū. Opinio enim significat actum intellectus, q fert in vnā partē cōtradictionis cū formidine alteri[9]. Diiudicare vero vel mēsurare est actus intell's applicantis principia certa ad examinationem propositorum. Et ex hoc sumitur nomen mētis. Intelligere aūt est cū quadā approbatione diiudicatis inhærere.

maior vero probatur per locum à minori: qa sicut in naturalibus moueri & quiescere reducuntur in eandé potentiam, ergo & in intellectualibus. antecedens patet de graui & leui. consequétia fundatur super illa maxima, q natura spiritualis est vnitior materiali', imò quæ in hac diuersa sunt, in superiori vniuntur. 388

a ¶*Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum nonum.*

Titulus ex August. 12. de trinit. verbis occasionem sumit.

Coment. ¶In corpore vna conclusio bimembris. Ratio inferior & superior apud Aug. non sunt diuersæ potentiæ, sed distinguuntur officiis & habitibus. Probatur primo prima pars: secundo secunda. Prima sic. Medium & conclusio ad eandem potentiam pertinent, sed obiecta rationis inferioris et superioris se habent vt medium & conclusio. ergo eiusdem sunt potentiæ. Minor prius probatur sic: æternum & temporale se habent vt medium & conclusio, vt patet in via inuentionis & in via iudicij, quamuis econuerso se habeant: sed hæc sunt obiecta rationis inferioris & superioris: vt patet ex Aug. q rōnis superioris officium dicit, æterna conspicere & consulere: inferioris vero temporalia. Maior vero probatur dupliciter. primo ex differentia inter habitum & potentiam quo ad hoc: qa, s. mediū & conclusio ad diuersos habitus pertinét qnque: vt patet de primis principiis & eorum conclusionibus, & in scientiis subalternantibus et subalternatis. Secundo, qa eiusdem mobilis est moueri, et ad terminum pertingere, sed medium & conclusio se habent vt motus & terminus, potentia vero vt mobile. ergo eadem est potentia respiciens mediū & conclusionem. Secunda vero pars conclusionis iam patet: quo ad diuersitatem officiorum. Quo ad diuersitatem vero habituum declaratur: quia in superiori sapientiam, in inferiori autem scientiam locauit.

397 12. q. 7. 4. ar. 7. con. & 2. di. 24. ar. 2. & veri. q. 25. art. 2.

376

¶*Num & quomodo medium & conclusio ad eandem potentiam spectent.*

Quæstio. ¶Circa hunc processum dubium occurrit, in doctrina S. Tho. præcipue: quoniā illa propositio, Medium & conclusio ad eandé potentiā ptinent, aut intelligitur permissiue, aut necessario. non permissiue: tum, quia sic etiam pertinent ad eundé habitū: tū, quia nō cōcluderet intentum. ergo necessario: sed sic est falsa, vt patet in particulari syllogismo, in quo medium est vniuersale, & cōclusio particularis: constat enim tunc q medium spectat ad intellectum, & conclusio ad cogitatiuam apud S. Tho. & Auerroim.

¶Ad hoc breuiter dicitur, q sermo S. Tho. est formalis, vt iam pluries dictum est: & de medio conclusione que vt sic intelligendus: & non de his, quæ extra eorum rōnes sunt. ita q intenditur q quæcunque res inquantū differunt vt mediū & conclusio, non diuersificant potentiam quāuis habitum quandoque, vt patet ex dictis: sed æternum & téporale distant tātū vt medium & conclusio, loquédo de distiantia in ordine ad cognitionem. hæc enim sola est ad propositum: optime ergo sequitur, igitur non pertinent ad diuersas potentias. minor autem ex autoritate Augu. &c. in litera patet. singulare autem & vniuersale, quamuis vt medium & cōclusio se habeant, & ex hoc non diuersificent potentiam: magis tamé distāt in ordine ad cognitionem quàm vt medium & cōclusio, vt patet. singulare enim materialiter, vniuersale vero immaterialiter cognoscitur &c. & ideo ad diuersas potētias ptinét. Non intendit igitur negare S. Thom. quin medium & cōclusio ad diuersas quādoque potentias spectét simpliciter, vel quodammodo ex alia differentia, sed q ex sola differentia medij & cōclusionis nunquam potētia diuersificatur: quia tunc non differunt, nisi sicut motus & terminus. Notanter autem dixi ad potentias diuersas quodam modo: quoniam cum conclusionis singularis prædicatum est vniuersale illius propositionis subiectum cogitatiua, prædicatum intellectus apud S. Thomā format. Et consequenter cōclusio est quodammodo eiusdem potētiæ, scilicet intellectus ratione prædicati: & quodammodo est alterius, scilicet cogitatiuæ ratione subiecti. 395 Quando vero cōclusio est vndique singularis, conclusio est simpliciter alterius potentiæ: & hoc loquendo de cognitione directa: indirecte enim vtrunque ad intellectum pertinere potest, vt inferius patebit.

¶*Num cognitio medij respectu conclusionis se habeat vt medium motus.*

¶ Circa probationem maioris dubitatur de illa propositione actus rationis de vno in aliud procedens, hoc est, de principio seu medio ad conclusionem est vt motus. Quæstio. Est autem ratio dubitandi: quia si hæc ratio est efficax, oportet q conclusio sit vt terminus motus, medium sit medium motus, & ipse rationis discursus sit vt motus. sic enim optime concludetur idétitas 365

respectu medij & conclusionis. sed hæc proportionalis similitudo non tenet quo ad id qd est propositū. ergo. probatur minor: quia medij motus est medium inter actum & potētiam passiuā. & ideo eiusdem est potentiæ: vt patet quinto Physicorū, commentario nono. medium vero syllogismi est potentia actiua respectu conclusionis. vnde æquiuocatio intercedit, imò ex ratione talis medij oppositum videtur inferri: quia non est eiusdem potentiæ effectus & potentia actiua: sed conclusio & medium sic se habent. ergo similiter non est vt motus progressus de potentia actiua in effectum, sed est potius conuersio patientis ad agens, aut econuerso. ergo.

398 1. di. 3. q. 4. art. 1.

¶Ad hoc breuiter, quòd cognitio medij ad notitiam conclusionis duplicem habet habitudinem, scilicet illationis & confusionis. Et quo ad vim illatiuam non habet rationem medij motus, vt argutum est. Sed quo ad cōditionem confusionis quam habet, vt mediū motus se habet. Nam notitia medij notitia confusa cōclusionis est: ac per hoc intellectio tēdens per medium ad conclsionem, incipit à pura potentia, mediat in cognitione confusa conclusionis in medio: & consequenter naturaliter media inter potentiam & actum vt in motu contingit. Et hoc modo vsus est hic S. Thom. notitia medij & non primo. Et ideo ratio est efficax. vnde signāter non dixit, quòd medium syllogismi sit medium motus, quamuis fuisset verum quo ad cōditionem confusionis: sed ad excludēdas calumnias, dixit quòd ipse actus rationis, scilicet discursus de vno in aliud perueniens, est quasi motus, vt insinuaret ex hoc quòd de conditione ipsius cognitionis, vt progreditur de imperfecto ad perfectum, de confuso ad distinctum, loquebatur.

ARTICVLVS X.

a ¶*Vtrum intelligentia sit alia potentiæ ab intellectu.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur q intelligentia sit alia potentia ab intellectu. Dicitur enim in lib. de spiritu & anima, q cum ab inferioribus ad superiora ascendimus, prius occurrit sensus, deinde imaginatio, deinde ratio, postea intellectus, & postea intelligentia. Sed imaginatio & sensus sunt diuersæ potentiæ. Ergo & intellectus, & intelligentia.

¶Præterea, Boët. dicit in 5. de conso. q ipsum hominem, aliter sensus, aliter imaginatio, aliter rō, aliter intelligentia intuef. Sed intellectus est eadem potētia cū rōne. Ergo videf q intelligentia sit alia potentia q intellectus: sicut rō est alia potentia q imaginatio & sensus.

¶Præterea, Actus sunt præuij potentiis, vt dicitur in 2. de aīa, sed intelligentia est quidam actus ab aliis actibus, qui attribuunf intellectui, diuisus. Dicit eñ Damas. q primus motus intelligētia dicitur. Quæ vero circa aliqd est intelligentia, intentio vocaf. Quæ permanens & figurans animā ad id quod intelligitur excogitatio dicitur. Excogitatio vero in eodem manens, & seipsam examinans & diiudicans, Phronesis dicitur, id est, sapiētia. Phronesis autē dilatata facit cognitionem, i. interius dispositū sermonem. Ex quo ait prouenire sermonem per linguā enarratū: Ergo videtur q intelligentia sit quædam specialis potentia.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 3. de aīa, quòd intelligentia indiuisibiliū est, in quibus nō est falsum. Sed huiusmodi cognoscere pertinet ad intellectū. Ergo intelligentia non est alia potentia præter intellectū.

CONCLVSIO.

¶*Intelligentia & intellectus non distinguuntur vt duæ potentiæ, sed vt actus à potentia.*

¶RESPONDEO dicendum, q hoc nomen intelligentia, propriæ significat ipsum actum intellectus, q est intelligere. In quibusdam tamē libris de Arabico trāslatis substantiæ separatæ, quas nos angelos dicimus, intelligentiæ vocātur: forte propter hoc q huiusmodi substantiæ semper actu intelligunt. In libris tamen de Græco trāslatis dicūtur intellectus seu mentes. Sic ergo intelligentia ab intellectu, nō distinguif sicut potētia à potentia, sed sicut actus à potentia. Inuenitur enim talis diuisio etiā à Philosophis. Quādoq; eñ ponunt quatuor intellectus, scilicet intellectum agentem, possibilē, & in habitu, & adeptum. Quorum quatuor intellectus agens & possibilis sunt diuersæ potentiæ: sicut & in omnibus est alia potentia actiua, & alia passiua. Alia vero tria distinguunf secūdū tres status intellectus possibilis. Qui qñque est in potentia tantum. Et sic dicif possibilis. Quādoq; autē in actu primo qui est scientia. Et sic dicit intellectus in habitu. Quādoq; autem in actu secundo: qui est considerare. Et sic dicitur intellectus in actu[e], siue intellectus adeptus.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum q si recipi debet illa autoritas[e], intelligentia ponitur pro actu intellectus. Et sic diuitur contra intellectum, sicut actus contra potentiam.

¶Ad secundum dicendum, quòd Boë. accipit intelligentiam p actu intellectus, qui trāscendit actū rōnis. Vnde ibidem dicit, quòd ratio tantum humani generis est sicut intelligentia sola Dei. proprium enim Dei est quòd absque omni inuestigatione omnia intelligat.

¶Ad tertiū dicendum, quòd omnes illi actus, quos Dam. enumerat, sunt vnius potentiæ, scilicet intellectiuæ. Quæ primo quidem simpliciter aliquid apprehendit. Et hic actus dicitur intelligentia. Secundo vero id quod apprehendit, ordinat ad aliquid aliud cognoscendum vel operandum: & hic vocatur intentio. Dum vero persistit in inquisitione illius quod intendit, vocatur cogitatio. Dum vero id quod est excogitatum examinat ad aliqua certa, dicitur scire vel sapere: quod est phronesis vel sapiētia. Nam sapientiæ est iudicare, vt dicitur in primo meta. Ex quo autem habet aliquid pro certo, quasi examinatum, cogitat quomodo possit aliud aliis manifestare; & hæc est dispositio interioris sermonis, ex qua procedit exterior locutio. Non enim omnis differentia actuum potētias diuersificat, sed sola illa, quæ non potest reduci in idem principium, vt suprà dictum est[e].

ARTICVLVS XI.

a ¶*Vtrum intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potentiæ.*

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus speculatiuus & practicus sint diuersæ potentiæ. Apprehensiuum enim & motiuum sunt diuersa genera potentiarum, vt patet in 2. de Anima. Sed intellectus speculatiuus est apprehensiuus tantum, intellectus autē practicus est motiuus. ergo sunt diuersæ potentiæ.

¶Præterea, Diuersa ratio obiecti diuersificat potentiam. Sed obiectum speculatiui intellectus est verum: practici autem bonum. Quæ differunt ratione. Ergo intellectus speculatiuus & practicus sunt diuersæ potentiæ.

¶Præterea, In parte intellectiua intellectus practicus comparatur ad speculatiuum, sicut æstimatiua ad imaginatiuam in parte sensitiua. Sed æstimatiua differt ab imaginatiua sicut potentia à potentia, vt suprà dictum est[e]. Ergo & intellectus practicus à speculatiuo.

¶SED CONTRA est quod dicitur in 3. de Anima, q intellectus speculatiuus per extensionem fit practicus. Vna autem potentia non mutatur in aliam. Ergo intellectus speculatiuus & practicus non sunt diuersæ potētiæ.

CONCLVSIO.

¶*Cum ea, quæ intelliguntur per accidens, ordinentur ad opus, non duæ, sed vna potentia sunt in homine, intellectus practicus, & speculatiuus.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd intellectus practicus & speculatiuus non sunt diuersæ potentiæ. Cuius ratio est, quia, vt suprà dictum est[e], quod accidentaliter se habet ad obiecti rationem, quam respicit aliqua potentia, non diuersificat potentiam. Accidit enim colorato quòd sit homo, aut magnum, aut paruum. Vnde omnia huiusmodi eadem visiua potentia apprehenduntur. Accidit autem alicui apprehēso per intellectum quòd ordinetur ad opus, vel non ordinetur. Secundum hoc autem differunt intellectus speculatiuus & practicus. Nam intellectus speculatiuus est qui quod apprehendit, non ordinat ad opus, sed ad solam veritatis considerationem. Practicus vero intellectus dicitur qui hoc quod apprehendit, ordinat ad opus. Et hoc est quod Philosophus dicit in 3. de Anima, quòd speculatiuus differt à practico fine. Vnde & à fine denominatur vterque. Hic quidem speculatiuus, ille vero practicus, id est, operatiuus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus practicus est motiuus non quasi exequens motum, sed quasi dirigens ad motum. Quod conuenit ei secundum modum suæ apprehensionis.

¶Ad secundum dicendum, quòd verum & bonum se inuicem includunt[e]. Nam verum est quoddam bonum: alioquin non esset appetibile. Et bonum est quoddam verum: alioquin non esset intelligibile. Sicut igitur obiectum appetitus potest esse verum inquantum habet rationem boni, sicut cum aliquis appetit veritatem cognoscere: ita obiectum intellectus practici est bonum ordinabile ad opus, sub ratione veri. Intelle-

394 a ¶*Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum decimum.*

396 a Titulus occasionatus ex dictis theologorum: præcipue qui hoc vocabulo vti pluries videntur.

Coment. ¶In corpore respondet quæsito vnica conclusione habente duas partes sic. Intelligentia distinguitur ab intellectu: non sicut potentia à potentia, sed sicut actus à potentia. Et declaratur dupliciter. primo ex quid nominis intelligentiæ. secundo ex eo quòd hæc distinctio consonat ex dictis Philosophorum. Et In primo ponitur duplex significatio ly intelligentia, scilicet propria, & pro actu secundo: & trasumptiua, particularis scilicet apud Arabes non Græcos. In secundo ponitur distinctio intellectus in quatuor clare: & habetur ex Alexan. Themistio, Auerroi, & aliis antiquis. & tu nota eam, vt intelligas terminos in tertio de aīa.

¶In responsione ad secundum aduerte, quòd inuestigationis vocabulo large hic vtitur pro acquisitione qualicunq;. Et similiter in responsione ad tertium, intentionis nomen non proprie, sed extensiue accipit potius causaliter quàm formaliter, vt patet ex prima secundæ. Annot.

399 3. dist. 23. q. 2. art. 3. q. 2. & veri. q. 3. ar. 1. Et 3. de aīa. lec. 15. col. 2.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum vndecimum.* Quæstio.

Titulus clarus est. Coment.

¶In corpore vna conclusio responsiua negatiua. Intellectus speculatiuus & practicus non sunt diuersæ potentiæ. Probatur sic, Differentiæ per accidés obiecti, non diuersificāt potentiam. ergo ordinari & non ordinari ad opus non diuersificant intellectum: ergo intellectus speculatiuus & practicus non sunt diuersæ potentiæ. 388 Antecedens & est per se notum, & declaratur in differentiis obiecti visus. Prima vero consequentia probatur: quia apprehenso per intellectum accidit ordinari, aut non ordinari ad opus. Secunda autem probatur: quia istæ differentiæ sunt penes quas differunt intellectus speculatiuus & practicus. Quod dupliciter declaratur: primo, ex officiis eorum, secundo ex autoritate Arist. in tertio de anima. 379

¶Circa hanc rationem: aduerte duo. Annot. Primo, q per ordinari, & non ordinari ad opus, non sumitur actualiter tantum, sed aptitudinaliter, & non per accidens, sed per se, ita q intellectus speculatiuus differt à practico in hoc, q hic versatur circa id quod ex se est aptum natum ordinari ad opus alterius potentiæ, quàm intellectus: ille vero circa id quod ex se opus hoc non habet, sed solius veritatis cognoscendæ gratia à natura institutum est quamuis per accidens aliquis illud ordinet ad opus: vt si quis trianguli speculationem ordinet ad diuitias, aut honorem. Secundo, quòd non est hic sermo de quibuscunque, sed de primis differentiis inter intellectum speculatiuum & practicum: a 410 distant enim primo prædictis differentiis, à quibus & nomen sumpserunt. Et propterea processus iste nullam patitur calumniam.

ctus enim practicus veritatem cognoscit, sicut speculatiuus, sed veritatem cognitam ordinat ad opus.

¶Ad tertium dicendum, quòd multæ differentiæ diuersificant sensitiuas potentias, quæ non diuersificant potentias intellectiuas: vt suprà dictum est[c].

ARTICVLVS XII.

a ¶*Vtrum synderesis sit quædam specialis potentia ab aliis distincta.*

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ synderesis sit quædam specialis potentia ab aliis distincta. Ea enim quæ cadunt sub vna diuisione, videntur esse vnius generis. Sed in glos. Hiero. Ezech. 1. diuiditur synderesis contra irascibilem, et concupiscibilẽ, & rationalem: quæ sunt quædam potentiæ. Ergo synderesis est quædam potentia.

¶Præterea, Opposita sunt vnius generis: sed synderesis & sensualitas opponi videntur, quia synderesis semper inclinat ad bonum, sensualitas autem semper ad malum, Vnde per serpentem significatur: vt patet per Aug. 12. de trini. Videtur ergo quòd synderesis sit potentia, sicut & sensualitas.

¶Præterea, Aug. dicit in lib. de libero arbi. ꝙ in naturali iudicatorio adsunt quædam regulæ, & semina virtutum, & vera & incommutabilia. Hæc autem dicimus synderesim. Cum ergo regulæ incommutabiles quibus iudicamus, pertineant ad rationem secundum sui superiorem partem, vt Aug. dicit 12. de Trini. videtur quòd synderesis sit idem quòd ratio. Et ita est quædam potentia.

¶SED CONTRA, Potentiæ rationales se habẽt ad opposita secũdũ Philosophum. Synderesis autem non se habet ad opposita, sed ad bonum tantum inclinat. Ergo synderesis non est potentia. Si enim esset potentia, oporteret quòd esset rationalis potentia. Non enim inuenitur in brutis.

CONCLVSIO.

¶*Synderesis non quædam specialis potentia est ratione altior, vel vt natura, sed habitus quidam naturalis principiorum operabilium, sicut intellectus habitus est principiorum speculabilium, & non potentia aliqua.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd synderesis non est potentia, sed habitus: licet quidam posuerint synderesim esse quandam potentiam ratione altiorem: quidam vero dixerint eam esse ipsam rationem, non vt est ratio, sed vt est natura.

¶Ad huius autẽ euidentiam cõsiderandũ est, quòd sicut suprà dictum est[c], ratiocinatio hominis, cũ sit quidam motus, ab intellectu progreditur aliquorum, scilicet naturaliter notorum absque inuestigatione rationis: sicut à quodã principio immobili: & ad intellectum etiam terminatur, inquantum iudicamus per principia per se naturaliter nota de his, quæ ratiocinando inueniuntur. Cõstat autẽ ꝙ sicut ratio speculatiua ratiocinatur de speculatiuis, ita ratio practica ratiocinatur de operabilibus. Oportet igitur naturaliter nobis esse indita, sicut principia speculabilium, ita & principia operabilium. Prima autem principia speculabiliũ nobis naturaliter indita non perinent ad aliquam specialẽ potentiã, sed ad quendam specialẽ habitum, qui dicitur intellectus principiorum, vt patet in 6. Ethi. Vnde & principia operabilium nobis naturaliter indita non pertinent ad specialem potentiã, sed ad specialẽ habitã naturalem, quem dicimus synderesim. Vnde & synderesis dicitur instigare ad bonum, & murmurare de malo: inquantum per prima principia procedimus ad inueniendum, & iudicamus inuenta. Patet ergo quòd synderesis non est potentia, sed habitus naturalis.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ illa diuisio Hiero. attenditur secundum diuersitatem actuum, non secundum diuersitatem potentiarum. Diuersi autem actus possunt esse vnius potentiæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd oppositio sensualitatis & synderesis attenditur secundum oppositionem actuum, non sicut diuersarum specierum vnius generis.

¶Ad tertium dicendũ ꝙ huiusmodi incõmutabiles rationes sunt prima principia operabilium, circa quæ non contingit errare: & attribuuntur rationi sicut potentiæ, & synderesi sicut habitui. Vnde & vtroque, scilicet ratione & synderesi naturaliter iudicamus.

ARTICVLVS XIII.

a ¶*Vtrum conscientia sit quædam potentia.*

AD TERTIVMDECIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ conscientia sit quædam potentia. Dicit enim Orige. ꝙ cõsciẽtia est spiritus corrector & pædagogus animæ sociatus, quo separatur à malis & adhæret bonis. Sed spiritus in aĩa nominat potentiam aliquã. Vel ipsam mentẽ, secundũ illud Ephe. 3. Renouamini spiritu mẽtis vestræ. Vel ipsam imaginationem. Vnde & imaginaria visio spũalis vocatꝰ: vt patet p Aug. 13. super Geñ. ad lit. Est ergo cõsciẽtia quædã potẽtia.

¶Præterea, Nihil est peccati subiectũ nisi potentia animæ. Sed cõscientia est subiectũ peccati. Dicitur enim ad Ti. 1. de quibusdam ꝙ inquinatæ sunt eorum mentes & conscientia. Ergo videtur quòd conscientia sit potentia.

¶Præterea, Necesse est ꝙ conscientia sit actus vel habitus, vel potentia. Sed non est actus, quia non semper maneret in homine. Nec etiam habitus, non enim esset vnum quid conscientia, sed multa. Per multos enim habitus cognoscitiuos dirigimur in agendis. Ergo conscientia est potentia.

¶SED CONTRA, Conscientia deponi potest, non autem potentia. Ergo conscientia non est potentia.

CONCLVSIO.

¶*Conscientia non est potentia, si proprie sumatur: sed actus, quo scientiam nostram diuersis quæ agimus, applicamus variis actibus conscientiæ, testificationis scilicet, vel ligationis, seu excusationis.*

¶RESPONDEO dicendum ꝙ conscientia, proprie loquendo, non est potentia, sed actus. Et hoc patet: tum ex ratione nominis: tum etiam ex his quæ secundum communem vsum loquendi conscientiæ attribuuntur. Conscientia enĩ secundum proprietatem vocabuli importat ordinem scientiæ ad aliquid. nam cõscientia dicit cum alio sciẽtia. Applicatio autẽ sciẽtiæ ad aliqd fit p aliquẽ actum. Vnde ex ista rõne nominis, patet ꝙ conscientia sit actus. Idẽ autem apparet ex his, quæ conscientiæ attribuuntur. Dicit enim conscientia testificari, ligare, vel instigare vel etiam accusare, vel etiam remordere siue reprehendere. Et hæc oĩa cõsequũtur applicationem alicuius nostræ cognitionis vel scientiæ ad ea, quæ agimus. Quæ quidem applicatio fit tripliciter. Vno modo secundũ quod recognoscimus aliquid nos fecisse, vel non fecisse secundũ illud Eccl. 7. Scit conscientia tua te crebro maledixisse aliis. Et secũdũ hoc conscientia dicitur testificari. Alio modo applicatur secũdũ qđ p nostrã conscientiã iudicamus aliqd esse faciẽdũ, vel non faciẽdũ. Et secũdum hoc dicit conscientia ligare vel instigare. Tertio modo applicatur secũdũ qđ p conscientiã iudicamus, ꝙ aliqd qđ est factũ, sit benefactũ, vel nõ benefactũ. Et secundũ hoc conscientia dicit excusare vel accusare seu remordere. Patet autem ꝙ oĩa hæc cõsequũtur actualem applicationem scientiæ ad ea quæ agimus. Vñ proprie loquendo, conscientia, noĩat actum. Quia tamẽ habitus est principiũ actus, quãque nomẽ cõsciẽtiæ attribuitur primo habitui naturali, scilicet synderesi: sicut Hiero. in glo. Ezech. 1. synderesim cõscientiã noĩat: & Basilius naturale iudicatorium. Et Damaſ. dicit ꝙ est lux intellꝰ nostri. Consuetum eñ est ꝙ causæ & effectus p inuicẽ nominẽtur.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd quando conscientia dicitur spiritus, pro mente ponitur; quia est quoddã mẽtis dictamen.

¶Ad secundum dicendum, quòd inquinatio dicitur esse in conscientia non sicut in subiecto, sed sicut cognitum in cognitione: inquantum scilicet aliquis scit se esse inquinatum.

¶Ad tertium dicendum, quòd actus, etsi non semper maneat: semper tamen manet in sua causa, quæ est potentia & habitus. Habitus aũt, ex quibus conscientia informatur etsi multi sunt, omnes

tamen

a ¶*Super Quæstionis septuagesimænona Art. duodecimum.*

Annot.
d
399
365

In titulo. Synderesis, id est instigatorium ad bonum & murmur, quem sentimus in nobis de malo moris. Specialis cõtra communem. Potentia contra actum & habitum. Ita quòd duo quæruntur, an hic murmur spectet ad quandam specialem potẽtiam animæ, an ad communem iam dictam, scilicet intellectum. Et siue spectet ad intellectũ, siue ad aliam potentiam, an sit ipsa potentia, an non.

400
2.dist.24. q.2.ar.3. & veri. q.16. art. 1. et art.2. ad 4.
Coment.

¶In corpore tria. Primo proponit responsionem appositis duabus opinionibus contrariis. Secundo præmittit quoddam præsuppositum necessarium ad veritatem habendam. Tertio probat propositam conclusionem.

¶Quo ad primum, determinatio est ꝙ synderesis non est potentia, sed habitus. Prima opinio tenet, quòd est potentia & specialis: altior, scilicet ratione. Secunda, ꝙ est quidem potentia, sed non specialis, sed sub speciali ratione: tenet enim ꝙ est ratio non vt ratio, sed vt natura.

¶Quo ad secundum præsupponitur ꝙ nobis sunt indita principia operabilium sicut & speculabilium. quod probatur sic, Omnis ratio cũ motus sit, à naturaliter notis est & terminatur resolutiue ad illa. ergo & ratiocinatio de operabilibus: ergo naturaliter sunt nobis indita operabilium principia, omnia patent.

¶Quo ad tertium conclusio responsiua est, synderesis non est potentia, sed naturalis habitus intellectus respectu principiorum in operabilibus. (396) Probatur sic, Indita cognitio principiorum speculabilium, non est potentia, sed naturalis habitus intellectus speculatiui. ergo indita cognitio principiorum operabilium non est potentia, sed naturalis habitus: sed synderesis est talis prædicta cognitio operabilium principiorum: ergo. Processus totus est notus: & minor probatur ab actu, scilicet instigare et murmurare: sunt enim hi actus à principiis naturaliter notis: ac per hoc ad vnum determinatis & immobilibus peruenientes. Et sic patet quomodo etiam illæ falsæ opiniones aliqualiter verum dixerunt: est enim synderesis altior ratione: quia immobilis ad bonum. determinata est etiam ratio vt natura, id est vt determinata naturaliter ad verum operabile: quia tamen vtrunque horum indito habitu fit, ideo errarunt.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimænonæ Articulum decimumtertium.*

Titulus clarus.

Coment.

¶In corpore duo iuxta duo membra implicitæ distinctionis, scilicet conscientiæ nomen sumitur dupliciter, scilicet proprie & communiter. Primo quid sit proprie. Secundo quid communiter.

401
2.d.24.q.2.art.4. & veri. q.17.art.1. Et Ro. 2.l.3.col.4.

¶Quo ad primum conscientia proprie est actus, non potentia aut habitus. Probatur dupliciter. Primo ex quid nominis. Secundo ex tribus generibus actuum ei attributorum, scilicet testificationis quo ad præterita, & ligationis quo ad futura, & excusationis quo ad bene vel male. & omnia clara sunt.

¶Quo ad secundum conscientia communiter sumitur pro habitu. primo scilicet synderesi, quæ est conscientiæ principalis radix & regula. Declaratur autoritatibus Hieronymi, Damaſ. & Basilii: & redditur causa, quia consuetum est vt causas effectum nominibus appellemus. & habitus ab actibus nuncupemus.

Super

tamen efficaciam habent ab vno primo principio, scilicet ab habitu primorum principiorum, qui dicitur synderesis. Vnde specialiter hic habitus interdum conscientia nominatur, vt suprà dictum est[e].

QVAESTIO OCTVAGESIMA, de Potentiis appetitiuis in communi, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de potentiis appetitiuis. Et circa hoc consideranda sunt quatuor. ¶Primo de appetibili in communi. ¶Secundo de sensualitate. ¶Tertio de voluntate. ¶Quarto de libero arbitrio. ¶Circa primum quæruntur duo. ¶Primo, vtrum debeat poni appetitus aliqua specialis potentia animæ. ¶Secundo, vtrum appetitus diuidatur in appetitum sensitiuum & intellectiuum sicut in potentias diuersas.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum appetitus sit aliqua specialis animæ potentia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd appetitus nõ sit aliqua specialis animæ potentia. Ad ea enim, quæ sunt communia animatis & inanimatis, non est aliqua potentia animæ assignanda. Sed appetere est commune animatis & inanimatis, quia bonũ est quod omnia appetunt, vt dicitur in 1. Ethi. Ergo appetitus non est specialis potentia animæ.

¶Præterea, Potentiæ distinguuntur secundum obiecta. Sed idem est quod cognoscimus & appetimus. Ergo vim appetitiuam non oportet esse aliam præter vim apprehensiuam.

¶Præterea, Commune non distinguitur contra proprium. Sed quælibet potentia animæ appetit quoddam particulare appetibile, scilicet obiectum sibi conueniens. Ergo respectu huius obiecti quod est appetibile in communi, non oportet accipi aliquam potentiam ab aliis distinctam quæ appetitiua dicatur.

¶SED CONTRA est, quòd Philosophus in 2. de Anima, distinguit appetitiuũ ab aliis potentiis. Damasce. etiam in 2. lib. distinguit vires appetitiuas à cognitiuis.

CONCLVSIO.

¶*Necesse est cognitionem habentes sequi potentiam quandam appetitiuam videlicet, qua ad aliorum perfectiones inclinentur, quas apprehendunt.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere quandam potentiam animæ appetitiuam.

¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd quanlibet formam sequitur aliqua inclinatio[e]. Sicut ignis ex sua forma inclinatur in superiorem locum, & ad hoc quòd generet sibi simile. Forma autem in his, quæ cognitionem participant, altiori modo inuenitur quã in his, quæ cognitione carent[e]. In his enim, quæ cognitione carent, inuenitur tantummodo forma ad vnum esse proprium determinans vnumquodque, quod etiam naturale vniuscuiusque est. Hanc igitur formam naturalem sequitur naturalis inclinatio, quæ appetitus naturalis vocatur. In habentibus autem cognitionem sic determinatur vnumquodq; ad proprium esse naturale per formam naturalem, quod tamen est receptiuum specierum aliarum rerum. Sicut sensus recipit species omnium sensibilium, & intellectus omnium intelligibilium. Et sic anima hominis scit omnia quodammodo secundum sensum & intellectum, in quodammodo cognitionem habentia ad Dei similitudinem appropinquant, in quo omnia præexistunt, sicut Dionysi. dicit. Sicut igitur formæ altiori modo existunt in habentibus cognitionem supra modum formarum naturalium, ita oportet quòd in eis sit inclinatio supra modum inclinationis naturalis, qua dicitur appetitus naturalis. Et hæc superior inclinatio pertinet ad vim animæ appetitiuam, per quam animal appetere potest ea, quæ apprehendit, non solum ea ad quæ inclinatur ex forma naturali. Sic igitur necesse est ponere aliquam potentiam animæ appetitiuam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd appetere inuenitur in habentibus cognitionem supra modum communem, quo inuenitur in omnibus, vt dictum est. Et ideo oportet ad hoc determinari aliquam potentiam animæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd id quod apprehenditur & appetitur, est idem subiecto, sed differt ratione[e]. Apprehenditur enim vt est ens sensibile vel intelligibile, appetitur verò vt est conueniens aut bonum. Diuersitas autem rationum in obiectis requiritur ad diuersitatem potentiarum, non autem materialis diuersitas[e].

¶Ad tertium dicendum, quòd vnaquæque potentia animæ est quædam forma, seu natura, & habet naturalem inclinationem in aliquid. Vnde vnaquæque appetit obiectum sibi conueniens naturali appetitui[c], supra quem est appetitus animalis consequens apprehensionem quo appetitur aliquid non ea ratione, qua est conueniens ad actum huius, vel illius potentiæ, vtpote visio ad videndum, & auditio ad audiendum, sed quia est conueniens simpliciter animali.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum appetitus sensitiuus & intellectiuus sint diuersæ potentiæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd appetitus sensitiuus & intellectiuus non sint diuersæ potentiæ. Potentiæ enim non diuersificantur per accidentales differentias, vt suprà dictum est[c]. Sed accidit appetibili quòd sit apprehensum per sensum, vel intellectum. Ergo appetitus sensitiuus & intellectiuus non sunt diuersæ potentiæ.

¶Præterea, Cognitio intellectiua est vniuersalium, & secundum hoc distinguitur à sensitiua, quæ est singularium. Sed ista distinctio non habet locum ex parte appetitiuæ. Cum enim appetitus sit motus ab anima ad res, quæ sunt singulares, omnes appetitus videntur esse rei singularis. Non ergo appetitus intellectiuus debet distingui à sensitiuo.

¶Præterea, Sicut sub apprehensiuo ordinatur

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæ Articulum primum.*

Annot. Titulus clarus in se. Eius autem ratio est, quia cum omnibus rebus attribuatur appetere suum bonum, animalibus specialiter attribuitur, quòd appetunt.

Comment. ¶In corpore vna conclusio responsiua affirmatiue. Necesse est ponere quandam animæ potẽtiã appetitiuã. Probatꝰ, In cognoscẽtibus inuenitur forma altiori modo, quã in cognitiõe carentibus. ergo in illis inuenitur inclinatio altior quã in istis. ergo appetitiua potẽtia. Antecedẽs pbatur, quia in reliquis forma determinat vnum quodque ad proprium & naturale tantum esse. In cognoscentibus autẽ nõ solum ad hoc, sed ad alienum & intentionale esse se extendit. declaratur, quia sic anima est quodammodo omnia, Prima cõsequentia fundatur super hoc, quòd omnem formam sequitur proportionaliter inclinatio aliqua, quod patet tam in propriis vt formam ignis sequitur inclinatio sursum, quã in alienis, vt perfecta sequitur inclinatio ad generationem similium. Secunda vero consequentia fundatur super hoc, ꝙ talis superior inclinatio ad appetitiuã potentiam pertinet, cuius probatio insinuatur ex eo ꝙ per appetitiuam potentiam animal potest appetere non solũ ꝓpria & naturalia, sed apprehẽsa.

40
3.dis.27. q.1.art.2. Et veri.q.25.arti.3.

¶Aduerte hic, quod ratio ista S.T. subtilissima est, & à priori ostendit necessitatem quare appetitiuum ponit specialem potentiam, seu virtutem distinctam cõtra alias potentias in habẽtibus cognitionem, in aliis vero non. Cũ enim appetere nihil aliud sit quã inclinari in aliquid, & appetitus inclinatio ipsa sit, & vnamquanq; naturã, imò vnãquanq; rem comitetur inclinatio sua ad aliquid sibi ꝓportionatum, consequẽs est, vt quẽadmodum rerum naturæ proportionaliter inueniũtur & nõ vniꝰ rationis perfectionem habere, ita etiam ꝓportionales comitentur inclinationes, ita quòd quemadmodum forma excedit formam non secundum gradum perfectionis tantum, sed secundum rerum ordinẽ, quia scilicet vna est in altiori rerũ ordine quã alia, ita inclinatio sit superior inclinatione, & in hoc fundatur prima consequentia literæ. Videmus autem duos rerũ ordines in toto vniuerso. Vnum eorum, quorũ naturæ hoc solũ habent, quòd sunt tantum ipsemet, vt patet in omnibꝰ inanimatis & etiam vegetabilibus tantũ, alterũ vero eorũ, quorũ naturis non sufficit vt sint ipsemet, sed extendunt se ad hoc vt sint etiam alia, vt patet in sentientibus & intelligentibus. Si igitur vnam quanque naturam proportionalis sequitur inclinatio, primi ordinis naturas sequitur inclinatio ad naturalia & propria tantum. secundi vero ordinis naturas sequitur inclinatio nõ solum ad naturalia, sed ad apprehensa, sunt enim ipsę & apprehensa, illæ vero sunt tantum ipsę: Et ex hoc viterius sequitur quòd inclinatio rerum primi ordinis multiplicatur in eodem iuxta multiplicationem rerum, quemadmodum & esse proprium & naturale cuiusque cum re ipsa multiplicatur. Et propterea aliud est naturalis appetitus leuis ad esse sursum, & illius eiusdem ad generandum sibi simile, &c. ille enim est leuitas, hic autem calor, vel quicquid est sua vis productiua. Inclinatio vero consequens naturas secundi ordinis non multiplicatur in eodem, iuxta rerum multiplicationem, sed est vna quædam specialis vis, alioquin proportionata non esse naturæ à qua fluit. Natura eñ ipsa vna existẽs est ipsa & alia. ergo & inclinatio si ꝓportionalis est, debet se extẽdere ad vtraq; naturalia, scilicet & apprehẽsa. Ex amplitudine igitur naturæ, qua non solũ est ipsa, sed alia, oritur ꝙ appetitus eius sit vnus respectu vtrorumq; ac per hoc sit specialis vis potestásque naturæ. Et hoc fuit fundamentũ secundæ cõsequẽtię, vt patet in litera.

115
89
298
385

Annot.

¶In respõsione ad secũdum memẽto ꝙ ea rõne dicitur ens intelligibile aut sensibile apprehẽsionis obiectũ, qua in 2. de Ani. dicitur visibile obiectũ visus. Nõ enim intenditur in litera, ꝙ ens sub rõne intelligibilitatis aut sensibilitatis sit obiectũ apprehensionis, sicut nec color sub rõne visibilitatis est obiectũ visus, sed intendit ꝙ obiectũ apprehensionis est ipsum ens intelligibile quidem respectu intellectiuæ, & sensibile respectu sensitiuę, ita ꝙ distinctio apprehẽsiuæ vis ab appetitiua in hoc stat, ꝙ ratio obiecti illiꝰ est entitas, istius vero est bonitas siue conuenientia.

e

¶In respõsione ad tertiũ nota hinc, ꝙ in cognoscẽtibus quẽadmodũ est vtriusq; rõ, scilicet naturæ & cognoscitiui, ita est vterq; appetitꝰ naturalis qui nihil aliud est quã ipsa naturalis potẽtia cuiusq; ad suã perfectionẽ, & animalis q nõ fertur nisi ad actũ cognitũ. Et ꝓpterea videre, audire & alia huiusmodi, & etiã ipsum appetere dupliciter appetimꝰ. Naturaliter secundũ partẽ, id est secundũ illã potẽtiã cuius est perfectio. Et animaliter, cũ apprehẽsum visionis aut volitionis bonũ cõcupiscimus, & conseruare conamur.

b
399
5
c
385

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

Commen.

¶In corpore vna cõclusio respõsiua affirmatiue, appetitus intellectiuꝰ, & sensitiuꝰ, sunt diuersę potẽtiæ. Probatur, passiua & mobilia distinguuntur secundũ distinctionẽ actiuorũ & motiuorũ, appetitꝰ est potẽtia passiua ab apprehẽso. ergo appetitꝰ diuersitas est secundũ diuersitatẽ apprehensi, sed apprehẽsum p intellectũ diuersi est generis ab apprehenso per sensum. ergo appetitꝰ intellectiuꝰ alia est potẽtia ab appetitu sẽsitiuo. Maior pbatꝰ dupliciter. primo, mobile oportet esse ꝓportionatũ motori. Secũdo, q ipa potẽtia passiua rõnẽ habet ex ordine ad suũ actiuũ. minor vero pbatꝰ, q apprehẽsum solũ est mouens non motũ, vt patet in 3. de Anima, reliqua per se nota relinquũtur.

403
veri.q.25. artic. 30. cor. & q.22.art.4. Et 1.de anima lec.10.col.3. Et li.3.le.14.col.2.
379

¶Circa maiorem & illius probationẽ nota duo. Primo quòd quamuis debeat esse mutua proportio inter motiuum & mobile, & similiter inter actiuũ & passiuum, quia tamen materia est propter formã, & non econuerso, vt patet 2. phy. passiuum autẽ & mobile materialiter se habeant respectu actiui & motiui quæ ratione formæ agunt & mouẽt, distinctio passiuorũ & mobiliũ ex actiuis & motoribus est à priori, econuerso vero assignaretur à posteriori. Vnde ratio ista est à priori. Et ex hoc habes secundũ, id est differentiã inter primã pbationẽ & secundã. prima eñ sumpta est ex proportione mutua inter actiuum & passiuum. secunda vero ex propriis potentiæ passiuæ, scilicet ꝙ diffinitionem suam sortitur ex ordine ad suum

actiuum, sicut materia ex ordine ad formam. De hoc autem multa superius scripta sunt, quomodo scilicet huiusmodi entia diffiniuntur in ordine ad extrinseca.

¶Num appetibile moueat appetitum in genere causæ efficientis, vel finalis.

Quæstio. ¶Circa minorem, dubium non paruum occurrit, an appetibile moueat appetitū in genere causæ efficientis. Habet enim hoc difficultatem simpliciter, & in via S.Tho.

appetitiuum, vt inferior potentia, ita & motiuum. Sed non est aliud motiuum in homine consequens intellectum, quàm in aliis animalibus consequens sensum. Ergo pari ratione neque est aliud appetitiuum.

¶SED CONTRA est, quòd Philosophus in 3. de Anima distinguit duplicem appetitum, & dicit quòd appetitus superior mouet inferiorem.

CONCLVSIO.

¶Cum illud quod intellectu apprehenditur, diuersi sit generis ab eo, quod à sensu apprehenditur, necesse est appetitum sensitiuum, & intellectiuum ad diuersas potentias pertinere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere appetitum intellectiuum esse aliam potentiam à sensitiuo. Potentia enim appetitiua est potentia passiua, quæ nata est moueri ab apprehenso. Vnde appetibile apprehensum est mouens non motum, appetitus autem mouens motum, vt dicitur in tertio de anima, & 11. meta. Passiua autem & mobilia distinguuntur secundum distinctionem actiuorum & motiuorum, quia oportet motiuum esse proportionatum mobili, & actiuum passiuo, & ipsa potentia passiua propriam rationem habet ex ordine ad suum actiuum. Quia igitur est alterius generis apprehensum per intellectum, & apprehensum per sensum, consequens est quòd appetitus intellectiuus sit alia potentia à sensitiuo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd appetibili non accidit esse apprehensum per sensum, vel intellectum, sed per se ei conuenit. Nam appetibile non mouet appetitum nisi inquantum est apprehensum.

Simpliciter quidem, quia si mouet actiue, aut efficit in appetitu aliquid præuium actiui, aut actum ipsum. Non aliquid præuium. Tum quia fictio est ponere tale ens præuium, vt patet ex diuisione facta 6. Ethic. de his, quæ sunt in anima. Tum quia ipsum apprehēsum est sufficiēs ratio appetendi ipsi appetitui. Nec actū ipsum, quia aut vt agens totale & sufficiens, & hoc non, quia tunc periret libertas, voluntate puræ passiuę concurrente ad actū suum, aut vt agens partiale, & hoc videtur incōueniens. Tū quia effectus totaliter liber qualis est electio, non esset totaliter sed partialiter liber, quia ab vna causa partiali naturali, scilicet obiecto, & alia libera, scilicet voluntate. Tum quia scrutandum restat, an istæ duæ causæ, obiectum, scilicet & appetitus se habeant sicut causæ, quarum neutra aliquid ab altera recipit in seipsa, sed conueniunt tantum in vno effectu, an sicut illę quarum altera à reliqua suscipit, & si sic, dicendum est, quid & quomodo. Si autem non mouet actiue, falsum est, in primis quòd appetitus sit potentia passiua. Nulla quoque erit efficax via ad probandum aliquid pati ab alio, si appetitus quem experimur ab appetibili moueri, negamus pati ab ipso, dicentes quòd ipse seipsum agit ad præsentiam appetibilis, & non appetibile mouet ipsum, hoc enim modo dicemus quoque de intellectu respectu obiecti, hoc de sensu respectu sensibilis, quin etiam de ligno respectu comburentis. In doctrina vero S.Tho. specialiter est hoc difficile, quia hic expresse ponit voluntatem in genere potentiæ passiuę vt distinguitur contra actiuam, & apprehensum in genere actiui vt distinguitur contra passiuum. Et tamen inferius q̄o. 82. arti. 4. cum arguisset, quòd si voluntas mouet intellectum, mouens moueretur à moto, quod est impossibile per se loquendo. Respondendo dicit has motiones esse diuersorum generum, quia apprehensum mouet in genere causæ finalis, voluntas effectiuæ. Vbi expresse negare videtur quæ hic dicit, quia si appetitus ab apprehenso mouetur vt agens à fine, ergo appetitus non est in genere potentiæ passiuæ vt distinguitur contra actiuam, vt hic dicit. Et rursus, ergo appetibile non mouet appetitum, vt actiuum passiuum. Et rursus, ergo ratio hic facta cum hoc articulo perit.

¶In hac dubitatione multa possent dici, breuiter tamen ac radicaliter tractando rem, tria faciam. Primo opiniones perstringam. Secundo veritatem. Tertio obiectis respondebo.

¶Quo ad primum opiniones simpliciter sunt tres. Alij tenent solum appetitum esse causam actiuam volitionis, & in his sunt Sco. in 2. dist. 25. Henri. & Capreolus quamuis forte de causalitate obiecti differant, quia aut ponitur causa sine qua non, vel remouens, prohibens, scilicet puta ignorantiam, aut etiam causa formalis & finalis. Alij vero tenent solum obiectum esse causam actiuam, & in his dicitur Godoffredus. Alij autem tenent vtrunq;, obiectum, scilicet & appetitum actiue concurrere. Et in his Herueus, Grego. & Adam videntur. Opiniones vero in via S.T. sunt duæ. Capreolus enim Bernardum de Ganaco sequēs, tenet apud S.T. obiectum non actiue, sed formaliter & finaliter tantum concurrere. Aliis autem videtur, quòd etiam apud San. Thomam actiue concurrat, particulariter tamen.

¶Quo ad secundum sciendum est, quòd cum in appetitione omni sint duo, scilicet exercitium ipsius & specificatio, & vtrunque inueniatur per se & de nouo, oportet vtriusque ponere aliquam causam in genere causæ efficientis, alioquin daretur aliquid aliud à Deo inuentum per se & de nouo, absque per se & efficiens, quod est impossibile omnino. Exercitij autem appetitionis si libera est, proculdubio appetitus ipse causa est actiua, liberum enim est quod sui causa est, seruit autē omne quòd agitur. Et vniuersaliter cum appetitus mouens sit animalia motu locali effectiue, si appetere non esset aliquo modo agere, non esset mouere animal, sed potius quo moueretur animal. Et in hoc fere omnes conuenimus. Sed de specificationis causa quæstio est, oportet enim vel appetitum vel obiectū talem esse causam, præter enim hæc duo, nihil per se requiritur ad appetendum, supposito vniuersali agente Deo glorioso, de quo nō est sermo, cum proprias causas actionum nostrarum quærimus. Quòd autem appetitus non sit per se causa sufficienter effectiua ad specificationem sui actus, patet ex eo quòd omnes actus eius essent vnius speciei, sicut ipse vnius est naturæ, & sicut omnes actiones à calore & quauis alia forma immediate prouenientes, relinquitur igitur quòd ab obiecto effectiue sit specificatio actus. Nec video quomodo possit satisfaciendo responderi huic rationi. Decepti siquidem mihi apparent qui assignantes actum specificū ex obiecto vt termino forma & fine, crediderunt satis dixisse. Manifeste enim posuerunt specificationem actus absque causa effectiua, voluntatem enim negant illius specificationis causam. Quemadmodum enim motus, vt eorum vtar exemplo, à termino specificatur, & tamen ipsa motus specificatio causam aliquam per se actiuam exigit, ita & volitionis specificatio. ergo obiectum est effectiue specificans ipsam appetitionem. Et sic appetibile apprehensum est actiuum non totale, sed partiale appetitionis. Nec causat aliquid præuium actui, sed actum ipsum non totaliter, sed quo ad aliquid eius, scilicet quo ad specificationem eius. Nec concurrit cum appetitu ex æquo ad causandum actum, sed appetitus est causa actiua principalis, obiectum vero secundaria, imò si recte loquendum est, appetitus est vere causa actiua, & obiectum non est proprie alia causa actiua, sed ipsi appetitui ratio causandi effectiue speciem ipsius actus. Quoniam ab appetitu quasi informato obiecto prouenit actiue & sufficienter appetitio talis, puta ambitio, quæ inquantū ab appetitu est, appetitio est, inquātum vero est ab obiecto, talis est, cōstat enim quòd prius natura est substātia actus quàm eius qualitas etiam specificans. Nec obstat quòd appetibile dicatur in 3. de Anima, & in 12. meta. primum mouens & immobile, appetitus vero secundarium & mouens motum. Quoniam de appetibili, vt efficiens est loquendo, seclusa causalitate finali formaliter, non radicaliter, quia efficientia obiecti finalizandi rationem consequitur, dicendum est quòd appetibile & appetitus possunt dupliciter comparari, scilicet in ordine ad actum appetitionis communem vtriusque effectum, & inter se. Si comparentur ad communem effectum, sic appetitus inuenitur causa prior propter dictam rationem, semper enim quod est prius in effectu respondet priori causæ, & quod est posterius posteriori, cōstat autē q̄ specificatio actus, posterius quid est quā sit substātia act⁹ specificati, & q̄ specificatio respōdet obiecto, & substantia actus appetitiui, igit appetit⁹ prior inuenitur causa efficiens in ordine ad actū. Si autem cōparentur inter se, sic appetibile inuenitur causa prior, quia appetibile reducit appetitū de potentia ad actū specificationis, & nō ecōuerso, & ideo etiam in genere causæ efficientis appetibile obtinet primatū, & est mouens immobile, appetitus autem mouēs motū ab ipso appetibili: oportet enim appetitū specificatum ab obiecto mouere quodcunq; appetendo mouet. Similiter non obstat q̄ nō inest appetitui, oportet enim iuxta naturarum diuersitatem diuersimode & diffinitiones & proprietates assignare. Singulare aut est hoc in appetitu, q̄ ratio agendi in appetente quidem non mediante appetitu, sed apprehensiua vi esse debet. Et merito, quoniā appetere opus est vtriusq; virtutis, nec sibi, sed appetenti animali appetitus appetit, sibi enim naturaliter appetitus appetit, sicut & cæteræ potentiæ. Vnde appetibile mouere appetitum duplici genere causæ 12. meta. cōmen. 76. optime dixit Auer. scilicet effectiue secundū quod est apprehensum, & finaliter secundū quod est extra animam. Et vtroq; modo specificat actum. Et sic appetitus est potentia vere passiua ab obiecto, quia reducitur ab eo de potentia ad actum specificationis, recipitq; ab eo actum specificatum inquantum specificatum. Verum quia ista reductio de potētia ad actum fit ab obiecto, vt dictum est multipliciter, scilicet in ratione finis, & termini, & ratione agendi, cautum oportet esse ad intelligendū doctorum dicta, & singulariter S.T. In primis enim, quia causalitas finalis manifestissime conuenit appetibili, ideo illa sæpius nominatur, illa sæpius Philosophi vtuntur, vt patet in Ari. Deinde quia causare effectiue cōtingit nō vno, sed multis modis, scilicet primo vt ipsa causa, & participatiue vt ratio causandi, & secundario vt instrumenta causarum, &c. Et medium quandoq; distinguitur cōtra extremum. Inde est q̄ causare actiue per modum rationis agendi quandoq; distinguitur contra causare causę efficientis, quēadmodū etiam distinguitur contra ipsam causam efficientem. Et hoc modo S.T. in prima secundæ q. 9. distinguit causalitatem obiecti à causalitate appetitus, hanc efficientis, illam formæ vocans, quia ista est primo agentis, illa non agentis, sed rationis agendi. Et confirmatur hæc interpretatio, quia alioquin oporteret ponere quintum genus causæ, non enim sufficit verbo dicere, causat per modum formæ, sed cum certum sit, q̄ loquitur de forma quæ est ratio agendi, & illam constat habere causalitatem pertinentem ad genus causæ effectiue, consequens est q̄ illius causalitatē, non contra totum genus causę effectiuæ distinxit, vt male intellectum fuit, sed contra propriissimum & primū illius generis modum. Propter hanc autem rationem, & vnam aliam, scilicet quia hic efficiendi modus est annexus finali causę nō qualitercunq;, sed vt radici, nam appetibile quia finis est, ideo ratio est appetēdi ipsi appetitui. Ideo ad vtrunq; respiciēs diuus Thomas, scilicet ad diminutū modū agendi, & ad radicē illius, dixit inferius q̄ intellectus non mouet voluntatē, eo modo quo voluntas mouet intellectū, quia hæc effectiue, ille vt finis, id est quia hæc vt causa efficiens, ille vt causa finalis, ac per hoc nō vt efficiēs, sed vt efficiēdi ratio. Inseparabiliter enim se concomitantur esse finem, & esse rationē agēdi non inhærentē potētiæ agēdi. Ex hac quoq; radice saluatur q̄ Ari. non æquiuocauit, ordinē mouentiū ad vnū reducens mouentē immotū, quia ad appetibile. Seruatur nanq; idem genus causæ hoc modo, vt patet ex dictis. Et breuiter omnia cōsonant. Quòd autem hæc sit mens S.T. doctrina eius hic, & in prima secundæ diligēter perspecta testatur, ponderādæq; potissime sunt duę rationes ipsius. Altera q̄ appetitus est in potētia secundū se ad huiusmodi specificationē, & non reducitur in actū talem à seipso, ex hoc enim sequitur, ergo aut à nullo effectiue, quod est stultū, aut ab obiecto, quod est intentū. Altera ex parte obiecti, q̄ verbū producit amorem in genere causæ efficientis. Ex hoc arguitur sic, subsistentia adiuncta alicui causæ non variat causalitatē illius de vno genere causandi in aliud, quāuis variet modū causandi, sicut & modū essendi, quia dat illam esse & causare vt quod, quæ absq; subsistentia causabat vt quo, quia erat vt quo. ergo subsistentia adiuncta verbo cordis, non variat genus causalitatis respectu appetitus, sed modum causandi tantum. Ergo eodem genere causæ, quamuis non eodem modo causat amorem verbum cordis absolute, & verbum subsistens, sed verbum subsistens apud San. Thomam causat actiue amorem. ergo & verbum absolute, sed illud vt quod, hoc vt quo. Constat autem verbum cordis nihil aliud esse quàm obiectum apprehēsum. ergo. & sic benedictus Deus.

¶Circa propositionē subsumptam, scilicet q̄ appetibile per intellectū & sensum est diuersi generis, aduerte q̄ quia diuersitas specifica ex parte obiecti non sufficit ad diuersificandum potentias, quoniam cuilibet potentiæ obiectum est genus aliquod, quia diuersitas potentiæ est diuersitas generis physici dicente Philoso. 5. meta. q̄ eadem genere sunt quorum materia est vna. Ideo diuersitatem potentiarum inferre recte volens San. Thomas ex obiecto, diuersitatem genericam obiecti assumpsit. Constat autem diuersum genus esse intelligibilium & sensibilium. Annot.

¶In responsione ad primum occurrerent non dubitatio, sed argumentationes eorum qui paralogizant appetitum posse appetere non apprehensum. Sed quoniam de appetitu animali, de quo est sermo, loquendo, fatuum est hoc vertere in dubium, cum continua id experientia doceat, & quolibet proferente contraria sollicitum esse stultum est, idcirco vide apud Capreolum hæc si vacat. Annot.

¶Num appetitus intellectiuus distinguatur à sensitiuo, quòd ille feratur in bonum singulare apprehensum secundum rationem vniuersalem, hic non.

¶In rñsione ad secundū, dubiū duplex occurrit. Primo quo ad primā differentiam assignatā ibidē inter appetitū sensitiuū & intellectiuū, in hoc q̄ intellectiuus fertur in res singulares secundū aliquā rōnē vniuersalē, sicut cū appetit aliqd q̄a est bonum. Quæstio.

bonum. Hoc enim commune est omni appetitui, imò etiam omni potentię tendere in res secūdum aliquam rationem vniuersalem. Visus enim fertur in omnia sub ratione colorati, & similiter concupiscibilis appetit sub ratione delectabilis secundum sensum, vnde ista differētia nulla videtur. Secundo dubitatur circa idē, à quo scilicet mouetur appetitus intellectiuus, cum fertur in istas res singulares sensibiles.

Vnde differentiæ apprehensi sunt per se differentiæ appetibilis. Vnde potentiæ appetitiuæ distinguuntur secundum differentiam apprehensorum, sicut secundum propria obiecta.

¶Ad secundum dicendum, quòd appetitus intellectiuus, etsi feratur in res, quæ sunt extra animam singulares, fertur tamen in ea secundum aliquam rationem vniuersalem, sicut cū appetit aliquid quia est bonum. Vnde Philosophus dicit in sua Rhetorica, quòd odium potest esse de aliquo vniuersali, puta cum odio habemus omne latronum genus. Similiter etiam per appetitum intellectiuum appetere possumus immaterialia bona, quæ sensus non apprehendit, sicut scientiam, virtutes, & alia huiusmodi.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in 3. de Anima, opinio vniuersalis non mouet nisi mediante particulari, & similiter appetitus superior mouet mediante inferiori. Et ideo non est alia vis motiua consequens intellectum & sensum.

QVAESTIO OCTVAGESIMAPRIMA, de Sensualitate, in tres Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de sensualitate. ¶Circa quā quęruntur tria. ¶Primo, vtrum sensualitas sit vis appetitiua tantū. ¶Secundo, vtrum diuidatur sensualitas in irascibilem & concupiscibilem, sicut in diuersas potentias. ¶Tertio, vtrum irascibilis & concupiscibilis obediant rationi.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum sensualitas solum sit appetitiua.*

404 Veri. q̄o. 25. arti. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sensualitas non solum sit appetitiua, sed etiam cognitiua. Dicit enim Augu. 12. de Trinit. quòd sensualis animæ motus qui in corporis sensu intenditur, nobis pecoribúsq; communis est. Sed corporis sensus sub vi cognitiua continetur: ergo sensualitas est vis cognitiua.

¶Præterea, Quæ cadunt sub vna diuisione, videntur esse vnius generis. Sed Augus. in 12. de Tri. diuidit sensualitatem contra rationem superiorē & inferiorem quæ ad cognitionē pertinent. ergo sensualitas etiā est vis cognitiua.

¶Præterea, Sensualitas in tentatione hominis tenet locum serpentis. Sed serpens in tētatione primorum parentum se habuit vt nuntians & proponens peccatum, quod est vis cognitiuæ. ergo sensualitas est vis cognitiua.

¶SED CONTRA est, quòd sensualitas diffinitur esse appetitus rerum ad corpus pertinentium.

CONCLVSIO.

¶Sensualitas non aliquam cognoscitiuam virtutem importat, sed animæ vim appetitiuam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomen sensualitatis sumptum videtur à sensuali motu, de quo Augu. loquitur 12. de Trin. sicut ab actu sumitur nomen potentiæ, vt à visione visus. Motus autem sensibilis est appetitus apprehensionem sensitiuam consequens. Actus enim apprehensiuæ virtutis nō ita propriè dicitur motus sicut actio appetitus. Nam operatio virtutis apprehensiuæ perficitur in hoc quòd res apprehensæ sunt in apprehendente, operatio autem virtutis appetitiuæ perficitur in hoc, quòd appetens inclinatur in rem appetibilem. Et ideo operatio apprehensiuæ virtutis assimilatur quieti, operatio autem virtutis appetitiuæ magis assimilatur motui. Vnde per sensualem motum intelligitur operatio appetitiuæ virtutis. Et sic sensualitas est nomen appetitus sensitiui.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per hoc quod dicit Augu. quòd sensualis animæ motus intenditur in corporis sensu, non datur intelligi quòd corporis sensus sub sensualitate comprehendantur, sed magis quòd motus sensualitatis sit inclinatio quædā ad sensus corporis, dum scilicet appetimus ea, quæ per corporis sensus apprehenduntur. Et sic corporis sensus pertinent ad sensualitatem quasi præambuli.

¶Ad secundum dicendum, quòd sensualitas diuiditur contra rationem superiorem & inferiorem inquantum communicant in actu motionis, vis enim cognitiua, ad quam pertinet ratio superior & inferior, est motiua sicut & appetitiua, ad quam pertinet sensualitas.

Si enim mouetur ab ipso singulari apprehenso, cum apprehēsio ista fiat per sensum, scilicet per cogitatiuā, ruit ratio facta in corpore articuli, quoniā fundata est super hoc, quòd quia apprehēsum per intellectum est diuersi generis ab apprehenso per sensum, oportet mobilia ab istis esse diuersa, iam enim idem ponitur moueri ab vtroq;. Si autem mouetur ab vniuersali, nunquā appetet hoc singulare signatū determinate, quia vniuersale nō determinat magis ad hoc quàm illud, sed aut ad omnia simul singularia distribuit, aut nullū determinat in actu, sed cōfuse & in potentia omnia offert. Experimur tamen nos per appetitū intellectiuum appetere hoc singulare sensibile, & nunc & hic determinate, vt patet cum eligimus sectionem alicuius membri, aut aliam passionem parti sensitiuæ contrariam.

¶Ad euidentiam primi dubij duas oportet recolere distinctiones. Prima est, quòd in termino alicuius actus sunt duo, scilicet terminus & ratio terminādi, terminus est res ipsa, ad quam cognitio vel appetitio terminatur, quæ scilicet cognoscitur & appetitur. Ratio autem terminandi iuxta nomē suum est id quo formaliter terminus ipse habet quòd terminet actum illum, verbi gratia, cū video hoc album, terminus est res visa, scilicet hoc album, ratio terminandi est ei⁹ albedo, ex ea enim formaliter habet hoc albū, q̄ visionē terminet. Et in proposito cū appetimus sanari res, appetita est corp⁹ sanū, rō vo terminādi appetitū est sanitatis bonitas.

¶Secunda distinctio est, natura aliqua dupliciter sumitur in communi, scilicet aduerbialiter & nominaliter. Aduerbialiter quidem, vt cum dicitur quòd color in communi est obiectum visus, non enim color communis aut vniuersalis, sed color communiter & vniuersaliter est obiectum visus, quoniam visio non terminatur ad colorem vniuersalem, hoc enim solo intellectu attingitur, sed ad colorem vniuersaliter, id est in quocunque, quandocunque, & vbicunque inuenitur. Nominaliter autem cum dicitur, quòd color in communi intelligitur, scitur, diffinitur, & cætera. Quoniam color vniuersalis, id est abstractus ab indiuiduantibus conditionibus hæc terminat.

¶His stantibus dicitur, quòd obiectum appetitus nostri quadrupliciter potest variari, diuersimode combinando terminum appetitus, & rationem terminandi. Quia aut vterque est vniuersalis, vt cum appetimus aliquod vniuersale, puta omnes homines saluari. Aut vterque singularis, vt cum appetimus hanc vindictam, quia nunc, hic, in hoc, &c. conueniens videtur. Aut terminus est singularis, & ratio terminandi est vniuersalis, vt cum appetimus aliquid impertinens scire, quia omne scire perfectionis est. Aut terminus est singularis, & ratio terminandi est communis communiter, ita quòd ly communiter, sit conditio diminuens. Et hoc videtur frequentissimus noster appetitus, continue enim appetimus aliquid singulare vtile, delectabile, aut honestum, propter aliquam conditionem communiter inuentam in pluribus, quæ moueret etiam non minus nos ad appetendum, si in alio singulari præsentaretur. Nihil enim refert, vt appetenti hunc potum alter solo numero differens tribuatur. Inter hęc autem appetibilia tantum distat, quòd duo tantum appetitum sensitiuum terminant, secundum scilicet & quartum, quibus nihil vniuersalitatis admiscetur. Ad appetitum vero intellectiuum omnia referri possunt, prout experientia docet. In litera tamen duo tantum nominantur, primum in quo vtrunque est vniuersale ex autoritate Aristote. & tertium in quo appetibile est singulare, & ratio terminandi vniuersalis, in quo inchoat differentia inter intellectiuum, & sensitiuum appetitum. Quoniam sensitiuus fertur in singulare ratione conditionis aut singularis, aut communis vniuersaliter, non vniuersalis, quia nec sensus nec potentia aliqua nisi intellectiuæ partis ad vniuersale terminatur. Intellectiuus autem extendit se ad singulare ratione conditionis vniuersalis consideratæ, & præter hoc ad vniuersale ipsum, & præter hoc ad immateriale omnino bonum, vt in secunda differentia dicitur.

¶Ad secundam dubitationem dicitur, quòd appetitus intellectiuus semper mouetur ab intellectu practico, cuius est etiam apprehendere singularia sensibilia, siue directe, siue reflexe, non est curæ, non enim oportet quòd apprehensum reflexe sit appetitum reflexe, multa enim reflexe intelligimus vt quæ in anima sunt, & directe volumus. Nec obstat si intellectui practico oporteat quandoq; immisceri apprehensum per cogitatiuam ad perfecte mouendum, quoniam apprehensum per sensum exclusum est à motione appetit⁹ intellectiui virtute ꝓpria, & secundum se, non autem vt adiungitur apprehēso per intellectum. Ita q̄ ex hoc diuersificatur appetitus intellectiuus & sensitiuus, quia illius secundū se & propria virtute motiuum est apprehensum per intellectum, huius autē per se & propria virtute motiuū est apprehēsum per sensum. Cùm hac tamen differētia penes diuersitatē motiuorū secundum se, stat quòd per adiunctionem & colligationē tam viriū quā obiectorū, sensatum vt cōiunctum intellecto, compleat quandoque motiuum intellectiui appetitus. Seorsum autem & secundum se ipsum sensatum sit proprium motiuum solius appetitus sensitiui.

¶Num appetitus superior moueat mediante inferiori.

¶In responsione ad tertium, dubium occurrit, quia quamuis appetitus superior quandoq; moueat mediante inferiori, non tamen semper. Non enim est simile de parte apprehensiua & appetitiua, oportet enim partē sensitiuā esse in actu, qñ intellectus est in actu, q̄a oportet intelligentē phātasma aliquod speculari, sed non oportet quòd quicquid appetimus voluntate, id appetam⁹ sensitiuo appetitu, vt patet. Nec rursus oportet vt si appetitus intellectiu⁹ ad appetitum à se mouere debet, quòd illud appetibile appeti faciat ab appetitu sensitiuo cum cōtingat illud esse supra ordinem appetibilium per sensum vel contrarium appetibili secundū sensum. Dupliciter ergo peccare videtur respōsio ista. primo, quia hoc falsum dicit. Secūdo, q̄a restat vis argumēti, q̄ oportet diuersificare vim motiuā iuxta appetitiuæ diuersitatē, ex quo immediate vterq; appetitus mouet. Quæstio.

¶Ad hoc dicitur, q̄ q̄a absoluta loquēdo potētia secundū locū motiua, cōmunis est intellectiuo puro, vt credimus de corporib⁹ cælestibus, si sunt animata, & sensitiuo puro, vt patet in brutis, & composito ex intellectiuo & sensitiuo, vt patet in homine. Idcirco dato etiā, q̄ appetitus superior immediate moueret corpus, non videtur necessario sequi, q̄ multiplicetur potentia motiua, eadē enim habilitate aptum potest esse corpus ad obediendū appetitui superiori & inferiori simul & vtriq; sigillatim. Hæc ideo dixerint quia nullam rationē ex propriis cogentē ad hoc video q̄ superior appetitus moueat semper mediante inferiori, cum contingat appetitū superiorē ferri cōplete in aliquod appetibile singulare secundū certū locū & tēpus, &c. absq; appetitu inferiori. cōstat enim q̄ ad appetitū cōpletum singulariū sequitur motus, si impedimentū nō adsit ex parte corporis. Ex cōibus tamē rōnabile videtur q̄ appetitus superior semp moueat mediante inferiori, q̄a ordo naturæ habet, vt infima à summis per media moueātur. Et quia vt in pluribus hoc accidere videtur, ideo in litera innuitur hoc, nō expresse dicitur. Nam de parte apprehensiua in litera fit exclusiua, dum dicitur q̄ ratio vniuersalis mouet tantū mediāte particulari, de parte vero appetitiua absq; exclusione dicit, q̄ appetitus superior mouet mediante inferiori, & forte disparitas ista fuit ad innuendum hoc esse verū, vt in pluribus & nō semper sicut de parte apprehensiua. Quia ergo, quod est verū vt in pluribus, in materia naturalium rerū vniuersale est, ideo etiam absolute verificatur appetitū superiorē non mouere nisi medio inferiori.

¶Et ad obiectionē in oppositū dicitur, q̄ licet principale appetitū ab appetitu superiori qñq; excedat, vel sit cōtra appetitū inferiorē, quilibet tñ locus ad quē mouere potest, appetitus superior potest reddi appetibilis appetitui inferiori vt obedit parti superiori, cū locus de genere sensibiliū sit, & infinitas rōnes cōuenientiæ possit ad rōnem particularē habere. Nō oportet autē q̄ appetitus inferior idē appetat quod superior, si mediare debet in mouendo, sed satis est quòd feratur in aliquid ordinatū ad appetibile intentū à superiori, quod semper fieri posse patet.

a *¶Super Quæstionis octuagesimæprimæ Articulum primum.*

TItulus clarus, appetitiua vt distinguitur contra apprehensiuam.

¶In corpore vna cōclusio rñsiua quęsito affirmatiue, sensualitas est nomē appetit⁹ sensitiui. Probat sic, per motū sensualē, intelligit mot⁹ appetit⁹ sensitiui. ergo sensualitas est nomē appetit⁹ sensitiui, cōsequētia ꝓbat, q̄a sensualitatis nomē à motu Commēt.

à motu sensuali sumptũ videt̃, sicut ab actu potẽtia. Antecedens probat̃, quia actus appetitiuæ partis magis habet rationem motus quàm apprehensiuæ. ergo motus sensualis magis proprie insinuat actum appetitus. Probatur assumptũ, quia appetere perficitur secũdum inclinari ad res, apprehendere vero secundum esse rerum in anima, & inclinari pertinet ad motum, esse vero magis pertinet ad quietem.

ctis in prima parte conclusionis: Secundo ex effectu interiori, passiones irascibilis inchoantur à concupiscibili & terminantur in eam. Tertio ab exteriori effectu, quia propter hæc concupiscibilia pugnant animalia.

Annot. ¶In responsione ad secundum memento nouitie, quòd sensus nomine exteriorẽ tantum sensum significamus, cum ab eo delectabilia aut tristia secundum sensum dicimus, non enim hirũdo colligit paleam, quia delectet visum, aut gustum eius palea, sed quia vtilis ad nidum. Et iuxta hãc significationem distinguũtur in parte sensitiua duo genera appetibilium secundum cõuenientiam & discõueniẽtiam ad sensus. Et secundum cõuenientiam & disconuenientiam ad ipsum animal ad priorum appetitum mouent sensata, ad secũdorum intentiones elicitæ ex speciebus sensatis.

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæprimæ Articulum secundum.*

Comment. Titulus clarus.

¶In corpore quatuor. Primo proponit conclusionem. Secundo, declarat vnam eius partem. Tertio, reliquam. Quarto, ex conclusione reddit duorum accidentium rationem.

405 *Veri. q. 15. art. 3. cor. & qõ. 25. arti. 2. Et 2. Ethi. l. 5. co. 2. Et 3. de anima lec. 14 co. 2.*

¶Quo ad primum conclusio est affirmatiue respõsiua quæsito. Sensualitas est genus potentiæ appetitiuæ diuisum in irascibilem & concupiscibilẽ, vt diuersas species. Hęc conclusio licet multas partes videatur habere, omnia tamen ex dictis clara sunt præter duo, scilicet quòd in parte sensitiua sit vtrunque principium, scilicet irascibilis & concupiscibilis. Secundo, quòd sint diuersa principia, quod est quæsitũ. Et ideo quo ad hæc duo, conclusionẽ ꝓbare intẽdit ordinate.

¶Quo ad secundũ probatur quòd in parte sensitiua sint irascibilis & concupiscibilis. Naturalibus natura prouidit de naturali inclinatiõe seu appetitu ad tria, id est, tendẽdũ in cõuenientia, fugiendum discõueniẽtia, & resistendum tam impedientibus quã corrumpentibus. ergo animalibus secundum appetitum animalem prouidit etiam de his. ergo in eis sunt concupiscibilis & irascibilis. antecedens patet in igne. Prima cõsequentia probatur, quia proportionaliter appetitus naturalis sequitur formam naturalẽ, & animalis sequitur formam apprehensam per sensum. Secunda consequentia declaratur ex actibus concupiscibilis & irascibilis.

¶Quo ad tertium probatur, quòd hæ vires sint diuersæ tripliciter. Primo ex diuersitate obiecti ex qua prouenit, ꝙ contra inclinationẽ cõcupiscibilis propter obiectum irascibilis prosequendum, tristia amplectuntur animalia. Si enim idem esset vtriusque obiectum, vtrique consonaret quod alteri cõuenit, cum proprium obiectum potentiæ cõueniens sit. Si igitur irascibili consonat prosequi, & concupiscibili disconuenit, diuersum est vtriusque obiectum, & cõsequẽter diuersæ sunt potentiæ. Secundo ex repugnantia passionum vtriusque, quia inter se in vna alterius passiones minuunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd serpens non solum ostẽdit & proposuit peccatum, sed etiã inclinauit in effectum peccati. Et quãtum ad hæc sensualitas per serpentem significatur.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum appetitus sensitiuus distinguatur in irascibilem & cõcupiscibilem sicut in potentias diuersas.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ appetitus sensitiuus non distinguatur in irascibilem & concupiscibilem sicut in potentias diuersas. Eadem enim potentia animæ est vnius contrarietatis, vt visus albi & nigri, vt dicitur in 2. de Anima. Sed conueniens & nociuum sunt contraria. Cum ergo concupiscibilis respiciat conueniens, irascibilis vero nociuum, videtur quòd eadem potẽtia animæ sit irascibilis & concupiscibilis.

¶Præterea, Appetitus sensitiuus non est nisi conuenientium secundum sensum, sed conueniens secundum sensum est obiectum concupiscibilis. Ergo nullus appetitus sensitiuus est à concupiscibili differens.

¶Præterea, Odiũ est in irascibili. Dicit enim Hierony. super Mar. Possideamus in irascibili odium vitiorum. Sed odium cum contrarietur amori, est in concupiscibili. Ergo eadem vis est concupiscibilis & irascibilis.

¶SED CONTRA est, quòd Greg. Nicenus & Damasc. ponunt duas vires, irascibilem & concupiscibilem partes appetitus sensitiui.

CONCLVSIO.

¶*Irascibilis & concupiscibilis non diuersæ potentiæ sunt, sed ad vnam potentiam sensitiuam & appetitiuam spectant, qua animalia quæ vitæ conducunt, & nociua propellunt, insequuntur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd appetitus sensitiuus est vna vis in genere, quę sensualitas dicitur, sed diuiditur in duas potentias, quæ sunt species appetitus sensitiui, scilicet in irascibilem, & concupiscibilem.

¶Ad cuius euidentiam considerari oportet, quòd in rebus naturalibus corruptibilibus, non solum oportet esse inclinationem ad consequenda conuenientia, & refugienda nociua, sed etiam ad resistendum corrumpentibus & contrariis, quæ conuenientibus impedimentum præbent, & ingerunt nocumenta. Sicut ignis habet naturalem inclinationem non solum vt recedat ab inferiori loco, qui sibi non conuenit, & tendat in locum superiorem sibi conuenientem, sed etiam quòd resistat corrumpentibus & impedientibus. Quia igitur appetitus sensitiuus est inclinatio consequens apprehensionem sensitiuam, sicut appetitus naturalis est inclinatio consequens formam naturalem, necesse est quòd in parte sensitiua sint duæ appetitiuæ potentiæ. Vna per quam anima simpliciter inclinatur ad prosequendum ea, quæ sunt conuenientia secundum sensum, & ad refugiendum nociua. Et hæc dicitur concupiscibilis. Alia vero per quam animal resistit impugnantibus quæ cõuenientia impugnant & nocumenta inferũt. Et hæc vis vocatur irascibilis. Vnde dicitur quòd eius obiectum est arduum, quia, scilicet tendit ad hoc quòd superet contraria & superemineat eis. Hæ autem duæ inclinationes non reducuntur in vnum principium, quia interdum anima tristibus se ingerit contra inclinationem concupiscibilis, vt secundum inclinationem irascibilis impugnet cõtraria. Vnde etiam passiones irascibilis repugnare videntur passionibus cõcupiscibilis. Nam cõcupiscentia accensa minuit iram, & ira accẽsa minuit concupiscentiam, vt in pluribus. Patet etiã ex hoc quòd irascibilis est quasi propugnatrix & defensatrix concupiscibilis dum insurgit contra ea, quæ impediunt cõuenientia quæ concupiscibilis appetit, & ingerunt nociua quæ concupiscibilis refugit. Et propter hoc omnes passiones irascibilis incipiunt à passionibus concupiscibilis, & in eas terminantur. Sicut ira nascitur ex illata tristitia, & vindictam inferens in lætitiam terminatur. Propter hoc etiam pugnæ animalium sunt de concupiscibilibus, scilicet de cibis & venereis, vt dicitur in 8. de animalibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vis concupiscibilis est & conuenientis & inconuenientis. Sed irascibilis est ad resistendum inconuenienti quod impugnat.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut in apprehensiuis virtutibus in parte sensitiua est aliqua vis æstimatiua, scilicet quæ est perceptiua eorum, quæ sensum non immutant, vt suprà dictum est[e], ita etiam in appetitu sensitiuo est aliqua vis appetens aliquid quod non est conueniens secundum delectationem sensus, sed secundum quod est vtile animali ad suam defensionem. Et hæc est vis irascibilis.

¶Ad tertium dicendum, quòd odium simpliciter pertinet ad concupiscibilem, sed ratione impugnationis, quæ ex odio causatur, potest ad irascibilem pertinere.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum irascibilis & concupiscibilis obediant rationi.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd irascibilis & cõcupiscibilis non obediant rationi. Irascibilis enim & concupiscibilis sunt partes sensualitatis, sed sensualitas non obedit rationi. Vnde per serpentem significatur, vt dicit Augusti. 12. de Trin. Ergo irascibilis & concupiscibilis non obediunt rationi.

¶Præterea, Quod obedit alicui, non repugnat ei. Sed irascibilis & concupiscibilis repugnat rationi secundum illud Apostoli, ad Roma. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Ergo irascibilis & concupiscibilis non obediunt rationi.

¶Præterea, Sicut rationali parte animæ inferior est vis appetitiua, ita etiam & vis sensitiua. Sed sensitiua pars animæ non obedit rationi. Non enim audimus nec videmus, quando volumus, ergo similiter neque vires sensitiui appetitus, scilicet irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi.

¶SED CONTRA est quod Dama. dicit, quòd obediens & persuadibile rationi diuiditur in concupiscentiam & iram.

CONCLVSIO.

¶*Irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi & voluntati, sed non eadem ratione.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd irascibilis & concupiscibilis obediunt superiori

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæprimæ Articulum tertium.*

Comment. Titulus clarus.

¶In corpore tria. Primo ponit bimembrẽ conclusionem responsiuam quæsito affirmatiue. Secundo probat primam partem. Tertio secundam.

¶Quo ad primum conclusio est ista. Irascibilis & concupiscibilis obediũt superiori parti dupliciter, vbi aduerte ꝙ pluralitas istius obediẽtiæ attenditur vtrinque, scilicet ex parte præcipientis, quia duo sunt præcipientes, scilicet intellectus & voluntas, & ex parte obsequentis, ꝗa quo ad duo præstat̃ obedientia, scilicet quo ad interiores actus sensitiui appetitus, & quo ad exteriorẽ motum localem. 388

¶Prima ergo pars conclusionis est, quòd obediunt rationi quo ad actus suos interiores. Secunda autem, quòd obediunt voluntati quo ad motionem localem, vt patet clare in litera.

400 *12. qõ. 17. arti. 7. & q. 50. arti. 3. & qõ. 56. art. 4. Et veri. q. 25. art. 4.*

¶Quo ad secũdum probatur prima pars dupliciter, sed tali ordine. Primo ponitur ratio talis, Appetitus sensitiuus in homine mouetur & dirigitur à cogitatiua, quę est rõ particularis, ista mouetur & dirigitur à ratione vniuersali. ergo de primo ad vltimũ appetitus sensitiuus mouetur & dirigitur à ratione. ergo concupiscibilis & irascibilis obediunt rationi. Prima propositio probatur. Ex proportionali conuenientia inter naturale motiuũ appetitus sensitiui in homine & aliis animalibus, quia cogitatiua est in homine loco aliorum æstimatiue cuius est mouere appetitum in aliis, vt patet in oue. Secunda vero probatur, quia conclusio particularis non syllogizatur nisi ex aliqua vniuersali. Vltima vero cõsequentia patet, quia appetitus sensitiuus in has duas distribuitur, & naturale est obedire naturæ ordine præcipienti. Secundo ex hoc interponitur ratio nominis, qua scilicet magis dicimus hæc obedire rationi quàm intellectui, cum idem sit intellectus & ratio, quia scilicet obedit deductioni & applicationi vniuersalium ad singularia, hic autem actus est intellectus inquantum ratio, non inquantum intellectus, cuius proprius actus simplex apprehẽsio est, vt superius patet. Tertio ponit secundam probationem intenti ex experientia, quia experimur ex consideratione vniuersalium regularum mitigari aut instigari nos secundum passiones sensitiuas, vt patet in ira, tristitia, spe, &c.

¶Tertio, ex hoc quòd irascibilis est propugnatrix respectu cõcupiscibilis, quemadmodum calor respectu leuitatis ipsius ignis. Quamuis hoc tertiũ signum possit aliter introduci non vt medij ad conclusionem, sed potius vt initium quartæ partis corporis articuli, ita quòd probata conclusione dupliciter tantũ, cum declarasset quòd irascibilis & concupiscibilis sunt in parte sensitiua, & quòd sunt diuersæ potentiæ, modo declaratur quo modo se habeant adinuicem dicens. ꝙ se sic habent quòd irascibilis est propugnatrix respectu cõcupiscibilis, quod tripliciter declarat. Primo nanque infert illud ex dictis, & optime sequitur ex di-

¶Quo

¶Quo ad tertium probatur secunda pars tripliciter. Primo experimentali differentia inter hominem & animalia quo ad mouere localiter, quia scilicet alia statim ad appetitum sensitiuum mouentur, homo non, sed expectatur consensus voluntatis. Secundo ratione, quia in omnibus potentiis motiuis ordinatis secunda non mouet nisi in virtute primæ, sed appetitus inferior & superior sic se habent. ergo. Tertio autoritate Aristote. 3. de Anima sicut sphæra sphæram.

¶*Num appetitus sensitiuus possit mouere non à voluntate motus.*

Quæstio. ¶Circa hanc rationem pro secunda parte conclusionis, dubium occurrit. Quia non videtur tã arcta obedientia appetitus sensitiui ad voluntatem vt non possit mouere nisi in virtute eius vt in litera expresse concluditur ex illa ratione. Tum quia appetitus sensitiuus potest sine voluntatis concursu mouere, vt patet in animalibus, nec est deterioris conditionis in homine quàm in aliis. Tum quia appetitus sensitiuus in homine mouere quãdoq; cõtra voluntatem videtur, vt patet in incõtinente. 388

396 ¶Ad hoc dicitur, quòd id quod dicit in litera, verissimum videtur, sed intelligendum est cum grano salis, scilicet deductis impedimentis, & de consensu voluntatis qualitercunque, scilicet explicite vel implicite, expresse vel interpretatiue, &c. Quòd enim in homine solus sensitiuus appetit⁹ moueat, ex impedimẽto superioris partis prouenit, vt in pueris & amẽtib⁹ patet. Quòd vero sublato impedimẽto, appetitus inferior nõ moueat nisi concurrente aliquo modo superiori, ex eo experimur, ꝙ omnem nostram translationem voluntariã fatemur. Quòd autẽ subiectio hęc non deroget dignitati naturæ sensitiuæ in homine, ex eo patet, quòd nobilius est tam alta opera, qualia sunt motus humani, efficere subditũ, quàm vilia prę latum. Quemadmodum enim non dubitamus in causa, scilicet ꝙ ad dignitatem sensitiuę naturæ pertinet, quòd coniuncta est rationali per quod perdit esse caput, quod tamẽ in brutis habet, ita non est dubitandum de effectu, scilicet quòd ad eiusdẽ spectat nobilitatem, quòd moueat subdita intellectiuo appetitui. nobilitat̃ enĩ & leuatur vniuersaliter inferius ex coniunctione ad superius, quamuis subsit, vt patet etiã tam in moralibus quàm ciuilibus. Nobilius enim operantur virtutes vt obedientes charitati quàm solę, & nobilius est assistere regi quàm regere villam. Ad id autẽ quod obiicitur de incontinẽte, patet responsio, non enim incontinentis appetitus mouet inuitũ, sed renitentẽ aliquali inclinatione ad bonũ virtutis, voluntatẽ primo inclinando vincit, & sic cõsentiẽte illa motũ causat. Nunquã ergo motus in homine ab appetitu sensitiuo sine voluntate causatur, quãuis sępe contra volũtatis bonũ ab ipsamet proueniat.

400 *argu. 2.* 404 c o b 459

parti, in qua est intellectus siue ratio & voluntas, dupliciter. Vno modo quidem, quantum ad rationem. Alio vero modo quantum ad voluntatem. Rationi quidem obediunt quantum ad ipsos suos actus. Cuius ratio est, quia appetitus sensitiuus in aliis quidem animalibus natus est moueri ab æstimatiua virtute. Sicut ouis æstimans lupum inimicum, timet. Loco autem æstimatiuæ virtutis est in homine, sicut suprà dictum est[c], vis cogitatiua, quæ dicitur à quibusdam ratio particularis, eo quòd est collatiua intentionum indiuidualium. vnde ab ea natus est moueri in homine appetitus sensitiuus. Ipsa autem ratio particularis nata est moueri & dirigi in homine, secundum rationem vniuersalem. Vnde in syllogisticis, ex vniuersalibus propositionibus concluduntur conclusiones singulares. Et ideo patet, quòd ratio vniuersalis imperat appetitui sensitiuo, qui distinguitur per concupiscibilem & irascibilem. Et hic appetitus est ei obediens. Et quia deducere vniuersalia principia in conclusiones singulares non est opus simplicis intellectus, sed rationis[c], ideo irascibilis & concupiscibilis magis dicuntur obedire rationi, quàm intellectui. Hoc etiam quilibet experiri potest in seipso. Applicando enim aliquas vniuersales considerationes mitigatur ira aut timor aut aliquid huiusmodi, vel etiam instigatur. Voluntati etiam subiacet appetitus sensitiuus quantum ad executionem, quæ fit per vim motiuam. In aliis enim animalibus statim ad appetitum concupiscibilis & irascibilis sequitur motus, sicut ouis timens lupum, statim fugit, quia non est in eis superior appetitus qui repugnet. Sed homo non statim mouetur secundum appetitum irascibilem & concupiscibilem, sed expectatur imperium voluntatis quod est appetitus superior. In omnibus enim potentiis motiuis ordinatis secundum mouens non mouet, nisi virtute primi mouentis. Vnde appetitus inferior non sufficit mouere nisi appetitus superior consentiat. Et hoc est quòd Philosophus dicit in 3. de Anima, quòd appetitus superior mouet appetitum inferiorem, sicut sphæra superior inferiorem. Hoc ergo modo irascibilis & cõcupiscibilis rationi subduntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensualitas significatur per serpentem quantum ad id, quòd est proprium sibi ex parte sensitiuæ partis[c]. Irascibilis autem & concupiscibilis magis nominant sensitiuum quàm appetitiuum ex parte actus, ad quem inducuntur ex ratione, vt dictum est[c].

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 1. Politicorum, est quidem in animali contemplari & despoticum principatum & politicum[e]. Anima quidem corpori dominatur despotico principatu, intellectus autem appetitiui politico & regali. Dicitur enim despoticus principatus quo aliquis principatur seruis, qui non habent facultatem in aliquo resistendi imperio præcipientis, quia nihil sui habent. Principatus autem politicus & regalis dicitur, quo aliquis principatur liberis, qui etsi subdantur regimini præsidentis, tamen habent aliquid proprium ex quo possint reniti præcipientis imperio. Sic igitur anima dominatur corpori despotico principatu, quia corporis membra in nullo resistere possunt imperio animæ, sed statim ad appetitum animæ mouetur manus & pes & quodlibet membrum, quod natum est moueri voluntario motu. Intellectus autem seu ratio dicitur principari irascibili & concupiscibili politico principatu, quia appetitus sensibilis habet aliquid proprium. vnde potest reniti imperio rationis. Natus est enim moueri appetitus sensitiuus, non solum ab æstimatiua in aliis animalibus, & cogitatiua in homine, quam dirigit vniuersalis ratio, sed etiam ab imaginatiua & sensu. Vnde experimur irascibilem vel concupiscibilem rationi repugnare, per hoc quòd sentimus vel imaginamur aliquod delectabile, quod ratio vetat, vel triste, quod ratio præcipit. Et sic per hoc quòd irascibilis & concupiscibilis in aliquo rationi repugnant, non excluditur quin ei obediant.

¶Ad tertium dicendum, quòd sensus exteriores indigent ad suos actus exterioribus sensibilibus, quibus immutentur, quorum præsentia non est in potestate rationis. Sed vires interiores tam appetitiuæ quàm apprehensiuæ non indigent exterioribus rebus. Et ideo subduntur imperio rationis, quæ potest non solum instigare vel mitigare affectus appetitiuæ virtutis, sed etiam formare imaginatiuæ virtutis phantasma.

QVAESTIO OCTVAGESIMASECVNDA, de Voluntate, in quinque Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de voluntate. ¶Circa quã quæruntur quinque. ¶Primo, vtrum voluntas aliquid ex necessitate appetat. ¶Secundo, vtrum omnia ex necessitate appetat. ¶Tertio, vtrum sit eminentior potentia quã intellectus. ¶Quarto, vtrum voluntas moueat intellectum. ¶Quinto, vtrum voluntas distinguatur per irascibilem & concupiscibilem.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum voluntas aliquid ex necessitate appetat.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd voluntas nihil ex necessitate appetat. Dicit enim Augustin. in quinto, de Ciuitate Dei, quòd si aliquid est necessarium, non est voluntarium. Sed omne quod voluntas appetit est voluntarium. Ergo nihil quod voluntas appetit est necessario desideratum.

¶Præterea, Potestates rationales secundum Philosophum se habent ad opposita, sed voluntas est potestas rationalis, quia vt dicitur in 3. de Anima, Voluntas in ratione est.

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæsecundæ Articulum primum.*

Commen. Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo distinguit de necessario. Secundo respondet quæsito tribus conclusionibus.

¶Quo ad primũ distinguit necessariũ iuxta quatuor genera causarũ, tali ordine. Primo proponit, quòd dicitur multipliciter. Secũdo assumit illius quid nominis, scilicet ꝙ non potest non esse. Tertio hoc quid nominis distribuit distinguendo vel extrinseco, & sic materiali, vel formali, & sic est necessitas naturalis & absoluta, vel extrinseco, & sic siue simpliciter, aut propter melius, & hæc est necessitas ex suppositione, aut vtilitate, vel agente, & hæc est coactionis, est ergo triplex necessitas naturalis, suppositionis, & coactionis.

¶Quo ad secundum iuxta triplicem necessitatem prædictam tres cõclusiones respõsiuas ponit. Prima est, Voluntas nihil potest velle necessitate coactionis. Et probatur dupliciter, duabus scilicet rationibus subordinatis. Primo sic. violentum est contra inclinationem eius quod cogitur, sed velle non potest esse contra inclinationem voluntatis. ergo velle non potest esse violentũ, minor probatur, quia ipse motus voluntatis est inclinatio illius in aliquid. Secundo sic. sicut naturale ad naturæ inclinationem, ita volũtarium ad voluntatis inclinationem se habet. ergo sicut impossibile est aliquid simul esse naturale & violentum, ita simul voluntariũ & coactum simpliciter. consequentia nota, & antecedens ex ratione præcedente oritur, vt patet.

¶*Num voluntati possit inferri violentia.*

Quæstio. ¶Circa hanc partem est dubium dupliciter. Primo, quia volũtas potest violentari quo ad quiescere, etsi non quo ad operari, posset nanq; per diuinam potentiam cohiberi ne omnino exeat in actum, cum nulla appareat contradictionis implicatio in hoc. Secũdo, quia si ratio assignata valet, sequitur ꝙ nullus appetitus naturalis est violentabilis simpliciter. & tenet sequela, quia omnis appetitus operatio, est inclinatio quædam in connaturale, quod probatur, quia operatio appetitus nihil est aliud quàm appetere, appetere autẽ est naturaliter vel libere inclinari in aliquod conueniens.

¶Ad primum horum dicitur, quòd cum Deus solus hoc posse dicatur, & nihil quod facit in creaturis ex omni potentia sua supra creatam facultatem sit alicui violentum, quoniam in omnibus est potentia obediẽtiæ ad supernaturalia, consequens est, quòd si voluntas per diuinam potentiam quiesceret, non ibi esset violentia.

407 *12. qõ. 10. ar. 1. & q. 80. art. 1. cor. Et veri. qõ. 22. arti. 6. Et ma. qõ. 6 ar. vnico.*

¶Ad secundum dicitur quòd operatio dupliciter conuenire potest appetitui, scilicet originaliter & subiectiue. Exemplum primi est in ascensu leuis. Exemplum secundi vero est in descẽsu eiusdem. Et quòd appetitus ille cui non conuenit operatio nisi oriatur ab ipso, est violentiæ expers, quia repugnat oriri ab eo & violente. Appetitus vero cui operatio conuenire potest subiectiue tantum, est violentabilis, vt patet. Inter volũtatem autem, & appetitum naturalem hoc interest, quòd illa omnem suum motũ sustinet & inchoat, iste vero non semper hoc habet, sed quandoq; sustinet & non confert ad illum, imò renititur, vt patet in ascensu grauis, vnde non est par ratio.

¶Secunda conclusio est, quòd voluntas potest velle aliquid ex necessitate finis, seu suppositionis. Probatur, quia quando vno tantum medio ad finem perueniri potest, ad illud vnum medium necessitatur, vt patet in accessu ad insulas.

¶Tertia

Ergo voluntas se habet ad opposita. Ad nihil ergo de necessitate determinatur.

¶Præterea, Secundum voluntatem sumus Domini nostrorum actuum. Sed eius quod ex necessitate est, non sumus Domini. Ergo actus voluntatis non potest de necessitate esse.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in 14. de Trini. quòd beatitudinem omnes vna voluntate appetunt. Si autem non esset necessarium, sed contingens, deficeret ad minus in paucioribus: ergo voluntas ex necessitate aliquid vult.

CONCLVSIO.

¶Voluntas nihil velle potest coactionis necessitate, potest autem aliquid velle necessitate finis, seu suppositionis, naturali etiam necessitate aliquid vult, beatitudinem videlicet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necessitas dicitur multipliciter[e]. Necesse est enim quòd non potest non esse. Quod quidem conuenit alicui vno modo ex principio intrinseco, siue materiali, sicut cum dicimus, quòd omne compositum ex contrariis necesse est corrumpi, siue formali, sicut cum dicimus quod necesse est triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis. Et hæc est necessitas naturalis, & absoluta. Alio modo conuenit alicui quòd non possit non esse ex aliquo extrinseco, vel fine, vel agente. Fine quidem, sicut cum aliquis non potest sine hoc consequi aut bene consequi finem aliquem, vt cibus dicitur necessarius ad vitam, & equus ad iter, & hæc vocatur necessitas finis, quæ interdum etiam vtilitas dicitur. Ex agente autem hoc alicui conuenit. Sicut cum aliquis cogitur ab aliquo agente, ita quòd non possit contrarium agere. & hæc vocatur necessitas coactionis. Hæc igitur coactionis necessitas omnino repugnat voluntati. Nam hoc dicimus esse violentum, quod est contra inclinationem rei. Ipse autem motus voluntatis est inclinatio quędam in aliquid. Et ideo sicut dicitur aliquid naturale, quia est secundum inclinationem naturę, ita dicitur aliquid voluntarium, quia est secundum inclinationem voluntatis. Sicut ergo impossibile est quòd aliquid simul sit violentum & naturale. ita impossibile est quòd aliquid simpliciter sit coactum siue violentum & voluntarium. Necessitas autem finis non repugnat voluntati quãdo ad finem non potest perueniri nisi vno modo. Sicut ex voluntate transeundi mare fit necessitas in voluntate, vt velit nauem. Similiter etiam nec necessitas naturalis repugnat voluntati, quinimò necesse est quòd sicut intellectus ex necessitate inhæret primis principiis, ita voluntas ex necessitate inhæreat vltimo fini[c], qui est beatitudo. Finis enĩ se habet in operatiuis sicut principium in speculatiuis, vt dicitur in 2. Phy. Oportet enim quòd illud, quod naturaliter alicui cõuenit & immobiliter, sit fundamentũ & principiũ omniũ aliorum: quia natura rei est primũ in vnoquoq;[c], & omnis mot⁹ procedit ab aliquo immobili.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Augu. est intelligendum de necessario necessitate coactionis. Necessitas autem naturalis non aufert libertatem voluntatis, vt ipsemet in eodem libro dicit.

¶Ad secundum dicendum, quòd voluntas secundum quod aliquid naturaliter vult, magis respondet intellectui naturalium principiorum quàm rationi, quæ ad opposita se habet. Vnde secundum hoc magis est intellectualis

¶Tertia conclusio est. Voluntas aliquid vult necessitate naturali. Probatur sic. Voluntas necessitate naturali vult vltimum finem, puta beatitudinem. ergo. Antecedens probatur dupliciter. Primo ex proportione ad intellectum: sicut intellectus hæret principio, ita voluntas fini. ergo sicut ille naturaliter principia: ita hæc naturaliter finem. Antecedens hoc patet ex secundo physi. Finis in operabilibus est vt principium in speculabilibus. Secundo, q̃a fundamentum & principium aliorum oportet inesse naturaliter. p̃batur hoc: quia natura rei est primum in vnoquoq;. Tertio, quia fundamentum & principiũ alicuius oportet inesse immobiliter, probatur: quia omnis motus ab aliquo est immobili, & quamuis aliter possint introduci hæc duo media, clarius tamen principale intentum sic conuersa ostendunt.

Annot. ¶Circa hanc conclusionem notãdus est primo sensus conclusionis. Scito quòd vltimus finis siue beatitudo, dupliciter 315 potest cõsiderari, in cõmuni, scilicet & in speciali, & sic, aut naturalis aut supernaturalis. Et si omnibus forte modis, vltimus finis in proposito sumi potest, directe tamen, & primo intenditur de vltimo fine in communi, id est beatitudine in communi, quã experimur naturaliter desiderare. Et secundario de vltimo fine in particulari supnaturali essentia, scilicet diuina clare visa, in qua plenissime ratio beatitudinis saluatur. Et consequenter si euidens esset de vltimo fine in speciali etiam, sed naturali Deo, scilicet scito quantum possibile naturaliter est, quoniam in eo etiam ratio naturalis beatitudinis saluatur. Sed hoc tertium relinquitur: quia de facto Deus creaturam rationalem ad vlteriorem finem ordinauit, vnde duobus primis modis sumemus.

¶Rursus scito, quòd appetere naturaliter cõtingit dupliciter, Vno modo quo ad specificationem actus. Alio modo quo ad exercitium illius. Cum enim natura ad vnũ determinata sit, appetere tantũ habet naturalitatis, quãtum determinationis ad vnũ, vnde, si actus alicuius potẽtię est determinatus ad vnũ obiectũ, ita quòd nõ potest ad oppositũ, est naturalis quo ad specificationẽ actus: quia necessario specificatur à tali obiecto, ex quo ad oppositũ tendere nõ potest, vt patet de appetere respectu boni. Si autem potẽtia ipsa est determinata ad eliciendũ talẽ actũ, ita quòd nõ est in potestate sua suspẽdere illũ, act⁹ ille est naturalis quo ad exercitiũ actus: quia necessario exercetur. In p̃posito directe & primo est sermo de appetitu naturali quo ad specificationem, de naturali vero quo ad exercitium nõ nisi in cõfuso forte. Dico autẽ hoc, quoniam voluntas dupliciter potest sumi, scilicet absolute, & secundũ talem statũ, scilicet vidẽtis diuinam essentiam. Et si absolute de ea loquimur, nullus actus est ei naturalis vtroq; modo, quoniã respectu omnis obiecti libera est quo ad exercitium actus. Si vero & voluntate videntis diuinam essentiam sit sermo, tunc actus amoris & fruitionis respectu diuinæ essentiæ est naturalis vtroq; modo. Et quoniam hic de vltimo fine & de volũtate nostra absolute potius est sermo, quã de ea secundũ talẽ statũ, quãuis in illa secundũ illũ statũ hæc verificent. Idcirco cõclusionis sensus principaliter intẽtus est, q̃ voluntas nostra appetit aliqd naturalr̃ quo ad specificationẽ actus. Et rursus q̃ volũtati nõ repugnat aliqd velle naturalr̃, tam quo ad specificationẽ, quã exercitiũ actus. Vñ in sequẽti articulo explicãdo ea, quę naturalr̃ appetunt, Deus clare visus adduci.

¶Num voluntas inclinetur in beatitudinem in communi, vel in particulari.

Quæstio. ¶Circa conclusionem hanc iam expositam aduerte primo, quòd Sco. in 4. di. 49. q. 9. distinguit primo de appetitu voluntatis, scilicet naturali & libero. & primũ dicens esse inclinationem & non actum elicitum, arguit primo contra id quod in litera dicitur, quòd appetimus naturaliter beatitudinem in communi, dupliciter. Primo, quia appetitus iste est ad perfectionem intrinsecam realem, qua volũtas perficitur. ergo est ad aliquid particulare. & tenet sequela: quia perfectio realis non est aliquid vniuersale, quo voluntas perficitur. Secundo, quia vniuersale non est obiectum nisi intellectus aut consequentis actum intellectus, appetere autem istud non sequitur cognitionem, quia tunc esset liberum, ergo appetitus iste non est nisi beatitudinis in particulari. Sed ad hoc facile respondetur ex illa distinctione, quæ fit inter respicere aliquid vniuersale & vniuersaliter, nulla enim vis respicit vniuersale, nisi quę attingit illud in sua vniuersalitate, vt patet de actu intellectus & voluntatis. Omnis autem potentia & appetitus non determinatus ad vnum numero obiectum, respicit aliquid vniuersaliter. Materia enim prima appetit formam & informari vniuersaliter, & non solum hanc vel illam, & visus naturaliter appetit videre, & non solum hoc vel illud videre, & sic de aliis. Vnde appetitus naturalis voluntatis primo est ad perfectionem non solum intrinsecã, sed obiectiuam, id est, ad beatitudinem, & velle illam, & non ad hoc velle illius, quia hoc inadæquatur sibi, illud vero æquatur. Neganda est ergo sequela primi argumenti, & probatio eius æquiuocat de vniuersali & vniuersaliter, nec distinguit inter rem obiectiuam seu appetibilem, & modum quo obiicitur, dum quia non appetit vniuersalitatem, infertur, ergo in particulari, cum tamen stet medium, scilicet quòd vniuersaliter. Et ex hac distinctione patet solutio secundi.

¶Deinde arguit contra idem dictum expositum de appetitu vt est actus elicitus, quadrupliciter, dicens, quòd videtur sibi implicare contradictionem, naturaliter velle beatitudinem in communi & non in particulari. Primo igitur arguit, quia beatitudo vera in particulari includit omne bonum, & excludit omne malum. ergo si in communi, etiã in particulari appetit naturaliter. Secundo, Particulare maiorem perfectionem includit quàm vniuersale. ergo si vniuersale, necessario & illud. Tertio, Appetitus, id est inclinatio naturalis voluntatis est ad beatitudinem in particulari. ergo & actus elicitus. probatur sequela: quia ponitur vt sit conformis illi. Quarto, Intellectus indubius de fine particulari appetit in particulari sicut cõmune: quia est par ratio: ergo idem appetit necessario, & non necessario.

¶Ad primũ horum breuiter dicitur, quòd vera beatitudo omni bona, & cætera, si videretur, naturaliter appeteretur, & plus naturaliter quàm in communi, vt patet de Deo clare viso, negatio enim nostra est de particulari non clare viso. Et per hoc patet solutio secundi. 318 113

¶Ad tertium dicitur & quod falsum assumit vt prius patuit, & quòd cõformitas ista est quo ad obiectum extra, vt scilicet actus secundus tendat in idem obiectum quo inclinatio tanquam in obiectum, & non tanquam operationem, inclinatio autem voluntatis, licet sit ad operationem vniuersaliter, est tamen ad obiectum vniuersale. Inclinamur enim in velle beatitudinem abstrahendo ab hac & illa numero, specie, & genere, vt experimur in nobis, & sic saluatur in proposito. 301

¶Ad quartum dicitur, quòd ad naturaliter volendum finem vltimum in particulari non sufficit indubietas. quoniam hæc est in quolibet fideli, sed exigitur euidentia, quæ solis videntibus Deum conuenit. Aliter enim intellectus est certus adhæsione, & aliter euidentia, vt patet quare.

¶Aduerte secundo, quòd non dissentit Sco. quo ad primum sensum cõclusionis, ipse enim accipit naturale omnino, scilicet quo ad specificationem & exercitiũ. Et sic vult primo, quòd non detur in voluntate appetitus naturalis qui sit actus elicitus. Secundo, quòd respectu beatitudinis in communi voluntas est determinata quo ad specificationem actus, non quo ad exercitium, vt patet intuenti, quãuis non vtatur istis terminis. Vtrunque autem horum docuit San. Tho. Vnde nos appellamus naturalem appetitum, non solum inclinationem voluntatis in obiectum, & cætera, sed illum actum elicitum determinatum quo ad specificationẽ, ipse vero non vult vocare illum appetitum naturalem propter libertatem, quæ est in exercitio eius, ex qua parte nec nos dicimus naturale. Est ergo quæstio in verbis, & ideo omittenda. Id tamen aduertas, quòd sermò noster vsui loquendi conformis est, vnde in 1. meta. desiderium sciendi naturale vocauit Aristo. Et ex ipso Scoto conuinci potest, quia quod est vt in pluribus, est naturale, 2. phy. Talis autem est hic actus apud ipsum, imò si respectu eius aliquis actus habetur, est in omnibus. ergo est naturalis. Sed in secundo conclusionis sensu, scilicet quòd voluntati non repugnat habere aliquem actum elicitum qui sit ei omnino naturalis, scilicet quo ad specificationem & exercitium, differimus non solum verbis, sed re ipsa, dum nos tenemus quòd vltimo fine Deo glorioso per essentiam viso voluntas necessario exercet actum amoris & delectationis respectu illius, ipse autem tenet quòd libere, vt primo sent. distinc. 1. quæstio. 4. patet, sed quoniam hoc in sequenti articulo exprimetur, ideo de hoc vide infra. Vnde rationes Scoti quæ sunt contra naturalem appetitum beatitudinis supernaturalis id est Dei clare visi, soluere debemus tunc, eas vero quæ sunt contra naturam voluntatis absolutæ, quibus scilicet nititur probare quòd voluntati repugnat habere actum elicitum naturalem omnino. Cum de modo processionis Spiritussancti, libere scilicet vel naturaliter tractauimus, solutas credimus.

¶Num & quomodo sicut intellectus se habet ad principia, ita voluntas ad finẽ.

Quæstio de voluntate absolute & nostra. ¶Circa rationes pro conclusione adductas aduerte, quòd Sco. duo assumpta in eis impugnat. Primo proportionem inter intellectum respectu principiorum, & voluntatem respectu finis, dicens, tam in primo quàm quarto vbi supra, quòd non tenet quo ad habitudinem voluntatis absolute respectu volitorum, sed quo ad ordinem volitorum inter se, & quo ad habitudinem voluntatis ordinate respectu volitorum, ita quòd sicut principium est ex quo pendet conclusio, & ex quo scitur conclusio, ita finis est ex quo pendet id quod est ad finem, & propter quem voluntas ordinate volens vult id quod est ad finem. Non autem sicut intellectus necessario inhæret principio, ita voluntas fini. Et hoc probat tripliciter. Primo ducendo ad impossibile, quia sequeretur, quòd sicut conclusiones scimus necessario propter principia, ita quod est ad finem, necessario vellemus volito fine, quod est falsum. Secundo, quia non est necesse, quòd voluntas eundem seruet ordinem in actibus suis, qualem nata sunt habere volibilia ex natura sua. Tertio, quia adhæsiõ intellectus causatur ex euidentia obiecti necessario, adhæsio autem volunta

quàm rationalis potestas.

¶Ad tertium dicendum, quòd sumus domini nostrorum actuum secundum quod possumus hoc vel illud eligere. Electio autem non est de fine, sed de his quæ sunt ad finem, vt dicitur in 3. Ethic. Vnde appetitus vltimi finis non est de his quorum domini sumus.

ARTICVLVS II.

a *¶Vtrum voluntas ex necessitate omnia velit quæcunque vult.*

408 *Locis supra art. 1. citatis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas ex necessitate omnia velit quæcunq; vult. Dicit enim Diony. 4. capi. de diuin. nomi. quòd malum est præter voluntatem. Ex necessitate ergo voluntas tendit in bonum sibi propositum.

¶Præterea, Obiectum voluntatis comparatur ad ipsam sicut mouens ad mobile. Sed motus mobilis necessario consequitur ex mouente. Ergo videtur quòd obiectum voluntatis ex necessitate moueat ipsam.

¶Præterea, Sicut apprehensum secundum sensum est obiectum appetitus sensitiui, ita apprehensum secundum intellectum est obiectum intellectiui appetitus, qui dicitur voluntas. Sed apprehensum secundum sensum ex necessitate mouet appetitum sensitiuum. Dicit enim Augusti. super Genes. ad literam, quòd animalia mouentur visis. Ergo videtur quòd apprehensum secundum intellectum ex necessitate moueat voluntatem.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit, quòd voluntas est qua peccatur & recte viuitur. Et sic se habet ad opposita. Non ergo ex necessitate vult quæcunque vult.

CONCLVSIO.

¶Voluntas non quæcunque vult, de necessitate vult, cum beatitudinem necessario velit, & ea quæ necessariam cum beatitudine connexionem habent.

¶RESPONDEO dicendum, quòd voluntas nõ ex necessitate vult quæcunq; vult. ¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd sicut intellectus naturaliter ex necessitate inhæret primis principiis: ita voluntas vltimo fini, vt iam dictum est[c]. Sunt autem quædam intelligibilia, quæ non habent necessariã connexionem ad prima principia. Sicut contingentes propositiones, ad quarum remotionem non sequitur remotio primorum principiorum. Et talibus non ex necessitate assentit intellectus. Quædam autẽ propositiones sunt necessariæ, quæ habent connexionem necessariam cum primis principiis. Sicut conclusiones demonstrabiles, ad quarum remotionem sequitur remotio primorum principiorum. Et his intellectus ex necessitate assentit cognita connexione necessaria conclusionũ ad principia per demonstrationis deductionem. Non autem ex necessitate assentit antequã huiusmodi necessitatem connexionis per demonstrationem cognoscat. Similiter etiam ex parte voluntatis. Sunt enim quædam particularia bona, quæ non habent necessariam connexionem ad beatitudinem, quia sine his potest aliquis esse beatus, & huiusmodi voluntas non de necessitate inhæret[c]. Sunt autem quædam habentia necessariam connexionem ad beatitudinem, quibus scilicet homo Deo inhæret, in quo solo vera beatitudo consistit. Sed tamẽ antequam per certitudinem diuinæ visionis necessitas huiusmodi connexionis demonstretur, voluntas non ex necessitate Deo inhæret, nec his, quæ Dei sunt. Sed voluntas videntis Deum per essentiam de necessitate inhæret Deo, sicut nunc ex necessitate volumus esse beati. Patet ergo, quòd voluntas non ex necessitate vult quæcunque vult.

voluntatis ex nulla obiecti bonitate necessario causatur: sed libera est: sicut respectu boni, ita & respectu maioris & minoris boni. Secundo impugnat illam rationem: quia omnis motus procedit ab aliquo immobili: inquit enim quòd illud immobile, non oportet, quòd sit actus secundus, alioquin calefactiones procederent ab vna immobili calefactione. Et voluntas volens aliquid ad finem, esset sub duobus actibus, aut saltẽ sub vno referente hoc ad illud, sed est actus primus, puta ipsa voluntas.

¶Ad has obiectiones dupliciter respondendum arbitror prout dupliciter rationes contra quas sunt adduci possunt ad propositum ostẽdẽdum. Possunt enim induci primo ad concludendũ appetitũ naturalem respectu vltimi finis in communi. Et possunt induci ad concludendum appetitum naturalem respectu Dei clare visi. Et vt patet ex dictis iuxta primam intẽtionem, inducuntur ad ostendendam naturalem necessitatem quo ad specificationem actus tantum. Iuxta secundam vero ad ostendendam naturalem necessitatẽ, & quo ad specificationem, & quo ad exercitiũ: & quia vtrũq; eorũ sub intentione præsenti cadit, efficaciã harũ rationũ quo ad vtrũq; saluare intẽdimus. Et de primo, quidem intento solicitum esse nõ oportet: quia nec obiectiones contra illam intentionẽ sunt factæ à Sco. Sed cõtra naturalitatẽ sunt factæ vtroq; modo, quam in voluntate possibilem fore negat. Pro defensione autem secundæ intẽtionis dicendum est, q̃ ratio illa non est per locum à simili, sed ex proportione quæ est inter intellectũ & intellectiuũ appetitum. Et cum dicitur quòd non sunt proportionales, quo ad necessitatem inconsiderate dicitur, quoniam in litera probatur hoc, ex eo quòd primum in vnaquaque re naturæ ratio est. Quam probationem noluit videre Sco. quæ tamen est prima radix positionis San. Th. vt superius pluries patuit. Ex hac enim fit, quòd in voluntate primum est naturę ratio, ac per hoc naturæ conditio, quæ est naturalis necessitas, sibi non repugnat: sed saltem respectu sui primi obiecti, quod est vltimus finis clare visus sibi conuenit.

¶Ad primam autem obiectionem dicitur, quòd vt in sequentis articuli litera dicitur, falsum est quòd omnia ad finem ex necessitate appetantur fine necessario volito: verissimum tamen est quòd aliquid ad finem ex illo fine necessario appetatur.

¶Ad secundam vero dicitur eodem modo, quòd respectu aliquorum volibilium oportet voluntatem eundem seruare ordinem, non autem respectu omnium: oportet enim primo velle finem, deinde alia.

¶Ad tertiam negatur, quòd nulla bonitas cum tali modo euidentiæ sit necessitans adhæsionem, quoniam bonitas diuina clare visa necessitat illam.

¶Ad ea vero quæ contra secundum motiuum adducuntur, ex rerum ordine atq; progressu patet responsio. Videmus enim quòd actus primi variabiles reducuntur in actum primum inuariabilem, & actus secundi in actum secundum, vt semper in quolibet ordine pluralitas ab vnitate procedat. Vnde & in ipsis motibus omnes motus ab vno motu immutabili quantum possibile est in motu inuenire immobilitatem, procedunt: oportet ergo in motibus voluntariis cum varij sint quo ad specificationem, quòd reducantur in vnum immobilem quo ad specificationem. Et hoc experimur: quia omnes fundantur super appetitu boni. Et cum sint variabiles quo ad exercitium, quòd procedant ab vno necessario exercito, quod in Deo scimus esse de facto, in nobis autem est possibile respectu diuinæ bonitatis clare visæ. Nec instantiæ Scoticæ aliquid valent: nam quod dicitur de calefactionibus nihil est: calefaciens enim immobiliter & vniformiter ex parte sua calefacit: voluntatem autem aut simul habere plures actus, quorum vnus sit ratio alterius, aut vnum respectu finis & eorum quæ ad finem: nullum inconueniens est.

Annot. ¶In responsione ad primum nota, quòd cum dicitur quòd necessitas naturalis non aufert libertatem, potest bene & male intelligi. Male quidem si intelligatur quòd necessitas naturalis tam obiectiue quàm elicitiue stat cum libertate illius actus: hoc enim non est intelligibile. Bene vero intelligendo, quòd naturalis necessitas actus quo ad specificationem seu obiectiue, non aufert libertatem eiusdem: quia stat quòd libere eliciatur.

Annot. ¶In responsione ad tertium recolito, quòd quemadmodum beatitudinis appetitus est naturalis obiectiue: ita non est in potestate nostra obiectiue, & quemadmodum est liber elicitiue, ita est in potestate nostra elicitiue. Vnde appetendo beatitudinem in communi non meremur ratione obiecti naturalis, sed ratione actus electi.

a *¶Super Quæstionis octuagesimæsecundæ Articulum secundum.*

Commen. TItulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue. Voluntas non quæcunque vult, ex necessitate vult. Probatur ex proportione intellectus & voluntatis sic: voluntas inhæret fini & his, quæ sunt ad finem, proportionaliter vt intellectus principiis & conclusionibus, sed intellectus necessario quidem assentit principiis & conclusionibus demonstratis, non autem contingentibus aut indemonstratis: ergo voluntas necessario quidem inhæret fini, & necessario ac euidenter connexis fini, nõ autem contingenter aut incerte connexis: non ergo omnia ex necessitate vult. Maior ex 2. Physi. stabilita est: minor patet distinguendo duo genera conclusionum, scilicet cõtingentium & necessariarũ: & rursus necessariarum, demonstratarum, & demonstrabiliũ quidem, sed non demõstratarum. Et similiter ex parte volitorum: fiat distinctio, & omnia clara sunt in litera. 407

Annot. ¶Verũtamen aduerte ad intellectum literæ, quòd quatuor appetibilia Sã. Tho. numerat beatitudinem, Deũ, ea quib⁹ Deo inhæremus, & quæ Dei sunt. Quæ aliter ordinãda sunt secundum se, & aliter quo ad nos. Nam secundum se Deus ipse habet primo rationem finis & beatitudinis, deinde ea quibus Deo inhæremus, deinde beatitudo in communi ca autem quæ Dei sunt, ad finem, nõn finis sunt. Quo ad nos vero beatitudo in communi primo habet finis rationem, & deinde Deus, & ea qbus Deo inhæremus: quia nos beatitudinẽ appetimus naturaliter: Deum autem per inuestigationem. 117 Et huius ratio est: quia obiectum voluntatis integratur ex duobus, scilicet bonitate & apparẽtia: bonum enim cognitum tantummodo est appetibile, & propterea quamuis Deus sit in se maius & eminentius vniuersale bonum quàm beatitudo in communi, quia tamẽ non est euidens & apparens nobis sub tali ratione sicut beatitudo, ideo in litera cum fine, beatitudine scilicet, coordinatur, cum differentia tamen apparentis & non apparentis, & inter ea quæ sunt ad finem quodammodo numeratur. Vnde ei tria necessario attribuuntur. Et quòd in eo solo vera beatitudo consistit, atque illi connexa necessario appetantur illo viso, & hæc spectant ad rationem finis. Et q̃ voluntas non necessario inhæret illi, nec his quæ illius sunt, nisi postquam videtur, & hoc spectat ad rationem non apparentis. Et quòd ea quibus Deo inhæremus sunt vt conclusiones, necessariam, occultam tamen connexionem habentes cum beatitudine, & hoc spectat ad rationem eius quod est ad finem. Ita vt non Deus ipse numeretur inter ea, quæ sunt ad finem, sed apparentia eius & coniunctio ipsius nobiscum, & propterea notanter in litera inter ea, quæ necessariam habent connexionem cum beatitudine sicut conclusiones cum principio, non numeratur Deus, sed ea quibus Deo inhæremus.

Annot. ¶Aduerte secundo, quòd cum ex parte intellectus quatuor enumerauerit litera, scilicet principia, conclusiones contingentes, demonstratas, & demonstrabiles, & totidem dixerit esse in voluntate, tria tantum in voluntate numerauit, scilicet beatitudinem vt finem, & eligibilia ad vtrumlibet vt contingentia, & diuina vt necessaria demonstrabilia: quartum autem, scilicet necessaria vt demonstrata omisit: non quia nulla sunt, sed quia manifesta sunt, vt esse, viuere, nosse, negatio mali, & cætera. Hæc enim & similia necessitate naturali appetimus quo ad specificationem actus, quemadmodum beatitudinem: quamuis minus quàm beatitudinem: propter quod per accidens appetunt aliqui occidentes se non viuere.

¶Num voluntas de necessitate Deo inhæreat.

Quæstio. ¶Circa illam probationem, scilicet quòd voluntas non necessario inhæret Deo in speciali, occurrit dubium ex duplici capite. Primo ex Scoto in primo, distinct. 1. quæst. 4. qui non propositionem in se, sed in comparatione ad rationes pro alia conclusione, scilicet quòd voluntas necessario inhæret vltimo fini in vniuersali, impugnat illam dicens, quòd rationes illæ si acceptantur concludunt contra hoc: sed quoniam illæ rationes hic non ponuntur à Sancto Thoma, sed alibi, & vnico verbo respondetur Scoto, quòd scilicet ex defectu apparentiæ diuinæ bonitatis hoc prouenit, ideo omittantur hic. Secundo ex doctrina Sancti Thomæ, qua tenet, quòd omnis creatura diligit naturaliter plus Deum quàm seipsam, ex hoc enim arguitur sic, voluntas nostra naturaliter diligit bonum proprium. ergo Deum. tenet sequela: quia naturaliter prius diligit Deum quàm se, & loquimur de Deo in speciali: sic enim est principium naturalis esse omnium, & naturaliter diligi dicitur ab omnibus.

¶Ad hoc dupliciter dici potest. Primo quòd æquiuocatur ly naturaliter vbique: quoniam hic sumitur naturaliter vt distinguitur contra libere, vt patet ex dictis: cum autem dicitur quòd omnis natura intellectualis naturaliter plus diligit Deũ quàm se: sumitur naturaliter vt distinguitur contra supernaturaliter. Intendunt enim doctores quòd non solum ex infusa charitate, sed ex natura inclinamur ad Deum plusquam nosipsos amandum: quamuis diuersimode, quia natura ad illum inclinat vt principium naturæ, sed charitas vt principium cælestis patriæ.

Secunda

Secundo dici potest quòd etiam sumendo vniuoce hic & ibi naturale, adhuc saluatur intentum: quia cum loquimur de amore elicito semper supponitur cognitio, eo quòd incognita diligere nequaquam possumus: & propterea omnis inclinatio voluntatis ad amandum, est ad cognitum. Vnde quælibet creatura intellectualis inclinatur naturaliter ad plus amandum Deum cognitum, quàm se cognitam. Sed quoniam ipsamet est sibi naturaliter euidens, ideo simpliciter naturaliter se amat. Deus vero non naturaliter est creaturæ euidens: & ideo in litera dicitur quòd nõ naturaliter amatur. Vnde consequentia opposita est neganda. Et ad probationem distinguendum est de Deo cognito, vel non cognito. Et hæc intellige extendendo literam ad Deum, vt est omnis esse principiũ naturale: quoniam si euidens esset, naturaliter amaretur plus quàm viuere & esse proprium.

¶*Num quodcunq; volitum ametur tantum vt finis, vel vt ad finem.* 1

Quæstio. ¶Circa id quod supponit conclusio ista, scilicet quòd omne volitum, aut amatur vt finis aut ad finem: dubium occurrit ex Scoto in primo distinctio. prima, quæst. 3. & in 4. distin. 49. q. 10. quòd enim hoc hic supponatur, patet ex eo q; aliter non euacuaretur sufficienter quæsitum: quæritur enim hic an omnia de necessitate voluntas velit. Et respondetur tantum de fine, & eo quod propter finem amatur, quasi omnia amentur aut vt finis, aut ad finem. Si nanque tertium esset appetitorum genus, satisfactum non esset quæsito; quòd autem dubium hoc sit, ex contraria Scoti opinione habetur. Distinguit ergo primo in communi ipse triplex genus appetitorum, scilicet finem, & ad finem, & neutrum: & probat. Primò, quia voluntati potest offerri tripliciter bonum, scilicet propter se, propter aliud, & absolute: primum habet rationem finis. secundum ad finem. tertium neutrius. Secundo in speciali arguit, quòd non quicquid appetitur, appetitur propter hunc finem, qui est beatitudo. Primò, quia voluntas potest velle aliquid, non propter beatitudinem, vt ly non, tenetur pure negatiue. Tum quia non quandocunque voluntas vult aliquid, intellectus cogitat de beatitudine: ergo nec ipsa vult propter beatitudinem. Tum quia intellectus potest cognoscere, & offerre aliquid vt in se bonum non vt ad beatitudinem: ergo & voluntas potest velle absolute illud. Secundo, quia voluntas potest velle aliquid non propter beatitudinem; vt ly non tenetur contrarie, vt patet in certe tenente beatitudinem in Deo, & cætera, & sciente fornicationem contrariari, & tamen volente fornicationem.

¶Ad euidentiam huius ambiguitatis sciendum est, quòd id quod facit dubitare in re hac, est: quia quædam sunt quæ absolute velle aut nolle dicimus: quæ tamen in ordine ad finem aliter voluntas appetit; vt patet de proiectione mercium in mare; hanc enim nauta nolle dicitur: & tamen attento fine, salute scilicet quæ ex alleuiatione nauis speratur vult. Vnde videtur, quòd proiectio mercis sit obiectum nolitionis: nec vt finis, nec vt ad finem: & similiter accidit in aliis huiusmodi. Veruntamen si diligentius consideremus, non est hoc tertium genus appetibilium: sed latet ibi quidam appetendi modus, participans modum quo appetitur finis, & modum quo amatur quod est ad finem, & ideo medius non per abnegationem, vt Scotus dixit: sed per participationem, si tamen sic in hac materia loqui licet, appetuntur siquidem hæc vt ad finem; non formaliter sed virtualiter. Ideo nanque Christus & Martyres volebant vitam, & non mori absolute, quia hæc absolute consonant beatitudini, quam naturaliter appetunt: quod est virtualiter propter finem appetere. Et rursus appetuntur hæc vt finis pro quanto habent hanc conditionem finis, quòd propter bonum aut malum proprium in eis amantur vel refutantur: & non vt actualiter relata in aliud. Quocirca quia medium modo huius, modo illius extremi inducit rationem, ideo sapientis erit lectoris discernere quomodo iuxta diuersa proposita hæc amari aut odio haberi dicantur. Ex his autem patet responsio ad Sco. nam quamuis sit aliquod bonum secundum propriam bonitatem, & non tamen sine dependentia à primo bono: & non solum ita in re & appetibilitate ex parte rei, sed proportionaliter quo ad nos: ita quòd licet multa sint à nobis appetibilia propter proprias bonitates, non tamen sine dependentia ad primum appetibile à nobis, quod est beatitudo in communi, sicut nullum complexum est cognoscibile sine dependentia ad prima cognita à nobis, scilicet prima principia propter ordinem essentialem omnium ad primum. Falsum est ergo inueniri tertium appetibile per abnegationem vtriusque: nec intellectus potest proponere absque actuali vel virtuali seu implicita dependentia ad beatitudinem: & similiter nec voluntas potest aliter velle. Nec obstat de fornicatore ex proposito, &c. Quoniam nihil refert bonum vel apparens in ordine ad beatitudinem absolute: putat enim nonnihil beatitudinis participare, faciendo quod vult. At si instetur inferendo: igitur præter finem, & ad finem est neutrum: siue illud sit medium per abnegationem, siue per participationem: dicendum est, quòd secundum veritatem simpliciter loquendo, quodlibet quod actualiter appetitur, aut vt finis, aut vt ad finem appetitur: quoniam & mortem recusant martyres propter esse, & ipsam acceptant propter Christum: & similiter nauta mercis iacturam recusat propter bonum tuendum: & illam vult propter euasionem: & sic de aliis.

¶*Num voluntas videntis Deum de necessitate Deo inhæreat.*

Quæstio. ¶Circa illa verba literæ, scilicet quòd voluntas videntis Deum necessario inhæret Deo: dubium occurrit ex Scoto in primo, dist. 1. q. 4. & consistit vis rationis suæ in hoc, Voluntas Pauli videntis & non videntis Deum eodem modo se habet: & non videndo contingenter inhæret Deo: ergo etiam videndo contingenter inhæret. Antecedens probatur: quia stat æqualem esse charitatem in vidente, & non vidente. Et si diceretur, quòd voluntas non eodem modo se habet in vidente & non vidente, propter ipsam differentiam quæ est inter visum & non visum: contrà, Deus visus à seipso cognito & viso, non differunt nisi sicut magis & minus approximatum obiectũ: ergo nõ differunt penes necessario & contingenter amari: sed penes magis & minus amari. Antecedens hoc patet: & consequentia probatur, quia maior & minor approximatio agentis non facit necessariũ vel contingens: sed magis vel minus: vt patet. ¶Ad hæc breuiter dico, quòd voluntas non eodẽ modo se habet: quoniã aliter se habet respectũ visi & non visi: quia hæc spectant per se ad obiecti differentiã: eo quod bonum cognitũ & non bonum absq; cognitione est obiectum voluntatis. Et falsum est quòd visum & non visum differant nõ sicut magis & minus in eadem specie: imò differunt sicut res diuersarum rationũ obiectiuarũ: ita quòd Deus visus est obiectum diuersæ rationis obiectiuæ à seipso cognito citra visioné. Quòd si quis non penetrat ex hoc, percipiat effectu quòd visus beat, non visus, non. Constat enim quòd beatus est alterius rationis à non beato. Cætera autem argumenta vide si vis in Capreolo in primo, distinctio. prima, quæstione tertia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd voluntas in nihil potest tendere nisi sub ratione boni. Sed quia bonum est multiplex, propter hoc non ex necessitate determinatur ad vnum.

¶Ad secundum dicendum, quòd mouens tunc ex necessitate causat motum in mobili quando potestas mouentis excedit mobile, ita quòd tota eius possibilitas mouenti subdatur. Cum autem possibilitas voluntatis sit respectu boni vniuersalis & perfecti, non subiicitur eius possibilitas tota alicui particulari bono. Et ideo non ex necessitate mouetur ab illo.

¶Ad tertium dicendum, quòd vis sensitiua non est vis collatiua diuersorum sicut ratio, sed simpliciter aliquid vnum apprehendit. Et ideo secundum illud vnum determinate mouet appetitum sensitiuum. Sed ratio est collatiua plurium. Et ideo ex pluribus moueri potest appetitus intellectiuus, scilicet voluntas, & non ex vno ex necessitate.

ARTICVLVS III.

4 ¶*Vtrum voluntas sit altior potentia quàm intellectus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas sit altior potentia quàm intellectus. Bonum enim & finis est obiectum voluntatis. Sed finis est prima & altissima causarum. Ergo voluntas est prima & altissima potentiarum.

¶Præterea, Res naturales inueniuntur procedere de imperfectis ad perfecta. Et hoc etiam in potentiis animæ apparet. Proceditur enim de sensu ad intellectum, qui est nobilior. Sed naturalis processus est de actu intellectus in actum voluntatis. Ergo voluntas est perfectior & nobilior potentia quàm intellectus.

¶Præterea, Habitus sunt proportionati potentiis, sicut perfectiones perfectibilibus. Sed habitus, quo perficitur voluntas, scilicet charitas, est nobilior habitibus, quibus perficitur intellectus. Dicitur enim 1. ad Corint. 13. Si nouerim mysteria omnia, etsi habuero omnem fidem, charitatem autem non habeam, nihil sum. Ergo voluntas est altior potentia quàm intellectus.

¶SED CONTRA est, quòd Philosophus in 10. ethicorum ponit altissimam potentiam animæ esse intellectum.

CONCLVSIO.

¶*Cum obiectum intellectus sit simpliciter nobilius obiecto voluntatis, intellectus simpliciter altior est potentia quàm voluntas; quæ aliquo modo & interdum nobilior est intellectu, quando scilicet illius obiectum in altiori natura inuentum fuerit.*

¶RESPONDEO dicendũ, quòd eminentia alicuius ad alterum potest attendi dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo secundum quid. Consideratur autẽ aliquid tale simpliciter, prout est secundum seipsum tale: secundum quid autẽ prout dicitur tale secundum respectum ad alterum. Si ergo intellectus & voluntas considerentur secundum se, sic intellectus eminentior inuenitur. Et hoc apparet ex comparatione obiectorum adinuicem. Obiectum enim intellectus est simplicius & magis absolutum quàm obiectum voluntatis[c]. Nam obiectum intellectus est ipsa 202 ratio boni appetibilis. Bonum autem appetibile, cuius ratio est in intellectu, est obiectum voluntatis. Quanto autem aliquid est simplicius & abstractius, tanto secundum se est nobilius & altius. Et ideo obiectum intellectus est altius quàm obiectum voluntatis. Cum ergo propria ratio potentiæ sit secundum ordinem ad obiectum, sequitur quòd secundum se & simpliciter intellectus sit altior & nobilior voluntate. Secundum quid autem & per comparationem ad alterum, voluntas inuenitur interdum altior intellectu, ex eo scilicet quòd obiectum voluntatis in altiori re inuenitur quàm obiectum intellectus. Sicut si dicerem auditum esse secundum quid nobiliorem visu inquantũ res aliqua cuius sonus nobilior est aliqua re cuius est color, quamuis color sit nobilior, & simplicior sono. Vt enim suprà dictum est[e], 99 163 actio intellectus consistit in hoc, quòd ratio rei intellectæ est in intelligente, actus vero voluntatis perficitur ex eo quòd

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæsecundæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

Comment. ¶In corpore articuli quatuor. Primo distinguitur titulus. Secundo respondetur iuxta primum sensum. Tertio, iuxta secundum. Quarto colligitur totalis responsio in speciali.

¶Quo ad primum nobilius dupliciter, simpliciter, & secundum quid. Declarantur termini: nobilius simpliciter, id est secundum se: secundum quid, id est in ordine ad alterum.

¶Quo ad secundum intellectus est potentia nobilior simpliciter, quàm voluntas. Probatur sic, Obiectum intellectus est simpliciter nobilius obiecto voluntatis, ergo. Antecedens probatur: quia est simplicius & magis absolutum. quod probatur: quia est ipsa ratio boni, quod est obiectum voluntatis: constat enim quòd ratio simplicior & absolutior est eo cuius est ratio. consequentia probatur: quia propria ratio potentiæ est secundum ordinem ad obiectum.

¶Quo ad tertium voluntas est interdum nobilior secundum quid intellectu. Vbi nota duas conditiones, scilicet secundum quid, & interdum. Probatur sic, Obiectum voluntatis interdum inuenitur in altiori re, quàm sit obiectum intellectus. ergo voluntas secundum quid est interdum nobilior intellectu. Antecedens probatur sic, Obiectum voluntatis est in rebus, intellectus in anima: ergo est interdum in altiore re, quàm obiectum intellectus. Hoc antecedens probatur dupliciter. Ratione, quia actio voluntatis terminatur ad res in se: intellectus vero ad rationem conceptam. Et autoritate Aristo. 6. meta. consequentia vero hæc secunda declaratur: quia interdum res in qua bonum amatur, est altior anima, vt Deus: interdum inferior, vt creatura corporalis. Prima vero consequentia principalis declaratur dupliciter. Primo exponendo quòd hoc est esse nobilius secundum quid ex ratione comparationis ad alterum: habere scilicet obiectum interdum in altiori re. Secundo exemplo de visu & auditu respectu rei coloratæ & rei sonoræ.

¶Quo ad quartum tria concluduntur, scilicet amor Dei est nobilior cognitione eius. Cognitio corporalium nobilior est eorum amore. Simpliciter autem est intellectus nobilior voluntate.

1. ¶*Num ratio veri sit nobilior ratione boni.*
2. ¶*Num verum sit obiectum intellectus, bonum autem voluntatis.*
3. ¶*Num quanto quippiam abstractius est, tanto sit nobilius.*
4. ¶*Num ratio boni ad intellectum, bonum vero ad voluntatem spectet.*
5. ¶*Num intellectus sit voluntate excellentior.*

Quæstio. ¶Circa rationem pro prima conclusione dubium occurrit quadrupliciter: primo Sco. in 4. distinctio. 49. quæstio. 4. arguit contra illam propositionem, Ratio veri est nobilior ratione boni. Quia aut intendis realiter, & sic est falsum: quia sunt vna res: & consequenter neutra secundum rem est altera nobilior. Aut secundum rationem consequentem opus intellectus: & sic non est ad propositum, quia hoc est relatio rationis. constat enim quòd relatio rationis non est formalis ratio primi obiecti intellectus aut voluntatis. Aut secundum rationem antecedentem opus intellectus ex natura rei: & tunc oportet probare, quòd istæ rationes, scilicet boni & veri addant aliquid absoluti supra rationem entis. Quoniam tunc duarum rationum distinctarum supponitur alteram altera esse nobiliorem, quando non sunt formaliter relatiuæ.

¶Secundo arguit contra illam aliam propositionem suppositam, scilicet bonum est obiectum voluntatis: & verum intellectus. Primum inquit est dubium. secundum vero est falsum: vt in primo, distinctio. 3. quæstio. 3. probatum fuit. Sed ad hoc dictum est in quæstio. 16. arti. 1.

¶Tertio arguo cõtra illã ꝑpositioné: Quãto aliquid est abstractius, tanto nobiliꝰ. Aut loqueris de abstractione secundũ esse, aut secundũ rationé. Si secundum rem, quãuis maior sit vera, minor tñ est falsa: quia rõ veri nõ est absolutior rõne boni secundũ rem, cũ sint vna res verũ & bonũ. Si secundũ rationé, quãuis minor sit vera, ipsa tñ propositio maior euidés nõ est: quia abstractio negatio est nullã dicés perfectionem: nisi forte ratione imperfectionis negatæ, puta materiæ vel potentiæ. In proposito autem constat quod verũ non dicitur abstractius: quia magis recedat à materia aut potentia: cum bonum à quo abstrahi dicitur verum, neq; materiam neque potentiam aliquã includat: vt patet ex eo quod actui purissimo conuenit. ergo ex hoc, quòd abstractius est verũ, non habetur quod sit nobilius, quamuis optime habeatur, q; sit prius natura.

¶Quarto arguo contra probationem antecedẽtis, s. quia ratio ipsa boni est obiectũ intellectus: bonum autẽ ipsum est obiectũ voluntatis. Primo, quia falsa ac chimerica videtur differentia ista inter bonum, & boni rationé: quod ista intellectus, illud volũtatis sit: quoniam boni ratio bonitas est. Bonitas autẽ ratio formalis est obiecti voluntatis: eo quod bonum inquantum bonum appetibile est, primo Ethi. ergo & bonitas, & bonũ ad voluntaté spectãt: imo plus. ergo est implicatio inadiecto: quòd bonum sit proprium obiectum voluntatis, & bonitas non sit obiectum illius. Secundo, quia aut nomine obiecti intendis obiectum formale: aut tantummodo esse obiectũ, id est terminare actum illius potentiæ: obiici illi, &c. Si de obiecto formali locutio est, falsum manifeste est, quòd boni ratio sit obiectum intellectus. nam obiectum formale intellectus est entis aut veri ratio, non boni. Cuius ratio est obiectum formale voluntatis. Si autem per esse obiectũ intellectus & voluntatis, nihil aliud intendis quã terminare actus intellectus & voluntatis, intelligi, scilicet & amari. Primo sequitur quod differentia assignata nulla est: quia hoc modo non solum boni ratio: sed bonum est obiectum intellectus: vtrunque enim intelligitur, & vtrunque similiter est obiectum voluntatis. quia vtrunque amatur. Secundo sequitur quod non habeatur intentum: quia ex nobilitate diuersa formalium obiectorum, iudicanda est nobilitas simpliciter & secundum se potentiarum quæ in litera inquiritur: & non ex nobilitate partis subiectiuæ obiecti, qualis est boni ratio respectu obiecti intellectus.

¶Contra conclusionem ipsam arguit Scot. ex dictis in secunda conclusione. primo sic. Amor superiorum est nobilior cognitione eorum per te. ergo actus voluntatis secundum genus suum est nobilior actus: ergo voluntas intellectu. tenet sequela: quia si optimum est nobilius optimo: ergo & genus genere, & species specie. Secundo sic: actus coniungens obiecto secundum nobilius esse est nobilior simpliciter. sed actus voluntatis respectu obiecti beatifici coniungit obiecto secundum nobilius esse, quia vt in se est: actus vero intellectus vt est in cognoscente. ergo probatur maior, quia actus intantum habet perfectionis rationem inquantum coniungit obiecto perfecto. qui ergo ex genere suo coniungit obiecto secũdum perfectius esse, est ex genere suo simpliciter perfectior.

¶Circa differentiam positam inter intellectum & voluntatem in secunda conclusione ex autoritate Aristo. dubium occurrit ex Scoto vbi suprá. Inquit enim quòd in hoc non est differentia inter intellectum & voluntatem: quoniam proportionaliter vterq; ad extra & intra terminatur. Nã cognitio intuitiua terminatur ad rem in se: & similiter dilectio illam sequẽs. Et cognitio abstractiua terminatur ad rem in anima: & similiter dilectio illam sequẽs: ergo nulla est differentia. Autoritas vero philosophi non iuuat: quia loquitur de cognitione abstractiua, & de voluntate desideratiua: nõ respectu obiecti, sed respectu termini seu effectus, qui res futura est.

¶Ad obiectiones Scoti contra illam propositionem, ratio veri est nobilior ratione boni, respondetur, quòd vt pluries dictum est, sermo est de rationibus formalibus rerum, distinctis tamen actualiter sola ratione. Ita quòd ipsæ rationes non sunt ab intellectu: sed distinctio earum actualiter. Cum ergo arguitur, aut est nobilior realiter, &c. dicitur quod est nobilior formaliter: seu secundum rationem formalem præuenientem intellectus opus: tam in se quàm in sua distinctione virtuali ab alia: vt comparatio secundum nobilitatem habeat distinctionem extremorum præuenientem. Vnde non est opus fingere distinctioné aliquam actualem ex natura rei inter eas: ad omnia enim sufficit, quòd distinguuntur virtualiter. Distingui enim virtualiter est habere & vendicare sibi omnia ad distinctionem pertinentia, ac si essent distincta: vt in materia de distinctione diuinorum dictum est. Nec oportet propterea supponere aut probare, quòd rationes istæ addant res absolutas supra ens: sed ad hoc vt vna altera nobilior sit, sufficit quòd res relatiue cõcepta vel conceptibilis nobilior sit sic relatiue sumpta, quàm sic etiam relatiue sumpta.

¶Ad obiectionem contra illam propositionem, Quanto aliquid est abstractius, &c. respondetur quòd propositio verificatur de abstractione formali in cõmuni, siue secundum rem, siue secundum rationem: cæteris tamen paribus. Non enim quantitas mathematica est nobilior simpliciter substantia sensibili: quamuis sit abstractior, quia huius natura est substantia: illius accidens. Et cum dicitur quòd negatio coniunctionis cum alio non dicit perfectionem nisi ratione imperfectionis negatæ, conceditur. Et dicitur quòd quia abstractio formalis incipit ab exclusione materiæ, & continue ascendit excludendo potentialitatis gradus, signum est quod cum ventũ fuerit ad eas rationes formales, quæ nullam materiæ aut potentiæ rationem claudunt: quod quanto aliqua est abstractior, tanto perfectior, vtpote remotior & magis distans ab his quæ potentiam claudunt. Cum enim omnes rationes formales ordinem inter se habeant, & ad vnam primã, scilicet entis rationem abstractissimam: consequẽs est quod quanto aliqua ratio minus abstracta est, tanto vicinior est his quæ sunt potentialitati admixtæ: & quanto abstractior, tanto ab his remotior: ac per hoc nobilior & perfectior secundum seipsam.

¶Ad obiecta autem contra illam differentiam inter bonum & boni rationem respondetur, quòd male intelligitur litera, nec penetratur intentio eius.

¶Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd in re qualibet sunt duo, quidditas & existentia: non curando pro nunc quomodo distinguantur. Inter hæc autem hanc non tam ratione quàm experientia videmus differentiam: quòd quidditas est ratio rei quòd intelligatur: existere autẽ quòd appetatur. Experimur siquidem quòd sanitas non minus intelligitur si non est quàm si est: nullus tamen appetit sanitatem nisi vt sit, aut quia est. Intantũ autem proprium est existentiæ appeti, & quidditati intelligi, vt ipsa existentia non qualitercunque, sed in actu exercito in re vel in spe sit ratio appetibilis vt sic. Ita quòd nullius quod quid erat esse etiam ipsa existentia sit quidditas illius, desideratur, amatur, aut delectat nisi vt sic: aut quia est in actu exercito. Et similiter ipsum quod quid erat esse, non qualitercunq;, sed in actu exercito ipsius quod quid est (si tamen sic loqui licet in hac re vbi nullum est exercitium) id est vt habet rationem quidditatis, id est vt non curat de actu exercito existentiæ, est ratio intelligibilis, vt sic. Ita quòd etiã si ipsam existere intelligitur, inquãtum intelligitur, induit rationé quidditatis: quoniam accidit sibi vt sic exercitiũ existentiæ: intelligitur enim ipsum esse tale quid. Nec ideo intelligitur: quia actum habet existentiæ, quamuis ipsa existẽtia sit cognita.

¶Ex hac autem differẽtia oritur primo quòd in primo & adæquato obiecto intellectus sint duo, scilicet ratio obiectiua: puta quod quid erat esse entis: & conditio obiectiua, scilicet ratio seu modus quidditatis: ita quòd ens significat obiectum intellectus ex parte rationis obiectiuæ: quod quid est autẽ significat idem ex parte conditionis obiectiuæ. Oritur secundo intenta differentia in litera, quòd obiectũ intellectus sit abstractius obiecto voluntatis: quia quælibet res vt habet rationé quod quid est, est abstractior seipsa vt habet actum existentiæ, illo modo est obiectũ intellectus: hoc voluntatis. Vbi aduerte diuinum S. Tho. ingenium: quòd cum de nobilitate inter obiectũ intellectus & voluntatis tractaret: & in obiecto vtroque sit considerare duo, s. rationem obiectiuã & conditionem obiectiuam secundum quàm ratio obiectiua obiecti est: & rationes obiectiuæ sint vna res non solum realiter, sed formaliter, seclusis relationibus rationis vt patet de entitate & bonitate: ad ostendendam differentem eorum nobilitatem ad conditiones obiectiuas se conuertit: & obiecta intellectus & voluntatis vt obiecta sunt formaliter & per se considerans ostendit quod obiectũ intellectus est abstractius, id est ratio formalis obiectiua intellectus vt obiicitur intellectui, est abstractior ratione formali obiectiua voluntatis vt obiicitur voluntati: dato etiam quòd illa ratio sit eadem cum ista: ita quod abstractio maior directe ponitur in conditione obiectiua: ac per hoc in obiecto, & obiectum est. Ostendit autem hoc, quia obiectum intellectus est res vt quod quid est: voluntatis autem vt habens esse. Constat enim quòd quid est abstractius est habente esse: ita quod in ipso Deo cuius quòd quid est, est existentia: abstractior secundum rationem est existentia vt quòd quid est, quàm ipsamet: vt est existere in actu exercito. Et sic simpliciter obiectũ intellectus est abstractius obiecto voluntatis, formaliter loquẽdo. Et per hoc soluitur potissima obiectio quæ contra hanc remanserat rationem, s. esse est abstractius quidditate: quia cõtrahitur per illam: in cuius signũ esse vtpote abstractiuũ ponitur nomen propriissimum nomen Dei: ergo ratio formalis obiecti volũtatis est abstractior ratione formali obiecti intellectus. Iam enim patet quod esse dupliciter sumi potest, s. in actu exercito ipsius existentiæ, & per modum quidditatis: & quòd vt exercet existentiam addit supra seipsum vt quod quid est: & consequenter vt obiectum intellectus est abstractius: quia est obiectum voluntatis secundum quòd stat in actu exercito existentiæ, intellectus autem secundum quod rationem habet quidditatis cuiusdam in seipso.

¶Ex his autem facile respondetur ab obiecta. Iam enim patet quid nomine obiecti intelligitur, scilicet obiectum vt obiectum, id est ratio obiecti cum conditione eius obiectiua. Et quid nomine rationis boni, scilicet quod quid est non solum boni vt sic: puta bonitas, sed boni qualitercunq; sumpti: & quid nomine boni, seipsum bonum vt sic: quod nihil aliud est dictũ quam res in ordine esse conueniens. Vnde cum dicitur in prima obiectione, quòd tam bonũ quàm boni ratio spectat ad voluntatem, quia bonitas, &c. respondetur quòd boni ratio potest accipi dupliciter: vno modo vt ratio: alio modo vt existens: & quòd secundo modo spectat ad voluntatem, primo modo ad intellectum. Et quia de ipsa vt habet rationé quod quid est loquebatur S. Thom. Ideo vocauit eam appropriato vocabulo rationem boni.

¶Cum vero in secunda obiectione dicitur, aut nomine obiecti intendis obiectum formale, &c. respondetur, quòd nomine obiecti proprie & explicite neutrum illorum intelligimus, sed obiectum vt obiectum est: quod constituitur per cõditionem obiectiuam rationis formalis obiecti. Et ideo cum arguitur falsum esse quòd ratio boni sit obiectum intellectus, dicitur quòd ratio boni vt ratio est, est cõditio obiectiua: ac per hoc constituit obiectũ intellectus in esse obiecti, vt patet ex dictis. Nec hoc magis conuenit rationi boni quàm veri & cuiuscunque alterius: quoniam hoc conuenit rationi vt ratio est, sed adducta est boni ratio magis quàm aliorũ, quia ad ipsum fiebat comparatio. Et hæc est directe & explicite intentio literæ: ac si dixisset quòd bonum abstractiori modo offertur intellectui: quia per modum rationis & quod quid est: quàm voluntati: quia per modum ipsius entis boni, & ideo obiectum intellectus vt sic abstractius est quàm obiectũ voluntatis vt sic. Quia tamen implicite subintelligitur in obiecti nomine etiam ratio formalis obiectiua sic condonata: potest de ratione illa quoq; implicite tacta saluari litera, quamuis non sit opus, dupliciter. primo. Quia ens & bonum conuertuntur, & sunt idem. Et nulla est entis ratio quæ non sit boni ratio: cum ratio entis sit ratio obiectiua: veridice quoq; dici potuit, quòd boni ratio est obiectum formale intellectus. boni enim ratio non solum bonitas, sed entitas est & quæcunq; alia ratio. Dicitur secundò, & in idem redit cõclusio quod boni ratio insinuat omne quod quid est vt sic: fecit enim S. Tho. vt soliti sunt doctores, ab vno insinuare cætera. Merito autem magis meminit rationis boni: quia respectu obiecti voluntatis quòd bonum est, maioré abstractionem ostendere volebat in obiecto intellectus: ita quòd perinde est ac si dixisset obiectũ intellectus esse abstractius obiecto voluntatis. manifestat, quia etiam in ipso voluntatis obiecto id quòd intellectus obiectum est, vt sic abstractius est, eo quod voluntati obiicitur: quoniam voluntati obiicitur ipsum bonum, intellectui autem illius ratio. Nec fallaris ex his concipiendo aliud esse quod apprehenditur, & aliud quòd appetitur: cum impossibile sit appeti incognitum: ac per hoc idem, & secundum idem oportet esse appetitũ & cognitum, sed accipe ex his quod idem & secundum idem est appetitum & cognitum. Sed tamen & ratio & conditio obiectiua cogniti vt sic, est alia ratione & conditione appetiti vt sic: & quo ad hæc obiectum intellectus est abstractius obiecto voluntatis.

¶Ad obiectiones Sco. contra conclusionem ipsam respondetur. Et primæ negatur sequela. Et ad probationem dicitur: quod illa maxima, Cuius optimũ est nobilius optimo, &c. intelligitur de nobiliori & perfectiori simpliciter: non autem secundum quid, modo amor superiorũ est nobilior secundum quid cognitione eorum: vt in litera dicitur, non simpliciter. Secundæ vero distinguitur dupliciter maior, scilicet actus coniungẽs obiecto secundum perfectius esse est nobilior. Primo quoniam potest dupliciter intelligi: primo de perfectiori esse obiecti vt obiectum est, & sic vera est: sed minor falsa, scilicet quòd actus volũtatis iungat obiecto secũdum perfectius esse: quia vt in litera ostenditur, obiectum intellectus vt obiectũ, est nobilius: quia abstractius, & consequenter perfectius vt obiectũ. quia in his idem
c 534 nobilius est & melius. Alio modo de perfectiori esse obiecti vt res est: & sic dato quòd minor esset vera, maior est falsa. Secundò, quoniã potest intelligi de obiecto absolute: & sic tantummodo est ad propositũ, vt in tali materia puta superiorũ, & sic non infert nisi maiorem nobilitatem secundum quid. Resoluendo igitur obiectionem, si sermo est de obiecto absolute vt obiectum est, negatur minor. Et ad probationẽ: quia esse in re est perfectius quàm esse in anima: respõdetur primo, quòd hoc non est verum vniuersaliter: & consequenter nec absolute, vt patet de inferioribus. Secundo, quòd falsum supponitur, scilicet quòd obiectum intellectus vt sic constituatur per esse in anima: quamuis esse in anima sit vna conditio illius: actus enim intellectus coniungit obiecto absolute vt quicquid est in se est, & per hoc differt primo ab actu voluntatis coniungenti obiecto vt exercet esse. Modò dicitur quod licet actus coniungens obiecto secundum esse extra coniungat obiecto secundum perfectius esse vt res est: quàm actus coniungens obiecto absolute: tamen econtra iste coniungit obiecto secundum perfectius esse vt obiectum est, quàm ille: quia secundum abstractiorem modum. Et quia nobilitas potentiarum attenditur penes nobilitatem obiectorum: non vt res, sed vt obiecta sunt: ideo simpliciter intellectus nobilior est voluntate. Si vero sermo est de obiecto tali puta beatifico: vt Scot. insinuat, tunc distingue vel in via, vel in patria. Et dic quòd ratio concludit amorem talis obiecti in via esse nobiliorem cognitione: non autem in patria, quia æque nobile imò idem est esse Dei in se & in anima beatorũ: quia secundum essentiam immediate intelligitur: & consequenter remanet actus intellectus nobilior nobilitate sui generis, & non excessus nobilitate secundum quid: vt in via excedebatur.

¶Ad ea quæ contra differentiam inter intellectum & voluntatem in secũda conclusione, ex Arist. positam obiicit Scot. dicitur quòd quia philosophus obedit rationi cui sensus testimonium perhibet, & in nobis nullam experimur cognitionem intuitiuam secũdum intellectum: ideo in secundo de anima Arist. inter obiectum intellectus & sensus, differentiam esse dixit, quòd illud in anima, istud extra animam est. Vnde sicut hoc non impugnatur: ita nec impugnari debet idem repetitum in 6. metaphy. in ordine ad voluntatem: vtrobique enim dicit obiectum intellectus esse in anima. Et verum est. Tum quia intuitiuam cognitionem non experimur. Tum quia absolute loquendo de intellectione & non tali vel tali: puta intuitiua: intellectum vt sic in intelligente habetur, id est res intelligitur vt vnitur intelligenti, amatur vero econtra, vt amans vnitur amato: & hoc saluatur in omni cognitionis modo, etiam intuitiuo. Vnde si non quo ad rem, saltem quo ad modum, semper intellectus obiectum est intra, voluntatis extra. Et hæc est prima differentia in qua deficit Scot. Secunda est ex parte voluntatis, cum dicit, quòd dilectio sequens cognitionem abstractiuã terminatur ad intra: manifeste experimur, quòd abstractiue cognoscimus balneum, & amamus illud secundum esse extra, volumus enim extrinsecus balneari: & non balneari intentionaliter. Et cum dicit, quòd hoc est respectu voluntatis desideratiuæ: non respectu obiecti, sed termini aut effectus, rudis glo. est: quoniam hoc experimur, non solum respectu desiderij, quo optamus futura: sed respectu amoris quo amamus rem absolute. Intelligentes enim abstractiue amicum, amamus ipsum secundum esse reale suum, & non intentionale. Rursus quòd dicitur respectu termini seu effectus non obiecti, falsum est: quoniam obiectum desiderantis balneum est id quod desideratur, quòd constat esse balneum extra, quamuis hoc idem sit terminus actionis executiuæ ex desiderio prouenientis. Stat ergo solida differentia assignata: & quo ad modum simpliciter, & quo ad rem in nobis: secundum eos quos experimur actus.

Annot. ¶In responsione ad primum nota triplicem comparationem inter bonum & verum. Prima est secundum seipsa: & sic boni ratio magis dicitur ad alterum, ratio vero veri dicitur magis absolute. Et ex hoc soluitur argumentum: nam cum obiiceretur, illud est nobilius quod fundat nobilissimam causalitatem, respondetur modo, quòd hoc est verum de nobilitate in ordine ad alterum: non absolute in se, quia esse causam in ordine ad alterum attenditur. Secunda secundum mutuam inclusionem: & sic vnumquodque eorum materialiter sumptum est pars subiectiua alterius. bonum enim est quoddam verum: & verum est quoddam bonum: quod declaratur in litera: quia verum est bonum intellectus ad quod naturaliter inclinatur intellectus, sicut quælibet res naturaliter tendit ad suam perfectionem. Tertia est secundum nobilitatem vtriusque in ratione boni: & sic dicitur, quòd verum est nobilius bonum quocunque alio bono: quia est finis nobilioris potentiæ quacunque alia potentia: ita quòd intentio literæ est, non solum saluare quòd obiectum intellectus sit nobilius obiecto voluntatis, id est verum vt verum, bono vt bono, quod in prima comparatione factum est, sed ostendere quod etiam verum

voluntas inclinatur ad ipsam rem prout in se est. Et ideo Philosophus dicit in 6. metaphy. quòd bonum & malum, quæ sunt obiecta voluntatis, sunt in rebus: verum & falsum, quæ sunt obiecta intellectus, sunt in mente. Quãdo igitur res, in qua est bonum, est nobilior ipsa anima, in qua est ratio intellecta: per cõparationem ad talem rem voluntas est altior intellectu. Quãdo vero res, in qua est bonum, est infra animam, tunc etiam in comparatione ad talem rem intellectus est altior voluntate. Vnde melior est amor Dei quàm cognitio, econtrario autẽ melior est cognitio rerum corporalium quàm amor[c]. Simpliciter tamẽ intellectus est nobilior quàm voluntas.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ratio causæ accipitur secundum comparationem vnius ad alterum: & in tali comparatione ratio boni principalior inuenitur, sed verum dicitur magis absolute, & ipsius boni rationem significat. Vnde & bonum quoddam verum est. Sed rursus & ipsum verũ est quoddam bonum secundum quod intellectus res quædam est & verum finis ipsius. Et inter alios fines iste finis est excellentior sicut intellectus inter alias potentias.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud quod

vt bonum intellectus est nobilius obiecto voluntatis, vt sic intellectus omnino inueniatur nobilior. Sed est hic locus quæstioni: quoniam falsum videtur hoc: nam finis voluntatis est bonum vt bonum, finis vero intellectus est quoddam bonum. Constat autem quod nullum particulare bonũ est melius ipsõ bono: ergo verum & bonum non est magis bonum quàm finis voluntatis. Et confirmatur: quia bonũ per participationem nõ est melius bono per essentiam: verum autem est quoddam bonum, & consequenter per participationem bonum: bonum autẽ est ipsum bonum essentialiter, & vniuersaliter. ergo. Sed ad hoc est dicendum: quòd in obiecto voluntatis est (a 426) considerare duo, scilicet rationem vniuersalem, qua est totum vniuersale respectu omnis boni: & specialem rationẽ perficiendi: qua ita respicit, et perficit talẽ potentiam, puta voluntatem quòd non omnes. Quamuis enim omne bonum sit pars subiectiua boni: quia est finis & obiectũ voluntatis: non tamen perfectio qua vnũquodque bonum perficit id cuius est bonũ, est pars subiectiua perfectionis voluntatis à bono: non enim perfectio visus à colore est pars subiectiua perfectionis voluntatis, vt patet. Rursus vniuersalis ratio obiecti potest accipi dupliciter, s. simpliciter vel distributiue: sicut quodlibet aliud vniuersale, vt patet. Ex hoc autem dico tria. Primo quòd comparando obiectum voluntatis ad alia, vt totum vniuersale simpliciter: tamẽ sic verum est nobilius bono, vt prima species est nobilior generica ratione, quicquid sit de aliis speciebus boni, obiectis scilicet aliarum potentiarum, quod pro tanto dico, quia non attingunt ad immaterialem ordinẽ in quo generica ratio boni eleuata residet. Secundo, quòd comparando obiectum voluntatis ad alia secundum specialem finalizationem & perfectionem: sic in obiecto voluntatis inuenitur quædam species boni, & non omne bonum: quia non bonum oculi: nec est prima species boni, sed secunda: quòd à posteriori declarauit S. Tho. in litera. quia finis nobilioris potentiæ est excellentior. ergo bonum quod est finis intellectus, est excellentius. Antecedens autem iam in corpore probatum supponitur. Tertio, quòd comparando obiectum voluntatis distributiue ad singula sub eo contenta: sic bonum quod est obiectum voluntatis includit omnẽ boni rationem: nec vlla fit comparatio nisi inter totum & partem: voluntas enim non solum vult sibi: sed vult intellectui & oculo, & auri, & pedi, & manui, cæterisque proprias perfectiones, & proprios modos suarum perfectionũ. Nec est dubium quòd hoc modo bonum intellectus cadit sub fine voluntatis, nec potest cõparari illi: cum comparatio supponat distinctionẽ, nisi (vt dictum est) sicut pars ad totum: & secundum hoc dicetur in litera sequentis articuli ad primum, quòd voluntas est altior intellectu. Et ex his patet solutio ad obiecta. Ad primã enim dicitur quod ratio primæ speciei boni est nobilior ipsa boni ratione: sicut prima species & ratione sui generis. Talis autem est ratio boni in vero. Ad secundum negatur, quòd bonum per essentiam sit proprium obiectum & finis voluntatis. Aliud enim est dicere bonum in vniuersali, & aliud bonum per essentiam: hoc enim est omne bonum inclusiue, illud permissiue: hoc actu, illud potentia: hoc distincte, illud confuse. Si autem fiat vis: quia bonum vniuersaliter est nobilius bono particulari, iam dictum est quòd accipiendo bonum vniuersale distributiue sic inuenitur obiectum altius, & voluntas potentia altior, sed hæc est altitudo secundum quid, quia in ordine ad aliud & non ex natura obiecti absolute & primo. Accipiendo autem simpliciter, sic prima eius species est eo excellentior.

¶In responsione ad secundum nota breuissimam & integerrimam glossam illius propositionis, Prius generatione est imperfectius: intelligitur prius generatione tãtum. Si enim est prius generatione & alio modo, non est imperfectius: tale autem est intellectus respectu voluntatis: quia est prior non solũ generatione, sed simpliciter, vt actus potentia, vt finis eo quod est ad finem: & hanc glos. intendit S. Th. hic.

¶In responsione ad tertium esto cautus: quia responsio ista non concedit nisi in via habitum voluntatis esse nobiliorem habitibus intellectus: secus enim est in patria. Annot. Lumen enim gloriæ perfectius est charitate. Cuius signũ est quòd non solum non potest esse informe: sed non compatitur imperfectionẽ viæ, quam tamen charitatis habitus compatitur: & quod plus est, essentia diuina, vt in q. 12. habitum est, est loco habitus intellectualis: quia vicem supplet speciei intelligibilis, non autem supplet vicem alicuius habitus aut cuiuscunque inhærentis voluntati.

est prius generatione & tempore, est imperfectius: quia in vno eodémque tempore potentia præcedit actum, & imperfectio perfectionem. Sed illud quod est prius, simpliciter & secundum naturæ ordinem est perfectius. Sic enim actus est prior potentia[c]. Et hoc modo intellectus est prior voluntate, sicut motiuum mobili, & actiuum passiuo. Bonum enim intellectum mouet voluntatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa ratio procedit de voluntate secũdum comparationem ad id quod supra animam est. Virtus enim charitatis est qua Deum amamus.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum voluntas moueat intellectum.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas non moueat intellectum. Mouens enim est nobilius & prius moto, quia mouens est agens. Agẽs autem est nobilius patiente, vt Aug. dicit 12. super Gen. ad lit. & Philosophus in 3. de anima. Sed intellectus est prior & nobilior voluntate, vt suprà dictum est[c]. Ergo voluntas non mouet intellectum.

410 1.2.q̃.9. arti.1. & q.14. art. 1. Et veri. q.14. art. 1. & 2. Et q.22. artic.11. 409

¶Præterea, Mouens non mouetur à moto, nisi fortè per accidens. Sed intellectus mo-

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæ secundæ Articulum quartum.*

Titulus. Moueat, id est reducat intellectum de potentia ad actum.

¶In corpore tria. Primo proponitur distinctio bimembris, & iuxta primum membrum prima conclusio. Comment. Secundo iuxta secundum secunda conclusio quæ est directæ responsiua quæsito. Tertio ponitur exceptio à secunda conclusione.

¶Quo ad primum distinctio est ista: mouere dupliciter, finaliter & effectiue: conclusio iuxta primum membrũ est, quòd intellectus mouet voluntatem finaliter. Probatur: quia bonum intellectũ est obiectum voluntatis, mouens ipsam vt finis.

¶Circa hanc conclusionem ea quæ dicenda essent, non oportet repetere, quoniam in q. 8. artic. 2. iam dicta sunt, vbi declaratum est quomodo bonum intellectum mouet vt finis & actiue quo ad specificationem actus voluntatis.

¶Quo ad secundum, secunda conclusio iuxta secundum membrum & responsiua quæsito est: quòd voluntas mouet intellectũ, & omnes vires animæ effectiuæ. Probatur dupliciter: primo autoritate Anselmi, secundo ratione. In omnibus potentiis actiuis ordinatis respiciens vniuersalem finẽ mouet actiue respiciens fines perticu-

lares,

lares, voluntas & reliquæ animæ vires sunt huiusmodi. ergo. Maior probatur inductione: tam in naturalibus de cælo quàm politicis de rege. Minor habet duas partes, scilicet quòd voluntas & aliæ vires sint actiuæ, quòd voluntas respiciat finem vniuersalem, aliæ particulares. prima pars non probatur, sed secunda, quia bonum in communi est obiectum & finis voluntatis. tale autem bonum est huius vel illius potentiæ finis & perfectio, vt patet de
405 visu & intellectu: hæc enim sunt vniuersale & particulare.

Annot. ¶Circa hanc rationem, aduerte quòd in litera prima pars minoris neque exprimitur, neque probatur. Tũ quia supponitur: nulla enim vis animæ est adeo passiua, quæ facta in actu, non sit quodãmodo actiua: vnde & sensus exterior actiue cõcurrit ad eliciendum sensationẽ, & expresse in secũdo de anima tex. 37. dicitur quòd anima est causa actiua huius alterationis quæ est sentire. Tum quia nihil minus habetur intentum, etiam si nõ omnes vires animæ sunt aliquo modo actiuæ: quoniam si volũtas mouet omnes actiuas, à fortiori mouet passiuas, vel mediãtibus actiuis, à quibus mouẽtur passiuæ: vel applicando saltẽ passiua actiuis, ponendo vel amouendo obstacula: vt patet de visu. Prima tamen responsio est secundum veritatem & mentem S. Tho. Aduerte secundo quòd voluntatem mouere vires animæ non quãtum ad specificationem, sed quãtum exercitiũ actus intelligitur, & cum magna latitudine: nõ enim consistit in indiuisibili obedientia sua, sed aliquæ vires magis & aliquæ minus obediũt. Sũt enim rationales per participationem magis & minus. Vnde exteriores vires minus obediunt quàm interiores, & inter interiores quanto superiores, tanto magis obedire videntur.

Annot. ¶In responsione ad primum diligenter recolito dicta in responsione ad primum præcedentis articuli.

¶In responsione ad secundum recolito dicta in artic. 2. quæst. 80. vbi hæc responsio declaratur.

¶*Num primus motus intellectus reducatur in Deum, & quomodo.*

Quæstio. ¶In responsione ad tertium, dubium occurrit quo ad duo. Primo cur reducitur in litera motus animi nostri in Deum. Cum in promptu esset causa proxima, scilicet natura in quam primus motus intellectus reducitur. Secundo quid intendit per hanc primam motionem à Deo, an scilicet generalem influxum in intellectualia in sui principio, an specialem aliquam operationem: aliter in hoc quàm in illo.

¶Ad euidentiam huius obscuræ dubitationis, sciendum est, quòd propter alteram duarum causarum aut vtranque, posset credi necessitas reductionis talis in Deum. Primo propter impotentiam intellectus. Secundo propter euitationem casus. Propter impotentiam quidem: vt quia intellectus est secundum se in potentia omnino, & cum in principio præsentatur sibi obiectum, nec adest voluntas, habet sufficiens motiuum quo ad specificationem actus, scilicet obiectum: sed nullum habet motiuum quo ad exercitium actus: quia deest voluntas quæ nata est ipsum mouere quo ad hoc. Vnde restat intellectus impotens ad exeundum in actum nisi aliquod aliud adsit motiuum: & propterea poni oportet altius motiuum ad exercitium: quod dicimus Deum. Propter euitationem vero casus, quia si nec voluntas nec aliqua superior causa ponitur mouere intellectum magis ad intelligendum quàm non intelligendum: aut magis ad hoc quàm illud intelligendum, à casu est omnis prima intellectio: prout scilicet contingit sic, aut aliter offerri obiecta, &c. Sed si diligenter consideremus, neutra harum causarum ad propositam resolutionem ducit. Impotentia in primis falso imponitur intellectui: quoniam & sensus exterior aut saltem æstimatiua (quam clarius patet actiue operari) sufficit ex se exire in actum secundum: si reducitur in actum primum ab obiecto, nullo præcedente appetitu: vt patet de primis sensationibus brutorum. Nec est minoris efficaciæ intellectus potentialis informatus specie obiecti, quàm sensus informatus specie sensibili. Vnde quemadmodum non oportet ponere altius motiuum sensuum ad primas sensationes quo ad exercitium actus, sed ipsa sensuum natura sufficit, ita nec in intellectu. Sufficit enim ad hoc naturalis vis intelligendi indita animæ mediante intellectu agente & possibili. Casualitas deinde male attribuitur, quoniam quæ ex frequenti vsu proueniunt casu nequaquam fiunt: constat autem quod vniuersale quod est proprium motiuum intellectus, ex multis sensationibus, memoriis, & experientiis colligitur: vt dicitur in secundo posteriorum & proœmio metaphy. non igitur casu sed ex frequentioribus actibus sensuum circa hoc magis quàm circa illud prouenit, quòd prius intelligatur hoc quàm illud. Rursus,

uet voluntatem: quia appetibile apprehensum per intellectũ est mouens non motum[c]: appetitus autem mouens motum. Ergo intellectus non mouetur à voluntate.

¶Præterea, Nihil velle possumus nisi sit intellectum. Si igitur ad intelligendum mouet voluntas volendo intelligere, oportebit quòd etiam illud velle præcedat aliud intelligere: & illud intelligere aliud velle: & sic in infinitum. quod est impossibile. Non ergo voluntas mouet intellectum.

¶SED CONTRA est quòd Damas. dicit, quòd in nobis est percipere quamcunq; volumus artem, & non percipere. In nobis autem est aliquid per voluntatem: percipimus autem artes per intellectum. Voluntas ergo mouet intellectum.

CONCLVSIO.

¶*Intellectus mouet voluntatem vt finis, quæ mouet intellectum & omnes inferiores potestates animæ effectiue.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur mouere dupliciter. vno modo per modum finis, sicut dicitur quòd finis mouet efficientem. Et hoc modo intellectus mouet voluntatem: quia bonum intellectum est obiectum voluntatis, & mouet ipsam vt finis. Alio modo dicitur aliquid mouere per modum agentis, sicut alterans mouet alteratum, & impellens mouet impulsum. Et hoc modo voluntas mouet intellectum, & omnes animæ vires, vt Ansel. dicit in lib. de similitudinibus. Cuius ratio est, quia in omnibus potentiis actiuis ordinatis illa potentia, quæ respicit finem vniuersalem, mouet potentias, quæ respiciunt fines particulares. Et hoc apparet tam in naturalibus quàm in politicis. Cęlum enim quod agit ad vniuersalem cõseruationem generabilium & corruptibilium, mouet omnia inferiora corpora, quorum vnumquodque agit ad conseruationem propriæ speciei: vel

quia frequentius sensus mouentur ab vniuersalissimis: vtpote cum omnibus sensatis concurrentibus non casu, sed ex ordine naturæ est: quod primo moueatur intellectus à communissimis: iuxta ea quæ diximus in q. de primo cognito, in commentariis de ente & essẽntia. Si igitur nec impotentia, nec casus ad talem reductionem ducunt, inquirenda est alia ratio eius. Cum temerarium videatur cõcordem talium tantorumq; Philosophorũ Arist. & diui Tho. sententiam inficiari. Dicendum ergo videtur mihi, quòd intellectio prima dupliciter dicitur. vno modo simpliciter prima: quam scilicet puer primo habet: 301
alio modo prima in tali ordine, quam scilicet in aliquo negotio tractãdo aliquis primo habet. Et quamuis de vtraque sit hic sermo, & secundum superficiem literę magis de prima simpliciter: secundum tamen profunditatem, de secũda non minus intenditur: imò de ea directe loquitur Aristo. in loco allegato, diffuse. Reducere ergo primas simpliciter intellectiones in Deum cogit ratio eadem: qua astringimur reducere omnes motus in primum motum. Ita quòd sicut dicimus, quòd ignis non combureret cessante primo motu: ita dicemus quòd motus intellectuales, qui sunt extra motus corporeos (vt patet in 3. de anima) oportet quòd reducantur 409
in primum intellectualiter motum, id est in primũ intellectum in actu. Et cum motus intellectuales nostri sint ordinati, motus voluntatis reducuntur medio motu intellectiue: motus autẽ intellectus per seipsum, & quia motus intellectus vt intellectus non est qui imperatur à voluntate: sed qui præuenit voluntatem, qualis est prima intellectio simpliciter: ideo prima intellectio reducitur in Deum vt vniuersale & primum principium intellectualium: non vt primum cæli motorem. Nec ad hoc exigitur aliqua specialis influentia, sed generalis est influxus in omnes non solum animas nostras, sed angelicos spiritus, eadem ratione. Reduci autem primos intellectus motus in tali ordine in Deũ, eadem ratio ostendit. Si enim motus intellectus puri, id est absque mistione imperij voluntatis reducuntur immediate in primum intellectum: cum primas motiones in multis negotiis habeamus, non ex electione & discursu, sed nescientes vnde eas habuerimus: consequens est vt principium primum talium intellectionum sit ipse primus intellectus. Nec vlla est hic differentia: nisi quia conceptiones primæ simpliciter sortitæ sunt Deum principium ratione sui vniuersalis influxus in intellectualia. Conceptiones autem primæ in tali re aduenientes (non ex electione & discursu) sortiuntur primum intellectum vt causam ratione suæ prouidentiæ quam habent de intellectualibus: vtpote de prima parte vniuersi. Et confirmatur: quia motus intellectuales non sunt deterioris conditionis quàm motus corporales: sed hi omnes reducuntur in causam aliquam per se sui ordinis: saltem in primum motum. ergo motus intellectuales isti reducuntur in aliquam per se causam sui ordinis. Sed ipsi sunt in ordine actuum secundorum: sunt enim consilium & intellectus in actu. ergo debent reduci in aliquod eminentius consilio & intellectu in actu: tale autem non est intellectus in anima nostra: ergo extra est altius mouens ad huiusmodi consilia & intellectiones. Et hæc ratio videtur induxisse Arist. ad hanc sententiam in libro de bona fortuna hic allegato. Quamuis enim causam istius intellectionis magis quàm illius poneremus, præsentiam & dispositionem huius phantasmatis magis quàm illius, non propter hoc saluaretur quòd hic effectus tam nobilis haberet causam per se sui ordinis. Et confirmatur: quia experimur non solum nos habere tales intellectiones qualitercunque, sed efficaces & impetuosas: quod à superiore emanare oportet natura, cessantibus passionibus & habitibus & voluntate. Verum quia anima nostra coniungitur motui phantasmatum & tempori, &c. Idcirco has motiones diuina exercet prouidentia, secundum naturam recipientis diuersimode: modo exercitatione aut compositione phantasmatum, modo confortatione luminis intellectualis, modo interiori impulsu, & cætera. Consonum quippe his etiam quæ dicuntur 12. metaphy. text. 52. est vt singulari modo habeat Deus prouidentiam de intellectualibus vt sic (quia sunt in vniuerso vt filij) quàm de aliis. Quamuis nostri animi in hoc parum à filiis minorentur: quòd temporum varietatibus iunguntur: & propterea casus aliquo modo in eis habeat locum. Non tamen propterea totaliter excluduntur à filiis: sed ratione immaterialis naturæ, superiores influxus intellectualium aliquo modo recipiunt. Et tanto magis, quanto magis ab his corporalibus recedunt: vt in eodem lib. Arist. dicit. Et sic patet ad quæsita, quòd natura non sufficit ad primos actus: nec ponimus miracula, sed generalem influxum: & non solum in corporibus, sed in ordine intellectuum, & specialem de eis prouidentiam.

etiam indiuidui. Rex etiam quia intendit bonum commune totius regni, mouet per suum imperium singulos præpositos ciuitatum: qui singulis ciuitatibus curam regiminis impendunt. Obiectum autem voluntatis est bonum & finis in communi[c]. Quælibet autem potentia comparatur ad aliquod bonum proprium sibi conueniens, sicut visus ad perceptionem coloris, intellectus ad cognitionem veri. Et ideo volũtas per modum agentis mouet omnes animæ potentias ad suos actus præter vires naturales vegetatiuæ partis, quæ nostro arbitrio non subduntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus dupliciter considerari potest. Vno modo secundum quod intellectus est apprehẽsiuus entis & veri vniuersalis. Alio modo secundum quod est quędam res & particularis potentia, habens determinatum actum. Et similiter voluntas dupliciter considerari potest. Vno modo secundum communitatem sui obiecti, prout scilicet est apprehensiua boni communis. Alio modo secũdum quod est quædam determinata animæ potentia habens determinatũ actum. Si ergo comparentur intellectus & voluntas secundum rationem communitatis obiectorum vtriusque, sic dictum est suprà[c] quòd intellectus est simpliciter altior & nobilior voluntate. Si autem consideretur intellectus secundum communitatem sui obiecti, & voluntas secundum quod est quædam determinata potentia, sic iterum intellectus est altior & prior voluntate, quia sub ratione entis & veri, quam apprehendit intellectus, continetur voluntas ipsa & actus eius & obiectum ipsius. Vnde intellectus intelligit voluntatem & actum eius & obiectum ipsius, sicut & alia specialia intellecta, vt lapidem aut lignum, quæ continentur sub communi ratione entis & veri. Si vero consideretur voluntas secũdum communem

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæsecundæ Articulū quintum.*

Coment. Titulus clarus.

¶ In corpore vnica conclusio responsiua quæsito negatiue, Appetitus intellectiuus seu voluntas non distinguitur per irascibilem et concupiscibilem. Probatur, Potentia ordinata ad bonum secūdum communem rationem non diuersificatur penes differentias speciales illius rationis: sed appetitus intellectiuus respicit communem boni rationem. Ergo non distinguitur penes speciales differētias boni. Tūc vltra: sed concupiscibilis & irascibilis distinguuntur penes tales differentias: ergo voluntas non distinguitur per cōcupiscibilem & irascibilem. Maior probatur dupliciter. Primo ex verificatione ipsius inductiue in potentia visiua & consequenter in aliis: secundo, ex opposito: quia scilicet si visus esset albi, vt sic: esset alius à visu nigri. Et tāgitur hic probatio illa, Si affirmatio est causa affirmationis, & cætera. Si enim respicere rationē specialem est ratio diuersitatis, nō respicere specialem erit causa non diuersitatis. Minor vero est per se nota: quia bonum intellectū est vniuersale. Propositio autem subsumpta alterius probatur, & cōcupiscibilis respicit rationem cōuenientis: irascibilis rationem nocumenti propellendi.

b 399 102 a e

411 *suprà q̄o. 59. art. 4. Et 3. dis. 17. art. 1. quæst. 3. Et veri q. 25. art. 3. Et 3. de anima le. 14. cor. 8.*

¶ Aduerte hic, quòd licet ad integritatem formalem rationis pro cōclusione sufficerent hic, quę ex litera ad hāc formam reducta sunt, ad claritatem tamē & bonitatem doctrinę in litera inferuntur duæ aliæ manifestationes non seorsum, sed mistę: vna est ex opposito, seu ex differentia inter appetitum sensitiuum & intellectiuum: non quòd de appetitu sensitiuo minus sufficienter dictum fuerit in quæstione præcedente, sed vt ostendatur ex eadem radice procedere, quòd ille diuersificetur per has differentias & istæ non: & sic ratio ista firmior reddatur. Vnde duas maximas proposuit: se habentes sicut se habent affirmatio ad affirmationē, & negatio ad negationem. primam de communitate obiecti: secundi de specialitate eiusdem: & consequenter duo deduxit, vnitatem superioris, & diuersitatem inferioris appetitus: quia non habet obiectū illud cōmune: quia nec sensus illud apprehendit.

281 334

¶ Altera est ex apprehensiua præuia, quam in calce ponit: quòd quemadmodum vis apprehē-

rationem sui obiecti quod est bonum, intellectus autem secundum quòd quædam res & potentia specialis, sic sub cōmuni ratione boni continetur, velut quoddam speciale, & intellectus ipse, & ipsum intelligere, & obiectum eius, quod est verum, quorum quodlibet est quoddam speciale bonum. Et secundum hoc voluntas est altior intellectu, & potest ipsum mouere. Ex his ergo apparet ratio quare hæ potentiæ suis actibus inuicem se includunt: quia intellectus intelligit voluntatem velle, & voluntas vult intellectum intelligere[e]. Et simili ratione bonum continetur sub vero inquantum est quoddam verum intellectum, & verum continetur sub bono inquantum est quoddam bonum desideratum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd intellectus alio modo mouet voluntatem quàm voluntas intellectum, vt iam dictum est[e].

¶ Ad tertium dicendum, quòd non oportet procedere in infinitum, sed statur in intellectu, sicut in primo. Omnem enim voluntatis motum necesse est quòd præcedat apprehensio, sed non omnem apprehensionem præcedit motus voluntaris: sed principium consiliandi & intelligendi est aliquod intellectiuū principium altius intellectu nostro: quod est Deus, vt etiam Arist. dicit in 8. Ethi. Et per hunc modum ostendit quòd non est procedere in infinitum.

ARTICVLVS V.

a ¶ *Vtrum irascibilis, & concupiscibilis distingui debeant in appetitu superiori.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd irascibilis & cōcupiscibilis distingui debeāt in appetitu superiori, qui est voluntas. Vis enim concupiscibilis dicitur à concupiscendo: & irascibilis ab irascendo. Sed aliqua concupiscentia est quæ non potest pertinere ad appetitum sensitiuum, sed solum ad intellectiuum, qui est voluntas: sicut concupiscentia sapientiæ, de qua dicitur Sapien. 6. Concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum perpetuum. Est etiam quædam ira, quæ non potest pertinere ad appetitum sensitiuū, sed intellectiuum tantum: sicut cum irascimur contra vitia. Vnde & Hiero. super Mat. monet vt odium vitiorū possideamus in irascibili. Ergo irascibilis & concupiscibilis distingui debent in appetitu intellectiuo, sicut in sensitiuo.

¶ Præterea, Secundum quod communiter dicitur, charitas est in concupiscibili, spes autem in irascibili. Non autem possunt esse in appetitu sensitiuo, quia non sunt sensibilium obiectorum, sed intelligibilium. Ergo concupiscibilis & irascibilis sunt ponenda in parte intellectiua.

¶ Præterea, In libro de spiritu & anima dicitur, quòd has potentias, scilicet irascibilem & concupiscibilem, & rationalem habet anima antequam corpori misceatur. Sed nulla potentia sensitiuæ partis est animæ tantum, sed coniuncti, vt suprà dictum est[c]. Ergo irascibilis & concupiscibilis sunt in voluntate, quæ est appetitus intellectiuus.

¶ SED CONTRA est quod Greg. Nicenus dicit, quòd rationalis pars animæ diuiditur in desideratiuū & irascitiuum. Et idem dicit Damas. in lib. 2. & Philosophus dicit in tertio de Anima, quòd voluntas in ratione est. In irrationali autē parte animæ concupiscentia & ira, vel desiderium & animus.

CONCLVSIO.

¶ *In superiori appetitu hominis voluntate scilicet, non distinguitur concupiscibilis, & irascibilis.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd irascibilis & concupiscibilis non sunt partes intellectiui appetitus, qui dicitur volūtas. Quia, sicut suprà dictum est[e], potentia, quæ ordinatur ad aliquod obiectum secundum communem rationem, non diuersificatur per differentias speciales sub illa ratione communi contentas. Sicut quia visus respicit visibile secundum rationem colorati, non multiplicantur visiuæ potentiæ secundum diuersas species colorum. Si autem esset aliqua potentia quæ esset albi inquantum est album, & non inquantum est coloratum, diuersificaretur à potentia quæ esset nigri, inquantū est nigrum. Appetitus autem sensitiuus non respicit communem rationem boni[e]: quia nec sensus apprehendit vniuersale. Et ideo secundum diuersas rationes particularium bonorum diuersificantur partes appetitus sensitiui[e]. Nam concupiscibilis respicit propriam rationem boni inquantum est delectabile secūdum sensum & conueniens naturæ. Irascibilis autem respicit rationem boni secundum quod est repulsiuum & impugnatiuum eius quod infert nocumentum. Sed voluntas respicit bonum sua communi ratione boni[e]. Et ideo non diuersificantur in ipsa quæ est appetitus intellectiuus, aliquæ potentiæ appetitiuæ, vt sit in appetitu intellectiuo alia potentia irascibilis, & alia concupiscibilis, sicut etiam ex parte intellectus non multiplicantur vires apprehensiuæ, licet multiplicentur ex parte sensus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd amor, concupiscentia, & huiusmodi, dupliciter accipiuntur. Quandoque quidem secundum quod sunt quædam passiones[e]: cum quadam scilicet concitatione animi prouenientes: & sic cōmuniter accipiuntur: & hoc modo sunt solum in appetitu sensitiuo. Alio modo significant simplicem affectum absq; passione vel animi concitatione. Et sic sunt actus voluntatis. Et hoc etiam modo attribuuntur angelis & Deo. Sed prout sic accipiūtur[e], non pertinent ad diuersas potentias, sed ad vnam tantum potentiam, quæ dicitur voluntas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ipsa voluntas potest dici irascibilis prout vult inpugnare malum, non ex impetu passionis, sed ex iudicio rationis. Et eodem modo potest dici cōcupiscibilis propter desiderium boni. Et sic in irascibili & concupiscibili sunt charitas & spes, id est in voluntate[e], secundum quod habet ordinem ad huiusmodi actus. Sic etiam potest intelligi quod dicitur in libro de Spiritu & anima, quòd irascibilis & concupiscibilis sunt animæ, antequàm vniatur corpori: vt tamē intelligatur ordo naturæ & non temporis, licet non sit necessarium verbis illius libri fidem adhibere[e]. Vnde patet solutio ad tertium.

QVAESTIO OCTVAGESIMATERTIA de Libero arbitrio in quatuor articulos diuisa.

DEINDE quæritur de Libero arbitrio.

¶ Et circa hoc quærūtur quatuor.

¶ Primo, vtrū homo sit liberi arbitrij. ¶ Secūdo quid sit liberū arbitriū. vtrū sit potentia, vel actus, vel habitus.

¶ Tertio, si est potentia, vtrum sit appetitiua, vel cognitiua. ¶ Quarto, si est appetitiua, vtrū sit eadem potentia cum voluntate, vel alia.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum homo sit liberi arbitrij.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo non sit liberi arbit. Quicunq; enim est liberi arbitrij facit quod vult. Sed homo non facit quod vult. Dicitur enim Rom. 7. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud fa-

sua in parte superiori non multiplicatur, ita nec appetitiua: oppositum autem est in parte inferiori: quia & apprehēsiuę & appetitiuę multiplicatur: licet enim æquali numero satis est proposito nostro differentia inter partem inferiorem & superiorem in multiplicatiue & non multiplicatiue tam apprehensiuarū quàm appetitiuarum, quicquid sit de numero, quē constat non oportere esse æqualem: quia non ponitur appetitus primo propter apprehensiuarū potentiarum bona propria, sed propter ipsius animalis bonum, vt dictum est. Nec apprehensorum per se differentiæ constituunt aut pariunt totidem per se differentias genericas appetibilium: imò omnia sensu percepta duabus tantum boni per se differentiis, quas modo diximus in quæst. præce. comprehenditur: & ideo duas tantum appetitiuas potentias, in parte sensitiuas distinxit superius. 379 395 301 330 301 410

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimætertiæ Articulum primum.* 301

Titulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue: circa quam tria facit. Primo ponit eam: & probat ducendo ad impossibile. secundo manifestat. tertio probat à priori. Coment. b 361

¶ Quo ad primum conclusio est: Homo est liberi arbitrij. probatur ducendo ad impossibile: quia frustra essent sex consilia, &c.

¶ Quo ad secūdum graduātur res in triplici ordine quo ad hoc: quædam operantur sine iudicio: quædam cum iudicio, non collatiuo, sed naturali: quædā cum iudicio libero: prima sunt inanimata: secunda sunt bruta: tertia rationalia, inter quæ est homo. Vbi nota quòd iudicium seu arbitrium liberū distinguitur cōtra naturale, naturale autē est, quòd est determinatū ad vnum: agere ergo iudicio naturali nihil aliud est quàm agere iudicio non indifferenti ad hoc & oppositum, sed determinato ad alterum oppositorū: hoc modo bruta agunt: agere autem arbitrio libero, est agere iudicio indeterminato ad hoc, & oppositum. Nec attēditur ista differentia in hoc: quòd quando agit, iudicium liberū est indeterminatum, & naturale determinatū: quia quando exit in actum, oportet omne iudicium determinatum esse ad vnum, sed attēditur penes hoc, quòd iudicium brutorū secūdum se non est indifferens ad hoc & oppositum: rationalium vero b 301 a 384

412 *2. q̄o. 12. ar. 6. veri. q̄o. 24. arti. 1. & art. 2. cōt. Et mal. q. 6. artic. vnico.*

vero sic. potentiæ enim rationales vt dicitur 10. metaphy. se habent ad opposita: irrationales vero ad vnum tantum oppositorum.

¶ Quo ad tertium probatur conclusio à priori sic. Ratio circa contingentia habet viā ad opposita: ergo circa particularia operabilia: ergo non habet iudicium determinatū ad vnum: ergo habet iudicium liberum. Antecedens patet tam in dialecticis, id est probabilibus, quā in rhetoricis quæ sunt minus pbabilia vtpote verisimilia. Prima consequētia patet: quia particularia operabilia à nobis manifeste sunt contingentia. Secunda vero patet ex terminis: determinari enim ad vnum oppositum & posse in vtrunque oppositorum econtrario diuiduntur. Tertia quoque patet ex terminis. Quoniam nihil aliud est iudicium liberum quàm indifferēs: ex quo concluditur de primo ad vltimū, quòd ex hoc quòd homo est rationalis, sequitur, est liberi arbitrij.

¶ *Num ratio libertatis in ratione, vel in voluntate consistat.*

Quæstio. ¶ Circa hanc rationem aduerte quòd hinc habes quòd prima radix libertatis est ratio, ita quòd ex hoc primo inest libertas alicui: quia ratio indeterminata est, & indifferens est ad hoc & oppositū. Et quoniam hæc est ante omnem actum voluntatis, consequens est quòd minus bene Scotus in primo, dist. 38. dixerit libertatem primo quærendam in voluntate. Quamuis possit distingui quod primo est in voluntate formaliter, & primo in ratione radicaliter. Vnde ad rationem Scoti ibidem: scilicet quicquid intelligitur ante omnem actum voluntatis, intelligitur mere naturaliter: ergo nulla est ibi libertas. Respondetur, quod antecedens quocunque modo formetur, potest habere duplicē sensum. Primus est: quod omnis actus intellectus ante voluntatis actum, est mere naturalis elicitiue: & sic est verū. Quoniam ante voluntatis actum, quencunque actum intellectus elicit à natura, non ab electione elicit. Secundus sensus est: quòd omnis actus intellectus præueniēs voluntatem, est mere naturalis obiectiue. Et in hoc sensu potest dupliciter intelligi: vel quo ad conditiones positiuas, vel quo ad cōditiones negatiuas, seu negatiue monstratas. Si intelligamus de conditionibus positiuis, verū est: si de negatiuis, vniuersaliter nō est verum. Quoniam actus intelle- 300 b 406 a 774

cio, Ergo homo non est liberi arbitrij.

¶ Præterea, Quicunque est liberi arbitrij, eius est velle & non velle, operari & non operari. Sed hoc non est hominis. Dicitur enim ad Rom. 9. Non est volentis scilicet velle, neque currentis scilicet currere. Ergo homo non est liberi arbitrij.

¶ Præterea, Liberum est quod sui causa est: vt dicitur in 1. metaphy. Quod ergo mouetur ab alio, non est liberum. Sed Deus mouet voluntatem. Dicitur enim Prouerb. 21. Cor regis in manu Dei est: & quocunque voluerit vertet illud. Et Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Ergo homo non est liberi arbitrij.

¶ Præterea, Quicunque est liberi arbitrij, est dominus suorum actuum: sed homo non est dominus suorum actuum: quia vt dicitur Hiere. 10. Non est in homine via eius, nec viri est vt dirigat gressus suos. Ergo homo non est liberi arbitrij.

¶ Præterea, Philosophus dicit in 3. Ethi. Qualis vnusquisque est, talis finis videtur ei. Sed non est in potestate nostra aliquales esse, sed hoc nobis est à natura. Ergo naturale est nobis quòd aliquem finem sequamur. Non ergo ex libero arbitrio.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui. Glos. j. in libertate arbitrij.

CONCLVSIO.

¶ *Cum homo sit rationalis, liberi etiam arbitrij necessario est.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd homo est liberi arbitrij. Alioquin frustra essent consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia, & pœnæ.

¶ Ad cuius euidentiam considerandū est quòd quædam agunt absq; iudicio. Sicut lapis mouetur deorsum: & similiter omnia cognitione carentia. Quædam autem agunt iudicio, sed non libero, sicut animalia bruta. Iudicat enim ouis videns lupum eum esse fugiendum naturali iudicio, & non libero: quia non ex collatione, sed ex naturali instinctu hoc iudicat. Et simile est de quolibet iudicio brutorum animalium. Sed homo agit iudicio: quia per vim cognoscitiuam iudicat aliquid esse fugiendum vel prosequendum[e]. Sed quia iudicium istud non est ex naturali instinctu in particulari operabili, sed ex collatione quadam rationis, ideo agit libero iudicio potens in diuersa ferri. Ratio enim circa contingentia habet viam ad opposita, vt patet in dialecticis syllogismis, & rhetoricis persuasionibus. Particularia autem operabilia sunt quædam contingentia. Et ideo circa ea iudicium rationis ad diuersa se habet, & non est determinatum ad vnum. Et pro tanto necesse est quòd homo sit liberi arbitrij, ex hoc ipso quod rationalis est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut suprà dictum est[e], appetitus sensitiuus, etsi obediat rationi, tamen potest in aliquo repugnare concupiscendo contra illud quod ratio dictat[e]. Hoc ergo est bonum quòd homo non facit cum vult, scilicet non concupiscere contra rationem, vt glo. August. ibidem dicit.

¶ Ad secūdum dicendum, quòd verbum illud Apostoli non sic est intelligendum quasi homo non velit & non currat libero arbitrio, sed quia liberum arbitrium ad hoc non est sufficiens nisi moueatur & iuuetur à Deo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd liberum arbitrium est causa sui motus: quia homo per liberum arbitrium seipsum mouet ad agendum. Non tamen hoc est de necessitate libertatis quòd sit prima causa sui id quod liberum est: sicut nec ad hoc quòd aliquid sit causa alterius, requiritur quòd sit prima causa eius. Deus igitur est prima causa mouens & naturales causas & voluntarias. Et sicut naturalibus causis mouendo eas, non aufert quin actus earum sint naturales, ita mouendo causas voluntarias, non aufert quin actiones earum sint voluntariæ[e], sed potius hoc in eis facit. operatur enim in vnoquoque secundum eius proprietatem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd dicitur non esse in homine via eius quantum ad executiones electionum, in quibus homo impediri potest, velit nolit. Electiones autem ipsæ sunt in nobis, supposito tamen diuino auxilio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd qualitas hominis est duplex. Vna naturalis & alia superueniens. Naturalis autem qualitas accipi potest vel circa partem intellectiuam, vel circa corpus & virtutes corpori annexas. Ex eo igitur quòd homo est aliqualis qualitate naturali, quæ attenditur secūdum intellectiuam partem, naturaliter homo appetit vltimum finem, scilicet beatitudinem. Qui quidem appetitus naturalis est & non subiacet libero arbitrio, vt ex supradictis patet[e]. Ex parte vero corporis & virtutum corpori annexarum potest esse homo aliqualis naturali qualitate secundum quod est talis complexionis, vel talis dispositionis ex quacunq; impressione corporearum causarum, quæ non possunt in intellectiuam partem imprimere, eo quòd non est alicuius corporis actus[e]. Sic igitur qualis vnusquisque est secundum corpoream qualitatem, talis finis videtur ei: quia ex huiusmodi dispositione homo inclinatur ad eligēdum aliquid vel repudiandum. Sed istæ inclinationes subiacent iudicio rationis, cui obedit inferior appetitus, vt dictum est[e]. Vnde per hæc libertati arbitrij non præiudicatur. Qualitates autem superuenientes sunt sicut habitus & passiones, secundum quas aliquis magis inclinatur in vnum quàm in alterum. Tamen istæ etiam inclinationes subiacent iudicio rationis. Et huiusmodi etiam qualitates ei subiacent, inquantum in nobis est tales qualitates acquirere vel causaliter vel dispositiue, vel à nobis excludere. Et sic nihil est quod libertati arbitrij repugnet.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum liberum arbitrium sit potentia.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd liberum arbitrium non sit potentia. Arbitrium enim liberum nihil est aliud quàm liberum iudicium. Iudicium autem non nominat potentiam, sed actū. Ergo liberū arbitrium non est potentia.

¶ Præterea, Liberum arbitrium dicitur esse facultas volūtatis & rationis. Facultas autem nominat facilitatem potestatis, quæ quidem est per habitum. Ergo liberum arbitrium est habitus. Ber. etiam dicit, quòd lib. arbit. est habitus animæ liber sui. Non ergo est potentia.

¶ Præterea, Nulla potentia naturalis tollitur per peccatum: sed liberū arbitrium tollitur per peccatum. August. enim dicit, quòd homo male vtens libero arbit. & se perdit & ipsum. Ergo liberum arbitrium non est potentia.

¶ SED CONTRA est, quòd nihil est subiectum habitus, vt videtur, nisi potentia. Sed liberum arbitrium est subiectum gratiæ, qua sibi assistente bonū eligit. Ergo liberum arbitrium est potentia.

CONCLVSIO.

¶ *Cum liberum arbitrium sit quo indifferenter se habent homines ad bene vel male eligendum, impossibile est esse habitum quendam, vel potentiam cum habitu, sed necessario potentia quædam animæ naturalis est.*

ctus præueniens voluntatem, etsi obiectum habeat à natura oblatum, & quicquid in eo cognoscit & iudicat, naturaliter cognoscat & iudicet: habet tamen respectu contingentium operabiliū hanc negatiuam conditionem, scilicet indeterminationem & indifferentiam iudicij respectu vtriusq; partis cōtradictionis, quæ opponitur directe naturę: quoniam natura determinat ad vnū. Et hęc conditio est radix libertatis. Si enim iudicium tale esset determinatum, voluntas non posset ad quā vellet contradictionis partē declinare: sed necessitaretur à determinato iam iudicio de volendo, vel non volendo hoc: quod esset contra rei ipsius experientiam, & omnium opinionem. Quia vero rationis iudicium circa hoc amandum, vel non amādum: ante voluntatis actum indifferens est, & vtrinque rationes habens suspensum stat, nec natura nec electione determinatum secundum se. Hinc iudiciū tale & naturale non est, quo ad talem indifferentiā: imò naturæ repugnat, & libertatem fundat. Et sic patet quòd distincto antecedēte Scoti iuxta sensum in quo verificatur antecedens, neganda est consequentia. in alio vero sensu antecedens est negandum: quia falsum est vt patet. Et si instetur quòd aut indifferentia iudicij est naturalis aut libera: respōdendum est quòd neutra est formaliter, sed est radicaliter libera, id est libertatis radix. Est enim implicatio in adiecto dicere indeterminatio naturalis: quia si naturalis, ergo determinata ad vnum: & si indifferens, ergo non naturalis. Instātia tamen talis indeterminati iudicij est naturalis: vt de libertate formaliter etiā dicetur in sequenti articulo. a b 515 124 408 55 569 406

419 *2. distin. 24. q̄o. 1. arti. 1. & 2. Et veri. q̄o. 24. artic. 4.*

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimætertiæ Articulum secundum.*

Titulus clarus. Coment.

¶ In corpore duo. primo distinguit significationes huius nominis liberū arbitrium. Secundo respondet quęsito vnica conclusione affirmatiue.

¶ Quo ad primum dupliciter sumitur: proprie, & ex accommodatione vsus. Primo modo significat actū. Secundo principium huius actus: & de hoc est quæstio.

¶ Quo ad secundū conclusio responsiua est, liberum arbitrium est potentia. Probatur sic, Aut est habitus, aut potentia, aut potentia cum habitu: sed nec habitus nec potentia cum habitu est: ergo potentia. Assumptū

probatur, quia principium actus in nobis aliquod horum est. probatur, quia his dicimur vt principijs cognoscere. minor vero probatur dupliciter. primo fic, si esset habitus : ergo esset habitus naturalis. Sed hoc est impossibile : quia naturalitas est contra rationem libertatis : & esse habitum est contra rationem naturalitatis libe. arbit. consequentia patet. sed connascitur nobiscum. Destructio consequentis quo ad primam probationem patet : quia si est naturale, ergo non subest libero arbitrio, & si subest libero arbitrio, ergo non est naturale, vt patet de assensu principiorũ, & appetitu beatitudinis.

¶ *Num libero arbitrio repugnet naturalitas, cum sit potentia naturalis.*

Quæstio. ¶Circa hãc partem duo dubia parta sunt. Primum est : quia videtur contradictio in eodem contextu literæ dum dicitur, & quòd rationi liberi arbitrij repugnat naturalitas & simul dicitur quòd est naturalis. Secundum est : quia si liberum arbitrium non ponitur habitus naturalis, ponitur tamen potentia naturalis, vt patet. ponitur enim in secunda specie qualitatis : ergo contra rationem eius non est naturalitas. Ad hæc duo simul dicitur : quòd naturale hic sumitur vt distinguitur cõtra liberum : ita quod naturale vocamus determinatum ad vnum : cuius oppositum conuenit libero. Potest autem cadere naturalitas supra duo : vel supra rationem rei de qua est sermo. vel supra inhæsionem illius rationis in subiecto. Et si quidem determinet inhæsionem : omnia quæ congenerãtur alicui, naturalia sunt : quia non libere insunt, sed à natura determinantur ad hanc 404 benda illa : & hoc modo liberum arbitrium est naturale : quia inest nobis à natura : vt in litera dicitur. Et ex hac naturalitate secundum inhæsionem infertur in litera : quòd si esset habitus, esset naturalis : vt patet. Si vero determinet ipsam rationem rei : sic non omnia congenita sunt naturalia : sed aliquid naturale & aliquid liberum. Quia aliquod est determinatum ad vnum : aliquod indifferens ad hoc & oppositum : & sic naturalitas repugnat libero arbitrio. Et ideo notanter in litera dicitur. Contra rationem liberi arbitrij est naturalitas, scilicet determinans rationem non inhæsionem : & per hoc patet etiam responsio ad secundum dubium. Quia scilicet vocatur potentia naturalis : 414 2.dist.24. q.1.art.3. Et 3.dist. 17.arti.1. qõ.3. ad quintũ. Et veri. q.24.ar. 4.& 6. distinguitur tamen contra potentias naturales : & dicitur potentia libera secundum rationem potentiæ. Sed adhuc non quiescit animꝰ cur simpliciter dicitur : quòd libero arbitrio repugnat esse habitũ naturalem :

¶RESPONDEO dicendum, quòd quamuis liberum arbitrium nominet quendam actum secundum propriam significationem vocabuli : secundum tamen communem vsum loquendi, liberum arbitrium dicimus id, quod est huius actus principium, scilicet quo homo libere iudicat. Principium autem actus in nobis est & potentia & habitus. Dicimur enim aliquid cognoscere & per scientiam & per intellectiuam potentiam. Oportet ergo quòd liberum arbitrium vel sit potentia, vel sit habitus, vel sit potentia cum aliquo habitu. Quòd autem non sit habitus, neque potentia cum habitu, manifeste apparet ex duobus. Primo quidem, quia si est habitus, oportet quòd sit habitus naturalis. Hoc enim est naturale homini quòd sit liberi arbitrij. Nullus autem habitus naturalis adest nobis ad ea quæ subsunt libero arbitrio, quia ad ea, respectu quorum habemus habitus naturales, naturaliter inclinamur : sicut ad assentiendum primis principiis. Ea autem, ad quæ naturaliter inclinamur, non subsunt libero arbitrio, sicut dictum est de appetitu beatitudinis[c]. Vnde contra propriam rationem liberi arbitrij, est quòd sit habitus naturalis. Contra naturalitatem autem eius est quòd sit habitus non naturalis. Et sic relinquitur quòd nullo modo sit habitus. Secundo hoc apparet : quia habitus dicuntur secundum quos nos habemus ad passiones, vel ad actus bene vel male, vt dicitur in 2. Ethic. Nam per temperantiam bene nos habemus ad concupiscentias. Per intemperantiam autem male, per scientiam etiam bene nos habemus ad actum intellectus, dum verum cognoscimus : per habitum autem contrarium male. liberum autem arbitrium indifferenter se habet ad bene eligendum vel male. Vnde impossibile est quòd liberum arbitrium sit habitus. Relinquitur ergo quòd sit potentia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consuetum est potentiam significari nomine actus[c]. Et sic per hunc actum, qui est liberum iudicium, nominatur potentia, quæ est huius actus principium : alioquin si liberum arbitrium nominaret actum : non semper maneret in homine.

¶Ad secundum dicendum, quòd facultas nominat quandoque potestatem expeditam ad operandum. Et sic facultas ponitur in diffinitione liberi arbitrij. Ber. autem accipit habitum non secundum quòd diuiditur contra potentiam : sed secundum quòd significat habitudinem quandam, qua aliquo modo se aliquis habet ad actum. Quod quidem est tam per potentiam quàm per habitum. Nam per potentiam homo se habet vt potens operari, per habitum autem vt aptus ad operandum bene vel male.

¶Ad tertium dicendum, quòd homo peccando, liberum arbitrium dicitur perdidisse, non quantum ad libertatem naturalem, quæ est à coactione, sed quantum ad libertatem, quæ est à culpa & à miseria. De qua infrà in tractatu moralium dicetur in secunda parte huius operis.

ARTICVLVS III.

a ¶ Vtrum liberum arbitrium sit potentia appetitiua.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd liberum arbitrium non sit potentia appetitiua, sed cognitiua. Dicit enim Damasc. quòd cum rationali confestim comitatur liberum arbitrium. Sed ratio est potentia cognitiua. Ergo liberũ arbitrium est potentia cognitiua.

¶Præterea, Ad liberum arbitrium dicitur quasi liberum iudicium. sed iudicare est actus cognitiuæ virtutis. Ergo liberum arbitrium est cognitiua potentia.

¶Præterea, Ad liberum arbitrium præcipue pertinet electio. Sed electio videtur ad cognitionem pertinere : quia electio importat quandam comparationem vnius ad alterum : quod est proprium cognitiuæ virtutis. Ergo liberum arbitrium est potentia cognitiua.

¶SED CONTRA est q̃ Philosophus dicit in tertio Ethic. quòd electio est desiderium eorum, quæ sunt in nobis. Sed desiderium est actus appetitiuæ virtutis. Ergo & electio. Liberum autem arbitrium est secundum quòd eligimus. Ergo liberum arbitrium est virtus appetitiua.

CONCLVSIO.

¶ Cum proprius actus liberi arbitrij sit ipsa electio, in parte animæ appetitiua : necesse est arbitrium liberum esse.

¶RESPONDEO dicendum, quòd proprium liberi arbitrij est electio. Ex hoc enim liberi arbitrij esse dicimur, quòd possumus vnum recipere alio recusato : quod est eligere, & ideo naturam liberi arbitrij ex electione considerare oportet. Ad electionem autem concurrit aliquid ex parte cognitiuæ virtutis, & aliquid ex parte appetitiuæ. Ex parte autem cognitiuæ requiritur consilium, per quod diiudicatur quid sit alteri præferendum. Et parte autem appetitiuæ requiritur quòd apperendo acceptetur, quod per consilium diiudicatur. Et ideo Arist. in sexto Ethic. sub dubio relinquit, vtrum principalius pertineat electio ad vim appetitiuam vel ad vim cognitiuam : dicit enim quòd electio vel est intellectus appetitiuus, vel appetitus intellectiuus. Sed in tertio Ethic. in hoc magis declinat quòd sit appetitus intellectiuus, nominans electionem desiderium consiliabile. & huius ratio est quia proprium obiectum electionis est illud quod est ad finem. hoc autem inquantum huiusmodi habet rationem boni, quod dicitur vtile. Vnde, cum bonum inquantum huiusmodi, sit obiectum appetitus, sequitur quòd electio sit principaliter actus appetitiuæ virtutis. Et sic liberum arbitrium est appetitiua potentia.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd potentiæ appetitiuæ concomitantur apprehensiuas[c]. Et secundum hoc dicit Damasc. quòd cum rationali confestim concomitatur liberum arbitrium.

¶Ad secundum dicendum, quòd iudicium est quasi conclusio & determinatio consilij. Determinatur autem consilium primo quidem per sententiam rationis, & secundo per acceptationem appetitus. Vnde Philosophus dicit in 3. Ethic. quòd ex consiliari iudicantes desideramus secũdum consilium. Et hoc modo ipsa electio dicitur quoddam iudicium à quo nominatur liberum arbitrium.

¶Ad tertium dicendum, quòd ista collatio, quæ importatur in nomine electionis, pertinet ad consilium præcedens, quod est rationis. Appetitus enim quamuis non sit collatiuus, tamen inquantum à vi cognitiua conferente mouetur, habet quandam collationis similitudinem, dum vnum alteri præoptat.

& non naturalem potentiam, cum vtriusque naturalitas quo ad rationem repugnet & quo ad inhæsionem conueniat. Ad hoc dicitur, quod in habitu illæ duæ naturalitates sunt inseparabiles : ita quòd si est naturalis quo ad inhæsionem : est etiam naturalis quo ad rationem : quamuis non e contra, vt patet : in potentia vero non : sed naturalitas inhæsionis stat cum libertate rationis. Vnde naturalitatem habitus tanquam omnino repugnantem liberum arbitrium excludit : potentiæ vero tanquã permissiue compatientem secum libertatem, non sic excludit : & ex hoc patet responsio ad obiectionũ quartam, quæ posset contra literam mouari. Quia in hac ratione ex naturalitate inhæsionis liberi arbitrij infertur naturalitas habitus secundum inhæsionem : & tamen probatio postmodum fit contra naturalitatem rationis : hæc enim probatur repugnare libero arbitrio & sic videtur inefficax processus : & in æquiuoco laborans. Iam enim patet satisfactio : quòd quia in habitu naturalitas rationis cuidens est : quoniam omnis habitus ad vnum determinat, nulla opus erat probatione circa hoc : & ideo licuit deducta naturalitate inhæsionis ex alia naturalitate, scilicet rationis tanquam per se nota procedere : & ex naturalitate rationis inferre repugnantiam ad libertatem. Qui processus non liceret loquendo de potentia : quia illata naturalitate inhæsionis non haberetur secunda naturalitas sicut in habitu.

¶ Secundo probatur sic, liberũ arbitrium indifferenter nos habemus ad bene vel male eligendum : ergo non est habitus. Tenet sequela : quia habitus est quo benevel male inclinamur : probatur autoritate & inductione in intellectu & appetitu. Coment.

a ¶ Super Quæstionis octuagesimætertiæ Articulum tertium.

Titulus clarus.

¶ In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Liberum arbitrium est potentia appetitiua. Probatur, electio est principaliter actus appetitiuæ virtutis ergo liberum arbitrium est appetitiua potentia. Huius rationis primo probatur consequentia in litera : quia proprius actus liberi est electio : quod probatur : quia ex hoc dicimur liberi : quia possumus optare vnum altero refutato quod est eligere. Secundo declaratur. Et probatur antecedẽs. Declaratur quidem declarando : primo quod ad electionem duo concurrũt, iudicium ex parte consilij & intellectus : & acceptatio seu velle iudicatum ex parte appetitus ponendo secũdo quid in hoc : tenserit Aristoteles Philosophus, in sexto libro Ethicorum : & quid Coment.

& quid in tertio. Probatur vero sic, obiectũ electionis est id quod est ad finem vt sic. Ergo est bonum vtile. Ergo electio est proprie actus appetitiuæ virtutis. Antecedẽs hoc cũ prima consequentia patet : secunda vero probatur, quia bonum vt bonũ : & consequenter omnis boni species, vt sic ad appetitiuæ potentiæ obiectum proprium spectat. 415 locis supra art. 3. induct.

¶Circa hanc partem esset quæstio de electione quæ in prima secundæ.

a ¶ Super Quæstionis octuagesimætertiæ Articulum quartum.

Titulus clarus. Coment.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Voluntas & liberũ arbitrium non sunt duæ, sed vna potentia probatur. Sicut se habet intellectꝰ ad rationẽ, ita voluntas ad lib. arbit. seu (quod idem est) vim electiuã : sed intellectus & ratio sunt vna potentia. ergo voluntas & lib. arb. maior probatur dupliciter. primo ex cõmuni ratione. Quia oportet appetitiuas esse proportionatas apprehensiuis : ac per hoc sicut in apprehẽsiua sunt duo, ita in appetitiua. Secundo ex specialibus rationibus horũ ex parte obiectorum & actuum. Actũ quidem : quia intelligere est simplex : & naturaliter est discurrere : & similiter velle & eligere : obiectorum vero, quia exinde illorum primũ est principij : secundum conclusionis. horum quoq; primum est finis, secũdum ad finem. 330 403

¶ Constat autem quòd hæc proportionaliter se habent, minor vero non solũ probatur : quia eiusdem est virtutis, quies et motus : sed idẽ medium intentam hic conclusionem inferre dicitur. Et sic duobus quodammodo mediis probauit intentam conclusionẽ, scilicet ex proportionalitate inter apprehensuam & appetitiuam virtutẽ. & ex habitudine inter actum lib. arb. & actũ voluntatis : quia scilicet se habent vt quies & motus : vt supra dictum fuit de intellectu & ratione. 293 396 119

a ¶ Super Quæstionis octuagesimæquartæ Articulum primũ.

Titulus clarus. Coment.

¶ In corpore quoque. Primo refert antiquorum opiniones. secundo Plato. tertio arguit contra opinionem Plato. quarto fundamẽtũ eius examinat & destruit. quinto infert conclusionem. responsuam quæsito affirmatiue.

¶ Quo ad primũ antiquorũ, positio est, quòd corporeorum nulla est certa cognitio : quia sunt in continuo motu : & ex hoc q̃ corporale variũ, nullius rei est aliqua certa cognitio : quia sola corporea entia ponebant. 0 396

¶ Quo ad secũdum Platonis, positio q̃ corporũ sensibilium secũdum seipsa non est certa scientia, sed secũdum eorum ideas : quia hæc sunt materialia & fluxa, illæ autem sunt species horum.

¶ Quo ad tertium dupliciter arguitur. Primo ducendo ad impossibile, quia scilicet materia & motus excluderentur à scientia tam in ratione obiecti quàm in ratione medij : & sic periret scientia naturalis : quæ & de mobili, & per principia motus est. Secundo ducendo ad inopinabile, quòd dum horũ manifestorũ scientiam quærimus, aliorum quæ nescimus, scientiam inueniamus : quæ nõ sunt horum substantiæ : per quæ de his iudicare nequiuimus, & tamẽ iudicamꝰ.

¶ Quo ad quartum primo fundamentũ Platonis : fundauit se Plato super tres propositiones. Prima est, q̃ cognito sit per assimilationẽ, primo de anima. secũda, quòd ista similitudo debet esse nõ solũ in forma, sed in modo formæ. Tertia, q̃ inter intellectum & res corporales nõ potest esse ita assimilatio, sed bene inter animã & ideas. Et hanc tertiam propositionẽ probauit : quia in anima rei cognitæ forma est immaterialiter, vniuersaliter, & immobiliter, quòd ex operatione apparet : quia experimur intelligere vniuersaliter, & necessario : operatio enim est secundum modum formæ, in corporibus autẽ his oppositũ modo sunt formæ : in ideis autem sunt simili modo, scilicet vniuersaliter, immaterialiter, & absq; motu. ergo.

¶ Deinde destruit hoc fundamentũ, ostendendo secundã propositionẽ esse falsam dupliciter. Primo in assimilatione absolute. Secũdo in assimilatione cognoscentis ad cognitum : absolute quidẽ, quia inter similia nõ oportet quòd sit similitudo 419 Veri. qõ. 10.art.4.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ Vtrum liberum arbitrium sit alia potentia à voluntate.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd liberum arbit. sit alia potentia à voluntate. Dicit enim Damasc. in libr. 2. quòd aliud est thelisis, aliud vero bulisis. Thelisis autem est voluntas, bulisis autem videtur arbitrium liberum : quia bulisis secundum ipsum est voluntas quæ est circa aliquid quasi vnius per comparationem ad alterum. Ergo videtur quod liberum arbitrium sit alia potentia à voluntate.

¶Præterea, Potentiæ cognoscuntur per actus. Sed electio, quæ est actus liberi arbitrij, est aliud à voluntate vt dicitur in 3. Ethi. quia voluntas est de fine, electio autem de iis quæ sunt ad finem. Ergo liberum arbitrium est alia potentia à voluntate.

¶ Præterea, Voluntas est appetitus intellectiuus. Sed ex parte intellectus sunt duæ potentiæ, scilicet agens & possibilis. Ergo etiam ex parte appetitus intellectiui debet esse aliqua potentia præter voluntatem : & hæc non videtur esse nisi liberũ arbitrium. Ergo liberum arbit. est alia potentia præter voluntatẽ.

¶SED CONTRA est quod Damasc. dicit in 3. quòd liberum arbitrium nihil aliud est quàm voluntas.

CONCLVSIO.

¶ Sicut ratio & intellectus non duæ, sed vna potentia sunt, ita voluntas & liberum arbitrium non duæ, sed vna tantum potentia sunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd potentias appetitiuas oportet esse proportionatas potẽtiis apprehensiuis, vt suprà dictũ estꝰ. Sicut autem ex parte apprehensionis intellectiuæ se habent intellectus & ratio : ita ex parte appetitus intellectiui se habent voluntas & lib. arbit. quod nihil aliud est quàm vis electiua : & hoc patet ex habitudine & obiectorum & actuum. Nam intelligere importat simplicem acceptionem alicuius rei. Vnde intelligi dicuntur proprie principia, quæ sine collatione per seipsa cognoscuntur[c]. Ratiocinari autem proprie est deuenire ex vno in cognitionem alterius. Vnde proprie de conclusionibus ratiocinamur, quæ ex principiis innotescunt. Similiter ex parte appetitus velle importat simplicem appetitum alicuius rei. Vnde voluntas dicitur esse de fine, qui propter se appetitur. Eligere autem est appetere aliquid propter alterum consequendum. Vnde proprie est eorum quæ sunt ad finem. Sicut autem se habet in cognitiuis principium ad conclusionem, cui propter principia assentimus, ita in appetitiuis se habet finis ad ea, quæ sunt ad finem, quæ propter finem appetuntur. Vnde manifestũ est quòd sicut se habet intellectus ad rationem, ita se habet voluntas ad vim electiuam, id est ad liberum arbitrium. Ostensum est autem suprà[c], quòd eiusdem potentiæ est intelligere & ratiocinari, sicut eiusdẽ virtutis est quiescere & moueri. Vnde etiã eiusdem potentiæ est velle & eligere. Et propter hoc voluntas & liberum arbitrium non sunt duæ potentiæ, sed vna. 330 403 293 396 119 398 330 402

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bulisis distinguitur à thelisi, non propter diuersitatem potentiarum, sed propter differentiam actuum.

¶Ad secundum dicendum, quòd electio & voluntas, id est ipsum velle, sunt diuersi actus : sed tamẽ pertinent ad vnam potentiam, sicut etiam intelligere & ratiocinari, vt dictũ estꝰ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus comparatur à voluntate vt mouens. Et ideo non oportet in voluntate distinguere agens & possibile.

ARTIC. I.

QVAESTIO OCTVAGESIMAQVARTA DE ANIMÆ COGNITIONE RESPECTU CORPORALIVM, IN OCTO ARTICULOS DIVISA.

CONSEQVENTER considerãdum est de actibus & habitibus animæ quantum ad potentias intellectiuas & appetitiuas. Aliæ enim potentiæ non pertinent directè ad consideratione theologi. Actus autem & habitus appetitiuæ partis ad consideratione moralis scientiæ pertinent. Et ideo in secunda parte huius operis de eis tractabitur, in qua considerãdum est de morali materia. Nunc autem de actibus & habitibus intellectiuæ partis agetur. Primo quidem de actibus. Secundo de habitibus. In consideratione vero actũ hoc modo procedemus. Primo nanq; considerandum est quomodo intelligit anima corpori coniuncta. Secundo quomodo intelligit à corpore separata. Prima autem consideratio erit tripartita. Primo nanq; considerabitur quomodo anima intelligit corporalia quæ sunt infra ipsam. Secundo quomodo intelligit seipsam & ea, quæ in ipsa sunt. Tertio quomodo intelligit substantias immateriales, quæ sunt supra ipsam.

¶ Circa cognitionem vero corporalium tria consideranda occurrunt. Primo quidem per quid ea cognoscit. Secundo quomodo & quo ordine. Tertio quid in eis cognoscit.

¶ Circa primum quæruntur octo. ¶ Primo, vtrum anima cognoscat corpora per intellectum. ¶Secũdo, vtrum intelligat ea per essentiam suam, vel per aliquas species. ¶ Tertio, si per aliquas species, vtrum species omnium intelligibiliũ sint ei naturaliter innatæ. ¶Quarto, vtrum effluant in ipsam ab aliquibus formis immaterialibus separatis. ¶Quinto, vtrũ anima nostra omnia quæ intelligit videat in rationibus æternis. ¶Sexto, vtrum cognitionem intelligibilem acquirat à sensu. ¶ Septimo, vtrum intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet, non conuertendo se ad phantasmata. ¶ Octauo, vtrum iudicium intellectus impediatur per impedimentum sensituarum virtutum.

ARTICVLVS I.

a ¶ Vtrum anima cognoscat corpora per intellectum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima non cognoscat corpora per intellectum. Dicit enim Aug. in 2. sol. quòd corpora intellectu cõprehendi non possunt : nec aliquod corporeũ nisi sensibus videri potest. Dicit etiam 12. super Genes. ad literam, quòd visio intellectualis est eorum quæ sunt per essentiam suam in anima. huiusmodi autem non sunt corpora. Ergo anima per intellectum corpora cognoscere non potest.

¶Præterea, Sicut se habet sensus ad intelligibilia, ita se habet intellectus ad sensibilia. Sed anima per sensum nullo modo potest cognoscere spiritualia quæ sunt intelligibilia. Ergo nullo modo per intellectum potest cognoscere corpora, quæ sunt sensibilia.

¶ Præterea, intellectus est necessariorum, & semper eodem modo se habentium. Sed corpora omnia sunt mobilia, & non eodem modo se habentia. Anima ergo per intellectum corpora cognoscere non potest.

¶SED CONTRA est, q̃ scientia est in intellectu. Si ergo intellectus non cognoscit corpora, sequitur q̃ nulla scientia sit de corporibus. Et sic peribit scientia naturalis quæ est de corpore mobili.

CONCLVSIO.

¶ Anima per intellectum cognoscit corpora immaterialiter, vniuersali, & necessaria cognitione.

¶RESPONDEO dicendũ ad euidentiam huius quæstionis, quòd primi Philosophi, qui de naturis rerum inquisiuerunt, putauerunt nihil esse in mundo præter corpus[c]. Et quia videbant omnia 362

tudo modi essendi, neq; intrinsece: vt patet de intenso & remisso: neque extrinsece, vt patet de duobus albis, altero dulci & altero non. In cognoscente autem, quia sensus est similis sensato in forma non in materia: ergo iuxta hunc eundem modum dici potest q; intellectus respicit species rerum absq; materia, motu & particularibus: quia vnunquodque recipitur in aliquo per modum recipientis.

Annot. ¶ Aduerte hic quòd (vt patet ex supradictis) ista ratio, Vnunquodq; recipit per modum suũ, non 34 sufficeret ad propositum nisi præsupposito actiuo sufficiente: quia tamen 419 superius ex pposito hoc declarauerat: vbi de intellectu agente tractabatur, ideo suppositis illis nunc non curat sic breuiter & quasi diminute loqui.

Coment. ¶ Quo ad quintum infertur conclusio responsiua, Anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immateriali, vniuersali & necessaria. Vbi aduerte, q; hæ tres conditiones determinant cognitionem secũdum genus proprium 415 & in ordine ad obiectũ. Secũdum genus quidem proprium: quia cognitio ista est de genere cognitionũ immaterialium, vniuersalium, & immobilium, seu necessariarum, quòd idem est: necessariũ enim est quod mutari non potest. omnis enim intellectio in tali genere est. In ordine vero ad obiectum: quia cognitio ista immaterialiter, vniuersaliter & immutabiliter attingit obiectũ. nulla enim materia mediante nulla cõditione particularitatis intercedente, nulla mutationis specie obuiante intelligimus species corporum: quæ secundum esse sunt materiales particulares & motui subiectæ.

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæ quartæ Articulũ secundum.*

b 425 *Annot.* Titulus per essentiam vt rationem cognoscendi eo modo quo species intelligibilis dicitur ratio cognoscendi: ita quòd sola essentia animæ sit ei sufficiens ratio cognoscendi omnia corpora.

Coment. ¶ In corpore quatuor. primò ponit opiniones antiquorum. secũdo arguit contra. tertio ostendit modum quo cognitum oportet esse in cognoscente. quarto respõdet quæsito.

d 63 ¶ Quo ad primum quatuor narrat. Primo conclusionem responsiuam secundum antiquos, scilicet quòd anima cognoscit omnia corpora per essentiam suam. Secũdo cõmune fundamentum omnibus antiquis, scilicet quòd cognitio fit as-

corpora mobilia esse, & putabant ea in continuo fluxu esse, existimauerunt quòd nulla certitudo de rerum veritate haberi posset à nobis. Quod enim est in continuo fluxu, per certitudinem apprehendi non potest: quia prius labitur quàm mente diiudicetur: sicut Heraclitus dixit, quod non est possibile aquã fluuij currentis bis tangere, vt recitat Philosophus in 4. Metap. His autem superueniens Plato, vt posset saluare certam cognitionem veritatis à nobis per intellectum haberi, posuit præter ista corporalia aliud genus entium à materia & motu separatum, quod nominabat species siue ideas, per quarum participationẽ vnumquodque istorum singularium & sensibilium dicitur vel homo vel equus, vel aliquid huiusmodi [e]. Sic ergo dicebat, scientias & diffinitiones & quicquid ad actum intellectus pertinet, non referri ad ista corpora sensibilia, sed ad illa immaterialia & separata [e], vt sic anima non intelligat ista corporalia, sed intelligat horum corporalium species separatas. Sed hoc dupliciter apparet falsum. Primo quidem, quia cum illæ species sint immateriales & immobiles, excluderetur à scientiis cognitio motus & materiæ: quod est proprium scientiæ naturalis, & demonstratio per causas mouentes & materiales. Secundo, quia derisibile videtur, vt dum rerum, quæ nobis manifestæ sunt, notitiam quærimus, alia entia in medium afferamus, quæ non possunt esse eorum substantiæ, cum ab eis differãt secundum esse. Et sic illis substantiis separatis cognitis, non propter hoc de istis sensibilibus iudicare possemus. Videtur autem in hoc Plato deuiare à veritate: quia cum æstimaret omnem cognitionem per modum alicuius similitudinis esse, credidit quòd forma cogniti ex necessitate sit in cognoscente, eo modo quo est in cognito. Considerauit autem, quòd forma rei intellectæ est in intellectu vniuersaliter & immaterialiter & immobiliter. Quod ex ipsa operatione intellectus apparet, qui intelligit vniuersaliter & per modum necessitatis cuiusdam. Modus enim actionis est secundum modum formæ agentis. Et ideo existimauit quòd oporteret res intellectas hoc modo in seipsis subsistere, scilicet immaterialiter & immobiliter. Hoc autem necessarium non est: quia etiam in ipsis sensibilibus videmus quòd forma alio modo est in vno sensibilium quàm in altero: puta cum in vno est albedo intensior, in alio remissior: & cum in vno albedo cum dulcedine, in alio sine dulcedine. Et per hunc etiam modum forma sensibilis alio modo est in re quæ est extra animam, & alio modo in sensu, qui suscipit formas sensibilium absque materia [e], sicut colorem auri sine auro. Et similiter intellectus species corporum, quæ sunt materiales & mobiles, recipit immaterialiter, & immobiliter secundum modum suum. Nam receptum est in recipiente per modum recipientis. Dicendum est ergo, quòd anima per intellectum cognoscit corpora cognitione immateriali, vniuersali & necessaria.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum August. est intelligendum quantum ad ea quibus intellectus cognoscit, non autem quantum ad ea quæ intellectus cognoscit. Cognoscit enim corpora intelligendo, sed non per corpora: neque per similitudines materiales & corporeas, sed per species immateriales & intelligibiles, quæ per sui essentiam in anima esse possunt [e].

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 22. de ciuit. Dei, Non est dicẽdum, quòd sicut sensus cognoscit sola corporalia, ita intellectus cognoscit sola spiritualia: quia sequeretur quòd Deus & angeli corporalia non cognoscerent. Huius autem diuersitatis ratio est, quia inferior virtus non se extendit ad ea quæ sunt superioris virtutis: sed virtus superior ea quæ sunt inferioris virtutis, excellentiori modo operatur [e].

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis motus supponit aliquid immobile. Cum enim transmutatio fit secundum qualitatem, remanet substantia immobilis: & cum transmutatur forma substantialis, remanet materia immobilis. Rerum etiam mutabilium sunt immobiles habitudines. Sicut Sortes etsi non semper sedeat, tamen immobiliter est verũ, quòd quando sedet, in vno loco manet. Et propter hoc nihil prohibet de rebus mobilibus immobilem scientiam habere.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum anima per essentiam suam corporalia intelligat.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima per essentiam suam corporalia intelligat. Dicit enim Augustinus 10. de trin. quòd anima imagines corporũ conuoluit & rapit factas in semetipsa de semetipsa. Dat enim eis formandis quiddam substantiæ suæ. Sed per similitudines corporum corpora intelligit. Ergo per essentiam suam, quam dat formandis talibus similitudinibus: & de qua eas format, cognoscit corporalia.

¶ Præterea, Philosophus dicit in tertio de anima, quòd anima quodammodo est omnia. Cum ergo simile simili cognoscatur, videtur quòd anima per seipsam corporalia cognoscat.

¶ Præterea, Anima est superior corporalibus creaturis. Inferiora autem sunt in superioribus eminentiori modo quàm in seipsis: vt Dionysius dicit. Ergo omnes creaturæ corporeæ nobiliori modo existunt in ipsa essentia animæ, quàm in seipsis. Per suam ergo substantiam potest creaturas corporeas cognoscere.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit 9. de trinit. quòd mens corporearum rerum, notitias per sensus corporis colligit. Ipsa autem anima non est cognoscibilis per corporis sensus. Non ergo cognoscit corporea per suam substantiam.

CONCLVSIO.

¶ *Solus Deus cum sit virtualiter & eminenter omnia, cognoscit per essentiam suam omnia: anima autem non.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd antiqui Philosophi posuerunt, quòd anima per suam essentiam cognoscit corpora. Hoc enim animis omnium communiter inditum fuit, quòd simile simili cognoscitur. Existimabant autem quòd forma cogniti sit in cognoscente, eo modo quo est in re cognita. E contrario tamen Platonici posuerunt. Plato enim quia perspexit intellectualem animam immaterialem esse & immaterialiter cognoscere, posuit formas rerum cognitarum immaterialiter subsistere [e]. Priores vero naturales, quia considerabant res cognitas esse corporeas & materiales, posuerunt oportere res cognitas etiam in anima cognoscente materialiter esse. Et ideo, vt animæ attribuerent omnium cognitionem, posuerunt eam habere naturam communem cum omnibus. Et quia natura principiatorum ex principiis constituitur, attribuerunt animæ naturam principij: ita quòd qui dixit principium omnium esse ignem, posuit animam esse de natura ignis: & similiter de aëre & aqua. Empedocles autem, qui posuit quatuor elementa materialia & duo mouentia, ex his etiam dixit animam esse constitutam. Et ita cum res materialiter in anima ponerent, posuerunt omnem

similatione: vt patet in primo de anima. Tertio quomodo diuersimode super eodem fundamento Plato & alij fabricauerunt: quia ille ab anima inchoans posuit cognita immaterialiter existere per se, vt in anima: isti à rebus inchoantes posuerunt cognita materialiter existere in anima vt in se. Quarto quomodo ad omnia extendebant animæ similitudinem & cognitionẽ, scilicet per naturã, aut naturas principij seu principiorum: quia principiata ex principiis constituuntur & cognoscũtur, & declarãtur discurrendo per opiniones eorũ & Empedoclis. omnia clara sunt in litera. b 54

¶ Aduerte hic q; fundamentum illud cõmune verum in se est: & ideo commune fuit & est sapientibus & insipiẽtibus: sed quia male intellectũ fuit, ideo fuit occasio erroris: nanque tam Plato quàm alij intellexerunt de similitudine & forma & in modo formæ: & propterea vtriq; errarunt, & in extremas inciderunt opin. Ar. autem distinguens similitudinẽ in forma à similitudine in modo illius, & videns primam sufficere ad cognitionẽ: media via incessit, quàm sectamur: putantes quòd licet requiratur similitudo inter cognoscẽs & cognitum in forma: stat tamẽ dissimilitudo in modo: imò respectu corporaliũ requiritur dissimilitudo in modo formæ. Et sic vterque processus tam à modo animę ad res quã à modo rerum ad animam ducit ad falsum. 417 *Veri. q. 10. ar. 4. cor.*

Coment. ¶ Quo ad secundum arguitur contra alios non contra Platonem, quia ipse non ponebat animã per suam substantiã cognoscere omnia, sed per species participatas ab ideis: quãuis conueniret cũ antiquis in malo intellectu illius fundamenti. Dupliciter autem reprehendũtur antiqui. Primo quo ad vltimum dictum eorũ, scilicet quòd omnia cognoscũtur per naturas principiorũ. Secundo quo ad primum dictum: quòd corpora sunt in anima materialiter. Contra primũ arguitur. Ratio cognoscẽdi oportet quòd sit actu cognitum: quod probatur ex eo quòd etiã potentia cognoscitur per actum 9. Metaph. & non econuerso: sed principium materiale non est actu suum principiabile, sed potentia, ergo. 416

¶ Nota, q; maior intelligitur de esse actu formaliter vel eminenter naturam illius cogniti: neutrum autẽ potest conuenire principio materiali.

¶ Contra secundũ vero, quia si res deberet materialiter esse in anima ad cognitionem, ratio nulla esset quare res extra non cognosceret.

¶ Sed

Annot. ¶ Sed est hic locus quæstionis vnde valet ista consequentia facta: videtur enim nulla: quoniam ratio esset in promptu quare ignis extra non cognoscit, & intus cognoscendi est ratio: quia interior est in anima, cuius natura est cognoscitiua, exterior non. Si quæratur autem quare anima est cognoscitiua, nulla est ratio: nisi quia ipsa est ipsa: sicut nec quare homo est homo. Ad hoc est dicendum quòd consequentia facta est optima: & 261 fundatur super hoc, esse 421 cognoscitiuum sequitur esse immateriale, vt in q. 14. dictum fuit, & modo replicabitur. Vnde si ignis interior est materialis, sicut exterior, aut vterque, aut neuter est cognoscendi ratio: 436 quia eiusdem sunt virtutis, naturæ & modi: nec alter magis exit latitudinem materialis, quàm reliquus: & ideo par est ratio. Nec suffragatur dicere quòd interior est in natura cognoscitiua: quia est implicatio in adiecto: quia esse in natura cognoscitiua est esse in natura immateriali: quod repugnat materiali. & quamuis quærere quare cognoscitiuum est cognoscitiuum, sit quæstio nulla: quærere tamen quare talis substantia est cognoscitiua & talis nõ, est quæstio subtilissima. Vnde & in 2. de Anima redditur ratio, quare 35 plantæ non cognoscunt: quia scilicet, sunt materiales.

Coment. ¶ Quo ad tertium conclusio est. Cognitum o- 80 portet esse in cognoscente immaterialiter, & probatur quadrupliciter. Primo infertur per locum à diuisione ex dictis: aut enim materialiter, aut immaterialiter oportet res in cognoscente esse: sed non materialiter, vt probatum est: ergo immaterialiter. Secundo firmatur ratione sic, actus cognitionis se extendit 65 ad ea quæ sunt extra co- 7 gnoscentem: ergo non 38 est per materialem naturam, sed immaterialem: antecedens patet: quia experimur nos cognoscere, quæ extra nos sunt: consequentia probatur: quia materia determinat ad vnum.

Annot. ¶ Aduerte quòd ratio ista est subtilissima: & 2 est eadem cum antedicta in q. 14. art. 1. & fundatur super duas propo- 28 sitiones. Prima est quòd cognoscens non est tantum ipsum, sed alia: hoc enim est idem quod dicere quòd actus cognitionis se extendit ad ea, quæ sunt extra cognoscentem: oportet siquidem cognoscentem esse non solum seipsum, sed illa quæ extra ipsum sunt quæ cognoscit. Secunda est, quòd per materiam res arctatur & determinatur ad vnum: cuius signum manifestum est: quòd natura quæ infima agendi est ratio, vtpote materialis, ad vnum determinatur: & quanto magis à materia receditur, tanto minus ad vnum res determinatur. Vnde & plantarum principium ad multa quodammodo se habet supra naturam, se eleuans, dum mouet ad diuersas positiones, &c. Ex his enim sequitur quòd cognoscitiuum oportet à materia eleuari: vtpote non determinatum ad vnum, scilicet esse proprium, sed extendens se ad essendum etiam alia: quod est oppositæ conditionis ad materialia. immateriale igitur oportet omne cognoscitiuum esse, ac per hoc cognoscendi rationem. Terrio probatur ab effectu: quia scilicet, quæ recipiunt formas tantum materialiter, nullo modo cognoscunt, vt plantæ. Quarto ex gradibus cognoscentium, quia quanto aliquid immaterialius habet formam rei cognitæ, tanto perfectius cognoscit: vt patet de sensu, & intellectu: & de visu & aliis sensibus: & vno intellectu respectu alterius intellectus.

Coment. ¶ Quo ad quartum conclusio responsiua quæsito est vna exclusiua. Solus Deus cognoscit omnia per essentiam suam. Probatur sic: Si aliquis intellectus cognoscit omnia per suam essentiam, oportet quòd eius essentia sit immaterialiter omnia: sed sola essentia diuina est huiusmodi: ergo. Conditionalis probatur dupliciter. Primo infertur ex dictis, vt patet: secundo ex autoritate antiquorum: minor vero probatur, quia Dei proprium est esse omnia virtualiter, vt & 5. meta. c. de perfecto, dicitur.

¶ Sed occurrit dubium hic: quia quæstio præsens est de cognitione omnium corporum, & non de cognitione omnium simpliciter. Responsio autem literæ est de cognitione omnium simpliciter: non igitur conueniens videtur. Ad hoc breuiter dicitur, quòd, vt apparet ex supradictis in tractatu de angelis, & hic ex responsione ad tertium: par est ratio de continentia virtuali omnium corporum, & omnium rerum: quia eadem est ratio repugnantiæ respectu vtriusque: quia scilicet actus limitatus non continet perfecte vltimas differentias extranearum specierum: & dico extranearum propter differentias proprietatum & passionum: quas perfecte forte claudunt in se quidditates à quibus fluunt: sed illæ non sunt species extraneæ quamuis distinctæ. Si enim quidditas aliqua limitata contineret differentias vltimas corporum, nulla esset ratio quare aliqua limitata prohiberetur continere differentias omniũ rerum, saltem inferiorum se: quoniam iam cessaret ratio limitationis. Vnde propter identitatem rationis in litera eleuatur responsio respectu omniũ, & sufficienter satisfit respectu omnium corporum vtrobique. *Annot.* b 363 101 c 280

cognitionem animæ materialem esse, non discernentes inter intellectum & sensum [e]. Sed hæc opinio improbatur. Primo quidem, quia materiali principio, de quo loquebantur, non existunt principiata nisi in potentia. Non autem cognoscitur aliquid secundum quòd est in potentia, sed secundum quòd est actu, vt patet in 9. metaphys. Vnde nec ipsa potentia cognoscitur nisi per actum [e]. Sic igitur non sufficeret attribuere animæ principiorum naturam ad hoc quòd omnia cognosceret nisi inessent ei naturæ & formæ singulorum effectuum: puta ossis & carnis & aliorum huiusmodi, vt Arist. cõtra Empedoclem argumentatur in primo de Anima. Secundo: quia si oporteret rem cognitam materialiter in cognoscente existere, nulla ratio esset quare res, quæ materialiter extra animam subsistunt, cognitione carent: puta si anima igne cognoscit ignem, & ignis etiam qui est extra animam, ignem cognosceret. Relinquitur ergo quòd oporteret materialia cognita in cognoscente existere non materialiter, sed magis immaterialiter. Et huius ratio est: quia actus cognitionis se extendit ad ea, quæ sunt extra cognoscentẽ. Cognoscimus enim etiam ea quæ extra nos sunt. Per materiam autem determinatur forma rei ad aliquid vnum [e]. Vnde manifestum est, quòd ratio cognitionis ex opposito se habet ad rationẽ materialitatis. Et ideo, quæ non recipiunt formas nisi materialiter, nullo modo sunt cognoscitiua [e], sicut plantæ: vt dicitur in 2. lib. de Anima. Quanto autem aliquid immaterialius habet formam rei cognitæ, tanto perfectius cognoscit. Vnde & intellectus, qui abstrahit speciem non solum à materia, sed etiam à materialibus conditionibus indiuiduantibus, perfectius cognoscit quàm sensus, qui accipit formam rei cognitæ sine materia quidem, sed cum materialibus conditionibus. Et inter ipsos sensus visus est magis cognoscitiuus, quia est minus materialis, vt suprà dictum est [e]. Et inter ipsos intellectus tanto quilibet est perfectior, quanto immaterialior.

¶ Ex his ergo patet, quòd si aliquis intellectus est qui per essentiam suam cognoscit omnia, oportet quòd essentia eius habeat in se materialiter omnia, sicut antiqui posuerunt essentiam animæ actu cõponi ex principiis omniũ materialiũ, vt cognosceret omnia. Hoc autem est propriũ Dei, vt sua essentia sit immaterialiter comprehensiua omniũ, prout effectus virtute præexistunt in causa. Solus igitur Deus per essentiam suam omnia intelligit [e]: non autem anima humana, neque etiam angelus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. ibi loquitur de visione imaginaria, quæ fit per imagines corporum. Quibus imaginibus formandis dat anima aliquid suæ substantiæ: sicut subiectum datur vt informetur per aliquam formam. Et sic de seipsa facit huiusmodi imagines: non quòd anima vel aliquid animæ conuertatur, vt sit hæc vel illa imago, sed sicut dicitur de corpore fieri aliquid coloratum prout informatur colore. Et hic sensus apparet ex his quæ sequuntur. Dicit enim quòd seruat aliquid, scilicet non formatum tali imagine quod libere de specie taliũ imaginum iudicet. Et hoc dicit esse mentem vel intellectum. Partem, quæ informatur huiusmodi imaginibus, scilicet imaginatiuam dicit esse communem nobis & bestiis.

¶ Ad secundum dicendum quòd Arist. non posuit animam esse actu compositam ex omnibus, sicut antiqui naturales: sed dixit quodammodo animam omnia inquantum est in potentia ad omnia. Per sensum quidem ad sensibilia, per intellectum vero ad intelligibilia [e].

¶ Ad tertium dicendum, quòd quælibet creatura habet esse finitum & determinatũ. Vnde essentia superioris creaturæ etsi habeat quandam similitudinem inferioris creaturæ, prout communicant in aliquo genere, non tamen completæ habet similitudinem illius [e]: quia determinatur ad aliquam speciem, præter quam est species inferioris creaturæ. Sed essentia Dei est perfecta similitudo omnium quantum ad omnia, quæ in rebus inueniuntur, sicut vniuersale principium omnium.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum anima intelligat omnia per species sibi naturaliter inditas.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd anima intelligat omnia per species sibi naturaliter inditas. Dicit enim Gregor. in homil. ascentionis quòd homo habet commune cum angelis intelligere. Sed angeli intelligunt omnia naturaliter per formas inditas. Vnde in li. de caus. dicitur quòd omnis intelligentia est plena formis. Ergo & anima habet species rerum naturalium inditas quibus corporalia intelligit.

¶ Præterea, Anima intellectiua est nobilior quàm materia prima corporalis. Sed materia prima est creata à Deo sub formis, ad quas est in potentia. Ergo multo magis anima intellectiua est creata à Deo sub speciebus intelligibilibus. Et sic anima intelligit corporalia per species sibi naturaliter inditas.

¶ Præterea, Nullus potest verum respondere, nisi de eo quod scit. Sed aliquis etiam idiota non habens scientiam acquisitam respondet verum de singulis, si tamen ordinate interrogetur: vt narratur in Menone Platonis de quodam. Ergo antequam aliquis acquirat scientiam, habet rerum cognitionem. Quod non esset nisi anima haberet species natura-

418 *Veri. q. 10. art. 6. Et quol. 8. artic. 3. Et opus. 3. ca. 81.*

a *Super Quæstionis octuagesimæ quartæ Articulum tertium.*

Annot. Titulus clarus omnia corporalia.

¶ Sed circa ordinem huius tituli statim oritur dubium: quia videtur diminutus progressus iste & omissa vna quæstio valde difficilis. An scilicet anima intelligat per species. In hac enim quęstione sunt diuersæ opiniones: & hoc loco erat tractanda. Ante namque quàm inquiratur an per species congenitas, influxas, aut acquisitas stabiliendum erat quòd intelligit per species. Dicerent enim alij quòd neque per substantiam propriam, neque per specie aliquam intelligit anima: sed ipse actus intelligendi est similitudo quodammodo obiecti.

¶ Ad hoc videtur mihi dicendum quòd D. Tho. subtilius intuitus vidit in hac quæstione quæ omissa dicitur, latere duo quæsita. Primum est, an dentur in intellectu nostro species intelligibiles. Secundum, an dentur species intelligibiles præuiæ actibus. Et primam quidem quæstionem omitti oportuit: quia communis animi conceptio omniũ & antiquorum & posteriorũ est: q; cognitio sit per assimilationem: idem autem intendimus per species intelligibiles & similitudines: nec in hoc est diuersitas opinionum: & si fuisset hoc quærendum, debuisset ante primũ articulum hoc in dubium verti. Secundam vero quæstionem in qua sunt diuersæ opiniones, hic tractare non debuit, sed in loco suo. Tanget autem eam in quæstione sequenti art. 2. Vnde patet quòd nihil omissum est. Nullus enim negat in anima cognoscente esse similitudinem cogniti. Sed an illa similitudo præueniat actũ: aut sit actus, aut terminet actum, alterius est quæstionis. Vnde in litera supponitur in quærendo communiter concessum cognitionem fieri per assimilationẽ: & quæritur vnde ista assimilatio proueniat. Nec obstat prædictis si ante articulũ secundũ sequentis quæstionis vtetur litera specie intelligibili pro principio. Tum quia ex tractatu de angelis hoc semipatet. Tum quia nihil prohibet supponere probandum, præsertim in breui.

¶ In corpore tria: primo respondet quæsito negatiue. Secundo refert opinionem oppositam Platonis. Tertio arguit contra illam.

¶ Quo

Coment. ¶ Quo ad primum conclusio est. Anima non intelligit per species inditas. Probatur ratione & autoritate: ratio est ista. Homo quandoque est cognoscens in potentia tantum tam secundum sensum, quàm secundum intellectum: & reducitur in actum quo ad sensum per actiones sensibilium: & quo ad intellectum per disciplinam, aut inuentionem: ergo secundum se est in potentia ad similitudines, quæ sunt principia sensationum & intellectionum. ergò non habet eas inditas. Antecedens patet experientia: consequentia verò probatur: quia eo modo aliquid se habet ad formá, quæ est principium actionis quo ad actionem ipsam: quod declaratur in leuitate, & ferri sursum: quia quod est in potentia ad vnum, est in potentia ad reliquum: & quod in actu vnius, etiam in alterius est actu.

¶ *Num quomodo aliquid se habet ad actionem, eodem modo ad formam se habeat, quæ est actionis principium.*

Quæstio. ¶ Circa hanc rationem aduerte quod in ea sunt duo manifesta: & tertiũ ambiguitatem habet aliquam. Patet in primis, quòd in probatione consequentiæ non est sermo de quocũque modo, sed de his duobus, scilicet actu & potẽtia: ita quòd ꝓpositio assumpta: quòd vnumquodque eodem modo se habet ad formam principiantem actionem, & actionem ipsam: intelligitur quo ad hoc: quod est habere actu vel potentia. Patet secundo quòd hæc propositio est vera in formis, quæ sunt principia naturalia: & deductis impedimentis. in naturalibus quidem, quia ipsæ statim cum sunt operantur: nec prius duratione sunt, & postea principiant actionem: vt patet in elementis: deductis autem impedimentis, quia si per accidens contingit formam impediri, ipsa actu habebitur, & actio in potentia, vt patet in leui detento deorsum: sed hoc est per accidens, vt in litera dicitur: per se autem *& f* 369 propositio ista est verissima. Sed ambiguum est, an ista propositio sit vera in formis principiantibus voluntariè: si enim in his dicatur vera, obstat: quia experimur falsum esse quòd forma voluntariè exeat in actum statim cum est: imò habemus multas tales, secundum quas non operamur actu. Si autem dicatur quòd nõ tenet nisi in formis, quæ sunt principia naturalia: frustra ad propositum adducta videtur: quoniam similitudines intelligibiles operantur, & cessant ab opere secundum imperium nostræ voluntatis. Et hoc præcipue secundum doctrinam Sancti Thomæ qui posuit species intelligibiles conseruari in intellectu, etiam quando non intelligimus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur quòd propositio assumpta tenet in omnibus formis tam naturalibus quàm voluntariis: sed propositio restringenda est ad potentiam essentialem & actum sibi correspondentem. Ita quòd sensus est, quòd vnumquodque ita se habet ad formam, quæ est actionis principium, sicut ad actionem, quo ad hoc quòd si est in potentia essentiali ad operationem, est etiam in potentia essentiali ad formam: & si non, non: & sic cessat instantia: quia nunquam aliquis est in potentia essentiali ad intellectionem, & in actu habet speciem intelligibilem: imò hoc implicat: quia si actu habet, ergo potest cum vult intelligere. Et si potest cum vult, ergo non est in potentia essentiali, sed accidentiali tantum: vt patet ex 8. physicorum. & 2. & 3. de anima. Patet autem hanc esse mentem literæ: quia ex potentialitate qua experimur nos non posse intelligere ad libitum quæ volumus, infert non esse nobis inditas habituales species rerum. Si enim essent inditæ, intelligeremus omnia cum vellemus: vt experimur in his quorum sensum habuimus.

liter inditas. Intelligit igitur anima res corporeas per species naturaliter inditas.

¶ SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 3. de Anima, de intellectu loquens, quòd est sicut tabula in qua nihil est scriptum.

CONCLVSIO.

¶ *Anima cum sit quandoque intelligens, & cognoscens in potentia, & quandoque in actu, impossibile est, vt corporalia per species sibi inditas cognoscat.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cum forma sit principium actionis, oportet, vt eo modo se habeat aliquid ad formam, quæ est actionis principium, quo se habet ad actionem illam: sicut si moueri sursum est ex leuitate, oportet quod in potentia tantum sursum fertur, esse leue solum in potentia: quod autem actu sursum fertur, esse leue in actu. Videmus autem quòd homo est quandoque cognoscens in potentia tantum, tam secundum sensum, quàm secundum intellectum. Et de tali potentia in actum reducitur, vt sentiat quidem per actiones sensibilium in sensum, vt intelligat autem per disciplinam, aut inuentionem. Vnde oportet dicere, quòd anima cognoscitiua sit in potentia tam ad similitudines, quæ sunt principia sentiendi, quàm ad similitudines, quæ sunt principia intelligendi. Et propterea hoc Aristot. posuit, quòd intellectus, quo anima intelligit, non habet aliquas species naturaliter inditas, sed est in principio in potentia ad huiusmodi species omnes. Sed quia id quod habet actu formam, interdum non potest agere secundum formam propter aliquod impedimentum, sicut leue si impediatur sursum ferri: propter hoc Plato posuit quòd intellectus hominis naturaliter est plenus omnibus speciebus intelligibilibus, sed per vnionem corporis impeditur ne possit in actum exire. Sed hoc non videtur conuenienter dictum. Primo quidem, quia si habet anima naturalem notitiam omnium, non videtur esse possibile, quòd huius naturalis notitiæ tantum obliuionem capiat quòd nesciat se huiusmodi scientiam habere. Nullus enim homo obliuiscitur ea, quæ naturaliter cognoscit: sicut quòd omne totum sit maius sua parte, & alia huiusmodi. Præcipue autem hoc videtur esse inconueniens si ponatur esse animæ naturale corpori vniri, vt suprà habitum est[c]. Inconueniens enim est, quòd naturalis operatio alicuius rei totaliter impediatur per id quod est sibi secundum naturam. Secundo manifestè apparet huius positionis falsitas ex hoc quòd deficiente aliquo sensu deficit scientia eorum, quæ apprehenduntur secundum illum sensum: sicut cæcus natus nullam potest habere notitiam de coloribus. Quod non esset si intellectui animæ essent naturaliter inditæ omnium intelligibilium rationes. Et ideo dicendum est, quòd anima non cognoscit corporalia per species naturaliter inditas.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo quidem conuenit cum angelis in intelligendo: deficit tamen ab eminentia intellectus eorum, sicut & corpora inferiora, quæ tantum existunt, secundum Gregorium deficiunt ab existentia superiorum corporum. Nam materia inferiorum corporum non est completa totaliter per formam, sed est in potentia ad formas, quas non habet: materia autem cælestium corporum est totaliter completa per formam: ita quòd non est in potentia ad aliam formam, vt suprà habitum est[c]. Et similiter intellectus angeli est perfectus per species intelligibiles secundum suam naturam: intellectus autem humanus est in potentia ad huiusmodi species.

¶ Ad secundum dicendum, quòd materia prima habet esse substantiale per formam: & ideo oportuit quòd crearetur sub aliqua forma[c]: alioquin non esset in actu. Sub vna tamen forma existens est in potentia ad alios. Intellectus autem non habet esse substantiale per speciem intelligibilem. Et ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ordinata interrogatio procedit ex principiis communibus per se notis ad propria. Per talem autem processum scientia causatur in anima addiscentis. Vnde cum verum respondet de his de quibus secundo interrogatur, non hoc est, quia prius ea nouerit, sed quia tunc ea de nouo addiscit. Nihil enim refert vtrum ille qui docet proponendo, vel interrogando, procedat de principiis communibus ad conclusiones. Vtrobique enim animus audientis certificatur de posterioribus per priora.

¶ Quo ad secundum refert duo. Primo obuiationem: qua non obstante præmissa ratione Plato tenuit oppositum. Secundo opinionem ipsam. Opinio est pars affirmatiua quæsiti. Obuiatio ad rationem est positio impedimenti, scilicet vnionem ad corpus. *Coment.*

¶ Circa obuiationem ad rationem præmissam dubium occurrit: quia videtur *Annot.* Sanctus Thomas numerare species intelligibiles inter formas naturaliter agentes: quæ scilicet ideo non agunt, quia impediuntur. Cum tamen constet eas agere voluntariè: intelligimus enim cum volumus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur quòd habere impedimentum, commune est formis naturaliter & voluntariè agentibus. *Coment.* Nec in hoc differunt: sed differentia est, quia naturales non impeditæ agunt statim, voluntariæ ad libitum. Vnde ex hoc quòd species intelligibiles impeditæ poni dicuntur, 293 & ideo non posse exire in actum: non sequitur, ergo numerantur inter naturales formas, sed est sophisma consequentis. c

¶ Quo ad tertium arguitur dupliciter contra Platonem. 241 338 Primo: quia ponitur effectus, scilicet obliuio sine causa sufficienti: & probatur, quia experimur nos non obliuisci eorum quæ naturaliter nouimus: scilicet, Omne totum est maius sua parte: etsi vnio ad corpus est naturalis: vt probatum est: & præcipuè hoc procedit: quia non solum ponitur effectus sine causa, sed ponitur contrarius effectus prouenire ex causa: vtpote ex vnione naturali prouenire impedimentum naturalis operationis. Secundo, quia carens sensu, caret scientia sensibilium illius: vt patet, & habetur primo posteriorum: 419 *Locis supra art. 3. notatis.* ergo non est indita omnium scientia. Si enim scientia omnium inesset animæ ex se ex multa excitatione, & expergefactione circa sensibilia quatuor sensuum, cæci anima posset quandoque vti omnibus speciebus quas habet, & consequenter colorum: quod experimur falsum. Et patet sequela: quia sensibilia non requiruntur nisi ad excitandam animam apud eos: & experimur reminiscentiam fieri ex quodam in quiddam: ergo à fortiori sic fiet reminiscentia intellectualis.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum species intelligibiles effluant in animam ab aliquibus formis separatis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd species intelligibiles effluant in animam ab aliquibus formis separatis. Omne enim, quòd per participationem est tale, causatur ab eo, quod est per essentiam tale: sicut quòd est ignitum, reducitur sicut in causam in ignem. Sed anima intellectiua secundum quòd est actu intelligens, participat ipsa intelligibilia. Intellectus enim in actu quodammodo est intellectum in actu. Ergo ea quæ secundum se, & per essentiam suam sunt intellecta in actu, sunt causæ animæ intellectiuæ, quòd actu intelligat. intellecta autem in actu per essentiam suam sunt formæ sine materia existentes. Species igitur intelligibiles, quibus anima intelligit, causantur à formis aliquibus separatis.

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæquartæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. *Coment.*

¶ In corpore quinque. Primo proponit opinionem tenentem affirmatiuam dupliciter: & refert Platonis viam. Secundo Auicennæ. Tertio in quo isti conueniunt & differunt. Quarto arguit vtrunque. Quinto respondet quæsito negatiuæ.

¶ Quo ad primum tria de Platone: primo ideas sensibilium subsistentes. Secundo duplicem participationem earum materialiter & intelligibiliter. Tertio corollarium. ideo scientiam dicebat idearum non sensibilium. Et nota ibi quòd quemadmodum nos Aristot. sequentes. quia species ex sensibilibus in animam prouenire fatemur, scientiam de ipsis sensibilibus esse dicimus: ita Plato, quia species ab ideis scientiam de ideis posuit.

¶ Quo ad secundum tria ex Auicen. Primo naturas sensibilium immateriales non per se sed in intellectibus separatis. Secundo deriuationem ordinatam earum à primo vsque ad vltimum. Tertio nomen & officium istius vltimi: nomen intellectus, agens officium: quia ipse influit formas sensibiles dupliciter, materiæ corporali materialiter, & animæ nostræ intelligibiliter.

¶ Quo

¶ Quo ad tertium: conuenientia in vno quòd vterque ponit species intelligibiles animæ nostræ effluere à formis separatis: & sic respondent quæsito affirmatiue, differentia in tribus. Primo, quia Plat. formas separatas dicit subsistentes. Auic. in intellectibus. Secundo, quia Plat. ponit immobiliter recipi influxum in anima. Auicen. mobiliter: imò tantum dum actualiter influit. Tertio quia ex hoc Plato scientiam ponit ingenitam animæ. Auicen. vero non, sed acquiri de nouo successiue.

¶ Quo ad quartum quatuor. Primo proponit impossibile quod sequitur ad vtrunque scilicet, ꝙ anima frustra vniretur corpori. Secundo probat sequelam sic, anima non vnitur corpori propter corpus, sed propter animam: quia scilicet, corpus necessarium est ad eius propriam operationem, quæ est intelligere, sed secundum viam vtranque: hæc operatio non eget corpore. ergo anima frustra vnitur corpori. Maior quo ad primam, & secundam partem probatur: quia nec forma est propter mate- 34 416 riam, & hoc contra positionem Auic. nec motor propter mobile, & hoc contra Pla. sed econtra. Quo ad tertiam vero relinquitur per se nota loquendo de anima intellectiua, vt sic, imò innuitur eius probati: quia intelligere est propria operatio eius à corpore non pendens: quasi dicat, anima aut eget corpore quo ad esse, & hoc non: aut quo ad operari, & hoc non: quia intelligere est operatio à corpore non pendens. Minor vero probatur: quia si anima naturaliter accipit species à substantiis separatis, nulla restat indigẽtia sensibilium ad intellectionem. Tertio refert responsionem Pla. & refellit. Responsio est: 416 quòd sensibilia requiruntur ad excitandam animam ad cõsiderandum ea, quorum habet species. Repulsio est: quòd hoc non respondet quæsito: quoniam excitatio ponitur ad auferendum quasi soporem conuenienté animæ ex vnione ad corpus, & non ex se. Vnde cum ex se non sit sopita, cur vnitur corpori, vt incurrat talem soporem?

¶ Quarto refert responsionem Auic. & refellit. responsio est: quòd sensibilia sunt necessaria ad excitãdam animam ad conuersionem ad intelligentiam agentem. Repulsio est: quia si ex natura sua anima est receptiua ab intelligentia agente: ergo quando ex sola natura conuerteretur absque excitatione: vel saltem excitata iam à 394 visibilibus poterit se conuerti ad species audibilium: & econuerso. sed vtrunq; est falsum: quia 418 cæcus natus nescit colores. vide in secundo contra Gentiles circa probationem consequentiæ contra Auicennam.

¶ Quo ad quintum concludendo respondet quæsito negatiue: vt patet in calce corporis. 443

¶ In responsione ad tertium esto cautus: nec intelligas intellectiuum recipere species ab intellectu agente qui est potentia animæ nostræ, sed recolito illius distinctionis: qua in specie intelligibili consideratur intelligibilitas actu, & determinatio, &c. sat fuit hic excludere, quòd nec etiam quo ad intelligibilitatem reducitur intellectus possibilis de potentia ad actum ab intellectu aliquo separato tanquam à proximo agẽte.

¶ Præterea, intelligibilia se habent ad intellectum sicut sensibilia ad sensum. Sed sensibilia, quæ sunt in actu extra animam, sunt causæ ipsorum sensibilium, quæ sunt in sensu quibus sentimus. Ergo species intelligibiles, quibus intellectus noster intelligit, causantur ab aliquibus actu intelligibilibus extra animam existentibus. Huiusmodi autem non sunt nisi formæ à materia separatæ. Formæ igitur intelligibiles intellectus nostri effluunt ab aliquibus substantiis separatis.

¶ Præterea, Omne quod est in potentia reducitur in actum per id quod est actu. si ergo intellectus noster prius in potentia existens post modum actu intelligat, oportet quòd hoc causetur ab aliquo intellectu qui semper est in actu. Hic autem est intellectus separatus. Ergo ab aliquibus substãtiis separatis causantur species intelligibiles, quibus actu intelligimus.

¶ SED CONTRA est: quia secundum hoc sensibus non indigeremus ad intelligendum. Quod patet esse falsum ex hoc pręcipue, quòd qui caret vno sensu, nullo modo potest habere scientiam de sensibilibus illius sensus.

CONCLVSIO.

¶ *Species intelligibiles, quibus anima intelligit, non effluunt à formis separatis.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt species intelligibiles nostri intellectus procedere ab aliquibus formis, vel substantiis separatis. Et hoc dupliciter. Plato enim, sicut dictum est[c], posuit formas rerum sensibilium per se sine materia subsistentes, sicut formam hominis, quam nominabat per se hominem: & formam, vel ideã equi quam nominabat per se equum, & sic de aliis. Has ergo formas separatas ponebat participari, & ab anima nostra, & à materia corporali. Ab anima quidem nostra ad cognoscendum: à materia vero corporali ad essendum: vt sicut materia corporalis per hoc quòd participat ideam lapidis, fit hic lapis, ita intellectus noster per hoc quòd participat ideam lapidis, fit intelligens lapidem. Participatio autem ideæ fit per aliquam similitudinem ipsius ideæ in participante ipsam per modum quo exemplar participatur ab exemplato. Sicut igitur ponebat formas sensibiles, quæ sunt in materia corporali effluere ab ideis, sicut quasdam earum similitudines: ita ponebat species intelligibiles nostri intellectus esse similitudines quasdam idearum ab eis effluentes. Et propter hoc, vt suprà dictum est[c], scientias & diffinitiones ad ideas referebat. Sed quia contra rationem rerum sensibilium est, quòd earum formæ subsistant absque materiis, vt Aristot. multipliciter probat, ideo Auicen. hac positione remota posuit omnium rerum sensibilium intelligibiles species, non quidem per se subsistere absque materia, sed præexistere immaterialiter in intellectibus separatis. A quorum primo deriuantur huiusmodi species in sequentem: & sic de aliis vsque ad vltimum intellectum separatum: quem nominat intellectum agentem. A quo, vt ipse dicit, effluunt species intelligibiles in animas nostras, & formæ sensibiles in materiam corporalem. Et sic in hoc Auicen. cum Platone concordat, quòd species intelligibiles nostri intellectus effluunt à quibusdam formis separatis, quas tamen Plato dicit per se subsistere. Auicen. vero ponit eas in intelligentia agente. Differunt etiam quantum ad hoc quòd Auicen. ponit species intelligibiles non remanere in intellectu nostro postquam desinit actu intelligere, sed indiget, vt iterato se conuertat ad recipiendum de nouo[c]. Vnde non ponit scientiam animæ naturaliter inditam, sicut Plato, qui ponit participationes idearum immobiliter in anima permanere[c]. Sed secundum hanc positionem sufficiens ratio assignari non posset, quare anima nostra corpori vniretur. Non enim potest dici, quòd anima intellectiua corpori vniatur propter corpus: quia nec forma est propter materiam[c], nec motor propter mobile, sed potius econuerso. Maxime autem videtur corpus esse necessarium animæ intellectiuæ ad eius propriam operationem, quæ est intelligere: quia secundum esse suum à corpore non dependet. Si autem anima species intelligibiles secundum suam naturam apta nata esset recipere per influentiam aliquorum separatorum principiorum tantum, & non acciperet eas ex sensibus, non indigeret corpore ad intelligendum: vnde frustra corpori vniretur.

¶ Si autem dicatur quòd indiget anima nostra sensibus ad intelligendum, quibus quodammodo excitetur ad consideranda ea, quorum species intelligibiles à principiis separatis recipit, hoc non videtur sufficere: quia huiusmodi excitatio non videtur necessaria animæ nisi inquantum est consopita secundum Platonicos quodammodo, & obliuiosa propter vnionem ad corpus[c]: & sic sensus non proficerent animæ intellectiuæ nisi ad tollendum impedimentum, quod animæ prouenit ex corporis vnione. Remanet igitur quærendum, quæ sit causa vnionis animæ ad corpus. Si autem dicatur secundum Auicen. quòd sensus sunt animæ necessarij, quia per eos excitatur, vt conuertat se ad intelligentiam agentem, à qua recipit species: hoc quidem non sufficit. Quia si in natura animæ est, vt intelligat per species ab intelligentia agente effluxas: sequeretur quòd quandoque anima possit se conuertere ad intelligentiam agentem ex inclinatione suæ naturæ, vel etiam excitata per alium sensum, vt conuertat se ad intelligentiam agentem, ad recipiendum species sensibilium, quorum sensum aliquis non habet. Et sic cæcus natus posset habere scientiam de coloribus: quod est manifeste falsum. Vnde dicendum est, quòd species intelligibiles, quibus anima nostra intelligit, non effluũt à formis separatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd species intelligibiles, quas participat noster intellectus, reducuntur sicut in primam causam in aliquod principium per suam essentiam intelligibile, scilicet in Deum. Sed ab illo principio procedunt mediantibus formis rerum sensibilium, & materialium à quibus scientiam colligimus vt Dionysius dicit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd res materiales secundum esse quod habent extra animam, possunt esse sensibiles actu: non autem actu intelligibiles. vnde non est simile de sensu & intellectu.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intellectus noster possibilis reducitur de potentia ad actum per aliquod ens actu, id est per intellectum agentem, qui est virtus quædam animæ nostræ vt dictum est[c]: non autem per aliquem intellectum separatum, sicut per causam propriam proximam, sed forte sicut per causam remotam.

ARTICVLVS V.

a ¶ *Vtrum anima intellectiua cognoscat res immateriales in rationibus æternis.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd anima intellectiua non cognoscat res immateriales in rationibus æternis. Id enim in quo aliquid cognoscitur, ipsum magis & per prius cognoscitur. Sed anima intellectiua hominis in

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæquartæ Articulum quintum.* 579

Titulus in corpore declaratur. *Coment.*

¶ In corpore duo. Primo declaratur origo tituli, & titulus ipse. Secundo respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum duo inducuntur. Primo regula in communi circa philosophorum doctrinam seruanda: & tam quo ad bene, quam quo ad male dicta ex Augu. Secundo inducitur quomodo ipse Aug. hanc regulam seruauit in hac materia circa doctrinã Platonicam, accepit enim rationes æternas, & mutauit modum essendi earum, & sic patet sensus tituli, & eius origo: omnia clara sunt in litera. Aduerte tamen, quòd positio Plat. propter duo extranea iudicatur à fide. Primo: quia ponebat sapientiam & vitam, & alia huiusmodi, quæ sunt perfectiones simpliciter per se subsistere: & nõ solum naturas sensibilium scilicet, bouis, equi, leonis, &c. sequitur enim ꝙ daretur vita infinitè perfectionis, & simpliciter sapientia infinita, &c. extra Deum. Et insinuatur in litera, vbi ad innuendum hoc adducuntur exemplariter hæ perfectiones simpliciter. Secundo, quia ponuntur istæ formæ creatrices, cum solius Dei sit creare. hoc in litera etiam exprimitur.

¶ Quo ad secundum respondetur sub distinctione duorũ sensuum, quos 363 potest habere quæstio 426 tali ordine. Primo ponitur conclusio responsiua sub vno sensu. Secundo ponitur alia conclusio responsiua sub alio sensu: & probatur. Tertio ostenditur, quòd prima conclusio est de intentione Aug. Distinctio est, cognosci omnia in rationibus æternis dupliciter: scilicet obiectiue, vel causaliter. Prima con- *infrà q. 88. art. 3. ad 1. Et veri. q. 8. art. 7. ad 6. Et q. 10. art. 1. cor. & ad 6. & art. 8.*

conclu-

conclusio est, in rationibus æternis obiectiue secundum statum præsentem anima non cognoscit omnia, sed bene anima beata: ista ex se est euidens. Secunda conclusio est, in rationibus æternis causaliter, sed non solis, anima nunc cognoscit omnia. Probatur quo ad primam partem: quia omnia cognoscit lumine naturali. ergo rationibus æternis. probatur consequentia: quia hoc nihil aliud est quàm participatio diuini luminis in quo sunt illæ. Probat hoc autoritate Psal. Signatum est, &c. deinde probatur quo ad se-
419 cundam partem scilicet, non tamen solis, dupliciter: ratione, quia præter lumen requiruntur species intelligibiles à rebus sumptæ: & autoritate Augu. in quarto de trin. Quòd autem prima conclusio sit de mente Augu. eius autoritate in lib. 83. q. probatur.

a ¶Super Quæstionis octuagesimæquartæ Articulum sextum.

Coment. Titulus clarus.

¶In corpore quatuor. Primo Democriti, secundo Platonis, tertio Arist. opinionem tractat: quarto respondet quæsito iuxta opinionem Aristot.

¶Quo ad primum quatuor refert. Primo quòd cognitio inest omnibus à sensibilibus. Secundo quod à sensu. Tertio quod per defluxionẽ. Quarto radicem, quia intellectũ ponebat eiusdem ordi-
34 nis cum sensitiua parte:
419 omnia patent in litera.

¶Quo ad secundũ quatuor. Primo oppositionem radicis prædictæ. Secundo quòd intellectualis non à sensibilibus nisi excitatiue. Tertio quod sensitiua non à sensibilibus nisi quo ad organa, sed à seipsa. Quarto radicem huius: quia sentire posuit opus proprium animæ.

336 ¶Quo ad tertium tria. Primo conuenientiam & differentiam eius circa radicem tam cum Plat. quàm Democ. vbi duo. Primo intellectus discretus à sensu: cum Plat. contra Democ. Secundo operatio sensitiua non animæ tantum, sed coniuncti cum Democr. contra Plat. Secũdo quo ad cognitionem sensitiuam: vbi duo. Primo quod fit sufficienter à sensibilibus, contra Plat. cum Dem. quia cõiuncti, &c. Secundo quòd non per defluxionem, sed immutationem contra Democritum. Tertio quo ad cognitionem intellectiuam: vbi duo. Primo quòd ad eam requiritur agens superius sensibilibus cum Plato. contra Democ. Secundo quod ipsa non fit à solo illo agente: sed etiam phantasma-
a tibus per modum ab-
441 stractionis, contra Plat.

statu præsentis vitæ non cognoscit rationes æternas: quia non cognoscit ipsum Deum in quo rationes æternæ existunt, sed ei sicut ignoto coniungitur: vt Dionys. dicit in 1. cap. mysticæ theologiæ. Ergo anima non cognoscit omnia in rationibus æternis.

¶Præterea, Ro. 1. dicitur, quòd inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt conspiciuntur. Sed inter inuisibilia Dei numerantur rationes æternæ. Ergo rationes æternæ per creaturas materiales cognoscuntur: & non econuerso.

¶Præterea, Rationes æternæ nihil aliud sunt quàm ideæ. Dicit enim Aug. in lib. 83. q. quòd ideæ sunt rationes stabiles rerum in mente diuina existẽtes. Si ergo dicatur quòd anima intellectiua cognoscit omnia in rationibus æternis, redibit opinio Platonis, qui posuit omnem scientiam ab ideis deriuari[e].

¶SED CONTRA est, quòd dicit Aug. 12. confes. Si ambo videmus verum esse quod dicis, & ambo videmus verum esse quod dico, vbi quæso id videmus? Nec ego vtique in te, nec tu in me, sed ambo in ipsa, quæ supra mentes nostras est, incommutabili veritate. Veritas autem incommutabilis in æternis rationibus cõtinetur. ergo anima intellectiua omnia vera cognoscit in rationibus æternis.

CONCLVSIO.

¶In rationibus æternis anima non cognoscit omnia obiectiue in præsenti statu, sed causaliter.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 2. de doctr. Christiana: qui philosophi vocantur si qua forte vera, & fidei nostræ accommoda dixerunt, ab eis tanquam ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicanda sunt. Habent enim doctrinæ Gentilium quędam simulata, & superstitiosa figmenta, quæ vnusquisque nostrum de societate Gentilium exiens debet euitare. Et ideo Aug. qui doctrinis Platonicorum imbutus fuerat, si qua inuenit fidei accommoda in eorum dictis, assumpsit. Quæ vero inuenit fidei nostræ aduersa, in melius commutauit. Posuit autem Plato, sicut suprà dictum est[e], formas rerum per se subsistere à materia separatas, quas ideas vocabat, per quarum participationem dicebat intellectum nostrum omnia cognoscere: vt sicut materia corporalis per participationem ideæ lapidis fit lapis: ita intellectus noster per participationem eiusdem ideæ cognosceret lapidem. Sed quia videtur esse alienum à fide quòd formæ rerum extra res per se subsistant absque materia, sicut Platonici posuerunt: dicentes per se vitam, aut per se sapientiam esse quasdam substantias creatrices[e]: vt Dionys. dicit 11. c. de di. no. ideo Aug. in lib. 83. q. posuit loco harum idearum, quas Plato ponebat, rationes omnium creaturarum in mente diuina existere, secundum quas omnia formantur: & secundum quas etiam anima humana omnia cognoscit. Cum ergo quæritur vtrum anima humana in rationibus æternis omnia cognoscat, dicendum est quòd aliquid in aliquo dicitur cognosci dupliciter. Vno modo sicut in obiecto cognito, sicut aliquis videt in speculo ea, quorum imagines in speculo resultant: & hoc modo anima in statu præsentis vitæ non potest videre omnia in rationibus æternis. Sed sic in rationibus æternis cognoscunt omnia beati qui Deum vident & omnia in ipso. Alio modo dicitur aliquid cognosci in aliquo sicut in cognitionis principio: sicut si dicamus quòd in sole videntur ea, quæ videntur per solem, & sic necesse est dicere, quòd anima humana omnia cognoscat in rationibus æternis: per quarum participationem omnia cognoscimus. Ipsum enim lumen intellectuale, quod est in nobis, nihil est aliud quàm quædam participata similitudo luminis increati[e], in quo continentur rationes æternæ. Vnde in Psal. dicitur. Multi dicunt, Quis ostendit nobis bona? Cui quæstioni Psal. respondet dicens, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Quasi dicat, Per ipsam sigillationem diuini luminis in nobis omnia demonstrantur. Quia tamen præter lumen intellectuale in nobis exiguntur species intelligibiles à rebus acceptæ ad scientiam de rebus materialibus habendam, ideo non per solam participationem rationum æternarum de rebus materialibus notitiam habemus: sicut Platonici posuerunt quòd sola idearum participatio sufficit ad scientiam habendam. Vnde Aug. dicit in 4. de tri. Nunquid quia philosophi documentis certissimis persuade t æternis rationibus animalia temporalia fieri: & propterea potuerunt in ipsis rationibus perspicere: vel ex ipsis colligere quot sunt animalium genera, quæ semina singulorum? Nónne ista omnia per locorum ac temporum historiam quæsierunt? Quòd autem Aug. non sic intellexerit, omnia cognosci in rationibus æternis, vel in incommutabili veritate quasi ipsæ rationes æternæ videantur: patet per hoc quod ipse dicit in lib. 83. q. quòd rationalis anima non omnis & quæcunque, sed quæ sancta & pura fuerit, asseritur illi visioni, scilicet rationum æternarum esse idonea: sicut sunt animæ bonorum. Et per hæc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

a ¶Vtrum intellectiua cognitio accipiatur à rebus sensibilibus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd intellectiua cognitio non accipiatur à rebus sensibili- 421
bus. Dicit enim Aug. in lib. 83. q. quòd non est expectanda synceritas veritatis à corporis sensibus. Et hoc probat dupliciter. Vno modo per hoc, quòd omne quod corporeus sensus attingit, sine vlla intermissione temporis commutatur. Quod autem non manet, percipi non potest. Alio modo per hoc, quòd omnia, quæ per corpus sentimus, etiam cum non adsunt sensibus, imagines tamen eorum patimur: vt in somno, vel furore. Non autem sensibus discernere valemus, vtrum ipsa sensibilia, vel imagines eorum falsas sentiamus. Nihil autem percipi potest quod à falso non discernitur. Et sic concludit, quòd non est expectanda veritas à sensibus. Sed cognitio intellectualis est apprehensiua veritatis. Non ergo cognitio intellectualis est expectanda à sensibus.

Veri. q. 10. art. 6. Et opusc. 3. cap. 81. & 82.

¶Præterea, Aug. dicit 12. super Ge. ad lit. Non est putandum facere aliquid corpus in spiritum, tanquam spiritus corpori facienti materiæ vice subdatur. Omni enim modo præstantior est, qui facit, ea re de qua aliquid facit. Vnde concludit quòd imaginem corporis non corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso facit. Non ergo intellectualis cognitio à sensibus deriuatur.

¶Præterea, Effectus non se extendit vltra virtutem suæ causæ. Sed intellectualis cognitio se extendit vltra sensibilia. Intelligimus enim quædam, quæ sensu percipi non possunt. Intellectualis ergo cognitio non deriuatur à rebus sensibilibus.

¶SED CONTRA est, quòd Philosophus probat 1. meta. & in fine posteri. quòd principium nostræ cognitionis est à sensu.

CONCLVSIO.

¶Intellectiua cognitio non fit à sensibili sicut à perfecta & totali causa, sed potius sicut à materia causæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa istam quæstionem triplex fuit philosophorum opinio. Democritus enim posuit, quòd nulla est alia causa cuiuslibet nostræ cognitionis nisi cum ab his corporibus, quæ cogitamus, veniunt atque intrant imagines in animas nostras, vt Aug. dicit in epistola sua ad Dioscorum. Et Arist. etiam dicit in li. de som. & vi. quòd Democritus posuit cognitionem fieri per idola & defluxiones. Et huius positionis ratio fuit: quia tam ipse Democritus quàm alij antiqui naturales non ponebant intellectum differre à sensu[e], vt Arist. dicit in li. de Anima. Et ideo, quia sensus im- 417
mutatur à sensibili, arbitrabantur omnem nostram cognitionẽ fieri per solam immutationem à sensibilibus. Quam quidẽ immutationem Democritus asserebat fieri per imaginũ defluxiones. Plato vero ecõtrario posuit intellectũ differre à sensu[e]: & intellectũ quidem 364
esse virtutem immaterialem organo corporeo non vtentem in suo actu. Et quia incorporeum non potest immutari à corporeo, posuit quòd cognitio intellectualis non fit per immutationem intellectus à sensibilibus, sed per participationem formarũ intelligibilium separatarum, vt dictum est[e]. Sensum etiam posuit virtutem quandam 416
per se operantem[e]. Vnde nec ipse sensus, cum sit quædam vis spiri- 364
tualis, immutatur à sensibilibus, sed organa sensuum à sensibilibus immutantur. Ex qua immutatione anima quodammodo excitatur: vt in se species sensibilium formet. Et hanc opinionem tangere videtur August. 12. super Gen. ad lit. vbi dicit quòd corpus non sentit, sed anima per corpus, quo velut nuntio vtimur ad formandum in seipsa quod extrinsecus nuntiatur. Sic igitur secundum Platonis opinionem neque intellectualis cognitio à sensibili procedit, neque etiam sensibilis totaliter à sensibilibus rebus: sed sensibilia excitant animam sensibilem ad sentiendum: & similiter sensus exci-

tant

¶Quo ad quartum, conclusio responsiua est: Intellectualis cognitio fit à sensibili, non sicut à perfecta & totali causa, sed magis sicut à materia causæ. Probatur prima pars: quia fit à phantasmate. Secunda vero: quia etiam ab intellectu agente. Tertia autem, quia phantasma fit actu intelligibile ab intellectu agente. conditio enim materiæ est esse in potentia tale.

Annot. ¶ Aduerte hic, quòd quæ hic discutienda essent de modo concursus phantasmati cum intellectu agente ad intelligendum, superius discussa sunt. Diuina tamen hic vox notanda est: quòd phantasma magis materia causæ, quàm causa sit.

a ¶Super Quæstionis octuagesimæquartæ Articulum septimum.

Annot. Titulus clarus.

¶ Conuerti enim ad phantasma, nihil aliud significat nisi vti phantasmate actualiter ad tale opus.

Coment. ¶ In corpore tria facit. Primo proponit conclusionem responsiuam negatiue quidem, sed cum quibusdam limitationibus. Secundo ma-
569 nifestat eã quo ad quia
570 est ex duobus indiciis. Tertio assignat illius propter quid.

¶ Quo ad primum conclusio est ista, Intellect⁹ cõiunctus corpori passibili non potest intelligere nisi conuertendo se ad phantasmata: vbi nota duas limitationes.
591 Prima quòd non est hic sermo de intellectu nostro absolute, aut secundum statum separationis à corpore: sed de eo vt coniunctus est corpori. Secunda est, quòd non loquimur de eo, vt coniunctus est corpori glorioso, vt in resurrectione erit, sed corpori passibili.

¶ Quo ad secundum, manifestatus sic conclusio. Primo ex impeditione intellectus prouenientẽ à parte sensitiua. Secundo experientia, tam in docendo seipsum quàm in docẽdo alium: vtrunque siquidem pertinet ad vsum specierum:
417 & omnia clara.

¶Quo ad tertium ostenditur à priori non sic esse, sed quare sic est. Vnde est ratio dicens propter quid tantum, & non dicens simul quia est, & propter quid est: ergo ratio talis proprium obiectum nostri intellectus est natura habens esse in particulari sensibili: ergo intellectus ad hoc, vt cognoscat suum obiectum, oportet vt conuertatur ad phantasma. Antecedens probatur sic. quidditas rei materialis est proprium obiectum: ergo. Assumptum hoc iam patet: & consequentia hæc probatur: quia de ratione talis quidditatis est esse in particulari materiali. Consequentia autem principalis fundatur super tres propositiones. prima est quòd potentia cognoscitiua est proportionata cognoscibili proprio, scilicet & connaturali: quæ declaratur ad propositum in angelis & nobis ex differentia inter obiectum angelicum & nostrum. Secunda est, quòd natura rei materialis non potest vere & perfecte cognosci, nisi cognoscatur, vt in particulari existens: & probatur, quia de ratione talis naturæ est esse in particulari. Tertia est, quòd intellectus noster non cognoscit particulare, nisi vt continuatur cum viribus sensitiuis: & accipitur, vt per se notum, Ex his autem liquere potest consequentia. Si obiectum & potentia proportionata sunt iuxta primam propositionem, & obiectum tam quo ad esse, quàm quo ad cognosci, claudit in se duo, scilicet naturam & indiuiduum, oportet quòd potentia habeat vnde vtrunque attingat: & cum non habeat vnde particulare cognoscat nisi vt coniunctas phantasmati, reliquum est, vt quidquid est rei materialis, exigat intellectum, vt coniunctum phantasiæ, vt potentiam sibi proportionatam: quod erat in illa consequentia assumptum. Deinde manifestatur eadem consequentia ab opposito: quia scilicet, si obiectum nostri intellectus esset separata substantia, puta angelus, aut quod quid est sensibilium subsisteret absque particularibus materialibus, vt Plat. putauit. non opus esset conuersione ad phantasma: ac per hoc si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis, & econuerso. Sed sunt hic multæ ambiguitates.

tant animam intellectiuam ad intelligendum. Aristot. autem media via processit. Posuit enim cum Platone intellectum differre à sensu. Sed sensum posuit propriam operationem non habere sine communicatione corporis, ita quòd sentire non sit actus animæ tantum, sed coniuncti. Et similiter posuit de omnibus operationibus sensitiuæ partis. Quia igitur non est inconueniens, quòd sensibilia, quæ sunt extra animam, causent aliquid in coniunctum: in hoc Aristot. cum Democrito concordauit: quòd operationes sensitiuæ partis causentur per impressionem sensibilium in sensum: non per modum defluxionis, vt Democritus posuit, sed per quandam operationem. Nam & Democritus omnem actionem fieri posuit per influxionem atomorum, vt patet in primo de generatione. Intellectum vero posuit Arist. habere operationem absque communicatione corporis. Nihil autem corporeum imprimere potest in rem incorpoream[e]. Et ideo ad causandam intellectualem operationem secundum Aristot. non sufficit sola impressio sensibilium corporum, sed requiritur aliquid nobilius: quia agens est honorabilius patiente, vt ipse dicit. Non tamen ita quòd intellectualis operatio causetur ex sola impressione aliquarum rerum superiorum, vt Plato posuit: sed illud superius, & nobilius agens, quod vocat intellectum agentem, de quo iam suprà diximus[e], quòd facit phantasmata à sensibus accepta intelligibilia in actu per modum abstractionis cuiusdam. Secundum hoc ergo ex parte phantasmatum intellectualis operatio à sensu causatur. Sed quia phantasmata non sufficiunt immutare intellectum possibilem, sed oportet quòd fiant intelligibilia actu per intellectum agentem, non potest dici, quòd sensibilis cognitio sit totalis, & perfecta causa intellectualis cognitionis, sed magis quodammodo est materia causæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per verba illa August. datur intelligi, quòd veritas non sit totaliter à sensibus expectanda. Requiritur enim lumen intellectus agentis, per quod immutabiliter veritatem in rebus mutabilibus cognoscamus, & discernamus ipsas res à similitudinibus rerum[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd Aug. non loquitur de intellectuali cognitione, sed de imaginaria. Et quia secundum Plat. opinionem, vis imaginaria habet operationem, quæ est animæ solius, eadem ratione vsus est Aug. ad ostendendum, quòd corpora non imprimunt suas similitudines in vim imaginariam: sed hoc facit ipsa anima, qua vtitur Arist. ad probandum intellectum agentem esse aliquid separatum: quia scilicet, agens est honorabilius patiente. Et proculdubio oportet secundum hanc positionem in vi imaginatiua ponere, non solum potentiam passiuam, sed etiam actiuam. Sed si ponamus secundum opi. Arist. quòd actio virtutis imaginatiuæ sit coniuncti, nulla sequitur difficultas: quia corpus sensibile est nobilius organo animalis, secundum hoc quòd comparatur ad ipsum, vt ens in actu ad ens in potentia: sicut coloratum in actu ad pupillam, quæ colorata est in potentia. Posset tamen dici, quòd quamuis prima immutatio virtutis imaginariæ sit per motum sensibilium, quia phantasia est motus factus secundum sensum: vt dicitur in lib. de Anima: tamen est quædam operatio animæ in homine, quæ diuidendo & componendo format diuersas rerum imagines, etiam quæ non sunt à sensibus acceptæ[e]. Et quantum ad hoc possunt accipi verba Aug.

¶Ad tertium dicendum, quòd sensitiua cognitio non est tota causa intellectualis cognitionis. Et ideo non est mirum, si intellectualis cognitio vltra sensitiuam se extendit.

ARTICVLVS VII.

a ¶Vtrum intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet, non conuertendo se ad phantasmata.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus possit actu intelligere per species intelligibiles, quas penes se habet: non conuertendo se ad phantasmata. Intellectus enim fit in actu per speciem intelligibilem qua informatur. Sed intellectum esse in actu est per ipsum intelligere. Ergo species intelligibiles sufficiunt ad hoc quòd intellectus actu intelligat, absque hoc quòd ad phantasmata se conuertat.

infrà q. 87. art. 1. & 2. Et 3. q. 11. ar. 2. & q. 16. art. 2. cor. Et 2. contra. c. 59. et 72. cor. 7. Et lib. 4. c. 11. co. 1. fin. Et 1. cor. 13. lec. 3. co. 3.

¶Præterea, Magis dependet imaginatio à sensu quàm intellectus ab imaginatione. Sed imaginatio potest imaginari actu absentibus sensibilibus. Ergo multo magis intellectus potest intelligere actu, non conuertendo se ad phantasmata.

¶Præterea, incorporalium non sunt aliqua phantasmata: quia imaginatio, tempus, & continuum non transcendit. Si ergo intellectus noster non posset aliquid intelligere in actu, nisi conuerteretur ad phantasmata: sequeretur quòd non posset intelligere incor-

¶Num quidditas rei materialis sit obiectum intellectus.

¶Dubium est primo circa antecedens: quia quidditas rei materialis non est obiectum intellectus, sed ens. Et ad hoc sunt argumenta Scoti in prima di. 3. q. 3. *Quæstio.*

¶Num de ratione naturæ sensibilis sit esse in particulari.

Quæstio. ¶Dubium secundo est circa illam propositionem: De ratione naturæ sensibilis est esse in particulari. Hoc enim videtur falsum: quoniam esse in particulari est modus naturæ, vt superius in tractatu de personis habitum est. Constat autem quòd modus essendi posterior est quidditatiue: non ergo est de ratione seu diffinitione naturæ sensibilis esse in particulari, siue significatio, siue vago.

¶Num possibile sit naturam sensibilem cognosci nisi in particulari existens.

Quæstio. ¶Dubium tertio est circa secundam propositionem quo ad duo. Primo quo ad cognitionem: quia aut est sermo de cognitione intuitiua c
quæ apud S. Tho. vocatur scientia visionis. Aut 425
de cognitione abstracti- 244
ua, quæ apud nostros vocatur scientia simplicis intelligentiæ. Non de prima, vt patet, quia exigeretur quòd intellectus videret naturam non solum in aliquo particulari, sed in hoc exteriori sensibili sicuti est: ergo de secunda: sed 412
ad secundam perfecte habendam sufficit cognoscere quod quid erat esse rei secundum omnia prædicta quidditatiua vsque ad vltimã differentiam inclusiuæ: vt patet. esse autem in particulari non est prædicatum quidditatiuum alicuius naturæ sensibilis: ergo natura sensibilis potest perfecte cognosci absque hoc quòd cognoscatur, vt existens in particulari.

¶Deinde dubium est circa ly, vt existens in particulari: aut enim denotat rem obiectam, aut modum obiecti vt obiicitur. Si enim denotat rem obiectam, sensus est, quòd natura sensibilis non perfecte cognoscitur, nisi cognitio terminetur etiam ad modum existendi illius: ita quòd etiam modus naturæ cognoscatur. Si vero notat modum obiecti, vt obiectum est: tunc est sensus quòd natura sensibilis non cognoscitur perfecte nisi modus essendi eius, scilicet in particulari sit etiam modus repræsentandi seu obiiciendi illam. Neutro autem sensu vera aut efficax est propositio ista: & contra primum sensum præcedens argumentatio militat: & tamen dato quòd esset vera propositio iuxta illum sensum non infert intentum: quoniam cum tam natura quàm modus eius sint res vniuersales, vt patet in q. de potentia. q. 9. potest natura sub tali modo cognosci ab intellectu absque cognitione singularis: propter quod hic dicitur requiri phantasma: & confirmatur, quia indiuiduum vagum ab intellectu cognoscitur. constat autem quòd de ratione hominis non est esse in hoc signato homine, sed in aliquo Sorte: ergo. Contra secundum vero sensum est, quia sequeretur quòd natura cælestis ab intellectu separato à corpore non posset perfecte cognosci: quia illi non potest offerri, vt existens in particulari: ita quòd existere in particulari sit quo obiicitur, quia nec in particulari extrinseco: quia supponimus intellectus separatos non accipere scientiam à rebus, nec in particulari imaginato, quia separatus non esset à corpore, si imaginatio ministraret illi.

¶Dubium quarto est circa quartam propositionem. An intellectus noster cognoscat per seipsum singulare. Sed quia de hoc erit inferius ex proposito quæstio, ideo illuc vsque differatur.

¶Dubium 5. est circa vim rationis ex duplici capite. Primo, quia ex vi eius non sequitur, omnem cognitionem intellectus egere phantasmate, sed perfectam tantum: quia enim obiectum non potest perfecte cognosci, nisi vt existens in particulari: ideo phantasmate opus esse dicitur: quando ergo imperfecte obiectum cognoscendum est, nulla monstratur necessitas phantasmatis. Et sic hæc ratio peccat ad

conclus

conclusionem vniuersalem afferens causam particularem. Secundo, quia ex vi istius rationis, ita sequitur de intellectu coniuncto corpori passibili: sicut de coniuncto corpori impassibili: quoniam ex natura obiecti & natura potentiae procedit: constat enim eandem esse naturam obiecti sensibilis tunc & nunc: & similiter eandem naturam potentiae, sed de corpore glorioso hoc negatur: ergo ex hac parte peccat ratio adducens causam vniuersalem ad conclusionem particularem. Et confirmatur: quia istam rationem locum habere vult S. Th. etiam de intellectu coniuncto corpori sano, scilicet in statu innocentiae: vt patet inferius in q.94. arti.2.

poreum aliquid. Quod patet esse falsum. Intelligimus enim veritatem ipsam, & Deum & angelos.

¶SED CONTRA est, quòd Philosophus dicit in 4. de anima quòd nihil sine phantasmate intelligit anima.

CONCLVSIO.

¶Intellectus humanus corpori passibili coniunctus, non potest quippiam intelligere sine phantasmate.

¶RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est intellectum secundum praesentis vitae statum, quo passibili corpori coniungitur, aliquid intelligere in actu nisi conuertendo se ad phantasmata. Et hoc duobus indiciis apparet. Primo quidem, quia cum intellectus sit vis quaedam non vtens corporali organo, nullo modo impediretur in suo actu per laesionem alicuius corporalis organi, si non requireretur ad eius actum actus alicuius potentiae vtentis organo corporali. Vtuntur autem organo corporali sensus, & imaginatio, & aliae vires pertinentes ad partem sensitiuam. Vnde manifestum est quòd ad hoc quòd intellectus actu intelligat non solum accipiendo scientiã de nouo, sed etiam vtendo scientia iam acquisita, requiritur actus imaginationis & caeterarum virtutum. Videmus enim quòd impedito actu virtutis imaginatiuae per laesionem organi, vt in phreneticis: & similiter impedito actu memoratiuae virtutis, vt in lithargicis[e]: impeditur homo ab intelligendo in actu etiam ea, quorum scientiam praeaccepit. Secundo, quia hoc quilibet in seipso experiri potest, quòd quando aliquis conatur aliquid intelligere, format sibi aliqua phantasmata per modum exemplorum: in quibus quasi inspiciat quod intelligere studet. Et inde est etiam quòd quando aliquem volumus facere aliquid intelligere, proponimus ei exempla, ex quibus sibi phantasmata formare possit ad intelligendum. Huius autem ratio est: quia potentia cognoscitiua proportionatur cognoscibili. Vnde intellectus angeli, qui est totaliter à corpore separatus, obiectum proprium est substantia intelligibilis à corpore separata, & per huiusmodi intelligibilia materialia cognoscit. Intellectus autem humani, qui est coniunctus corpori, proprium obiectum est quidditas, siue natura in materia corporali existens, & per huiusmodi naturas visibilium rerum, etiam in inuisibilium rerum aliquem cognitionem ascendit[e]. De ratione autem huius naturae est quòd in aliquo indiuiduo existat: quod non est absque materia corporali. Sicut de ratione naturae lapidis est quòd sit in hoc lapide: & de ratione naturae equi est quòd sit in hoc equo, & sic de aliis. Vnde natura lapidis, vel cuiuscunque materialis rei cognosci non potest complete & vere nisi secundum quod cognoscitur, vt in particulari existens. Particulare autem apprehendimus per sensum & imaginationem. Et ideo necesse est ad hoc quòd intellectus intelligat suum obiectum proprium, quòd conuertat se ad phantasmata, vt speculetur naturam vniuersalem in particulari existentem. Si autem proprium obiectum intellectus nostri esset forma separata, vel si formae rerum sensibilium subsisterent non in particularibus secundum Platonicos[e], non oporteret, quòd intellectus nostri semper intelligendo conuerterent se ad phantasmata.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd species conseruatae in intellectu possibili, in eo existunt habitualiter quando actu non intelligit, sicut suprà dictum est[e]. Vnde ad hoc vt intelligamus in actu non sufficit ipsa conseruatio specierum: sed oportet quòd eis vtamur secundum quod conuenit rebus, quarum sunt species: quae sunt naturae in particularibus existentes.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam ipsum phantasma est similitudo rei particularis. vnde non indiget imaginatio aliqua alia similitudine particulari, sicut indiget intellectus.

¶Ad tertium dicendum, quòd incorporea quorum non sunt phantasmata, cognoscuntur à nobis per comparationem ad corpora sensibilia, quorum sunt phantasmata: sicut veritatem intelligimus ex consideratione rei, circa quam veritatem speculamur. Deum autem, vt Diony. dicit, cognoscimus vt causam, & per excessum, & per remotionem. Alias etiam incorporeas substantias in statu praesentis vitae cognoscere non possumus:

¶Ad primum dubium dictum fuit in q.12. ar.4. & alibi. Sco. nanque male interpretatus mentem S. T. arguit contra eum: quidditatem enim rei sensibilis obiectum non quodcunque, sed naturaliter proportionatum intensiue ponimus intellectus nostri: quia, nihil potest naturaliter intellectus cognoscere quidditatiue nisi naturas sensibilium. Et pro statu isto non solum est intensiue, sed extensiue obiectum intellectus: quia nihil potest intellectus noster naturaliter intelligere, nisi in ordine ad quidditatem sensibilem. Quicquid enim de Deo, aut angelis naturaliter attingimus causalitatis, aut excellentiae, aut negotiationis respectu sensibilium conditione 423 vestitũ cognoscitur, vt experimur. Vnde & ipse Scotus à veritate coactus dicit, quòd quidditas sensibilis est intellectus nostri pro statu isto obiectum in ratione motiui: quamuis minus philosophice loquens neget in ratione terminatiui: vt patet ex dictis: sed non est in verbis facienda vis, modo de rebus constet. Quid autem sit obiectum intellectus, id est ratio formalis, quòd aliquid sit intelligibile, non est praesentis intentionis: vbi de intelligibili in hoc statu, & non simpliciter est quaestio.

¶Ad secundum dubium dicitur vtendo duplici distinctione, id est, est de ly esse in particulari: quod potest sumi dupliciter scilicet, radicaliter, vel formaliter. secunda est de ly esse de ratione alicuius: quod contingit dupliciter. Vno modo: simpliciter. Alio modo, vt modus intrinsecus seu essentialis. Et tunc dico tria. Primo, quòd esse in particulari radicaliter est simpliciter, de ratione sensibilis naturae. Secundo, quòd esse in particulari formaliter, est de ratione naturae, vt modus. Tertio, quòd in proposito sumitur esse in particulari vtroque modo: & similiter esse de ratione singula singulis applicando. Primum ex differentia inter Plat. & Aristot. apud Peripateticos est, vt per se notum. Plato enim posuit solam bouinam formam esse quicquid erat bouis: & illam per se absque carnibus & ossibus, &c. ac per hoc ponens naturam bouinam vniuersaliter subsistentem, negabat de ratione eius esse, particulariter subsistere. Arist. autem posuit, quòd bouina natura non potest absque carnibus & ossibus subsistere, sed necessario oportere esse in carnibus & ossibus: quamuis non his aut illis determinate, ac per haec posuit radicem huiusmodi, quae est particulariter subsistere, id est carnes & ossa, id est materiam esse de ratione naturae sensibilis. Et propter ea dixi, quòd particulariter existere, radicaliter sumptum, est simpliciter de ratione naturae sensibilis: id enim nihil aliud est, quàm materiam esse de ratione naturae sensibilis. Et ex hoc patere iam facile potest secundum. Constat enim quòd particulariter, aut vniuersaliter existere, modi naturae sunt valde inter se diuersi, & quòd posteriores sunt naturaliter naturis ipsis: prius nanque est homo quàm homo aliquis, aut homo idealis: & quòd non aduentitij, aut accidentales modi sunt sed ex substantiali ratione naturae, deriuantes non accidens superadditum, sed substantiam eandem praedicant cum natura, cuius sunt, quamuis alio modo. Non enim modo aliquis aliam naturam substantialem, aut accidentalem addi- supra hominem, sed hominem dicit hoc modo existentem. tertium vero ex seqentibus manifestum erit.

¶Ad tertium dubium quo ad primam dubitandi rationem dicitur: quòd sermo praesens proculdubio est de cognitione abstractiua, quidditatiua tamen: & quòd naturae sensibilis quidditas non perfecte cognoscitur ignorato suo substantiali modo essendi: & quamuis modus sit aliqualiter posterior quidditate, non tamen potest quidditas perfecte absque eius cognitione penetrari.

¶Ad cuius euidentiam scito, quòd aliquid esse posterius aliquo coniuncto sibi contingit multipliciter: in proposito tamen logice, & metaphysice loquendo, dupliciter accidit. Primo, quia illud conuenit ei extra primum modum perseitatis, & sine tali potest perfecte prioris natura cognosci quidditatiue. Secundo, quia illud conuenit ei infra primum modum perseitatis, & à tali posteriori perfecta cognitio quidditatiua dependere potest: vt patet de perfecto & imperfecto: hic enim praedicata sunt rerum infra primum modum per se: nec absque eis habetur complete quidditatiua cognitio. Vnde Aristot. 1. caeli. Primum praedicatum quod inuestigat de mundo est ly perfectum. 424 Et Diuus Tho. post simplicitatem quae pertinet primo ad quod quid esse rei, statim de perfectione Dei quaestionem subdit in princ. huius operis. cum ergo modus essendi particulariter sit substantialis ei cuius est: nec aliam rem, aut rationem formalem superaddat naturae: sed eandem dicat alio modo: extra praedicata primi modi nequaquam continetur. Ac per hoc sine eius cognitione perfecte natura cognosci non potest. Et confirmatur: quia modus iste non est simpliciter posterior natura, 419 sed aliqualiter. Non simpliciter quidem: quia cum omne prius reducatur ad illum modum, scilicet à quo non conuertitur consequentia, 398 vt patet in 5 metaph. & constet, 394 quòd si est homo, c est homo aliquis, quamuis non hoc: & econuerso, consequens est, quòd natura non sit prior simpliciter modo isto substantiali. Dico autem, quòd si est homo, est homo aliquis: non eo modo quo sequitur, si est homo, est risibilis: sed eo modo, quo in nullo instanti naturae verificari potest de aliquo, quòd sit homo: & tamen non adhuc sit homo aliquis. Quamuis enim prius natura generetur homo quàm risibile: & quodammodo, quàm hic homo: non tamen quàm homo aliquis: vt patet apud Peripateticos. Aliqualiter tamen est prior: quia secundum abstractionem intellectus homo prius est, quàm homo aliquis.

¶Quo ad secundam vero dubitandi occasionem dicitur quòd ly, vt existens in particulari denotat rem cognitam. Et ad primam obiectionem contra hoc iam patet responsio ex nunc dictis. Ad secundam verò dicitur, quòd licet modus ille sit vniuersale quoddam: principium tamen illius est singulare, vt S. Thomas dicit in loco allegato: & propterea absque singulari apprehensione cognosci perfecte nequit. Quamuis possit arguitiue cogitari naturam habere modum essendi particulariter: ex cognitione naturae, & modi essendi particulariter in communi: sed haec non generant perfectam notitiam naturae tali modo existentis. Impossibile est enim ignorato principio plene nosse principiatum. Habet quoque se singulare ad talem modum, vt terminus: ignoto autem termino sciri plene nequit terminatum.

¶Ad quintum autem dubium dicitur, quòd arg. ex primo capite deficit in consideratione conditionum immaterialis cognitionis. Cum enim intelligere sit operatio immaterialis: & consequenter à corpore & corporis conditionibus sese eleuans: si intellectio perfecta alicuius obiecti in aliquo intellectu adeo depressa atque obligata corpori est, vt phantasmate egeat corporeo, à fortiori intellectio imperfecta cui minus debetur eleuatio à materialibus conditionibus: magis alligata erit phantasmati. Experimur enim in nobis, quòd quanto perfectius contemplamur, tanto purior redditur à phantasmatibus cognitio: quamuis totaliter denudatam non habeamus. Oportet igitur in omni nostra cognitione phantasma concurrere, si perfecta absque phantasmate fieri nequit. Iuxta illud: De quo minus videtur inesse, &c.

¶De materia autem quae tangitur in argumento ex secundo cap. scito diuersas esse opiniones. Scotus enim in primo di. 3. q. 3. & in 45. q. consentiens conclusioni principali, scilicet quòd nihil sine phantasmate intelligimus, dissentit in medio. Vult enim quòd hoc non insit intellectui nostro ex se absolute: quia sic anima separata non intelligeret, nec ex hoc quòd coniunctus est corpori, quia sic anima in corpore glorioso egeret phantasmate: sed quòd hoc inest, aut in poenam peccati originalis. Iuxta illud Aug. 15. de tri. c. 27. Quae causa, vt ipsam lucem fixa acie videre non possis nisi infirmitas, & quis eam tibi fecit nisi iniquitas? Aut propter ordinem potentiarũ naturalium hoc habentẽ quòd vna potẽtia attingente

nisi per remotionem, vel aliquam comparationem ad corporalia. Et ideo cum de huiusmodi aliquid intelligimus, necesse habemus conuerti ad phãtasmata corporum, licet ipsorum non sint phantasmata.

ARTICVLVS VIII.

a *¶Vtrum iudicium intellectus impediatur per ligamentum sensus.*

22.q.154 art.5.cor. & q.27 2. arti.1. Et veri.q.12 art.3. Et 3. de anima lec.7. col.fin.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur, ꝙ iudicium intellectus non impediatur per ligamentum sensus. Superius enim non dependet ab inferiori, sed iudicium intellectus est supra sensum. Ergo iudicium intellectus non impeditur per ligamentum sensus.

¶Praeterea, Syllogizare est actus intellectus: in somno autẽ ligatur sensus, vt dicitur in lib. de som. & vig. Contingit tamen quandoque ꝙ aliquis dormiẽs syllogizat. Ergo nõ impeditur iudicium intellectus per ligamentum sensus.

¶SED CONTRA est, quòd in dormiendo ea, quae contra licitos mores contingunt, non imputantur ad peccatum, vt Aug. in 12. super Gen. ad literam dicit. Hoc autem non esset si homo in dormiendo liberum vsum rationis & intellectus haberet. Ergo impeditur rationis vsus per ligamentum sensus.

CONCLVSIO.

¶Cum omnia, quae in praesenti statu cognoscimus per comparationem ad sensibilia nobis nota fiant, necesse est per ligamentum sensuũ impediri rationis iudicium.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, proprium obiectum intellectui nostro proportionatum est natura rei sensibilis[e]. Iudicium autem perfectum de re aliqua dari non potest, nisi ea omnia, quae ad rem pertinẽt cognoscantur, & praecipuè si ignoraretur id quod est terminus & finis iudicij. Dicit autem Philosophus in 3. de caelo, ꝙ sicut finis factiuae scientiae est opus, ita naturalis scientiae finis est, quòd videtur principaliter secundum sensum. Faber enim non quaerit cognitionem cultelli nisi propter opus vt operetur hunc particularem cultellum. Et similiter naturalis nõ quaerit cognoscere naturam lapidis & equi, nisi vt sciat rationes eorum, quae videntur secundum sensum. Manifestum est autem, quòd non posset esse perfectum iudicium fabri de cultello si opus ignoraret. Et similiter non potest esse perfectum iudicium scientiae naturalis de rebus naturalibus si sensibilia ignorentur. Omnia autem quae in praesenti statu intelligimus, cognoscuntur à nobis per comparationem ad res sensibiles naturales[e]. Vnde impossibile est quòd sit in nobis iudicium intellectus perfectum cum ligamento sensus[e], per quem res sensibiles cognoscimus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis intellectus sit superior sensu, accipit tamen aliquo modo à sensu, & eius obiecta prima & principalia in sensibilibus fundantur. Et ideo necesse est, quòd impediatur iudicium intellectus ex ligamento sensus.

¶Ad secundum dicendum, quòd sensus ligatur in dormientibus propter euaporationes quasdam & fumositates resolutas[e]. vt dicitur in lib. de somno & vigi. Et ideo secundum dispositionem huiusmodi euaporationum contingit esse ligamentum sensus maius vel minus. Quando enim multus fuerit motus vaporum, ligatur non solùm sensus, sed etiã imaginatio: ita vt nulla appareant phantasmata, sicut praecipuè accidit, cum aliquis incipit dormire post multum cibum & potum. Si verò motus vaporum aliquantulum fuerit remissior, apparent phantasmata, sed distorta & inordinata, sicut accidit in febricitantibus. Si verò adhuc magis motus sedetur, apparent phantasmata ordinata, sicut maximè solet contingere in fine dormitionis, & in hominibus sobriis, & habentibus fortem imaginationem. Si autem motus vaporum fuerit modicus, non solùm imaginatio remanet libera, sed etiam ipse sensus communis ex parte soluitur, ita quòd homo iudicat interdum in dormiendo ea quae videt somnia esse, quasi diiudicans inter res, & rerum similitudines. Sed tamen ex aliqua parte remanet sensus communis ligatus. Et ideo licet aliquas similitudines discernat à rebus: tamen semper in aliquibus decipitur. Sic igitur per modum quo sensus soluitur, & imaginatio in dormiendo, liberatur iudicium intellectus: non tamen ex toto. Vnde illi qui dormiendo syllogizant, cum excitantur, semper recognoscunt se in aliquo defecisse.

QVAESTIO OCTVAGESIMA quinta, de modo & ordine intelligendi, in octo articulos diuisa

DEINDE considerandum est de modo & ordine intelligendi. ¶Et circa hoc quaeruntur octo. ¶Primò, vtrum intellectus noster intelligat abstrahendo species à phantasmatibus. ¶Secundò, vtrum species intelligibiles abstractae à phantasmatibus se habeant ad intellectum nostrum, vt quod intelligitur, vel sicut id quo intelligitur. ¶Tertiò, vtrum intellectus noster naturaliter intelligat prius magis vniuersale. ¶Quartò, vtrum intellectus noster possit multa simul intelligere. ¶Quintò, vtrum intellectus noster intelligat componendo & diuidendo. ¶Sextò, vtrum intellectus possit errare. ¶Septimò, vtrum vnus possit eandem rem melius intelligere quàm alius. ¶Octauò, vtrum intellectus noster per prius cognoscatur indiuisibile quàm diuisibile.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum intellectus noster intelligat res corporeas, & materiales per abstractionem à phantasmatibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus noster non intelligat res corporeas & materiales per abstractionem à phãtasmatibus. Quicunque enim intellectus intelligit rem aliter quàm sit, est falsus. Formae autem rerum materialium non sunt abstractae à particularibus: quorum similitudines sunt phantasmata. Si ergo intelligamus res materiales per abstractionem specierum à phantasmatibus: erit falsitas in intellectu nostro.

¶Praeterea, Res materiales sunt res naturales, in quarum definitione cadit materia. Sed nihil potest intelligi sine eo quod cadit in diffinitione eius. Ergo res materiales non possunt intelligi sine materia. Sed materia est indiuiduationis principium. Ergo res materiales non possunt intelligi per abstractionem vniuersalis à particulari, quod est abstrahere species intelligibiles à phantasmatibus.

¶Praeterea, In 3. de anima dicitur, ꝙ phantasmata se habent ad animam intellectiuã sicut colores ad visum. Sed visio non fit per abstractionem aliquarum specierum à coloribus, sed per hoc quod colores imprimũt in visum. Ergo nec intelligere contingit per hoc quòd aliquid abstrahatur à phãtasmatibus, sed per hoc ꝙ phantasmata imprimunt in intellectum.

¶Praeterea, Vt dicitur in tertio de anima, in intellectiua anima sunt duo, scilicet intellectus possibilis & agens. Sed abstrahere à phantasmatibus species intelligibiles non pertinet ad intellectum possibilem, sed recipere species iam abstractas: sed nec etiam videtur pertinere ad intellectum agẽtem, qui se habet ad

gente obiectum aliae quae natae sunt illud attingere, coattingunt idem. Diuus autem T. vt hic & alibi patet, tenet hoc esse naturale animae coniunctae corpori passibili ex parte obiecti relati ad potentiam sub tali modo essendi. Ita ꝙ quia obiectum habet in se illa 423 duo supradicta scilicet, naturam & particularitatem: & intellectus coniunctus non potest vtrunque percipere nisi ministerio sensus alterum cognoscatur: inde est indigentia phantasmatis. Ad obiecta vero in oppositũ dicitur: quòd hoc est naturale animae nostrae ex modo essendi scilicet, in coniunctione ad corpus. Vnde cõueniebat etiam in statu innocentiae. Et cum infertur, ergo cõuenit etiã animae in corpore glorioso. negatur consequentia: quoniã de statibus pure naturalibus loquimur, & non de miraculosis. Et si instetur ꝙ glorificatio nõ aufert naturã, sed perficit: respondetur, ꝙ conditiones naturales dicentes imperfectionem: hoc modo, id est, quarũ oppositae sunt perfectiones, simpliciter possunt salua integritate naturae auferri; glorificatio auferendo perficit, vt patet de passibilitate corporis. Talis est autem o- 424 bligatio ad phantasma- 99 ta. Nec habet locũ ratio 163 praesens in statu corporis glorificati: quoniam deest secunda conditio ex parte intellectus scilicet, ꝙ ipse non potest per seipsum cognoscere singulare. Haec enim conditio etsi vera sit de intellectu coniuncto secundum naturalem statum, falsa tamen est de eo secundum statum glorificati corporis: quoniã potest quicquid & eodem modo intelligere: quod & quomodo potest anima separata. Verum ratio assignata à Sco. nihil valet: imò potius oppositũ infert: quia vna potentia animae intensa in opere 422 suo: aliae ab operãdo im- 495 pediuntur, vt experientia 457 testatur: intensio ergo o- a perationis intellectus nõ erigit phantasiam: imò deiicit quantum est ex hoc. Et praeterea ex hoc non haberetur vniuersaliter: quòd sine phantasmate nihil intelligimus: vt patet. Nec est eadem ratio, aut maior de imperfecta intellectione: vt nos dicebamus. Ratio vero ex peccato originali non est naturalis: hoc 547 autem est naturale: vt mori, &c.

a *¶Super Quaestionis octuagesimaequartae Articulũ octauum.*

Cõment. Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua quaesito affirmatiue. Iudicium intellectus impeditur ligato sensu. Probatur sic. ignotis pertinentibus ad rem, & praecipue fine seu termino iudicij, necesse est iudicium impediri: sed ligato sensu hoc accidit: ergo. maior patet: & minor probatur: quia ligato sensu ignoratur particulare: quod est terminus iudicij. Quod probatur tripliciter. Primo ratione, quia proprium obiectum nostri intellectus est natura sensibilis. Secundo autoritate. Aristot. in 3. caeli. Et tertio, quia omnia quae cognoscimus discernimus in ordine ad sensitiua.

¶In responsione ad secundum nota quatuor gradus ligamenti sensitiuae partis. *Annot.*

¶Nota haec diligentissime & cautissime, quòd quia iudicium intellectuale, ideo fallitur ligato sensu, quia non potest resoluere quod iudicat in particulare sensibile: consequens est, quòd multo magis intellectuale fallatur, quando despiciuntur particularia: nec est curae, vt habeat iudiciũ rationis testimonium à sensibilibus. Et propterea in plurimos contingit labi errores, qui à superioribus inchoant iudicium, & ordinant doctrinas suas inconsultis sensibus. Vnde pater philosophorum Aristot. nunquam à sensibus recedens semper iuxta veritatem iudicauit.

a *¶Super Quaestionis octuagesimaequintae Articulum primum.*

Titulus.

¶Circa titulum occurrit statim *Annot.* dubium, quia videtur superfluus articulus iste, 424 aut impertinens. In quaestione siquidem praecedente determinatum est an anima intelligat per species acceptas à sensibilibus, &c. igitur aut superflue reperitur, aut tractanda erant haec ibi. & tenet sequela: quia nihil aliud est abstrahere à phantasmatibus, quàm recipere à sensibus, & egere illis in vsu.

infrà q. 87. ar. 2. ad secundum. & q.101. ar. 1. & 3. q. 61. art. 2.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd praesens articulus bene distinctus, & ordinatus est. Distinctus quidẽ quia aliud est formaliter quaerere & scire an habeamus intelligibiles species à sensibilibus & phantasmatibus: & aliud an intelligamus abstrahendo. Hoc enim includit, & modum quo habentur species à phantasmatibus scilicet, per abstractionem, & modũ quo intellectus attingit res sensibiles, scilicet denudando eas à conditionibus phantasmatis. illud vero hoc in se non claudit, nisi forte virtualiter. Sed quaestiones cum sint aequales numero his, quae vere scimus, distinguendae sunt penes quaesita formaliter, non virtualiter. Ordinatus vero, quia vt patet in diuisione quaestionis praeced

phantasmata sicut lumen ad colores: quod non abstrahit aliquid à coloribus, sed magis eis influit[e]. Ergo nullo modo intelligimus abstrahendo à phantasmatibus.

¶Præterea, Philosophus in 3. de anima dicit, quòd intellectus intelligit species in phantasmatibus. Non ergo eas abstrahendo.

¶SED CONTRA est quod dicitur in 3. de anima, quòd sicut res sunt separabiles à materia, sic circa intellectum sunt. Ergo oportet quòd materialia intelligantur, inquantum à materia abstrahuntur, & à similitudinibus materialibus, quæ sunt phantasmata.

CONCLVSIO.

¶Intellectus humanus cum sic non sit actus alicuius organi corporalis, quod tamen est animæ, quæ est forma corporis, potestas, necesse est, vt intelligat materialia & sensibilia abstrahendo à phantasmatibus, & per ea in immaterialium cognitionem eleuetur.

¶RESPONDEO dicendū, quòd sic vt suprà dictum est, obiectū cognoscibile proportionatur virtuti cognoscitiuæ[e]. Est autem triplex gradus cognoscitiuæ virtutis[e]. Quædam enim cognoscitiua virtus est actus organi corporalis, scilicet sensus. Et ideo obiectū cuiuslibet sensitiuæ potētiæ est forma prout in materia corporali existit. Et quia huiusmodi materia est indiuiduationis principium, ideo omnis potentia sensitiuæ partis est cognoscitiua particularium tantū. Quædam autē virtus cognoscitiua est, quæ neque est actus organi corporalis, neque est aliquo modo corporali materiæ coniuncta: sicut intellectus angelicus. Et ideo huius virtutis cognoscitiuæ obiectum est forma sine materia subsistens. Etsi enim materialia cognoscant, non tamen nisi in immaterialibus ea intuentur, vel in seipsis, vel in Deo. Intellectus autē humanus medio modo se habet. Non enim est actus alicuius organi, sed tamen est quædam virtus animæ, quæ est forma corporis, vt ex suprà dictis patet[e]. Et ideo proprium eius est cognoscere formam in materia quidē corporali indiuidualiter existentē, non tamē prout est in tali materia. Cognoscere vero id quod est in materia indiuiduali, non prout est in tali materia est abstrahere formā à materia indiuiduali, quàm repræsentāt phantasmata. Et ideo necesse est dicere quòd intellectus noster intelligit materialia abstrahēdo à phantasmatibus, & per materialia sic cōsiderata in immaterialiū aliqualem cognitionem deuenimus: sicut econtra Angeli, per immaterialia materialia cognoscunt[e]. Plato vero attendens solum immaterialitatem intellectus humani, non autem ad hoc quòd est corpori quodammodo vnitus, posuit obiectū intellectus, ideas separatas, & quòd intelligimus, non quidem abstrahendo, sed magis abstracta participando, vt suprà dictum est[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd abstrahere contingit dupliciter. Vno modo per modum compositionis & diuisionis, sicut cum intelligimus aliquid non esse in alio vel esse separatum ab eo. Alio modo per modum simplicitatis: sicut cum intelligimus vnum nihil considerando de alio. abstrahere igitur per intellectum ea, quæ secundum rem non sunt abstracta secundum primum modum abstrahendi, non est absque falsitate. Sed secundo modo abstrahere per intellectum, quæ non sunt abstracta secundum rem non habet falsitatem[e], vt in sensu apparet. Si enim dicamus colorē non inesse corpori colorato, vel esse separatum ab eo, erit falsitas in opinione, vel in oratione. Si vero consideremus colorem & proprietatem eius, nihil considerantes de pomo colorato: vel sic, quod intelligimus voce exprimamus: erit absque falsitate opinionis, & orationis. Pomum enim non est de ratione coloris. Et ideo nihil prohibet colorem intelligi, nihil intelligendo de pomo. Smiliter dico, quòd ea quæ pertinent ad rationem speciei cuiuslibet rei materialis, puta lapidis, aut hominis, aut equi: possunt considerari sine principiis indiuidualibus quæ non sunt de ratione speciei. Et hoc est abstrahere vniuersale à particulari, vel speciem intelligibilem à phantasmatibus. considerare scilicet naturam speciei absque consideratione indiuidualium principiorum quæ per phantasmata repræsentantur. Cùm ergo dicitur quòd intellectus est falsus qui intelligit rem aliter quàm sit, verum est si ly aliter, referatur ad rem intellectam. Tunc enim intellectus est falsus quando intelligit rem esse aliter quàm sit[e]. Vnde falsus esset intellectus si sic abstraheret speciem lapidis à materia, vt intelligeret eam non esse in materia, vt Plato posuit. Non est autē verum quod proponitur, si ly aliter, accipiatur ex parte intelligentis. Est enim absque falsitate, vt alius sit modus intelligentis in intelligendo, quàm modus rei in essendo: quia intellectum est in intelligente immaterialiter per modum intellectus, non autem materialiter per modum rei materialis.

¶Ad secundum dicendum, quòd quidam putauerunt, quòd species rei naturalis sit forma solum, & quòd materia non sit pars speciei[e]. Sed secundum hoc in diffinitionibus rerum naturalium non poneretur materia. Et ideo aliter dicendum est, quòd materia est duplex, scilicet communis & signata vel indiuidualis. Communis quidem, vt caro & os, indiuidualis autem vt hæ carnes & hæc ossa. Intellectus igitur abstrahit speciem rei naturalis à materia sensibili indiuiduali, non autem à materia sensibili communi. Sicut speciem hominis abstrahit ab his carnibus & his ossibus, quæ non sunt de ratione speciei, sed partes indiuidui, vt dicitur in 8. metaphys. & ideo sine eis considerari potest. Sed species hominis non potest abstrahi per intellectum à carnibus, & ossibus. Species autem mathematicæ possunt abstrahi per intellectum à materia sensibili, non solum indiuiduali, sed etiam communi: non tamen à materia intelligibili communi, sed solum indiuiduali. Materia enim sensibilis dicitur materia corporalis, secundum quod subiacet qualitatibus sensibilibus, scilicet calido & frigido duro, & molli, & huiusmodi. Materia vero intelligibilis dicitur substantia secundum quod subiacet quantitati. Manifestum est autem quòd quantitas prius inest substantiæ quàm qualitates sensibiles. Vnde quantitates (vt numeri & dimensiones & figuræ, quæ sunt terminationes quantitatum) possunt considerari absque qualitatibus sensibilibus, quod est eas abstrahi à materia sensibili: non tamen possunt considerari sine intellectu substantiæ quantitati subiectæ, quod esset eas abstrahi à materia intelligibili communi. Possunt tamen considerari sine hac vel illa substantia: quod est eas abstrahi à materia intelligibili indiuiduali. Quædam vero sunt, quæ possunt abstrahi etiam à materia intelligibili communi, sicut ens, vnum potentia, & actus & alia huiusmodi, quæ etiam esse possunt absque omni materia, vt patet in substantiis immaterialibus. Et quia Plato non considerauit quod dictum est de duplici modo abstractionis: omnia quæ diximus abstrahi per intellectum, posuit abstracta esse secundum rem.

¶Ad tertium dicendum, quòd colores habent eundem modum existendi, prout sunt in materia corporali indiuiduali, sicut in potentia visiua. Et ideo possunt imprimere suam similitudinem in visum. Sed phantasmata cum sint similitudines indiuiduorum: & existant in organis corporis, non habent eundem modum existendi, quem habet intellectus humanus, vt ex dictis patet[e]. & ideo non possunt sua virtute imprimere in intellectum possibilem. Sed virtute intellectus agentis resultat quædam similitudo in intellectu possibili ex conuersione intellectus agentis supra phantasmata, quæ quidem est repræsentatiua eorum quorum sunt phantasmata solum quantum ad naturam speciei[e]. Et per hunc modum dicitur abstrahi species intelligibilis à phantasmatibus, non quòd aliqua eadem numero forma, quæ prius fuit in phantasmatibus post modum fiat in intellectu possibili ad modum quo corpus accipitur ab vno loco & transfertur ad alterum.

¶Ad quartum dicendum, quòd phantasmata & illuminantur ab intellectu agente, & iterum ab eis per virtutem intellectus agentis species intelligibiles abstrahuntur. Illuminantur quidem: quia sicut pas sensitiua ex coniunctione ad intellectum efficitur virtuosior: ita phātasmata ex virtute intellectus agentis redduntur habilia, vt ab eis intentiones intelligibiles abstrahantur. Abstrahit autem intellectus agens species intelligibiles à phantasmatibus: inquantum per virtutē intellectus agentis accipere possumus in nostra consideratione naturas specierum sine indiuidualibus conditionibus: secundum quarum similitudines intellectus possibilis informatur.

¶Ad quintum dicendum, quòd intellectus noster & abstrahit species intelligibiles à phantasmatibus: inquantum considerat naturas rerum in vniuersali, & tamen intelligit eas in phantasmatibus: quia non potest intelligere ea, quorum species abstrahit, nisi conuertendo se ad phantasmata, vt suprà dictum est[e].

ARTICVLVS II.

a *¶Vtrum species intelligibiles à phantasmatibus abstractæ se habeant ad intellectum nostrum, sicut id quod intelligitur.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd species intelligibiles à phantasmatibus abstractæ se habeant ad intellectum nostrum, sicut id quod intelligitur. Intellectum enim in actu est in intelligente: quia intellectum in actu est ipse intellectus in actu. Sed nihil de re intellecta est in intellectu actu intelligente, nisi species intelligibilis abstracta. Ergo huiusmodi species est ipsum intellectum in actu.

¶Præterea, Intellectum in actu oportet in aliquo esse, alioquin nihil esset. Sed non est in re quæ est extra animam: quia cum res quæ est extra animam, sit materialis, nihil quòd est in ea, potest esse intellectum in actu. Relinquitur ergo quòd intellectum in actu sit in intellectu. Et ita nihil est aliud quàm species intelligibilis prædicta.

¶Præterea, Philosophus dicit in 1. Periher. quòd voces sunt notæ earum, quæ sunt in anima, passionum. Sed voces significant res intellectas. Id enim voce significamus quod intelligimus. Ergo ipsæ passiones animæ, s. species intelligibiles, sunt ea quæ intelliguntur in actu.

¶SED CONTRA, Species intelligibilis se habet ad intellectum, sicut species sensibilis ad sensum. Sed species sensibilis non est illud quod sentitur, sed magis id quo sensus sentit. Ergo species intelligibilis non est quod intelligitur, sed id, quo intelligit intellectus.

CONCLVSIO.

¶Species intelligibilis, est qua intellectus intelligit, & non nisi secundario est quod intelligitur, res verò, cuius species intelligibilis est similitudo, illud est quod primo intellectus intelligit.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd quidā posuerunt quòd vires quæ sunt in nobis cognoscitiuæ, nihil cognoscunt nisi proprias passiones: puta quòd sensus non sentit nisi passionem sui organi. Et secundum hoc intellectus nihil intelligit nisi suam passionem, s. speciem intelligibilem in se receptam. Sed hæc opinio manifeste apparet falsa ex duobus. Primo quidem, quia eadem sunt quæ intelligimus, & de quibus sunt scientię. Si igitur ea quæ intelligimus, essent solum species, quæ sunt in anima, sequeretur quòd scientiæ omnes nō essent de rebus, quæ sunt extra animam, sed solum de speciebus intelligibilibus, quæ sunt in anima: sicut secundum Platonicos omnes scientiæ sunt de ideis: quas ponebant esse intellecta in actu[e]. Secundo, quia sequeretur error antiquorum dicentium, omne quod videtur, esse verum. Et similiter quòd contradictoriæ essent simul veræ. Si enim potentia nō cognoscit nisi propriā passionem, de ea solum iudicat. Sic autem videtur aliquid secundum quòd potentia cognoscitiua afficitur. Semper ergo iudicium potentiæ cognoscitiuæ erit de eo quod iudicat, s. de propria passione secūdum quòd est: & ita omne iudicium erit verum. Puta si gustus non sentit nisi propriam passionem, cum aliquis habens sanum gustum iudicat mel esse dulce, vere iudicabit. Et similiter si ille qui habet gustū infectum, iudicet mel esse amarum, vere iudicabit. Vterq; enim iudicabit secundum quòd gustus eius afficitur. Et sic sequitur, quòd omnis opinio æqualiter erit vera, & vniuersaliter omnis acceptio. Et ideo dicendū est, quòd species intelligibilis se habet ad intellectū, vt quo intelligit intellectus. Quod sic patet. Cū enim sit duplex actio: sicut dicitur 9. met. vna quæ manet in agente, vt videre & intelligere: & altera quæ trāsit in rē exteriorē, vt calefacere & secare[e]: vtraq; fit secūdū aliquā formā. Et sicut forma secundū quā prouenit actio tēdens in rē exteriorē, est similitudo obiecti actionis: vt calor calefaciens est similitudo calefacti: similiter forma secundū quā prouenit actio manens in agente, est similitudo obiecti. Vnde similitudo rei visibilis est secundum quā visus videt: & similitudo rei intellectæ, quæ est species intelligibilis, est forma secundū quā intellectus intelligit. Sed quia intellectus supra seipsum reflectitur: secundū eandē reflexionem intelligit & suū intelligere: & speciē qua intelligit[e]. Et sic species intellecta secūdario, est id quod intelligitur. Sed id quod intelligitur primo, est res cui' species intelligibilis est similitudo[e]. Et hoc etiā patet ex antiquorū opinione: qui ponebāt

praecedentis, tota præcedens quæstio quærit formaliter de his, per quæ intelligimus, vt sic, ista vero de modo & ordine, quo intelligimus, & ideo ab vniuersalissimo modo incœpit, scilicet abstractione à phantasmatibus. hic enim modus communis est omni nostræ intellectioni, vt patebit.

Coment. ¶In corpore duo. primo respondet quæstio. Secundo refert opinionē Plat. oppositam in calce.

¶Quo ad primum conclusio responsiua affirmatiue est hæc, Intellectus noster intelligit materialia abstrahendo à phantasmatibus. Vbi primo nota, quòd abstrahere à phātasmate quandoque significat operationem intellectus agentis, quandoque operationem intellectus possibiles. Intellectus agentis quidem, quando dicitur, quòd abstrahimus species intelligibiles à phantasmatibus. Intellectus vero possibilis: quando dicitur quòd cognoscimus quòd quidquid est hominis abstrahendo ab hoc & illo homine. Tantum autem interest inter abstractionem vtranque, quòd abstractio illa est realis productio rei abstractæ, scilicet speciei intelligibilis. ista autem solum est expoliatio rei abstractæ non per realem denudationem, sed per negationem actionis seu considerationis, vt in responsione ad primum clare patet in litera. Et quoniam secunda est effectus primæ, & eiusdem rationis cum ea, vt patebit: ideo præsens conclusio de vtraque intelligitur indistinctè.

¶Deinde probatur conclusio, Intellectus noster sic, non est actus corporis, quòd tamen est virtus animæ existentis in corpore: ergo proprium eius est cognoscere formam in materia hac, non prout est in hac materia. hoc est abstrahere à phantasmatibus: ergo. Antecedēs supponitur ex dictis. & declaratur distinguendo triplicem gradum virtutis cognoscitiuæ. s. actum corporis, non actum corporis: & quodam modo sic, & quodam modo non. Consequentia vero probatur ratione, quia obiectum proportionatur virtuti cognoscitiuæ. Et confirmatur distribuendo proportionata obiecta singulis gradibus cognoscentium.

Annot. ¶Nota, quòd maxima illa. Obiectum proportionatur virtuti cognoscitiuæ, absque dubio tenet quo ad cognitionem & eleuationem à materia: quicquid obiici possit de aliis conditionibus. Impossibile nanque est, quòd vis corporea possit in aliquid supra corporea eleuatū, & rursus vt vis incorporea sit naturaliter obiecta ad corporea. Et propterea intellectus noster medio modo se habens ad medio modo se habentia, vt ad propria obiecta se extendit.

Annot. ¶Sed occurrit dubitatio hic: quia falsum videtur quod assumptum est: & habetur in litera. quòd scilicet considerare naturam existentem in hac materia non prout est in hoc est abstrahere à phantasmatibus. Angeli in primis intelligūt quandoque quod quid est alicuius rei materialis non intelligendo ipsum vt in hoc. & tamē non abstrahunt. nos quoque si vera esset opinio Platonis, nihilominus intelligeremus quod quid erat esse homines non intelligendo hunc vel illum, & tamen nō abstraheremus. ergo. Ad hoc dicitur quòd dictum illud est verissimum, modo sane intelligatur scilicet, per se primo. Angeli vt in litera dicitur, non cognoscūt materialia per se primo, sed res separatas à materia: & in illis illarúmq; connaturalibus speciebus materialia percipiūt. Nostri quoque acies intellectus (si vera est Platonis opinio) ad quidditates separatas, s. per se hominem, & per se bouē primo terminatur, & nō ad naturam existentem in Sorte non prout est in Sorte. Vnde in litera vtraque obiectio excluditur. Prima cum obiectum proprium intellectui Angelico datur. Secunda cum Plat. opinio refertur, de cuius opinione tria refert. Primū ex parte animæ, quòd naturā intellectus non modum essendi considerauit. Secundū ex parte obiecti: quòd propterea posuit obiectum res separatas & immateriales, & sic actus intellectus nostri apud eum primo terminatur ad ideas. Tertium ex parte modi de quo est quæstio scilicet, quòd non abstrahendo: sed potius abstracta participando intelligimus.

Annot. ¶In respōsione ad secundum esset quæstio. an materia sit pars quidditatis rei naturalis: sed quia hoc ad quæstionem hanc nihil refert, & alibi tractatū est, ideo trāseo.

¶Num illuminatio intellectus agentis aliquid super phantasmata positiuum ponat.

Quæstio. ¶In respōsione ad quartū difficile occurrit dub. an illuminatio intellectus agentis super phantasmata aliquid positiuū ponat in eis. Quibusdam enim videtur quòd sic, per hæc verba literę: aiunt nanque phantasmata suscipere quandam intentionalem virtutē per modum fluētis: qua redduntur formaliter habita ad abstractionem. Et cōfirmatur hoc: quia regulariter est apud S.T. quòd instrumentum impotens ad principalem effectum, sumit à principali agente intentionem: qua instrumentaliter possit in illum. Constat autem phantasma se habere ad intellectum agentem vt instrumentum &c. Aliis vero videtur hoc impossibile: quia vis illa aut est de ordine materialium, aut immaterialium: si materialium, ergo erit hæc & particularizata vt phantasmata: non ergo erit propterea phantasma habilius: si immaterialis: ergo non erit subiectiue in phantasia: quia quicquid est ibi subiectiue, est particularizatum vt ipsa cum vnumquodque recipiatur per modum recipientis.

¶Mihi autem non propter has rationes, sed propter rerum ordinem & literæ verba diligentius perspecta: videtur quod illuminatio ista nullam rem addendo habiliter.

¶Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd vt in litera dicitur, pars sensitiua tria sortitur gradatim ex coniunctione ad intellectum. Primo redditur virtuosior: secundo habilis ad abstractionem: tertio ab ea abstrahitur species intelligibilis. Et primum quidem cōuenit ipsis viribus seu potētiis sensitiuis ex hoc quòd naturaliter connatæ sunt cum intellectiuo: quemadmodum vegetatiuum redditur virtuosius ex coniunctione ad sensitiuum. Vnde vegetatiuum in animali generat carnem, & sensitiuum in homine potest particularia conferre. Secundum vero, quia naturæ ordo exposcit: vt si natura naturæ, & potentia potētiæ coniuncta vigoratur: quòd multo magis actus actui coniunctus vigoretur. Idcirco hoc ex actuali assistentia phantasiæ in ministrando intellectui agēti sortitur: phantasmata enim habilia fieri & esse ad hoc vt abstrahatur species ab eis, nihil aliud est quàm ipsa fieri & esse in summo spiritualitatis gradu citra intelligibilem ordinem: & hoc conuenit eis cum ordinata sunt actualiter, & summe disposita vt cooperentur intellectui agenti: hoc autem est cum intellectus agens conuertitur super ea illuminando ea: non formaliter sed obiectiuæ, sicut colores illuminantur. Phantasia ergo existente in actu secundo, & ordinando rite sua phantasmata, intellectus agens assistit illis & fit illis propinquus: imò coniunctus coniunctione qua lumen coniungitur colori. & sic illuminantur phantasmata obiectiue: & hac obiectiua illuminatione attingunt summum spiritualitatis gradum, & sic redduntur & sunt habilia: vt ex eis species intelligibilis abstrahatur: quod est tertium inter ea quæ assequitur pars sensitiua, quæ abstractio nihil aliud in productione speciei est, quàm vti ipsis phantasmatibus quo ad naturam repræsentatam, & non quo ad indiuidualia. Sic autem esse, & secundum veritatem, & apud Sanct. Thom. non est difficile videre. Secundum veritatem quidem: quia ordo rerum exigit vt supremum infimi attingat infimum supremi: ac per hoc natura sensitiua in sui supremo id est in cogitatiua in actu, perueniat ad summum spiritualitatis & actualitatis gradum: cum latitudine tamen quadam infra ordinem intellectualium. Et confirmatur: quia natura horret superflua, nec superaddit intentiones his, quæ possunt per ipsas res perfici: imò hoc est addere intentiones intentionibus: quia phantasmata ipsa intentiones sunt. Secundum mentem vero S.Th. apparet: quoniam docens illustrari phantasmata dicit hoc esse: quemadmodum pars sensitiua vigoratur ex coniunctione ad intellectum: vbi constat nihil aliud superaddi, &c. Nec obstat regula de instrumentalibus agentibus: quoniam de secretis his, vt possumus, loquimur: non enim est ibi proprie instrumentum, cum phantasma (vt supra dixi) non tam est causa speciei, quàm causa materiæ.

a *¶Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus clarissimus est, si notetur attente ly quod intelligitur: vt distinguitur contra quo intelligitur. Et est sermo de intellectione directa: propter hanc enim est quæstio.

Coment. ¶In corpore duo facit. Primo tractat opinionē affirmatiuam impugnando illam. Secundo respondet quæsito.

¶Quo ad primum duo. Primo refertur opinio in communi & in speciali. In communi quidem: quia nulla vis nostra perceptiua cognoscit nisi suam passionem. In speciali vero: quia intellectus nō intelligit nisi speciē intelligibilem: & sic ipsa est id quòd directe & primo intelligitur. Secundo impugnatur dupliciter. Primo, quia sequeretur quòd scientia non esset de rebus extra se: & declaratur sequela ex simili apud Platonicos. Secundo, quia omnia quæ videntur, essent vera, etiā contradictoria, & probatur sequela: quia res visa non esset nisi passio videntis: omnia patent in litera.

¶Quo ad secundum ponuntur tres conclusiones pro euacuatione huius materiæ. Prima est: species intelligibilis est quo intellectus intelligit. Secunda est: species intelligibilis est quod secundario intellectus intelligit. Tertia est: res cuius species intelligibilis est, similitudo est quòd primo intellectus intelligit. Prima probatur sic. intelligere est actio immanēs: ergo fit secundum aliquam formam: ergo secundum similitudinem obiecti. Antecedens probatur ex 9. meta. distinguendo duplice actionē. prima consequentia relinquitur per se nota de vtraque actione: quia cōmune est omni agenti agere secundum quod est actu: & vt dicitur tertio phy. text. 17. semper æstimabitur species mouere. secunda vero probatur ex proportionali similitudine inter actionem immanentem & transeuntem. Secunda vero conclusio probatur ex eo, quòd intellectus est potentia reflexiua super seipsum: ac per hoc super ea quæ in ipso sunt: imò prius potentia reflectitur ordine generationis super speciem, & vltimo super se: sed ordine intentionis & causalitatis primo reflexio est super se: quia enim est super se reflexiua potentia, ideo etiam super sua, & eadem est reflexio super sua & se eo modo quo est eadem generatio animalis & hominis: ita quòd sicut prius generatur animal quàm homo: & tandem vnico actu numero simul generatur Sortes animal & homo existens: ita prius reflectimur super speciem intelligibilem: & tandem simul eodem actu intelligimus intellectum perfectum specie: vt materiam forma: aut potius potentiam proprio actu: & idem est iudiciū de specie & actu intelligendi: illa enim est vt potentia respectu actus secūdi.

¶Tertia autem conclusio simul cum prima probatur ex autoritate Aristo. ex dictis antiquorum manifestata. duo ponebant antiqui: obiectum, scilicet terram extra, & principium, scilicet terram intus: in vno reprehenduntur ab Aristo. scilicet in terra interiori, non omnino: sed quo ad modum essendi: quia non terra sed terræ species est in anima: restat ergo obiectum, id est id quod cognoscitur esse rē extra: & speciē illius esse principium intelligendi illā: quod est primæ & tertiæ conclusionis sententia.

417 Annot. ¶In responsione ad primum & secundum esset tractanda materia de intellectu in actu & intellecto in actu. Sed ne idē pluries repetatur, in commentariis librorum de anima vide diffuse: vbi fit quæstio specialis.

Annot. ¶In responsione ad tertium, tria occurrunt. Primo notandum, quòd hic fundat S. Thom. distinctionem verbi à specie intelligibili super testimonio partis sensitiuæ: b 280 430 c quicquid enim perfectionis inuenitur in inferioribus dispersum, totum vnitum eminentius præinuenitur in superiori ordine. Et propterea cum sensitiua pars perficiat dupliciter, scilicet secundum immutationem ab obiecto: & secundum formationem à seipsa, pars intellectiua, cui primum quòd alicuius imperfectionis est, non repugnat: secundum consequenter sibi vendicat: id autem quod intellectus in se format verbum, dicitur in prima operatione, & in secunda compositio & diuisio. &c.

Annot. ¶Secundo occurrit dubium: quia hoc in loco expresse dicitur: quòd sensus exterior secundū solam immutationem ab obiecto operatur, & consequenter pure passiue sensus videtur sentire: a cuius oppositū determinatum est.

Annot. ¶Tertio occurrit dubium circa principale intentum: quia ex hac responsione non satisfit difficultati tactæ in argumento: quia licet ex hac responsione euadatur, quòd voces non significent species intelligibiles, non tamen euaditur quin significent istas conceptiones, seu formationes, imò hoc asseritur. Et si ita est cum istæ sint animæ passiones, & entia in anima, sequitur quod id quod primo intelligitur & significatur vocibus, &c. est res in anima: & consequenter scientia non primo est de rebus extra: & sic reddit oppositum determinationis factæ in corpore articuli.

¶Ad primam dubitationem facillime patet ex litera responsio. Non enim ibi dicitur quòd 116 aliqua pars sensitiua perficiatur sola immutatione, sed dicitur, quòd operatur secundum solam immutationem. Vbi manifeste præter immutationem operatio ponitur. Est igitur differentia non in operando actiue, vel passiue, sed in operando secundum solam formam quæ producitur ab extra: & secundum formam quam ipsamet virtus sensitiua sibiipsi parit.

¶Ad tertium autem dub. dicitur quòd ex vltimis verbis literæ apparet responsio. Tam enim species intelligibiles quàm conceptiones formatæ possunt dupliciter sumi, vno modo secundū quod res sunt quædam in anima: & sic de neutris est scientia nisi reflexa. Alio modo secundum quod sunt rerum imagines aut intentiones: & sic inter eas hæc est differentia, quòd species vt imagines sunt quibus intellectus intelligit, vt in corpore dictum est: conceptiones autem vt intentiones sunt quas intelligit: & hoc ideo, quia species præsentat intellectui rem vt comprincipium intelligendi. conceptus autem præsentat illam obiectiue. Significari autem & sciri res extra primo: & conceptiones non vt res, sed vt intentiones sunt rerum extra, idem est: quia idem est motus animæ in imaginem vt imago est, & in rem: vt dicitur in de Memoria & reminiscentia.

simile simili cognosci. Ponebant enim q animam per terram quæ in ipsa erat, cognosceret terram quæ extra ipsam erat: & sic de aliis[e]. Si ergo accipiamus speciem terræ loco terræ secundum doctrinam Arist. qui dicit, quòd lapis non est in anima, sed species lapidis, sequetur quòd anima per species intelligibiles cognoscat res quæ sunt extra animam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus est in intelligente per suā similitudinem. Et per hunc modum dicitur q intellectum in actu est intellectus in actu: inquantum similitudo rei intellectæ est forma intellectus, sicut similitudo rei sensibilis est forma sensus in actu[e]. Vnde non sequitur, q species intelligibilis abstracta, sit id quod actu intelligitur, sed quòd sit similitudo eius.

¶Ad secundum dicendum, quòd cum dicitur intellectum in actu, duo importātur, s. res quæ intelligitur, & hoc quod est ipsum intelligi. Et similiter cum dicitur vniuersale abstractum, duo intelliguntur, s. ipsa natura rei & abstractio seu vniuersalitas. Ipsa igitur natura cui accidit vel intelligi, vel abstrahi, vel intentio vniuersalitatis, non est nisi in singularibus, sed hoc ipsum qd' est intelligi, vel abstrahi, vel intētio vniuersalitatis est in intellectu. Et hoc possumus videre per simile in sensu. Visus enim videt colorem pomi sine eius odore. Si ergo quæratur vbi sit color, qui videtur sine odore, manifestum est quòd color, qui videtur, non est nisi in pomo. Sed quòd sit sine odore perceptus, hoc accidit ei ex parte visus: inquātum in visu est similitudo coloris, & non odoris. Similiter humanitas quæ intelligitur, non est nisi in hoc vel in illo homine, sed quòd humanitas apprehendatur sine indiuidualibus conditionibus, quod est ipsum abstrahi, ad quod sequitur intentio vniuersalitatis: accidit humanitati[e], secūdum quod percipitur ab intellectu, in quo est similitudo naturæ speciei, & non indiuidualium principiorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd in parte sensitiua inuenitur duplex operatio. Vna secundum solam immutationem. Et sic perficitur operatio sensus, per hoc quòd immutatur à sensibili. Alia operatio est formatio, secūdum quod vis imaginatiua format sibi aliquod idolum rei absentis, vel etiā nunquàm visæ. Et vtraq; hæc operatio coniungitur in intellectu. Nam primo quidem consideratur passio intellectus possibilis secundum quod informatur specie intelligibili. Qua quidem formatus format secundo vel diffinitionem, vel diuisionem, vel cōpositionem, quæ per vocem significatur. Vnde ratio quam significat nomen, est diffinitio: & enuntiatio significat compositionem & diuisionem intellectus. Non ergo voces significant ipsas species intelligibiles: sed ea quæ intellectus sibi format ad iudicandum de rebus exterioribus.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum magis vniuersalia sunt priora in nostra cognitione intellectuali.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd magis vniuersalia non sint priora in nostra cogitione intellectuali[e]. Quia ea quæ sunt priora & notiora secundū naturam, sunt posteriora & minus nota secūdum nos. Sed vniuersalia sunt priora secūdum naturam: quia prius est à quo non conuertitur subsistendi consequentia. Ergo vniuersalia sunt posteriora in cognitione nostri intellectus.

¶Præterea, Composita sunt priora quo ad nos quàm simplicia: sed vniuersalia sunt simpliciora. Ergo sunt posterius nota quo ad nos.

¶Præterea, Philosophus dicit in 1. phy. quòd diffinitum prius cadit in cognitione nostra quàm partes diffinitionis. Sed vniuersaliora sunt partes diffinitionis minus vniuersaliū: sicut animal est pars diffinitionis hominis. Ergo vniuersalia sunt posterius nota quo ad nos.

¶Præterea, Per effectus deuenimus in causas & principia: Sed vniuersalia sunt quædam principia. Ergo vniuersalia sunt posterius nota quo ad nos.

¶SED CONTRA est quod dicitur in primo physic. quòd ex vniuersalibus in singularia oportet deuenire.

CONCLVSIO.

¶*Magis vniuersalia & communia sunt priora in nostra intellectuali & sensitiua cognitione.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd in cognitione nostri intellectus duo oportet considerare. Primo quidem, quòd cognitio intellectiua aliquo modo à sensitiua primordium sumit. Et quia sensus est singularium, intellectus autem vniuersalium: necesse est quòd cognitio singularium quo ad nos prior sit quàm vniuersalium cognitio. Secundo oportet considerare quod intellectus noster de potentia in actum procedit. Omne autem quod procedit de potētia in actum, prius peruenit ad actum incompletum, qui est medius inter potentiā & actum, quàm ad actum perfectum. Actus autē perfectus ad quem peruenit intellectus, est scientia completa: per quam distincte & determinate res cognoscuntur. Actus autem incompletus est sciētia imperfecta, per quam sciuntur res indistincte sub quadam confusione. Quod enim sic cognoscitur, secūdum quid cognoscitur in actu, & quodammodo in potentia. Vnde Philosophus dicit in 1. phy. quod sunt primo nobis manifesta, & certa cōfusa magis. Posterius autē cognoscimus distinguendo distincte principia & elementa. Manifestum est autem quòd cognoscere aliquid in quo plura continentur, sine hoc quod habeatur propria notitia vniuscuiusque eorum quæ continentur in illo, est cognoscere aliquid sub confusione quadam. Sic autem potest cognosci tam totum vniuersale in quo partes continentur in potentia, quàm etiam totum integrale. Vtrunque enim totum potest cognosci in quadam confusione sine hoc quòd partes distincte cognoscantur. Cognoscere autem distincte id quod continetur in toto vniuersali, est habere cognitionem de re minus communi. Sicut cognoscere animal indistincte, est cognoscere animal, inquantum est animal: cognoscere autem animal distincte est cognoscere animal inquantum est animal rationale vel irrationale, quod est cognoscere hominem vel leonem. Prius igitur occurrit intellectui nostro cognoscere animal quàm co-

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæ quintæ Articulum tertium.*

Annot. Titulus absolute sumendus est vt iacet: nec est arctandus. Et hoc bene nota propter quæstiones modernorum de primo cognito: de quo vide si vis diffusam quæstionē in commentariis de ente & essentia. vbi contra eum, qui hūc articulum quo ad quinque impugnauit, disputatum est. Intelligendus est ergo titulus hic absolute. Et quoniam intellectui nostro directe non occurrit, nisi aut vniuersalius aut minus vniuersale: consequens est quòd hic quæritur, quid absolute prius cognoscatur ab intellectu magis aut minus vniuersale. Dico autem absolute, & non in tali ordine, puta cognitionis confuse aut distincte: & consequenter hic est quæstio de primo cognito, & hic soluitur. Nec putes me aut immemorem, aut retractare quod scripsi in commentariis: quoniam & illud verum est, scilicet quòd hic non quæritur, nec tractatur de primo cognito in tali ordine, scilicet cognitionis confuse actualis. Et hoc verum est, scilicet quòd hic quæritur de primo cognito absolute.

Coment. ¶In corpore quinque sunt. Primo ad bonitatem doctrinæ comparatur cognitio vniuersalis cognitioni singularis. Secundo vniuersalioris ad minus vniuersale secundum intellectum. Tertio eorundem secundum sensum. Quarto redditur ratio ordinis vtriusque. Quinto epilogus dictorum fit.

¶Quo ad primum conclusio est. Cognitio singularium est quo ad nos prior cognitione vniuersalium. Probatur: quia sensitiua est prior intellectiua.

¶Quo ad secundum cōclusio est. Notitia vniuersalioris est prior notitia minus vniuersalis. Probatur, omne exiens de potentia ad actum prius peruenit ad actum incompletum medium inter potentiam & actum perfectū, quàm ad actū perfectū: sed intellectus est exiens de potentia ad actum, & intellectus actus perfectus est notitia distincta: actus vero incompletus & medius est notitia confusa: ergo prius indistincte quàm distincte cognoscit. Tunc vltra cognoscere vniuersalius distincte est cognoscere minus commune, cognoscere vero vniuersalius indistincte est cognoscere magis commune: ergo prius cognoscitur magis commune quàm minus commune. Maior est per se nota: minor probatur dupliciter, ratione, quia cognoscere aliud confuse, est cognitio secundum quid, & quodammodo in potentia: & autoritate Philosophi in primo physi. Antecedens vero vlterioris processus probatur. Tum ex ratione cognitionis confusæ: quia scilicet in hoc

gnoscere hominē. Et eadem ratio est si cōparemus quodcunque magis vniuersale ad minus vniuersale. Et quia sensus exit de potentia in actum, sicut & intellectus: idē etiam ordo cognitionis apparet in sensu. Nam prius secundū sensum diiudicamus magis cōmune, q minus cōmune: & secundū locum, & secundū tēpus. Secundum locum quidem, sicut cum aliquid videtur à remotis, prius deprehēditur esse corpus, q deprehendatur esse animal, & prius deprehēditur esse animal, q deprehēdatur esse homo: & prius homo, q Sortes vel Plato. Secundū tēpus autē quia puer à principio prius distinguit hominē à nō homine, q distinguat hūc hominē ab alio homine. Et ideo pueri à principio appellāt omnes viros patres, posterius autē determināt vnūquēq; vt dicitur in 1. phy. Et huius ratio manifesta est: quia qui scit aliquid indistincte, adhuc est in potētia, vt sciat distinctionis principiū, sicut qui scit genus est in potētia, vt sciat differentiā. Et sic patet quòd cognitio indistincta media est inter potētiam & actum. Est ergo dicendum, quòd cognitio singularium est prior quo ad nos, quàm cognitio vniuersaliū: sicut cognitio sensitiua quàm cognitio intellectiua. Sed tam secundum sensum quàm secundum intellectum cognitio magis cōmunis est prior q cognitio minus cōmunis.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q vniuersale dupliciter potest cōsiderari[e]. Vno modo secundum q natura vniuersalis consideratur simul cū intētione vniuersalitatis. Et cum intentio vniuersalitatis (vt s. vnū & idē habeat habitudinē ad multa) proueniat ex abstractione intellectus, oportet q secundum hunc modum vniuersale sit posterius. Vnde in 1. de anima dicitur q animal vniuersale aut nihil est, aut posterius est. Sed secundū Platonē qui posuit vniuersalia subsistētia[e], secundū hanc considerationē vniuersale esset prius q particularia: quę secundū eum nō sunt nisi per participationē vniuersaliū subsistētiū, quæ dicūtur ideæ. Alio modo potest considerari quātū ad ipsam naturā, s. animalitatis vel humanitatis: prout inuenitur in particularibus. Et sic dicendū est quòd duplex est ordo naturæ[e]. Vnus secundū viā generationis & tēporis: secundū quā viā ea quæ sunt imperfecta & in potētia, sunt priora. Et hoc modo magis commune est prius secundum naturam. Quod apparet manifeste in generatione hominis & animalis. Nā prius generatur animal q homo: vt dicitur in li. de generatiōe animaliū[e]. Alius est ordo pfectiōis siue intētiōis naturę, sicut act° simpliciter est prius secūdū naturā q potētia, & pfectū prius q imperfectū. Et p hūc modū minus cōe est prius secūdū naturā q magis cōmune, vt homo q animal. Naturæ enim intētio non sistit in generatione animalis, sed intendit generare hominē.

¶Ad secundū dicendū q vniuersale magis cōmune cōparatur ad minus cōe vt totum & vt pars. Vt totum quidē secundū q in magis vniuersali non solum continetur in potētia minus vniuersale, sed etiā alia: vt sub animali nō solū homo, sed etiā equus. Vt pars autem, secūdum q minus cōmune: cōtinet in sui ratione nō solū magis cōe, sed etiā alia: vt homo nō solū animal, sed etiā rationale. Sic igitur animal cōsideratum in se, prius est in nostra cognitione quàm homo, sed homo est prius in nostra cognitione quàm q animal sit pars rationis eius.

¶Ad tertiū dicendū, q pars aliqua dupliciter potest cognosci. Vno modo absolute, secūdum quod in se est. Et sic nihil prohibet prius cognoscere partes, quàm totū: vt lapides, q domum. Alio modo secūdū q sunt partes huius totius. Et sic necesse est q prius cognoscamus totū q partes[e]. Prius enim cognoscimus domū quadā confusa cognitione, q distinguamus singulas partes eius. Sic igitur dicendū est, q diffinientia absolute cōsiderata, sunt prius nota quàm diffinitum: alioquin nō notificaretur diffinitū per ea. Sed secundum quòd sunt partes diffinitionis, sic sunt posterius nota. Prius enim cognoscimus hominem quadam confusa cognitione, quàm sciamus distinguere omnia quæ sunt de hominis ratione.

¶Ad quartum dicendum, q vniuersale secundū quod accipitur cū intētione vniuersalitatis est qnidē quodāmodo principium cognoscendi, prout intentio vniuersalitatis consequitur modum intelligēdi, qui est per abstractionē. Non autē est necesse q omne quod est principium cognoscēdi, sit principiū essendi: vt Plato existimauit: cum quandoque cognoscamus causam per effectū, & substantiā per accidentia. Vnde vniuersale sic acceptum secundum sentētiā Arist. nō est principium essendi neque substātia, vt patet in 7. Meta. Si autē cōsideremus ipsam naturā generis & speciei prout est in singularibus, sic quodāmodo habet rationē principij formalis respectu singularium. Nam singulare est propter materiam, ratio autem speciei sumitur ex forma. Sed natura generis cōparatur ad naturam speciei magis per modum materialis principij (quia natura generis sumitur ab eo quod est materiale in re) ratio vero speciei ab eo quod est formale[e]. sicut ratio animalis à sensitiuo, ratio vero hominis ab intellectiuo. Et inde est quòd vltimæ naturæ intentio est ad speciem: non autem ad indiuiduum[e] neque ad genus: quia forma est finis generationis, materia verò est propter formā. Non autem oportet quòd cuiuslibet causæ vel principij cognitio sit posterior quo ad nos, cū quandoque cognoscamus per causas sensibiles effectus ignotos, quādoque autem econuerso.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum possimus multa simul intelligere.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd possimus multa simul intelligere. Intellectus enim est supra tempus. Sed prius & posterius ad tem-

in hoc stat, quòd cognoscatur aliquid in quo plura continentur sine propria singulorum notitia. Tum ex applicatione huiusmodi cognitionum ad totum vniuersale, & ad totum integrale. Tum tertio explanatione huiusmodi cognitionum in toto vniuersali, puta animali & homine.

¶Quo ad tertium conclusio est. Prius secundum sensum iudicamus magis commune, quàm minus cōmune. Probatur ratione eadē: quia, s. sensus exit de potentia ad actum. Explanatur deinde secūdum duplicem prioritatem, localem & temporalem. Confirmatúrque autoritate primi physi. vltima prioritas. Aduerte hic, quòd cum dicitur, sensum prius cognoscere magis commune quàm minus commune: exponendum est non de ipsis communibus in seipsis, sed in suis indiuiduis, id est cognosci prius indiuiduum rei magis communis quàm indiuiduū minus cōmunis. vt hoc corpus quàm hoc viuū: & hoc animal quàm hunc hominem.

¶Quo ad quartum redditur ratio secundi & tertij simul: quia, s. cognitio indistincta mediæ est inter potentiam & actū: quod probatur: quia sciens aliquid indistincte, adhuc est in potentia vt sciat distinctiōis principium: quod manifestatur exemplo generis & differentiæ animalis & rationalis.

b 125 ¶Quo ad quintum patet epilogus primi, secundi & tertij.

Annot. ¶Circa hunc processum occurrit dubium, quo ad principale intentum: videtur enim processus iste sophisticus, & peccare secundum accidens. Ad cuius euidentiam recolendum est, 34 quòd vt in litera dicitur magis & minus commune, possunt comparari diuersimode adinuicem sub ratione totius & partis: nam vniuersale vt sic est totum, & minus vniuersale est eius 380 pars subiectiua. Et tamē minus vniuersale est totum diffinibile, & vniuersalius est eius pars diffinitiua. Et rursus vniuersalius & minus vniuersale possunt cōparari adinuicem absolute, puta animal ad hominem: & econuerso, b 581 non considerando in eis rationem aliquam cuiuscunque totius aut partis. Ex hoc autem dubitandi ratio merito consurgit, quoniam ex processu literæ nihil aliud habetur, nisi quod res prius naturali ordine cognoscitur confuse q distincte: & hoc est verissimum. Et sub hac propositione consequenter infertur optime, quòd totū vniuersale prius cognoscitur quàm pars eius subiectum vt sic: & similiter q totum diffinibile prius cognoscit q pars eius diffinitiua vt sic: & vtrobiq; eadē est ratio: qa, s. cognitio totius præueniés notitiā partiū est cōfusa, quę naturaliter est prior distincta. Sed ex hoc non habetur qd absolutè sit prius cognitū magis an minus vniuersale: id est res substrata maiori vniuersalitati an minori. totus enim processus est cōparatiuus rerū vt vestitæ sunt has intentiones, s. totius & partis, &c. Et ex hoc duo errores in hoc articulo apparēt. Primus est quem diximus, s. quod nescitur de ordine cognitionis rerū absolute. Secundus est valde maior: quia nō respondetur quæsito. nā vt patet ex dictis: huc ita habemus; qd minus vniuersale prius cognoscitur q magis vniuersale sicut ecōuerso: diuersimode illa cōparādo sub ratione totius & partis.

¶Ad hæc respondetur ordine præpostero: & ad hoc vltimo adductū inconueniens, negatur quòd pari ratione habeatur quòd minus commune sit prius cognitum magis communi: nam ordo notitiæ inter totum vniuersale & partem subiectiuam & vna parte: & ordo notitiæ inter totum diffinibile & partem diffinitiuam ex alia parte, non est vniformis. Sed ille est ordo simpliciter, iste secundum quid. Nam pars diffinitiua non dependet secundum se in cognosci à toto diffinibili, sed tantum secundum quòd est pars illius: possum enim prius perfecte nosse quid est animal: & postmodum nosse quòd animal est pars diffinitiua Pygmæi. Pars vero subiectiua simpliciter dependet in cognosci à notitia vniuersalioris, vt de se patet.

Licet, ergo cognitio totius vtrobique præcedat notitiam partis: non tamen quālibet notitiam. Sed notitia totius vniuersalis præuenit cognitionem simpliciter partis subiectiuæ: non solum inquantū pars huius est: & ideo magis hinc habetur quòd communius sit prius notum, quàm econuerso. Ordo enim cognitionum simpliciter magis attendendus est: & prior naturaliter est quàm secundum quid.

Ad id vero quod primo obiicitur, similiter negatur, quòd hinc non habeatur quid absolute prius cognoscitur. c 417 Ex hoc nanque quòd docemur vniuersalius esse prius notum minus vniuersali, non solum secundum quid, id est inquantum est pars subiectiua vniuersalioris: sed simpliciter, id est, inquantum est talis res. Prius notum autem dico ordine generationis & potentiæ ad actum: dicere cogimur consequenter quòd notitia vniuersalioris quantuncunque perfecta secundum id quod actualiter in ipso clauditur, est potentialis ad cognitionem minus communis: ac per hoc naturaliter præcognoscitur magis commune non solum vt totum: sed absolute quàm minus commune. Nec est sophisma accidentis aut figuræ dictionis ab vniuersaliori ingredi ad rem: quæ nominatur vniuersalior: sed est declaratio occulti, quasi sit causa à manifestiori effectu. d 371 Ex hoc enim quòd vniuersalius est notius partibus potestatiuis suis, declaratur, d 264 488 quòd res denominata vniuersalior est notior rebus denominatis à minore vniuersalitate: imò si rectius loqui volumus: cum in litera traditur iste ordo nomine magis vniuersalis, intelligitur 427 res ipsa & secundum se, & vt totum, & non tantum vt totum. Et similiter nomine minus vniuersalis, vt patet in litera: & explanatur in responsionibus argumentorum. Quia ergo res denominata vniuersalior est naturaliter nobis notior, consequēs est, quòd simpliciter primum notum nobis sit res denominata vniuersalissima, pura ens. Et aduerte quòd hæc ratio si acuto subiiciatur ingenio, valde efficax est, pro primo cognito: ostendit enim vniuersalius prius naturaliter obiici intellectui nostro quantum est ex parte obiecti & intellectus, quàm minus commune: quia medium naturaliter est. Ostendit etiam quòd hunc naturalem ordinem sensuum ministeria non mutant aut impediunt, imò quòd ad eum conferunt nam in sensu eisdem secundum naturam ordo comprobatur. Ac per hoc & ex parte intellectus & sensus naturalis ordo habet quòd magis commune præueniat, absolute loquendo, non in hoc vel illo ordine: ergo, &c.

sup. q. 12 artic. 10. cō & q. 58. arti. 2. cor. Et 2. dis. 3. q. 3. ar. 4. Et 3. di. 14 artic. 2. q. 4. Et 1. contra c. 55. Et veri. q. 8. art. 14. Et quol. 7. arti. 2.

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

Coment. ¶In corpore tria: primo conclusio responsiua. secundo explanatio eius, tertio probatio illius.

¶Quo ad primum conclusio est. Intellectus non potest multa per modum mul-

torum intelligere, sed vnius.

¶ Quo ad secundum declaratur quid sit dicere per modum vnius aut plurium, scilicet per vnam aut plures species. Et ratio huius explanationis assignatur: quia modus actionis consequitur formam quæ est actionis principium: & confirmatur hæc explanatio ex intellectionis diuinæ modo.

¶ Quo ad tertiũ probatur conclusio explanata: impossibile est idem subiectum simul perfici pluribus formis eiusdem generis: sed omnes species intelligibiles sunt eiusdem generis: ergo, &c. maior declaratur inductiue in corpore respectu colorum & respectu figurarum, &c. Minor probatur, quia omnes sunt perfectiones vnius intellectiuæ potentiæ.

¶ Num intelligere multa vt multa, & multa per modũ vnius, sit intelligere per multas, vel vnam speciem.

Quæstio. ¶ Circa hoc occurrunt dubia: primo circa explanationem: quia non est verum quòd idẽ sit dicere intelligere multa vt multa, & per multas species, & per modũ vnius, & per vnam speciem. Cum enim ponitur differentia inter hominem & lineam, hoc fit per multas species: & tamẽ non cognoscimus tunc multa vt multa, sed vt vnum. consequentia nota. antecedens probatur: quia sensus communis, qui est virtus longe inferior intellectu ponens differentiam inter albũ & dulce, discernit simul per plures species multa vt vnum: ergo. Et hæc ratio militat tam contra explanationẽ quàm contra responsionem ad tertium.

¶ Num quilibet modus actionis sit secundum modum formæ.

Quæstio. ¶ Circa rationem assignatam præfatæ explanationis dubium quoque est: quia licet aliquis modus actionis consequatur formam, quæ est actionis principium: nõ tamen omnis & specialiter iste, scilicet per modum vnius aut multorum: quamuis enim intentio vel remissio actionis consequatur quantitatem intensionis formæ, vt calefactio caloris principiantis illam, non tamen est necesse formis existentibus multis actiones plurificari per modum plurium, cum contingat ex duabus formis & vnam actionem prouenire, vt patet in actu discernendi apud sensum communem: & plures actiones ad vnum tendere, vt patet cum simul inducẽs cognoscit præmissam & conclusionem, vt dicitur in primo posteriorum.

¶ Circa rationem pro conclusione dubium occurrit: tum quia maior videtur falsa: vt patet de speciebus albedinis & nigredinis in eadem parte aëris ex opposito constituris albo & nigro secundum situm: tum quia illius probatio (inquit Scotus in 1. dist. 1. q. 6. ad tertium) nihil valet, quia hic tollitur oppositio quæ est ratio impossibilitatis. Rationes enim oppositorum non sunt oppositæ in intellectu: vt Arist. & Aver. volunt: tum quia minor est falsa, vt patet in intellectu angelico: essentia enim sua & aliæ species non sunt eiusdem generis. Et ex hoc sequitur quòd probatio minoris allata nihil valet. nam tam essentia angeli quàm species intelligibiles sunt perfectiones vnius intellectiuæ potentiæ: & tamen non sunt eiusdem generis. Tum quia ex hac ratione si valet, concludit quòd in intellectu non conseruantur vel * vnquam. *Vndique actualiter plures species intelligibiles: quia sunt species eiusdem generis. Et si dicatur quòd quando sunt in habitu, non sunt in actu completo. Contra (inquit Durandus) formam informare & dare esse formaliter est ipsam esse in actu completo: sed hoc habet species intelligibiles conseruatas: ergo quòd si aliud requiritur ad hoc vt sic in actu simpliciter, exprimatur illud: & dicatur quòd est actualiter operari: absque ratione, imò ridiculose hoc dicitur: quia aliud est loqui de esse completo formæ in se: & aliud de actuali operatione: hoc enim est non distinguere inter actum primum & secundum: non enim minus est perfecte figura, aut color in corpore si causant vlsionem sui actualiter, quàm si non.

¶ Ad euidentiam horum recolenda sunt quæ superius in quæst. 58. dicta sunt, quæ applicando his, facile liquet quid ad multa horum dicendum sit. Est enim sermo præsens de speciebus intelligibilibus vt sic, eiusdem ordinis & absolute: de his enim hoc modo verificatur quòd idem est dictu, per modum vnius intelligibilis vt sic, & per vnam speciem, & per modum plurium, & per plures species: quoniam plures species intelligibiles vt sic, non habentes ordinem adinuicem & absolute sumptæ, de necessitate ponunt plura intelligibilia vt sic, & vnitas vnitatem, nec oppositũ potest intelligi à percipientibus terminos. Vnde non obstat discerni quandoque inter diuersa per plures species: quia tunc non sunt plures species absolute: sed vt sunt quasi partes tertiæ speciei, quæ repræsentat differentiam inter illa: propter quod in litera dicitur esse idem iudicium de cognitione partium in toto, & diuersorum in diuersitate: non negatur ergo quandoque concurrere simul plures species ad intelligendum quomodolibet: sed absolute & simpliciter. Vt vniuntur autẽ ad vnum aliud putandum, non negamus. Nec oportuit hæc in litera explicari quia absolute prolatus sermo, absolute quoque interpretandus est. Et ex hoc patet responsio ad secundam obiectionem: quoniam multas species ad vnum obiectum concurrentes vt sic, non multas, sed vnam dixerim: quia vim vnius habent. Vnde siue vna intellectio siue plures simul, ex pluribus speciebus vt ad vnum sunt intelligibile ordinatæ, prouenia: sem per modus actionis modum formæ sequitur: quia forma se habente vt vna, sequitur actio per modum vnius: & se habente forma vt pluribus absolute, sequitur actiones per modũ plurium.

¶ Ad obiecta autem tertio loco contra rationẽ pro conclusione dicitur notandum quòd ¹ quia tam sensum quàm intellectum contingit dupliciter pati à sensibili aut intelligibili, scilicet vt quandam rem: & vt sensum vel intellectum: patitur autem vt res est recipiendo realiter seu inhæsiue similitudinem rei sensibilis aut intelligibilis: patitur vero vt sensus vel intellectus respiciendo obiectum, non vt causam, sed vt obiectum est obiectiue specificans ipsum, quia sic inquam est, ideo species intelligibilis potest dupliciter considerari, scilicet vt res, & vt intelligibilis; seu in genere est rei vt sic, & in genere intelligibili vt sic: & si de eis vt res sunt, sermo est, in actu sunt suo: quando actualiter informant intellectum, vt res est: si vero in genere intelligibili considerentur actu, tunc simpliciter sunt: quando intellectum vt intellectus est, actualiter informant, quod patet non accidere nisi cum actu intellectus intelligit. In tali enim parti consistit sentire & intelligere: & quia formalis est sermo omnis philosophicus, idcirco in genere intelligibili omnia sumenda sibilibus in medio dicitur, quòd non sunt in actu completo vt sensibiles sunt: vt patet in 2. de anima in calce: species enim sensibiles nunquàm sunt in actu nisi in sensu in actu. Ad 3. co. dicitur ex responsione ad primum in litera, quòd nõ oppositio, sed vnigenitas specierum, prohibet illas esse simul in actu in eodem indiuisibili. Ad obiecta autem contra minorem & eius probationem, dicitur, quòd non est eadem ratio de speciebus intellectus nostri pro statu isto, & de speciebus angelorum: quoniam species nostræ sunt eiusdem ordinis, non autem angelicæ. & cum dicitur, ergo non sumitur vnitas generica specierum ex vnitate potentiæ intellectiuæ (vt in litera dicitur) respondetur negando sequelam, & dicendo quòd & species naturales eiusdem ordinis & subordinatæ sunt vnius generis propter vnitatem potentiæ: sed tamen species subordinatas non inconuenit simul actuari: vt patet in angelis: quia se habent vt commune & proprium, & consequenter non habent rationem multorum absolute: species vero eiusdem ordinis non subordinatas est impossibile: quia habent rationem multorum actuum vnius secũdum idem eodem modo & simul. & quamuis essẽtia angeli, & species sint diuersorum generum in esse reali: sunt tamen eiusdem generis in esse intelligibili.

¶ Ad vltimo vero obiecta iam patet responsio ex dictis: quia scilicet noster sermo est de his intentionibus rerum non in esse reali, sed in esse intelligibili in quo non esse actu eas patet ex dictis. Vnde non fugimus de actu primo ad secundum, sed naturas talium entium penetrando, quid genus intelligibile habeat, penes quid eius actualitas attendatur, discutimus & docemus.

a ¶ Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum quintum.

TItulus clarus ex superius dictis in quæstio. de angelis: & quibus totus iste articulus clarus etiam redditur.

¶ In corpore vna conclusio responsua, Intellectus noster intelligit componendo & diuidendo. Probatur simul ex ratione, ex proportionalitate, ex diuersitate, ex discursu: hæc enim omnia membra tanguntur simul in hac probatione. Ratio radicalis est: quia intellectus noster procedit de potentia ad actum, id est

Coment.

id est, natus est naturaliter exire de potentia essentiali ad actum primum naturalem. Ex hoc nanque oritur, quòd intellectus noster proportionalem habet similitudinem cum rebus generabilibus: vt sicut hæc non statim, sed successiue sua in assequuntur perfectionem, ita intellectus, &c. Confirmatúrque hoc ex differentia inter intellectum angelicum diuinúmque & nostrum. Vterque siquidem ille proportionalis est rebus incorruptibilibus, vt sic, quæ statim sunt id quod sunt: & sic intelligunt statim totum simpliciter, &c. Et declaratur quarto: quia paris rationis est intelligere componendo & diuidendo, & intelligere discurrendo.

Annot. ¶ Sed est circa prædictum processum, dubiũ. Quia ex ratione positæ prædictæ non videtur se qui intentum. Nam aut intẽdit quòd intellectus sit similis generabilibus quo ad modum acquirendi singulas perfectiones, aut quo ad successionem earum, aut quo ad compositionem earum. Si primo modo, sequeretur quòd intellectus non naturaliter perficeretur in instanti, sed successiue: quod est falsum. Si secundo modo, nihil aliud sequitur nisi quòd intellectus acquirit suas perfectiones vnam post aliam: quod non est discurrere, nec componere, aut diuidere: vt patet. Tertio vero modo est manifeste falsum. Communis quoque ratio dubitandi, secundum quencunque modum est: quia ex hoc quòd intellectus noster exit de potentia ad actũ, nihil aliud sequitur, nisi quòd non habet inditam suã perfectionem: & non quòd tali aut tali modo acquirat.

¶ Ad hoc breuiter dicitur ordine retrogrado, quòd ex hoc quòd aliquid est naturaliter in potentia essentiali ad aliquam perfectionem, habet quòd naturaliter non acquirat illam perfecte statim, sed successiue. Dimensiones tamen iuxta naturas perfectionum & perfectibilium. & hoc patet inductiue tam in potentia respectu perfectionis substantialis quàm quantitatiuæ & qualitatiuæ. Vnde etiam lumen non acquiritur nisi medio motu locali: existente subiecto in potentia essentiali. Vnde hic modus perficiendi passiue est qui sequitur ex potentia essentiali, & est intentus in litera: ita quòd intẽdit quòd ex hoc quòd intellectus noster est in potentia essentiali, similis est generabilibus quo ad modum acquirendi singulas suas perfectiones completas. Et cum dicitur, ergo intellectui repugnat perfici in instanti, respondetur, quòd intellectui licet non repugnet recipere & intelligere in instanti, repugnat tamen naturali modo quo perfici naturaliter debet: quòd suam completam perfectionem in instanti naturaliter assequatur. Vbi nota duo: primo quòd quamuis hæc duo mutuo se inferant, intellectum vt rem, & intellectum vt intellectum esse in actu primo, in proposito tamen sermo est de intellectu vt intellectus est respectu suæ perfectionis, quæ est intellectum vt intellectum est. Secundo, quòd intellectus non comparatur hic ad omnia aut plura intellecta simul vel successiue: sed ad vnum quodque intellectum perfecte, id est secundum se & omnia quæ virtualiter in eo clauduntur: ita quòd quidditas & passiones & accidentia & cætera eius non nisi vnius intellecti loco computantur. Et sic ex hoc quod intellectus noster vt intellectus est, est in potentia pura, habet quòd intellectum perfectum bouis vel leonis non simul, acquirat, id est apprehendat actu: sed successiue totum illud apprehendat. Hæc autem successio nihil aliud est quàm componere primo apprehensum: pura quiditatem cum reliquo: pura passionem, & hanc cum alia, &c. Ergo. Oportet enim successionem diuersimode secundum diuersitatem materiæ subiectæ ponere.

a ¶ Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum sextum.

TIculus clarus.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones responsiuæ quæsito. Prima, Intellectus circa quod quid est non fallitur, nisi per accidens. Secũda, Intellectus circa ea quæ circundant quidditatem, potest falli componendo, diuidendo, vel ratiocinando. Coment.

¶ Has conclusiones probat dupliciter. Primo similitudine super Arist. autoritate innixa. Secundo ratione probante in communi intẽtum tam in hoc quàm in simili. Vnde quatuor in corpore articuli facit. Primo proponitur similitudo: & dicitur quòd apud Arist. intellectus est similis sensui quo ad veritatẽ & falsitatem iudicij. Secundo narrantur duo, vel tria de sensu. Primũ, quòd respectu proprij obiecti est verus per se. Secundum, quòd implicite insinuatum iam est, est quòd per accidẽs respectu proprij obiecti est falsus: tale accidens est indispositio organi, &c. Tertium est quod re spectu sensibilium communium etiam per accidẽs fallitur, vt patet. Tertio assignatur ratio vniuersalis & communis sensui & intellectui: & est quia ordo potentiæ ad proprium obiectum semper eodem modo se habet. probatur: quia conuenit potentiæ secundum quod ipsa: & potest syllogizare sic, Potentia semper eodem modo se habet ipsa manente ad proprium obiectum: ergo nunquàm ab eo deficit: & consequenter non fallitur circa illud: cum fallit in defectu cõsistat. Consequentia nota: & antecedens probatur: quia potentia per se: & secundum quod ipsa ordinatur ad proprium obiectum: ergo semper eodem modo. & tenet sequela: quia secundum quod ipsum infert necessarium & sempiternum: vt patet in primo Posterio. Quarto applicatur similitudo & ratio ad intellectum: & totidem dicuntur de intellectu; proportionaliter tamen. Vnde sex dicit. Primo assignat proprium obiectum intellectus quasi subsumendo sub ratione communi præposita. Secundo infert primam conclusionem similem primo dicto de sensu. Tertio infert secundam conclusionem similem vltimo dicto de sensu, vt patet. Quarto ad robur primæ conclusionis ex ea reddit rationem omnis alterius infallibilitatis inuentæ in intellectu, dicens, quòd propter hoc quia intellectus circa quidditatem non fallitur oritur infallibilitas intellectus circa prima principia complexa: & consequenter circa omnes conclusiones scientificas: & quod inde nascatur hoc, probatur: quia hoc conuenit eis, quia euidentes sunt ex sola quidditate terminorum: principia enim cognoscimus inquantum terminos cognoscimus, vt dicitur in primo Poste. habent ergo principia infallibilitatem ex vicinitate; ad quidditatem, quæ est proprium intellectus obiectum: proprium enim & primum intellectus obiectum est incomplexum, quod simplex terminus significat: & quia circa illud errare non potest: merito circa ea quæ sufficiens habent lumen, ex illo errare quoque non potest. Est autem hoc ad magnam primæ conclusionis firmitatem: quoniam tunc vere sufficientem reddimus causam accidentis alicuius, quando ex reddita causa in omnibus accidens illud dependere ostendimus,

tum ad hoc intellectum sensui. Sensus enim circa proprium obiectum non decipitur, sicut visus circa colorem: nisi forte per accidens[e] ex impedimento circa organum contingēte: sicut cum gustus febricitantium dulcia iudicat amara, propter hoc quòd lingua malis humoribus est repleta. Circa sensibilia vero communia decipitur sensus, sicut iudicando de magnitudine vel figura, vt cum iudicat solem esse pedalem, qui tamen est maior terra. Et multo magis decipitur circa sensibilia per accidens, vt cum iudicat fel esse mel propter coloris similitudinem. Et huius ratio est in euidenti: quia ad proprium obiectum vnaquæque potentia per se ordinatur secundum quod ipsa. Quæ autem sunt huiusmodi, semper eodem modo se habent. Vnde manente potentia non deficit eius iudicium circa propriū obiectum. Obiectū autē propriū intellectus est quidditas rei[e]. Vnde circa quidditatē rei per se loquēdo intellectus nō fallitur. Sed circa ea, quę circunstant rei essentiā, vel quidditatē, intellectus potest falli: dū vnū ordinat ad aliud, vel cōponēdo, vel diuidēdo, vel etiā ratiocinādo[e]. Et propter hoc etiā circa illas propositiōes errare nō potest, quę statim cognoscuntur cognita terminorū quidditate, sicut accidit circa prima principia, ex quibus etiam accidit infallibilitas veritatis secundum certitudinem scientiæ circa conclusiones. Per accidēs tamen contingit intellectum decipi circa quod quid est in rebus cōpositis, non ex parte organi, quia intellectus non est virtus vtens organo, sed ex parte cōpositionis interuenientis circa diffinitionē, dum vel diffinitio vnius rei est falsa de alia, sicut diffinitio circuli de triangulo: vel dum aliqua diffinitio est in se falsa, implicans cōpositionē impossibiliū: vt si accipiatur hoc vt diffinitio alicuius rei, animal rationale alatū. Vnde in rebus simplicibus, in quarum diffinitionibus compositio interuenire non potest, non possumus decipi: sed deficimus in totaliter non attingendo, sicut dicitur in 9. Meta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd falsitas dicitur esse in mēte secundū cōpositionē & diuisionē, Et similiter dicendū est ad secundū de opinione & ratiocinatione. Et ad tertiū de errore peccantiū, qui cōsistit in applicatione ad appetibile. Sed in absoluta cōsideratione quidditatis rei, & eorū, quæ per eā cognoscūtur, intellectus nunq̄ decipitur. Et sic loquūtur autoritates in cōtrarium inductæ.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum vnam & eandem rem vnus alio melius intelligere possit.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur q vnam & eandē rem vnus alio melius intelligere nō possit. Dicitur enim in lib. 83. q. Quisquis vllam rem aliter quàm est, intelligit: non eam intelligit. Quare non est dubitandum esse perfectam intelligentiam qua præstantior esse non possit. Et ideo non est per infinitum ire, quòd quælibet res intelligitur: nec eam posse alium alio plus intelligere.

¶Præterea, Intellectus intelligendo verus est. Veritas autem cum sit æqualitas quædam intellectus & rei: non recipit magis & minus. non enim proprie dicitur aliquid magis, & minus æquale. Ergo neque magis & minus aliquid intelligi dicitur.

¶Præterea, Intellectus est id quod est formalissimum in homine. Sed differentia formæ causat differentiam speciei. Si igitur vnus homo magis alio intelligit, videtur quòd non sint vnius speciei.

¶SED CONTRA est, quòd per experimentum inueniuntur aliqui aliis profundius intelligentes. Sicut profundius intelligit qui conclusionem aliquam potest reducere in prima principia & causas primas, quàm qui potest reducere solum in causas proximas proprias.

CONCLVSIO.

¶*Non contingit eandem rem vnum altero melius intelligere obiectiue, sed ex parte potentiæ intelligentis, dispositionem animæ & corporis sequentis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquem intelligere vnam & eādem rem magis quàm alium, potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd ly magis, determinet actum intelligendi ex parte rei intellectæ. Et sic non potest vnus eandem rem magis intelligere quàm alius. Quia si intelligeret eam aliter quàm sit, vel melius vel peius, falleretur, & non intelligeret: vt arguit Augu. Alio modo potest intelligi vt determinet actum intelligendi ex parte intelligentis. Et sic vnus alio potest eandem rem melius intelligere: quia est melioris virtutis in intelligendo: sicut melius videt visione corporali rem aliquam, qui est perfectioris virtutis, & in quo virtus visiua est perfectior. Hoc autem circa intellectum contingit dupliciter. Vno quidem modo ex parte intellectus, qui est perfectior. Manifestum est enim, quòd quanto corpus est melius dispositum, tanto meliorem sortitur animam. Quod manifeste apparet in his, quæ sunt secundum speciem diuersa. Cuius ratio est, quia actus & forma recipitur in materia secundum materiæ capacitatem. Vnde etiam cùm in hominibus quidā habeant corpus melius dispositum, sortiuntur animam maioris virtutis in intelligendo. Vnde dicitur in 2. de Anima, quòd molles carne bene aptos mente videmus[e]. Alio modo contingit hoc ex parte inferiorū virtutum, quibus intellectus indiget ad sui operationem. Illi enim, in quibus virtus imaginatiua & cogitatiua & memoratiua est melius disposita, sunt melius dispositi ad intelligendum.

¶AD PRIMVM ergo patet solutio ex dictis. Et similiter ad secundum. Veritas enim intellectus in hoc consistit quòd intelligatur res esse sicuti est.

¶Ad tertiū dicendū, q differētia formæ quæ nō prouenit nisi ex diuersa dispositione materiæ, nō facit diuersitatē secūdū speciē, sed solū secūdū numerū. Sūt enī diuersorū indiuiduorū diuersæ formæ secundū materiā diuersificatæ.

ARTICVLVS VIII.

a ¶*Vtrum intellectus per prius intelligat indiuisibile quàm diuisibile.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q intellectus p prius intelligat indiuisibile quàm diuisibile. Dicit enim Philosophus in 1. Physi. quòd intelligimus & scimus ex principiorum & elementorum cognitione. Sed indiuisibilia sunt principia & elementa diuisibilium. Ergo per prius sunt nobis nota indiuisibilia, quàm diuisibilia.

¶Præterea, Id quod ponitur in diffinitione alicuius per prius cognoscitur à nobis: quia diffinitio est ex prioribus & notioribus, vt dicitur in 6. Topi. Sed indiuisibile ponitur in diffinitione diuisibilis, sicut punctum in diffinitione lineæ[e]. Linea enim vt Euclides dicit, est longitudo sine latitudine, cuius extremitates sunt duo puncta. Et vnitas ponitur in diffinitione numeri: quia numerus est multitudo mensurata per vnum, vt dicitur in 10. Met. Ergo intellectus noster per prius intelligit indiuisibile quàm diuisibile.

¶Præterea, Simile simili cognoscitur. sed indiuisibile est magis simile intellectui quàm diuisibile, quia intellectus est simplex, vt dicitur in 3. de Anima. Ergo intellectus noster prius cognoscit indiuisibile.

¶SED CONTRA est quod dicitur in 3. de Anima, quòd indiuisibile monstratur sicut priuatio. Sed priuatio per posterius cognoscitur. Ergo & indiuisibile.

CONCLVSIO.

¶*Indiuisibile tam secundum continuitatem quàm secūdū rationē est prius notū opposita diuisione, sed indiuisibile omnino actu & potentia est posterius notum.*

¶RESPONDEO dicendū, q obiectū intellectus nostri secūdum pręsentē statum est quidditas rei materialis quā à phātasmatibus abstrahit, vt ex præmissis patet[e]. Et quia id quòd est primo & per se cognitū à virtute cognoscitiua, est proprium eius obiectum: considerari potest quo ordine indiuisibile intelligatur à nobis ex eius habitudine ad huiusmodi quidditatem. Dicitur autem indiuisibile tripliciter, vt dicitur in 3. de Anima. Vno modo sicut continuū est indiuisibile: quia est indiuisum in actu, licet sit diuisibile in potētia. Et huiusmodi indiuisibile prius est intellectū à nobis quàm eius diuisio, quæ est in partes: quia cognitio confusa est prior quàm distincta, vt dictū est[e]. Alio modo dicitur indiuisibile secundū speciem, sicut ratio hominis est quoddā indiuisibile. Et hoc etiam modo indiuisibile est prius intellectū, quā diuisio eius in partes rationis, vt suprà dictū est[e]. Et iterū prius quàm intellectus cōponat & diuidat affirmādo, vel negādo. Et huius ratio est: quia huiusmodi duplex indiuisibile intellectus secundū se intelligit, sicut propriū obiectū. Tertio modo dicitur indiuisibile quod est omnino indiuisibile, vt punctus & vnitas: quæ nec actu nec potētia diuidūtur. Et huiusmodi indiuisibile per posterius cognoscitur per priuationē diuisibilis. Vnde punctū priuatiue diffinitur. Punctū est cuius pars non est[e]. Et similiter ratio vnius est quòd sit indiuisibile, vt dicitur in 10. Meta. Et huius ratio est: quia tale indiuisibile habet quandam oppositionē ad rē corporalem: cuius quidditatem primo & per se intellectus accipit. Si autem intellectus noster intelligeret per participationem indiuisibilium separatorum, vt Platonici posuerūt[e]: sequeretur quòd indiuisibile huiusmodi esset primo intellectū, quia secundum Platon. prius participantur à rebus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd in accipiendo scientiā nō semper principia & elementa sunt priora: quia quandoque ex effectibus sensibilibus deuenimus in cognitione principiorum & causarum intelligibiliū. Sed in complemento scientiæ semper scientia effectuum dependet ex cognitione principiorum & elementorum, quia vt ibidem dicit Philosophus, tunc opinamur nos scire cum in principia possumus & causas resoluere.

¶Ad secundum dicendū, quòd punctum non ponitur in diffinitione lineæ communiter sumptæ. Manifestū est enim quòd in linea infinita & etiam in circulari non est punctum nisi in potētia. Sed Euclides diffinit lineā finitā rectā. Et ideo posuit punctū in diffinitione lineę, sicut terminū in diffinitione terminati. Vnitas vero est mensura numeri. Et ideo ponitur in diffinitione numeri mēsurati, nō autē ponitur in diffinitione diuisibilis, sed magis ecōuerso.

¶Ad tertiū dicēdū, quòd similitudo, per quā intelligimus, est species cogniti in cognoscente. Et ideo non secundū similitudinē naturę ad potentiā cognoscitiuā est aliquid prius cognitū, sed per conuenientiā ad obiectū: alioquin magis visus cognosceret auditū quàm colorē.

QVAESTIO OCTVAGESIMASEXTA, quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat. ¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum cognoscat singularia. ¶Secūdo, vtrū cognoscat infinita. ¶Tertio, vtrū cognoscat contingentia. ¶Quarto, vtrum cognoscat futura.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum intellectus noster cognoscat singularia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q intellect⁹ noster cognoscat singularia. Quicunq; enim cognoscit cōpositionem, cognoscit extrema compositionis: sed intellectus noster cognoscit hanc compositionem, Sortes est homo. Eius enim est propositionem formare. Ergo intellectus noster cognoscit hoc singulare quod est Sortes.

Infallibilitatis igitur intellectus causa optime dicta est ordo ad quod quid est: cum ex illo ostenditur omnis intellectus infallibilitas: vt hic fit. Quinto declaratur, quomodo per accidens etiam intellectus circa quidditatem fallitur: sed hoc accidens non sicut in sensu est impedimentum organi: sed compositio quidditatis, & propterea dupliciter contingit, vt patet in litera. Sexto ad plenitudinem doctrinę dicit, quòd circa quidditates simplices nec per se, nec per accidens fallitur: sed aut vere cognoscuntur aut nō attinguntur. (108) & confirmatur autoritate noni Metaphysicæ. Hoc in loco recolenda sunt quæ superius in quæstio. 58. dicta sunt cum de compositione, veritate & falsitate in angelis esset sermo: ex illis enim patet, quòd cū prima operatio intellectus ex parte sua sit simplex: si ex parte quoque obiecti est incomplexio omnimoda, nulla compositio, & consequenter nulla veritas aut falsitas accidere ibi potest. Ac per hoc si accidit in prima operatione falsitas, (422) hoc est ratione compositionis in obiecto: ratione cuius est ibi falsitas aut veritas virtualiter, &c. omnino enim simplex (309) à simplici operatione (295) non potest ex parte attingi: quamuis à complexa operatione possit falso attingi ex parte operationis.

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulū septimum.*

Titulus clarus: occasionatus ex Augustini verbis, vt reor.

Cōment. ¶In corpore respondet quæsito cum distinctione bimembri duabus conclusionibus iuxta illa membra. ¶Distinctio est, quod quæstio potest habere duos sensus, scilicet ex parte obiecti, & ex parte potentiæ. Prima conclusio est negatiua, (380) Eandem rem non contingit melius intelligere: si ly melius, determinet actum ex parte obiecti. Probatur: quia falso intelligeretur, quia aliter quàm esset. & confirmatur processu Augustini. Secunda conclusio est affirmatiua, Eandem rem contingit melius intelligere, si ly melius, determinet actum ex parte potentiæ. Probatur, quia vnus est (430 sub. q. 12. ar. 6. cor. Et 4. dist. 49. q. 2. ar. 4. ad primum. Et veri. q. 2. arti. 2. ad 11.) melioris virtutis in intelligendo: & declaratur sequela à simili in visione corporali, Assumptum autem & probatur & manifestatur ex duplici capite, Primo, quia non omnes animæ humanæ sunt æquales: sed meliorum corporum meliores sunt animæ: quod probatur dupliciter: & ratione actus sunt proportionati his quorum sunt actus: vt manifeste patet in formis diuersarum specierum, & autoritate Arist. 2. de anima. Secundo, quia virtutes ministrantes intellectui non sunt æque dispositæ in omnibus: & quorum melior est dispositio, horum maior est vis ad intellectus opus.

¶*Num animæ humanæ sint inæquales iuxta corporum varias dispositiones.*

Quæstio. ¶Circa causam primam secundæ conclusionis, scilicet inæqualitatem animarum nostrarum, aduertendum est quòd non solum hi qui à S. Tho. se dissentire fatentur, sed etiam Thomistæ aliqui contrariantur: adeo vt dicant non esse mentem S. Tho. animarum humanarum substantias esse inæquales, cum tamen aperte hic etiam in corpore, & in responsione ad vltimum aperte hoc dicatur: & in secundo sententiarum dist. 32. expresse idem scriptum sit. Vnde hos tanquàm cæcos omittentes, ad aliorum rationes nostram dirigamus aciem. Durandus, Henricus & Bernardus de Gannaco negando substantialem hanc inæqualitatem, contra ipsam & eius rationem arguunt. Contra ipsam quidem dupliciter. Primo, quia substantia susciperet magis & minus proprie dicta. & tenet sequela ex 7. physi. vbi dicitur, quòd participatio vnius formæ secundum speciem, secundum diuersos gradus, est proprie comparatio secundum magis & minus. & in prædicamentis idem confirmatur. Secundo, quia forma indiuidualis nullam substantiam includit præter specificam formam: ergo non est substantialiter perfectio: consequentia nota, & antecedens patet, quia nec formam, nec materiam, nec compositum. Contra fundamentum vero eius, scilicet quia forma proportionatur corpori melius disposito, dupliciter etiam arguitur. Primo, quia dispositiones corporis non redundant in formam non eductam de materia, qualis est anima nostra: ergo. Secundo, quia si melius dispositi corporis melior est anima: ergo anima vnius & eiusdem variabitur substantialiter iuxta variationē dispositionum corporis eiusdem. hoc est falsum: ergo probatur sequela: quia non maioris sunt efficaciæ dispositiones præuiæ ad introductionem formæ quàm dispositiones conseruantes ipsam formam in materia: sed istæ possunt variari: ergo corpus erit peius dispositum. ergo anima quæ erat melior, efficietur peior. ¶Ad hæc argumenta facile satisfit ab aduertentibus qualis sit habitudo animæ intellectiuæ ad corpus: & in quo consistat suscipere magis & minus proprie dicta. Quemadmodum enim anima in communi est coaptata corpori organico physico, &c. & anima humana corpori reducto ad æqualitatem tangibilium, ita oportet hanc animam esse substantialiter coaptatam & commensuratā corpori ad talem gradū æqualitatis reducto. Nō enim consistit in indiuisibili æqualitas complexionis requisita ad corpus humanum, vt patet ad sensum. Alij enim aliis præstant bonitate tactus. Et quia anima humana non causatur ex corpore, sed in suo tantum fieri dependet ex corpore nō vt causa, sed vt occasione: cōsequens est quòd anima hæc cum fit, sortiatur commensurationem substantialem ad corpus sic cōplexionatum vt inuenitur in illo initio, & eam semper retineat necesse est: quia intransmutabilis substantiæ est. Suscipere vero magis & minus motum, aut mutationem, habet annexum (373) de magis in minus, aut econuerso. Alioquin proprie non sumuntur. quod ex eo patet: quia nihil aliud est suscipere magis & minus quàm intendi & remitti: sed hæc sine mutatione de minus in magis, aut econuerso intelligi nequeunt. ergo. Vnde ad obiecta, & ad primum dicitur, quia seclusis modis significandi, quamuis vna res sit perfectior altera siue eiusdem, siue alterius speciei: nunquam dicitur suscipere magis & minus: nisi possit esse motus aut mutatio de magis in minus, aut econuerso: vt patet ex dictis: hoc autem non conuenit animæ intellectiuæ: quoniā commensurationem illam quam semel accepit, imperdibiliter sortita est: quia est idem realiter quod substantia sua quæ est ingenerabilis & incorruptibilis. Ad secundum vero dicitur quòd proprie loquendo, hæc forma non addit supra formam subiectam, sed modum potius substantiæ qui est secundum rem substantia. Commensuratio enim huius animæ ad hoc corpus est indiuidualis differentia, contrahens animam ad hanc, & est intrinseca huic animæ: sicut differentia specifica est intrinseca speciei. Ad obiecta autem contra fundamentum patet similiter ex dictis responsio. fatemur enim quòd dispositiones corporis redundare in animam per substantiam cōtingit dupliciter. Vno modo causaliter, alio modo occasionaliter. Et primo est impossibile respectu animæ nostræ. Secundo vero modo est necessariū, loquendo de dispositionibus vltimis pro anima inducenda. Et cum contra hoc obiicitur, quia nō sunt maioris efficaciæ præcedētes quàm cōseruātes: respōdetur q ratio peccat secundum non causam vt causam. Non enim maior aut minor efficacia dat præuiis occasionare talem gradum animæ: sed status corporis dispositi per eas. Ex hoc enim quòd afficiunt corpus in statu illo quo occasionalis causa est animæ: habent quòd occasionaliter concurrant ad talem commensurationem animæ. Vnde si dispositiones conseruantes, aut quæcunque aliæ infra latitudinem humanam inuenirentur in statu illo: ipse redundarent hoc modo in substantiam animæ: quòd autem redundantia hæc rationabilis sit, iam patet ex dictis: quia anima essentialiter est perfectio coaptata suo perfectibili.

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum octauum.*

Titulus per prius ordine generationis: cætera sumuntur in communi.

Cōment. ¶In corpore tria. Primo ostenditur radix & via (431 inf. q. 87. art. 3. co. Et 1. dis. 24. q. 1. articu. 3. secundū. Et 3. de anima. lect. 11.) veritatis quæsitæ. Secundo respondetur quæsito duplici conclusione. Tertio ex tertia conclusione confirmatur posita radix & destruitur simul opi. Platonni. ¶Quo ad primum est hæc conclusio: Ordo quo indiuisibile cognoscitur à nobis, ex habitudine ad quidditatem sensibilem pensandus est. Probatur: quia quidditas materialis est proprium obiectum intellectus nostri: hoc ergo primo cognitum: (d 25) ergo ex appropinquatione ad ipsam indiuisibile vel diuisibile erit prius notum. Omnia clara sunt. ¶Quo ad secundum ponitur distinctio indiuisibilis trimembris: & circa prima duo membra ponitur prima conclusio, affirmatiua, iuxta tertium secunda negatiua. Prima ergo conclusio est, Indiuisibile actu tam secundum continuitatem quàm secundū diffinitionem est prius notum opposita diuisione. Probatur vtraque pars simul dupliciter. Primo, quia cognitio confusa est prior distincta. Secūdo, quia vtrunque indiuisibile est species proprij obiecti intellectus: ac per hoc secundum seipsum & non per aliud prius cognitum cognoscitur. Est enim (422) quodlibet horum quidditas quædam rei corporeæ.

Annot. ¶Aduerte hic quòd litera in secūda parte cōclusionis inserit quòd indiuisibile secundū rationē, id est incomplexum, est prius notum, etiam antequàm intellectus componat: quod quidem probatione non eget: quia prima operatio intellectus est prior secunda: & cognitio complexa (426) necessario præexigit incomplexam.

Cōment. ¶Secunda conclusio est indiuisibile omnino, scilicet actu & potentia, est (c 426) posterius notum diuisibili. Probatur dupliciter. Primo, quia hæc priuatione cognoscuntur: vt patet de puncti diffinitione & vnitatis. Secundo, quia hæc oppositionem quandam habent ad rem corpoream: quæ est proprium intellectus motiuum. ¶Aduerte hic quòd genus hoc tertium indiuisibilium, quod solum propriè dicitur indiuisibile, dicitur opponi rei corporeæ: quia priuatiuæ opponitur illi: dum hoc priuatione diuisionis reperibilis in continuo & numero indiuisibile est, & dicitur.

Cōment. ¶Quo ad tertium eliditur opinio opposita radici positæ, ex vltima conclusione. Quia enim genus hoc indiuisibiliū, scilicet actu & potētia posterius experimur nos cognoscere, sequitur quòd intellectus noster non moueatur & actuetur ab indiuisibilibus separatis, sed à quidditate sensibili. Si enim ab illa actuaretur, ille prius intelligeret. & probatur sequela: quia priora prius participantur à rebus, & consequenter intellectu. Potest quoque hæc pars introduci ad ostendendam necessitatem huius articuli: quia, scilicet opiniōes habet diuersas secūdū diuersa principia.

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæsextæ Articu. primum.*

Titulus clarus.

Cōment. ¶In corpore duæ cōclusiones rñsiuæ. Prima est, Singulare materiale intellectus noster nō potest directe & primo cognoscere. (52 d, 89 a) Probatur, Intellectus intelligit abstrahendo à materia indiuiduali: ergo directe intellectū est non singulare, sed vniuersale. Antecedēs patet, cōsequētia probatur, quo ad primā partē: quia materia indiuidualis est principiū singularitatis: quo ad secundā vero, quia abstractū ab indiuidualibus est vniuersale. (419) Secūda cōclusio est, q intellectus noster potest intelligere singulare indirecte. Probatur, Intelligēs nō nisi per cōuersionē ad phātasmata singularium, indirecte potest intelligere singulare. Intellectus noster est huiusmodi, ergo, &c.

¶*Num vniuersale sit primo & directe cognitum, singulare autem indirecte.*

Quæstio. ¶Circa primā conclusionē occurrūt obiectiones cōtra duo. Primo cōtra illud, scilicet q vniuersale sit primo cognitū ab intellectu nostro: arguit Durādus dupliciter. Tū quia obiectum & omnis eius per se conditio præcedit actum potētię: quoniā potētia non facit, sed supponit obiectum: sed vniuersale non præcedit omnem actum intellectus. ergo. Tum quia repræsentatiuum reale & naturaliter repræsentat rem secundū eius cōditionem realem: sed vniuersalitas non est cōditio realis: ergo nō repræsentatur per realem speciē, &c. vt ponis. (432 4. d. 50. q. 1. ar. 3. Et veri. q. 5. art. 6. & q. 6. 10. articu. 5. Et de anima artic. 20. & quol. 12. ar. 12. Et opus. 24. ca. 1. & 2. Et 3. de anima. lec. 8. co. 2. & 3.) Secūdo cōtra aliud, scilicet q singulare non directe: & primo intelligitur tripliciter, Primo quia intellectus incipit vbi terminatur sensus: sed sensus terminatur ad singulare. ergo à singulari incipit. Secundo quia vniuersale abstrahitur à singulari, vt à termino à quo. ergo singulare prius cognoscitur, abstractio enim nō nisi à noto fit. Tertio, quia singulare primo mouet intellectū: ergo primo intelligitur: consequentia nota. Antecedens probatur: quia actiones sunt singulariū: talis enim motio, actio quædam est.

¶Ad primū horū dicitur, falsum esse assumptū: & q intellectus, id est tota pars intellectiua nō supponit: sed facit obiectū intellectus: potētia enim actiua non prohibetur cōstruere suū obiectū: sed arguens, quia negat intellectū agētē & species fallitur.

¶Ad secundū vero dicitur q repræsentari vniuersale, potest dupliciter intelligi. vno modo vt vniuersalitas sit cōditio repræsentata: & sic nō dicimus speciē repræsentare vniuersale. Alio modo vt vniuersalitas sit cōditio cōsequēs modū quo repræsentatur: & hoc modo dicimus q species intelligibilis bouis repræsentat naturā boui-

nã vniuersalẽ: quia, scilicet repræsentat eã, & nõ repræsentat indiuiduales cõditiones. Ex hoc enim ꝙ sic repræsentatur, sequitur ꝙ vniuersalis repræsentetur: quia nec vt vna numero, nec vt multiplicata numero, &c. & sic patet nullitas consequentiæ.
¶Ad argumenta contra ipsam cõclusionẽ dicitur præmittendo ꝙ in actione & passione intellectus duo ordines operationũ attẽdũtur. Primus realis qui cõuenit intel-

¶Præterea, Intellectus practicus dirigit ad agendum. Sed actus sunt circa singularia. Ergo cognoscit singularia.
¶Præterea, Intellect⁹ noster intelligit seipsum. Ipse autẽ est qddã singulare. Alioquin nõ haberet aliquẽ actum. Actus enim singulariũ sunt. Ergo intellectus noster cognoscit singulare.
¶Præterea, Quicquid potest virtus inferior, potest superior. Sed sensus cognoscit singulare. Ergo multo magis intellectus.
¶SED CONTRA est quod dicit Philosophus in 1. Phy. ꝙ vniuersale secundũ rationẽ est notũ, singulare autẽ secundum sensum.

CONCLVSIO.

¶Cum non contingat intelligere nisi secundum abstractionem à materia, impossibile est singularia ab intellectu apprehendi directe, sed tantum indirecte secundum quandam reflexionem.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ singulare in rebus materialibus intellectus noster directe & primo cognoscere nõ potest. Cuius ratio est: quia principium singularitatis in rebus materialibus est materia indiuidualis: intellectus autẽ noster, sicut suprà dictũ est[e], intelligit abstrahẽdo speciẽ intelligibilẽ ab huiusmodi materia. Quod autẽ à materia indiuiduali abstrahitur, est vniuersale. Vnde intellectus noster directe nõ est cognoscitiuus nisi vniuersalium. Indirecte autẽ & quasi per quandã reflexionẽ potest cognoscere singulare. Quia sicut suprà dictũ est, etiã postquã species intelligibiles abstraxerit, nõ potest secundũ eas actu intelligere, nisi cõuertẽdo se ad phãtasmata[e] in quibus species intelligibiles intelligit, vt di-

lectui vt res est: Secũdus intelligibilis qui cõuenit intellectui vt intellectus est. Per primum mouetur intellectus possibilis ab intellectu agente effectiue & principaliter: ab obiecto vero in phantasmate secũdario: à specie autẽ intelligibili ab illis producta formaliter. Per secundũ vero perficitur ab intelligibili vt intelligibile est obiectiue: ab actu vero intelligẽdi formaliter. His itaque stãtibus facile patet responsio ad omnia distinguendo de quo ordine operationũ sit sermo. In primo nanque omnia sunt singularia: sed nõ singularia materialia nisi phantasma: & tũc patet inceptio intellectus à phãtasmate. In secũdo vero obiectũ est vniuersale. Sigillatĩ ergo respõdẽdo ad primũ cõceditur totũ in primo ordine: sed cõsequẽtia ni- 424 hil valet: quia in illo nulla est intellectio. Si vero de intellectu, vt intellectus est, loquatur, dicitur quòd intellectus incipit nõ ab eo in quo finit sensus, sed à ꝓximo sibi: hoc autẽ est vniuersale corporeũ. falsum est enim quòd potẽtiarũ ordinatarũ posterior incipiat à termino prioris, sed be- 81 ne à proximo sibi. Vnde c cogitatio non à sensatis, 436 sed elicitis intentionibus primo perficitur.

424 ¶Ad secundum vero dicitur falsum esse quòd oporteat abstractionem fieri à noto tam de abstractione intellectus possibilis quàm agentis: & de agente quidem patet, de possibili vero manifestum fit ex sensu: visus enim abstrahit colorem ab odore pomi ignoto sibi, tali enim pacto intellectus possibilis considerat vniuersale & non particulares conditiones.
¶Ad tertiũ autẽ dicitur, ꝙ si est sermo de intellectu vt re cõceditur: quòd primum mouens est singulare sed non materiale, sed immateriale, scilicet intellectus agens: falsum enim supponitur, scilicet quòd in tali motione obiectum sit primo mouens. Sed tunc consequentia nihil valet: ergo singulare primo cognoscitur: quia intellectus agẽs & obiectũ in phãtasmate in hoc primo ordine non mouẽt obiectiue sed actiue potius. Si vero est sermo de intellectu vt intellectus est: sic concesso ꝙ primo mouẽs sit obiectum, negatur quòd sit singulare: sed dicitur quòd est natura vniuersalis quæ obiectiue perficit, mouet, & facit esse in actu intellectum: quoniam illa est primo repræsentata per speciem intelligibilem & primo intelligibilis, vt in litera dicitur.

¶ *Num intellectus cognoscit singulare reflexe.*

Quæstio. ¶Circa secundã conclusionẽ dubiũ occurrit: quia cũ omnis cognitio fiat per assimilationẽ: & intellectus nũquàm neq; in actu recto neque reflexo assimiletur singulari, sequitur ꝙ nũquàm cognoscat ipsum. Et cõfirmatur: quia si intellectus intelligit singulare siue recte siue reflexe, sequitur, ergo format in se cõceptũ ipsius singularis: cũ omnis intellectio in cõceptu aliquo cõsistat: & propositio singularis formari nõ potest nisi cõceptus incõplexus termini singularis habeatur: sed in intellectu nõ potest esse conceptus materialis indiuidui vt sic: ergo probatur minor: quia conceptus est similitudo expressa rei conceptæ: repugnat autẽ intellectui nostro hic habere similitudinem materialis indiuidui, vt patet, quia aliter non abstraheret ad hic & nunc. Et nihil prohiberet ponere species intelligibiles singulariũ in intellectu nostro: par enim est ratio quo ad hoc de similitudine impressã & expressã.
¶Ad oppo. autem ducit demonstratio Arist. in 2. de anima de sensu cõmuni, quòd oportet iudicem discernentem aliqua duo, cognoscere vtrunque: sed intellectus ponit differentiam inter vniuersale & singulare. ergo.
¶In hac difficultate dicẽdũ mihi videtur: & ꝙ intellectus cognoscit vtrũq;, & ꝙ nõ format propriũ cõceptũ singularis: sed intelligit ipsum in cõceptu alterius: qui tamẽ est eius quodãmodo. Ad quorũ euidẽtiã sciẽdũ est, ꝙ dupliciter experimur nos intelligere aliquid, s. in seipso & in alio. In seipso quidẽ: cũ cognoscẽdo formamus in nobis cõceptũ illius rei quã intelligimus: sicut cũ intelligimus graue, formamus in nobis cõceptũ propriæ rationis formalis ipsius grauitatis: & cum percipimus bouẽ, formamus in nobis cõceptũ propriæ differẽtiæ, &c. In alio vero cũ vnũ cõcipimus: & aliud in illo concepto arguimus inueniri: quod tamẽ quid sit non concipimus. Sicut cũ cõcipimus sapientiã infinitã esse, rẽ quẽdã excellẽtissimã subesse arguimus: quid tamen sit res illa ignotum est, Sic enim res illa & nota quodãmodo & ignota est. Nota quidẽ in alio, s. in cõceptu sapiẽtiæ infinitæ: ignota secundũ suam rationẽ formalẽ & consequenter in proprio cõceptu: nota arguitiue, ignota directe; nota quantum ad quæstionẽ quia est: ignota quãtũ ad quæstionẽ quid est. Et hoc modo singulare materiale notũ est intellectui nostro. Nunquàm enim cõcipere nos experimur siue directe siue indirecte Sorteitatẽ, quãuis cõcipiamus singularitatẽ in communi. Si enim cõciperemus hoc albũ aut hũc hominẽ proprio cõceptu: illo intellectus vt intellectus est, esset hoc materiale signatũ: & quidditatiuã cognitionẽ haberet singularis vt sic: cũ nil aliud sit nosse quod quid erat esse alicuius quàm cõcipere illud secũdũ propriũ illius cõceptũ vt sic, Sed bene experimur ꝙ ponimus differen-

tiã inter Sortẽ & quod quid erat esse hominis inter hoc & vniuersale. Et ideo oportet ꝙ vtrũque cognoscatur: sed ad hoc sufficit cognitio arguitiua. cõcipientes enim in nobis hominẽ & singularitatẽ: & ꝙ homo nõ subsistit per se, &c. arguitur & concluditur ab intellectu in rerũ natura res quædã singularis, &c. differens ab vniuersali sibi oblato per differentiam sibi incognoscibilẽ quidditatiue, s. Sorteitatẽ, vt de

citur in 3. de Anima. Sic igitur ipsum vniuersale per speciẽ intelligibilẽ directe intelligit, indirecte autẽ singularia, quorũ sunt phãtasmata. Et hoc modo format hãc propositionẽ, Sor. est homo. Vnde patet solutio ad primum.
¶Ad secundum dicendum, ꝙ electio particularis operabilis est quasi cõclusio syllogismi intellectus practici, vt dicitur in 7. Ethi. Ex vniuersali autem propositione directe non potest concludi singularis, nisi mediante aliqua singulari propositione assumpta. Vnde vniuersalis ratio intellectus practici non mouet nisi mediante particulari apprehensione sensitiuæ partis, vt dicitur in 3. de Anima.
¶Ad tertium dicendum, quòd singulare non repugnat intelligenti inquantum est singulare, sed inquãtum est materiale[e]: quia nihil intelligitur nisi immateraliter. Et ideo, si sit aliquod singulare & immateriale sicut est intellectus, hoc non repugnat intelligenti.
¶Ad quartũ dicẽdũ, quòd virtus superior potest illud quod virtus inferior, sed eminentiori modo. Vnde id quod cognoscit sensus materialiter & cõcrete (ꝙ est cognoscere singulare directe) hoc cognoscit intellectus immaterialiter & abstracte, qđ est cognoscere vniuersale.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum intellectus noster possit cognoscere infinita.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ intellectus noster posit cognoscere infinita. Deus enĩ excedit omnia infinita. Sed intellect⁹ noster potest

deitate excẽplariter manifestũ est. Cõcipitur ergo singulare ab intellectu nostro: non proprio, sed alieno conceptu, qui tamen est aliquo modo, s. cõfuse & arguitiue eius, non repræsentatiue, quẽadmodũ deitas cõcipitur in alieno conceptu, qui est tamẽ deitatis cõceptus nõ repræsentatiue, sed arguitiue: & hoc sufficit ad ponẽdũ differentiã inter deitatẽ sic cognitã, & id quod directe cõcipimus. Et propterea diuus Th. in corpore articuli intellectũ cognoscere singulare dicit: & in responsionibus ad colligationem partis sensitiuæ cum intellectiua confugit: b 283 insinuãs per hoc ꝙ nũquàm intellectus hoc signatũ indiuiduum conceptu proprio, nisi incognitiua attingit: & quòd per illam ipse intellectus arguitiue attingit ad illud. Et hoc expressius indicat in q. de anima. ar. 20. in responsione ad primum secundo loco obiectorũ: vbi dicit, quòd ista reflexio non perficitur nisi adiunctionẽ virtutis imaginatiuæ. Et hæc si bene perspexeris, multa obscura patefient tibi. 433 *inf. q. 87. art. 3. ad secundum. Et opus. 9. q. 81.* Nec te moueat ꝙ in calce corporis articuli dicat quòd intellectus cognoscẽdo indire-

cte singulare, format hanc propositionem, Sor. est homo. propterea quia formare hanc propositionem exigit formare conceptum Sor. Perspice supradicta, & vide quòd intellectus format hanc propositionem de ignota deitate si vocaretur A. A est substantia prima, &c. & tamen careret proprio conceptu ipsius A. ita intellectus format propositionem hanc, Sort. est homo solo illo conceptu confuso & quid nominis contentus in seipso, vt patet ex dictis.
Annot. ¶In responsione ad quartũ nota duo. Primũ est, ꝙ respõsio cõsistit in hoc ꝙ arguendo cõmittitur sophisma figuræ dictionis à quid ad quomodo: quoniam idẽ dicitur esse quod cognoscitur à sensu & intellectu: sed nõ eodem modo: quia à sensu concrete, ab intellectu abstracte: & ideo cum subsumitur sensus cognosci singulare, perinde est ac si diceretur ꝙ sensus cognoscit concrete: hoc enim est cognoscere singulare, vt in litera dicitur. Secundũ est quòd hinc habes ꝙ aliquid defert secum species visibilis quod visi non discernitur: & similiter species audibilis & similes: percipiũt enim sensus obiecta sua tãtũ signate: quidditates autẽ & passiones eorũ quæ simul vehũtur, ab altiori potẽtia discernũtur: quod tamẽ nõ est alia cognoscere nisi oblata per species sensibiles: alio modo q̃ sensus exterior, aut vis inferor.
¶In hoc articulo aduerte ꝙ Scotus in 4. dist. 45. q. 3. tenet ꝙ intellectus noster intelligit singulare sensibile intuitiue, hoc album, &c. quod sentitur: & sensationem ipsam: & affert pro se primam & quartam rationes: quæ in litera sunt arguendo: sed quia soluuntur in litera non oportet aliter laborare.

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæsextæ Articulum.*

Coment. TItulus clarus.
¶In corpore sunt tres conclusiones: aut vna habens tres partes, scilicet intellectus noster nec actu nec habitu potest intelligere infinita, sed in potentia tantum. Et probatur in litera tali ordine. Quia primo probatur pars affirmatiua, scilicet quod in potentia. Secundo, prima negatio, scilicet quòd non actu. Tertio, secunda negatio, scilicet quòd nec habitu.
¶Quo ad primum ratio est hæc, Obiectum intellectus nostri non competit infinitum nisi in potentia. ergo intellectus noster potest intelligere infinita in potentia. Antecedens probatur: quia illud est quidditas sensibilis, quæ non habet infinitatem nisi in potentia, vt patet 3. physi. consequentia vero probatur, quia eodẽ modo oportet se habere intellectum ad infinitum quo se habet illius obiectum: quod probatur, quia oportet potentiam proportionari obiecto proprio.
Annot. ¶Circa hanc rationem aduerte primo quòd tenet: propterea, quia quidditas rei materialis supponit obiectum & motiuum & adæquatum intensiue respectu intellectus nostri pro statu isto, de quo est sermo: si enim intellectus ab ea mouetur, & in nihil potest quod illius aliquid aliquo modo non sit vt sic: consequens est, quòd vnumquodque ita se habet ad cognosci à tali intellectu, quomodo se habet ad talẽ quidditatem, quod ergo in tali quidditate in potentia tantum inuenitur, in intellectu quoque illo potentialiter tantum inueniri oportet, & ideo infinita vt quidditas sensibilis in essendo, sic intellectus in cognoscendo non nisi in potentia habet.
¶Aduerte secundo, ꝙ hæc ratio nõ tantum probat partẽ affirmatiuam, s. ꝙ intellectus intelligit in potentia infinita: sed negatiuam, s. quòd non actu. Veruntamen in litera ex propriis infiniti & actus, additur ratio specialis ad partem hanc negatiuã.
Coment. ¶Quo ad secundum ergo probatur dupliciter: ex eadem tamen radice. Primo sic, Infinitum non habet vnam speciem. ergo non potest actu cognosci ab intellectu nostro. consequentia nota: quia intellectus noster non potest simul actu intelligere nisi vnica specie repræsentata. Antecedens probatur: quia alioquin infinitum haberet rationem totius & perfecti, Secundo sic, Infinitum non potest cognosci nisi accipiendo partem post partem: ergo non potest actu cognosci nisi numerando partes

partes: sed hoc est impossibile fieri actu. ergo non potest actu cognosci. Antecedens patet ex diffinitione eius 3. Physic. consequentiæ sunt per se notæ.
Annota. ¶Circa primam rationem dubium occurrit. Quoniam aut falsum assumit, aut concludit, quòd infinita à nullo intellectu possunt simul actu cognosci: cuius tamen oppositum superius in 14. q. diffinitũ est respectu intellectus diuini. Cum enim infinita

cognoscere Deũ, vt suprà dictũ est[e]. Ergo multo magis potest cognoscere oĩa alia infinita.
¶Præterea, Intellectus noster natus est cognoscere genera, & species. Sed quorundam generum sunt infinitæ species sicut numeri, proportiones & figuræ. Ergo intellectus noster potest cognoscere infinita.
¶Præterea, Si vnũ corpus nõ impediret aliud ab existẽdo in vno & eodẽ loco, nihil prohiberet infinita corpora in vno loco esse. Sed vna species intelligibilis non prohibet aliã ab existẽdo simul in intellectu. Cõtingit enim multa scire in habitu. Ergo nihil prohibet intellectũ nostrũ infinitorũ scientiam habere in habitu.
¶Præterea, Intellectus cum non sit virtus materiæ corporalis, vt suprà dictum est[e], videtur esse potentia infinita. Sed virtus infinita potest esse super infinita. Ergo intellectus noster potest cognoscere infinita.
¶SED CONTRA est quod dicitur in 1. Physic. quòd infinitum inquantum est infinitum est ignotum.

CONCLVSIO.

¶Intellectus humanus non potest actu vel habitu intelligere infinitum, sed in potentia tantum.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd cum potentia ꝓportionetur suo obiecto, oportet hoc modo se habere intellectũ ad infinitum, sicut se habet eius obiectum, quod est quidditas rei materialis. In rebus autẽ materialibus nõ inuenitur infinitũ in actu, sed solum in potentia secundũ ꝙ vnũ succedit alteri: vt dicitur in 3. Physic. Et ideo in intellectu nostro inuenitur infinitũ in potentia, in accipiendo, s. vnum post aliud[e]: quia nunquã intellectus noster tot intelligit quin posit plura intelligere. Actu autem vel habitu non potest cognoscere infinita intellectus noster. Actu quidẽ non, quia intellectus noster non potest simul actu cognoscere nisi quod per vnã speciẽ cognoscit[e]. Infinitam autẽ non habet vnũ speciẽm: alioquin haberet totã rationem totius & perfecti. Et ideo non potest intelligi, nisi accipiendo partem post partem, vt ex eius diffinitione patet in 3. Physi. Est enim infinitum cuius quãtitatem accipiẽtibus semper est aliquid extra accipere. Et sic infinitum cognosci non posset actu, nisi omnes partes eius numerarentur: quod est impossibile. Et eadem ratione non possumus intelligere infinita in habitu. In nobis enim habitualis cognitio causatur ex actuali consideratione. Intelligendo enim efficimur scientes, vt dicitur in 3. Ethic. Vnde non possemus habere habitum infinitorum secundum distinctam cognitionem nisi considerauissemus omnia infinita, numerando ea secundum cognitionis successionem. Quod est impossibile. Et ita nec actu,

possint dupliciter repræsentari & cognosci, s. per 55 modũ infiniti, id est per partem post partẽ: & per modum finiti, i. similiter vt ibidẽ dictũ fuit. Si in antecedẽte est sermo de infinito per modum infiniti, verũ est, & infert, ergo infinitũ à nullo intellectu est cognoscibile actu. Si autem est sermo de infinito per modum finiti sic falsum est ans: quia non repugnat infinitis repræsentari simul vnica specie: vt patet de specie intellectus diuini.
¶Ad hoc dicitur, ꝙ prima facie aspicienti, am- 863 bigua occurrit intentio literæ: qm̃ si attendimus ad cõclusionẽ intentam, constat, ꝙ sermo est de infinitorũ actuali cognitione quocunq; modo, s. siue per modũ infiniti: siue per modũ finiti: dũmodo distincte infinita cognoscantur. Intendit nãq; cõcludere, ꝙ intellectus noster non potest actu cognoscere infinita distincte: vt patet in calce corporis articuli: & de se notum est. Si vero attẽdimus ad mediũ terminum: sic videtur, ꝙ sit sermo restrict⁹ ad infinitum per modum infiniti: qm̃ mediũ assumptũ se tenet ex parte conditionum ipsius infiniti secundum se: quia, scilicet habet rationem partis & b imperfecti. Si enim ex hoc 168 repugnat sibi habere vnã 438 speciem: ergo repræsen- b tari per vnã speciem repugnat sibi ex intrinse- 427 co: & consequenter impossibile est, quòd vna specie repræsentetur cuicũq; intellectui. Sed cum hoc sit falsum, quia infinita vna specie repræsentantur actu simul Deo & animæ Christi, &c. cõsequẽs est vt medium hoc intelligatur de infinito per modũ infiniti: sic enim repugnat ex intrinseco repræsentari vna spẽ actu & cognosci. Et manifestatur sensus iste ex secunda ratione: quæ manifeste loquitur de infinito per modũ infiniti. Subtilius tamẽ proficientibus ambiguitatis solutio apparet, recolendo, ꝙ non de quacunque specie & cognitione, sed nostri intellectus & naturali pro statu isto est sermo. Ad cuius euidentiam scito primò, quòd infinita (sicut & quodcunque aliud obiectum intellectus nostri) duplicem habitudinem habent respectu intellectus nostri, seu suæ speciei & cognitionis, scilicet causæ & repræsentati. Causæ quidẽ, quia scientia nostra causatur & mensuratur à rebus. Repræsentati autem: quia res cognita per speciem propriam; qualis est infinitum sensibile: si cognoscitur distincte, repræsentatur per propriã speciem. Scito secundo, quòd infinito repugnat ex intrinseco causare speciem sui adæquatã: & hoc quia habet rationem partis & imperfecti, i. quia id quod actu est, aut habetur de infinitis partis, & imperfecti rationẽ habet, quoniã semper est extra aliquid sumere, vt dicitur in 3. Physic. Ex hoc enim ꝙ extra id quod actu sumitur, aut consideratur, semper restat extra aliquid infiniti: sequitur ꝙ nunquã totum cõcurrit ad causandum sui speciẽ, sed semper vt pars: nũquam vt complerũ, sed semper vt incõpletũ & cõsequẽter nũquã poterit adæquatã sui speciẽ causare: omne enim totũ causans adæquatã sui speciem oportet secundũ se totũ causare illam. Scito tertio ꝙ quãuis infinito non repugnet distincte repræsentari vnica specie, per modum finitæ absolute loquendo: repugnat tamẽ sibi repræsentari sic vnica specie naturali nostri intellectus. prima pars huius dicti patet de infinitis cognitis à Deo. Secunda pars patet ex eo, quòd species intellectus nostri est causata à rebus: infinito autẽ repugnat habere talem speciẽ: & vtriusq; ratio est: quia infinito repugnat habere vnã speciem proportionalẽ sibi. Si enim proportionata est infinito, cũ ipsum habeat rõnẽ incompleti, ergo ipsa incomplete repræsentabit. Si autem est species excessiue repræsentãs, quales sunt species non acceptæ à rebus, tunc non oportet eas commensurari, &

proportionari infiniti naturæ. Intendit ergo tam cõclusio quàm mediũ de repræsentatione & cognitione infiniti distincte: siue per modum finiti, siue per modum infiniti: respectu intellectus tamẽ nostri quo ad naturalia tantum, respectu cuius obiectum habet rationem non solum repræsentati, sed etiam causæ & mensuræ, quã nõ habet respectu speciei intellectus diuini. Et ideo hæc doctrina non repugnat superioribus

nec habitu intellectus noster potest cognoscere infinita, sed in potẽtia tantũ vt dictum est[e].
¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut suprà dictum est, Deus dicitur infinitus sicut forma, quæ non est terminata per aliquã materiam[e]. In rebus autem materialibus aliquid dicitur infinitum per priuationem formalis terminationis. Et quia forma secũdum se nota est, materia autem sine forma ignota: inde est quod infinitum materiale est secundum se ignotum. Infinitum autem formale quod est Deus, est secundum se notum[e]: ignotum autem quo ad nos propter defectum intellectus nostri qui secundum statum præsentis vitæ habet naturalem aptitudinem ad materialia cognoscenda. Et ideo in præsenti Deũ cognoscere non possumus, nisi per materiales effectus. In futuro autẽ tolletur defectus intellectus nostri per gloriam, & tunc ipsum Deum in sua essentia videre poterimus, tamen absque comprehensione.
¶Ad secundum dicendum, quòd intellectus noster natus est cognoscere species per abstractionem à phantasmatibus[e]. Et ideo illas species numerorum & figurarum, quas quis non est imaginatus, nõ potest cognoscere, nec actu nec habitu, nisi forte in genere, & in principiis vniuersalibus. Quod est cognoscere in potentia & confuse.
¶Ad tertium dicendum, quòd si duo corpora essent in vno loco vel plura, non oporteret, ꝙ successiue subintrarẽt locum vt sic per ipsam subintrationis successionẽ numerarẽtur locata. Sed species intelligibiles ingrediũtur intellectum nostrũ successiue: quia nõ multa simul actu intelligũtur. Et ideo oportet numeratas & nõ infinitas species esse in intellectu nostro.
¶Ad quartũ dicendum, quòd sicut intellectus noster est infinitus virtute, ita infinitũ cognoscit[e]. Est enim virtus eius infinita secundum quod non determinatur per materiã corporalem: & est cognoscitiuus vniuersalis, quod est abstractum à materia indiuiduali. Et per consequens non finitur ad aliquod indiuiduũ, sed quãtũ est de se ad infinita idiuidua se extẽdit.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrũ intellectus sit cognoscitiuus cõtingentiũ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ intellectus non sit cognoscitiuus contingentiũ. Quia, vt dicitur in 6. Ethic. intellectus, & sapientia, & sciẽtia non sunt contingentium, sed necessariorum.
¶Præterea, sicut dicitur in 8. Physic. ea, quæ quandoque sunt, & quãdoq; non sunt, tẽpore mensurãtur. Intellectus autẽ à tẽpore abstrahit, sicut & ab aliis conditionibus materiæ.

documentis. Secunda quoque ratio seruit eidẽ sensui: qm̃ ostendit ꝙ infinitũ cognitione ei proportionata: qualem supponit esse nostram quæ ab obiecto causatur, & mensuratur: non põt cognosci actu, nisi numerãdo partem post partem. 2
Annota. ¶Circa eandẽ rationem aliud dubium occurrit: quia non videtur bñ fundata super hoc ꝙ infinitum haberet rationẽ totius & perfecti. 55 b Hæc enĩ consequentia quæ fit in litera, s. Si infinitũ haberet vnam speciẽ, haberet rationem totius & perfecti: fundatur super ista categorica. Habens vnam speciẽ, habet rationẽ totius & perfecti: hæc enim cõstat ex prædicato antecedẽtis & cõsequentis, sed hæc est falsa: qm̃ sequeretur, quòd nulla pars haberet vnam speciem, similiter nullum imperfectum, &c. 424
¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd illa categorica si sane intelligatur, verissima est & necessaria: cũ enim omne habẽs vnam speciẽ, adæquetur & cõprehendatur ab illa, & nihil cuius aliquid extra manet, cõprehensum aut adæquatũ sit: consequẽs est, quòd quicquid vna repræsentante specie contentũ est, vt cõpletum, & totũ se habeat: alioquin aliquo in repræsentato remanẽte nõ adæquaretur secundum quodlibet sui. Ad obiecta vero dicitur, quòd pars & imperfectum 36 b possunt sumi dupliciter, s. materialiter, & formaliter. Et materialiter quidẽ vna põt specie pñtari, sed tunc habẽt rationẽ totius: quia cõprehensi totaliter. Formaliter vero impossibile est vna specie pñtari: qm̃ distincte pñtari nõ potest 434 nisi quicquid est eius repñtetur: sed imperfecto, vt sic, & parti hoc repugnat: nam vt sic sine perfectione qua priuat., repñtatur imperfectum, & pars sine eo cuius est ps. Vnde oportet horũ plures esse species proprias. *6. Ethic. le. 1. fi. Et veri. q. 15. ar. 2 ad 3.*

a ¶*Super Quæst. 86. Articulum tertium.*

Commẽt. TItulus clarus.
¶In corpore tria. Primo distinguit. Secundo respondet quæsito. Tertio infert corolarium.
¶Quo ad primum. Prima ipsa distinctio. Contingentia dupliciter, vt contingentia, & vt necessarium, habent insertum. Secundo distinctio probationis: quoniã nihil est adeo cõtingẽs, in quo non sit aliquid necessitatis, probat inductiue ex cursu Sor. &c.
¶Quo ad secundum, conclusio responsiua trimembris: contingentia vt sic directe sensu, indirecte intellectu: vt autem necessitatis ac vniuersalitatis aliquid habent directe intellectu cognoscuntur. Primo probatur: quo ad primas partes simul sic: Indiuidua materialia his modis noscuntur: contingentia sunt indiuidua materialia: ergo, &c. probatur minor: quia idem: scilicet materia & principium indiuiduationis, & contingentiæ. Probatur hoc vltimum: contingentia oritur ex potentia contradictionis, scilicet esse & non esse: potentia talis est ex materia. ergo. Secundo probatur quo ad vltimam partem per oppositum sic: vniuersalia directe ab intellectu noscuntur, sed contingentia vt necessaria sunt vniuersalia. Probatur: quia idem est principium necessitatis & vniuersalitatis, forma scilicet: & quòd vniuersalitatis probatur vniuersale fit ꝑ abstractionẽ à materia: oportet enĩ vel formã vel materiã esse illius radicẽ: ꝙ vero necessitatis, probatur: qa quæ sequuntur formã, ex necessitate insunt.
¶Corollarium per quod habetur responsio ad obiecta est, quòd ly necessarium vel contingens cum possit sumi pro re ipsa, vel vniuersali ratione rei. Si primo modo, sic, scilicet causatur scientia in eam quæ est de necessariis, & eam quæ de contingentibus. Si secundo modo sic, Omnis scientia est de necessariis, nec habet

in hoc sensu lo:um diuisio illa, sed tunc fit diuisio scientiæ à sensu, & opinione, &c.

Annota. ¶ Circa probationem primæ partis conclusionis dubitatur: quia falsum assumitur, seu supponitur, vel processus est ex particularibus. Tota enim vis probationis stat in hoc, quia contingens est contingens propter materiam quæ est indiuiduationis principium. vt patet. ex hoc enim infertur, ergo à sensu directe cognoscitur, &c. Sed hæc propositio, aut est particularis: & sic nõ concludit nisi particulariter, ergo quædam contingentia directe à sensu tantũ noscũtur, &c. cum tamẽ litera vniuersaliter quærat de cõtingẽtibus. aut est vniuersalis: & sic est falsa. Tũ quia dantur cõtingentia ĩmaterialia, vt patet in actibus liberi arbitrij: tum quia dãtur contingẽtia vniuersalia, vt hominem cõburi, &c. neutra enim ex materia indiuiduãte oriuntur, cũ ab ipsa hæc abstrahãt, illa vero oĩno aliena sunt.

Cum igitur proprium contingentium sit, quandoq; esse & quandoq; non esse: videtur ꝙ contingentia non cognoscantur ab intellectu.

¶SED CONTRA, Oĩs sciẽtia est in intellectu. Sed quædã sciẽtiæ sunt de cõtingẽtibus, sicut scientiæ morales quæ sunt de actibus humanis subiectis libero arbitrio: & etiã sciẽtiæ naturales quantũ ad partẽ, quæ tractat de generalibus & corruptibilibus. Ergo intellectus est cognoscitiuus contingentium.

CONCLVSIO.

¶ *Contingentia vt contingentia sunt à sensu directe, ab intellectu indirecte cognoscuntur, vt vero contingentia necessitatis & vniuersalitatis conditionem induunt, directe ab intellectu apprehenduntur.*

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ cõtingẽtia dupliciter possunt cõsiderari. Vno mõ secũdũ qđ contingẽtia sunt. Alio mõ secundum qđ in eis aliquid necessitatis inuenitur. Nihil enĩ est adeo contingens quin in se aliquid necessariũ habeat. Sicut hoc ipsum qđ est Sortẽ currere, in se quidẽ cõtingẽs est, sed habitudo cursus ad motũ est necessaria. Necessariũ enĩ est Sortẽ moueri si currit. Est autẽ vnũquodq; cõtingens ex parte materiæ, qa contingens est ꝙ potest esse & non esse. Potẽtia autem pertinet ad materiã, necessitas autẽ consequitur rationẽ formæ, quia ea, quæ consequuntur ad formã, ex necessitate insunt. Materia autẽ est indiuiduationis principiũ. Ratio autem vniuersalis accipitur secundũ abstractionẽ formæ à materia particulari. Dictũ autẽ est suprà[e], ꝙ per se, & directe intellectus est vlium, sensus autẽ singulariũ: quorũ etiã indirecte quodammodo est intellectus, vt suprà dictum est[e]. Sic igitur cõtingentia prout sunt cõtingentia; cognoscuntur directe quidẽ sensu, indirecte autẽ ab intellectu, rationes autẽ vles & necessariæ contingentium cognoscũtur per intellectum. Vnde si attendantur rationes vniuersales sensibiliũ, omnes scientię sunt de necessariis. Si autem attendantur ipsæ res, sic quædam scientia est de necessariis, quædam vero de contingentibus. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

¶*Num contingentia ad materiã, necessitas ad formam referantur.*

Quæstio. ¶ Circa probationẽ vltimæ partis dubitatur: qa nulla videtur esse ista differentia inter consequentia formã, & consequentia materiã quo ad necessitatẽ & contingentiam. Quoniã consequentia materiã distinguũtur in necessaria, & contingẽtia: mors enim & corruptio necessario insunt: & tñ ex materia. Et similiter consequentia formã distinguuntur in necessaria & contingẽtia: ridere enim est operatio
432 sequens formã, & tamen cõtingẽter inest: non enĩ oportet Sortem ridere.

Annota. 432 ¶ Circa cõclusionẽ principaliter intentã totũq; articulum, dubiũ occurrit: quia totus iste labor otiosus videtur, & per accidens. Otiosus quidem, quia nihil hinc habetur nisi quòd cõtingentia in particulari per sensum, in vniuersali per intellectum cognoscuntur: hic autem & scitũ erat prius ex hoc, ꝙ intellectus est vtilium, & sensus singularium. Et rursus in hoc nulla differentia est inter contingens, & necessarium: quoniam vtraque in particulari ad sensum, in vniuersali ad intellectum spectant. Per accidẽs vero, quia ex vniuersalitate, & particularitate pendet solutio, vt patet in litera: necessitas autem & contingentia per accidens, his conditionibus annexæ sunt. ergo, &c.

¶Ad euidentiam horum ex quod quid est cõtingentis & necessarij procedendũ est. Contingẽs enim cum sit quod potest esse & non esse: necessariũ autẽ quod impossibile est aliter se habere: vt patet 5. Met. cõsequens est, ꝙ cõtingentia, & necessitas entium reales non logicæ differentiæ, diuersas habeant radices: ita quòd contingentia ex potentia, necessitas vero ex actu oriatur. Cuius etiam signũ est, quòd in his inferioribus in quibus plurimũ est de potentia, maxime viget contingentia: in rebus vero superioribus maxime actus naturã participantibus: aut omnino non est, aut secundum quid est contingentia: simpliciter enim entia illa necessaria sunt: & tantum habent contingentiæ, quantum potentiæ cuiusdam admistionem patiuntur. Vnde actus purus omnino liber est, à contingentia omnino. Verum quia potentia in rebus materialibus differentia, substantialis autẽ proprietas materiæ est, & actualitas ex parte formæ se tenet, ideo cõtingentia non simpliciter, sed sensibiliũ ex materia: necessitas autẽ ex forma oriri in litera de sensibiliũ cognitione tractante dicitur. Et quoniã materia vt materia est in indiuiduis tantũ sensibilibus, inuenitur in esse reali: forma autẽ esse habet & perfectius absque sensibili natura admista: idcirco cõtingẽtia indiuiduis materialibus in litera attribuitur: nõ ꝙ sola aut oĩa indiuidua materialia sint cõtingentia: cum etiã in vniuersalibus materialibus dentur cõtingẽtia, & in cælestibus nihil sit cõtingens: sed quia indiuidua materialia sunt primo contingẽtia in gñe materialiũ: vlia enim eorũ cum à materia recedere incipiant & formæ rationẽ indui: secundario cõtingentia sunt. Et propter hoc cõtingentia & singulare sensibile cõnexa sunt non per accidens, sed per se ratione proprij principij. vtriusq;. Nec propterea remouetur quin materiã aliqua necessitas sequatur, aut formam aliqua cõtingentia cõmitetur. Sed bene sequitur, quòd formæ nulla cõtingentia adiungatur, nisi ratione potẽtiæ admistæ: & similiter materia nullius necessitatis sit causa nisi ratione actus quẽ participat. Materia enim ratione potẽtiæ cum vtraq; cõtradictionis partẽ respiciat, necessariũ non respicit: participatione vero actus necessitatis expers non est. Et hoc dupliciter: quia vel vt participat actualitatem, induendo modum actus: puta quia hoc ipsum qđ est esse in potẽtia, habet actũ: & sic conuenit sibi necessitas ordinis ad vtranque cõtradictionis partẽ sub disiũctione: & hinc prouenit necessitas corruptionis vtriusq;. Vel vt participat actum per analogiam, seu proportionem ad ipsum: & sic conuenit sibi necessitas dispositionum materialium, & hinc fit vt quedã accñtia dicãtur cõsequi materiã vt quantitas, &c. Et similiter formam, cum ratione actualitatis non cõsequatur potentiã cõtradictionis, sed potius actuale aliquid quicquid ipsam ꝙ on inseparabiliter comitatur, totum vt sic ratione potentiæ sequitur: dico autem vt sic, id est inquantum separabilis rationem habet: quantum enim separabilitatis, tãtum habet elongabilitatis ab actu, & proximitatis cum potentia. Vnde facile patet responsio ad omnia quæsita & obiecta.

¶Ad primum ergo dubiũ dicitur dupliciter. Primo quòd contingentia attribuitur indiuiduis materialibus nõ tantũ, sed primo: non simplr, sed in genere sensibilium, de quorũ cognitione est qõ: & ideo non obstat ꝙ detur cõtingentia & in rebus immaterialibus secũdũ esse vt in volitate, & secũdũ rationẽ vt in vlibus. Secundo dicitur ꝙ quãtũ ad præsentẽ literã spectat, cõtingẽtia distĩguũtur hic nõ tñ cõtra necessaria, sed etiã cõtra rationes cõtingẽtiũ, ita ꝙ vlia cõtingẽtiũ in litera cõprehẽdũtur sub rationibus cõtingẽtiũ & nõ sub ipsis contingentibus. Nec contra hoc põt obiici, ꝙ sic nulla esset differentia inter cõtingẽtia, & necessaria in sensibilibus quo ad cognosci: qm nec ipsa necessaria directe intelligũtur, sed ratiões eorũ. Soluit enĩ hoc p intereptionẽ: qm entia necessaria, vt sic abstrahũt ab omi tpe & mutatione: cũ sint impossibilia aľr se habere: ac p hoc cum ista sint cõsequentia materiã necessaria, quãto magis appropinquãt ad materiã, tãto minus sunt necessaria. Entia vero cõtingentia ecõuerso se hñt. Et ppterea formaliter loquẽdo, negatur, ꝙ necessaria sensibiliũ repugnẽt intelligibilitati: qm inquãtũ necessaria sunt, non habẽt aliquã repugnãtiam, imò habẽt pximitatem: qa scibile oportet esse necessariũ: sed ꝙ q̃dã necessaria sensibilia directe nõ intelligantur, hoc est per accidens: quia sunt particularia sensibilia, sed ipsa contingentia habẽt per se repugnantiam ad intelligibilitatem: quia vt contingentia sunt, ex materia sunt, quia ex potentia quæ ex materiæ differentia: rationes autem eorum quia à materia aliqualiter abstrahunt, quanto à materia recedunt, tanto à contingentia separantur, & præceptibiles sunt ab intellectu: & propterea merito ab ipsis contingentibus distinctæ sunt in proposito. Vtraque tamen respõsio quo ad rem in idem redit: sed pro literæ intellectu hæc explicari expedit.

¶Ad secundum vero dicitur, ꝙ distinctio illa quæ adducitur sane intellectiua, vera est. Nec obstãt differẽtiæ assignatæ in litera. vt enim ex dictis patet, differẽtia inter consequẽtia, formã, & materiam in hoc quòd illa necessaria, hæc contingẽtia sunt, intelligitur de forma vt forma seu actu, & materia vt materia seu potentia. Distinctio vero consequentium tam formã quàm materiam in necessaria & cõtingentia: intelligitur de forma vt cõplectitur in se rationem actus & potentiæ: & similiter de materia vt habet rationẽ potentiæ: & sapit rationẽ actus aliquo mõ, vt expositũ est.

¶Ad tertiũ autẽ dicitur, ꝙ articulus iste cũ suo pcessu necessarius & per se est. Nec est verũ, ꝙ nihil aliud hinc habeatur nisi, ꝙ cõtingẽtia in particulari per sensum, in vli vero per intellectũ apprehẽduntur. Sed hic habetur ꝙ cõtingentia absolute loquẽdo, sensu, non intellectu apprehẽduntur nisi indirecte. Vñ nõ discutit hoc prius notũ: sed ponit subtilis differẽtia inter necessariũ & cõtingẽs quo ad cognosci: qa necessariũ spectat ad intellectũ cõtingens ad sensum: & hoc, qa cõtingẽtia in rebus sensibilibus est cõditio cõsequẽs materiã indiuiduãtem sensibilia: necessitas autẽ formam fundantẽ oẽm vlitatẽ. Vñ non per accidẽs se hñt cõtingẽtia & necessitas ad vlitatem & particularitatẽ, sed pro se quãuis nõ p se primo, sed ratione cõis radicis. Materia enĩ vt materia, radix ẽ cõtingẽtiæ, atq; ĩdiuiduatiõis: & sĩr forma vt forma, radix ẽ necessitatis & vlitatis. Et hæc cõnexio apte assignat̃ ĩ litera rõ cõclusiõis, quare, &c.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum intellectus noster cognoscat futura.*

AD QVARTVM sic pceditur. Videt ꝙ itellect⁹ noster cognoscat futura. Intellectus enim noster cognoscit per species intelligibiles quæ abstrahuntur ab hic & nunc: & ita se habent indifferenter ad omne tempus. Sed potest cognoscere præsentia. Ergo potest cognoscere futura.

¶Præterea, Homo quãdo alienatur à sensibus, aliqua futura cognoscere põt: vt patet in dormientibus & phreneticis. Sed quãdo alienat̃ à sensibus, magis indiget intellectu. Ergo ĩtellectus quãtũ est de se, est cognoscitiu⁹ futurorũ.

¶Præterea, Cognitio intellectiua hominis efficacior est quàm cognitio quæcunque brutorum animalium. Sed quædam animalia sunt quæ cognoscũnt quædam futura: sicut corniculæ frequenter crocitãtes significãt pluuiam mox futuram. Ergo multo magis intellectus humanus potest futura cognoscere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Eccles. 8. Multa hominis afflictio, qui ignorat præsentia, & futura, nullo potest scire nuntio.

CONCLVSIO.

¶*Futura contingentia vt sit & in seipsis, non nisi reflexe cognoscuntur ab intellectu, & à solo Deo directe propter æternitatis eius intuitũ: sed futura contingentia in causis necessarijs certa cognitione cognoscuntur, in causis vero vt pluribus causantibus per coniecturã.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, quòd de cognitione futurorũ eodẽ modo distinguẽdum est, sicut de cognitione cõtingentium[e]. Nam ipsa futura vt sub tẽpore cadunt, sunt singularia, quæ intellectus humanus non cognoscit nisi per reflexionem, vt suprà dictum est[e]. Rationes autẽ futurorũ possunt esse vniuersales, & intellectu perceptibiles: & de eis etiã possunt esse scientiæ. Vt tñ cõiter de cognitione futurorum loquamur, sciendũ est, ꝙ futura dupliciter cognosci possunt. Vno modo in seipsis, alio mõ in suis causis. In seipsis quidem futura cognosci nõ possunt nisi à Deo, cui etiam sunt præsentia dum in cursu rerum sunt futura, inquantũ eius æternus intuitus simul fertur supra totum temporis cursum, vt suprà dictum est[e], cum de Dei scientia ageretur. Sed prout sunt in suis causis, cognosci possunt etiam à nobis. Et si quidem in suis causis sint, vt ex quibus ex necessitate proueniant, cognoscuntur per certitudinem scientiæ, sicut astrologus præcognoscit eclipsim futuram. Si autem sic sint in suis causis vt ab eis proueniant vt in pluribus, sic cognosci possunt per quandam coniecturam[e], vel magis vel minus certam, secundum quod causæ sunt, vel magis vel minus inclinatæ ad effectus.

435 Supra q. 14. ar. 13. Et q. 57. artic. 3. Et 22. q. 95. art. 1. Et 1. dist. 38. art. 5. Et 2. dist. 7. q. 1. art. 2. Et 1. contra c. 67. Et veri. q. 8. art. 11. et ma. 16. art. 7. Et opu. 3. c. 135. lib. 136.

92

432

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum quartum.*

Commẽt. Titulus clarus est. ¶In corpore duo. Primo respondet quæsito directe. Secundo amplificando quæstionem, respondet vniuersaliter de cognitione futurorum.

¶Quo ad primum est vnica distinctio bimembris cum conclusionibus iuxta singula membra. Distinctio est, futura dupliciter, secundum seipsa, vel secundum eorum rationes, vt de contingentibus dictum est, &c. ¶Conclusio prima, futura vt sic, intellectu non nisi reflexe noscuntur. Probatur, quia sunt singularia.

¶Conclusio secunda, futurorum rationes intellectu perceptibiles sunt, & scientiæ possunt esse de eis, &c. Probatur, quia vniuersales sunt. Omnia declaranda relinquuntur iuxta distinctionem in præcedenti artic. de contingentibus.

¶Quo ad secundum extenditur quæstio ad omnia futura, & non solum sensibilia, & ad omnem intellectum, & non solum humanum. Atque respondetur cum distinctione trimembri, singulis conclusionibus iuxta membra singula appositis.

¶Distĩ ẽ, Futura dupliciter ĩ seipsis, vel causis suis: & his vel necessariis, vel ĩ plurib⁹.

¶Conclusio prima, futura in seipsis à solo Deo cognoscũtur, ppter æternitatis intuitũ. ¶Cõclo secũda, futura in causis necessariis à nobis noscũtur certe, vt declarat̃ ĩ eclipsi. ¶Conclusio tertia, futura in causis vt in pluribus noscuntur per coniecturam plus, & minus, iuxta inclinationem causarum, vt patet ex se. Circa hæc nihil occurrit repetendum, sed pertinentia ad primo dicta in præcedenti articulo pertinentia ad nunc dicta in quæstione 14. videantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ratio illa procedit de cognitione, quæ fit per rationes vniuersales causarum, ex quibus futura cognosci possunt secundum modum ordinis effectus ad causam.

¶Ad secundum dicendũ, quòd sicut Aug. dicit 12. confes. aĩa habet quãdam vim Sortis, vt ex sui natura possit futura cognoscere. Et ideo quãdo retrahitur à corporeis sensibus, & quodammodo reuertitur ad seipsam, fit particeps notitiæ futurorum. Et hæc quidem opinio rationabilis esset, si poneremus quòd anima acciperet cognitionem rerum secundum participationẽ idearum, sicut Platonici posuerũt[e]: quia sic aĩa ex sui natura cognosceret vniuersales causas omnium effectuum, sed impeditur per corpus. Vnde quando à corporis sensibus abstrahitur, futura cognoscit. Sed quia iste modus cognoscẽdi non est connaturalis intellectui nostro, sed magis vt cognitionem à sensibus accipiat, nõ est secundũ naturã aĩæ, quòd futura cognoscat cum à sensibus alienatur: sed magis per impressionẽ aliquarũ causarũ superiorũ spiritualium & corporalium. Spiritualiũ[e] quidẽ, sicut cum virtute diuina ministerio angelorũ intellectus humanus illuminatur: & phantasmata ordinantur ad futura aliqua cognoscenda, vel etiã cum per operationẽ dæmonum fit aliqua commotio in phãtasia[e], ad præsignandũ aliqua futura quæ dæmones cognoscunt, vt suprà dictũ est[e]. Huiusmodi autem impressiones spiritualiũ causarũ magis nata est anima humana suscipere cũ à sensibus alienatur: quia per hoc ppinquior fit substantiis spiritualibus & magis libera ab exterioribus inquietudinibus. Cõtingit autẽ & hoc per impressionem superiorũ causarum corporaliũ materialiũ. Manifestũ est enim quòd corpora superiora imprimunt in corpora inferiora. vnde cum vires sensitiuæ sint actus corporaliũ organorũ, cõsequens est ꝙ ex impressione cælestiũ corporũ immutetur quodãmodo phantasia. Vñ cũ cælestia corpora sint causa multorum futurorũ, fiunt in imaginatione aliqua signa quorũdam futurorũ. Hæc autẽ signa magis percipiũtur in nocte & à dormiẽtib⁹ quàm de die & à vigilãtibus: quia, vt dicitur in libro de som. & vigi. quæ deferuntur de die, dissoluuntur magis. Plus est enim sine turbatione aër noctis, eo ꝙ silẽtiores sunt noctes: & in corpore faciũt sensum propter somnũ, quia parui motus interiores magis sentiũtur à dormientibus q̃ à vigilantibus. Hi vero motus faciunt phantasmata ex quibus præuidentur futura.

¶Ad tertiũ dicendũ, quòd animalia bruta non habent aliquid supra phantasiam quod ordinet phantasmata, sicut habẽt hoĩes rationẽ. Et ideo phantasia brutorũ aĩaliũ totaliter sequitur impressionem cælestẽ. Et ideo ex motibus huiusmodi animaliũ magis põt cognosci q̃dã futura (vt pluuia & huiusmodi) quàm ex motibus hominũ qui mouentur per cõsilium rationis. Vñ Philosophus dicit in libro de som. & vi. quòd quidem impudẽtissimi sunt maxime præuidentes. Nã intelligentia horũ nõ est curis affecta, sed tanquam deserta, & vacua ab omnibus, & mota secũdum mouens ducitur.

Annota. 92 ¶ In respõsione ad secundum afferuntur duę opiniones de causa præuisionis futurorum ab anima nostra, iuxta mortẽ præcipue, vt Gregor. vult in quarto dialogo. & in somnis, vt experimur: & similiter in extasi: & vniuersaliter in alienatione à sensibus.

288 ¶Prima est, ꝙ anima ex sui natura hoc habet. Secũda est, quòd anima habet hoc ex participatione superiorũ causarum. Primam ex August. & Platonicam dicit & irrationabilẽ, quia talis modus cognoscendi, f. per participationem superiorũ seu idearũ, nõ est connaturalis animæ nostræ. ¶Secundã declarat, primo distinguendo causas superiores in spirituales & corporales, &c. & reddendo causam, quare magis in alienatione sensuum: quia, scilicet maior approximatio, seu conuersio ad spiritualia
419 per recessum à corporalibus quo ad primas: & quia noctes silentiores aer quietus, & in somnis parui motus interiores percipiuntur, vtpote aliis non impedientibus: & anima etiam non intenta, aut occupata aliis quo ad secundas.

QVAESTIO OCTVAGESIMASEPTIMA, Quomodo anima intellectiua seipsam, & ea, quæ sunt in ipsa, cognoscat, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est quomodo anima intellectiua cognoscat seipsam, & ea quæ in se sunt. ¶Et circa hoc quærũtur quatuor. ¶Primo vtrũ cognoscat seipsam per suam essentiam. ¶Secundo, quomodo cognoscat habitus in se existentes. ¶Tertio, quomodo intellectus cognoscat proprium actum. ¶Quarto, quomodo cognoscat actum voluntatis.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiam.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima intellectiua seipsam cognoscat per suam essentiam. Dicit enim Aug. 9. de Trin. quòd mens seipsam nouit per seipsam, quoniam est incorporea.

¶Præterea, Angelus & anima humana conueniunt in genere intellectualis substantiæ. Sed angelus intelligit seipsum per essentiã suam. Ergo & anima humana.

¶Præterea, In his quæ sunt sine materia, idem est intellectus & quod intelligitur, vt dicitur 3. de Anima. Sed mens humana est sine materia: non enim est actus corporis alicuius, vt suprà dictum est[e]. Ergo in mente humana est idem intellectus, & quod intelligitur. Ergo intelligit se per essentiam suam.

¶SED CONTRA est quod dicitur in tertio de Anima, quòd intellectus intelligit seipsum sicut, & alia. Sed alia non intelligit per essentiam eorum, sed per eorũ similitudines. Ergo neq; se intelligit per essentiã suam.

a ¶*Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum primum.*

Annota. Titulus ex sæpe dictis clarus. Ly enĩ per, notat rationẽ
547 intelligendi qualem ponimus in specie intelligibili. Ita quòd sensus est:
822 an ipsa essentia animæ sit subiipsi, vt species intelligibilis, respectu sui, vt cognitæ.

Commẽt. ¶ In corpore vnica est conclusio respõsiua quæsito habens duas partes: alteram affirmatiuã, alteram negatiuã, scilicet anima nostra nõ per essentiam suam, sed per actum suũ se cognoscit. Circa quã facit tria. Primo probat eam quo ad vtranq; partem simul. Secundo declarat partem affirmatiuam: quid, scilicet sit ille suus actus, ibi, Si igitur intellectus humanus. Tertio manifestat modos qbus aĩa cognoscit se per suũ actũ.

¶Quo ad primum ponitur talis ratio, Intellectus noster est pura potentia in genere intelligibili. ergo non cognoscit se per propriam essentiam, sed per actum suum. Huius rationis in litera primo ponitur ratio consequentiæ expresse, & antecedentis elicitiue. Deinde pbat̃ añs: & tertio rñdet̃ tacitæ obiectioni, ibi, Sic ẽt Platonici, &c.

¶Ratio antecedentis & consequentiæ simul est hæc propositio. Vnunquodque est cognoscibile secundum quod est in actu, & non secundum quod in potentia. Probatur primo autoritate Aristotel. 9. Meta. text. 20. Secundo ex ratione obiecti cognoscibilis, scilicet entis & veri, hoc modo, Nulla res habet rationem alicuius entis aut veri, nisi secundum quòd in actu rationem illius habet, vel participat, &c. ergo nec rationem naturæ cognoscibilis. consequentia patet. quia nihil cognoscitur nisi ens, & verum. Antecedens est per se notum: non enim domus in potentia habet rationem domus, nec album in potentia habet rationem albi. vnde non potest cognosci vt domus & album. Tertio inductione inchoante à sensibilibus vt cognoscuntur à sensibus: quia coloratum non sentitur visu nisi sit actu coloratum: & deinde à sensibilibus, vt percipiuntur intellectu nostro: in cuius signum materia non cognoscitur, nisi per analogiam ad formam, ex primo Physic. Et demum ad separata à materia deueniendo: quia in eis quælibet ita se habet ad hoc quòd sit intelligibilis per seipsam: sicut se habet ad hoc quòd sit actu. Et manifestatur hoc, graduando intelligentias penes actum & potentiam. Prima enim, quia est actus purus nulli omnino potentiæ admistus, & completus secundum totam entis latitudinem: ita quòd sua actualitas continet omnia actu eminentissimo: quia sic inquam est in essendo, ita est in intelligẽdo, ita quòd est intelligibilis per seipsam continens omnia intelligibilia: & sic per essentiam suam intelligit non solum se, sed omnia alia, & nihil extra se intelligere potest. Aliarum vero intelligentiarum essentiæ sunt actus: non tamen puri nec cõplecti, ita quòd eo quia actus sunt in genere intelligibiliũ, ideo per seipsas intelligibiles sunt actu: eo vero quia non sunt puri, sed potentiæ permisti plus, & minus, ac per hoc non continent omnia intelligibilia in seipsis actu: ideo p seipsas non sufficienter cognitionẽ pariunt aliorum. Vltimæ autem intellectualis substantię essentia pura potentia iure est in genere intelligibilium: ac per hoc nec suiipsius nec aliorũ per seipsam cognitionem nata est facere. Ex his enĩ habetur ratio, & consequentiæ & antecedentis. consequentiæ quidem: quia si vnũquodque sicut se habet ad actũ, ita ad intelligibilitatẽ, consequens est, si aliquid ex se nihil habet actus, nihil habet secundum se intelligibilitatis: ac per hoc intellectus, qui est pura potentia in genere intelligibilium, non est per seipsum intelligibilis. Antecedens vero, quia ex quo intellect⁹ supremus est actus purus, & consequenter se habentes habent aliquid actus & aliquid potentiæ crescente semper potentia cũ elongatione ab actu puro: 436
consequens est iuxta rerum ordinem, vt vltimus intellectus pura potentia sit in illo genere. Deinde probatur antecedens specialiter autoritate Aristot. 3. de Anima, text. 6. & à quid nominis, quia possibilis nominatur. Tertio respondet tacite obiectioni: vbi aduerte, quòd obiectio cum eius origine est hæc: quia enim ex dictis in litera expresse habentur duo. Primum, quòd intellectus noster ex seipso habet virtutem, vt intelligat. Secũdũ, quòd intellectus noster ex seipso non habet virtutem vt intelligatur: hinc fit vt ordo intellectuum sit infra ordinem intelligibilium. Si enim perfectio intellectus nostri quam ex se habet, sufficit ad hoc quòd intelligat, & non ad hoc quòd intelligatur, necessario sequitur, quòd plus perfectionis requiritur ad hoc quòd aliquid intelligatur, quàm ad hoc quòd aliquid intelligat. Et quoniam videbat diuus Tho. hoc ex dictis consequi: & hoc prima facie non videtur esse verum, imò tanquam inconueniens poterat sibi obiici: ideo excludit hanc phantasiam, ostendens hoc esse acceptandum vt conueniens: non solum Peripateticis (secundum quorum documenta processit) sed etiam Platonici. Vnde, inquit, quòd etiam Platonici posuerunt intellectum infra intelligibile: & probat, quia intellectus non intelligit, nisi participatione intelligibilis: participans autem constat esse infra participatum.

2. contra c. 96. principio & col. 2. fi. Et lib. 3. ca. 35. & veri. qõ. 8. ar. 6. col. fin. Et 2. de Anima. le. 6. fi. Et lib. 3. le. 8. co. 1. 363

¶*Num & quomodo intellectus sit pura potentia in genere intelligibilium.* Quæstio.

¶Circa antecedens occurrit dubium, quia falsum videtur: quoniam siue intellectus sit idem quod esse animæ, siue nõ: oportet, inquit Sco. in 1. dist. 3. q. 7. vt sit in se actus quidam. Tum quia potentia ad accidens, seu operari, non fundatur super pura potentia. Tum quia substantia animæ actus est, vt in secundo de Anima dicitur: & intellectus quoque si potentia est, in ipsa essentia est vt subiecto. ergo, &c.

¶Circa idem antecedens dubium est, an sit facienda vis in vocabulo, Intelligibilis,

bilis, an ly intelligibile sumatur communiter pro omni re immateriali. Et primum est quaerere, an intellectus noster sit pura potentia in genere intelligibilium, id est sub hoc genere quod vocatur intelligibile. Secundum vero, an sit pura potentia in genere intelligibilium, id est entium immaterialium. Refert autem plurimum quouis modo intelligatur: quoniam iuxta primum sensum limitata est propositio: iuxta secundum vero extensa est tam ad ordinē intelligibilium vt sic, quàm ad ordinē intellectuū, vt sic. Ita q sensus esset, q intellectus noster est pura potentia, & in ordine intelligibilium, & in ordine intellectuum. Est autem praeter diuersitatem sensuū ratio dubitādi: q a si intellectus noster est pura potentia in gn̄e vtroque: cōsequēs est q sicut ex se non habet rationem intelligibilis: ita non habet virtutē intelligendi: cuius oppositum in litera dicitur. Si autē in altero genere, s. intelligibilium est pura potentia, sequitur, quòd intellectus noster nō est infimus in ordine intellectuum: quia potest dari inferior: qui s. sit pura potentia in ordine intellectuum maxime distans à primo q est pur⁹ actus.

CONCLVSIO.

¶ Intellectus noster, cum sit pura potentia in genere intelligibilium, non potest seipsum per essentiā suam intelligere, sed per actum suum, per superiorum scilicet participationem.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd vnumquodque cognoscibile est secundum quod est in actu, & non secundum quod est in potentia, vt dicitur in 9. Meta. Sic enim aliquid est ens & verum, quod sub cognitione cadit, prout actu est, & hoc quidem manifeste apparet in rebus sensibilibus. Non enim visus percipit coloratum in potentia, sed solum coloratum in actu. Et similiter intellectus, manifestum est, quòd inquantum est cognoscitiuus rerum materialium, non cognoscit nisi quod est actu. Et inde est, quòd non cognoscit materiam primam, nisi secundum proportionem ad formam, vt dicitur in primo Physicorum. Vnde & in substantiis immaterialibus secundum quod vnaquaeque earum se habet ad hoc quòd sit in actu per essentiam suam, ita se habet ad hoc quòd sit per suam essentiam intelligibilis. Essentia igitur Dei, quae est actus purus, & perfectus, est simpliciter, & perfecte secundum seipsam intelligibilis. Vnde Deus per suam essentiam non solum seipsum, sed etiam omnia intelligit. Angeli autem essentia est quidem in genere intelligibiliū vt actus, non tamen vt actus purus neque completus. Vnde eius intelligere non completur per essentiam suam. Etsi enim per essentiam suam se intelligat angelus[e], tamen non omnia potest per essentiam suam cognoscere, sed cognoscit alia à se per eorum similitudines[e]. Intellectus autem humanus se habet in genere rerum intelligibilium, vt ens in potentia tantum, sicut & materia prima se habet in genere rerum sensibilium[e]. Vnde possibilis nominatur. Sic igitur in sua essentia consideratus se habet, vt potentia intelligens. Vnde ex seipso habet virtutem vt intelligat, non autem vt intelligatur, nisi secundum id quod fit actu. Sic enim etiam Platonici posuerunt ordinem entium intelligibilium supra ordinem intellectuum: quia intellectus non intelligit, nisi per participationem intelligibilem. Participans autem est infra participatum secundum eos. Si igitur intellectus humanus fieret actu per participationes formarum intelligibilium separatarum, vt Platonici posuerunt[e], per huiusmodi participationē rerum incorporearum intellectus humanus seipsum intelligeret. Sed quia cōnaturale est intellectui nostro secundū statū praesentis vitae, q ad materialia & sensibilia respiciat, sicut suprà dictum est[e]: consequens est vt sic seipsum intelligat intellectus noster secundum qd̄ fit actu per species à sensibilibus abstractas per lumē intellectus agentis: quod est actus ipsorum intelligibiliū: & eis mediantibus intelligit intellectus possibilis. Non ergo per essentiam suā, sed per actum suum se cognoscit intellectus noster[e]. Et hoc dupliciter. Vno quidem modo particulariter: secundum quod Sortes vel Plato percipit se habere animam intellectiuam, ex hoc quòd percipit se intelligere. Alio modo in vniuersali secūdum quod naturam humanae mentis ex actu intellectus consideramus. Sed verū est quòd iudicium & efficacia huius cognitionis per quam naturā aīae cognoscimus, cōpetit nobis secundum deriuationem luminis intellectus nostri à veritate diuina: in qua rationes omnium rerum continentur, sicut suprà dictum est[e]. Vnde August. dicit in 9. de Trin. Intuemur inuiolabilem veritatem, ex qua perfecte quantum possumus diffinimus nō qualis sit vniuscuiusq; hōis mens, sed qualis esse sempiternis rationibus debeat. Est autem differentia inter has duas cognitiones. Nam ad primam cognitionem de mente habendam sufficit ipsa mentis praesentia, quae est principium actus, ex quo mens percipit seipsam. Et ideo dicitur se cognoscere per suam praesentiam. Sed ad secundam cognitionem de mente habendam non sufficit eius praesentia, sed requiritur diligens & subtilis inquisitio. Vnde & multi naturam animae ignorāt & multi etiam circa naturam animae errauerunt. Propter quod August. dicit 10. de Trin. de tali inquisitione mentis. Non velut absentem se quaerat mens cernere, sed praesentem quaerat discernere, id est cognoscere differentiam suam ab aliis rebus: quod est cognoscere quidditatem, & naturam suam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd mens seipsam per se nouit, quia tandem in sui ipsius cognitionem peruenit, licet per suum actū[e]. Ipsa enim est quae cognoscitur, quia ipsa seipsam amat, vt ibidem subditur. Potest enim aliquid dici per se notum dupliciter. Vel quia per nihil aliud in eius notitiā deuenitur, sicut dn̄r prima principia per se nota. Vel quia non sunt cognoscibilia per accidens, sicut color est per se visibilis, substantia autem per accidens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd essentia angeli est sicut actus in genere intelligibilium. Et ideo se habet & vt intellectus, & vt intellectum. Vnde angelus suam essentiam per seipsum apprehendit, non autem intellectus humanus: qui vel est omnino in potentia respectu intelligibilium, sicut intellectus possibilis; vel est actus intelligibilium quae abstrahuntur à phantasmatibus sicut intellectus agens.

¶ Ad tertium dicendū, q verbū illud Philosophi vniuersaliter verū est in omni intellectu. Sicut enim sensus in actu est sensibile propter similitudinē sensibilis, quae est forma sensus in actu, ita intellectus in actu est intellectum in actu, ppter similitudinē rei intellectae, quae est forma intellectus in actu[e]. Et ideo intellectus humanus qui fit in actu per speciem rei intellectae, per eandē speciē intelligitur, sicut per formam suā. Idē autē est dicere, q in his, quae sunt sine materia, idem est intellectus & qd̄ intelligitur: ac si diceretur, quòd in his quae sunt intellecta in actu, idē est intellectus & quod intelligitur. Per hoc enim aliquid est intellectū in actu quod est sine materia. Sed in hoc est differentia: quia quorundam essentiae sunt sine materia, sicut substantiae separatae, quas angelos dicimus: quarū vnaquaeq; & est intellēa, & est intelligēs. Sed quaedā res sunt quarū essentiae nō sunt sine materia, sed solū similitudines ab eis abstractae. Vnde & Cōmen. dicit in 3. de aīa, q ppositio īducta nō habet veritatē nisi in substātiis separatis. Verificatur enim quodam mō in eis, qd̄ nō verificatur ī aliis, vt dcm̄ est[e].

Quaestio. *¶ Num & quomodo intelligibiliū ordo sit supra ordinē intellectuū.*

¶ Circa illam propositionem, scilicet, quòd ordo intelligibilium est supra ordinem intellectum, dubium occurrit: quia aut intelligitur simpliciter, aut secundum quid. Non secundum quid: quia penes ordinem secūdum quid non graduātur entia in vniuerso. Nec simpliciter: quia constat quòd intellectus vt sic, nobilior est q̄ intelligibile, quoniā intellectus significat aliquid viuens: cum intelligere viuere sit, intelligibile vero abstrahit à viuo & non viuo. Et rursus intelligibile est propter intellectum: sicut accidens propter substantiam, & non econuerso. Et similiter intelligibile potest esse accidens: vt patet de speciebus intelligibilibus: intellectus autem est substantia. Et confirmatur: quia ex hoc sequitur, quòd quilibet intellectus vt sic, esset pura potentia: aut si datur latitudo inter eos, quòd quanto intellectus est superior, tanto est magis in potentia: quod est manifeste falsum. Probatur sequela: quia si intelligibile est supra intellectum, hoc non est nisi sicut actus est supra potentiam: & cum quilibet intellectus extendat se ad ens secundum cōmunem eius rationem, consequens est quòd quilibet se habeat ad totū ens vt potentia ad actū, ac per hoc quilibet sit pura potētia: vel si aliqua datur latitudo, cum cōstet q quāto intellectus est superior, tanto plures & magis entis differentias nouit, sequetur quòd altior intellectus habet ampliorem potentiam, vtpote respectu amplioris intelligibilis: & sic intellectus diuinus vt intellectus est, esset purissima potētia, qd̄ nefas est cogitare. ¶ Ad euidētiam horum sciendum est, quòd cum duplex rerū ordo in vniuerso inueniatur, s. intelligibilis & sensibilis, & ille immaterialitate, iste materia cōstet: vterque (vt cōcludit Auer. in 3. de aīa cō. 5.) diuiditur in materiā & formā: ita quòd quemadmodum in genere sensibiliū aliquid est vt in pura potentia, & aliquid vt actus, &c. ita in genere rerum immaterialiū. Cum autē intelligere exigat intellectū & intelligibile: & proportio intellectus, vt sic ad intelligibile, sit proportio perfectibilis ad propriam perfectionem, cum in hoc consistat intellectus in actu, quòd sit intelligibile, vt ex supra dictis patet: consequēs est vt entia immaterialia in duos distribuātur ordines, s. intelligibilium & intellectualium. Et quoniam intelligibile constat ex immaterialitate perfectiua, cōsequens est vt sicut res se habet ad hoc, quòd sit immaterialiter perfectiua: ita se habet ad hoc quòd sit intelligibilis. Quòd enim intelligibile exigat immaterialitatem, patet ex eo quòd nullum materiale est intelligibile, nisi per abstractionem à materia. Quòd vero exigat perfectiuitatem, patet ex eo quòd intells ex hoc cōstituitur in actu, quia habet ipsum intelligibile. Vnde sub hoc genere quod est intelligibile, essentia diuina est oīno vt actus purus: quia immaterialis cum sit, ita est perfectiua intells respectu oīs intelligibilis, quòd respectu nullius habere pōt rationē perfectibilis. Essentia vero angelica se habet vt actus quidē, sed permistus potētiae: quia sic perficit intellectum, vt sit perfectibilis per alia intelligibilia: vnde quaelibet intelligētia praeter primā intelligit aliquid extra se. Essentia vero animae nostrae se habet vt pura potentia. Ex eo enim quòd est immaterialis, continetur infra istud genus: sed ex eo, quòd perfectiuitatem nullam habet in actu ex se, quod manifestat receptio oīm intelligibiliū in ea, & ipsius, in nullo pure potentiae locum tenet: ac per hoc infimo loco posita terminat genus intelligibilium. Sensibilia siquidem dn̄r intelligibilia in potētia aequiuoce ab aīa: aīa enim est intelligibilis in potētia, vt infra genus intelligibilium cōtenta: res vero sensibilis dicitur intelligibilis in potentia, vt res extra genus. Et rursus aīa dicitur intelligibilis in potentia propria, res vero sensibilis dicitur intellectualis potentia extrinseca, imò alterius generis, s. ipsius animae: quae potest facere eam intelligibilem. Vnde Auer. in lib. de sen. & sensa. pulchrè dixit, quòd res sensibilis transfertur de ordine in ordinē, cū fit per intellectū agētem intelligibilis actu. Quia vero intells cōstat immaterialitate pfecta, seu perfectibili per ipsum intelligibile, consequens est vt vnūquodq; quemadmodum se habet ad hoc quòd sit per intelligibile, vt sit perfectum: ita se habet quòd intelligat. Quòd enim ad intellectū exigat quòd sit immaterialis, planū est: quòd vero sit perfectus, vel perfectibilis per intelligibile ex radice cognoscitiui gradus, patet: ostēsum est enim suprà quòd ex hoc ipso quòd res est, non solum ipsa, sed alia, est cognoscitiua: & consequēter ex hoc quòd rēs est, non solum ipsa, sed alia intelligibiliter, est intellectiua: esse autē alia intelligibiliter cum contingat & actu & potentia, nihil aliud est q̄ perfectū vel perfectibile esse per intelligibile vt sic. Vn̄ in ordine intellectuū diuinus intellectus qui est ipsum totū suū intelligibile in actu secundo, est actus purus. Angelicus vero qui est totum suum naturale intelligibile in habitu, seu in actu primo, cum non oīa simul actu intelligat: habet rationem actus permisti potentiae: & hic est magna latitudo secundum quod quilibet intellectus est semper suum primo intelligibile, qd̄ est propria essentia. Intells enim qui est actualius, & vlius intelligibile, est nobilior: intellectus vero humanus, qui nullo actu intelligibile est, eo q est sicut tabula rasa, est pura potētia in ordine etiā intellectuum: habet enim quòd intellectus sit ex eo perfectibilis per intelligibile, vt sic: quòd vero in pura potentia ex eo quòd nullū actu intelligibile actu aut habitu habet ex sui natura. Ex his autē facile respōderi potest ad dubia mota. 283 Ad primum enim iam patet, quòd stat aliquid esse puram potentiam in genere immaterialium: & tamen actum in gn̄e sensibiliū. 280 Vnde Sco. deceptus est, acsi pura potentia in gn̄e intelligibili esset pura potentia simpliciter in gn̄e entium. 81 c Anima enim est actus corporis sensibilis: est autem potentia pura intellectualis. 281

¶ Ad secūdum vero iam patet, quòd intellectus noster est pura potentia in vtroque ordine, s. intellectualis & intellectus: diuersa tn̄ ratione. Et ad obiectionē in oppositum negat sequela: quoniā nō est par ratio de intellectu & intelligibili respectu purae potētiae: q a potentia est conditio diminuens rationem intelligibilis, non autē rationem intellectus. 419 Et hoc quia intelligibile habet rationem perfectiui, intellectus vero huius disiuncti quod est perfecti aut perfectibilis. Constat enim quòd potentia minuit rationem perfectiui, non autem perfectibilis. Et ad hoc pertinet ratio, qua innuitur in litera: quia, scilicet plus requiritur ad hoc quòd aliquid dicatur absolute intelligibile, quàm intellectus: quia ordo intellectuum est infra ordinem intelligibilium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quāuis possit dici, q intells & intelligibile se habent sicut excedentia & excessa: quia ille substantia, viuens, finis, gratia, cuius, &c. Illud vero actus & propria perfectio viuentis, vt sic, &c. Videtur tamē mihi q formaliter loquendo de intellectu, & intelligibili vt sic, superior simpliciter sit ordo intellectuū: qm̄ proportio intells ad intelligibile est proportio vel perfecti vel perfectibilis ad propriā perfectionē. Cōstat autē quòd duarū rationum formaliū se habentiū, vt propria potentia & proprius actus, illa quae habet rationē actus est simpl'r nobilior: vt patet. Et cōfirmatur hoc autoritate Arist. 12. Met. c. 51. vbi vult, quòd si Deus intelligeret aliquid extra se: q haberet aliquid nobilius: q a ītelligere est ppria pfectio intells. Ad obiecta vero in oppositū dicit: & primo ad primū dupliciter. Prīo q sl'm est q intelligere abstrahit à vita: imò eiusdē vitae causa nobilior est intelligere q̄ intells: q a haec vt materia, illud vt forma. Secūdo dicit, quòd esse viuū, esse substātiā, & alia hmōi, accidūt intellui & intelligibili vt sic: sicut esse figurā accidit triangulo vt habet tres: & vl'r oīne quod est extra differētialē cōceptū inferioris alicuius siue superius sit siue inferius accn̄s, i. extra rōnē formalē est. Vn̄ penes ista non est cōsiderāda nobilitas rerū: & rō in prōptu est, q a rōes rerū pēsandae sunt ex ppriis tn̄, quae cōueniūt eis per se prīo: & nō rōe supiorū, aut inferiorū, intellui autē & intelligibili vt sic cōuenit praedictā pportio, secūdū quā intells manifeste ē inferior. Ad cōfirmationē vero vltimò adductā negat seq̄la. Et ad pbōnē admissa illa negatiua, s. q intelligere nō est supra intell'm: nisi sicut actus potētia. Rn̄detur, q cū ordo superioritatis supponat distōnē inter superius & inferius, cōsequēs est q vbi intells & intelligibile sunt idē, ibi ordo praeuenitur ab identitate: nec pōt eē ordo secūdū rē, sed rōnē tn̄: & qm̄ idētitas praeuenit habitudinē potētiae ad actū, quae distōnē exigit: restat q ordo intellectuū & intelligibiliū non nisi vbi intelligibile distinguitur, aut distingueretur ab intellu ppric locū habet. Et iō falsa est illa cōsequētia, ergo qlibet intells se habet ad totū ens vt potentia ad actū: imò intells diuinus se habet ad totū ens vt actus totius entis, vt superius discussum fuit. Et quāto intells est superior, tanto est magis in actu respectu totius entis. Quaelibet enim intelligētia ē totū ens ptim in actu secūdo, & partim in actu primo. Et inter eas q̄to supior, plus entis est in actu secundo, & minus in actu primo. q a tāto habet vtilioré essentiā, q̄ semp intuetur: & vl'iores spēs cōcomitātur. Noster autē solus intells est qui est totū ens in potentia, ita q nec in actu 1. nec 2. est aliquid eorū q̄ sunt, vt dicitur in 3. de Aīa: sed posis tantū vocatus intells.

Cōmēt. ¶ Quo ad secundum, ostendit quid sit ille actus, per quem intellectus noster nouit seipsum. Et hoc ostendit ex differentia inter modum intelligendi attributum intellectui à Plato. & attributum ab Arist. Ille enim posuit, quòd intelligimus per participationem idearum, iste quòd per collectionem à sensibus, & consequenter apud illum actus intellectus est participatio idearum, apud istum acceptio à sensibilibus: ac per hoc apud illum actus per quem intellectus nouit seipsum, est participatio superiorum. Apud Arist. vero species à sensibus collecta lumine intellectus agentis: & quia hoc experimur connaturale nobis pro statu isto, &c.

Annota. ¶ Circa hanc partē aduerte diligenter inserta verba in litera, scilicet quòd intellectus agens est actus ipsorū intelligibiliū, quae abstrahūtur à materia: & eis mediantibus intelligit intellectus possibilis. Remāserāt enim duo dubia ardua valde: alterum de intellu possibili, alterū de intellectu agēte. De possibili quidē tale, res sensibilis intelligibilis in potentia sufficienter fit ex praesentia intellectus agentis intelligibilis actu: ergo intellectus possibilis sub lumine intellectus agentis fit intelligibilis in actu: ergo anima nostra per seipsam, seipsam nouit. Prima consequentia probatur: quia si id quod est in potētia remotiori, pōt secluso omni alio à tali agēte fieri tale in actu, ergo id quod est in potentia minus remota, sed cōstat rem materialē esse intelligibilē in potentia remotiori, q̄ sit intells posis: q a q̄uis vtrunq; sit intelligibile in potentia: intells tamen est intra genus intelligibiliū: res autē materialis extra. Si igitur phantasma sensibile cum intellectu agente sat est ad faciendū intelligere in actu, cur non hoc intelligibile quod est intellectus possibilis, vna cum agente ad hoc sat est, cum sit spiritualior? De agente vero: quia si intellectus agens est pars potestatiua animae (vt superius determinatum est) cum ipse non sit pura potentia, sed sit actus in genere intelligibilium (vt patet hic, & in tertio de anima) cur ipse per seipsum non intelligitur ab anima: & sic anima per seipsam, id est absq; omni extraneo obiecto intelligit seipsam? ¶ Ambo 422 siquidem haec dubia, his 435 pauculis verbis interiectis, b diuinus ille intellectus exclusit: dum patefacit ordinem quo intellectus agens, actus est & perfectio possibilis. Recolendum est, quòd ad hoc quòd aliquid sit intelligibile in actu, exigi- 425 tur quòd possit perficere 438 intellectum obiectiue: alioquin intelligibile in actu non est. & propterea eo modo quo aliquid se habet ad perficiendum intellectum obiectiue: ita se habet ad hoc, quòd sit intelligibile in actu: duobus autem modis cōtingit hoc fieri, scilicet mediate, & immediate: & quòd immediate quidē potest, constat quòd per 4 seipsum intelligibile est in actu: quòd vero mediate non nisi mediante illo quod est naturaliter mediū: vt de se patet. Vn̄ quia intellectus agēs respectu intelligibiliū materialiū est actus immediate: respectu vero intellectus possibilis est actus mediantibus intelligibilibus rerū materialium: vt in litera dicitur: ideo res sensibiles possunt immediate, id est, absque alio obiecto medio perficere intellectum obiectiue, ipse autem seipsum non. Et similiter quia intellectus agens non perficit obiectiue intellectū possibilem immediate: sed mediantibus intelligibilibus materialium, quorū primo est actus, ideo nec ipse per seipsum absque alio medio obiecto intelligitur: omnia 81 c ergo soluuntur ex ordine mediationis in litera assignato.

Cōmēt. ¶ Quo ad tertium, modos duos quibus intellectus per suum actum se nouit, ostensurus, tria dicit. Primo modos ipsos. Alter terminat quaestionem an est: alter quaestionem quid est. Secundo respondet tacitae obiectioni ex autoritate August. dicētis, quòd nouimus quid est anima per veritatem diuinā: aequiuocatio enim ostenditur in ly per: quoniā ly per actum suum, denotat habitudinem medij termini: ly vero per veritatem primam, denotat habitudinem causae primae: à qua est omnis efficacia iudicij, &c. Tertio pro 425 declaratione quoq; do- a ctrinae Aug. addit differentias inter has cognitiones ad propositum: quòd ad primam sufficit anima praesens suo actui: ad secundam exigitur valde diligens inquisitio: quoniam vt in 1. de Anima dicitur, omnino & penitus difficillimorum est aliquam de ea fidem accipere.

Annota. ¶ In responsione ad secundum occurrit quod restabat dub. quomodo, scilicet stat simul quòd anima secundum substantiam si pura potentia, & quòd secundū vnam eius, & ab ea virtutem, scilicet intellectum agentem, sit actus in eodem genere: impossibile enim est vt vis alicuius naturae excedat naturam à qua sufficienter fluit. Ad hoc dicitur negando, quòd intellectus agens sit actus in genere intelligibili: nec oppositum dicitur in litera: aut in 3. de Anima. Ad cuius euidentiam scito primo, quòd aliud est esse actum in genere intelligibili: & aliud esse actum respectu intelligibilium materialium. Primum importat esse actū absolute & simpliciter, secundum vero per cōparationē: in litera autē & in lib. de anima secūdū S. T. affirmatur secūdū, & nō primū. Et qm̄ hoc est difficile, scito secūdo qd̄ cū intellect⁹ agēs ponat vt lumē quoddā, dupliciter imaginamur aliquid illuminare. Vno modo sic: q in se sit lux quaedā, & ex ea emanet lumē diffusum in alia, vt patet de luce solari, &c. Alio modo, vt in se nō sit lux, sed sic habeat tn̄ naturā actūq; luminis, s. esse quo alia vn̄r. Quod illuminat primo mō, ē visibile dupliciter, s. p se, & vt aliorū lumē. Quod vero secundū tn̄ mō illuminat, nō est visibile in actu per se, sed vt ratio aliorū. Ad proposi tū ergo si intellectus agēs ponitur separatus à possibili, & lux primo mō: & est actu intelligibil'. Si vero ponitur ps ptātiua aīae, sic est lumē secundo modo tn̄. Ex illuminare secūdo mō nō pōt inferri esse in se lucē, aut visibilē actū sine alio visibili, vt patet. Et quia hanc secundā viā sequi (vt ex b supradictis patet) rationi 437 congruit & Arist. verbis 12.[e] q°. cū posuit intell'm agentē 49. art. 2 actū vt lumen & habitū Et 22[e]. aliorū, & nō lucidū in se: q. 4. art. iō dico q intells agēs nō 1. cor. est actus in gn̄e intellibiliū: quia nō est obiectiue Et 3. dist. pfectio intells secūdum 23. q°. 1. se, sed vt aliorum lumē; art. 2. quis sit actus horū, s. in- Et veri. tellibiliū materialiū. Et q°. 10. arsi instetur, aut est actus tic. 19. aut potentia in gn̄e intelligibili. Rn̄deatur q pro Et quol. priissime loquēdo neque 8. art. 4. intelligibilis in potentia, cor. neq; in actu: sed vt actus intellibiliū ī actu. Quòd non in potentia, patet ex eo, q non eget faciente ipsum de potentia intellibili actū intelligibilē: q etiā non in actu ex eo patet, q experimur non esse sufficiens perfectiuum intells nostri obiectiue: qd̄ tn̄ exigit ad intelligibile in actu: & sic nihil obstat naturae substātiali ipsius aīae. stat enim q ipsa sit pura potentia in genere intelligibiliū: & quòd in genere intellectuum (quia est infima inter intell'uales substantias) habeat vim intell'iuā non vnitā, sed partitā: ita q secundū vnam sui ptē, s. receptiuā, quae est intells pols, est pura potētia in gn̄e vtroq;: secūdum alterā vero partē, s. actiuā, ad actum simpliciter nō ascēdit: sed quia in suo supmo substantialiter attingit infimū superioris, s. in intelligētiarum: in summa sua virtute tn̄ actualitatis manifestat, vt non vt lux, sed vt aliorum lumen actus inueniatur. haec enim omnia naturae vniuersiq; ordini consonant, &c.

ARTICVLVS II.

a *¶ Vtrum intellectus noster cognoscat habitus per animae essentiam eorum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus noster cognoscat habitus animae per essentiam eorum. Dicit enim Aug. 13. de Tri. Non sic videtur fides in corde, in quo est, sicut anima alterius hominis ex motibus corporis videtur: sed eam tenet certissima scientia, clamátq; conscientia. Et eadem ratio est de aliis habitibus animae. Ergo habitus animae non cognoscuntur per actus, sed per seipsos.

¶ Praeterea, Res materiales, quae sunt extrà animā, cognoscuntur per hoc quòd similitudines earum sunt praesentialiter in anima. Et ideo dicuntur per suas similitudines cognosci. Sed habitus aīae praesentialiter per suā essentiam sunt in aīa. Ergo per suā essentiā cognoscūtur.

¶ Praeterea, Propter quod vnunquodque tale, & illud magis. Sed res aliae cognoscuntur ab anima propter habitus, & species intelligibiles. Ergo ista magis per seipsa ab anima cognoscuntur.

¶ SED CONTRA, Habitus sunt principia actuum, sicut & potentiae. Sed sicut dicitur in 2. de Anima, priores potentiis secūdum rationem actus & operationes sunt. Ergo eadē ratione sunt priores habitibus. Et ita habitus per actus cognoscuntur sicut & potentiae.

CONCLVSIO.

¶ Cum habitus non actus, sed medium inter potentiam & habitum sit, non per seipsum, sed per actum suum cognosci oportet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd habitus quodāmodo est mediū inter potentiam purā & purū actū. Iam autē dictū est[c], quòd nihil cognoscitur nisi secundū qd̄ est actu. Sic ergo inquantū habitus deficit ab actu pfecto, deficit ad hoc, vt non sit per seipsum cognoscibilis, sed necesse est, quòd per actum suum cognoscatur: siue dum aliquis percipit se habere habitum per hoc quòd percipit se producere actum proprium habitus, siue dum aliquis inquirit naturam & rationem habitus ex consideratione actus. Et prima quidē cognitio habitus fit per ipsam praesentiam habitus: quia ex hoc ipso quòd est praesens, actum causat, in quo statim percipitur. Secunda autem cognitio habitus fit per studiosam inquisitionem, sicut suprà dictum est de mente[e].

a *¶ Super Quaestionis octuagesimaeseptimae Artic. secundum.*

Titulus clarus.

Cōmēt. ¶ In corpore duo. Primo cōclusio responsiua. Secūdo distīguit modos cognoscēdi habitū. 436 ¶ Quo ad primum conclusio habens duas partes est ista, Habitus non per seipsum, sed per actum cognoscitur. Probatur, Quod non est actus, non cognoscitur nisi per actum: sed habitus non est actus: ergo non nisi per actum cognoscitur. Maior patet ex praecedenti articulo. Minor probatur: quia habitus est medium inter potentiam & actum.

Quaestio. *¶ Nū abit⁹ sit act⁹, & ex hoc q nō est act⁹, inferatur ipsum nō eē intelligibilē.*

¶ Circa hanc partem dubium est. Tum quia hoc contradicit superioribus, in quibus dictum est, quòd species intelligibiles sunt actu intelligibiles: habitus enim intellectus, aut est ipsa species, aut idem est iudicium de specie, & habitu: quo ad esse actu, vel potentia. Tum quia si ex hoc, quòd habitus est actus admistus potent

potentiæ, infertur, ergo non est actu intelligibilis. sequeretur quòd nihil esset actu intelligibile nisi actus purus: quod repugnat etiam dictis.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd quia mediũ vtroq; extremorum nomine vocatur, sicut & vtriusq; ratione participat secundum cõpositionem ad diuersa: idcirco species modo dicũtur intelligibilia in actu: & hoc cum cõparantur sensibilibus, & intellectui possibili: quæ sunt intelligibilia in pura potentia. Modo dicũtur intelligibilia in potentia: & hoc cum his cõparantur quæ simpliciter sunt in actu: contingit enim eis vtrunq; habere: quia medium tenẽt inter actum & potẽtiam. Ad secundũ vero dicitur: quòd male percipitur ratio literæ: 422 non enim ex hoc quòd aliquid habet potentiæ admistum res, ideo negatur intelligibilis in actu: sed ex eo quòd in genere intelligibili medium est inter potentiam, & actũ. Aliud enim est esse medium inter puram potentiam & purũ actum: & aliud esse medium inter actũ & potentiam. Hoc enim est cõius & est à quo nõ cõuertitur consequentia: essentia enim angeli media est inter puram potẽtiam: est tamen simpliciter actus, & non media inter potẽtiam, & actũ. Quãuis omne medium inter potentiam & actum sit etiã medium inter purã potentiam, & purum actum: vt patet.

Commen. Quo ad secũdum cõcludit duo. Primo modos duos cognoscendi habitum per actum, s. quo ad q. an est, & quo ad quæstionem quid est. Deinde ponit differentiam: via ad primum sufficit præsentia: ad secundũ requiritur diligens inquisitio: vt pdictũ est de potẽtiis.

338 2. contra q°. 73. co. 5.

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæsecundæ Articulum tertium.*

Commẽt. Titulus clarus. ¶ In corpore duo. Primo respondet quæsito vnica cõclusione. Secundo ostendit diuersos modos ĩ diuersis intellectibus ad cognoscẽdum propriũ actum.

¶ Quo ad primum conclusio est, primum quod de intellectu intelligitur, est ipsum eius intelligere. Probatur sic: intellectus est actu simpliciter per intelligere: ergo primum quod intelligitur de eo est intelligere. Añs probatur: quia intelligere est vltima perfectio intellectus. probatur, qa non est actio transiens, 437 sed immanens. consequentia probatur: quia vnumquodque intelligitur secundum quod est actu.

¶ Quo ad secundum assignantur tres modi diuersi quibus diuersimode se habent tres intellectus, scilicet diuinus, angelicus & humanus, circa cognoscendum ipsum intelligere. Et de diuino quidem dicit, quòd omnia ibi sunt idem. De angelico vero, quòd simul & eodem actu intelligere potest essentiam suam, & intelligere suum. De nostro vero, quòd prius intelligit actum suum quàm se. Ratio eadem est vtriusque secundum affirmationem & negationem: quia, scilicet primum obiectum intelligere angelici, est essentia angeli: nostri vero non: sed aliquid extraneum.

¶ Quo fit vt intelligere illud sit essentiæ vt obiecti, & vt subiecti: nostrum vero sit essentiæ vt subiecti non obiecti: exterioris rei vero vt obiecti non subiecti. & propterea sicut eodem actu quo cognoscitur subiectum, cognoscitur & sua perfectione, puta coloratum: ita eodem actu quo cognoscitur essentia, cognoscitur etiam vt intelligens. Et quia prima cognitione cognoscitur essentia angeli, quia est primum obiectum sui intelligere: ideo eadem prima cognitione cognoscitur ipsa, vt intelligens: quod est cognoscere suum intelligere. Et per oppositum de nostro intellectu: quia primum obiectum nostri intelligere non est nostra essentia: sed quod quid naturale, ideo obiecta apud nos ante actus, & hi ante potentias cognoscuntur.

Annot. ¶ Circa ea, quæ dicuntur, notato tria. Primo, quòd cum quæstio esset de intelligere nostro tantũ, cõclusio tamẽ responsiua data est vl'is respectu omnis intelligere & intellectus: & hoc tum ad bonitatẽ doctrinæ, tum ad ostendendũ, quòd vna eadẽmq; est radix, vnde prouenit intellectionis cognitio omnibus: quia, scilicet, est perfectio propria intellectus vt sic. Secundo, quòd cum per cõclusionẽ responsiuam ostẽsus est ordo quo intelligere cognoscitur in cõparatione ad intellectũ, & ea quæ in eo sunt: & manifestũ esset, quòd intelligere tenet primum locũ in cognosci inter omnia qui intus sunt, propterea quia est actus simpliciter: eleganter in secunda parte corporis ostenditur ordo simpliciter: an, scilicet intelligere sit primum inter cognita simpliciter: sicut est primũ inter cognita pertinentia ad intus. Et manifestatur quòd in Deo est primum simpliciter, in angelo, licet non sit primũ, codẽ tamẽ actu, & simul cognitũ cum primo: in homine autẽ est de secũdario reflexéq; cognitis. a 113 Tertio, quòd hic est sermo de intelligere tã quo ad quæstionem an est, quàm quo ad quæstionem quid est: in nobis enim vtrũq; reflexa cognitione habemus: superiora vero vtrunque recto & primo intuitu conspiciunt. 275 Sicut si nos simul intueremur subiectum & passionẽ, & quo ad an est, & quo ad quid est. Intuẽdo enim essentias suas intuentur intelligere propriũ, quia idẽ vt in Deo, vel quia illius perfectio vt in angelo. Nos autẽ cum intelligimus lapidẽ: cũ nostrum intelligere lapidis perfectio nõ sit: ac p hoc non pertineat ad completum 442 intellectũ lapidis apprehendere nostram intellectionẽ, nullo modo illã intelligimus, nisi post modum reflectendo nos super opere nostro. 378 d

¶ Circa differẽtiã in litera assignatã inter angelũ 436 & Deũ, occurrit dubiũ. 473 Quia dicitur, quòd in Deo est omnino idẽ, s. re & ratione: intelligere se & intelligere suã essentiã: in angelo vero etsi sit idẽ re, est tamẽ aliud secundũ ratione: hoc enim expresse habetur in litera 422 ex parte angeli, & implicite per locũ ab opposito ex parte Dei. o Et tñ videtur manifeste falsum: qa sicut intelligere dei & ei⁹ essentia distinguũtur ratione: ita intelligere essentiam, & ipsum intelligere distinguẽtur ratione. Ad hoc potest dupl'r rñderi. Primo, quòd licet intelligere dei & essentia 433 quo ad nos distinguãtur ratione: secundũ se tñ, vt in deo sunt, sunt vna met rõ: & quia hic est sermo de cognitione, quia ipse Deus seipsum nouit, vt in se est, iõ intelligere eius quo intelligit suũ intelligere, vti est in se, est oĩno idẽ qđ intelligere essẽtiã, qa ipsũ intelligere subsistens est quod quid erat esse Dei: nõ est autẽ sic in angelo, vt patet. Secũdo dicitur, q intelligere esse aliud, vel idẽ rõne, põt dupliciter intelligi. Vno mõ, ita quòd alietas oriatur ex alietate formali & reali. Alio mõ ex alietate formali tãtũ. Mõ dicitur, q licet tã in Deo q̃ in angelo intelligere quo intuentur suã essentiã & suũ intelligere sit idem re, in angelo tamẽ est aliud ratione corrñdẽti diuersitati formali, & reali inter intelligere & essentiã, In Deo autẽ est idẽ: nõ quia nõ sit aliquo mõ aliud secundum rõnem: sed qa non est aliud rõne fundata in distinctione reali obiectorũ, s. intelligere & essentiæ diuinæ. Prima verior ac pfundior. Secũda verior, famosior & facilior.

Annota. ¶ Circa intelligere nostrũ, dubiũ occurrit. Quia si vt in litera dicitur, est intelligibile in actu, cur non statim positũ in intellectu intelligitur: nihil enim aliud requiritur ad hoc quòd aliquid intelligatur, nisi quod sit intelligibile in actu, & positum in actu, secundo in intellectu: sed hæc conueniunt nostro intelligere: ergo, &c. Ad hoc breuiter dicitur, quòd ad hoc quòd aliquid intelligatur actu ab hoc intellectu plus requiritur quàm quòd in se sit intellligibile in actu: exigitur nanque quòd sit præsens huic intellectui non qualitercũq;, sed obiectiue: modo licet intelligere sit actu intelligibile, & pñs intellectui formaliter, non tñ obiectiue quãdo directe intelligimus: & ideo non potest tũc intelligi. Quare autẽ in recta intellectione ipsum non sit præsens obiectiue, iam dictũ est: quia, scilicet intellectus noster est per se primo perfectibilis obiectiue à quidditate sensibili, & non à substantia animæ: ex hoc enim est: quòd intelligere nostrum neque primum obiectũ vt in Deo, neque aliquid primi obiecti vt in angelo est: & cõsequenter quòd nõ sit in primo ordine intelligibilium à nobis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q etsi fides nõ cognoscat per exteriores corporis motus, percipitur tamen etiã ab eo in quo est per interiorem actum cordis. Nullus enim fidẽ se habere scit, nisi p hoc, quòd se credere pcipit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd habitus sunt præsentes in intellectu nostro, non sicut obiecta intellectus: quia obiectum intellectus nostri secũdum statum præsentis vitæ est natura rei materialis: vt suprà dictũ est[c], sed sunt pñtes in intellectu, vt qbus intellectus intelligit.

¶ Ad tertium dicendũ, q cũ dicitur, pter qđ vnũquodq; illud magis, veritatẽ habet si intelligatur in his q̃ sunt vnius ordinis: puta in vno genere causæ. Puta si dicatur quòd sanitas est desiderabilis propter vitã, sequitur quòd vita sit magis desiderabilis. Si autẽ accipiantur ea quæ sunt diuersorũ ordinum, non habet veritatem. Vt si dicatur quòd sanitas est desiderabilis propter medicinã, nõ ideo sequitur quòd medicina sit magis desiderabilis: quia sanitas est in ordine finium, medicina autẽ in ordine causarum efficientium. Sic igitur si accipiamus duo, quorum vtrunq; sit per se in ordine obiectorum cognitionis: illud propter quod aliud cognoscitur, erit magis notũ: sicut principia conclusionibus. Sed habitus non est de ordine obiectorum inquantum est habitus: nec propter habitum aliqua cognoscuntur, sicut propter obiectum cognitũ: sed sicut propter dispositionem, vel formam, qua cognoscens cognoscit. Et ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum intellectus cognoscat propriũ actum.*

AD TERTIVM sic pceditur. Videtur quòd intellectus non cognoscat propriũ actũ. Illud enim proprie cognoscitur quod est obiectũ cognoscitiuæ virtutis. Sed actus differt ab obiecto. Ergo intellectus non cognoscit suum actum.

¶ Præterea, Quicquid cognoscitur, aliquo actu cognoscitur. Si igitur intellectus cognoscit actum suum, aliquo actu cognoscit illum, & iterum illum alio actu. Erit ergo procedere in infinitum. Quod videtur impossibile.

¶ Præterea, Sicut se habet sensus ad actũ suũ, ita & intellectus. Sed sensus proprius non sentit actum suum: sed hoc pertinet ad sensum communem: vt dicitur in lib. de anima. Ergo neque intellectus intelligit actum suum.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit 10. de tri. Intelligo me intelligere.

CONCLVSIO.

¶ *Cum ipso intelligere intellectus sit in actu, primum, quod intelligitur ab intellectu, est ipsum suũ intelligere, sed nõ eodẽ mõ in omnibus intellectibus percipitur.*

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut iam dictum est[c], vnumquodque cognoscitur secundum quod est actu. Vltima autem perfectio intellectus est eius operatio. Non enim est sic actio tendens in alterum, quæ sit perfectio operati: sicut ædificatio ædificati, sed manet in operante, vt perfectio & actus eius, vt dicitur in 9. Meta[c]. Hoc igitur est primũ, quòd de intellectu intelligitur, scilicet ipsum eius intelligere. Sed circa hoc diuersi intellectus diuersimode se habent. Est enim aliquis intellectus, scilicet diuinus qui est ipsum suũ intelligere. Et sic in Deo idẽ est, quòd intelligat se intelligere, & quòd intelligat suã essentiam: quia sua essentia est suũ intelligere. Est etiã alius intellectus, scilicet angelicus, qui nõ est suũ intelligere, sicut suprà dictũ est[c], sed tamẽ primum obiectũ sui intelligere est eius essentia. Vnde etsi aliud sit in angelo secundũ rationem, q intelligat se intelligere, & itelligat suã essentiã, tñ simul & vno actu vtrũq; intelligit: quia hoc qđ est intelligere suã essentiã, est ppria perfectio suæ essentiæ. Simul autem & vno actu intelligitur res cũ sua pfectione. Est autẽ alius intell's, s. humanus q nec est suũ intelligere, nec sui intelligere est obiectũ primũ ipsa ei⁹ essentia, sed aliquid extrinsecũ, s. natura materialis rei[c]. Et ideo id quod primo cognoscitur ab intellectu humano, est huiusmodi obiectum, & secundario cognoscitur ipse actus quo cognoscitur obiectum: & per actũ cognoscitur ipse intellectus[c], cui⁹ est perfectio ipsum intelligere. Et ideo Philosoph. dicit, quòd obiecta præcognoscuntur actibus, & actus potentiis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q obiectũ intellectus est cõmune quoddã, s. ens & verum: sub quo cõprehenditur etiam ipse actus intelligẽdi. Vnde intellectus potest suũ actum intelligere, sed non primo: quia nec primum obiectũ intellectus nostri sm̃ præsentem statum est quodlibet ens & verũ, sed ens & verũ cõsideratũ in rebus materialibus, vt dcm̃ est[c]: ex quibus in cognitionem oĩm aliorũ deuenit.

¶ Ad secundũ dicendũ, q ipsũ intelligere humanũ non est actus & perfectio naturæ intellectæ, vt sic posit vno actu intelligi natura rei materialis & ipsum intelligere: sicut vno actu intelligitur res cum sua pfectione. Vnde alius est actus quo intellectus intelligit lapidem, & alius est actus quo intelligit se intelligere lapidem, & sic inde. Nec est inconueniẽs intell'm esse infinitum in potẽtia, vt suprà dictum est[c].

¶ Ad tertium dicendum, quòd sensus proprius sentit secundum immutationem materialis organi à sensibili exteriori. Non est autẽ possibile q aliquid materiale immutet seipsum, sed vnũ immutatur ab alio. Et ideo actus sensus proprij percipitur per sensum cõmunem. Sed intell's noster non intelligit per materialẽ immutationem organi. Et ideo non est simile.

¶ Super

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Artic. quartum.*

Cõment. Titulus clarus. ¶ In corpore duo: primo rñdet q̃sito 2. distĩguit modos, vt suprà. ¶ Quo ad primũ, conclusio rñsiua est: Actus volũtatis cognoscitur ab intell'u. Probatur: actus voluntatis nihil aliud est q̃ inclinatio cõsequẽs formã intellectã vt sic: ergo est in intelligẽte intelligibiliter: ergo intelligit' ab eo. Añs est per se notum. Prima consequẽtia pbat' ex proportionalitate, & rõne. Rõne quidẽ, quia vnũquodq; est in eo cuius est secũdũ modũ illius, in quo est: ergo qđ sequit' intellectũ sit vt in ipso, est ĩ ipso intelligibiliter. Proportionalitate vero teste rõnis, quia sicut appetitus cõsequens formã naturalẽ inest natural'r: & sensibilis consequẽs formã sensatã inest sensibiliter: ita intelligibilis cõsequẽs formã intellectã intelligibiliter. 298 Deinde declarat' sensus consequẽtis quo ad modũ, & dicit', actus volũtatis est in intelligẽte intelligibiliter duob⁹ modis, scilicet, & eo modo quo opatio est in principio actiuo, & eo modo quo opatio est in suo obiecto à quo speciem habet. Et confirmatur modus loquendi ex autoritate Arist. in 3. de anima.

Annota. ¶ Aduerte hic, q intelligẽs habet cãlitatẽ respectu volitionis in duplici genere causæ, s. efficiẽtis: quia operationes vitales sunt effectiuæ à supposito viuẽte cuius sunt: & finalis, qa obiectũ voluntatis est bonũ cognitũ: constat autẽ obiectũ esse finẽ voluntatis. Nec hæc insunt per accñs intelligẽti: qm̃ & bonũ cognitum vt cognitũ est, est finis, & obiectum volũtatis. Vñ incognita diligere non possumus: & ab intelligente vt sic quãuis mediate procedit amor: vt patet. Secunda consequentia relinquitur per se nota sicut & est.

Commẽt. ¶ Quo ad secũdũ distinguũtur duæ cognitiones vt superi⁹, i. quo ad quæstionẽ an est, q̃ terminat' ad particulare: & quo ad q̃stionẽ quidẽ, per quam venamur etiã habitus & potẽtiam volũtatis, &c. a 102 410 a

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum primum.*

Annota. Titulus p seipsas, id est nõ per naturas sensibiliũ aut species earum: siue hoc contingat per proprias species (vt Plato dixit) siue per cõtinuationẽ quãdam (vt Auer. fingit) siue quouis alio modo.

Commẽt. ¶ In corpore quatuor, Primo opinio Plat. Secundo Aristotel. Tertio Auer. Quarto inuehitur contra Auerroim.

¶ Quo ad primum duo dñr. Primo principalis conclusio Platonica est, substãtiæ ĩmateriales cognoscuntur à nobis. primo probatur: quia ideæ sunt prima obiecta nostri intellectus. Secundo redditur rõ quare sensibilibus se immiscet intell's. Et dicitur, q est propter phãtasiã & sensum, quæ ĩmiscẽtur intellectiõi: & pbat' à signo: qa intell's quãto purior, tanto magis superiora percipit. 440

¶ Quo ad secundũ cõclusio Arist. est: Substantias ĩmateriales nõ possum⁹ p se prio intelligere. Probat', qa intell's noster primo respicit nãs sensibiliũ: cuius signũ est: qa sine phantasmate nihil intelligim⁹. Et qa hoc magis experimur, restat confutata opinio Platon. seu affirmatiua: quo ad ly primo, & nõ simpliciter. Hoc eñ insinuant literæ verba, inferendo conclusionem Arist. Et merito: qa Arist. mouit hãc q. in 3. de aĩa. text. 36. & non soluit: sed dicit posterius esse pscrutandũ. Vñ eius sentẽtia nõ expsse habet' de reliqua q̃stionis pte: de qua Auer. in 3. de aĩa con. 36. diffuse disputat.

2. contra c. 50. col. 5. & 6. Et lib. 3. c. 41. 42. 43. 44. 45. 46. fi. Et de anima ar. 16 Et opusc. 41. c. 6. 363

¶ Quo ad tertiũ opinio Auer. ponit' in quatuor ppositionibus. Prima est supposita, s. q intellectus agẽs sit substãtia separata naturaliter intelligens alias. Secũda, q p intell'a speculata intell's agẽs nobis vnitur vt forma: sic, q quanto plura adepti fuerimus intellecta, tãto pfecti⁹ vnitur: & adeptis omnibus, perfecte est nobis vnit⁹. Tertia est quãdo intellectus agens est perfecte in nobis vnitus, tunc per ipsum intelligimus, quicquid ipse intelligit. Quarta est, quòd in hoc consistit vltima nostra felicitas. Adiungitur in fine his: quòd non refert ad propositum, an Alex. an Auer. sustineatur opin. quo ad differentiam inter nos, & intellectum possibilem.

¶ Secũda ppositio probatur ex vnitate operationis pprie intellectui agẽti cõicatæ primis intellectis, i. primis principiis. Et si vis diffuse hæc videre, vide in 3. cõtra Gẽ. in loco proprio de felicitate. Et si hæc ad formã reductã inquiris, vide in commẽtariis nostris de ente, & essentia. Nolo enim eadẽ replicare: ibi omnia hæc clare posui.

¶ Quo ad quartum ponuntur sex rationes con-

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum intellectus intelligat actũ voluntatis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videt quòd intellectus non intelligat actũ voluntatis. nihil enim cognoscitur ab intellectu nisi sit aliquo modo pñs in intellectu. Sed actus voluntatis non est præsens in intellectu, cum sint diuersæ potentiæ. Ergo actus volũtatis non cognoscitur ab intellectu.

¶ Præterea, actus habet speciẽ ab obiecto. Sed obiectũ voluntatis differt ab obiecto intell's. ergo et actus volũtatis spẽm habet diuersã ab obiecto intell's. Nõ ergo cognoscit ab intell'u.

¶ Præterea, Aug. in lib. 10. cõfes. attribuit affectionibus aĩæ, quòd cognoscuntur neque per imagines sicut corpora, neque per pñtia sicut artes, sed p quasdã notiones. Nõ videtur autẽ q possint esse aliæ notiones rerum in aĩa, nisi vel essentiæ rerũ cognitarũ, vel earũ siĩitudines. Ergo impossibile est q intellectus cognoscat affectiones aĩæ, quæ sunt actus voluntatis.

¶ SED CONTRA est quòd Aug. dicit 10. de tri. Intelligo me velle.

CONCLVSIO.

¶ *Actus voluntatis, cum sit in ratione intelligibiliter, necessario cognoscitur ab intellectu.*

¶ RESPONDEO dicẽdum, q sicut suprà dictũ est[c], actus volũtatis nihil aliud est q̃ inclinatio quædã cõsequẽs formã intellectam, sicut appetitus naturalis est inclinatio consequẽs formã naturalẽ. Inclinatio autẽ cuiuslibet rei est in ipsa re per modũ eius. Vnde inclinatio naturalis est naturaliter in re naturali, inclinatio autẽ, q̃ est appetitus sensibilis, est sensibiliter in sentiente: & similiter inclinatio intelligibilis quæ est actus voluntatis, est intelligibiliter in intelligẽte, sicut in principio & in proprio subiecto. Vnde, & Philosophus hoc modo loquẽdi vtitur in 3. de anima, quòd voluntas in ratione est. Quod autẽ intelligibiliter est in aliquo intelligẽte, cõsequẽs est vt ab eo intelligatur. Vnde actus voluntatis intelligitur ab intellectu, & inquãtum aliquis percipit se velle, & inquantũ aliquis cognoscit naturã huius actus, & per consequens naturam eius principij, quod est habitus, vel potentia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd ratio illa procederet si volũtas, & intellectus, sicut sunt diuersæ potentiæ, ita etiam subiecto differrent. Sic enim quod est in voluntate, esset absens ab intellectu. Nunc autem cum vtrunque radicetur in vna substantia animæ, & vnum sit quodammodo principium alterius, consequens est, vt quod est in voluntate, sit etiam quodammodo in intellectu.

¶ Ad secundum dicendũ, q bonũ & verũ, quæ sunt obiecta volũtatis & intellectus, differunt rõne: veruntamẽ vnũ eorũ cõtinetur sub alio, vt suprà dictũ est[c]. Nã verũ est quoddã bonũ, & bonũ est quoddã verum. Et ideo quæ sunt voluntatis, cadunt sub intellectu, & quæ sunt intellectus, possunt cadere sub voluntate.

¶ Ad tertium dicendum, quòd affectus animæ non sunt in intellectu, neq; per similitudinem tantum, sicut corpora, neq; per præsentiam vt in subiecto, sicut artes: sed sicut principiatum in principio in quo habetur notio principiati. Et ideo Aug. dicit affectus animæ esse in memoria per quasdam notiones.

QVAESTIO OCTVAGESIMA octaua, Quomodo anima humana cognoscat ea, quæ supra se sunt, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est quomodo anima humana cognoscat ea quæ supra sunt, scilicet, immateriales substantias.

¶ Et circa hoc quæruntur tria.

¶ Primo, vtrum anima humana secũdum statum præsentis vitæ possit intelligere substantias immateriales (quas angelos dicimus) per seipsas. ¶ Secundo, vtrum possit ad earum notitiam peruenire per cognitionem rerũ materialium. ¶ Tertio, vtrum Deus sit id quod primo à nobis cognoscitur.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrũ anima humana secũdũ statũ vitæ præsentis, possit intelligere substãtias immateriales p seipsas.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd anima humana secũdum statum vitæ præsentis possit intelligere substãtias immateriales per seipsas. Dicit enim Aug. in 9. de tri. Mẽs ipsa sicut corporearum rerum notitias per sensus corporis colligit, sic in corporearũ rerum per seipsam. Huiusmodi autem sunt substãtiæ immateriales. Ergo mẽs substãtias immateriales intelligit.

¶ Præterea, Simile simili cognoscitur. Sed magis assimilatur mens humana rebus immaterialibus quàm materialibus: cũ nostra mẽs sit immaterialis, vt ex supradictis patet[c]. Cum ergo mens nostra intelligat res materiales, multo magis intelligit res immateriales.

¶ Præterea, Quòd ea quæ sunt secundum se maxime sensibilia, non maxime sentiantur à nobis, prouenit ex hoc quòd excellẽtiæ sensibilium corrũpunt sensum. Sed excellentiæ intelligibilium non corrumpũt intellectum, vt dicitur in 3. de anima. Ergo ea, quæ sunt secũdum se maxime intelligibilia, sunt etiã maximè intelligibilia nobis. Sed cum res materiales non sint intelligibiles, nisi quia facimus eas intelligibiles actu abstrahẽdo à materia, manifestum est quòd magis sint secundum se intelligibiles substantiæ, quæ secundum suam naturam sunt immateriales. Ergo multo magis intelligũtur à nobis, quàm res materiales.

¶ Præterea, Commentator dicit in secundo Met. quòd si substantiæ abstractæ non possent intelligi à nobis, tunc natura otiose egisset: quia fecit illud quod est naturaliter in se intellectum, non intellectum ab aliquo. Sed nihil est otiosum, siue frustra in natura. Ergo substãtiæ immateriales possunt intelligi à nobis.

¶ Præterea, Sicut se habet sensus ad sensibilia: ita intell's ad intelligibilia. Sed visus nĩ põt videre oĩa corpora, siue sint superiora, & incorruptibilia, siue sint inferiora, & corruptibilia. Ergo intell's noster põt intelligere omnes substãtias intelligibiles, & supiores, & ĩmateriales.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur Sapientiæ 9. Quæ in cælis sunt quis inuestigabit? In cælis autem dicuntur huiusmodi substantiæ esse, secũdum illud Mat. 18. Angeli eorum in cælis, &c. Ergo non possunt substãtiæ immateriales per inuestigationẽ humanã cognosci.

CONCLVSIO.

¶ *Anima humana secũdum statũ præsentis vitæ, non potest intelligere substantias separatas per seipsam neq; per intellectũ possibilẽ, neq; per intellectũ agẽtem.*

¶ RESPONDEO dicendũ, q secundũ opinionẽ Platonis substãtiæ immateriales non solũ à nobis intelligũtur, sed etiã sunt prima à nobis intellecta. Posuit enim Plato formas immateriales subsistentes, quas ideas vocabat[c], 34 esse propria obiecta nostri intellectus: & ita primo & per se intelliguntur à nobis. 416 Applicatur tamen animæ cognitio rebus materialibus 419 secundũ quod intellectui permiscetur phantasia & sensus. Vnde quãto magis intellectus fuerit depuratus, tanto magis percipit immaterialium intelligibilem veritatem. Sed secũdum Arist. sententiam quam magis experimur, intellectus noster secundum statum præsentis vitæ naturalem respectum habet ad naturas rerũ materialiũ. Vnde nihil intelligit nisi conuertendo se ad phantasmata, vt ex dictis patet[c]. Et sic manifestum est quòd substantias immateria- 421 les, quæ sub sensu, & imaginatione non cadunt, primo, & per se secundum modum cognitionis nobis expertum, intelligere non possumus. Sed tamen Auerrois in commen. 3. de anima ponit, quòd in fine in hac vita, homo peruenire potest ad hoc, quòd intelligat substãtiam separatam per continuationem, vel vnionem cuiusdam

substan

tra Auer. Quartū primæ duæ procedūt ex prima propositione. Tertia autem ex fine secundæ propositionis. Quarta ex quarta. Quinta ex tertia. Sexta autem ex ipsa ratione intellectus agentis, &c. In responsione ad quartum essent multa dicenda, nisi dicta essent in commentariis prædictis tractando hanc quæstionem.

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum secundum.*

Annota. Titulus clarus.

¶ De cognitione perfecta, id est, quidditatiue completa substantiarum immaterialium.

Commen. ¶ In corpore duo. Primo opinio Auempace. Secundo improbatio eius. & simul conclusionis responsiuæ probatio. Quo ad primū. Auempace (vt refert Auerrois in conf. 36. 3. de anima) tenuit partem affirmatiuam quæstionis: & probat ratione in litera posita clarissime, sic, Abstrahendo à materia, aut est procedere in infinitum, & hoc non: aut deuenitur ad quidditatem puram: sed talis est quidditas substātiæ immaterialis. ergo, &c.

¶ Quo ad secūdum conclusio responsiua est negatiua, Per substantias materiales non possumus perfecte cognoscere substantias immateriales. Probat^r simul improbādo fundamentum Auēpace sic, Quidditas alterius rationis ab omni abstrahibili & de nudabili à materia non potest perfecte sciri per res materiales: sed substantiarum immaterialium natura est alterius rationis, &c. Maior est per se nota apud Peripateticos. Minor vero probatur: quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis: constat quòd similitudo inter quidditatem abstrahibilem, & quidditatem separatam secundum rem est ratio, & fundamentum quare illa cognita, ista cognosci inferatur. ergo si non est similitudo, nō erit cognitio: sed nō est similitudo nisi apud Platonicos ponētes naturas subsistētes esse naturas sensibilium differentes tantū in modo essendi. ergo, &c.

369

Annota. ¶ Aduerte nouitie, quòd inter nos & Sco. non est in re hac differentia nisi forte in verbis. Conuenimus enim, quòd pro statu isto non cognoscimus cognitione perfecta vsq; ad vltimas differētias substantias immateriales: & quòd cognoscimus de eis multa prædicata cōia substantialia, tam affirmatiua, quàm negatiua, &c. puta q̄ sunt substātiæ immateriales actus, &c. Sed nos Peripatetico sermōe vtētes dicimus, quòd tota

substantiæ separatæ à nobis, quā vocat intellectum agentē. qui quidē, cū sit substātia separata, naturaliter substantias separatas intelligit. Vnde, cū fuerit nobis vnitus, sic vt per eū intelligere possimus: intelligemus & nos substātias separatas, sicut nūc per intellectū possibilē nobis vnitū intelligim^9 res materiales: ponit aūt intellectū agentem sic nobis vniri. Cum enim intelligamus per intellectū agentē, & per intelligibilia speculata, vt patet cū conclusiones intelligimus per principia intellecta: necesse est q̄ intellectus agēs cōparetur ad intellecta speculata, vel sicut agēs principale ad instrumēta, vel sicut forma ad materiam. His enim duobus modis attribuitur actio aliqua duobus principiis. Principali quidē agēti & instrumēto, sicut sectio artifici & serræ: formæ autē & subiecto, sicut calefactio calori, & igni. Sed vtroque modo intellectus agens cōparabitur ad intelligibilia speculata, sicut perfectio ad perfectibile, & actus ad potentiā. Simul autē recipitur in aliquo perfectū & perfectio, sicut visibile in actu & lumē in pupilla. Simul igitur in intellectu possibili recipiūtur intellecta speculata, & intellectus agens: & quanto plura intellecta, speculata recipimus, tāto magis appropinquamus ad hoc q̄ intellectus agens perfecte vniatur nobis: ita, quòd cum omnia intellecta speculata cognouerimus, intellectus agens perfecte vnietur nobis: & poterimus per eum omnia cognoscere materialia, & immaterialia: & in hoc ponit vltimā hominis felicitatē. Nec refert, quantum ad propositum pertinet, vtrū in illo statu felicitatis intellectus possibilis intelligat substantias separatas per intellectū agentem, vt ipse sentit: vel vt ipse imponit Ale. intellectus possibilis nunquā intelligat substātias separatas propter hoc q̄ ponit intellectū possibilē corruptibilē: sed homo intelligit substātias separatas per intellectū agentē. Sed prædicta stare non possunt.

¶ Primo quidē, quia si intellectus agēs est substātia separata, impossibile est, quòd per ipsam formaliter intelligamus. Quia id quo formaliter agēs agit, est forma & actus agentis cum omne agens agat inquātum est actu, sicut suprà dictum est ^e circa intellectum possibilem.

¶ Secundo, quia secūdum modum prædictum intellectus agens si est substantia separata, non vnietur nobis secundum suam substātiam, sed solum lumē eius secūdum quod participatur in intellectis speculatiuis: & non quantum ad alias actiones intellectus agentis, vt possimus per hoc intelligere substantias immateriales, sicut dum videmus colores illuminatos à sole, non vnitur nobis substantia solis vt possimus actiones solis agere, sed solum nobis vnitur lumen solis ad visionem colorum.

¶ Tertio, quia dato quòd secundum modum prædictū vniretur nobis substātia intellectus agētis: tamen ipsi non ponūt, quòd intellectus agens totaliter vniatur nobis, secūdum vnum intelligibile vel duo, sed secundum omnia intellecta speculata. Sed omnia intellecta speculata deficiunt à virtute intellectus agentis, quia multo plus est intelligere substantias separatas q̄ intelligere oīa materialia. Vñ manifestū est, q̄ etiā intellectis omnib^9 materialibus, non sic vniretur intellectus agēs nobis vt possem^9 intelligere p eū substātias separatas.

¶ Quarto, q̄a intelligere omnia intellectiua materialia, vix cōpetit alicui in hoc mūdo. Et sic nullus vel pauci ad felicitatē peruenirent. Quod est cōtra Philosophū in 1. Ethic. q̄ dicit, q̄ felicitas est quoddā bonū cōe: quod pōt prouenire oībus non orbatis ad virtutē. Est etiam cōtra rationē q̄ finē alicuius speciei vt in paucioribus cōsequātur ea q̄ cōtinentur sub specie.

¶ Quinto, q̄a Philosophus dicit expresse in 1. Eth. q̄ felicitas est operatio secundū perfectā virtutem. Et enumeratis multis virtutibus in 10. cōcludit quòd felicitas vltima consistens in cognitione maximorum intelligibiliū est secundū virtutem sapiētiæ, quam posuerat in 6. esse caput scientiarum speculatiuarum. Vnde patet, quòd Arist. posuit vltimam felicitatem hominis in cognitione substantiarum separatarum, qualis potest haberi per scientias speculatiuas: & non per continuationem intellectus agentis à quibusdam confictam.

¶ Sexto, q̄a supra ostēsum est^e, q̄ intellect^9 agēs nō est substātia separata: sed virtus q̄dā aīæ ad eadē actiue se extēdēs, ad q̄ se extendit intellectus possibilis receptiue. Quia vt dicitur in 3. de aīa, intellectus possibilis est quo est oīa fieri, intellectus agens quo est omnia facere. Vterque ergo intellectus se ext. dit secundū statū præsentis vitæ ad materialia sola, quæ intellectus agens facit intelligibilia actu: & recipiuntur in intellectu possibili. Vnde secundū statū præsentis vitæ neque per intellectū possibilē, neque per intellectum agentē possumus intelligere substātias separatas immateriales secūdum seipsas. 292

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ex illa autoritate August. haberi pōt quòd illud, quod mens nostra de cognitione incorporaliū rerū accipit, per seipsam cognoscere possit. Et hoc adeo verū est, vt etiā apud Philosophū dicatur, quòd sciētia de anima est principium quoddā ad cognoscendū substātias separatas. Per hoc enim q̄ anima nostra cognoscit seipsam, pertingit ad cognitionē aliquā habendam de substantiis incorporeis: qualem eam contingit habere, non quòd simpliciter & perfecte eas cognoscat cognoscendo seipsam.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ similitudo naturæ non est ratio sufficiens ad cognitionē, alioquin oporteret dicere quod Empe. dicit q̄ anima esset de natura oīm, ad hoc q̄ oīa cognosceret. Sed requiritur ad cognoscendū, vt sit similitudo rei cognitæ in cognoscēte quasi quædam forma ipsius. Intellectus aūt noster possibilis secūdū statū præsentis vitæ est natus informari similitudinib^9 rerū materialiū à phātasmatib^9 abstractis. Et ideo cognoscit magis mālia q̄ substātias immāles.

¶ Ad tertium dicendum, quòd requiritur aliqua proportio obiecti ad potentiam cognoscitiuam, vt actiui ad passiuum, & perfectionis ad perfectibile. Vnde quòd excellentia sensibilia non capiantur à sensu, non sola ratio est, quia corrumpūt organa sensibilia, sed etiam quia sunt improportionata potentiis sensitiuis. Et hoc modo substantiæ immateriales sunt improportionatæ intellectui nostro secundum præsentem statum, vt non possint ab eo intelligi.

¶ Ad quartū dicendum, quòd illa ratio Cōmentatoris multipliciter deficit. Primo quidē, quia nō sequitur, quòd si substātiæ separatæ non intelligūtur à nobis, nō intelligātur ab aliquo intellectu. Intelliguntur enim à seipsis & à se inuicē. Secūdo, q̄a non est finis substātiarum separatarum vt intelligātur à nobis. Illud autē otiose & frustra esse dicitur quod nō cōsequitur finē ad quē est. Et sic nō sequitur substantias immāles esse frustra, etiāsi nullo modo intelligerentur à nobis.

¶ Ad quintū dicendū, quòd eodē modo sensus cognoscit & superiora & inferiora corpora, s. per immutationem organi à sensibili: non autem eodē modo intelligūtur à nobis substātiæ māles quæ intelligūtur per modū abstractionis, & substātiæ immateriales, quæ non possunt sic à nobis intelligi, quia non sunt earum aliqua phantasmata.

ARTIC. II. ¶ *Vtrum intellectus noster per cognitionem rerum materialium, possit peruenire ad intelligendum substantias immateriales.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, q̄ intellectus noster per cognitionē rerum materialium possit peruenire ad intelligendū substantias immateriales. Dicit enim Dio. 1. ca. cæ. hier. quòd non est possibile humanæ menti ad immaterialem illā sursum excitari cælestium hierarchiarum contemplationem, nisi secūdum se materiali manuductione vtatur. Relinquitur ergo, quòd per materialia manuduci possumus ad intelligendum substātias immāles. 441 *Locis supra ar. 1. inductis.*

¶ Preterea, Siētia est in intellectu. Sed sciētiæ & diffinitiones sunt de substātiis immālib^9. Diffiniuit enim Dam. angelū. Et de angelis aliqua documenta tradūtur: tam in theologicis quàm in philosophicis disciplinis. Ergo substantiæ immateriales intelligi possunt à nobis.

¶ Preterea, Aīa humana est de gñe substātiarū immāliū. Sed ipsa intelligi pōt à nobis p actū suū, quo intelligit mālia. Ergo & aliæ substātiæ immāles intelligi pñt à nobis per suos effect^9 in reb^9 mālib^9.

¶ Præterea, illa sola causa per suos effectus comprehendi non potest: quæ in infinitum distat à suis effectibus. Hoc autem solius Dei est proprium. Ergo aliæ substantiæ immateriales creatæ intelligi possunt à nobis per res materiales.

¶ SED CONTRA est quod Dio. dicit 1. c. de di. no. quòd sensibilibus intelligibilia, & compositis simplicia, & corporalibus incorporalia apprehendi non possunt.

CONCLVSIO. ¶ *Per rerum materialium notitiam non possumus ad perfectam cognitionem substantiarum separatarum peruenire.*

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ sicut Auer. narrat in 3. de aīa: quidā Auēpace noīe posuit, quòd per intellectū substantiarū māliū peruenire possum^9 s̄m vera philosophiæ principia ad intelligēdum substātias immāles. Cū eñ intellect^9 nr̄ nat^9 sit abstrahere q̄dditatē rei mālis à mā: si iterū in illa q̄dditate sit aliq̄d māæ, poterit iterato abstrahere: & cū hoc in infinitū nō procedat, tādē peruenire poterit

quam habemus, cognitio est & quid non est, &c. & quòd non cognoscimus de eis quid sunt: quoniam cognitio per communia, cognitio quia est, primo posteriorum appellatur. Illi vero, quia cognoscimus prædicata pertinētia ad quæstionem quid est, topica lingua vtentes dicunt, quòd cognoscimus quid sunt, imperfecte tamen. Vnde est quæstio omittenda: quia de verbis tantum, &c.

a ¶ *Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum tertiū.*

Titulus clarus.

Primum ordine originis.

¶ In corpore duo. primo respondet directe quæsito, Secūdo ostēdit quid sit primū cognitū.

Comment. ¶ Quo ad primum conclusio est, Deus non est primum quod à nobis cognoscitur. Probatur dupliciter. primo sic: substātiæ immateriales creatæ non possunt à nobis cognosci. ergo nec Deus. Secundo sic, Deus cognoscitur à nobis per creaturas, ergo non primo. Antecedens patet ad Rom. primo. 438

Annota. 444 ¶ Quo ad secundum conclusio est. primum cognitum à nobis est quidditas rei materialis. Probatur: quia est proprium obiectū intellect^9 nostri.

¶ Aduerte hic duo. Primo, quòd primitas cognitionis cum sit primitas obiectiua, quia oporet primo cognitum primo esse obiectum intellectus, & primitas obiectiua nulli conuenire possit, nisi per propriam speciem aut essentiam immediate sit cognitū: consequens est vt id q̄d propriam speciem non habet intellectu, nec per essentiam suam immediate obiicitur, non potest esse primo cognitū. Ac per hoc optime argumētatur litera: ex hoc quòd substantiæ immateriales non cognoscuntur à nobis per proprias species: ergo nec Deus: ergo non primo potest cognosci. 33

442 *2. contra gen. cap. 82. Et veri. q. 8. ar. 7. ad 6. Et q. 10. art. 6. ad 6. & art. 7. cor. fin. Et quol. 7. q. 2. ar. 1. cor.*

¶ Aduerte secūdo, quòd cum primum dicatur in ordine ad consequentia, iuxta diuersitatem ordinum rerū diuersimode quæri potest de primo cognito: ordinando eñ vniuersum in tres ordines, scilicet quidditatis materialis, & immaterialis, & actus puri: dicitur quòd primū cognitū ab intellectu nostro ordine generationis est quidditas materialis. Si vero quærit̄ inter quidditates rerū materialiū q̄ est primo cognita: hoc alteri^9 inquisitionis est. Etiam de hoc scripsi in cōmentariis de ente & essentia, quæstionē nō paruam.

Annot. a ¶ *Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum primum.*

Annot. Titulus clarus,

¶ Hoc tamen in eo

terit ad intelligibilium aliquā quidditatem, quæ sit omnino sine materia. Et hoc est intelligere substantiā immaterialē. Quod quidem efficaciter diceretur si substantiæ materiales essent formæ & species horum materialiū: vt Platonici posuerunt. Hoc autē non posito, sed supposito q̄ substātiæ immateriales sint omnino alterius rationis à quidditatibus materialiū rerū: quantūcunq; intellect^9 noster abstrahat q̄dditatē rei materialis à materia, nunquā perueniret ad aliq̄d site substātiæ immateriali. Et ideo per substātias materiales non possumus pfecte substātias īmateriales intelligere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex rebus materialibus ascendere possumus in aliqualem cognitionē immaterialiū rerum, modo tamē imperfectā, quia nō est sufficiens cōparatio rerum materialiū ad immateriales, sed similitudines, si quæ à materialibus accipiuntur ad immaterialia intelligenda sunt multum dissimiles, vt Dio. dicit 2. cæ. hie.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ de superioribus rebus in sciētiis maxime tractatur per viam remotionis. Sic enim corpora cælestia notificat Arist. p negationē, pprietatū inferiorū corporū^e. Vnde multo magis immateriales substātiæ à nobis cognosci nō possunt, vt earū q̄dditates apprehēdimus. Sed de eis nobis in scientiis documenta traduntur per viam remotionis & alicuius habitudinis ad res materiales.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ anima humana intelligit seipsam per suum intelligere: quod est actus proprius eius: ^e perfecte demonstrans virtutē eius & naturā. Sed neque per hoc, neque per alia quæ in rebus materialibus inueniuntur: perfecte cognosci potest immaterialium substantiarum virtus & natura: quia huiusmodi non adæquant earum virtutes.

¶ Ad quartum dicendū, quòd substātiæ immateriales creatæ in genere quidem naturali nō conueniunt cū substantiis materialibus, quia non est in eis eadē ratio potentiæ & materiæ, conueniunt tamen cum eis in genere logico: quia etiā substantiæ immateriales sunt in prædicamento substantiæ: cum earum quidditas non sit earū esse: sed Deus non conuenit cum rebus materialibus, neque secundū genus naturale, neq; secundū genus logicū: quia Deus nullo modo est in gñe, vt suprà ostensum est^e. Vnde p similitudines rerū materialiū aliquid affirmatiue potest cognosci de angelis secundum rationem cōmunem, licet non secūdum rationem speciei: de Deo autem nullo modo.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum Deus sit primum quod à mente humana cognoscitur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus sit primum q̄d à mēte humana cognoscitur. Illud enim in quo omnia alia cognoscuntur, & per quòd de aliis iudicamus, est primo cognitum à nobis: sicut lux ab oculo, & principia prima ab ītellectu. Sed oīa in luce primæ veritatis cognoscimus, & per eam de omnibus iudicamus, vt dicit Aug. in lib. de tri. & in lib. de vera. reli. Ergo Deus est id quod primo cognoscitur à nobis.

¶ Præterea, Propter q̄d vnumquodq; & illud magis. Sed Deus est causa oīs nostræ cognitionis. Ipse eñ est lux vera quæ illuminat oēm hominē veniētē in hūc mūdū: vt dicit̄ Io. 1. Ergo Deus ē id q̄d prīo & maxīe est cognitū nobis.

¶ Preterea, Id q̄d primo cognoscit̄ in imagine est exēplar quo imago format̄. Sed in mente nostra est Dei imago. vt Aug. dicit. Ergo id q̄d primo cognoscitur in mente nr̄a, est Deus.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Ioh. 1. Deum nemo vidit vnquam.

CONCLVSIO.

¶ *Cum Deus cognoscatur à nobis per creaturas, nō est primum quod à nobis cognoscitur.*

¶ RESPONDEO dicēdū, q̄ cū intellectus humanus secūdum statum præsentis vitæ nō possit intelligere substātias immateriales creatas vt dictū est^e: multo minus pōt intelligere essentiā substātiæ increatæ. Vnde simpliciter dicendū est, q̄ Deus non est primū, quod à nobis cognoscitur, sed magis p creaturas in Dei cognitionē puenim^9, secūdū illud Ap̄li ad Ro. 1. Inuisibilia Dei p ea q̄ facta sunt, intellecta cōspiciuntur. Primū autē q̄d intelligitur à nobis secundum statū præsentis vitæ, est quidditas rei materialis, quæ est nostri intellectus obiectum, vt multoties suprà dictum est^e.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in luce primæ veritatis oīa intelligimus & iudicamus, inquantum ipsum lumen intellectus nostri, siue naturale, siue gratuitū, nihil aliud est quàm quædam impressio veritatis primæ, vt suprà dictum est^e. Vnde cum ipsum lumen intellectus nostri non se habeat ad intellectum nostrum sicut quod intelligitur, sed sicut quo intelligitur, multo minus Deus est id quod primo à nostro intellectu intelligitur.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ propter quod vnūquodq; illud magis, intelligēdū est in his q̄ sunt vnius ordinis, vt suprà dictū est^e. Propter Deum autem alia cognoscuntur, nō sicut propter primum cognitum, sed sicut propter primam cognoscitiuæ virtutis causam.

¶ Ad tertiū dicēdū, q̄ si in aīa nostra esset perfecta imago Dei: sicut fili^9 est perfecta imago patris, statim mēs nostra intelligeret Deū. Est aūt imago imperfecta. Vñ ratio non sequitur.

QVAESTIO OCTVAGESIMANONA de Cognitione animæ separatæ, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de cognitione animæ separatæ.

¶ Et circa hoc quæruntur octo. ¶ Primo, vtrū aīa separata à corpore possit intelligere. ¶ Secundo, vtrū intelligat substantias separatas. ¶ Tertio, vtrum intelligat oīa naturalia. ¶ Quarto, vtrum cognoscat singularia. ¶ Quinto, vtrum habitus scientiæ hic acquisitæ remaneat in anima separata. ¶ Sexto, vtrum possit vti habitu scientiæ hic acquisitæ. ¶ Septimo, vtrū distantia localis impediat cognitionē animæ separatæ. ¶ Octauo, vtrum animæ separatæ à corporibus cognoscant ea quæ hic aguntur.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrū anima separata aliquid intelligere possit.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ anima separata nihil omnino intelligere possit. Dicit eñ Philosophus in 3. de Anima, q̄ intelligere corrumpitur interius quodam corrupto. Sed omnia interiora hominis corrumpuntur per mortem. Ergo & ipsum intelligere corrumpitur.

¶ Præterea, Anima humana impeditur ab intelligendo per ligamentum sensus, & perturbata imaginatione, sicut suprà dictum est^e. Sed morte totaliter sensus & imaginatio corrumpuntur, vt ex suprà dictis patet ^e. Ergo anima post mortem nihil intelligit.

¶ Præterea, Si anima separata intelligit, oportet quòd per aliquas species intelligat. Sed nō intelligit p species innatas: quia à primo est sicut tabula in qua nihil est scriptum. Neque per species, quas abstrahat à rebus: quia nō habet organa sensus & imaginationis, quibus mediantibus species intelligibiles abstrahuntur à rebus. Neque etiā per species prius abstractas & in anima conseruatas: quia sic anima pueri nihil intelligeret post mortem. Neque etiam per species intelligibiles diuinitus influxas. Hæc enim cognitio non esset naturalis, de qua nunc agitur, sed gratiæ. Ergo anima separata à corpore nihil intelligit.

aduerte, quòd supponitur hic, animam dari separatam à corpore, & quæritur de hac operatione quæ est intelligere. 442

Comment. ¶ In corpore quatuor. Primo ostendit in quo est ratio difficultatis in hac q. Secundo ostendit modum soluendæ quæstionis. Tertio auget difficultatem. Quarto soluit. ibi, considerandum.

¶ Quo ad primū duo dicit: effectum certum, & causæ incertitudinē. Effectus certus est modus intelligendi, scilicet per cōuersionem ad phantasmata: hoc enim in nobis experimur, quòd sine phantasmate nihil intelligimus, sed quare sic intelligimus, an scilicet causa huius sit natura animæ, an potius alligatio animæ ad corpus, ambiguum est: & inde prouenit difficultas nostræ quæstionis. Si enim causa huius est non natura animæ, sed hoc conuenit ei per accidens, s. propter alligationē ad corpus, vt Plat. posuit: aut propter dispositionem ex sensibilibus, vt Auic. dicit: facilis quidē est solutio quæstionis nostræ, vt patet. Sed obstat, quia sic vnio animæ ad corpus nō esset propter melius animæ: contra illud principiū, Materia est propter formā. Si vero causa huius est natura animæ: licet saluetur hoc principium: non tñ solui potest quæstio mota: cum enim nunquā aīa perdat suam naturā, nūquā intelliget sine phantasmate: & sic separata erit otiosa. Vndique ergo restat difficultas. 112 435 437 b 424 422 58 68 437

Annot. ¶ Aduerte hoc quòd S. Tho. breuitati studens, omisit opinionē mediā quæ est Auicē. q̄a eā superius reprobauerat: cū de scientia nostra esset q̄ō. Et quia quo ad propositum in idē redit, cū Plat. quoniā apud vtrunque vnio aīæ ad corpus non est propter melius: quoniam anima seipsa apud vtrunq; habilis est vt proportionatam sibi perfectionē à substātiis immaterialib^9 suscipiat. In cuius signum anima separata ab infante oīa perfecte nouit: nō ergo vnitur corpori propter melius: si tamē distincte cōtra eā procedere placet vide ī q. de Aīa. q. 15. 443 *3. q. 11. articu. 2. Et 3. di. 31. q. 2. art. 4. Et 4. dis. 50. q̄ō. 1. art. 1. & 2. & veri. q. 19. art. 1. & 2. & de Anima art. 15. 16. & 17.*

¶ *Num animā oporteat intelligere vel cōuertendo se ad phantasmata, vel ad superiora.*

¶ Circa hanc partem primam occurrit dubium: quia insufficiens videtur distinctio supposita in litera, scilicet quòd oportet animam intelligere aut per conuersionem ad phantasmata, aut per conuersionem ad superiora. Stat enim quod intelligat tertio modo, scilicet per conuersionem ad obiecta cognoscibilia quæcunq; sint illa siue 422 423 384 Quæstio.

corporea, siue incorporea. Et hic modus & est communior vtroque, & est naturalis animæ in omni statu: & sic ex hoc quòd anima intelligit per cõuersionem ad phantasmata, non consurgit tanta difficultas huius q. eo quòd phantasmata sunt quædam obiecta intellectus: vt patet in 1. de Anima. Quòd autē detur hic tertius modus in telligendi, scilicet per conuersionem ad obiecta corporea præter phantasmata, probat Sco. in 4. distin. 45. quæst. 1. tripliciter. primo, quia quicquid potest phantasma cum intellectu agente, potest etiam obiectum, cui⁹ est phantasma cum eodem. Secundo, quia aliter natura animæ esset vilissima. probatur sequela: quoniam ipsa ex intrinseciis, etiam extrinseciis, concurrentibus obiectis in nullam posset operationem: cum tamē lapis possit ex intrinseco in proprium op⁹: puta desedere. Tertio, quia plurralitas non est ponenda sine necessitate: sed nulla necessitas cogit ponere istam mediationem specierum à Deo vel angelis: quia ipsa natura animæ sufficit, cum obiectis ad actuandum seipsam: ergo, &c.

¶ Ad hoc breuiter dicēdum est, quoniam materia ista superius fuit discussa: quòd distinctio posita est sufficientissima: & apud philosophos est vt principium, & est à naturæ solicitudine demonstratum. Vt quid enim natura tot præparationibus quidditates sensibilium spirituales magis per sensus continue redderet, si obiecta extrà sit essent cooperari intellectui agēti?

¶ Ad primam ergo obiectionem negatur assumptum, & ad probationes eius superius respōsum fuit.

¶ Ad secundam vero dicitur, quòd ratio peccat. Primo, nulla est vilitas alicui⁹ naturæ passiuæ: si non concurrentibus propriis actiuis nō reducatur in actum. Modo obiecta corporea extra sunt intelligibilia in potētia, actiua autem respectu possibilis sunt intelligibilia in actu: qualia sunt phantasmata illustrata: non lapis illustratus: quia lapidi propter esse in summo gradu materialitatis repugnat illustrari, non autem phantasmati: quod in summo gradu spiritualitatis est. Peccat secundo, quia vnumquodque tunc videtur vile, quando concurrentibus his quæ sui generis sunt, non posset in proprium opus: non autem si non posset concurrentibus rebus aliorum generum: modo anima separata est de genere substantiarum intellectualium, & non corporum: & ideo vilis esset si cum substantiis separatis non intelligeret: non autem si cum corporibus. Peccat tertio, quia, vt dicitur in secundo cæli, non est vilius quod pluribus extraneis eget ad suum opus, illo quod nullo eget extraneo: quando opus egentis pluribus est altioris ordinis: hoc vero inferioris, vt patet ibi: modo constat q̃ intelligere quod est finis & opus animæ, est longe altioris ordinis quàm sit bonū lapidis & aliorum inferiorum: & ideo dato quòd anima valde multis extraneis egeret, & alia non propterea non sequeretur vilitas animæ. Peccat quarto: quia imaginatur arguens modum intelligendi per conuersionem ad superiora, esse extra ordinē naturalis perfectionis ipsius animæ, ac si ponamus q̃ anima separata cum omnibus sibi naturaliter cooperantibus non possit intelligere, ac per hoc ponatur destituta propria operatiōe: & quòd quasi ex quadam largitate superiora impartiantur ei species. Sed hæc puerilia sunt: vt enim in responsione ad vltimum in litera dicitur, cooperatio superiorum ad formationem animæ naturalis est, & cum primum anima separata est, conuertitur naturaliter ad superiora tanquam ad propria perfectiua illius pro statu illo. Vnde patet responsio ad tertiā, nulla enim ponitur superfluitas, imò est summa necessitas ponendi talem modum intelligendi, eo quòd aliter non posset anima de nouo aliquid naturaliter nosse.

Amor. ¶ Circa eandem partem occurrit dubium ex alio capite. Quia stante sufficientia distinctionis nulla videtur nasci difficultas: vt propter hoc anima videretur vniri corpori nō propter melius. Ad hoc enim facilime posset dici cum Scoto, vbi suprà: quòd animam vniri corpori propter melius, potest dupliciter intelligi. Vno modo propter melius sibi: alio modo propter melius compositi. Et licet anima non vniretur corpori propter suum melius, vnitur tamen propter melius hominis, & sic non oportet tāram solicitudinem, quanta in hoc articulo assumpta est, propter hoc assumere. Et confirmatur hoc: quia partes sunt propter totum: cuius esse & perfectio absque earum vnione haberi non potest.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quòd licet ista fuga prima facie apparearationabilis: perspicientibus tamē philosophiæ principia fuga videtur. Verum quippe est partes esse propter totū, & vniri propter melius totius: cum hoc tamen necessario exigitur vt verum etiam sit, q̃ materia sit propter formā, & quod vnio partiū sit etiam propter melius formæ: super hoc autem consurgit difficultas quæstionis.

¶ SED CONTRA est qd̃ Philosophus dicit in 3. de aīa, q̃ si nō est aliqua operationū aīæ propria, modo contingit ipsam separari. Cōtingit autē ipsam separari. Ergo habet aliquā operationē propriā & maximē eā, quæ est intelligere. Intelligit ergo sine corpe existens.

CONCLVSIO.

¶ *Animæ separatæ à corpore conuenit intelligere, licet non secundum conuersionem ad phantasmata, sed per conuersionem ad superiora.*

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ ista qō difficultatem habet ex hoc q̃ anima quandiu est corpori coniuncta, nō potest aliquid intelligere nō conuertendo se ad phantasmata, vt per experimentum patet[c]. Si autē hoc nō est ex natura animæ, sed per accidens hoc conuenit ei ex eo q̃ corpori alligatur: sicut Platonici posuerūt[c], de facili quæstio solui posset. Nam remoto impedimento corporis redieret anima ad suam naturā, vt intelligeret, & intelligibilia simpliciter non conuertendo se ad phantasmata, sicut est de aliis substantiis separatis. Sed secūdū hoc nō esset anima corpori vnita propter melius animæ, si peius intelligeret corpori vnita q̃ separata: sed hoc esset solū propter melius corporis. Quod est irrationabile: cū materia sit propter formam, & non econuerso: si autem ponamus q̃ aīa ex sua natura habeat vt intelligat cōuertendo se ad phantasmata, cū natura animæ post mortem corporis non mutetur, videtur q̃ anima naturaliter nihil posit intelligere cū non sint ei præsto phantasmata ad quæ conuertatur. Et ideo ad hanc difficultatem tollendā considerandum est, q̃ cū nihil operetur nisi inquātum est actu, modus operandi vniusciuiusque rei sequitur modum essendi ipsius: habet aūt anima alium modum essendi cū vnitur corpori, & cum fuerit à corpore separata, manente tamen eadem animæ natura, non ita q̃ vniri corpori sit ei accidentale, sed per rationem suæ naturæ corpori vnitur: sicut nec leuis natura mutatur cum est in loco proprio quod

Et confirmatur, quia si vniuersaliter corpus est propter animam, vt materia propter formam, maxime debet esse propter formam, quia habet proprium operari: sui non communicat materia nec compositum: quoniam hæc maxime habet rationem optimi & finis: sed anima intellectiua est huiusmodi: ergo de ea maxime verificari debet, quòd vniatur propter melius, non solum compositi, sed proprium: & sic stat difficultas in suo arduo.

¶ Quo ad secūdum dicit quatuor. Primo, q̃ stat animā habere duos modos operandi, scilicet cū phātasmate & sine phantasmate, & hoc probat sic: anima habet duos modos essendi actu: ergo duos modos operandi. Antecedens supponitur: quia habet quandoq; esse coniunctum corpori, & quandoque separatum ab eo. Consequētia probatur ex eo, q̃ vnumquodque operatur secūdum quod est actu, id est operatio sequitur esse in actu. ergo & modus operandi modum essendi in actu. secūdo ibi, manente tamen, excludit obiectionē præteactam in diffinitione quæstionis: dicēs stare hæc duo simul, scilicet & q̃ vniri corpori sit ex natura aīæ, & quòd natura animæ non mutatur habendo alium modum essendi: hoc est quod difficultatem faciebat. Si ex natura sua anima vendicat sibi corpus, quo pacto manente eadem natura poterit absque corpore operari? Manifestat autē hæc stare simul exēplo à naturalibus: gratia enim & leuia non mutant naturas suas: & tamen aliud conuenit eis, cum sunt in propriis locis, & aliud cū sunt extra propria & naturalia loca. Tertio declarat quales sint isti modi tā essendi quàm operandi quo ad naturalia ibi, Animæ igitur: & concludit, quòd esse in corpore & intelligere cū phantasmate est naturale animæ: esse vero separatum & intelligere per conuersionem ad superiora, est ei præter naturam: quarto ex hoc applicat ad propositum, cōcludendo, quòd anima vnitur corpori propter melius; quia propter naturalem modum intelligendi consequendum.

¶ *Num ex eo quòd animæ conueniunt duo modi essendi, coniunctum & separatum, duo sequantur in ipsa modi operandi & intelligendi.* Quæstio.

¶ Circa hanc secundā partē dubium occurrit circa illā consequētiam: Anima habet duos modos essendi, s. cōiunctū & separatū: ergo duos operandi, s. per cōuersionē ad phātasmata & superiora. Videtur eñ inefficax. Quoniā cū operatio modificetur & ex parte operationis & ex parte obiecti: verū quidē est q̃ modus operandi ex parte operantis causetur ex modo essendi: sed rationi non consonat, q̃ modus operādi ex parte obiecti causet ex modo essendi operātis. In proposito aūt constat q̃ hi modi, s. per conuersionē ad phantasmata & per cōuersionē ad superiora se tenēt ex parte obiecti, vt patet: ergo diuersitas horū modorū non rite infertur ex diuersitate modi essendi ipsius aīæ. Sed bene potuisset inferri ex tali diuersitate diuersus modus operādi: puta vt qd̃, & vt quo. Vñ Sco. in quarto dist. 45. q. 1. Ex hoc inquit, q̃ aīa est separata à corpore in essendo, nō sequitur q̃ sit separata à corpore vt obiecto in operando. ita eñ potest separata sicut coniuncta corpori obiecto copulari operādo. Præterea, inquit, si ex esse separato aīæ cōuertetur ad superiora, sequeretur q̃ anima separata esset capacior intellectiuæ superioris, quàm anima coniuncta corpori glorioso: sed hoc est falsum. ergo, &c.

¶ Ad hæc dicitur, q̃ quemadmodū in litera dicitur, cum vnumquodque operetur secundū quod est actu: cōsequens est, quòd iuxta modum essendi sit etiam modus operandi: ita q̃ variato modo essendi oportet variari modum operandi, secundum id quod ex modo essendi causabatur: & hoc est proculdubio verum.

¶ In proposito autem dico, quòd hi modi licet pertineant ad obiectā, tamen pure, imò radicaliter se tenent ex parte modorum essendi intelligentis, ita quòd negandum est quòd hi modi non se teneant ex parte operantis.

¶ Ad cuius euidētiam breuissime recolito, q̃ ex hoc, q̃ anima intellectiua est forma immaterialis, & tamen in materia, vt dicitur in 1. phy. tex. 16. nascitur q̃ propriū perfectiuū eiⁿ est partim immateriale & partim in materia: intelligibile eñ in actu, quod est perfectiuū animæ in phantasmate & intellectu agente existens, immateriale & in materia quodammodo est, vt ex dictis patet: cessante ergo tali modo essendi ipsius animæ, necesse est cessare illius effectū, s. esse spectibile à tali spectiuo, s. partim materiali & partim immateriali: & cōsequēter succedēte alio mō essendi, s. omnino sine materia, cōsentaneum est vt succedat alter effectus, s. q̃ sic perfectibilis ab his quæ oīno sunt sine materia. Et sic hi modi, quāuis cōcernant diuersitatem ex parte obiecti, nascuntur tamen ex parte operantis: imò ex modis essendi operantis. Cuius signum est q̃ apud philosophos omnis substantia intellectualis separata natural iter à corpore, nihil accipit à corporibus.

¶ Ad primum vero eorum quæ dicit Sco. iam patet q̃ separatio in essendo infert separationem in operando: & iam superius ostensum est, quòd impossibile est separatum aliquid pati à corpore impressionem aliquam intelligibilem, &c.

¶ Ad vltimum vero dicitur, q̃ est impertinens, quoniam de naturali cognitione & conditione animæ est fermo: status autē animæ in corpore glorioso miraculosus est. Vnde nihil obstat proposito si anima coniuncta tali corpori sit magis aut non minus capax talis influēciæ. Non enim quærimus quid Deus per mirracula possit, sed quid rerum ordini absque miraculis congruat. Vnde non sunt miracula inferenda.

¶ *Num intelligere per conuersionem ad superiora sit ei præternaturale.* Quæstio.

¶ Circa hanc pattem dubium est: quia in litera dicitur quòd intelligere per conuersionem ad superiora est præternaturale animæ. Hoc enim videtur falsum. Tum qa præternaturale exorbitat à naturalibus per hoc non potest esse perpetuum nec diuturnius naturali: constat autem hūc modū intelligēdi esse & diuturnioré alio & perpetuum secundum naturæ cursum. Tum quia præternaturale non nascitur ex natura rei, cui est præternaturale, vt patet: constat autem quòd ex natura animæ humanæ nascitur vterque modus essendi successiue in ea: ergo vterque modus intelligendi: ergo neuter est præternaturalis.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis sciito, quòd est duplex modus dicendi. Alter sequentium Auic. & dicentium q̃ vterque modus essendi & intelligendi est naturalis animæ successiue: nam esse in corpore est naturale ei in principio: esse vero extra est naturale ei in fine: quemadmodum homini inest duplex modus viuendi, scilicet in vtero materno in principio, & extra vterum in fine seu post principium: & secundum hanc viam facile solui videntur omnia. Derelicta tamen est à S. Tho. quia vt ex dicēdis apparebit, profundius scrutatus est naturam animæ. Est ergo alter modus dicendi qui habetur in litera: quòd scilicet vnus est naturalis & alter præternaturalis. Vbi scito quòd præternaturale non est idem quod contra naturam, sed est communius quid & superius ad id quod conuenit alicui contra naturam & supra naturā & extra naturam, & quomodolibet aliter quàm secūdū propriam naturā: in proposito autē sumitur præternaturale pro eo quod est supranaturale, non miraculose, sed supra naturam propriam ipsius animæ.

¶ Ad cuius euidentiā sciito, quòd quēadmodū ignis habet duos motus, alterū naturalē, s. quo mouetur sursum, Alterū præternaturalē, id est supra propriā naturā, quo mouet circulariter sequēs motū diurnū: & iste præternaturalis est perpetuus, & cōuenit ei secundū quod participat naturam superiorē cælestē, s. quæ participatio cōuenit ei ex eo q̃ obtinet primatū in sphæra elementari: semper eñ supremū infimi attingit infimū supremi: vt dicitur in 7. de diui. no. Ita in proposito anima intellectiua, qa est suprema forma in materia existentiū secūdū sui supremū, participat aliqd de natura substantiarū separatarū: & secūdū seipsam absolute aliquid aliud vendicat sibi proprii: secundū eñ propriam naturā vt sic vēdicat sibi esse in corpore, & intelligere p conuersionē ad phantasmata: qm̄ est essentialiter pars: secundū vero quod participat substantias separatas, habet q̃ sit etiā extra corpus, vt illæ sunt, & intelligat p cōuersionē ad intelligibilia simpliciter, vt illæ intelligunt: & sic ille modus est simpliciter naturalis animæ, hic vero præternaturalis. Nec inconuenit q̃ huiusmodi præternaturale sit diuturnius aut perpetuū: quoniā nō ea ratione dicitur præternaturale: q a exorbitet à natura: quia non est contra illā: sed quia est supra illam: vt patet manifeste in motu circulari ignis, qui indefesse semper ei actu cōuenit. motus aūt sursum nō cōuenit ei semper actu. Nec inconuenit etiā tale præternaturale innasci ex natura ipsius rei nō absolute, sed secūdū qd̃ participat in sui supremo naturā superiorē: vt patet in motu circulari ipsius ignis, qui innascitur ex hoc q̃ ignis est in illo loco: esse autē in illo loco cōuenit ei hoc, q̃ est supremū inter elementa: esse aūt supremū inter elementa habet annexū hoc q̃ participet naturam superiorē cælestem, scilicet, &c. ergo de primo ad vltimū, &c. ita in proposito ex hoc q̃ anima humana est immortalis, & infima inter intellectuales, habet duo. Et q̃ exigat corpus mediū inter contraria, & cōsequenter corruptibile: & q̃ possit remanere sola. Sed primū ex propriis habet, ex quibus habet q̃ ratiocinetur, & colligat scientiā ex sensib⁹. Secundum vero ex participatione superiorū in sui supremo: ex qua etiā nunc habet q̃ intelligat principia, & quod quid est. Et qm̄ hoc profundioris erat perscrutationis & rationi magis est cōsonum, quāuis difficilius: ideo diuus Tho. hāc semper tradidit vbiq; doctrinam: nec vnquam voluit Auicennæ facilitatem sectari.

Coment. ¶ Quo ad tertiū obiicitur cōtra dicta ex cōparatione istorū modorū intelligendi quo ad nobilitatem sic, Intelligere per conuersionem ad superiora est nobilius quàm per conuersionem ad phantasmata: & vterque modus cōuenit animæ per prædicta: ergo ille magis affirmandus est naturalis animæ quàm iste: & tenet sequela, quia vnumquodque semper naturaliter ordinatur ad melius de possibilibus: tunc vltra, ille modus naturalis animæ: ergo anima non eget vnione ad corpus, propter consequendum suum naturalem modum intelligendi.

¶ Quo ad quartum soluit distinguendo antecedens: & dicendo, quòd intelligere per conuersionem ad superiora est nobilius & melius simpliciter, sed nō animæ: & ideo cum vnaquæque res naturaliter ordinetur nō in melius simpliciter, sed in melius sibi: consequens est, quòd anima non ordinatur naturaliter ad intelligendum per modum substantiæ separatæ, quod est melius simpliciter, sed ad intelligendum per conuersionem ad phantasmata, quod est melius sibi: & ideo naturaliter vnitur corpori propter melius ipsius animæ, vt prius dicebatur. Primam partem huius distinctionis, scilicet, Intelligere per conuersionē ad superiora, est nobilius simpliciter, q̃ per conuersionem ad phantasmata: litera relinquit vt per se notam. Secundam vero, scilicet quòd non sit melius animæ, probat. Modus cognoscēdi quo cognitio confusa habetur ab aliquo, minus bonus est modo quo habetur cognitio distincta ab eodem: sed anima illo modo confuse, isto distincte cognoscit: ergo iste sibi melior. Probatur minor: quia ille modus est in proportionatus virtuti intellectiuæ aīæ p excessum, p̃barur hoc sic. modus proprius substantiis superioribus est improportionat⁹ inferioribus: iste est proprius substantiis superioribus, quæ scilicet naturaliter sunt separatæ: ergo est improportionat⁹ aīæ. Probatur maior sic. Vis intellectualis quanto magis recedit à primo, tanto magis diuersificatur: ergo intellectus quanto superior, tanto magis per vnum aut pauciores vniuersaliores & efficaciores species intelligit: ergo modus superioris est improportionatus inferiori quia per plures minus vniuersales & minus efficaces debet intelligere: & propterea si secundum species superioris intelligeret, non posset penetrare quod in eis est. Antecedens nunc assumptum declaratur exemplo linearum egredienium à centro: consequentia vero non probatione, sed manifestatione eget: & dupliciter declaratur. Primo, quia inde prouenit, quòd Deus per vnum quod est ipse, omnia intelligit, vtpote habens vim intellectualem maxime vnitam: & successiue superiores præstant inferioribus in paucitate & vniuersalitate species propter efficaciam intellectualis luminis. Intellectiua enim vis quanto maior est, tanto minus partitur in intelligibilia: & consequenter paucioribus species bus eget. Secundo declaratur in hominibus, experimur enim in nobis, quòd præstanti ingenio sulti paucissimis perceptis, multa sciunt: & econuerso rudiorem animam sortiti multis adhibitis & syllogismis & exemplis & de articulationibus rerum vsque ad minima, vix illa tantum comprehendunt, nec in illis alia nosse possunt: quo fit vt nullum ex se iudicium habeant de rebus. Minor autem, scilicet quòd iste modus sit naturalis substantiis superioribus quæ naturaliter sunt separatæ, probatur ex eo quòd animæ humanæ sunt vltimæ inter substantias intellectuales: ex hoc enim sequitur, ergo vltimus modus intelligendi est ei connaturalis, & non penultimus. sed infra istum datur inferior, scilicet per conuersionem ad phantasmata: ergo ille non animæ, sed superiori est connaturalis: animæ vero vltimus; vt sic vniuersi perfectio omnes gradus essendi habeat, &c. Reliqua sunt per se nota.

¶ *Num modus intelligendi per conuersionem ad superiora sit nobilior, & quomodo.* Quæstio.

¶ Circa hanc quartam partem dubitatur. Cum enim dicitur quòd modus intelligendi per conuersionem ad superiora est nobilior: aut intelligitur positiue, aut permissiue. Si permissiue, non oportet esse verum nisi particulariter: & nihilo minus vana est tanta solicitudo literæ: ex nobilitate illius modi exorta. Si positiue, ergo vniuersaliter verum est: & tunc sequitur implicatio in litera, dum dicitur quòd iste est vniuersaliter nobilior: & subditur quòd iste in anima nostra est imperfectior: si enim in anima nostra est imperfectior, ergo non vniuersaliter iste modus est perfectior: & si vniuersaliter ergo & in anima.

¶ Ad hoc breuiter dicitur quòd positiue est perfectior. Et cum dicitur, ergo vniuersaliter, concedatur. Et cum dicitur, ergo in anima, negetur argumentum: quia est sophisma figuræ dictionis: dum ab intellectione per conuersionem ad intelligibilia descenditurad intellectionem per conuersionem ad intelligibilia improportionata huic intellectui. Et ideo nulla est in litera contradictio: quoniam prius dixit quòd est simpliciter, id est sine additione aliqua nobilior: & hoc est verum vniuersaliter: deinde subditur, quòd ille modus, vt est possibilis animæ nostræ, id est non simpliciter, sed qualificatus ordine ad intellectum ita debilem est imperfectior. Et propterea glossando literam, diximus quòd ille modus est nobilior in se & absolute, non tamen animæ: non quòd ille modus in anima retineat nobilitatem in se, sed quia in anima non ponitur ille modus absolute, sed conditionatus conditione diminuente scilicet in proportione & incommensuratione specierum ad intellectum. Quòd autem ille modus absolute sit nobilior, ex eo patet, quòd purior est: lumen enim non admistum tenebris nobilius est tenebroso seu vmbroso: sed ille modus est in puro lumine, quia in solis intelligibilibus in actu puris consistit: iste vero est in lumine obumbraro, quia consistit in respectu ad intelligibilia obumbrata materiæ phantasmatum: ergo ille nobilior. Et ex hoc patet defectus Scoti in quarto distin. 45, quæstio. secunda, ad secundum: vbi negat intellectionem sine phantasmate esse perfectiorem positiue: & adducit rationem satis leuem: quia agens quod potest cum instrumento & sine, agere, non propterea, perfectius positiue agit, quia sine instrumento agit. Hæc enim ratio nihil pro se facit: quoniam constat quòd cæteris paribus, modus agendi sine instrumento est nobilior modo agendi cum eodem. Vnde laudamus artifices qui paucioribus instrumentis rem perficiunt: & multo magis si cum vno & si cum nullo.

¶Præterea, Operatio ex genere suo incorporea, quāuis permittatur admisceri quoquomodo corpori, quanto elongatior à corporeo instrumento, tanto perfectior positiue: quia magis accedit ad sui generis perfectionem, sed intelligere secundum omnes est huiusmodi: ergo, &c. Deceptus autem videtur Scotus: quia non vidit sophisma prædictum latere: cum dicitur, quodlibet intelligere per conuersionem ad intelligibilia simpliciter est nobilius: ergo tale conueniēs animæ est nobilius.

Annota. 444 ¶In responsione ad tertium aduerte, ꝙ ibi sumitur naturale vt distinguitur contra miraculosum. sic enim influxus iste est naturalis: quāuis non sit naturalis secundum propriam naturam ipsius animæ: vt in corpore articuli dictum est. Nec putes influxū istum dici diuinum, quia fit à Deo immediate: quoniam fit mediātibus angelis: vt patet in quæst. de Anima quæst. 20 sed quia sunt resultationes quædam specierum diuinarum, quæ sunt factrices rerum secundum omnia quæ in eis sunt, tam formalia quàm materialia.

3. q°. 11. arti. 1. ad secūdum. & de Anima art. 27. contra fin. & ad decimū. et art. 18. ad 27m. 440

a ¶Super Quæstionis octuagesimænonæ Articul. secundū.

Annot. IN titulo intelligat q̄ditatiue, de tali enim cognitione est dubium.

440 *Coment.* ¶In corpore vnica est conclusio responsiua habens duas partes: anima separata habet de aliis animabus perfectam cognitionē naturalem, de angelis vero imperfectā & deficientem. Probatur sic. anima separata seipsam per seipsam cognoscit, ergo reliqua incorporea per modū quo sunt in ipsa. ergo ꝑ modum ipsius animæ. ergo alias animas perfecte, angelos vero imperfecte. Antecedens probatur: quia non intelligit conuertendo se ad phantasmata. Prima vero cōsequentia probatur autoritate August. volentis quòd mens nostra rerum incorporearum notitiam per seipsam accipiat. Secunda vero consequentia probatur: quia vnumquodque intelligibile est in intelligente per modum ipsius intelligentis: & constat ꝙ intelligitur per modum quo est in eo: & inde emanauit illa maxima, quòd commune est omni substantiæ separatæ intelligere tam superiora quàm inferiora per modum substantiæ suæ. Tertia vero consequentia quo ad vtranque partem probatur: quia modus substantiæ animæ est conformis modo aliarum animarum separatarum: & est infra modum substantiæ angelicæ.

ARTICVLVS II.

a ¶Vtrum anima separata intelligat substantias separatas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima separata non intelligat substantias separatas. Perfectior enim est anima corpori coniuncta quàm à corpore separata: cum anima sit naturaliter pars humanæ naturæ, quælibet autē pars perfectior est in suo toto. Sed anima coniuncta corpori non intelligit substantias separatas, vt suprà habitū est [e]. Ergo multo minus cum fuerit à corpore separata.

¶Præterea, Omne quod cognoscitur, vel cognoscitur per sui præsentiam, vel per suam speciem. Sed substantiæ separatæ non possunt cognosci ab anima per suam præsentiam: quia nihil illabitur animæ nisi solus Deus. Neque etiam per aliquas species quas anima ab angelo abstrahere possit: quia angelus simplicior est quàm anima. Ergo nullo modo anima separata potest cognoscere substantias separatas.

¶Præterea, quidam Philosophi posuerunt in cognitione separatarū substantiarū consistere vltimam hominis felicitatem [e]. Si ergo anima separata potest intelligere substantias separatas, ex sola sua separatione consequitur felicitatem. Quod est inconueniens.

¶SED CONTRA est, quod animæ separatæ cognoscunt alias animas separatas, sicut diues in inferno positus vidit Lazarum & Abraham. Vident etiam & dæmones, & angelos animæ separatæ.

CONCLVSIO.

¶Anima separata de aliis animabus habet perfectam naturalem cognitionem, de angelis vero imperfectam & deficientem.

¶RESPONDEO dicēdū, ꝙ sicut Aug. dicit in 9. de tri. mens nostra cognitionē rerū incorporearū per seipsam accipit, id est cognoscendo seipsam. Sicut suprà dictū est [e]. Per hoc ergo quòd anima separata cognoscit seipsam, accipere possumus qualiter cognoscit alias res separatas. Dictū est autem [e], quòd quandiu anima corpori est vnita, intelligit conuertendo se ad phantasmata. Et ideo nec seipsam potest intelligere nisi inquantum fit actu intelligens per speciem à phantasmatibus abstractam. Sic enim per actum suum intelligit seipsam, vt suprà dictum est [e]. Sed cum fuerit à corpore separata, intelliget, non conuertendo se ad phantasmata, sed ad ea quæ sunt secundum se intelligibilia. vnde seipsam per seipsam intelliget. Est autem commune omni substantiæ separatæ, ꝙ intelligat id quod est supra se & id quod est infra se per modū suæ substātiæ. Sic enim intelligitur aliquid secundum quod est in intelligente. Est autem aliquid in altero per modum eius in quo est. Modus autem substantiæ animæ separatæ est infra modum substantiæ angelicæ: sed est conformis modo aliarum animarum separatarū. Et ideo de aliis animabus separatis ꝑfectam cognitionem habet, de angelis autem imperfectam & deficientem, loquendo de cognitione naturali animæ separatæ. De cognitione autem gloriæ est alia ratio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima separata est quidē imperfectior si consideretur natura corporis, sed tamē quodammodo est liberior ad intelligendum inquantum per grauedinem & occupationem corporis à puritate intelligentiæ impeditur.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima separata intelligit angelos per similitudines diuinitus impressas, quæ tamen deficiunt à perfecta repræsentatione eorum, propter hoc quòd animæ natura est inferior quàm angeli.

¶Ad tertium dicendum, quòd in cognitione substātiarum separatarū quarumcunque non consistit vltima hominis felicitas, sed solius Dei qui non potest videri nisi per gratiam. In cognitione vero aliarum substantiarum separatarum est magna felicitas [e], etsi non vltima: si tamen perfecte intelligantur. Sed anima separata naturali cognitione non perfecte eas intelligit, vt dictum est [e].

¶Quomodo si anima sit pura potentia in genere intelligibilium conueniat ei per seipsam intelligi.

¶Circa antecedens dubium magnū occurrit. Quoniā anima nostra est pura potentia in genere intelligibilium: vt Auer. & S. Tho. ex Arist. dixerunt: quomodo per seipsam intelligi potest? Intelligibili enim in potentia pura, repugnat per seipsum intelligi: quoniam conditio intelligibilis in actu est esse perfectiuū per seipsum, id est sine alio obiecto medio ipsius intellectus, vt de se patet. Et sic videtur duplex peccatū in hoc processu accidere. Primo obliuionis doctrinæ datæ. Secundo, fallaciæ secundum non causam vt causam: nō enim causa quare anima nunc nouit se, est conuersio ad phantasmata, sed intelligibilitas eius in potentia, cuius effectus est naturalis conuersio ad phantasmata, vt ad propriū perfectiuum & actuatiuum: vnde soluta conuersione ad phantasmata, si intellectus non est actuatus, remanet intelligibilis in potentia vt erat: & consequenter non per seipsum, sed per aliquem actum, puta à superioribus susceptum debet fieri & esse intelligibilis in actu. Et si ex sola separatione à corpore est intelligibilis in actu, ergo prius erat etiā intelligibilis in actu, quantum est in se: quāuis nobis nō esset intelligibilis nisi in potentia remota: propter naturaliter habere prius ordinem ad phantasmata: sed hoc destruit doctrinam tertij de anima Arist. dicentis, quòd nullam habet naturam, &c. & manifeste contradicit doctrinæ suprà datæ.

¶Ad hoc est dicendum, quòd anima nostra secundum propriam naturā est intelligibilis in pura potētia: & ꝙ cū separatur, fit intelligibilis in actu absque aliquo extraneo influxu: & ideo merito tunc intelligitur per seipsam & nunc non.

¶Ad quorū euidentiā recolenda sunt prædicta & applicanda ad propositū. Anima nostra, vt dictū fuit, habet in se propriā naturā vt sic: & habet participatiue aliquid de natura substantiarū immaterialiū. Et ex propria quidē natura cū vendicet sibi vnionē ad corpus, liquet, ꝙ habet ꝙ sit infima intellectualis substātia, nō solum gradu, sed in modo essendi: vtpote exigens modum essendi proprium formis materialibus, scilicet esse in corpore ꝑ informationē. Et q̄a vniuscuiusq; dispositio in entitate est, etiam quantū est in se, eius dispositio intelligibilitate: oportet ꝙ ex hac eadē radice proueniat, quòd anima sit infima in modo intelligibilitatis: ac per hoc sit intelligibilis in pura potentia. Et quia talē modū essendi exigit propter bonum suum: ex eadem radice pullulat cōuersio ad phantasmata tam secundum intellectū possibilem quàm agentē: & consequenter quòd intellectus agens non sit actus ipsius intellectus possibilis nisi mediantibus intelligibilibus sensibilium, &c. & consequenter ꝙ anima non cognoscat se nisi per actum suum, &c. Hæc enim omnia ex eadem radice oriuntur, scilicet ex propria natura animæ vt sic. Et quia ad propriā naturā animæ spectat modus essendi in corpore & intelligendi per phantasmata: ideo hæc in litera & alibi attribuūtur modo essendi vel intelligēdi tanquā notioribus proprietatibus occultæ causæ. Ex eo vero quòd participatiue sapit de natura substantiarū separatarū, non habet infimū modū essendi, & consequenter nec intelligibilitatis: sed habet superiorē modum essendi, s. separatū à corpore: & consequenter superiorē modū intelligendi tam actiue q̄ passiue: ita tamen vt sicut modū essendi similem superioribus non ab initio sibi vendicat actu, sed potestate tantū: ita & modū intelligibilitatis similē superioribus non statim sed ordinate post modū essendi ordine naturæ sortiatur. Et ideo notanter dixi, ꝙ ipsa est intelligibilis in pura potētia ex propria natura: & ꝙ sit in separatione intelligibilis in actu. Quomodo autē hoc fiat non videt[ur] difficile, si aduerterimus ꝙ quemadmodum ex natura ꝑpria animæ fluit simpliciter conuersio ad corpus & phantasmata secūdum omnes vires suas: ita ex participatione superiorū, cū incipit actu sortiri modum essendi separatum, ex consequēti ex eadem radice sortitur cōuersionem omniū viriū suarū ad seipsam: principium enim aspectus omnium substantiarū separatarū est primo respectu suimet. Et propterea ipsa inquantū sapit naturam earū, hāc cōformitatem sortitur, vt primo cōuertatur in seipsam, ac ꝑ hoc intellectus agēs ex eadē radice cōuertitur ad illustrandū primo substantiā animæ: & fit actus illius vt obiecti, & intellectus possibilis vt potentiæ: & sic substantia animæ de se intelligibilis in pura potentia fit intelligibilis in actu per seipsam sine alio obiecto, aut specie per cōuersionem luminis intellectus agentis super ipsam: quæ conuersio consequitur separationem, quæ cōsequitur nō naturā animæ propriā, sed superiorū participatam in anima. Et sic patet ꝙ nec obliuionē passus est D. Thomas, nec fefellit eum sophisma: quoniā naturalis cōuersio ad phantasmata causa vere est, quare nō intelligimus animā per seipsam, sed per actum suum: quāuis talis conuersio non sit causa primaria sed secundaria: vt patet ex dictis. Et q̄a hoc iam dixerat superius in loco proprio, non oportebat sic explicare: quoniam consequentia intelligenda sunt prout discussa sunt in antecedentibus in locis propriis.

a 440 443 a 436 438

¶Circa primam consequentiam aduerte, ꝙ quāuis autoritas August. loquatur de anima nostra in statu isto: subtilissime tamen ad propositū applicata est. Cū enim aliqua ordinarie se consequuntur, sic semper posterius commensuratur priori, vt vltimū cōmensuretur primo. Vñ quia in præsenti statu cognoscimus animā per actū & obiecta, & deinde incorporea cognoscimus per aīam: oportet vt cognitio rerum superiorū tanta sit, quanta potest oriri ex prima cognitione, quā scilicet ex sensibilibus habemus. Sed si prima cognitio esset cognitio animæ, cognitio superiorū nō cōmensuraretur nisi ipsi animæ: & idcirco ex hoc ꝙ anima per seipsam nouit seipsam, coassumpta illa propositione Aug. ꝙ per seipsam nouit incorporea, optime infertur in litera ꝙ nouit incorporea omnia secundū q̄d sunt in ea. Ex eo enim quòd per seipsam seipsam nouit, constat ꝙ perfecte cōprehendit se: ex eo vero quòd ex seipsa alia nouit, sequitur ꝙ cognitio aliorum nō arctatur nisi admodum quo in ipsa sunt, & non ad aliquam aliam priorem cognitionem: & sic excluditur duplex arctatio, quam tunc patimur, scilicet ad imperfectam cognitionem animæ de seipsa, & ad priorem cognitionem sensibilium.

¶Circa secundam consequentiam dub. occurrit. Quia aut intendit ꝙ anima cognoscit incorporea per propriā substantiā tanquā per rationē cognoscendi: aut tanquā per obiectū præcognitū: aut tanquam per virtutē cognoscitiuā. Si primo modo, optime procedit consequentia: sed expresse cōtradicit responsioni ad secundum in litera, vbi dicitur ꝙ anima separata cognoscit angelos per species influxas: non ergo propria substantia est ei ratio cognoscendi eos. Nec oportet species imperfecte repræsentare, sicut substantia animæ repræsentat eos: vt patet in ipsis angelis, in quibus ideo superadditur species etiam respectu inferiorum, vt suppleatur quod deest substantiæ. Si secundo modo, aut ista erit cognitio discursiua, sicut per mediū cognitū nouimus conclusionē: aut redibit primū membrū, ꝙ substantia sit etiā ratio intelligēdi, vt diximus de substantia angeli: quādo intelligunt naturaliter Deū per suas substātias absq; discursu, intuendo Deū in se vt in

speculo. Vtrunque horum non consonat, hoc enim nunc reprobatum est: discursus autem non habet locum in proposito apud S. Thom. Si autem tertio modo, vanus est totus conatus corporis articuli. Iam enim liquidum erat hoc, ꝙ anima quicquid cognoscit per propriā substātiam, nouit vt per primū operandi principium intrinsecū: sed ꝙ ex hoc resultet imperfectio cognitionis, nō probatur, nec autoritas August. esset ad propositū: quæ de anima vt cognita loquitur.

¶Ad hæc est dicendum quòd omnibus illis modis verificatur animam per modum suæ substantiæ intelligere & inferiora & æqualia, & superiora directe, nihilominus proposito primus & secundus deseruiunt: ita quòd substantia animæ concurrit, vt obiectum & species secundum se incōpleta, per superadditam autem speciē completa complemēto apto nato inueniri in ea.

445 *De Anima artic. 15. cor. fi. & ad 19. & ar. 18. et ar. 20. com. fin.*

¶Vbi aduerte, ꝙ dupliciter contingit intellectum aliquē per speciem intelligere. Vno modo immediate aspiciendo repræsentatum per illam speciem: sicut cum per speciem in oculo immediate respicimus coloratum. Alio modo, immediate aspiciendo ipsā speciem, & mediante ipsa, repræsentatum per illam: vt patet cum De[us] intelligit alia à se intuēdo essentiam suam, quæ est species omnium. In primo modo species habet rationem speciei tātum. In secundo vero tenet locum speciei & obiecti prius natura non tempore noti: in quo aliud relucet obiectum. Vtroque autē modo cognoscendo, cognitio cōmēsuratur modo substātiæ cognoscentis. Quod sic patet: cognoscendo habere speciem cogniti nihil aliud est quàm esse ipsum cognitum in esse intentionali. Cum multis autem modis contingat, cognoscentem esse vnum atque idem cognitum, quoniam multam habet latitudinem modus essendi quo cognoscens est cognitum: alio nāq; modo angelus est lapis, & alio modo Deus est lapis, & alio modo anima est lapis, & diuersitas ista non est ex parte rei cognitæ, quia vna & eadem est, ex parte ergo cognoscentis est naturæ, quæ diuersitatē tantā habet: ita ꝙ modus quo cognoscens est cognitum, cōmensuratur cognoscentis substantiæ. Et sic si substātia cognoscens est altioris ordinis q̄ cognitū, consequēs est vt sit illud altiori modo, q̄ sit in se ipso: & quia esse altius, & superioris ordinis pręhabet vnitius quicquid habēt inferiora dispersa, efficacius est illud esse, ad cognoscendū inferius obiectum, q̄ si æquale sibi esset. Si vero substantia cognoscens sit inferioris ordinis, q̄ obiectum, tūc est illud imperfectiori modo, q̄ sit ipsum in se: ac per hoc esse non poterit comprehēdere illud: quāuis magis vel minus perfecte poterit ipsum nosse iuxta proportionem defectus sui ab illo. Iuxta modum ergo gradus & perfectionis substantiæ cognoscētis est modus essendi cognitorū in illa: iuxta modum autē essendi illorū in ea est cognitio. igitur de primo ad vltimū cognitio cōmensuratur substātiæ cognoscentis. Quod vt clarius percipiatur, exemplariter declaretur cū anima separata cōprehēdit seipsam, cū inter perfectiones suas sit: nō solū ꝙ ipsa est sic imitans substantias immateriales in natura & modo essendi, sed etiam ꝙ ipsa est intentionaliter Gabriēl, Raphaēl, Michaēl, &c. cōprehēdendo suā perfectionē, videt & se vt ipsa est, & vt alia est: & sic videt ꝑ seipsam & speciē superadditā in ratione obiecti & speciei simul. Manifestū est aūt ꝙ impossibile est hoc mō plus nosse de aliis, q̄ habeatur ex modo quo ipsa anima est alia: nō enim nouit alia hoc modo nisi quia seipsam nouit sic esse illa: & sic par est iudiciū quo ad hoc, si per solam substantiā, & sic per substantiā & speciē superadditā cognitio fiat: Cū vero anima per speciē additā immediate tendit in Gabriēlē, species in illa nō est efficacior q̄ in prima cognitione fuerat, cū speciei tantū locū teneat, prius autē speciei & obiecti simul: nec alia ratione Gabriēlē cognoscere facit nisi quia est id quo cognoscēs est ipse Gabriēl. Tantū aūt facit formaliter cognoscentē esse Gabriēlē: quantū cognoscens capax est. Capacitas autē istius est secundum modū substantiæ suæ: cognitio igitur etiam ista substantiæ cognoscentis commensuratur.

¶Et sic patet responsio ad quæsita & obiecta: quia nulla est contradictio in litera: dum substantia animæ species & obiectū: & species superaddita ponitur quandoque vt ratio cognoscendi tantum, quandoque etiam vt obiectum: vt dictum est, &c. Et iuxta hunc modum potest anima separata omia quæ nouit, simul intelligere: secundum quod superius de angelis dictum est.

ARTICVLVS III.

a ¶Vtrum anima separata omnia naturalia cognoscat.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd anima separata omnia naturalia cognoscat. In substantiis enim separatis sunt rationes omnium rerū naturaliū. Sed animæ separatæ cognoscunt substantias separatas. Ergo cognoscunt omnia naturalia.

¶Præterea, Qui intelligit magis intelligibile, multo magis pōt intelligere minus intelligibile. Sed anima separata intelligit substantias separatas, quæ sunt maxima intelligibilium. Ergo multo magis potest intelligere omnia naturalia, quæ sunt intelligibilia minus.

¶SED CONTRA, In dæmonibus magis viget naturalis cognitio, q̄ in anima separata. Sed dæmones non omnia naturalia cognoscunt, sed multa addiscunt per longi temporis experientiā, vt Isidorus dicit. Ergo neq; animæ separatæ omnia naturalia cognoscunt.

¶Præterea, Si anima statim cum est separata, omnia naturalia cognosceret, frustra homines studerent ad rerū scientiam capessendam. Hoc autem est inconueniens. Non ergo anima separata omnia naturalia cognoscit.

CONCLVSIO.

¶Animæ separatæ de rebus naturalibus cognitionem habent non certam & propriam sed communem & confusam.

c 443 ¶RESPONDEO dicēdum, ꝙ sicut suprà dictū est [e], anima separata intelligit ꝑ species separatas, quas recipit ex influētia diuini luminis, sicut & angeli: sed tamē quia natura aīæ est infra naturā angeli, cui iste modus cognoscēdi est naturalis: aīa separata ꝑ huiusmodi species nō accipit perfectā rerū cognitionē, sed quasi in cōmuni & confusam. Sicut igitur se habēt angeli ad perfectā cognitionē rerum naturaliū ꝑ huiusmodi species, ita animæ separatæ ad imperfectā & cōfusam. Angeli autem per huiusmodi species cognoscunt cognitione perfecta omnia naturalia: quia omnia, quæ Deus fecit in propriis naturis, fecit in intelligētia angelica, vt dicit Aug. super Gen. ad lit. Vnde & animæ separatæ de omnibus naturalibus cognitionem habent, non certam & propriam, sed communem & confusam [e].

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ nec ipse angelus per suā substantiam cognoscit omnia naturalia, sed per species quasdā, vt suprà dictū est [e]. Et ideo non propter hoc sequitur quòd anima cognoscat omnia naturalia: quia cognoscit substantiam separatam.

¶Ad secundū dicendū, ꝙ sicut anima separata non perfecte intelligit substantias separatas: ita nec omnia naturalia perfecte cognoscit, sed sub quadam confusione: vt dictum est [e].

¶Ad tertium dicendum, quòd Isido. loquitur de cognitione futurorum: qua nec angeli, nec dæmones, nec animæ separatæ cognoscunt nisi vel in suis causis [e], vel per reuelationem diuinam. Nos autem loquimur de cognitione naturali.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ cognitio, quæ acquiritur hic per studiū, est propria & perfecta, illa autem est confusa. Vnde non sequitur quòd studium addiscendi sit frustra.

ARTICVLVS IIII.

a ¶Vtrum anima separata cognoscat singularia.

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur quòd anima separata non cognoscat singularia. Nulla enim potentia cognoscitiua remanet in anima separata nisi intellectus, vt ex supradictis patet [e]. Sed intellectus, non est cognoscitiuus singulariū, vt suprà habitum est [e]. ergo anima separata singularia non cognoscit.

¶Præterea, Magis est determinata cognitio qua cognoscitur aliquid in singulari, quàm illa, qua cognoscitur aliquid in vniuersali. Sed aīa separata nō habet aliquā determinatā cognitionē de speciebus rerum naturalium. Multo igitur minus cognoscit singularia.

¶Præterea, Si cognoscit singularia, & non per sensum, pari ratione omnia singularia cognoscit. Sed non cognoscit omnia singularia. Ergo nulla cognoscit.

¶SED CONTRA est quod diues in inferno positus dixit, Habeo quinque fratres. vt habetur Lucæ 16.

¶Circa hanc quoque partem aduerte, ꝙ licet ad cognoscēdum quidditatiue alias animas separatas anima non egeat specie superaddita: quia sua substantia ad hoc sufficit: ad cognitionem tamen an est, & ad cognitionem pertinentē ad locutionem & auditionem exigitur species superaddita. quoniā hæc non repræsentātur per substantiam intelligentis animæ. Et ideo simpliciter cōcedendum est, ꝙ vna anima intelligit aliā per speciem. Vnde S. Tho. indistincte hic de eis loquitur: & i q. de Anima. q. 20. dicit, quòd anima Lazari nosse potuit animam Abrahę, sicut alias substantias separatas. 443

a ¶Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum tertium. 430

Annot. TItulus. Naturalia, id est omnes quidditates rerum sensibilium.

Coment. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito, Aīa separata cognoscit oīa naturalia: in cōmuni tamē & cōfuse. Probatur sic. aīa separata cognoscit per species diuinitus influxas vt angeli, imperfecte tamen & confuse, ergo proportionaliter se habet anima separata ad imperfectam rerū cognitionem, vt angel[us] ad perfectam: ergo cognoscit omnia naturalia imperfecte & confuse. Antecedēs supponitur quoad primā partē ex primo art. secunda pars probatur ex medio ibidem tacto: quia scilicet modus cognoscēdi proprius superiori naturæ imperfectæ conuenit inferiori: hic autē est ꝑprius angelo, infra quē est anima. ergo. Prima consequētia est ex se euidens, quoniā cum aīa & angelus cōueniant in speciebus, & differant in efficacia & perspicacitate, proportionaliter se habebunt respectu repręsentatorum per illas species, sicut angeli ad efficacem: ita animæ ad effectiuā cognitionē. Secūda vero consequentia probatur ex eo ꝙ influxæ angelis species repręsentant eis omnia naturalia, & perfecte eorū in eis notitiam pariunt, vt patet per Aug: ex hoc enim optime infert, ergo ad eadē se extendunt species influxæ animæ separatæ, sed imperfectæ & confuse: quod est intentum.

e 329 446 *4. di. 50. q. 3. art. 1. Et veri. q. 19. ar. 2. Et de Anima art. 15. & 20.* 384 434

¶Hic aduerte studiose quanta solicitudine vacandum sit sciēdis rebus: quoniam anima nostra nō nisi hic perficit perfecte. Et ratio est, q̄a ipsa est infima inter intellectuales substātias, & exigit spēs dearticulatissimas: dearticulatissimæ autē sunt, quę singulorū obiectorū sunt singulæ, obiecta autē in gñe sensibiliū cū sint quidditates, oportet animā habere singulas spēs iuxta numerū quidditatū: hoc autē ex phantasmatibus fit, nō ex superiorū influxu, vbi omnia sunt vnite & indistincte.

a ¶Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum quartum.

TItulus. Singularia seu sensibilia: de his enim est quæstio.

Annot. *Coment.* ¶In corpore tria. Primo ꝑponit conclusionē responsiuā. Secundo distinguit. Tertio declarat conclusionē propositā ibi, In hoc tamen est differentia.

¶Quo ad primum conclusio est: Anima separata cognoscit quædam singularia: sed non omnia etiam præsentia: aduerte quòd vltima particula posita est ad differentiam angelicæ cognitionis: dictum enim fuit superius, quòd angeli naturaliter cognoscunt omnia singularia præsentia, non omnia simpliciter.

¶Quo ad secundū distinguitur modus intelligēdi ꝑ abstractionē à phantasmate, & per influxū specierū à Deo. Inter quos ad propositū hæc differentia est, ꝙ iuxta primū impossibile est nosse singularia nisi indirecte, vt ꝓbatū est: iuxta secūdū vero possunt cognosci, vt ostēsum est de Deo & angelis. Et tangit ratio, q̄a essentia diuina est præhabēs in se principia indiuiduātia: & cōsequēter species exēplatæ ab illa repræsentare possunt eadē, &c. hæc sunt superius discussa in locis suis.

¶Quo ad tertiū declaratur conclusio, & quo ad partē affirmatiuā & negatiuam & limitatiuam, ostēdendo differentiā inter angelos & animā in cognoscēdo per huiusmodi species. angeli, quia per huiusmodi species perfecte cognoscūt, q̄a iste modus est eis naturalis: consequens est quòd per eas non solum specierum, sed indiuiduorum participantium ipsas notitiam habent: animæ vero quia per eas imperfecte cognoscunt, nec species nec indiuidua distincte norunt, nisi aliunde determinentur: quia omne quod recipitur in aliquo, recipitur per modum recipientis: & sic cognoscūt aliqua & nō omnia, sed ea quæ determinantur aliunde. Subdit quatuor modos, quibus fit ista determinatio, scilicet vel præuiam cognitionem, vel affectionem, vel naturalem ordinationem, vel Dei ordinem.

¶Circa hāc partem dub. est, vnde & quomodo affectio, cognitio & ordo deter-

minent ad cognitionẽ singularium. Aut enim species illæ repræsentant ipsi animæ singulare, aut non: si non, nihil horum largietur eis vim repræsentatiuam, vt patet. Si sic, sed nõ percipitur ab anima: ergo ista dãt animæ vim perceptiuam; sed hoc est manifeste falsum: inest enim illa à natura: ergo, &c.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia, vt sæpe dictum est, cognitio fit per hoc quòd cognoscens est cognitum, & anima nostra secundum se non est actu, sed potentia ipsa cognoscibilia, potentia autem habet rationem determinabilis, secundum quod anima magis determinatur ad vnum q̃ ad aliud: consequens est, quòd secundum hoc magis accedit ad esse actu vnum, quàm aliud. Determinatur aũt anima ad aliquid vnũ, vel per naturæ, aut Dei ordinẽ, in rationem actiui vel passiui, &c. vel per vestigium aliquod il-
431 lius in parte perceptiua, vel per affectionẽ in parte appetitiua: & sic determinatio huiusmodi appropriat animam ad illud: non ita quòd faciat illam esse illud, sed
90 ita ꝙ propinquã reddat illam ad esse illud. Ex hac autem propinquitate fit vt species influxæ, quæ ideo improportionatæ dicuntur animæ: quia plures in se continẽt, quàm aĩa possit per eas intelligere, cum recipiuntur in anima, sic propinqua determinentur ad efficaciter actuandum ipsam animam secundum illa obiecta distincte remanẽte secundum alia repræsentata confusa actuatione. Et merito, quia anima est disposita & magis determinabilis p species quo
450 ad hæc, quàm quo ad alia. Et hæc est ratio, quę redditur in litera: dum dicit, quia vnũquodq; recipitur in alio per modum recipiẽtis, id est secundum modũ quo dispositũ est recipiens.

¶Ad quæsitum ergo dicitur, ꝙ species repræsentant singulare, sed nõ distincte huic animæ: & cum dicitur, ergo ordo iste largitur vim perceptiuã, dicitur ꝙ non dat vim perceptiuã, sed reddit ipsam habilẽ & proportionatam speciei inquantum repręsentat tale singulare: & sic facit dispositiue ipsam illud percipere.

CONCLVSIO.

¶*Anima separata cognoscit quædam singularia, sed non omnia præsentia, secundum quod determinantur per species influxas, vel per præuiam actionem, vel aliquam affectionem, vel naturalem habitudinem, vel diuinam ordinationem.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd animæ separatæ aliqua singularia cognoscunt, sed non omnia etiam quæ sunt præsentia.

¶Ad cuius euidentiam cõsiderandũ est quòd duplex est modus intelligẽdi. Vnus per abstractionẽ à phantasmatibus: & secundum istum modũ singularia per intellectum cognosci nõ possunt directe, sed indirecte, sicut suprà dictum est [e]. Alius modus intelligẽdi est per influẽtiam specierũ à Deo. Et per istũ modũ intellectus potest singularia cognoscere. Sicut em̃ ipse Deus per suã essentiã inquãtũ est causa vniuersaliũ & indiuidualiũ principiorum, cognoscit oĩa & vniuersalia & singularia, vt suprà dictũ est [e]: ita substantiæ separatæ per species quæ sunt quædam participatæ similitudines illius diuinæ essentiæ, possunt singularia cognoscere. In hoc tamẽ est differentia inter angelos & animas separatas: quia angeli p huiusmodi species habẽt perfectã & ꝓpriã cognitionẽ de rebus, aĩæ vero separatæ, confusam. Vnde angeli propter efficaciã sui intellectus per huiusmodi species non solũ naturas rerũ in speciali cognoscere possunt, sed etiam singularia sub speciebus cõtenta. Aĩæ vero separatæ non possunt cognoscere per huiusmodi species nisi solũ singularia illa, ad quæ quodãmodo determinantur vel per præcedẽtem cognitionem, vel per aliquã affectionẽ, vel p naturalem habitudinem, vel per diuinã ordinationem [e]: quia omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo per modum recipientis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus per viã abstractionis nõ est cognoscitiuus singularium. Sic autem anima separata non intelligit, sed sicut dictum est [e].

p ¶Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ ad illarũ rerũ species, vel indiuidua cognitio aĩæ separatæ, determinatur, ad quæ aĩa separata habet aliquam determinatam habitudinẽ, sicut dictum est [e].

p ¶Ad tertium dicẽdum ꝙ anima separata non se habet æqualiter ad omnia singularia, sed ad quædam habet aliquam habitudinẽ quam non habet ad alia. Et ideo non est æqualis ratio, vt omnia singularia cognoscat.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum habitus scientiæ hic acquisitæ remaneat in anima separata.*

Quæstio. ¶*Num anima separata cognoscit singularia per species abstractas.*

447
12. q̃. 63. art. 2. Et 3. dist. 13. q. 2. arti. 4. Et 4. dist. 50. q. 1. artic. 2. Et 2. contra c. 79. fi. & quo. 3. q. 6. ar. 1. et quol. 12. arti. 3. & 13.

¶In responsione ad primũ occurrit dub. superius in q. 79. art. 6. tactũ: & est tale. Aĩa separata recordatur criminũ cõmissorũ: ergo cognoscit singularia: & singularia sunt sensibilia, & cũ cõstet ꝙ nouit ea per species quas secum detulit: ergo male hic dicitur, ꝙ per species abstractas nõ nouit singularia. ¶Ad hoc posset breuiter dici glossando hanc autoritatem, & cæteras similes, ꝙ loquũtur de cognitione noua, & non recordatione: & secundũ hanc viã responsum fuit superius in quæstione prædicta. Sed quoniam hæc via non est consona S.Thom. Tum quia hæc cognitio non posset esse nisi reflexa & in alio: vt patet in his quæ de cognitione singulariũ sunt dicta: reflexa autẽ cognitio sine singulari ad quod fit reflexio intelligi nequit: singulare aũt per sensus offertur. Et ideo in quæstionibus de Anima, q. 20. in responsione ad primum in oppositum dicit S.Thom. ꝙ quia præfata reflexio non cõpletur sine sensu, anima separata non cognoscit singularia vt cognoscebat coniuncta. Tũ quia vnũ de determinãtibus species influxas ad cognitionem singulariũ in anima separata est præcedens cognitio: vt quia ipsa præcedens cognitio non sufficit propter variatũ modũ essendi ipsarũ specierũ abstractũ, saltem fit præparatio & dispositio sufficiens ad hoc ꝙ anima per speciẽ influxã cognoscat quæ nouerat singularia alio modo. Et sic cum anima separata cognoscit quæ commisit illa cognitio, est noua cognitio quo ad modum cognoscendi & species cognitorum: & est recordatio ratione præcedentis, quæ remansit in suo effectu, vt dispositio & præparatio ad cognoscendum illa. Et hoc modo patet quid dicẽdum est ad dubium in quæst. 79. motum: quia, scilicet negandum est quod supponit, scilicet ꝙ anima separata recordetur commissorum sufficienter per species hinc delatas. Quòd cognoscat ergo & recordetur est certũ, sed de modo ambiguitas est, quæ iudicio meo, secundum S.Tho. doctrinam sic soluenda est.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ habitus sciẽtiæ hic acquisitæ non remaneat in anima separata. Dicit enim Aposto. 1. ad Corint. 13. Scientia destruetur.

¶Præterea, Quidam minus boni in hoc mundo sciẽtia pollent aliis magis bonis carentibus scientia. Si ergo habitus scientiæ permaneret etiam post mortẽ in anima, sequeretur quòd aliqui minus boni etiam in futuro statu essent potiores aliquibus magis bonis: quod videtur inconueniens.

¶Præterea, Animæ separatæ habebunt scientiã per influentiã diuini luminis. Si igitur scientia hic acquisita in anima separata remaneat, sequetur quòd duæ erunt formæ vnius speciei in eodem subiecto. Quod est impossibile.

¶Præterea, Philosophus dicit in lib. prædic. ꝙ habitus est æqualitas difficile mobilis. Sed ab ægritudine vel ab aliquo huiusmodi quandoq; corrumpitur scientia. Sed nulla est ita fortis immutatio in hac vita, sicut immutatio quæ est per mortem. Ergo videtur quòd habitus scientiæ per mortem corrumpatur.

¶SED CONTRA est, quod Hiero. dicit in epist. ad Paul. Discamus in terris quorum scientia nobis perseueret in cælo.

CONCLVSIO.

¶*Habitus sciẽtiæ hic acquisitæ remanet in anima separata secundum quod est in intellectu.*

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ quidã posuerunt habitũ sciẽtiæ nõ esse in ipso intellectu, sed in viribus sensitiuis, scilicet imaginatiua, cogitatiua, & memoratiua: & ꝙ species intelligibiles nõ cõseruãtur in intellectu possibili. Et si hęc opinio vera esset, sequeretur ꝙ destructo corpore, totaliter habitꝰ sciẽtiæ hic acquisitæ destrueretur. Sed quia sciẽtia est in intellectu, qui est locus specierũ (vt dicitur in 3. de Anima) oportet ꝙ habitus sciẽtiæ hic acquisitæ partim sit in prædictis viribus sensitiuis, & partim in ipso intellectu. Et hoc potest considerari ex ipsis actibus, ex quibus habitus scientiæ acquiritur. Nam habitus sunt similes actibus ex quibus acquiruntur, vt dicitur in 2. Ethi. Actus antẽ intellectus, ex quibus in præsenti vita scientia acquiritur, sunt per conuersionem intellectus ad phantasmata, quæ sunt in prædictis viribus sensitiuis. Vnde per tales actus & ipsi intellectui possibili acquiritur facultas quædam ad considerandum per species susceptas, & in prædictis inferioribus viribus acquiritur quædam habilitas, vt facilius per conuersionem ad ipsas intellectus possit intelligibilia speculari. Sed sicut actus intellectus principaliter quidem & formaliter est in ipso intellectu, materialiter autem & dispositiue in inferioribus viribus: idem etiam dicendum est de habitu. Quantum ergo ad id, quod aliquis præsentis scientiæ habet in inferioribus viribus, non remanebit in anima separata: sed quantum ad id quod habet in ipso intellectu, necesse est vt remaneat: quia vt dicitur in lib. de longitudine & breuitate vitæ, dupliciter corrumpitur aliqua forma. Vno modo per se quando corrumpitur à suo contrario, vt calidũ à frigido. Alio modo per accidens, scilicet per corruptionem subiecti. Manifestum est autem, quòd per corruptionem subiecti, scientia, quæ est in intellectu humano, corrumpi nõ potest: cum intellectus sit incorruptibilis, vt suprà ostensum est. Similiter etiã nec per contrarium corrumpi possunt species intelligibiles, quæ sunt in intellectu possibili: quia intentioni intelligibili nihil est contrarium, & præcipue quantum ad simplicem intelligentiam, qua intelligitur quod quid est. Sed quantum ad operationẽ, quia intellectus componit & diuidit, vel etiã ratiocinaẽ, sic inuenitur contrarietas in intellectu, secundum quod falsum in propositione vel in argumentatione est cõtrarium vero. Et hoc modo interdum sciẽtia corrũpitur per contrariũ, dum s. aliquis per falsam argumentationẽ abducitur à scientia veritatis. Et ideo Philosophus in lib. prædicto ponit duos modos, quibus sciẽtia per se corrumpitur, s. per obliuionem ex parte memoratiuæ, & deceptionem ex parte argumentionis falsæ. Sed hoc non habet locum in anima separata. Vnde dicendum est, quòd habitus scientiæ secundum quod est in intellectu, manet in anima separata.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus non loquitur ibi de scientia quantum ad habitum, sed quantum ad congnitionis actum. Vnde ad huius probationem inducit, Nunc cognosco ex parte.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut secundũ staturam corporis aliquis minus bonus erit maior aliquo magis bono: ita nihil prohibet, aliquem minus bonũ habere aliquem scientiæ habitum in futuro, quem nõ habet aliquis magis bonus. Sed tamen hoc quasi nullius momenti est in comparatione ad alias prærogatiuas, quas meliores habebunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd vtraque scientia non est vnius rationis. Vnde nullum inconueniens sequitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd ratio illa procedit de corruptione scientiæ quantum ad id, quod est ex parte sensitiuarum virium.

a ¶*Super Quæstionis octuagesimænonæ Articul. quintum.*

Coment. TItulus clarus.

¶In corpore duo. Primo refert duas opiniones de subiecto habitus scientifici. Secundo respondet quæsito vna conclusione.

¶Quo ad primũ de prima opinione refert tria: de secunda vero duo. Primũ ad primam opin. est ipsa positio, scilicet scientia non est in intellectu, sed in viribus sensitiuis. Secundum est ratio eius: quia species intelligibiles nõ conseruãtur in intellectu. Tertiũ est, quid consequenter secundũ hoc respondendum esset quæsito, scilicet quòd sciẽntia non remanet. probatur: q̃a destructo corpore destruere. De secunda opi. primũ, est positio, s. ꝙ scientia partim, s. formaliter est in intellectu, & partim, s. materialiter & dispositiue, est in viribus sensitiuis. Secundum est eius ratio: & quo ad primam partem probatur primo, quia intellectus est locus specierum: quo ad vtrãq; vero, quia habitus sunt similes actibus intellectus, ex quibus fiunt: sed illi sunt partim illic, partim hic, in intellectu formaliter: & in illis dispositiue & materialiter. ergo.

¶Quo ad secundum, conclusio responsiua est, habitus scientiæ, secũdum quod est in intellectu, remanet in anima separata. Probatur, nõ corrumpitur per accidens, nec per se, ergo remanet. cõsequentia probatur autoritate Arist. quia forma altero modo corrumpitur. Antecedens quo ad primam partem probatur: quia subiectum est incorruptibile: quo ad secũdam vero, quia eius scire caret contrario: quod probatur: quia primæ operationi intellectus nihil est cõtrarium. Et excluditur obiectio quæ posset dici, quòd scire in secundo & tertio opere intellectus habet contrarium à quo per se corrũpitur, quod probatur rõne, q̃a vero contrariaẽ falsum: & autoritate Arist. ponentis duos modos corruptionis per se ipsius scientiæ. Hoc excludit, dicẽs hæc non habere locũ in anima separata: ita ꝙ vis probationis cõsistit in carere contrario: q̃a primæ operationi nihil est contrariũ. Secũda nõ habet ibi locũ. Anima em̃ separata intelligit p modũ substantiarũ immaterialium non componendo aut discurrendo, sed intuẽdo.

Annot. ¶Circa hanc partem aduerte, quòd nostra sciẽtia dicitur per se corrumpi per deceptionem, quantum ad id quod est in intellectu: & per obliuionem, secundum quod est in partibus sensitiuis. Iam enim dictum est, quòd est partim hic & partim ibi: ita quòd corruptio per obliuionem respicit per se scientiam, vt est in parte sensitiua, non vt in intellectu.

¶In responsione ad tertium aduerte errorem Sco. in 4. dist. 45. q. 1. imponentis S. Th. & ꝙ anima separata nõ intelligat per species conseruatas, quas hic accepit: sed per influxas tantum: & arguentis contra ipsum, si cõseruãtur ex eo quòd duo accidentia eiusdem rationis non possunt esse in eodem. Iam enim apertissime vtrunq; horum in hoc art. exclusit. Et cũ dicit Sco. ꝙ non potest fingi differentia specifica inter speciẽ lapidis conseruatã hinc, & influxam ibi: quia non differũt nisi in modo fiendi, sicut oculus à natura factus, & à Deo restitutus. Mirum est de ista quæstione: iam enim millies dicitur in litera, ꝙ species influxæ sunt vniuersaliores, quàm acquisitæ hic: & propterea manifeste distinguuntur specifice. Putat Scotus, quòd queadmodum species acquisita lapidis habet pro obiecto adæquato lapidem: ita species influxa repræsentãs lapidem. Nos autem dicimus, quòd speciei influxæ obiectum adæquatum, est quid communius extendens se ad lapidem, & multa alia: & propterea sunt diuersorum ordinum. Qualiter autem ex huiusmodi speciebus, possit proportionatus eis intellectus singulorum repræsentatorũ propriam & perfectam cognitionem accipere, superius in tractatu de angelis dictum fuit.

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum actus scientiæ hic acquisitæ maneat in anima separata.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd actus sciẽtiæ hic acquisitæ non maneat in anima separata. Dicit enim Philosphꝰ in 1. de Anima, ꝙ corrupto corpore anima neque reminiscitur neque amat. Sed considerare ea quæ prius nouit, est reminisci. Ergo anima separata non potest habere actum scientiæ, quam hic acquisiuit.

¶Præterea, Species intelligibiles nõ erũt potentiores in anima separata quàm sint in anima corpori vnita. Sed per species intelligibiles nõ possumus modo intelligere nisi cõuertendo nos super phantasmata, sicut suprà habitũ est [e]. Ergo nec anima separata hoc poterit. Et ita nullo modo p species intelligibiles hic acquisitas anima separata intelligere poterit.

¶Præterea, Philosophus dicit in 2. Ethi. ꝙ habitus similes actus reddunt actibus per quos acquiruntur. Sed habitus scientiæ hic acquiritur per actus intellectus cõuertẽtis se supra phantasmata. Ergo non potest alios actus reddere. Sed tales actus non competunt animæ separatæ. Ergo anima separata non habebit aliquem actum sciẽntiæ hic aquisitæ.

¶SED CONTRA est, quod Lucæ 16. dicitur ad diuitem in inferno positum, Recordare quia recepisti bona in vita tua.

CONCLVSIO.

¶*Actus scientiæ acquisitæ manent in anima separata, sed non eodem modo.*

¶RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ in actu est duo cõsiderare, scilicet speciem actus & modũ ipsius. Et species quidem actus cõsideratur ex obiecto, in quod actus cognoscitiuæ virtutis dirigitur per speciem, quæ est obiecti similitudo. Sed modus actus pensatur ex virtute agẽtis. Sicut quòd aliquis videat lapidem, contingit ex specie lapidis, quæ est in oculo: sed ꝙ acute videat, cõtingit ex virtute visiua oculi. Cum igitur species intelligibiles maneant in anima separata, sicut dictum est [e], status autem animæ separatæ non sit idem, sicut modo est, sequitur quòd secundum species intelligibiles hic acquisitas anima separata intelligere possit quæ prius intellexit, nõ tamen eodem modo, scilicet per conuersionem ad phantasmata, sed per modum conuenientem animæ separatæ. Et ita manet quidem in anima separata actus scientiæ hic acquisitæ, sed non secundum eundem modum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de reminiscẽtia secundũ quòd memoria pertinet ad partẽ sensitiuam, non autem secũdum quòd memoria est quodammodo in intellectu, vt dictum est [e].

¶Ad secundum dicendum, ꝙ diuersus modus intelligendi nõ prouenit ex diuersitate specierũ, sed ex diuerso statu animæ intelligentis.

¶Ad tertium dicendum, quòd actus per quos acquiritur habitus, sunt similes actibus quos habitus causant quantum ad speciem actus: non autem quantum ad modum agẽdi. Nam operari iusta sed non iuste, id est, delectabiliter causat habitum iustitiæ politicæ per quem delectabiliter operamur.

a ¶*Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum sextum.*

Coment. TItulus clarus.

¶In corpore vnica cõclusio responsiua quęsito, In anima separata manet actus scientiæ acquisitæ, sed non eodem modo. Probatur sic, Species intelligibiles remanent in anima: status vero animæ mutatur: ergo actus scientiæ remanet, & modus eius inutatur. Antecedens quo
448 ad vtranque partem patet: consequentia vero probatur quo ad primã partem: quia species actus ex obiecto pensatur: cuius similitudo & vicaria est species intelligibilis: quo ad secundam vero, quia modus actus ex virtute seu dispositione agentis pensatur. Declaratur probatio exemplo in visione lapidis acuta. consequens quoque declaratur quo ad secũdam partem: qui, scilicet sunt isti modi, scilicet per conuersionem ad phantasmata, & per modum
422 substantiæ separatæ: ab illo enim fit mutatio in hunc.

12. q. 67. art. 2. Et 3. d. 51. q. 2. arti. 4. cor. fi. n. Et 4. di. 50. q̃. 1. articu. 2. ad 2.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum distantia localis impediat cognitionem animæ separatæ.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd distantia localis impediat cognitionem animæ separatæ. Dicit enim August. in lib. de cura pro mort. agenda, quòd animæ mortuorum ibi sunt, vbi ea quæ hic fiũt scire non possunt. Sciunt autem ea quæ apud eos aguntur. Ergo distantia localis impedit cognitionem animæ separatæ.

¶Præterea, Augu. dicit in lib. de diuinatione dæmonum, ꝙ dæmones propter celeritatem motus aliqua nobis ignota denuntiant. Sed agilitas motus ad hoc nihil faceret, si distantia localis cognitionem dæmonis nõ impediret. Multo igitur magis distantia localis impedit cognitionem animæ separatæ, quæ est inferior secundum naturam, quàm dæmon.

¶Præterea, Sicut distat aliquis secundum locum, ita secundum tempus. Sed distantia temporis impedit cognitionem animæ separatæ. non enim cognoscunt futura. Ergo videtur quòd etiam distantia secũdum locum animæ separatæ cognitionem impediat.

¶SED CONTRA est quod dicitur Lucæ 16. quòd diues cum esset in tormentis eleuans oculos suos vidit Abraham à longe. Ergo distantia localis non impedit animæ separatæ cognitionem.

CONCLVSIO.

¶*Distantia localis nullo modo impedit animæ separatæ cognitionem.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd quidam posuerunt quòd anima separata cognosceret singularia abstrahendo à sensibilibus. Quod si esset verum, posset dici quòd distantia localis impediret animæ separatæ cognitionem. Requireretur enim quòd vel sensibilia agerent in animam separatam, vel anima separata in sensibilia. Et quantum ad vtrunque requireretur distantia determinata. Sed prædicta positio est impossibilis: quia abstractio specierum à sensibilibus fit mediantibus sensibus, & aliis potentiis sensitiuis [e], quæ in anima separata actu non manent [e]. Intelligit autem anima separata singularia per influxum specierum ex diuino lumine, quod quidem lumen æqualiter se habet ad propinquum & distans. Vnde distantia localis nullo modo impedit animæ

a ¶*Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum septimum.*

Coment. IN titulo dubium est, cum anima separata sit incorporea & à nullo corpore distet localiter, quomodo quæritur vtrum distantia localis. Titulus enim videtur supponere quod negatum est superius.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd de anima separata dupliciter loqui possumus. Primo secũdum se. Et sic nusquam est, & à nullo distat, & de ea sic non quæritur. Alio modo vt supponitur definita ad aliquem locum, & per accidens distat ab aliis secundum distantiã sui loci ab illis: & hoc modo hic quæritur, vtrum anima separata distans suo modo scilicet per accidens ratione diffinitionis suæ ad vnum locũ impediatur propter distantiam à cognitione aliorum. 447

Annot. ¶In corpore tria. Primo refert quandam opinionem affirmatiuã. Secundo reprobat. Tertio respondet quæsito vna conclusione negatiua.

¶Quo ad primum opinio est, quam sequitur Scot. in 4. dist. 45. q. 2. ꝙ distãtia localis impedit cognitionem animæ separatæ. Probatur, Anima, recipit cognitionẽ à rebus. ergo inter ipsam & res requiritur determinata distãtia. Nec refert vtrum anima patiatur à rebus, an agat in eas vel vtrunque habeat in hac acceptione. Semper enim exigitur determinata distantia inter agens & patiens altero saltem existente corporeo, & neutro infinito. 494

¶Quo ad secundam improbatur dicta propositio quo ad suam radicẽ, sic, Abstractio specierũ à sensibilibus fit mediãtibus sensibus, &c. ergo nõ potest fieri apud animam separatam. Antecedens patet, & consequentia tenet quia vires sensitiuæ non remanent in anima separata.

449
4. di. 5. q. 1. artic. 4. & de Anima art. 20. ad 3. & 4.
Annot.

¶Contra hanc rationem dicit Scotus vbi suprâ ꝙ non concludit. Quia sensus seu phantasmata non sunt media necessario requisita ad abstractionem simpliciter, sed pro statu isto: & dicit quòd antecedẽs est verum pro statu isto, non simpliciter. Probat aũt dictũ suũ dupliciter. Primo, quia esse imaginabile non est medium inter esse sensibile & intelligibile, sed cadit sub altero extremo, s. sub esse sensibili. Secũdo, q̃a stat aliquod esse medium vni virtuti actiuæ: quod non est medium respectu alterius: vt patet de medio locali respectu diuinæ virtutis: & sic, licet esse imaginabile sit medium inter sensibile extrà & intelligibile: non est respectu omnis virtutis abstractiuæ, sed respectu virtutis imperfectæ, qualis est intellectus noster coniunctus.

¶Ad hæc iam respõsum est superius in q. 55. art. 2. quare vide ibi: quoniã declarauimꝰ & probauimus, ꝙ esse imaginabile est necessario medium in abstrahendo vel in causando esse intelligibile ab exteriori sensibili secundũ naturæ ordinẽ, cui oĩs creata virtus subest: qm̃ nulla virtꝰ creata põt essentialẽ naturæ ordinẽ virtute propria præterire, quicquid diuina virtus possit. 422 450

¶Quo ad tertiũ conclusio responsiua est. Anima separata æque intel-

ligit propinquum & distans. Probatur, Intelligit singularia per influxum specierum à diuino lumine: ergo. antecedens supponitur. consequentia nota: quia lumen illud & in se & diffusum per speciem non magis respicit propinquum quàm distans. 450

Annot. ¶Circa hanc partem, quæ dicenda essent de istis speciebus, quomodo, scilicet possunt causare noticiã intuitiuam, & tamen repræsentãt & absentia & præsentia: in superioribus, cum de angelorum cognitione tractaretur, discussa sunt. Rationes quoque Scoti in 4. distin. 45. quæst. 2. in fine: quòd distantia localis impediat cognitionem, non oportet aliter afferre: quia supponunt animam accipere cognitionem à rebus: & de impedimento actionis & passionis loquuntur: & nihilominus superius sunt solutæ in tractatu de angelis. 93 c

a ¶*Super Quæstionis octuagesimænonæ Articulum octauum.*

Coment. Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo respondet quæsito. Secundo ad bonitatem doctrinæ respondet quæsito, de cognitione etiã gratuita loquendo. ¶Quo ad primum est vna conclusio responsiua, Animæ separatæ nesciunt naturaliter quæ hic aguntur. Probatur dupliciter, primo ratione. Animæ separatę sunt per diuinam ordinationem segregatæ à cõuersatione nostra: & coniunctæ cõuersationi spiritualium. ergo ista nostra nesciunt. Antecedẽs patet ex modo essendi earum: consequẽtia probatur ex dictis, scilicet quòd anima separata nõ nouit singularia nisi per vestigium, aut affectum aut ordinem ad ea: sed de vestigio aut affectu constat, quòd non est ad omnia: ordo autem est ad ea quæ alterius vitæ sunt: ergo, &c. Secundo confirmat & conclusionem & rationem autoritatibus Gregorij & August.

(450 22e. qõ. 83. art. 4. ad secundum. & 4. dist. 4. q. 3. art. 1. ad primũ & secundum. Et veri. q. 8. art. 11. ad 12. Et de Anima art. 20. ad tertium. 449 416)

¶Quo ad secũdum quatuor dicit. Primo differentiam inter Grego. & August. Apud Gregoriũ animæ sanctorum sciũt nostra, apud Augustinũ non. Ratio illius est: qa Deum vident: istius vero ex facto matris, & ex promissione Iosiæ. Secundo dicit, quòd non totaliter discrepãt, quia August. dubitãdo, Greg. asserendo. ¶Tertio comparat conclusiones eorũ: & præfert Gregorij sentẽtiam ratione consona Augustino: quia animæ sanctæ æquales sunt angelis, quia apud Aug. sciũt nostra. Et sic conclusio Grego. est etiam Augustini implicite.

separatæ cognitionem.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ Aug. nõ dicit, ꝙ propter hoc ꝙ ibi sunt animę mortuorum, ea quæ hic sunt, videre non possunt: localis distantia huius ignorantiæ causa esse credatur: sed hoc potest propter aliquid aliud contingere, vt infra dicetur[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd Augu. ibi loquitur secundum opinionem illam, quam aliqui posuerunt quòd dæmones habent corpora naturaliter sibi vnita: secundum quam positionem etiam potentias sensitiuas habere possunt, ad quarum cognitionem requiritur determinata distantia. Et hãc opinionem etiam in eodem lib. August. expresse tangit: licet hanc opinionem magis recitando, quàm asserendo tangere videatur: vt patet per ea quæ dicit 21. lib. de ciuit. Dei.

¶Ad tertiũ dicendũ, quòd futura, quæ distant secundũ tempus, non sunt entia in actu. Vnde in seipsis non sunt cognoscibilia[e]: quia sicut deficit aliquid ab entitate, ita deficit à cognoscibilitate. Sed ea, quæ sunt distãtia secundum locum, sunt entia in actu, & secundum se cognoscibilia. Vnde non est eadem ratio de distantia loci, & de distantia temporis.

ARTICVLVS VIII.

a ¶*Vtrum animæ separatæ cognoscant ea quæ hic aguntur.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd animæ separatæ cognoscãt ea quæ hic aguntur. nisi enim ea cognoscerent, de eis curam non haberent. Sed habent curam de his, quæ hic aguntur: secundum illud Luc. 16. Habeo quinque fratres, vt testificetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Ergo animæ separatæ cognoscunt ea, quæ hic aguntur.

¶Præterea, Frequenter mortui viuis apparẽt, vel dormientibus, vel vigilantibus: & eos admonent de iis quæ hic aguntur: sicut Samuël apparuit Sauli: vt habetur 1. Reg. 28. Sed hoc nõ esset si ea quæ hic sunt, non cognoscerent. Ergo ea quæ hic aguntur cognoscunt.

¶Præterea, Animæ separatæ cognoscunt ea quæ apud eas aguntur. Si ergo quæ apud nos aguntur, non cognoscerent, impediretur earum cognitio per localem distantiam: quod suprà negatum est[e].

¶SED CONTRA est quod dicitur Iob 14. Siue fuerint filij eius nobiles, siue ignobiles, non intelliget.

CONCLVSIO.

¶*Animæ mortuorum nesciũt naturaliter quæ hic aguntur: sed si sciunt, hoc eis ex gratia collatum est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum naturalem cognitionem, de qua nunc hic agitur, animæ mortuorum nesciũt quæ hic aguntur. Et huius ratio ex dictis accipi potest[e]. Quia anima separata cognoscit singularia per hoc quòd quodammodo determinata est ad illa; vel per vestigium alicuius præcedentis cognitionis seu affectionis, vel per ordinationem diuinam. Animæ autem mortuorum secundum ordinationem diuinam, & secundum modum essendi segregatæ sunt à conuersatione viuentium, & coniunctæ conuersationi spiritualium substantiarum, quæ sunt à corpore separatæ. Vnde ea, quæ apud nos aguntur, ignorant. Et hanc rationem assignat Grego. in 12. moralium dicens, Mortui vitam in carne viuentium post eos qualiter disponatur nesciunt, quia vita spiritus longe est à vita carnis: & sicut corporea atque incorporea diuersa sunt genere, ita sunt distincta cognitione. Et hoc etiam Aug. videtur tangere in lib. de cura pro mor. agenda. dicens, quòd animæ mortuorum rebus viuentium non intersunt. Sed quãtum ad animas beatorum videtur esse differentia inter Greg. & Aug. Nã Greg. ibidem subdit. Quod tamen, de animabus sanctis sentiendum non est, quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est, quòd sit foris aliquid quod ignorent. Aug. vero in lib. de cura pro mortuis agenda. expresse dicit, ꝙ nesciunt mortui etiam sancti quid agant viui, & eorum filij, vt habetur in glo. super illud, Abraham nesciuit vos. Isaiæ 63. Quod quidem confirmat per hoc quòd à matre sua non visitabatur, nec in tristitiis cõsolabatur, sicut quando viuebat. Nec est probabile, vt sit facta vita feliciore crudelior. Et per hoc ꝙ Dominus promisit Iosiæ regi, quòd prius moreretur ne videret mala quæ erant populo superuentura, vt habetur 4. Reg. 22. Sed Aug. hoc dubitando dicit. Vnde præmittit. Vt volet accipiat quisq; quod dicã. Greg. autem assertiue. Quod patet per hoc quod dicit, Nullo modo credendum est. Magis tamen videtur secũdum sententiam Greg. ꝙ animæ sanctorum Deum videntes, omnia præsentia, quæ hic aguntur cognoscant. Sunt enim angelis æquales. De quibus etiam August. asserit, quòd ea quæ apud viuos aguntur, nõ ignorant. Sed quia sanctorũ animæ sunt perfectissime iustitiæ diuinæ coniunctæ, nec tristantur, nec rebus viuentium se ingerunt, nisi secundũ quod iustitiæ diuinæ dispositio exigit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd animæ mortuorum possunt habere curam de rebus viuentium, etiam si ignorent eorum statum, sicut nos habemus de mortuis, eis suffragia impendendo, quãuis eorum statum ignoremus. Possunt etiam facta viuentium non per seipsos cognosere, sed vel per animas eorum qui hinc ad eos accedunt, vel per angelos seu dæmones, vel etiam spiritu Dei reuelante, sicut August. in eodem lib. dicit.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ hoc quòd mortui viuentibus apparent qualitercunque: vel contingit per specialem Dei dispensationem: vt animæ mortuorum rebus viuentium intersint, & est inter diuina miracula computandum, vel huiusmodi apparitiones fiũt per operationes angelorum bonorum vel malorum, etiam ignorantibus mortuis, sicut etiam viui ignorantes aliis viuentibus apparent in somnis, vt Ang. dicit in lib. prædicto. Vnde & de Samuële dici potest, quòd ipse apparuit per reuelationem diuinam: secundum hoc quod dicitur Eccle. 46. quòd dormiuit & notum fecit Regi finem vitæ suæ. Vel illa apparitio fuit procurata per dæmones: si tamen Ecclesiastici autoritas non recipiatur propter hoc quòd inter canonicas scripturas apud Hebræos non habetur.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd ignorantia huiusmodi non contingit ex locali distantia, sed propter causam prædictam[e].

QVAESTIO NONAGEsima de Prima hominis productione quantum ad animam, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de prima hominis productione.

¶Et circa hoc consideranda sunt quatuor. ¶Primo de productiõe ipsius hominis. ¶Secũdo, de fine ꝓductionis. ¶Tertio, de statu & cõditione hominis primò ꝓducti. ¶Quarto, de loco eius.

¶Circa productionem autem consideranda sunt tria. ¶Primo, de productione hominis quantum ad animam. ¶Secundo, quantum ad corpus viri. ¶Tertio, quantum ad productionem mulieris.

¶Circa primum quærũtur quatuor. ¶Primo, vtrum anima humana sit aliquid factum, vel sit de substantia ipsius Dei. ¶Secundo,

¶Quarto soluit motiua August. quia animæ separatæ non tristantur, Et per hoc responderetur ad promissionem Iosiæ, si beatus statim fuisset: sed quia non fuit, in eo locum non habet cognitio beatorum: sed naturalis tãtum pro tũc, secundum quam non vidit quod secutum est malum, Nec rebus nostris se ingerunt nisi secundum quem vident ordinem diuinum. Et sic soluitur obiectio de matre & Abraham, &c. Et fundamentum omniũ est quia sunt perfectissime coniunctæ diuinæ iustitiæ.

¶*Num sancti videant omnia, quæ hic aguntur*

¶Circa hanc secundam partem articuli dubium est. *Quæstio* Quia si sancti omnes vident omnia quæ hic aguntur, vana in primis videtur specialis quæstio, An sancti videant orationes nostras ad se directas. Videtur enim hinc sequi, quòd quilibet beatus siue dirigatur ad se oratio, siue non, eam videat: ex quo videt omnia, quæ hic fiunt. Et tamen in quarto, 45. dinct. disputatur. Superfluæ quoque videntur reuelationes quæ fiunt inferioribus angelis à superioribus. Nec etiam videtur priuilegium animæ Christi, vt cognoscat omnia quæ nouit Deus scientia visionis.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd si verba literæ notantur, & distribuantur sano intellectu: omnes phantasiæ huiusmodi cessant. In litera in primis restringitur ista cognitio ad præsentia singularia, & non extenditur ad futura: quia præsentia participant speciem actu, non futura. Distribuendum est autem ly omnia præsentia, vt patet in tertio contra Gẽt. capite quinquagesimonono, & ex diuersis locis superius haberi potest: non respectu eorum, quæ pertinent ad solam voluntatem diuinam, vt electio: & alia pertinentia ad sanctificationem creaturarum: qualia sunt ecclesiæ mysteria: de quibus sunt reuelationes in cælestibus. Nec respectu eorum, quæ ad solam voluntatem etiam creaturarum spectant: vt cogitationes cordium: inter quas sunt orationes nostræ. Et ideo merito de eis quæstio fit, nec omnibus innotescunt, nec respectu rationũ supernaturalium ex diuina bonitate sumptarum: propter quas multi effectus fiunt: quoniam diuini ordinis sunt. Quę tamen omnia anima Christi nouit ab initio. Et rationabile videtur, quòd omnes

omnes post iudicium videbũt quæ videt Deus scientia visionis. Sed respectu omnium pertinentium ad naturalem ordinem vniuersi iuxta determinata superius cũ de cognitione cogitationum cordis ageretur.

(451 2. dist. 17. q. 1. art. 1. Et 2. contra ca. 83. Et opus. 3. capit. 95. & 211.)

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæ Articulum primum.*

Cõmenta. Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo respondet quæsito. Secundo ostendit radices erroris appositi. ¶Quo ad primum conclusio est, Anima non est substantia Dei, sed est facta. probatur, anima est in potentia & accipit scientiam à rebus, habétque diuersitatem potentiarum: ergo non est de substantia Dei. tenet sequela: quia deitas est actus purus, nihil accipiẽs aliunde, & nullam in se diuersitatem habens. Aduerte hic quòd cum conclusio habeat duas partes, negatiuam tantum probat litera: quoniam affirmatiua ex illa negatiua sequitur adiuncta determinatione superius facta, scilicet quòd omne aliud à Deo sit factum. 366

¶Quo ad secundum ponit duas radices, ex quibus ortus videtur hic error: prima est opinio ponentium tantùm corpora esse, & animam de natura primi corporis, quòd Deus erat. secunda est opinio ponentium nihil esse nisi in corpore: & sic animam mundi & animam partis. scilicet hominis, partem animæ totius, &c. omnia clara sunt in litera. (266 373 243 235 362)

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæ Articulum secundum.*

Cõmenta. Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito affirmatiue, Anima rationalis sola inter formas sensibilium necessario fit per creationem. Probatur, anima rationalis sola est subsistens: ergo sola proprie habet esse: ergo fieri: & non ex materia præiacente: ergo per creationẽ. Antecedens patet ex supradictis quæstione septuagesimaquinta. Prima cõsequentia probatur. Primo ex differentia inter substãtiam & accidens. quia substantia proprie dicitur esse, accidẽs vero est quo aliquid est. Secundo ex ratione entis: quia scilicet ea ratione aliquid dicitur ens, qua se habet ad subsistere vt patet de albedine. Tertio autoritate Aristot. confirmatur. Secunda vero consequentia probatur: quia fieri eorũdem tantum est, quorum esse, quia est via ad esse. Appositio autem vlterior probatur ex diuisione, qua aut ex materia corporali aut spirituali. Nõ prima; quia sic non subsisteret, sed esset forma materialis & corporea. Nec secunda: quia sic substantiæ spirituales transmutarentur adinuicem: & consequenter essent corruptibiles. Haberent enim materiam cõmunem, ex cuius potentia educerentur: sicut formæ corporales habẽt materiam sensibilẽ. Vltima cõsequentia est per se nota. (14 21 d 263 21 e)

supposito ꝙ sit facta, vtrum sit creata. ¶Tertio, vtrum sit facta mediantibus angelis. ¶Quarto, vtrum sit facta ante corpus.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum anima sit facta vel sit de substãtia Dei.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd anima non sit facta: sed sit de substantia Dei. Dicitur enim Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: & factus est homo in animã viuentẽ. Sed ille qui spirat, aliquid à se emittit. Ergo anima qua homo viuit, est aliquid de substantia Dei.

¶Præterea, Sicut suprà habitum est, anima est forma simplex[e]. Sed forma est actus. Ergo anima est actus purus. Quod est solius Dei. Ergo anima est de substantia Dei.

¶Præterea, Quæcunque sunt, & nullo modo differũt: sunt idem. Sed Deus & mens sunt, & nullo modo differũt: quia oporteret quòd aliquibus differẽtiis differrẽt, & sic essent composita. Ergo Deus & mẽs humana idem sunt.

¶SED CONTRA est quòd August. in lib. de orige. animæ enumerat quædam, quæ dicit esse multum apertéque peruersa, & fidei catholicæ aduersa. Inter quæ primũ est, quòd quidam dixerunt, Deum animam non de nihilo, sed de seipso fecisse.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima humana sit in potentia intelligens, & à rebus scientiam accipiens, impossibile est esse de substantia Dei.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ dicere animam esse de substantia Dei, manifestam improbabilitatem cõtinet. Vt enim ex dictis patet, anima humana est quandoq; intelligẽs in potentia, & scientiam quodammodo à rebus acquirit, & habet diuersas potẽtias[e]. Quæ omnia aliena sunt à Dei natura: qui est actus purus, & nihil ab alio accipiens, & nullã in se diuersitatẽ habens, vt suprà probatũ est[e]. Sed hic error principium habuisse videtur ex duabus positionibus antiquorum. Primi enim, qui naturas rerum cõsiderare inceperunt, imaginationẽ transcendere non valentes, nihil præter corpora esse posuerunt[e]. Et ideo Deum dicebant esse quoddam corpus quod aliorum corporum iudicabãt esse principium. Et quia animam ponebant esse de natura illius corporis, quod dicebant esse principium, vt dicitur in primo de anima: per cõsequens sequebatur quòd anima esset de substantia Dei. Iuxta quã positionem etiam Manichæi Deum esse quandam lucem corpoream existimãtes, quandam partem illius lucis animam esse posuerũt corpori alligatam. Secundo vero processum fuit ad hoc, quòd aliqui aliquid incorporeum esse apprehenderunt: non enim à corpore separatum, sed corporis formam. Vnde & Varro dixit, quòd Deus est anima mũdum intuitu vel motu & ratione gubernans: vt Aug. narrat. 7. de Ciuita. Dei. Sic igitur illius totalis animæ partem aliqui posuerunt animã hominis: sicut homo est pars totius mundi: non valẽtes intellectu pertingere ad distinguẽdos spiritualium substantiarum gradus, nisi secundum distinctiones corporũ. Hæc autem omnia sunt impossibilia, vt suprà probatũ est[e]. Vnde manifeste falsum est animam esse de substãtia Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd inspirare non est accipiendũ corporaliter. Sed idẽ est Deũ inspirare quod spiritũ facere. Quãuis & homo corporaliter spirãs nõ emittat aliquid de sua substãtia, sed de natura extranea.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima etsi sit forma simplex secũdum suam essentiam: non tamen est suum esse, sed est ens per participationem: vt ex suprà dictis patet[e]. Et ideo non est actus purus sicut Deus.

¶Ad tertium dicendũ, quòd differens proprie acceptũ aliquo differt. Vnde ibi quæritur differentia, vbi est conuenientia. Et propter hoc oportet differentia esse composita quodammodo, cum in aliquo differant & in aliquo cõueniant. Sed secundum hoc licet omne differens sit diuersum, non tamen omne diuersum est differens[e]: vt dicitur in decimo Metaphysic. Nam simplicia diuersa sunt seipsis: non autem differunt aliquibus differentiis ex quibus componantur. Sicut homo & asinus differunt rationali & irrationali differentia: de quibus non est dicere, quòd vlterius aliis differentiis differant.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum anima sit producta in esse per creationem.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd anima non sit producta in esse per creationem. Quod enim in se habet aliquid materiale, fit ex materia. Sed anima habet in se aliquid materiale, cum non sit actus purus. Ergo anima est facta ex materia. Non ergo est creata.

¶Præterea, Omnis actus materiæ alicuius videtur educi de potentia materiæ. Cum enim materia sit in potentia ad actum, actus quilibet præexistit in materia in potentia. Sed anima est actus materiæ corporalis, vt ex eius diffinitione apparet. Ergo anima educitur de potentia materiæ.

¶Præterea, Anima est forma quædam. Si igitur anima fit per creationem, pari ratione omnes aliæ formę. Et sic nulla forma exibit in esse per generationẽ. Quod est inconueniens.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen. 1. Creauit Deus hominẽ ad imaginẽ suam. Est autem homo ad imaginẽ Dei secundum animã. Ergo anima exiuit in esse per creationẽ.

CONCLVSIO.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd anima rationalis non potest fieri nisi per creationem: quod nõ est verum de aliis formis. Cuius ratio est, quia cum fieri sit via ad esse, hoc modo alicui cõpetit fieri sicut ei competit esse[e]. Illud autem proprie dicitur esse quod ipsum habet esse quasi in suo esse subsistẽs. Vnde solæ substantiæ proprie & vere dicuntur entia: accidens vero non habet esse, sed eo aliquid est: & hac ratione ens dicitur. Sicut albedo dicitur ens, quia ea aliquid est album. Et propter hoc dicitur in 2. Metaphy. quòd accidens dicitur magis entis quàm ens[e]. Et eadem ratio est de omnibus aliis formis non subsistentibus. Et ideo nulli formæ non subsistenti propriè conuenit fieri: sed dicũtur fieri per hoc quòd composita subsistentia fiunt. Anima autem rationalis est forma subsistens, vt suprà habitum est[e]. Vnde sibi proprie competit esse & fieri. Et quia non potest fieri ex materia præiacẽte, neque corporali, quia sic esset naturæ corporeæ: neque spirituali, quia sic substantiæ spirituales inuicem transmutarentur: necesse est dicere quòd non fiat nisi per creationem.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd in anima est sicut materiale ipsa simplex essentia: formale autem in ipsa est esse participatum: quod quidem ex necessitate simul est cum essentia animæ: quia esse per se consequitur ad formam[e]. Et eadem ratio esset si poneretur composita ex quadam materia spirituali, vt quidam dicunt, quia illa materia non est in potentia ad aliam formam, sicut nec materia cęlestis corporis. Alioquin anima esset corruptibilis. Vnde nullo modo anima potest fieri ex materia præiacente.

¶Ad secundum dicendum, quòd actum extrahi de potentia materiæ nihil aliud est quàm aliquid fieri actu quod prius erat in potentia. Sed quia anima rationalis non habet esse suum dependens à materia corporali, sed habet esse subsistens, & excedit capacitatem materiæ corporalis, vt suprà dictum est[e].

Annota. ¶Circa primas consequentias aduerte, quòd hic est sermo de esse & fieri simpliciter, id est sine additione aliqua: & est sermo de eorum propriis substantiis in propositione. Ita quòd sensus est, quòd de solis subsistentibus vere & proprie prædicatur, est & fit. quia sola hæc sunt ea quibus conuenit esse vt quid. reliquis autem cõuenit vt quo. Nec obstat quòd anima rationali conueniat etiam esse vt quo: quia est qua homo est & viuit: quia non conuenit ei vt quo tantum, sed vt quo & quod simul: cęteris autem formis vt quo tãtum. Vnde Aristoteles, vt Auerrois decimooctauo cõment. duodecimo Metaphysi. dicit sola hac via euitauit creationem formarum: quia negauit eas fieri: quia tamen & sunt & fiunt: dixit quòd fiunt in quantum composita fiunt, & sunt in quantum sunt ea quibus composita sunt. Et ideo subtiliter diuus Thomas ex eodem fundamẽto processit subsumendo quòd anima rationalis vere & proprie est, & fit quia subsistit.

(452 Infrà qõ. 218. art. 2. Et 2. dist. 28. quæ. 2. art. 1. et 2. Et pos. qõ. 3. artic. 9. Et quo. 9. articu. 11. Et opus. 3. ca. 93. 131. 229. & 230. Et opusc. 28. capit. 5. 24 241)

Annota. ¶Circa vltimam consequentiam aduerte, quòd posteriores: de quorum numero est Scotus in quarto, putantes se distinctius cautiúsque loqui distinxerunt quòd creatio potest dupliciter sumi. Vno modo pro factione rei nulla omnino materia supposita: & sic sumitur proprie creatio. Alio modo pro factione rei in aliquo subiecto præiacente, non tamen de cuius potentia educatur, sed ab extra: & sic dicunt animam creari. Et licet hoc dictum non sit falsum, est tamen rude & offuscans ingenium, dum liquida veritas occultatur. Processit enim hoc ex ignorantia creationis & fieri naturalis, penes quid distinguantur. Creari enim est ex nihilo fieri, id est, vt magnus inquit Albertus, ex nihilo sui fieri. Philosophicum autem fieri est ex aliquo sui fieri: & ideo subsistentia tãtum fiunt, & non formæ materiales, nec accidentia. Et ideo nihil obstat creationi simpliciter & proprie præsupponere subiectum, modo id nihil sit eius quod proprie fit: vt contingit in productione animæ rationalis. Vnde subtilissime diuus Thomas cum probasset (241 363 17 367 363)

propterea non educitur de potentia materiæ. ¶Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ non est simile de anima rationali & de aliis formis: vt dictum est[e].

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum anima rationalis sit producta à Deo immediate.*

AD TERTIVM sic proceditur. videtur, quòd anima rationalis non sit producta à Deo immediate, sed mediantibus angelis. Maior enim ordo est in spiritualibus, quàm in corporalibus. Sed corpora inferiora producuntur per corpora superiora: vt Diony. dicit 4. cap. de diui. no. Ergo inferiores spiritus qui sunt animæ rationales, producũtur per spiritus superiores, qui sunt angeli.

¶Præterea, Finis rerum respondet principio. Deus enim est principium & finis rerũ. Ergo & exitus rerũ à principio respõdet reductioni rerum in finẽ. Sed infima reducuntur per prima, vt Diony. dicit. Ergo & infima procedunt in esse per prima, scilicet animæ per angelos.

¶Præterea, Perfectũ est quod potest sibi simile facere[e]: vt dicitur in 4. Meta. Sed spirituales substantiæ sunt multo magis perfectæ, quàm corporales. Cum ergo corpora faciant sibi similia secundum speciem, multo magis angeli poterunt facere aliquid infrà, scilicet secundũ speciem naturæ, scilicet animam rationalem.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Geñ. 2. quòd Deus ipse inspirauit in faciem hominis spiraculum vitæ.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima rationalis per nullam alicuius materiæ transmutationem producatur, sed solùm per creationem, à solo Deo immediate creari necesse est.*

¶RESPONDEO dicendũ, quòd quidã posuerunt quòd angeli secundum quod operãtur in virtute Dei, causant animas rationales. Sed hoc est omnino impossibile & à fide alienum. Ostensum est enim[e], quòd anima rationalis non potest produci nisi per creationem. Solus autem Deus potest creare: quia solius primi agẽtis est agere nullo præsupposito: cum semper agens secũdum præsupponat aliquid à primo agente, vt suprà habitum est[e]. Quod autẽ agit aliquid ex aliquo præsupposito, agit trãsmutando. Et ideo nullum aliud agens agit nisi transmutando: sed solus Deus agit creando. Et quia anima rationalis nõ producitur per trãsmutationem alicuius materiæ, ideo non potest produci nisi à Deo immediate. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Nam quòd corpora causant vel sibi similia vel inferiora, & quòd superiora reducunt inferiora: totum hoc prouenit per quandam transmutationem.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum anima humana fuerit producta ante corpus.*

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur, quòd anima humana fuerit ꝓducta ante corpus. Opus enim creationis præcessit opus distinctionis & ornatus: vt suprà habitum est[e]. Sed anima ꝓducta est in esse per creationẽ[e]: corpus autem factum est in fine ornatus, vt suprà habitum est[e]. Ergo anima hominis producta est ante corpus.

¶Præterea, Anima rationalis magis conuenit cum angelis, quàm cũ animalibus brutis. Sed angeli creati fuerunt ante corpora, vel statim à principio cum corporali materia: corpus autem hominis formatum est sexto die quando & bruta animalia sunt producta. Ergo anima hominis fuit creata ante corpus.

¶Præterea, Finis proportionatur principio. Sed anima in fine remanet post corpus. Ergo & in principio fuit creata ante corpus.

¶SED CONTRA est, quòd actus proprius fit in potentia propria. Cum ergo anima sit proprius actus corporis, anima producta est in corpore.

CONCLVSIO.

¶*Cum anima humana sit proprius corporis actus & forma necessario simul cum corpore producta est.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ Orig. posuit non solum animam primi hominis, sed animas omnium hominũ ante corpora simul cum angelis creatas[e], propter hoc ꝙ credidit omnes spirituales substantias tam animas quã angelos æquales esse secundũ suæ naturæ conditionem, sed solum merito distare, sic quòd quædã earum corporibus alligantur, quæ sunt animæ hominũ, vel cælestium corporũ: quędã vero in sui puritate secũdum diuersos ordines remanent. De qua opinione suprà iam diximus[e]. Et ideo relinquatur ad præsens. Augu. vero in 7. super Geñ. ad lit. dicit, quòd anima primi hominis ante corpus cum angelis est creata ob aliam rationem: quia scilicet ponit quòd corpus hominis in illis operibus sex dierum nõ fuit productum in actu, sed solum secundum causales rationes. Quod nõ potest de anima dici: quia nec ex aliqua materia corporali aut spirituali præexistente facta fuit, nec ex aliqua virtute creata ꝓduci potuit. Et ideo videtur, quòd ipsamet anima in operibus sex dierum, in quibus omnia facta fuerunt, simul cum angelis fuerit creata: & quòd postmodũ propria volũtate inclinata fuit ad corpus administrandum. Sed hoc non dicit asserendo, vt eius verba demonstrant. Dicit enim Creditur, si nulla scripturarum autoritas seu veritatis ratio contradicit, hominem ita factum sexto die, vt corporis quidẽ humani ratio causalis in elementis mundi, anima vero iam ipsa crearetur. Posset autem vtiq; hoc tolerari secundum eos, qui ponũt quòd anima habet per se speciem & naturam completã: & quòd non vnitur corpori vt forma, sed solũ ad ipsum administrandũ. Si autẽ anima vnitur corpori vt forma, & est naturaliter pars humanę naturę: hoc omnino esse non potest. Manifestum est enim ꝙ Deus primas res instituit in perfecto statu suæ naturæ, secundum quòd vniuscuiusq; rei species exigebat. Anima autẽ cum sit pars humanæ naturæ, non habet naturalem perfectionem, nisi secundũ quod est corpori vnita. Vnde non fuisset cõueniens, animam sine corpore creari. Sustinẽdo ergo opinionem Aug. de operibus sex dierum, dici poterit, quòd anima humana præcessit in operibus sex dierum secundum quandam similitudinem generis: prout conuenit cum angelis in intellectuali natura[e]. Ipsa enim fuit creata simul cum corpore. Secundum alios vero sanctos tam anima quàm corpus primi hominis in operibus sex dierum sunt producta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si natura animę haberet integram speciem, ita quòd secundum se crearetur: ratio illa procederet vt per se in principio crearetur. Sed qa naturaliter est forma corporis, non fuit seorsum creanda, sed debuit creari in corpore.

¶Et similiter est dicẽdũ ad secundũ. Nam anima si per speciẽ haberet, magis cõueniret cũ angelis. Sed inquantũ est forma corporis, pertinet ad genus animaliũ vt formale principiũ.

¶Ad tertium dicendum, quòd animam remanere post corpus accidit per defectum corporis, qui est mors. Qui quidẽ defectus in principio creationis animæ esse non debuit.

QVAESTIO NONAGESIMAPRIMA de Productione corporis primi hominis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ꝓductione corporis primi hoïs. ¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo, de materia ex qua productum est. ¶Secundo, de autore, à quo productum est. ¶Tertio, de dis-

bassetquòd anima rationalis proprie fit, subdidit quòd non ex materia corporali neque spirituali: quæ scilicet sit aliquid sui, sicut materia est aliquid: quia est
453 Loci suprà art. 2. notatis. pars eius quod fit ex ea. Et super hoc fundantur reliquæ consequentiæ, quòd esset corporeæ naturæ. Et hoc bene nota: quoniam est Peripatetica doctrina, præcipuúmque Aristotelis fundamentum.

Annot. ¶In responsione ad secundum nota secretum aliud Peripateticũ: quid scilicet est formam educi de potentia materiæ? formam esse in potentia materiæ est esse in ea vt causa non actiua, sed materiali: esse autem in aliquo, vt causa materiali,
242 est habere esse dependẽs ab ea: cum omnis effectus à sua depẽdeat causa in suo genere causæ: & habere esse confusum, id est indistinctè in ea. Non enim in potentia materię distinctum esse, habet forma aquæ, aut ignis: sed vnum est eorum omnium esse vt in ea sunt. Et merito, quia actus est distinguere, esse autem in potentia materiæ distinguitur contra esse in actu: habente ergo materia in se formam secundum esse potentiale, nihil aliud est educi formam de eius potentia, quàm materiam transmutari trans-
452 mutatione sufficiente: ita quòd ex vi transmutationis materiæ forma resultet: ex quo enim erat in ea secundum esse confusum: ipsa transmu-
238 tatio continue appro-
335 priat & distinguit ipsam materiam ad esse illius distinctũ: quoniam continue aliter, & aliter se habet secũdum illud per ipsam mutationem formaliter. Et sic completa trãsmutatione qua præcedens cõpositum transmutatur in aliud compositum, resultat forma. Vnde per oppositũ cum fit homo: quoniam ex vi trãsmutationis, qua pręcedens compositum mutatur in hominem: nun-
454 Infrà q̃o. 118. art. 3. Et 3. q. 6. arti. 3. & 4. Et 3. dist. 17. q. 2. artic. 2. Et 2. contra ca. 81. Et post q̃o. 3. arti. 10. Et op. 30. lec. 4. quo. 65. q. 67. quæst. 70. quam resultaret anima rationalis. Quoniã causalitas materiæ non se extendit ad intellectus opera. Ideo non educitur de potentia materię. Educi ergo formam de potentia materiæ, est ipsam ex vi trãsmutationis resultare in ea, &c.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæ Articulum tertium.*

Comentu. Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo respondet quæsito. Secundo soluit obiecta. ¶Quo ad primum simul refert opinionem contrariam: & impugnando illam, infert conclusionem intentam. Opinio opposita est pars affirmatiua, scilicet Anima fit à Deo mediantibus angelis. Conclusio intenta est eius contradictoria, Anima fit à Deo immediate. Ratio pro hac, & contra illam est ista, Anima fit non per trãsmutationem, sed per creationem. ergo à Deo immediate. 582 Antecedens patet ex præcedenti articulo. cõsequentia probatur ex differentia inter primum agẽs & alia agentia: quia illius tantum est creare, & horum est transmutare tantum. Quæ differentia proba- 250
tur sic. 368 Omne agens secũdum præsupponit aliquid à primo agente: ergo agit ex aliquo præsupposito: ergo agit trãsmutãdo: ergo solius primi agẽtis est agere nullo presupposito. ergo creare. Omnia sunt superius in quæstione quadragesimaquarta discussa. ¶Quo ad secundum clara omnia in litera.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus. ¶In corpore quatuor. Comment. Primo refert opinioné Origenis. Secũdo Augu. Tertio examinat illam. Quarto respondet quæsito. ¶Quo ad primum, apud Origenem omnes animę ante corpora, &c. sed superius discussum est hoc. ¶Quo ad secũdum apud Augúst. tria. Primo conclusio, Anima primi hominis ante corpus est producta. Secundo ratio eius: quia corpus causaliter primis diebus, anima vero in seipsa producta fuit, cum non posit dici, quòd fuit in causis suis producta: quia solus Deus est eius causa. Tertio modus opinãdi, scilicet quòd non assertiue hæc dixit: vt patet ex verbis eius. ¶Quo ad tertium examinatur hæc propositio secundum duas vias, 356 582 a scilicet dicentium animam per se speciem, vt Platonici, & partem speciei, vt Peripatetici. Apud primos potest sustineri, apud secundos est impossibile: quia anima est condita in statu perfecto. ergo coniuncta corpori. tenet sequela: quia pars nõ est perfecta nisi in toto. ¶Quo ad quartum conclusio respõsiua est, Anima est simul producta cum corpore. Probatur secundum vtranq; viam, scilicet Aug. & aliorum sanctorum de operibus sex dierum. Augustini quidem, quia ratio ad oppositum adducta non cogit: quia anima in primis operibus poni potest producta non in seipsa, nec in suis causis: sed in suo genere, scilicet intellectuali natura, in qua communicat cum angelis. Aliorum vero sanctorum quia simul in primis operibus sunt ambo in seipsis producta apud eos.

¶Super

positione, quæ ei ꝑ productionẽ est attributa. ¶Quarto de modo & ordine ꝓductiõis ipsius.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum corpus primi hominis sit de limo terræ.*

AD PRIMVM sic ꝓceditur. Videtur, quòd corpus primi hominis non sit de limo terrę. Maioris enim virtutis est facere aliqd ex nihilo quã ex aliquo: quia plus distat ab actu non ens quã ens in potẽtia. Sed cũ homo sit dignissima creaturarum inferiorũ, decuit vt virtus Dei maxime ostenderẽt in productione eius. Ergo non debuit fieri ex limo terræ, sed ex nihilo.

¶Præterea, Corpora cælestia sunt nobiliora terrenis. Sed corpus humanum habet maximam nobilitatem, cum perficiatur à nobilissima forma quæ est anima rationalis. Ergo non debuit fieri de corpore terrestri, sed magis de corpore cælesti.

¶Præterea, Ignis & aër sunt nobiliora corpora quàm terra & aqua. Quod ex eorũ subtilitate apparet. Cum igitur corpus humanum sit dignissimum, magis debuit fieri ex igne & ex aëre, quàm ex limo terræ.

¶Præterea, Corpus humanum est cõpositum ex quatuor elemẽtis. Non ergo est factum ex limo terræ, sed ex omnibus elementis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Geñ. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

CONCLVSIO.

¶*Congruit hominem in principio secundũ substantiam fieri de limo terræ, id est terra aquæ permista.*

¶RESPONDEO dicendũ, quòd cum Deus perfectus sit in operibus suis, perfectionem dedit omnibus secundũ eorum modum, secundum illud Deuter. 32. Dei perfecta sunt opera. Ipse autem simpliciter perfectus est ex hoc, quòd omnia in se præhabet: non per modum compositionis, sed simpliciter & vnite[e], vt Diony. dicit eo modo quo diuersi effectus præexistunt in causa secundum eius virtutem vnam. Ista autẽ perfectio ad angelos quidem deriuatur secundũ quod omnia sunt in eorum cognitione, quæ sunt à Deo in natura ꝓducta per formas diuersas. Ad hominẽ vero deriuatur inferiori modo huiusmodi perfectio[e]. nõ enim in sua cognitione naturali habet omniũ naturalium notitiã. Sed est ex rebus omnibus quodãmodo compositus: dum de genere spiritualium substãtiarum habet in se animã rationalem. De similitudine vero cęlestium corporum habet elongationem à cõtrariis per maximam æqualitatem cõplexionis. Elementa vero secũdum substantiam, ita tamen quòd superiora elementa prædominãtur in eo secundum virtutẽ, scilicet ignis & aër: quia vita pręcipue consistit in calido, quod est ignis, & humido, quod est aëris. Inferiora vero elementa abundant in eo secundum substantiam. Aliter enim non posset esse mistionis æqualitas, nisi inferiora elementa, quæ sunt minoris virtutis, secundum quantitatem in homine abundarent. Et ideo dicitur corpus hominis de limo terræ formatum, quia limus dicitur terra aquæ permista. Et propter hoc dicitur minor mundus, quia omnes creaturæ mundi quodammodo inueniuntur in eo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus Dei creantis manifesta est in corpore hominis: dum eius materia est per creationẽ producta. Oportuit autem vt ex materia quatuor elemẽtorum fieret corpus humanum: vt homo haberet conuenientiam cum inferioribus corporibus, quasi medium quoddam existens inter spirituales & corporales substãtias.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd quamuis corpus cæleste sit simpliciter nobilius terrestri corpore: tamen quantum ad actus animæ rationalis est minus cõueniens. Nam anima rationalis accipit notitiam veritatis quodammodo per sensus: quorum orgãna formari non possunt ex corpore cælesti, cũ sit impassibile[e]. Nec est verum quod quidam dicunt, aliquid de quinta essentia materialiter ad compositionem humani corporis aduenire, ponentes animam vniri corpori mediante quadã luce[e]. Primo enim falsum est quod dicũt, lucem esse corpus[e]. Secũdo vero impossibile est aliquid de quinta essentia vel à corpore cælesti diuidi vel elemẽtis permisceri, propter cælestis corporis impassibilitatem. Vnde non venit in compositionem mistorum corporum, nisi secundum suæ virtutis effectum.

¶Ad tertium dicendum, quòd si ignis & aër, quæ sunt maioris virtutis in agendo, etiam secundum quãtitatem in compositione humani corporis abundarent: omnino ad se traherent alia, & nõ posset fieri æqualitas commistionis, quæ est necessaria in cõpositione hominis ad bonitatem sensus tactus, qui est fundamẽtum sensuum aliorum[e]. Oportet enim organum cuiuslibet sensus non habere in actu contraria quorum sensus est perceptiuus, sed in potentia tantũ: vel ita quòd omnino careat toto genere contrariorum: sicut pupilla caret colore, vt sit in potẽtia ad omnes colores. Quod in organo tactus non erat possibile, cum sit compositum ex elementis: quorum qualitates percipit tactus. Vel ita quòd organum sit medium inter cõtraria, vt necesse est in tactu accidere. Medium enim est in potentia ad extrema.

¶Ad quartum dicendum, quòd in limo terræ est terra & aqua conglutinans partes terræ & aquæ. De aliis autẽ elementis Scriptura mentionem non fecit: tum quia minus abundant secundum quantitatem in corpore hominis, vt dictum est[e]: tum etiam quia in tota rerum productione de igne & aëre, quæ sensu non percipiuntur à rudibus, mentionem non fecit Scriptura quæ rudi populo tradebatur.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum corpus humanum sit immediate à Deo productum.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd corpus humanum non sit immediate à Deo productum. Dicit enim Augu. in 3. de Tri. ꝙ corporalia disponuntur à Deo per angelicã creaturã. Sed corpus humanum formatum fuit ex materia corporali: vt dictũ est[e]. Ergo debuit produci mediãtibus angelis, & non immediate à Deo.

¶Præterea, Quod fieri potest virtute creata, non est necessarium quòd immediate producatur à Deo. Sed corpus humanum produci potest per virtutem creatam cælestis corporis. Nam & quædã animalia ex putrefactione generãtur per virtutem actiuam corporis cælestis. Et Albumasar dicit quòd in locis in quibus nimis abundat calor aut frigus, homines non generantur, sed in locis temperatis tantũ. Ergo non oportuit quòd immediate corpus humanum formaretur à Deo.

¶Præterea, Nihil fit ex materia corporali, nisi per aliquam materiæ transmutationẽ. Sed oĩs trãsmutatio corporalis causatur ex motu cęlestis corporis, qui est primus motuũ. Cum igitur corpus humanum sit productũ ex materia corporali, videtur quòd ad eius formationem aliquid operatum fuerit corpus cæleste.

¶Præterea, Aug. dicit super Geñ. ad lit. quòd homo factus est secundum corpus in operibus sex dierũ secundũ causales rationes, quas Deus inseruit creaturæ corporali, postmodum vero fuit formatum in actu. Sed quod præexistit in corporali creatura, secũdum causales rationes per aliquam virtutẽ corporeã produci potest. Ergo corpus humanum productum est aliqua virtute creata, & non immediate à Deo.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ecclesia. 17. Deus de terra creauit hominem.

CONCLVSIO.

¶*Cum in prima rerum formatione nullus præcesserit homo, à quo humanum immediate produceretur*

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæprimæ Articulum primum.*

Cõmenta. Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio responsiua quęsito
455 2. dist. 18. q. 1. art. 1. ad 5. et artic. 3. ad 2. Et 3. dist. 3. q. 2. artic. 2. cor. & ad 4. affirmatiue cum vno corollario. Conclusio est, Homo conuenienter dicitur formatus de limo terræ, id est terra aquæ commista. Probatur sic, Deus est perfectus in se & suis operibus: ergo ab eo perfectio in omnes naturas deriuatur, secundum earum modũ: ergo in hominẽ per compositionẽ ex omnibus: ergo cum intellectu & elongatione à contrariis, per mistionem æqualem ex omnibus elementis: ergo cum abundantia inferiorum elemẽtorum secundum quantitatem: ergo cõuenienter ex limo terræ. Antecedens est per se notũ. Prima consequentia probatur autoritate Deuteronomij. Secunda vero probatur, ostendendo modum, quo perfectio est in Deo, scilicet vnite, vt in causa omniũ ex autoritate. Subintellecta enim illa maxima, quòd quæ in superiori sunt vnite, ab inferioribus sparsim participantur gradatim: optime infertur quòd perfectum esse secundum omnia in Deo simpliciter existẽs,
23 ad intelligentias intellectualiter deriuatur: ad hominem vero vltimam creaturarum nobilium composite & materialiter deuenit: & consequẽter homo est omniũ perfectionem habẽs, per cõpositionem ex omnibus. Secunda consequẽtia sa-
281 tis clare patet: quia aliter non possent omnia componere vnam partialem speciem. dico autem partialem ad differentiam vniuersi: quod vnum ens cum sit, ex omnibus constat creaturis: sed hoc est totale ens & vnum non per vnam substantialem formam, sed per ordinem. Tertia vero consequentia probatur: quia aliter nõ saluaretur æqualitas mistionis. probatur: quia superioribus habentibus longe plus virtutis in pari quantitate, si essent paria in quantitate, mistio non esset æqualis. oportet ergo inferiora plus quantitatis habeãt, ac per hoc æquam virtutem: quia in maiori quanto est maior virtus: & sic mistio fiet ęqualis, vt humana requirit complexio à contrariis remotissima. ¶Corollarium est, quòd homo est minor mundus. patet, quia cõstat ex omnibus.

Annot. ¶Caue hic ne fallaris ex hoc articulo putans S. Thomas oblitum doctrinæ propriæ de mansione elementorum in misto: propterea quia hic expresse dicit elementa in homine secũdum substantiam. Aduertendum est enim ad rationem
375 dicendi: vt autem patet in litera, dixit hoc ad differẽtiam corporum cælestium, quæ non nisi secundum aliquid eis simile veniunt in compositionem hominis: ipsa vero elementa secũdum 375
substantiã dicũtur componere, 342 non distinguẽdo an formaliter, an virtualiter. Rursus dicũtur elementa componere hominem secundum substãtiam non formalem, sed materialem, non tantum cõmunem, scilicet materiam primam, sed propriã seu appropriatam. Elementa enim ex vi mistionis alterata sic vniuntur in misto, quòd materiæ eorum trãseunt in materiã misti cum dispositionibus appropria- 373
tis illis elementis: puta siccitate, grauitate, humiditate, &c. Ita quòd illa elementa dicuntur prædominari in aliquo secũdum substãtiam, seu quãtitatem. De quorum materia disposita plus saluat in misto. Illa vero secundum virtutem, de quorum vi plus saluatur in eo. & hæc est directę mens huius literæ.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæprimæ Articulum secundum.*

Titulus clarus. Cõmenta. ¶In corpore vna cõclusio respõsiua quęsito. Corpus hominis primo fuit à Deo immediate formatũ. Hæc conclusio postquã proposita est in litera, ꝓbatur tali rõne, Corpus hominis non potest formari nisi aut à b Infrà q̃o. 2. arti. 4.
Deo immediate, aut à semine hũo per viã generatiõis: sed in prima formatione nullũ præcessit humanũ corpus, à quo ꝑ viã generatiõis formari potuisset corpus primi hominis: ergo est forma-
tum immediate à Deo: 455 huius rationis in litera primo tractatur, maior: deinde subditur minor, & infertur conclusio. ¶In tractãdo maiorẽ primo ponitur opinio illi[*] cõtraria. Deinde improbatur, deinde excluditur obiectio quædã & deinceps ponit[ur] ipsa maior, & educitur vnũ corollariũ. ¶Opinio cõtraria est, ꝙ quidam putauerũt hanc disiũctiuam assumptam insufficiẽtem, ac per hoc falsam, ponẽtes tertium agens immediatũ, scilicet formas immateriales. & hi sunt Auicen. & Plat. ante ipsum & multi sequaces, dicẽtes formas materiales deriuari immediate à formis sine materia: corporalia autẽ agentia esse dispositiua agentia tantum. Improbatio est, Forma non fit nisi ratione compositi: ergo nõ fit à forma immateriali. Antecedens supponitur ex dictis: qa esse & fieri non est nisi subsistentium. cõsequentia probatur, Compositum fit à cõposito: ergo non fit à formaimmateriali. ergo nec forma quę solum fit ad factionem ipsius compositi. Antecedens probatur: quia

factura

factum & facies oportet esse similia:consequẽtia est p se nota ex eodẽ fundamẽto,tã prima quã secũda:qa forma ĩmaterialis nec est similis cõposito nec formæ ĩ materia.

¶ Obiectio autẽ exclusa est,quia si ista ratio concludit,sequitur quòd nec Deus possit esse causa ꝓ-
336 xima cõpositi,aut formę materialis: & patet sequela,quia Deus ipse est forma immaterialis: ac per hoc nõ est inter formam materialẽ aut cõpositum,& ipsum,similitudo. Excludit̃ enim hęc obiectio ex hoc ꝙ Deus est non quomodolibet forma immaterialis,sed sic excellenter vt etiam
452 materię causa existat:ac per hoc cõpositum est ei simile etiamratione materiæ: quod non potest dici de aliis, Et sic habemus maiorem. Ex quo enim habemus hæc tria, scilicet,quòd forma immaterialis nõ est immediata causa formæ materialis: & quòd cõpositũ est causa immediata: & quòd Deus ex sua excellentia,qua cõtinet etiam materiã,potest esse causa immediata,colligitur maior quòd corpus humanum, & vniuersaliter omnis res materialis aut à Deo aut à cõposito immediate formatur. Deducũtur autẽ hinc duo corollaria. Primũ quòd solius Dei est absq; adminiculo præcedentis formę transmutare materiã ad formam. Secundum, quòd angeli non possunt transmutare materiam
a. 354 nisi adhibitis actiuis passiuis;vt August.dicit.

¶ Minor autẽ manifesta subdita patet cum conclusione:quare,&c.

a ¶ *Super Quæstionis nonagesimæprimæ Articulum tertium.*

Annota. Titulus clarus, nomine dispositionis intelligendo dispositiones qualitatiuas,& quantitatiuas,& membrales,&c.

Cõmenta. ¶In corpore duo simul fiunt: respondetur enim quæsito conclusione affirmatiua: & excluditur obiectio quædã. Cõclusio responsiua est, Deus instituit corpus humanũ in optima dispositione secundũ conuenientiam ad animam rationalem & eius opera. Probatur sic:quilibet artifex intendit dare effectui suo dispositionẽ optimam, nõ simpliciter,sed secũdum cõuenientiam ad finem proprium illius effectus: ergo Deus dedit optimã dispositionẽ rebus naturalibus secũdum conueniẽtiam ad proprios fines:ergo corpori humano secũdum conuenientiam
457 22.q.164 ar.1. ad 1. Et mal.q. 5. artic.5. cor. col.2. Et de anima art.8. ad talem formã & illius opera, scilicet animam rationalẽ & opera eius. Antecedens est per se notũ, & declaratur in artifice serræ. Prima cõsequẽtia probatur ex eo quòd Deus est artifex rerum naturalium. Et confirmatur autoritate Aristotel. Secunda verò ex

corpus, oportuit immediate à Deo produci, qui solus creare materiam potuit.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ prima formatio humani corporis non potuit esse per aliquam virtutẽ creatã,sed immediate à Deo. Posuerunt siquidẽ aliqui formas, quæ sunt in materia corporali à quibusdã formis immaterialibus deriuari. Sed hanc opinionẽ repellit Philosophus in 7. Meta. per hoc, quòd formis non competit per se fieri,sed cõposito,vt suprà expositum est [e]. Et quia oportet agens esse simile facto,non cõuenit quòd forma pura quæ est sine materia producat formam, quæ est in materia, quæ non fit nisi per hoc ꝙ cõpositũ fit. Et ideo oportet quòd forma,quę est in materia,sit causa formæ quæ in materia secundũ quòd cõpositum à composito generatur. Deus autẽ quãuis omnino sit immaterialis,tamẽ solus est qui sua virtute materiã producere potest creando [e]. Vnde ipsius solius est formam producere in materia absq; adminiculo præcedentis formę materialis. Et propter hoc angeli non possunt transmutare corpora ad formam aliquam nisi adhibitis seminibus quibusdam,vt Aug.dicit in 3.de Tri. Quia igitur corpus humanũ nunquam formatũ fuerat, cuius virtute per viam generationis aliud simile in specie formaretur, necesse fuit ꝙ primũ corpus hominis immediate formaretur à Deo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd etsi angeli aliquod ministeriũ Deo exhibeant in his quę circa corpora operãtur: aliqua tamẽ Deus in creatura corporea facit quę nullo modo angeli facere possunt:sicut ꝙ suscitat mortuos,& illuminat cæcos. Secũdum quam virtutem etiam corpus primi hominis de limo terræ formauit. Potuit tamen fieri vt aliquod ministeriũ in formatione corporis primi hominis angeli exhiberent: sicut exibebunt in vltima resurrectione,pulueres colligendo.

¶Ad secundum dicẽdum,quòd animalia perfecta quæ generãtur ex semine,nõ possunt generari per solam virtutem cælestis corporis:vt Auic.fingit [e]: licet ad eorũ generationẽ naturalẽ cooperetur virtus cælestis corporis:prout Philosophus dicit in 2.physi. ꝙ homo generat hominẽ ex materia & sole. Et exinde est quòd exigitur locus temperatus ad generationẽ hominum & aliorũ animalium perfectorũ. Sufficit autẽ virtus cælestiũ corporũ ad generandum quędã animalia imperfectiora ex materia disposita. Manifestum est enim quòd plura requiruntur ad productionem rei perfectæ, quàm ad productionem rei imperfectæ.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ motus cæli est causa transmutationũ naturalium:non tamen transmutationum quæ fiunt præter naturæ ordinẽ, & sola virtute diuina:sicut quòd mortui resuscitantur,quòd cæci illuminantur. Quibus est simile, quòd homo ex limo terræ formatur.

¶Ad quartũ dicendũ,ꝙ secũdũ rationes causales in creaturis dicitur aliquid preexistere dupliciter. Vno modo secũdum potẽtiam actiuã & passiuam:vt non solum ex materia præexistenti fieri posit:sed etiã vt aliqua præexistens creatura hoc facere posit. Alio modo secũdũ potentiam passiuã tantũ:vt scilicet de materia præexistẽti fieri posit à Deo. Et hoc modo secundũ Aug.corpus hominis præexistit in operibus productis secundum causales rationes.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum corpus hominis habuerit conuenientem dispositionem.*

AD TERTIVM sic ꝓceditur. Videtur,quòd corpus hominis non habuerit cõuenientem dispositionem. Cum enim homo sit nobilissimum animalium,corpus hominis debuit esse dispositum optime ad ea quæ sunt propria animalis,scilicet ad sensum & motum. Sed quædam animalia inueniuntur acutioris sensus, quàm homo, & velocioris motus. Sicut canes melius odorant,& aues velocius mouentur. Ergo corpus hominis non est conuenienter dispositum.

¶Pręterea,Perfectum est cui nihil deest. Sed plura desunt humano corpori, quàm corporibus aliorum animalium, quæ habent tegumenta & arma naturalia ad sui protectionem:quæ homini desunt. Ergo corpus humanum est imperfectissime dispositum.

¶Præterea,Homo plus distat à plantis,quàm ab animalibus brutis. Sed plantæ habent staturam rectam:animalia autem bruta pronã. Ergo homo non debuit habere staturam rectam.

¶SED CONTRA est qđ dicit̃ Eccle.7. Deus fecit hoĩem rectũ.

CONCLVSIO.

¶*Corpus humanum factum & formatum fuit à Deo in optima dispositione non simpliciter, sed secundum quod congruit animæ rationali & eius operibus.*

¶RESPONDEO dicendum,ꝙ omnes res naturales productæ sunt ab arte diuina. Vnde sunt quodammodo artificiata ipsius Dei. Quilibet autẽ artifex intẽdit suo operi dispositionẽ optimam inducere,non simpliciter,sed per cõparationem ad finem. Et si talis dispositio habet secum adiunctũ aliquẽ defectũ, artifex non curat. Sicut artifex,qui facit serram ad secandũ, facit eam ex ferro,vt sit idonea ad secandũ:nec curat eam facere ex vitro,quę est pulchrior materia:quia talis pulchritudo esset impedimentum finis. Sic igitur Deus vnicuiq; rei naturali dedit optimã dispositionẽ,non quidem simpliciter,sed secundũ ordinẽ ad proprium finem. Et hoc est quod Philosophus dicit in 2.phy. Et quia dignius est sic,non tamẽ simpliciter,sed ad vniuscuiusq; substantiam. Finis autẽ proximus humani corporis est anima rationalis: & operationes ipsius. Materia enim est propter formam, & instrumẽta propter actiones agentis. Dico ergo quòd Deus instituit corpus humanum in optima dispositione secundum conuenientiam ad talem formã,& ad tales operationes. Et si aliquis defectus in dispositione humani corporis esse videtur, considerandum est quòd talis defectus sequitur ex necessitate materiæ ad ea, quæ requiruntur in corpore, vt sit debita proportio ipsius ad animam,& ad animæ operationes.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum,ꝙ tactus qui est fundamentum aliorũ sensuũ, est perfectior in homine, quã in aliquo alio animali. Et propter hoc oportuit ꝙ homo haberet tẽperatissimã complexionem inter omnia animalia [e]. Præcedit etiã homo omnia alia 459.& 4 animalia quãtum ad vires sensitiuas interiores:sicut ex supra dictis apparet [e]. Ex quadam autẽ necessitate cõtingit quòd quantũ ad aliquos exteriores sensus homo ab aliis animalibus deficiat. 388 Sicut homo inter omnia animalia habet pessimum olfactum. Necessarium enim fuit quòd homo inter omnia animalia respectu sui corporis haberet maximũ cerebrũ. Tum vt liberius in eo perficerẽtur operationes interiorũ virium sensitiuarũ, quæ sunt necessariæ ad intellectus operationẽ: vt suprà dictũ est [e]. Tum etiã vt frigiditas cere- 429 bri tẽperaret calorẽ cordis, quẽ necesse est in homine abundare ad hoc quòd homo sit rectæ staturæ. Magnitudo autẽ cerebri propter eius humiditatẽ est impedimentum olfactus,qui requirit siccitatẽ. Et similiter potest assignari ratio quare quædã animalia sunt acutioris visus & subtilioris auditus quàm homo,propter impedimentum horum sensuum. Quod necesse est consequi in homine ex perfecta complexionis æqualitate. Et eadem etiam ratio est assignãda de hoc,quòd quædam animalia sunt homine velociora:cui excellentiæ velocitatis repugnat æqualitas humanæ complexionis.

¶Ad secundum dicendũ,quòd cornua & vngulæ,quæ sunt quorundam animaliũ arma,& spissitudo corij,& multitudo pilorũ,aut plumarum, quæ sunt tegumẽta animalium:attestantur abũdantiæ terrestris elementi : quæ repugnat æqualitati & teneritudini complexionis humanæ. Et ideo hæc homini nõ competebant. Sed loco horum habet rationem & manus: quibus potest parare sibi arma & tegumenta & alia vitæ necessaria infinitis modis [e]. Vnde & manus 373 d in tertio de anima dicitur organum organorum. Et hoc etiam magis competebat rationali naturæ,quæ est infinitarũ conceptionum, vt haberet facultatem infinita instrumenta sibi parandi.

¶Ad tertium dicendum,quòd habere staturam rectam cõueniens fuit homini propter quatuor. Primo quidem, quia sensus sunt dati homini non solum ad vitæ necessaria procuranda,sicut aliis animalibus:sed etiam ad cognoscendum. Vnde cum cætera animalia non delectentur in sensibilibus nisi per ordinem ad cibos & venerea, solus homo delectatur in ipsa pulchritudine sensibilium secundum seipsam. Et ideo quia sensus præcipue vigent in facie, alia animalia habent faciem pronam ad terram, quasi ad cibum quærendum,& prouidendum sibi de victu : homo verò habet faciem erectam, vt per sensus & præcipue per visum, & qui est subtilior, & plures differentias rerum ostendit, libere posit ex omni parte sensibilia cognoscere, & celestia & terrena, vt ex omnibus intelligibilem colligat veritatem. Secũdo, vt interiores vires liberius suas operationes habeant, dum cerebrum in quo quodammodo perficiuntur, non est depressum:sed super omnes partes corporis eleuatum. Tertio quia oporteret quòd si homo haberet pronam staturam, vteretur manibus loco anteriorum pedum. Et sic vtilitas manuum ad diuersa opera perficienda cessaret. Quarto, quia si haberet pronam staturam

eo quòd corpus humanum est vnum naturalium, & illius finis proprius est anima rationalis cum suis operibus: quod probatur:quia materia est propter formã: & hoc quo ad animam: & instrumenta sunt propter actiones:& hoc quo ad opera. Obiectio autẽ est ista, Optimum dicitur quia vel est omni alio melius, vel saltem nihil est melius ipso simpliciter vel in tali ordine,vt patet:sed id in quo inuenitur defectus aliquis potest esse melius: quia posset esse sine defectu:ergo quod est cum defectu,non est optimũ: sed dispositio rerum naturalium habet multos defectus annexos: ergo
458 Suprà q̃ō. 72. artic. vnico, cor. fin. & ad 3.& 4. 456 non est optima. Hanc obiectionem ex eadem radice simul excludit, quia scilicet nullus artifex curat de defectibus cõsequentibus necessitatem materiæ idoneæ ad finem proprium: ergo nec Deus respectu materialium:ergo nec respectu corporis humani. Si qui igitur sunt in corpore humano defectus, nõ sunt ab actore electi,sed ex necessitate materiæ emergunt. totus processus est clarus.

a ¶ *Super Quæstionis nonagesimæprimæ Articulum quartum.*

Cõmenta. Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio responsiua. Scriptura vtitur speciali modo loquendi in productione hominis. Probatur excludendo falsam causam, & assignando veram: falsa quidem est causa huius, quòd solus homo sit à Deo: & hoc ex August. Vera autem, quia solus homo est ad imaginem Dei: ex qua deducitur conclusio sic. solus homo est ad imaginem Dei factus: ergo alia facta sunt propter ipsum:ergo ipse est principaliter intentus: ergo speciali modo loquendi debet eius productio insinuari. Omnia sunt clara:& vltima consequentia probatur : qa ea quæ principaliter intẽdimus, cum maiori deliberatione & studio facere consueuimus:ac per hoc hęc maior diligentia debuit insinuari speciali tractatu de ꝓductione ipsius. Aduerte nouitie, quòd hic comparatur homo ad ea, quæ explicite facta scribuntur in principio Genesis, inter illa enim principatum tenet homo. Angeli enim non numerantur.

a ¶ *Super Quæstionis nonagesimæsecundæ Articulum primum.*

Cõmenta. Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio responsiua quæsito affirmatiue, necesse fuit fœminam fieri. Probatur necesse fuit dari viro adiutorium ad generationis opus: ergo necesse fuit fieri fœminam. Consequentia probatur ex eo quòd fœmina ad generationem adiuuat,& ad nullum aliud opus est necessaria: quod probatur contra quosdam, quia vir potest ad quodlibet aliud melius per virum quàm per fœminam adiuuari. Antecedens vero probatur ostendendo quòd vir solus non sufficit ad generationis opus perficiendum: & consequenter cum sit generatiuus,eget adiutorio. ostendit autem hoc, graduando viuentia penes agere & pati ad generationem, secundum tres vel quatuor gradus. Primus habentium virtutem passiuam tantum : quæ scilicet ex cælo fiunt tãtum. Secundus habẽtium passiuam & actiuam in eodem, vt plantæ habentes semina. Et ratio coniunctionis est: quia hoc est earum nobilissimum opus. prouidit enim natura vt in nobilissimo non deficiant. Tertius habentium actiuam & passiuam diuisam secundum sexum, vt in animalibus perfectis, & in his sunt duo, diuersitas sexuum, & commistio quandoque. Primum est, quia habent excellentius opus. Secundum est, vt assequantur generationem habentes pro tunc: quod plantæ semper. Quartus ergo vel supremus ordo tertij gradus est, vt generatiua: & tamen sortita excellentissimum omnium opus, scilicet intelligere habeant maxime diuersitatem sexuum cum temporali cõmistione. 459 Opusc. 73. c.17.col.2. Et hæc quidem maxima diuersitas insinuatur in hoc, quòd seorsum describitur factio mulieris à productione viri, cum in cæteris animantibus simul factus vterque sexus cõmemoretur. Commistio in eo quod subditur, Et erunt duo in carne vna. Ex his patet ratio antecedentis taliter. Natura viuens generatiua sortita excellentissimam operationem, scilicet intelligere, exigit maximam sexus diuersitatem, cum eorum quandoque commistione: nam humana est huiusmodi: ergo solus vir non sufficit, sed oportuit dari sibi adiutorium ad generationis opus.

¶*Nam ad quoduis opus viro melius per alium virum adiutorium præstetur, quàm per fœminam.*

¶Circa probationẽ consequẽtiæ dubium occurrit. Nõ enim videtur verum quod ibi dicitur, s. quòd ad omne opus melius viro per alium virũ adiutoriũ præstatur,quã per fœminã:excepta generatione. inquit enim Ari.in 3. œconomicorũ, quòd alia sunt propria opera viri, & alia vxoris in

staturam,& vteretur manibus loco anteriorũ pedum,oporteret quòd cibum caperet ore. Et ita haberet os oblongũ, & labia dura & grossa,& linguã etiam duram : ne ab exterioribus læderetur,sicut patet in aliis animalib. Et talis dispositio omnino impediret locutionem quæ est propriũ opus rationis. Et tamen homo staturam rectam habens,maxime distat à plãtis. Nã homo habet superius sui, id est caput versus superius mundi,& inferius sui versus inferius mundi. Et ideo est optime dispositus secundum dispositionem totius. Plãtæ vero habent superius sui versus inferius mundi, nam radices sunt ori proportionales, inferius autẽ sui versus superius mũdi. Animalia vero bruta medio modo, nam superius animalis est pars qua accipit alimentum, inferius autem est pars qua emittit superfluum.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum conuenienter corporis humani productio in Scriptura describatur.*

AD QVARTVM sic ꝓceditur. Videtur, quòd incõuenienter corporis humani productio in Scriptura describatur. Sicut enim corpus humanũ est factum à Deo,ita & alia opera sex dierum. Sed in aliis operibus dicitur: Dixit Deus fiat, & factum est. Ergo similiter debuit dici de hominis productione.

¶Præterea, Corpus humanum à Deo immediate est factum:vt suprà dictum est. Ergo inconuenienter dicitur,Faciamus hominem.

¶Præterea, Forma humani corporis est ipsa anima,quę est spiraculum vitæ. Inconuenienter ergo postquam dixerat, Formauit Deus hominem de limo terræ,subiunxit,Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

¶Præterea, Anima quæ est spiraculum vitæ, est in toto corpore, & principaliter in corde. Non ergo debuit dicere quòd inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

¶Præterea, Sexus masculinus & fœmininus pertinent ad corpus: imago vero Dei ad animam. Sed anima secundum August. fuit facta ante corpus. Inconuenienter ergo,cũ dixisset, Ad imaginem suam fecit illum.

¶IN CONTRARIVM,addidit masculum & fœminam creauit eos. Est autoritas Scripturæ.

CONCLVSIO.

¶*Quãuis omnia à Deo sint facta,decuit tamen vt hominẽ ad ipsius imaginẽ factum, & in illius faciem vitæ spiraculũ inspirasse,diuina traderetur scriptura.*

¶RESPONDEO dicẽdum ad primũ, quòd sicut Aug.dicit in 6.super Geñ.ad lit. nõ in hoc præeminet homo aliis rebus ꝙ Deus fecit ipsum hominẽ quasi alia ipse non fecerit cum scriptum sit, Opera manuum tuarũ sunt cæli:& alibi, Aridam fundauerũt manus eius: sed in hoc quòd ad imaginẽ Dei factus est homo. Vtitur tamen Scriptura in productione hominis speciali modo loquẽdi ad ostendendum quòd alia propter hominẽ facta sunt. Ea enim quæ principaliter intẽdimus, cũ maiori deliberatione & studio consueuimus facere.

¶Ad secundum dicendum,quòd non est intelligendum Deum angelis dixisse, Faciamus hominem, vt quidam peruerse intellexerunt. Sed hoc dicitur ad signandam pluralitatem diuinarum personarum : quarum imago expressius inuenitur in homine.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd quidam intellexerunt corpus hominis prius tempore formatum,& postmodum Deum formato iam corpori animam infudisse. Sed contra rationem perfectionis primæ institutionis rerum est, quòd Deus vel corpus sine anima, vel animã sine corpore fecerit:cum vtrũque sit pars humanæ naturæ. Et hoc etiam est magis incõueniens de corpore,quod dependet ex anima,& non econuerso. Et ideo ad hoc excludendum quidã posuerunt,quòd cum dicitur,Formauit Deus hominem, intelligitur productio corporis simul cum anima:quod autem, additur, Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, intelligitur de spiritusancto:sicut & dominus insufflauit in Apostolos dicens, Accipite spiritumsanctum. Sed hæc expositio, vt dicit Aug. in lib. de Ciuitate Dei, excluditur per verba Scripturæ. Nã subditur ad prædicta, Et factus est homo in animam viuẽtem. Quod Apostolus 1. ad Cor.15. non ad vitam spiritualem, sed ad vitam animalem refert. Per spiraculũ ergo vitæ intelligitur anima, vt sic quod dicitur, Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, sit quasi expositio eius quod præmiserat. Nam anima est corporis forma.

¶Ad quartum dicendum,quòd quia operationes vitæ magis manifestantur in facie hominis propter sensus ibi existẽtes,ideo dicit in faciem hominis inspiratum esse spiraculũ vitæ.

¶Ad quintum dicendum, quòd secundũ Aug. omnia opera sex dierũ simul sunt facta. Vnde animam primi hominis,quam ponit simul factam cum angelis, non ponit factam ante sextam diem, sed in ipso sexto die ponit esse factam & animam primi hominis in actu: & corpus eius secundum rationes causales. Alij vero doctores ponunt & animam & corpus hominis factum sexto die in actu.

QVAESTIO NONAGESIMA secunda de Productione mulieris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de productione mulieris.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum in illa rerum productione debuerit mulier produci. ¶Secundo, vtrum debuerit fieri de viro. ¶Tertio,vtrũ de costa viri. ¶Quarto, vtrum facta fuerit immediate à Deo.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum mulier debuerit produci in prima rerum productione.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur,quòd mulier nõ debuit produci in prima rerum productione. Dicit enim Philosophus in lib.de generatione animaliũ, quòd fœmina est mas occasionatus. Sed nihil occasionatum & deficiẽs debuit esse in prima rerum institutione. Ergo in illa prima rerum institutione mulier producenda non fuit.

¶Præterea, Subiectio & minoratio ex peccato est subsecuta. Nam ad mulierem dictum est post peccatũ Geñ.3. Sub viri potestate eris. Et Gregor. dicit. quòd vbi non delinquimus, omnes pares sumus. Sed mulier naturaliter est minoris virtutis & dignitatis quàm vir. Semper enim honorabilius est agens patiente : vt dicit August. 12. super Geñ. ad lit. Ergo non debuit mulier produci in prima rerum productione ante peccatum.

¶Præterea, Occasiones peccatorum sunt amputandæ. Sed Deus præsciuit quòd mulier esset futura viro in occasionem peccati, Ergo non debuit mulierem producere.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Geñ.2. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.

CONCLVSIO.

¶*Cum oportuit in prima rerum formatione dari homini adiutorium ad opus generationis explendum, debuit tunc mulier produci.*

¶RESPONDEO dicendum,ꝙ necessariũ fuit fœminã fieri, sicut Scriptura dicit in adiutorium viri:non quidẽ in adiutoriũ alicuius operis,vt quidam dixerunt:cum ad quodlibet aliud opus conuenientius iuuari posit vir per alium virum, quàm per mulierem, sed in adiutorium generationis. Quod manifestius videri potest, si in viuentibus modus genera-

ris in domo. Et in sequẽti articulo expresse dicitur, quòd in humana specie mas & fœmina coniunguntur non solum ad generationẽ, sed ad domesticã vitã, in qua alia sunt maris, alia fœminæ opera. Constat autem ꝙ vnũquodq; opus melius fit per eũ, cui est ꝓpriũ, quã per aliũ. Igitur præter generationẽ alia sunt quæ per fœminã melius parãtur, quã per virum; iuxta illud. Vbi non est mulier, ingemiscit æger. Ad hoc est dicendũ cum duplici distinctione: prima, ꝙ aliud est loqui de vxore in cõparatione ad maritũ, & aliud absolute de fœmina & viro. Secunda est, quòd aliud est loqui de fœmina & viro cæteris paribus, & aliud est loqui de fœmina, sic affecta, aut erudita, vel assueta, &c. Sermo siquidẽ est literæ de fœmina & viro absolute. Arist. & articulus sequẽs loquuntur de fœmina in cõparatione ad maritum. Et verũ est quòd multa sunt in domestica vita, quæ non solum melius fiunt per vxorẽ, sed simpliciter non decent maritum quin potius nec scire debet talia, vt ibidem dicitur. Sed ex hoc nõ sequitur quin ista melius fierent per vnum aut plures alios viros: ex hoc enim quòd melius per ipsam quàm per maritum fit: nõ sequitur, ergo melius quàm per virum. Multa quoque sunt opera quæ melius separantur à muliere, quã à viro ratione affectus maioris, consue-
492 tudinis, instructiõis, &c. & propter hoc vbi non est mulier, ingemiscit æger. Et secundum hoc mas & fœmina in hominibus iungũtur ad opera vitæ domesticæ: qa maximum vinculum amicabilis & perpetuę coniunctionis reddet magis
b 406 483 idoneã fœmineã vxorẽ ad huiusmodi opera quã virum: cum quo non est ratio tanti vinculi. Stat ergo solidum dictum literæ ex Aug. acceptum.

a ¶ *Super Quæstionis nonagesimæsecundæ Articulum secundum.*

Comenta. Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito affirmatiue. Mulier conueniẽter ex viro formata est magis quàm fœmina cuiusq; animalis. (482) Quod probatur quadrupliciter: primo ex parte dignitatis viri, ex parte amabilitatis mulieris, (b 13) ex parte finis secũdarij, scilicet domesticæ vitæ, ex parte sacramenti.

a ¶ *Super Quæstionis nonagesimæsecundæ Articulum tertium.*

Comenta. 460 Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio responsiua quæsito affirmatiue. Conueniens fuit mulierem formari de costa viri. Probatur dupliciter. Primo, ex parte coniunctionis socialis nõ denominatiuæ, ex quacunque parte. secũdo ex parte sacramenti. oĩa clara sunt.

tionis cõsideretur. Sunt enim quædam viuentia, quæ in seipsis non habent virtutẽ actiuam generationis, sed ab agẽte alterius speciei generãtur: sicut plantæ & animalia quæ generãtur sine semine ex materia conuenienti per virtutem actiuam cælestium corporũ. Quædam vero habent virtutem generationis actiuam & passiuam coniunctam, sicut accidit in plantis, quæ generantur ex semine. Non enim est in plantis aliquod nobilius opus vitæ quàm generatio. Vnde conuenienter omni tempore in eis virtuti passiuæ cõiungitur virtus actiua generationis. Animalibus vero perfectis competit virtus actiua generationis secundum sexum masculinum, virtus vero passiua secundum sexum fœmininum. Et quia est aliquod opus vitæ nobilius in animalibus quàm generatio, ad quod eorum vita principaliter ordinatur: ideo non omni tempore sexus masculinus fœminino coniũgitur in animalibus perfectis: sed solum tempore coitus, vt imaginemur per coitum sic fieri vnum ex mare & fœmina, sicut in planta omni tẽpore coniunguntur vis masculina & fœminina: etsi in quibusdam plus abundet vna harum, in quibusdam plus altera. Homo autem adhuc ordinatur ad nobilius opus vitę, quod est intelligere. Et ideo adhuc in homine debuit esse maiori ratione distinctio vtriusq; virtutis, vt seorsum produceretur fœmina à mare, & tamen carnaliter coniũgerentur in vnum ad generationis opus. Et ideo statim post formationẽ mulieris, dicitur Geñ. 2. Erunt duo in carne vna.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per respectum ad naturã particularẽ fœmina est aliquid deficiẽs & occasionatũ: quia virtus actiua quæ est in semine maris, intẽdit producere sibi simile perfectum secundum masculinum sexum. Sed quòd fœmina generetur, hoc est propter virtutis actiuæ debilitatẽ: vel propter aliquam materię indispositionem: vel etiam propter aliquam transmutationẽ ab extrinseco: puta à ventis australibus qui sunt humidi: vt dicitur in lib. de generatione animalium [e]. Sed per cõparationem ad naturã vniuersalem fœmina non est aliquid occasionatum, sed est de intentione naturæ ad opus generationis ordinata. Intentio autẽ naturæ vniuersalis dependet ex Deo, qui est vniuersalis autor naturæ. Et ideo instituendo naturã, non solum marem, sed etiam fœminam producit.

¶Ad secundum dicendũ, quòd duplex est subiectio [e]. Vna seruilis, secundũ quàm præsidens vtitur subiecto ad suiipsius vtilitatem. Et talis subiectio introducta est post peccatũ. Est autẽ alia subiectio œconomica vel ciuilis: secundũ quam præsidẽs vtitur subiectis ad eorum vtilitatem & bonum. Et ista subiectio fuisset etiã ante peccatũ. Defuisset enim bonum ordinis in humana multitudine, si quidam per alios sapientiores gubernati nõ fuissent. Et sic ex tali subiectione naturaliter fœmina subiecta est viro: qa naturaliter in homine magis abundat discretio rationis. Nec inæqualitas hominũ excludit per innocentiæ statũ; vt infrà dicetur [e].

¶Ad tertium dicẽdum, quòd si omnia ex quibus homo sumpsit occasionẽ peccandi, Deus subtraxisset à mundo, remansisset vniuersum imperfectum. Nec debuit bonum commune tolli, vt vitaretur particulare malum [e], præsertim cum Deus sit adeò potens, vt quodlibet malum possit ordinare in bonum.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum mulier debuerit fieri ex viro.*

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quòd mulier non debuit fieri ex viro. Sexus enim cõmunis est homini & aliis animalibus. Sed in aliis animalibus fœminæ nõ sunt factæ ex maribus, Ergo nec in homine fieri debuit.

¶Præterea, Eorum quæ sunt eiusdem speciei, eadem est materia. Sed mas & fœmina sunt eiusdem speciei. Cum igitur vir fuerit factus ex limo terræ, ex eodem debuit fieri fœmina, & non ex viro.

¶Præterea, Mulier facta est in adiutorium viro ad generationem. Sed nimia propinquitas reddit personam ad hoc ineptam. Vnde personæ propinquæ à matrimonio excluduntur: vt patet Leui. 18. Ergo mulier non debuit fieri ex viro.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ecclesia. 17. Creauit ex ipso, scilicet viro, adiutorium sibi, scilicet mulierem.

CONCLVSIO.

¶ *Decuit mulierem ex viro formari in principio formationis rerum.*

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ conueniẽs fuit mulierẽ in prima rerum institutione ex viro formari magis quã in aliis animalibus. ¶Primo quidem, vt in hoc quædam dignitas primo homini seruaretur: vt secundum Dei similitudinem esset & ipse principium totius suæ speciei [e], sicut Deus est principiũ totius vniuersi. Vnde & Pau. dicit Act. 17. quòd Deus fecit ex vno omne genus hominum. e 485

¶Secundo, vt vir magis diligeret mulierem, & ei inseparabilius inhæreret, dum cognosceret eam ex se esse productam. Vnde dicitur Geñ. 2. De viro sumpta est. Quamobrẽ relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. Et hoc maximè necessarium fuit in specie humana, in qua mas & fœmina commanẽt per totam vitam. Quod non contingit in aliis animalibus.

¶Tertio: quia, vt Philosophus dicit in 8. Ethic. mas & fœmina coniungũtur in hominibus: non solũ propter necessitatẽ generationis, vt in aliis animalibus: sed etiã propter domesticã vitam: in qua sunt aliqua opera viri & fœminę, & in qua vir est caput mulieris. Vnde conuenienter ex viro formata est fœmina, sicut ex suo principio.

¶Quarta vero est ratio sacramẽtalis. Figuratur enim per hoc quòd ecclesia à Christo sumit principiũ. Vnde Apostolus dicit ad Ephe. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicẽdũ, ꝙ materia est ex qua aliquid fit. Natura autẽ creata habet determinatũ principium. Et cũ sit determinata ad vnum: etiam habet determinatũ processum. Vnde ex determinata materia producit aliquid in determinata specie. Sed virtus diuina, cum sit infinita, potest idem secundũ speciẽ ex quacũque materia facere: sicut virum ex limo terræ, & mulierẽ ex viro.

¶Ad tertium dicẽdum, ꝙ ex naturali generatione cõtrahitur quædam propinquitas, quæ matrimonium impedit. Sed mulier non est producta à viro per naturalẽ generationẽ, sed sola virtute diuina. Vnde Eua non dicitur filia Adæ. Et propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum mulier debuerit formari de costa viri.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd mulier nõ debuerit formari de costa viri. Costa enim viri fuit multo minor quẽ corpus mulieris. Sed ex minori non potest fieri maius nisi vel per additionem. quod si fuisset, magis ex illo addito mulier formata diceretur quàm de costa. Vel est per rarefactionem. Quia (vt dicit August. super Geñ. ad lit.) non est possibile vt aliquod corpus crescat nisi rarefiat. Non autem inuenitur corpus mulieris rarius quã viri ad minus in ea proportione quã habet costa ad corpus Euæ. Ergo Eua non fuit formata de costa Adæ. 461 2. dist. 1. q. 1. art. 1. Et 1. cor. 7. col. 3.

¶Præterea, In operibus primo creatis non fuit aliquid superfluum. Costa ergo Adæ fuit de perfectione corporis eius. Ergo ea subtracta remansit imperfectum: quod videtur inconueniens.

¶Præterea, Costa non potest separari ab homine sine dolore. Sed dolor non fuit ante peccatũ. Ergo costa non debuit separari à viro, vt ex ea mulier formaretur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Geñ. 2. Aedificauit dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.

CONCLVSIO.

¶ *Conueniens fuit vt mulier in prima mundi creatione ex costa viri formaretur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit mulierem formari de costa viri. Primo quidem, ad significandum quòd inter virum & mulierem debet esse socialis coniunctio. Neq; enim mulier debet dominari in virum. Et ideo nõ est formata de capite. Neque debet à viro despici tanquam seruiliter subiecta. Et ideo nõ est formata de pedibus. Secundo propter sacramentum. Quia de latere Christi dormientis in cruce fluxerant sacramenta, id est sanguis & aqua, quibus est Ecclesia instituta.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ quidã dicũt, per multiplicationẽ materiæ absq; alterius additione formatũ fuisse corpus mulieris, ad modũ quo Dominus quinq; panes multiplicauit. Sed hoc est omnino impossibile. Multiplicatio enim prædicta aut accidit secundum transmutationem substãtiæ ipsius materiæ, aut secundum transmutationem dimensionum eius [e]. non autem secundum transmutationem substãtiæ ipsius materiæ. Tum quia materia in se considerata est omnino transmutabilis, vtpote existens in potentia, & habens non solum rationem subiecti. Tum etiam quia multitudo 583

Annota. ¶ In responsione ad primum aduerte, quòd quia materia præuenit actus omnium prædicamẽtorum, vt dicitur 7. meta. nec est quid nec quale, nec quantũ: sed omnia in potentia, idcirco præter essentiam materiæ est & magnitudo & multitudo: quo ad prædicamentum quantitatis pertinẽt præter essentiam autem eius sunt hæc in actu nõ in potentia. Verum non est putandum materiam existentem sub quacunq; dimẽsione esse in potentia ad quantamcunq; dimẽsionem, sed est certus limes, vltra quem nec in potentia extenditur. Et propterea cõmuniter & bene dicitur, quòd licet in essentia materiæ non detur maius aut minus, multitudo, vel paucitas, datur tamen in ea plus & minus, ita quòd plus materiæ est sub pedali terræ, quã sub pedali ignis. Et hoc patet ex rationibus rari & densi, quoniã
472 Suprà q. 92. art. 2. hoc habet multũ materię sub paruis, illud parũ sub magnis dimẽsionibus. Et propterea materia existens sub costa non erat in potentia ad quãtamcunque quantitatem. Et rursus licet fuerit in potentia ad quantitatẽ maiorem mulierẽ, non tamen seruata dẽsitate debita ad corp⁹ muliebre: & ideo oportuit plus materiæ haberi à corpore longe maiori, & non longe rariore.

a ¶ *Super Quæstionis nonagesimæsecundæ Articulum quartum.*

Cõmenta. Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito affirmatiue: solus Deus mulierẽ de costa viri potuit formare. Probatur, Solus naturæ institutor potest pręter naturæ ordinem res in esse producere. ergo solus Deus potest corpus mulieris de costa viri formare. Antecedẽs patet: cõsequentia probatur:
460 quia corpus mulieris est præter naturæ ordinem formatum: quòd probatur sic, generatio cuiusque speciei est ex determinata materia. ergo corporis humani naturalis generatio est ex semine humano. ergo productio ex quacunque alia materia nõ est naturalis: ergo formatio corporis ex costa non est naturalis: omnia clara sunt.

a ¶ *Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulum primum.*

Annot. Titulus, Dei, quo ad naturam non artem.

Cõmenta. ¶In corpore duo. Primo incipit ostẽdere quid requiratur ad rationẽ imaginis, tam perfectę quàm imperfectæ. Secundo respondet quæsito affirmatiue.

¶Quo ad primum tres cõditiones imaginis venatur. Primo quòd sit similitudo, ex autoritate August. Secundo, quòd sit deducta ex illo, probatur ex quid nominis: quia imago dicitur ex eo quòd imitatur alterum. & ab opposito, quia ouum non dicitur imago oui, &c. Tertio, quòd sit aut nõ sit cum æqualitate: & penes hoc differt perfecta ab imperfecta imagine: ex autoritate August. & ratione: quia perfectæ imagini nihil deest imaginati.

¶Quo ad secũdum conclusio, est. In homine est imago Dei imperfecta, probatur dupliciter. Primo ex assignatis conditionibus imaginis sic, in homine est aliqua Dei similitudo deducta ab eo non secundum ęqualitatem: ergo in eo est imago Dei imperfecta. Antecedẽs quo ad primam partem est per se notum, quo ad secũdam probatur: quia homo est exemplatus à diuina natura, quo ad tertiã probatur: quia in infinitum Deus excedit hominem: consequentia tenet ex conditionibus imaginis. Secundo probatur conclusio ex autoritate Scripturæ dicẽtis hominem ad imaginem Dei: quia ly, ad, exprimit imperfectionem. probatur: quia importat accessum: ergo distantiã. Accessus enim non nisi distantis est. 465 12. in prol. & 1. di. 3. q. 3. & 2. d. 16. ar. 3. Et 4. contra c. 26. Et veri. q. 10. artic. 7. cor.

Annota. ¶Circa hanc partem occurrit dubium in probatione consequentiæ. Si enim valet: sequitur, ergo in boue: imò ergo in lapide est imago Dei. patet sequela: quia omnes illæ conditiones saluantur in omni creatura respectu Dei: vt patet discurrendo per singulas. Et si dicatur, vt in articulo sequenti dicitur: quòd istæ cõditiones non sufficiunt ad rationem imaginis: ergo sophisma cõsequẽtis commissum est hic in hac ratione à superiori ad inferius, affirmatiue inferendo, est similitudo deducta non secundum æqualitatem. ergo imago. Antecedẽs enim est superi⁹ ad imaginẽ, vt patet. ergo, &c. Ad hæc dicitur quòd cũ hæc quæstio sit non tam de rẽ quàm de autore, nec cadere potest in sapientis cuiusquam mentem, vt in consequentibus immediate se, eiusdem quęstionis articulis oblitus sui fuerit tantus autor: distinguẽdum est quòd imago potest sumi dupliciter. Vno modo proprie: alio modo communiter: & quòd in hoc articulo vsus est imaginis vocabulo communiter: in secundo vero proprie: & ideo nullum sophisma commissum est, Et quòd hæc sit mens literæ colligitur ex calce corporis sequentis articuli, vbi dicit, Solæ creaturæ intellectuales proprie loquendo sunt ad imaginem Dei: insinuãs distinctionem præfatam de com 192

titudo & magnitudo sunt præter essentiam ipsius materię. Et ideo nullo modo potest multiplicatio materiæ intelligi eadẽ materia manente absque additione: nisi per hoc quòd maioris dimensiones accipiat. Hoc autem est rarefieri, scilicet materiam eãdem accipere maiores dimensiones: vt Philosophus dicit in 4. physi. Dicere ergo materiã multiplicari absq; rarefactione est ponere contradictoria simul, scilicet diffinitionem absque diffinito. Vnde, cum non appareat rarefactio in talibus multiplicationibus, necesse est ponere additionem materiæ: vel per creationẽ, quod probabilius est: vel per conuersionem. Vnde August. dicit super Ioan. quòd hoc modo Christus ex quinq; panibus satiauit quinq; millia hominum: quo modo ex paucis granis producit multitudinẽ segetum. Quod fit per conuersionem alimẽti. Dicitur tamen vel ex quinque panibus turbas pauisse, vel ex costa mulierem formasse, quia additio facta est ad materiam præexistentem costæ, vel panum.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd costa illa fuit de perfectione Adæ: non prout erat indiuiduũ quoddam, sed prout erat principium speciei: sicut semen est de perfectione generãtis, quod operatione naturali cum delectatione resoluitur. Vnde multo magis virtute diuina corpus mulieris potuit de costa viri formari absque dolore.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum mulier fuerit immediate formata à Deo.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd mulier nõ fuerit immediate formata à Deo. Nullum enim indiuiduum ex simili secundũ speciem productum fit immediate à Deo. Sed mulier facta est de viro, qui est eiusdẽ speciei cum ipsa. Ergo nõ est facta immediate à Deo.

¶Præterea, Augu. dicit 3. de Tri. quòd corporalia dispensantur à Deo per angelos. Sed corpus mulieris ex materia corporali est formatum. Ergo est factum per ministerium angelorum, & non immediate à Deo.

¶Præterea, Ea quæ præextiterunt in creaturis secundum rationes causales, producuntur virtute alicuius creaturæ, & non immediate à Deo. Sed secundum causales rationes corpus mulieris in primis operibus productum fuit: vt Aug. dicit 9. super Geñ. ad lit. ergo non fuit producta mulier immediate à Deo.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in eodem lib. Formare vel ædificare costam vt mulier esset, nõ potuit nisi Deus à quo vniuersa natura subsistit.

CONCLVSIO.

¶ *Solus Deus mulierẽ de costa viri formare potuit.*

¶RESPONDEO dicendũ, quòd sicut suprà dictũ est [e], vniuscuiusq; speciei generatio naturalis est ex determinata materia. Materia autẽ, ex qua naturaliter generatur homo est semẽ humanum viri vel fœminæ. Vnde ex alia quacunque materia indiuiduum humanæ speciei generari non potest naturaliter. Solus autem Deus, qui est naturæ institutor, potest præter naturæ ordinem res in esse producere. Et ideo solus Deus potuit vel virum de limo terræ, vel mulierem de costa viri formare.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ratio procedit quando indiuiduum generatur ex simili secundum speciem generatione naturali.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut August. dicit 9. super Geñ. ad lit. an ministeriũ angeli exhibuerint Deo in formatione mulieris, nescimus: certum tamen est, quòd sicut corpus viri de limo non fuit formatum per angelos, ita nec corpus mulieris de costa viri.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Augu. in eodem lib. dicit, nõ habuit prima rerum conditio vt fœmina omnino sic fieret, sed tamen hoc habuit vt sic fieri posset. Et ideo secũdum causales rationes præextitit corpus mulieris in primis operibus, non secundum potentiam actiuam, sed secũdum potentiã passiuam tantum, in ordine ad potẽtiam actiuã Creatoris.

QVAESTIO NONAGESIMATERTIA de fine, siue termino productionis hominis, in nouem articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de fine siue termino productionis hominis, prout dicitur factus ad imaginem & similitudinẽ Dei. ¶Et circa hoc quæruntur nouẽ. ¶Primo, vtrũ in homine sit imago Dei. ¶Secundo, vtrum imago Dei sit in irrationalibus creaturis. ¶Tertio, vtrũ imago Dei sit magis in angelo quàm in homine. ¶Quarto, vtrum imago Dei sit in omni homine. ¶Quinto, vtrũ in homine sit imago Dei per comparationem ad essentiam, vel ad personas diuinas omnes, aut vnam earum. ¶Sexto, vtrum imago Dei sit in homine secundum potentias, aut secundum habitus, aut actus. ¶Septimo, vtrum per comparationem ad omnia obiecta. ¶Octauo, vtrum imago Dei inueniatur in homine solũ secundum mentem. ¶Nono, de differentia imaginis & similitudinis.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum imago Dei sit in homine.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd imago Dei nõ sit in homine. Dicitur enim Isa. 40. Cui similem fecisti Deum, aut quàm imaginem ponetis ei?

¶Præterea, Esse Dei imaginem est proprium primogeniti: de quo dicit Apostolus ad Col. 1. Qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ. Non ergo in homine inuenitur Dei imago.

¶Preterea, Hil. dicit in lib. de syno. quòd imago est eius rei ad quam imaginatur species indifferens. Et iterum dicit quòd imago est rei ad rem coęquandam indiscreta & vnita similitudo. Sed non est species indifferens Dei, & hominis, nec potest esse æqualitas hominis ad Deum. Ergo in homine non potest esse imago Dei.

¶SED CONTRA est quod dicitur Geñ. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

CONCLVSIO.

¶ *Cum in homine non sit similitudo Dei secundum æqualitatem, dicitur potius ad imaginem Dei factus, quàm imago Dei.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut Aug. dicit in lib. 83. q. vbi est imago, continuo est & similitudo, sed vbi est similitudo, non continuo est imago. Ex quo patet quòd similitudo est de ratione imaginis, & imago aliquid addit supra rationem similitudinis, scilicet quòd sit ex alio expressum. Imago enim dicitur ex eo quòd agitur ad imitationem alterius [e]. Vnde ouum, quantumcunque sit alteri ouo simile & æquale, quia tamen non est expressum ex illo, non dicitur ad imaginem eius. Aequalitas autem nõ est de ratione imaginis: quia, vt Augu. ibidem dicit, vbi est imago, non continuo est ęqualitas, vt patet in imagine alicuius in speculo relucente. & tamen de ratione perfectæ imaginis. Nam in perfecta imagine non deest aliquid imagini, quod insit illi de quo expressa est. Manifestum est autem quòd in homine inuenitur aliqua Dei similitudo, quæ deducitur à Deo, sicut ab exẽplari, non tamen est similitudo secundũ æqualitatem: quia in infinitum excedit exemplar hoc tale exemplatum. Et ideo in homine dicitur esse imago Dei, non tamen perfecta, sed imperfecta. Et hoc significat Scriptura cum dicit hominem factum ad imaginem Dei. Prępositio enim ad, accessum quendam significat, qui competit rei distanti.

de cõmuniter & ꝓprie. Ratio autẽ quare diminute in hoc articulo imaginem acceperit, fuit vt reor triplex. Prima, quia non incurritur inconueniens in cõclusione imaginis in homine: eo ꝙ secundum rem saluatur in eo etiam reliqua cõditio perficiens imaginis rationem. Secunda est, vt à cõmunioribus etiã conditionibus ad speciales procederet disciplina: nõ diuersarũ quæstionũ: sed eiusdẽ quęstionis secundum diuersos articulos: non enim tam exacta in primo articulo requiritur doctrina: sed sat est si successiue per alios articulos natura quæsiti discutitur perfecte. Tertia, quia ambiguitas imaginis proprie dictæ habebat specialem difficultatem, vt in argumẽtis articuli sequentis patet: & ideo reseruata est speciali articulo.

a ¶*Super Quæstionis septuagesimætertiæ Articulum secundum.*

Cõmenta. 484 2. dist. 16. arti. 1. Et 3. dist. 2. q. 2. ar. 2. q. 1. cor. Et 4. contra gen. ca. 20. fin. Et 1. cõst. 11. lect. 2. col. 3.

Titulus imago Dei proprie dicta. ¶In corpore duo. Primo complet rationẽ imaginis proprie dictę. Secundo respondet quæsito. ¶Quo ad primum dicit duo, alterum negatiuũ, alterum affirmatiuũ. Negatiuũ est, non quælibet similitudo deducta ab alio sufficit ad rationem imaginis. Probatur, quia nec similitudo secũdum genus, vt patet de verme respectu hominis: nec secũdum accidẽs cõmune, vt patet de albo: non respectu albi formaliter, sed respectu subiecti, qđ per accidens denominatur album. Affirmatiuũ est, quòd requiritur aut similitudo secũdum speciem: vt patet in filio respectu patris: aut secundum proprium speciei & præcipue figuram: vt patet in denario. & probatur autoritate Hilarij. ¶Quo ad secũdum conclusio respõsiua hæc est. Solæ intellectuales creaturæ proprie loquendo sunt ad imaginem Dei. Probatur, Solæ creaturæ intellectuales assimilantur Deo, vt intelligit & sapit: ergo solæ creaturæ intellectuales assimilantur Deo secundum quasi vltimã differẽtiam: ergo solæ assimilantur secundum speciem: ergo solæ sunt ad imaginem. Antecedens patet: & prima consequentia declaratur graduando res secũdum similitudinem ad Deum in tres gradus, Et probatur autoritate Augustini dicẽtis nullum gradum esse proximiorem Deo, quàm sit intellectiuus: tenet ergo locum vltimę differẽtiæ: cæteræ cõsequentiæ sunt euidentes. 141

a ¶*Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio bi-

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Propheta loquitur de corporalibus imaginibus ab homine fabricatis. Et ideo signãter dicit, Quam imaginẽ ponetis ei? Sed Deus ipse sibi in homine posuit spiritualem imaginem. ¶Ad secundum dicendũ, quòd primogenitus omnis creaturæ est imago Dei perfecta, perfecte implẽs illud cuius imago est. Et ideo dicitur imago, & nunquam ad imaginẽ. Homo vero & propter similitudinẽ dicitur imago, & propter imperfectionem similitudinis dicitur ad imaginẽ. Et quia similitudo perfecta Dei non potest esse nisi in identitate naturę, imago Dei est in filio suo primogenito, sicut imago regis in filio sibi connaturali: in homine autẽ sicut in aliena natura, sicut imago regis ĩ numo argẽteo: vt patet ꝑ Aug. in li. de decẽ chordis. ¶Ad tertium dicendũ, quòd cum vnum sit ens indiuisum: eo modo dicitur species indifferẽs quo vna. Vnum autẽ dicitur aliquid: nõ solum numero, aut specie, aut genere: sed etiã secundum analogiã vel proportionẽ quãdam. Et sic est vnitas vel conuenientia creaturæ ad Deũ. Quòd autem dicit rei ad rem coæquandam, pertinet ad rationem perfectæ imaginis.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum imago Dei inueniatur in irrationalibus creaturis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd imago Dei inueniatur in irrationalibus creaturis. Dicit enim Dio. in li. de di. no. Habẽt causata causarum suarum cõtingentes imagines. Sed Deus est causa non solũ rationalium creaturarũ, sed etiam irrationaliũ. Ergo imago Dei inuenitur in irrationalibus creaturis. ¶Præterea, Quanto est expressior similitudo in aliquo, tanto magis accedit ad rationẽ imaginis. Sed Dio. dicit 4. ca. de diui. no. quòd radius solaris maxime habet similitudinem diuinæ bonitatis. Ergo est ad imaginem Dei. ¶Præterea, Quãto aliquid est magis perfectũ in bonitate, tãto magis est Deo simile. Sed totum vniuersum est perfectius in bonitate, quã homo. Quia etsi bona sint singula, tamẽ simul omnia dñr valde bona Gen. 1. Ergo totũ vniuersum est ad imaginẽ Dei, & nõ solũ homo. ¶Præterea, Boë. in lib. de conso. dicit de Deo. Mundum mente gerens, similique imagine formans. Ergo totus mũdus est ad imaginem Dei, & non solum rationalis creatura.

¶SED CONTRA est qđ dicit Aug. 6. super Gen. ad lit. Hoc excellit in homine, quia Deus ad imaginem suam hominem fecit propter hoc quòd dedit ei mentẽ intellectualem, qua præstat pecoribus. Ea ergo, quæ non habent intellectum, non sunt ad imaginem Dei.

CONCLVSIO.

¶*Cũ omnes intellectuales creaturæ assimilẽtur Deo vt intelligit et sapit, solæ ad imaginẽ Dei esse dicũtur.*

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ non quælibet similitudo, etiã si sit expressa ex altero, sufficit ad rationẽ imaginis. Si enim similitudo sit secũdum genus tantũ, vel secundũ aliquod accidens cõmune, non propter hoc dicetur aliquid esse ad imaginẽ alterius. Non enim posset dici quòd vermis, qui oritur ex homine, sit imago hominis propter similitudinẽ generis. Neque iterum potest dici quòd si aliquid fiat album ad similitudinẽ alterius, quòd propter hoc sit ad eius imaginẽ, quia album est accidens cõmune pluribus speciebus. Requiritur autem ad rationẽ imaginis quòd sit similitudo secundum speciem[e], sicut imago regis est in filio suo: vel ad minus secundum aliquod accidens proprium speciei, & pręcipue secundum figuram: sicut hominis imago dicitur esse in cupro. Vnde signãter Hila. dicit, quòd imago est species indifferens. Manifestum est autem, quòd similitudo speciei attenditur secundum vltimam differentiam. assimilantur autẽ aliqua Deo. Primo quidẽ & maxime cõmuniter inquantum sunt. Secundo vero inquantum viuunt. Tertio vero inquantum sapiunt vel intelligunt. Quæ, vt August. dicit in lib. 83. q. ita sunt Deo similitudine proxima, vt in creaturis nihil sit propinquius. Sic ergo patet quòd solæ intellectuales creaturæ proprie loquendo, sunt ad imaginem Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd omne imperfectum est quædam participatio perfecti. Et ideo, etiam ea quæ deficiunt à ratione imaginis: inquãtum tamen aliqualem Dei similitudinem habent, participant aliquid de ratione imaginis. Et ideo Dio. dicit quòd causata habent causarum contingentes imagines, id est, quantum contingit ea habere, & non simpliciter. ¶Ad secundum dicendum, quòd Diony. assimilat radium solarem diuinæ bonitati quantum ad causalitatem, non secundum dignitatem naturæ, quæ requiritur ad rationem imaginis. ¶Ad tertium dicendum, quòd vniuersum est perfectius in bonitate quàm intellectualis creatura extensiue & diffusiue. Sed intẽsiue & collectiue similitudo diuinæ perfectionis magis inuenitur in intellectuali creatura, quæ est capax summi boni. Vel dicendum, quòd pars non diuiditur contra totum, sed contra aliam partem. Vnde cum dicitur quòd sola natura intellectualis est ad imaginem Dei, non excludit quin vniuersum secundum aliquam sui partem sit ad imaginem Dei: sed excluduntur aliæ partes vniuersi. ¶Ad quartum dicendum, quòd imago accipitur à Boët. secundum rationem similitudinis qua artificiatũ imitatur speciem artis, quæ est in mente artificis. Sic autẽ quælibet creatura est imago rationis exemplaris quam habet in mente diuina. Sic autem non loquimur nunc de imagine, sed secundum quod attenditur secundum similitudinem in natura: prout scilicet primo enti assimilantur omnia inquantum sunt entia: & primæ vitæ inquantum sunt viuentia: & summæ sapientiæ inquantum sunt intelligentia.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum angelus sit magis ad imaginem Dei quàm homo.* 465

1. dist. 3. q. 3. artic. 1. ad 4. Et 2. dist. 16. arti. 3. Et 3. dist. 2. q. 1. art. 1. q. 1. & 2. cor. Et post. 8. col. 5.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus non sit magis ad imaginẽ Dei, quàm homo. Dicit enim Aug. in sermone de imagine, ꝙ Deus nulli alij creaturæ dedit ꝙ sit ad imaginẽ suam nisi homini. Non ergo verum est, quòd angelus magis dicatur ad imaginẽ Dei, quàm homo. ¶Præterea, Secũdũ Aug. in lib. 83. q. homo ita est ad imaginẽ Dei, vt nulla interposita creatura formetur à Deo. Et ideo nihil est illi coniunctius. Sed imago Dei dicitur aliqua creatura inquantũ Deo cõiungitur. Ergo angelus nõ est magis ad imaginẽ Dei, quàm homo. ¶Præterea, Creatura dicitur ad imaginẽ Dei inquãtum est intellectualis naturæ. Sed intellectualis natura non intenditur nec remittitur. Non enim est de genere accidẽtis, cum sit in genere substantiæ. Ergo angelus non est magis ad imaginem Dei quàm homo.

¶SED CONTRA est quod dicit Greg. in quadam Homil. quòd angelus dicitur signaculum similitudinis: quia in eo similitudo diuinæ imaginis magis insinuatur expressa.

CONCLVSIO.

¶*Angeli intellectualis naturæ perfectius homine existentes, magis ad imaginem Dei sunt simpliciter, quàm homo.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd de imagine Dei loqui dupliciter possumus. Vno modo quantum ad id in quo primo consideratur ratio imaginis: quod est intellectualis natura. Et sic imago Dei est magis in angelis, quàm sit in hominibus: quia intellectualis natura perfectior est in eis, vt ex supradictis patet[e]. Secundo potest considerari imago Dei in homine quantum ad id, in quo secũdario consideratur: prout scilicet in homine inuenitur quædam Dei imitatio: inquantum scilicet homo est de homine, sicut Deus de Deo: & inquãtum anima hominis est tota in toto corpore eius, & iterum tota in qualibet parte ipsius, sicut Deus se habet ad mundum. Et secundum hæc & similia magis inuenitur Dei imago in homine, quã in angelo. Sed quantũ ad hoc nõ attẽditur per se ratio diuinæ imaginis in homine nisi præsupposita prima imitatione, quæ est secundum intellectualem naturam: alioquin etiam animalia bruta essent ad imaginem Dei. Et ideo, cum quantum ad intellectualem naturam angelus sit magis ad imaginem Dei, quàm homo, simpliciter cõcedendum est angelum magis esse ad imaginem Dei, hominem autem secundum quid. 316 266 368

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ Augu. excludit à Dei imagine alias inferiores creaturas intellectu carentes, non autem angelos. ¶Ad secundum dicendum, quòd sicut ignis dicitur esse subtilissimum corporum secundum suam speciem, cum tamen vnus ignis sit alio subtilior: ita dicitur quòd nihil est coniunctius Deo, quàm mens humana secũdum genus intellectualis naturæ: quia sicut ipse suprà præmiserat quæ sapiunt, ita sunt illi similitudine proxima: vt in creaturis nihil sit propinquius. Vnde per hoc nõ excluditur quin angelus sit magis ad Dei imaginem. ¶Ad tertiũ dicẽdum, ꝙ cum dicitur ꝙ substãtia nõ recipit magis & minus, nõ intelligitur ꝙ vna species substãtiæ nõ sit perfectior quã alia: sed ꝙ vnũ & idẽ indiuiduũ non participet suã speciẽ quandoq; magis quandoq; minus. Nec etiã à diuersis indiuiduis participatur

species

membris. Angelus est simpliciter magis ad imaginem Dei, homo autem est magis secundum quid probatur quo ad vtranque partem simul, Angelus est similior Deo secundum intellectualẽ naturã. ergo secundum id in quo primo consideratur rõ imaginis, homo vero est similior Deo secũdũ quędã, scilicet cõmunicationẽ naturæ, præsentiam animæ in toto & partibus. ergo secundum ea in quibus secundario attenditur ratio imaginis. ergo non per se, ergo non simpliciter, sed secundum quid. Antecedens tam pro angelo quàm pro homine est euidens: primæ vero consequentiæ declarantur distinguendo ꝙ de imagine dupliciter, quo ad principale & secundarium. Secunda vero de homine probatur: qa alioquin bruta essent ad imaginem Dei: cum in eis saluentur hæc similia. Non ergo hæc pertinent ad imaginem: nisi quia in natura intellectuali. vltimæ cõsequentiæ patent ex terminis.

466 1. di. 3. lec. 2. in lit. & veri. q. 10. ar. 1. ad 3. Et po. q. 9. artic. 9. cor. 463 464

a ¶*Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulum quartum.* 606

Cõment. Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio trimembris: Imago creationis est in omnibus hominibus, recreationis in iustis tantum, similitudinis vero solum in beatis. Probatur simul distinctio, Graduatio & applicatio harum imaginum ad assignata subiecta dupliciter, rõne & autoritate. Ratio est, homo est ad imaginem secundum intellectualem naturam: ergo est magis & maxime ad imaginẽ secundum quod magis aut maxime intellectualiter deum imitatur: ergo secundũ qđ magis intelligit & amat Deum: ergo tripliciter, scilicet ex natura, gratia, et gloria: & sic prima omnibus, secunda iustis, tertia beatis conuenit. Antecedens patet cũ prima consequentia. Secũda vero probatur: quia hoc est summũ & primũ intellectualitatis in Deo, ꝙ scilicet intelligit & amat se: & hoc est supremum, ad quod potest omnis intellectualis natura pertingere, ꝙ intelligat & quiescat in primo intelligibili: & patet vtrunq; 12. metaph. Tertia vero consequentia distinguendo lumen triplex, &c. patet: & omnia clara sunt. Sed nota ꝙ in primo membro nomine Aptitudinis naturalis non intelligo aptitudinem vt distinguiť cõtra habitũ aut actum: qm̃ ad hoc primũ mẽbrum spectat nõ solum posse intelligere & amare Deum: sed etiam intelligere & ama-

467 supra arti. 6. cor. Et veri. q. 10. art. 3. co. & q. 13. ar. 2. 1.

species substantiæ secundum magis & minus.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrũ imago Dei inueniatur in quolibet homine.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ imago Dei non inueniatur in quolibet homine. Dicit enim Apostolus. 1. ad Cor. 11. quòd vir est imago Dei, mulier autem est imago viri. Cum ergo mulier sit indiuiduum humanæ speciei, non cuilibet indiuiduo conuenit esse imaginem Dei. ¶Præterea, Apostolus dicit Rom. 8. ꝙ illos, quos Deus præsciuit conformes fieri imagini filij sui, hos prædestinauit. Sed non omnes homines prædestinati sunt. Ergo non omnes homines habent conformitatem imaginis. ¶Præterea. Similitudo est de rõne imaginis, vt suprà dictum est[e]. Sed per peccatũ fit homo Deo dissimilis. Ergo amittit Dei imaginem.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur in Psal. Verũtamẽ in imagine pertransit homo.

CONCLVSIO.

¶*Imago creationis in omnibus inuenitur hominibus, sed recreationis iustis tantum, similitudinis vero beatis communicatur.*

¶RESPONDEO dicẽdum, ꝙ cũ homo secundum intellectualẽ naturã ad imaginem Dei esse dicatur[e], secũdũ hoc est maxime ad imaginem Dei, secũdum quod intellectualis natura Deũ maxime imitari potest. Imitatur autẽ intellectualis natura maxime Deũ quantum ad hoc ꝙ Deus seipsum intelligit & amat. Vnde imago Dei tripliciter potest considerari in homine. Vno quidẽ modo secũdum quod homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum & amãdũ Deũ[e]. Et hæc aptitudo cõsistit in ipsa natura mentis, quæ est communis omnibus hominibus. Alio modo secundum quod homo actu vel habitu Deum cognoscit & amat, sed tamẽ imperfecte. Et hæc est imago per cõformitatẽ gratiæ. Tertio modo secundũ quod homo Deum actu cognoscit & amat ꝑfecte. Et sic attẽditur imago secundum similitudinem gloriæ. Vnde super illud Psal. Signatũ est super nos lu. vul. tui Do. Glo. distinguit triplicem imaginẽ, scilicet creationis & recreationis & similitudinis. Prima ergo imago inuenitur in oĩbus hoĩbus. Secunda in iustis tantum. Tertia vero solum in beatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ tam in viro q̃ in muliere inuenitur Dei imago quãtũ ad id in quo principaliter ratio imaginis consistit, scilicet quãtũ ad intellectualẽ naturam. Vnde Gen. 1. cũ dixisset, Ad imaginẽ Dei creauit illũ, scilicet hominem subdidit, Masculũ & fœminam creauit eos. Et dixit pluraľr, eos (vt Aug. dicit) ne intelligatur in vno indiuiduo vterque sexus fuisse coniunctus. Sed quãtũ ad aliqđ secundariũ imago Dei inuenitur in viro secundũ qđ non inueniť in muliere. Nã vir est principium mulieris & finis, sicut Deus est principiũ & finis totius creaturæ. Vnde, cum Apľs dixisset ꝙ vir imago & gloria est Dei, mulier autẽ est gloria viri: ostendit quare hoc dixerit, subdens, Non enim vir est ex muliere, sed mulier ex viro: & vir non est creatus propter mulierem, sed mulier propter virum. ¶Ad secundum & tertium dicendum, quòd illæ rationes procedunt de imagine, quæ est secundum conformitatem gratiæ & gloriæ.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum in homine sit imago Dei quantum ad trinitatem personarum.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ in homine non sit imago Dei quantum ad trinitatem diuinarum personarum. Dicit enim Aug. in lib. de fide ad Pe. Vna est sanctæ trinitatis essentialiter diuinitas & imago, ad quam factus est homo. Et Hil. in 5. de trinit. dicit: quòd homo fit ad communem trinitatis imaginem. Est ergo in homine imagò Dei quantum ad essentiam & non quantum ad trinitatem personarum. ¶Præterea, In lib. de eccle. dog. diciť ꝙ imago Dei attenditur in homine secundũ æternitatẽ. Dam. etiã dicit, ꝙ hominem esse ad imaginem Dei significat intellectuale, & arbitrio liberum, & per se potestatiuũ. Gre. etiã Nicenus dicit, quòd cũ scriptura dixit hominem factũ ad imaginẽ Dei, tale est ac si diceret humanam naturã oĩs boni factã esse participem. Bonitatis enim plenitudo diuinitas est. Hæc autẽ omnia non pertinent, ad distinctionem personarũ, sed magis ad essentiæ vnitatem. ergo in hoĩe est imago Dei, non secundũ trinitatem personarũ, sed secũdũ essentiæ vnitatem. ¶Præterea, Imago ducit in cognitionem eius cuius est imago. Si igiť in hoĩe est imago Dei secundũ trinitatẽ personarũ, cũ homo per naturalẽ rationem seipsum cognoscere possit: sequeretur ꝙ per naturalem cognitionẽ posset homo cognoscere trinitatem diuinarũ personarũ. Quod est falsum, vt suprà ostẽsum est[e]. ¶Præterea, Nomẽ imaginis nõ cuilibet trium personarum cõuenit, sed soli filio. Dicit enim Aug. in 6. de trin. ꝙ solus filius est imago patris. Si igitur in homine attenderetur Dei imago secundum personam, non esset in homine imago totius trinitatis, sed filij tantum.

¶SED CONTRA est, ꝙ Hil. dicit in 4. de tri. Per hoc quòd homo dicitur ad imaginem Dei factus, ostendit pluralitatem diuinarum personarum.

CONCLVSIO.

¶*In Deo, cum natura diuina in tribus existat personis, dicitur homo factus ad imaginem diuinæ non tantum naturæ, sed etiam diuinarum personarum.*

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ sicut suprà habitum est[e], distinctio diuinarum personarũ non est nisi secundum originẽ, vel potius secundum relationes originis. Non autem est idem modus originis in omnibus, sed modus originis vniuscuiusq; est secũdum cõuenientiam suæ naturæ. Aliter enim producuntur animata, aliter inanimata, aliter animalia atque aliter plantæ. Vnde manifestũ est ꝙ distinctio diuinarum personarũ est secundũ qđ diuinæ naturæ conuenit. Vnde esse ad imaginem Dei secũdum imitationẽ diuinæ naturæ, non excludit hoc quod est esse ad imaginem Dei secũdũ repræsentationẽ triũ ꝑsonarũ: sed magis vnũ ad alterũ sequiť. Sic igitur dicẽdũ est in hoĩe esse imaginẽ Dei: & quantũ ad naturã diuinã; & q̃tũ ad trinitatẽ ꝑsonarũ. Nam & in ipso Deo in tribus ꝑsonis vna existit nã. ¶Et per hoc patet responsio ad duo prima.

¶AD TERTIVM dicendũ, ꝙ ratio illa procederet si imago Dei esset in homine perfecte repræsentans Deũ. Sed sicut Aug. di. in 15. de tri. maxima est differentia huius trinitatis, quæ est in nobis, ad trinitatem diuinam. Et ideo (vt ipse ibidem dicit) trinitatem quæ in nobis est, videmus potius quàm credimus: Deum vero esse trinitatem, credimus potius quàm videmus. ¶Ad quartũ dicẽdum, ꝙ quidam dixerunt in homine esse solum imaginẽ filij. Sed hoc improbat Aug. in 12. de tri. Primo quidem ꝑ hoc ꝙ cũ secundũ æqualitatem essentiæ filius sit patri similis, necesse est si homo sit factus ad similitudinẽ filij, ꝙ sit factus ad similitudinem patris. Secundo, quia si homo esset factus solum ad imaginem filij, non diceret pater: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã, sed tuã. cũ ergo dicitur, Ad imaginem Dei fecit illũ, nõ est intelligendũ ꝙ pater fecit hominẽ solũ ad imaginẽ filij qui est Deus (vt quidã exposuerũt) sed intelligendum est ꝙ trinitas Deus fecit hominem ad imaginem suam, id est totius trinitatis. Cum autẽ dicitur ꝙ Deus fecit hominẽ ad imaginẽ suã, dupliciter potest intelligi. Vno modo ꝙ hæc præpositio ad, designet terminum factionis: vt

re tam actualiter quàm habitualiter, loquendo de cognitione & amore in puris naturalibus: sed intelligo aptitudinem naturalem, vt distinguitur contra supernaturalem tantũ. Fecit aũt specialem mẽtionem in primo membro de aptitudine. & in secundo de actu & habitu, ad insinuandum ꝙ notitia & affectio ex natura extendit se vsque ad aptitudinem, gratiæ vero vsque ad habitum tantum: & consequenter gloriæ ad actum tantum. Autoritas vero est glossæ super Psalmum, & clara est. 18

a ¶*Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulum quintum.* 181

Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo ostendit quomodo se habeant adinuicem imago naturæ, & personarum. Secundo respondet quęsito. Cõment. ¶Quo ad primum conclusio est. Imago naturæ non excludit imaginem personarum, sed potius infert, illam. Probatur sic. Distinctio diuinarum personarum est secundum originem, seu originis relationes. ergo est secundum quod conuenit naturæ diuinæ. ergo imitatio naturæ non excludit, sed causat potius imitationem personarum. ergo, &c. Antecedens supponitur ex antedictis. Prima consequentia probatur quia modus originis variatur secundum quod exigit diuersitas naturarum. quod manifestatur ex differenti origine inanimatorum & animatorum: & rursus plantarum & animalium. Modus ergo diuinæ originis est secundum quod natura diuina exigit: ergo & distinctio personarum. cætera sunt per se nota. 211

Annot. ¶Aduertę hic quòd hæc quæ dicuntur, procedunt ex altera propositione credita, & altera scita: quæ enim pertinent ad vnitatem naturæ & imaginem eius, sunt scita: ea vero, quæ ad pluralitatem personarum & imaginem earum vt sic, sunt credita: & ideo cum dicitur quòd imago trinitatis sequitur ad imaginem naturæ intelligendum est vt creditum non vt scitum: sicut & trinitas ipsa respectu naturæ diuinæ.

Cõment. ¶Quo ad secundum cõclusio responsiua est: In homine est imago Dei & quantum ad naturam diuinam & quantum ad trinitatem personarum. Probatur, quia in ipso Deo vna natura existit in tribus personis. Aduerte hic ꝙ conclusio supponit esse in homine imaginem Dei quo ad diuinam naturam: & intendit tan-

eum probare, quòd sit etiam quo ad trinitatem personarum. Vnde vis probationis consistit in duabus propositionibus: scilicet quòd natura diuina est trina suppositaliter, & ꝙ in homine est imago naturæ diuinæ. Ex his enī optime infertur, ergo in eo est imago trinitatis: q̄a illa imago infert istam: vt in prima parte huius articuli decisum est.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulū sextum.*

Annot. Titulus secundum mentem tantum Dei: tam quo ad naturam quàm trinitatem.

Coment. ¶In corpore vna conclusio bimembris. In homine inuenitur Dei similitudo per modum imaginis secundū mentem, secūdum vero alias eius partes per modū vestigij. Probaṫ, Imago repræsentat secundū similitudinē speciei, vestigiū vero non pertingēdo ad similitudinē spēi suæ cāæ: ergo imago Dei inuenitur in sola rōnali creatura, vestigiū vero in cæteris: ergo imago Dei inuenitur in rōnali creatura secundum id in quo excedit cætera: vestigiū vero Dei in eadē secundū alias partes: ergo in hoīe inuenitur Dei similitudo per modū imaginis secundū mētē, secundum vero alias eius partes per modum vestigij. Antecedens quo ad primā partē patet ex dictis. Quo ad secundā declaratur, in vestigio animaliū, ignis, & exercitus. Prima vero cōsequētia fundaṫ sup quatuor. Primū est expressum & præmissum, s. ꝙ in oīb⁹ creaturis est aliqualis Dei similitudo. Secūdū est implicitè subiūctū, s. ꝙ similitudo Dei aut est per modum imaginis, aut vestigij. Tertiū est differentia inter imaginē & vestigiū: & hæc assumpta in añcedente. Quartū est ꝙ sola intellectualis natura per tingit ad similitudinem quasi specificā ipsi⁹ Dei. Et hoc licet supponatur quodāmodo ex primo articulo, exprimiṫ hic distinguēdo & applicādo ad imaginē & vestigium ad diuinā naturā, & trinitatē duabus differētiis. Prima. Rationalis est similis specificæ nāæ diuinæ; ac p hoc per modum imaginis. cæteræ ex dispositione earū significāt ꝙ De⁹ est intellectualis: ergo vestigiū nāæ Dei. Secunda, Rationalis est similis specificæ trinitati: q̄a pricipiū verbi, &c. ergo in ea imago trinitatis: reliquæ innuūt ex modo & specie & ordine ꝙ in Deo sint principiū verbi, verbum & amor vtriusq;. ergo vestigiū. Ex his manifeste patet tota prima cōsequentia explicata quo ad ly Dei, s. naturā & psonas.

468 1. dist. 3. q. 3. Et 2. di. 16. art. 3. Et 4. contra, ca. 26. 464 464 244

Annot. ¶Circa differētiam assignatā inter imaginē &

sit sensus, Faciamus hominem taliter vt sit in eo imago nostra. Alio modo hæc præpositio ad, potest designare causam exēplarem: sicut cū dicitur, Iste liber est factus ad illum. Et sic imago Dei est ipsa essentia diuina quæ abusiue imago dicitur, secūdum quod imago ponitur pro exemplari: vel secundum quod quidam dicunt, diuina essentia dicitur imago: quia secundum eam vna persona aliam imitatur.

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum imago Dei sit in homine solum secundum mentem.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur ꝙ imago Dei non sit in homine solum secundum mentem. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 11. ꝙ vir est imago Dei. Sed vir nō est solum mens. Ergo imago Dei non attenditur solum secundum mentem.

¶Præterea, Gen. 1. dicitur, Creauit Deus hominem ad imaginē suā, ad imaginē Dei creauit illum: masculū & fœminam creauit eos. Sed distinctio masculi & fœminæ est secūdū corpus. Ergo secundū corpus attenditur Dei imago in homine, & nō secundū mētē tantū.

¶Præterea, Imago præcipue videtur attendi secundum figuram. Sed figura ad corpus pertinet. Ergo imago Dei attenditur in hoīe etiā secundū corpus & nō secundū mentē tantum.

¶Præterea, Secundū Aug. 12. super Gen. ad literam: triplex visio inuenitur in nobis, scilicet corpalis, spiritualis, siue imaginaria et intellectualis. Si ergo secundum visionem intellectualem, quæ ad mentē ptinet, est aliqua trinitas in nobis, secundum quam sumus ad imaginem Dei, pari ratione & in aliis visionibus.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Eph. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem. Ex quo datur intelligi ꝙ renouatio nostra quæ fit secundum noui hominis indumentum ad mentem pertinet: sed ad Col. 3. dicit, Induentes nouum hominen: qui renouaṫ in agnitionē Dei secundū imaginē eius, qui creauit eū. Vnde renouationem, quæ est secundum noui hominis indumentū, attribuit imaginē Dei. Esse ergo ad imaginem Dei pertinet solum ad mētem.

CONCLVSIO

¶*Communicatur homini Dei similitudo per modum imaginis secundum mentem, secundum vero alias eius partes per modum vestigij, sicut & cæteris irrationalibus creaturis.*

¶RESPONDEO dicendum ꝙ cū in oībus creeturis sit aliqualis Dei similitudo, in sola creatura rationali inuenitur similitudo Dei per modum imaginis, vt suprà dictū est[e], in aliis autē creaturis per modum vestigij. Id autē in quo creatura rationalis excedit alias creaturas, est intellectus, siue mens. Vnde relinquitur ꝙ nec in ipsa rōnali creatura inuenitur Dei imago nisi secundū mētem. In aliis vero partibus siquas habet rationalis creatura, inuenitur similitudo vestigij: sicut & in cæteris rebus quibus secundum partes huiusmodi assimilatur. Cuius ratio manifeste cognosci potest, si attendatur modus quo repræsentat vestigium, & quo repræsentat imago. Imago enim repræsentat secundum similitudinem speciei vt dictum est[e], vestigium autem repræsentat per modum effectus: qui sic repræsentat suam causam, ꝙ tamen ad speciei similitudinem non pertingit[e]. Impressiones enim, quæ ex motu animalium relinquuntur, dicuntur vestigia. Et similiter cinis dicitur vestigium ignis, & desolatio terræ, vestigium hostilis exercitus. Potest ergo huiusmodi differentia attendi inter creaturas rationales & alias creaturas: & quantum ad hoc ꝙ in creaturis rationalibus repræsentatur similitudo diuinæ naturæ, & quantum ad hoc ꝙ in eis repræsentatur similitudo trinitatis increatæ. Nam quantum ad similitudinem diuinæ naturæ pertinet, creaturæ rationales videntur quodammodo ad repræsentationem speciei pertingere inquantum imitantur Deum, non solum in hoc ꝙ est & viuit: sed etiam in hoc ꝙ intelligit, vt suprà dictum est[e]. Aliæ vero creaturæ non intelligunt, sed apparet in eis quoddam vestigium intellectus producentis, si earum dispositio consideret. Similiter cū increata trinitas distinguaṫ secundū pcessionē verbi à dicente, & amoris ab vtroq;, vt suprà habitum est[e]: in creatura rationali, in qua inuenitur processio verbi secundum intellectum, & processio amoris secundum voluntatem, potest dici imago trinitatis increatæ per quandam repræsentationem speciei. In aliis autem creaturis non inuenitur principium verbi, & verbum, & amor: sed apparet in eis quoddam vestigium, ꝙ hæc inueniantur in causa producente. Nā hoc ipsum ꝙ creatura habet substantiā modificatā et finitā, demonstrat quòd sit à quodā principio. Species vero eius demōstrat verbū facientis, sicut forma domus demōstrat conceptionē artificis. Ordo vero demonstrat amorem producentis quo effectus ordinatur ad bonum[e]: sicut vsus ædificij demostrat artificis voluntatem. Sic igitur in homine inuenitur Dei similitudo per modum imaginis secundum mentem sed secundum alias partes eius per modum vestigij.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ homo dicitur imago Dei: nō q̄a ipse essentialiter sit imago, sed q̄a in eo est Dei imago impressa secundū mentem: sicut denarius dicitur imago Cæsaris, inquantum habet Cæsaris imaginem. Vnde non oportet ꝙ secundum quanlibet partem hominis accipiatur Dei imago.

¶Ad secūdum dicendū, quòd sicut Aug. dicit 12. de tri. quidā imaginē trinitatis in homine posuerunt: nō secundū vnū indiuiduum sed secundū plura: dicentes, ꝙ vir patris personam intimat: filij vero personam, q̄ de viro ita processit vt de illo nasceretur: atq; ita tertiā psonam velut spiritūsanctū dicūt esse mulierem: quæ ita de viro processit, vt nō ipsa esset filius aut filia. Quod prima facie absurdum videtur. Primo quidem quia sequeretur quòd spiritussan. esset principium filij: sicut mulier est principium prolis quæ nascitur de viro. Secundo quia vnus homo non esset nisi ad imaginem vnius personæ. Tertio q̄a secundū hoc Scriptura de imagine Dei in homine mentionem facere non debuisset, nisi producta iam prole. Et ideo dicendum est, quòd Scriptura postquam dixerat, Ad imaginem Dei creauit illum: addidit masculum & fœminam creauit eos: non vt imago Dei secundum distinctiones sexuum attēdatur, sed quia imago Dei vtrique sexui est communis: cum sit secundum mentem in qua non est distinctio sexuum. Vnde Apostolus ad Col. 3. postquam dixerat, Secundum imaginem eius qui creauit illum, subdit. Vbi non est masculus & fœmina.

¶Ad tertium dicendū, ꝙ quāuis imago Dei in hoīe non accipiatur secundum figurā corpoream: tamē quia corpus hoīs solū inter terrenorum animalium corpora non pronū in aluum prostratū est: sed tale est vt ad contēplandum cælū sit aptius magis in hoc ad imaginem & similitudinē Dei quā cætera corpora animaliū factum iure videri potest: vt Aug. dicit in lib. 83. q. Quod tamen nō est sic intelligendum, quasi in corpore hoīs sit imago Dei: sed q̄a ipsa figura hūani corporis represēntat imaginem Dei in aīa per modum vestigij.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ tā in visione corporali q̄ imaginaria inuenitur quædam trinitas: vt Aug. dicit in lib. de tri. In visione enī corporali est quidem primo species exterioris corporis. Secundo vero ipsa visio quæ fit per impressionem cuiusdā similitudinis prædictæ speciei in visum. Tertio est ibi intentio voluntatis applicans visum ad videndum, & eum in re visa detinens. Similiter etiā in visione imaginaria inuenitur primo species in memoria reseruata. Secundo ipsa imaginaria visio quæ prouenit ex hoc quòd acies animæ, id est ipsa vis imaginaria informatur secundum prædictā speciem. Tertio vero inuenitur intentio voluntatis cōiungēs vtrūque. Sed vtraque trinitas deficit à rōne diuinæ imaginis. Nam ipsa species exterioris corporis est extra naturam animæ. Species autem quæ est in memoria, etsi nō sit extra animam, est tamen aduentitia animæ. Et ita vtrobique deficit repræsentatio connaturalitatis & coæternitatis diuinarum personarum. Visio vero corporalis non pcedit tātum à specie exterioris corporis, sed simul cum hoc à sensu videntis. Et similiter visio imaginaria non solū procedit à specie quæ in memoria conseruatur, sed etiam à virtute imaginatiua. Et ita per hoc non repræsentatur cōuenienter pcessio filij à solo patre.

Intentio

vestigium, occurrit dubium ex Sco. in primo di. 3. q. 5. Nulla creatura repræsentat Deum secundum conceptum speciei specialissimæ: sed solum secundū conceptus communes: ergo differentia assignata nihil valet. Antecedens patet, & consequentia est euidens: quia in hoc stat tua differentia, ꝙ imago ad speciem, vestigium non. Ad hoc breuiter dicitur ꝙ quicquid sit de antecedente intellecto de specie specialissima repræsentantis, quia in proposito est sermo de specie repræsentati: ad quam pertingit imago: non militat cōtra sensum assignatū: q̄a in nomine speciei in his quæ non sunt in specie, qualis est Deus non intelligimus proprie speciem nec differentiā: sed vltimum gradū in illa natura inuentum: vt patet ex dictis. Vltimus aūt vt per Aug. probatur, est intellectiuus: & propterea in hoc optime consistit differentia inter imaginem & vestigium Dei: quòd illa fundatur super imitationem speciei, id est vltimi gradus, id est naturæ intellectualis, istud vero sup repræsentationem, ꝙ talis gradus sit in Deo & non super assimilari sibi in illo. 4 46 244 29

¶Reliqua pertinentia ad differentiam inter vestigium & imaginem tractata sunt superius in 45. q. ar. 7. &c.

Super

Intentio vero voluntatis quæ coniungit duo prædicta, non ex eis procedit, neque in visione corporea neque in spirituali. Vnde non cōueniēter repræsentatur processio Spiritus sancti à patre & filio.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum imago Dei inueniatur in anima secundum actus.*

469 1. dist. 3. q. 4. art. 1. et q. 5. Et veri. q. 10. artic. 3.

AD SEPTIMVM sic pceditur. Videtur ꝙ imago Dei non inueniatur in anima secundum actus, dicit enim Aug. 11. de ci. Dei, quòd homo factus est ad imaginem Dei secundum quod sumus, & nos esse nouimus & nostrum esse ad nosse dirigimus. Sed esse non significat actum. Ergo imago Dei non attenditur in anima secundum actus.

¶Præterea, Aug. in 9. de tri. assignat imaginem Dei in anima secundum hæc tria, quæ sunt mens, notitia, & amor. Mens autem non significat actum, sed magis potentiam, vel etiam essentiam intellectiuæ animæ. Ergo imago Dei non attenditur secundum actus.

¶Præterea Aug. 10. de tri. assignat imaginem trinitatis in anima secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Sed hæc tria sunt vires naturales animæ, vt Magister dicit 3. di. 1. lib. sent. Ergo imago attenditur secundum potentias, & non secundum actus.

¶Præterea, Imago trinitatis semper manet in anima. Sed actus non 464 semp manet. Ergo imago Dei non attenditur in aīa secundū actus.

¶SED CONTRA est, ꝙ Aug. 9. de tri. assignat trinitatem in inferioribus animæ partibus, secundum actualē visionē sensibilem & imaginariam. Ergo & trinitas quæ est in mente, secundū quā homo est ad imaginem Dei debet attendi secundū actualē visionem.

CONCLVSIO.

¶*Trinitatis imago attenditur primo in rationali creatura secundum actus verbi & amoris, secundario autem secundum potentias, & præcipue habitus.*

108 ¶RESPONDEO dicendū, ꝙ sicut suprà dictū est[e], ad rationem imaginis pertinet aliqualis repræsentatio speciei. Si ergo imago diuina debet accipi in aīa, oportet ꝙ secundum illud principaliter attendatur quod maxime accedit, prout possibile est ad repræsentādum speciem diuinarum personarū. Diuinæ aūt psonæ distinguuntur secundū processionē verbi à dicente & amoris connectentis vtrunque[e]. 108 Verbum aūt in aīa nostra sine actuali cogitatione esse non pōt, vt Aug. di. 14. de tri. Et ideo primo & principaliter attenditur imago trinitatis in mente secundū actus, prout scilicet ex notitia quā habemus cogitando interius, verbum formamus, & ex hoc in amorem prorūpimus. Sed quia principia actuum sunt habitus & potentiæ, vnumquodque autem virtualiter est in suo principio secundario & quasi ex consequenti imago trinitatis potest attendi in anima secundum potentias, & præcipue secundum habitus, prout in eis, scilicet actus virtualiter existunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ esse nostrū ad imaginem Dei pertinet, quod est nobis proprium suprà alia animalia. Quod quidem esse competit nobis inquantum mentem habemus. Et ideo eadem est hæc trinitas cum illa quam August. ponit in 9. de trini. quæ consistit in mente, notitia & amore.

¶Ad secundū dicendum, ꝙ Aug. hanc trinitatē primo adinuenit in 464 mente. Sed q̄a mens, etsi se totā quodāmodo cognoscat etiam quodammodo se ignorat prout scilicet est ab aliis distincta, & sic etiam se quærit: vt Aug. consequenter probat in 10. de tri. ideo quia notitia non totaliter menti coæquatur, accipit in aīa tria quædā ppria mentis, scilicet memoriā, intelligentiam & voluntatem, quæ nullus ignorat se habere: & in istis tribus potius imaginem trinitatis assignat, quasi prima assignatio sit quodam modo deficiens.

¶Ad tertium dicendum ꝙ sicut Aug. probat 14. de tri. intelligere dicimur, & velle, seu amare aliqua, & quando de his cogitamus, & quando de his non cogitamus. Sed quando sine cogitatione sunt, ad solam memoriā pertinent: quæ nihil est ad secundū ipsum q̄ habitualis retentio notitiæ & amoris[e]. Sed quia, vt ipse dicit, verbum a 215 ibi esse sine cogitatione non potest: cogitamus enim omne quod dicimus etiam illo interiori verbo quod ad nullius gentis pertinet linguam: in tribus potius illis imago ista cognoscitur: memoria scilicet, intelligentia & voluntate. Hanc autem nunc dico intelligentiam qua intelligimus cogitantes, & eam volūtatem siue amorem vel dilectionem quæ ipsam prolem parentémque coniūgit. Ex quo patet ꝙ imaginem diuinæ trinitatis potius ponit in intelligentia et voluntate actuali q̄ secundum quod sunt in habituali retentione memoriæ. Licet etiam quantū ad hoc aliquo modo sit imago trinitatis in anima: vt ibidem dicitur. Et sic patet ꝙ memoria, intelligentia & voluntas non sunt tres vires, vt in sententiis dicitur.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ aliquis respōdere posset per hoc quod Aug. dicit 14. de tri. ꝙ mens semper meminit, semper se intelligit & amat. Quod quidā sic intelligunt, quasi animæ adsit actualis intelligentia & amor suipsius. Sed hunc intellectum excludit per hoc q̄d subdit, quòd non semper se cogitat discretam ab his quæ nō sunt quod ipsa. Et sic patet quòd anima semper intelligit et amat se, non actualiter, sed habitualiter. Quamuis dici posit quòd percipiendo actum suum, seipsam intelligit, quandocunque aliquid intelligit. Sed quia non semper est actu intelligens, vt patet in dormiente: ideo oportet dicere quòd actus etsi non semper maneant in seipsis, manent tamen semper in suis principiis, scilicet potētiis & habitibus. Vnde Aug. dicit 9. de tri. Si secūdum hoc facta est ad imaginem Dei anima rationalis, quòd vti ratione atque intellectu ad intelligendum & conspiciendum Deum potest, ab initio quo esse cœpit, fuit in ea Dei imago.

ARTICVLVS VIII.

a ¶*Vtrum imago diuinæ trinitatis sit in anima solum per comparationem ad obiectū, quod est Deus.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd imago diuinæ trinitatis sit in anima non solum per comparationem ad obiectum, quod est Deus. Imago enim diuinæ trinitatis inuenitur in anima, sicut dictum est[e]: secundum quod verbum in nobis procedit à dicente & amor ab vtroque. Sed hoc inuenitur in nobis secundum quodcunque obiectum. Ergo secundum quodcunque obiectum inuenitur in mente nostra imago diuinæ trinitatis.

¶Præterea, Aug. dicit in 12. de tri. ꝙ cū quærimus in anima trinitatem, in tota quærimus, & non separantes actionem rationalē in tēporalibus à contēplatione æternorum. Ergo secundum temporalia obiecta inuenitur imago trinitatis in anima.

¶Præterea, Quòd Deū intelligamus & amemus, conuenit nobis secūdum gratiæ donum. Si igitur secundum memoriam, intelligētiam & voluntatem seu dilectionem Dei attendatur imago trinitatis in anima, non erit imago Dei in homine secundum naturam, sed secundum gratiā. Et sic non erit oībus communis.

¶Præterea, Sancti q̄ sunt in patria, maximè cōformanṫ imagini Dei secundum gloriæ visionē. Vnde dicit 2. Cor. 3. In eandē imaginem trāsformamur à claritate in claritatē. Sed secundū visionē gloriæ temporalia cognoscuntur. Ergo etiam per comparationem ad temporalia Dei imago attenditur in nobis.

¶SED CONTRA est q̄d Aug. di. 14. de tri. ꝙ non propterea est Dei imago in mente quia sui meminit, & diligit, & intelligit se: sed quia potest etiam meminisse intelligere & amare Deum à quo facta est. Multo igitur minus secundum alia obiecta attenditur imago Dei in mente.

CONCLVSIO.

¶*Est anima rationalis ad imaginem Dei & diuinæ trinitatis secundum quòd apta nata est ferri in Deum notitia & amore.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ (sicut suprà dictum est) imago importat similitudinem vtcunque ptingentē ad speciei repræsentationem[e]. Vnde oportet ꝙ imago diuinæ trinitatis attendatur in animā secūdum aliq̄d quod repræsentat diuinas personas repræsentatione speciei, sicut est possibile creaturæ. Distinguuntur autem diuinæ personæ, vt dictum est[e], secundum processionē verbi à dicente, & amoris ab vtroque. Verbum aūt Dei nascitur de Deo secundū notitiam suipsius, & amor procedit à Deo secundū quod seipsum amat. Manifestum est autē, ꝙ diuersitas obiectorum diuersificat speciem verbi & amoris. Non enim idem est specie in corde hominis verbū conceptum de lapide & de equo, nec idem specie amor. Attenditur igitur diuina imago in homine secundum verbum conceptum de Dei notitia, & amorem exinde deriuatum. Et sic imago Dei attenditur in anima secundum quod fertur, vel nata est ferri in Deum. Fertur autem in aliquid mens dupliciter. Vno modo directe & immediate. Alio modo indirecte & mediate: sicut cum aliquis videndo imaginem hominis in speculo, dicitur ferri in ipsum hominē. Et ideo Aug. dicit in 14. de tri. ꝙ mens meminit sui, intelligit se, et diligit se. Hoc si cernimus, cernimus trinitatem: nondum quidem Deum, sed iam imaginem Dei. Sed hoc est non quia fertur

a ¶*Super Quæstionis nonagesimætertiæ Artic. septimum.*

Coment. Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio trimembris responsiua quæsito. Imago trinitatis in mente primo attenditur secundum actus verbi & amoris. secūdario autem ex cōsequenti secundum potentias, & præcipue habitus. Probatur prima pars: imago est repræsentatiua speciei: ergo primo attēditur in mēte secundū quod maxime appropinquat ad speciem trinitatis: ergo secundū quod accedit ad repræsentādū processionem verbi à dicente, & amoris cōnectentis: ergo secundum actus. Antecedens iam patet: prima consequentia est per se nota. secūda vero probatur: quia secundū talem processionem cōstituitur trinitas. vltima autē probatur: quia verbum sine actuali cognitione non est: vt Aug. dicit. Secunda vero pars probatur: q̄a cōditiones effectus sunt etiā suorum principiorum, p quāto virtualiter sunt in eis: constat autē potētias & habitus esse principia actuum. ergo quæ conueniunt actibus, cōueniunt etiā quodāmodo potentiis & præcipue habitibus: quia proximioris principij rationem habent. & sic patet tertia pars. Et nota vltima verba literæ: quia limitant potentias & habitus, ꝙ non qualitercunq;, sed vt virtualiter se habent ad actus: sic sunt partes imaginis, non vt passiones aut proprietates, &c. Et hæc in solutione argumentorum patent.

470 2. di. 3. q. 4. art. 4. Et veri. q. 10. ar. 7. 469

Annot. ¶In responsione ad quartum aduerte, ꝙ cum ibi dicitur posse dici ꝙ anima seipsam intelligit percipiendo actū suum q̄ncunque aliquid intelligit: interpretandum est de cognitione an est: hoc enim modo seipsam, semper intelligit, modo se operari percipiat. 464 468

a ¶*Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulum octauum.* 469 168

Coment. Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo respondet quæsito vna conclusione affirmatiue. Secundo distinguit modos eius.

¶Quo ad primum conclusio est, Imago trinitatis attenditur in aīa secundū q̄d fertur, aut nata est ferri in Deum notitia et amore, &c. Probaṫ, Imago est similitudo & repræsentat speciem: ergo imago trinitatis in anima est secundum repræsentationem speciei diuinarum personarū: ergo secundum repræsentationē verbi de ipsius Dei notitia & amoris suipsius: ergo secūdū quod anima Deum

intelligit & amat actu vel potentia. Antecedens patet cum prima consequentia. secunda vero probatur ex hoc ꝙ verbum Dei, & similiter amor in ipso Deo, ab ipso Deo vt obiecto specificantur: vt patet ex dictis suprà. Vltima vero consequentia probatur ex hoc, ꝙ diuersitas obiectorum variat speciem verbi & amoris. Et probatur in litera inductiue ac per hoc verbum in anima de Deo obiectiue, & verbũ de quacunque alia re differũt specie: & cõsequẽter à specie diuini verbi, quod de Deo est: verba de cæteris rebus recedunt, & dissimilia sunt secundũ speciem obiecti. verbum autẽ in aĩa de Deo vt obiecto, conuenit in specie obiecti cum diuino verbo: & propterea ipsum maxime repræsentat speciem verbi diuini: & simile est dicendum de amore.

Arg. contra.

466 11 a ¶Quo ad secundum ponitur duplex modus: quo aĩa fertur in Deum scilicet immediate & mediate. Immediate dũ de ipso speculamur, & ipsum amamus. Mediate, dum ipsum in aĩa nostra contemplamur & amamus. Primus modus est vt visio rei in se. Secundus vt visio in speculo. Facta est autem hæc distinctio propter beati Aug. autoritatem, vt patet in litera.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimætertiæ Articulum nonum.*

TItulus istius artic. occasionatus est ex verbis Gene. primo vbi dicitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

Cõment. 471 ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito bimembris. *1. di. 28. q. 2. art. 1. cor. Et 2. dist. 16. art. 4. Et 1. co. 11. cor. 8. Et 2. co. 4. co. 4.* Similitudo dupliciter potest distingui ab imagine. Vno modo vt præambula ad ipsam. Alio modo vt subsequẽs & perficiẽs ipsam. Probatur & declaratur primo veritas distinctionis. Secũdo explanãtur singula mẽbra. Distinctio probatur sic, Vnũ est commune oĩbus & potest ad singula aptari, sicut bonũ & verum. ergo & similitudo. ergo vt bonum se habet vt pręambulum & subsequens respectu particularis boni, ita etiam similitudo se habere potest ad ima-
466 ginem vt præambula, & vt subsequens. Antecedens probatur, quia est transcendens sicut illa. Prima consequẽtia vero probatur, q̃a similitudo sequit̃ vnũ: & probatur ex 5. meta. Secunda vero consequẽtia ꝓbat̃, q̃a æqua est vtrobique rõ. Cõmunitas enim & perfectio respectu huius faciunt ꝙ bonum habeat se vtroque modo. Vtraq; autẽ conditio inuenit̃ in

mens in seipsam absolute, sed prout per hoc vlterius potest ferri in Deum, vt patet per autoritatem suprà inductam[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ad rationem imaginis non solum oportet attendere quòd aliquid procedat ab aliquo, sed etiam quid à quo procedat, scilicet quòd verbum Dei procedit à notitia de Deo.

¶Ad secundum dicẽdũ, ꝙ in tota quidem anima inuenitur aliqua trinitas: non quidẽ ita ꝙ præter actionẽ tẽporaliũ & cõtemplationem æternorum quæratur aliquod tertiũ quo trinitas impleatur, prout ibidem subditur: sed in illa parte rationis quæ deriuatur à parte temporalium, etsi trinitas inueniri possit: non tamen imago Dei potest inueniri: vt postea dicitur quia, huiusmodi tẽporalium notitia aduentitia est animæ: & habitus etiam ipsi quibus temporalia cognoscuntur, non semper adsunt, sed quandoque quidẽ præsentialiter adsunt, quandoque autẽ secundũ memoriã tantum etiã postquã addesse incipiunt. Sicut patet de fide quæ temporaliter nobis aduenit in præsenti: in statu autem futuræ beatitudinis iam non erit fides, sed memoria fidei.

¶Ad tertium dicendũ, quòd memoria Dei cognitio & dilectio non est nisi per gratiam. Est tamen aliqua cognitio & dilectio naturalis vt suprà habitũ est[e]. Et hoc etiam ipsum naturale est quòd mens ad intelligendũ Deũ rõne vti potest, secundum quod imaginẽ Dei semper diximus permanere in mente; siue hæc imago Dei ita sit abolita quasi obumbrata, vt pene nulla sit, vt in his qui non habent vsum rationis: siue sit obscura atque deformis, vt in peccatoribus: siue sit clara & pulchra, vt in iustis sicut Aug. dicit 13. de trini.

¶Ad quartum dicendũ, ꝙ secũdum visionem gloriæ temporalia videbuntur in ipso Deo. Et ideo huiusmodi temporalium visio ad Dei imaginem pertinebit. Et hoc est quod Aug. dicit 14. de tri. quòd in illa natura, cui mens feliciter adhærebit, immutabile videbit omne quod videbit. Nam in ipso verbo increato sunt rationes omnium creaturarum.

ARTICVLVS IX.

a ¶*Vtrum similitudo ab imagine conuenienter distinguatur.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd similitudo ab imagine non conuenienter distinguatur, Genus enim non conuenienter distinguitur à specie. Sed similitudo comparatur ad imaginem vt genus ad speciem: quia vbi est imago, ibi est continuo similitudo: sed non conuertitur, vt dicitur in lib. 83. q. Ergo inconuenienter similitudo ab imagine distinguitur.

¶Præterea, Ratio imaginis attenditur, non solum per repræsentationem diuinarum personarum sed etiam secundum repræsentationem diuinæ essentiæ: ad quam repræsentationem pertinet immortalitas & indiuisibilitas. Non ergo conuenienter dicitur quòd similitudo est in essentia: quia est immortalis & indiuisibilis, imago autem in aliis.

¶Præterea, Imago Dei in homine est triplex, scilicet naturæ, gratiæ, & gloriæ: vt suprà habitum est[e]. Sed innocentia & iustitia ad gratiam pertinent. Inconueniẽter ergo dicitur ꝙ imago accipitur secundum memoriam in intelligentiam & voluntatem, similitudo autem secundum innocentiam & iustitiam.

¶Præterea, Cognitio veritatis ad intelligentiam pertinet, amor autem virtutis ad voluntatem: quæ sunt duæ partes imaginis. Non ergo conuenienter dicitur quòd imago sit in cognitione veritatis, similitudo in dilectione virtutis.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. 83. qõ. Sunt qui non frustra intelligunt duo dicta esse ad imaginem & similitudinem, cum si vna res esset, vnum nomen sufficere potuisset.

similitudine respectu imaginis: q̃a & communior est: nõ enim oĩs similitudo est imago: & vt perfectio eius sumitur, alioquin non diceremus, imago similis ad commendandã eius perfectionem. Deinde explanantur singula mẽbra sigillatim. Et primo primum ex duabus autoritatibus August. Secundo, secundum iuxta autoritatem Damasceni. omnia clara sunt.

CONCLVSIO.

¶*Non idem est esse ad imaginem & similitudinem Dei, sed distincta sunt, vt præcedens & sequens imaginem sit ipsa similitudo.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ similitudo quædam vnitas est. Vnum enim in qualitate similitudinem causat, vt dicitur in quinto meta. Vnum autem, cũ sit de transcendentibus, & commune est omnibus, & ad singula potest aptari, sicut & bonum & verũ. Vnde sicut bonum alicui rei particulari potest comparari vt præambulum ad ipsam, & vt subsequens prout designat aliquam perfectionem ipsius: ita etiã est de cõparatione similitudinis ad imaginem. Est enim bonum præambulum ad hominem, secundum quod homo est quoddam particulare bonum. Et rursus bonum subsequitur ad hominem, inquantum aliquẽ hominẽ specialiter dicimus esse bonum propter perfectionem virtutis. Et similiter similitudo consideratur vt præambulum ad imaginẽ inquantum est cõmunius q̃ imago, vt suprà dictum est[e]. Consideraĩ etiam vt subsequens ad imaginem, inquantum significat quãdã imaginis 46 perfectionem. Dicimus enim imaginem alicuius esse similem vel non similem ei, cuius est imago, inquantum perfecte vel imperfecte repræsentat ipsum. Sic ergo similitudo potest ab imagine distingui dupliciter. Vno modo prout est præambula ad ipsam, & in pluribus existens. Et sic similitudo attenditur secundum ea quæ sunt communiora proprietatibus naturæ intellectualis, secundum quas proprie attenditur imago Et secundum hoc dicitur in lib. 83. q. quòd spiritus, id est mens, ad imaginem Dei nullo dubitante factus est. Cætera autem hominis, scilicet quæ pertinent ad inferiores partes animæ, vel etiam ad ipsum corpus, ad similitudinem facta esse aliqui volunt. Secundum hoc etiam in lib. de quantitate animæ dicitur, quòd similitudo Dei attenditur in anima, inquantum est incorruptibilis. Nam corruptibile & incorruptibile sunt differentiæ entis communis. Alio modo potest considerari similitudo secundum quod significat imaginis expressionem & perfectionem. Et secundum hoc Dam. dicit, quòd id, quod est secundum imaginem, intellectuale significat, & arbitrio liberum per se potestatiuum. Quod autem secundum similitudinem virtutis secundum quod homini possibile est habere similitudinem. Et ad idem refertur quòd similitudo dicitur ad dilectionem virtutis pertinere. Non enim est virtus sine dilectione virtutis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd similitudo non distinguitur ab imagine secundum communem rationem similitudinis. Sic enim includitur in ratione ipsius imaginis. Sed secundum quod aliqua similitudo deficit à ratione imaginis: vel etiam est imaginis perfectiua.

¶Ad secundum dicendum, quòd essentia animæ pertinet ad imaginem: prout repræsentat diuinam essentiam secundum ea, quæ sunt propria intellectualis naturæ, non autem secundum conditiones consequentes ens in communi, vt est esse simplicem & indissolubilem.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam virtutis quædam naturaliter insunt animæ, ad minus secundum quædam earum semina. Et secundum has posset attendi similitudo naturalis. Quamuis non sit inconueniens, vt id quod secundum assignationem vnam dicitur imago, secundum aliam dicatur similitudo.

¶Ad quartum dicendum quòd dilectio verbi quod est amata notitia, pertinet ad rationem imaginis: sed dilectio virtutis pertinet ad similitudinem, sicut & virtus.

QVAESTIO NONAGESIMAquarta de Statu & conditione primi hominis quantum ad intellectum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de statu, vel conditione primi hominis. Et primo, quantum ad animam. Secundo, quantum ad corpus.
¶Circa primum considerãda sunt duo. ¶Primo de conditione hominis quantum ad intellectum.
¶Secundo, de conditione hominis quantum ad voluntatem. ¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo vtrum primus homo viderit Deum per essentiam. ¶Secundo, vtrum videre potuerit substantias separatas, id est angelos. ¶Tertio, vtrum habuerit omnium scientiam. ¶Quarto, vtrum potuerit errare, vel decipi.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæ quartæ Articulũ primum.*

Cõment. TItulus clarus.
472 ¶In corpore duo. Primo directe respondet quæsito. Secundo ad bonitatem doctrinæ ostendit qualem cognitionem primus homo de Deo habuit.

22[e]. q. 5. art. 1. & 2. cor. Et 2. dist. 23. qõ. 2. art. 1. Et veri. q. 8. ar. 1. per to. et ar. 2. cor.

¶Quo ad primum conclusio responsiua est negatiua, Primus homo nõ vidit Deum per essentiam secundũ cõmunem statum illius vitæ. Hæc conclusio primo declaratur quãtũ ad vltimam particulam: quare sit addita, quia scilicet posset aliquis dicere, ꝙ de speciali gratia Adam vidit Deum per essentiam quãdo in soporẽ venit. Deinde probatur. Vidẽtes Deũ per essentiam se habent ad ipsum sicut quilibet ad beatitudinem: ergo sunt stabiliti & in amore eius: ergo non possunt peccare: sed Adam peccauit. ergo non vidit Deũ per essentiam. Antecedens probatur: quia diuina essentia est ipsa beatitudo. prima consequentia probatur: quia nullus potest beatitudinem nolle. aut eius oppositum, scilicet miseriã velle. secunda vero est per se nota: quia peccare est auerti à Deo.

Annot. ¶Aduerte quòd quia ex visione Dei per essentiã optime nascitur impeccabilitas durante visione, vt superius probatũ fuit in proposito, vbi de statu primi hominis tractatur: optime etiam sequitur ꝙ si erat in statu vidẽtis Deum per essentiam ergo erat in statu impeccabilis: et ideo subtiliter litera non momentaneam visionẽ, sed statum videntis Deũ per essentiam perspiciens, dicit, ꝙ videntes in æternum peccare non pos-
412 e sunt. Et sic excluditur obiectio de peccato Pauli, & Moysis præcipue.

¶Quo ad secundum est vna conclusio, primus homo cognoscebat Deũ altiore cognitione quã nos media. scilicet inter cognitionem patriæ, & huius exilij. Probatur cognitio plena et lucida Dei in effectibus intelligibilibus, est altior cognitione eius per effectus sensibiles: ergo est altior nostra ac media inter cognitionem patriæ, & nostram. Sed talis conueniebat primo homini. ergo, &c. Prima propositio probatur sic, Visio Dei per essentiã distinguitur contra visionem per creaturã: ergo visio Dei per creaturã altiorẽ & Deo similiorem est altior & clarior: ergo cognitio in effectu intelligibili est altior ea, quæ est per effectum sensibilem. Vis primæ consequentiæ consistit in hoc quòd radix distinguẽdi visionẽ Dei per essentiã à visione eius per creaturã. est differentia secundum perfectũ & imperfectum: quia illa, scilicet tanquam perfecta distinguitur contra hanc tanquam defectiuã. Et propterea quanto creatura est altior, tanto est minus defectiua: & minus recedit à visione per essentiam. Prima autem consequentia principalis, scilicet, ergo est altior nostra: probatur, q̃a nos à sensibilibus, circa quæ occupamur, distrahimur: vt non plene ac lucide intelligibiles effectus contemplemur. Minor autem, scilicet ꝙ talis esset primi hominis cognitio, probatur dupliciter: primo ex rectitudine eius qua inferiora subdebantur superioribus: cuius oppositum est in nobis, secũdo ex autoritate Aug. Et not. quòd non distinguitur litera modo quo ad hoc inter naturalem & gratuitam cognitionem primi hominis de Deo, quoniam vtraque erat altior: & quodammodo angelica magis quàm humana: vt patet ex autoritate August, & in responsione ad tertium.

ARTICVLVS I.

¶*Vtrum primus homo per essentiam Deum viderit.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ primus homo per essentiam Deum viderit. Beatitudo enim hominis in visione diuinæ essentiæ consistit. Sed primus homo in paradiso conuersans, beatam & omnium diuitem habuit vitam: vt Damas. dicit in 2. lib. Et Aug. dicit in 4. de ciui. Dei. Si homines habebant effectus suos quales nunc habemus, quomodo erant beati in illo inenarrabilis beatitudinis loco, i. paradiso? Ergo primus homo in paradiso vidit Deum per essentiam.

¶Præterea, Aug. dicit 14. de ci. Dei, ꝙ primo homini non aberat quicquam quod bona voluntas adipisceretur. Sed nihil melius bona voluntas adipisci potest, quàm diuinæ essentiæ visionem. Ergo homo per essentiam Deum videbat.

¶Præterea, Visio Dei per essentiam est qua videtur Deus sine medio & sine ænigmate. Sed homo in statu innocentiæ vidit Deum sine medio: vt magister dicit in 1. dist. 4. lib. sen. Vidit etiam sine ænigmate, quia ænigma obscuritatem importat: vt Augu. dicit 15. de trini. Obscuritas autem introducta est per peccatum. Ergo homo in primo statu vidit Deum per essentiam.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit 1. ad Cor. 15. quòd non prius quod spirituale est, sed quod animale. Sed maxime spirituale est videre Deũ per essentiam. Ergo primus homo in primo statu animalis vitæ Deum per essentiam non vidit.

CONCLVSIO.

¶*Primus homo cum peccauerit, non vidit Deum per essentiam secundum communem statum illius vitæ, sed ipsum cognoscens per intelligibiles effectus altiori cognitione illum cognoscebat, quàm nos cognoscamus, qui per sensibiles effectus illum nouimus.*

¶RESPONDEO dicendum ꝙ primus homo Deum per essentiam non vidit secundum communem statum illius vitæ, nisi forte dicatur ꝙ viderit eum in raptu, quando Deus immisit soporem in Adam: vt dicitur Geñ. 2. Et huius ratio est: quia cum diuina essentia sit ipsa beatitudo, hoc modo se habet intellectus videntis diuinam essentiam ad Deum sicut se habet quilibet homo ad beatitudinem. Manifestum est autem ꝙ nullus homo potest per voluntatem à beatitudine auerti. Naturaliter enim & ex necessitate homo vult beatitudinem[e], & fugit miseriam. Vnde nullus videns Deum per essentiam potest voluntate auerti à Deo, quod est peccare. Et propter hoc omnes videntes Deum per essentiam, sic in amore Dei stabiliuntur ꝙ in æternum peccare non possunt. Cum ergo Adam peccauerit, manifestum est ꝙ Deum per essentiam non videbat. Cognoscebat tamen Deum quadam altiori cognitione quàm nos cognoscamus. Et sic quodammodo eius cognitio media erat inter cognitionem præsentis status & cognitionem patriæ, qua Deus per essentiam videtur.

¶Ad cuius euidentiam considerandũ est ꝙ visio Dei per essentiã diuiditur cõtra visionem Dei per creaturã. Quãto autẽ aliqua creatura est altior & Deo similior tãto per eã Deus clarius videtur: sicut homo perfectius videtur per speculum in quo expressius imago eius resultat. Et sic patet ꝙ multo eminentius videtur Deus per intelligibiles effectus, quàm per sensibiles & corporeos. A consideratione autem plena & lucida intelligibilium effectuum impeditur homo in statu pręsenti per hoc ꝙ distrahitur à sensibilibus, & circa ea occupatur. Sed sicut dicitur Eccles. 7. Deus fecit hominẽ rectũ. Hæc autẽ fuit rectitudo hominis diuinitus instituti, vt inferiora superioribus subderentur, & superiora ab inferioribus non impedirentur. Vnde homo primus non impediebatur per res exteriores à clara & firma contemplatione intelligibilium effectuum, quos ex irradiatione primæ veritatis percipiebat, siue naturali cognitione, siue gratuita. Vnde dicit Augu. in 2. super Geñ. ad lit. ꝙ fortassis Deus primis hominibus antea loquebaĩ, sicut cũ angelis loquitur ipsa incõmutabili veritate illustrans mentes eorum: etsi nõ tanta participatione diuinæ essentiæ quantã capiunt angeli. Sic igitur per huiusmodi intelligibiles effectus Dei, Deum clarius cognoscebat, quàm modo cognoscamus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ homo in paradiso beatus fuit: non illa perfecta beatitudine in quam trãsferendus erat, quæ in diuinæ essentiæ visione consistit. Habebat tamen beatã vitã secundũ quẽdã modũ: vt Aug. dicit 2. super Geñ. ad lit. inquantũ habebat integritatẽ & perfectionẽ quandã naturalem.

¶Ad secundum dicendum, quòd bona voluntas est ordinata voluntas. Non autem fuisset primi hominis ordinata voluntas, si in statu meriti habere voluisset quod ei promittebatur pro præmio.

¶Ad tertium dicẽdũ, ꝙ duplex est medium. Quoddã, in quo simul videtur quod per medium videri dicitur: sicut cum homo videtur per speculum, & simul videtur cũ ipso speculo. Aliud medium est per cuius notitiã in aliquid ignotum deuenimus: sicut est medium demonstrationis. Et sine tali medio Deus videbatur. Non tamen sine primo medio. Non enim oportebat primum hominem peruenire in Dei cognitionem per demonstrationem sumptam ab aliquo effectu: sicut nobis est necessarium: sed simul in effectibus præcipue intelligibilibus suo modo Deum cognoscebat. Similiter etiam est considerandũ, ꝙ obscuritas quæ importatur in nomine ænigmatis dupliciter potest accipi. Vno modo, secundum quod quælibet creatura est quoddã obscurum, si cõparetur ad immensitatem diuinę claritatis. Et sic Adã videbat Deũ in ænigmate: quia videbat Deum per effectũ creatum. Alio modo potest accipi obscuritas quæ consecuta est ex peccato: prout scilicet impeditur homo à consideratione intelligibilium per sensibilium occupationem. Et secundum hoc non vidit Deum in ænigmate.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Adam in statu innocentiæ angelos per essentiam viderit.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ Adam in statu innocentiæ angelos per essentiam viderit. Dicit enim Greg. in 4. dial. In paradiso quippe assueuerat homo verbum Dei perfrui, bonorum angelorum spiritibus cordis munditia & celsitudine visionis interesse.

¶Præterea, Anima in statu præsenti impeditur à cognitione substantiarum separatum ex hoc quòd est vnita corpori corruptibili: quod aggrauat animam, vt dicitur Sapi. 9. Vnde & anima separata substantias separatas videre potest: vt suprà dictum est[e]. Sed anima primi hominis non aggrauabaĩ à corpore, cum non esset corruptibile. Ergo poterat videre substantias separatas.

¶Præterea, Vna substantia separata cognoscit aliam cognoscendo seipsam: vt dicitur in lib. de causis. Sed anima primi hominis cognoscebat seipsam. Ergo cognoscebat alias substantias separatas.

¶SED CONTRA, Anima Adæ fuit eiusdem naturæ cũ animabus nostris. Sed aĩæ non possunt nunc intelligere substantias separatas. Ergo nec anima primi hominis potuit.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæquartæ Artic. secundum.* *Annot.*

TItulus per essentiam, id est quidditatiue intelligere.

¶In corpore duo. Primo respondet quæsito directe. Secundo ad bonitatem doctrinæ ostendit qualem cognitionẽ habuit primus homo de angelis.

Cõment. ¶Quo ad primum conclusio est negatiua, Primus homo non potuit videre angelos per essentiam. Probatur, Primus homo naturaliter cognoscebat per conuersionem ad phantasmata: ergo non poterat videre angelos per essentiam. Antecedens ꝓbatur distinguẽdo statũ animæ dupliciter, scilicet secundum diuersos modos essendi: & de his suprà dictum est. & secundum integritatem & corruptionem eiusdem modi essendi. Et de hac diuersitate est modo sermo: & ideo assignatur conuenientia & differentia inter hæc membra. Conueniunt in hoc ꝙ in statu naturæ 444 tam integræ quã lapsæ anima est accõmodata corpori secundum animalem vitam. probaĩ autoritate, Quia factus est homo in animam viuentem. Differunt in hoc ꝙ corpus erat totaliter animæ subditum & non impediens in statu illo, nunc impedit. Ex his enim patet antecedens. Si enim primus homo habuit animam accom-

473 *2. di. 23. q. 2. art. 1. cor. Et veri. q. 8. ar. 5. & q. 4. art. 6. 20. cor.*

modatā corpori secundum animalē vitā, vt in conueniētia dictū est. ergo intelligebat per conuersionem ad phātasmata. hic enim modus intelligendi ex illo essendi modo nascitur. Et nota illud verbum, secundum animalē vitā: quoniam excludit obiectionē de aīa corporis glorificati. illa em̄ nō est accommodata corpori ad perficiendum ipsum secundum vitā aīalē. Quoniā tunc non viuet amplius vita aīali: sed, vt Apostolus dicit, Seminatur animale, & resurget spirituale. Appellatur em̄ animalis vita quæ alimento cæterisq; necessariis eget, de qua inferius erit sermo.

¶Consequentia probatur, intelligendo ꝙ per phantasmata anima mouetur secundū tres gra-
[472] dus: & nullus eorum ter-
[422] minatur ad perfectā cognitionem nisi primus. ergo non potest videre angelos. Assumptū quo ad primā partē probatur ex Diony. & explanantur qui sunt illi gradus: primus ad animā, secundus ad angelos, tertius ad Deum. Secunda pars sigillatim quo ad singula mēbra probatur. Et primo, ꝙ primus ad perfectam, id est quidditatiuam cognitionē termini, id est animæ: ducit ex proportione medij: quia obiecto actus actui potentia, potentiæ substantia commēsurat. Secundo, ꝙ secūdus non ex improportione medij ad terminū: quia sci-
[281] licet prima media non sunt adæquata nisi substantiæ naturaliter intelligenti per phantasmata, & similiter ipsum
[438] proximū modum, scilicet substātia animæ non adæquat substantiam superiorē modo naturaliter intelligentē. sed an-
[281] gelus non intelligit per
[422] phantasmata: ergo ex anima visa non videtur. Tertio probatur, ꝙ tertius minime perficitur propter excessum termini, scilicet Dei, non solum super animam, sed etiā super angelum: qui etiā visus non sat esset vt
[474] duceret seipsum in visionem Dei ob illius infinitum excessum. Quo ad secundum, conclusio est, Primus homo habebat excellentiorem cognitionis modum de angelis, quàm nos. Probatur ratione: quia fixior erat & certior circa intelligibilia. Et confirmatur autoritate Gregorij.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæquartæ Articulum tertium.*

Cōment. Titulus clarus.

¶In corpore est vna conclusio responsiua trimembris. Primus homo habuit
[a] scientiam omniū natu-
[440] raliter scibilium, super-
[a] naturaliū vero quātum opus erat ad vitæ regi-

CONCLVSIO.

¶*Tametsi primus homo habebat de angelis & substantijs separatis certiorem cognitionis modum, quam nos habeamus: non potuit tamen illos per essentiam videre, seu quidditatiue intelligere in aliquo intelligibilitatis gradu.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ status animæ hominis distingui potest dupliciter. Vno modo secundum diuersum modū naturalis esse. Et hoc modo distinguitur status animæ separatæ à statu animæ coniunctæ corpori. Alio modo distinguitur status animæ secundum integritatem & corruptionem seruato eodē modo essendi secundū naturam. & sic status innocentiæ distinguitur à statu hominis post peccatum Anima enim hominis in statu innocentiæ erat corpori perficiendo & gubernando accommodata, sicut & nunc. Vnde dicitur primus homo factus fuisse in animam viuentem, id est corpori vitā dātē, scilicet animalē. Sed huius vitæ integritatē habebat inquantum corpus erat totaliter animæ subditum in illo ipsam impediens, vt suprà dictum est[e]. Manifestum est autē ex præmissis[e], ꝙ ex hoc ꝙ anima est accommodata ad corporis gubernationē & ꝑfectionē secūdū animalem vitā, competit animæ nostræ talis modus intelligēdi, qui est ꝑ cōuersionē ad phātasmata. Vnde & hic modus intelligendi etiam animæ primi hoīs cōpetebat. Secundū autē hunc modum intelligendi motus quidā inuenit in aīa, vt Dio. dicit 4. ca. de di. no. secundū tres gradus. Quorū primus est secundum quod à rebus exterioribus aggregatur aīa ad seipsam. Secundus autem est prout anima ascendit ad hoc quòd vniatur virtutibus superioribus vnitis scilicet angelis. Tertius autem gradus est secundum quod vlterius manuducitur ad bonum, quod est supra omnia scilicet Deum. Secundum igitur primū processum animæ, qui est à rebus exterioribus ad seipsam, perficitur animæ cognitio, quia scilicet intellectualis operatio animæ naturalem ordinē habet ad ea, quæ sunt extra, vt suprà dictum est[e]. Et ita per eorum cognitionē perfecte cognosci potest nostra intellectualis operatio, sicut actus per obiectū. & per ipsam intellectualem operationem perfecte potest cognosci humanus intellectus, sicut potentia per proprium actū[e]. Sed in secundo processu non inuenitur perfecta cognitio. Quia cū angelus non intelligat per conuersionem ad phātasmata, sed longe eminentiori modo (vt suprà dictum est[e]) prædictus modus cognoscendi, quo anima cognoscit seipsam, non sufficienter ducit in angeli cognitionem. Multo autem minus tertius processus ad perfectam notitiam terminatur. Quia etiam ipsi angeli per hoc ꝙ cognoscunt seipsos, non possunt pertingere ad cognitionem diuinæ substantiæ propter eius excessum. Sic igitur anima primi hominis non poterat quidem videre angelos per essentiā sed tamē excellentiorem modum cognitionis habebat de eis, quā nos habeamus: quia eius cognitio erat magis certa & fixa circa interiora intelligibilia, quàm cognitio nostra. Et propter tantam eminentiam dicit Gregorius quòd intererat angelorum spiritibus. Vnde patet solutio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendum, ꝙ hoc quòd anima primi hominis deficiebat ab intellectu substantiarum separatarum, non erat ex aggrauatione corporis: sed ex hoc quòd obiectum ei connaturale erat deficiens ab excellentia substantiarum separatarum. Nos autem deficimus propter vtrunque.

¶Ad tertium dicendum, quòd anima primi hominis non poterat per cognitionem suiipsius pertingere ad cognoscendas substantias separatas, vt suprà dictum est[e]: quia etiam vnaquæque substantia separata cognoscit aliam per modum suiipsius.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum primus homo habuerit scientiā omnium.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur ꝙ primus homo non habuerit scientiam omnium. Aut enim habuit talem sciētiam per species acquisitas, aut per species connaturales, aut per species infusas: non autem per species acquisitas. Huiusmodi enim cognitio ab experientia causatur: vt dicitur in 1. Meta. Ipse autē non tunc fuerat oīa expertus. Similiter etiā nec per species connaturales, qa erat eiusdem naturæ nobiscū: anima autē nostra est sicut tabula in qua nihil est scriptum: vt dicitur in 3. de Anima. Si autem per species infusas, ergo scientia eius quam habebat de rebus non erat eiusdem rationis cum scientia nostra quam à rebus acquirimus.

¶Præterea nominibus indiuiduis eiusdem speciei est idem modus cōsequēdi perfectionem. Sed alij homines non statim in sui principio habent omniū sciētiā, sed eā per temporis successionem acquirūt secūdū suū modum. Ergo nec Adā statim formatus habuit oīm sciētiā.

¶Præterea, Status præsentis vitæ huiusmodi conceditur, vt in eo proficiat aīa & quātū ad cognitionē & quantū ad meritū. Propter hoc em̄ aīa corpori videtur esse vnita. Sed homo in statu illo profecisset quātū ad meritū. Ergo etiā profecisset quantū ad cognitionē rerum. Non ergo habuit omnium rerum scientiam.

¶SED CONTRA est, ꝙ ipse imposuit nomina animalibus, vt dicitur Geñ. 2. Nomina autem debent naturis rerū cōgruere. Ergo Adam sciuit naturas omnium animalium, & pari ratione habuit omniū aliorū scientiam.

CONCLVSIO

¶*Sicut homo quo ad corporis bona sic perfectus à Deo institutus est ad opus generationis explendum, quòd ei necessaria dedit, & superflua dimisit: ita quo ad animam perfectus ita ad aliorum instructionem factus fuit, vt ei naturaliter scibilia nota essent. supernaturalia vero quantum fuerat opus. neutra vero ei penitus & diminute cognita remanerent.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ naturali ordine perfectū præcedit imperfectum, sicut & actus potentiā[e]: qa ea, quæ sunt in potentia, non reducuntur ad actum nisi per aliquod ens actu. Et quia res primitus à Deo institutæ sunt non solum vt in seipsis essent, sed etiā vt essent aliorum principia, ideo ꝑductæ sunt in statu perfecto, in quo possent esse principia aliorū. Homo autē potest esse principiū alterius, non solū ꝑ generationē corporalē, sed etiam ꝑ instructionem et gubernationē. Et ideo sicut primus homo institutus est in statu perfecto quātum ad corpus, vt statim posset generare: ita etiam institutus est in statu perfecto quātū ad animā, vt statim posset alios instruere & gubernare. Non potest autē aliqs instruere nisi habeat scientiam. Et ideo primus homo sic institutus est à Deo, vt haberet omniū sciētiam in quibus homo natus est instrui. Et hæc sunt oīa illa, quæ virtualiter existūt in primis principiis per se notis, quæcūq; scilicet naturaliter homines cognoscere possunt. Ad gubernationem autē vitæ propriæ & aliorū, nō solum requiritur cognitio eorum, quæ naturaliter sciri possunt, sed etiam cognitio eorum quæ naturalē cognitionem excedunt: eo ꝙ vita hoīs ordinatur ad quendā finē supernaturalem: sicut nobis ad gubernationem vitæ nostræ necessariū est cognoscere quæ fidei sunt. Vnde & de his supernaturalibus tantam cognitionē primus homo accepit, quanta erat necessaria ad gubernationē vitæ humanæ secundū statum illū. Alia vero, quæ nec naturali hoīs studio cognosci possunt, nec sunt necessaria ad gubernationē vitæ humanæ, primus homo non cognouit: sicut sunt cogitationes hoīm, futura contingentia, & quædā singularia: puta quod lapilli iaceant in flumine, & alia hmōi.

men, neutra vero nesciebat. Probatur hæc conclusio tali ordine. primo enim probatur quo ad omnes partes per cōmune medium quod est radix omnium membrorū. deinde sigillatim ex illo medio singula membra deducūtur. Est autem ꝓcessus iste, Perfecta naturaliter sunt priora imperfectis: ergo res omnes institutæ sunt à Deo in statu perfecto. ergo homo institutus est in statu in quo posset statim esse aliorum principium per instructionem & gubernationem. Tunc vltra erat principium pro instructione: ergo habebat omnium instruibiliū scientiam: ergo omnium quæ virtualiter continētur in primis principiis. ergo omnium naturaliter scibilium. Et similiter erat principiū per gubernationem: ergo habebat cognitionem supernaturalis finis: ergo & mediorum: reliquorūmque supernaturaliū tātā quanta opus fuerat, notitiam habebat. Rursus homo institutus est in statu perfecto: in quo, &c. ergo eorum quæ neutra sunt, cognitionē non habuit.

[474] [*2.dist.23. q.2.ar.2. cor. Et veri. q.18.art. 2. & 4.*]

¶Antecedens declaratur, & probatur. Declaratur ꝙ de prioritate qua actus est prior potentia, est sermo: probatur, quia ea quæ sunt in potentia non reducuntur ad actū, &c. Prima consequentia probatur: quia res institutæ sunt à Deo nō solū vt essent, sed vt aliorum principia essent. Hoc enim est esse in statu priori & perfecto. Secunda vero consequen- [426]
tia probatur, & confirmatur: quia homo potest esse aliorum principium omnibus his modis. Confirmatur vero: quia sicut homo, quia potest esse principium per generationem, factus est perfectus secundum corpus, vt statim posset generare: pari ratione, quia potest esse ratione animæ principium per instructionem & gubernationē, factus est perfectus secūdum animam vt statim posset instruere et gubernare. Aliæ vero singulares consequentiæ declarantur. Prima quidem, quia instructio sine scientia fieri nequit. Secunda vero, quia in vniuersis his homo natus est naturaliter instrui. Tertia est per se nota. Prima quoque cōsequentia quo ad aliam partē probatur: quia homo ordinatur ad finem supernaturalem. Secūda sequitur ex hac manifeste. Et confirmatur ex statu præsenti, quo ea quæ sunt fidei, nosse oportet. Ad tertium denique membrum consequentiæ probatio supponitur ex apposito. Quia scilicet sicut Deus non deficit in necessariis, ita non abundat superfluis in institutione rerum

rerū: sed notitia talium neutralium erat superflua: vt patet de notitia cogitationū, & futurorum & occultorū indiuiduorū, &c. ergo. hæc enim eo quia necessaria nec parti speculatiuæ nec parti practicæ erant, vt patet ex dictis, superflua esse pro statu illo relinquuntur.

Annot. ¶In responsione ad primum notato, ꝙ non oīs sciētia infusa distinguit specie ab acquisita: sicut nec est eiusdem speciei cū acquisita. Sed acquisitio & infusio concurrūt qñq; per accidens: et hoc est qñ illamet forma potest vtroque modo haberi: & tunc sunt eiusdem speciei. Talis autem erat sciētia Adæ & nostra, sicut & oculi cæci nati & nostri. Quandoq; vero concurrūt, vt per se propriæ viæ ad tales terminos, & tunc semper sunt diuersarum
[475] specierū. Talis est autem
[*2.dist.23.*] sciētia animæ separatæ
[*q.2.ar.3.*] & animæ coniunctæ: qa
[*Et veri.*] illa per infusionē tantū
[*q.18.ar.6*] haberi potest. Spectādū autē est magis cū de diuersitate scientiæ agitur ad obiectum, & si obiectum est eiusdem rationis: ipsa quoque scientia est eiusdem rōnis. Scientiæ autē Adæ & nostræ omnino est idē obiectū formale, sicut si esset acquisita: scientiæ autem animæ sæparatæ & animæ Christi obiectum est vniuersalius & altius: & ideo alterius sunt rōnis à nostra, non ex sola infusione, vt ignorantes garriunt: sed ex formali ratione obiecti ipsarum specierum.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæquartæ Articulum quartum.* [474]

Cōment. Titulus clarus.

¶In corpore duo Primo, opinio affirmatiua: secundo negatiua simul probatur improbando oppositā.

¶Quo ad primum tria dicit hæc opinio. Primo, ꝙ deceptio sumitur dupliciter, scilicet pro leui existimatione simplici eius quod non est, vel pro existimatione & assensu credulitatis. Secundum est, ꝙ primus homo neutro modo decipi potuit respectu scitorū. Tertium, est quòd primus homo respectu non scitorū potuit primo decipi. probatur, qa hoc non erat noxiū homini nec culpabile: quia sine temerario assensu.

¶Quo ad secundum, conclusio est responsiua quę sito, Primus homo nullomodo decipi potuit tam respectu scitorum quam nescitorum. Probatur dupliciter, primo ex integritate primi status. Secundo ex rectitudine eiusdem: ex integritate quidē sic, In illo statu nullū malū esse poterat: ergo intellectui eius non poterat inesse falsum. Antecedēs patet

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ primus homo habuit scientiā oīm per species à Deo infusas: nec tamē sciētia illa fuit alterius rationis à scientia nostra sicut nec oculi quos cæcato nato Christus dedit, fuerunt alterius rationis ab oculis quos natura produxit.

¶Ad secundū dicendū, ꝙ Adam debebat aliquid habere perfectionis inquantum erat primus homo, quod cæteris hominibus non competit: vt ex dictis patet[e].

¶Ad tertium dicendū, ꝙ Adā in scientia naturalium scibilium, nō profecisset quantū ad numerū scitorum, sed quantū ad modū sciendi: quia quæ sciebat intellectualiter, sciuisset post modum per experimentum. Quantum vero ad supernaturalia cognita profecisset etiam quantum ad numerū per nouas reuelationes: sicut & angeli proficiunt per nouas illuminationes. Nec tamen est simile de profectu meriti & scientiæ: quia vnus homo non est alteri principium merendi, sicut & sciendi.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum homo in primo statu decipi potuisset.*

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd homo in primo statu decipi potuisset. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 2. quòd mulier seducta in præuaricatione fuit.

¶Præterea, Magister dicit 21. dist. 2. sen. quòd ideo mulier non horruit serpentē loquentem: quia officium loquendi eum accepisse à Deo putauit. Sed hoc falsum erat. Ergo mulier decepta fuit ante peccatum.

¶Præterea, Naturale est quòd quanto aliquid remotius videtur, tanto minus videtur. Sed natura oculi non est contracta per peccatum. Ergo hoc idem in statu innocentiæ cotingisset. Fuisset ergo homo deceptus circa quantitatem rei visæ, sicut & modo.

¶Præterea, Aug. dicit 12. super Geñ. ad literā, quòd in somno adhæret anima similitudini tanquam ipsi rei. Sed homo in statu innocentiæ comedisset, & per consequens dormiuisset & somniasset. Ergo deceptus fuisset adhærendo similitudinibus tanquam rebus.

¶Præterea. Primus homo nesciuisset cogitationes hominum, & futura contingentia, vt dictum est[e]. Si igitur aliquis super his sibi falsum diceret, deceptus fuisset.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit, Approbare vera pro falsis non est natura instituti hominis, sed pœna damnati.

CONCLVSIO.

¶*Cum homo in primo statu secundum intellectum sic à Deo fuerit institutus, quòd nullum malum in ipso inerat, & omnia inferiora superioribus subdebantur, nullo modo decipi potuit nec quo ad ea, quæ sciuit, nec quo ad ea, quæ nesciuit.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ quidam dixerunt ꝙ in nomine Deceptionis duo possunt intelligi: scilicet qualiscūque existimatio leuis, qua aliquis adhæret falso tanquam vero sine assensu credulitatis, & iterum firma credulitas. Quantum ergo ad ea quorū sciētiam Adam habebat, neutro istorum modorū homo decipi poterat ante peccatū. Sed quantum ad ea quorum scientiam non habebat, decipi poterat, large accepta deceptione pro existimatione qualicunq; sine assensu credulitatis. Quod ideo est dictum: quia existimare falsum in talibus, non est noxium boni: & ex quo temere assensus non adhibetur, non est culpabile. Sed hæc positio non conuenit integritati primi status. Quia, vt Aug. dicit 14. de ci. Dei, in illo statu erat deuitatio tranquilla peccati: qua manente nullum malum omnino esse poterat. Manifestum est autē, ꝙ sicut verū est bonum intellectus, ita falsum est malum eius, vt dicitur in 6. Ethi. Vnde non poterat esse ꝙ innocentia manente intellectus hominis alicui falso acquiesceret quasi vero. Sicut enim in membris corporis primi hominis erat quidem carentia perfectionis alicuius, puta claritatis, non tamen aliquod malum inesse poterat: ita in intellectu poterat esse carentia notitiæ alicuius, nulla tamen poterat ibi esse existimatio falsi. Quod etiam ex ipsa rectitudine primi status apparet. Sed quandiu anima maneret Deo subdita, tandiu in homine inferiora superioribus subderentur, nec superiora per inferiora impedirentur. Manifestum est autem est præmissis[e], quòd intellectus circa proprium obiectum semper verus est. Vnde ex seipso nunquam decipitur, sed omnis deceptio accidit in intellectu ex aliquo inferiori, puta phantasia, vel aliquo huiusmodi. Vnde videmus quòd quando naturale iudicatorium non est ligatum, non decipimur per huiusmodi apparitiones, sed solum quando ligatur, vt patet in dormientibus. Vnde manifestum est, quòd rectitudo primi status non compatiebatur aliquam deceptionem circa intellectum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa seductio mulieris, etsi non præcesserit peccatum operis; subsecuta tamen est peccatum internæ elationis. Dicit enim August. 2. super Geñ. ad literam, quòd mulier verbum serpentis non crederet, nisi iam inesset menti eius amor propriæ potestatis, & quædam de se superba præsumptio.

¶Ad secundum dicendum, quòd mulier putauit serpentem hoc accepisse loquendi officium: non per naturam, sed aliqua supernaturali operatione. Quamuis non sit necessarium autoritatem Magistri sentent. sequi in hac parte.

¶Ad tertium dicendum, quòd si aliquid repræsentatum fuisset sensui vel phantasiæ primi hominis aliter quàm sit in rerum natura, non tamen deciperetur, quia per rationem veritatem diiudicaret.

¶Ad quartum dicendum, quòd id quod accidit in somno, non imputatur homini: quia non habet vsum rationis qui est proprius hominis actus.

¶Ad quintum dicendum, quòd alicui diceti falsum de contingentibus futuris vel cogitationibus cordium, homo in statu innocentiæ non credidisset ita esse: sed credidisset ꝙ hoc esset possibile. Et hoc non esset existimare falsum. Vel potest dici quòd diuinitus ei subuentum fuisset ne deciperetur in his quorum scientiam non habebat. Nec est instantia quam quidam afferunt, quòd in tentatione non fuit ei subuentum ne deciperetur: licet tunc maxime indigeret. Quia iam præcesserat peccatum in animo, & ad diuinum auxilium recursum non habuit.

QVAESTIO NONAGEsimaquinta de his, quæ attinent ad voluntatem primi hominis, gratia scilicet & iustitia: in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de his quæ pertinent ad voluntatem primi hominis.

¶Et circa hoc consideranda sunt duo. Primo quidem de gratia & iustitia primi hominis. Secundo, de vsu iustitiæ quantum ad dominium super alia.

¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum homo creatus fuerit in gratia.

¶Secundo, vtrum in statu innocentiæ habuerit animæ passiones. ¶Tertio, vtrum habuit virtutes omnes. ¶Quarto, vtrum opera eius fuissent æquè efficacia ad merendum, sicut modo sunt.

[e] ex autoritate Augustini Consequentia probatur, primo. quia falsum est malum intellectus: quod probatur ex 6. Ethi. quia verum est eius bonum. Deinde confirmat ex ꝑportionali bono & malo in mēbris corporeis, sic, Quēadmodum tunc cum negatione alicuius boni circa membra, puta claritatis, non stabat inhæsio alicuius ma- [429]
litia in intellectu ponenda est negatio scientiæ aliquorum: non tamen deceptio aliqua. Et nota bene hanc confirmationem: quoniā de directo confutat motiuū opinionis oppositæ, quæ ex nescientia quorūdam concedebat deceptionē aliqualem circa illa. Et ꝑ hæc satisfactū etiā est rōni eius: qa iam ostensum est, ꝙ omne falsum est malum intellectus: et cōsequēter noxium illi.

¶Ex rectitudine vero ar. sic, Quandiu anima erat subdita Deo, inferiora hominis erant subdita superioribus absque omni turbatione: ergo inferiora intellectu erant illi subdita: ergo non poterat decipi. Antecedens patet cum prima consequentia. secunda vero ꝑbatur: quia intellectus non decipitur nisi ex aliquo inferiori. Quod probatur dupliciter. Primo à priori: quia semper est verus circa ꝑprium obiectū: ergo ex se semper est verus: ergo si decipitur, est ab alio non supiori: ergo inferiori. Secundo à signo, quia videmus ꝙ in apparitionibus seu phantasiis quando naturale iudicatorium est solutū nō decipimur. Cum vero ligatur somno aut infirmitate, &c. tunc fallimur.

¶*Num semper contingat intellectu decipi ex aliquo sibi inferiori.*

¶Circa hanc rationem occurrit dubiū: quoniā non videtur verū ꝙ intellectus semper decipiatur ex aliquo inferiori. *Quæstio.* Quoniā intellectus componendo & diuidēdo & discurrēdo versatur per se circa verū & falsum: nec in his actibus est semper verus: vt ex superius dictis patet. Igitur ex se qñque est falsus: & non ex phantasia aut aliquo huiusmodi.

¶Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ nomine intellectus hic non intelligo potentiam intellectiuam absolute, sed ipsam vt habet intelligendi officiū. Est enim hoc supremum in ipsa potentia intellectiua: vt patet ex antedictis. Intellectus autem vt sic, habet pro obiecto incomplexū vt sic: circa quod semper est verus: Et quoniā in ordine ad propriū obiectū semper est verus, consequens est ꝙ ex se sit semper verus: rō nāq; ꝑpria in ordine ad ꝑpriū obiectum consistit: ipso autē existente

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum primus homo fuerit creatus in gratia.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd primus homo non fuerit creatus in gratia. Apostolus enim 1. Corint. 15. distinguens Adam à Christo dicit, Factus est primus Adam in animam viuentem: nouissimus autem in spiritum viuificantem. Sed viuificatio spiritus est per gratiam. Ergo hoc est proprium Christi ꝙ fuerit factus in gratia.

¶Præterea, Aug. dicit in lib. de quæstionibus veteris & noui testamenti, ꝙ Adam non habuit spiritum sanctum. Sed quicunque habet gratiam, habet spiritū sanctum. Ergo Adam non fuit creatus in gratia.

¶Præterea, Aug. dicit in lib. de corruptione & gratia, ꝙ Deus sic ordinauit angelorum & hominum vitam, vt prius in eis ostenderet quid posset eorum liberum arbitriū deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, iustitiæq; iudicium. Primo ergo condidit hominem & angelum in sola naturali arbitrij libertate, & postmodum ei gratiam contulit.

¶Præterea, Magister dicit in 23. distin. lib. 2. sen. ꝙ homini in creatione datum est auxilium per quod stare poterat, sed non poterat proficere. Quicunque autem habet gratiam, potest proficere per meritum. Ergo primus homo non fuit creatus in gratia.

¶Præterea, Ad hoc ꝙ aliquis accipiat gratiā, requiritur consensus ex parte recipiētis: cum per hoc perficiatur matrimonium quoddam spirituale inter Deum & animam. Sed consensus in gratiam esse non potest nisi prius existentis. Ergo homo non accepit gratiam in primo instanti suæ creationis.

¶Præterea, Natura plus distat à gratia, quàm gratia à gloria: quæ nihil est aliud, quàm gratia consummata. Sed in homine gratia præcessit gloriam. Ergo multo magis natura præcessit gratiam.

¶SED CONTRA, Homo & angelus æqualiter ordinātur ad gratiā. Sed angelus est creatus in gratia. Dicit enim Aug. 12. de ciui. Dei, ꝙ Deus simul erat in eis, condens naturam & largiēs gratiam[e]. Ergo & homo creatus fuit in gratia.

CONCLVSIO.

¶*Cùm primus homo sic factus fuerit, vt ratio Deo subderetur, rationi verò inferiores vires, animæ verò corpus: cōueniens est illū in gratia fuisse creatum.*

¶RESPONDEO dicēdum ꝙ quidam dicunt, quòd primus homo non fuit creatus in gratia, sed tamen postmodum gratia fuit sibi collata antequam peccasset. Plurimæ autem sanctorum autoritates attestantur hominem in statu innocentiæ gratiam habuisse. Sed quòd fuerit conditus in gratia, vt alij dicunt, videtur requirere ipsa rectitudo primi status, in qua Deus hominem fecit: secundum illud Eccle. 7. Deus fecit hominem rectum. Erat enim rectitudo secundum hoc quòd ratio subdebatur Deo, rationi vero inferiores vires, & animæ corpus. Prima autem subiectio erat causa & secundæ & tertiæ. Quandiu enim ratio manebat Deo subiecta, inferiora ei subdebantur: vt Aug. dicit. Manifestum est autem ꝙ illa subiectio corporis ad animam, & inferiorum virium ad rationem non erat naturalis: alioquin post peccatum mansisset, cum etiam in dæmonibus data naturalia post peccatum permanserint, vt Dio. dicit 4. ca. de di. no. Vnde manifestum est ꝙ & illa prima subiectio, qua ratio Deo subdebatur, non erat solum secundum naturam, sed secundum supernaturale donum gratiæ. Non enim potest esse ꝙ effectus sit potior quàm causa. Vnde Aug. dicit 13. de ciui. Dei, ꝙ posteaquam præcepti facta transgressio est, confestim gratia deserente diuina, de corporum suorum nuditate confusi sunt. Senserunt enim motum inobedientis carnis suæ tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ suæ. Ex quo datur intelligi, si deserente gratia, soluta est obedientia carnis ad animam, ꝙ per gratiam in anima existentem inferiora ei subdebantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Apostolus illa verba inducit ad ostendendum esse corpus spirituale sicut corpus animale: quia vita spiritualis corporis incepit in Christo, qui est primogenitus ex mortuis: sicut vita corporis animalis incepit in Adam. Non ergo in verbis Apostoli habetur ꝙ Adam non fuit spiritualis secundum animam, sed ꝙ non fuit spiritualis secundum corpus.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ sicut Augu. dicit in eodem lib. non negatur quin aliquo modo fuerit in Adam spiritus sanctus sicut & in aliis iustis: sed ꝙ non sic fuerit in eo sicut nunc est in fidelibus, qui admittuntur ad perceptionem hæreditatis æternę statim post mortem.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ ex illa autoritate Augu. non habetur ꝙ angelus vel homo prius fuerit creatus in naturali libertate arbitrij q̃ habuisset gratiam: sed quòd ostendit quid in eis posset libe. arb. ante confirmationem, & quid postmodum consecuti essent per auxilium gratiæ confirmantis.

¶Ad quartum dicendū, ꝙ Magister loquitur secundum opinionem illorum qui posuerunt hominem non esse creatum in gratia, sed in naturalibus tantum. Vel potest dici, ꝙ etsi homo fuerit creatus in gratia, non tamen habuit ꝙ ex creatione naturæ posset proficere per medium, sed ex superadditione gratiæ.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ cum motus voluntatis non sit continuus, nihil prohibet etiam in primo instanti suæ creationis primum hominem gratiæ consensisse.

¶Ad sextū dicendum, ꝙ gloriā meremur per actum gratiæ, non autem gratiam per actum naturæ. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum in primo homine fuerint aīæ passiones.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ in primo homine non fuerint animæ passiones. Secundum enim passiones animæ contingit, ꝙ caro concupiscit aduersus spiritum. Sed hoc non erat in statu innocentiæ. Ergo in statu innocentiæ non erant animæ passiones.

¶Præterea, Anima Adæ erat nobilior quàm corpus. Sed corpus Adæ fuit impassibile. Ergo nec in anima eius fuerunt passiones.

¶Præterea, Per virtutem moralem comprimuntur animæ passiones. Sed in Adam fuit virtus moralis perfecta. Ergo totaliter passiones excludebantur ab eo.

¶SED CONTRA est quod dicit Aug. 14. de ciui. Dei ꝙ erat in eis amor imperturbatus in Deum, & quædam aliæ animæ passiones.

CONCLVSIO.

¶*Passiones quæ malum respiciunt, vt timor, & dolor nullo modo erant in statu innocentiæ, nec passiones circa bonum non habitum, vt nunc tamen habendum, vt spes: sed passiones circa bonum habitum, vel tempore suo habendum, vt amor, gaudium, desiderium, & spes, in illo fuerunt.*

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ passiones aīæ sunt in appetitu sensuali, cuius obiectum est bonū & malum. Vñ oīm passionū animæ, quædam ordinantur ad bonū, vt amor & gaudiū: quædā ad malum, vt timor & dolor. Et q̃a in primo statu nullū malū aderat, nec imminebat, nec aliquod bonum aberat qđ cuperet bona voluntas ꝓ tēpore illo habendū vt patet ꝑ Aug. 14. de ci. Dei: oēs illæ passiones quæ respiciunt malū, in Adā non erāt: vt timor vt dolor, & huiusmodi: sĩr nec illæ passiones, quæ respiciūt bonū nō habitū, & nūc habendum, vt cupiditas æstuans. Illæ vero passiones, quæ

22æ. q. 5. art. 1. con. Et 2. q. 20. q. 2. art. 3. con. Et d. 29. q. 1. ar. 2. Et quol. 1. art. 8. con.

vero ex se, cū ad ipsum spectet omne iudicium,
476 qm̃ & principiū omnis cōpositionis, & finis oīs resolutionis est qđ qd est, oportet si falsum interuenit, aliunde accidere. Omne aliud autem siue cōponendi & diuidendi officiū, siue discursus, siue phantasia, &c. inferius est: oīs igiť deceptio ex aliquo inferiori est. Vnde notanter in litera diciť ex aliquo inferiori, puta phantasia vel aliquo huiusmodi: non curādo quicquid illud esset. Quòd autē sic accipiatur intellectus in proposito, ex eo patet. ꝙ dicit ꝙ circa ꝓprium obiectū semper est ver⁹: hoc enim, vt clare liquet de intellectu quantū ad intelligendi officiū, vt distinguitur cōtra officium cōponendi & discurrendi, interpretatur. Posset quoq; expeditius dici ꝙ noīe phantasiæ intellexit ipsam cū concomitantibus, & quia intelligere cōponendo & discurrendo est vnū de concomitātibus eā, vt patet ex eo ꝙ aīa separata intelligit ꝑ modū substantiarū separatarum: ideo omnis deceptio dicta est prouenire ex phantasia, &c.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæ quintæ Articulum primum.*

Titulus clarus, in gratia gratum faciente.

Coment. ¶In corpore duo. Primo recitatur quædam opinio. Secundo examinať et rñdeť simul quæsito. ¶Quo ad primum duo referuntur ex opinione. Primum est, ꝙ primus
313 homo non est creatus in gratia. Secundum est, ꝙ primus homo habuit gratiam antequam peccaret. hæc de primo. (arg. contra.) ¶Quo ad secundum examinantur singula. Et primo secundū approbatur: q̃a multi sancti hoc sonāt: deinde primū reprobatur ex rōne rectitudinis primi status: & sic directe rñdetur quæsito affirmatiue, s. ꝙ primus homo fuit creat⁹ in gratia probatur sic, Primus homo fuit factus in statu recto, in quo scilicet rō Deo, inferiores vires rationi, & animæ corpus subdebatur: & prima subiectio erat rō secundæ, & secunda tertiæ: ergo fuit factus in subiectione inferiorū supernaturali: ergo in subiectione rōnis supernaturali, quod est esse factū in gratia. Antecedens quo ad primā partē probatur autoritate Eccle. 7. quo ad secundū autoritate Aug. Prima consequentia probatur: q̃a subiectio illa si fuisset naturalis, remansisset post peccatū: q̃a non abstulit naturā. Et cōfirmatur ex dæmonum naturalibus. Secunda vero consequentia probať rōne: q̃a effectus non pot est esse potior causa. Et confirmatur tota ratio autoritate Aug. dicētis inobedientiā inferiorū esse effectū desertionis diuinæ gratiæ. Si enim negatio est causa negationis, affirmatio erit causa affirmationis. Et sic gratia subdens Deo rōnem, erat rō quare inferiora superioribus erāt subdita: super quod tota rō stat.

¶*Num donum supernaturale quo in primo homine ratio Deo subdebatur, fuerit gratia gratum faciens.*

¶Circa hunc locū aduerte ꝙ Scotus in 2. dist. 29. q. 1. quamuis teneat nobiscum ꝙ ad obiectionem talē erigebatur aliquod donū supernaturale: discordat tñ in hoc, ꝙ illud donū supernaturale, non vult esse gratiā gratū facientem, seu charitatē: vt patet in rñsione ad quartū. Nec vllam ad hoc rōnem adducit: nisi q̃a non oportet donū illud esse principium meriti. Posset tñ pro eo adduci: q̃a iustitia originalis stare potest cū peccato mortali: gratia aūt gratū faciēs nequaquam. Assūptum ꝓbať ex eo ꝙ Eua post peccatum mortale adhuc erat in illo statu: vt patet ex eo ꝙ non erubescebat: cum tñ esset nuda. Ad hoc breuiter diciť ꝙ non est doctrina S. Th. ꝙ iustitia originaľr sit idē qđ gratia. sed ꝙ gratia gratum faciēs, de qua est sermo, sit velut radix iustitiæ originalis: ꝓ q̃to subdit supremū hoīs Deo: vt patet hic et inferius. q. 100. art. 1. ad secundū. Et propterea facti in iustitia originali, cōcludūtur etiā facti in gratia: quasi iustitia originalis fuerit quasi gratia quædam gratis data, fundata super gratia gratū faciente. Quo modo aūt stetit cū peccato mortali, communis est difficultas quia talis gratia concessa fuerat vsque ad peccatum exclusiue: siue fuerit cum gratia gratū faciēte, siue nō. Et dicēdū mihi videť ꝙ ꝑ primū peccatū in mēte Euæ iꝑe ꝑdita gratia, ꝑdita quoq; iustitia est originalis non simpľr, i. totaľr: sed quo ad aliqd. Simpľr vero adimenda reseruabať peccato Adæ secūdū ordinē diuinæ ꝓuidentiæ, ea rōne vt donū naturæ à pricipio naturę primo auferretur, de quo principiū nāt inuestiuerat. Nec obstat, q̃a potuisset Adā post Euæ peccatū nō peccare. qm̃ præscientia casus in ratione ordinis fuit. Et hoc consonat proportioni directæ. submota enim radice possunt aliquandiu rami viuere.

446 veri. q̃o. 26. art. 8. cō. fin. et ad 6m.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæquintæ Articulum secundum.*

Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo respondet quæsito de ipsis passio- (Coment.)

possunt esse boni præsentis, vt gaudium & amor, vel sunt futuri boni in suo tēpore habendi, vt desideriū & spes nō affligens, fuerunt in statu innocentiæ, aliter tñ quā in nobis, nam in nobis appetitus sensualis, in quo sunt passiones, non totaliter subest rōni. Vnde passiones qñq; sunt in nobis præuenientes iudicium rōnis, & impedientes, quandoq; vero ex iudicio rationis consequentes, prout sensualis appetitus aliqualiter rationi obedit. In statu vero innocentiæ, inferior appetitus erat rationi totaliter subiectus. Vnde non erant in eo passiones animæ nisi ex rationis iudicio consequentes.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro concupiscit aduersus spiritum per hoc quòd passiones rationi repugnāt[e]. Quod in statu innocentiæ non erat.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ corpus humanū in statu innocentiæ erat impassibile quantum ad passiones quæ remouent dispōnem naturalem, vt infrà diceť[e]. Et sĩr aīa fuit impassibilis quantum ad passiones quæ impediunt rōnem.

¶Ad tertium dicendum, quòd perfecta virtus moralis non totaliter tollit passiones, sed ordinat eas. Temperati enim est concupiscere sicut oportet, & quæ oportet, vt dicitur in 3. Ethic.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum Adam habuerit omnes virtutes.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Adam nō habuerit omnes virtutes. Quædam enim virtutes ordinantur ad refrænandā immoderantiam passionum, sicut per temperantiam refrænatur immoderata concupiscētia, & per fortitudinem immoderatus timor. Sed immoderantia passionum non erat in statu innocentiæ. Ergo nec dictæ virtutes.

¶Præterea, Quædam virtutes sunt circa passiones respicientes malum, vt mansuetudo circa iras, & fortitudo circa timores. Sed tales passiones non erant in statu innocentiæ, vt dictum est[e]. Ergo nec huiusmodi virtutes.

¶Præterea, Pœnitentia est quædā virtus respiciens peccatum prius commissum. Misericordia etiam est quædam virtus respiciens miseriam. Sed in statu innocentiæ non erat peccatū, nec miseria. Ergo neq; huiusmodi virtutes.

¶Præterea, Perseuerantia est quædam virtus. Sed hanc Adam non habuit, vt sequens peccatum ostendit. Ergo nō habuit omnes virtutes.

¶Præterea, Fides, quædam virtus est. Sed hæc in statu innocentiæ non fuit. Importat enim ænigmaticam cognitionem, quæ perfectioni primi status repugnare videtur.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit in quadam Homil. Princeps vitiorum vincit Adam de luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia armatum, temperantia compositum, claritate splendidum.

CONCLVSIO.

¶*Cum in statu innocentiæ ratio Deo, rationi inferiores vires subditæ fuerint, necesse fuit in ipso esse omnes virtutes, & quo ad actum & habitum, vt illæ, quæ nullam imperfectionem includunt, vt fides, spes, charitas, &c. quo ad habitum vero vt illæ, quæ aliquā imperfectionē claudūt, vt pœnitētia, & misericordia.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd homo in statu innocentiæ aliqualiter habuit oēs virtutes. Et hoc ex dictis patet esse verū. Dictum est enim supra[e], ꝙ talis erat rectitudo primi status, ꝙ ratio erat Deo subiecta, inferiores autem vires rōni. Virtutes autē nihil aliud sunt quā perfectiones quædā, quibus rō ordinatur in Deū, & inferiores vires dispōnūtur s̃m regulā rationis, vt magis patebit, cū de virtutibus agetur[e]. Vñ rectitudo primi status exigebat vt homo aliqualiter oēs virtutes haberet.

¶Sed cōsiderandū est ꝙ virtutū quædam sunt quæ de sui rōne nullam imperfectionem importāt, vt charitas & iustitia. Et huiusmodi virtutes fuerūt in statu innocētiæ simpliciter, & quantū ad habitū, & quantū ad actū. Quædā vero sunt, quæ de sui rōne imperfectionē important, vel ex parte actus, vel ex parte materiæ. Et si huiusmodi imperfectio nō repugnat perfectiōi primi status, nihilominus huiusmodi virtutes poterant esse in primo statu, sicut fides, quæ est eorū quæ non videntur, & spes, quæ est eorū quæ non habentur. Perfectio enī primi status nō se extendebat ad hoc quòd videret Deū per essentiam, & vt habetur cum fruitione finalis beatitudinis. Vñ fides & spes esse poterant in primo statu, & quantū ad habitum, & quantum ad actum. Si vero imperfectio quæ est de ratione virtutis alicuius, repugnat perfectioni primi status, poterat huiusmodi virtus ibi esse secundum habitum, & non secundum actum, vt patet de pœnitentia, quæ est dolor de peccato commisso, & de misericordia, quæ est dolor de miseria aliena. Perfectioni autem primi status repugnat tam dolor, quam culpa & miseria. Vnde huiusmodi virtutes erant in primo homine secundum habitum, & non secundum actum. Erat enim primus homo sic dispositus, vt si peccatū præcessisset, doleret, & similiter si miseriā in alio videret, eam pro posse repelleret. Sicut Philo. dicit in 4. Ethico. quòd verecundia quæ est de turpi facto, contingit studioso solum sub conditione. Est enim sic dispositus, quòd verecundaretur si turpe aliquid committeret.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd accidit temperantiæ & fortitudini, quòd superabundantiam passionum repellat, inquātum inuenit passiones superabundantes in subiecto. Sed per se conuenit huiusmodi virtutibus passiones moderari.

¶Ad secundum dicendum, quòd illæ passiones ad malum ordinatæ repugnant perfectioni primi status, quæ habent respectum ad malum in ipso qui afficitur passione, vt timor & dolor. Sed passiones quæ respiciunt malum in altero, non repugnant perfectioni primi status. Poterat enim homo in primo statu habere odio malitiam dæmonum, sicut & diligere bonitatem Dei. Vnde & virtutes quæ circa tales passiones essent, possent esse in primo statu, & quantum ad habitum, & quantum ad actum. Quæ vero sunt circa passiones respicientes malum in eodem subiecto, si circa huiusmodi solas passiones sunt, non poterant esse in primo statu secundum actum, sed solum secundum habitum, sicut de pœnitentia & misericordia dictum est[e]. Sed sunt quædam virtutes quæ non sunt circa has passiones solum, sed etiam circa alias, sicut temperantia, quæ non solum est circa tristitias, sed etiam circa delectationes, & fortitudo, quæ non solum est circa timorem, sed etiam circa audaciam & spem. Vnde poterat esse in primo statu actus temperantiæ secundum quod est moderatiua delectationum, & similiter fortitudo secundum quod est moderatiua audaciæ siue spei, non autem secundum quod moderatur tristitiam & timorem.

¶Ad tertium patet solutio ex his quæ dicta sunt[e].

¶Ad quartum dicendum, quòd perseuerantia dupliciter sumitur. Vno modo prout est quædam virtus. Et sic significat quendam habitum quo quis eligit perseuerare in bono. Et sic Adam perseuerantiam habuit. Alio modo prout est circunstantia virtutis, & sic significat continuationem quandam virtutis absque interruptione. Et hoc modo Adam perseuerantiam non habuit.

¶Ad quintum patet responsio per ea quæ dicta sunt[e].

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum, quàm opera nostra.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd opera primi hominis fuerint minus efficacia ad merendum, quàm opera nostra. Gratia enim ex Dei misericordia datur, quæ magis indigentibus subuenit magis. Sed nos indigemus magis gratia, quàm primus homo in statu innocentiæ. Ergo copiosius infunditur nobis gratia. Quæ cum sit radix meriti, opera nostra efficaciora ad merendum redduntur. 479 (2. dist. 29. articu. 4.)

¶Præterea, Ad meritum requiritur pugna quædam & difficultas. Dicitur enim 2. ad Timo. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Et Philosophus dicit in 2. Ethico. quòd virtus est circa difficile & bonum. Sed nunc est maior pugna & difficultas. Ergo & maior efficacia ad merendum.

¶Præterea, Magister dicit 24. dist. 2. lib. sen. ꝙ homo non meruisset tentationi resistendo. Nunc autem meretur qui tentationi resistit. Ergo efficaciora sunt opera nostra ad merendū, quā in primo statu.

¶SED CONTRA est, quia secundum hoc homo esset melioris conditionis post peccatum.

passionibus. Secundo de modo earum. ¶Quo ad primum vnica distinctio cum subdistinctione, & cōclusionibus iuxta singula mēbra. Distinctio est, Passionū aīæ aliæ circa bonū, aliæ circa malū, earū quæ circa bonū, aliç circa bonū habitū, vel suo tēpore habēdū. Aliæ circa bonū non habitū, & tūc tñ habēdū. Probať distinctio, quia passiones oēs sunt in appetitu hñte pro obiecto bonū & malū. Iuxta primā distinctionē est conclusio negatiua, Passiōes
a 41 circa malū nō erāt in statu innocētiæ. Probať autoritate Aug. q̃a tūc nullum aderat. Iuxta secđam duæ cōclusiones. Prima,
485 Passiones circa bonū nō habitū, vt tñ nūc habēdū nō erāt in illo statu. Probať eadē autoritate, quia nullū bonū aberat quod cuperet bona volūtas. Secūda, Passiones circa bonū habitū aut tēpore suo habendū, erāt ibi. Relinquitur per se nota, quia hæ sunt naturales, & nullum malum ponunt.
478 (2. dist. 19. arti. 3. col. & ad primum. Et in expo. li. ad 3m.) ¶Quo ad secundū poniť talis distinctio, Passionū duplex est modus, ꝑ modū præueniētis & impediētis, & per modū cōsequētis, & obediētis. Probatur distinctio in nobis ex eo ꝙ appetitus sensitiu⁹ nō est totaliter subditus rōni, & quodāmodo rōni obedit in nobis. Et iuxta hanc distinctionem poniť vna cōclusio,
477 Passiones in illo statu nō erāt vt præuenientes, sed vt obediētes. Probať, q̃a appetit⁹ sensitiu⁹ ibi totaliter erat ratiōi subdit⁹. ¶Circa primā cōclusionem aduerte, ꝙ Sco. in 2. dist. 29. q. 1. dicit, ꝙ forte nō oportet illā cōclusionē tenere, eo quia visus potuisset triste visibile, & audit⁹ triste audibile offendere, & consequēter appetitus sensitiuus tristari de obiecto dissono, sicut de cōsono delectabili gaudet. ad hoc breuiter diciť, ꝙ occurrētibus iproportionatis aut tristib⁹ sensibilib⁹, nō fuisset fixa acies sensus in ea, ac ꝑ hoc nulla subsecuta fuisset tristitia. Fuisset enī à tristitiis & dolorib⁹ sicut à terroribus status ille præseruat⁹, ita ꝙ sicut occurrētib⁹ terribilib⁹ nō fuissent territi, ita oblata tristib⁹ nō doluissent ꝑ auersionē, &c.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæquintæ Articulum tertium.*

Titulus clarus.

Commēt. ¶In corpore vna cō-
478 clusio rñsiua quæsito habēs duas partes, Homo i statu inocētię habuit aliqualiter omnes virtutes. Probať primo, ꝙ habuit oēs virtutes, scđo declarať ly aliqualiter, qđ est declarare modū habēdi. (Prima secundæ q̃o. 63. art. 2.) Primū ꝓbať ex rectitudine primi stat⁹ sic, Rō hominis erat subiecta Deo, & rōni inferiores vires. ergo in eo erāt oēs virtutes. Añs patet, cōsequētia ꝓbatur, q̃a virtutes nihil aliud sunt quā ꝑfectiōes subdētes supiora Deo, & inferiora rōni. Scđm declarať distinguēdo virtutes in duplicē ordinē, scilicet earū quę imperfectionē nullā cōtinēt, & hę secundū habitū & actū inerāt, & quę imꝑfectionē importāt, & hę duplices sunt, q̃a quarūdā imꝑfectio illi statui non repugnabat, & hæ sĩľr inerāt scđm habitū & actū, vt fides & spes, quarūdā vero illi statui repugnabat, vt pœnitentia & misericordia. Et hę scđm habitū nō scđm actū erāt, q̃a malū, & cōsequēter dolor & culpa nō fuissent. Oīa clara sunt, et ex quarto Ethi. de verecūdo habitualiter tñ cōfirmanť.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæquintæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo distinguit. (Commēt.) Scđo iuxta singula distinctionis mēbra respōdet. ¶Quo ad primū, quantitas meriti ex duplici cā oriť, s. gratia, & quātitate oꝑis. Et q̃a hęc est duplex, s. absoluta & ꝓportiōalis, fit triplex radix, gratia, quātitas oꝑis absoluta, & quātitas ꝓportiōalis, patēt i litera oīa.

¶Quo

¶Quo ad secūdum sunt tres conclusiones. Prima est, Opera primi hoīs erāt efficaciora ex pte gratiæ. Probat᷑, quia maior gratia. pbat᷑, quia nullo obstaculo impedita. Secūda cōclusio est, Opera primi hoīs erāt efficaciora ad meritū ex quātitate operis absoluta. Probat᷑, qa maiora opera fecisset. pbat᷑, qa maioris virtutis erat. Tertia est, Opera primi hoīs erant minus efficacia ex quātitate pportionali operū. Probat᷑, quia opera hæc parua magis excedūt potestatē nostram, quā illa magna potestatē illius, pbat᷑, qa nos cū difficultate hæc, ille sine difficultate illa, & radix est, quia nos imbecilles, ille sanus & robustus.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæsextæ Articulum primum.*

Commen. TItulus clarus. ¶In corpore vna cōclusio rñsiua quęsito affirmatiue, Adā in statu innocētiæ dñabat᷑ aīalibus, Probatur, Oīa aīalia natural͛r subiecta sunt homini, ergo in statu innocētiæ illi obediebāt, qd͛ est intētū. cōsequētia pbat᷑ qa ante inobediētiā Dei nulla erat subditorū inobediētia, quod pbat᷑, qa istorū inobediētia est effectus illi⁹ primæ inobediētiæ. Añtedens autē pbat᷑ tripliciter, primo ex pcessū naturæ, Imperfectiora subsunt pfectis qdditatiue & vsualiter. Secūdo ex ordine diuinę puidētiæ. qa inferiora p supiora gubernat. Tertio ex pprietatib⁹ vtriusque, qa quod est p partē tale, subest naturaliter ei qd͛ est vl͛iter tale, aīalia sunt prudētia secundum partē, id est ad aliqd, homo vniuersaliter, ergo. ¶Circa hæc dicta occurrit dubitatiūcula, qm̄ hic dicit᷑, q̄ dñium sup aīalia est naturale homini, hic etiā dicit᷑, q̄ pditū est tale dñium p peccatū, constat em̄ naturalia nō esse ablata p peccatū, qn ex hac rōne paulo superius pbatū est, q̄ subiectio viriū inferiorū rationi nō erat naturalis, quia non remāsit post peccatum, par autem est hic ratio.

Commēt. ¶Ad hoc breuiter dicit᷑ q̄ distinguendū est inter subiectionē & obedientiā, subiectio em̄ & aīalīū homini, & viriū inferiorū rōni est naturalis, obediētia vero vtrorūq; & similiū erat supnaturalis, gratia em̄ pficiebat naturā, & qd͛ natura subiecerat, gratia obsequēs reddebat. Sic igitur vtrobiq; obediētia pdita, qa supernaturalis, subiectio naturalis remāsit cū pugna, & ad vtrūq; insinuādum in litera dicit᷑, q̄ id quod naturaliter est subiectum homini, tunc nō repugnabat, vbi expresse ambo explicata sunt.

a ¶*Super*

CONCLVSIO.

¶*Opera primi hominis efficaciora erant ex parte gratiæ, & operis quantitate absoluta, minus vero efficacia ex proportionali operum quantitate.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quantitas meriti ex duobus potest pensari. Vno modo ex radice charitatis & gratiæ. Et talis quantitas meriti respondet præmio essentiali, quod consistit in Dei fruitione. Qui enim ex maiori charitate aliquid facit, perfectius Deo fruitur. Alio modo pensari potest quantitas meriti ex quantitate operis. Quæ quidem est duplex, scilicet absoluta, & proportionalis. Vidua enim quæ misit duo æra minuta in gazophylacium, minus opus fecit quantitate absoluta, quàm illi, qui magna munera posuerunt. Sed quantitate proportionali vidua plus fecit secundum sententiam Domini, quia magis eius facultatem superabat. Vtraque tamen quantitas meriti respondet præmio accidentali, quod est gaudium de bono creato. Sic igitur dicendum, quòd efficaciora fuissent hominis opera ad merendum in statu innocentiæ, quàm post peccatum, si attendatur quantitas meriti ex parte gratiæ, quæ tunc copiosior fuisset nullo obstaculo in natura humana inuento. Similiter etiam si consideretur absoluta quantitas operis. Quia cum homo esset maioris virtutis, maiora opera fecisset. Sed si consideretur quantitas proportionalis, maior inuenitur ratio meriti post peccatum propter hominis imbecillitatem. Magis enim excedit paruum opus potestatem eius qui cum difficultate operatur illud, quàm opus magnum potestatem eius, qui sine difficultate operatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo post peccatum ad plura indiget gratia, quàm ante peccatum, sed non magis, quia homo etiam ante peccatum indigebat gratia ad vitam æternam consequendam, quæ est principalis necessitas gratiæ. Sed homo post peccatum super hoc indiget gratia etiam ad peccati remissionem, & infirmitatis sustentationem.

¶Ad secundum dicendum, quòd difficultas & pugna pertinent ad quantitatem meriti secundum quātitatem operis proportionalem, vt dictum est[e]. Et est signum promptitudinis voluntatis, quæ conatur ad id quod est sibi difficile, promptitudo autem voluntatis causatur ex magnitudine charitatis. Potest autem contingere quòd aliquis ita prompta voluntate faciat opus aliquod facilè, sicut alius difficilè, quia paratus esset facere, etiam quod sibi esset difficile. Difficultas tamen actualis inquantum est pœnalis, habet etiam quòd sit satisfactoria pro peccato.

¶Ad tertium dicendum, quòd resistere tentationi, primo homini non fuisset meritorium, secundum opinionem ponentium quòd gratiam non haberet, sicut nec modo est meritorium non habenti gratiam. Sed in hoc est differentia, quia in primo statu nihil erat interius impellens ad malum, sicut modo est. Vnde magis tunc poterat homo resistere tentationi sine gratia, quàm modo.

QVAESTIO NONAGESIMASEXTA, de Dominio, quod homini in statu innocentiæ competebat, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de dominio, quod competebat homini in statu innocentiæ. ¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum homo in statu innocentię animalibus dominaretur. ¶Secundo, vtrum dominaretur omni creaturæ. ¶Tertio, vtrum in statu innocentiæ omnes homines fuissent æquales. ¶Quarto, vtrum homines hominibus dominarentur in illo statu.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum Adam in statu innocentiæ animalibus dominaretur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Adam in statu innocentiæ animalibus non dominabatur. Dicit enim Aug. 9. super Genesim ad literam quòd ministerio Angelorum animalia sunt adducta ad Adam, vt eis nomina imponeret. Non autem fuisset ibi necessarium angelorum ministerium, si homo per seipsum animalibus dominabatur. Non ergo in statu innocentiæ habuit dominium homo super alia animalia. 408 2.dist.44. q.1.art.3. Et opusc. 20. lib.3. cap.9.

¶Præterea, Ea quæ abinuicem discordant, non rectè sub vno dominio congregantur. Sed multa animalia naturaliter abinuicem discordant, sicut ouis & lupus. Ergo omnia animalia sub hominis dominio non continebantur.

¶Præterea, Hiero. dicit, quòd homini ante peccatum non indigenti Deus animalium dominationem dedit. Præsciebat enim hominem adminiculo animalium adiuuandum fore post lapsum. Ergo ad minus vsus dñij super animalia non cōpetebat homini ante peccatum.

¶Præterea, Proprium domini esse videtur præcipere. Sed præceptum non rectè fertur nisi ad habentem rationem, ergo homo non habebat dominium super animalia irrationalia.

¶SED CONTRA est quòd dicitur Genesis primo, de homine, Præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis terræ.

CONCLVSIO.

¶*Adam in statu innocentiæ sic cunctis dominabatur animalibus, quia ei omnia animalia subiecta naturaliter erant.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est[e], inobedientia ad hominem, eorum quæ ei debent esse subiecta, subsecuta est in pœnam eius, eo q̄ ipse fuit inobediens Deo. Et ideo in statu innocentiæ ante inobedientiam prædictam nihil ei repugnabat, quod naturaliter deberet ei esse subiectum. Omnia autem animalia sunt homini naturaliter subiecta. Quod apparet ex tribus. Primo ex ipso naturæ processu. Sicut enim in generatione rerum intelligitur quidā ordo, quo proceditur de imperfecto ad perfectū, nam materia est propter formam, & forma imperfectior propter perfectiorē, ita etiā est in vsu rerū naturaliū. Nam imperfectiora cedunt in vsum perfectorū. Plantæ enim vtuntur terra ad sui nutrimentū, animalia vero plantis, & homines plantis & animalibus, vnde naturaliter homo dominatur animalibus. Et propter hoc Philo. dicit in 1. Politi. quòd venatio syluestrium animalium est iusta & naturalis, quia per eam homo vendicat sibi quod est naturaliter suum. Secundo apparet hoc ex ordine diuinæ prouidētiæ, quæ semper inferiora per superiora gubernat[e]. Vnde cum homo sit supra cætera animalia, vtpote ad imaginem Dei factus, cōuenienter eius gubernationi alia animalia subduntur. Tertio apparet idem ex proprietate hominis & aliorū animaliū. In aliis enim animalibus inuenitur secundū æstimationē naturalē quædā participatio prudētiæ ad aliquos particulares actus, in homine autē vniuersalis prudentia, quæ est ratio omnium agibilium. Omne autem quod est per participationem, subditur ei quod est per essentiam, & vniuersaliter. Vnde patet quòd naturalis est subiectio aliorum animalium ad hominem. 137

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ in subiectos multa potest facere superior potestas, quæ nō potest facere inferior. Angelus autem est naturaliter superior homine. Vnde aliquis effectus poterat fieri circa animalia virtute angelica, qui non poterat fieri potestate humana, scilicet quòd statim omnia animalia congregarentur.

¶Ad secundum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd animalia quę nunc sunt ferocia, & occidunt alia animalia, in statu illo fuissent mansueta non solum circa hominem, sed etiam circa alia animalia. Sed hoc est omnino irrationabile. Non enim per peccatū hominis, natura animalium est mutata, vt quibus nunc naturale est comedere aliorum animalium carnes, tunc vixissent de herbis, sicut leones & falcones. Nec glos. Bedæ dicit Gene. 1. quòd ligna & herbæ datæ sunt omnibus animalibus & auibus in cibum, sed quibusdam. Fuisset ergo naturalis discordia inter quædā animalia. Nec tamen propter hoc subtraherentur dominio hominis, sicut nec nunc propter hoc subtrahuntur dominio Dei, cuius prouidentia hic totum dispensatur. Et huius prouidentiæ homo executor fuisset, vt etiam nunc apparet in animalibus domesticis. Ministrantur enim falconibus domesticis per homines gallinæ in cibum.

¶Ad tertium dicendum, quòd homines in statu innocentiæ non indigebant animalibus ad necessitatem corporalem, neque ad tegumentum, quia nudi erant, & non erubescebant nullo instante inordinatæ concupiscentiæ motu, neque ad cibum, quia lignis paradisi vescebantur, neque ad vehiculum, propter corporis robur, indigebant tamen eis ad experimentalem cognitionem sumendam de naturis eorum. Quod significatum est per hoc q̄ Deus ad eum animalia adduxit, vt eis nomina imponeret, quæ eorum naturas designāt.

¶Ad quartum dicendum, quòd omnia animalia habent quandam participationem prudentiæ & rationis secundum æstimationem naturalem, ex qua contingit quòd grues sequuntur ducem, & apes obediunt regi. Et sic tunc omnia animalia per seipsa homini obediuissent, sicut nunc quædam domestica ei obediunt.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæsextæ Articulum secundum.*

Commen. TItulus clarus. ¶In corpore vna cōclusio trimēbris, Homo non dñabat᷑ Angelis, sed aīalibus imperādo, plātis vero & inaīatis, vtēdo absq; impedimento. Probat᷑, Oīa sunt quodāmodo in hoīe, ergo dominiū hoīs respectu aliorū est iuxta dñium inuētū in ipso hoīe, ergo nō dñabat᷑ Angelis, sed aīalibus imperādo, & reliquis, absq; impedimēto vtēdo. Añtedēs pbat᷑, qa in hoīe sunt quatuor quibus cū oībus cōicat, rō, sensus, vegetatio & corpus. Prima cōsequentia est satis rōnabilis, quoniam vnicuiq; conuenit præesse, vel subesse secūdum cōformitatē ad gradum suū. Et nota q̄ non solū de dñio, sed de modo dñij agitur cōsequētia, vt manifeste explicat᷑ in sequēti cōsequētia. Secūda vero consequentia quo ad primā partē primo probat᷑, quia ratio in hoīe est sub ratione dominantis, & nulli in eo seruientis. Deinde rñdetur tacitæ obiectioni, qa scilicet Gen. 1. dicitur de hoīe, q̄ pręsit omni creaturę, glosat, nō ad imaginem Dei. Quo ad secundam partē pbatur, quia ratio præest viribus sensitiuis per imperiū. Quo ad tertiā vero, quia ratio præest parti vegetatiuæ & corpori, nō imperando, nec immutando vt patet, sed vtendo absque resistentia, habet enim dominium despoticum.

481 *Locis suprà art. 1. notatis.*

455

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæsextæ Articulum tertium.*

Commen. 406 TItulus clarus. ¶In corpore duo, primo respondet quo ad necessarium, secundo, quo ad possibile. ¶Quo ad primū cōclusio est rñsiua quæsito affirmatiua de necessario. Necesse est aliquā disparitatē inter homines in statu innocentiæ fuisse. Et pbat᷑ quo ad duo, scilicet sexū & ætatē. Sexū qdē, qa aliter gñatio nō fuisset, ętatē v̄o, qa semp priores maiores filiis. ¶Quo ad secundum tria dicit. Primo q̄ inęqualitas fuisset quo ad animā. Secūdo quo ad corpus. Tertio ostēdit, quomodo ista inæqualitas se habebat ad malū. Secūdum animā inæqualitas ponit᷑ possibilis, & quo ad intellectū rōne scientiæ, & quo ad volūtatem rōne iustitię, quia liberū erat applicare se magis & minus ad sciendū vel operandū. Secundū corpus vero ponit᷑ inæqualitas possibilis rōne melioris cōplexionis, pulchrioris, robustioris, & cętera, qa corpus humanū magis & minus participasset, vel talem cæli influxū, vel tales naturæ causas, &c. omnia clara sunt. Demum nulla inæqualitas in his qui min⁹ habebant, esse poterat, quæ haberet rōnem mali, defectus autē peccati, siue spectātiū ad animā, siue ad corp⁹, & per hoc oīs obiectio excluditur.

482 *Suprà q. 92. arti. 1. 2. Et infra ar. 4. cor.*

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæsextæ Articulum quartum.*

TItulus clarus. ¶In corpore tria. *Commēt.* Primo proponuntur cōclusiones responsiuę. Secundo probatur negatiua. Tertio affirmatiua. ¶Quo ad primū duo, distinctio bimēbris, & cōclusiones iuxta singula membra. Distinctio est, Dñium duplex, vt distinguit᷑ cōtra seruitutē, & vt cōtra subiectionē qualitercūq;. Prima cōclusio, Dñium primo modo nō erat in statu innocētiæ. Secūda cōclusio, Dñium secūdū erat in illo statu. ¶Quo ad scdm pbat᷑ prima cōclusio negatiua, s. Dñium primū importat ordinationē subditi ad bonū dñi, ergo tristitiā subditi, ergo pœnā, ergo nō fuisset tūc. Añtedēs pbatur ex differētia inter seruū & liberū. 1. met. qa scilicet liberū est pter se, seruus pter aliud, id est dñm. Prima cōsequētia pbat᷑, quia tristabile est vnicuiq; ppriū bonū pter alterū tantū oportere agere, probat᷑, quia naturaliter amat᷑ ad oppositū, scilicet pter seipsum. Scda cōsequentia ē p se nota, & sic tertia. ¶Quo ad tertiū pbatur cōclusio affirmatiua, & duo fiūt. Primo describitur natura talis dñi, & dicitur q̄ est ordinatiuum subditi ad ipsius subditi vel cōe bonū, qa est ad liberos, q sunt pter se. Secūdo pbat᷑ dupl͛r. primo, Homo erat animal sociale, ergo opus erat vno dirigēte, & intēdēte cōe bonū. Añcedens patet. cōsequētia pbat᷑ dupliciter. primo, qa multa multa per se intendūt, & vnum vnum, secundo autoritate Aristote. Secundo probatur conclusio ex disparitate hominum, Aliqui præstitissent scientia & iustitia, ergo gubernassent alios. Probatur cōsequētia autoritate Petri Apostoli, & Augustini, & cætera.

a ¶*Super*

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum homo habuisset dominium super omnes alias creaturas.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd homo non habuisset dominium super omnes alias creaturas. Angelus enim naturaliter est maioris potestatis, quàm homo. Sed sicut dicit Augustinus tertio, de Trinitate materia corporalis non obediuisset ad nutum etiam sanctis Angelis. Ergo multo minus homini in statu innocentiæ.

¶Præterea, In plantis non sunt de viribus animæ nisi nutritiua, & augmentatiua, & generatiua. Hæ autem non sunt natæ obedire rationi, vt in vno & eodem homine apparet. Ergo cum dominium competat homini secundum rationem, videtur quòd plantis homo in statu innocentiæ non dominaretur.

¶Præterea, Quicunque dominatur alicui rei, potest illam rem mutare. Sed homo non potuisset mutare cursum cælestium corporum. Hoc enim solius Dei est, vt Dion. dicit in epistola ad Policar. Ergo non dominabatur eis.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Gen. 1. de homine. Præsit vniuersæ creaturæ.

CONCLVSIO.

¶*Homo non dominabatur Angelis, sed animalibus, imperando, plantis vero, & inanimatis, vtendo absque vllo impedimento.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in homine quodāmodo sunt omnia[e]. Et ideo secundum modum quo dominatur his, quę in seipso sunt, secundum hunc modum competit ei dominari aliis. Est autē in homine quatuor considerare, scilicet rationem, secundum quā conuenit cum Angelis, vires sensitiuas, secundum quas conuenit cum animalibus, vires naturales, secundum quas conuenit cum plantis, & ipsum corpus, secundum quod conuenit cū rebus inanimatis. Ratio autem in homine habet locum dominantis, & non subiecti dominio. Vnde homo angelis non dominabatur in primo statu. Et quòd dicitur omni creaturæ, intelligitur quæ non est ad imaginem Dei. Viribus autem sensitiuis, sicut irascibili & concupiscibili quæ aliqualiter obediunt rationi[e], dominatur anima imperando. Vnde in statu innocentiæ animalibus aliis per imperium dominabatur. Viribus autem naturalibus & ipsi corpori homo dominabatur, non quidem imperando, sed vtendo. Et sic etiam homo in statu innocentiæ dominabatur plantis & rebus inanimatis non per imperium vel immutationem, sed absque impedimento, vtendo eorum auxilio. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum homines in statu innocentiæ fuissent æquales.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd homines in statu innocentiæ omnes fuissent æquales. Dicit enim Greg. quòd vbi non deliquimus, omnes pares sumus. Sed in statu innocentiæ non erat delictum. Ergo omnes erant pares.

¶Præterea, Similitudo & æqualitas est ratio mutuæ dilectionis, secundum illud Ecclesi. 13. Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximum sibi. In illo autem statu inter homines abundabat dilectio, quæ est vinculum pacis. Ergo omnes fuissent pares in statu innocentiæ.

¶Præterea, Cessante causa, cessat effectus. Sed causa inæqualitatis inter homines videtur nunc esse ex parte quidem Dei, quòd quosdam pro meritis præmiat, quosdam vero punit, ex parte vero naturæ, quia propter naturæ defectum quidam nascuntur debiles & orbati, quidam autem fortes & perfecti quæ in primo statu fuissent.

¶SED CONTRA est quod dicitur Roma. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Ordo autem maxime videtur in disparitate consistere. Dicit enim Augu. 19. de Ciui. Dei, Ordo est parium, dispariumq; rerum sua cuiq; loca tribuens dispositio. Ergo in primo statu, qui decentissimus fuisset, disparitas inueniretur.

CONCLVSIO.

¶*Necesse est in statu innocentiæ aliquam disparitatem fuisse, saltem quo ad sexum, potuit tamen in anima & corpore esse etiam aliqua inæqualitas.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere aliquam disparitatem in primo statu fuisse ad minus quantum ad sexum, quia sine diuersitate sexus generatio non fuisset. Similiter etiam quantum ad ætatem. Sic enim quidam ex aliis nascebantur, nec illi qui miscebantur, steriles erant. Sed & secundum animam diuersitas fuisset, & quantum ad iustitiam, & quantum ad sciētiam. Non enim ex necessitate homo operabatur, sed per liberum arbi. ex quo ratio habet quòd homo possit magis & minus animum applicare ad aliquid faciendum vel volendum, vel cognoscēdum. Vnde quidam magis profecissent in iustitia & sciētia, quàm alij. Ex parte etiam corporis poterat esse disparitas. Non enim erat exemptum corpus humanum totaliter à legibus naturæ, quin ex exterioribus agētibus aliquod commodum aut auxilium reciperet magis & minus, cum etiam & cibis eorum vita sustentaretur. Et sic nihil prohibet dicere quin secūdum diuersam dispositionem aëris & diuersum situm stellarum, aliqui robustiores corpore generarentur, quàm alij, & maiores & pulchriores, & melius complexionati, ita tamen quòd in illis, qui excederentur, nullus esset defectus siue peccatum, siue circa animam, siue circa corpus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Grego. per verba illa intendit excludere disparitatem quæ est secundum differentiam iustitiæ & peccati. Ex qua contingit quòd aliqui pœnaliter sunt sub aliis coërcēdi.

¶Ad secundum dicendum, quòd ęqualitas est causa quòd dilectio mutua sit æqualis. Sed tamen inter inæquales potest esse maior dilectio quàm inter æquales, licet non æqualiter vtrinque respondeat. Pater enim plus diligit filium naturaliter, quàm frater fratrem, licet filius non tantundem diligat patrem, sicut ab eo diligitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd causa disparitatis poterat esse ex parte Dei, non quidem vt puniret quosdam, & quosdam præmiaret, sed vt quosdam plus, quosdam minus sublimaret, vt pulchritudo ordinis magis in hominibus reluceret. Et etiam ex parte naturæ poterat disparitas causari secundum prædictum modum absque aliquo defectu naturæ.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum homo in statu innocentiæ homini dominabatur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd homo in statu innocentiæ homini non dominabatur. Dicit enim Augusti. 19. de Ciui. Dei, Hominem rationalem ad imaginem suam factum non voluit Deus nisi irrationabilibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori. 483 22. quæst. 164. ar. 2. cor. & ad prim. 36. 2. dist. 44. q. 1. art. 3. Et opuscu. 20. lib. 2. cap. 9. col. 1. & li. 3. c. 9. fi. & cap. 11. fi.

¶Præterea, Illud quod est introductum in pœnam peccati, non fuisset in statu innocentiæ. Sed hominem subesse homini introductum est in pœnam peccati. Dictum est enim mulieri post peccatum, Sub potestate viri eris, vt dicitur Genesis tertio, ergo in statu innocentiæ non erat homo homini subiectus.

¶Præterea, Subiectio libertati opponitur. Sed libertas est vnum de præcipuis bonis, quod in statu innocentiæ non defuisset, quando nihil aberat quod bona voluntas cupere posset, vt Augusti. dicit 14. de Ci. Dei. Ergo homo homini in statu innocentiæ non dominabatur.

¶SED CONTRA, Cōditio hominū in statu innocētiæ nō ęrat dignior quā conditio angelorū. Sed inter angelos quidā aliis dominātur, Vnde & vnus ordo dominationū vocatur. Ergo non est contra dignitatem status innocentiæ, quòd homo homini dominaretur.

CONCLV

a ¶Super Quæstionis nonagesimæseptimæ Articulum primum.

Commen. Titulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio rñsiua quęsito, Homo in statu innocentiæ erat incorruptibilis effectiue, nõ formaliter. Hęc cõclusio primo declaratur, secũdo pbat. Declaratur distinguẽdo incorruptibile tripliciter, ex parte materiæ, ex parte formæ, ex parte efficiẽtis, primo modo naturæ, secũdo gloriæ, tertio innocẽtiæ cõuenit, omnia clara sunt in litera, probatur dupliciter. Primo autoritate Augustinus. Secundo suasoria adaptatione, quia anima excedit materiã corporalem, vt materia cõcors animæ fieri posset.

Annot. ¶Circa cõclusionẽ hanc aduerte, q Sco. in 2. dist. 19. q. 1. relata hac opinione, impugnat eã nulla rõne ductus, sed qa se non videre fatet, q qualitas in anima posita possit præseruare corpus passibile, quin patiatur à cõtrario, constat autem quòd passio magis facta corrumpit, ergo, &c.

¶Ad hoc breuiter dicit, q si Sco. ocularia reuerẽtię ad beatũ Aug. habuisset, vidisset vtiq;, q homo erat sibi autor vitæ, quandiu aĩa erat subdita Deo. Cũ eñi hæc credita ex facto pẽdeãt & supnaturali virtute egeant, de his nulla maior ratio autoritate diuina est, per se vel per sanctos suos.

a ¶Super Quæstionis nonagesimæseptimæ Articulum secundum.

Commẽt. Titulus clarus. ¶In corpore clarissime distinguit de passione, & iuxta vtrunque mẽbrũ singulis cõclusionibus rñdet quæsito. Distinctio est, Passio est dupliciter, pprie & cõiter, illa remotiua à naturali dispõne, qa effect⁹ actionis quæ à contrario est, hęc pfectiua naturæ. Prima cõclusio, Passiõe cõiter hõ erat passibilis & aĩa & corpore, qa sentiebat, &c. Scđa conclusio, Passione proprie hõ erat impassibilis & anima & corpore, quia virtute animæ prohibebat passionem sicut & mortem.

¶Aduerte hic q Sco. vbi supra tenet oppositũ, nulla tñ rõne, nisi quia non videtur

CONCLVSIO.

¶Non dominabatur homo homini in statu innocentiæ dominio tyrannico, sed politico & ciuili.

¶RESPONDEO dicendum, quòd dominium accipitur dupliciter. Vno modo secundum quod opponitur seruituti. Et sic dominus dicitur cui aliquis subditur, vt seruus. Alio modo accipitur dominium secundum quod communiter refertur ad subiectum qualitercunque. Et sic etiam ille, qui habet officium gubernandi & dirigendi liberos, dominus dici potest. Primo ergo modo accepto dominio, in statu innocentiæ homo homini non dominaretur. Sed secundo modo accepto dominio, in statu innocentiæ homo homini dominari potuisset. Cuius ratio est, quia seruus in hoc differt à libero, quòd liber est causa sui, vt dicitur in prin. Meta. seruus autem ordinatur ad alium. Tunc ergo aliquis dominatur alicui vt seruo, quando eum cui dominatur, ad propriam vtilitatem sui, scilicet dominantis refert. Et quia vnicuiq; est appetibile proprium bonum, & per cõsequens contristabile est vnicuique quòd illud bonum quod deberet esse suum, cedat alteri tantum, ideo tale dominiũ non potest esse sine pœna subiectorũ. Propter quod in statu innocentiæ non fuisset tale dominium hominis ad hominem. Tunc vero dominatur aliquis alteri vt libero, quãdo dirigit ipsum ad proprium bonum eius, qui dirigitur vel ad bonum commune. Et tale dominiũ hominis ad hominẽ in statu innocentiæ fuisset [e], propter duo. Primo, quia homo naturaliter est animal sociale. Vnde homines in statu innocentiæ socialiter vixissent. Socialis autem vita multorum esse non posset, nisi aliquis præsideret qui ad bonum commune intenderet. Multi enim per se intendunt ad multa, vnus vero ad vnum. Et ideo Philos. dicit in princip. Poli. Quandocunque multa ordinantur ad vnum, semper inuenitur vnum vt principale & dirigens. Secundo, quia si vnus homo habuisset super alium supereminentiam scientiæ & iustitiæ, inconueniens fuisset nisi hoc exequeretur in vtilitatem aliorum, secundũ quod dicitur 1. Pet. 4. Vnusquisque gratiam quam accepit, in alterutrum illam administrantes. Vnde Aug. dicit 19. de Ciuita. Dei, quòd iusti non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, hoc naturalis ordo præscribit, ita Deus hominem condidit. Et per hoc patet responsio ad omnia obiecta, quæ procedunt de primo modo dominij.

QVAESTIO NONAGESIMASEPTIMA, de His, quæ pertinent ad statum primi hominis quantum ad indiuidui conseruationem, in quatuor Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quæ pertinent ad statum primi hominis secundũ corpus. Et primo quantum ad conseruationem indiuidui. Secundo, quãtum ad conseruationem speciei. ¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum homo in statu innocentiæ esset immortalis. ¶Secundo, vtrum esset impassibilis. ¶Tertio, vtrum indigeret cibis. ¶Quarto, vtrum per lignum vitæ immortalitatem consequeretur.

ARTICVLVS I.

a ¶Vtrum homo in statu innocentiæ esset immortalis.

485 2. dist. 19. q. 2. ar. 4. Et mal. q. 5. articulo 5. cor.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo in statu innocẽtię, nõ erat immortalis. Mortale enim ponitur in diffinitione hominis. Sed remota diffinitione aufertur diffinitum, ergo si homo erat, nõ poterat esse immortalis.

¶Præterea, Corruptibile & incorruptibile genere differunt, vt dicitur in decimo Metaph. Sed eorum quæ differunt genere, non est transmutatio inuicem. Si ergo primus homo fuit incorruptibilis, non posset homo in statu isto esse corruptibilis.

¶Præterea, Si homo in statu innocentiæ fuit immortalis, aut hoc habuit per naturam, aut per gratiam. Sed non per naturam. Quia cum natura eadem maneat secundum speciem, nunc quoque esset immortalis. Similiter nec per gratiam. Quia primus homo gratiã per pœnitentiam recuperauit, secundum illud Sapi. 10. Eduxit illũ à delicto suo. Ergo immortalitatem recuperasset. Quod patet esse falsum. Non ergo homo erat immortalis in statu innocentiæ.

¶Præterea, Immortalitas promittitur homini in præmium, secundum illud Apost. 21. Mors vltra non erit. Sed homo non fuit conditus in statu præmij, sed vt præmium mereretur. Ergo homo in statu innocentiæ non fuit immortalis.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur ad Roma. 5. quòd per peccatum intrauit mors in mundum. Ergo ante peccatum homo erat immortalis.

CONCLVSIO.

¶Homo in statu innocentiæ non natura, vel gratia, sed sic immortalis fuisset, vt sibi immortalitatem non peccando præstare potuerit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid potest dici incorruptibile tripliciter. Vno modo ex parte materiæ, eo scilicet q vel non habet materiam, sicut Angelus, vel habet materiam, qua nõ est in potentia nisi ad vnam formam, sicut corpus cæleste. Et hoc dicitur secundum naturã incorruptibile [e]. Alio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte formæ, quia scilicet rei corruptibili per naturam inhæret aliqua dispositio, per quam totaliter à corruptione prohibetur. Et hoc dicitur incorruptibile secundum gloriam. Quia vt dicit Augus. in epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius beatitudine redundet in corpus plenitudo sanitatis & incorruptionis vigor. Tertio modo dicitur aliquid incorruptibile ex parte causæ efficientis. Et hoc modo homo in statu innocentiæ fuisset incorruptibilis & immortalis. Quia (vt Aug. dicit in lib. de Quæstio. no. & vete. testa.) Deus enim hominem fecit, qui quandiu non peccaret, immortalitate vigeret, vt ipse sibi autor esset aut ad vitam, aut ad mortem. Non enim corpus eius erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo exigentem, sed inerat animæ vis quædam supernaturaliter diuinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præseruare, quandiu ipsa Deo subiecta mansisset. Quod rationabiliter factum est. Quia enim anima rationalis excedit proportionem corporalis materiæ, vt suprà dictum est, conueniens fuit, vt in principio ei virtus daretur, per quã corpus conseruare posset supra naturam corporalis materiæ.

¶AD PRIMVM ergo & secundum dicendum, quòd rationes illæ procedunt de incorruptibili & immortali per naturam.

¶Ad tertium dicendum, quòd vis illa præseruandi corpus à corruptione non erat animæ humanæ naturalis, sed per donum gratiæ. Et quamuis gratiam recuperauerit ad remissionem culpæ, & meritum gloriæ, non tamen ad amissæ immortalitatis effectum. Hoc enim reseruabatur Christo, per quem naturæ defectus in melius reparandus erat, vt infrà dicetur.

¶Ad quartum dicendum, quòd differt immortalitas gloriæ, quæ promittitur in præmium, ab immortalitate quæ fuit homini collata in statu innocentiæ.

ARTICVLVS II.

a ¶Vtrum homo in statu innocentiæ fuisset passibilis.

485 2. dist. 19. artic. 3. & di. 23. q. 1. arti. 3. ad... Et dis. 19. arti. 3. co.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd homo in statu innocẽtiæ fuisset passibilis. Sentire enim est pati quoddam. Sed homo in statu innocentiæ fuisset sensibilis. Ergo fuisset passibilis.

¶Præterea, Somnus passio quædam est. Sed homo in statu innocentiæ dormiuisset, secundum illud Genesis secundo, Immisit Deus soporem in Adam, ergo fuisset passibilis.

¶Præterea, Ibidem subditur, quòd tulit vnam de costis eius. Ergo fuisset passibilis etiam per abscisionem partis.

¶Præterea, Corpus hominis molle fuit. Sed molle naturaliter passiuum est à duro. Ergo si corpori primi hominis obuium fuisset aliquod corpus durum, ab eo passus fuisset. Et sic primus homo fuit passibilis.

¶SED CONTRA est, quia si fuisset passibilis, fuisset corruptibilis. Quia passio magis facta abiicit à substantia.

CONCLVSIO.

¶Homo in statu innocentiæ impassibilis fuit passionibus, quæ secundum corruptionem sunt, passibilis autem secundum passiones perfectiuas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd passio dupliciter dicitur [e]. Vno modo proprie. Et sic pati dicitur quod à sua naturali dispositione remouetur. Passio enim est effectus actionis. In rebus autem naturalibus contraria agunt & patiuntur adinuicem, quorum vnum remouet alterum à sua naturali dispositione. Alio modo dicitur passio communiter secundum quancunq; mutationem, etiam si pertineat ad perfectionem naturæ, sicut intelligere vel sentire dicitur pati quoddam. Hoc igitur secundo modo homo in statu innocẽtiæ passibilis erat, & patiebatur, & secundum animam & secundum corpus. Primo autem modo dicta passione erat impassibilis, & secundum animam & secundum corpus, sicut & immortalis. Poterat enim passionem prohibere, sicut & mortem, si absque peccato perstitisset

videtur sibi quòd innocentia excluderet omne pati proprie dictum. Et posset pro eo argui, quia omne agens in agendo repatitur, sed corpus hominis agebat in cibum, ergo repatiebatur ab eo, ergo non excluditur omnis passio proprie à statu innocentiæ. Ad hoc dicetur inferius in sequenti articulo in responsione ad secundum.

a ¶Super Quæstionis nonagesimæoctauæ Articulum tertium.

Commẽt. Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo ponitur differentia inter statum innocentię & resurrectionis. Et in differentia proponitur conclusio responsiua quæsito, Secundo probatur vtraque pars differentiæ.

¶Quo ad primum differentia est inter vtrunque statum, quia in statu innocentiæ erat vita animalis egens alimento, in statu futuro erit vita spiritualis non egens alimentis, prima enim pars differentiæ est conclusio responsiua quæsito affirmatiue.

¶Quo ad secundum probatur vtraque pars sic, Anima humana est anima & spiritus, ergo vt anima congruebat primo statui, ergo secundum id quod conuenit omni animato, ergo secundum opera partis vegetatiuæ alere, augere, generare, &c. Et rursus, ergo & spiritus conuenit vltimo statui, ergo secundum id quod est proprium ei, ergo secundum immortalitatem, impassibilitatem, gloriam, &c. igitur in primo statu erat animalis cum alimentis, in vltimo spiritualis sine eis. Antecedens est per se notum. Prima consequentia probatur autoritate Genesis primo, Factus est homo in animam viuentem, & fundatur super ratione, quia primum primo respondere debet. Secunda vero probatur, quia anima vt anima communis est omni viuenti. Tertia vero probatur, quia primum in omni viuente apud nos est pars vegetatiua. Aliæ consequentiæ ex alia parte patent per locum ab opposito.

Annot. ¶In responsione ad primum nota vltima verba, Et ne totaliter consumeretur, ex hoc enim insinuatur, quòd aliqua deperditio humidi fiebat in illo statu, de qua vide in articulo sequẽti.

Annot. ¶In responsione ad secundum nota duas responsiones, primam, quòd corpus hominis non patiebatur in nutritione, secundam, quòd patiebatur, sed perfectiue. Prima saluatur quo ad repassionem qua omne agens repatitur, & hoc propter virtutem animæ. Secunda, Id passionis quod accidit corpori ex nutriri quicquid sit illud, manifestat quale sit ex hoc ipso quo dicit, quale esset pati, si nutriri consisteret in pati. Vnde in materia sequentis articuli notandæ sunt ambæ, & sic solutum est dubium præcedentis articuli.

perstitisset. Et per hoc patet responsio ad duo prima. Nam sentire & dormire non remouent hominem à naturali dispositione, sed ad bonum naturæ ordinantur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est [e], costa illa fuit in Adam, inquantum erat principium humani generis, sicut semen in homine, inquantum est principium per generationem. Sicut igitur decisio seminis non est cum passione quæ remoueat hominem à naturali dispositione, ita etiam est dicendum de separatione illius costæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd corpus hominis in statu innocentiæ poterat præseruari, ne pateretur læsionem ab aliquo duro, partim quidem per propriam rationem, per quam poterat nociua vitare partim etiam per diuinam prouidentiam, quæ sic ipsum tuebatur vt nihil ei occurreret ex improuiso, à quo læderetur.

ARTICVLVS III.

a ¶Vtrum homo in statu innocentiæ indigebat cibis.

486 2. dist. 19. arti. 2. ad 2. & 3. Et 4. cõtra c. 82. col. 5. Et mal. q. 5. ar. 5. ad 8. & 9. Et opusc. 3. ca. 133.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd homo in statu innocentiæ non indigebat cibis. Cibus enim necessarius est homini ad restaurationem deperditi. Sed in corpore Adæ nulla fiebat deperditio, quia incorruptibile erat. Ergo non erat ei cibus necessarius.

485

¶Præterea, Cibus est necessarius ad nutriendum. Sed nutritio non est sine passione. Cum ergo corpus hominis esset impassibile [e], non erat ei cibus necessarius, vt dicitur.

¶Præterea, Cibus dicitur esse nobis necessarius ad vitæ conseruationem. Sed Adam aliter vitam poterat conseruare: Quia si non peccaret, non moreretur. Ergo cibus non erat ei necessarius.

¶Præterea, Ad sumptionem cibi sequitur emissio superfluitatum, quæ habent quandam turpitudinem non conuenientem dignitati primi status. Ergo videtur quòd homo in primo statu cibis non vteretur.

¶SED CONTRA est quòd dicitur Genesis secundo, De omni ligno quod est in paradiso, comedetis.

CONCLVSIO.

¶Homo in statu innocentiæ cum vitæ animalis fuerit, in resurrectione vero futurus sit vitæ spiritualis, indiguit in illo statu cibis & alimentis, quibus in futuro non vtetur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd homo in statu innocentiæ habuit vitam animalem cibis indigentem. Post resurrectionem vero habebit vitam spiritualem cibis non indigentem. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd anima rationalis & anima est, & spiritus. Dicitur autem esse anima secundum illud quod est sibi commune & aliis animabus, quod est vitam corpori dare. Vnde dicitur Genesis secundo, Factus est homo in animam viuentem, id est vitam corpori dantem. Sed spiritus dicitur secundum illud quod est proprium sibi, & non aliis animabus, quòd scilicet habeat virtutem intellectiuam immaterialem. In primo igitur statu anima rationalis communicabat corpori id quod competit ei inquantum est anima. Et ideo corpus illud dicebat animale, inquantum, scilicet habebat vitam ab anima. Primum autem principium vitæ in istis inferioribus, vt dicitur in libro de Anima, est anima vegetabilis, cuius opera sunt alimento vti, & generare, & augeri. Et ideo hæc opera homini in primo statu competebant. In vltimo vero statu post resurrectionem anima communicabit quodammodo corpori ea, quæ sunt sibi propria, inquantum est spiritus. Immortalitatem quidem quantum ad omnes, impassibilitatem vero & gloriam & virtutem, quantum ad bonos, quorum corpora spiritualia dicentur. Vnde post resurrectionem homines cibis non indigebunt. Sed in statu innocentiæ eis indigebant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicit Augusti. in libro de Quæstio. ve. & no. test. Quomodo immortale corpus habebat quòd cibo sustentabatur: immortale enim non eget esca neque potu. Dictum est enim suprà [e], quòd immortalitas primi status erat secundum vim quandam supernaturalem in anima residentem, non autem secundum aliquam dispositionem corpori inhærentem. Vnde per actionem caloris aliquid de humido illius corporis poterat deperdi. Et ne totaliter consumeretur, necesse erat per assumptionem cibi homini subueniri.

¶Ad secundum dicendum, quòd in nutritione est quædam passio & alteratio, scilicet ex parte alimenti, quod conuertitur in substantiam eius quod alitur. Vnde ex hoc non potest concludi quòd corpus hominis fuerit passibile, sed quòd cibus assumptus erat passibilis. Quamuis etiam talis passio esset ad perfectionem naturæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd si homo sibi non subueniret de cibo, peccaret, sicut peccauit sumendo vetitum cibum. Simul enim sibi præceptum fuit, vt à ligno scientiæ boni & mali abstineret, & vt de omni alio ligno paradisi vesceretur.

¶Ad quartum dicendum, quòd quidam dicunt quòd homo in statu innocentiæ non assumpsisset de cibo nisi quantum fuisset ei necessarium. Vnde non fuisset ibi superfluitatum emissio. Sed hoc irrationale videtur, quòd in cibo assumpto non esset aliqua fæculentia, quæ non esset apta vt conuerteretur in hominis nutrimentum. Vnde oportebat superfluitates emitti. Tamen fuisset diuinitus prouisum, vt nulla ex hoc indecentia esset.

ARTICVLVS IIII.

a ¶Vtrum homo in statu innocentiæ per lignum vitæ immortalitatem consequutus fuisset.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd lignum vitæ non poterat esse causa immortalitatis. Nihil enim potest agere vltra suam speciem. Effectus non excedit causam. Sed lignum vitæ erat corruptibile, alioquin non potuisset in nutrimentum assumi, quia alimentum conuertitur in substantiam nutriti, vt dictum est [e]. Ergo lignum vitæ incorruptibilitatem seu immortalitatem conferre non poterat.

a ¶Super Quæstionis nonagesimæoctauæ Articulum quartum.

Commen. Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio responsiua bimembris, Lignum vitæ causabat immortalitatem quodammodo, non simpliciter. Primo probatur quo ad primam partem, quia habebat vim fortificatiuam virtutis specificę contra defectum prouenientem ex admixtione extranei. Declaratur hoc distinguendo duplicem defectum in corpore nutribili, scilicet deperditionem humidi, & debilitationem virtutis ex admixtione, vt patet ex primo de generatione. Deinde probatur duplici autoritate August. Secundo probatur quo ad secundam partem dupliciter. Tum quia virtus animæ non inerat à ligno vitę. Tum quia virtus finita nõ potest causare effectum durationis infinitę. Probatur, quia quanto maior est virtus, tanto imprimit durabiliorem effectum. Virtus autẽ ligni vitæ sicut cuiusque corporis finita erat, ergo. Tertio declaratur modus, quo verificatur vtraque pars, & est cõseruatio per lignum vitæ vsq; ad certum tẽpus, & deinde aut iterata comestione iterum conseruaretur, &c. aut translatus fuisset in vitam spiritualem, qualis erit post resurrectionẽ. Circa vtrũque istorum defectuum dubiũ occurrit, quoniã si in statu innocentiæ vterq; fuisset, iam fuisset ibi passio proprie dicta, deperditio siquidem humidi cũ fiat actione calidi, manifeste in passione proprie dicta cõsistit. Debilitatio quoque virtutis ex admixtione extranei aperte naturam remouet à naturali suo robore, igitur, & cętera. 484

¶Num ligno vitæ immortalitas homini præstaretur.

Quæstio. ¶Circa effectũ ligni vitæ dubium occurrit ex Sco. in 2. dist. 19. q. 1. Arguit enim contra hoc q lignum vitę erat conseruatiuum virtutis specificæ, & causabat immortalitatẽ. Et mouetur tali ratione, Vis conuersiua alimẽti in Adam, etiam conuertendo lignum vitæ in substantiam suam, debilitabat aliquantulũ, quia omne agens Philosophicum agendo debilitatur, & patet in exemplo Arist. 1. de Generatione, de vino, cui apponitur aqua, ergo secũda vice iterum debilitaretur, & sic tandem defecisset. Num ergo poterat hoc modo immortalitas haberi, & cætera.

¶Ad primum dubiũ videtur mihi distinguendum, & dicendũ de primo defectu, quòd fuisset actu, sed non sub ratione defectus, secundus autẽ fuisset tantum in potentia. Ad cuius euidẽtiam notandum est, quòd passio proprie dicta pro tãto statui innocentiæ repugnabat, pro quanto corpus hominis à naturali dispositione remouebat, & non absolute. Et propterea notãter in litera articu. 2. descripta fuit passio non per corruptionem absolute, sed per remotionẽ corporis à naturali dispositione. Vnde siqua abiectio cõtrarij esse potuit absque remotione corporis humani à naturali dispositione sua hoc non repugnabat statui innocentiæ. Nec propterea corpus humanũ dicebatur proprie pati, eo q ipsum nihil perdebat naturalis dispõnis, quãuis aliquid eius, puta humidũ, pateretur proprie. In pposito autẽ inter deperditionẽ humidi & debilitationẽ virtutis tantũ interest, q deperditio humidi non necessario remouet corpus à naturali dispõne, vt patet in pueris, imò talis passio est ad pfectionẽ naturæ, vt in rñsione ad secundũ in pręcedẽti arti. S. T. dixit. Debilitatio autẽ virtutis manifeste naturã à sua naturali integritate remouet. Vnde eadẽ rõne opponit statui innocẽtiæ, qua senectus, quæ in

487 2. dist. 19. ar. 5. ad 5. & 6. Et 3. di. 16. q. 1. ar. 3. ad 5. Et mal. q. 5. ar. 5. ad 8. et 9.

b 486

quę in tali debilitate cōsistit. Vnde cum in litera dicitur, ꝙ lignum vitæ occurrebat huic defectui, interpretandum est non qui fuit, sed qui fuisset nisi lignum vitæ præuenisset, ita quòd succurrebat huic defectui præueniendo, non restaurando, vt Sco. intellexit, & sic nullum inconueniens sequitur.

¶Ad secundum dubium dicitur, quòd vt patet ex dictis etiam recitatis ab ipso Scoto, causam immortalitatis ponit litera duplicem, alteram ex parte animæ, & alteram ex parte corporis. Ex parte animæ vim quandam, qua corpus agendo in nutrimentum non repatiebatur ab eo. Alteram ex parte corporis, & ista est lignum vitæ, habens virtutem conseruandi ad certum longū tempus. Vnde iungendo has duas causas simul ex sumptione ligni vitę nulla debilitatio sequebatur, quamuis debilitatio in nobis sequeretur ex ligno illo, vnde non viuerem⁹ immortales per illud, sed longo valde tempore. Propter quam diuturnitatē dictum est, eiiciendo Adam, Ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum, iuxta morem Scripturæ, quo vocantur diuturna ęterna, vt mōtes æterni.

a ¶*Super Quæstionis nonagesimæoctauæ Articulum primum.*

Comment. Titulus clarus.

¶In corpore vna cōclusio responsiua quæsito. In statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationē generis humani. Probatur dupliciter, primo ducendo ad incōueniens, quòd peccatum fuisset necessariū valde propter tantū bonum. Secundo, Homo est secundum animam incorruptibilis, & secūdum corpus corruptibilis, ergo est medium secundum naturam inter creaturas corruptibiles & incorruptibiles, ergo ex parte corporis conuenit naturaliter generatio, ex parte animæ, quòd multitudo indiuiduorum sit per se intenta. Ergo ad multiplicationem humani generis, etiam in statu innocentiæ, statuta est generatio. Antecedens supponitur, & prima consequentia est clara. Secunda vero quo ad vtrāque partem & declaratur & probatur ex differentia inter creaturas corruptibiles, & incorruptibiles in hoc, quòd corruptibiles non sunt per se intentę secundum indiuidua, sed secundum speciem, incorruptibiles vero & secundum indiuidua & secūdum speciem. Quæ differētia probatur ex hoc, quòd intentio naturæ per se est ad perpetuum & non ad temporale. Probatur, ducendo ad

383

¶Præterea, Effectus qui causantur à virtutibus plantarum & aliarum naturalium rerum, sunt naturales. Si ergo lignum vitæ immortalitatem causasset, fuisset illa immortalitas naturalis.

¶Præterea, Hoc videtur redire in fabulas antiquorum, qui dixerunt quòd dij qui comedebant de quodam cibo, facti sunt immortales. Quos irridet Philosophus in 3. meta.

¶SED CONTRA est quod dicitur Genes. 3. Ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.

¶Præterea, Augu. in lib. de quæst. ve. & no. te. dicit, Gustus arboris vitæ corruptionem corporis inhibebat. Denique & post peccatum potuit insolubilis manere si permissum esset illi edere de arbore vitæ.

CONCLVSIO.

¶In statu innocentiæ per lignum vitæ consecutus fuisset homo immortalitatem non simpliciter, sed secundum quid.

¶RESPONDEO dicendum, quòd lignum vitæ quodammodo immortalitatem causabat, non autem simpliciter. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd duo remedia ad conseruationem vitæ habebat homo in primo statu contra duos defectus. Primus enim defectus est deperditio humidi per actionem caloris naturalis, qui est animæ instrumentum. Et contra hunc defectum subueniebatur homini per esum aliorum lignorum paradisi, sicut & nunc subuenitur nobis per cibos quos sumimus. Secundus autem defectus est, quia, vt Philosophus dicit 1. de generatione, illud quod generatur ex aliquo extraneo, adiunctum ei quod prius erat humido præexistenti, imminuit virtutem actiuam speciei, sicut aqua adiuncta vino, primo quidem conuertitur in saporem vini, sed secundum quòd magis & minus additur, diminuit vini fortitudinem. Et tandem vinum fit aquosum. Sic igitur videmus quòd in principio virtus actiua speciei est adeo fortis, quòd potest conuertere de alimento non solum quod sufficit ad restaurationem deperditi, sed etiā quod sufficit ad augmentum. Postmodum vero quod aggeneratur, non sufficit ad augmentum, sed solum ad restaurationem deperditi. Tandem vero in statu senectutis, nec ad hoc sufficit. Vnde sequitur decrementum, & finaliter dissolutio corporis[e]. Et contra hunc defectum subueniebatur homini per lignum vitæ. Habebat enim virtutem fortificandi virtutem speciei contra debilitatem prouenientem ex admixtione extranei. Vnde Augustin. dicit in decimaquarto, de Ciuitate Dei, quòd cibus aderat homini ne esuriret, potus ne sitiret, & lignum vitæ ne senectus eum dissolueret. Et in libro de quæsti. ve. & no. te. dicit, quòd vitæ arbor medicinæ modo corruptionem hominum prohibebat. Non tamen simpliciter immortalitatem causabat, quia neque virtus, quæ inerat animæ ad conseruandum corpus, causabatur ex ligno vitæ. Neque etiam poterat immortalitatis dispositionem corpori præstare, vt nunquam dissolui posset. Quod ex hoc patet, quia virtus cuiuscunque corporis est finita. Vnde non poterat virtus ligni vitæ ad hoc se extendere, vt daret corpori virtutem durandi tempore infinito, sed vsque ad determinatum tempus. Manifestum est enim, quòd quanto aliqua virtus est maior, tanto imprimit durabiliorem effectum. Vnde, cum virtus ligni vitæ esset finita, semel sumptum præseruabat à corruptione vsque ad determinatum tempus, quo finito, vel homo translatus fuisset ad spiritualem vitam, vel indiguisset iterum sumere de ligno vitæ. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primæ rationes concludunt quòd non causabat incorruptibilitatem simpliciter. Aliæ vero concludunt quòd causabat incorruptibilitatem impediendo corruptionem secundum modum prædictum[e].

QVAESTIO NONAGESIMAOCTAVA, de Pertinentibus ad conseruationem speciei, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his quæ pertinent ad conseruationem speciei. Et primo de ipsa generatione. ¶Secundo de conditione prolis genitæ. ¶Circa primum quæruntur duo. ¶Primo, vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio. ¶Secundo, vtrum fuisset generatio per coitum.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum in statu innocentiæ fuisset generatio.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd in statu innocentiæ non fuisset generatio. Generatio enim corruptio est contraria, vt dicitur in sexto physi. Contraria autem sunt circa idem. In statu autem innocentiæ non fuisset corruptio. Ergo neque generatio. 488 2. dist. 20. q. 1. art.

¶Præterea, Generatio ordinatur ad hoc quòd conseruetur in specie, quod secundum indiuiduum conseruari non potest. Vnde & in illis indiuiduis quæ in perpetuum durant, generatio non inuenitur. Sed in statu innocentiæ homo in perpetuum absque morte vixisset. Ergo in statu innocentiæ generatio non fuisset.

¶Præterea, Per generationem homines multiplicantur. Sed multiplicatis dominis necesse est fieri possessionum diuisionem ad euitandam confusionem dominij. Ergo cum homo sit institutus dominus animalium, facta multiplicatione humani generis per generationem, secuta fuisset diuisio dominij. Quod videtur esse contrarium iuri naturali, secundum quod omnia sunt communia, vt Isid. dicit, Non ergo fuisset generatio in statu innocentiæ.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Genesis primo, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Huiusmodi autem multiplicatio absque noua generatione fieri non potuisset, cum duo tantum fuerunt primitus instituti. Ergo in primo statu generatio fuisset.

CONCLVSIO.

¶Ad Humani generis multiplicationem in statu innocentiæ actum generationis fuisse, conueniens fuit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in statu innocentiæ fuisset generatio ad multiplicationem humani generis, alioquin peccatum hominis fuisset valde necessarium, ex quo tantum bonum consecutum est. Est ergo considerandum, quòd homo secundum suam naturam est constitutus quasi medium quoddam inter creaturas corruptibiles, & incorruptibiles. Nam anima eius est naturaliter incorruptibilis[e], corpus vero naturaliter corruptibile[e]. 367

Est autem considerandum quòd alio modo intentio naturæ fertur ad corruptibiles, & incorruptibiles creaturas. Id autem per se videtur esse de intentione naturæ, quod est semper & perpetuum. Quod autem est solum secundum aliquod tempus, non videtur esse principaliter de intentione naturæ, sed quasi ad aliud ordinatum, alioquin eo corrupto, naturæ intentio cassaretur. Quia igitur in rebus corruptibilibus nihil est perpetuum & semper manens nisi species, bonum speciei est de principali intentione naturæ[e], ad cuius conseruationem naturalis generatio ordinatur. Substantiæ vero incorruptibiles manent semper non solum secundum speciem, sed etiam secundum indiuidua, & ideo etiam ipsa indiuidua sunt de principali intentione naturæ. Sic igitur homini ex parte corporis, quod corruptibile est secundum naturam suam, competit generatio. Ex parte vero animæ, quæ incorruptibilis est, competit ei quòd multitudo indiuiduorum sit per se intenta à natura, vel potius à naturæ autore, qui solus est humanarum animarum creator. Et ideo ad multiplicationem humani generis generationem in humano genere statuit, etiam in statu innocentiæ.

484 145 a 416 264

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ corpus hominis in statu innocentiæ quantum erat de se, corruptibile erat, sed potuit præseruari à corruptione per animam. Et ideo non fuit homini subtrahenda generatio, quæ debetur corruptibilibus rebus. ¶Ad secundum dicendum, ꝙ generatio in statu innocentiæ, etsi non fuisset propter conseruationem speciei, fuisset tamen propter multiplicationem indiuiduorum.

inconueniens, quia alioquin cessaret intentio naturæ temporali deficiente. Ex hac autem differentia implicite habetur alia, quòd in rebus corruptibilibus generatio est naturaliter instituta propter speciem, quia ipsa sola est perpetua, in incorruptibilibus non oportuit generationem esse. Ex his autem manifeste patet consequentia quo ad vtranque partem, & clarum est.

¶Num inconueniens fuerit præcessisse peccatum propter multiplicationem humani generis.

¶Sed sunt

Quęstio. ¶Sed sunt hic quędā dubia. Primo circa primā ꝓbationē, qm̄ illud qđ īfert' ꝑ incōuenienti, nō est incōueniēs, ꝓsertim secū dū doctrinā S. T. qm̄ incarnatio filij Dei, quę est maximū bonū, ex pctō cōsecuta est, ita ꝙ pctm̄ fuit ad hoc necessarium iuxta illud Greg. ô certe necessariū Adæ peccatū, &c. Ergo multo min⁹ est incōueniens ꝙ ꝑp bonū multiplicatiōis humanę fuerit pctm̄ necessarium.

¶Ad hoc breuiter dupl'r respōdet'. Primo, ꝙ bona sunt duplicis ordinis. Quędā supponētia malū, vt pœnitētia, patiētia, martyriū, &c. quędā ꝟo oīfariā bona. Et ad prima qđē opus est esse mala, ad scđa vero oportere fieri mala īcōueniēs est. Multiplicatio aūt humani gn̄is est de gn̄e bonorū oīquaq; ꝑtinet em̄ ad ipsam pfectionē specificā, incarnatio autē verbi Dei, quāuis scđm se sit et bonum oīquaq; & ideo simpl'r nō oportebat occasionari ex pctō, vt tn̄ reuelata est nobis ꝑ scđos, est de gn̄e bonorū supponētiū mala, qm̄ reuelata est nonnisi vt redēptrix, ac ꝑ hoc captiuorū, ac ꝑ hoc peccatorum, &c. & hoc ex ordinatione diuina, quantum scimus.

¶Scđo dicit', ꝙ aliud est loq de qualitate boni, & aliud de quātitate. Quāuis em̄ ad tale bonū possit opportunū esse pctm̄, nō tn̄ ad tm̄, qm̄ si bonū aliqđ extat absq; peccato, incōueniēs est ꝙ quātitas eius pctō egeat, sic autē est in ꝓposito. Qm̄ multiplicatio gn̄is humani, supposito iā hoīe in statu innocētiæ, dicit maiorītatē boni, stando infra limitē humanę bonitatis, & nō plus. Incarnatio aūt filij Dei eleuat naturā in aliā boni rōnē, & ideo hic dicit tale bonū, quāuis maximū, multiplicatio vero dicit tm̄ bonū. Vn̄ ī litera notāter dicit, incōueniēs esse tm̄ bonū cōseq. ex peccato.

Annot. ¶Circa ꝓbationē, ꝙ tpale nō sit ꝑ se de intētione naturæ, dubiū occurrit, qa non videt' valere, qm̄ nō sequit' ꝙ illo cessante cessaret naturæ intētio, sed ꝙ cōpleta fuerit. Ad hoc breuiter dicit', ꝙ cū præsens sermo nō sit de natura particulari huius agentis, puta Sortis aut Pla. qm̄ cōstat, talia agētia vt sic particularia per se facere & intendere, vt patet 12. meta. tex. 11. sed de natura vniuersali, cōsequēs est ꝙ rō adducta efficax sit. Qm̄ si vniuersalis naturæ intentio ad corruptibile per se intēderet, ex vna parte illo desinēte, naturæ vniuersalis intētio nō amplius saluaret', & ex alia parte, qa est vniuersalis, ac per hoc intēdens ad vniuersale bonū. Ergo intentio cassa, vana, frustráq; est, nihil em̄ cōferre poterit vniuerso corrupto illo particulari per se intēto.

Annot. ¶Circa rōnē allatā in litera ꝓ cōclusiōe aduerte

¶Ad tertium dicendum, quòd in statu isto multiplicatis Dominis, necesse est fieri diuisionem possessionum, quia communitas possessionis est occasio discordiæ, vt Philosophus dicit in 2. Polit. Sed in statu innocentiæ fuissent voluntates hominum sic ordinatæ, quòd absque omni periculo discordiæ communiter vsi fuissent, secundum quod vnicuique eorum competeret rebus, quæ eorum dominio subdebantur, cum hoc etiam modo apud multos bonos viros obseruetur.

ARTICVLVS II.

a *¶Vtrū in statu innocētiæ fuisset generatio per coitū.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in statu innocentiæ nō fuisset generatio per coitum. Quia, vt Damasce. dicit, Primus homo erat in paradiso terrestri, sicut angelus quidam. Sed in futuro resurrectionis statu, quando erunt homines Angelis similes, neque nubent, neque nubentur, vt dicitur Matth. 22. Ergo neque in paradiso fuisset generatio per coitum. 489 2. dist. 20. q. 1. art. 2.

¶Præterea, Primi homines in perfecta ætate condidi fuerunt. Si igitur in eis ante peccatum generatio fuisset per coitum, fuissent etiam in paradiso carnaliter coniuncti. Quod patet esse falsum secundum Scripturam.

¶Præterea, In coniunctione carnali maxime efficitur homo similis bestiis, propter vehementiam delectationis. Vnde etiam cōtinentia laudatur, per quam homines ab huiusmodi delectationibus abstinent. Sed bestiis homo comparatur propter peccatum, secundū illud Psal. Homo cum in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumentis insipiētibus, & similis factus est illis. Ergo ante peccatum nō fuisset maris & fœminæ carnalis cōiūctio.

¶Præterea, in statu innocentiæ nulla fuisset corruptio. Sed per coitum corrumpitur integritas virginalis. Ergo coitus in statu innocentiæ non fuisset.

¶SED CONTRA est, quòd Deus ante peccatum masculum & fœminam fecit, vt dicitur Gen. 1. & 2. Nihil autem est frustra in operibus Dei. Ergo etiam si homo non peccasset, fuisset coitus, ad quem distinctio sexuum ordinatur.

¶Præterea, Gen. 2. dicitur. Mulier est facta in adiutorium viri. Sed non ad aliud nisi ad generationem, quæ fit per coitum, quia ad quodlibet aliud opus conuenientius adiuuari posset vir per virum quā per fœminam. Ergo in statu innocētiæ fuisset generatio per coitū.

CONCLVSIO.

¶In statu innocentiæ consummatum fuisset generationis opus non virtute diuina, sed per coitum coniunctione maris & fœminæ, sed nulla in actu illo adfuisset immoderata concupiscentia.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam antiquorum doctorum considerantes concupiscentiæ fœditatem quæ inuenitur in coitu in isto statu, posuerunt quòd in statu innocentiæ non fuisset generatio per coitum. Vnde Grego. Nice. dicit in lib. quem fecit de homine, quòd in paradiso aliter fuisset multiplicatum genus humanum, sicut multiplicati sunt angeli absque concubitu per operationem diuinæ virtutis. Et dicit quòd Deus ante peccatum fecit masculum & fœminam, respiciens ad modum generationis, qui futurus erat post peccatum, cuius Deus præscius erat. Sed hoc non dicitur rationabiliter. Ea enim, quæ sunt naturalia homini neque subtrahuntur, neque dantur homini per peccatum. Manifestum est autem quòd homini secundum animalem vitam, quam etiam ante peccatum habebat, vt suprà dictum est[e], naturale est generare per coitum, sicut & cæteris animalibus perfectis. Et hoc declarant naturalia membra ad hunc vsum deputatā. Et ideo non est dicendum, quòd vsus horum membrorum naturalium non fuisset ante peccatum, sicut & cæterorum membrorum. Sunt igitur in coitu duo consideranda secundum præsentem statum. Vnum, quod naturæ est, scilicet coniunctio maris & fœminæ ad generandum. In omni enim generatione requiritur virtus actiua & passiua. Vnde cum in omnibus in quibus est distinctio sexuum, virtus actiua sit in mare, virtus vero passiua in fœmina, naturę ordo exigit, vt ad generandum conueniant per coitum mas & fœmina. Aliud autem quod considerari potest, est quædam deformitas immoderatæ concupiscentiæ, quæ in statu innocentiæ non fuisset, quando inferiores vires omnino rationi subdebantur. Vnde Aug. dicit in 14. de Ciui. Dei, Absit vt suspicemur non potuisse prolem fieri sine libidinis morbo. Sed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra quo cætera, & sine ardore & illecebroso stimulo, cum tranquillitate animæ & corporis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in paradiso fuisset sicut angelus per spiritualem mentem, cum tamen haberet vitam animalem quātum ad corpus. Sed post resurrectionem erit homo similis angelo spiritualis effectus & secundum animam & secundum corpus. Vnde non est similis ratio.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augu. dicit 9. super Gen. ad literam. Ideo primi parentes in paradiso non coierunt, quia formata muliere post modicum propter peccatum de paradiso eiecti sunt. Vel quia expectabatur diuina autoritas ad determinatum tēpus cōmixtionis, à qua acceperunt vniuersale mādatū.

¶Ad tertium dicendum, quòd bestiæ carent ratione. Vnde secundū hoc homo in coitu bestialis efficitur, quia delectationem coitus & feruorem concupiscentiæ ratione moderari non potest. Sed in statu innocentię nihil huiusmodi fuisset, quod ratione non moderaretur, nō quia esset minor delectatio secundum sensum, vt quidam dicūt (fuisset enim tanto maior delectatio sensibilis, quāto esset purior natura, & corpus magis sensibile) sed quia vis concupiscibilis non ita inordinate se extulisset super huiusmodi delectatione regulata per rationem. Ad quā non pertinet vt sit minor delectatio in sensu, sed vt vis concupiscibilis non immoderate delectationi inhæreat. Et dico immoderate, propter mensuram rationis. Sicut sobrius in cibo moderate assumpto non minorem habet delectationem quàm gulosus, sed animus eius concupiscibilis super huiusmodi delectatione requiescit. Et hoc sonant verba Aug. quæ à statu innocentiæ non excludunt magnitudinem delectationis, sed ardorem libidinis, & inquietudinem animi. Et ideo continentia in statu innocentiæ non fuisset laudabilis, quæ in tempore isto laudatur, non propter defectum fœcunditatis, sed propter remotionem inordinatæ libidinis. Tunc autem fuisset fœcunditas absque libidine.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut Augu. dicit 14. de Ciui. Dei, in illo statu nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus vxoris. Ita enim potuit vtero coniugis salua integritate seminis genitalis virile semen immitti, sicut nunc potest eadem integritate salua ex vtero virginis fluxus menstrui cruoris emitti. Vt enim ad pariendum non doloris gemitus, sed naturalis impulsus fœminea viscera relaxaret, sic ad concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius vsus naturam vtranque coniungeret.

mirā subtilitatē pcessus, qa em̄ gn̄atio non est de numero entiū ꝑ se, sed ꝓpter aliud, vt patet, & finis ꝓpri⁹ gn̄ationis sit cōseruatio esse specifici, & in proposito hic finis nō poterat assignari, ꝓspexit in esse specifico rationē finalizādi gn̄ationē, & cū ostēdisset, ꝙ est ꝑpetuitas (vt Ari. expresse secūdo de aīa dixerat, tex. 34.) ostēdit talē rōnē inueniri in singulis indiuiduis humanis ex parte aīæ, ac ꝑ hoc ipsa indiuidua ex ꝑte aīæ ꝑnt esse ꝑ se fines gn̄atiōis, quēadmodū in reliqs ipsa species ꝓpter eandē rōnē, & sic cum gn̄atio naturalis sit, & appareat in hōie, dēpto illo fine s. cōseruatiōe spēi ꝓpter statū innocētię, restat ali⁹ finis, nō alia, sed eadē finalizādi rōne, i. multiplicatio indiuiduorū ꝑpetuorū.

¶Nū multiplicatio numeralis gn̄is humani sit intētus finis gn̄ationis.

Quęstio. ¶Circa finē gn̄atiōis ī statu inocētię assignatū, dubiū occurrit, qm̄ hic expsse dr̄, ꝙ multiplicatio gn̄is hūani est finis ꝑ se itētus, supius aūt in qō. 47. arti. 3. ad scđm expsse tenet, ꝙ nullū agēs intēdit ꝑ se multitudinē numeralē, & ꝓbat, qa est īfinita, quo ergo stāt hæc simul? Ad hoc breuissime dicit', ꝙ hęc dicta si formaliter ꝑspiciant', suā apériūt ꝟitatē. Multitudo n. qdē numeralis repugnat ꝑ se intētiōi, qa nō habet ī se vn̄ possit ꝑ se intēdi, caret enim finitate, sine qua īpossibile est aliqd ꝑ se itēdi, vt patet 2. met. Multitudo aūt numeralis ꝑpetuorū pōt ꝑ se intēdi, qa ex ly ꝑpetuorū, finita conuincit' multitudo, ac ꝑ hoc intēdibilis ꝑ se ipā, cōstat em̄ ꝙ ꝑpetua ꝑ se spectāt ad pfectionē vniuersi. Eorū aūt quæ ꝑ se exigunt' ad itegritatē alicui⁹ finiti, numerū oportet eē taxatū et certū, alioqn nec quātitas toti⁹ eēt certa, siue de quātitate molis, siue pfectionis accipiat', non ergo repugnat multiplicationē īdiuiduorū humanorū ꝑpetuorū ponere ꝑ se intētā, vt finē gn̄ationis, qm̄ vsq; ad certū ꝑdestinatorū numerū cōplēdū erat futura, & non in ꝑpetuū.

a ¶*Super*

QVAESTIO NONAGESIMANONA, de Conditione prolis generandæ quo ad corpus, in duos Articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conditione prolis generandæ. Et primo, quantum ad corpus. Secundo, quantum ad iustitiam. Tertio, quantum ad scientiam. ¶Circa principiū quærūtur duo. ¶Primo, vtrū in statu innocētiæ pueri mox geniti habuissent perfectā virtutem corporeā. ¶Secūdo, vtrū omnes fuissent nati in sexu masculino.

a ¶ Super Quæstionis nonagesimæ octauæ Articulum secundum.

Titulus clarus.

¶ In corpore tria, Primo opinio recitatur Gregorij Niceni. Secundo improbatur. Tertio respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum quatuor refert. Primo quorundam & specialiter Gregorij opinionem q̃ non per coitum. Secundo rationem eius propter fœditatē illius. Tertio, quòd fuisset tamen multiplicatio hominum virtute diuina, sicut Angelorũ. Quarto, exclusio nẽ obiectionis, qm̃ in statu innocentiæ erāt distinctio sexuum, q̃, hoc fecit Deus præsciꝰ futuri casus.

¶ Quo ad secundum reprehenditur opinio hęc, quia naturalia per peccatum neque ablata, neque diminuta sunt, sed hoc est vnum de naturalibus; probatur dupliciter. Primo, quia hoc est naturalę omnibus animalibus perfectis. Secundo ab effectu, quia natura dedit homini membra ad hunc vsum. Incōueniens est autem horũ membrorũ naturalẽ vsum nõ fuisse sicut aliorum.

¶ Quo ad tertium conclusio respõsiua est, Generatio fuisset per coitum quo ad coniunctionem maris & fœminæ; non autem quo ad immoderatā concupiscentiam. Probatur conclusio dupliciter, primo ratione, secundo autoritate, ratio assignatur distinguendo in coitu illa duo, & assignando radices peropriias eorũm, ratio enim coniunctionis est coniunctio virtutis actiuæ cum passiua, ex hac enim probatur prima pars cõclusionis sic, generatio fuisset per applicationem virtutis actiuæ ad passiuam, ergo per coniunctionem maris & fœminæ, probatur sequela, quia vbicunque est distinctio sexuũ, virtus actiua est in mare, & passiua in fœmina. Radix vero immoderatæ concupiscentiæ est inobedientia virium inferiorum ad rationis moderamen, ex qua arguitur sic, In statu illo vires inferiores omnino subdebantur rationi, ergo nõ fuisset coitus quo ad cõcupiscentiam immoderatā, autoritas est Augusti. assignantis etiam modũ, quo scilicet mẽbra alia voluntario vsu applicanꝰ ad sua officia.

a ¶ Super Quæstionis nonagesimænonæ Articulum primum.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio responsiua bimẽbris, Pueri mox nati habuissent virtutem motiuam membrorum sufficientem, non ad quoslibet actus, sed cõuenientes pueritiæ; probatur conclusio sic, Ex natura pueri non habent sufficientem vsum membrorum. Ex autoritate autem Scripturæ, habuissent illum quo ad conuenientia pueritiæ tantum, ergo, &c. In litera primo probatur consequentia ex regula, in naturalibus debemus sequi naturam rei, in supernaturalibus autem autoritatem Scripturæ, quia hæc sola fide tenemus, & autoritate Scripturæ inituntur. Deinde probatur prima pars antecedentis, Homo habet naturaliter cerebrũ maius cæteris animalibus, ergo habet in pueritia neruos non idoneos ad mouẽdum membra, ergo non habet sufficientem naturam mouendi. Antecedẽs patet ex anatomia, &c. intellectum proportionaliter ad corpus. Cõsequentia prima probatur, cointellecta illa alia propositione, quòd homo habet cerebrũ humidissimum, & q̃ ætas infantilis est plenissima humiditatis. Ex his cõsequitur, quòd q̃ in maiori quãto naturæ & ætatis humidæ sit maior humiditas, quòd sic excellẽs humiditas ad neruos, experimur autẽ sensu neruos infusos diu in aqua ineptos esse vt flẽt, & proportionales in corpore vt sint firmi, & ducant Spiritus vitales. Secunda vero consequẽtia probatur, quia neruí sunt instrumenta naturæ ad mouẽdum membra, cuius signum est, quòd patientes in neruis efficiũtur immobiles secũdum illa membra. Deinde probatur secunda pars, Homo factus est rectus corpore subdito animæ, ergo membra hominis nõ poterãt deficere à recta hominis voluntate, ergo non ab actibus cõuenientibus, ergo in pueritia obediebant ad actus conuenientes tantum pueritiæ. Antecedẽs pro prima parte, probatur autoritate Scripturæ, pro secũda autoritate expositionis Aug. Prima vero cõsequentia & manifeste patet, vt pote inferẽs particularem ex vniuersali, & nihilominus in litera confirmatur, quoniam sicut ex illa subiectione membra quo ad esse nihil habebant repugnans voluntati, ita quo ad operari, & est argumentum à fortiori, quia vsus mẽbrorũ est de genere voluntarij, non autem esse eorundem, & propterea si esse eorũ consonat voluntati, quãto magis vsus, secunda vero consequẽtia probatur, quia volũtas ordinata est respectu actuum conuenientium tantum, tertia vero consequentia probatur: quia nõ omnes actus sunt cõuenientes cuilibet ætati sed pueriles tãtũ pueris.

a ¶ Super Quæstionis nonagesimænonæ Articulum secundum.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna cõclusio responsiua

Commen.

Annot.

Commen.

Annot.

Coment.

Commen.

sua affirmatiuæ. In statu innocentię fuissent natæ fœminæ. Probatur, in illo statu fuisset quicquid spectat ad complementum humanę naturæ: ergo fuisset producta diuersitas sexuum, ac per hoc fœminæ. Antecedẽs est per se notum: consequentia probatur: quia sicut ad perfectionẽ vniuersi pertinet diuersitas graduum, ita ad perfectionem humanæ naturæ diuersitas sexuum.

a ¶ Super Quæstionis centesimæ Articulum primum.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio respon sua, Homines fuissẽt nati cũ iustitia. Probatur, Homo generat sibi simile secundum speciẽ: ergo secũdum iustitiã originalem. Antecedens patet: prima consequentia probatur ex differentia inter accidentia speciei & individui: quia secundum illa assimilatio secluso errore, qui in statu innocentię locũ non habet: secũdum vero individualia accidentia non opus est assimilari. Secunda vero cõsequentia probatur dupliciter: primo ex ipsa iustitia originali. Secũdo ex eius opposito. Ex ipsa quidem, quia erat accidens speciei. Sed quoniã hoc potest male intelligi, distinguitur accidens speciei dupliciter. Vno modo consequẽs principia naturæ, Alio modo, collatũ naturæ: & sic est hic. ex opposito vero, quia peccatum originale est peccatum naturæ: ac per hoc per generationẽ naturæ traducitur: ergo & iustitia originalis est naturæ. & probat̃ sequela: quia opposita sunt vnius generis, id est habent idẽ genus subiectum: & eandem generationem opposito modo.

¶ In responsione ad secundum adiuerte, q̃ cum iustitia originalis etiam pro gratia data sit principaliter in anima: non plus talis iustitia pro quãto est in anima traduceretur à generante, quàm anima ipsa, quàm constat produci à Deo immediate.

a ¶ Super Quæstionis centesimæ Articulum secundum.

Titulus Confirmati, id est impeccabiles omnino, & non solũ mortaliter: ita quòd non possũt cadere à iustitię rectitudine.

¶ In corpore vna cõclusio responsiua, Pueri in statu innocentię nõ fuissent nati cõfirmati in iustitia. Probatur: parentes quãdiu generassent, non fuissent cõfirmati in iustitia. ergo pueri nõ fuissent nati cõfirmati. consequentia probatur: quia pueri nõ plus perfectionis habuissent in sua natiuitate, quàm parentes, quando eos generauerunt: quoniam effectus nõ excedit causam. Antecedẽs probatur, Confirmati nõ possunt non inhærere Deo, aut auerti ab eo. ergo de lege cõmuni sunt beati per apertam Dei visionem: ergo habent vitã spiritualem mente & corpore. ergo non generant, & sic status generationis & confirmationis repugnant, quia ille ad animalem, iste ad spiritualẽ vitam pertinet. Antecedens patet ex terminis. consequentia probatur ex prima quidem parte: quia visio Dei ipsam essentiã bonitatis offert: ex secunda vero, quia nihil amatur, nisi sub ratione boni. Secũda vero consequentia cum tertia est per se nota.

¶ Circa probationẽ antecedentis dubium occurrit: quia in litera non probatur de confirmatis quòd sint beati: sed econuerso, q̃ beati sunt confirmati: hoc enim probant media allata: ex hoc enim quòd Deus est essentia bonitatis, sequitur q̃ clare videntes non possunt non inhærere sibi: & similiter quòd non possunt auerti. quia ad aliquod bonũ diuerterent: in eo autem est omne bonũ. ergo beati sunt necessario confirmati: sed non valet eõtra: & tamẽ sua conuertens erat probanda.

¶ Ad hoc dicitur, quòd dum in litera probatur, quòd beati sunt confirmati, reducitur effectus confirmationis in propriam causam, scilicet beatitudinem: ita quòd intentio expressa literæ non est probare illã propositionem absolute: sed inquãtum est reductiua effectus prædicati in propriam causam in subiecto positã. Constat autem quòd si effectus ponatur, quòd ponitur eius propria causa, & econuerso. & ideo subtiliter est ostensum, quòd beati sunt confirmati, & q̃ confirmati sunt beati. Et vt nouitij intelligant: quãuis ex ista beati sint confirmati, absolute & formaliter non sequatur sua vniuersalis conuertens: ex ipsa tamen causaliter intellecta causalitate propria optime sequitur à priori sua conuertens. Et si quis obiciat, quòd in litera probatur quidem quòd beatitudo est causa confirmationis, sed non propria: facile respondeatur. Tum quia sermo formalis de propria causa accipitur, cum scilicet procedat ex proprijs. Tum quia apud Theologos hoc est per se notum de lege communi: quoniam in hoc differt comprehensor à viatore: scilicet in posse & non posse peccare. Tũ quia apud Philosophos constat quòd sola bonitatis essentia sufficit ad replendum ac

retinendum voluntatem in vero bono: quoniam cuilibet alteri vtpote particulari bono malū aliquod annecti potest. Et propterea vndique constat quòd impeccabilitas voluntatis beatitudinis proprius effectus est.

a ¶ *Super Quæstionis centesimæprimæ Articulum primum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio, Pueri non nascerentur perfecti in scientia, sed absq; difficultate eam acquisiuissent. Probatur, Naturale est homini nō habere scientiam, cōgenitam, sed acquirere eam
330
ex sensibus. ergo in statu innocentiæ non nati fuissent scientes, & cætera. Antecedens probatur: quia anima vnitur corpori propter indigētiam illius ad hoc opus. consequentia vero probatur: quia vbi autoritas Scripturæ non opponitur, naturalia asserenda sunt.

a ¶ *Super Quæstionis centesimæprimæ Articulum secundum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore vna cōclusio bimembris, Pueri non habuissent perfectum vsum rationis, sed
494 *2.dist.20 q.2.ar.1. ad 3. & art.2.per totum. Et veri.q. 19.art.7.*
ad opera puerilia idoneum. probatur prima pars, organa virium sensitiuarum ex nimia humiditate fuissent impedita: ergo ipsæ vires sensitiuæ. ergo vsus rationis. Antecedens patet. prima cōsequentia probatur, quia actus earum pendent ex organis: quia sunt actus eorum. Secūda consequentia probatur, quia vsus rationis pendet ex viribus sensitiuis: vt patet in phreneticis & dormientibus. Secunda pars: quia par ratio est de vsu rationis & membrorum, de quibus superius dictum est: quòd fuissent idonea ad actus pueritiæ, & non simpliciter. Ex eadem siquidem radice, scilicet humiditate nimia cerebri vtrunque nascitur.

a ¶ *Super Quæstionis centesimæsecundæ Articulum primum.*

490
Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio habens duas partes, Paradisus est locus in Oriētis partē constitutus. prima pars,
281
scilicet quòd sit locus
422
probatur: quia ea quæ de paradiso traduntur,
353
per modū historiæ narrantur. & confirmatur autoritate Augusti. ponentis differentiam inter intellectum historicum & spiritualem quo ad hoc & similia. secunda vero pars probatur autoritate Isido. & confirmatur ratione quia nobilior locus in nobiliori cæli plaga est. ergo in dextra: ergo in Oriente. patent omnia.

conseruarentur immunes.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Ansel. hoc non dicit asserendo, sed opinando. Quod patet ex ipso modo loquendi, cum dicit, Videtur quòd si vixissent, &c.

¶ Ad tertium dicendū, quòd ratio ista non est efficax: quamuis per eam Ansel. motus fuisse videatur, vt ex eius verbis apparet. Non enim sic per peccatum primi parentis eius posteri necessitatem peccandi incurrunt, vt ad iustitiam redire non possint. Quod est tantum in damnatis. Vnde nec ita necessitatem non peccandi transmisisset ad posteros, quòd omnino peccare non possent. Quod est tantū in beatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est simile de homine & angelo. Nam homo habet liberum arbitrium vertibile, & ante electionem & post: non autē angelus, sicut suprà dictum est cum de angelis ageretur [c].

QVAESTIO CENTESIMAPRIMA de Conditione prolis generandæ quantum ad scientiam, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conditione prolis generandæ quantum ad scientiam.

¶ Et circa hoc quæruntur duo. ¶ Primo, vtrum pueri nascerentur in scientia perfecti. ¶ Secundo, vtrum statim post natiuitatem habuissent perfectum vsum rationis.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum in statu innocentiæ pueri nati fuissent in scientia perfecti.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in statu innocentiæ pueri nati fuissent in scientia perfecti. Qualis enim fuit Adam, tales filios generasset. Sed Adā fuit in scientia perfectus, vt suprà dictum est [c]. Ergo filij nascerentur ab eo in scientia perfecti.

¶ Præterea, Ignorantia ex peccato causatur, vt Beda dicit. Sed ignorantia est priuatio scientiæ. Ergo ante peccatum pueri mox nati omnem scientiam habuissent.

¶ Præterea, Pueri mox nati iustitiā habuissent. Sed ad iustitiam requiritur scientia, quæ dirigit in agendis. Ergo scientiam habuissent.

¶ SED CONTRA est, quòd anima nostra per naturam est sicut tabula rasa, in qua nihil est scriptum: vt dicitur in tertio de Anima. sed eadem animæ natura est modo, quæ tunc fuisset. Ergo animæ puerorum in principio scientia caruissent.

CONCLVSIO.

¶ *Pueri in statu innocentiæ non nati fuissent perfecti in scientia, sed eam processu temporis facile acquisiuissent.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est [c] de his, quæ sunt supra naturam, soli autoritati creditur. Vnde vbi autoritas deficit, sequi debemus naturæ conditionem. Est antem naturale homini vt scientiam per sensus acquirat, sicut suprà dictum est [c]. Et ideo anima vnitur corpori, quia indiget eo ad suam propriam operationē [c]. Quod non esset si statim à principio scientiam haberet non acquisitam per sensitiuas virtutes. Et ideo dicendum est, quòd pueri in statu innocentiæ non nascerentur perfecti in scientia, sed eam in processu temporis absq; difficultate acquisiuissent inueniendo vel addiscendo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd esse perfectum in scientia, fuit indiuiduale accidens primi parentis: inquantum scilicet ipse instituebatur, vt pater & instructor totius humani generis. Et ideo quantum ad hoc non generabat filios similes sibi, sed solum quantum ad accidentia naturalia vel gratuita totius naturæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ignorantia est priuatio scientiæ, quæ debet haberi pro tempore illo. Quod in pueris mox natis non fuisset. Habuissent enim scientiam quæ eis competebat secundum tempus illud. Vnde ignorantia in eis non fuisset, sed necessaria respectu aliquorum. Quam etiam Dionys. ponit in angelis sanctis in septimo cæl. hierar.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pueri habuissent sufficientem scientiam ad dirigendum eos in operibus iustitiæ in quibus homines diriguntur, & vniuersalia principia iuris, quam multo plenius tunc habuissent, quàm nunc naturaliter habemus: & similiter aliorum vniuersalium principiorum.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum pueri mox nati habuissent perfectum vsum rationis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd pueri in statu innocentiæ mox nati habuissent perfectum vsum rationis. Nunc enim pueri perfectum vsum rationis non habent: propter hoc quòd anima per corpus aggrauatur. Hoc autem tunc non erat: quia, vt dicitur Sapien. 9. corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Ergo ante peccatum & corruptionē à peccato subsecutam, pueri mox nati perfectum vsum rationis habuissent. 495 *2.dis.13. q.2.arti. 2.cor. Et veri. q.18.ar.8*

¶ Præterea, Quædam alia animalia mox nata habent naturalis industriæ vsum, sicut agnus statim fugit lupum. Multo ergo magis homines in statu innocentiæ mox nati habuissent vsum perfectum rationis.

¶ SED CONTRA est, quòd natura procedit ab imperfecto ad perfectum in omnibus generatis. Ergo pueri non statim à principio habuissent perfectum vsum rationis.

CONCLVSIO.

¶ *Pueri in statu innocentiæ mox nati non habuissent perfectum rationis vsum, sed ad opera puerilia idoneum, ex nimia cerebri illorum humiditate.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex supradictis patet [c], vsus rationis dependet quodammodo ex vsu virium sensitiuarum. 422 Vnde ligato sensu & impeditis inferioribus viribus sensitiuis, homo perfectum vsum rationis non habet: vt patet in dormientibus & phreneticis. Vires autē sensitiuæ sunt virtutes, quædam corporalium organorum. Et ideo impeditis eorum organis, necesse est quòd eorum actus impediantur: & per consequens rationis vsus. In pueris autem est impedimentū harum virium propter nimiam humiditatem cerebri. Et ideo in eis non est perfectus vsus rationis, sicut nec aliorum membrorum: & ideo pueri in statu innocentiæ non habuissent perfectū vsum rationis, sicut habituri erant in perfecta ætate. Habuissent tamen perfectiorem quàm nunc, quantum ad ea quæ ad eos pertinebant, quantum ad statum illum, sicut & de vsu membrorum superius est dictum [c]. 490

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aggrauatio accidit ex corruptione corporis in hoc quòd vsus rationis impeditur quātum ad ea etiam quæ pertinent ad hominē secundum quamcunq; ætatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam alia animalia non habent ita perfectum vsum industriæ naturalis statim à principio, sicut postea. Quod ex hoc patet, quòd aues docent volare pullos suos, & similia in aliis generibus animalium inueniuntur. Et tamen in homine est speciale impedimentum propter abundantiam humiditatis cerebri, vt suprà dictum est [c]. 490

QVAESTIO CENTESIMASECVNDA de Loco hominis qui est paradisus, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de loco hominis, qui est paradisus.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primo, vtrum paradisus sit locus corporeus. ¶ Secundo, vtrum sit conueniens locus habitationis humanæ. ¶ Tertio, ad quid homo in paradiso positus fuit. ¶ Quarto, vtrum in paradiso debuit fieri.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum paradisus sit locus corporeus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd paradisus non sit locus corporeus. Dicit enim Beda, quòd paradisus pertingit vsq; ad lunarē circulum. Sed nullus locus terrenus talis esse potest. tum quia contra naturam terræ esset quòd tantū eleuaretur: tum etiā quia sub globo lunari est regio ignis qui terram consumeret. Non est ergo paradisus locus corporeus. 496 *22.q.84. arti.3.ad tertium. Et 2.dis. 17.q.3. artic.2. Et 3.dis. 9.q.1.ar. 2.q.3.ad tertium.*

¶ Præterea, Scriptura commemorat quatuor flumina in paradiso oriri, vt patet Genes. 2. illa autem flumina quæ ibi nominantur, alibi habent manifestas origines, vt patet etiam per Philosophum in lib. Metho. ergo paradisus non est locus corporeus.

¶ Præterea, Aliqui diligentissimè inquisierunt omnia loca terræ

habitab

habitabilis, qui tamen nullam mentionem faciunt de loco paradisi. ergo non videtur esse locus corporeus.

¶ Præterea, In paradiso describitur lignum vitæ esse. Sed lignum vitæ est aliquid spirituale: dicitur enim Prouerb. 3. de Sap. quòd est lignum vitæ his qui apprehendunt eam: ergo & paradisus non est locus corporeus, sed spiritualis.

¶ Præterea, Si paradisus est locus corporalis, oportet quòd & ligna paradisi sint corporalia. Sed hoc nō videtur cum corporalia ligna sint producta tertio die. de plantatione autem lignorū paradisi legitur Gen. 2. post opera sex dierū. Ergo paradisus nō est locus corporeus.

¶ SED CONTRA est, quòd August. dicit 8. super Gen. ad lit. Tres sunt de paradiso generales sententiæ. Vna eorum qui tantummodo corporaliter paradisum intelligi volunt: alia eorum qui spiritualiter tantum: tertia eorum qui vtroque modo paradisum accipiunt. Quam mihi fateor placere sententiam.

CONCLVSIO.

¶ *Paradisus est locus in parte Orientis conuenienter à Deo institutus.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Aug. dicit 13. de ci. Dei, quę cōmode dici possūt de intelligēdo spiritualiter paradiso, nemine prohibente dicātur: dum tamē & illius historiæ fidelissima veritas rerū gestarū narratione cōmendata credatur. Ea enim quæ de paradiso in Scriptura dicūtur, per modū narrationis historicæ proponuntur. In omnibus autē quæ sic Scriptura tradit, est pro fundamento tenenda veritas historiæ: & desuper spirituales expositiones fabricandæ. est ergo paradisus, vt Isid. dicit in lib. Etymol. locus in Orientis partibus constitutus: cuius vocabulū à Græco in Latinum vertitur hortus. Conuenienter autem in parte Orientali dicitur situs: quia credendū est quòd in nobilissimo loco totius terræ sit constitutus. Cum autem Oriens sit dextera cæli, vt patet per Philosophum in 2. de cæl. dextera autē est nobilior quàm sinistra: cōueniens fuit vt in Orientali parte paradisus terrenus institueretur à Deo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Bedę verbum non est verum si secūdum situm manifestū intelligatur. Potest tamen exponi quòd vsq; ad locū lunaris globi ascēdit, non secundū situs eminentiam: sed secundum similitudinē: quia est ibi perpetua aëris temperies: vt Isid. dicit. Et in hoc assimilatur corporibus cælestibus, quæ sunt absq; contrarietate. Magis tamē fit mentio de lunari globo, quàm de aliis sphæris: quia lunaris globus est terminus cælestium corporū versus nos: & luna etiā est magis terræ affinis inter omnia corpora cælestia. Vnde & quasdam tenebras nebulosas habet quasi accedens ad opacitatem. Quidam autē dicunt quòd paradisus pertingebat vsq; ad lunarē globum, id est vsq; ad medium aëris interstitium: in quo generātur pluuiæ & venti & huiusmodi: quia dominium super huiusmodi euaporationes maximè attribuitur lunæ. Sed secūdum hoc locus ille non esset conueniens habitationis humanæ: tum quia ibi est maxima intemperies: tum quia non est temperatus complexioni humanæ: sicut aër inferior magis terræ vicinus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. dicit 8. super Gen. ad lit. credendum est quòd locus paradisi à cognitione hominum est remotissimus: flumina autem quorum fontes noti esse dicuntur, alicubi esse sub terras & post tractus prolixarū regionum locis aliis erupisse. Nam hoc solere nonnullas aquas facere quis ignorat?

¶ Ad tertium dicendum, quòd locus ille seclusus est à nostra habitatione aliquibus impedimentis: vel montium, vel marium, vel alicuius æstuosæ regionis, quæ pertransiri non possunt. Et ideo scriptores locorum de hoc loco mentionem non fecerunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd lignum vitæ est quædam materialis arbor: sic dicta, quia eius fructus habebat virtutem conseruandi
487
vitam, vt suprà dictum est [c]. Et tamen aliquid significabat spiritualiter, sicut & petra in deserto fuit aliquod materiale, & tamē significauit Christū. Similiter etiam lignum scientiæ boni & mali materialis arbor fuit, sic nominata propter euentū futurum: quia post eius esum homo per experimentum pœnæ didicit quid interesset inter obedientiæ bonum & inobedientiæ malum: & tamen spiritualiter potuit significare liberum arbitrium, vt quidam dicunt.

¶ Ad quintū dicendum, quòd secundum Aug. tertio die productæ sunt plantæ: non in actu, sed secundum quasdam rationes seminales. Sed post opera sex dierū productæ sunt plātæ tam paradisi quàm aliæ in actu. Secūdum alios vero sanctos oportet dicere quòd omnes plan-
530
tę productę sunt in actu tertio die [c], & etiā ligna paradisi. Sed quod dicitur de plantatione lignorum paradisi post opera sex dierum, intelligitur per recapitulationem esse dictum. Vnde litera nostra, habet, Plantauerat Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum paradisus fuerit locus conueniens habitationi humanæ.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd paradisus nō fuerit locus cōueniens habitationi humanæ. Homo enim & angelus similiter ad beatitudinē ordinantur. Sed angelus statim à principio factus est habitator loci beatorum, s. cæli empyrei. Ergo etiā ibi debuit institui habitatio hominis. 497 *2.dist.29 art.5.cor. Et opusc.3. ca.192.*

¶ Præterea, Si locus aliquis debetur homini, aut debetur ei ratione animæ, aut ratione corporis. Si ratione animæ, debetur ei pro loco cælum: qui videtur esse locus naturalis animæ, cum omnibus insitus sit appetitus cæli. Ratione autem corporis non debetur ei alius locus, quàm aliis animabus. ergo paradisus nullo modo fuit locus conueniens habitationi humanæ.

¶ Præterea, Frustra est locus in quo nullum locatum continetur. Sed post peccatum paradisus non est locus habitationis humanæ: ergo si est locus habitationi humanæ congruus, in vanum videtur à Deo institutus fuisse.

¶ Præterea, Domini, cum sit temperatæ complexionis, congruus est locus temperatus. Sed locus paradisi non est locus temperatus. Dicitur enim esse sub æquinoctiali circulo. Qui locus videtur esse calidissimus: cum bis in anno sol transeat super summitate capitum eorum, qui ibi habitant. Ergo paradisus non est locus congruus habitationi humanæ.

¶ SED CONTRA est quod Damas. dicit de paradiso, quòd est diuina regio, & digna eius, qui secūdum imaginem Dei erat cōseruatio.

CONCLVSIO.

¶ *Paradisus est locus conueniens humanæ habitationis secūdum primum primæ immortalitatis statum.*

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd sicut suprà dictū est [c], homo sic erat incorruptibilis & immortalis, nō quia corpus eius dispositionem incorruptibilitatis haberet, sed quia inerat animæ vis quædam ad præseruandū corpus à corruptione. Corrumpi autē potest corpus humanum & ab interiori & ab exteriori. Ab interiori quidem corrūpitur per consumptionem humidi & per senectutē, vt suprà dictum est [c]. Cui corruptioni occurrere poterat primus homo per esum ciborū. Inter ea vero, quæ exterius corrumpūt, præcipuum videtur esse distemperatus aër. Vnde huic corruptioni maximè occurritur per temperiē aëris. in paradiso autē vtrunq; inuenitur. Quia (vt Damas. dicit) est locus tēperato & tenuissimo & purissimo aëre circunfulgens, plantis semper floridis comatus. Vnde manifestum est quòd paradisus est locus conueniens habitationi humanæ secūdum primæ immortalitatis statum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cælum empyreum est supremum corporalium locorum: & est extra omnem mutabilitatem. Et quantum ad primum horum est locus congruus naturæ angelicæ: quia sicut Augustinus dicit in 3. de tri. Deus regit creaturam corporalem per spirituale. Vnde conueniens est quòd spiritualis natura sit supra omnē corporalem constituta, sicut ei præsidens. Quantū autem ad secūdum conuenit statui beatitudinis, qui est firmatus in summa stabilitate. Sic igitur locus beatitudinis congruit angelo secundum naturā suam. Vnde ibi creatus est. Non autē congruit homini secūdum suam naturam, cum non præsideat toti corporali creaturæ per modum gubernationis, sed competit ei solum ratione beatitudinis. Vnde non est positus à principio in cælo empyreo. Sed illuc transferendus erat in statu finalis beatitudinis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ridiculum est dicere quòd animæ aut alicui spirituale substantiæ sit aliquis locus naturalis. Sed per congruentiam quandam aliquis specialis locus creaturæ corporali attribuitur. Paradisus enim terrestris erat locus congruens homini, & quantum ad animam & quantum ad corpus, inquantum scilicet in anima erat vis præseruandi corpus humanum à corruptione. Quod non competit aliis animalibus. Et ideo vt Damas. dicit, in paradiso nullum irrationalium habitat. Licet ex quadam dispensatione animalia fuerint illuc diuinitus adducta ad Adam: & serpens illuc accesserit per operationem diaboli.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non propter hoc locus est frustra, quia non est ibi hominum habitatio post peccatū: sicut etiam non frustra fuit homini attributa immortalitas quædam quam conseruaturus non erat. Per huiusmodi enim ostenditur benignitas Dei ad hominem: & quid homo peccando amiserit. quamuis, vt dicitur, nunc Enoch & Elias in illo paradiso habitent.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illi qui dicunt paradisum esse sub circulo æquinoctiali, opinantur sub circulo illo esse locū temperatissimum propter æqualitatem dierum & noctium omni tempore, Et quia sol nunquam multū ab eis elongatur, vt sit apud eos superabundantia frigoris: nec iterum est apud eos (vt dicunt) superabundantia caloris: quia etsi sol pertranseat super eorum capita, non tamen diu moratur ibi in hac dispositione. Arist. tamē in lib. Meteor.

Annot. ¶ In responsione ad primum, nota autoritatem literæ & rationē contra id quod cōmuniter dici videtur, scilicet quòd paradisus sit supra locum pluuiarū. dispositio siquidē illius aëris atemperata est valde humanæ complexioni, quoniam abūdat calido & subtilitate. Vnde ad mōtium cacumina eleuata supra pluuias: in quib[us] cineres inuenti dicuntur in primo Meteororum, spongiis olei aërē ingrossantibus, vti dicunt accedentes.

a ¶ *Super Quæstionis centesimæsecundæ Articulum secundum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore vna cōclusio, Paradisus est locus conueniens habitationi humanæ secundū primū primę immortalitatis statū, probatur: Homo habebat corpus corruptibile quidem ex se, sed præseruādum à virtute animæ à corruptione: ergo habebat corpus corruptibile ab intrinseco & extrinseco. ergo egebat remedio alimentorū & aëris tēperati. ergo cōuenientissime habitabat in paradiso. Antecedens supponitur. Prima cōsequētia & est per se nota, & 484 probatur: quia poterat corrumpi per consumptionē humidi & debilitationem virtutis, & ab aëre reliquisq; extrà. 487 Secunda vero patet: quia ista sunt propria remedia cōtra illos defectus.

vltim

vltima autem probatur: quia in paradiso cõcurrebat vtrunque remedium, vt patet ex autoritate Damasceni.

a ¶ *Super Quæstionis centesimæsecundæ Articulum tertium.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore duplex expositio illorum verborum. Omnia clara sunt.

480 a ¶ *Super Quæstionis centesimæsecũdæ Articulum quartum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio. Homo est factus extra paradisum, & deinde positus est in eo transferendus post vitã animalẽ in cælum. Hæc cõclusio probatur quo ad primas partes simul: vltima autem relinquitur pro cõstanti. Probatur autẽ sic, Paradisus est locus cõueniens homini ratione immortalitatis illius: ergo est cõueniẽs gratuitus. ergo attribut⁹ diuinæ gratiæ. ergo nõ in eo factus est homo, sed deinde in eo positus. Antecedens supponitur ex secundo articulo. prima cõsequentia probatur: quia immortalitas illa nõ ex natura, sed dono gratiæ erat. Secũda vero est per se nota: quia vnũquodq; propriæ causę attribuendum est. Vltima autem probatur ex opposito, quia si fact⁹ in eo fuisset homo, videretur locus eius ex natura: cum vnũquodq; naturaliter in naturali suo loco fiat deductis impedimentis: quę in prima rerum factione nõ habent locũ. non ergo in eo factus, sed per gratiæ donum. deinde est in eo positus, vtpote in cõuenientissimo loco naturę gratificatæ. Merito autem vltima pars relinquitur pro cõstanti, quia habitatio habitãti respondere debet. Paradisus autẽ & cælum in hoc manifeste differunt, ꝙ ille ad vitam animalẽ deseruit, istud vitæ omnino spirituali, vtpote immutabili, congruit. Et propterea dũ homo vita degebat animali: habitator erat paradisi. Cum in vitam transferebatur spiritualem, cælum inhabitare cõuenientissimum erat: vt status post resurrectionem ostendit.

499 a ¶ *Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum primum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore duo: Primo refert opinio falsa. Secundo improbatur, & simul respondetur quæsito.

¶ Quo ad primum duo referũtur: opinio, & eius
487 ratio. Opinio est tenens
484 partem negatiuã, s. quòd mũdus non gubernatur ab aliquo. Ratio est: q a omnia sunt fortuita.

¶ Quo ad secũdum dupliciter ostenditur opinio impossibilis. Primo ex modo operandi na-

expresse dicit, quòd regio illa est inhabitabilis propter æstũ. Quod videtur probabilius: quia terræ per quas nunquam sol pertransit in directum capitis, sunt intemperatæ in calore propter solam vicinitatem solis. Quicquid autem de hoc sit, credendum est paradisum in loco temperatissimo constitutum esse vel sub æquinoctiali vel alibi.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum homo sit positus in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd homo non sit positus in paradiso vt operaretur, & custodiret illum, quod enim introductum est in pœnã peccati, non fuisset in paradiso in statu innocentiæ, sed agricultura introducta est in pœnam peccati, vt dicitur Geñ. tertio. ergo homo non fuit positus in paradiso, vt operaretur ibi.

¶ Præterea, Custodia nõ est necessaria vbi non timetur violentus inuasor: sed in paradiso nullus timebatur violẽtus inuasor: ergo non erat necessarium, vt paradisum custodiret.

¶ Præterea, Si homo positus est in paradiso, vt operaretur & custodiret ipsum: videtur sequi quòd homo factus sit propter paradisum, & non econuerso. Quod videtur esse falsum. Ergo homo non est positus in paradiso vt operaretur, & custodiret illum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Geñ. 2. Tulit dominus Deus hominem, & posuit illum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.

CONCLVSIO.

¶ *Congruit vt Deus cum fecisset hominem, poneret in paradiso illum, vt ibi operaretur, & custodiret illũ.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 8. super Geñ. ad lit. verbum illud dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, quòd Deus posuit hominẽ in paradiso, vt ipse Deus operaretur, & custodiret hominem. Operaretur inquam iustificando ipsum. Cuius operatio si ab homine cesset, continuo obtenebratur: sicut aër obtenebratur si cesset influentia luminis. Vt custodiret vero ab omni corruptione & malo. Alio modo potest intelligi: vt homo operaretur, & custodiret paradisum. Nec tamen illa operatio esset laboriosa, sicut post peccatum: sed fuisset iucunda propter experientiam virtutis naturæ. Custodia etiam illa non esset contra inuasorem: sed esset ad hoc quòd homo sibi paradisum custodiret ne ipsum peccãdo amitteret. Et hoc totum in bonũ hominis cedebat. Et sic paradisus ordinatur ad bonum hominis, & non ecõuerso. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum homo factus fuerit in paradiso.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ homo factus fuerit in paradiso. Angelus enim in loco suæ habitationis creatus fuit, scilicet in cælo empyreo. Sed paradisus fuit locus congruus habitationi humanę ante peccatum. ergo videtur quòd in paradiso homo debuit fieri.

¶ Præterea, Alia animalia conseruantur in loco suæ generationis, sicut pisces in aquis, & animalia gressibilia in terra, vnde producta sunt. Homo autem conseruatus fuisset in paradiso, vt dictum est [e]. Ergo in paradiso fieri debuit.

¶ Præterea, Mulier in paradiso facta fuit. Sed vir dignior est muliere. Ergo multo magis vir debuit fieri in paradiso.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Genesis secundo, Tulit Deus hominem, & posuit eum in paradiso.

CONCLVSIO.

¶ *Factus est homo extra paradisum, deinde in ipsum gratia Dei translatus est, transferendus inde post vitam animalem in cælum.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd paradisus fuit locus congruus habitationi humanæ quantum ad incorruptionem primi status. Incorruptio autem illa non erat hominis secundum naturam, sed ex supernaturali Dei dono. Vt ergo hoc gratiæ Dei imputaretur, non humanæ naturæ, Deus hominem extra paradisum fecit: & postea ipsum in paradiso posuit, vt habitaret ibi toto tempore animalis vitæ: postmodum cum spiritualẽ vitam adeptus esset, transferendus in cælum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cælum empyreum est locus congruus angelis quantum ad eorum naturam. Et ideo ibi sunt creati. Et similiter dicendum ad secũdum. Loca enim illa congruunt animalibus secundum suam naturam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd mulier facta fuit in paradiso, non propter dignitatem suam, sed propter dignitatem principij ex quo corpus eius formabatur: quia similiter & filij in paradiso fuissent nati, in quo parentes erant positi.

QVAESTIO CENTESIMATERtia de Gubernatione rerum in communi, in octo articulos diuisa.

POSTQVAM præmissum est de creatione rerum, & distinctione earum, restat nunc tertio considerandum de rerum gubernatione. Et primo in communi. Secundo in speciali de effectibus gubernationis.

¶ Circa primũ quæruntur octo. ¶ Primo, vtrum mundus ab aliquo gubernetur. ¶ Secundo, quis sit finis gubernationis ipsius. ¶ Tertio, vtrum gubernetur ab vno. ¶ Quarto, de effectibus gubernationis. ¶ Quinto, vtrum omnia diuinæ gubernationi subsint. ¶ Sexto, vtrum omnia immediate gubernentur à Deo. ¶ Septimo, vtrum diuina gubernatio cassetur in aliquo. ¶ Octauo, vtrum aliquid diuinæ prouidentiæ contra nitatur.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum mundus gubernetur ab aliquo.*

500 12.q̃o.91. arti.1. cõ. Et 2.dis. 3.q.1.ar. 1.& 3.cõtra.c.64. Et veri.q. 5.arti.2. & 3.cor.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd mũdus non gubernetur ab aliquo. Illorum enim est gubernari, quæ mouentur vel operãtur propter finem. Sed res naturales quæ sunt magna pars mundi, non mouentur, aut operantur propter finem, quia non cognoscunt finem. Ergo mundus non gubernatur.

¶ Præterea, Eorum est proprie gubernari, quæ ad aliquid mouentur: sed mundus non videtur ad aliquid moueri, sed in se stabilitatem habet. ergo non gubernatur.

¶ Præterea, id quod in se habet necessitatem qua determinatur ad vnum, non indiget exteriori gubernante. Sed principaliores mundi partes quadam necessitate determinantur ad vnum in suis actibus & motibus. Ergo mundus gubernatione non indiget.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Sapien. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia. Et Boë. dicit in libro de conso. 487
O qui perpetua mundum ratione gubernas.

CONCLVSIO.

¶ *Cum omnia, quæ sunt in mundo, certos & determinatos fines consequantur, à diuina sapientia regantur necesse est.*

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ quidam antiqui Philosophi gubernationem mundo substraxerũt, dicentes omnia fortuito agi. Sed hæc positio ostenditur esse impossibilis ex duobus. Primo quidem ex eo quòd apparet in ipsis rebus. Videmus enim in ipsis rebus naturalibus prouenire quod melius est aut semper, aut in pluribus. Quod non contingeret, nisi per aliquam prouidentiam res naturales dirigerentur ad finem boni, quod est gubernare. Vnde ipse ordo certus rerum manifeste demonstrat gubernationem mundi: sicut si quis intraret domum bene ordinatã, ex ipsa domus ordinatione ordinatoris rationem perpenderet, vt ab Arist. dictum Tullius introducit in lib. de natura deorũ. Secundo autem apparet idem ex consideratione diuinæ bonitatis, per quam res in esse productæ sunt, vt
ex supradictis patet [e]. Cum enim optimi sit optima producere, non 113
conuenit summæ Dei bonitati, quòd res productas ad perfectum non producat. Vltima autem perfectio est vniuscuiusq; in consecutione finis. Vnde ad diuinam bonitatem pertinet, vt sicut produxit res in esse, ita etiam eas ad finem perducat, quod est gubernare.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquid mouetur vel operatur propter finem dupliciter. Vno modo sicut agens seipsum in finem, vt homo & aliæ creaturæ rationales. Et talium est cognoscere rationem finis, & eorum quæ sunt ad fi-
nem [e]. Aliquid autem dicitur operari vel moueri propter finem, 113
quasi ab aliquo actum vel directum in finem: sicut sagitta mouetur directa ad signum à sagittante, qui cognoscit finem: non autem sagitta. Vnde sicut motus sagittæ ad determinatum finem

demonst

demonstrat aperte quòd sagitta dirigitur ab aliquo cognoscente: ita certus cursus naturalium rerum cognitione carentium manifeste declarat mundum ratione aliqua gubernari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in omnibus rebus creatis est aliquid stabile ad minus prima materia, & aliquid ad motum pertinens, vt sub motu etiam operationem comprehendamus. Et quantum ad vtrunque res indiget gubernatione. Quia hoc ipsum quod in rebus est stabile, in nihilum decideret: quia ex nihilo est, nisi ma-
508 nu gubernatoris seruaretur, vt infrà patebit [e].

¶ Ad tertium dicendum, ꝙ necessitas naturalis inhærens rebus quæ determinantur ad vnum: est impressio quædam Dei dirigentis ad finẽ: sicut necessitas qua sagitta agitur vt ad certum signũ tendat, est impressio sagittantis, & non sagittæ [e]. Sed in hoc differt [e]: quia id quod creaturæ à Deo recipiunt, est earum natura. Quod autem ab homine rebus naturalibus imprimitur præter earum naturam, ad violentiam pertinet. Vnde sicut necessitas violentiæ in motu sagittæ demonstrat sagittantis directionem: ita necessitas naturalis creaturarum demonstrat diuinæ prouidentiæ gubernationem.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum finis gubernationis mundi sit aliquid extra mundum.*

501 12. q̃o. 1. art.8. & 3.cõtra c. 17.25.& 27.fin.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd finis gubernationis mundi non sit aliquid extra mũdum existens. Illud enim est finis gubernationis rei ad quod res gubernata perducitur. Sed illud ad quod res aliqua perducitur, est aliquod bonum in ipsa re. Sicut infirmus perducitur ad sanitatem quæ est aliquod bonum in ipso. ergo finis gubernationis rerum non est aliquod bonum extrinsecum: sed aliquod bonum in ipsis rebus existens.

¶ Præterea, Philosophus dicit 1. Ethi. ꝙ finium quidam sunt operationes: quidam opera, id est operata. Sed nihil extrinsecum à toto vniuerso potest esse operatum: operatio autem est in ipsis operantibus. Ergo nihil extrinsecum potest esse finis gubernationis rerum.

¶ Præterea, Bonum multitudinis videtur esse ordo & pax quæ est tranquillitas ordinis: vt Augu. dicit 19. de ciuit. Dei. Sed mundus in quadam rerum multitudine consistit. ergo finis gubernationis mũdi est pacificus ordo, qui est in ipsis rebus. Non ergo finis gubernationis rerum est quoddam bonum extrinsecum.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Prouer. 16. Vniuersa propter se operatus est Dominus. Ipse autem est extra totum ordinem vniuersi. ergo finis rerum est quoddam bonum extrinsecum.

CONCLVSIO.

¶ *Finis gubernationis mundi bonum est extrinsecum à toto vniuerso.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cum finis respondeat principio, non potest fieri vt principio cognito, quid sit rerum finis ignoretur. Cum igitur principium rerum sit aliquid extrinsecum à toto vniuerso, scilicet Deus, vt ex suprà dictis patet [e]: necesse est ꝙ
28 b etiam finis rerum sit quoddam bonum extrinsecum, & hoc ratione
306 apparet. Manifestum est enim quòd bonum habet rationem finis. Vnde finis particularis alicuius rei est quoddam bonum particulare, finis autem vniuersalis rerũ omnium est quoddam bonum vniuersale. Bonum autem vniuersale est, quod est per se & per suam essentiam bonum, quod est in ipsa essentia bonitatis [e]: bonum au-
234 tem particulare est quod est participatiue bonum [e]. manifestum est
33 autem, quod in tota vniuersitate creaturarum nullum est bonum,
34 quod non sit participatiue bonum. Vnde illud bonum, quod est finis totius vniuersi, oportet quòd sit extrinsecum à toto vniuerso.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum aliquod consequimur multipliciter. Vno modo sicut formam in nobis existentem: vt sanitatem aut scientiam. Alio modo vt aliquid per nos operatum: sicut ædificator consequitur finem, faciendo domum. Alio modo sicut aliquod bonum habitum vel possessum, vt ille qui emit, consequitur finem, possidendo agrum. Vnde nihil prohibet illud ad quod perducitur vniuersum, esse quoddam bonum extrinsecum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Philosophus loquitur de finibus artium. Quarum quædam habent pro finibus operationes ipsas, sicut citharistæ finis est citharizare. Quædam vero habent pro fine quoddam operatũ, sicut ædificatoris finis non est ædificare, sed domus. Contingit autem aliquid extrinsecum esse finem, non solum sicut operatum, sed etiam sicut possessum, seu habitum vel etiam seu repræsentatum: sicut si dicamus quòd Hercules est finis imaginis, quæ fit ad eum repræsentandum: sic igitur potest dici quòd bonum extrinsecum à toto vniuerso est finis gubernationis rerum, sicut habitum & repræsentatum; quia ad hoc vnaquæque res tendit, vt participet ipsum, & assimiletur ei quantum potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd finis quidem vniuersi est aliquod bonum in ipso existens, scilicet ordo ipsius vniuersi: hoc autem bonum non est vltimus finis: sed ordinatur ad bonum extrinsecum, vt ad vltimum finem: sicut etiam ordo exercitus ordinatur ad ducem: vt dicitur in 2. Met.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum mundus gubernetur ab vno.*

582 2.dist. 1. q.1.art.1. Et veri. q.5.ar.2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd mundus non gubernetur ab vno. De causa enim per effectus iudicamus. Sed in gubernatione rerum apparet, quòd res non vniformiter gubernantur & operantur: quædam enim sunt contingentia, quædam vero ex necessitate: & secundum alias diuersitates. Ergo mundus non gubernatur ab vno.

¶ Præterea, Ea quæ gubernantur ab vno, à seinuicem non dissentiunt, nisi propter imperitiam, aut insipientiam, aut impotentiam gubernãtis: quæ à Deo sunt procul. Sed res creatæ à seinuicem dissentiunt, & contra seinuicem pugnant: vt in contrariis apparet. Non ergo mundus gubernatur ab vno.

¶ Præterea, In natura semper inuenitur quod melius est: sed melius est simul esse duos quàm vnum: vt dicitur Ecclesi. 4. Ergo mundus non gubernatur ab vno, sed à pluribus.

¶ SED CONTRA est, quòd vnũ Deum & vnum dominum confitemur, secundum illud Apostoli 1. ad Cor. 8. Nobis est vnus Deus pater & Dominus vnus. Quorum vtrunq; ad gubernationem pertinet. Nam ad dominum pertinet gubernatio subditorum, & Dei nomen ex prouidentia sumitur, vt suprà dictum est. Ergo mundus gubernatur ab vno.

CONCLVSIO.

¶ *Cum finis gubernationis mundi sit optimum bonum, necesse est ipsum ab vno gubernari.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere quòd mundus ab vno gubernetur. Cum enim finis gubernationis mundi sit quòd est essentialiter bonum (quod est optimum [e]) necesse est quòd mundi gubernatio sit optima. Optima autem gubernatio est quę fit per vnum. Cuius ratio est: quia gubernatio nihil aliud est quàm directio gubernatorum ad finem, qui est aliquod bonum: vnitas autem pertinet ad rationẽ bonitatis, vt Boët. probat in tertio de conso. per hoc, quòd sicut omnia desiderant bonum, ita desiderant vnitatem, sine qua esse non possunt. nam vnumquodque intantum est, inquantum vnum est. Vnde videmus quòd res repugnant suæ diuisioni quantũ possunt, & quòd dissolutio vniuscuiusque rei prouenit ex defectu illius rei. Et ideo id ad quod tendit intentio multitudinem gubernantis, est vnitas siue pax: vnitatis autem causa per se est vnum. Manifestum est enim, quòd plures multa vnire & concordare non possunt, nisi ipsi aliquo modo vniantur. Illud autem quod est per se vnum, potest esse causa vnitatis conuenientius quàm multi vniti. Vnde multitudo melius gubernatur per vnum quàm per plures [e]. Relinquitur ergo, quòd gubernatio mundi, quæ est optima, sit ab vno gubernante. Et hoc est quod Philosophus dicit in 12. Meta. Entia nolunt disponi male, nec bonum pluralitas principatuum: vnus ergo princeps.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd motus est actus mobilis à mouente. Difformitas ergo motuũ est ex diuersitate mobilium quam requirit perfectio vniuersi: vt suprà dictum est [e], non ex diuersitate gubernantium.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd contraria etsi dissentiant quantum ad fines proximos, conueniunt tamen quantum ad finem vltimum, prout concluduntur sub vno ordine vniuersi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in particularibus bonis duo sunt meliora quàm vnum. Sed ei quod est essentialiter bonum, non potest fieri aliqua additio bonitatis.

turaliũ sic: In rebus naturalib⁹ semper aut in plurib⁹ ꝓuenit melius. ergo ab aliqua prouidẽtia diriguntur ad bonũ. ergo gubernãtur ab aliquo. Antecedẽs patet. consequẽtia vero prima ꝓbatur: q a ordo manifestat ordinantẽ, vt patet in domo & autoritate Arist. apud Tulliũ. secũda cõsequentia patet ex quid noĩs gubernationis. Secũdo ex parte causę actiue sic, Diuinæ bonitatis est ꝓducere res: ergo ad perfectũ ducere: ergo ad consecutionẽ finis: ergo gubernare. Añs supponitur: prima consequentia probatur: quia optimi est optima ꝓducere. Secunda vero: quia vltima perfectio cuiusq; consistit in cõsecutione finis. Tertia autẽ patet ex quid noĩs.

¶ Nota hic duo. Primo ꝙ cum sint tres opiniones, altera dicẽs oĩa casualia, altera, oĩa necessaria: & alia media, quędã necessaria, & quædã casualia, & hæc sola sit vera: non allata est opinio dicẽs omnia necessaria, sed tantũ dicens casualia: q a ista negat gubernationẽ, illa vero ponendo oĩa determinata, gubernationẽ affirmat: vt patet ex rñsione ad secundũ. Nota secundo ꝙ prima ratio literæ nõ solum contradictoriũ opinionis recitatæ probat, sed rationẽ illius confutat, dũ naturalia euenire semper aut frequẽter ait. cõstat enim casualia
extra semper & frequẽter versari, ex 2. Physic. 53

a ¶ *Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum secundum.*

Titulus clarus. Coment. ¶ In corpore vna conclusio, Finis gubernationis mũdi est bonũ extrinsecũ à toto vniuerso. Probatur dupliciter. primo, Principium rerum est extrinsecũ ab vniuerso. ergo finis. antecedens patet ex dictis: cõsequẽtia probatur, quia finis rñdet principio & secundũ esse & secũdum cognosci. Secundo, Finis vniuersalis omniũ rerũ est bonũ vniuersale. ergo est bonũ per essẽtiã: ergo nõ est aliquod infra vniuersum: ergo est bonũ extrinsecũ à toto
vniuerso. Antecedẽs pro- 259
batur dupliciter. primo, quia finis habet rationẽ boni. Secũdo, quia finis particularis alicuius est bonũ particulare. Prima cõsequentia probatur ex differentia inter bonum vniuersale, & particulare: quia illud ipsa bonitatis essẽtia: hoc participatiue bonũ. secunda con-
sequentia probatur: quia 249
nihil est in vniuerso nisi participatiue bonum. vltima est per se nota.

a ¶ *Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum tertium.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore vna cõclusio, Mundus

gubernatur ab vno. Probatur dupliciter: primo ratione, Finis gubernationis mūdi est bonum per essentiam: ac per hoc optimum, ergo gubernatio mūdi est optima. ergo est ab vno. Antecedens patet cum prima consequētia. secūda vero fundatur super duas ꝓpositiones. Altera est, quòd omnis gubernatio intendit vnitatem. Secunda est, quòd vnitas melius causatur per vnam, quàm per multos. Ex his manifeste cōsequētia tenet: quoniam
502 gubernatio optima: quia gubernatio est ad vnum ex prima propositione: quia optima est ab vno ex secūda propositione. Prima propositio probatur in litera sic, Gubernatio est directio ordinatorum in finem. ergo bonū. ergo vnum. Probatur hic vltima sequela, primo autoritate Boëtij: secundo ratione eius ex naturali appetitu, qui æque est ad bonum & vnum: quod declaratur tum à priori, quia est ad esse: tum à posteriori, quia resistit diuidenti: tum etiam à posteriori, quia dissolutio quæ opponitur vnitati, prouenit ex defectu in esse. Secunda vero propositio probatur: quia vnitatis per se causa est per se vnum: quod manifestat ex eo,
501 quia multi non causant vnum nisi inquantū aliquo modo vniunt. Conuenientius autē vnumquodq; fit per propriam causam, quàm per causam per accidens. ergo. Secundo confirmatur autoritate Aristo. hanc rationem paucis verbis tangentis.

a ¶ *Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum quartum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore vna cōclusio trimembris. Effectus gubernationis principalis est vnus, generales sunt duo, in particulari sunt nobis innumerabiles. Hæc conclusio probatur: & declaratur. Probatur autem & quātum ad ipsam trimembrem distinctionem sic, Effectus operationis est pertinctio ad finem: ergo effectus actionis ex fine pensari potest: ergo effectus gubernationis
D mūdi ex bono per essentiam accipi potest: ergo
504 tripliciter sumi potest, scilicet ex parte ipsius finis: & ex parte fundamēti in generali: & particulariter: ergo principalis est vnus, generales sunt duo, & particulariter innumerabiles. Antecedens patet cum prima consequentia & secunda: quia assimilatio ad summum bonum est id, ad quod omnia gubernata tendunt. Tertia vero consequentia cum sit de possibili, manifesta fit ex sufficientia ordinis ad finē, aut enim

suprà q. 22. art. 2. & 3. Et 1. dist. 39. q. 2. ar. 2. Et 3. contra. ca. 1. 64. 94. et 111. Et veri. q. 5. ar. 2. & 4. Et opusc. 3. ca. 124. 32. & 133

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum effectus gubernationis sit vnus tantum & non plures.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd effectus gubernationis mundi sit vnus tantum & non plures. Effectus enim gubernationis esse videtur id quod per gubernationem in rebus gubernatis causatur: hoc autem est vnum, scilicet bonum ordinis: vt in exercitu patet. Ergo gubernationis mundi est vnus effectus.

¶ Præterea, Ab vno natum est vnum tantum procedere: sed mundus gubernatur ab vno, vt ostensum est [e]: ergo & gubernationis effectus est vnus tantum.

¶ Præterea, Si effectus gubernationis non est vnus tantum propter vnitatem gubernantis, oportet quòd multiplicetur secundum multitudinem gubernatorum: hæc autem sunt nobis innumerabilia. Ergo gubernationis effectus non possunt comprehendi sub aliquo certo numero.

¶ SED CONTRA est quod Dionys. dicit, quòd deitas prouidentia & bonitate perfecta omnia continet, & seipsam implet: gubernatio autem ad prouidentiam pertinet. ergo gubernationis diuinæ sunt aliqui determinati effectus.

CONCLVSIO.

¶ *Principalis finis gubernationis vnus est, generales fines sunt duo, & particulariter innumerabiles.*

¶ RESPONDEO dicendū, quòd effectus cuiuslibet actionis ex fine eius pensari potest. Nam per operationem efficitur vt pertingatur ad finem. Finis autem gubernationis mundi est bonum essentiale [e]: ad cuius participationem & assimilationē omnia tendunt. Effectus igitur gubernationis potest accipi tripliciter. Vno modo ex parte ipsius finis: & sic est vnus effectus gubernationis, scilicet assimilari summo bono. Alio modo potest cōsiderari effectus gubernationis secūdum ea, quibus ad Dei assimilationem creatura perducitur. Et sic in generali sunt duo effectus gubernationis. Creatura enim assimilatur Deo quantum ad duo, scilicet quantum ad id quòd Deus bonus est, inquantum creatura est bona. Et quantum ad hoc quòd Deus est aliis causa bonitatis, inquantū vna creatura mouet aliam ad bonitatem. Vnde duo sunt effectus gubernationis, scilicet conseruatio rerum in bono, & motio earum ad bonum. Tertio modo potest considerari effectus gubernationis in particulari. Et sic sunt nobis innumerabiles.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ordo vniuersi includit in se & conseruationem rerum diuersarum à Deo institutarum, & motionem earum: quia secundum hæc duo inuenitur ordo in rebus, secundum scilicet quod vna est melior alia, & secundum quod vna ab alia mouetur.

¶ Ad alia duo patet responsio per ea quæ dicta sunt [e].

ARTICVLVS V.

a ¶ *Vtrum omnia diuinæ gubernationi subdantur.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd non omnia diuinę gubernationi subdantur. dicitur enim Eccles. 9. Vidi sub sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorū diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumq; in omnibus. Quæ autem gubernationi alicuius subsunt, non sunt casualia: ergo ea quæ sunt sub sole, non subduntur diuinæ gubernationi.

¶ Præterea, Apost. 1. ad Corint. 9. dicit, quòd non est Deo cura de bobus. Sed vnicuique est cura eorum quæ gubernantur ab ipso. Non ergo omnia subduntur diuinæ gubernationi.

¶ Preterea, Illud quod seipsum gubernare potest, non videtur alterius gubernatione indigere. Sed creatura rationalis seipsam gubernare potest: cum habeat dominiū sui actus, & per se agat, & non solum agatur ab alio: quod videtur esse eorū quæ gubernantur. Ergo non omnia sunt diuinæ gubernationi subdita.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit 5. de ciuit. Dei, quòd Deus nō solum cælum & terram, nec solum hominem & angelum: sed nec exigui & contemptibilis animantis viscera, nec auis pennulam, nec herbæ flosculum, nec arboris folium sine suarū partium conuenientia derelinquit. Omnia ergo eius gubernationi subduntur.

CONCLVSIO.

¶ *Cum Deus sit effectiua causa omniū, necesse est vt omnia diuinæ prouidentiæ subdātur, non solum superiora, sed omnia humana & inferiora.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd secundum eandem rationem competit Deo esse gubernatorem rerum & causam rerum. Quia eiusdem est rem producere, & ei perfectionem dare: quod ad gubernantem pertinet. Deus autem est causa, non quidem particularis vnius generis rerum, sed vniuersalis totius entis, vt suprà ostensum est [e]. Vnde sicut nihil potest esse quod non sit à Deo creatum, ita nihil potest esse quod eius gubernationi non subdatur. Patet etiam hoc idem ex ratione finis. Intantum enim alicuius gubernatio se extendit inquantum se extendere potest finis gubernationis. Finis autē diuinæ gubernationis est ipsa sua bonitas, vt suprà ostensum est [e]. Vnde cum nihil esse possit quod non ordinetur in diuinam bonitatē sicut in finem, vt ex supradictis patet [e]: impossibile est quòd aliquod entium subtrahatur gubernationi diuinæ. Stulta igitur fuit opinio dicentiū, quòd hæc inferiora corruptibilia, vel etiam singularia, aut etiam res humanæ non gubernantur à Deo. Ex quorum persona dicitur Ezech. 9. Dereliquit dominus terram.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd sub sole dicuntur esse ea quæ secundū motum solis generantur & corrumpuntur. In quibus omnibus casus inuenitur, non ita quòd omnia quæ in eis fiunt, sint casualia, sed quia in quolibet eorum aliquid casuale inueniri potest: & hoc ipsum quod aliquid casuale inuenitur in huiusmodi rebus, demonstrat ea alicuius gubernationi esse subiecta. Nisi enim huiusmodi corruptibilia ab aliquo superiori gubernarentur, nihil intenderent, maximè quæ non cognoscunt. Et sic non eueniret in eis aliquid præter intentionē, quod facit rationem casus. Vnde ad ostendendū quòd casualia secundum ordinē alicuius superioris causæ proueniunt, non dicit simpliciter quòd vidit casum esse in omnibus, sed dicit tempus & casum: quia scilicet secūdum aliquem ordinem temporis casuales defectus inueniuntur in his rebus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gubernatio est quædam mutatio gubernatorum à gubernante. Omnis autem motus est actus mobilis à mouente, vt dicitur in 3. Physic. Omnis autem actus proportionatur ei cuius est actus. Et sic oportet quòd diuersa mobilia diuersimode moueantur, etiam secūdum motionem vnius motoris. Sic igitur secundum vnam artem Dei gubernantis res diuersimode gubernantur secundum earum diuersitatem. Quædam enim secundum suam naturam sunt per se agentia tanquam habentia dominium sui actus. Et ista gubernātur à Deo non solum per hoc quòd mouentur ab ipso Deo in eis interius operante, sed etiam per hoc quòd ab eo inducuntur ad bonum, & retrahuntur à malo per præcepta & prohibitiones, præmia, & poenas. hoc autem

ipsa est consecutio finis, & sic est effectus ex parte ipsius finis se tenens: quoniā ipse effectus est idem finis cum fine extrinseco: sicut idem est finis apud auarum, puta pecunia, & possessio eius: aut ex parte fundātium istam cōsecutionem, & sic numerātur iuxta numerum eorum, per quæ finem assequūtur: & hoc quidem in generali finitū est: in particulari vero sine numero. Vltima autem cōsequentia probatur explanando, quòd primum est assimilatio ad summum bonum: in secundo loco sunt conseruatio in bono, & motio ad bonum: in tertio conseruatio huius in hoc bono, hæc motio huius ad hoc bonum.

¶ Aduerte hic quòd qa gubernatio nō facit res gubernandas, sed supponit eas: ideo nō creatio, sed conseruatio ponitur primus gubernationis effectus. Et quia naturaliter res prius in se cōseruatur, quàm promoueatur ad bonū: ideo secundus effectus ponitur motio ad bonum, sub qua 235
cōprehenditur actio post cōseruationem. Et nota 234
quòd semper vtitur boni nomine in hac materia, vt formaliter loquatur, vt consueuit: gubernatio enim non est, quæ ad bonum vt sic non intendit.

503 237 237 234

a ¶ *Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum quintum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore duo. Primo ponit con clusio respōsiua quæsito. Secūdo retūditur error. ¶ Quo ad primum conclusio est, Omnia diuinæ gubernationi subdūtur. Probatur dupliciter: primo ex parte causæ efficientis, Eiusdem est rem ꝓducere & ei perfectionem dare: ergo secundum eandem rationem conuenit Deo esse causam rerum & gubernatorem earum: ergo conuenit ei esse gubernatorem vniuersalem totius entis: ergo nihil esse potest, quod eius gubernationē subterfugiat. Antecedens patet cum prima consequentia: secūda vero probatur ex eo quòd Deus est causa vniuersalis totius entis: tertia quoque ex eo quòd nihil esse potest quod non sit causatum à Deo. Secundo ex parte finis, Gubernatio se extendit secundum extensionem proprij finis: ergo diuina gubernatio se extendit iuxta extensionem suæ bonitatis. ergo ad omnia. Antecedens est per se notum: alioquin non esset proprius finis: prima conse-

consequentia probatur: quia diuina bonitas est finis proprius gubernationis mundi, vt patet ex dictis. Vltima vero probatur: quia nihil esse potest quod non ordinetur in diuinam bonitatem & finem: oportet enim ipsam per essentiam bonitate finalizare respectu bonorum omnium.

¶ Quo ad secundum infertur per modum corollarij, stultam esse opinionem triplicem, scilicet inferiora, vel singularia, vel humana subtrahentem gubernationi: & affertur Ezechiel. 557

¶ Circa hos errores essēt multa dicēda de Auer. & Auic. Sed quoniā superius cū de diuina prouidentia tractaretur, dicta sunt multa, & inferius in hac eadē quæstione aliquid dicetur: hic non oportet immorari.

a ¶ *Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum sextum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore duo. Primo proponitur cōclusio responsiua. Secundo probatur quo ad vtranque partem. ¶ Quo ad primum duo sunt, distinctio concurrentium ad gubernationem, & ipsa conclusio. Distinctio est, ꝙ ad gubernationem exiguntur duo, ratio & executio: conclusio est habēs duas partes, Deus gubernat omnia quātum ad rationem immediate, quantum ad executionem vero, quædam mediantibus aliis.

¶ Quo ad secundū conclusio probatur. Primo quo ad primā partem, Ratio gubernationis attribuenda est Deo secundum sui optimum: ergo secundum cognitionem vsq; ad minima particularia. ergo Deus immediate gubernat quo ad rationē. Antecedēs probatur: quia vnūquodque quod attribuitur Deo, ponendum est secūdum optimum gradum, &c. consequentia vero probatur ex illa vniuersali, optimū in omni genere cognitionis practicæ cōsistit in cognitione vsq; ad particularia: quæ ꝓbantur ratione & inductione. Ratione, quia particularia sunt in quibus vt terminis & vt subiectis est actus seu operatio rationis practicæ. Inductione vero ex differentia inter medicū cognoscentē in vniuersali, & cognoscentē vniuersaliter & particulariter. Constat enim quòd hoc est optimum: & similis
137 differentia est in omni genere artis. Deinde ꝓbatur secunda pars, Gubernatio tanto est melior, quanto maiorē perfectionē gubernatis cōmunicat. ergo diuina gubernatio sic gubernat res, vt quasdam illarū in gubernando causas instituat. Antecedens probatur, quia gubernatio est perductiua gubernatorum ad perfectionē: consequentia vero probatur: primo quia maior perfectio est ꝙ aliquid & sit in se bonū & sit aliis causa bonitatis, quàm in se tantū sit bonū. Secundo manifestatur exēplo magistri & discipulorū, quos faceret aliorū doctores.

505 suprà q. 22. art. 3. Et 3. contra. c. 76. 77. 83. & 94. cor. 2. Et op. 3. c. 113.

modo non gubernantur à Deo creaturæ irrationales [e]: quæ tantum aguntur & non agunt. Cum ergo Apostolus dicit, ꝙ Deo nō est cura de bobus, non totaliter subtrahit boues à cura gubernationis diuinæ, sed solū quantū ad modum qui proprie cōpetit rationali creaturæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd creatura rationalis gubernat seipsam per intellectum & voluntatem: quorum vtrunque indiget regi & perfici ab intellectu & voluntate Dei. Et ideo supra gubernationem qua creatura rationalis gubernat seipsam tanquam domina sui actus, indiget gubernari à Deo.

ARTICVLVS VI.

a ¶ *Vtrum omnia immediate gubernentur à Deo.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd omnia immediate gubernentur à Deo. Grego. enim Nicenus reprehendit opinionem Plat. qui diuisit prouidentiā in tria. Primam quidem primi Dei, qui prouidet rebus cælestibus & vniuersalibus omnibus. Secundam vero prouidentiam esse dixit secundorū deorum, qui cælum circumeunt, scilicet respectu eorum quæ sunt in generatione & corruptione. Tertiam vero prouidentiam dixit quorundam dæmonū: qui sunt custodes circa terram humanarum actionum. Ergo videtur quòd omnia immediate à Deo gubernentur.

¶ Præterea, Melius est aliquid fieri per vnum quàm per multa, si sit possibile: vt dicitur in 8. Physic. Sed Deus potest per seipsum absque mediis causis omnia gubernare. Ergo videtur quòd omnia immediate gubernet.

¶ Præterea, Nihil in Deo est deficiens & imperfectum. Sed ad defectum gubernatoris pertinere videtur, quòd mediantibus aliquibus gubernet. Sicut rex terrenus: quia non sufficit ad omnia agenda, nec vbique est præsens in suo regno: propter hoc oportet quòd habeat suæ gubernationis ministros. Ergo Deus immediate omnia gubernat.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit in tertio de trini. Quemadmodum corpora grossiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora per spiritum vitę rationalem: & spiritus vitæ rationalis desertor atque peccator per spiritum vitæ rationalem pium & iustum: & ille per ipsum Deum.

CONCLVSIO.

¶ *Gubernantur omnia immediate à Deo secundum rationem gubernationis, quo ad executionē vero quædam mediantibus alijs gubernantur.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in gubernatione duo sunt consideranda, scilicet ratio gubernationis, quæ est ipsa prouidentia, & exequutio [e]. Quantum igitur ad rationem gubernationis pertinet, Deus immediate omnia gubernat. Quantum autem pertinet ad executionem gubernationis, Deus gubernat quædam mediantibus aliis. Cuius ratio est, quia cum Deus sit ipsa essentia bonitatis [e], vnūquodq; attribuendum est Deo secundum sui optimum. Optimum autem in omni genere vel ratione vel cognitione practica (qualis est ratio gubernationis) in hoc cōsistit, quòd particularia cognoscantur in quibus est actus. Sicut optimus medicus est qui non considerat sola vniuersalia, sed qui potest etiam considerare minima particularium. Et idem patet in cæteris. Vnde oportet dicere, quòd Deus omnium etiam minimorum particularium rationem gubernationis habeat. Sed cum per gubernationem res quæ gubernantur sint ad perfectionem perducendæ: tanto erit melior gubernatio, quanto maior perfectio à gubernante rebus gubernatis communicatur. Maior autem perfectio est quòd aliquid in se sit bonum, & etiam sit alij causa bonitatis, quàm si esset solummodo in se bonum. Et ideo sic Deus gubernat res, vt quasdam aliarū in gubernando causas instituat. Sicut si aliquis magister discipulos suos, non solum scientes faceret, sed etiam aliorum doctores.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd opinio Platonis reprehenditur: quia etiam quantum ad rationem gubernationis posuit Deum non immediate omnia gubernare. Quod patet per hoc quòd diuisit in tria prouidentiam, quæ est ratio gubernationis [e].

¶ Ad secundum dicendum, quòd si solus Deus gubernaret, subtraheretur perfectio causalis à rebus. Vnde non totum melius fieret per vnum, quod fit per multa.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non solum pertinet ad perfectionē regis terreni, quòd executorem habeat suæ gubernationis, sed etiam ad regis dignitatem: quia ordine ministrorum potestas regia præclarior redditur.

ARTICVLVS VII.

a ¶ *Vtrum aliquid præter ordinem diuinæ gubernationis contingere possit.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd aliquid præter ordinem diuinæ gubernationis contingere possit. Dicit enim Boët. in tertio de conso. quòd Deus per bonum cuncta disponit. Si ergo nihil in rebus contingit præter ordinem diuinæ gubernationis, sequeretur quòd nihil esset malum in rebus.

¶ Præterea, Nihil est casuale quod euenit secundum præordinationem alicuius gubernātis. Si igitur nihil accidit in rebus præter ordinem gubernationis diuinæ, sequitur quòd nihil in rebus sit fortuitum & casuale.

¶ Præterea, Ordo diuinæ gubernationis est certus & immutabilis: quia est secundum rationem æternam. Si igitur nihil possit contingere in rebus præter ordinem diuinæ gubernationis, sequitur quòd omnia ex necessitate

¶ *Num & quomodo secundum rationem omnia immediate gubernentur à Deo, quo ad executionem vero, non immediate.*

Quæstio. ¶ Circa differentiam assignatam inter partes conclusionis penes mediationem & immediationem dubium occurrit, an sit sermo de mediatione & immediatione virtutis, an suppositi, vel vtriusq;: si enim est de immediatione suppositi, falsum est, Deum quantū ad rationē omnia immediate gubernare: cum mediet ratio humana respectu humanorū actuum, &c. si vero est sermo de immediatione virtutis, falsum est ꝙ Deus quantū ad executionē mediate gubernet, quoniam quicquid exequitur quodcunq; ens: exequitur mediante virtute diuina, & non ecōuerso: vt in 3. contra Genes. c. 67. diffuse ostenditur. si forte dicatur ꝙ in vno membro est sermo de vna mediatione & in alio de alia, sequitur ꝙ differentia assignata non est penes idem nisi secundum vocabulū, quod ab arte & tanta doctrina alienū esse oportet.

¶ Ad hoc dicitur ꝙ formaliter loquendo, de neutra mediatione est sermo, sed de mediatione propria vnicuique, scilicet rationi & executioni: quamuis prima pars verificetur de immediatione virtutis. Secūda de mediatione suppositi. Ad quorum euidentiam scito, ꝙ inter rationem rectricem seu gubernatricē, & res rectas, esse rationē mediam contingit dupliciter, vno modo vt supplētem notitiam & regulationē rationis principaliter: vt puta quia principalis dedit regulas vniuersales, ordinauit principalia, dedit modum, &c. & inferioribus curā aliorū reliquit secūdum particularia occurrentia vt in hominibus, frequēter cōtingit. Alio modo vt ministrā tantū rationis principalis: vt puta quia principalis hic agēda quo ad oīa discussa inferiori tradit exequēda, vt in ministris artiū contingit, præostensis omnibus à magistris, inter hos autem duos modos interest, ꝙ primo, mediat ratio vt ratio, q[uia] vt coniungens notitiam & regulationē vniuersalem particularibus: in secūdo vero mediat ratio, vt minister rationalis tamē. in primo ratio principalis non se extēdit ad vltimā immediate: quia nō absq; media ratione ea nouit, aut regulā eorū habet. In secundo vero immediate ad vltima quæ particularia sunt, se extendit. Et quoniam in omnibus secūdum propria procedēdū est, ideo de ratione loquendo, de tali mediatione intellexit. Quia autē talis mediatio coincidit cū mediatione virtutis, idcirco gratia materiæ primum membrū intelligitur de immediatione virtutis. Quemadmodū autē de media ratione distinctū est, ita de medio executore distingui potest. Cōstat enim ꝙ inter executorem vt sic, & effectū, dupliciter cōtingit medium executorem poni. Vno modo ad supplendam potentiam executiuam prioris. Alio modo ad ministrandū tantum priori: & primum quidē per accidens se habet ad executoris rationem, quoniam non cōuenit ei nisi ratione impotētiæ, quę accidit executori: non enim est necesse executorē esse impotentem. Secūdum vero conuenit executori inquātum executor est: exequi enim de ratione sua importat ministeriū quoddā: vt de se patet. Vnde cum de mediatione vel immediatione executionis est sermo: proprie loquēdo de medio non supplente, sed ministrante est sermo. Et quia medium vt ministrans est medium vt suppositum, non vt virtus: ideo secundum membrum de mediatione suppositi gratia materiæ verificatur. Stat ergo responsio quòd hic est sermo de mediatione & immediatione propria singulis: & quòd differentia inter rationem & executionem est, quòd illa immediate per negationem proprij medij: ista mediate per positionem proprij medij est. Nec est differentia secundum vocem tantū aut in æquiuoco. & quoniam proprium medium illius esset medium virtutis, istius esset medium suppositi: Ideo materialiter non formaliter ibi verificatur de vna, & hic de alia, & respicere ad hoc materiale dat causam dubitandi.

501 137

506 suprà q. 22. art. 2. ad secundū. & 2. dist. 6. ar. 1. ad tertium.

a ¶ *Super Quæstionis centesimætertiæ Articulum septimum.*

Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio responsiua, Impossibile est quòd aliquid contingat præter ordinem diuinæ gubernationis. Probatur, Nullus effectus potest euenire præter ordinē causæ vniuersalis. Diuina gubernatio est vniuersalis causa *Coment.*

eueniant, & nihil sit in rebus contingẽs. Quod est incõueniens. Potest igitur in rebus aliquid cõtingere prẹter ordinẽ gubernationis diuinẹ.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Hester 13. Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tuae voluntati.

CONCLVSIO.

¶ Cum diuina prouidentia sit vniuersalis causa non vnius tantum generis, sed totius entis, nihil potest praeter illius ordinem in vniuerso euenire.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ praeter ordinẽ alicuius particularis causae aliquis effectus euenire potest, non autẽ praeter ordinem causae vniuersalis. Cuius ratio est, quia praeter ordinem particularis causẹ nihil prouenit nisi ex aliqua alia causa impediente, quã quidem causam necesse est reducere in primam causam vniuersalem. Sicut indigestio contingit praeter ordinem virtutis nutritiuae ex aliquo impedimento: puta ex grossitie cibi, quam necesse est reducere in aliam causam: & sic vsq; ad causam primam vniuersalem. Cum igitur Deus sit prima causa vniuersalis non vnius generis tantum, sed totius entis[c]: impossibile est ꝙ aliquid contingat praeter ordinẽ diuinae gubernationis. Sed ex hoc ipso ꝙ aliquid ex vna parte videtur exire ab ordine diuinẹ prouidẽtiae, qui consideratur secundum aliquam particularẽ causam: necesse est quòd in eundem ordinem relaxetur secundum aliam causam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ nihil inuenitur in mundo, quod sit totaliter malum, quia malum semper fundatur in bono, vt suprà ostensum est[e]. Et ideo res aliqua dicitur mala per hoc ꝙ exit ab ordine alicuius particularis boni. Si autẽ totaliter exiret ab ordine gubernationis diuinae, totaliter nihil esset.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliqua dicuntur esse casualia in rebus per ordinem ad causas particulares extra quarum ordinem fiunt. Sed quãtum ad diuinam prouidentiam pertinet, nihil fit casu in mundo: vt Augustinus dicit in lib. 83. quaest.

¶Ad tertium dicendum, quòd dicũtur aliqui effectus contingentes per comparationem ad proximas causas quae in suis effectibus deficere possunt, non propter hoc quòd aliquid fieri possit extra totum ordinem gubernationis diuinae: quia hoc ipsum quòd aliquid contingit praeter ordinem causae proximae, est ex aliqua causa subiecta gubernationi diuinae.

ARTICVLVS VIII.

a *¶ Vtrum aliquid possit reniti contra ordinem gubernationis diuinae.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd aliquid possit reniti cõtra ordinem gubernationis diuinae. Dicitur enim Isa. 3. Lingua eorum & adinuẽtiones eorum contra Dominum.

¶Praeterea, Nullus rex iuste punit eos, qui eius ordinationi non repugnant. Si igitur nihil contraniteretur diuinae prouidentiae, nullus iuste puniretur à Deo.

¶Praeterea, Quaelibet res subiicitur ordini diuinae gubernationis. sed vna res ab alia impugnatur: ergo aliqua sunt quae contranituntur diuinae gubernationi.

¶SED CONTRA est quod dicit Boë. in tertio de conso. Non est aliquid quod summo huic bono vel velit, vel possit obsistere. Est igitur summũ bonum quod regit cuncta fortiter, suauitérque disponit: vt dicitur Sapien. 8. de diuina sapientia.

CONCLVSIO.

¶Nihil contranititur diuinae sapientiae in generali, sed in speciali.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd ordo diuinae sapientiae dupliciter potest cõsiderari. Vno modo in generali, secũdum scilicet quod progreditur à causa gubernatiua totius. Alio modo in speciali, secũdum quod progreditur à causa particulari, quae est executiua diuinae gubernationis. Primo igitur modo nihil contranititur ordini diuinẹ gubernationis. Quod ex duobus patet. Primo quidem ex hoc, ꝙ ordo diuinẹ gubernationis totaliter in bonũ tendit, & vnaquaeque res in sua operatione & conatu non tendit nisi ad bonũ, nullus enim respiciens ad malum operatur, vt Dionys. dicit. Alio modo apparet idem ex hoc, ꝙ sicut suprà dictum est[c], omnis inclinatio alicuius rei vel naturalis vel voluntaria, nihil est aliud quàm quaedam impressio à primo mouente, sicut inclinatio sagittae ad signum determinatum, nihil aliud est quàm quaedam impressio à sagittante. Vnde omnia, quae aguntur vel naturaliter, vel volũtarie, quasi propria sponte perueniunt in id ad quod diuinitus ordinantur. Et ideo dicitur Deus omnia disponere suauiter.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dicũtur aliqui vel cogitare, vel loqui, vel agere contra Deum: non quia totaliter renitantur ordini diuinae gubernationis (quia etiam peccantes intendunt aliquod bonũ) sed quia contranituntur cuidam determinato bono: quod est eis conueniens secundum suam naturam aut statum. Et ideo puniuntur iuste à Deo. Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quod vna res alteri contrà pugnat, ostenditur quòd aliquid reniti potest ordini qui est ex aliqua causa particulari: non autem ordini qui dependet à causa vniuersali totius.

QVAESTIO CENTESIMAQVARTA de Effectibus diuinae gubernationis in speciali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus diuinae gubernationis in speciali.

¶ Et circa hoc quaeruntur quatuor. ¶Primo, vtrum creaturẹ indigeant vt conseruentur in esse à Deo. ¶ Secundo, vtrum conseruentur à Deo immediate. ¶Tertio, vtrum Deus possit aliquid redigere in nihilum. ¶ Quarto, vtrũ aliquid in nihilum redigatur.

ARTICVLVS I.

a *¶ Vtrũ creaturae indigeãt vt à Deo conseruentur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd creaturae non indigeant, vt à Deo conseruentur in esse. Quod enim non potest non esse, non indiget vt conseruetur in esse: sicut quod non potest abscedere, non indiget, vt conseruet ne abscedat: sed quaedam creaturae sunt, quẹ secundum sui naturam non possunt non esse. Ergo non omnes creaturae indigent, vt à Deo conseruentur in esse. Probatio mediae. Quod per se inest alicui, necesse est ei inesse, & oppositum eius impossibile est ei inesse. Sicut necessariũ est binarium esse parẽ, & impossibile est eum esse imparem. Esse autem per se consequitur ad formã: quia vnumquodque secundũ hoc est ens actu, quod habet formam. Quaedam autẽ creaturae sunt quae sunt formae quaedam subsistẽtes: sicut de angelis dictum est[c]. Et sic per se inest eis esse. Et eadẽ ratio est de illis, quorum materia non est in potentia nisi ad vnam formã, sicut suprà dictum est de corporibus cẹlestibus[e]. Huiusmodi ergo creaturae secundum suam naturam ex necessitate sunt, & non possunt non esse. Potentia enim ad non esse non potest fundari neq; in forma quam per se sequitur esse neq; in materia existente sub forma, quam non potest amittere: cum non sit in potentia ad aliam formam.

¶Praeterea, Deus est potentior quolibet creato agente. Sed aliquod creatum agens potest communicare suo effectui, vt conseruetur in esse etiam eius operatione cessante: sicut cessante actione aedificatoris remanet domus, & cessante actione ignis remanet aqua calefacta per aliquod tempus. Ergo multo magis Deus potest suae creaturae conferre, quòd conseruetur in esse sua operatione cessante.

¶Praeterea, Nullum violentum potest contingere absq; aliqua causa agente. Sed tendere ad non esse est innaturale & violentum cuilibet creaturae: quia quaelibet creatura naturaliter appetit esse. Ergo nulla creatura potest tẽdere in non esse nisi aliquo agente in corruptionem. Sed quaedam sunt ad quorum corruptionem nihil agere potest, sicut spirituales substantiae & corpora caelestia. Ergo huiusmodi creaturae non possunt tendere in non esse etiam Dei operatione cessante.

¶Praeterea, Si Deus conseruat res in esse, hoc erit per aliquam actionem. Per quamlibet autem actionem agentis, si sit efficax, aliquid fit in effectu. Oportet igitur quòd per actionem Dei conseruantis aliquid fiat in creatura. Sed hoc non videtur. Non enim per huiusmodi actionem fit ipsum esse creaturae: quia quod iam est, non fit, neque iterum aliquid aliud superadditum: quia vel non continue Deus conseruaret creaturam in esse, vel continue aliquid adderetur creaturae. Quod est incõueniens. Non igitur creaturae conseruantur in esse à Deo.

¶SED CONTRA est quod dicitur Heb. 1. Portans omnia verbo virtutis suae.

CONCLVSIO.

¶Cum Deus sit prima omnium causa in fieri & esse, necesse est, vt omnia etiam ab ipso conseruentur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere & secundũ fidem & secundum rationem, quòd creaturae conseruantur in esse à Deo. Ad cuius euidentiam considerandũ est, quòd aliquid cõseruatur ab altero dupliciter. Vno modo indirecte & per accidẽs: sicut ille dicitur rem cõseruare, qui remouet corrumpẽs: puta si aliquis puerum custodiat ne cadat in ignẽ, dicitur eum cõseruare. Et sic etiam Deus dicitur aliqua conseruare, sed non omnia: quia quaedam sunt quae non habẽt corrumpẽtia, quẹ necesse sit remouere ad rei conseruationem. Alio modo dicitur aliquid rem aliquã conseruare per se directe, quando, scilicet illud, quod conseruatur, depẽdet à conseruante, vt sine eo esse non possit. Et hoc modo oẽs creaturae indigent diuina conseruatione. Depẽdet enim esse cuiuslibet creaturae à Deo, ita quòd nec ad momentum subsistere possent, sed in nihilum redigerẽtur, nisi operatione diuinae virtutis conseruarẽtur in esse[e]: sicut Greg. dicit. Et hoc sic perspici potest. Omnis enim effectus dependet à sua causa, secundum quod est causa eius. Sed considerandum est, quòd aliquod agẽs est causa sui effectus secũdum fieri tantum, & non directe secundum esse eius. Quod quidẽ conuenit & in artificialibus & in rebus naturalibus: aedificator enim est causa domus quantum ad eius fieri, non autem directe quantum ad esse eius: manifestũ est enim quòd esse domus consequitur formam eius. Forma autẽ domus est compositio & ordo, quae quidem forma consequitur naturalem virtutẽ quarundam rerum. Sicut enim coquus coquit cibum adhibendo aliquam virtutẽ naturalem actiuam, scilicet ignis: ita aedificator facit domum, adhibendo caementum, lapides, & ligna, quae sunt susceptiua & conseruatiua talis compositionis & ordinis. Vnde esse domus dependet ex naturis harum rerum, sicut fieri domus depẽdet ex actione aedificatoris. & simili ratione est considerandum in rebus naturalibus. Quia si aliquod agens non est causa formae inquantũ huiusmodi, non erit per se causa esse quod consequitur ad talẽ formam, sed erit causa effectus secundum fieri tantum. Manifestum est autẽ quòd si aliqua duo sunt eiusdem speciei, vnum non potest esse per se causa formẹ alterius inquãtũ est talis forma (quia sic esset causa formẹ proprie, cum sit eadem ratio vtriusque) sed potest esse causa huiusmodi formae secundum quod est in materia, id est, ꝙ hẹc materia acquirat hãc formam. Et hoc est esse causa secundũ fieri, sicut

non in vno genere, sed totius entis: ergo nihil potest praeter ipsius ordinem euenire. Probatur maior: ex differentia inter causam particularẽ & vniuersalem in hoc: quòd praeter particularem potest effectus contingere, praeter vniuersalem non. Et probatur differentia: quia praeter particularẽ est alia causa sibi non subdita, ex qua potest effectus impediri: praeter vniuersalem vero nulla est, quia omnes causae reducuntur in illam: & sic sub illius ordine cadit quicquid per quamcũq; causam fit: declarat' hoc exemplo indigestionis.

a *¶Super Quaestionis centesimaetertiae Articulum octauum.*

Cõment. TItulus. Circa titulum dubium occurrit: quia hic articulus videt' superfluus, aut coincidere cum praecedente: aut saltẽ male ordinatus. Si enim conclusum est ꝙ praeter ordinem diuinae gubernationis nihil potest contingere: superfluũ est solicitari an contra illum possit aliud fieri: praeter enim claudit in se & ꝓter, & contra. superfluit ergo, aut pars est praecedẽtis: aut prius debebat quaeri vtrum contra, & deinde vtrũ praeter: quia stat quòd non contra: & tamen praeter: sed non econuerso, vt patet.

260 ¶ Ad hoc dicitur ꝙ iste articulus est omnino distinctus: & optimo loco necessario quaesitus. Differt enim à praecedente: quia ille de euentu, iste de renitẽtia quaerit. Vnde differunt quasi sicut actus & ꝓptitudo ad actũ. In illo enim quaeritur an possit aliquid cõtingere praeter diuinam gubernationem: hic non

254 quaeritur vtrum aliquid possit facere cõtra diuinam gubernationẽ: sed vtrũ aliquid sit renitens, id est aut non obediens aut difficile obediẽs diuinae gubernationi. hoc enim renitentia importat. Vnde post decisionẽ ꝙ nihil praeter diuinam gubernationem euenit, aut euenire potest: merito reliquũ fuit discutere, vtrũ res promptae sint ad hoc ipsum, quod fieri diximus, s. ordinem diuinae gubernationis implendum, an aliquẹ contra renitantur, id est resistant: quamuis oppositum facere non possint.

Cõment. ¶In corpore duo: primo proponitur cõclusio: secundo probatur.

507 3. cont. ca. 64. co. 3. ¶Quo ad primum ponitur vna distinctio & conclusio. Distinctio, est ordo diuinae sapientiae dupliciter in generali & in speciali. Primo modo est in gubernatore vniuersali, secundo in gubernatoribus specialib⁹. Conclusio est bimembris, nihil contra nititur ordini diuinae gubernationis in generali, sed in speciali.

¶Quo ad secũdum probatur quoad primã partem dupliciter. Primo, Vnaquaeque res sua operatione & conatu tẽdit ad bonum: ergo non contra nititur diuinae gubernationi in generali. Antecedens probatur: quia nihil operatur aspiciens ad malum: vt Dionys. dicit. consequentia probatur, quia ipsa diuina gubernatio totaliter tendit in bonum. Secundo omnis inclinatio siue naturalis, siue voluntaria, est impressio quaedam à primo mouente. ergo omnia agentia tam naturaliter quàm voluntarie tendunt, quasi sponte ad id ad quod diuinitus ordinantur. antecedens supponitur ex supradictis: & manifestatur exemplo impressionis in sagitta. consequentia patet ex eisdem & confirmatur: quia hic dicitur Deus disponere omnia suauiter. secunda pars vt nota relinquitur.

Annot. ¶Circa distinctionem & explanationem membrorũ eius aduerte, quòd non materialiter, sed formaliter intelligenda sunt, ita quòd gubernatio in generali est, prout egreditur à gubernatore vniuersali vt sic, in speciali vero vt egreditur à causa particulari executiua vt sic. Dico autem, vtrobique vt sic, quoniam Deus non nisi vt gubernator totius claudit sub primo membro, & ipsemet Deus dãs praecepta moralia, vt ordinans ecclesiam, & secũdum similes rationes speciales, clauditur sub secundo membro: quoniam est vt causa particularis executiua per seipsam quandoque: non enim vt faciens aliquod horum ordinat omnia entia: sed quaedam tantũ vel secundum quasdam tantum dispositiones. & hoc si notaueris, solues multas argumentationes de peccato mortali, quo est contra Deum, & contra amicitiam & praecepta eius immediate siue in homine, siue in angelo, &c.

¶ In responsione ad primum aduerte quòd peccãtes mortaliter duo inspiciunt, alterũ intentũ: & hoc constat esse aliquod bonum: & sic implent aliquẽ ordinẽ diuinae gubernationis. Alterum prẹter intentionẽ: & hoc est deformitas actus consistens in priuatione debiti ordinis, &c. Et in hoc declinãt à quodam determinato ordine boni: & contra illum nituntur, & sic nulla ex parte contra diuinã gubernationem in generali agunt, sed in speciali. a c 500

a *¶ Super Quaestionis cẽtesimaequartae Articulum primum.*

Cõment. TItulus clarus.

¶In corpore duo principaliter. Primo proposita cõclusione responsiua, distinguit de cõseruatione: et iuxta duo distinctionis mẽbra duas cõclusiones ponit. Secundo prosequitur secundam conclusionem.

¶Quo ad primum: conclusio simpliciter respõsiua quaesito est affirmatiua vniuersalis, scilicet omnia cõseruãtur in esse à Deo, & hoc tam fide quàm ratione. distinctio est, Conseruare dupliciter: directe & indirecte: indirecte quidem per remotionẽ corrumpentiũ: directe vero per manutentionem dependentis à se. Cõclusio prima est, Non omnia conseruantur indirecte. Probatur: quia non omnia egent remotione corrumpentium. quoniam quẹdam sunt quae nulla habere possunt corrũpentia: vt angeli & corpora caelestia, & caetera. Conclusio secunda est, Omnia conseruari egent à Deo directe. probatur autoritate Grego. 508 22. q. 109 arti. 2. ad 2. & art. 8. cor. & arti. 9. ad 1. Et 3. contra c. 65. & 67. & ratione 3. 94. Et pr. f. 5. ar. 1. Et Io. 5. le. 2. co. 4.

¶Quo ad secũdum tractatur secunda conclusio ratione: & intenditur ratio talis, Effectus alicuius causae non solum in fieri, sed in esse eget conseruari directe ab illa: sed omnis creatura est effectus dependens à Deo in fieri & esse: ergo omnis creatura eget conseruari à Deo directe. Maior probatur ex illa maxima, Omnis effectus dependet à sua causa secundum quod est causa eius, scilicet si in fieri, in fieri: & si in esse, in esse. Minor vero ex illa, quòd solus Deus est ens per essentiam. Reliqua enim participatione ipsius sunt entia. Vnde ad euidentiam huius rationis in litera primo dicitur quis sit effectus quo ad esse respectu alicuius causae.

secundo

secundo quae sit causa quo ad esse effectus: ibi, manifestum. tertio applicatur hic ad creaturas, & ad Deum: & sic infertur intenta conclusio ibi, sic autem se habet.

¶Quo ad primum sunt tria: distinctio, descriptio distinctorum, & manifestatio per exempla. Distinctio est, Effectuum aliquis ab agente causatur secundum fieri, & non secundum esse directe: aliquis vero & secundum fieri, & secundum esse directe. Et bene notato ly directe: quoniam stultum est dicere, fieri alicuius causari ab aliquo & esse illius non: cum fieri rei nihil aliud sit, quàm acquirere esse: non ergo distinguitur inter effectum in fieri tantum: & in esse & fieri simul absolute: sed sub intellecto illo modo depẽdẽdi, scilicet directe. Ita quòd licet omnis effectus à sua sufficiente causa habeat & fieri & esse: ali-

265 quis tamen est cuius esse non directe causatur ab agente sed fieri tantum: esse vero concomitan-

565 ter: vt domus respectu aedificatoris: aliquis vero cuius & fieri, & esse directe ab agente pendet: vt lumen à sole. Descriptiones sunt, Effectus alicuius in esse, est cuius forma per se respicitur à tali agente. Effectus in fieri tantum, est cuius forma non per se respicitur à tali agente. Explanationes sunt in exemplo de domo in quo applicatur quo forma non fit directe à domificatore, sed fieri tantum: & intendit inductionem in caeteris artificialibus.

¶QVO ad secũdum sunt tria, distinctio causarũ, diuersa distinctorũ proportio ad effectus, & manifestatio dictorum à posteriori. Distinctio est clara, Agentium quaedam sunt eiusdem rationis cum effectibus, & quaedam diuersarum. Diuersa proportio est secundum duo ordinate se consequentia: primo secundum respectum ad formam: secundo secundum influentiam ad esse, vel fieri. Differunt igitur primo hẹ causae, quia causae vniuocae non possunt esse causae per se formarum effectus sui: causae vero aequiuocae possunt esse causae per se formae effectus. Secundo differunt: quia causẹ vniuocae sunt causae tantum fieri effectus: causae vero aequiuocae possũnt esse causae esse effectus. Prima differentia probatur ex illa maxima: Causa per se alicuius est causa illius in quocunque inuenitur secundum eandem rationem: ergo si causa vniuoca, puta Sortes, causat formam humanitatis per se, dum generat Platonem: sequitur quòd causaret etiam humanitatem suam, cum sit in eo eiusdem rationis. Secunda vero differentia sequitur ex prima: quia ex quod causa vniuoca nõ causat per se formam, & aliquid causat: ergo causat applicationem seu coniunctionem formae in materia. hoc autem est esse causam fieri effectus. Et quoniam in causa aequiuoca non saluatur forma effectus secundum eandem rationem, non repugnat ei esse per se causam formae effectus, & consequenter esse causam fieri, & esse effectus. Manifestatio autem praedictae diuersae proportionis fit à testimonio sensibilium in differentia inter calorem aquae & lumen aëris: quorum neutrum inest ab intrinseco, in hoc quòd ille remanet absque conseruante, istud non. quia calor est eiusdem rationis in calefaciente & calefacto: lumen autem non in illuminato & lucente.

¶Quo ad tertium tria, vis applicationis praedictorum, explanatio eius ex proportione ad solem & lumen, & autoritates Aug. Vis est, quia Deus est causa essendi omnibus directe causans esse omnium, quia est ens per essentiam: caetera sunt entia per participationem: & sic creaturae sunt effectus Dei in esse, & Deus est causa earum in esse. Explanatio est proportio Dei ad solem, & creaturae ad aërem illuminatum: quae Aug. autoritate firmatur duplici, & clare patet litera.

¶Num & quomodo effectus in fieri, & in esse distinguantur.

Quaestio. ¶Circa distinctionem effectuum dubium occurrit de illa modificatione, scilicet directe: omne enim agens non dico disponens, sed perficiens, quod scilicet inducit formam, agit directe sibi simile secundum formam qua agit: ergo directe agit ad formam effectus. Probatur consequentia: quia sola forma effectus est ratio assimilationis effectus ad causam. Vnde forma praesente cessat motus: vt dicitur in primo de generatione. Non ergo distinguitur per hoc effectus in fieri ab effectu in esse, ꝙ illius esse non directe est propria causa: istius vero directe: imò hoc fictitiũ videtur.

¶Num forma effectus per se causetur ab agente.

Quaestio. ¶Circa descriptiones, quoque eorundem dubium occurrit, quid intelligatur per formam per se causari, aut respici à causa. Cum enim sermones doctrinales sint formales, oportet accipi per se, vt est modus causandi actiue, vel passiue: sic autem inuenitur manifeste falsum quod dicitur: quoniã forma tunc per se respicitur ab agente: quando non per accidens respicitur: vt patet & in 1. Poste. c. de per se. & 5. Met. vt statua per se respicitur à statuifico: per accidens autem à Polycleto, & similiter domus ab aedificatore, & sanitas à medico, &c. Constat autem quòd multorum formẹ, per se & non per accidens fiunt ab agentibus: à quibus non dependent in esse: vt patet in exemplis datis: igitur ista ratio seu descriptio effectus in esse nulla est. 44

¶Num per se causa alicuius formae sit causa illius in quocunque inueniatur.

Quaestio. ¶ Circa rationem assignatam in diuersa proportione inter causas vniuocas & aequiuocas dubium occurrit: vnde aut quantum valet haec conclusio, Si Sortes esset causa per se formae in Platone, esset causa suiipsius: quia est eiusdem rationis in vtroque. Haec enim fundatur super illa propositione, Causa per se alicuius formae causat illam in quocunque inuenitur. Sed hanc esse falsissimam, & ratione & inductiõe manifestatur. Inductione quidem: quia sic corpora caelestia non causarẽt per se corpora inferiora, nec substantiae superiores substantias inferiores, nec Deus entia: illa enim sunt corpora, hae sunt substantiae, & hic est ens: & sic causarẽt seipsa si in quocunque illud inuenitur, oportet causare. Ratione autem, quia ista propositio destruit illam maximam, Omne agẽs agit per se sibi simile secundum formam, quae est ratio agendi. Si enim per se agit sibi simile, ergo esse per se actiuum supponit in agente fundamentum assimilationis: & si ex alia parte, esse per se actiuum exigit actiuitatem in omne in quocunque inuenitur tale fundamentum: igitur non supponit: & sic hic duo principia contradicunt. quare, &c.

¶Ad primum dubium dicitur quòd in aequiuoco laborat ratio: quoniam cum dicitur, quòd omne agens agit sibi simile: intelligitur indistincte siue in fieri, siue in fieri & esse simul. Cum vero dicitur quod alicuius effectus esse non directe fit, iam non indistincte est sermo: sed de esse, vt distinguitur contra fieri. Vnde non repugnant adinuicem: non enim hic negatur effectum directe fieri & intendit similem agenti: sed quo ad esse non semper directe intendi & fieri.

¶Ad secundum dubium dicitur, quòd per se etiam, vt modus causandi cum sumatur dupliciter, scilicet vt distinguitur cõtra per accidens, & cõtra per aliud: in proposito sumitur, vt distinguitur cõtra per aliud. Ita ꝙ sermo est de forma aliqua non materialiter, sed formaliter: & de dependentia causa actiua, quae conuenit ei per se primo. Quod enim naturae alicuius formae conueniat per se primo dependentia ab agente: patet de proprio, respectu proprij subiecti homini si quidẽ conuenit per se primo quòd ab eo fluat risibilitas: & econuerso risibilitas exigit ex intrinseco quòd sit ab homine. Intentio igitur literae est quòd forma, quae per se primo exigit dependentiam à tali agente, est ab eo secundum esse & fieri: quae autem non hoc exigit, est ab eo secundum fieri tantum. Et manifestatur hoc sic, Dependentia ad causam actiuam per se primo conueniens formae non conuenit ei ratione sui fieri praecise: quia fieri vt distinguitur contra esse, nec est intrinsecum rationi formae, nec necessario comitatur ipsam: alioquin cessante fieri, non maneret forma. dependentia

autem illa conuenit formæ per se primo: igitur conuenit ei secundum esse. Omnis ergo forma per se primo dependens ab aliquo, est effectus illius in esse: & econuerso, vt in litera dicitur. Cum enim idem sit iudicium de forma & esse: intelligi nequit quod aliquis effectus secundum esse ab aliquo dependeat actiue, & directe, & tamen non secundum formam per se primo. Si enim formæ eius non per se primo conuenit dependentia ad talem causam sed per aliud dependet à tali agente: per separationem illius alius poterit non dependere ab ipso: & sic simul effectus erit dependens secundum esse: & non dependens secundum formam ab eodem agente: quod implicat duo contradictoria. Ad obiectiones vero in oppositum iam patere potest responsio: quia huiusmodi propositiones loquuntur indistincte de causa per se & effectu per se: non distinguendo secundum esse directe vel secundum fieri tantum. Potest quoque iuxta nunc dicta dari secunda responsio, quod licet in instantiis adductis & similibus sit causa & effectus per se, vt distinguitur contra per accidens: non tamen vt di-
a stinguitur contra per aliud:
343 quia sunt effectus per fieri, quod est aliud ab eis.

¶Ad tertium dubium dicitur, quod verum est consequentiam illam fundari super illo principio, scilicet causa per se alicuius causat illud in quocunque inuenitur. Sed, vt iam dictum est, intel-
343 ligitur de causa per se
a primo alicuius: ita quod perseitas seu primitas se teneat ex parte vtriusque, scilicet tam causæ quàm effectus. proportionaliter tamen sic, quod B conueniat per se primo dependere ab A, & A conueniat per se pri-
39 mo esse actiuum B. Principium autem hoc non eget probatione: sed est per se notum. Quoniam si B conuenit per se pri-
17 mo dependentiæ ab A, in quocunque inuenitur est cum tali dependentia: impossibile est enim separare aliquid ab eo quod conuenit sibi per se. Et similiter si A con-
44 uenit per se primo quod sit actiuum B, in quocunque reperitur, est actiuum ipsius B, & si sic A & B sunt eiusdem rationis, idem est per se primo actiuum suiipsius: quod est impossibile in litera deductum. Instantiæ autem ad oppositum adductæ ex litera soluuntur: in qua expresse dicitur quod hæc dicuntur de effectu eiusdem rationis: ita quod sensus illius principij, Causa per se alicuius causat illud in quocunque reperitur, est, causa per se alicuius causat illud in quocunque reperitur secundum eandem rationem. Nec oportet quod causet illud in quocunque æquiuoce seu analogice inuenitur. Et in promptu huius sane glossæ causa est: quia quando aliquid conuenit alicui per se: non oportet propterea quod conueniat suo æquiuoco aut analogo: sed satis est, & exigitur quod conueniat sibi in quocunque secundum suam rationem inuenitur. Vnde si corpora cælestia causant proprietatem inferiorum per se, & substantiæ immateriales substantialitatem, &c. patet responsio: quia non est eiusdem rationis substantia, aut corporeitas in causatis, & in huiusmodi causis. De Deo autem constat quod est causa per se primo entis inquantum entis: & non sequitur, ergo causat ens in seipso: sed, ergo causat ens in quocunque inuenitur secundum eandem rationem qua inuenitur in causatis: modo falsum est quod in Deo inueniatur secundum eandem rationem cum ipse sit ens per essentiam: cætera non, sed reliqua sunt quodammodo eiusdem rationis inquantum entia: quia sunt entia per participationem. Et hic bene nota quoniam Metaphysica hæc multos latuit illustres viros. Et ex his patet responsio ad rationem in oppositum: quoniam esse per se actiuum supponit fundamentum assimilationis: non tamen semper secundum eandem rationem, quam effectus habebit: sed quandoque secundum altiorem, quàm effectus imitabitur. Et similiter ex alia parte esse per se actiuum exigit actiuitatem in quodcunque in quo fundamentum similitudinis inuenitur non qualitercunque, sed secundum eandem rationem qua inuenitur in effectu. Et idcirco per se primo actiuum non repugnat omni causæ, sed vniuocæ, vt sic: vt in litera dicitur. Vnde illa duo principia sane intellecta, vt decet, non contradicunt, sed consonant.

cum homo generat hominem, & ignis ignem. Et ideo quandocunque naturalis effectus est natus impressionem agentis recipere secundum eandem rationem, secundum quam est in agente, tunc fieri dependet ab agente, non autem esse ipsius. Sed aliquando effectus non est natus recipere impressionem agentis, secundum eandem rationem, secundum quam est in agente, sicut patet in omnibus agentibus, quæ non agunt simile secundum speciem, sicut cælestia corpora sunt causa generationis inferiorum corporum dissimilium secundum speciem. Et tale agens potest esse causa formæ secundum rationem talis formæ & non solum secundum quod acquiritur in hac materia: & ideo est causa non solum fiendi, sed essendi. Sicut igitur fieri rei non potest remanere cessante actione agentis, quod est causa effectus secundum fieri, ita nec esse rei potest remanere cessante actione agentis, quod est causa effectus non solum secundum fieri sed etiam secundum esse. Et hæc est ratio quare aqua calefacta retinet calorem cessante actione ignis[e]: non autem remanet aër illuminatus nec ad momentum cessante actione solis: quia scilicet materia aquæ susceptiua est caloris ignis secundum eandem rationem, qua est in igne. Vnde si perfecte perducatur ad formam, ignis retinebit calorem semper. Si autem imperfecte participet aliquid de forma ignis secundum quandam inchoationem, calor non semper remanebit, sed ad tempus, propter debilem participationem principij caloris[e]. Aër autem nullo modo natus est recipere lumen secundum eandem rationem secundum quam est in sole: vt scilicet recipiat formam solis, quæ est principium luminis. Et ideo quia non habet radicem in aëre, statim cessat lumen cessante actione solis. Sic autem se habet omnis creatura ad Deum, sicut aër ad solem illuminantem[e]. Sicut enim sol est lucens per suam naturam, aër autem fit luminosus participando lumen à sole, non tamen participando naturam solis: ita solus Deus est ens per essentiam suam: quia eius essentia est suum esse[e]. omnis autem creatura est ens participatiue: non quod sua essentia sit eius esse. Et ideo Aug. dicit 4. super Gen. ad lit. Virtus Dei ab eis, quæ creata sunt, regendis si cessaret aliquando, simul & illorum cessaret species: omnisque natura concideret[e]. Et in 8. eiusdem lib. dicit, quod sicut aër præsente lumine fit lucidus, sic homo Deo sibi præsente illuminatur, absente autem continuo tenebratur.

¶Circa explanationem prædictæ differentiæ inter causam vniuocam & æquiuocam dubium est de illa redditione causæ: quare aqua retinet calorem, & aër non conseruat lumen. Videtur enim quod causa assignata falsa sit: quoniam cum aqua calefit à sole, conseruat etiam calorem remota à sole: & tamen non est susceptiua formæ caloris secundum eandem rationem, qua est in sole: vt patet. Vnde si ratio esset bona, aqua calefacta à sole non conseruaret calorem, sicut aër non seruat lumen. Potest quoque argui ex parte luminis: quoniam cum illuminatur aër à lucerna, est susceptiuus formæ illuminantis secundum eandem rationem: quia communicant in materia: & tamen non retinetur, sed dependet in fieri, & conseruari à lucerna: ergo, &c. 46

¶Ad vtranque obiectionem eadem responsione dicitur, quod cum iudicium de rebus non nisi ex propriis fieri debeat: id rebus simpliciter & optime attribuitur, quod conuenit eis ex propriis causis: quod a
autem in ordine ad causas communes competere eis inuenitur, aut refertur ab arte, aut propriorum iudicium non 509
impedit. Vnde cum calor, & lumen in hoc differant manifeste, quod calor secundum esse quod habet in propria causa quam constat esse ignem, sit secundum eandem rationem participabilis ab his inferioribus per calefactionem: & lumen secundum esse quod habet in propria causa quam constat esse quintam essentiam siue in sole tantum, siue in omni parte illustrata, non sit participabile per illuminationem. Ad propria respiciens Diuus Thom. optimam rationem reddidit, quare calor remanet & lumen non: quia scilicet ille secundum esse quod in propria habet causa, per calefactionem est participabilis secundum eandem rationem, lumen vero non. Vnde ad obiectiones dicitur quod ideo calor à sole factus remanet: quia calor est talis forma quæ nata est à materia aëris suscipi secundum esse quod habet in propria causa, non in causa communi, quæ est sol. Et similiter lumen à lucerna non remanet: quia lumen est talis forma, quæ non est nata haberi secundum eandem rationem qua est in propria causa, non in lucerna. Quamuis etiam aër nec eius materia possit per illuminationem peruenire ad habendum lumen secundum eandem rationem qua est in lucerna, sed per aliquam aliam actionem. Et quod hic vera sunt, ex eo patet quod tam ab igne, quàm à sole vterque prouenit effectus, scilicet calor & lumen. Sed quoniam respectu caloris sol est causa communis, respectu luminis propria: ignis quoque respectu caloris est causa propria, respectu luminis causa est non vt ignis, sed vt cum cælesti natura communicat, vt dicitur in secundo de Anima. ideo propria causa caloris, vt sic, & vt calefaciens, participabilis est secundum eandem rationem in aliis: & ideo calor in aliis conseruatur vtpote non dependens in esse: quia eius propria causa est vniuoca aliis. Propria vero causa luminis, vt sic, vt illuminans, non est participabilis ab aliis. secundum eandem rationem: & ideo lumen non retinetur, vtpote dependens in esse, & fieri non purgante huic propria causa: quoniam non est vniuoca aliis: & sic patet intentio & subtilitas literæ. b 508 508

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod esse per se consequitur formam creaturæ, supposito tamen influxu Dei: sicut lumen sequitur diaphanum aëris supposito influxu solis. Vnde potentia ad non esse in spiritualibus creaturis & corporibus cælestibus, magis est in Deo qui potest subtrahere suum fluxum, quàm in forma, vel in materia talium creaturarum[e].

¶Ad secundum dicendum, quod Deus non potest communicare alicui creaturæ, vt conseruetur in esse sua actione cessante, sicut non potest ei communicare quod non sit causa illius. In tantum enim indiget creatura conseruari à Deo: inquantum esse effectus dependet à causa essendi. Vnde non est simile de agente quod non est causa essendi, sed fieri tantum.

¶Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit de conseruatione, quæ est per remotionem corrumpentis, qua non indigent omnes creaturæ: vt dictum est[e].

¶Ad quartum dicendum, quod conseruatio rerum à Deo non est per aliquam nouam actionem, sed per continuationem actionis qua dat esse[e]. Quæ quidem actio est sine motu & tempore: sicut etiam conseruatio luminis in aëre est per continuatum influxum à sole.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum Deus immediate omnem creaturam conseruet.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod Deus immediate omnem creaturam conseruet. Eadem enim actione Deus est conseruator rerum, qua & creator vt dictum est[e]. Sed Deus immediate est creator omnium. Ergo immediate est etiam conseruator.

¶Præterea, vnaquæque res magis est proxima sibi, quàm rei alteri. Sed non potest communicari alicui creaturæ quod conseruet seipsam. Ergo multo minus potest ei communicari, quod conseruet aliam. Ergo Deus omnia conseruat absque aliqua alia causa conseruante.

¶Præterea, Effectus conseruatur in esse ab eo quod est esse eius, non solum secundum fieri, sed etiam secundum esse. Sed omnes causæ creatæ, vt videtur, non sunt causæ suorum effectuum, nisi secundum fieri. Non sunt enim causæ nisi mouendo: vt suprà habitum est[e]. Ergo non sunt causæ conseruantes suos effectus in esse.

¶SED CONTRA est, quod per idem conseruatur res per quod habet esse. Sed Deus dat esse rebus mediantibus aliquibus causis mediis. Ergo etiam res in esse conseruat mediantibus aliquibus causis.

a ¶*Super Quæstionis centesimæquartæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua, Deus conseruat res quasdam in esse, mediantibus aliquibus causis. Hæc conclusio primo declaratur quantum ad ly conseruat: deinde probatur. Declaratur quidem repetendo distinctionem de conseruatione dupliciter, indirecte & directe: & dicendo quod hoc vtroque modo verificatur. Probatur autem quo ad conseruationem indirecte, ex manifesto testimonio rerum corporalium: quarum multas videmus prohibere corruptionem aliquorum: vt sal respectu carnium, &c. Quo ad conseruationem vero directe probatur: ab aliqua creatura dependet aliquis effectus secundum suum esse. ergo multæ sunt causæ *Coment.*

causæ essentialiter ordinatæ respectu alicuius effectus secundum esse: ergo idem effectus dependet in esse primo quidem à Deo, secundario ab aliis: & tanto magis quanto causa est pro-
508 ximior primæ. Antecedens est per se notum. Prima quoque consequentia est manifesta ex vi præcedentis articuli, in quo decisum est, quod omnis creatura dependet à Deo secundum suum esse. Secunda similiter est ex se euidens, etiam quo ad ordinem dependentiæ adiectum. Qui tamen ordo specialiter confirmatur, & autoritate Aristot. attribuentis primo motui conseruationem perseuerantiæ motus. motui vero secundo, alternationis, & autoritate astrologorum dantium Saturno, qui est supremus, res fixas: ex hoc enim liquet, quod causa quanto superior, tanto magis causat ac conseruat effectum.

Annot. ¶In responsione ad primum aduerte, quod cum conclusio sit particularis, scilicet quod quædam res conseruantur à Deo mediate: & argumentum
text. co. 34. c. in oppositum non concludit vniuersaliter, sed de rebus creatis, vt sic:
346 non autem de aliis alio
368 modo productis: facile
b potuisset responderi quod omnes creaturas quo ad conditiones creatas, immediate conseruat Deus, quo ad conditiones vero aliter productas mediate. Sed quoniam in prima rerum institutione omnia fuerunt creata, etiam illa, quorum conseruatio pendet ex causis secundis, vt patet de primis indiuiduis leonum & boum, &c. Idcirco argumentum applicatum ad prima instituta difficilius est, vt patet: & ad intentum respicit responsio.

¶Ad cuius euidentiam
a scito, quod res sunt in
256 duplici ordine: quædam sunt quibus creari conuenit per se: quædam vero quibus conuenit per accidens. Per se autem conuenire dico, non quod
240 exigant quod creentur: sed quia exigunt, quod si fiunt, eorum factio sit creatio. Per accidens vero quæ possunt fieri per creationem, & per aliam viam. Ea quæ per se creantur, à solo Deo conseruantur: & in his est necessario verum, quod eadem actio est conseruationis & creationis.
510 Talia sunt autem substantiæ immateriales, & vniuersaliter ingenerabilia, & incorruptibilia. Ea vero quæ per accidens creantur, non oportet à solo Deo conseruari: & in his conseruatio non est creatio. Imaginandum est enim quod Deus creando bouem, supplet vicem omnium mediarum causarum, quo ad hoc quod est dare illi esse: sed statim quod dicit esse, desinit supplere vicem aliarum causarum respectu bouis illius: & faciet vnamquanque causam in suo ordine habere influxum super illum, ac si fuisset ab eis productus. Et sic Deus in suo ordine cum aliis causis mediis conseruat hunc bouem, quem tamen solus creauit. Et hoc est quod in hac responsione breuiter dicitur, quod Deus immediate omnia creauit: sed ordinem instituit vt quædam ab his dependerent, à quibus conseruarentur. Hoc enim est verum quo ad creata per accidens: quæ immediate post creationem subiecit ordini causarum secundarum. Et consequenter conseruandas instituit à causis secundis, & à se principaliter.

Veri. qo. 5. artic. 2. ad 6. Et po. qo. 5. artic. 3. & 4. Et quol. 4. q. 3. ar. 1.

CONCLVSIO.

¶*Deus non omnia immediate conseruat in esse, sed quasdam immediate, & aliquas mediantibus aliis.*

¶RESPONDEO dicendum, quod sicut dictum est[e], dupliciter aliquid rem aliquam in esse conseruat. Vno modo indirecte, & per accidens per hoc quod remouet, vel impedit actionem corrumpentis. Alio modo directe & per se: quia ab eo dependet esse alterius, sicut à causa dependet effectus. Vtroque autem modo aliqua res creata inuenitur esse alterius conseruatiua. Manifestum est enim quod etiam in rebus corporalibus multa sunt, quæ impediunt actiones corrumpentium: & per hoc dicuntur rerum conseruatiua. Sicut sal impedit carnes à putrefactione, & simile est in multis aliis. Inuenitur etiam quod ab aliqua creatura dependet aliquis effectus secundum suum esse. Cum enim sunt multæ causæ ordinatæ necesse est quod effectus dependeat primo quidem & principaliter à causa prima, secundario vero ab omnibus causis mediis. Et ideo principaliter quidem prima causa est effectus conseruatiua, secundario vero omnes mediæ causæ: & tanto magis, quanto causa fuerit altior, & primæ causæ proximior. Vnde superioribus causis etiam in corporalibus rebus attribuitur conseruatio & permanentia rerum. sicut Philosophus dicit in 12. Metaph. quod primus motus, scilicet diuinus, est causa continuitatis generationis[e]. Secundus autem motus qui est per zodiacum, est causa diuersitatis, quæ est secundum generationem & corruptionem. Et similiter astrologi attribuunt Saturno, qui est supremus planetarum, res fixas & permanentes. Sic igitur dicendum est, quod Deus conseruat res quasdam in esse mediantibus aliquibus causis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod Deus immediate omnia creauit: sed in ipsa rerum creatione ordinem in rebus instituit, vt quædam ab aliis dependerent: per quas secundario conseruarentur in esse, præsupposita tamen principali conseruatione quæ est ab ipso.

¶Ad secundum dicendum, quod cum propria causa sit conseruatiua effectus ab ea dependentis, sicut nulli effectui præstari potest quod sit causa suiipsius, potest tamen ei præstari quod sit causa alterius, ita etiam nulli effectui præstari potest quod sit suiipsius conseruatiuus[e], potest tamen ei præstari quod sit conseruatiuus alterius.

¶Ad tertium dicendum, quod nulla creatura potest esse causa alterius quantum ad hoc quod acquirat nouam formam, vel dispositionem, nisi per modum alicuius mutationis: quia semper agit præsupposito aliquo subiecto[e]. Sed postquam formam, vel dispositionem induxit in effectu, absque alia immutatione effectus huiusmodi formam vel dispositionem conseruat. Sicut in aëre prout illuminatur de nouo, intelligitur quædam mutatio: sed conseruatio luminis est absque aëris immutatione ex sola præsentia illuminantis.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum Deus possit aliquid in nihilum redigere.*

AD TERTIMVM sic proceditur. Videtur quod Deus non possit aliquid in nihilum redigere. Dicit enim Aug. in lib. 83. q. quod Deus non est causa tendendi in non esse. Hoc autem contingeret si aliquam creaturam redigeret in nihilum. Ergo Deus non potest aliquid in nihilum redigere.

¶Præterea, Deus est causa rerum, vt sint per suam bonitatem: quia vt Aug. dicit in lib. de Doct. Christi. inquantum Deus bonus est, sumus. Sed Deus non potest non esse bonus. Ergo non potest facere, vt res non sint. Quod faceret, si eas in nihilum redigeret.

¶Præterea, Si Deus in nihilum aliqua redigeret, oporteret quod hoc fieret per aliquam actionem. Sed hoc non potest esse: quia omnis actio terminatur ad aliquod ens. Vnde actio corrumpentis terminatur ad aliquid generatum: quia generatio vnius est corruptio alterius. Ergo Deus non potest aliquid in nihilum redigere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ier. 10. Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

CONCLVSIO.

¶*Cum Deus non de necessitate naturæ, sed libere, res in esse producit antequam essent, ita pro sua voluntate illas in nihilum redigere potest.*

¶RESPONDEO dicendum, quod quidam posuerunt, quod Deus res in esse produxit agendo de necessitate naturæ. Quod si esset verum, Deus non posset rem aliquam in nihilum redigere: sicut non potest à sua natura mutari. Sed sicut suprà est habitum[e], hæc positio est falsa, & à fide catholica penitus aliena, quæ confitetur Deum res libera voluntate produxisse in esse, secundum illud Psal. Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit. Hoc igitur quod Deus creaturæ esse communicat, ex Dei voluntate dependet, nec aliter in esse conseruat, nisi inquantum eis continue influit esse, vt dictum est[e]. Sicut ergo antequam res essent, potuit eis non communicare esse, & sic eas non facere, ita postquam iam factæ sunt, potest eis non influere esse. Et sic esse desinerent. Quod est eas in nihilum redigere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod non esse non habet causam per se: quia nihil potest esse causa nisi inquantum est ens. Ens autem per se loquendo est causa essendi. Sic igitur Deus non potest esse causa tendendi in non esse. Sed hoc habet creatura ex seipsa, inquantum est de nihilo. Sed per accidens Deus potest esse causa quod res in nihilum redigantur, subtrahendo scilicet suam actionem à rebus.

¶Ad secundum dicendum, quod bonitas Dei est causa rerum, non quasi ex necessitate naturæ[e] (quia diuina bonitas non dependet ex rebus creatis) sed per liberam voluntatem. Vnde sicut potuit sine præiudicio bonitatis suæ res non producere in esse, ita absque detrimento suæ bonitatis potest res in esse non conseruare.

¶Ad tertium dicendum, quod si Deus rem aliquam redigeret in nihilum, hoc non esset per aliquam actionem, sed per hoc quod ab agendo cessaret.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum aliquid in nihilum redigatur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod aliquid in nihilum redigatur. Finis enim respondet principio. Sed à principio nihil erat nisi Deus. Ergo ad hunc finem res perducentur, vt nihil sit nisi Deus. Et ita creaturæ in nihilum redigentur.

¶Præterea, Omnis creatura habet potentiam finitam. Sed nulla potentia finita se extendit ad infinitum. Vnde in 8. Phy. probatur, quod potentia finita non potest mouere tempore infinito. Ergo nulla creatura potest durare in infinitum. Et ita quandoque in nihilum redigetur.

¶Præterea, formæ & accidentia non habent materiam partem sui, sed quandoque desinunt esse. Ergo in nihilum rediguntur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Eccl. 3. Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerant in æternum.

CONCLVSIO.

¶*Diuinam dedecet bonitatem, vt aliquid eorum, quæ produxit vt essent, quandoque in nihilum redigatur.*

¶RESPONDEO dicendum, quod eorum, quæ à Deo fiunt circa creaturam, quædam

a ¶*Super Quæstionis centesimæquartæ Articulum tertium.* 118

Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo error oppositus. Secundo conclusio responsiua. *Coment.*

¶Quo ad primum duo. primo error est, quod Deus non potest aliquid in nihilum redigere. Probatur, Deus produxit res de necessitate naturæ, ergo non potest non dare esse. Antecedens supponitur & consequentia probatur; quia Deus non est naturæ multiplicis: secundo reprobatio erroris autoritate Scripturæ. 118

¶Quo ad secundum conclusio responsiua, Deus potest omnia in nihilum redigere. Probatur, Communicare esse ex libera prouenit voluntate Dei, ergo & conseruare. ergo Deus potest sic conseruare quod est annihilare. 518 Antecedens supponitur. prima consequentia probatur, quia nihil aliud est conseruare, quàm influxum essendi continuare. Secunda vero probatur: quia sicut potest non dare esse antequam det, ita non continuare postquam dedit.

a ¶*Super Quæstionis centesimæquartæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio responsiua. Nihil omnino in nihilum redigitur. Probatur, Naturæ creaturarum respectu naturalium, & gratiæ manifestatio respectu mirabilium, ostendit quod res non rediguntur in nihilum. ergo nihil omnino in nihilum redigitur. Antecedens quo ad primam partem probatur, discurrendo per naturas: quia aut materiales, & remanet materia: aut immateriales, & manet tota. Quo ad secundam vero, quia non pertinet ad gratiæ manifestationem annihilatio. probatur: quia magis diuina bonitas & potentia ostenditur conseruando. Consequentia vero

Coment. 511 *1. de 8. qo. 9. artic. 2. co. Et po. q. 5. ar. 9. ad 1.*

vero probatur distinguendo res quæ fiunt in duos ordines, scilicet naturalium & miraculosorum. 515 & aperiendo quòd res naturales ex naturis miraculose ex gratiæ manifestatione pensantur: quod probatur autoritate Apostoli, primæ ad Corinth. 12.

Annot. ¶In responsione ad secundum esto cautus: nec intelligas propter habere, aut non habere contrarium res esse naturæ æternæ, aut tẽporalis: sed hic est manifestatio à posteriori: quia enim cælũ, 335 & intelligentiæ sunt talis naturæ: ideo in æterno cõseruantur à Deo: & exemptæ à contrariis: & non ecõuerso, vt patet in primo cæli: & similiter quia hic inferiora sunt talia, ideo non sunt ex se conseruabilia æterna. & sunt impedibilia à contrariis ne sint, & diuinũ influxũ percipiant, &c.

a ¶Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum primum.

Coment. Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio responsiua, Deus potest immediate mouere materiam ad formam. Probatur, Ens in potentia passiua potest immediate reduci in actum à potentia actiua, quæ eam in potestate sua continet. ergo materia potest reduci in actum per diuinam potentiã immediate: ergo potest moueri ad formã à Deo immediate. Antecedens patet. prima consequentia probatur. Materia continetur sub diuina potentia. quod probatur: quia est producta à Deo. Secunda consequentia 241 probatur: quia actus 452 materiæ est ipsa forma.

a ¶Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum secundum.

Coment. Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio responsiua Deus potest immediate mouere quodcunque corpus. Probatur dupliciter primo necessario: secundo rationabiliter. primo ergo sic, Erroneum est Deum non posse per seipsum facere omnes determinatos effectus, qui fiunt per quancunq; causam creatã. ergo Deus potest immediate mouere, &c. Antecedens supponitur discussum in q. 25. consequentia probatur: quia vnus effectuũ creatarũ causarũ est mouere corpora: vt patet. Secundo probatur sic, Omnis motus vel est via ad formam, vel consequitur ipsam: ergo est ab eodẽ à quo est forma. ergo potest esse à Deo. Antecedens declaratur inductione. prima 512 consequentia probatur: *infrà qõ. 110. arti. 2. con.* quia eiusdẽ est dare formã & disponere ad eã, & dare consequentia: quod declaratur in igne. Secunda vero consequẽtia probatur: quia Dei est

proueniunt secundũ naturalem cursum rerũ, quædam vero miraculose operatur præter ordinem naturalem creaturis inditũ: vt infrà dicetur[e]. Quæ aũt facturus est Deus secundũ ordinem naturalẽ rebus inditũ, considerari possunt ex ipsis rerũ naturis. Quæ vero miraculose fiunt, ordinantur ad gratiæ manifestationẽ: secundũ illud Apost. 1. ad Cor. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad vtilitatẽ. Et post modum inter cætera subdit de miraculorũ operatione. Creaturarũ autem naturæ hoc demonstrant, vt nulla earum in nihilum redigatur. Quia vel sunt immateriales, & sic in eis non est potentia ad non esse: vel sunt materiales, & sic saltem remanẽt semper secundũ materiam, quæ incorruptibilis est[e], vtpote subiectum existens generationis & corruptionis. Redigere etiam aliqua in nihilũ, non pertinet ad gratiæ manifestationem, cũ magis per hoc diuina potentia & bonitas ostendatur, ꝙ res in esse conseruat. Vnde simpliciter dicendum est quòd nihil omnino in nihilum redigetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quòd res in esse productæ sunt, postquam non fuerunt declarat potentiam producentis: sed quòd in nihilum redigerentur, huiusmodi manifestationem impediret, cum Dei potentia in hoc maxime ostendatur, quòd res in esse conseruat: secundum illud Apostoli Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ.

¶Ad secundũ dicendum, quòd potentia creaturæ ad essendũ est receptiua tantum: sed potentia actiua est ipsius Dei, à quo est influxus essendi. Vnde quòd res in infinitum durent, sequitur infinitatem diuinæ virtutis. Determinatur tamen quibusdam rebus virtus ad manendum tempore determinato, inquantũ impediri possunt ne percipiant influxum essendi, qui est ab eo, ex aliquo contrario agente: cui finita virtus non potest resistere tempore infinito, sed solũ tempore determinato. Et ideo ea quæ non habent contrariũ, quamuis habeant finitam virtutem, perseuerant in æternum.

¶Ad tertiũ dicendum, ꝙ formæ & accidentia non sunt entia completa, cum non subsistant, sed quodlibet eorũ est aliquid entis. Sic enim ens dicitur, quia eo aliquid est[e]. Et tamen eo modo quo sunt non omnino in nihilũ rediguntur, non quia aliqua pars eorum remanet, sed remanet in potentia materiæ, vel subiecti.

QVAESTIO CENTESIMA quinta, de mutatione creaturarum à Deo, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de secundo effectu gubernationis diuinæ, qui est mutatio creaturarum à Deo. Et primo de mutatione creaturarum. Secundo, de mutatione vnius creaturæ ab alia.

¶Circa primum quæruntur octo. ¶Primo quæritur vtrum Deus immediate possit mouere materiam ad formam. ¶Secundo, vtrum immediate possit mouere aliquod corpus. ¶Tertio, vtrum possit mouere intellectum. Quarto, vtrum possit mouere voluntatem. ¶Quinto, vtrum Deus operetur in omni operante. ¶Sexto, vtrum possit aliquid facere præter ordinem rebus inditum. ¶Septimo, vtrũ omnia quæ sic Deus facit, sint miracula. ¶Octauo, de diuersitate miraculorum.

ARTICVLVS I.

a ¶Vtrum Deus possit immediatè mouere materiam ad formam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non possit immediatè mouere materiã ad formam. Sicut enim probat Philosophus in 7. metaphys. formam in hac materia nihil facere potest, nisi forma quæ est in materia: quia simile facit sibi simile in materia.

¶Præterea, Si aliquod agens se habeat ad multa, nullum eorum producet nisi determinetur ad vnum per aliquid aliud: vt enim in 3. de Anima dicitur, vniuersalis opinio non mouet nisi mediante aliqua particulari apprehensione. Sed virtus diuina est vniuersalis causa omnium. Ergo non potest producere aliquam particularem formam nisi mediante aliquo particulari agente.

¶Præterea, Sicut esse commune dependet à prima causa vniuersali[e]: ita esse determinatum dependet à determinatis causis particu- 39 laribus, vt suprà habitum est[e]. Sed determinatum esse alicuius rei 118 est per propriam eius formam. Ergo propriæ rerum formæ non 509 producuntur à Deo nisi mediantibus causis particularibus. a

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ.

CONCLVSIO.

¶Cum Deus potestate sua quam produxit materiam contineat, eam ad formam etiam mouere potest.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus immediate potest mouere materiam ad formam: quia ens in potentia passiua reduci potest in actum à potentia actiua, quæ eam sub sua potestate continet. Cum igitur materia contineatur sub potestate diuina, vtpote à Deo producta, potest reduci in actum per diuinam potentiam. Et hoc est moueri materiam ad formam: quia forma nihil est quàm actus materiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ effectus aliquis inuenitur assimilari causæ agẽti dupliciter[e]. 24 Vno modo secundũ eandem speciem, vt homo generatur ab homine, & ignis ab igne. 236 Alio modo secundũ virtualem continentiam: prout scilicet forma effectus virtualiter a continetur in causa. Et sic animalia ex putrefactione generata, & plantæ & corpora mineralia assimilantur soli & stellis, quorũ virtute generantur. Sic igitur effectus causæ agenti similatur secundum totum illud ad quod se extendit virtus agentis. Virtus autem Dei se extẽdit ad formam, & materiam, vt suprà habitũ est[e]. 90 Vnde compositum quod generatur, similatur Deo secundum virtualem continentiam, sicut similatur composito generanti per similitudinem speciei. Vnde sicut compositum generans potest mouere materiam ad formam, generando compositum sibi simile: ita & Deus. Non autem aliqua alia forma non in materia existens, quia materia non continetur in virtute alterius substantiæ separatæ. Et ideo dæmones & angeli operantur circa hæc visibilia: non quidem imprimendo formas, sed adhibendo corporalia semina[e]. b

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procederet si Deus age- 364 ret ex necessitate naturæ. Sed quia agit per voluntatem & intelle- 510 ctum[e], qui cognoscit rationes proprias omnium formarum, & non solum vniuersales: inde est quòd potest determinate hanc, vel illam formam materiæ imprimere.

¶Ad tertium dicendum, hoc ipsum quòd causæ secundæ determinantur ad determinatos effectus, est illis à Deo. Vnde Deus quia alias causas ordinat ad determinatos effectus, potest etiam determinatos effectus producere per seipsum.

ARTICVLVS II.

a ¶Vtrum Deus possit immediatè mouere aliquod corpus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Deus 513 non possit immediate mouere aliquod corpus. Cum enim *Opusc.* 10 mouens & motum oporteat esse simul, vt probatur in 7. *articu.* 1. Phy. oportet esse contractum quendam mouentis & moti. *& 5.* Sed non potest esse contactus Dei, & corporis alicuius. Dicit enim Dionys. in 1. c. de di. no. quòd Dei non est aliquis tactus. Ergo Deus non potest immediate mouere aliquod corpus.

¶Præterea, Deus est mouẽs non motũ. Tale aũt est appetibile apprehensum. Mouet igitur Deus sicut desideratũ & apprehẽsum. Sed nõ apprehenditur nisi ab intellectu, qui non est corpus nec virtus corporis. ergo Deus non potest mouere aliquod corpus immediate.

¶Præterea, Philosophus probat in 8. phy. quòd potentia infinita mouet in instanti. Sed impossibile est aliquod corpus in instanti moueri: quia cum omnis motus sit inter opposita, sequeretur quòd duo opposita simul inessent eidem: quod est impossibile. Ergo corpus non potest immediate moueri à potentia infinita. Potentia autem Dei est infinita, vt suprà habitum est[e]. Ergo Deus potest immedia- 151 te mouere aliquod corpus.

¶SED CONTRA, Opera sex dierum Deus fecit immediate, in quibus continetur motus corporum, vt patet, per hoc quod dicitur Gen. 1. Congregentur aquæ in locum vnum. Ergo Deus immediate potest mouere corpus.

CONCLVSIO.

¶Cum creaturarum aliquæ mouere possint corpora, Deus multo magis, qui materiæ formam imprimere valet, poterit corpora mouere immediatè secundum quamuis speciem motus.

¶RESPONDEO dicẽdũ, ꝙ erroneũ est dicere Deũ nõ posse facere per seipsum oẽs determinatos effectus q̃ fiũt per quancũque causam creatã. Vnde cum corpora moueantur immediate à causis

creatis

dare formam, vt patet ex præcedentibus.

a c 512 *a ¶Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum tertium.*

Titulus clarus, & clarior erit in corpore.

Coment. ¶In corpore tria. Primo declarat quid & quo b tuplex sit mouere intel- 111 lectum. Secundo respon- 512 det quæsito. Tertio epilogat.

¶Quo ad primum duo. primo quid. Et dicit quòd mouere intellectũ est dare formam, quæ 512 est principium intellectualis operationis: declaratur à simili in corporibus ex quibus nomen translatum est ad 353 intellectus: quia moue- 362 re dicitur dãs formam, c Secundo quotuplex, & dicit quòd est duplex iuxta duplicem formã, scilicet virtutem intellectiuam, & speciem intelligibilem.

¶Quo ad secundum conclusio responsiua bimembris est, Deus mouet intellectum creatum vtroque modo. scilicet dando virtutem, & dando speciem intelligibilem. Probatur prima pars primo, Deus est primum ens immateriale. ergo primum intelligens: ergo est causa omnis virtutis intelligendi. Antecedens patet. prima consequẽtia probatur: quia intellectualitas sequitur immate- c rialitatem. Secunda ve- 151 ro, quia primum in quolibet ordine est causa cæterorum. Deinde probatur secũda pars: Deus est primum ens: ergo in seipso omnia præexistunt intelligibiliter: ergo rationes intelligibiles omnium primo sunt in eo. ergo ab eo deriuantur in omnes intellectus. Antecedens patet. Prima consequentia probatur: & quo ad præexistentiam, quia est prima causa. & quo ad modum: quia sunt in eo per modum eius, ipsum enim supponitur intellectualem esse. Secunda ex se euidens. tertia similiter ex illa propositione: primum in quolibet ordine, veruntamen in litera manifestatur ex hoc, quòd ab ipso deriuantur omnia in esse naturæ. vt sint.

¶Quo ad tertium epilogus patet. Et nota quòd lumen infusum non numeratur inter species, 514 sed inter virtutes intellectiuas: quia non se habet vt ratio intelligendi, sed vt efficaciam præstans intellectui, confortando & eleuando ipsum: vt superius de lumine gloriæ dictum est.

a ¶Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum quartum.

Coment. Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo dicit quotuplex est mouere voluntatem. Secundo respondet quæsito.

¶Quo ad primum dicit, quòd voluntatem mouere, dupliciter capitur Vno modo sicut obiectum: alio modo sicut dans ipsam virtutem volendi. Declaratur à simili in intellectu ex præcedenti articulo. Et nota quòd non assimilat motionẽ voluntatis motioni intellectus quo ad habere similitudinem ab obiecto: quæ sit principium actus: quia in voluntate non est talis progressus qualis in intellectu, sed assimilat quo ad motionẽ absolute: quia scilicet vterque mouetur ab obiecto, quamuis dissimiliter.

¶Quo ad secundum conclusio responsiua est, proprium est Dei mouere voluntatem vtroque modo, & maxime secundo, scilicet interius inclinando. hæc conclusio declaratur, & probatur. Primo quo ad primum modum, scilicet motionem obiectiuam, declaratur, quòd intelligitur de motione sufficienti & efficaci, id est, quòd ex natura obiecti sufficiat non ad alliciendum, sed ad efficaciter ducendum voluntatem in actum secundum respectu sui: & hoc ad differentiam aliorum. Non enim differt Deus ab aliis per hoc, quòd ipse solus possit voluntatem obiectiue mouere: quoniam hoc potest quodlibet bonũ: sed per hoc, quòd ipse solus potest sufficiẽti efficacia obiectiue voluntatem mouere. Probatur autem sic, Sola vir- 284 tus actiua excedens, aut adæquans virtutem passiuam, potest sufficienti efficacia ipsam mouere: ergo solum bonum vniuersale potest sufficienter efficacitérque voluntatem mouere. ergo solus Deus implet volũtatem, & sufficienter eam mouet. Antecedens patet, & prima consequentia probatur: quia virtus passiua voluntatis se extendit ad bonum vniuersale. quod probatur: quia est eius obiectum. quod manifestatur, quia intellectus obiectum est ens vniuersale. Secunda consequentia probatur: quia quælibet creatura est bonum particulare, Deus 9 autẽ vniuersale. Deinde 53 b probatur quo ad secundum modũ mouendi, sci- 515 licet dando virtutẽ volitiuã sic, Inclinare in bonum vniuersale est primi mouentis: ergo inclinare in obiectum voluntatis: ergo dare velle. ergo dare virtutem volitiuã. Antecedens probatur: quia finis vltimus proportionatur primo mouenti. quod manifestatur exemplo in ciuilibus. prima consequentia probatur: quia bonũ vniuersale est obiectum voluntatis: secunda, quia velle nihil aliud est, quàm inclinatio in tale obiectum: tertia est per se nota, eiusdẽ

infrà qõ. 111. Et q. 115. artic. 4. Et 12. q. 9. ar. 6. & q. 80. artic. 1. Et 2. di. 15. q. 1. art. 3. Et contra ca. 88. 89. 91. & 92. principio Et veri. q. 22. art. 9.

enim

creatis, nulli debet venire in dubiũ quin Deus possit mouere immediate quodcunque corpus. Et hoc quidem conueniens est ad ea, quæ suprà dicta sunt.[e]. Nam omnis motus corporis cuiuscunque, vel consequitur formam, sicut motus localis grauium & leuium consequitur formam, quæ datur à generante, ratione cuius generans dicitur mouens[e]: vel est via ad formam æliquam, sicut calefactio est via ad formam ignis. Eiusdem autem est imprimere formam & disponere ad formam, & dare motum consequentem formam. Ignis enim non solum generat alium ignem, sed etiam calefacit, & sursum mouet. Cum igitur Deus possit immediate formam materiæ imprimere[e], consequens est, vt possit secundum quemcũque motũ corpus quodcũq; mouere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est tactus, scilicet corporalis, sicut duo corpora se tangunt[e]: & virtualis sicut dicitur quòd contristans tangit contristatum. Secundum igitur primum contactum Deus, cum sit incorporeus, non tangit nec tangitur: secundum autem virtualem contactum tangit quidem mouendo creaturas, sed non tangitur: quia nullius creaturæ virtus naturalis potest ad ipsum pertingere. Et sic intellexit Dionys. quòd non est tactus Dei, vt scilicet tangatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd mouet Deus sicut desideratum, & intellectum. Sed non oportet quòd semper moueat, sicut desideratum & intellectum ab eo quod mouetur, sed sicut desideratum & motum à seipso: quia omnia operatur propter suam bonitatem

¶Ad tertium dicendũ, quòd Philosophus in 8. phy. intendit probare quòd virtus primi motoris non sit virtus in magnitudine, tali ratione, Virtus primi motoris est infinita. Quod probat per hoc quòd potest moueri tempore infinito[e], virtus autem infinita si esset in aliqua magnitudine, moueret in non tempore: quod est impossibile. Ergo oportet quòd infinita virtus primi motoris sit non in magnitudine. Ex quo patet, ꝙ corpus moueri in non tempore, non consequitur nisi virtutem infinitam in magnitudine. Cuius ratio est, quia omnis virtus quæ est in magnitudine, mouet secundũ se totam, cũ moueat per necessitatem naturæ. Potentia autẽ infinita improportionabiliter excedit quamlibet potentiam finitam. Quanto autem maior est potentia mouentis, tanto est maior velocitas motus. Cũ igitur potentia finita moueat tempore determinato, sequitur ꝙ potentia infinita non moueat in aliquo tempore: quia cuiuscunq; temporis ad aliud tempus est aliqua proportio. Sed virtus quę non est in magnitudine, est virtus alicuius intelligentis, qui operatur in effectibus, secundum quod eis conuenit. Et ideo cum corpori non possit esse conueniens moueri in non tempore, non sequitur quòd moueat in non tempore.

ARTICVLVS III.

a ¶Vtrum Deus moueat immediate intellectum creatum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non moueat immediate intellectum creatum. Actio enim intellectus est ab eo in quo est. Non enim transit in exteriorem materiam: vt dicitur in 9. met. Actio autem eius quod mouetur ab alio, non est ab eo in quo est, sed à mouente. Non ergo intellectus mouetur ab alio. Et ita videtur ꝙ Deus non possit mouere intellectũ.

¶Præterea, Id quod habet se in principiũ sufficiens sui motus, non mouetur ab illo. Sed motus intellectus est ipsum intelligere eius: sicut dicitur quòd intelligere vel sentire est motus quidam, secundum Philosophum in 3. de Anima. Sufficiens autem principium intelligendi est lumen intelligibile inditum intellectui. Ergo non mouetur ab alio.

¶Præterea, Sicut sensus mouetur à sensibili, ita intellectus ab intelligibili. Sed Deus non est intellectus à nobis, sed nostrum intellectum excedit. Ergo Deus non potest mouere nostrum intellectum.

¶SED CONTRA, Docens mouet intellectum addiscentis. Sed Deus docet hominem, scientiam, sicut dicitur in Psal. Ergo Deus mouet intellectum hominis.

CONCLVSIO.

¶Cum Deus sit primus intellectus, & in ipso omnia sint intelligibiliter, mouet intellectum & dando intellectum, & ministrando intelligibiles species quibus necessario intellectus omnis intelligit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in motibus corporalibus mouens dicitur, quod dat formam, quæ est in principium motus: ita dicitur mouere intellectum quod causat formam, quæ est principium intellectualis operationis, quæ dicitur motus intellectus. Operationis autem intellectus est duplex principium in intelligente. Vnum scilicet, quod est ipsa virtus intellectualis, quod quidem principium est etiam in intelligente in potentia. Aliud autem est principium intelligendi in actu scilicet similitudo rei intellectæ. Dicitur ergo aliquid mouere intellectum, siue det intelligenti virtutem ad intelligendũ, siue imprimat ei similitudinem rei intellectæ. Vtroq; autem modo Deus mouet intellectum creatum. Ipse enim est primũ ens immateriale. Et quia intellectualitas consequitur immaterialitatem, sequitur quòd ipse sit primum intelligens. Vnde cum primum in quolibet ordine sit causa eorum quæ consequuntur, sequitur ꝙ ab ipso sit omnis virtus intelligendi. Similiter cum ipse sit primũ ens, & omnia entia præexistant in ipso sicut in prima causa, oportet ꝙ sint in eo intelligibiliter secundũ modum eius. Sicut enim omnes rationes rerũ intelligibiles primo existunt in Deo, & ab eo deriuantur in alios intellectus vt actu intelligant: sic etiã deriuantur in creaturas, vt subsistant[e]. Sic igitur Deus mouet intellectũ inquantũ dat ei virtutem ad intelligendũ vel naturalem, vel superadditam, & inquantũ imprimit ei species intelligibiles: & vtrũq; tenet, & cõseruat in esse.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd operatio intellectualis est quidem ab intellectu in quo est sicut à causa secunda, sed à Deo sicut à causa prima. Ab ipso enim datur intelligenti quòd intelligere possit.

¶Ad secundũ dicendum, ꝙ lumen intellectuale simul cũ similitudine rei intellectæ est sufficiens principium intelligendi: secundarium tamen & ab ipso primo principio dependens.

¶Ad tertiũ dicendum, quòd intelligibile mouet intellectum nostrum, inquantũ quodammodo imprimit ei suam similitudinem, per quam intelligi potest. Sed similitudines quas Deus imprimit intellectui creato, non sufficiunt ad ipsum Deum intelligendum per essentiam, vt suprà habitum est[e]. Vnde mouet intellectum creatum[e], cum tamen non sit ei intelligibilis: vt dictum est[e].

ARTICVLVS IIII.

a ¶Vtrum Deus possit mouere volũtatẽ creatam.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ Deus non possit mouere voluntatem creatam. Omne enim quod mouetur ab extrinseco, cogitur. Sed volũtas non potest cogi. Ergo non mouetur ab alio extrinseco. Et ita non potest moueri à Deo.

¶Præterea, Deus non potest facere ꝙ contradictoria sint simul vera. Hoc autem sequeretur, si voluntatem moueret. Nam voluntatem mouere est ex se moueri, & non ab alio, Ergo Deus non potest voluntatem mouere.

¶Præterea, Motus magis attribuitur mouen-

enim est dare actum ab intrinseco & potentiam: imò per hoc dicitur dare actum ab intrinseco, quia dat principium eius. Et nota vim huius rationis, quòd non loquitur de velle tali, vel tali, id est specificato ad tale obiectum, sed de velle absolute, cuius proprium obiectum est bonum, non tale, aut tale: & principium est non voluntas sic, aut sic affecta, sed voluntas vt sic. Et proparea si Dei est dare hunc actum qui est velle, oportet, vt eius sit dare voluntatem. Vltima autem pars, scilicet quòd maxime proprium Dei sit mouere secundo modo, propterea dicta est: quia mouere obiectiue voluntatem communicatur aliis, quamuis non sufficienti efficacia. Mouere autem ab intus nulli communicatur: solus enim Deus illabi potest libero arbitrio, qui solus facit, & conseruat illud. Ea quæ de motione voluntatis essent hic differenda, iam determinata
514 sunt superius.

a ¶Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum quintum.

TItulus clarus.

Coment. ¶In corpore duo principaliter. Primo excludit quendam errorem. Secundo respondet quæsito.

¶Quo ad primum tria: vnum suppositum: aliud est ipse error. tertio reprehensio. supponitur hic quasi pro constanti, Deũ operari in omnibus, sed de modo videtur tota quæstio. Error ergo est circa modum operandi. quidam enim quos re-
521 fert Auerroìs 9. Meta. comm. 7. dicunt Deum operari in omnibus sic, quod nulla alia virtus operatur aliquid. reprehenduntur autem hi dupliciter, ducendo ad impossibilia. Primo: quia periret ordo causarum: & consequenter esset impotentia in Deo. tenet sequela, quia impotentis est non posse facere alia cooperatiua sibi. Secundo: quia frustra essent virtutes operatiuæ rerum, imò res omnes. Probatur prima consequentia quo ad primam partem: quia non operarentur: quo ad secundam, quia imperfectum est propter perfectius in eodem. ergo actus pri-
412 mi propter secundos. ergo res omnes propter operationes suas. ergo operationes sunt fines rerum. ergo sine eis frustra. Antecedens patet, & consequentia nota est. & confirmatur sicut materia propter formam. cætera sunt clara.

¶Quo ad secundum
412 tria facit. Primo proponit conclusionem responsuam in vniuersali, Deus operatur in omni operante sic, quòd ipsæ res habent proprias
516 operationes. Secundo
3. contra distinguit genera cau-
ca.66.& 67. sarum: vbi dicit tria,
Et lib.4. numerum, quòd sunt
cap. 44. quatuor: differentiam
co.2. respectu agere: quia v-
Et opus. num, scilicet materiam,
3.c.131.fi. non principium, sed sub-
& 145. iectum: cætera sunt principia actionis. & ordine. quia primo finis, secundo agens, tertio forma.

¶Nota hic duo. primo quòd quia hic non egemus generibus causarum in ordine ad esse, sed ad operari, vt patet ex titulo: ideo litera non accepit formam in agente, aut in effectu, sed instrumento, quoniam forma instrumenti non est nisi propter operationem. Secundo, quòd litera distinguit genus causæ formalis ab efficiente & aliis in ordine ad operationem. Factum est autem hoc iudicio meo, non quòd supponatur decisa hæc quæstio, an forma sit causa operationis in genere causæ formalis: sed propter duo. Alterum manifestum: alterum occultum. Manifestum est, quòd causare operationem, vt forma, & vt agens distinguuntur, sicut causare, vt quo & vt quod. Occultum vero est an omnis operatio sequens formã, sequatur eam effectiue, finaliter vel materialiter, & nulla sequatur eam formaliter. Consultus enim sermo obtinuit, vt dicamus etiam causas formales in operando in his in quibus operatio resultat, ex ea quasi esse quoddam: vt in exemplo de lumine in litera adducto patet, & in his quæ pertinent ad intellectum cõtingit. Ratio autem ad oppositum videtur. Quouis autem modo sit, vt sermo præsens omnibus opinionibus superstit, distinctum est Deum esse non causam formalem, sed causam ratione formæ principiantis omnis operationis, vt etiam operationes attributas magis formis quàm agentibus intime comprehenderet. Tertio proponit conclusionem responsuam in speciali iuxta hæc tria membra, Deus in quolibet operante operatur secundum hæc tria, scilicet finem, & agentem, & formam, & probat quo ad singulas partes sigillatim. Et primo in ratione finis. Finis omnis operationis est bonum verum, aut apparens: ergo participans similitudinem summi boni: ergo ipsum summum bonum. Deinde similiter in ratione agentis, primum agens mouet secundum ad agẽdum: ergo agit in virtute ipsius: ergo ipse est causa omnium actionum agentiũ. Demum secundum formam, vbi duo primo dicit, modum quomodo hoc conuenit Deo: secundo deducit duo corollaria ordinate, Deus est causa operationum secundarum non solum vt applicans, nec solum vt dans principia actionum: sed vt dans, applicans & conseruans formas: quæ sunt principia actionum: ergo est causa omnium operationũ secundum formam. Antecedens declaratur: & excludẽdo membra exemplo artificis generantis grauia: & declarando intentum exemplo solis & luminis respectu manifestationis. Primum corollarium est, Deus operatur in omnibus intime. probatur, Forma est intra rem: ergo quanto vt prior & vtilior considerata, est interior, ergo secundum esse intima. ergo vt est à Deo: ergo Deus intime operatur in omnibus. totus processus est clarus ex se: penultima vero consequentia probatur ex eo quòd Deus est propriè causa ipsius, esse vniuersalis in rebus, vt patet ex superioribus. Secundum corollarium, operationes naturæ præterea attribuuntur Deo in Scriptura, vt in Iob 20.

¶super

operatur. Superfluum igitur esset quòd agens creatum, aliquid operaretur.

¶Præterea, Vna operatio non est simul à duobus operantibus, sicut nec vnus numero motus potest esse duorum mobilium. Si igitur operatio creaturæ est à Deo in creatura operante, non potest esse simul à creatura. Et ita nulla creatura aliquid operatur.

¶Præterea, Faciens dicitur esse causa operationis facti, inquantum dat ei formam quæ operatur. Si igitur Deus est causa operationis rerum factarum ab ipso, hoc erit inquantum dat eis virtutem operandi. Sed hoc est à principio quando rem facit. Ergo videtur quòd vlteriùs non operetur in creatura operante.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.

CONCLVSIO.

¶Deus non sic in omnibus operatur agentibus, vt & ipsa non operentur, sed operatur in quolibet finaliter, effectiue, & formaliter, vt tamen & ipsa etiam agant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deum operari in quolibet operante, aliqui sic intellexerunt, quòd nulla virtus creata aliquid operaretur in rebus, sed solus Deus immediate omnia operaretur: puta quòd ignis non calefaceret, sed Deus in igne. Et similiter de omnibus aliis. Hoc autem est impossibile. Primo quidem: quia sic subtraheretur ordo causæ & causatà à rebus creatis. quod pertinet ad impotẽtiam creãtis. Ex virtute enim agentis est quòd suo effectui det virtutem agendi. Secundo, quia virtutes operatiuæ, quæ in rebus inueniuntur, frustra essent rebus attributæ, si per eas nihil operarentur: quinimo omnes res creatæ viderentur quodammodo esse frustra, si propria operatione destituerentur: cum omnes res sint propter suam operationem. Semper enim imperfectum est propter perfectius. Sicut igitur materia est propter formam, ita forma quæ est actus primus, est propter suam operationem quæ est actus secundus. Et sic operatio est finis rei creatæ. Sic igitur intelligendum est Deum operari in rebus, quòd tamen ipsæ res propriam habeant operationem.

¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd cum sint causarum quatuor genera: materia non est principium actionis, sed se habet, vt subiectum recipiens actionis effectum. Finis vero & agens & forma se habent, vt actionis principium, sed ordine quodam. Nam primum quidem principium actionis est finis, qui mouet agentem. Secundo vero agens. Tertio autem forma eius quod ab agente applicatur ad agendũ. Quamuis & ipsum agens per formam suam agat: vt patet in artificialibus. Artifex enim mouetur ad agendum à fine, qui est ipsum operatum, puta arca vel lectus, & applicat ad actionem securim, quem incidit per suum acumen. Sic igitur secundum hæc tria Deus in quolibet operante operatur. Primo quidem secũdum rationem finis. Cum enim omnis operatio sit propter aliquod bonũ verum, vel apparens, nihil autem est, vel apparet bonũ nisi secundum quod participat aliquam similitudinem summi boni, quod est Deus: sequitur quòd ipse Deus sit cuiuslibet operationis causa, vt finis.

¶Similiter considerandum est, quòd si sint

a ¶Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum sextum.

Annot. Coment. TItulus possit facere, non est quæstio de potentia, sed de actu exercito ipsius: an scilicet, de facto possit exire in actũ faciẽdi aliquid præter ordinẽ inditũ.

¶In corpore duo. Primo distinguit ly ordinem. Secundo respondet quæsito. Quo ad primum quatuor sunt, distinctio ordinum, ordinatio eorum, habitudo causarũ ad eos, & explanatio exemplaris. Distinctio est, Ordines multiplicantur secundum multiplicationẽ causarum. Probatur, Quælibet causa habet rationem principij: ergo à qualibet causa deriuatur aliquis ordo in suos effectus: ergo ordines multiplicantur secundum multiplicationem causarum.

¶Num ex eo quòd causa habet rationem principij, sequatur esse ordinem in effectibus.

Quæstio. ¶Circa primam consequentiam huius probationis dubitatur, vnde valet. ex hoc enim quòd habet rationem principij, bene sequitur, ergo est caput ordinis inter se
39 & effectum: sed non sequitur, ergo ab ea est aliquis ordo in effectibus: cum non oporteat omnem causam habere plures effectus, in quibus ponat ordinem vt pater de causis vniuocis. ¶Ad hoc dicitur, quòd cum hic sit sermo de causa principali in aliquo ordine, & non de instrumentali, quæ non causa: sed causæ instrumentum dici debet vt 12. Met. com. 24. dicit Alex. & in consequente duo includantur, scilicet pluralitas effectuum, & ordo in eis à causa: si recte perspiciamus, ordo
6 directe infertur ex antecedente: pluralitas autem effectuum supponitur, aut vniuersaliter, aut accommode. Vna
51 de consequentia potest habere duos sensus. Primus est supponendo, quòd omnis causa habeat plures effectus: & tunc consequentia est optima: quia cum pluralitas non sit sine ordine (alioquin esset confusio) & causa habet rationem principij, à quo scilicet illi deriuantur: ergo ab ea est ordo illorum. Secundus est accommodando causas habentes plures effectus: & tunc etiam consequentia est optima, causa est principiũ: ergo in causis habentibus plures effectus, à causa est ordo illorum, ratione iam dicta: & ista via est planior, & sufficit proposito: causa enim eo quòd habet rationem principij, & negatiue in illo ordine, & positiue, sequitur, ergo ab ea est ordo in effectum sue ad ipsam causam siue in seipso multiplicato: & sic vbi sunt plures effectus, aperte sequitur, ordinem in eis esse, & esse à causa. Plures autem effectus dicuntur, vel plures differentiæ, vel partes organicæ viuentium respectu generantis, vel plures passiones, vt liquefactio ceræ & induratio luti, vel plures cooperationes secundum pluralitatem inferiorum: vt generatio bouis & leonis, vt sunt à sole: vel plures effectus ordinate se consequentes, vt lenitas sequitur formam ignis geniti, &c. & sic potuit supponi pluralitas effectuum vniuersaliter: & consequenter sustineri potest primus sensus. quoniam nulla est causa per se, & principalis quæ non sit causa saltem duorum veluti subiecti & passionis.

¶Ordinatio vero horum ordinum est, quòd vnus continetur sub altero. probatur: quia causa continetur sub causa. Habitudo autem causarum ad ordines hos est: quòd causa superior non continetur sub ordine causæ inferioris, sed econuerso. Manifestatio demum est ab exemplo in politicis, in patre & ordine domus, rectore & ordine ciuitatis, & rege & ordine regni: & clara est litera.

¶Quo ad secundum respondetur quæsito duabus conclusionibus iuxta duos ordines illatos ex præmissis. Distinctio ex præmissis illata est, quòd in rebus est duplex ordo, vnus vt sunt à prima causa: alter, & hic est multiplex, vt sunt à causis secundis. Prima conclusio responsua est, Deus non potest facere contra ordinem rerum: vt dependet à prima causa, probatur ducendo ad impossibile: quia si faceret contra talem ordinem, faceret contra præscientiã suam: quod est impossibile.

¶Aduerte hic ex tertio contra Gen. cap. 98. quo modo potest dupliciter intelligi ista conclusio, scilicet aut quo ad res ordinatas, aut quo ad rationem ordinis. Et quòd secundo modo intelligitur hic, non primo vide ibi circa principium ca.

¶Secunda conclusio responsua est, Deus potest facere præter ordinem rerum, prout pendet ex qualibet secundarũ causarum. probatur, declaratur & confirmatur. Probatur quidem, Talis ordo ei subiicitur, vt procedens ab eo per arbitrium voluntatis: ergo potest præter talem ordinem agere. Antecedẽs habet tres partes. Prima patet ex præmissis, quia scilicet causa superior non subiicitur inferiori ordini, sed econuerso. Secunda pro constanti supponitur ex quo omnia sunt à Deo. Tertia vero probatur: quia potuisset alium ordinem instituere: consequentia autem hic breuitatis causa relinquitur, quasi euidens: sed in tertio contra Gen. ca. 99. in principio probatur ex differen-
52 tia inter agens naturale & liberum in hoc quòd
522 naturale oportet agere secundum vtilitatem virtutis suæ: & consequenter effectum similimum & consequenter non potest immediate agere effectum proprium causarum secundarum: causam vero libere agentem non oportet sic agere, sed potest agere immediate imperfectissimum effectum vtendo virtute sua, vt vult, vt patet in artifice perfectissimo, potente tamen si vult facere opus imperfectum quale nouitius in arte faceret. Declaratur vero ponendo duos modos, quibus Deus præter hunc ordinem facit. & patet in litera. Confirmatur autem auoritate Aug. non solum hæc, sed prima conclusio simul vt patet in litera.

¶Circa vtranque conclusionem simul dubiũ occurrit: quia aut hic est sermo de posse Dei ab-
70 solute: & sic constat, quòd potest. Deus contra vtrunque ordinem: nec sequitur aliquis defectus præscientiæ diuinæ: aut est sermo de posse Dei, quo ad exercitium actus de facto: & sic etiam nulla est differentia inter vtrunque ordinem: quoniam sicut Deus præsciuit primum ordinem, ita & alios. & quemadmodum si præter primum ordinem faceret, faceret contra præscientiam: ita si præter alios ordines faceret, faceret contra præscientiam suam: & sic tota litera ruere videtur.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd, vt in titulo patet, hic est sermo de potentia Dei secundo modo: & q̃ quamuis vterque ordo sit præscitus & institutus à Deo ab æterno: agere tamen præter primũ læderet præscientiam, præter alios autẽ non. Ad cuius euidentiam scito, q̃ omnis executio causę secundæ infert executionem in causa prima: quia ab actione illius pendet omnis actio, non autẽ econuerso: quia potest causa prima per seipsam solã exequi & perficere aliquid. Et inde est q̃ fieri aliquid præter executionem primæ causæ est impossibile: fieri autẽ aliquid præter executionem cuiuscunque, & omniũ simul causarũ secundarũ, non inconueniẽs. Cum autẽ ordo rerũ ad primam causam attendãt penes executionẽ primæ causę, ordo autem earum ad alias

Quod est inconueniens.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 26. contra Faustum, quòd Deus aliquando aliquid facit contra solitum cursum naturæ.

CONCLVSIO.

¶Non potest Deus contra ordinem rerum facere prout dependent à prima causa, sed præter rerum ordinem facere potest, vt dependent ex causis secundis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd à qualibet causa deriuatur aliquis ordo in suos effectus, cum quælibet causa habeat rationem principij. Et ideo secundum multiplicationem causarum multiplicantur & ordines, quorum vnus continetur sub altero, sicut & causa continetur sub causa. vnde causa superior non continetur sub ordine causæ inferioris, sed econuerso. Cuius exemplum apparet in rebus humanis. Nam ex patrefamilias dependet ordo domus, qui continetur sub ordine ciuitatis, qui procedit à ciuitatis rectore: cum & hic contineatur sub ordine regis, à quo totum regnum ordinatur. Si ergo ordo rerum consideretur, prout dependet à prima causa, sic contra rerum ordinem Deus facere non potest. Sic enim si faceret, faceret contra suam præscientiam. Si vero consideretur rerum ordo, prout dependet à qualibet secundarum causarum, sic Deus potest facere præter ordinem rerum: quia ordini secundarum causarum ipse non est subiectus, sed talis ordo ei subiicitur quasi ab eo procedens, non per necessitatem naturæ, sed per arbitrium voluntatis. Potuisset enim & alium ordinem rerum instituere. Vnde & potest præter hunc ordinem institutum agere cum voluerit: puta agendo effectus secundarum causarum sine ipsis, vel producendo aliquos effectus, ad quos causæ secundæ non se extendunt. Vnde & Aug. dicit 26. contra Faustum, quòd Deus contra solitum cursum naturæ facit, sed contra summam legem nullo modo facit, quia contra seipsum non facit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cum aliquid contingit in rebus naturalibus præter naturam inditam, hoc potest dupliciter contingere. Vno modo per actionem agentis, quæ inclinationem naturalem non dedit. Sicut cum homo mouet corpus graue sursum: quod non habet ab eo, vt moueatur deorsum. Et hoc est contra naturam. Alio modo per actionem illius agentis à quo dependet actio naturalis. Et hoc non est contra naturam: vt patet in fluxu & refluxu maris, qui non est contra naturam: quamuis sit præter motum naturalem aquæ, quæ mouetur deorsum. Est enim ex impressione cælestis corporis, à quo dependet naturalis inclinatio inferiorum corporum. Cum igitur naturæ ordo sit à Deo rebus inditus, si quid præter hunc ordinem faciat, non est contra naturam. Vnde Aug. dicit 26. contra Faustum, quòd id est, cuilibet rei naturale quod ille fecerit: à quo est omnis modus, numerus, & ordo naturæ.

ARTICVLVS VI.

a ¶Vtrum Deus possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum.

3. q°. 43. ar. 2. con. Et 3. con. tra. c. 98. 99. & 161. Et po. q. 6. artic. 1. Et opus. 3. ca. 138. Et opus. 10. art. 1. & 17.



AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non possit facere aliquid præter ordinem rebus inditum. Dicit enim Aug. 26. contra Faustum, Deus conditor & creator omnium naturarũ nihil contra naturam facit. Sed videtur esse contra naturam, quod est præter ordinem naturaliter rebus inditum. Ergo Deus non potest facere aliquid præter ordinem rebus inditũ.

¶Præterea, sicut ordo iustitiæ est à Deo: ita & ordo naturæ. Sed Deus non potest facere aliquid præter ordinem iustitiæ. Faceret enim tunc aliquid iniustum. Ergo non potest facere aliquid præter ordinem naturæ.

¶Præterea, Ordinem naturæ Deus instituit. Si igitur præter ordinem naturæ Deus aliquid faciat, videtur quòd ipse sit mutabilis,

¶Ad secundum dicendum, quòd ordo iustitiæ est secundum relationem ad causam primam quæ est regula omnis iustitiæ. Et ideo præter hunc ordinem Deus nihil facere potest.

¶Ad tertium dicendum, quòd Deus sic rebus certum ordinem indidit: vt tamen sibi reseruaret quod ipse aliquando aliter ex causa esset facturus. Vnde cum per hunc ordinem agit, non mutatur.

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum omnia quæ Deus facit præter ordinem naturalem rerum, sint miracula.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd non omnia quæ Deus facit præter ordinem naturalem rerum, sint miracula. Creatio enim mũdi & etiam animarum, & iustificatio impij fiunt à Deo præter ordinem naturalem. Non enim fiunt per actionem alicuius causæ naturalis. Et tamen hæc miracula non dicuntur. Ergo non omnia quæ facit Deus præter ordinem naturalem rerum, sunt miracula.

¶Prærerea, Miraculum dicitur aliquid arduum & insolitum præter facultatem naturæ, & spem admirantis prouenients. Sed quædam fiunt præter naturæ ordinem: quæ tamen non sunt ardua. Sunt enim in minimis rebus sicut in restauratione gemmarum, vel sanatione ægrorũ. Nec etiam sunt insolita cum frequenter eueniant, sicut cum infirmi in plateis ponebantur, vt ad vmbram Petri sanarentur. Nec etiam sunt supra facultatem naturæ: vt cum aliqui sanantur à febribus. Nec etiam supra spem: sicut resurrectionem mortuorum omnes speramus: quæ tamen fiet præter ordinem naturæ. Ergo non omnia quæ fiunt præter naturæ ordinem sunt miracula.

¶Præterea, Miraculi nomen ab admiratione sumitur. Sed admiratio est de rebus sensui manifestis. Sed quandoque aliqua accidunt præter ordinem naturalem in rebus sensui non manifestis. Sicut cum Apostoli facti sunt scientes, neque inuenientes, neque discentes. Ergo non omnia, quæ fiunt præter ordinem naturæ, sunt miracula.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit. 26. contra Faustum, quòd cum Deus aliquid facit contra cognitũ nobis cursum solitúmque naturæ, magnalia, vel mirabilia nominantur.

CONCLVSIO.

¶*Quæ Deus operatur in rebus præter causas nobis notas, miracula dicuntur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomen miraculi ab admiratione sumitur. Admiratio autem consurgit cum effectus sunt manifesti, & causa occulta. Sicut aliquis admiratur cum videt eclipsim solis, & ignorat causam: vt dicitur in principio Met. Potest autem causa effectus alicuius apparentis alicui esse nota: quæ tamen est aliis incognita. Vnde aliquid est mirum vni quod non est mirum aliis. Sicut eclipsim solis miratur rusticus, non autem astrologus. Miraculũ autem dicitur quasi admiratione plenum: quod scilicet habet causam simpliciter & omnibus occultã. Hæc autem est Deus. Vnde illa, quæ à Deo fiunt præter causas nobis notas, miracula dicuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd creatio & iustificatio impij, etsi à solo Deo fiãt: non tamen proprie loquendo, miracula dicuntur: quia non sunt nata fieri per alias causas: & ita non contingunt præter ordinem naturæ, cum hæc ad facultatẽ naturæ non pertineant.

¶Ad secundum dicendum, quòd arduum dicitur miraculum non propter dignitatem rei in qua fit, quia excedit facultatem naturæ. Similiter etiam insolidum dicitur non quia frequenter non eueniat: sed quia est præter naturalem consuetudinem. Supra facultatem autem naturæ dicitur aliquid non solum propter substantiam facti, sed etiam propter modum & ordinem faciendi. Supra spem etiam naturæ miraculum esse dicitur non supra spem gratiæ, quæ est ex fide per quam credimus resurrectionem futuram.

¶Ad tertium decendum, quòd scientia Apostolorum, quamuis secundum se non fuerit manifesta: manifestabatur tamen in effectibus, ex quibus mirabilis apparebat.

ARTICVLVS VIII.

a ¶*Vtrum vnum miraculum sit maius alio.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd vnum miraculum non sit maius alio. Dicit enim Aug. in epistola ad Volusiam, In rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potentia facientis. Sed eadem potentia, scilicet Dei, fiunt omnia miracula. Ergo vnum non est maius alio.

¶Præterea, Potentia Dei est infinita. Sed infinitum improportionabiliter excedit omne finitum. Ergo non magis est mirandum quòd faciat hunc effectum quàm illum. Ergo vnum miraculum non est maius altero.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Io. 14. de operibus miraculosis loquens, Opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet.

CONCLVSIO.

¶*Miraculorũ vnum alio maius esse contingit, non secundum comparationem ad diuinam potentiam, sed ad facultatem naturæ, quam secundum quosdam gradus excedit in operando virtus diuina.*

¶RESPONDEO dicendum, q̃ nihil potest dici miraculũ ex cõparatione potentiæ diuinæ, quia quodcunque factum diuinæ potentiæ comparatũ, est minimũ: secundũ illud Isa. 40. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentũ stateræ reputatæ sunt. Sed dicitur aliquid miraculũ per comparationẽ ad facultatem naturæ, quam excedit. Et ideo secundum quod magis excedit facultatẽ naturæ, secundũ hoc maius miraculũ dicitur. Excedit autẽ aliquid facultatẽ naturæ tripliciter. Vno modo quantum ad substãtiã facti. Sicut quòd duo corpora sint simul, vel q̃ sol retrocedat, aut q̃ corpus humanum glorificetur: quod nullo modo natura facere potest. Et ista tenent summũ gradum in miraculis. Secũdo aliquid excedit facultatem naturæ, non quantũ ad id quod fit, sed quantum ad id in quo fit. Sicut resuscitatio mortuorum & illuminatio cæcorum, & similia. Potest enim natura causare vitam, sed non in mortuo. Et potest præstare visum, sed non cæco. Et hæc tenent secundum locum in miraculis. Tertio modo excedit aliquid facultatẽ naturæ quantum ad modum & ordinem faciendi. Sicut cum aliquis subito per virtutẽ diuinam à febre curatur absque curatione, & consueto processu naturæ in talibus: vt cum statim aër diuina virtute in pluuias densatur absque naturalibus causis: sicut factum est ad preces Samuelis & Eliæ. Et huiusmodi tenent infimum locũ in miraculis. Quælibet tamen horum habent diuersos gradus, secundũ quod diuersimode excedunt facultatem naturæ.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta, quæ procedunt ex parte diuinæ potentiæ.

QVAESTIO CENTESIMA sexta, quomodo vna creatura aliam moueat, & de angelorum illuminatione, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est quomodo vna creatura moueat aliam. Erit autem hæc consideratio tripartita, vt primò consideremus quomodo angeli moueant: qui sunt creaturæ pure spirituales. Secundo, quo modo corpora moueant. Tertio, quomodo homines, qui sunt ex spirituali & corporali natura compositi.

¶Circa primum tria consideranda occurrunt. Primo, quomodo angelus agat in angelum. Secũdo, quomodo in creaturam corporalem. Tertio, quomodo in homines.

¶Circa primum considerare oportet de illuminatione & locutione angelorum, & ordinatione eorum adinuicem, tam bonorum, quàm malorum.

¶Circa illuminationem quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum vnus angelus moueat intellectum alterius, illuminando. ¶Secundo, vtrum vnus moueat voluntatem alterius. ¶Tertio, vtrum inferior angelus possit illuminare superiorem. ¶Quarto vtrum superior angelus illuminet inferiorẽ de omnibus, quę cognoscit.

[Commentary, p. 448]

alias causas attendatur penes executiones illarum, ratio primi ordinis in diuina præscientia opertet quòd contineat quicquid per ipsam primam causam qualitercunque exequendum est: ratio autem cuiuscunque alterius ordinis in diuina præscientia, non continet nisi quicquid est per talem causam exequendũ. & ideo non inconuenit aliquid
518 fieri præter istos ordines & rationes, ac præscientias partiales (vt ita dixerim) eorum. Sed inconueniens manifeste esset quòd præter ordinis primi rationem aliquid fieret: sic enim deficiens, aut mutabilis diuina præscientia conuinceretur: quoniam, vt dictum est, debetur tali rationi comprehensio omnium executioni mãdatorum qualitercunque per primam causam, extra quæ nihil fieri de facto potest, quamuis de potentia absoluta multa possibilia restent quæ nunquam erunt.

Po. q̃o. 6. articu. 2. Et 2. di. 18. q̃o. 1. articu. 3. Et 3. contra. cap. 101. & 102.

a ¶*Super Quæstionis centesimæquitæ Articulum septimum.*

Titulus clarus ex articulo præcedenti.

Cõment. ¶In corpore vna conclusio responsiua affirmatiue. Omnia quæ fiũt à Deo præter causas nobis notas, miracula dicuntur. Probatur, Miraculum dicitur ab admirationis plenitudine. ergo quæ fiunt à Deo præter causas nobis notas, dicuntur miracula. Antecedens supponitur: & manifestatur quid importet ostendendo quid habeat ex admiratione scilicet, causam ignotam effectus patentis: & quid ex plenitudine scilicet occulta, rationem causæ: non respectu huius vel illius, sed simpliciter. Et hic insinuatur quædam probatio antecedentis ex differentia inter mirum & miraculum: quia illud dicitur ex parte, scilicet respectu huius: hoc non nisi ex toto, scilicet respectu omnium. Consequentia probatur quia Deus est causa simpliciter occulta. Vnde per causas nobis notas idem intendit in conclusione, quod per causas secundas seu naturales in titulo.

a ¶*Super Quæstionis centesimæquintæ Articulum octauum.*

Titulus clarus.

Cõment. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Vnum miraculum est maius alio. Probatur, Miraculum dicitur non per comparationem ad diuinam potentiam, sed facultatem naturæ excessæ. ergo vnum est maius alio. Antecedens quo ad primam partem patet: quia respectu diuinæ potentiæ quodlibet est minimum. quod probatur autoritate Isaiæ, omissa ratione de infinitate potentiæ diuinæ. Quo ad secundam vero partem relinquitur per se nota, quasi per locum à diuisione. consequentia vero probatur: quia natura secundum triplicem gradum excedi potest. Primo secundum substantiam facti: secundo secundum materiam in qua: & tertio secundum modũ faciẽdi, &c. omnia clara sunt.
510
12. q. 113. artic. 10. co. Et 3. contra. c. 101. fin.

¶Circa primũ gradum miraculorum dubium occurrit: quoniam hic dicitur, quòd excedentia facultatem naturæ, secundum substantiam facti tenent summum locum in miraculis.

¶In responsione autem ad primum præcedentis articuli dictum est, quòd creatio & iustificatio impij non sunt proprie miracula: quia non sunt nata fieri per causas secundas: igitur si ratio hæc ibi assignata est bona: excessus natura secundum substantiam facti minuit rationem miraculi: ergo non constituit summum gradum eorum: vt hic dicitur.

¶Ad hoc dicitur, quòd excedentia secundum substantiam facti sunt, in duplici differẽtia. Quædam pertinent ad communem influentiã: quædam vero ad specialem influxum. Pertinentia ad communẽ influentiam sunt: & quæ Deus, vt primum agens quasi suprema natura facit: vt creatio, cõseruatio, ordinatio vniuersi, & partium eius non aliter possibilium, quàm per creationẽ, &c. & quæ Deus vt tale agẽs puta glorificator manifestato nobis ordine facit: vt iustificatio impij, collatio gratiæ, &c. Et hæc merito minuunt rationẽ miraculi: quia à Deo sunt nõ vt ignota causa. Et de his dictum est in præcedẽti articulo, quòd non sunt proprie miracula: & ratio ibi assignata; quia scilicet nõ sunt nata fieri per causas secũdas: optima est si ponderetur ly nata fieri, & applicetur negatio ad medias causas tantũ: quasi diceretur, hæc sunt de genere eorũ quæ sunt nata fieri, id est, habent quasi naturalem cursum in vniuersa, & non per medias causas secundas: oportet enim ad miraculi rationem & q̃ sit præter causas secundas, & non sit à Deo quasi secundũ naturã: quia sic est causa nota, vt tamẽ sunt ista quæ pertinẽt ad communem influentiã. Ad specialem autem influxũ Dei pertinent, quæ solus præter causas secũdas secundũ ordinẽ sibi soli, notũ facit. &c. & talia excedentia secundũ substantiam facti naturã, sunt in primo gradu miraculorũ, vt transubstantiatio panis in corpus Christi, & incarnatio verbi, &c.

¶Super

ARTICVLVS I

a ¶*Vtrum vnus angelus illuminet alium.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vnus angelus non illuminet alium. Angeli enim eandem beatitudinem possident nunc, quamuis in futuro expectamus. Sed tunc vnus homo non illuminabit alium secundum illud Iere. 31. Non docebit vltra vir proximũ suum, & vir fratrem suum. Ergo etiam nunc vnus angelus non illuminat alium.

¶Præterea, Triplex est lumen in angelis, naturæ & gratiæ & gloriæ. Sed angelus illuminatur lumine naturę à creãte: lumine gratię à iustificante: lumine gloriæ à beatificãte. Q̃d totũ Dei est. Ergo vnus angelus non illuminat aliũ.

¶Præterea, Lumen est forma quędam mentis. Sed mens rationalis à solo Deo formatur nulla interposita creatura: vt Aug. dicit in lib. 83. quæst. Ergo vnus angelus non illuminat mentem alterius.

¶SED CONTRA est quod dicit Dio. 8. cap. cæl. hierar. quòd angeli secundæ hierarchiæ purgantur & illuminantur & perficiuntur per angelos primæ hierar.

CONCLVSIO.

¶*Vnus angelus alium illuminat, vel confortando ipsius intellectũ, vel ex parte similitudinis rei cognitæ.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnus angelus illuminat alium. Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd lumen secundum quod ad intellectum pertinet, nihil est aliud quàm quædam manifestatio veritatis. secundum illud ad Ephe. 5. Omne quod manifestatur, lumen est. Vnde illuminare nihil aliud est quàm manifestationem agnitæ veritatis alij tradere: secundum quem modum Apostolus dicit ad Ephe. 3, Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo. Sic igitur vnus angelus dicitur illuminare alium: inquantum ei manifestat veritatẽ quam ipse cognoscit. Vnde Dio. dicit. 9. cap. cæl. hier. quòd theologi plane monstrant cælestium substantiarum ornatus à supremis mentibus doceri deificas scientias. Cum autem ad intelligendum duo concurrant, vt suprà diximus[e], scilicet virtus intellectiua & similitudo rei intellectæ: secundum hæc duo vnus angelus alteri veritatem notam notificare potest. Primo quidem, fortificando virtutem intellectiuam eius. Sicut enim virtus imperfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate perfectioris corporis, vt minus calidum crescit in calore ex præsentia magis calidi: ita virtus intellectiua inferioris angeli confortatur ex conuersione superioris angeli ad ipsum. Hoc enim facit in spiritualibus ordo conuersionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis. Secundo autem vnus angenus alteri manifestat veritatẽ ex parte similitudinis intellectæ. Superior enim angelus notitiam veritatis accipit in vniuersali quadam conceptione, ad quam capiendam inferioris angeli intellectus non esset sufficiens, sed est ei connaturale, vt magis particulariter veritatem accipiat. Superior vero angelus veritatem quam velociter concipit, quodammodo distinguit, vt ab inferiori capi possit[e]. Et sic eam cognoscendam illi proponit: sicut etiam apud nos doctores, quod in summa capiunt, multipliciter distinguunt, prouidentes capacitati aliorum. Et hoc est quod Dio. dicit 15. cap. cæ. hier. Vnaquæque substantia intellectualis datam sibi à diuiniore vniformem intelligentiam prouida virtute diuidit & multiplicat ad inferioris sursum ductricem analogiam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes angeli tam superiores quàm inferiores immediate vident Dei essentiam. Et quantum ad hoc vnus non docet aliũ. De hac enim doctrina prophana loquitur. Vnde dicit, Non docebit vir fratrem suum dicens, Cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximũ. Sed rationes diuinorum operum quæ in Deo cognoscuntur sicut in causa, omnes quidem Deus in seipso cognoscit: quia seipsum comprehendit: aliorũ vero Deum videntium tanto vnusquisque in Deo plures rationes cognoscit, quãto eum perfectius videt. Vnde superior angelus plura in Deo de rationibus diuinorum operum cognoscit quàm inferior: & de his eum illuminat[e]. Et hoc est quod dicit Dio. 4. cap. de di. no. quòd angeli existentium illuminantur rationibus.

¶Ad secundum dicendum, quòd vnus angelus non illuminat alium, tradendo ei lumen naturæ vel gratiæ vel gloriæ, sed confortando lumen naturale ipsius, & manifestando ei veritatem de his quæ pertinent ad statum naturæ, & gratiæ & gloriæ, vt dictum est[e].

¶Ad tertium dicendum, quòd rationalis mens formatur immediate à Deo: vel sicut imago ab exemplari: quia non est facta ad alterius imaginem: quàm Dei, vel sicut subiectũ ab vltima forma completiua, quia semper mens

[Commentary, p. 449]

a ¶*Super Quæstionis centesimæsextæ Articulum primum.*

Annot. IN titulo aduerte, quòd quamuis locutio angelorum sit naturaliter prior illuminatione (quoniam nihil aliud est quàm locutio quædam, scilicet illuminatiua) illuminatio tamen est prior locutione, vt est mutatio atque gubernationis diuinæ effectus: quoniam illuminatio per se importat actionem perfectiuam alterius: locutio autem non. & ideo hoc in loco prius de illuminatione quàm de locutione determinatur. Potest quoque & alia ratio huius ordinis reddi, scilicet quòd illuminatio est naturaliter prior locutione, sicut naturale animali: & hoc secundum nominis rationem: quamuis secundum suppositionem in tali materia secundum veritatẽ locutio sit prior illuminatione. Quæstiones enim ordinantur secundum rationes quæsitorum in communi, & non secundum ordinem conclusionum dicendarum.

Cõment. ¶In corpore tria. primo proponitur conclusio responsiua affirmatiue, scilicet, Vnus angelus illuminat alium. Secundo determinat quid sit illuminare in angelis: & dicit quòd est manifestare alij veritatẽ cognitam. probatur dupliciter: primo ex ratione illuminationis: quæ habetur ex autoritate ad Ephe. 4. & trahitur ex ratione luminis assignata ad Ephe. 5. secundo ex autoritate Dio. 7. cæl. hie.

520
2. dist. 9. art. 2. Et di. 11. q. 2. ar. 1. Et veri. q. 7. ar. 1. & 1. cor. 13. cor. 2.

¶Aduerte hic, quòd manifestare aliquod ignotum contingit dupliciter. Vno modo per simplicem præsentationem obiecti: sicut habens pomum occultatum, proferens illud in mediũ manifestat vidẽtibus. Alio modo per adhibitionem luminis adiuuãtis: vt pateat alicui quod occultũ erat: sicut addens candelam dicitur manifestare quod priori lumine discerni non poterat. Manifestare primo modo nõ est illuminare, vt de se patet: sed manifestare secundo modo est illuminare. Vnde in litera ad significandum quòd illuminare non est quodcunque manifestare: dicitur quòd illuminare est manifestationem agnitę veritatis tradere. vbi expresse vtrunque posuit de ratione illuminationis, scilicet offerre veritatem cognitam & manifestationẽ illius: quod est per lumen adhibitũ. Vnde & in hoc differt, vt patebit, locutio angelica ab illuminatione: quia illa obiectum simpliciter offert: ista vero obiectum simul cum lumine.

¶Tertio ponit duos modos, quibus vnus angelus illuminat alium angelum: & sic ponitur conclusio responsiua in speciali bimembris, Vnus angelus illuminat angelum & ex parte virtutis intellectiuæ, & ex parte similitudinis rei intellectæ. Probatur primo prima pars, & secundo secunda. Prima pars probatur, & declaratur sic, Virtus impetfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate perfectioris corporis, ergo virtus intellectualis inferioris angeli confortatur ex conuersione superioris angeli ad ipsum: ergo vnus angelus illuminat alium, fortificando virtutem intellectiuam. Antecedens declaratur exemplariter, in minus & magis calido: consequentia vero probatur: quia hoc facit ordo conuersionis in spiritualibus, quod ordo propinquitatis in corporalibus. Secunda vero pars probatur sic, Superior angelus veritatem sic vniuersaliter nouit, vt improportionata sit inferiori: ergo distinguit vt ab inferiori capiatur: ergo illuminat illum ex parte similitudinis rei cognitæ. Antecedens patet ex supradictis: prima consequentia probatur: quia connaturale est inferiori particularius recipere: & declaratur exemplo apud nos magistri & discipuli. Et confirmatur autoritate Dionysij. 15. cap. secunda consequentia est per se nota.

¶*Num vnus angelus alium illuminet, confortãdo illius intellectũ, & quomodo.*

Quæstio. ¶Circa primam partem conclusionis & eius probationem occurrit dubium tactum à Durando & Aureolo, consistẽs in hoc, Confortatio ista aut fit per actionẽ vnius in alium: aut per concursum amborũ ad vnum communem effectum. 514
Si per actionem, dupliciter potest intelligi: aut causando intensius lumẽ intellectus: aut adhibendo aliquod nouum lumen. Sed nullo horum modorum potest verificari: ergo. quòd enim ibi non sit intentio luminis, patet ex eo quòd lumen virtutis intellectiuæ, de quo est sermo, non suscipit magis & minus, cum sit naturalis potẽtia in natura inuariabili. Quòd etiam non causetur ibi nouum lumen secundũ esse intentionale (vt quidam dicunt) ex eo patet, quòd vnus angelus apud S. Tho. non potest causare in alio speciem obiecti: quam constat habere esse intentionale: & esse quoddam intentionale lumen. 520
Quòd autem ista confortatio non fiat per cõcursum vtriusque intellectus ad intelligendum idem, patet dupliciter. Primo ex eo quòd impossibile est duas intellectiuas virtutes creatas eundem actum intelligendi causare: cùm intellectio sit actio immanens: nec vnum accidẽs possibile sit esse in duobus. Secundo ex eo quòd etiam in corporalibus vnum agens non confortatur ex concursu alterius ad idem: nisi ipsum aliquid recipiat ab illo concurrente. Vnde & in litera dicitur, quòd minus calidum fortificatur ex præsentia magis calidi, quia crescit in calore. vbi ergo solus fit cõcursus ad tertium, non est fortificatio. Simili modo potest dubitari de illo ordine conuersionis in spiritualibus, posito in litera: quid sit ista conuersio, aut scilicet est actiua in inferiorem, aut solum concursiua ad eundem effectum, & cætera, vt suprà. 552

¶Ad hoc dicitur, quod conuersio & confortatio ista fit per actionem vnius in alium & per concursum vtriusque ad idem: non per modum naturæ, sed artis, coöperãtis naturæ: non per influxum pertinentem ad agens naturale, sed per influxum pertinentem ad docentem vt sic. 511

¶Ad cuius euidentiam scito, quòd quantum ad propositum spectat, differentia inter ea quæ fiunt à natura, & quæ fiunt ab arte, non quacunque, sed, coöperante naturæ est, quòd illa fiunt agente extrinseco: vt patet in generatione rerum naturalium: ista vero fiunt partim ab extrà, & partim ab intrà: vt patet de sanitate adepta per curam medicorum. Nec est dubium quin hoc modo in nobis scientia per doctrinam fiat, vt inferius latius patebit: nunc vero supponatur. Scito secundo quòd actio docentis vt sic, non est præbere prius aliquod lumen: & deinde offerre veritatem cognitam: sed offerre veritatem cognitam vt illuminatam. Sic enim illuminatur intellectus ad videndam veritatem illam, & consequenter fortificatur ex participatione luminis superioris participati per receptionem illius veritatis illuminatæ. Veritas autem illustrata est, cum lumine intellectuali claret, Claret autem cùm intellectuali intuitu penetratur: & sic de primo ad vlti-

mum,cum aliquod occultum non per solam absentiam, sed propter difficultatem vel excellentiam,&c.vt cognitum proponitur, vt illustratum profertur. Et quamuis contingat illud non videri ab eo cui offertur, propter debilitatem intellectualis visus:tamen quantum in se est, vt illustratum proponitur. Et hæc est prima radix illuminationis intellectualis in angelis. Profert enim quisque superior inferiori obiectum,vt cognitum & illustratum. Et quoniam ex hoc solo nõ sequitur, ergo profertur obiectum vt illustratum huic inferiori:eo quòd cognitum à superiore claret vt obiectũ ipsius, & non vt obiectum cuiuscunque:sicut cognitũ à magistro claret vt obiectum illius & non addiscentis plerunque. Ideo cum hac prima radice, concurrit secunda,s. particularizatio cõceptuum habilium, vt percipiatur à tali inferiori: vt etiam apud nos contingit. Et sic dum angelus illuminat alium, regulariter vterq; modus illuminationis cõiungitur: quoniam & obiectum proponitur illuminatum & proportionatum inferiori,vt participanti hoc nouum lumen. Sed prius natura est lumen quàm diuisio. Et illud se tenet ex parte vis intellectiuæ. Est enim intellectus ex illo, nõ solum potens ad hoc percipiendum, sed alia, ad quæ prius non se extendebat:hic autem se tenet ex parte speciei, id est conceptus. Et sic patet respõsio ad obiecta. Superior enim angelus conuertit se ad inferiorẽ eo modo quo doctor ad discipulum, sublata tamen discursus imperfectione. Hęc autem conuersio non consistit in actione aut cursu, aut cõcursu per modum naturæ,vt obiectiones procedunt: sed in actione in alium per modum artis cooperatiuæ naturæ. Et est in superiore, actiua ordinatio cõceptus proprij illustrãtis rem cõceptam inferiori. In inferiore vero est applicatio intellectus sui ad formandum in se conceptũ correspondentem ostenso conceptui de eadem re. Sic enim participat superioris lumẽ per modum disciplinæ. Sic quodã modo fit in inferiore nouum lumen, propter participationem prædictam qua redditur de potentia illuminatus actu illuminatus. Sic quodammodo lumen inferioris intenditur, quia efficacior fit ad intelligendum:non quòd sit propriæ intentio. Sic quodammodo est duorum concursus. Ad tertium pro quanto doctor nihil prius dat discenti,sed ad formandam in ipso discente conceptum verum proprium & clarum,& de re illa suum conceptum conuertit & ordinat. Hoc enim modo spiritualia continuantur,& confortantur continuatione:& crescunt & non per præuium aliquid adipisci:vt in corporalibus contingit. Hæc si non credis, lege quæst.9.de veritate art.1.

521

521. 12.qõ. 9. articu. 4. Et 3.contra c. 88. & 89.

520 ar. cõtra.

515

515

creata reputatur informis nisi ipsi primæ veritati inhæreat. Aliæ vero illuminationes quæ sunt ab homine vel angelo, sunt quasi dispositiones ad vltimam formam.

ARTICVLVS II.

a ¶*An vnus angelus moueat voluntatem alterius.*

AD SECVNDVM videtᵣ ꝙ vnus angelus posit mouere volũtatẽ alterius. Quia secũdũ Dio. sicut vnus angelus illuminat aliũ: ita purgat & perficit,vt patet ex autoritate supradicta[e]. Sed purgatio & perfectio videntur pertinere ad volũtatẽ. Nã purgatio videtur esse à sordibus culpæ,quæ pertinet ad volũtatẽ: perfectio autem videtur esse per consecutionem finis, qui est obiectum voluntatis. Ergo vnus angelus potest mouere voluntatem alterius.

¶Præterea,Sicut Dio.dicit 7.c.de di.no.nomina angelorũ designãt eorũ proprietates. Seraphin enim incẽdẽtes dicũtur aut calefaciẽtes. Quod est per amorẽ qui ad volũtatẽ pertinet. Vnus ergo angelus mouet voluntatẽ alterius.

¶Præterea, Philosophus dicit in 3. de Anima, quòd appetitus superior mouet appetitum inferiorem. Sed sicut intellectus angeli superioris superior est,ita etiam appetitus. Ergo videtur quòd superior angelus posit immutare voluntatem alterius.

¶SED CONTRA,Eius est immutare voluntatẽ cuius est iustificare, cum iustitia sit rectitudo voluntatis. Sed solus Deus est qui iustificat. Ergo vnus angelus non potest mutare voluntatem alterius.

CONCLVSIO.

¶*Non potest vnus angelus mouere alterius voluntatem obiectiue,potest tamen inclinare voluntatem inferioris angeli obiectiue: sed solus Deus, qui etiã volũtatẽ quippiã volẽdi tribuit quibusq; volũtatẽ habẽtibus.*

¶RESPONDEO dicẽdũ,ꝙ sicut suprà dictũ est[e],voluntas immutatur dupliciter. vno modo ex parte obiecti: alio modo ex parte ipsius potentiæ. Ex parte quidem obiecti mouet voluntatem,& ipsum bonum quod est voluntatis obiectum, sicut appetibile mouet appetitum:& ille qui demonstrat obiectum, puta qui demonstrat aliquid esse bonum. Sed sicut suprà dictũ est[e], alia qdẽ bona aliqualiter inclinãt volũtatẽ, sed nihil sufficienter mouet voluntatẽ nisi bonũ vniuersale,quod est Deus Et hoc bonũ solus ipse ostendit, vt per essentiam videatur à beatis,qui dicenti Moysi, Ostende mihi gloriã tuam,respondit,Ego ostendam tibi omne bonũ:vt habetur Exo.33. Angelus ergo nõ sufficienter mouet voluntatẽ, neque vt obiectum, neque vt ostendens obiectũ: sed inclinat eã,vt amabile quoddã:& vt manifestans aliqua bona creata ordinata in Dei bonitatẽ. Et per hoc inclinare potest ad amorem creaturæ vel dei per modũ suadẽtis. Ex parte vero ipsius potẽtiæ volũtas nullo modo potest moueri nisi à Deo. Operatio enim voluntatis est inclinatio quædã volẽtis in volitũ. Hãc autẽ inclinationẽ solus ille immutare potest,qui virtutẽ volẽdi creaturæ cõtulit[e]: sicut & naturalẽ inclinationẽ solũ illud agẽs potest mutare, quod potest dare virtutẽ,quã cõsequitur inclinatio naturalis. Solus autẽ Deus est qui potentiam volendi tribuit creaturæ, quia ipse solus Deus est autor intellectualis naturæ. Vnde angelus voluntatem alterius mouere non potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ secundũ modum illuminationis est accipiẽda & purgatio & perfectio. Et quia Deus illuminat immutãdo intellectum,& voluntatẽ,purgat à defectibus intellectus & voluntatis,& perficit in finẽ intellectus & voluntatis. angeli autẽ illuminatio refertur ad intellectum, vt dictum est[e]:ideo etiã purgatio angeli intelliᵣ à defectu intellectus qui est nesciẽtia: perfectio autẽ est cõsummatio in finẽ intellectus qui est veritas cognita. Et hoc est qđ dicit Dio.6.ca.cæl.hie. ꝙ in cælesti hierarchia purgatio est in substãtiis & essentiis tanq̃ ignotorũ illuminatio in perfectiorẽ scientiã inducens. Sicut si dicamus visum corporalem purgari inquãtum remouentur tenebræ: illuminari vero inquantum perfunditur lumine: perfici vero secundum quod perducitur ad cognitionẽ colorati.

Ad secundum dicendum, quòd vnus angelus potest inducere alium ad amorẽ Dei per modum persuadentis:vt suprà dictum est[e].

¶Ad tertium dicendum:quòd Philosophus loquitur de appetitu inferiori sensitiuo,qui potest moueri à superiori intellectiuo:quia pertinet ad eandem naturam animæ:& quia inferior appetitus est virtus in organo corporali. Quod in angelis locum non habet.

ARTICVLVS III.

a ¶*An angelus inferior superiorem illuminet.*

521 2.di.9.articu.2. Et veri. q.9.ar.3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angelus inferior superiorẽ illuminare posit. Ecclesiastica enim hierar. deriuata est à cælesti,& eã repræsentat.

a ¶*Super Quæstionis centesimæsextæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus clarus. possit, intelligitur de potentia sufficiente:alioquin non dicitur posse,nisi secundum quid.

Cõment. ¶In corpore vna conclusio respõsiua quæsito negatiue. Vnus angelus non potest mouere voluntatem alterius. Probatur hæc conclusio tali ordine:primo distinguitur ly mouere voluntatem,in duo membra. Secũdo probatur conclusio quo ad primum membrum. Et tertio quo ad secundum. Distinctio est. Voluntas potest moueri dupliciter, ex parte obiecti,& ex parte potentiæ. Et rursus ex parte obiecti est duplex mouens,scilicet ipsum obiectum,& ostendens obiectũ. Omnia sunt clara ex supradictis. Probatio conclusionis, quo ad primum membrum continet duo: primo quid non possit, scilicet quòd vnus angelus non potest mouere voluntatem alterius ex parte obiecti:& arguit sic, Bonum vniuersale tantum mouet sufficienter voluntatem obiectiue, & hoc à solo Deo ostenditur:ergo vnus angelus non potest voluntatem obiectiue mouere. Consequentia nota est:& accidens quo ad primam partem probatum fuit superius. quo ad secundam vero insinuatur probatio ratione & autoritate. Ratio est,quia solus Deus sufficit præsens facere obiectum beatitudinis, scilicet Deum,vt per essentiam videndum. Autoritas, Ego ostendam tibi omne bonum. Secundo continet quid possit angelus ex hac parte, scilicet quòd potest inclinare voluntatem vtroque modo id est vt amabile, vt ostendens amabile:quia est quoddam bonum,quo ad primum:& quia potest suadere,quo ad secundum. ¶Probatio vero conclusionis quo ad secundam partem est, Solus Deus est author naturæ intellectualis:ergo solus ipse tribuit potentiam volendi:ergo solus potest immutare inclinationem illius in volitum:ergo solus potest immutare operationem voluntatis:ergo solus potest mouere eam ex parte potentiæ. Antecedẽs supponitur ex dictis: prima cõsequẽtia relinquitur per se nota. Secũda vero ꝓbatur, Solus autor naturæ quã sequitur inclinatio naturalis, potest illã inclinationẽ mutare:ergo solus autor intellectualis naturæ,quã sequitᵣ inclinatio volũtatiua, potest illã mutare. Tertia vero cõsequẽtia ꝓbatur:qa operatio volũtatis nihil aliud est q̃ inclinatio voluntatis in volitum. Vltima vero consequentia relinquitur per se nota.

515

Annot. ¶Circa hãc rationẽ dubiũ occurrit. Quia quæstio est de motione voluntatis ad actũ propriũ, probatio autẽ procedit de motione volũtatis ad actũ extraneũ: procedit enim de mutatione inclinationis actualis ipsius volũtatis. Vnde dicit qspiam, ꝙ licet solus Deus possit variare inclinationẽ volũtatis: angelus tñ mouere ipsam volũtatẽ ad aliquas suarũ inclinationũ actualium põt. Ad hoc dupliciter dici potest, Primo mõ ꝙ probatio literæ loquatur de variatione volũtatis à proprio opere ad extraneũ. Dicã enim ꝙ probatio fundatur super hoc tñ ꝙ operatio per modũ inclinationis à nullo extrinseco inesse potest nisi à datore virtutis. Hæc enim est differentia inter operationem absolute & operationem per modum inclinationis conuenientem:quòd illa ab extra esse potest, ista non. Exemplum, Graue potest descendere & ascendere: sed ascendere non inest sibi vt inclinatio,sed descendere sic: & ideo graue à nullo extrinseco p̃t per se moueri deorsum nisi à generãte. Sub hac ꝓpositiõe posita in litera in illis verbis, in clinationẽ sol⁹ põt mutare q. dat virtutẽ, &c. posita est minor: imò ꝓposita, s. ꝙ oĩs opatio volũtatis cõuenit ei vt inclinatio: qa velle nihil aliud est quàm inclinatio actualis volẽtis in volitum:igitur voluntas nõ potest educi de potẽtia ad actũ volẽdi ex pte potẽtiæ ab aliquo extrinseco nisi à datore volũtatis:& hæc ratio cõuincit intentũ,& est per se nota:constat enim ꝙ moueri ad actualẽ inclinationẽ vt sic,nõ nisi à se,aut à sui factore,à quo habitualẽ habet inclinationem, esse potest:inclinationis enim rõe habere nõ põt respectu alicuius,qđ ab extra venit. Si quis autẽ cõtẽdat ex superficie literæ,& nõ ex rõne inclinatiõis,sed variatione inclinationis processum hũc interpretãdũ omnino vult,põt dari secũda respõsio dicẽdo,ꝙ quia eiusdẽ rõnis est moueri appetitũ aliquẽ ex parte potẽtiæ ad suũ actũ naturalẽ,& moueri ad oppositũ:ideo ex negatione potẽtiæ motiuæ ad oppositũ optime infertur negatio potẽtiæ motiuæ ad actualẽ inclinationẽ. Quòd autẽ eiusdem rationis sit mouere ex parte potẽtiæ ad propriã inclinationẽ, & variare inclinationẽ, ex eo patet,ꝙ variari inclinatio nõ põt nisi variata virtute quã sequitur inclinatio: nõ enim põt imaginari ꝙ varietur inclinatio lapidis respectu motus localis nisi facta mutatione circa grauitatẽ:stãte enim illa semper motus deorsum sequitur, vt inclinatio. Alij autẽ motus p̃nt quidẽ ei inesse:sed nõ vt inclinatio actualis:& rõ est in prõptu,quia inclinatio actualis supponit habitualẽ,& est ab ea: ideóq; nõ potest actualis variari nisi variata habituali. Cõstat aũt ꝙ variare habitualẽ inclinationẽ est datoris naturæ,cuius est illa virtus. Vnde nõ variatur inclinatio terræ nisi trãsmutata terra de graui in leue,qđ sine substãtiali transmutatione fieri neqt. Mutare igitur inclinationẽ etiã actualẽ nõ põt nisi dator virtutis ꝓpter necessariã cõnexionẽ inter actualẽ inclinationẽ & habitualẽ,qua ꝓhibetᵣ agẽs extrinsecũ attingere inclinationẽ actualẽ nisi media habituali. Hæc autẽ est rõ,quare extrinsecũ agens nõ põt educere appetitũ aliquẽ de potẽtia ad actũ secũdũ suũ:qa,s.actus ille inest vt inclinatio:inclinatio aũt vt sic nõ põt ex pte potẽtiæ attingi,nisi media inclinatiõe habituali. ac per hoc si aliquod extrinsecũ potest educere per se habitualem inclinationem, id est actualem, oportet quòd possit dare talem habitualẽ inclinationẽ: & sic patet quomodo prædictus processus valet. Prima tñ expositio breuior & formalior est.

520

a ¶*Super Quæstionis centesimæsextæ Articulum tertium.*

Titulus

Vnde & superna Ierusalem dicitur mater nostra,Gal.4. Sed in ecclesia etiã superiores illuminantur ab inferioribus & docẽtur: secundũ illud Apostoli 1.ad Cor.14. Potestis omnes per singulos prophetare,vt omnes discãt,& omnes exhortentur. Ergo & in cælesti hierarchia superiores ab inferioribus possunt illuminari.

¶Præterea,Sicut ordo corporalium substãtiarum dependet ex Dei voluntate:ita & ordo substãtiarũ spiritualiũ. sed sicut dictum est[e]. Deus quandoque præter ordinẽ substantiarũ corporaliũ operatᵣ. ergo etiã operatur præter ordinẽ spiritualiũ substantiarũ illuminãdo inferiores,nõ ꝑ medios supiores. Sic ergo inferiores illuminati à deo p̃nt supiores illuminare.

¶Præterea,Vnus angelus alium illuminat, ad quẽ se cõuertit, vt suprà dictũ est[e]. Sed cũ ista conuersio sit volũtaria, potest supremus angelus ad infimum se conuertere mediis prætermissis. Ergo potest eum immediate illuminare. Et ita potest illuminare superiores.

¶SED CONTRA est ꝙ Dio. dicit hãc legem esse diuinitatis immobiliter firmatam, vt inferiora reducantur in Deũ per superiora.

CONCLVSIO.

¶*Nunquam inferiores angeli illuminant superiores, sed illuminantur ab illis.*

¶RESPONDEO dicẽdũ,ꝙ inferiores angeli nunquàm illuminãt superiores,sed semper ab eis illuminãtur. Cuius ratio est:qa sicut suprà dictũ est[e]. ordo cõtinetur sub ordine, sicut causa cõtinetur sub causa. Vnde sicut ordinatur causa ad causam, ita ordo ad ordinẽ. Et ideo non est incõueniẽs si aliquãdo aliquid fiat præter ordinẽ inferioris causæ ad ordinandum in superiorẽ causam: sicut in rebus humanis prætermittitur mãdatũ præsidiis vt obediatur principi. Et ita cõtingit,vt præter ordinẽ naturæ corporalis aliquid deus miraculose operetur ad ordinandum homines in eius cognitionẽ. Sed prætermisio ordinis, qui debetur spiritualibus substantiis, in nullo pertinet ad ordinationẽ hominũ in Deum,cum operationes angelorum non sint nobis manifestæ, sicut operationes visibiliũ corporũ. Et ideo ordo,qui cõuenit spiritualib⁹ substãtiis, nũquàm à Deo prætermittitur, quin semper inferiora moueantur per superiora: & non econuerso.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ,ꝙ ecclesiastica hierarchia imitatur cælestẽ aliqualiter:sed nõ perfecte cõsequitur eius similitudinẽ. In cælesti enim hierarchia tota ratio ordinis est ex propinquitate ad Deum. Et ideo illi qui sunt Deo propinquiores,sunt & gradu sublimiores,& scientia clariores. Et propter hoc superiores nunquam ab inferioribus illuminantur. Sed in ecclesiastica hierarchia interdum qui sunt Deo per sanctitatem propinquiores, sunt gradu infirmi, & scientia non eminentes. Et quidã in vno etiam secundum scientiã eminẽt,& in alio deficiunt. Et propter hoc superiores ab inferioribus doceri possunt.

¶Ad secundum dicendum quòd non est similis ratio de hoc,quòd Deus agat præter ordinem naturæ corporalis & spiritualis: vt dictum est[e]. Vnde ratio non sequitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd angelus voluntate conuertitur ad alium angelũ illuminandum. Sed voluntas angeli semper regulatur lege diuina,quæ ordinem in angelis instituit.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum angelus superior illuminet inferiorem.*

523 2.di.9.artic.2. Et d. 11. q.2.ar.1. Et veri. q.9.ar.1.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd angelus superior non illuminet inferiorẽ de omnibus quæ ipse nouit. Dicit enim Dio.12.ca.cæl.hier. ꝙ angeli superiores habent scientiam magis vniuersalem: inferiores vero magis particularem & subiectam. Sed plura continentur sub sciẽtia vniuersali,quàm sub particulari. Ergo non omnia quæ sciũt superiores angeli, cognoscunt inferiores per superiorũ illuminationẽ.

¶Præterea,Magister dicit in 11.dist.2.sen. ꝙ superiores angeli cognouerũt à seculis mysteriũ incarnationis. Inferioribus vero ignotũ fuit vsquequo cõpletũ est. Quod videtur per hoc, ꝙ quibusdam angelis quærẽtibus, Quis est iste rex gloriæ,quasi ignorantibus alij respondent quasi sciẽtes. Dñs virtutũ ipse est rex gloriæ:vt Dio. exponit 7.cap.cæl.hier. Hoc autem non esset si superiores angeli illuminarent inferiores de omnibus quæ ipsi cognoscunt. Non ergo eos illuminant de omnibus sibi notis.

¶Prçterea,Si omnia superiores angeli inferioribus annuntiant quæ cognoscunt, nihil inferioribus ignotum remanet quod superiores cognoscant. Non ergo de cætero superiores poterunt illuminare inferiores. Quod videtur inconueniens. Non ergo superiores de omnibus inferiores illuminant.

¶SED CONTRA est quod Greg. dicit, quòd in illa cælesti patria licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter. Et Dio. dicit 15.ca.cæl.hier. quòd vnaquæque cælestis essentia intelligentiam sibi à superiori datam inferiori communicat, vt patet ex autoritate suprà inducta[e].

CONCLVSIO.

¶*Superiores angeli semper inferiores illuminant de omnibus,quæ nouerũt. sic tamen quòd semper remaneant in superiori ordine,perfectiorẽ scientiã habẽtes.*

¶RESPONDEO dicendum,ꝙ omnes creaturæ ex diuina bonitate participant,vt bonum quod habent,in alia diffundant. Nam de ratione boni est quòd se aliis communicet. Et inde est etiã ꝙ agentia corporalia similitudinem suam aliis tradũt quãtum possibile est. Quanto igitur aliqua agẽtia magis in participatione diuinæ bonitatis constituuntur, tanto magis perfectiones suas nitũtur in alios transfundere,quãtũ possibile est. Vnde beatus Pet. monet eos qui diuinã bonitatẽ per gratiã participãt,dicens 1.Pe.4. Vnusquisque sicut accepit gratiam,in alterutrum illam administrantes,sicut boni dispẽsatores multiformis gratiæ Dei. Multo igitur magis sancti angeli qui sunt in plenissima participatione diuinæ bonitatis quicquid à Deo percipiunt, subiectis impartiũtur. Non tamen recipitur ab inferioribus ita excellẽter,sicut est in superioribus. Et ideo superiores semper remanẽt in altiori ordine, & perfectiorem scientiã habentes. Sicut vnã & eandem rem plenius intelligit magister quàm discipulus,qui ab eo addiscit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd superiorum angelorum scientia dicitur esse vniuersalior quantum ad eminentiorem modum intelligendi.

¶Ad secundũ dicendũ,quòd verbũ Magistri nõ sic est intelligẽdum quòd inferiores angeli penitus ignorauerint mysteriũ incarnatiõis: sed quia non ita plene cognouerunt sicut superiores[e]: & in eius cognitione postmodum profecerũt, dũ illud mysteriũ impleretur. b

¶Ad tertium dicẽdũ,quòd vsque ad diem iudicij semper noua aliqua supremis angelis reuelantur diuinitus de his quæ pertinent ad dispositionem mundi, & præcipue ad salutem electorum. Vnde semper remanet,vnde superiores angeli inferiores illuminent. 328

QVAESTIO CENTESIMASEPTIMA de Locutionibus Angelorum,in quinque articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandũ est de locutionibus angelorũ. ¶Et circa hoc quæruntur quinque. ¶Primo, vtrũ vnus angelus loquatur alij. Secundo, vtrum inferior superiori. ¶Tertio,vtrum angelus Deo. ¶Quarto,vtrum in locutione angeli aliquid distantia localis operetur. ¶Quinto,vtrũ locutionẽ vnius angeli ad alterũ omnes cognoscant.

524 2.dist.11. q.2.ar.3. Et veri. q.9.ar.4. 5.& 7. Et 1.cõ. 15.co.2.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum vnus angelus alteri loquatur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vnus angelus alteri non loquatur. Dicit enim Gre.8.Mo. quòd in statu resurrectionis vniuscuiusque mentem ab alterius oculis membrorum corpulentia non absconditur ab al-

Annot. Titulus clarus:possit potentia naturali & ordinaria: non de potentia Dei absoluta est quæstio.

Cõment. ¶In corpore vna conclusio respõsiua quæsito negatiue: Angeli inferiores nunquàm illuminãt superiores, sed econtra. Hæc conclusio continet duo,scilicet regularem ordinem inter illuminatum & illuminantem: quia, scilicet superiores sunt illuminãtes,inferiores vero illuminati:& est varietas talis ordinis in ly nunquã & ly semper. Et quo ad vtrunque ordinate probatur in litera. Primo quo ad primum: quia sicut causa ad causam,ita ordo ad ordinẽ: ergo sicut causa continetur sub causa,ita ordo sub ordine continetur. Deinde quo ad secundũ sic: prætermissio ordinis secundarum causarum est propter ordinandum hominem in cognitione Dei:sed prætermissio ordinis in angelis non pertinet ad ordinandum hominem in cognitione Dei:ergo prętermissio in angelis nunquàm. Antecedens includit duo, scilicet quòd prætermissio ordinis secundarum causarum sit propter ordinem ad primam causam,& quòd sit propter talem ordinem, scilicet manifestationẽ Dei ad homines. & quo ad vtrunque probatur. Quo ad primum dupliciter, scilicet ratione:quia ordo inferioris à superiori mutari potest exemplo in humanis præceptis. Quo ad secundum vero:quia in corporalibus causis hanc solam rationem videmus. Minor vero probatur. quia operationes angelorum non sunt nobis manifestæ. Aduerte quòd tota hæc ratio fundata est super hoc quod operationis miraculosæ finis est vtilitas cognitionis & affectionis humanę ad Deũ: iuxta illud Aposto. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem. & subditur ibi de miraculis vt superius dictum est. Constat enim ex dictis in quæstione præcedente, quòd operatio Dei præter ordinem naturalem ad miracula spectat. Vide in tertio contra Gen. in calce 99. capituli, quantum valeat hæc ratio.

517

520

517

a ¶*Super Quæstionis centesimæsextæ Articulum quartum.*

Cõment. Titulus clarus.

¶In corpore duo. Primo conclusio respõsiua quæsito affirmatiue. Secundo ostendit differentiam remanentem inter illuminantem & illuminatum.

¶Quo ad primum conclusio respõsiua est, Angeli superiores illuminãt inferiores de omnibus quæ nouerũt. Probatur, Omnes creaturæ ex diuina bonitate participant, vt bonum quod habent in aliũ diffundant: ergo pro quãto aliqua agẽtia,magis participãt diuinã bonitatẽ, tãto magis nitũtur trãsfundere in alios perfectiões suas: ergo sancti angeli quicquid à Deo percipiũt,subiectis impartiuntur. Ans probatur dupliciter. Primo quia de ratione boni est,ꝙ se aliis cõmunicet. Secũdo ab effectu: quia agẽtia corporalia quãtũ possunt assimilãt sibi alia. Prima vero cõsequẽtia patet ex se: iuxta illud, Sicut simpliciter ad simpliciter. Et nihilominus confirmatur autoritate Petri apo. Secũda autẽ probatur:quia sancti angeli sunt in plenissima participatiõe diuinæ bonitatis. Quo ad secundũ differẽtia restãs consistit in mõ sciẽdi,& in vna cõclusione ponitur, s. superiores semper remanẽt in altiori ordine, & perfectiorẽ sciẽtiã habẽtes. Probatur:qa inferiores nõ recipiũt ita excellẽter: & declaratur in magistro & discipulo. 520

a ¶*Super Quæstionis cẽtesimæseptimæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

Cõment. ¶In corpore vna conclusio respõsiua quęsito affirmatiue, In angelis est aliqua locutio. Hanc conclusionem postquàm proposuit, ostendit quàm sit difficilis penetratu ex autoritate Grego. ac deinde probat, & declarat simul sic, Manifestare proprium conceptum mentis alteri, est loqui alteri: sed ordinare proprium conceptum ad manifestandum alteri, est manifestare propriũ conceptum mentis alteri:ergo ordinare conceptum ad manifestãdum alteri est loqui. Sed angeli ordinant quandoque sic suos conceptus: ergo loquuntur. maior est per se nota: prædicatur. enim ibi diffinitum de diffinitione. Minor vero declaratur & probatur.

Decla

tero. Sed locutio est ad manifestandum alteri quod latet in mente. Non igitur oportet quòd vnus angelus alteri loquatur.

¶ Præterea, Duplex est locutio. Interior, per quam aliquis sibiipsi loquitur: & exterior, per quam aliquis loquitur alteri. Exterior autē locutio fit per aliquod sensibile signum: puta voce, vel nutu, vel aliquo corporis membro, puta lingua vel digito. Quæ angelis cōpetere non possunt. Ergo vnus angelus alteri nō loquitur.

¶ Præterea, Loquens excitat audientem, vt attendat suæ locutioni. Sed non videtur quòd vnus angelus excitet alium ad attendendum. Hoc enim fit apud nos aliquo sensibili signo. Ergo vnus angelus non loquitur alteri.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. Co. 13. Si linguis hominū loquar, & angelorū.

CONCLVSIO.

¶ *Loquitur vnus angelus alteri, manifestando illi conceptum suum, vel ordinando conceptus ad talem manifestationem per voluntatem.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in angelis est aliqua locutio. Sed, sicut dicit Gre. 11. Mor. dignum est vt mens nostra qualitatem corporeæ locutionis excedēs ad sublimes atq; incognitos mōs locutionis intimæ suspēdatur.

¶ Ad intelligēdū igitur qualiter vnus angelorum alij loquitur, considerandum est, quòd sicut suprà diximus[e], cum de actibus & potentiis animæ ageretur, voluntas mouet intellectum ad suam operationem. intelligibile autē est in intellectu tripliciter. Primo quidē habitualiter vel secundū memoriā, vt Aug. dicit. Secundo autē vt in actu consideratum vel conceptum. Tertio, vt ad aliud relatum. Manifestum est autem q; de primo gradu in secundū trāsfertur intelligibile per imperium voluntatis. Vnde in diffinitione habitus dicitur quo quis vtitur cum voluerit. Similiter autē de secundo gradu trāsfertur in tertiū per voluntatē. Nā per voluntatē cōceptus mentis ordinatur ad alterum, puta vel ad agēdum aliquid, vel ad manifestādum alteri. Quādo autē mēs cōuertit se ad actum cōsiderādum quod habet in habitu, loquitur aliquis sibiipsi. Nā ipse conceptus mentis interius verbum vocetur. Ex hoc vero, quòd conceptus mētis angelicæ ordinatur ad manifestādum alteri per voluntatem ipsius angeli, cōceptus mentis vnius angeli, innotescit alteri. Et sic loquitur vnus angelus alteri. Nihil est enim aliud loqui ad alterum, quàm conceptum mentis alteri manifestare.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q; in nobis interior mētis conceptus quasi duplici obstaculo clauditur. primo quidē ipsa voluntate: quæ cōceptum intellectus potest retinere interius, vel ad extra ordinare. Et quantum ad hoc, mentem vnius nullus alius potest videre, nisi solus Deus, secundum illud 1. Cor. 2. Quæ sunt hominis, nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. Secundo autem clauditur mens hominis ab alio homine per grossitiem corporis. Vnde cum etiā voluntas ordinat conceptū mentis ad manifestandum alteri, nō statim cognoscitur ab alio, sed oportet aliquod signum sensibile adhibere. Et hoc est quod Greg. dicit 2. mora. Alienis oculis intra secretum mentis, quasi post parietē corporis, stamus. Sed cū manifestare nosmetipsos cupimus, quasi per linguæ ianuam egredimur, vt quales sumus intrinsecus ostēdamus. Hoc autem obstaculum nō habet angelus. Et ideo quàm cito vult manifestare suū conceptū, statim alius cognoscit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd locutio exterior quæ fit per vocē, est nobis necessaria propter obstaculum corporis. Vnde non conuenit angelo, sed sola locutio interior ad quam pertinet non solū quòd loquatur sibi interius concipiendo: sed etiam quòd ordinat per voluntatē ad alterius manifestationē. Et sic lingua angelorum metaphorice dicitur ipsa virtus angeli qua conceptum suum manifestat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quantum ad angelos bonos qui semper seinuicem vident in verbo, nō esset necessarium ponere aliquid excitatiuum: quia sicut vnus semper videt aliū, ita semper videt in eo quicquid est ad se ordinatū. Sed quia etiā in statu naturæ conditę sibi inuicem loqui poterāt, & mali etiā angeli nūc sibiinuieē loquūtur: dicendū est q; sicut sensus mouet à sensibili, ita intellectus mouetur ab intelligibili. Sicut ergo per signū sensibile excitatur sensus: ita p aliquā virtutē intelligibilē potest excitari mēs angeli ad attēdendum.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum inferior angelus superiori loquatur.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inferior angelus superiori non loquatur: quia super illud 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar & angelorum: dicit glo. q; locutiones angelorum sunt illuminationes quibus superiores illumināt inferiores. Sed inferiores nunquam illuminant superiores: vt suprà dictum est[e]. Ergo nec inferiores superioribus loquuntur.

¶ Præterea, Suprà dictum[e], q; illuminare nihil est aliud q̄ illud quod est alicui manifestū, alteri manifestare. Et hoc idē est loqui. Ergo idē est loqui & illuminare. Et sic idē qđ prius.

¶ Præterea, Grego. dicit 2. Mor. q; Deus ad angelos loquitur eo ipso q; eorum cordibus occulta sua inuisibilia ostendit. Sed hoc ipsum est illuminare. Ergo omnis Dei locutio est illuminatio. Pari ergo ratione omnis angeli locutio est illuminatio. Nullo ergo modo angelus inferior superiori loqui potest.

¶ SED CONTRA est, q; (sicut Dio. exponit 7. cap. cæ. hier.) inferiores angeli superioribus dixerunt, Quis est iste rex gloriæ?

CONCLVSIO.

¶ *Angeli inferiores superioribus loqui possunt, non autem ipsis illuminare.*

¶ RESPONDEO dicendum, q; angeli inferiores superioribus loqui possunt. Ad cuius euidētiā cōsiderandū est, q; oīs illuminatio est locutio in angelis, sed non oīs locutio est illuminatio. Quia sicut dictū est[e], angelū loqui angelo nihil aliud est, q̄ conceptū suū ordinare ad hoc vt ei innotescat per propriam voluntatē. Ea vero quæ mēte cōcipiuntur, ad duplex principiū referri pñt, scilicet ad ipsum Deū, q est prima veritas, & ad volūtatem intelligentis, per quā aliquid actu consideramus. Quia

Declaratur quidem ostendendo quid importat ordinare conceptum ad alterum, vt videatur iuxta singulas partes. Ordinare est actus voluntatis. probatur, quia voluntas mouet intellectum ad actum conceptum ad alterum: quia tripliciter potest intellectum inueniri in intelligente, habitualiter, actualiter, & relatum ad extra, vt percipiatur: quia dupliciter potest referri ad extra, scilicet ad faciendum, vt patet in practicis: vel ad manifestandum, vt patet in loquente. Probatur vero tripliciter. primo, quia translatio conceptus de habitu in actū est loqui sibiipsi: vt patet ex verbi ratione tunc tantum formati: ergo secundo, quia ex ipsa ordinatione ad manifestandum innotescit alteri: ergo. Cætera non egent declaratione: cum constet angelos esse intellectualis naturæ: & in eis esse potentiam, & actū, & veritatem conceptionū & volūtatis, &c.

Annot. ¶ Circa minorē, & eius probationem aduerte quòd Sco. & sequaces naturam intellectualem puram, modo aliarum rerum iudicantes negāt hoc: & volunt loqui consistere in causatione intellectionis in audiente, destruunt quàm ordinē naturæ, ponentes inferiorem agere in superiorē: & fingunt auditionem differre à visiōe: quia angelus audiens concurrit puræ passiuæ ad intellectionem: quę est auditio, &c. Tota autem vis rationum suarum supponit
410 intellectum vnius angeli esse passiuum proportionatum respectu alterius: quod est falsissimum: cū intellectus angelicus respectu nullius creaturæ habeat rationem passiui naturalis: vt ex supradictis in tractatu de angelis patet. Quamuis intellectus inferiorum habeat rationem passiui artificialis, id est disciplinabilis respectu superiorum: vt in præcedente patet: vnde quo. ad nos vana sunt dicta Sco. in 2. di. 9. q. 2. nec opus est alia solutione.

Annot. ¶ In responsione ad tertiū aduerte quòd dupliciter potest interpretari hæc responsio. Primo vt intēdat ponere aliquam spiritualem intentionem habentem vim excitatiuā ad audiendū. Et hoc licet demulceat aures, meo tamē intellectui nō consonant, eo q; quæ dispersa sunt in inferiori, vnite poni debent in superiori: vt in litera dicitur. Secundo vt intendat ponere in intellectuali locutione vim excitatiuā: & hoc cōsonat ordini rerum: ita quòd cōuenientia inter locutionē corporalem & intellectualē posita in litera consistit in hoc, quòd vtrobique loquens habet vim excitatiuam: ille per signum aliquod sensibile, iste per aliquam vim intelligibilem. Sed differentia est: quia ibi signum sensibile est obiectū sensibile, hic vero excitatio intelligibilis est de ipsius obiecti ratione: ordinatio enim ipsa conceptus ad alterum vt videatur, habet in se virtutem excitatiuam ea ratione, quia facit huuc conceptum esse de pertinentibus ad illum cui loquitur. Oportet enim putare q; quia omnes sensus nihil aliud sunt, quàm diminutæ participationes intellectus, cum sint vires cognoscitiuæ quorūdā specialium generum: ipse vero totius entis: intellectus ipse vbi purus inuenitur, qualis est angelicus, præhabet eminentius quicquid omnibus sensibus cōuenit: ac per hoc intellectualis locutio præhabet quidquid locutio nostra habet eminētiori modo: & consequenter vnite, & similiter auditio intellectualis. Vnde nō oportet hic multiplicare entia, sed eleuare in vnitatem eminenter æquiualentem omnibus: & sic omnia soluuntur.

a *Super Quæstionis centesimæ septimæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

Coment. ¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Inferiores angeli superioribus loqui possunt. Hæc conclusio postquā posita est tali ordine, declaratur, & probatur ex differentia inter illuminationem, & locutionem, tria faciendo. Primo ponitur habitudo inter illas. Secundo assignantur propria constitutiua singularum, ibi. Ea vero quæ mente. Tertio infertur differentia inter illas, quo ad ordinem suppositorum, in qua clauditur proposita conclusio, ibi, Manifestū est autem.

¶ Quo ad primum habitudo locutionis ad illuminationem est cōmunioris ad minus cōmune. Omnis enim illuminatio est locutio, sed non econuerso probatur ex rationibus earum suprà assignati.

¶ Quo ad secundū proprium constitutiuum illuminationis est dependentia ad primam veritatem: proprium vero cōstitutiuum locutionis est dependentia à voluntate loquentis. Declarantur hæc & probantur. Declarantur resoluendo mente concepta in duo principia, scilicet primā veritatem & voluntatē concipientis. Nec hæc resolutio, aut distinctio principiorū eget probatione: quoniā cognitum vt sic, cū verum quoddā sit, à prima veritate dependere oportet, vt à mēsura essentiali extinseca: & cum liberum quoddam sit saltem quo ad vsum seu exercitiū actus, vt patet ex pręcedenti argumēto, oportet vt à voluntate dependeat. Probatur vero: quo ad illuminationem sic, Veritas est lumen intellectus: ergo manifestatio alicuius vt pendet à prima veritate, est illuminatio. probatur cōsequentia: quia prima veritas est regula omnis veritatis. Quo ad locutionē vero, per eandem radicem negatiue. quia, scilicet voluntas creata non est lux nec regula veritatis. Et confirmatur ratio pro vtraq; parte simul: quia non pertinet ad perfectionē intellectus, quid tu velis, sed quid rei veritas habet.

515 infrà q. 117. ar. 1. co. Et veri. q. 9. ar. 5. Et 1. cō. 33. co. 2.

522

510

¶ *Num loqui & quomodo distinguatur ab illuminare.* 524 Quæstio.

¶ Circa rationem hanc dubium occurrit non facile. Quoniam ratio videtur concludere oppositum intenti: illa enim propositio assumpta, Veritas est lumē intellectus, aut est formalis & vniuersalis, aut particularis. si vniuersalis, omne verum est lumen intellectus: igitur manifestare quodcunque verum, est illuminare. igitur loqui verum est illuminare. Et sic si angelus vnus absque dolo dicat alteri se intelligere nunc actu quidditatem bouis: quia dicit verum, illuminaret illum, cuius oppositum in litera concluditur. si autem est particularis, oportet dicere in qua materia est vera: & in qua non. Nec facile erit hoc fingere. Quoniam neque differentia inter vniuersale & singulare adiuuat: quoniam illuminationes sunt de singularibus. Neque differentia inter necessarium & contingens: quoniam illuminationes sunt de contingentibus. Neque differentia inter naturale & liberum: quoniam illuminationes sunt de liberis: vt patet

vero veritas est lumen intellectus, & regula omnis veritatis est ipse Deus, manifestatio eius quod mēte cōcipitur secundū quod depēdet à prima veritate, & locutio est & illuminatio. Puta si vnus homo dicat alij, Cælum est à Deo creatū, vel homo est animal. Sed manifestatio eorū quæ depēdent ex volūtate intelligentis, non potest dici illuminatio, sed locutio tātum. Puta si aliquis alteri dicat, Volo hoc addiscere, volo hoc vel illud facere: cuius ratio est, quia volūtas creata nō est lux nec regula veritatis, sed participās lucem. Vnde cōmunicare ea, quæ sunt à volūtate creata inquantū hmōi, nō est illuminare. Nō enim pertinet ad perfectionē intellīs mei, quid tu velis, vel quid tu intelligas cognoscere: sed solum quid rei veritas habeat. Manifestū est autē q; angeli dñr superiores vel inferiores per cōparationē ad hoc principiū quod est Deus. Et ideo illuminatio quæ depēdet à principio qđ est Deus, solū p superiores angelos ad inferiores deducitur. Sed in ordine ad principiū qđ est volūtas, ipse volēs est primus & supremus. Et ideo manifestatio eorum quæ ad voluntatē pertinent, per ipsum volentem deducitur ad alios quoscunque. Et quantum ad hoc & superiores inferioribus, & inferiores superioribus loquuntur. Et per hoc patet solutio ad primum, & ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis Dei locutio ad angelos est illuminatio. Quia cum voluntas Dei sit regula veritatis: etiam scire quid Deus velit, pertinet ad perfectionē & illuminationē mentis creatæ. Sed nō est eadem ratio de voluntate angeli: vt dictum est[e].

ARTICVLVS III.

a *Vtrum angelus Deo loquatur.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q; angelus Deo nō loquatur. Locutio enī est ad manifestandum aliquid alteri. Sed angelus nihil pōt manifestare Deo, q̄ oīa nouit. Ergo angelus nō loqtur Deo.

¶ Præterea, Loqui est ordinare cōceptū intellect⁹ ad alterū: vt dictū est[e]. Sed angel⁹ semper cōceptū suæ mētis ordinat in Deū. Si ergo aliquādo Deo loquitur, semper Deo loquitur. Quod potest videri aliquibus incōueniens: cū aliquādo angelus angelo loquatur. Videtur ergo quòd angelus nunquam loquatur Deo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Zacha. 1. Respondit angelus Deo, & dixit, Domine exercituum vsquequo non miserebe ris Ierusalem? Loquitur ergo angelus Deo.

CONCLVSIO.

¶ *Angeli non loquuntur Deo vt illi quippiam manifestent, sed illi loqui dicuntur vel consultando illius voluntatē de agendis, vel illius excellentiā admirādo.*

¶ RESPONDEO dicendū, q; sicut dictū est[e], locutio angeli est per hoc q; cōceptio mētis ordinatur ad alterū. Sed aliquid ordinatur ad alterū dupliciter. Vno modo ad hoc q; cōmunicet alteri. Sicut in rebus naturalib⁹ agēs ordinatur ad patiens, & in locutione humana doctor ordinatur ad discipulū. Et quantū ad hoc nullo modo angelus loquitur Deo: neque de his quæ ad rerum veritatem pertinent, neque de his, quæ dependent à voluntate creata: quia Deus est omnis veritatis & omnis voluntatis principium & conditor. Alio modo ordinatur aliquid ad alterum, vt ab eo aliquid accipiat. Sicut in rebus naturalibus passiuum ad agens, & in locutione humana discipulus ad magistrum. Et hoc modo angelus loquitur Deo, vel consultando diuinam voluntatem de angelis, vel eius excellentiam quam nūquam comprehendit admirando: sicut Grego. dicit 2. Mora. quòd angeli loquuntur Deo, cum per hoc quòd super semetipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd locutio non semper est ad manifestandum alteri: sed quandoque ad hoc ordinatur finaliter, vt loquenti aliquid manifestetur, sicut cum discipulus quærit aliquid à magistro.

¶ Ad secundum dicendum, quòd locutione qua angeli loquuntur Deo, laudantes ipsum & admirantes, semper angeli Deo loquuntur. Sed locutione qua eius sapientiam consulunt super agendis, tunc ei loquuntur quando aliquod nouum per eos agendum occurrit, super quo desiderant illuminari.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum localis distantia operetur aliquid in locutione angelica.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd localis distantia operetur aliquid in locutione angelica. Sicut enim dicit Dama. Angel⁹ vbi est, ibi operatur.

patet cum reuelantur angelis orationes nostræ. Vnde differentia hic assignata licet sit bona, male tamen probata videtur.

¶ Circa confirmationem quoque occurrit dubium simile. Quia si ad perfectionem intellectus spectat scire, quid rei veritas habet: aut hoc intelligitur vniuersaliter, & tunc sequitur oppositum intenti. nam sequitur, ergo ad perfectum intellectus pertinet scire quid rei veritas habet de meo velle & cogitare: hoc autem est scire quid ego volo: ergo. Si autem particulariter, oportet assignare materiam in qua verificatur & procedatur vt supra.

¶ Ad primum horum dicitur quòd propositio illa est vniuersalis: sed formaliter intellecta, id est de veritate inquantum veritas est. Et cum infertur ex illa, ergo manifestare quodcunque verū, est illuminare: respondetur distinguendo: q; manifestare verum cōtingit dupliciter. Vno modo formaliter id est inquantum verū. & sic transeat. Alio modo inquantum volitū volūtate quæ non est veritatis regula, & sic negatur: huiusmodi enī manifestatio nō est illuminatio, sed simplex propositio, seu oblatio veri. Et propterea negatur vltima cōsequentia, s. ergo loqui verū est illuminare. Quoniā loquēs verū non manifestat verū vt verū, sed vt liberum: locutio enim nō aliter manifestat nisi quia libere præsentat cōceptū. Et si instetur q; in locutione vera sunt duo: quia est veritas proposita & libertas propositionis: & q; licet ratione libertatis nō sit ibi illuminatio: ratione tamen veritatis est ibi
526 illuminatio, si veritas est lumē intellectus, vt litera dicit. Iā patet quid dicēdū, s. q; plus requiritur ad illuminationē q̄ veritas. requiritur enī q; sit proposita vt veritas: cuius signū est q; eundē cōceptū
524 Michaelis, puta q; ipse vult suscipere animam Martini: si Deus proponit seraphim, sit illuminatio: si autē ipse Michael manifestet illis, est sola locutio. Deus enim proponit vt verū: quia volūtas sua est regula veritatis: Michael autem proponit quidem verum, sed non vt verum: sed vt volitum à se. quem constat non esse veritatis regulam. Vnde in litera ex hoc quòd veritas est lumen, infertur non quòd manifestatio eius sit illuminatio, sed quòd manifestatio eius, vt dependet à prima veritate, est illuminatio.

Iob. 4. co. 4. fi.

¶ Ad secundum autem dicitur, q; velle aut intelligere sumitur dupliciter. Vno modo vt distinguitur contra rem volitam, aut intellectam. Et sic cum res volita aut intellecta in nullo genere causæ pendeat à volitione, aut intellectione vt sic (vt patet cum volumus aut intelligimus Deum esse, &c.) impertinens est ad perfectionem itellectus debentis intelligere res ab aliis cognitas aut volitas, scire quid alij circa illas velint, aut nouerint. Alio modo, vt ipsum velle aut intelligere est res quædam. Et sic pertinet ad perfectionem intellectus: eo modo quo cogitationes cordium pertinent ad perfectionem illius: de quibus supra tractatum est. Cogitatio enim cordis cognita, sicut & quodlibet singulare cognitum, perficit intellectum, vt perficere distinguitur contra inficere. Solum enim falsum intellectum inficit, non autem perficit, vt perficere distinguitur contra facere, & denotat quendam excessum: quia non confortat intellectum, nō enim ex hoc intellectus potētior redditur ad aliorum notitiam. In præsenti litera nolle & intelligere sumuntur, primo modò, vt patet ex eo quòd distinguūtur tuum velle & tuum intelligere contra viritatem rei. Et propterea optime dicitur quod non pertinet ad perfectionem meri intellectus cognoscere quid tu velis aut cognoscas, sed quid rei veritas habet.

¶ Obiectio autem in oppositum facta procedit de tuo velle & intelligere inquantum est quædam res in se, propterea non militat contra propositum. Quamuis etiam isto modo, vt ex supradictis patet, verificetur. Nec obstat præsens litera, dicens q; ad perfectionē intellectus mei spectat quod rei veritas habet. Tum quia loquitur de re vt distinguitur contra cognitionem & volitionem. Tum quia non dicitur omnis rei. Tum quia sermones sunt intelligendi secundum subiectam materiam: & sic est subintelligenda hic distributio accommoda. Ita quòd sensus est, quòd ad perfectionem intellectus mei pertinet scire quid rei veritas habet in cognoscibilibus ab intellectu meo: quæ autem sunt cognoscibilia à me, aut angelo, &c. non est præsentis negotij discutere: sed discussa iam sunt.

Coment. ¶ Quo ad tertium infertur conclusio intenta in differentia inter has ad propositum consistente in hoc, Illuminatio solummodo per superiores ad inferiores deducitur. Locutio vero per loquentem ad quoscunque deducitur siue superiores, siue inferiores. Probatur ex distinctiuis pręassignatis sic, Illuminatio est de conceptis vt à Deo: ergo secundum ordinem angelorum vt à Deo, ergo per superiores ad inferiores. Añs patet ex dictis: prima consequentia non nisi implicite habetur in litera, sed propter claritatē opposita est, secunda vero probatur: quia angeli dñr superiores & inferiores per ordinē ad Deum. Quo ad aliam vero partē sic, Locutio est de cōceptis, vt à voluntate: ergo secundum ordinē ad voluntatē loquentis, ergo ad quoscunque. Añs patet. prima consequentia probatur: quia in his primus loquens habet rationem supremi principij: secunda vero est per se nota. & sic patet conclusio probata ex hoc, quia loqui vt sic, nullam dicit excellentiam supra audientē, sed libertatem tm̄ ponit in loquente. 524

Annot. ¶ In rñsione ad tertiū: dubiū esse posset: quia Deus pl̃ies in Scriptura inuenitur locutus ad angelos absque illuminatione: vt patet Iob 1. & 3. Reg. 22. Ad hoc potest tripliciter dici. Primo q; litera loquitur de locutione enūtiatiua, quæ scilicet enūtiat verum vel falsum: vt patet ex ratione reddita. Secūdo & melius, q; litera loquitur de locutione proprie dicta intellectuali, in Scriptura autem oppositū sonās metaphorice, locutione vti videtur, vt patet ex autoritate Gre. 1. Mora. Tertio qđ etiam in his illuminatio quædam occurrit pro quanto fit manifestatio diuinæ permissionis, q; adsit ad hoc vel illud.

a ¶ *Super Quæstionis centesimæ septimæ Articulum tertiū.*

Titulus clarus.

Coment. ¶ In corpore est vna distinctio bimēbris cū duabus cōclusionibus iuxta distinctionis membra. Distinctio est, Aliqd ordinatur ad alterum dupliciter, s. actiue vel passiue. Ratio distinctionis huius, quare, s. adducatur: assignatur in litera: quia locutio angelica in ordinatione conceptus ad alterum consistit: membra distinctionis declarantur in naturalibus, & humana locutione.

527 2. d. 9. ar. 2. ar. 6. Et di. 11. qō. 2. ar. 3. ad tertium. Et veri. q. 7. ar. 6.

¶ Conclusio prima iuxta primum membrum est negatiua, Angelus non loquitur Deo ordinando conceptum respectu Dei actiue. Probatur, Deus est principium omnis veritatis & voluntatis: ergo sibi communicatiue ordinari non potest conceptus aliquis de veritate aut voluntario.

¶ Secunda conclusio iuxta secundum mēbrum est affirmatiua, Angelus loquitur Deo ordinando conceptum suum respectu Dei passiue. Declaratur ex consultatione, & admiratione, & confirmatur autoritate Gregorij.

¶ *Num alteri loquens se habeat ad illum cui loquitur, tātum actiue, vel passiue.* Quæstio.

¶ Circa hanc decisionem occurrit dubium. Quia distinctio posita quamuis sit bona: non tamen est sufficiens ad propositū. Datur enim tertius modus ordinis, quo conceptus ordinatur ad alterum, quando scilicet ordinatur ad alterum solum: vt innotescat, vt dictum est fieri in simplici locutione vnius angeli ad alterum: loquēs enim vt sic, nihil causat in audiente secundum S. Thomæ doctrinam: igitur, &c.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, q; licet ordinans conceptum suum ad alterum ad hoc solum vt innotescat illi, non se habeat vt agens respectu audientis, quia nec agit in illum, nec præsentat illi actiuum: habet tamen se ad illum communicatiue, quia facit præsens visibile: quod si non faceret, esset illi absens. Et propterea dicitur communicare illi notitiam eius quod ipse concipit: Deo autem repugnat non solum pati ab angelo, sed etiam communicari, sibi aliud ab illo eadem ratione: quia scilicet sibi repugnat ratio potentiæ & imperfectionis cuiusque. Vnde hic modus comprehenditur sub primo modo in litera posito. Et ad hoc insinuandum non dicitur in litera in primo membro quòd ordinatur vt agat, sed quòd ordinatur quòd communicet. Declarauit autem hoc ex ratione ordinis actiui & passiui. Tum vt à notioribus traderet disciplinam. Tum quia communicatio manifestatiua quasi agere quoddam est reductiue. Tum quia in proposito, vt dictum est, æquiualet ipsi agere: & sic sufficienter responsum est quæsito.

a ¶ *Super Quæstionis centesimæ septimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

Coment. ¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue, in locutione angeli

nullū impedimentū præstat distantia loci. Probatur, Locutio angeli consistit in intellectuali operatione: ergo abstrahit omnino à loco & tépore. ergo nihil operatur in ea diuersitas loci, aut téporis. ergo, &c. Añs patet, & prima consequétia probatur ex intelligere nostro, quia, s. abstrahit nisi ex parte phantasmatum, quæ ibi nō sunt. secūda vero est per se nota.

a ¶ *Super Quæstionis cẽtesimæseptimæ Articulum quintum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore vna cóclusio respōsiua q̃sito negatiue, Locutioné vni⁹ angeli ad aliū nō omnes percipiūt. Probatur, ꝓpriū cóceptū métis. Vnus angelus potest ordinare ex aliqua causa ad alterum, & nō oẽs: ergo percipi pôt ab vno, & nō ab aliis. Añs ꝓbatur: quia ordinatio est voluntaria. cōsequétia ꝓbatur, quia per ordinationé percipitur, id est fit præsens vt percipiatur. 524 515 526 & b 524

a ¶ *Super Quæstionis centesimæoctauæ Articulum primum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore tria. Primo distinguit. Secūdo rñdet quæsito, iuxta duo distinctionis mébra. Tertio reprehédit errorem quendam.

¶ Quo ad primum distinctio est. Hierarchia potest dupliciter considerari. Vno modo ex parte principis. Alio modo ex parte multitudinis ordinatæ sub principe. Declaratur distinctio ex quid nominis hierarchiæ. dicit em̃ sacrū principatū: principatus auté hęc duo prædicta claudit in se. 528 *Veri. q͞o. 9. ar. 7.*

¶ Quo ad secūdum sunt cóclusiones duæ, prima cóclusio respōsiua iuxta primū modum est affirmatiua, Oẽs angeli, imo omnes creaturæ rationales sunt vnius hierarchiæ ex parte principis. Probatur: quia princeps omnium, qui pñt sacrorum esse participes, quales sunt rationales creaturę, est, vnus Deus gloriosus. Et confirmatur autoritate Aug. ponétis vnam ciuitaté angelorū & hoim̃ bonorū, alterá malorū. 527

Anno. ¶ Nec turberis nouitie, ex ista confirmatione ponente duas societates: & tamen adducta ad probandam vnitatem societatis. In hac enim autoritate duo dñr. Primū ꝙ angelorū & hominum participū sacrorum vna est societas: & hoc est ad propositū. Secūdū est, ꝙ dæmonū & hominū deficiétium à sacris, alia est societas: & hoc est ad cóplementū autoritatis allatū. & seruit aliqualiter proposito pro quanto etiam hæc mala societas est etiam vna. 524

¶ Secunda vero conclusio iuxta secundum modum est negatiua, Angeli nec cū hominibus: nec

Locutio autem est quædam operatio angeli. Cum ergo angelus sit in determinato loco, videtur quòd vsque ad determinatam loci distantiam angelus loqui posit.

¶ Præterea, Clamor loquentis fit propter distantiam audientis. Sed Isa. 6. dicitur de Seraphim, quòd clamat alter ad alterum. Ergo videtur quòd in locutione angelorum aliquid operetur localis distantia.

¶ SED CONTRA est, quòd sicut dicitur Lucæ 16. diues in inferno positus loquebatur Abrahæ, non impediente locali distantia. Multo igitur minus localis distantia potest impedire locutionem vnius angeli ad alterum.

CONCLVSIO.

¶ *In locutione angelorum, cū in intellectuali opere cōsistat, nullum impedimentū præstat localis distãtia.*

¶ RESPONDEO dicendum, ꝙ locutio angeli in intellectuali operatione consistit, vt ex dictis patet[e]. Intellectualis autem operatio angeli, omnino abstracta est à loco & tẽpore: natura etiam nostra intellectualis operatio est per abstractionem ab hinc & nūc: nisi per accidens ex parte phãtasmatum, quæ in angelis nulla sunt. In eo auté quod est omnino abstractū à loco & tẽpore, nihil operatur neq; temporis diuersitas, neq; loci distãtia. Vnde in locutiõe angeli nullū ĩpedimẽtū facit distãtia loci.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ locutio angeli, sicut dictum est[e], est locutio interior: que tamen ab alio percipitur. Et ideo est in angelo loquẽte: & per consequens vbi est angelus loqués. Sed sicut distãtia localis nō impedit quin vnus angelus aliū videre posit: ita etiã non impedit quin percipiat quod in eo ad se ordinatur. Quod est eius locutioné percipere.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ clamor ille non est vocis corporeæ, quæ fit propter distantiam loci: sed significat magnitudinem rei quæ dicebatur, vel magnitudinem effectus, secundum quod dicit Gre. 2. Mora. Tanto quisque minus clamat, quanto minus desiderat.

ARTICVLVS V.

a ¶ *Vtrum locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoscant.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd locutionem vnius angeli ad alterum omnes cognoscant. Quod enim vnius hominis locutionem nō omnes audiant, facit inæqualis loci distantia. Sed in locutione angeli nihil operatur localis distantia: vt dictum est[c]. Ergo vno angelo loquente ad alterum omnes percipiunt.

¶ Præterea, Omnes angeli communicant in virtute intelligendi. Si ergo conceptus mentis vnius ordinatus ad alterum cognoscitur ab vno, pari ratione cognoscitur ab aliis.

¶ Præterea, Illuminatio est quædam species locutionis. Sed illuminatio vnius angeli ab altero peruenit ad omnes angelos: quia vt Dio. dicit 15. cæl. hier. vnaquæque cælestis essentia intelligentiam sibi traditam aliis communicat. Ergo & locutio vnius angeli ad alterum, ad omnes perducitur.

¶ SED CONTRA est, quòd vnus homo potest alteri soli loqui. Multo igitur magis hoc in angelis esse potest.

CONCLVSIO.

¶ *Locutionem vnius angeli ad alium non omnes percipiunt, cum voluntariè fiat.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est[c], conceptus mentis vnius angeli percipi potest ab altero per hoc, quòd ille, cuius est conceptus, sua voluntate ordinat ipsum ad alterum. Potest autem ex aliqua causa ordinari aliquid ad vnum, & nō ad alterum. Et ideo potest conceptus vnius ab aliquo vno cognosci, & non ab aliis. Et sic locutioné vnius angeli ad alterū potest percipere vnus absque aliis: non quidem impediente distantia locali, sed hoc faciente voluntaria ordinatione, vt dictum est[e]. o

¶ Vnde patet responsio ad primum & secundum. 527

¶ AD TERTIVM dicendum, quòd illuminatio est de his quæ emanant à prima regula veritatis: quæ est principium commune omnium angelorum. Et ideo illuminationes sunt omnibus communes[e]. Sed locutio potest esse de his quæ ordinantur ad principiū voluntatis createę, quod est proprium vnicuique angelo. Et ideo non oportet quòd huiusmodi locutiones sint omnibus communes. a 525

QVAESTIO CENTESIMAOCTAua de Ordinatione angelorum secundum hierarchias & ordines, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ordinatione angelorum secundum hierarchias & ordines. Dictum est enim[e]. quòd superiores inferiores illuminant, & non econuerso. 522

¶ Circa hoc quæruntur octo. ¶ Primo, vtrum omnes sint vnius hierarchiæ. ¶ Secundo, vtrum in vna hierarchia sit vnus tantum ordo. ¶ Tertio, vtrū in vno ordine sint plures angeli. ¶ Quarto, vtrum distinctio hierarchiarum & ordinum sit à natura. ¶ Quinto, de nominibus & proprietatibus singulorum ordinum. ¶ Sexto, de comparatione ordinum adinuicem. ¶ Septimo, vtrum ordines durent post diem iudicij. ¶ Octauo, vtrum homines assumantur ad ordines angelorum.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum omnes angeli sint vnius hierarchiæ.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd omnes angeli sint vnius hierarchiæ. Cum enim angeli sint supremi inter creaturas, oportet dicere quòd sint optime dispositi. Sed optima dispositio est multitudinis, secundū quod continetur sub vno principatu: vt patet per Philosophum 2. Meta. & in 3. Politi. Cum ergo hierarchia nihil sit aliud quàm sacer principatus, videtur quòd omnes angeli sint vnius hierarchiæ. 529 *2. dist. 9. art. 1. Et Dio. l. 2. co. 6.*

¶ Præterea, Dio. dicit in 3. cap. cæl. hier. quòd hierarchia est ordo, scientia, & actio. Sed omnes angeli conueniunt in vno ordine ad Deum quem cognoscunt, & à quo in suis actionibus regulantur. Ergo omnes angeli sunt vnius hierarchiæ.

¶ Præterea, Sacer principatus, qui dicitur hierarchia, inuenitur in hominibus & angelis. Sed omnes homines sunt vnius hierarchiæ. Ergo etiam omnes angeli sunt vnius hierarchiæ.

¶ SED CONTRA est, quòd Dio. 6. cap. cæl. hierarch. distinguit tres hierarchias angelorum.

CONCLVSIO.

¶ *Omnes angeli & rationales creaturæ, quarū Deus princeps est, vt sic vnius sunt hierarchiæ, sed nec angeli cum hominibus, nec inter se, quo ad multitudinis considerationem, sunt vnius hierarchiæ, sed ipsi inter se angeli tres constituunt hierarchias.*

¶ RESPONDEO dicendū, ꝙ hierarchia est sacer principatus, vt dictū est[e]. In nomine auté principatus duo intelliguntur, scilicet ipse princeps, & multitudo ordinata sub principe. Quia igitur vnus est Deus princeps, nō solum omniū angelorum, sed etiã hominū, & totius creaturæ: ideo nō solū omniū angelorū, sed etiá totius rationalis creaturæ, quæ sacrorum particeps esse potest, vna est hierarchia. Secundum quod Aug. dicit in 12. de ci. Dei, duas esse ciuitates, hoc est societates: vnam in angelis bonis & hominibus, alteram in malis. Sed si consideretur principatus ex parte multitudinis ordinatæ sub principe, sic vnus principatus dicitur secundum quòd multitudo vno & eodem modo potest gubernationem principis recipere. Quæ vero non possunt secundum eundem modum gubernari à principe, ad diuersos principatus pertinent. Sicut sub vno rege sunt diuersæ ciuitates, quæ diuersis reguntur legibus & ministris. Manifestum est autem quòd homines alio modo diuinas illuminationes percipiunt, quàm angeli. Nam angeli percipiunt eas in intelligibili puritate, homines vero percipiunt eas sub sensibilium similitudinibus: vt Dio. dicit 1. cæl. hierar. Et ideo oportet distingui humanam hierarchiam ab angelica. Et per eundem modum in angelis tres hierarchiæ distinguuntur. Dictum est enim suprà[c], dum de cognitione angelorum ageretur, quòd superiores angeli habent vniuersaliorem cognitionem veritatis, quàm inferiores. Huiusmodi autem vniuersalis acceptio cognitionis secundum tres gradus in angelis distingui potest. Possunt enim rationes rerum, de quibus angeli illuminantur, considerari tripliciter. Primo quidem secundum quod procedunt à primo principio vniuersali, quod est Deus. Et iste modus conuenit primæ hierarchiæ, quæ immediate ad Deū extenditur, & quasi in vestibulis Dei collocatur, vt Dio. dicit 7. cap. cæl. hierar. Secundo vero, prout huiusmodi rationes dependent ab vniuersalibus causis creatis, quæ iam aliquo modo multiplicantur. Et hic modus conuenit secundę hierarchię. Tertio autem modo secundum

arg⁰. 1. 282 510 501

inter se sunt vnius hierarchiæ, sed tres inter se constituunt hierarchias ex parte multitudinis ordinatæ. Ista conclusio habet tres partes. Prima est de pluralitate hierarchię inter angelos, & homines. Secunda inter angelos. Tertia est de certo numero hierarchiæ angelicæ. Et probatur quo ad primam partem, Vnitas principatus ex parte multitudinis est ex vnitate modi passiuæ gubernationis à principe, & pluralitas ex pluralitate: ergo angeli & homines, non sunt vnius hierarchiæ. Antecedens probatur inductiue in politicis. consequentia probatur: quia homines & angeli diuersis modis gubernantur. Probatur: quia illi illuminationibus puris, homines vero sub sensibilium similitudinibus: vt patet ex Dio. Secunda vero pars ex eadé autoritate probatur, inferendo eodem modo. ergo angeli inter se non sunt vnius hierarchiæ. probatur sequela: quia non eodem modo illuminantur: quia superiores vniuersalius lumen quàm inferiores recipiunt. Tertia autem pars probatur sic: Rationes de quibus angeli illuminantur, possunt in triplici gradu considerari: ergo acceptio cognitionis: ergo sunt tres hierarchiæ. Consequentiæ sunt notæ ex dictis. Antecedés declaratur, quia possunt sumi vt sunt à Deo: secundo vt ab vniuersalibus secundis: tertio vt à propriis, atque applicatæ ad singula. primus modus conuenit primæ hierarchiæ, vt confirmat Diony. secundus secundæ, & tertius infimæ. 534 530 *2. dist. 9. art. 3. Et 3. contra cap. 60. co. 2. Et ad Eph. 1. le. 7. co. 2.*

¶ Quo ad tertium errant, & contra intentionem Dionysij loquuntur. ponentes hierarchiam in diuinis personis, Probatur prima pars: quia hoc sequitur corollariæ ex dictis. secunda vero quia hierarchia apud Diony. 4. capitulo, exigit inter supposita habitudinem purgationis, illuminationis & perfectionis: sed hæc procul sunt à diuinis personis. ergo, &c. Causa erroris videtur: quia in diuinis personis est ordo quidam: sed ille, &c. 534 529

a ¶ *Super Quæstionis centesimæoctauæ Articulū secundum.*

Coment. Titulus clarus. ¶ In corpore articuli tria. Primo ostenditur diuersitas ordinum in qualibet hierarchia: & sic directe respondetur quæsito. Secundo penes quid attenditur ista diuersitas. Tertio ostenditur numerus.

¶ Quo ad primum ponitur conclusio responsiua, In qualibet hierarchia sunt diuersi ordines. Probatur ex ratione hierarchiæ sic, Vna hierarchia est vna multitudo ordinata vno modo sub principe, ergo in ea sunt diuersi ordines. probatur consequentia: quia aliter non esset multitudo ordinata, sed cōfusa.

Annot. ¶ Aduerte nouitie, quòd ad ordinem inter aliqua sequitur diuersitas ordinum, pro quanto sequitur diuersus ordinatorum gradus, oportet enim in ordine vnum esse prius, & aliud posterius. Et sic consurgit duplex ordo, ordo priorum & ordo posteriorum. Nec refert ad propositum, an vnum vel plura sint in ordine priorum aut postetiorum: satque est ex hoc, quòd multitudo est ordinata: sequitur, ergo sunt ibi diuersi ordines iuxta diuersos ordinatorum gradus: alioquin esset confusio.

¶ Quo ad secundum diuersitas ordinum penes diuersa officia & actus probatur ex dispositione ordinum in politicis.

Coment. ¶ Quo ad tertium, In qualibet hierarchia sunt tres ordines, summus, medius & infimus. Probatur dupliciter. primo ratione. quia omnis diuersitas ordinum penes officia, &c. reducitur ad trinarium. quod probatur. Tum quia multitudo perfecta reducitur ad trinarium principium, medium & finem, ex primo cæli. Tum quia in politicis hoc experimur, vbi optimates, nobiles, & populus sunt summi, medij, & infimi. Tum autoritate Dionysij.

cundum quod huiusmodi rationes applicantur singulis rebus, prout dependent à propriis causis. Et hic modus conuenit infimæ hierarchiæ. Quod plenius patebit, cum de singulis ordinibus agetur[e]. Sic igitur distinguuntur hierarchiæ ex parte multitudinis substantiæ. Vnde manifestum est eos errare, & contra intentionem Dio. loqui, qui ponunt in diuinis personis hierarchiam, quam vocant supercęlestem. In diuinis enim personis est quidam ordo naturæ, sed non hierarchiæ. Nam vt Dio. dicit 3. cap. cæl. hier. ordo hierarchie est alios quidem purgari, & illuminari, & perfici, alios autem purgare, & illuminare, & perficere. Quod absit vt in diuinis personis ponamus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de principatu ex parte principis. Quia optimum est quòd multitudo regatur ab vno principe: vt Philosophus in pluribus locis intendit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantum ad cognitionem ipsius Dei, quem omnes vno modo, scilicet per essentiam vident, non distinguuntur in angelis hierarchiæ, sed quantum ad rationes rerum creatarum: vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnes homines sunt vnius speciei: & vnus modus intelligendi est eis connaturalis. Non sic autem est in angelis. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum in vna hierarchia sint plures ordines.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in vna hierarchia nō sint plures ordines. Multiplicata enim diffinitione multiplicatur & diffinitum. Sed hierarchia, vt Dio. dicit, est ordo. Si ergo sunt multi ordines, non erit vna hierarchia sed multæ.

¶ Præterea, Diuersi ordines sunt diuersi gradus: & gradus in spiritualibus constituuntur secundum diuersa dona spiritualia. Sed in angelis omnia dona spiritualia sunt communia: quia nihil ibi singulariter posidetur. Ergo non sunt diuersi ordines angelorum.

¶ Præterea. In ecclesiastica hierarchia distinguuntur ordines secundum purgare, illuminare, & perficere. Nam ordo diaconorum est purgatiuus, sacerdotum illuminatiuus, episcoporum perfectiuus: vt Dio. dicit 5. ca. ecclesiasticæ hierar. Sed quilibet angelus purgat, illuminat, & perficit. Non ergo est distinctio ordinum in angelis.

¶ SED CONTRA est quod Apost. dicit ad Ephe. primo, quòd Deus constituit Christum hominem supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, qui sunt diuersi ordines angelorū: & quidam eorum ad vnam hierarchiam pertinent, vt infrà patebit[e].

CONCLVSIO.

¶ *In omni hierarchia distinguuntur tres ordines diuersi: summus, medius, & infimus, secundum varia angelorum officia.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd, sicut dictum est[e], vna hierarchia est vnus principatus, id est vna multitudo ordinata vno modo sub principis gubernatione. Non autem esset multitudo ordinata, sed confusa, si in multitudine diuersi ordines non essent. Ipsa ergo ratio hierarchiæ requirit ordinum diuersitatem. Quæ quidem diuersitas ordinum secundum diuersa officia & actus consideratur, sicut patet quòd in vna ciuitate sunt diuersi ordines, secundum diuersos actus. Nam alius est ordo iudicantium, & alius pugnantium, & alius laborantium in agris, & sic de aliis. Sed quamuis multi sint vnius ciuitatis ordines, omnes tamen ad tres possunt reduci, secundum quod quælibet multitudo perfecta habet principium, medium, & finem. Vnde & in ciuitatibus triplex ordo hominum inuenitur. Quidã enim sunt supremi, vt optimates: quidam autem sunt infimi, vt vilis populus, quidam autem sunt medij, vt populus honorabilis. Sic igitur & in qualibet hierarchia angelica ordines distinguuntur secundum diuersos actus & officia, & omnis ista diuersitas ad tria reducitur, scilicet ad summum, medium, & infimum. Et propter hoc in qualibet hierarchia Diony. ponit tres ordines.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ordo dupliciter dicitur. Vno modo, ipsa ordinatio comprehendens sub se diuersos gradus. Et hoc modo hierarchia dicitur ordo. Alio modo dicitur ordo gradus vnus. Et sic dicuntur plures ordines vnius hierarchiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in societate angelorum omnia posidentur communiter. Sed tamen quædam excellentius habentur à quibusdam, quàm ab aliis. Vnumquodque autem perfectius habetur ab eo qui potest illud communicare, quàm ab eo qui non potest. Sicut perfectius est calidum quod potest calefacere, quàm quod non potest: & perfectius scit qui potest docere, quàm qui nō potest. Et quanto perfectius donum aliquis communicare potest, tanto in perfectiori gradu est. Sicut in perfectiori gradu magisterij est qui potest docere altiorem scientiam. Et secundum hanc similitudinem consideranda est diuersitas graduum vel ordinum in angelis secundum diuersa officia & actus.

¶ Ad tertium dicendum, quod inferior angelus est superior supremo homine nostræ hierarchiæ[e]: secundum illud Matth. 11. Qui minor est in regno cælorum, maior illo, scilicet Iohanne bapti. quo nullus maior inter natos mulierum surrexit. Vnde minor angelus cælestis hierarchiæ potest non solum purgare, sed illuminare & perficere, & altiori modo, quàm ordines nostræ hierarchiæ. Et sic secundum distinctionem harum actionum non distinguuntur cælestes ordines, sed secundum alias differentias actionum.

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum in vno ordine sint plures angeli.*

AD TERTIVM sic proceditur. videtur quòd in vno ordine non sint plures angeli. Dictum est enim suprà[c], omnes angelos inæquales esse adinuicem. Sed vnius ordinis esse dicuntur quæ sunt æqualia. Ego plures angeli non sunt vnius ordinis.

¶ Præterea, Quod potest sufficienter fieri per vnum, superfluum est quòd fiat per multa. Sed illud quod pertinet ad vnum officiū angelicū, sufficienter potest fieri per vnū angelum multomagis, quàm per vnum solem sufficienter fit quod pertinet ad officium solis, quanto perfectior est angelus cælesti corpore. Si ergo ordines distinguuntur secundum officia, vt dictum est[e], superfluum est quòd sint plures angeli vnius ordinis.

¶ Præterea, Suprà dictum est[e] quòd omnes angeli sunt inæquales. Si ergo plures angeli sint vnius ordinis, puta tres vel quatuor: infimus superioris ordinis magis conueniet cum supremo inferioris, quàm cum supremo sui ordinis. Et sic videtur, quòd magis sit vnius ordinis cum hoc, quàm cum illo. Non igitur sunt plures angeli vnius ordinis.

¶ SED CONTRA est quod Isa. 6. dicitur, quòd Seraphim clamabant alter ad alterum: sunt ergo plures angeli in vno ordine Seraphim.

CONCLVSIO.

¶ *Multi angeli sunt in vno ordine nobis noto, sed quilibet angelus proprium habet ordinem nobis incognitum.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ille

a ¶ *Super Quæstionis centesimæoctauæ Articulum tertium.* 511 *Locus supra ar. 2. inductis.*

Titulus clarus. ¶ In corpore duo. Primo est vna distinctio bimembris. Secundo sunt duæ conclusiones iuxta membra distinctionis. 250 564 *Coment.*

¶ Quo ad primum distinguitur, Ly ordo, dupliciter sumitur, communis, & specialis: & ponitur differentia inter eos, quia communis sequitur incompletam notitiam ordinatorum, specialis vero perfectam. Quod declaratur & ratione: quia notitia imperfecta non distinguit nisi in vniuersali, & per pauciora, perfecta vero in singula diuidit, omnia perlustrans. Et inductione in corporibus cælestibus, & inferioribus gradibus rerum. 530 254

Annot. ¶ Aduerte hic quòd differentia inter istos, sicut & inter alias res, potest dupliciter assignari, scilicet secundum se, seu in esse: & quo ad nos, seu cognosci à nobis. In litera vtraque differentia tangitur, secundum se quidé, quia

alter cõmunis, alter specialis: quo ad nos vero, quia iste non cognoscitur, nisi perfecte cognitis rebus naturalibus, ille vero imperfecte notis.

¶ Quo ad secundum ponuntur duæ conclusiones responsiuæ iuxta hos duos modos accipiendi ordinem, applicatos ad angelos. Prima est, Multi angeli sunt in vno ordine nobis noto. Probatur. Nos nõ cognoscim⁹ angelos nisi imperfecte, vt Dionysius dicit: ergo nobis non est notus nisi ordo communis, comprehendens multos. patet sequela ex dictis in distinctione. Secunda, Quilibet angelus habet proprium ordinem nobis incognitum. Probatur prima pars à fortiori: quia quælibet stella habet proprium ordinẽ & officium. secunda vero, quia propria officia ignoramus, ex quorum notitia perfecta resultat cognitio prioris ordinis.

a ¶ *Super Quæstionis 108. Art. quartum.*

264 Titulus clarus.

Cõment. ¶ In corpore sunt duæ conclusiones respõsiuæ quæsito. Prima est, Distinctio ordinum in angelis per respectum ad finem naturalem inest à natura. Secunda est, Distinctio ordinum in angelis per respectum ad finem supernaturalẽ inest completiue à gratia, inchoatiuæ vero à natura. Hæ conclusiones primo probantur quo ad id, quod supponunt ambæ: supponitur in vtraque conclusione, quòd ordines angelici attendantur, & distinguantur in ordine ad finem. Et hoc probatur sic, Ordo multitudinis sub principatu existentis, est ordo gubernationis passiuæ: ergo est per respectum ad finem. patet sequela: quia de ratione gubernationis est finem respicere. (532 2. dis. 9. artic. 7.) Secundo repetitur distinctio de fine eorum, naturali scilicet & supernaturali: quæ supponitur etiam. Tertio ponitur prima conclusio absque probatione, vtpote per se nota. Quarto ponitur secunda, quo ad primã partem: quia per solam gratiam attingi potest talis finis: quo ad secundam vero, quia angelis data sunt gratuita secundum capacitatem naturalium. Et ex hoc deducitur corollarie differentia inter angelorum & hominum ordines in ordine ad finem supernaturalem, quod in illis est à gratia completiue, & à natura dispositiue, in hominibus à gratia tantum, & hoc quia hominibus non dantur gratuita secundum naturalia, quemadmodum angelis.

a ¶ *Super Quæstionis 108. Articu. quintum.*

Titulus clarus.

¶ Angeli & archãgeli & cætera nomina

qui perfecte cognoscit res aliquas, potest vsque ad minima & actus, & virtutes, & naturas earum distinguere. Qui autem cognoscit eas imperfecte, non potest distinguere nisi in vniuersali. Quæ quidem distinctio fit per pauciora. Sicut qui imperfecte cognoscit res naturales, distinguit earum ordines in vniuersali: ponens in vno ordine cælestia corpora, in alio corpora inferiora inanimata, in alio plantas, in alio animalia. Qui autem perfectius cognosceret res naturales, posset distinguere & in ipsis corporibus cælestibus diuersos ordines, & in singulis aliorum. Nos autem imperfecte angelos cognoscimus: & eorum officia, vt Dio. dicit sexto capitulo Cælest. hierar. Vnde non possumus distinguere officia & ordines angelorum nisi in communi. Secundum quem modum multi angeli sub vno ordine cõtinentur. Si autem perfecte cognosceremus officia angelorum, & eorum distinctiones, perfecte sciremus quòd quilibet angelus habet suum proprium officium, & suum proprium ordinem in rebus: & multo magis quàm quęlibet stella, etsi nos lateat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnes angeli vnius ordinis sunt aliquo modo æquales quantum ad communem similitudinem: secundum quam constituuntur in ordine. Sed simpliciter non sunt æquales [e]. Vnde Diony. dicit 10. cap. Cæle. hier. quòd in vno & eodem ordine angelorum est accipere primos, medios, & vltimos.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa specialis distinctio ordinum & officiorum, secundum quam quilibet angelus habet proprium officium & ordinem, est nobis ignota.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in superficie quæ partim est alba & partim nigra, duæ partes quæ sunt in confinio albi & nigri, magis conueniunt secundum situm, quàm aliæ duæ partes albæ: minus tamen secundum qualitatem: ita duo angeli qui sunt in terminis duorum ordinum, magis secum conueniunt secundum propinquitatem naturæ, quàm vnus eorum cum aliquibus aliis sui ordinis: minus autem secũdum idoneitatem ad similia officia. Quæ quidem idoneitas vsque ad aliquem certum terminum protenditur.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum distinctio hierarchiarum & ordinum sit à natura in angelis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd distinctio hierarchiarum & ordinum non sit à natura in angelis. Hierarchia enim dicitur sacer principatus. Et in diffinitione eius Dio. ponit quòd Deiformę quantum possibile est, similat. Sed sanctitas & deiformitas est in angelis per gratiam, non per naturam. Ergo distinctio hierarchiarum & ordinum in angelis est per gratiam, nõ per naturam.

¶ Præterea, Seraphim dicuntur ardentes vel incendentes: vt Dio. dicit 7. ca. cæl. hierar. Hoc autem videtur ad charitatem pertinere, quæ nõ est à natura, sed à gratia. Diffunditur enim in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis: vt dicitur ad Ro. 5. Quod non solum ad sanctos homines pertinet, sed etiam de sanctis angelis dici potest: vt Aug. dicit 12. de ci. Dei. Ergo ordines in angelis non sunt à natura.

¶ Præterea, Hierarchia ecclesiastica exemplatur à cælesti. Sed ordines in hominibus non sunt per naturam, sed per donum gratiæ. Nõ enim est à natura quòd vnus est episcopus, & alius est sacerdos, & alius diaconus. Ergo neque in angelis sunt ordines à natura, sed à gratia tantùm.

¶ SED CONTRA est quod Magister dicit 9. di. secundi sen. quòd ordo angelorum dicitur multitudo cælestium spirituum, qui inter se aliquo munere gratiæ similantur, sicut & naturalium datorum participatione conueniunt. Distinctio ergo ordinum in angelis est non solùm secũdum dona gratuita, sed etiam secundum dona naturalia.

CONCLVSIO.

¶ *Distinguuntur angelici ordines secundum finem naturalem per ipsa naturalia: secundum supernaturalem vero finem, distinguuntur secundum gratuita dona: in angelis tamen completiue à gratia, dispositiue autem à natura, in hominibus tantum à gratia.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ordo gubernationis, qui est ordo multitudinis sub principatu existentis, attenditur per respectum ad finem. Finis autem angelorũ potest accipi dupliciter. Vno modo secundum facultatem suæ naturæ, vt scilicet cognoscant & ament Deum naturali cognitione & amore. Et secundũ respectum ad hunc finem distinguuntur ordines angelorum, secundum naturalia dona. Alio modo potest accipi finis angelicæ multitudinis supra naturalem facultatem eorum, qui consistit in visione diuinæ essentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipsius: ad quem finem pertingere non possunt nisi per gratiam. Vnde secundum respectum ad hunc finem ordines distinguuntur in angelis: completiue quidem secundum dona gratuita, dispositiue autem secundum dona naturalia: quia angelis data sunt dona gratuita secundum capacitatem naturalium. Quod non est in hominibus, vt suprà dictum est [e]. Vnde in hominibus distinguuntur ordines secundum dona gratuita tantum, & non secundum naturã. Et per hoc patet respõsio ad obiecta. 316

ARTICVLVS V.

a ¶ *Vtrum ordines angelorum conuenienter nominentur.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ordines angelorum non conuenienter nominẽtur. Omnes enim cælestes spiritus dicuntur & angeli, & virtutes, & potestates cælestes. Sed nomina communia inconuenienter aliquibus appropriantur. Ergo inconuenienter nominatur vnus ordo angelorum, & alius virtutum. (533 2. dis. 9. artic. 4. Et 3. contra c. 80.)

¶ Præterea, Esse dominum est proprium Dei, secundum illud Ps. Scitote quoniam dominus ipse est Deus. Ergo inconuenienter vnus ordo cælestium spirituum dominationes vocantur.

¶ Præterea, Nomen dominationis ad gubernationem pertinere videtur. Similiter autem & nomen principatuum & potestatum. In conuenienter ergo tribus ordinibus hæc tria nomina imponuntur.

¶ Præterea, Archangeli dicuntur quasi principes angeli. Non ergo hoc nomen debet imponi alij ordini quàm ordini principatuum.

¶ Præterea, Nomen Seraphim imponitur ab ardore, qui ad charitatem pertinet. Nomen autem Cherubim imponitur à scientia. Charitas autem & scientia sunt dona communia omnibus angelis. Non ergo debent esse nomina spiritualium ordinum.

¶ Præterea, Throni dicuntur sedes. Sed ex hoc ipso Deus in creatura rationali sedere dicitur quòd ipsum cognoscit & amat. Non ergo debet esse alius ordo thronorum ab ordine Cherubim & Seraphim. Sic igitur videtur quòd inconuenienter ordines angelorum nominentur.

¶ SED CONTRA est autoritas sacræ Scripturæ, quæ sic eos nominat. Nomen enim Seraphim ponitur Isa. 6. Nomen Cherubim Ezech. 1. Nomen Thronorum Co. 1. Dominationes autem & virtutes, & potestates, & principatus ponuntur Eph. 1. Nomen autem archangeli ponitur in canonica Iudæ. Nomina autem angelorum in pluribus Scripturæ locis.

CONCLVSIO.

¶ *Distinguuntur in angelicis hierarchiis nouem ordines angelorum: Cherubim, Seraphim, Troni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes Archangeli, & Angeli.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in nominatione angelicorum ordinum considerare oportet, quòd propria nomina singulorũ ordinum proprietates eorum designant: vt Dio. dicit. 7. c. Cæl. hierar. Ad videndum autem quæ sit proprietas cuiuslibet ordinis, considerare oportet, quòd in rebus ordinatis, tripliciter aliquid esse contingit, scilicet per proprietatem, per excessum & per participationem. Per proprietatẽ autem dicitur esse aliquid in re aliqua, quòd adæquatur & proportionatur naturæ ipsius. Per excessum autem, quando illud, quod attribuitur alicui, est minus quàm res, cui attribuitur: sed tamen conuenit illi rei per quendam excessum. Sicut dictum est [e] de omnibus nominibus quæ attribuuntur Deo. Per participationem autem quando illud quod attribuitur alicui, non plenarie inuenitur in eo, sed deficienter. 69 Sicut sancti homines participatiue dicũtur dij. Si ergo aliquid nominari debeat nomine designante proprietatem ipsius, non debet nominari ab eo quod imperfecte participat, neque ab eo quod excedenter habet: sed ab eo quod est sibi quasi coæquatum. Sicut si quis velit proprie nominare hominẽ, dicet eũ substantiam rationalem, non autẽ proprie substãtiam intellectualẽ: qđ est propriũ nomẽ angeli: quia simplex intelligẽtia cõuenit angelo per proprietatẽ, homini vero per participationem.

Neque

Neq; substantiam sensibilem, quod est nomen bruti proprium: quia sensus est minus quàm id quod est propriũ homini, & conuenit homini excedenter præ aliis animalibus. Sic igitur considerandum est in ordinibus angelorum, quòd omnes spirituales perfectiones sunt omnibus angelis communes, & omnes abundantius existunt in superioribus quàm inferioribus. Sed cum in ipsis etiam perfectionibus sit quidam gradus, superior perfectio attribuitur superiori ordini per proprietatem, inferiori vero per participationem. Econuerso autem inferior attribuitur inferiori per proprietatem, superiori autem per excessum. Et ita superior ordo à superiori perfectione nominatur. Sic igitur Dion. exponit ordinum nomina secundum conuenientiam ad spirituales perfectiones eorum. Greg. vero in expositione horum nominum magis attendere videtur exteriora ministeria. Dicit enim, quòd angeli dicuntur qui minima nuntiant, archangeli qui summa: virtutes per quas miracula fiunt, potestates quibus aduersæ potestates arcentur vel repelluntur, principatus, qui ipsis bonis spiritibus præsunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd angelus nuntius dicitur. Omnes ergo cælestes spiritus inquantum sunt manifestatores diuinorum, angeli vocantur. Sed superiores angeli habent quãdam excellentiam in hac manifestatione, à qua superiores ordines nominantur. Infimus autem angelorum ordo nullam excellentiam supra communem manifestationem addit. Et ideo à simplici manifestatione nominatur. Et sic nomen commune remanet infimo ordini quasi proprium, vt dicit Dionys. 5. cap. cæl. hier. Vel potest dici, quòd infimus ordo specialiter potest dici ordo angelorum: quia immediate nobis annũtiant. Virtus autem dupliciter accipi potest. Vno modo communiter, secundum quod est media inter essentiam & operationem. Et sic omnes cælestes spiritus nominantur cælestes virtutes: sicut & cælestes essentiæ. Alio modo, secundum quod importat quendam excessum fortitudinis. Et sic est proprium nomen ordinis. Vnde Dionys. dicit 8. cap. cæl. hier. quòd nomen virtutum significat quendam virilem & inconcussam fortitudinem. Primo quidem ad omnes operationes diuinas eis conuenientes: secundo ad suscipiendum diuina. Et ita significat quòd sine aliquo timore aggrediuntur diuina quæ ad eos pertinent: quod videtur ad fortitudinem animi pertinere.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd sicut dicit Dion. 12. c. de di. no. dominatio laudatur in Deo singulariter per quẽdam excessum. Sed per participationem diuina eloquia vocant dominos principaliores ornatus, per quos inferiores ex donis eius accipiunt. Vnde & Dio. dicit in 8. c. cæl. hie. quòd nomen dominationum primo quidem significat quandam libertatem quæ est à seruili conditione, & pedestri subiectione, sicut plebs subiicitur, & à tyrannica oppresione, quam interdum etiam maiores patiuntur. Secundo significat quandam rigidam, & inflexibilem gubernationem quæ ad nullum seruilẽ actum inclinatur neq; ad aliquem actum subiectorum, vel oppressorum à tyrannis. Tertio significat appetitum & participationem veri dominij, quod est in Deo. Et similiter nomen cuiuslibet ordinis significat participationem eius quod est in Deo. Sicut nomen virtutum significat participationem diuinæ virtutis. Et sic de aliis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nomen dominationis & potestatis & principatus diuersimode ad gubernationem pertinet. Nam domini est solummodo præcipere de agendis. Et ideo Greg. dicit, quòd quædam angelorum agmina pro eo, quòd eis cætera ad obediendum subiecta sunt, dominationes vocantur. Nomen vero potestatis ordinationem quandam designat: secũdum illud Apost. ad Rom. 13. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Et ideo Dionys. dicit, quòd nomen potestatis significat quandam ordinationem, & circa susceptionem diuinorum, & circa actiones diuinas: quas superiores in inferiores agunt, eas sursum ducendo. Ad ordinem ergo potestatum pertinet ordinare, quæ à subditis sint agenda. Principari vero, vt Greg. dicit, est inter reliquos priorem existere, quasi primi sint in executione eorũm quæ imperantur. Et ideo Dio. dicit 9. c. cæl. hier. quòd nomen principatuum significat ductiuum cum ordine sacro. Illi enim qui alios ducunt, primi inter eos existentes, principes proprie vocantur: secundum illud Psal. Præuenerunt principes coniuncti psallentibus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd archangeli secundum Dionys. medij sunt inter principatus & angelos. Medium autem comparatum vni extremo, videtur alterum, inquantum participat naturam vtriusque. Sicut tepidum respectu calidi est frigidum, respectu vero frigidi est calidum. Sic & archangeli dicuntur quasi principes angeli: quia respectu angelorum sunt principes, respectu vero principatuum sunt angeli. Secundum Greg. autem dicuntur anchangeli ex eo quòd principantur soli ordini angelorum: quasi magna nũtiantes. Principatus autem dicuntur ex eo quòd principantur omnibus cælestibus virtutibus diuinas iusiones explentibus.

¶ Ad quintum dicendũ, quòd nomen Seraphim non imponitur tantum à charitate, sed à charitatis excessu, quem importat nomen ardoris vel incendij. Vnde Dion. 7. c. cæl. hier. exponit nomẽ Seraphim secundum proprietates ignis, in quo est excessus caliditatis. In igne autẽ tria possumus considerare. Primo quidem motũ qui est sursum, & qui est cõtinuus: per quod significatur quòd inclinabiliter mouentur in Deum. Secũdo vero virtutem actiuã eius, quæ est calidũ. Quod quidem non simpliciter inuenitur in igne, sed cum quadam acuitate, quia maxime est penetratiuus in agendo, & pertingit vsq; ad minima, & iterũ cum quodã superexcedẽti feruore. Et per hoc significatur actio huiusmodi angelorum, quam in subditos potenter exercent, eos in sublimẽ feruorem excitantes, & totaliter eos per incendiũ purgantes. Tertio cõsideratur in igne claritas eius. Et hoc significat, ꝙ huiusmodi angeli in seipsis habent inextinguibilem lucẽ, & quòd alios perfecte illuminant. Similiter etiã nomen Cherubim imponitur à quodam excessu scientiæ. Vnde interpretatur plenitudo scientiæ. Quod Dio. exponit quantũ ad quatuor. Primo quidẽ quantũ ad perfectã Dei visionem. Secundo quantũ ad plenã susceptionem diuini luminis. Tertio quantũ ad hoc quòd in ipso duo contemplantur pulchritudinem ordinis rerum à Deo deriuatam. Quarto quantũ ad hoc ꝙ ipsi pleni existentes huiusmodi cognitione, eã copiose in alios effundũt.

¶ Ad sextum dicendũ, quòd ordo thronorum habet excellentiam præ inferioribus ordinibus in hoc quòd immediate in Deo rationes diuinorum operum cognoscere possunt. Sed Cherubim habent excellentiam scientiæ. Seraphim vero excellentiam ardoris. Et licet in his duabus excellentiis includatur tertia: non tamen in illa quæ est thronorum, includuntur aliæ duæ. Et ideo ordo thronorũ distinguitur ab ordine cherubim, & seraphim. Hoc enim est commune in omnibus: quòd excellentia inferioris continetur in excellentia superioris: & non econuerso. Exponit autem Dionys. nomen thronorum per conuenientiam ad materiales sedes. In quibus est quatuor considerare. Primo quidem situm: quia super terram sedes eleuantur. Et sic ipsi angeli, qui throni dicuntur, eleuantur vsque ad hoc quòd in Deo immediate rationes rerũ cognoscant. Secundo in materialibus sedibus cõsideratur firmitas: quia in ipsis aliquis firmiter sedet. Hic autem est econuerso. Nám ipsi angeli firmantur per Deum. Tertio quia sedes suscipit sedentem, & in ea deferri potest. Sic & ipsi angeli suscipiunt Deum in seipsis, & eum quodammodo ad inferiores ferunt. Quarto ex figura: quia sedes ex vna parte est aperta ad suscipiendum sedentẽ. Ita & isti angeli sunt per promptitudinem aperti ad suscipiendum Deum, & famulandum ipsi.

ARTICVLVS VI.

a ¶ *Vtrum conuenienter gradus ordinum assignentur.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd inconueniẽter gradus ordinum assignentur. Ordo enim prælatorũ videtur esse supremus. Sed dominationes, principatus, & potestates ex ipsis nominibus prælationem quandam habent. Ergo isti ordines debent esse inter omnes supremi.

¶ Præterea, Quanto aliquis ordo est Deo propinquior, tanto est superior. Sed ordo thronorum videtur esse Deo propinquissimus. Nihil enim coniungitur propinquius sedenti, quàm sua sedes. Ergo ordo thronorum est altissimus.

¶ Præterea, Scientia est prior quàm amor: & intellectus videtur esse altior quàm voluntas. Ergo, & ordo cherubim videtur esse altior quàm ordo seraphim.

Præterea, Gregor. ponit principatus super potestates. Non ergo collocantur immediate super archangelos, vt Dion. dicit.

nouem ordinum angelorum.

Commẽt. ¶ In corpore tria. Primò ostendit viam veritatis quæsitæ inueniendæ. Secundo viam ipsam prosequitur. Tertio concludit respõsionem ad quæsitum, secũdum duas expositiones.

¶ Quo ad primum, via est cognitio proprietatum ipsorum ordinum. Probatur, quia nomina ordinum significant proprietates ipsorum: quod autoritate Dionys. probatur.

¶ Quo ad secundũ fiunt quatuor: distinguitur, describuntur mẽbra, comparantur ad nominationem, & applicantur omnia ad angelos. distinctio est modi realis, Aliquid conuenit aliquibus ordinatis tripliciter, per proprietatem, per excessum, per participationẽ. Descriptiones horum patent. Proportio eorum ad nominari patet: quia à cõueniente modo proprietatis nominandum est, vt patet in homine. Applicatio ad angelos satis clare quoque ponitur: quia ponitur & conuenientia in perfectionibus & differentia in modo habendi, & gradus in ipsis perfectionibus habitis. Vnde prouenit, ꝙ vna conueniat magis vt proprietas seraphim, quã thronis: & econuerso: & similiter vt participatum aut eleuatum.

¶ Quo ad tertium ponuntur duæ viæ: altera Dionysij, quòd ordines nominantur secundum conuenientiam ad spirituales perfectiones: altera Gregorij, quòd ordines nominantur secundum conuenientiam ad spiritualia ministeria: patet litera.

Annota. ¶ Sed aduerte hic primo, quòd iam habetur secundum vtrãq; viam responsio ad quæsita: quia vtroq; modo conueniẽs nominatio ostenditur: ex quo secundum propria nomina imposita sunt, siue illa propria sint perfectiones in se: siue exteriora ministeria. Secundo, ꝙ via præmissa, etsi primo Dionysij expositioni deseruire videat, seruit tamen secundũ veritatẽ vtrique: (534 2. dist. 9. art. 5.) qm etiã ministerium, seu officium angelicum, alicui conuenit, vt propriũ alicui, vt participanti, & alicui per excessum. Tertio, quòd istæ opiniones non sunt contrariæ, sed potius disparatæ ad diuersa respicientes. Vnde etiam stant simul. Quid tamen intersit de ordine virtutũ & principatuum, in sequenti articulo dicetur.

a ¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum sextum.*

Titulus clarus est de graduatione ipsorum ordinum, quis prior, & quis posterior.

Commẽt. ¶ In corpore tria. Primo ponitur differentia inter Dion. & Greg. Secundo tractatur opinio Diony. Tertio Gregorij.

¶ Quo ad primum tria, scilicet cõuenientia, differentia, & fundamẽtum vtriusque partis ex Scriptura.

¶ Quo ad secũdum tria. Primo, qui ordines in qua hierarchia ex rationibus hierarchiarũ, sic, Hierarchiæ sic differunt, prima ratione in Deo, secunda in causis vniuersalibus, tertia in applicatione ad effectus: ergo prima de fine vniuersali, secunda de vniuersali dispositione, tertia de executione est; ergo ordines respiciẽtes Deum, in prima, vniuersale regimen in secũda, & executionem in tertia ponuntur. Prima sequela confirmatur, quia illa tria in omni operatione inueniuntur. Secundo, Ipsi ordines in singulis hierarchiis positi inter se graduantur ex triplici respectu ad Deum: & to eidẽ ad regimen vniuersale, & to idem ad executionem. Tertio confirmatur assignata gradua tio: quia supremum infimi attingit infimum supremi. Et declaratur in ordinibus summo respectu, spiritusſan. & seprimo & sexto & quarto, & tertio. omnia clara sunt in litera.

522 ¶ Quo ad tertium ponitur clare ratio ordinum infra dominationes ex ordine eorum, circa quæ agunt, scilicet angelis bonis, malis natura corporali, magnis nuntiis, & paruis. Et confirmatur ordo autoritate August. omnia clara sunt.

a ¶ Super quæstionis centesimæ octauæ Articulum septimum.

Commẽt. TIteulus clarus.

¶ In corpe duo: Primo distinguit. Secundo respondet.

¶ Quo ad primũ distinctio, Ordo angelicus habet duo, distinctionem graduum, & executionem officiorum.

¶ Quo ad secundum responsio consistit in duabus conclusionibus. Prima est simpliciter affirmatiua, Ordines remanebunt quo ad distinctionem graduũ. Probatur, Distinctio graduũ inest à differenti gratia & natura. ergo semper erit. tenet sequela: quia differẽtia naturæ & gratiæ semper erit. Probatur, quia illa tolli non potest nisi natuelis corruptis: hæc est secundum præcedens meritum. Secunda est, Ordines quo ad executionẽ officiorum partim remanebunt & partim nõ. Probatur & declaratur vtraq; pars. Probatur, Remanebunt vt in fine, cessabunt vt ad finem. Ergo. Declaratur exẽplo officiorum militum, Remanent vt in triumpho, cessant, vt in acie.

¶ SED CONTRA est, quòd Dio. ponit in prima quidem hierarchia seraphim vt primos, cherubim vt medios, thronos vt vltimos. In media vero dominationes vt primos, virtutes vt medios, potestates vt vltimos. In vltima principatus vt primos, archangelos vt medios, angelos vt vltimos.

CONCLVSIO.

¶ *Angelicorum spirituum in prima hierarchia sic ordinantur ordines, Seraphimi, Cherubimi, & Thro-* 10
ni: in secunda Dominationes, Virtutes, & Potestates: in tertia Principatus, Anrchangeli, & Angeli.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd gradus angelicorũ ordinum assignant & Greg. & Dion. quantũ ad alia quidẽ conuenienter, sed quantũ ad principatus & virtutes differenter. Nam Dio. collocat virtutes sub dominationibus & supra potestates, principatus autem sub potestatibus & supra archangelos. Greg. autẽ ponit principatus in medio dominationũ, & 20
potestatũ: virtutes vero in medio potestatũ, & archangelorũ. Et vtraq; assignatio fulcimentum habere potest ex autoritate Apostoli, qui medios ordines ascendendo enumerans, dicit Ephes. 1. quòd Deus instituit illũ, scilicet Christũm ad dexteram suã in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem. Vbi virtutẽ ponit inter potestatẽ, & dominationem secundum assignationem Dio. Sed ad Col. 1. enumerans eosdem ordines, descendendo dicitur, Siue throni, siue 30
dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt. Vbi principatus ponit medios inter dominationes & potestates secundũ assignationẽ Greg. Primo igitur videamus rationem assignationis Dio. In qua considerandũ est, q̃ sicut suprà dictũ est[e], prima hierarchia accipi rationes rerum in ipso Deo, secũda vero in causis vniuersalibus, tertia vero secundũ determinationem ad speciales effectus. Et quia Deus est finis non 40
solũ angelicorum ministeriorũ, sed etiã totius creaturę, ad primã hierarchiam pertinet consideratio finis, ad mediã vero dispositio vniuersalis de agendis, ad vltimam autem applicatio dispositionis ad effectũ, quæ est operis executio. Hæc enim tria manifestũ est in qualibet operatione inueniri. Et ideo Dion. ex nominibus ordinũ proprietates illorũ considerans, illos ordines in prima hierarchia posuit, quorũ nomina imponuntur per respectũ ad Deum, scilicet seraphim, & cherubim, & thronos. Illos vero ordines posuit in media hierarchia, quorũ nomina designant cõmunem quandam gubernationem, siue dispositionem in dominationes, virtutes, & potestates. Illos vero ordines posuit in tertia hierarchia, quorũ nomina designant operis executionẽ, scilicet principatus, angelos, & archangelos. In respectu autem ad finẽ tria cõsiderari possunt. Nã primo aliquis cõsiderat finẽ, Secundo vero perfectã finis cognitionẽ accipit. Tertio vero intentionem suã in ipso defigit. Quorũ secundũ ex additione se habet ad primũ, & tertiũ ad vtrũq;. Et quia Deus est finis creaturarũ, sicut dux est finis exercitus, vt dicitur in 11. Met. potest aliquid simile huius ordinis considerari in rebus humanis. Nam quidã sunt, qui hoc habẽt dignitatis, vt per seipsos familiariter accedere possint ad regẽ vel ducem. Quidã vero super hoc habẽt vt etiã secreta ejus cognoscant. Alij vero insuper circa ipsum semper inhærent quasi ei coniũcti. Et secundum hanc similitudinem accipere possumus dispositionem in ordinibus primæ hierarchiæ. Nam throni eleuantur ad hoc quòd Deũ familiariter in seipsis recipiãt, secundum quod rationes rerum in ipso immediate cognoscere possunt. Quod est proprium totius primæ hierarchiæ. Cherubim vero supereminẽter diuina secreta cognoscunt: seraphim vero excellunt in hoc quod est omnium supremum, scilicet Deo ipsi vniri. Vt sic ab eo quod est cõmune toti hierarchiæ, denominetur ordo thronorũ, sicut ab eo quod est commune omnibus cęlestibus spiritibus, denominatur ordo angelorum. Ad gubernationis autem rationẽ tria pertinent. Quorum primum est distinctio eorũ, quæ agenda sunt. Quod est proprium dominationum. Secundũ autem est præbere facultatem ad implendum, quod pertinet ad virtutes. Tertiũ autẽ est ordinare qualiter ea quæ præcepta vel diffinita sunt, impleri possunt, vt aliqui exequãtur, & hoc pertinet ad potestates. Exequutio autem angelicorũ ministeriorum consistit in annuntiando diuina: in executione autẽ cuiuslibet actus sunt quidam quasi incipientes actionem, & alios ducentes. Sicut in cantũ præcentores, & in bello illi, qui alios ducunt, & dirigunt. Et hoc pertinet ad principatus. Alij vero sunt qui simpliciter exequuntur. Et hoc pertinet ad angelos. Alij vero medio modo se habent. d
Quod ad archangelos pertinet, vt suprà dictũ est[e]. Inuenitur autem congrua hæc ordinum assignatio. Nam semper summum inferioris ordinis affinitatem habet cum vltimo superioris. Sicut infima animalia parũ distant à plantis. Primus autem ordo est diuinarum personarũ, qui terminatur ad Spiritũ sanctum qui est amor procedens, cum quo affinitatem habet supremus ordo primæ hierarchiæ ab incendio amoris denominatus. Infimus autẽ ordo primæ hierarchiæ est thronorum, qui ex suo ordine habent quandam affinitatem cum dominationibus. Nam throni dicũtur secundũ Greg. per quos Deus sua iudicia exercet. Accipiũt enim diuinas illuminationes per conuenientiã ad immediate illuminandum secundã hierarchiam, ad quam pertinet dispositio diuinorum ministeriorũ. Ordo vero potestatũ affinitatẽ habet cum ordine principatuum. Nam cum potestatũ sit, ordinem subiectis imponere, hæc ordinatio statim in nomine principatuũ designatur, qui sunt primi in executione diuinorum ministeriorum, vtpote præsidentes gubernationi gentium & regnorum, quod est primũ principiũ in diuinis ministeriis. Nam bonum gentis est diuinius, quam bonũ vnius hominis. Vnde dicitur Dan. 11. Princeps regni Persarũ resistit mihi. Dispositio etiam ordinũ quam Greg. ponit, congruitatẽ habet. Nam cũ dominationes sint diffinientes & præcipientes ea quæ ad diuina ministeria pertinent, ordines eis subiecti disponuntur secundum dispositionem eorũ, in quos diuina ministeria exercẽtur. Vt autem Aug. dicit in 3. de trin. corpora quodam ordine regũtur, inferiora per superiora, & oia per spirituales creaturã, & spiritus malus per spiritũ bonũ[e]. Primus ergo ordo 540
post dnationes dicitur principatũ, qui etiã bonis spiritibus principãtur. Deinde potestates, per quas arcẽtur mali spũs, sicut p potestates terrenas arcentur malefactores, vt habetur Ro. 13. Post quas sunt virtutes, q̃ habẽt petestatẽ super corporalẽ naturã in operatione miraculorũ. Post quas sunt angeli, & archãgeli, qui nũtiãt hominib[o] vel magna, quæ sunt supra rõnẽ, vel parua ad quæ ratio se extẽdere põt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in angelis potius est, quòd subiiciuntur Deo, quàm quòd inferioribus præsidẽt. & hoc deriuatur ex illo. Et ideo ordines nominati à prælatione non sunt supremi, sed magis ordines nominati à conuersione ad Deum.

¶ Ad secũm dicendũ, q̃ illa ppinquitas ad Deũ q̃ designat noĩe thronorũ, cõuenit etiã cherubim & seraphim, & excellẽti[o]: vt dictũ est[e]. 0

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sicut suprà dictum est, cognitio est secundum quod cognita sunt in cognoscẽte: amor autem secundum quòd amãs vnitur rei amatę[e]. Superiora aũt nobiliori modo sunt in seipsis quàm in inferiorib[o]. inferiora vero nobiliori modo in superioribus quàm in seipsis[e]. Et ideo inferiorũ qdẽ cognitio pręeminet dilectioni, superiorũ autẽ dilectio & præcipue Dei, præeminet cognitioni[e]. 409

¶ Ad quartum dicendum, q̃ si quis diligẽter cõsideret dispositiones ordinum secundum Dio. & Greg. parũ vel nihil differunt si ad rem referãtur. Exponit enim Greg. principatuum nomen ex hoc q̃ bonis spiritibus præsunt; & hoc conuenit virtutibus secundum quòd in nomine virtutum intelligitur quædam fortitudo dans efficaciã inferioribus spiritibus ad exequenda diuina ministeria. Rursus virtutes secundum Greg. videtur esse idem quod principatus secundum Dio. Nam hoc est primũ in diuinis ministeriis miracula facere. Per hoc enim paratur via annuntiationi archangelorum & angelorum.

ARTICVLVS VII.

a ¶ Vtrum ordines remanebunt post diem iudicij.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordines non remanebunt post diem iudicij. Dicit enim 535
Apost. 1. ad Cor. 15. quòd Christus euacuabit omnem principatum, & potestatẽ, cum tradiderit regnũ Deo 2. dist. 11.
& patri. Quod erit in vltima consummatione. Pari 9. 2. ar. 6.
ergo ratione in illo statu omnes alij ordines euacuabuntur. Et 4. dist.
47. q. 1.

¶ Præterea, Ad officium angelorum pertinet purgare, illuminare, ar. 2. q. 4.
& perficere. Sed post diem iudicij vnus angelus non purgabit, aut cor.
illuminabit, aut perficiet alium: quia non proficient amplius in scien Et 1. col.
tia. Ergo frustra ordines angelici remanerent. 15. l. 3.

¶ Præterea, Apostolus dicit ad Heb. primo de angelis: quòd omnes col. 3.
sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Ex quo patet quòd officia angelorum ordinan

Annota. ¶ Responsionem ad secũdum notato diligenter, quoniã mirabile quid dicit de depẽdentia luminis angelici: quod quia non de naturali, sed gratuito dicitur, de quo sola fides sufficit, cum veneratione suscipiendum est. Præstat nãque in his ab excellentioribus persuaderi quàm temere secundum vires iudicare ingenij proprij.

a ¶ Super Quæstionis centesimæ octauæ Articulum octauum.

TIteulus clarus.

552 ¶ In corpore tria.
Commẽt. Primo distinguitur. Secundo respõdetur iuxta vnũ distinctionis membrũ. Tertio respondetur iuxta secundũ mẽbrum.

¶ Quo ad primũ distinctio est, In ordinibus angelorũ concurrunt duo, scilicet conditio naturæ, & dona gratiæ, vt patet ex dictis.

¶ Quo ad secundũ, conclusio prima responsiua quæsito est negatiua, Homines non possunt assumi ad ordines angelorũ, quo ad gradum naturæ. Probatur, Semper remanebit naturarum angeli, & hominis diuersitas. ergo nunquã hæc ascendet ad gradum illius.

¶ Quo ad tertium tria principaliter fiunt: destruuntur, f. duæ opiniones, & ponitur conclusio responsiua quæsito. prima opinio est, & quòd homines non assumuntur ad ordines angelorũ etiam secundũ gradũ glorię, & moriuum eius est distantia naturarum. Hæc resultiur in se quidẽ ex auoritate Euangelij: in sua autẽ radice ex ratione, quia distãtia naturæ non conceurrit, nisi materialiter, donum vero gratiæ cõplectiue. Nec hoc oportet respondere naturæ, sed libertati diuinæ.

¶ Secunda vero opinio est, q̃ aliqui assũmuntur ad ordines angelorum, vt virgines, vel perfectũ: alij nõ. Et hoc retũditur autoritate Aug. Conclusio autem respõsiua, quæ secundũ literæ ordinẽ in medio harũ opinionum locatur est, Homines indifferenter ad ordines angelorum assumuntur. Probatur, Tantã gloriã mereri ex dono gratiæ possunt vt angelis æquẽtur secundum gradus singulos angelorum: ergo,

¶ Nota hic, q̃ hoies assumi ad ordines angelorum duo includit, vnũ est, q̃ cõstituãt cũ angelis vnam societatem. Et hoc modo oẽs hoies sũti assumuntur ad ordines angelorum, siue sint maioris gloriæ quã aliquis angelus, siue æqualis, siue minoris quã oẽs angeli: ita, q̃ ex angelis & hoĩbus etiã inferioribus oĩbus angelis, quorum magnã rationabile est fore multitudinẽ, & vna integrabitur societas. Et in hoc errauit secunda opinio, quæ solos ordinantur ad hoc, quòd homines ad salutem adducantur. Sed oẽs electi vsque ad diẽ iudicij salutem consequũtur. Non ergo post diẽ iudicij remanebũt officia, & ordines angelorum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Iudic. 5. Stellæ manentes in ordine, & cursu suo. Quod exponitur de angelis. Ergo angeli semper in suis ordinibus remanebunt.

CONCLVSIO.

¶ *Remanebunt angelici ordines post diem iudicij quo ad graduum distinctionem, quo ad executionem vero suorũ officiorum nõ remanebunt nisi sicut in fine.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in ordinibus angelicis duo possunt considerari, f. distinctio graduũ, & executio officiorũ. Distinctio autẽ graduũ est in angelis secundũ differentiam gratiæ & naturæ, vt suprà dictũ est[e]. Et vtraq; differentia semper in angelis remanebit. Non enim naturarũ differentiæ ab eis auferri possent, nisi eis corruptis. Differentia etiam gloriæ, erit in eis semper secundũ differentiã meriti præcedẽtis. Executio autẽ officiorum angelicorũ aliquo modo remanebit post diẽ iudicij, & aliquo modo cessabit. Cessabit quidem secundũ quod eorũ officia ordinantur ad perducendũ aliquos ad finem, remanebit autem secundũ quod conuenit in vltima finis consecutione. Sicut etiã alia sunt officia militarium ordinum in pugna, & in triumpho.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principatus & potestates euacuabuntur in illa finali consummatione quantum ad hoc, quòd alios ad finem perducant: quia consecuto iam fine non est necessariũ tẽdere in finem. Et hæc ratio intelligitur ex verbis Apostoli dicentis, Cum tradiderit regnum Deo, & patri, id est, cum perduxerit fides ad fruendum ipso Deo.

¶ Ad secundũm dicendum, quòd actiones angelorũ super alios angelos considerandæ sunt secundum similitudinem actionum intelligibilium quæ sunt in nobis. Inueniuntur autem in nobis multæ intelligibiles actiones quæ sunt ordinatæ secundũ ordinem causæ & causati. Sicut cum per multa media gradatim in vnam conclusionem deuenimus. Manifestum est autem, quòd cognitio conclusionis dependet ex omnibus medijs præcedẽtibus: non solum quantũ ad nouã acquisitionẽ scientiæ, sed etiam quantũ ad sciẽtiæ conseruationẽ. Cuius signũ est, q̃ si quis obliuisceretur aliquod præcedentiũ mediorũ, opinionem quidẽ vel fidem de cõclusione posset habere, sed non sciẽtiam, ordine causarũ ignorato. Sic igitur cum inferiores angeli rationem diuinorũ operũ cognoscant per lumen superiorũ angelorũ, depẽdet eorum cognitio ex lumine superiorũ, non solum quantum ad nouam acquisitionem scientiæ, sed etiam quantum ad cognitionis conseruationem. Licet ergo post iudicium non proficiant inferiores angeli in cognitione aliquarum rerum: non tamen propter hoc excludun tur quin à superioribus illuminentur.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ etsi post diem iudicij homines non sint vlteriũs ad salutem adducendi per ministerium angelorum: tamen illi qui iam salutem erunt consecuti, aliquam illustrationem habebunt per angelorum officia.

ARTICVLVS VIII.

a ¶ Vtrũ homines assumãtur ad ordines angelorũ.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd homines non assumantur ad ordines angelorum. Hierarchia enim humana cõtinetur sub infima hierarchiarum cælestium: sicut infima sub media, & media sub prima. Sed angeli infimæ hierarchiæ nunquam transferentur in mediam, aut in primam. Ergo neque homines transferentur ad ordines angelorum.

¶ Præterea, Ordinibus angelorum aliqua officia competũt (vtpote custodire, miracula facere, dæmones arcere: & huiusmodi) quæ non videntur cõuenire animabus sanctorum. Ergo non transferentur ad ordines angelorum.

¶ Præterea, Sicut boni angeli inducunt ad bonum, ita dæmones inducunt ad malum. Sed erroneũ est dicere, quòd animæ hominũ malorum conuertantur in dæmones. Hoc enim Chrysost. reprobat super Matt. Ergo non videtur, quòd animæ sanctorum transferantur ad ordines angelorum.

¶ SED CONTRA est quod Dominus dicit Matth. 22. de sanctis, quòd erunt sicut angeli Dei in cælo.

CONCLVSIO.

¶ *Non assumuntur homines ad ordines angelorum quantum ad gradum naturæ.*

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd sicut suprà dictũ est[e], ordines angelorũ distinguuntur & secundũ conditionem naturæ, & secundum dona gratiæ. Si ergo considerentur angelorũ ordines solum quantũ ad gradũ naturæ, sic homines nullo modo assumi possunt ad ordines angelorum: quia semper remanebit naturarũ distinctio. Quam quidã considerantes, posuerũt, quòd nullo modo homines transferri possunt ad æqualitatem angelorũ. Quod est erroneum. Repugnat enim promissioni Christi, dicẽtis Luc. 20. quòd filij resurrectionis erũt æquales angelis in cælis. Illud enim quod est ex parte naturę, se habet vt materiale in ratione ordinis. Completium vero est quod est ex dono gratiæ, quæ depẽdet ex liberalitate Dei, non ex ordine naturæ. Et ideo per donum gratiæ homines mereri possunt tantam gloriam, vt angelis æquentur[e] secundum singulos angelorum gradus: quod est homines ad ordines angelorum assumi. Quidam tamen dicunt, quòd ad ordines angelorum non assumuntur omnes qui saluantur, sed soli virgines, vel perfecti: alij vero suum ordinem constituent, quasi conduiusum toti societati angelorum. Sed hoc est contra Aug. qui dicit 12. de ciuit. Dei, quòd non erunt duæ societates hominum, & angelorum, sed vna, quia omnium beatitudo est adhærere vni Deo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia angelis datur secundum proportionem vt suprà dictum est[e]. Et ideo sicut inferiores angeli non possunt transferri ad naturalẽ gradum superiorum, ita nec ad gratuitum. Homines vero possunt ad gratuitum conscendere, sed non ad naturalem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd angeli secundum naturæ ordinem medij sunt inter nos & Deum. Et ideo secundum legem cõmunem per eos administrantur non solũ res humanæ: sed etiam omnia corporalia. Homines autem sanctiẽ etiam post hanc vitam sunt eiusdem naturæ nobiscũ. Vnde secundũ legem communem non administrãt humana, nec rebus viuorum interfunt: vt Aug. dicit in lib. de cu. pro mor. agenda. Ex quadam tamen speciali dispensatione interdũ aliquibus sanctis conceditur, vel viuis vel mortuis, huiusmodi officia exercere, vel miracula faciendo, vel dæmones arcendo, vel aliquid huiusmodi: sicut Aug. in eodem lib. dicit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homines ad pœnam dæmonũ transferri non est erroneum. Sed quidam erroneẽ posuerunt dæmones nihil aliud esse quàm animas defunctorum. Et hoc Chrys. reprobat.

perfectos quasi mistos inter angelos posuit: minus vero perfectos quàm angelos quasi separatos segregauit in aliam societatem. Nec aduertit, quòd latitudo ordinis gratiæ, maior est latitudine ordinis naturæ: & q̃ non idẽ ponitur limes vtrobique. Alterũ est q̃ peruenias ad gradus gloriæ, quibus potiũtur angeli. Et hoc modo non oẽs homines assumuntur ad ipsos angelorum ordines, sed quidã supra ipsos, vt beata Virgo: quidã ad ipsos, vt Apostoli, & perfecti, &c. & quidã infra ipsos, vt rationabiliter sunt oẽs pueri post baptismã statim euolantes: & alij multi. 532

a ¶ Super Quæstionis centesimænonæ Articulum primum.

TIteulus clarus.

¶ In corpore duo. Commẽt.
Primo distinguitur. Secundo respõdetur quæsito iuxta singula distinctionis membra.

¶ Quo ad primum distinctio est, Ordines dupliciter quo ad naturam & quo ad gratiam. Et sic dupliciter, vel consummatã, vel meritoriam. sunt igitur tria membra. b
ordo secundũ naturam, secundum gratiam meritoriam, & secundum gloriam. patẽt ex dictis. 130

¶ Quo ad secundũ sunt tres cõclusiones respõsiuæ. prima, Dęmones neque sunt, neque fuerunt in ordinibus secundum statũ gloriæ, & hæc patet. Secũda dæmones nõ sunt, sed fuerunt in ordinibus secundũ statũ gratiæ meritoriæ. hoc patet expositione superius facta de angelis creatis in gratia. Tertia, Dæmones perseuerant in ordinibus secundum naturę conditionem. Probatur, quia naturalia non sunt ablata per peccatum. vt Dionys. dicit. 532 316

¶ Quo ad secundũ conditionem naturæ, & secundum dona gratiæ. Si ergo considerentur angelorũ ordines solum quantũ ad gradũ naturæ, sic homines nullo modo assumi possunt ad ordines angelorum: quia semper remanebit naturarũ distinctio. Quam quidã considerantes, posuerũt, quòd nullo modo homines transferri possunt ad æqualitatem angelorũ. Quod est erroneum. Repugnat enim promissioni Christi, dicẽtis Luc. 20. quòd filij resurrectionis erũt æquales angelis in cælis. Illud enim quod est ex parte naturę, se habet vt materiale in ratione ordinis. Completium vero est quod est ex dono gratiæ, quæ depẽdet ex liberalitate Dei, non ex ordine naturæ. Et ideo per donum gratiæ homines mereri possunt tantam gloriam, vt angelis æquentur[e] secundum singulos angelorum gradus: quod est homines ad ordines angelorum assumi. Quidam tamen dicunt, quòd ad ordines angelorum non assumuntur omnes qui saluantur, sed soli virgines, vel perfecti: alij vero suum ordinem constituent, quasi conduiusum toti societati angelorum. Sed hoc est contra Aug. qui dicit 12. de ciuit. Dei, quòd non erunt duæ societates hominum, & angelorum, sed vna, quia omnium beatitudo est adhærere vni Deo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia angelis datur secundum proportionem vt suprà dictum est[e]. Et ideo sicut inferiores angeli non possunt transferri ad naturalẽ gradum superiorum, ita nec ad gratuitum. Homines vero possunt ad gratuitum conscendere, sed non ad naturalem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd angeli secundum naturæ ordinem medij sunt inter nos & Deum. Et ideo secundum legem cõmunem per eos administrantur non solũ res humanæ: sed etiam omnia corporalia. Homines autem sanctiẽ etiam post hanc vitam sunt eiusdem naturæ nobiscũ. Vnde secundũ legem communem non administrãt humana, nec rebus viuorum interfunt: vt Aug. dicit in lib. de cu. pro mor. agenda. Ex quadam tamen speciali dispensatione interdũ aliquibus sanctis conceditur, vel viuis vel mortuis, huiusmodi officia exercere, vel miracula faciendo, vel dæmones arcendo, vel aliquid huiusmodi: sicut Aug. in eodem lib. dicit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homines ad pœnam dæmonũ transferri non est erroneum. Sed quidam erroneẽ posuerunt dæmones nihil aliud esse quàm animas defunctorum. Et hoc Chrys. reprobat.

QVAESTIONIS CENTESIMAENONAE de ordinatione malorũ angelorũ, in quatuor artic. diuisa.

DEINDE considerandum est de ordinatione malorum angelorum. ¶ Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶ Primo, vtrum ordines sint in dæmonibus. ¶ Secundo, vtrum in eis sit prælatio. ¶ Tertio, vtrum vnus illuminet alium. ¶ Quarto, vtrum subiiciantur prælationibus bonorum angelorum. 337

ARTICVLVS I. 2. dist. 6. art. 4.

a ¶ Vtrum ordines sint in dæmonibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordines nõ sint in dæmonibus. Ordo enim pertinet ad ra- Et 4. dist.
tionẽ boni sicut & modus & species (vt August. dicit 47. qõ. 1.
in lib. ar. 3. q. 4.

a ¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum secundum.*

Commēt. Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio affirmatiue responsiua quæsito, In dæmonibus est prælatio. Probatur dupliciter. Primo, Naturæ dæmonum sunt subordinatæ. ergo actiones eorum sunt subinuicem ordinatæ: ergo in eis est prælatio. antecedens patet: consequentia probatur dupliciter, primo quia actio sequitur naturam: ac per hoc naturam subditam sequitur actio subdita. Secundo, quia hoc testantur corpora superiora, & inferiora. Secunda vero consequentia probatur ex ratione prælationis: quia, scilicet consistit in hoc quòd actio sit subdita actioni: secundo probatur conclusio sic, Diuina sapientia attingit à fine, &c. ergo
332 nihil relinquit inordi-
536 natum: ergo congruit sibi etiam in dæmonibus ordinem prælationis secundum naturam instituere.

a ¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum tertium.*

Commēt. Titulus clarus. ¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito nega-
313 tiue, cum vna annexa secundario. Responsiua est, In dæmonibus non est illuminatio. Probatur, Peruersitas dæmonum habet vt vnus non ordinet ad Deum alium, sed abducat. ergo non
260 illuminat. Probatur sequela: quia illuminatio est manifestatio in ordine ad Deum: vt patet ex differentia assignata inter duplicem manifestationem, scilicet illuminationem, & locutionem. Annexa vero conclusio est, quòd in dæmonibus est quędā manifestatio veritatis adinuicem. Probatur, quia est in eis locutio.

a ¶ *Super Quæstionis centesimænonæ Articulum quartum.*

Commen. Titulus clarus. ¶ In corpore vna
538 conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Boni angeli prælati sunt malis, & eos regūt. probatur. Prælatio primo conuenit Deo, participatiue autem creaturis, ergo creaturæ perfectiores habent influentiam super alias. ergo sancti angeli super dæmones. Antecedens est per se notum: consequentia prima probatur, quia sunt Deo propinquiores: secunda vero, quia maxima perfectio, & maxime appropinquans Deo est status fruitionis: in quo sunt angeli, quo priuātur dæmones.

supra q. 63. art. 8. Et 2. dist. 6. art. 4. Et 4. dis. 47. q. 1. ar. 2. q. 4.

in lib. de natura boni) & econtrario inordinatio pertinet ad rationem mali. Sed in bonis angelis nihil est inordinatum. Ergo in malis angelis non sunt aliqui ordines.

¶Præterea, Ordines angelici sub aliqua hier. continentur, sed dæmones non sunt sub aliqua hierarchia, quæ est sacer principatus, cum ab omni sanctitate sint vacui. Ergo in dæmonibus non sunt ordines.

¶Præterea, Dæmones de singulis ordinibus angelorū ceciderunt: vt cōmuniter dicitur. Si ergo aliqui dæmones dicūtur esse alicuius ordinis: quia de illo ordine ceciderunt: videtur quòd deberēt eis attribui nomina singulorum ordinū. Nunquā autem inuenitur, ꝙ dicantur seraphim, vel throni, vel dominationes. Ergo pari ratione non sunt in aliquibus ordinibus.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Eph. vlt. quòd est nobis colluctatio aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum.

CONCLVSIO

¶Dæmones neque sunt, neque fuerūt in ordinibus angelorum secundum statum gloriæ, fuerunt autem secundum statum gratiæ meritoriæ, & perseuerant in ordinibus secundum statum & naturæ conditionem.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd sicut iam dictū est[e], ordo angelicus consideratur, & secundum gradū naturæ, & secūdum gradum gratiæ. Gratia vero habet duplicē statū, scilicet imperfectū, qui est status merēdi: & perfectū, qui est status gloriæ consummatæ. Si ergo considerētur ordines angelici quantū ad perfectionem gloriæ, sic dæmones neq; sunt in ordinibus angelicis, neq; vnquā fuerūt. Si autem considerentur quantum ad id quod est gratiæ imperfectæ, sic dæmones fuerunt quidem aliquando in ordinibus angelorum, sed ab eis ceciderunt, secundum illud quod suprà posuimus[e], omnes angelos in gratia creatos fuisse. Si autem considerentur quantum ad id quod est naturæ, sic adhuc sunt in ordinibus, quia data naturalia non amiserunt, vt Dion. dicit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum potest inueniri sine malo: sed malum non potest inueniri sine bono vt suprà habitum est[e]. Et ideo dæmones inquantum habēt naturam bonam, ordinati sunt.

¶Ad secundum dicendū, quòd ordinatio dæmonū, si consideretur ex parte Dei ordinātis, est sacra. Vtitur enim dæmonibus propter seipsum. Sed ex parte volūtatis dæmonum non est sacra: quia abutūtur sua natura ad malum.

¶Ad tertiū dicendum, quòd nomen seraphim imponitur ab ardore charitatis: nomē autem thronorum ab inhabitatione diuina. Nomen autē dn̄ationū importat libertatē quādā. Quæ omnia opponūtur peccato. Et ideo peccātibus angelis huiusmodi nomina non attribuuntur.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrum in dæmonibus sit prælatio.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in dæmonibus nō sit prælatio. Omnis enim prælatio est secundum aliquem ordinem iustitiæ. Sed dæmones totaliter à iustitia ceciderunt. Ergo in eis non est prælatio.

¶Præterea, Vbi non est obedientia, & subiectio, non est prælatio. Hæc autem sine concordia esse non possunt. Quæ in dæmonibus nulla est, secundum illud Prouerb. 13. Inter superbos semper sunt iurgia. Ergo in dæmonibus non est prælatio.

¶Præterea, Si in eis est aliqua prælatio, aut hoc pertinet ad eorū naturam, aut ad eorum culpam vel pœnam. Sed non ad eorum naturam. Quia subiectio & seruitus non est ex natura, sed est ex peccato subsecuta. Nec pertinet ad culpam, vel pœnam. Quia sic superiores dæmones qui magis peccauerunt, inferioribus subderentur. Non ergo est prælatio in dæmonibus.

¶SED CONTRA est quod dicit glos. 1. ad Cor. 15. Quandiu durat mundus, angeli angelis, homines hominibus, & dæmones dæmonibus præsunt.

CONCLVSIO.

¶Cum dæmonum actiones sint ordinatæ, necesse est vt in illorum ordinibus quidam aliis præferantur & dominentur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum actio sequatur naturam rei, quorumcunque naturæ sunt ordinatæ, oportet quòd etiam actiones subinuicem ordinentur. Sicut patet in rebus corporalibus. Quia enim inferiora corpora naturali ordine sunt infra corpora cælestia, actiones & motus eorum subduntur actionibus, & motibus cælestium corporum. Manifestum est autē ex præmisis[e], quòd dæ- 537
monum quidam naturali ordine sub aliis constituuntur. Vnde & 327
actiones eorum sub actionibus superiorum sunt. Et hoc est quod ra- b
tionem prælationis facit, scilicet actio subditi subdatur actioni prælati. Sic igitur ipsa naturalis dispositio dæmonū requirit, quòd sit in eis prælatio. Conuenit enim hoc diuinæ sapientiæ, quæ nihil in vniuerso inordinatum relinquit, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, vt dicitur Sap. 8.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd prælatio dæmonū non fundatur super eorū iustitia, sed super iustitia Dei cūcta ordinantis.

¶Ad secundum dicendum, quòd cōcordia dæmonum qua quædam aliis obediūt, non est ex amicitia quam inter se habeant, sed ex communi nequitia qua homines odiunt, & Dei iustitiæ repugnant. Est enim proprium hominum impiorū, vt eis se adiungant & subiiciant ad propriam nequitiam exequendam quos potentiores viribus vident.

¶Ad tertium dicendum, quòd dæmones non sunt æquales secūdum naturam. Vnde in eis est naturalis prælatio. Quod in hominibus non contingit, qui natura sunt pares. Quòd autem superioribus inferiores subdantur, non est ad bonum superiorum, sed magis ad malum eorum. Quia cum mala facere maxime ad miseriam pertineat, præesse in malis est esse magis miserum. 539

ARTICVLVS III.

a ¶ *Vtrum in dæmonibus sit illuminatio.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in dæmonibus sit illuminatio. Illuminatio enim consistit in manifestatione veritatis. Sed vnus dæmon potest alteri veritatem manifestare: quia superiores magis acumine naturalis scientiæ vigent. Ergo superiores dæmones possunt inferiores illuminare.

¶Præterea, Corpus quod superabundat lumine, potest illuminare corpus quod in lumine deficit, sicut sol lunā. Sed superiores dæmones magis abundant in participatione luminis naturalis. Ergo videtur quòd superiores dæmones possunt inferiores illuminare.

¶SED CONTRA illuminatio cum purgatione est, & perfectione, vt suprà dictum est[e]. Sed purgare non conuenit dæmonibus, *argumēn.*
secundum illud Eccles. 34. Ab immundo quid mundabitur? Ergo *contra.*
etiam neque illuminare. 520

CONCLVSIO. 521

¶Quamuis per aliquam veritatis manifestationem sibijnuicem lumen præstare videantur dæmones, non tamē illuminant proprie, cum omnia à Deo auertere studeant. a

¶RESPONDEO dicendum, quòd in dæmonibus non potest esse illuminatio proprie. Dictum est enim suprà[e], quòd illuminatio 520
proprie est manifestatio veritatis, secundum quod habet ordinē ad Deum qui illuminat omnē intellectum. Alia autem manifestatio veritatis potest esse locutio. Sicut cum vnus angelus alteri suū conceptum manifestat. Peruersitas autem dæmonū hoc habet, quòd vnus alium non intendit ordinare ad Deum, sed magis ab ordine diuino abducere. & ideo vnus dæmon alium non illuminat. Sed vnus alij suum conceptum per modum locutionis intimare potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non quælibet veritatis manifestatio habet rationem illuminationis, sed solum quæ dicta est[e]. e

¶Ad secundū dicendū, ꝙ secundū ea quę ad materialē cognitionem 281
pertinent, non est necessaria manifestatio veritatis: neq; in angelis 291
neq; in dæmonibus, quia sicut suprà dictum est[e], statim à principio 390
suæ cōditionis omnia cognouerunt quæ ad naturalem cognitionem pertinent: & ideo maior plenitudo naturalis luminis, quæ est in superioribus dæmonibus, non potest esse ratio illuminationis.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ *Vtrum boni angeli habeant prælationem super malos.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd boni angeli non habeant prælationem super malos. Prælatio enim angelorum præcipue attenditur secundum illuminationes. Sed mali angeli, cum sint tenebræ, non illuminantur à bonis. Ergo boni angeli non sunt prælati super malos. 504

¶Præterea, Ad negligentiā præsidentis pertinere videntur ea quæ per subditos malę fiunt. Sed dæmones multa mala faciunt. Si igitur

subsunt

subsunt prælationibus bonorum angelorum, videtur in angelis bonis esse aliqua negligentia, quod est inconueniens.

¶Præterea, Prælatio angelorum sequitur naturæ ordinem, vt suprà
537 dictum est[e]. Sed si dæmones de singulis ordinibus ceciderunt (vt
538 communiter dicitur) multi dæmones multis bonis angelis sunt superiores ordine naturæ. Non ergo boni angeli prælationem habent super omnes malos.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 3. de Trin. quòd spiritus vitæ desertor atq; peccator regitur per spiritū vitæ rationalem pium, & iustum. Et Greg. dicit, quòd potestates sunt angeli quorum ditioni virtutes aduersæ subiectæ sunt.

CONCLVSIO.

¶Angeli boni malis præferuntur.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd totus ordo prælationis primo & originaliter est in Deo, & participatur à creaturis, secundum quod Deo magis appropinquant. Illæ enim creaturæ super alias influentiam habent quæ sunt perfectiores, & Deo propinquiores. Maxima autem perfectio & per quam maxime Deo appropinquatur, est creaturarum fruentium Deo. Sicut sunt sancti angeli. Qua perfectione dæmones priuantur. Et ideo boni angeli super malos præ-
534 lationem habent, & per eos reguntur[e].

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ per sanctos angelos multa de diuinis mysteriis dæmonibus reuelantur, cū diuina iustitia exigit vt per dæmones aliqua fiant, vel ad punitionem malorum, vel ad exercitationē bonorū. Sicut in rebus humanis assessores iudicis reuelant tutoribus eius sentētiam. Huiusmodi autem reuelationes si ad angelos reuelantes comparentur, illuminationes sunt, quia ordināt eas ad Deum. Ex parte vero dæmonū non sunt illuminationes, quia eas in Deum non ordinant, sed ad expletionem propriæ iniquitatis.

¶Ad secundum dicendum, quod sancti angeli sunt ministri diuinæ sapientiæ. Vnde sicut diuina sapientia permittit aliqua mala fieri per malos angelos, vel homines propter bona quæ ex eis elicit: ita & boni angeli non totaliter cohibent malos à nocendo.

¶Ad tertium dicendum, quòd angelus qui est inferior ordine naturæ, præest dæmonibus, quamuis superioribus ordine naturæ: quia virtus diuinæ iustitiæ cui inhærent boni angeli, potior est quàm virtus naturalis angelorum. Vnde & apud homines spiritualis iudicat omnia: vt dicitur 1. ad Cor. 2. Et Phil. dicit in lib. Ethic. quòd virtuosus est regula, & mensura omnium humanorum actuum.

QVAESTIONIS CENTESIMAEDECIMÆ, de præsidentia angelorum super creaturam corporalem, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præsidentia angelorum super creaturam corporalem.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo vtrum creatura corporalis administretur per angelos. ¶Secundo, vtrum creatura corporalis obediat angelis ad nutum. ¶Tertio, vtrum angeli sua virtute possint immediate mouere corpora localiter. ¶Quarto, vtrum angeli boni vel mali possint facere miracula.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrum creatura corporalis administretur per angelos.*

2.d.1.art. 3. Et 3. contra c. 78. & 83. Et veri. q. 5. ar. 8. Et opus. 3. c. 125. Et opus. 20. art. 1. vsque ad decimūsextum. Et opus. 20. col. 3.

541 AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ creatura corporalis non administretur per angelos. Res enim quæ habēt determinatum modū operandi, non indigent gubernari ab aliquo pręsidente. Ideo enim indigem⁹ gubernari, ne aliter operemur quàm oporteat. Sed res sibi corporales habent determinatas actiones ex naturis sibi diuinitus datis. Non ergo indigent gubernatione angelorum.

¶Præterea, Inferiora in entibus gubernantur per superiora. Sed in corporibus quędam dicuntur inferiora, quædam superiora. Inferiora igitur gubernantur per superiora. Non ergo est necessariū quòd gubernentur per angelos.

¶Præterea, Diuersi ordines angelorū distinguūtur secundū diuersa officia[e]. Sed si creaturæ corporales administrantur per angelos, tot erūt officia angelorū, quot sunt species rerū. ergo etiam tot erūt ordines angelorum, quot sunt species rerum. quod est contra suprà dicta[e]. non ergo corporalis creatura administratur per angelos.

530 ¶SED CONTRA est qđ Aug. dicit 3. de Trin. ꝙ oīa corpora
530 reguntur per spiritum vitæ rationalem: & Greg. dicit in 4. dia. ꝙ in hoc mundo visibili nihil nisi per creaturā inuisibilem disponi potest.

CONCLVSIO.

¶Præsident angeli super natura corporea, cui est vis particularis, cum illorum potestas sit vniuersalis.

¶RESPONDEO dicendū, ꝙ tam in rebus humanis q̄ in rebus naturalibus, hoc cōmuniter inuenitur, quòd potestas particularis gubernatur, & regitur à potestate vniuersali. Sicut potestas bal-
520 liui gubernatur à potestate regis. Et in angelis etiam est dictū[e], ꝙ
282 superiores angeli, qui præsunt inferioribus, habent scientiam magis vniuersalem. Manifestū est autē, ꝙ virtus cuiuslibet corporis est magis particularis, quàm virtus spiritualis substātiæ. Nam oīs forma corporalis est forma indiuiduata per materiam & determinata ad hic & nunc, formæ autem immateriales sunt absolutæ & intelligibiles. Et ideo sicut inferiores angeli, qui habent formas minus vniuersales, reguntur per superiores, ita omnia corporalia regūtur per angelos. Et hoc non solū à sanctis doctoribus ponitur, sed etiam ab omnibus Philosophis, qui incorporeas substantias posuerūt.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ res corporales habent determinatas actiones. Sed has actiones non exercent, nisi secundū quod mouentur: quia proprium corporis est quòd non agat, nisi per motum. Et ideo oportet, quòd creatura corporalis à spirituali moueatur.

¶Ad secundum dicendū, ꝙ ratio ista procedit secundū opinionē Arist. q. posuit ꝙ corpora cælestia mouentur à substātiis spiritualib⁹. Quarum numerū conatus fuit assignare secūdū numerū motuū qui apparēt in corporibus cælestibus. Sed non posuit ꝙ essent aliquæ substantiæ spirituales, quæ haberent immediatam præsidentiam supra inferiora corpora, nisi forte animas humanas. Et hoc ideo, q̄a nō cōsiderauit aliquas operationes in inferioribus corporibus exerceri, nisi naturales. Ad quas sufficiebat motus corporum cælestiū. Sed quia nos ponimus multa in corporibus inferioribus fieri præter naturales actiones corporū, ad quæ non sufficiunt virtutes cælestium corporum[e]: ideo secundum nos necesse est ponere, quòd angeli habeant immediatam præsidentiam, non solum supra cælestia corpora, sed etiam supra corpora inferiora.

¶Ad tertium dicendum, quòd de substantiis immaterialibus diuersimode Philosophi sunt locuti. Plato enim posuit substantias immateriales esse rationes & species sensibiliū corporum, & quasdam aliis vniuersaliores. Et ideo posuit substantias immateriales habere præsidentiam immediatam circa omnia sensibilia corpora[e], & diuersas circa diuersas. Arist. autem posuit quòd substantiæ immateriales non sunt species corporū sensibiliū, sed aliquid altius, & vniuersalius. Et ideo non attribuit eis immediatam pręsidentiam supra singula corpora, sed solū supra vniuersalia agentia, q̄ sunt corpora cælestia[e], Auic. vero mediā viam secutus est. Posuit enim cum Plat. aliquam substantiā spiritualem præsidentem immediate sphæræ actiuorum, & passiuorū, eo quòd sicut Plat. ponebat, quòd formę horum sensibilium deriuantur à substantiis immaterialibus: ita etiā Auic. hoc posuit[e]. Sed in hoc à Pla. differt, ꝙ posuit vnā tantū substantiā immaterialem præsidentem omnibus corporibus inferioribus, quā vocauit intelligentiam agētem. Doctores autē sancti posuerunt sicut & Platonici diuersis rebus corporeis diuersas substantias spirituales esse propositas. Dicit enim Aug. in libro 83. q. Vnaquæq; res visibilis in hoc mūdo habet angelicam potestatem sibi præpositam. Et Dam. dicit, Diabolus erat ex his angelicis virtutibus quæ præerant terrestri ordini. & Ori. dicit super illud Nume. 22. Cum vidisset asina angelū, quòd opus est mūdo angelis, qui præsunt super bestias, & præsunt animalium natiuitati, & virgultorum, & plantationum, & cæterarum rerū incrementis. Sed hoc non est ponendū propter hoc quòd secūdum suam naturā vnus angelus magis se habeat ad pręsidendū animalibus quàm plantis, quia quilibet angelus etiā minimus habet altiorē virtutem & vniuersaliorē quàm aliquod genus corporaliū: sed ex ordine diuinæ sapiētiæ, quæ diuersis rebus diuersos rectores præposuit. Nec tamen propter hoc sequitur, ꝙ sint plures ordines angelorū quàm nouem: quia sicut suprà dictum est[e], ordines distinguuntur secundū generalia officia. Vnde sicut secundū Greg. ad ordinem

potestat

a ¶ *Super quæstionis centesimædecimæ Articulum primum.*

Commēt. Titulus clarus. ¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Omnia corporalia reguntur per angelos. Probatur dupliciter. Primo ratione, Omnis potestas particularis regitur per vniuersalem. potestas corporea est particularis, angelica vniuersalis. ergo corporea regitur per angelicam. Maior probatur inductiue in humanis & in angelicis. Minor probatur, quia corporea vis est hic ad materiam, &c. angelica autem absoluta, & intellectualis. Secundo autoritate sanctorum & Philosophorum.

¶ In responsione ad se- 169
cundum, & tertium aduerte, quòd angelos habere immediatam præsidentiam super corpora inferiora, contingere potest vno modo, vt angeli sint distributi secundum numerum specierum ad explenda naturalia opera. Et hoc fuit Platonicum: & reprobatur. Secundo modo, vt angeli sint distributi iuxta specierum quidem numerum, sed non ad opera naturalia, sed propter diuina mysteria super naturalia explenda. Et hoc cum magna reuerentia, & dexteritate interpretatur ponendum diuus Thomas in litera, 137
si sanctos doctores nominatos ibi sequi volumus. Tertio modo, vt non iuxta numerum specierum præsint, sed vnus præsit omnibus inferioribus ad natu- 263
ralia opera. Et hoc fuit Auicen. & reprobatur hic, & in articulo sequenti, & alibi. Quarto modo, vt aliqui angeli sint deputati præsidentiæ corporalium non iuxta numerum 419
specierum, sed potius secundum numerum modorum, quibus res corporeæ diuinæ subsunt regulæ in ordine ad prædestinationis finem. Et hæc via, iudicio meo est secundum propriam mentem S. Thomæ, vt colligere possum, & hinc & ex aliis locis. Vnde in responsione ad secundum assertiue ponit pluraliter angelos oportere præsidere his corporibus propter mysteria diuina explenda: numerum autem eorum iuxta numerum specierum recitatiue tantum, & ad bonum motiuum reducendo, & sustentabilem ostendendo affert: & nunquam asserit, vt patet ex modo loquendi. Hoc, inquit, non est ponendum propter hoc, &c. Vbi se directorem magis quàm assertorem il- 530
lius opinionis euidenter ostendit.

a ¶ Super Quæstionis centesimædecimæ Articulum secũdum.

Comment. TItulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo opi. ad partem affirmatiũ. Secundo simul destruitur pars affirmatiua, & construitur negatiua: & sic respondetur quæsito negatiue.

542 12. artic. 80. art. 2. cor. Et 3. contra c. 103. Et po. qõ. 6. art. 3. Et ma. q. 16. art. 9. & 10. Et quol. 9. art. 10.

¶ Quo ad primum referuntur opiniones Plat. & Auic. q̃ materia corporalis obedit substantiis immaterialibus ad mutationem formalem.

¶ Quo ad secundum ponitur conclusio negatiua, quòd materia corporalis non obedit angelis immediate ad transmutationem formalem. Et probatur ex duobus propositionibus, s. compositũ ex materia, & forma tantũ fit: & omne quod fit, fit, à sibi simili. Ex his enim sequitur, quòd transmutatio formalis

326 541 est à solo composito, aut ex eminentius continente in seipsum cõpositum, scilicet materiam & formam: quod est solus Deus, vt superius deducta sunt omnia.

a ¶ Super Quæstionis centesimædecimæ Articulum tertium.

Commen. TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Natura corporalis nata est moueri immediate à natura spirituali secundum locum. Probatur tripliciter, Primo ratione diuina sapientia coniungit fines primorum principiis secundorum. ergo natura inferior in sui supremo attingitur à natura superiori. ergo natura corporalis in sui supremo attingitur à spirituali. ergo secundum motum localem. Antecedens est Dionys. prima consequentia est euidẽs. Secunda probatur: quia natura corporalis est infra spiritualem. Tertia vero probatur: quia motus localis est perfectissimus omnium motuum. quod probatur, quia mobile localiter vt sic, non est in potẽtia ad aliquid intrinsecum: sed extrinsecum tantum, secundo probatur autoritate Philosophorum. Tertio experientia, qua corpus vi-

245 demus moueri ab anima principaliter secundum locum.

¶ Circa hæc esset discutiendum quomodo, & vnde motus localis est perfectissimus omnium motuum: sed quoniam hoc spectat ad octauum Physic. ideo vide ibi, & in quæst. extrauagante.

a ¶ Super Quæstionis centesimædecimæ Articulum quartum.

Commẽt. TItulus clarus.

¶ In corpore est vna conclusio responsiua quæsito negatiue,

336 Angeli non possunt virtute propria mirabilia facere. Probatum potestatum pertinẽt oẽs angeli qui habẽt proprie præsidentiã super dæmones sita ad ordinẽ virtutũ pertinere videtur oẽs angeli q̃ habent præsidentiã super res pure corporeas. Horum enim ministerio interdũ etiam miracula fiũt.

ARTICVLVS II.

a ¶ Vtrũ materia corporalis obediat angelis ad nutũ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd materia corporalis, obediat angelis ad nutum. Maior est enim virtus angeli quàm virtus animæ. Sed conceptioni animæ maxime obedit materia corporalis. Immutatur enim corpus hominis ex conceptione animæ ad calorem & frigus, & quandoque vsque ad sanitatem & ægritudinem. Ergo multo magis secundum conceptionem angeli materia corporalis transmutatur.

¶ Præterea, Quicquid potest virtus inferior, potest virtus superior. Sed virtus angeli est superior quàm materia corporalis: corpus autem sua virtute potest trãsmutare materiam corporalem ad formam aliquam, sicut patet cum ignis generat ignem: ergo multo fortius virtute sua angeli possunt materiam corporalem transmutare ad aliquam formam.

¶ Præterea, Tota natura corporalis administratur per angelos, vt dictum est[c]. Et sic videtur quòd corpora se habẽt ad angelos sicut instrumẽta. Nã ratio instrumẽti est quòd sic mouens motum. Sed in effectibus aliquid inuenitur ex virtute principalium agentium, quod non potest esse per virtutẽ instrumenti. Et hoc est id quod est principalius in effectu. Sicut digestio nutrimenti est per virtutem caloris naturalis qui est instrumentum animæ nutritiuæ: sed quòd generetur caro viua, est ex virtute animæ: similiter quòd secetur lignũ, pertinet ad ferram, sed quòd perueniatur ad formam lecti, est ex virtute artificis: ergo forma substantialis quæ est principalius in effectibus corporalibus, est ex virtute angelorum. materia ergo obedit ad sui informationẽ angelis.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit 3. de Trin. Non est putandum iistis transgressoribus angelis ad nutũ seruire hanc visibilium rerum materiam, sed soli Deo.

CONCLVSIO.

¶ Materia corporalis non obedit angelis immediate ad transmutationem formalem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Platonici posuerunt formas, quæ sunt in materia, causari ex immaterialibus formis[c]: quia formas materiales ponebant esse participationes quasdã immaterialiũ formarũ. Et hos quantum ad aliquid secutus est Auic. qui posuit oẽs formas, quæ sunt in materia, procedere à cõceptione intelligẽtiæ: & quòd agentia corporalia sunt solum disponentia ad formas. Qui in hoc videntur fuisse decepti, quia existimauerunt formam quasi aliquid per se factum, vt sic ab aliquo formali principio procederet.

¶ Sed si Philosoph. probat in 7. Met. hoc quod proprie fit est cõpositũ. Hoc enim proprie est quasi subsistens[c]. Forma autẽ non dicitur ens quasi ipsa sit, sed sicut quo aliquid est: & sic per consequẽs nec forma proprie fit. Eius enim est fieri cuius est esse, cũ fieri nihil aliud sit quàm via in esse. Manifestũ est autẽ quòd factũ est simile faciẽti, quia omne agens agit sibi simile. Et ideo id quòd facit res naturales, habet similitudinẽ cũ cõposito, vel quia est compositum, sicut ignis generat ignẽ: vel quia totũ cõpositum & quantũ ad materiã, & quãtum ad formã, est in virtute ipsius. Quod est propriũ Dei. Sic igitur omnis informatio materiæ, vel est à Deo immediate, vel ab aliquo agente corporali, non autem immediate ab angelo[c].

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd anima nostra vnitur corpori vt forma. Et sic nõ est mirũ, si formaliter trãsmutatur ex conceptione ipsius: præsertim cũ motus sensitiui appetitus qui fit cum quadã transmutatione corporali: subdatur imperio rationis: angelus autem non sic se habet ad corpora naturalia. Vnde ratio non sequitur.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd id quod pot virtus inferior: potest superior: non eodem sed excellentiori modo[c]. Sicut intellectus cognoscit b sensibilia excellentiori modo quàm sensus. Et sic angelus excellen- 416 tiori modo trãsmutat materiam corporalem quàm agentia corpo- 432 ralia, scilicet mouẽdo ipsa agẽtia corporalia tanquã causa superior. d

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet ex virtute angelorum aliquos effectus sequi in rebus naturalibus, ad quæ agentia corporalia non sufficerent. Sed hoc non est angelo obedire materiã ad nutum: sicut nec cocis obedit materia ad nutũ: quia aliquem modum decoctionis operantur per ignem secundum aliquam artis moderationem: quam ignis per se non faceret: cum reducere materiam in actũ, formæ substantialis, non excedat virtutem corporalis agentis, quia simile natum est sibi simile facere.

ARTICVLVS III.

a ¶ Vtrum corpora obediant angelis ad motum localem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ corpora 543 non obediant angelis ad motũ localẽ. Motus enim localis corporũ naturaliũ sequitur formas eorũ. Sed angeli nõ causant formas corporũ naturaliũ, vt dictum est. Ergo neque possunt causare in eis motũ localem. 542 *Locis supra artic. 2. notatis.*

¶ Præterea, In 8. Phys. probatur, q̃ motus localis est primus motuum. Sed angeli non possunt causare alios motus, transmutando materiam formaliter. Ergo neque etiã possunt causare motum localem.

¶ Præterea, Membra corporalia obediunt conceptioni animæ ad motum localem inquantum habent in seipsis aliquod principium vitæ. In corporibus autem naturalibus non est aliquod principium vitæ. Ergo non obediunt angelis ad motum localem.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit 3. de Trin. quòd angeli adhibent semina corporalia ad aliquos effectus producendos[c]. b Sed hoc non possunt facere nisi localiter mouendo. Ergo corpora 564 obediunt eis ad motum localem.

CONCLVSIO.

¶ Natura corporalis apta nata est moueri à natura spirituali, & angelis quo ad motum localem.

¶ RESPONDEO dicẽdũ, q̃ sicut Dion. dicit 7. c. de di. no. diuina sapientia coniũgit fines primorũ principiis secundorũ. Ex quo patet, q̃ natura inferior in sui supremo attingitur à natura superiori. Nam autẽ corporalis est infra naturã spiritualẽ. Inter oẽs autem motus corporeos perfectior est motus localis, vt probatur in 8. Phys. Cuius ratio est, quia mobile secundũ locũ non est in potẽtia ad aliquid intrinsecũ inquantũ huiusmodi, sed solũ ad aliquid extrinsecũ, scilicet ad locũ. & ideo natura corporalis nata est moueri immediate à natura spirituali secũdum locum, vnde & Philosophi posuerunt suprema corpora moueri localiter à spiritualibus substantiis, vnde videmus, q̃ anima mouet corpus primo, & principaliter locali motu.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in corporibus sunt alij motus locales præter eos qui consequuntur formas[c]. Sicut fluxus, & 517 refluxus maris non consequitur formam substantialem aquæ, sed virtutem lunæ. Et multo magis aliqui motus locales consequi possunt virtutem spiritualium substantiarum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd angeli causando motum localem tanquam priorem, per eum causare possunt alios motus, adhibẽdo, scilicet agentia corporalia ad huiusmodi effectus producendos, sicut faber adhibet ignem ad demolitionem ferri.

¶ Ad tertium dicendum, quòd angeli habent virtutem minus contractam quàm animæ. Vnde virtus motiua animæ contrahitur ad corpus vnitum quod per eam viuificatur, quo mediante alia potest mouere. Sed virtus angeli non est contracta ad aliquod corpus. Vnde potest corpora non coniuncta localiter mouere.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ Vtrum angeli possint facere miracula.

AD QVARTVM sic, pcedit. Videt q̃ angeli possunt 544 facere miracula. Dicit enim Greg. Virtutes vocãtur illi spiritꝰ per quos signa, & mirabilia frequentiꝰ fiũt. 21. q. 178. *artic. 4.*

¶ Præterea, Aug. dicit in lib. 83. q. quòd magis faciunt miracula per priuatos cõtractus, boni Christiani per publicam iustitiam, mali Christiani per signa publicæ iustitiæ. Sed magi faciunt miracula per hoc quod exauduntur à dæmonibus, vt ipse alibi in eodem lib. dicit. Ergo dæmones miracula possunt facere. Ergo multo magis angeli boni. *Et 3. contra c. 102. & 103. Et po. qõ. 6. artic. 3. & 4. Et mal. q. 16. ar. 9 Et opus. 3. ca. 138. Et opus. 11. art. 5. vsque ad 19.*

¶ Præterea, Aug. in eodem lib. dicit quòd omnia quæ visibiliter fiunt, etiam per inferiores potestates aëris huius non absurde fieri posse creduntur. Sed quando effectus aliquis naturalium causarum producitur absque ordine naturalis causæ, hoc dicimus esse miraculum. Puta cũ aliquis sanatur à febre, non per operationem naturæ. Ergo angeli & dæmones possunt facere miracula.

¶ Præterea, Virtus superior nõ subditur ordini inferioris causæ. Sed natura corporalis est inferior angelo. ergo angel' pot operari præter ordinem

ordinem corporalium agentium. Quod est miracula facere.

¶ SED CONTRA est quod de Deo dicitur in Psal. Qui facit mirabilia magna solus.

CONCLVSIO.

¶ Solus Deus, & non agenti propria virtute miracula facere potest, cum solus præter ordinem vniuersæ creaturæ facere possit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd miraculum proprie dicitur cum aliquid fit præter ordinẽ naturæ. Sed non sufficit ad rationem miraculi, si aliquid fiat præter ordinem naturæ alicuius particularis. Quia sic cum aliquis proiicit lapidem sursum, miraculum faceret cum hoc fit præter ordinem naturæ lapidis. Ex hoc ergo aliquid dicitur esse miraculum, quòd fit præter ordinem totius naturæ creatæ. Hoc autem non potest facere nisi Deus. Quia quicquid facit angelus, vel quæcunq; alia creatura propria virtute, hoc fit secundum ordinem naturæ creatæ. Et sic non est miraculum. Vnde relinquitur quòd solus Deus miracula facere possit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd angeli aliquid dicuntur miracula facere: vel quia ad eorum desiderium Deus miracula facit, sicut & sancti homines dicuntur miracula facere, vel quia aliquod ministerium exhibent in miraculis quæ fiunt, sicut colligendo puueres in resurrectione communi, vel huiusmodi aliquid agendo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd miracula, simpliciter loquendo, di- c cuntur, vt dictum est[c], cum aliqua fiunt præter ordinem totius naturæ creatæ. Sed quia non omnis virtus naturæ creatæ est nota nobis: ideo cum aliquid fit præter ordinem naturæ creatæ nobis notæ per virtutem creatam nobis ignotam, est miraculũ quo ad nos. Sic igitur cum dæmones aliquid faciunt sua virtute naturali, miracula dicuntur non simpliciter, sed quo ad nos. Et hoc modo magi per dæ- b mones miracula faciunt[c]. Et dicuntur fieri per priuatos cõtractus: 594 quia quælibet virtus creaturæ in vniuerso se habet vt virtus alicuius priuatæ personę in ciuitate. Vnde cum magus aliquid facit per actũ initum cum dæmone, hoc fit quasi per quendam priuatum contractum. Sed iustitia diuina est in toto vniuerso, sicut lex publica in ciuitate. Et ideo boni Christiani in quantum per iustitiam diuinam miracula faciũt, dicuntur facere miracula per publicam iustitiam: mali autem Christiani per signa publicæ iustitiæ: sicut inuocando nomen Christi, vel exhibendo aliqua sacramenta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd spirituales potestates possunt facere ea quæ visibiliter fiunt in hoc mundo, adhibendo corporalia semina per motum localem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet angeli possint aliquid facere præter ordinem naturæ corporalis, non tamen possunt aliquid facere præter ordinem totius creaturæ: quod exigitur ad rationem mi- a raculi, vt dictum est[c].

QVAESTIONIS CENTESIMAE VNdecimæ, de actione Angelorum in homines, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de actione angelorum in homines. Et primo quęritur vtrum possint eos immutare sua virtute naturali. Secundo, quomodo mittantur à Deo ad ministerium hominum. Tertio, quomodo custodiunt homines.

¶ Circa primum quæruntur quatuor. ¶ Primo, vtrum angelus possit illuminare intellectum hominis. ¶ Secundo, vtrum possit immutare affectum eius. ¶ Tertio, vtrum possit immutare imaginationem eius. ¶ Quarto, vtrum possit immutare sensum eius.

ARTICVLVS I.

a ¶ Vtrum angelus possit illuminare hominem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̃ angelus non possit illuminare hominem. Homo enim illuminatur per fidem. Vnde Dion. in ecclesiastica hierarc. illuminationẽ attribuit baptismo, qui est fidei sacramentũ, Sed fides immediate est à Deo, secundũ illud ad Eph. 2. Gratia estis saluati per fidẽ, & non ex vobis. Dei enim donũ est, Ergo homo nõ illuminatur ab angelo, sed immediate à Deo. 545 12. q. 112. *art. 2. ad secũdum. Et 2. dist. 18. qõ. 2. ar. 2. ad tertium, quartum & quintum. Et 3. contra c. 81. princip. Et veri. q. 11. ar. 1. Et quol. 9. q. 4. ar. 5. cor.*

¶ Præterea, Super illud Rom. 1. Deus illis manifestauit: dicit glosa, quòd non solum ratio naturalis ad hoc profuit, vt diuina hominibus manifestarentur: sed Deus illis reuelauit per opus suum, scilicet per creaturam. Sed vtrunque est à Deo immediate, scilicet ratio naturalis & creatura. Ergo Deus immediate illuminat hominem.

¶ Præterea, Quicunque illuminatur cognoscit suã illuminationem. Sed homines non percipiunt se ab angelis illuminari. Ergo non illuminantur ab eis.

¶ SED CONTRA est, q̃ Dio. probat in 4. ca. cæ. hierar. quòd reuelationes diuinorũ peruenint ad homines mediantibus angelis, vt suprà dictum est[c]. Huiusmodi autem reuelationes sunt illuminationes, vt suprà dictũ est[c]. Ergo homines illuminantur per angelos. 530 *Et quol. 9. q. 4. ar. 5. cor.*

CONCLVSIO.

¶ Cum homines inferiores sint natura angelis, per ipsos illuminantur. 555 538

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cum diuinæ prouidentiæ ordo habeat, vt actionibus superiorum inferiora subdantur, vt suprà dictũ est, sicut inferiores angeli illuminantur per superiores: ita homines, qui sunt angelis inferiores, p eos illuminãtur. Sed modus vtriusq; illuminationis quodammodo est similis, & quodammodo diuersus. Dictum est enim suprà[c], quòd illuminatio, quæ est manifestatio diuinæ veritatis, secundũ duo attenditur, s. secundũ quòd intellectus inferior cõfortatur per actionẽ intellectus superioris, & secundũ q̃ proponũtur intellectui inferioris species intelligibiles, quæ sunt in superiori, vt capi possint ab inferiori. Et hoc quidem in angelis fit secundũ quòd superior angelus veritatẽ vniuersalẽ conceptã diuidit secundũ capacitatem inferioris angeli, vt suprà dictũ est[c]. Sed intellectus humanus non potest ipsam intelligibilẽ veritatem nudã capere: quia cõnaturale est ei vt intelligat per cõuersionem ad phãtasmata, vt suprà dictũ est[c]. Et ideo intelligibilem veritatem proponunt angeli hominibus sub similitudinibus sensibiliũ, secundum illud quod dicit Dion. r. c. cæ. hier. quòd impossibile est aliter nobis lucere diuinũ radiũ, nisi varietate sacrorũ velaminũ circũuelatum. Ex alia vero parte intellectus humanus tanquam inferior fortificatur per actionẽ intellectus angelici, & secundum hæc duo attenditur illuminatio, quia homo illuminatur ab angelo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad fidẽ duo concurrũt. Primo quidẽ habitus intellectus quo disponitur ad obediendũ voluntati tendẽti in diuinã veritatem. Intellectus enim assentit veritati fidei nõ quasi conuictus ratione, sed quasi imperatus à voluntate. Nullus enim credit nisi volens: vt Aug. dicit. & quantum ad hoc fides est à solo Deo. Secundo requiritur ad fidẽ, quòd credibilia proponantur credenti: & hoc quidẽ fit per hominem secundum q̃ fides est ex auditu: vt dicitur Rom. 10. sed per angelos principaliter, per quos hominibus reuelantur diuina: vnde angeli operantur aliquid ad illuminationem fidei. Et tamen homines illuminantur ab angelis, non solum de credendis, sed etiam de agendis.

¶ Ad secundũ dicẽdum, q̃ ratio naturalis quæ est immediate à Deo, pot per angelũ cõfortari: vt dictũ est[c]: & sic ex speciebus à creaturis acceptis tanto altior elicit intelligibilis veritas, quãto intellectus humanus fuerit fortior. Et sic p angelũ adiuuatur homo, vt ex creaturis perfectius in diuinã cognitionẽ deueniat.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q̃ opatio intellectualis & illuminatio, dupliter possunt cõsiderari. Vno modo ex parte rei intellectæ, & sic q̃cunq; intelligit vel illuminatur, cognoscit se ipsum intelligere, vel illuminari: q̃a cognoscit rem sibi esse manifestã. Alio modo ex parte principij. Et sic nõ quicunq; intelligit aliquã veritatẽ, cognoscit q̃d sit intellectus q̃ est principium intellectualis opationis. Et similiter nõ q̃cunq; illuminatur ab angelo, cognoscit se ab angelo illuminari.

ARTICVLVS II.

a ¶ Vtrũ angeli possint immutare voluntatẽ hominis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videt quòd angeli possint immutare voluntatẽ hominis: q̃a super illud Heb. 1. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, dicit glosa, quòd ignis sunt dum spiritu feruent, & vitia nostra vrunt. Sed hoc non esset nisi voluntatem immutarent. ergo angeli possunt immutare voluntatem. 546 12. q. 75. *artic. 3. Et 2. dist. 8. ar. 5. cor. Et 3. contra c. 88. 91. et 92. Et veri. q. 22. artic. 9. Et mal. q. 16. art. 11.*

¶ Præterea, Beda dicit, quòd diabol' nõ est immissor solũ malarũ cogitationũ, sed etiam incensor. Dam, autẽ vlterius dicit, q̃ etiã est immissor. Dicit enim in 2. li. q̃ oẽs malitia & immundæ passiones ex dæmonibus excogitatæ sunt, & immittere hoi sunt cõcessæ. Et pari rõne angeli boni immittũt & incẽdũt bonas cogitationes. Sed hoc non possent facere nisi immutarent volũtatẽ: ergo immutãt volũtatem.

a ¶ Super Quæstionis centesimæ vndecimæ Articulum primum.

Commẽt. TItulus clarus. 422

¶ In corpore duo. Primo respondet directe quæsito affirmatiue. Secundo tractat modum illuminationis.

¶ Quo ad primum conclusio est, Homines illuminantur per angelos. Probatur & manifestatur. Probatur, Diuinæ prouidentiæ ordo habet, vt actionibus superiorum, subdantur inferiora. ergo homines angeli. tenet sequela, quia inferiores sunt. manifestatur vero à simili, Sicut angeli inferiores illuminantur per superiores, ita homines per angelos.

¶ Quo ad secundum conclusio est, Modus vtriusque illuminationis est quodammodo similis, & quodammodo diuersus. Probatur, & declaratur simul vtraque pars, Similis quidem est quo ad numerum capitum, & quo ad alterum caput. quo ad numerum quidem capitum: quia sicut angeli c illuminantur ex duobus capitibus, scilicet ex parte intellectus, & ex parte specierum: ita etiam homines ex duobus capitibus illustrantur ab angelis. quo ad alterum vero caput: quia eodem modo illuminatur angelus, & homo ex parte intellectus, scilicet per viam confortationis descendentis ab obiecto: vel illustrato à superiori, vt superius declaratum est. Dissimilis autem est quo ad reliquum caput, scilicet ex parte specierum: quoniam angelus illuminatur propositione particularorum conceptuum intelligibilium: homo vero applicatione similitudinum sensibilium. Probatur ratione, & autoritate. ratio est: quia naturale est homini cognoscere per phantasmata, autoritas Dion. Omnia in litera clara sunt quamuis non hoc ordine.

a ¶ Super Quæstionis centesimæ vndecimæ Articulum secundum.

Commẽt. TItulus clarus.

¶ In corpore vna distinctio trimembris cum singulis conclusionibus. Distinctio est, Voluntas pot mutari dupliciter, scilicet

51 scilicet ab intrinseco, & ab extrinseco: & hoc dupliciter in homine, quia vel ab ipso bono intellecto, seu præsentante ipsum, vel à passione partis sensitiuæ. Et sic sunt tria membra respectu voluntatis humanæ.

¶ Prima conclusio est, Voluntas à solo Deo potest immutari ab intus. 345 Probatur, vt suprà: quia eius tantum est immutare inclinationem, cuius est dare, &c. vt superius dictum est qõ. 106. articulo 2.

¶ Secũda est, Solus Deus mouet voluntatem obiectiue efficaci sufficientia: Angelus vero persuasione. Probatur, vt in loco prædicto.

¶ Tertia est, Angeli possunt immutare voluntatem ex parte passionum, non tamen necessitare. Probatur prima pars, q̃a possunt concitare huiusmodi passiones: secunda vero, quia voluntas semper remanet libera. & sic patet responsio ad quæsitũ: ꝙ Angelus non nisi aut suadẽdo, aut concitãdo immutare voluntatem potest: & hoc absque necessitatione.

511 *Annota.* ¶ Aduerte hic, ꝙ subdiuisio facta non est proprie subdiuisio: quoniam non multiplicatur motiuum voluntatis in subdiuisionis mẽbris. Vtrobiq; enim motiuum est bonum, vel apparens bonum intellectum. Sed est distinctio modorum offerendi ipsum obiectum. Potest enim offerri obiectum intelligibili modo: & sic offertur, vel à solo proprio intellectu, vel etiam ab intellectu suadentis. Potest etiam offerri sensibili modo, & sic præsentatur ab intrinseca passione voluntati non cuicunque, sed humanæ propter modum essendi animæ coniunctę, & ideo in hoc differt voluntas humana ab angelica, vt i litera dicitur.

a ¶ Super Quæstionis centesimæundecimæ Articulum tertium.

422 *Annota.* *Cõment.* Titulus clarus: nomine imaginationis intellige omnes sensus interiores.

547 ¶ In corpore vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiue, Angelus tam bonus quàm malus potest naturali sua virtute immutare imaginationem. Probatur, Natura corporalis obedit Angelo ad motum localem: ergo ad quæcunque possunt ex motu locali causari: ergo ad apparitiões imaginarias. Antecedẽs cum prima consequentia patet. secunda probatur: quia huiusmodi apparitiones interdum causantur ex motu locali spirituum & humorum. quod probatur & in dormientibus autoritate Arist. & in vigilantibus & phreneticis.

2. dist. 8. art. 5. col. Et veri. q. 11. art. 3. & qõ. 12. art. 8. & ma. q. 3. ar. 1. Et q. 1. art. 11.

542 *Annota.* ¶ Aduerte circa literam, quòd infertur conclusio ex prædicta ratione, non

¶Præterea, Angelus, sicut est dictum,[e] illuminat intellectum hominis mediantibus phantasmatibus. Sed sicut phantasia, quæ deseruit intellectui, potest immutari ab angelo: ita & appetitus sensitiuus qui deseruit voluntati, quia & ipse etiam est vis vtens organo corporali. Ergo sicut illuminat intellectum, ita potest immutare voluntatem.

SED CONTRA est, quòd immutare voluntatem est proprium Dei: secundum illud Prouerb. 21. Cor regis in manu Domini: quocunque voluerit, vertet illud.

CONCLVSIO.

¶ Angeli non nisi suadendo, seu concitando, hominis voluntatem immutare possunt, non tamen cogendo: quam tamen ab intrinseco, & extrinseco Deus mouere efficacissime potest.

¶RESPONDEO dicendum, quòd voluntas potest immutari dupliciter. Vno modo ab interiori, & sic cum motus voluntatis non sit aliud q̃ inclinatio voluntatis in rem volitã, solius Dei est sic immutare voluntatẽ, qui dat naturæ intellectuali virtutẽ talis inclinatiõis. Sicut enim inclinatio naturalis non est, nisi à Deo, q̃ dat naturã, ita inclinatio volũtaria non est nisi à Deo, q̃ causat voluntatẽ. Alio mõ mouetur voluntas ab exteriori. Et hoc in angelo est vno mõ tñ, s. à bono apprehẽso per intellectũ. Vnde secundũ q̃d aliq̃s est causa ꝙ aliquid apprehendatur vt bonum ad appetendum, secũdum hoc mouet voluntatẽ. Et sic sol[9] Deus efficaciter potest mouere volũtatem, angelus autem & homo per modũ suadentis, vt suprà dictum est[e]. Sed præter hũc modũ etiã aliter mouetur in hominibus voluntas ab exteriori, s. ex passione existente circa appetitum sensitiuum. Sicut ex concupiscẽtia, vel ira inclinatur volũtas ad aliquid volendum: & sic etiam Angeli inquantum possunt cõcitare huiusmodi passiones, possunt volũtatẽ mouere, non tñ ex necessitate. q̃a voluntas semper remanet libera ad cõsentiẽdum, vel resistendũ passioni.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ministri Dei vel hoĩes vel Angeli dicuntur vrere vitia, & inflãmare ad virtutes per modũ psuasionis.

¶Ad secũdum dicendum, quòd dæmones non possunt immittere cogitationes, interius eas causando: cum vsus cogitatiuæ virtutis subiaceat voluntati. Dicitur tamen diabolus incensor cogitationum, inquantũ incitat ad cogitandum vel ad appetẽdum cogitata per modum persuadentis, vel passionem cõcitantis. Et hoc ipsum incendere Dam. vocat immittere: quia talis operatio interius fit. Sed bonæ cogitationes attribuũtur altiori principio, scilicet Deo, licet angelorum ministerio procurentur.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ intellectus humanus secundum præsentem statum non potest intelligere nisi conuertendo se ad phantasmata[e]: sed voluntas humana potest aliquid velle ex iudicio rationis non sequendo passionem appetitus sensitiui. Vnde non est simile.

a ¶ Vtrum angelus possit immutare imaginationem hominis.

ARTICVLVS III.

AD TERTIVM sic pceditur. Videtur quòd angelus nõ possit immutare imaginationem hominis. Phãtasia enim vt dicitur in libro de Anima, est motus factus a sensu secundum actum. Sed si fieret per immutationem angeli, nõ fieret à sensu secundum actum: ergo est contra rationem phantasiæ, quæ est actus imaginatiuæ virtutis, vt sit per immutationem angeli.

¶Præterea, Formæ quæ sunt in imaginatione, cũ sint spirituales, sunt nobiliores formis quæ sunt in materia sensibili. Sed angelus non potest imprimere formas in materia sensibili: vt dictum est[e]. Ergo non potest imprimere formas in imaginatione. Et ita non potest eam immutare.

¶Præterea, Aug. dicit 12. super Ge. ad lit. Commixtione alterius spiritus fieri potest, vt ea quæ ipse scit per huiusmodi imagines, ei cui miscetur, ostẽdat, siue intelligenti, siue ab alio intellecta pandantur. Sed non videtur, quòd angelus possit misceri imaginationi humanę, neq; quòd imaginatio possit capere intelligibilia quæ angel[9] cognoscit: ergo videtur quòd angelus non possit mutare imaginationem.

¶Præterea, In diuisione imaginaria homo adheret similitudinibus rerum quasi ipsis rebus. Sed in hoc est quædam deceptio. Cum ergo angelus bonus non possit esse causa deceptionis, videtur quòd non possit causare imaginariam visionem, imaginationem immutando.

¶SED CONTRA est, quod ea quæ apparent in somnis, videntur imaginaria visione. Sed angeli reuelant aliqua in somnis, vt patet Mat. 1. & 2. de angelo qui Ioseph in somnis apparuit. Ergo angelus potest imaginationem mouere.

CONCLVSIO.

¶ Potest tã angelus malus quàm bonus naturalibus suis viribus ipsam hominis imaginationem immutare.

¶RESPONDEO dicendum, quòd angelus tam bonus quàm malus virtute naturæ suæ potest mouere imaginationem hominis. Quod quidem sic considerari potest. Dictum est enim suprà[e], quòd natura corporalis obedit angelo ad motum localem. Illa ergo quæ ex motu locali aliquorum corporum possunt causari, subsunt virtuti naturali angelorum. Manifestũ est autem, quòd apparitiones imaginariæ causantur interdum in nobis ex locali mutatione corporalium spirituum & humanorum. Vnde Arist. in lib. de som. & vig. assignans causam apparitionis somniorum[e] dicit quòd cum animal dormit descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendunt motus, id est impressiones relictæ ex sensibilium motionibus quæ in spiritibus sensualibus conseruantur, & mouent principium sensitiuum: ita quòd fit quædam apparitio, ac si tunc principium sensitiuum à rebus ipsis exterioribus mutaretur. Et tanta potest esse commotio spirituum & humorũ, quòd huiusmodi apparitiones etiam vigilantibus fiunt, sicut patet in phreneticis, & in aliis huiusmodi. Sicut igitur hoc fit per naturalem commotionem humanorum, & quandoq; etiam per voluntatem hominis, qui voluntarie imaginatur quod prius senserat, ita etiam hoc 423 b potest fieri virtute angeli boni, vel mali. Quandoque quidem cum alienatione à corporeis sensibus, quandoque autem absque tali alienatione.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ principiũ phãtasię est à sensu scd̃m actũ. Nõ enim possumus imaginari q̃ nullo mõ sentim[9], vel secundũ totũ, vel scd̃m partẽ. Sicut cæcus natus non põt imaginari colorem. Sed aliq̃n imaginatio informatur, vt actus phantastici motus consurgat ab impressionibus interius conseruatis, vt dictum est[e]. 520 o

¶Ad secundũ dicẽdũ, ꝙ angelus trãsmutat imaginationẽ: non quidẽ imprimẽdo aliquã formã imaginariã nullo modo p sensum pri[9], acceptã. Nõ enim posset facere ꝙ cæc[9] imaginaretur colores. Sed hoc facit per motum localẽ spirituum, & humanorum: vt dictum est[e].

¶Ad tertium dicendum, quòd commistio illa spiritus angelici ad imaginationem humanam non est per essentiam: sed per effectum, quem prædicto modo in imaginatione facit, cui demonstrat quæ ipse nouit, non tamen eo modo quo ipse nouit.

¶Ad quartum dicendũ, ꝙ angelus causans aliquã imaginariam visionem quandoque quidem simul intellectum illuminat, vt cognoscat quid per huiusmodi similitudines significetur. Et tunc nulla est deceptio. Quandoque vero per operationem angeli solummodo similitudines rerũ apparent in imaginatione. Nec tamen tunc causatur deceptio ab angelo, sed ex defectu intellectus eius cui talia apparent, sicut nec Christus fuit causa deceptionis in hoc quòd multis turbis in parabolis proposuit, quod non exposuit eis.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ Vtrum angelus possit immutare sensum humanum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, ꝙ angelus non possit immutare sensum humanum. Operatio enim sensitiua est operatio vitæ: huiusmodi autẽ operatio non est à principio extrinseco. Non ergo operatio sensitiua potest causari ab angelo. 548 *Loci supra art. 3. inductis.*

¶Præterea, Virtus sensitiua est nobilior quàm nutritiua. Sed angelus

nuda, sed amplius illustrata præcedentibus, & concomitantibus. Apparitio siquidem imaginaria ex tribus potest prouenire causis, scilicet ex voluntate imaginantis, ex commotione naturæ sanæ, vel ægræ, & ex cõmotione ab extrinseca causa, s. Angeli. Et ideo infertur conclusio, quòd quemadmodum interdum ex prima, interdum ex secunda, ita interdum ex tertia prouenit. Et sic ratio allata infert manifestius intentum. Rursus, quia commotio & apparitio ista dupliciter se habet ad sensus exteriores: quia, scilicet quandoque retrahit ab eis, & quandoque non. Ideo ad pleniorem doctrinam apposuit eam fieri quandoq; comitãtibus sensibus, & quandoque abiectis.

a ¶ Super Quæstionis centesimævndecimæ Articulum quartum.

Titulus clarus. *Commen.*

¶In corpore vna distinctio bimembris, & vna conclusio bimembris respõsiua quæsito affirmatiue secundum vtrunq; mẽbrum. 543

¶ Distinctio sensus potest dupliciter immutari ex parte obiecti, & ex parte organi. *quasi simile.* Conclusio est, Sensus ab angelo potest vtrinque immutari. 423 b Probatur, quia potest offerre obiectum, & commouere spiritus atque humores. oĩa clara sunt. *Commẽt.*

a ¶ Super Quæstionis centesimæduodecimæ Articulum primum.

Commẽt. Titulus clarus quo ad quid nominis.

544 ¶ In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue. Aliqui angeli mittuntur à Deo in ministerium. Conclusio habet tres partes, quòd mittuntur à Deo, quòd in ministerium. & sigillatim probatur. Primo, quòd mittuntur ex propria ratione missionis sic. Procedẽs ab aliquo, vt incipiat esse vbi vel non erat, vel non illo modo erat, mittitur. angelus est huiusmodi: ergo. Maior manifestatur reperendo supradicta de missione filij & spiritussancti, quibus cõuenit mitti, non vbi non erant, sed nouo modo essendi vbi erãt. Minor probatur ex differentia inter agens vniuersale & particulare sic, Proprium est agentis vniuersalis attingere totum vniuersum, & consequenter esse vbiq;: 267 ergo agens particulare attingit sic vnum, quòd 547 non aliud: & consequenter est ita hic, quòd non alibi. Ergo angelus acturus aliquid circa creaturam corpoream, de nouo applicat suam virtutem ad illam: ergo incipit esse vbi non erat. omnia clara sunt.

o *Annot.* ¶Et aduerte, quòd cum minor includat duo, scilicet angelum esse ab alio, & ipsum incipere esse alicubi, non fuit solicitus autor de primo, sed de secundo. Tum quia primum constat. Tum quia in secunda parte conclusionis statim probanda includitur. Secundo igitur probatur, quòd à Deo sic, Hoc totum procedit ex imperio diuino: ergo angelus mittitur à Deo. Antecedens patet, & demonstrat ly hoc applicationem virtutis de nouo in corpus subditum & esse ibi. Consequentia vero patet ex dictis in tractatu de missione superius, quia scilicet mittens est qui est causa inceptionis essendi alicubi simpliciter, vel nouo modo. Tertio probatur, quòd in ministerium, ex ratione ministri sic: Actio quam angelus missus exercet, est à Deo, vt à primo imperante, & propter 549 Deum vt vltimũ finem: ergo angelus habet se vt instrumentum: ergo vt minister. ergo actiones angelorum ministeria sunt: ergo ipsi in ministerium mittuntur. Antecedens patet. Prima consequentia probatur ex ratione instrumenti, scilicet ab alio & propter aliud. secunda probatur, q̃a minister nihil aliud est, q̃ instrumentũ intelligens. cæterę relinquuntur per se notæ.

Ad Heb. 2. l. 6. co.

gelus, vt videtur, nõ potest mutare virtutem nutritiuã sicut nec alias formas naturales. Ergo neq; virtutem sensitiuã immutare potest.

¶Præterea, Sensus naturaliter mouetur à sensibili. Sed angelus non potest immutare naturæ ordinem, vt suprà dictum est[e]. Ergo angelus nõ potest immutare sensum, sed semper à sensibili immutatur.

¶SED CONTRA est, quod angeli qui subuerterunt Sodomam, percusserunt Sodomitas cæcitate vel aurisia, vt ostium domus inuenire non possent, vt dicitur Gene. 19. Et simile legitur 4. Reg. 6. de Syris, quos Elisæus duxit in Samariam.

CONCLVSIO.

¶Potest angelus sensum hominis mouere vel opponendo aliquod sensibile exterius, vel intus humores concitando ad varias sensus apparitiones.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd sensus immutatur dupliciter. Vno modo ab exteriori, sicut cum mutatur à sensibili. Alio modo ab interiori. Videmus enim, quòd perturbatis spiritibus & humoribus immutatur sensus. Lingua enim infirmi, quia plena est cholerico humore, omnia sentit vt amara. Et simile contingit in aliis sensibus. Vtroq; autem modo angelus potest immutare sensum hominum sua naturali virtute. Potest enim angelus opponere exterius sensui sensibile aliquod vel à natura formatum, vel aliquod de nouo formando: sicut facit dum corpus assumit, vt suprà dictum est[e]. Similiter etiam potest interius commouere spiritus & humores, vt suprà dictum est[e], ex quibus sensus diuersimode immutentur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principium sensitiuæ operationis non potest esse absque principio interiori, quod est potentia sensitiua. Sed illud interius principium potest multipliciter ab exteriori principio commoueri, vt dictum est[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd per commotionem interiorem spirituũ & humorum potest angelus aliquid operari ad immutandum actum potentiæ nutritiuæ: & similiter potentiæ appetitiuæ & sensitiuæ, & cuiuscunque potentiæ corporali organo vtentis.

¶Ad tertium dicendum, quòd præter ordinem totius creaturæ angelus facere non potest, sed præter ordinem alicuius particularis naturæ facere potest, cũ tali ordini non subdatur. Et sic quodam singulari modo potest sensum immutare præter modum communem.

QVAESTIO CENTESIMA duodecima de Missione Angelorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de missione Angelornm. ¶Et circa hoc quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum aliqui angeli mittantur in ministerium. ¶Secundo, vtrum omnes mittantur. ¶Tertio, vtrum illi qui mittuntur, assistãt. ¶Quarto, de quibus ordinibus mittantur.

ARTICVLVS I.

a ¶Vtrum angeli in ministerium mittantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd angeli in ministerium non mittantur. Omnis enim missio est ad aliquem determinatum locum. Sed actiones intellectuales non determinant aliquem locum: quia intellectus abstrahit ab hic & nunc. Cum igitur actiones angelicæ sint intellectuales, videtur ꝙ angeli ad suas actiones agendas non mittantur.

¶Præterea, Cælum empyreum est locus pertinens ad dignitatem angelorum. Si igitur ad nos mittantur in ministerium, videtur quòd eorum dignitati aliquid depereat: quod est inconueniens.

¶Præterea, Exterior occupatio impedit sapientiæ contemplationem. Vnde dicitur Eccle. 29. Qui minoratur actu, percipiet sapientiam. Si igitur angeli aliqui mittuntur ad exteriora ministeria, videtur quòd retardentur à contemplatione. Sed tota eorum beatitudo in contemplatione Dei consistit. Si ergo mitterentur, eorum beatitudo minueretur. quod est inconueniens

¶Præterea, Ministrare est inferioris. Vnde dicitur Lucæ 22. Quis maior est qui recumbit, an ille qui ministrat, nónne qui recumbit. Sed angeli sunt maiores nobis ordine naturæ. Ergo non mittuntur in ministerium nostrum.

¶SED CONTRA est quod dicitur Exod. 23. Ecce ego mittam angelum meum qui præcedat te.

CONCLVSIO.

¶ Aliqui angeli speciali quodammodo mittuntur à Deo in ministerium creaturæ corporalis in Deum dirigendæ, vel deducendæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ex suprà dictis manifestum esse potest[e], quòd aliqui angeli in ministerium mittuntur à 334
Deo. Vt enim suprà dictum est[e], cum de missione diuinarum per- 534
sonarum ageretur, ille mitti dicitur, qui aliquo modo ab aliquo 126
procedit, vt incipiat esse vbi prius non erat, vel vbi prius erat per alium modum. Filius enim aut spiritussanctus mitti dicitur, vt à patre procedens per originem: & incipit esse nouo modo, id est per gratiam vel naturam assumptam, vbi prius erat per deitatis præsentiam. Dei enim proprium est vbique esse, quia cum sit vniuersale agens, eius virtus attingit omnia entia. Vnde est in omnibus rebus, vt suprà dictum est[e]. Virtus autem angeli cũ sit particulare 39
agens, non attingit totum vniuersum, sed sic attingit vnum, quòd non attingit aliud. Et ideo ita est hic quòd non alibi. Manifestum est autem per supradicta[e], quòd creatura corporalis per angelos 541
administratur. Cum igitur aliquid est fiendum per aliquem angelum circa aliquam creaturam corpoream, de nouo applicatur angelus illi corpori sua virtute. Et sic angelus de nouo incipit ibi esse. Et hoc totum procedit ex imperio diuino. Vnde sequitur secundum præmissa[e], ꝙ angelus à Deo mittatur. Sed actio quam 9
angelus missus exercet, procedit à Deo, sicut à primo principio, 274
cuius nutu & autoritate angeli operantur: & in Deum reducitur 541
sicut in vltimũ finem. Et hoc facit ratione ministerij. Nã minister est sicut instrumentum intellectus. Instrumentum autẽ ab alio mouetur, & eius actio ad aliud ordinatur. Vnde actiones angelorum ministeria vocantur. Et propter hoc dicuntur in ministeriũ mitti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliqua operatio dupliciter dicitur intellectualis. Vno modo quasi in ipso intellectu consistens, vt contemplatio. Et talis operatio non determinat sibi locum: imò vt Aug. dicit 4. de trin. etiam nõ secundũ quod aliquid æternum mente facimus, non in hoc mundo sumus. Alio modo dicitur aliqua actio intellectualis, quia est ab aliquo intellectu regulata & imperata. Et sic manifestum est quòd operationes intellectuales interdum determinant sibi loca.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ cælum empyreum pertinet ad dignitatem angeli, secundum congruentiam quandam: quia congruum est vt supremum corporũ naturæ quæ est supra omnia corpora, attribuatur. Non tamen angelus aliquid dignitatis accipit à cælo empyreo. Et ideo quando actu non est in cælo empyreo, nihil eius dignitati subtrahitur: sicut nec regi quando non actu sedet in regali solio, quod congruit eius dignitati.

¶Ad tertium dicendum, quòd in nobis exterior occupatio puritatem contemplationis impedit; quia actioni insistimus secundum sensitiuas virtutes quarum actiones cum intenduntur, retardantur actiones intellectiuæ virtutis. Sed angelus per solã intellectualem operationem regulat suas actiones exteriores. Vnde actiones exteriores in nullo impediunt eius contemplationem: quia duarum actionum; quarum vna est regula & ratio alterius: vna non impedit, sed iuuat aliam. Vnde Greg. dicit in 2. mo. quòd angeli non sic foris exeunt: vt internæ contemplationis gaudiis priuentur.

¶ Ad quartum dicendum, ꝙ angeli in suis actionibus exterioribus ministrant principaliter Deo, & secundario nobis: non quia nos sumus superiores eis, simpliciter loquendo, sed quilibet homo vel angelus inquantum adhærendo Deo fit vnus spiritus cum Deo, est superior omni creatura. Vnde Apostolus ad Ephe. dicit, Superiores sibiinuicem arbitrantes.

ARTICVLVS II.

a ¶Vtrum omnes angeli in ministerium mittantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ omnes angeli in ministerium mittantur. Dicit enim Apostolus ad Hebr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi. *2. dist. 10.*

¶Præterea, Inter ordines supremus est ordo seraphim, vt ex suprà *art. 2.*

a ¶ Super Quæstionis centesimæduodecimæ Artic. secũdum.

IN corpore tria. primo tractatur summarie ordo superioris & inferioris respectu executionis, seu ministerij. Secundo

dictis patet[e]. Sed seraphim est missus ad purgandum labia prophetæ: vt habetur Isaiæ 6. Ergo multo magis inferiores angeli mittunt.

¶Præterea, Diuinæ personæ in infimum excedunt omnes ordines angelorum. Sed diuinæ personæ mittuntur[e]. Ergo multo magis quicunque supremi angeli.

¶Præterea, Si superiores angeli non mittuntur ad exterius ministerium, hoc non est, nisi quia superiores angeli exequuntur diuina ministeria per inferiores. Sed cum omnes angeli sint inæquales, vt suprà dictum est[e], quilibet angelus habet inferiorem angelum præter vltimum: ergo vnus angelus solus vt ministraret in ministerium missus. Quod est contra id quod dicitur Dan. 7. Millia millium ministrabant ei.

¶SED CONTRA est, quod Greg. dicit referens sententiam Dionysij. Superiora agmina vsum exterioris ministerij nequaquam habent.

CONCLVSIO.

¶Non omnes angeli mittuntur, sed quidam assistūt.

¶RESPONDEO dicēdum, q̃ sicut ex supradictis patet[e], hoc habet ordo diuinæ prouidentiæ non solū in angelis, sed etiam in toto vniuerso, q̃ inferiora per superiora administrātur. Sed ab hoc ordine in rebus corporalibus aliquādo ex diuina dispēsatiōe receditur propter altiorem ordinem, secundū scilicet, q̃ expedit ad gratiæ manifestationem[e]. Quòd enim cæcus natus fuit illuminatus, quòd Lazarus fuit suscitatus, immediate à Deo factū est absq; aliqua actione cęlestium corporum. Sed & angeli boni & mali possunt aliquid in istis corporibus operari præter actionē cælestium corporum, condensando nubes in pluuias, & aliqua huiusmodi faciendo. Neq; alicui debet esse dubium, quin Deus immediate hominibus aliqua reuelare posset non mediantibus angelis, & superiores angeli non mediantibus inferioribus. & secundum hanc consideratione quidam dixerūt q̃ secundum communem legem superiores non mittūtur, sed inferiores tantum. Sed ex aliqua dispensatione diuina interdū etiam superiores mittuntur, sed hoc non videtur rationabile: quia ordo angelicus attenditur secundum dona gratiarum[e]. Ordo autem gratiæ non habet alium superiorem ordinem, propter quem prætermitti debeat: sicut prætermittitur ordo naturæ propter ordinem gratiæ. Considerandum est etiam, q̃ ordo naturæ in operatione miraculorum prætermittitur propter fidei confirmationem. Ad quam nihil valeret si prætermitteretur ordo angelicus, quia hoc à nobis percipi non posset. Nihil etiam est ita magnū in ministeriis diuinis, quod per inferiores ordines exerceri nō posit. Vnde Greg. dicit, quòd qui summa annuntiant, archangeli vocātur. Hinc est quòd ad virginem Mariam Gabriël archāgelus mittitur. Quod tamen fuit summum inter omnia diuina ministeria, vt ibidem subditur. Et ideo simpliciter dicendum est cum Dio. q̃ superiores angeli nunquā ad exterius ministerium mittuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in missionibus diuinarum personarum aliqua est visibilis quæ attenditur secundum creaturam corpoream: aliqua inuisibilis quæ fit secundum spiritualem effectum: ita in missionibus angelorum aliqua dicitur exterior, quæ scilicet est ad aliquod ministerium circa corporalia exhibendum. Et secundum hanc missionem non omnes mittūtur. Alia est inferior secundum intellectuales effectus, prout scilicet vnus angelus illuminat alium. Et sic omnes angeli mittuntur. Vel aliter dicendū, quòd Apostolus inducit illud ad probandum q̃ Christus sit maior angelis, per quos data est lex: vt sic ostendat excellentiam nouæ legis ad veterem. Vnde non oportet q̃ intelligatur nisi de angelis ministeriꝫ p quos data est lex.

¶Ad secundum dicendum, secundum Dio. quòd ille angelus qui missus est ad purgādum labia Prophetæ, fuit de inferioribus angelis. Sed dictus est seraphim, id est incendens æquiuoce propter hoc, quòd venerat ad incendendum labia prophetæ. Vel dicendum, quòd superiores angeli communicant propria dona à quibus denominantur mediantibus inferioribus angelis. Sic igitur vnus de seraphim dictus est purgasse incendio labia prophetæ: non quia hoc ipse immediate fecerit, sed quia inferior angelus virtute eius hoc fecit. Sicut Papa dicitur absoluere aliquem, etiam si per alium officium absolutionis impendat.

¶Ad tertium dicēdum, quòd diuinæ personæ non mittuntur in ministerium, sed æquiuoce mitti dicuntur: vt ex prædictis patet[e].

¶Ad quartum dicendum, quòd in diuinis ministeriis est multiplex gradus. Vnde nihil prohibet etiam inæquales angelos immediate ad ministeria mitti, ita tamen quòd superiores mittantur ad altiora ministeria: inferiores vero ad inferiora.

ARTICVLVS III.

a *¶Vtrum angeli qui mittuntur assistant.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd etiā angeli qui mittuntur assistant. Dicit enim Greg. in Homil. Mittūtur igitur angeli & assistūt: quia etiam circūscriptus est angelicus spiritus. Sūmus tamē spiritus qui Deus est, circunscriptus non est.

¶Præterea, Angelus Tobiæ in ministerium missus fuit. Sed tamen ipse dixit, Ego sum Raphaël angelus vnus ex septem qui astamus ante Deum, vt habetur Tobiæ 12. ergo angeli qui mittuntur assistunt.

¶Præterea, Quilibet angelus beatus propinquior est Deo quàm satan. Sed satan assistit Deo: secundum quod dicitur Iob primo. Cum assisterēt filij Dei coram Domino, affuit inter eos & satan: ergo multo magis angeli, qui mittuntur in ministerium, assistunt.

¶Præterea, Si inferiores angeli non assistunt, hoc non est nisi quia non immediate, sed per superiores angelos diuinas illuminationes recipiunt. Sed quilibet angelus per superiorem diuinas illuminationes suscipit excepto eo qui est inter omnes supremus: ergo solus supremus angelus assisteret. Quod est contra illud quod habetur Dan. 7. Decies millies centena millia assistebant ei: ergo etiam illi qui ministrant assistunt.

¶SED CONTRA est quod Greg. dicit 17. Mora. super illud Iob: Nunquid est numerus militum eius? Assistunt, inquit, illæ potestates, quæ ad quædam hominibus nuntianda non exeunt. Ergo illi, qui in ministerium mittuntur, non assistunt.

CONCLVSIO.

¶Omnes angeli ministrantes assistunt, diuinam essentiam videndo, sed soli supremi assistunt, diuina tantum percipiendo mysteria, quæ in ipso sunt.

¶RESPONDEO dicēdum, q̃ angeli introducūtur assistentes & administrantes ad similitudinem eorum, qui alicui regi famulantur. Quorum aliqui semper ei assistunt, & eius præcepta immediate audiunt. Alij vero sunt, ad quos præcepta regalia per assistentes nuntiantur, sicut illi, qui administrationi ciuitatum præficiuntur, & hi dicuntur ministrantes, sed non assistentes.

¶Considerandum est ergo, quòd omnes angeli diuinam essentiam immediate vident. Et quantum ad hoc omnes etiam qui ministrant, assistere dicuntur. Vnde Greg. dicit in 2. Mora. quòd semper assistere, aut videre faciem Patris possunt qui ad ministerium exterius mittuntur pro nostra salute. Sed non omnes angeli secreta diuinorum mysteriorum in ipsa claritate diuinæ essentiæ percipere possunt: sed soli superiores per quos inferioribus denūtiantur[e]. 520 Et secundum hoc soli superiores, qui sunt primæ hierar. assistere dicuntur, cuius proprium dicit esse Dio. immediate à Deo illuminari. Et per hoc patet solutio ad primum & secundum, quæ procedunt de primo modo assistendi.

¶AD TERTIVM, Satan non dicitur astitisse, sed inter assistentes affuisse describitur: quia vt Greg. dicit 2. Mo. etsi beatitudinem perdidit, naturam tamen angelis similem non amisit.

¶Ad quartum dicendum, quòd omnes assistentes aliqua immediate vident in claritate diuinæ essentiæ, & ideo totius primæ hier-

---

Secundo recitatur opinio pro parte affirmatiua. Tertio impugnatur, & simul respōdetur quęsito negatiue.

534 ¶Quo ad primum quatuor dicūtur. duo de facto, duo de possibili. Primū pertinens ad factum est ordo communis diuinæ prouidentiæ consistens in hoc, quòd superiora principantur & 226 inferiora tātum ministrāt, vt patet in angelis, & in toto vniuerso. Secūdum pertinens quoque ad factum, est ordo diuinæ dispensationis cōsistens in hoc, quòd prædictus diuinæ prouidentiæ ordo quandoque in corporalibus non seruatur, sed superiores exequuntur p seipsos tantum propter altiorem ordinem, puta gratiæ diuinæ manifestationem. Declaratur hoc tā in Deo quàm in angelis prætermissione cęlestium corporum. a 531 Tertium pertinens ad possibile est, quòd dominus potest per seipsum absque angelis mediis reuelare alicui homini aliquid. Quartum per- 541 tinens etiam ad possibile est, quòd angeli superiores absque inferioribus mediis possunt idē.

511 232 ¶Quo ad secundum conclusio opinionis affirmatiuæ hæc est, Angeli inferiores tātum mittuntur de lege communi, superiores vero ex diuina dispēsatione. Hęc conclusio nō aliter probatur, nisi quòd ex prædictis deducta videtur, tanquam possibili posito in esse, nullum debeat sequi incōueniens. ¶Quo ad tertium duo fiunt. Quia primo tripliciter impugnat præcedens opinio quo ad secundam partem. & sic 532 secundo infertur conclusio negatiua responsiua quæsito, Non omnes angeli mittuntur. Prima ratio est, Prætermissio ordinis ex diuina dispensatioue fit propter altiorem ordinem. ordo missionis angelicæ non habet altiorem ordinem, ergo non suscipit prætermissionē. maior patet ex dictis superioribus, & declaratur in ordine naturæ & gratiæ. Minor probatur: quia ordo diuinæ gratiæ caret superiore. Talis autem ordo est secundum dona diuinæ gratiæ. ergo.

¶Secunda ratio est, Ordo communis prætermittitur propter fidei cōfirmationem: in proposito nihil prodesset ad fidei confirmationē. ergo maior patet in miraculis: minor, quia illa prætermissio est ignota nobis. Tertia ratio est, Nihil est ita magnū quod per inferiores exerceri non possit. ergo. antecedēs probatur de annuntiatione incarnationis, quod est maximū, & firmatur autoritate Gregorij. Ex his sequitur conclusio responsi-

ua, quòd non omnes mittuntur, quia superiores nunquam mittuntur. ¶Aduerte hic duo, quòd prima ratio se tenet ex parte causæ efficientis. ordo enim superior vt agens superius, se habet respectu inferioris. Secunda vero ex parte causæ finalis. Manifestatio nanque fidei finis est miraculorum, &c. Tertia autē ex parte causæ formalis. Excellentia nanq; siue dignitas ministri ad magnitudinem rei gerēdæ requisita, formaliter se habet ad ipsum. Secūdo q̃ ex dictis patet solutio motiui partis aduersæ: quoniam prætermissio ordinis hinc apparet, quòd nō est possibilis potentia ordinata, sed potentia absoluta. 534 omnia clara sunt.

a ¶*Super Quæstionis centesimæduodecimæ Articulum tertiū.*

IN corpore duo. primo declaratur quid intersit inter assistere & ministrare. Comēnt. Secundo distinguitur de assistentia dupliciter. & sic duabus conclusionibus respondetur quæsito. 551 2. di. 10. art. 1.

¶Quo ad primum dicitur, quòd ista metaphorice dicuntur de angelis quòd assistentia consistit in immediata visione apud regem. Ministratio vero habet mediatam præceptionem. ¶Quo ad secundum distinctio est, Assistentia, id est immediata visio 2. di. 10. artic. 2.

mæ hierarchiæ, proprium esse dicitur immediate illuminari à Deo. Sed superiores eorum plura percipiunt quàm inferiores, de quibus illuminant alios: sicut etiam inter eos qui assistunt regi, plura scit de secretis regis vnus, quàm alius.

ARTICVLVS IIII.

a *¶Vtrum angeli secundæ hierarchiæ omnes mittantur.*

b 405 552 2. dist. 10. artic. 3. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd angeli secundæ hier. omnes mittantur: angeli enim omnes vel assistunt vel ministrant, secundum quod habetur Dan. 7. sed angeli secundæ hierar. non assistunt. Illuminantur enim per angelos primæ hierar. sicut dicit Diony. 8. cap. cæ. hier. omnes ergo angeli secundæ hier. in ministerium mittuntur.

¶Præterea, Gregor. dicit 17. mora. quòd plures sunt qui ministrāt, quàm qui assistunt: sed hoc non esset si angeli secundæ hierarc. in ministerium non mitterentur. ergo omnes angeli secundæ hierar. in ministerium mittuntur.

¶SED CONTRA est, quod Dio. dicit, q̃ dominationes sunt maiores omni subiectione. Sed mitti in ministerium ad subiectionem pertinet: ergo dominationes in ministerium non mittuntur.

CONCLVSIO.

¶Non omnes angeli secundæ hierarchiæ in ministerium mittuntur.

549 ¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est[e], mitti ad exterius ministerium proprie conuenit angelo, secundum quod ex diuino imperio operatur circa aliquam creaturam corporalem. Quod quidem pertinet ad executionem diuini ministerij: proprietates autem angelorum ex eorum nominibus manifestantur, vt Dio. dicit 7. cap. cæ. hierar. & ideo angeli illorum ordinum ad exterius ministerium mittuntur, ex quorum nominibus aliqua executio datur intellectui. In nomine autem dominationū non importatur aliqua executio, sed sola dispositio & imperium de exequendis. Sed in nominibus inferiorum ordinum intelligitur aliqua executio. Nam angeli & archangeli denominantur à denuntiando, virtutes & potestates dicuntur per respectum ad aliquem actum. Principis etiam est, vt Gregor. dicit, inter alios operantes priorem existere. Vnde ad hos quandoque ordines pertinet in exterius ministerium mitti, non autem ad quatuor superiores.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd dominationes cōputantur quidē inter angelos ministrantes: non sicut exequentes ministerium, sed sicut disponentes & mādantes quid p alios fieri debeat. Sicut architectores in artificiis nihil manu operantur: sed solum disponunt & præcipiunt quid alij debeant operari.

¶Ad secundum dicendum, q̃ de numero assistentiū & ministrantium duplex ratio haberi potest. Greg. enim dicit plures esse ministrantes quàm assistentes: intelligit enim quòd dicitur, Millia millium ministrabant ei: non esse dictum multiplicatiue, sed partitiue: ac si diceretur, millia de numero milliū: & sic ministrantium numerus ponitur indefinitus ad significandum excessum. assistentium vero numerus finalis cum subditur, Et decies millies centena millia assistebant ei: & hoc procedit secundum rationē Platonicorum: qui dicebant quòd quanto aliqua sunt vni primo principio propinquiora, tanto sunt minoris multitudinis. Sicut quāto numerus est propinquior vnitati, tāto est multitudine minor. Et hæc opinio saluatur quantum ad numerū ordinum dum sex ministrant, & tres assistunt. Sed Dion. ponit 14. c. cæ. hierar. q̃ multitudo angelorum transcendit omnem materialem multitudinem, vt scilicet sicut corpora superiora transcendunt corpora inferiora magnitudine quasi in immēsum, ita superiores naturæ incorporeæ trāscendūt omnes naturas corporeas, quia quod est melius est magis à Deo 236 intentum, & multiplicatum[e]. Et secundum hoc, cum assistentes sint superiores ministrantibus, plures erūt assistentes quam ministrantes. Vnde secundū hoc, millia millium legitur multiplicatiue, ac si diceretur, Millies millia. Et quia decies centū sunt mille, si diceretur decies centena millia, daretur intelligi, quòd tot essent assistentes quot ministrantes: sed quia dicitur decies millies centena millia, multo plures dicuntur assistentes quàm ministrātes. Nec tñ hoc p tanto dicitur, qa tantus solū sit angelorū numerus: sed multo maior: quia omnē materialē multitudinē excedit. Quod significatur per multiplicationem maximorum numerorum supra seipsos, scilicet denarij, centenarij, millenarij, vt Diony. ibidem dicit.

QVAESTIO CENTESIMADECIMATERTIA de Custodia bonorum angelorum, & impugnatione malorum, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de custodia bonorum angelorum, & de impugnatione malorum.

¶Et circa primū quærūntur octo. ¶Primo, vtrum homines ab angelis custodiātur. ¶Secundo, vtrū singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputentur. ¶Tertio, vtrū custodia pertineat solū ad vltimū ordinē angelorū. ¶Quarto, vtrū omni homini conueniat habere angelum custodem. ¶Quinto, quando incipiat custodia circa hominem. ¶Sexto, vtrum angelus semper custodiat hominē. ¶Septimo, vtrum doleat de perditione custoditi. ¶Octauo, vtrum inter angelos sit pugna ratione custodiæ.

ARTICVLVS I.

a *¶Vtrum homines custodiantur ab angelis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homines non custodiantur ab angelis: custodes enim deputantur aliquibus, vel quia nesciunt, vel quia non possunt custodire seipsos, sicut pueri & infirmi, sed homo potest custodire seipsum per liberū arbit. & scit per naturalem cognitionem legis naturalis: ergo homo non custoditur ab angelo.

¶Præterea, Vbi adest fortior custodia, infirmior superfluere videtur. Sed homines custodiuntur à Deo, secundum illud Psalm. Non dormitabit, neq; dormiet qui custodit Israël. ergo non est necessarium quòd homo custodiatur ab angelo.

¶Præterea, Perditio custoditi redundat in negligentiam custodis. Vnde dicitur cuidam 3. Reg. 20. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius: sed multi homines quotidie pereunt in peccatum cadentes, quibus angeli subuenire possunt, vel visibiliter apparendo vel miracula faciendo, vel aliquo simili modo. Essent ergo negligentes angeli si eorum custodiæ homines essent commisi: quod patet esse falsum. Non igitur angeli sunt hominum custodes.

¶SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.

CONCLVSIO.

¶Necessarium est homines ab angelis custodiri & in operibus dirigi, cum multipliciter in ipsis errare illos contingat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum rationem diuinæ prouidentiæ hoc in rebus omnibus inuenitur, quòd mobilia & variabilia per immobilia & inuariabilia mouentur & regulantur[e]. Sicut omnia corporalia per substantias spirituales & immobiles[e], & corpora inferiora per superiora[e], quæ sunt inuariabilia secundum substantiam: sed & nosipsi regulamur circa communiōes in quibus possumus diuersimode opinari, per principia quæ inuariabiliter tenemus. manifestum est autem quòd in rebus agendis cognitio & affectus hominis multipliciter variari & deficere possunt à bono: & ideo necessariū fuit quòd hominibus angeli ad custodiam deputarentur, per quos regularentur & mouerentur ad bonum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per liberum arbit. potest homo aliqualiter malum vitare: sed non sufficienter, quia infirmatur circa affectum boni, propter multiplices animæ passiones. Similiter etiam vniuersalis cognitio naturalis legis quæ homini naturaliter adest, aliqualiter dirigit hominem ad bonum: sed non sufficienter: quia in applicando vniuersalia principia iuris ad particularia opera, contingit hominē multipliciter deficere. Vnde dicitur cap. 9. Cogitationes mortalium timidæ & incertæ prouidentiæ nostræ: & ideo necessaria fuit homini custodia angeli.

¶Ad secundum dicendum, q̃ ad bonum operandum duo requiruntur. Primo quidem, quòd affectus inclinetur ad bonum: quod quidem fit in nobis per habitum virtutis moralis. secundo autem, quòd ratio inueniat congruas vias ad perficiendum bonum virtutis, quod quidem Philosophus attribuit prudentiæ. Quantum ergo ad primum Deus immediate custodit hominem, infundendo ei gratiam & virtutes: quantum autem ad secundum Deus custodit hominem, sicut vniuersalis instructor: cuius instructio ad hominem peruenit mediantibus angelis: vt suprà habitum est[e]. 545

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut homines, à naturali instinctu boni discedunt propter passionem peccati: ita etiam discedunt ab instigatione bonorum angelorum, quæ fit inuisibiliter per hoc quod homines illuminant ad bene agendum. Vnde quòd

---

duplìciter, aut respectu Dei, aut respectu diuinorum mysteriorum in Deo. Prima cōclusio responsiua affirmatiue, Omnes ministrantes assistūt quo ad visionē Dei. Probatur: quia omnes immediate vident. Et cōfirmatur autoritate Grego. Secūda negatiue, Soli superiores primæ hierarchiæ assistunt, quo ad perceptionem diuinorū mysteriorum in Deo. Probat autoritate Dion. qa eius est pprīū illuminari immediate à Deo. 553 6. dist. 11. q. 1. ar. 1.

a ¶ *Super Quæstionis centesimæduodecimæ Artic. quartum.*

IN corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue, Nō omnes angeli secundæ hierarchiæ mittuntur. Comēnt. Probatur, Exequentes tantum mittuntur, non omnes secundæ hierarchię exequuntur. ergo. Maior probatur: quia mitti est ex diuino imperio circa creaturam corporalem exercere. Minor vero, quia supremus ordo hierarchiæ non exequitur, sed quinque inferiores. probatur vtrunque ex nominibus suorum ordinum. Domini est imperare. cæterorum exequi, &c.

a ¶ *Super Quæstionis cētesimædecimætertiæ Articulum primum.*

IN corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue, Necesse est homines ab angelis custodiri. Comēnt. probatur, Omnia mobilia & variabilia per immobilia & inuariabilia regulantur secundum ordinem diuinæ prouidentiæ: homines secundum cognitionem & affectionem sunt multipliciter variabiles à bono. ergo oportet eos regulari per variabiles qui sunt sancti angeli. ergo. Maior probatur inductiue, In cælo, & intelligētiis corporalibus inferioribus & superioribus, &c. clara sunt omnia. b 13 568 541 531

a ¶ Super Quæstionis cẽtesimæ decimætertiæ Articulum secundum.

Cõment. IN corpore vna conclusio responsua quæsito affirmatiue, Singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputãtur. Probatur, Prouidentia Dei principaliter est
552 circa perpetua, ita quòd
4.dist. 19. circa transeuntia est vt
q.1.ar. 3. ordinentur ad perpetua.
qõ. 1. cor. ergo aliter se habet ad homines, & aliter ad alias corruptibiles creaturas. ergo ita se habet ad singulos homines, sicut ad singula genera vel species corruptibilium. ergo custodia angelica similiter ad hoc se habet. Ergo rationabile
531 est, quòd diuersis hominibus diuersi angeli ad custodiam deputentur. Antecedens supponitur ex superioribus: prima consequentia probatur: quia aliter se habet homo, & aliter cætera ad perpetuitatem: quia homo est perpetuus & specie & indiuiduo secundũ formam, illa vero specie tantum. Secunda cõsequentia probatur ex eadem radice: quia quilibet homo æquualet vni speciei, vel generi quo ad perpetuitatem, Imò præstat. Tertia vero consequentia probatur: quia custodia angelica est executio diuinæ prouidentiæ. Vltima autem probatur: quia generibus diuersis secundũ Grego. diuersi ordines deputantur: & secundũ Augu. Dama. & Origenem singulis speciebus diuersi angeli: quod probabile hic dicitur. In his enim sat est rationi consona dicere.

Annot. ¶ In responsione ad tertium aduerte, quòd non est intentio literæ construere hanc vniuersaliter, quòd malus sit custodire vnum hominem quàm alium, cum contingat plures homines ad æquale æqualiter ex diuina prouidentia ordinari, sed destruere hãc negatiuam vniuersalem, non est maius custodire vnũ hominẽ, quàm aliũ: & hoc optimè fit.

a ¶ Super Quæstionis centesimæ decimætertiæ Articulum tertium.

TItulus clarus.

Cõment. ¶ In corpore vna distinctio bimembris cum duabus iuxta membra conclusionibus responsuis quæsito.

¶ Distinctio est, Custodia hominũ est duplex, particularis & vniuersalis: vt patet ex responsione ad primum in præcedenti articulo.

¶ Prima conclusio est affirmatiua. Custodia particularis hominum pertinet ad infimũ ordinem angelorum tantum. Probatur, Minima secũdum Gregorium pertinent ad
551 infimum ordinem; sed homines pereunt, non est imputandum negligentiæ angelorum, sed malitiæ hominum. Quod autem aliquando præter legem communem hominibus visibiliter apparent, ex speciali Dei gratia est: sicut etiam præter ordinem naturæ miracula fiunt.

ARTICVLVS II.

a ¶ Vtrum singuli homines à singulis angelis custodiantur.

D SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non singuli homines à singulis angelis custodiantur: angelus enim est virtuosior quàm homo. Sed vnus homo sufficit ad custodiam multorum hominum. ergo multo magis vnus angelus multos homines potest custodire.

¶ Præterea. Inferiora reducuntur in Deum à superioribus per media: vt Diony. dicit. Sed cũ oẽs angeli sint inæquales, vt suprà dictum est[c], solus vnus angelus est inter quem & homines nõ est aliquis medi[a]: ergo vnus angelus solus est qui immediate custodit homines.

¶ Præterea, Maiores angeli maioribus officiis deputant. Sed non est maius officiũ custodire vnũ hominem q̃ alium, cũ omnes homines natura sint pares. Cũ ergo omniũ angelorum sit vn[a] maior alio secũdũ Dio. videtur q̃ diuersi homines non custodiantur à diuersis angelis.

¶ SED CONTRA est quod Hie. exponens illud Mat. Angeli eorum in cælis, dicit. Magna est dignitas animarũ, vt vna quæq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui, angelum delegatum.

CONCLVSIO.

¶ Singulis hominibus necesse est singulos angelos ad custodiam deputari.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ singulis hominibus singuli angeli ad custodiã deputantur. Cuius ratio est, quia angelorũ custodia est quædã executio diuinæ prouidentiæ circa homines. Prouidentia autẽ Dei aliter se habet ad homines & ad alias corruptibiles creaturas[c]: quia aliter se habent ad incorruptibilitatem. Homines enim nõ solum sunt incorruptibiles quantum ad communem speciem, sed etiam quantum ad proprias formas singulorũ, quæ sunt animæ rationales. Quod de aliis rebus corruptibilibus dici non potest. Manifestum est autem quòd prouidentia Dei principaliter est circa illa quæ perpetuo manent. Circa vero ea, quæ trãseunt, prouidentia Dei est, inquãtũ ordinat ipsa ad res perpetuas. Sic igitur prouidentia Dei cõparatur ad singulos homines, sicut comparatur ad singula genera vel species corruptibilium rerum. Sed secundum Gregor. diuersi ordines deputantur diuersis rerum generibus. Puta potestates ad arcendos dæmones, virtutes ad miracula facienda in rebus corporeis. Et probabile est q̃ diuersis speciebus rerum diuersi angeli eiusdem ordinis præficiantur. Vnde etiam rationabile est vt diuersis hominibus diuersi angeli ad custodiam deputentur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alicui homini adhibet custos duplicitèr. Vno modo inquantum est homo singularis. Et sic vni homini debetur vnus custos: & interdum plures deputantur ad custodiã vnius. Alio modo inquantum est pars alicuius collegij. Et sic toti collegio vnus homo ad custodiam præponitur. Ad quẽ pertinet prouidere ea quæ pertinent ad vnum hominem in ordine ad totum collegium. Sicut sunt ea quæ exterius agũtur de quibus alij ædificãtur vel scandalizantur. Angelorum autem custodia deputatur homi nibus etiam quantum ad inuisibilia & occulta quæ pertinẽt ad singulorum salutem secundum seipsos. Vnde singulis hominibus singuli angeli deputantur ad custodiam.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ sicut dictũ est[c], angeli primæ hierarchiæ, omnes quantum ad aliqua illuminantur immediate à Deo. Sed quædam sunt de quibus illuminãtur superiores tantũ immediate à Deo, quæ inferioribus reuelant & idem etiam in inferioribus ordinibus cõsiderandum est. Nam aliquis infimus angelus illuminatur quantum ad quædam ab aliquo supremo, & quantum ad aliqua ab eo
10 qui immediate sibi præfertur. Et sic etiã possibile est quòd aliquis angelus immediate illuminet hominem: qui tum habet aliquos angelos sub se, quos illuminat.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ quãuis homines natura sint pares, tum inæqualitas in eis inuenitur, secundum quod ex diuina prouidentia quidam ordinantur ad maius, & quidam ad minus[c]: secundum illud quod dicitur Eccle. 33. In multitudine disciplinæ Domini separauit eos, & ipsis benedixit, & exaltauit ex ipsis, maledixit & humiliauit. & sic maius officiũ est custodire vnum hominem quàm alium.

ARTICVLVS III.

a ¶ Vtrum custodire homines pertineat solum ad infimum ordinem angelorum.

D TERTIVM sic, pcedit. Videt q̃ custodire homines non pertineat solũ ad infimũ ordinem angelorũ. Dicit enim Chrys. q̃ hoc
30 quod dicitur Matt. 18. Angeli eorum in cælis, &c. intelligitur non de quibuscunque angelis, sed de supereminentibus. ergo supereminentes angeli custodiunt homines.

¶ Præterea, Apostolus ad Hebr. dicit q̃ angeli sunt in ministerium missi propter eos qui hæreditatẽ capiunt salutis. Et sic videtur quòd missio angelorum ad custodiam hominum ordinetur. Sed quinque ordines in exterius ministerium mittuntur, vt suprà dictũ est[c]. Ergo omnes angeli quinq; ordinum custodiæ hominum deputantur.

¶ Præterea, Ad custodiam hominum maxime videtur esse necessarium arcere dæmones, quod maxime pertinet ad potestates secundum Grego. & miracula facere: quod pertinet ad virtutes. Ergo
40 illi etiam ordines deputantur ad custodiam, & non solum virtutes.

¶ SED CONTRA est, quòd in Psal. custodia hominum attribuitur angelis, quorum ordo est infimus secundum Diony.

CONCLVSIO.

¶ Singulorum hominum particularis custodia ad infimi ordinis angelos spectat, vniuersalis autem ad omnes ordines extenditur.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut suprà dictũ est[c], homini custodia dupliciter adhibetur. Vno modo custodia particularis secundũ quod singulis hominibus singuli angeli ad custodiam deputantur, & talis custodia pertinet ad infimum ordinem angelorum: quorũ secundũ Greg. est minima nuntiare. Hoc autẽ videtur esse minimũ in officiis angelorũ, procurare ea, quæ ad vnius hominis salutem pertinent. Alia vero est custodia vniuersalis. Et hæc multiplicatur secundũ diuersos ordines. Nã quãto agens fuerit vniuersãlius, tanto est superius. Sic igit custodia humanæ multitudinis pertinet ad ordinem principatuum, vel forte ad archangelos qui dicũtur principes angelorum. Vnde & Michaël, quẽ archangelũ dicimus, vnus de principibus dicitur Dan. 10. Vlterius autem super omnes naturas corporeas habent custodiam Virtutes. Et vlterius etiã super dæmones habẽt custodiã Potestates. Et vlterius super bonos spiritus hãt custodiã Principatus, vel dñationes secundũ Greg.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ verbum Chrys. potest intelligi, vt loquatur de supremis in ordine infimo angelorum. Quia, vt Dio. dicit, in quolibet ordine sunt primi medij & vltimi. Est autem probabile, quòd maiores angeli deputẽtur ad custodiam eorum qui sunt ad maiorem gradum gloriæ à Deo electi.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ non omnes angeli qui mittuntur, habent particularem custodiã super singulos homines: sed quidam ordines habent vniuersalẽ custodiã magis vel minus, vt dictum est[c].

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam inferiores angeli exercent officia superiorum inquantum aliquid de dono eorum participant, & se habent ad superiores sicut executores virtutis eorum. Et per hunc modum etiam omnes angeli infimi ordinis possunt & arcere dæmones, & miracula facere.

ARTICVLVS IIII.

a ¶ Vtrum omnibus hominibus angeli ad custodiam deputentur.

D QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd nõ omnibus hominibus angeli ad custodiam deputentur. Dicitur enim de Christo Philip. 2. quòd est in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Si igitur omnibus hominibus angeli ad custodiam

stodiam deputantur, etiam Christus angelũ custodem habuisset. Sed hoc videtur inconueniẽs, cum Christus sit maior omnibus angelis. Nõ ergo omnib[a] hominibus angeli ad custodiam deputãtur.

¶ Præterea, Omnium hominum primus fuit Adam. Sed sibi non competebat habere angelum custodem ad minus in ſtatu innocentiæ: quia tunc nullis periculis angustiabatur. Ergo angeli nõ præsiciuntur ad custodiam omnibus hominibus.

¶ Præterea, Hominibus angeli ad custodiam deputantur, vt per eos manuducantur ad vitam æternam, & incitentur ad bene operandum, & muniantur contra insultus dæmonum. Sed homines
10 præsciti ad damnationem, nunquam peruenient ad vitã æternam: infideles etiam etsi interdum bona opera faciant, non tamen bene faciunt, quia nõ recta intentione faciunt. Fides enim intentionem dirigit: vt August. dicit. Antichristi etiam aduentus erit secũdum operationem Satanæ: vt dicitur 2. ad Thessal. 2. Non ergo omnibus hominibus angeli ad custodiam deputantur.

354 ¶ SED CONTRA est autoritas Hierony. suprà inducta[e]
arg. contra. qui dicit, quòd vnaquæque anima ad sui custodiam habet angelum deputatum.

CONCLVSIO.

¶ Singulis hominibus in statu viæ deputati sunt singuli angeli ad custodiam, in patria vero tantum ad conregnandum, vel puniendum.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd homo in ſtatu vitæ istius constitutus est quasi in quadam via, qua debet tendere ad patriam. In qua quidem via multa pericula homini imminent: tum ab interiori, tum ab exteriori: secundum illud Psalm. In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Et ideo sicut hominibus per viam non tutam ambulantibus dantur custodes, ita & cuilibet homini quandiu viator est, custos angelus deputatur. Quando autem iam ad terminum viæ peruenerit, iam non habebit an-30 gelum custodem: sed habebit in regno angelum conregnantem, in inferno dæmonem punientem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus secundum quod homo immediate regulabatur à verbo Dei. Vnde non indigebat custodia angelorum. Et iterum secundũ animam erat comprehensor: sed ratione possibilitatis corporis erat viator[c]. Et se-
c 139 cundum hoc non debebatur ei angelus custos tanquam superior, sed magis minister tanquam inferior. Vnde dicit Matth. 4. quòd accesserunt angeli, & ministrabant ei.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo in ſtatu innocentiæ non pa-40 tiebatur aliquod periculum ab interiori: quia interius erant omnia
478 ordinata, vt suprà dictum est[c]: sed imminebat periculum ei ab exteriori propter insidias dæmonum: vt rei probauit euentus. Et ideo indigebat custodia angelorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut præsciti & infideles, & etiam Antichristus non priuantur interiori auxilio naturalis rationis: ita etiam non priuantur exteriori auxilio toti naturæ humanæ diuinitus concesso, scilicet custodia angelorum: per quam etsi non iuuentur, quantum ad hoc quòd vitam æternam bonis operibus mereantur, iuuantur tamen quantum ad hoc q̃ ab aliquibus malis retrahuntur: quibus & sibi ipsis & aliis nocere possunt. Nam & ipsi dæmones arcentur per bonos angelos, ne noceant quantum volunt. Et similiter Antichristus non tantũ nocebit quantum vellet.

ARTICVLVS V.

a ¶ Vtrum angelus deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate.

557

D QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd angelus non deputetur homini ad custodiam à sua natiuitate. Angeli enim mittuntur in ministerium propter eos qui hæreditatem salutis capiunt: vt Apostolus ad Hebr. dicit. Sed homines incipiunt hæreditatem capere salutis quando baptizantur. Ergo angelus deputatur homini ad custodiam à tempore baptismi, & non à tempore natiuitatis.

¶ Præterea, Homines ab angelis custodiuntur inquantum ab eis illuminantur per modum doctrinæ. Sed pueri mox nati sunt capaces doctrinæ: quia non habent vsum rationis. Ergo pueris mox natis non deputantur angeli custodes.

¶ Præterea, Pueri in materno vtero existentes habent animam rationalem aliquo tempore: sicut & post natiuitatem ex vtero. Sed cum sunt in materno vtero, nõ deputãtur eis angeli ad custodiam, vt videtur: quia neque etiam ministri ecclesiæ eos sacramentis imbuunt. Non ergo ſtatim à natiuitate hominibus angeli ad custodiam deputantur.

¶ SED CONTRA est quod Hierony. dicit, quòd vnaquæque anima ab ortu natiuitatis habet in custodiam sui angelum deputatum.

CONCLVSIO.

¶ Homini ſtatim ab ipsa sui natiuitate deputatus est ad custodiam angelus.

¶ RESPONDEO dicẽdum, q̃ sicut Orig. dicit super Matt. super hoc est duplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd angelus ad custodiam homini deputatur à tempore baptismi, alij vero quòd à tempore natiuitatis. & hanc opinionem Hierony. approbat. Et rationabiliter. Beneficia enim, quæ dantur homini diuinitus ex eo quòd est Christianus, incipiunt à tempore baptismi: sicut perceptio eucharistiæ, & alia huiusmodi. Sed ea, quæ prouidentur homini à Deo inquantum habet naturam rationalem, ex tunc ei exhibentur ex quo nascendo talem naturam accipit. Et tale beneficium est custodia angelorum, vt ex præmissis patet[c]. Vnde ſtatim à natiuitate habet homo angelum ad sui custodiam deputatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ angeli mittũtur in ministerium, efficaciter quidem propter eos solos qui hæreditatẽ capiunt salutis, si consideretur vltimus effectus custodiæ, qui est perceptio hæreditatis. Nihilominus tamen & aliis ministerium angelorum non subtrahitur: quamuis in eis hanc efficaciam non habeat quòd perducantur ad salutem. Efficax tamen est circa eos angelorum ministerium inquantum à multis malis retrahuntur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ officium custodiæ ordinatur quidem ad illuminationem doctrinæ: sicut ad vltimum & principalem effectum. Nihilominus tamen multos alios effectus habet qui pueris competunt, scilicet arcere dæmones & alia nocumenta tam corporalia quàm spiritualia prohibere.

¶ Ad tertium dicendum, quòd puer quandiu est in materno vtero, non totaliter est à matre separatus, sed per quandam colligationem est quodammodo adhuc aliquid eius: sicut & fructus pẽdens in arbore est aliquid arboris. Et ideo probabiliter dici potest, q̃ angelus qui est in custodia matris, custodiat prolem in matris vtero existentem. Sed in natiuitate quando separatur à matre, angelus ei ad custodiam deputatur: vt Hier. dicit.

ARTICVLVS VI.

a ¶ Vtrum angelus custos quandoque deserat hominem.

D SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd angelus custos quandoque deserat hominem cuius custodiæ deputatur. dicitur enim Iere. 51. ex persona angelorum: Curauimus Babylonẽ, & non est curata. derelinquamus ergo eam. Et Isa. 5. Auferam sepem eius, & erit in conculcatione. Glo. id est angelorum custodiam.

¶ Præterea, Principalius custodit Deus quàm angelus. Sed Deus aliquãdo hominẽ derelinquit secũdũ illud Psal. Deus Deus me[a] respice in me: quare me dereliquisti? Ergo multo magis angelus custos hominem derelinquit.

¶ Præterea, Sicut dicit Damasc. angeli cũ sunt hic nobiscum, non sunt in cælo. Sed aliquando sunt in cælo. Ergo aliquando nos derelinquũt.

¶ SED CONTRA, Dæmones nos semper impugnant, secundũ illud 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Ergo multo magis boni angeli semper nos custodiunt.

CONCLVSIO.

¶ Angelus homini ad custodiam deputatus, nunquam ex toto ipsum dimittit, sed permittit quandoque in malum tam culpæ quam pœnæ cadere, ex lege permissionis diuinæ ad tempus propter hominis matus bonum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd custodia angeli, vt ex supradictis patet[c], est quædam executio diuinæ prouidentiæ circa homines facta. Manifestum est autem quòd nec homo nec res aliqua totaliter diuinæ prouidentiæ subtrahitur. Inquãtum enim aliquid participat de esse, in tantum subditur vniuersali prouidentiæ entium. Sed in tantum Deus secundum ordinem suæ prouidentiæ dicitur hominem derelinquere inquantum permittit hominem pati aliquem defectum vel pœnam. Distinctio est, Homo habet duplicem statum, scilicet viæ, & termini. Prima conclusio responsua quæsito affirmatiue est, Omnes homines in statu viæ habent angelos custodes. Probatur, Constitutis in via in qua multa imminent pericula, dan-553 tur custodes. Omnes ho-556 mines in statu viæ sunt c b e huiusmodi. probatur mi nor dupliciter. Primo ratione: tum quia ab interius, tum quia ab exterius sunt inimici. Secũdo autoritate Psalm. Secunda conclusio est, Homines in termino non habebunt custodes: sed conregnãtes aut punientes socios.

a ¶ Super Quæstionis centesimæ decimætertiæ Articulũ quintum.

TItulus clarus.

Cõment. ¶ In corpore duo. Primo recitantur duæ opiniones circa quæsitum, scilicet ab ortu vel à baptismo. Secundo reiicitur quòd à baptismo, & probatur simul quòd ab ortu. Distinguendo duplex genus beneficiorum, scilicet communium omnibus hominibus, & proprio-538 rum Christianis: & ar- 2.dist.11.q. guendo quòd hæc cum 1.art. 4. christianitate, illa cum creatura rationali incipiunt. Sed custodia angelica est beneficiũ commune. Dubium autem quod hic remanet: quia scilicet ex ista ratione videtur quòd angelica custodia incipiat ab ortu in vtero secundum animam rationalem, & non à natiuitate extra vterum, soluitur in responsione ad tertium: ex hoc quòd in ortu ex vtero incipit natura rationalis prolis, vt propria illi, cum prius esset sic eius, quod tamen alterius aliquid, scilicet matris: & ideo extra vterum inchoat custos proprius sicut & natura, prius existente custode communi.

a ¶ Super Quæstionis centesimæ decimætertiæ Articulum sextum.

TItulus clarus.

Cõment. ¶ In corpore vna cõclusio responsua quæsito negatiue. Angelus custos nunquam totaliter dimittit suum hominem. Probatur, Diuina prouidentia nullam rẽ totaliter derelinquit quamuis quo ad aliquid deserat permittendo ergo custodia angelica
554 nunquam totaliter dimittit custoditum: quãuis quo ad aliquid permittitur relinquat. Antecedens quo ad primam partem probatur: inquantum participat aliquid de esse tantum de prouidentia diuina: sed implicat q̃ aliquid sit & deseratur totaliter ab es-

næ, vel culpæ. Similiter etiam dicendum est, quòd angelus custos nunquam totaliter dimittit hominem, sed ad aliquid interdum eum dimittit. prout scilicet non impedit quin subdatur alicui tribulationi, vel etiam quin cadat in peccatum secundum ordinem diuinorum iudiciorum. Et secundum hoc Babylon & domus Israël ab angelis derelictæ dicuntur, quia angeli earum custodes non impediuerunt quin tribulationibus subderentur. Et per hoc patet solutio ad primum & secundum.

¶Ad tertium dicendum, quòd angelus etsi interdum derelinquat hominem loco, non tamen derelinquit eum quantum ad effectum custodiæ: quia etiam cum est in cælo, cognoscit quid circa hominem agatur. Nec indiget mora temporis ad motum localem, sed statim potest adesse [e].

ARTICVLVS VII.

a ¶*Vtrum angeli doleant de malis eorum, quos custodiunt.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd angeli doleant de malis eorum quos custodiunt. Dicitur enim Isa. 33. Angeli pacis amarè flebunt. Sed fletus est signum doloris & tristitiæ. Ergo angeli tristantur de malis hominum quos custodiunt.

¶Præterea, Tristitia est, vt August. dicit, de his quæ nobis nolentibus accidunt. Sed perditio hominis custoditi est contra voluntatem angeli custodis. Ergo tristantur angeli de perditione hominum.

¶Præterea, Sicut gaudio contrariatur tristitia, ita pœnitentiæ contrariatur peccatum. Sed angeli gaudent de peccatore pœnitentiam agente: vt habetur Lucæ 15. Ergo tristantur de iusto in peccatum cadente.

¶Præterea, Super illud Numeri 13. Quicquid offertur primitiarum, &c. dicit glos. Orig. trahuntur angeli in iudicium, vtrum ex ipsorum negligentia an hominum ignauia lapsi sint. Sed quilibet rationabiliter dolet de malis propter quæ in iudicium tractus est: ergo angeli dolent de peccatis hominum.

¶SED CONTRA, Vbi est tristitia & dolor, non est perfecta felicitas. Vnde dicitur Apocal. 21. Mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque vllus dolor. Sed angeli sunt perfecte beati: ergo de nullo dolent.

CONCLVSIO.

¶*Cum nihil in mundo angelis simpliciter inuoluntarium fiat, de hominum, quos custodiunt, malis minime dolent.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd angeli non dolent, neque de peccatis, neque de pœnis hominum. Tristitia enim & dolor secundum Augustinum, non est nisi de his, quæ contrariantur voluntati. Nihil autem accidit in mundo, quod sit contrarium voluntati angelorum & aliorum beatorum, quia voluntas eorum totaliter inhæret ordini diuinæ iustitiæ. nihil autem fit in mundo nisi quod per diuinam iustitiam fit, aut permittitur. Et ideo simpliciter loquendo nihil fit in mundo contra voluntatem beatorum. Vt enim Philosophus dicit in 3. Ethic. illud dicitur simpliciter voluntarium, quod aliquis vult in particulari, secundum quod agitur: consideratis scilicet omnibus quæ circunstant, quamuis in vniuersali consideratum non esset voluntarium. Sicut nauta non vult proiectionem mercium in mare absolute, & vniuersaliter considerando, sed imminente periculo salutis hoc vult. Vnde magis est hoc voluntarium, quàm inuolũtarium, vt ibidem dicitur. Sic igitur angeli peccata & pœnas hominum, vniuersaliter & absolute loquendo, non volunt: volunt tamen quòd circa hoc ordo diuinæ iustitiæ seruetur, secundum quam quidam pœnis subduntur, & peccare permittuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud Isa. potest intelligi de angelis, id est nuntiis Ezech. qui fleuerũt propter verba Rapsacis. De quibus habetur Isa. 37. Et hoc secundum literalem sensum: secundum vero allegoricum, angeli pacis sunt apostoli & prædicatores qui flent pro peccatis hominum. Si vero secundum sensum anagogicum exponatur de angelis bonis, tunc metaphorica erit locutio ad designandum, quòd angeli volunt in vniuersali hominum salutem. Sic enim Deo & angelis huiusmodi passiones attribuuntur.

¶Ad secundum patet solutio per ea quæ dicta sunt [e].

¶Ad tertium dicendum, quòd tam in pœnitentia hominum quàm in peccato, manet vna ratio gaudij angelis, scilicet impletio ordinis diuinæ prouidentiæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd angeli ducuntur in iudicium pro peccatis hominum, non quasi rei, sed quasi testes ad conuincendum homines de eorum ignauia.

ARTICVLVS VIII.

a ¶*Vtrum inter angelos possit esse pugna seu discordia.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd inter angelos non possit esse pugna, seu discordia. Dicitur enim Iob 25. Qui facit concordiam in sublimibus. Sed pugna opponitur concordiæ. Ergo in sublimibus angelis non est pugna. 560 2.dist. 11. q.2.art.5.

¶Præterea, Vbi est perfecta charitas & iusta prælatio, non potest esse pugna. Sed hoc totum est in angelis. Ergo in angelis non est pugna.

¶Præterea, Si angeli dicuntur pugnare pro eis quos custodiunt, necesse est quòd vnus angelus foueat vnam partem, & alius aliam. Sed si vna pars habet iustitiam, constat quòd alia pars habeat iniustitiam. Ergo sequitur quòd angelus bonus sit fautor iniustitiæ: quod est inconueniens. Ergo inter bonos angelos non est pugna.

¶SED CONTRA est quod dicitur Dan. 10. ex persona Gabriëlis. Princeps regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus. Hic autem princeps Persarum erat angelus regno Persarum in custodiam deputatus. Ergo vnus bonus angelus resistit alij. Et sic inter eos est pugna.

CONCLVSIO.

¶*In Angelis pugna quidem esse potest, non discordia voluntatum, sed meritorum contrarietate, pro quibus pugnare dicuntur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ista quæstio mouetur occasione horum verborum Danie. Quæ quidem Hierony. exponit dicens principem regni Persarum esse angelum qui se opposuit liberationi populi Israëlitici: pro quo Daniel orabat, Gabriële preces eius Deo præsentante. hæc autem resistentia potuit fieri, quia princeps aliquis dæmonum Iudæos in Persidem ductos ad peccatum induxerat: per quod impedimentum præstabatur orationi Dan. pro eodem populo deprecantis. Sed secundum Gregor. 17. Mora. princeps regni Persarum bonus angelus fuit custodiæ regni illius deputatus. Ad videndum igitur qualiter vnus angelus alteri resistere dicitur, considerandum est, quòd diuina iudicia circa diuersa regna & diuersos homines, per angelos exercentur. In suis autem actionibus angeli per diuinam sententiam regulantur. Contingit autem quandoque quòd in diuersis regnis vel in diuersis hominibus contraria merita vel demerita inueniuntur, vt vnus alteri subdatur, aut præsit. Quid autem super hoc ordo diuinæ sapientiæ habeat, cognoscere non possunt, nisi Deo reuelante. Vnde necesse habent super his sapientiam Dei consulere. Sic igitur inquantum de contrariis meritis & sibi repugnantibus diuinam consulunt voluntatem, resistere sibiinuicem dicuntur: non quia sint eorum contrariæ voluntates, cum in hoc omnes concordent quòd Dei sententia impleatur, sed quia ea, de quibus consulunt, sunt repugnantia. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

se. ergo. quo ad secũdam vero: quia Deus permittit incurri in aliquem defectum pœnæ vel culpæ. Consequentia probatur: quia custodia angelica est executio quædam diuinæ prouidentiæ circa homines. Explanantur proinde autoritates scripturæ ex sensu conclusionis, vt patet.

Annot. ¶In responsione ad tertium aduerte, quòd non dicitur in litera, quòd angelus sit similiter in cælo, & in custodito homine per effectum actualem in illo: sed quòd in cælo quandoque existens non relinquit hominem quo ad effectum: quia vigilat super illum, & statim si opus est, subuenire potest. Vnde in litera hæc duo ponuntur, scilicet actualis cognitio eorum, quæ circa custodiendum hominem fiunt: & potentia proxima ac expedita absq; interuallo temporis medij ad subueniendum. Et propter hoc dicitur non relinquere quo ad effectum custodiæ: sicut mater non dicitur relinquere infantem, quando ita prope iuxta eum vigilãs occupatur, quòd statim potest illi in omnibus adesse.

474

559 2.dist. 11. q.1.ar.5.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimætertiæ Articulum septimum.*

Coment. Titulus clarus. ¶In corpore est vna conclusio responsiua quæsito negatiue: quam probat primo, deinde explanat. Est ergo conclusio, Angeli non dolent de malis custoditorum. Probatur. Dolor est de inuoluntario simpliciter. nihil fit in mundo inuoluntarium simpliciter angelis sanctis: ergo angeli sancti de nullo dolent. Maior probatur autoritate Augustini. Minor probatur, Ordo diuinæ iustitiæ est totaliter voluntarius angelis. ergo nihil fit in mundo contra eorum voluntatem. Tenet sequela, quia nihil fit nisi secundum ordinem diuinæ iustitiæ. Explanatur deinde hæc ratio distinguendo ex tertio Ethicorum, voluntarium & inuoluntarium simpliciter & in vniuersali: & applicando ad propositum, patent omnia.

a ¶*Super Quæstionis cẽtesimædecimætertiæ Articulum octauum.*

Coment. Titulus clarus. ¶In corpore quatuor, primo occasio quæstionis, & est autoritas Danielis. Secundo, expositio Hieronymi, & est remotio quæstionis: quia ponit quòd intelligitur de pugna inter bonum & malum angelum: hic autem est quæstio de pugna inter bonos. Tertio expositio Gregor. & est confirmatio quæstionis: quia de sanctis angelis inter se, exponit. Quarto respondet quæsito vna conclusione affirmatiue, Inter angelos potest esse pugna, non discordia voluntatum: sed contrarietate meritorum eorum pro quibus pugnare dicuntur. Prima pars patet autoritate Scripturæ. Secunda probatur: quia volunt omnes expleri ordinem diuinę sapientiæ. Tertia probatur: quia merita diuersorum diuersis custoditorum cõtingit esse contraria respectu prælationis adinuicem, & nescire quid Deus velit fieri, ipsum enim consulere de pugnantibus est pugnare. hæc non repugnant beatitudini.

QVAET

QVAESTIO CENTESIMA decimaquarta de Dæmonum impugnatione, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impugnatione dæmonum. ¶Et circa hoc quæruntur quinque. ¶Primo, vtrum homines à dæmonibus impugnentur. ¶Secundo, vtrum tentare sit proprium diaboli. ¶Tertio, vtrum omnia peccata hominum ex impugantione siue tẽtatione dæmonum proueniant. ¶Quarto, vtrum possint vera miracula facere ad seducendum. ¶Quinto, vtrum dæmones qui ab hominibus superantur, ab impugnatione hominum arceantur.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum homines impugnentur à dæmonibus.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homines non impugnentur à dæmonibus. Angeli enim deputantur ad hominum custodiam missi à Deo. Sed dæmones non mittuntur à Deo, cum dæmonum intentio sit perdere animas: Dei autem saluare. Ergo dæmones non deputantur ad hominum impugnationem.

¶Præterea, Non est æqua conditio pugnæ, vt infirmus contra fortem, ignarus contra astutum exponatur ad bellum. Sed homines sunt infirmi & ignari, dæmones autem potentes & astuti. Non est ergo permittendum à Deo, qui est omnis iustitiæ autor, vt homines à dæmonibus impugnentur.

¶Præterea, Ad exercitium hominum sufficit impugnatio carnis & mundi. Sed Deus permittit electos suos impugnari propter eorum exercitium. Ergo non videtur necessarium quòd à dæmonibus impugnentur.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Ephesios 6. quòd non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum: contra spiritualia nequitiæ in cælestibus.

CONCLVSIO.

¶*Impugnantur homines à dæmonibus ex ipsa illorum malitia, ordo autem impugnationis ab ipso Deo est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa impugnationem dæmonum duo est considerare, scilicet ipsam impugnationem, & impugnationis ordinem. Impugnatio quidem ipsa ex dæmonum malitia procedit, qui propter inuidiam profectum hominum impedire nituntur, & propter superbiam, diuinæ potestatis similitudinem vsurpant, deputando sibi ministros determinatos ad hominum impugnationem: sicut & angeli Deo ministrant in determinatis officiis ad hominum salutem. Sed ordo impugnationis ipsius est à Deo, qui ordinatè nouit malis vti, ad bona ea ordinando. Sed ex parte angelorum, tam ipsa custodia quàm ordo custodiæ reducitur ad Deum sicut ad primum actorem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mali angeli impugnant homines dupliciter. Vno modo instigando ad peccatum. Et sic non mittuntur à Deo ad impugnandum, sed aliquando permittuntur secundum Dei iusta iudicia. Aliquando autem impugnant homines puniendo. Et sic mittuntur à Deo. Sicut missus est spiritus mendax ad puniendum Achab regem Israël, vt dicitur 3. Reg. vlti. Pœna enim refertur in Deum sicut in primum actorem. Et tamẽ dæmones ad puniendum missi, alia intentione puniunt, quàm mittuntur. Nam ipsi puniunt ex odio, vel inuidia, mittuntur autem à Deo propter eius iustitiam.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ ad hoc quòd non sit inæqualis pugnæ conditio, sit ex parte hominis recompensatio: principaliter quidem per auxilium diuinæ gratiæ, secundario autem per custodiam angelorũ. Vnde 4. Reg. 6. Elisæus dixit ad ministrum suum, Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.

¶Ad tertium dicendum, quòd infirmitati humanæ sufficeret ad exercitium impugnatio, quæ est à carne & mundo: sed malitiæ dæmonum non sufficit, quæ vtroque vtitur ad hominum impugnationem. Sed tamen ex diuina ordinatione hoc prouenit in gloriam electorum.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum tentare sit proprium diaboli.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd tentare non sit proprium diaboli. Dicitur enim Deus tentare, secundum illud Genes. 22. Tentauit Deus Abrahã. Tentat etiam caro & mundus. Et etiam homo dicitur tẽtare Deum & hominem. Ergo non est proprium dæmonis tentare.

¶Præterea, Tentare est ignorantis. Sed dæmones sciunt quid circa homines agatur. Ergo dæmones non tentant.

¶Præterea, Tentatio est via in peccatum. Peccatum autem in voluntate consistit. Cum ergo dæmones non possint voluntatem hominis immutare, vt per supradicta patet [e]: videtur quòd ad eos non pertineat tentare. & b 546

¶SED CONTRA est, quod dicitur 1. ad Thessa. 3. Ne forte tentauerit nos is qui tentat. Glos. id est diabolus, cuius officium est tentare.

CONCLVSIO.

¶*Tentare, id est ad malum culpæ homines inducere, peccatum est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd tentare est proprie experimentum sumere de aliquo. Experimentum sumitur de aliquo, vt sciatur aliquid circa ipsum. & ideo proximus finis cuiuslibet tentantis est scientia. Sed quandoque vlterius ex scientia quæritur aliquis alius finis, vel bonus, vel malus. Bonus quidem, sicut cum aliquis vult scire qualis aliquis sit, vel quãtum ad scientiam, vel quantum ad virtutem, vt eum promoueat: malus autem, quando hoc scire vult, vt eum decipiat vel subuertat. Et per hunc modum potest accipi quomodo tentare diuersis diuersimode attribuatur. Homo enim tentare dicitur quandoque quidem vt sciat tantum. Et propter hoc tentare Deum dicitur esse peccatum, quia homo quasi incertus experiri præsumit Dei virtutem. Quandoque vero tentat vt iuuet, quandoque vero vt noceat. Diabolus autem semper tentat vt noceat in peccatum præcipitando. & secundum hoc dicitur proprium officium eius tentare. Nam etsi homo aliquando sic tentet, hoc agit inquantum est minister diaboli. Deus autem tentare dicitur vt sciat, eo modo loquendi, quo dicitur scire quod facit alios scire. Vnde dicitur Deut. 13. Tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eũ. Caro etiam & mundus dicuntur tentare instrumentaliter seu materialiter, inquantum scilicet potest cognosci qualis sit homo, ex hoc quòd sequitur vel repugnat concupiscentiis carnis, & ex hoc quòd contemnit prospera mundi & aduersa, quibus etiam diabolus vtitur ad tentandum. Et sic patet solutio ad primum.

¶Ad secundum dicendum, quòd dæmones sciunt ea quæ exterius aguntur circa homines: sed interiorem hominis conditionem solus Deus nouit, qui est spirituum ponderator: ex qua aliqui sunt magis proni ad vnum vitium quàm ad aliud. Et ideo diabolus tentat explorando interiorem conditionem hominis, vt de illo vitio tentet, ad quod homo magis pronus est.

¶Ad tertium dicendum, quòd dæmon etsi non possit immutare voluntatem, potest tamen, vt suprà dictum est [e], aliqualiter immutare inferiores vires: ex quibus etsi non cogitur, voluntas tamen inclinatur. 548 & b

ARTICVLVS III. 563

a ¶*Vtrum omnia peccata procedant ex tentatione diaboli.* 12.q. 80.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd omnia peccata procedant ex tentatione diaboli. Dicit enim Dionysius 4. cap. de Diui. no. quòd multitudo dæmonum est causa omnium malorum sibi & aliis. Et Damasc. dicit quòd omnis malitia & omnis immunditia à diabolo excogitatæ sunt.

art. 4. Et 3.q.8. ar. 7. ad secundum. Et mal. q.3. art.5.

a ¶*Super Quæstionis cẽtesimæ decimæquartæ Articulum primum.*

Coment. Titulus clarus. ¶In corpore vna distinctio cum vna bimembri conclusione responsiua quæsito. Distinctio est, In impugnatione sunt duo, ipsa impugnatio, & ordo eius. conclusio est, Impugnatio dæmonum est ex malitia eorum, ordo vero à Deo. Probatur, & declaratur: probatur quidem quo ad primam partem, ex inuidia profectus, & superbia impugnat. ergo. quo ad secundam vero: quia Deus vtitur malis bene ordinando. ergo. declaratur autem ex opposito, custodia, scilicet angelica. hæc enim secundum vtrunque est à Deo, illa secundum ordinem tantum. Omnia clara sunt.

562 de mal. q. 3. ar. 3. et ar. 4. cor.

Annot. ¶Circa hanc responsionem dubitatiuncula est, quia titulus dubij est de quæstione, an est, vtrum scilicet dæmones impugnent nos. Responsio autem est nõ ad hoc, sed causas impugnationis. ¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd vt patet in 2. Posterio. Omnis quæstio est quæstio medij: & nihil aliud est quærere si quadratura circuli est, quàm si est aliquod medium ad ipsam. Vnde nihil aliud est quærere si dæmones impugnent, quàm si est aliquod medium, seu causa quare nos impugnẽt. Et propterea responsio est ad propositum directè secundũ artem sciendi dum assignat causas: ex quibus prouenit impugnatio dæmonũ contra nos. Sic enim optime à priori ostensum est impugnationem eorum esse.

a ¶*Super Quæstionis cẽtesimædecimæquartæ Articulum secundum.*

Titulus in corpore manifestatur.

Coment. ¶In corpore duo. Primo in communi declaratur quid & quotuplex est tentare. Secundo respondetur quæsito. ¶Quo ad primum duo dicuntur, quid est tentare, scilicet experimentum sumere vt sciatur aliquid circa tentatum, & quotuplex est: & dicitur quòd multiplicatur ex parte finis. nam quandoque fit cum solo fine proximo, qui cadit in eius diffinitione, scilicet scire: quandoque cum aliquo vlteriore fine: qui potest esse bonus & malus, &c. ¶Quo ad secundum conclusio responsiua est. Tentare vt noceat perpetratione peccati, est proprium diaboli. Probatur ex differentia inter tentare attributum diabolo, & aliis, scilicet homini, Deo & carni, ac mundo: homini quidem conuenit ad vtrumlibet, scilicet bonũ & malum: & ad malum culpæ non nisi vt ministro diaboli: Deo verò ad bonum tantum: mundo verò & carni quamuis ad malum culpæ, tamen aut non actiue, sed materialiter, aut instrumentaliter, diabolo principaliter tentante.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæquartæ Articulum tertium.*

Titulus clarus. ¶In corpore est vna distinctio bimẽbris cum duabus iuxta membra conclusionibus responsiuis quæsito. Distinctio est, Causa alicuius dupliciter, directe, quæ scilicet directe operatur ad illud

562 2. qõ. 97. ar. 2. cor. & 2. dist. 21. qõ. 1. art. 1. Et opus. 7. cap. 7. Cõment.

ad illud: vt domificator ad ædificandum: & indirecte, quæ scilicet operatur aliud ad quod illud sequitur: vt scindens ligna respectu combustionis.

¶Prima conclusio est affirmatiua, Omnia peccata hominum causantur à dæmone indirecte. Probatur primo: quia fuit causa primi peccati, ex quo secuta est pronitas ad malum. Exponuntur deinde doctores Diony. & Damasc. iuxta hunc sensum.

¶Secunda conclusio est ngatiua, Nõ omnia peccata hominum causantur à dæmone directe. Probatur primo, Secluso dæmone, in homine sunt appetitus sensitiuus & liberum arbitrium, ergo potest esse peccatũ. Antecedens patet etiam autoritate Orig. consequentia probatur, quia regulatio appetitus ex libero pendet arbitrio. deinde declaratur conclusio: quoniam particularis est quo ad particularem sibi subcontrariam: quomodo scilicet fiant quædã peccata nostra à dæmone directe, & dicitur quòd eo modo quo peccatum primorum parentum.

a ¶Super Quæstionis centesimæ decimæquartæ Articulum quartum.

Coment. Titulus clarus. ¶In corpore duo. Primo distinguendo respondet quæsito. Secundo ad perfectionem doctrinæ addit quoddam notabile.

¶Quo ad primum distinctio suprapposita reperitur, Miraculum dupliciter proprie, & large.

¶Prima cõclusio responsiua negatiua, Dæmones non possunt facere proprie miracula. Probatur vt supra: quia miraculũ proprie est præter ordinem & virtutem totius creaturæ.

¶Secunda conclusio est responsiua affirmatiue: Dæmones possunt per miracula large seducere. Probatur, quia possunt aliquid, quod & facultatẽ & cognitionem nostram excedit.

¶Quo ad secũdum notatur, quòd aliud est dicere, hoc est vere miraculum, & aliud, hoc est vere res quæ apparet; & quòd quamuis opera mira dæmonum nunquam sint vera miracula, vt in prima conclusione dicitur: sunt tamen quandoque vere res
564 mirabiliter factæ, vt ranæ magorum, & ignis, & turbo Iob. Quandoque autem sunt rerum phantasmata, seu similitudines tantum: vt in responsione ad secundum declaratur.

¶Præterea, De quolibet peccatore dici posset, quòd Dominus de Iudæis dicit Iohan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Hoc autem est inquantum ipsi ex diaboli suggestione peccabant. Omne ergo peccatum est ex suggestione diaboli.

¶Præterea, Sicut angeli deputantur ad custodiam hominum, ita dæmones ad impugnationem. Sed omnia bona quæ facimus, ex suggestione bonorum angelorum procedunt: quia diuina ad nos mediantibus angelis perferuntur. Ergo & omnia mala quæ facimus, proueniunt ex suggestione diaboli.

¶SED CONTRA est quod dicitur in lib. de Eccle. dog. Nõ omnes cogitationes nostræ malæ à diabolo excitantur, sed aliquotics ex nostri arbitrij motu emergunt.

CONCLVSIO.

¶Omnia hominum peccata à dæmone indirecte causantur, directe autem ex arbitrij libertate.

¶RESPONDEO dicendum, quòd causa alicuius potest dici aliquid dupliciter. Vno modo directe, alio modo indirecte. Indirecte quidem, sicut cum aliquod agens causans aliquam dispositionem ad aliquem effectum, dicitur esse occasionaliter & indirecte causa illius effectus, sicut si dicatur, quòd ille, qui secat ligna, est causa combustionis eorum. Et hoc modo dicendum est, quòd diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum: quia instigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quædam pronitas ad omnia peccata. Et per hunc modum intelligenda sunt verba Damasc. & Diony. Directe autẽ dicitur esse aliquid causa alicuius, quod operatur directe ad illud, & hoc modo diabolus non est causa omnis peccati. Non enim omnia peccata committuntur diabolo instigante, sed quædam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione. Quia vt Origenes dicit, etiam si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum & venereorum, & huiusmodi. Circa quæ multa inordinatio contingit, nisi per rationem talis appetitus refrænetur, & maxime supposita corruptione naturæ. Refrænare autem & ordinare huiusmodi appetitum, subiacet libero arbitrio. Sic ergo non est necessarium omnia peccata ex instinctu diaboli prouenire. si qua tamen ex instinctu eius proueniunt, ad ea complenda eo blandimento decipiuntur homines nunc, quo primi parentes, vt Isidorus dicit. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶Ad secundum dicendum, quòd si qua peccata absque instinctu diaboli perpetrantur per ea tamen fiunt homines filij diaboli, inquantum ipsum primo peccantem imitatur.

¶Ad tertium dicendum, quod homo potest per seipsum ruere in peccatum: sed ad meritum proficere non potest, nisi auxilio diuino, quod homini exhibetur mediante ministerio angelorum. Et ideo ad omnia bona nostra cooperantur angeli: non tamen omnia peccata nostra procedunt ex dæmonum suggestione. Quamuis nullum genus peccati sit, quod non interdum ex dæmonum suggestione proueniat.

ARTICVLVS IIII.

a ¶Vtrum dæmones possint homines seducere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd dæmones non possint homines seducere per aliqua miracula vera. Operatio enim dæmonum maxime vigebit in operib⁹ Antichristi. Sed sicut Apostolus dicit secũdæ ad Thessalonicenses secundo, eius aduentus est secundum operationem Satanæ in omni virtute & signis & prodigiis mẽdacibus. Ergo multo magis alio tempore per dæmones non fiunt nisi signa mendacia.

¶Præterea, Vera miracula per aliquam corporum immutationem fiunt. Sed dæmones non possunt immutare corpus in aliquam naturam. Dicit enim August. 18. de ciui. Dei. Nec corpus quidem humanum nulla ratione crediderim dæmonum arte, vel potestate, in membra bestialia posse conuerti. Ergo dæmones vera miracula facere non possunt.

¶Præterea, Argumentũ efficaciã non habet quod se habet ad opposita. Si ergo miracula vera possunt fieri à dæmonibus ad falsitatem persuadendam, nõ erunt efficacia ad veritatẽ fidei confirmandam. Quod est incõueniens: cum dicatur Marci vltimo, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.

¶SED CONTRA est quod August. dicit libro 83. quæstio. quòd magicis artibus fiunt miracula plerunque similia illis miraculis, quæ fiunt per seruos Dei.

CONCLVSIO.

¶Quamuis dæmones non possint proprie miracula facere, possunt tamen per miracula communiter homines seducere.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut ex suprà dictis patet [e], si miraculum proprie accipiatur, dæmones miracula facere non 564 possunt, nec aliqua creatura, sed solus Deus. Quia miraculum proprie dicitur quod fit præter ordinem totius naturæ creatæ, sub quo ordine continetur omnis virtus creata. Dicitur tamen quandoque miraculum largè, quod excedit humanam facultatem & considerationem. Et sic dæmones possunt facere miracula: quæ scilicet homines mirantur, inquantum eorum facultatem & cognitionem excedunt. Nam & vnus homo inquantum facit aliquid, quod est suprà facultatem & cognitionem alterius, ducit alium in admirationem sui operis, vt quodãmodo miraculum videatur operari. Sciendum est tamen, quòd quamuis huiusmodi opera dæmonum quæ nobis miracula videntur, ad veram rationem miraculi non pertingant, sunt tamen quandoque veræ res [e]. Sicut magi Pharaonis b per virtutem dæmonũ veros serpentes & ranas fecerunt. Et quando ignis de cælo cæcidit, & familiam Iob cum gregibus pecorum 544 vno impetu consumpsit, & turbo domum deiiciens, filios eius occidit, quæ fuerunt opera Satanæ, phantasmata non fuerunt, vt August. dicit 20. de Ciui. Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augusti. dicit ibidem, Antichristi opera possunt dici esse signa mendacij: vt quia mortales sensus per phantasmata decepturus est, vt quæ non facit videatur facere. Vel quia si sint vera prodigia, ad mendacium tamen pertrahent credituros.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut suprà dictum est [e], materia 542 corporalis non obedit angelis bonis, seu malis ad nutum, vt dæmones sua virtute possint transmutare materiam de forma in formam. Sed possunt adhibere quædã semina quæ in elementis mundi inueniuntur ad huiusmodi effectus complendos: vt August. dicit 3. de Trini. Et ideo dicendum est, quòd omnes transmutationes corporalium rerum quæ possunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent prædicta semina: possunt fieri per operationem dæmonum huiusmodi seminibus adhibitis. Sicut cum aliquæ res transmutantur in serpentes vel ranas, quæ per putrefactionem generari possunt. Ille vero transmutationes corporalium rerum quæ non possunt virtute naturæ fieri, nullo modo operatione dæmonum secundum rei veritatem perfici possunt. Sicut quòd corpus humanum mutetur in corpus bestiale, aut quod corpus hominis mortuum reuiuiscat. Et si aliquando aliquid tale operatione dæmonum fieri videatur, hoc non est secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam tantum. Quod quidem potest dupliciter contingere. Vno modo ab interiori secundum quòd dæmon potest mutare phantasiam hominis, & etiam sensus corporeos, vt aliquid videatur aliter quàm sit: sicut suprà dictum est [e]. Et hoc etiam interdum fieri dicitur virtute aliquarũ rerum corporalium. 547
Alio modo ab exteriori. Cum enim ipse possit formare corpus ex 548 aëre cuiuscunq; formæ & figuræ, vt illud assumens in eo visibiliter appareat: potest eadem ratione circumponere cuicunque rei corporeæ quamcunque formam corpoream, vt in eius specie videatur. Et hoc est quod August. dicit 18. de Ciui. Dei, quòd phantasticum hominis quod etiam in cogitando siue somniando, per rerum innumerabilium genera variatur, velut incorporatum in alicuius animalis effigie sensibus apparet alienis. Quod non est sic intelligendum quòd ipsa vis phantastica hominis, aut species eius eadem numero incorporata alterius sensibus ostendatur, sed quia dæmon qui in phantasia vnius hominis format aliquam speciem: ipse etiam potest similem speciem alterius sensibus offerre.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in lib. 83. quæstio. cum talia faciunt magi qualia sancti, diuerso fine & diuerso iure fiunt. Isti enim faciunt quærentes gloriam suã, illi quærentes gloriam Dei. Et isti faciunt per quædam priuata commercia: illi autem publica administratione & iussu Dei, cui cuncta creata subiecta sunt.

ARTICVLVS V.

a ¶Vtrum dæmon, qui superatur ab aliquo, propter hoc ab impugnatione arceatur.

565 2. dist. 6. artic. 5.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quòd dæmõ qui superatur ab aliquo, non propter hoc ab impugnatione arceatur. Christus enim efficacissime suum tentatorem vicit. Sed tamen postea eum impugnauit, ad occisionem eius Iudæos incitando. Ergo non est verum quòd diabolus victus ab impugnatione cesset.

¶Preterea, Infligere pœnam ei qui in pugna succumbit, est incitare ad acrius impugnandum. Hoc autem non pertinet ad Dei misericordiam. Ergo dæmones superati non arcentur.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Matth. quarto, Tunc reliquit eum diabolus, scilicet Christum superantem.

CONCLVSIO.

¶Dæmon superatus vacat à tentatione eiusdem non semper, sed vsque ad tempus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dicunt, quòd dæmon superatus nullum hominem potest de cætero tentare, nec de eodem, nec de alio peccato. Quidam autem dicunt, quòd potest alios tentare, sed non eundem. Et hoc probabilius dicitur, si tamen intelligatur vsque ad aliquod tempus. Vnde & Luc. 4. dicitur, quòd consummata omni tentatione diabolus recessit à Christo vsque ad tempus. Et huius ratio est duplex. Vna est ex parte diuinæ clementiæ. Quia, vt Chryso. dicit super Matth. non tandiu homines diabolus tentat, quandiu vult, sed quãdiu Deus permittit. Quia & si permittat paulisper tẽtare, tamen repellit propter infirmam naturam. Alia ratio sumitur ex astutia diaboli. Vnde Ambrosi. dicit super Lucam, quòd diabolus instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Quòd tamen aliquãdo diabolus redeat ad eum, quem dimisit, patet per illud quod dicitur Matth. 12. Reuertar in domum meam vnde exiui.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO CENTESIMA decimaquinta, De actione corporalis creaturæ, in sex articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de actione corporalis creaturæ, & fato, quod aliquibus corporibus attribuitur.

¶Circa actiones corporales quæruntur sex. ¶Primo, vtrum aliquod corpus sit actiuum. ¶Secundo, vtrum in corporibus sint aliquæ seminales rationes. ¶Tertio, vtrum corpora cælestia sint causa eorum, quæ hic per inferiora corpora fiunt. ¶Quarto, vtrum sint causa humanorum actuum. ¶Quinto, vtrum eorum actionibus dæmones subdantur. ¶Sexto, vtrum cælestia corpora imponant necessitatem his, quæ eorum actionibus subduntur.

ARTICVLVS I.

a ¶Vtrum aliquod corpus sit actiuum.

566 3. contra cap. 69.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd nullũ corpus sit actiuum. Dicit enim August. quòd in rebus inueniuntur aliquid actum & non agens, sicut sunt corpora: aliquid agens & non actum, sicut Deus: aliquid agens & actum, sicut substantiæ spirituales.

¶Præterea, Omne agens excepto primo agente, in suo opere indiget subiecto, quod sit susceptibile suæ actionis. Sed infra substãtiam corporalem non est substantia quæ sit receptibilis suæ actionis: quia hæc substantia tenet vltimum gradum in entibus. Ergo substantia corporalis non est actiua.

¶Præterea, Omnis substantia corporalis concluditur quantitate. Sed quantitas impedit substantiam à motu & actione: quia comprehendit eam & mergitur in ea: sicut impeditur aër nubilosus à perceptione luminis. Et huius signum est, quòd quãto magis accreuerit quantitas corporis, tanto est ponderosius & grauius ad hoc quòd moueatur. Ergo nulla substantia corporalis est actiua.

¶Præterea, Omne agens habet virtutem agendi ex propinquitate ad primum actiuum. Sed à primo actiuo quod est simplicissimum, remotissima sunt corpora, quæ sunt maxime composita. Ergo nullum corpus est agens.

¶Præterea, Si aliquod corpus est agens, aut agit ad formam substãtialem, aut ad formam accidentalem. Sed non ad formam substantialem: quia non inuenitur in corporibus principium actionis nisi aliqua qualitas actiua, quæ est accidens. Accidens autem non potest esse causa formæ substantialis: cum causa sit potior quàm effectus. Similiter etiam neq; ad formam accidentalem: quia accidens non se extendit vltra suum subiectum, vt August. dicit 9. de Trinit. Ergo nullum corpus est actiuum.

¶SED CONTRA est, quòd Dion. 15. capit. cælest. hierar. inter cæteras proprietates corporei ignis dicit, quòd ad susceptas materias manifestat suiipsius magnitudinem, & actiuus & potens.

CONCLVSIO.

¶Corpus secundum quòd est actu, agit in corpus secundum quòd est in potentia.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd sensibiliter apparet aliqua corpora esse actiua. Sed circa corporum actiones tripliciter aliqui errauerunt. Fuerunt enim aliqui qui totaliter corporibus actiones subtraxerunt. Et hęc est opinio Auicebron in libro fontis vitæ, vbi per rationes, quæ tactæ sunt, probare nititur quòd nullum corpus agit, sed omnes actiones quæ videtur esse corporum, sunt actiones cuiusdam virtutis spiritualis, quæ penetrat per omnia corpora: ita quòd ignis secundum eum non calefacit, sed virtus spiritualis penetrans per ipsum. Et videtur hæc opinio deriuata esse ab opinione Plato. Nam Plato posuit omnes formas, quæ sunt in materia corporali, esse participatas & determinatas & contractas ad hanc materiam [e], formas vero separatas esse absolutas & quasi vniuersales. Et ideo illas formas separatas dicebat esse causas formarum quę sunt in materia. Secundum hoc ergo quòd forma, quæ est in materia corporali, determinata est ad hanc materiam indiuiduatam per quantitatem, ponebat Auicebron quòd à quantitate prout est indiuiduationis principium, retinetur & arcetur forma corporalis, ne possit se extendere per actionem in aliam materiam. sed solum forma spiritualis & immaterialis quæ non est coarctata per quantitatem potest effluere per actionem in aliud. Sed ista ratio non concludit quòd forma corporalis non sit agens, sed quòd non sit agẽs vniuersale. Secũdum enim quod participatur aliquid, secundum hoc est necessarium quòd participetur id quod est proprium ei. Sicut quãtum participatur de lumine, tantum participatur de ratione visibilis. Agere autem, quod nihil est aliud quàm facere aliquid actu, est per se proprium actus inquãtum est actus. Vnde & omne agens agit sibi simile. Sic ergo ex hoc quòd aliquid est forma non determinata per materiam quantitati subiectam, habet quòd sit agens indeterminatum & vniuersale. Ex hoc vero q̃ est determinata ad hanc materiam, habet quòd sit agens contractum & particulare. Vnde si esset forma ignis separata, vt Platonici posuerunt [e], esset aliquo modo causa omnis ignitionis. Sed hæc forma ignis, quæ est in hac materia corporali, est causa huius ignitionis, quæ est ab hoc corpore in hoc corpus. Vnde & fit talis actio per contactum duorum corporum. Sed tamen hæc opinio Auicebron superexcedit opinionem Plato. Nam Plato ponebat solum formas substantiales separatas, accidentia vero reducebat ad principia materialia: quæ sunt magnum & paruum, quæ ponebat esse prima contraria: sicut & alij rarum & densum. Et ideo tam Plato quàm Auicenna in aliquo ipsum sequentes, ponebant quòd agentia corporalia agunt secundum formas accidentales, disponendo materiam ad formam substantialem [e]: sed vltima perfectio, quæ est per inductionem formæ substantialis, est à principio immateriali. Et hæc est secunda opinio de actione corporum. De qua suprà dictum est [e], cum de creatione ageretur. Tertia vero opinio fuit Democriti, qui ponebat actionem esse per effluxionem atomorum à corpore agente, & passionem esse per receptionem eorundem in poris corporis patientis. Quam opinionem improbat Aristot. in primo de genera. Sequeretur enim quòd corpus non pateretur per totum, & quòd

a ¶Super Quæstionis centesimæ decimæquartæ Articulum quintum.

Titulus clarus. ¶In corpore duo. *Comenta.* Primo referuntur opiniones. Secundo respondetur quæsito.

¶Quo ad primum duæ referũtur opiniones. Prima, quòd superatus dæmõ semper vacabit simpliciter à tentando. Secunda, quòd vacabit à tentando eundem tantum.

¶Quo ad secũdum conclusio responsiua est, Superatus dæmon vacat à tentatione eiusdem ad tempus. Probatur quòd vacet, autoritate & ratione. Autoritate tentationis Christi. Ratione, primo Chrysostomi, ex parte Dei: quia non permittit propter infirmam naturam. 336 Secundo Ambros. ex parte dæmonis: quia refugit triumphari. Deinde probatur quo ad tempus, & non simpliciter autoritate Matth. 12. Reuertar in domum meam. Aduerte hic quãta fuerit reuerentia diui Thomæ ad sacros doctores, quòd cum opinio propria quę est conclusio, sit tertia, maluit cõtinuare illam cum secunda, trahendo illam ad bonum sensum, ne videretur aliis se præferre.

a ¶Super Quæstionis centesimæ decimæquintæ Articulum primum.

Titulus clarus. ¶In corpore quinque. *Comenta.* Primo in quo stat difficultas. Secundo tractatur opinio Auicebrõ. Tertio Platonis & Auicennæ. Quarto Democriti. Quinto respondetur quæsito.

¶Quo ad primum duo. quid manifestũ, & quid occultum. Manifestũ ad sensum est corpora agere, 419 vt ignem calefacere experimur. Difficile autem aut disputabile est quomodo agãt, quoniã fuit circa modum agendi triplex error.

¶Aduerte hic quòd corpora aliquo modo concurrere ad agẽdum nullus negat: & hic experimur ad sensum. *Annota.* Sed quo modo concurrãt, an scilicet vt media, per quæ transeat vis actiua, an vt disponentia, an vt emittentia de se atoma, an vt educẽtia de aliorum potentiis, &c. hoc est quod in dubium vertitur. b 568

¶Quo ad secũdum tria. *Comenta.* Primo opinionem. Secundo radicem Platonicam. Tertio differentiam eius à Platonica opinione: 245 & omnia tam clara sunt in litera, 336 vt non expositione egeant. Ad bonitatem tamen doctrinæ circa opinionem aduerte quòd hæc opinio adeò circa modum agendi delirauit: vt talem posuerit modum, ex quo

quantitas corporis agentis diminueretur ex hoc quod agit: quæ sunt manifeste falsa. Dicendum est ergo quòd corpus agit secundum quod est in actu, in aliud corpus secundum quod est in potentia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dictum Augustini est intelligendum de tota natura corporali simul accepta: quæ non habet aliquam inferiorem naturam infra se, in quam agat: sicut natura spiritualis in corporalem, & natura increata in creatam. Sed tamen vnum corpus est infra alterum, inquantum est in potentia ad id quod habet aliud in actu.

¶Et per hoc patet solutio ad secũdum. Sciendum est tamen quòd cum Auicebron sic argumentatur, est aliquid quod est mouens non motum, scilicet primus factor rerum: ergo ex opposito est aliquid quod est motum & patiens tantum: quod concedendum est. Sed hoc est materia prima, quæ est potentia pura, sicut Deus est actus purus. Corpus etiam componitur ex potentia & actu. Et ideo est agens & patiens.

¶Ad tertium dicendum, quòd quantitas non impedit formam corporalẽ omnino ab actione, sicut dictum est [e]: sed impedit eam ne sit agens vniuersale, inquantum forma indiuiduatur, prout est in materia quantitati subiecta. Signum tamen quod inducitur de ponderositate corporum, non est ad propositum. Primo quidem, quia additio quantitatis non est causa grauitatis, vt probatur in quarto de cælo & mundo. Secũdo, quia falsum est quòd ponderositas facit tardiorem motum: imò quanto aliquid est grauius, tanto magis mouetur motu proprio. Tertio, quia actio non fit per motum localem, vt Democ. posuit, sed per hoc quòd aliquid reducitur de potentia in actum.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd corpus non est id quod maxime distat à Deo. Participat enim aliquid de similitudine diuini esse secundum formam quam habet. Sed id quod maxime distat à Deo, est materia prima: quę nullo modo est agens, cum sit in potentia tantum.

¶Ad quintum dicendum, quòd corpus agit & ad formam accidentalem & ad formam substantialem. Qualitas enim actiua vt calor, etsi sit accidens, agit tamen in virtute formæ substantialis [e], sicut eius instrumentũ. Et ideo potest agere ad formam substantialem: sicut & calor naturalis inquantum est instrumentũ animæ, agit ad generationem carnis, ad accidens vero agit propria virtute. Nec est contra rationem accidentis, quòd excedat suum subiectum in agendo, sed quòd excedat in essendo: nisi forsan quis imaginetur idem accidens numero defluere ab agente in patiens, sicut Democritus ponebat fieri actionem per defluxum atomorum.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum in materia corporali sint aliquæ rationales seminales.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd in materia corporali non sint aliquæ rationes seminales. Ratio enim importat aliquid secundum esse spirituale. Sed in materia corporali non est aliquid spiritualiter, sed corporaliter: secundum scilicet modum eius in quo est. Ergo in materia corporali non sunt seminales rationes.

¶Præterea, Augustin. dicit tertio de Trinitate quòd dæmones quædam opera faciunt adhibendo occultis motibus quædam semina quæ in elementis cognoscunt. Sed ea quæ per motum localem adhibẽtur, sunt corpora non rationes. Ergo incõuenienter dicitur, quòd sunt in corporali materia seminales rationes.

¶Præterea, Semen est principium actiuum. Sed in materia corporali nõ est aliquod principium actiuum: cum materiæ non competat agere, vt dictum est [e]. Ergo in materia corporali non sunt seminales rationes.

¶Præterea, In materia corporali dicitur esse quædam causales rationes, quæ videntur sufficere ad rerum productionem. Sed seminales rationes sunt aliæ à causalibus: quia præter seminales rationes fiunt miracula, non autem præter causales. Ergo incõueniẽter dicitur q̃ seminales rationes sint in materia corporali.

¶SED CONTRA est quod Augusti. dicit 13. de Trinit. Omnium rerum quæ corporaliter visibiliterq; nascuntur, occulta quędam semina in istis corporeis mũdi huius elementis latent.

CONCLVSIO.

¶*Rationes seminales, quæ actiua & passiua principia generationis naturalis sunt, in materia corporali multis modis reperiuntur.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd denominationes consueuerunt fieri à perfectiori, vt dicitur in 3. de anima. In tota autem natura corporea perfectiora sunt corpora viua. Vnde & ipsum nomen naturæ translatum est à rebus viuentibus ad omnes res naturales. Nam ipsum nomen naturæ, vt Philosophus dicit in quinto Metaphysic. primo impositum fuit ad significandam generationẽ viuentium quæ natiuitas dicitur [e]. Et quia viuentia generantur ex principio coniuncto, sicut fructus ex arbore & fœtus ex matre cui colligatur: consequenter tractum est nomen naturæ ad omne principium motus, quod est in eo quod mouetur [e]. Manifestum est autem, quòd principium actiuum & passiuum generationis rerum viuentium sunt semina, ex quibus viuentia generantur. Et ideo cõuenienter August. omnes virtutes actiuas & passiuas, quæ sunt principia generationum & motuum naturalium, seminales rationes vocat. Huiusmodi autem virtutes actiuæ & passiuæ in multiplici ordine considerari possunt. Nam primo quidem, vt August. dicit 6. super Gen. ad lit. sunt principaliter & originaliter in ipso verbo Dei, secũdum rationes ideales. Secundo vero sunt in elementis mundi, vbi simul à principio productæ sunt, sicut in vniuersalibus causis. Tertio vero modo sunt in iis, quæ ex vniuersalibus causis secundum successiones temporum producuntur. Sicut in hac planta & in hoc animali, tanquam particularibus causis. Quarto modo sunt in seminibus, quæ ex animalibus & plantis producũtur. Quæ iterum comparantur ad alios effectus particulares, sicut primordiales causæ vniuersales ad primos effectus producendos.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd huiusmodi virtutes actiuæ & passiuæ rerũ naturalium, etsi non possint dici rationes secũdum quod sunt in materia corporali, possunt tamẽ dici rationes per cõparationem ad suam originem: secundum quod deducuntur à rationibus idealibus.

¶Ad secundum dicendum, quòd huiusmodi virtutes actiuæ vel passiuæ sunt in aliquibus partibus corporalibus. Quæ dum adhibentur per motum localem ad aliquos effectus complendos, dicuntur semina adhiberi per dæmones.

¶Ad tertium dicendum, quòd semen maris est principium actiuum in generatione animalis: sed potest etiam dici semen id quod est ex parte fœminæ, quod est principium passiuum. Et sic sub semine comprehendi possunt vires actiuæ & passiuæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd ex verbis August. de huiusmodi rationibus seminalibus loquentis, satis accipi potest quòd ipsæ rationes seminales sunt etiam rationes causales, sicut & semen est quædam causa. Dicit enim in tertio de Trinitate, quòd sicut matres grauidæ sunt fœtibus, sic ipse mundus est grauidus causis nascentium. Sed tamen rationes ideales possunt dici causales: non autem propriè loquendo, seminales, quia semen non est principium separatum. Et præter huiusmodi rationes non fiunt miracula. Similiter etiam neq; præter virtutes passiuas creaturæ inditas (vt ex ea fieri possit quicquid Deus mandauerit) sed præter virtutes actiuas naturales & potentias passiuas, quæ ordinantur ad huiusmodi virtutes actiuas: dicuntur fieri miracula, dum dicitur quòd fiunt præter rationes seminales.

[Commentary, p. 474]

sequatur negatio ipsius actionis: & ideo in litera dicitur, quod totaliter subtraxerunt actiones corporibus: dicendo enim, quòd corpora in agendo concurrunt tantum secundum apparentiam, & vt media, per quæ transit vis actiua, & non vt aliquid cooperãtia, manifeste incidunt in conditionẽ diminuentem, sicut dicendo hominem pictum.

Annota. ¶Circa radicẽ vero platonicam notato quòd quãuis prima facie hæc ratio videatur continere in se duas rationes positas in tertio contra Gentil. cap. sexagesimonono pro Auicebron. Si quis tamen diligenter consideret, non est ita, vt patet ex tertio argumento hic facto ex parte quantitatis: vt etiam sit ibi: imò hæc ratio non fuit ibi explicata, sed hic, altiorique ingenio firmata est confutata. Consistit enim hęc ratio super esse rei actiuæ: quia scilicet debet esse absolutum, esse autem corporeum non est absolutum sed contractum ergo. Soluitur autem & subtilius, quòd esse fundat actiuitatem, sed nõ modum agendi: imò sicut actualitas rei est causa actionis, ita modus essendi in actu causat modum agẽdi. Et propterea cum absolutum & contractum dicant modos essendi, & non actum ipsum, ex affirmatione absoluti sequitur modus agendi vniuersaliter: & ex affirmatione contracti modus agendi particulariter. Et sic ex negatione absoluti non sequitur negatio actiuitatis, sed modi agendi, scilicet vniuersaliter, cuius signum in litera notato, quòd actio contracti est per contractum duorum corporum: hoc enim est limitati modi actionis signum. *d*

Comenta. ¶Quo ad tertium Platonis & Auicennæ, non Auicebron, vt multi corrupti codices habent, opinio ponitur, consistens in hoc, quòd corpora agunt per suas formas accidentales, vt disponentia materiam: & in hoc bene dicit, & euitat stultitiam Auicebron. Et quòd corpora non agunt vt educẽtia formas substantiales, sed dantur à formis separatis vel intelligentia agente: & in hoc errat, vt patuit superius.

567 *2. dist. 7. infrà expo. lit. Et dist. 13. arti. 1. cor. 2. di. 18. q. 1. articul. 2 Et ver. q. 5. artic. 9. ad 5.*

¶Quo ad quartum opinio Democriti valde rudis ponit actionem fieri per defluxum atomorũ ex corpore agente in patiẽs. Improbatur ex parte patientis, quia non totum pateretur ex parte agentis, quia minueretur agendo.

¶Quo ad quintum conclusio responsiua quæsito est, Corpus agit secundum quod est actu in aliud, secundum quod est in potẽtia. Hæc conclusio satis probata relinquitur, ex dictis contra Auicebron. Vnumquodque quantum participat de aliquo, tantum etiam participat de illius proprio. sed actus proprium est agere. ergo corpus secundum quod est actu, actiuum est: & sic habetur quòd vere agit: & modus agendi, & quid agit, scilicet tam accidẽs, quàm substantiam, cum sit actu & secundum formam substãtialem & accidentalem. *a d 566*

Annota. ¶Aduerte hic, quòd corpus esse actiuum secundum suam substantiam, potest dupliciter intelligi. Vno modo vt sit elicitiuum alicuius seu propriæ actionis, puta generationis, verbi gratia, quando ignis generat ignem, sicut calor elicit alterationem præuiam, scilicet calefactionem: ita substantia ignis eliciat generationẽ substantialem. Et hæc est opinio Scoti posita ab eo in multis locis, scilicet in primo, distinctione trigesimaseptima, & in secundo distinctione nona, quæstione secũda, & distinctione decimasexta quæstione prima, & in quarto distinctione vndecima, &c. *161 d 169 d 169* Alio modo, vt corpus non sit per seipsum elicitiuum alicuius actionis, sed sit radix & principiũ, quòd qualitas sua actiua eliciat actionem assimilatiuam sibi substãtialiter. Verbi gratia, Substantia ignis non elicit generationem huius ignis geniti, sed est præbens efficaciam calori suo, vt eliciat generationem quæ effectus fiat similis substantialiter igni, id est, fiat ignis, quia est agens vniuocum. Et ista via est peripatetica, vt patet in de sensu & sensato quam sequitur Sanct. Thomas expresse tenẽs quòd creata substãtia nullius actionis est proximum elicitiuum principium.

Annota. ¶In respõsione ad quintum est quæstio quo modo substantia agat substantiam, & accidens in virtute substantiæ, sed suprà tractata est.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæquintæ Articulum secundum.*

Annota. Titulus clarus ex corpore articuli. Motus est enim articulus hic propter verba Augustini.

Comenta. ¶In corpore duo. Quid & quàm conuenienter significetur ratio seminalis secundo respondet quæsito.

¶Quo ad primum principia actiua & passiua motuum & generationũ naturalium, rationes seminales ab Augustino conuenienter vocantur. Probatur, Corpora viuentia sunt perfectiora inter omnia naturalia: ergo ab eis cõuenienter fit denominatio cæterorum, ergo à seminibus conuenienter nominantur principia actiua & passiua omnium naturalium. Antecedens patet: consequẽtia probatur dupliciter. Primo à priori: quia denominatio fit à perfectiori, ex secundo de anima. Secundo à posteriori, & simili ad propositum: quia nomen naturæ à natiuitate ortum, ad omnium rerum naturalium coniuncta principia translatum est. secunda vero consequentia probatur: quia semina sunt actiua & passiua principia generationis viuentium.

¶Quo ad tertium conclusio est, quòd rationes seminales sunt in materia corporali multipliciter. Declaratur numerando quatuor modos essendi, quos habent, in verbo, in causis vniuersalibus corporalibus, in causis particularibus, in seminibus: vbi patet tripliciter esse rationes seminales in materia corporali.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum corpora cælestia sint causa eorum, quæ hic in inferioribus fiunt.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quòd corpora cælestia non sint causa eorum quæ hic in inferioribus corporibus fiunt. Dicit enim Damas. Nos autem dicimus quoniam ipsa, scilicet corpora cælestia, non sunt causa alicuius eorum quæ fiunt: neque corruptionis eorum quæ corrumpuntur: signa autem sunt magis imbrium, & aëris transmutationis.

¶Præterea, Ad faciendum aliquid sufficit agens & materia. sed in istis inferioribus inuenitur materia patiens, & inueniuntur etiam contraria agentia, scilicet calidum, & frigidum, & huiusmodi. Ergo non est necessarium ad causandum ea, quæ hic inferius fiunt, causalitatem cælestibus corporibus attribuere.

¶Præterea, Agens agit sibi simile. Sed videmus quòd omnia quæ fiunt hic inferius, fiunt per hoc quòd calefiunt & frigidantur, & humectantur, & desiccantur, & aliis huiusmodi qualitatibus alterantur. Quæ non inueniuntur in corporibus cælestibus. Ergo corpora cælestia non sunt causa eorum, quæ hic fiunt.

¶Præterea, Sicut Augustinus dicit quinta de Ciuitate Dei, Nihil est magis corporeum quàm corporis sexus. Sed corporis sexus non causatur ex corporibus cælestibus. Cuius signum esse videtur, quòd duorum geminorum sub vna constellatione natorum, vnus est masculus & alter est fœmina. Ergo corpora cælestia non sunt causa rerum corporalium, quæ hic fiunt.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit tertio de Trinitate, quòd corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur. Et Dionys. dicit 4. capit. de Diui. nomi. quòd lumen solis ad generationem sensibilium corporum confert, & ad vitam ipsa mouet, & nutrit, & auget, & perficit.

CONCLVSIO.

¶*Corpora cælestia cum tantum mobilia sint secundum lationis motum, causa sunt omnium eorum, quæ in his corporibus inferioribus cæteris motibus aguntur.*

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd cum omnis multitudo ab vnitate procedat, quod autem immobile est, vno modo se habet, quod vero mouetur, multiformiter: considerandum est in tota natura, quòd omnis motus ab immobili procedit. Et ideo quanto aliqua magis sunt immobilia, tanto sunt magis causa eorum, quæ sunt magis mobilia. Corpora autem cælestia sunt inter alia corpora magis immobilia. Non enim mouentur nisi motu locali. Et ideo motus horum inferiorum corporum, qui sunt varij & multiformes, reducuntur in motum corporis cælestis, sicut in causam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dictum Damas. intelligendum est, quòd corpora cælestia non sunt primo causa generationis & corruptionis eorum quæ hic fiunt: sicut dicebant illi qui ponebant corpora cælestia esse deos.

¶Ad secundum dicendũ, quòd principia actiua in istis inferioribus corporibus non inueniuntur nisi qualitates actiuæ elementorum, quæ sunt calidum, & frigidum, & huiusmodi: & si sic esset, quòd formæ substantiales inferiorum corporum non diuersificarentur nisi secundum huiusmodi accidentia, quorum

[Commentary, p. 475]

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæquintæ Articulum tertium.*

Comenta. Titulus clarus.

568 *12. qõ. 95. arti. 9. Et q. 96. articul. 1. ad secundum. Et opus. 5. arti. 3. ad secundum.*

¶In corpore vna cõclusio respõsiua quæsito affirmatiue, Motus inferiorum corporum causantur à corporibus cælestibus. Probatur, Omnis multitudo ab vnitate procedit: ergo omnis motus ab immobili: ergo quanto aliquid est magis immobile, tanto est magis causa magis mobilis: ergo corpora cælestia sunt causæ inferiorum mobilium. Antecedens patet: prima consequentia probatur, quia immobile vno modo se habet, mobile multiformiter. Secunda vero est ex se euidens ex eadem radice. Tertia vero probatur, quia corpora cælestia sunt magis immobilia. Probatur, quia solo motu locali, quo etiam non fit multiformitas in aliquo intrinseco, cætera multis motibus, alteratione, generatione, motu locali.

Annota. ¶In responsione ad secundum occurrunt tres dubitationes. Prima est circa progressum respõsionis: videtur enim diuertere à proposito. Nam primo proponitur conditionalis de proportione qualitatum actiuarum ad formas substãtiales: & deinde transitur ad gradus causandi earundem, nec vnquam reditur ad destructionem illius conditionalis, cuius tamen destructio in hac responsione sustinetur. Secunda est circa rationem assignatam in litera, quare necesse est præter corpora inferiora ponere corpus cæleste esse actiuum effectuum inferiorum. Ratio enim est ista, Actiones, sicut & qualitates elementares, se habent sicut materiales dispositiones ad formas substantiales: ergo oportet ponere altius actiuum. & probatur consequentia: quia materia non sufficit ad agendum, & deinde ostenditur, quòd tale agens oportet esse mobile: ac per hoc concluditur esse cælum. Hæc autem ratio non concludit intentum: quoniam cum in antecedente dicitur, quòd hæc accidentia se habent vt materiales dispositiones, potest dupliciter intelligi. Primo de istis accidentibus virtute propria. Secundo de eis, vt agunt in virtute substantiarum naturalium inferiorum, quarum sunt. Si enim intelligitur secundo modo, falsum est antecedens: quoniam calor vt vis ignis, introducit actiue formã ignis, apud Sanctum Thomam quamuis vt calor disponat tantum pro illa. Si autem intelligitur primo modo, verum est antecedens, quia accidens virtute propria non potest agere substantiam, sed disponere tantum, sed tunc concesso toto processu negabitur vltima consequentia: scilicet, ergo illud aliud agens mobile est corpus cæleste: dicam enim quòd illud est substancia illius corporis, cuius qualitas agit disponendo, verbi gratia, substantia ignis, cum generatur ignis ab igne, & substãtia hominis, cum generatur homo ab homine, & sic de aliis. In hoc enim consistit difficultas secundi argumenti, quod est, sufficientia inferiorum agentium tam ad accidentia, quàm ad substantias procedit contra necessitatem recurrendi ad corpus cæleste. Tertia dubitatio est circa corollarium in calce responsionis positum, scilicet quòd omne generans inferius mouet ad speciem vt instrumentum cælestis corporis. Aut enim hic sumitur species vt distinguitur contra indiuiduum: & tunc restat ostendere, vnde hoc efficaciter inferatur. Ex dictis enim nihil apparet ad propositum tale: aut distinguitur contra dispositionem, & tunc est falsum: quia cum ignis generat ignem non concurrit substantia ignis generantis vt instrumentum: sed vt agens principale, cuius signum euidens est, quia assimilat sibiipsi effectum: hæc enim est differẽtia instrumenti à principali agente, quòd illud vt sic facit simile alteri, hoc sibi.

¶Ad has dubitationes alio ordine respondendum est. Primo nanque ad secundam, ex cuius sensu reliquæ pendent, deinde ad primam & tertiam dicetur. Sciendum est ergo quòd duplex est principiorum actiuorum ordo: quædam enim sunt principia actiua formaliter: quædam vero virtualiter. Actiua formaliter voco, quæ sunt principia elicitiua actionum: qualia sunt calidum & frigidum, &c. Actiua autem virtualiter dico, illa quæ non eliciunt actiones: sed sunt quorum virtute actiones eliciuntur: qualia sunt omnia corpora secundum substantias. dictum est enim superius, quòd substantia creata nullius actionis est elicitiuum principium, & quòd tamen est id cuius virtute qualitates & potentiæ actiuæ agunt. Hoc autem duplex genus actiui principij in corporibus sic se habet, quòd formale sequitur virtuale: & sic virtuale est prius formali secundum rem, sed secundum nomen est totum oppositum: quoniam actiuum formale adeo sibi nomen actiuitatis vendicauit, vt communiter dicatur, vt in hac etiam litera dicitur, quòd nullum inuenitur in istis inferioribus actiuum principium nisi qualitas elementaris, &c.

¶Hoc igitur supposito ad secũdum dubium dico duo. Primum, Stando infra ordinem actiuorum formaliter, optime videtur sequi, Omnia actiua formaliter in istis inferioribus se habent, vt materiam disponentia. ergo necesse est ponere aliquod in superioribus actiuum formale, quod se habeat vt perficiens: & cum tale oporteat esse mobile, sequitur, ergo est corpus cæleste. Nec potest contra hoc instari, quòd tale est substantia corporis huius, quia illa non est in ordine actiuorum formaliter. Secundum est, quòd vniuersaliter loquendo de vtroque ordine actiuorum, processus literæ etiam valet: quod tali ordine manifestatur, Omnia hæc actiua formaliter sunt vt materiam disponentia, ergo præter hæc oportet esse aliud actiuum formale se habens vt informans. Tunc vltra, sicut superius principium actiuum formale se habet ad inferius principium actiuum formale: ita superius virtuale ad inferius virtuale. substantiæ nanque rerum ex earum accidentibus innotescunt, vt in primo de anima dicitur: sed præter inferius formale oportet ponere superius formale: ergo præter inferius virtuale oportet ponere superius virtuale: & sequitur amplius, quòd quemadmodum inferius formale est vt materiale respectu superioris formalis: ita inferius virtuale respectu superioris virtualis. Et sic patet, quòd siue literam interpretemur de actiuis formaliter, quòd consequentia est bona iuxta primum dictum: siue vniuersaliter & indistinctè interpretemur de actiuis. consequentia quoque est bona ex eadem radice, quia scilicet formaliter actiua sunt tantum disponentia. Vnde ad obiectionem in oppositum dicitur, quòd antecedens intelligitur de accidẽtibus istis, vt sunt actiua virtute propria. Et cum dicitur, quòd tunc fiet recursus ad substantiam corporis cuius est illud accidens: iam patet responsio, quòd variatur ordo actiuorum. oportet enim habere recursum ad altius actiuum formale: vt omnis ordo actiuorum completus: & sic fit reductio ad corpus cæleste, quod manifeste actionem elicit: non per qualitatem materialiter se habentem ad naturas corporum inferiorum, sed per altiores proprietates, qualis est lux & influxus, &c.

¶Ad primam vero dubitationem dicitur dupliciter. Primo, quòd nullum inconueniens fuit, digressionem talem facere, aut relinquere destructionem illius conditionalis, quoniam per se notum est, multam esse veritatem formarum inferiorum excedentem efficaciam qualitatum elemẽtarium: vt patet ex operibus: quòd enim magnes trahat ferrum, ex nulla elementi virtute prouenit: & consequenter nec eius forma, quæ illius operis est principium, &c. Secundo, quòd illa conditionalis fuit destructa in litera non formaliter breuitatis causa, sed implicite & virtualiter. Affirmando enim actiua inferiora se habere vt materialia respectu substantiarum, satis ostendit infirmitatem horum actiuorum respectu varietatis omnium formarum substantialium horum. Si enim in potentia sunt ad formas ipsas, oportet quòd sint potentia ad diuersitatem earum: cum diuersitas formalis naturæ formarum consequatur: & ab eodem habeat res esse vnitatem & diuersitatem ab alio. Consonat autem series literæ huic expositioni: quoniam cum aduersatiua coniunctione transiuit ad ostẽdendam impotentiam horum ex genere causandi accidentium eorundem.

¶Ad ter

¶Ad tertiam dubitationem dicitur, quòd vtroque modo verificari potest corollarium illud. Et primo quidem modo sequitur ex dictis cointellecta alia propositione tritissima, & ideo non explicata, scilicet quòd cælum sit agens vniuersale. ex his nanque bene sequitur, ergo quæcunque inferiora agunt ad speciem: agunt vt instrumenta cælorum : quia vt superius dictum probatúmque est, illa sola agunt directè & per se naturam, quæ causant eam in quocunque inuenitur secundum eandem rationem:hęc autem impossibile est esse vniuoca, vt sunt ista. Et ideo hæc inquantum agunt ad speciem, generando indiuiduum, agunt in virtute illorum, quorum per se est agere ad speciem. Secundo autem modo intellectum verum est accipiendo instrumentum non strictè: 509 vt arguendo acceptum est: sed large, vt omne mouens motum vt sic, dicitur instrumentum: hoc etenim modo corpora inferiora sunt instrumenta superiorum: quia nō agunt nisi mota ab illis:& similiter accipiendo instrumentum vt actiuum cōditionis materialis, est instrumētum actiui conditionis formalis, cum enim omne agens agat sibi simile quātum potest, & quanto agens est superius, tanto fit formalius:consequens est quòd conditio causata in effectu à superiori agente, est vt formalis respectu conditionis causatæ ab inferiori. Merito autem hac ratione inferius vocatur instrumentum superioris, 512 quia instrumēti est materiā parare, principalis vero agentis informare:& vtroque modo sol & homo generāt hominem. Nec sequitur quòd non assimiletur homini generāti:quia non ita strictè sumitur. Vnde in litera non dicitur absolute instrumētum, sed sicut instrumentum.

principia rarum & densum antiqui naturales posuerunt: non oporteret super hæc inferiora corpora aliquod principium actiuum ponere, sed ipsa sufficerent ad agendū. Sed rectè considerantibus apparet quòd huiusmodi accidentia se habent sicut materiales dispositiones ad formas substantiales naturalium corporum. Materia autem non sufficit ad agendum. Et ideo oportet super has materiales dispositiones ponere aliquod principium actiuum. Vnde Platonici posuerunt species separatas, secundum quarum participationem inferiora corpora substantiales formas consequūtur [e]. Sed hoc non videtur sufficere. Quia species separatæ semper eodem modo se haberent, cum ponantur immobiles. Et sic sequeretur quòd non esset aliqua variatio circa generationem & corruptionem inferiorum corporum. Quod patet esse falsum. Vnde secundum Philosophum in secundo de genera. necesse est ponere aliquod principium actiuum mobile, quod per suam præsentiam & abundantiam causat varietatem circa generationem & corruptionem inferiorum corporum. Et huiusmodi sunt corpora cælestia [e]. Et ideo quicquid in istis inferioribus generat & mouet, ad speciem, est sicut instrumentum cælestis corporis. Secundum quod dicitur in secundo physic. quòd homo generat hominem, & sol.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpora cælestia inferioribus corporibus non sunt similia similitudine speciei, sed inquātum sua vniuersali virtute continent in se quicquid in inferioribus generatur [e]. Secundum quem modū dicimus etiam omnia esse Deo similia.

¶Ad quartum dicendum, quòd actiones corporum cælestium diuersimode recipiuntur in inferioribus corporibus secundum diuersam materiæ dispositionē. Contingit autem quandoque quòd materia conceptus humani non est disposita totaliter ad masculinum sexum. Vnde partim formatur in masculum partim in fœminam. Vnde & hoc introducitur ab August. ad repellendum, scilicet diuinationem, quæ fit per astra. Quia effectus astrorum variantur etiam in rebus corporeis secundum diuersam materiæ dispositionem.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum corpora cælestia sint causa humanorum actuum.*

AD QVARTVM sic pceditur. Videtur, quòd corpora cęlestia sint causa humanorum actuum. Corpora enim cęlestia cum mouentur à spiritualibus substantiis (sicut suprà dictum est [e]) agunt in virtute earum quasi instrumenta. Sed illæ substantiæ spirituales sunt superiores animabus nostris. Ergo videtur quòd possint imprimere in animas nostras. Et sic causare actus humanos.

¶Præterea, Omne multiforme reducitur in aliquod vniforme principium. Sed actus humani sunt varij & multiformes. Ergo videtur quòd reducantur in vniformes motus cælestium corporum, sicut in sua principia.

¶Præterea, Astrologi frequenter vera annuntiant de euentibus bellorum & aliis humanis actibus, quorum principia sunt intellectus & voluntas. Quod facere non possent nisi cælestia corpora essent humanorum actuum causa. Sunt ergo corpora cælestia humanorum actuum causa.

¶SED CONTRA est quod Dama. dicit, quòd corpora cælestia humanorū actuum nequaquam sunt causa.

CONCLVSIO.

¶*Cum intellectus & voluntas, quo humanorum actuum principia sunt, corporeis organis vires alligatæ minime sint, non possunt corpora ipsa cælestia humanorum actuum causæ directè esse, sed indirectè, agendo per se in corpora, quæ ad vtriusque potentiæ opera conducunt.*

¶RESPONDEO dicēdum, quòd corpora cælestia in corpora quidem imprimunt directè & per se, sicut iam dictum est [e], in vires autem animæ quæ sunt actus organorum corporeorum, non directè quidem, sed per accidēs. Quia necesse est huiusmodi actus harum potentiarum impediri secundum impedimenta organorum. Sicut oculus turbatus non bene videt. Vnde si intellectus & voluntas essent vires corporeis organis alligatæ, sicut posuerunt aliqui dicentes quòd intellectus non differt à sensu [e], ex necessitate sequeretur quòd corpora cælestia essent causa electionum & actuum humanorum. Et ex hoc sequeretur, quòd homo naturali instinctu ageretur ad suas actiones: sicut cætera animalia, in quibus non sunt nisi vires animæ corporeis organis alligatæ. Nam illud quod fit in istis inferioribus, ex impressione corporum cælestium naturaliter agitur. Et ita sequeretur quòd homo non esset liberi arbitrij, sed haberet actiones determinatas, sicut & cæteræ res naturales. Quæ manifeste sunt falsa, & conuersationi humanæ contraria.

¶Sciendum est tamen, quòd indirectè & per accidens impressiones corporum cælestium ad intellectum & voluntatem pertinere possunt, inquantum scilicet tam intellectus quàm voluntas aliquo modo ab inferioribus viribus accipiunt, quæ organis corporeis alligantur. Sed circa hoc diuersimode se habent intellectus & voluntas. Nam intellectus ex necessitate accipit ab inferioribus viribus apprehensiuis. Vnde turbata vi imaginatiua, vel cogitatiua, memoratiua, vel ex necessitate turbatur actio intellectus [e]. Sed voluntas non ex necessitate sequitur inclinationem appetitus inferioris. Licet enim passiones, quæ sunt in irascibili & concupiscibili, habeant quandam vim ad inclinandam voluntatem, tamen in potestate voluntatis remanet sequi passiones, vel eas refutare. Et ideo impressio cælestium corporum, secundum quam immutari possunt inferiores vires, minus pertingit ad voluntatem, quæ est proxima causa humanorum actuum, quàm ad intellectum. Ponere igitur cælestia corpora esse causam humanorum actuum est proprium illorum, qui dicunt intellectum non differre à sensu. Vnde quidam eorum dicebant, quòd talis est voluntas in hominibus, qualem in die inducit pater virorum deorúmque. Quia ergo constat intellectum & voluntatem non esse actus organorum corporeorum, impossibile est quòd corpora cælestia sint causa humanorū actuū.

a ¶*Super Quæstionis cētesimæ decimæquintæ Articulum quartum.*

569 22.q°.95. art.5.con. Et mal.q. 16.arti.7. ad 16. & quæst. 12. arti.5.cor. Et 6. me. Vect.3.cor. 5.& 6. & b 541 543 Annot. Cōmenta.

Titulus humanorum actuū, Humani actus dicūtur qui sunt proprij homini in eo quòd homo; in quibus differt à brutis: & hi sunt actus intellectus & voluntatis tam eliciti, quàm imperati, vt sic.

¶In corpore tria. Primo ostendit habitudinē corporum cælestium ad ea quorum sunt causæ. Secundo ea, quæ occasionaliter mouent. Tertio respondet quæsito.

¶Quo ad primum tria. Primo qualia sunt directè,& per se subdita cæli causalitati:& dicit quòd sunt corpora. Secundo qualia per accidens subdita:& dicit ꝙ sunt vires animę affixę organis corporeis. Tertio ꝙ consequerentur, si intellectus esset altero horū modorū subditus, duo. Primo quòd naturaliter omnia ageret, vt bruta:secundo, quòd non esset liberi arbitrij.

Annot. ¶Aduerte hic duo. Primum, quòd in hac litera insinuatur talis distinctio, Corpora cælestia agere aliquid contingit dupliciter:scilicet causaliter & occasionaliter, & vterq; modus subdiuiditur. Nam causalitatē habere super aliud cōtingit dupliciter, scilicet directè & per se. Et sic habet causalitatem super corpora. Et indirectè seu per accidens, id est per aliud. Et sic habet causalitatem super vires animæ alligatas corporeis organis:in eas enim agit per aliud, id est per corpus, quod est earum organum:quod probatur ex eo, quia impediuntur secundum impedimenta organorum, vt patet in visu. Occasionaliter quoque mouere aliquid dupliciter contingit. Vno modo necessitando, & sic pertingit vsque ad intellectum. Alio modo inclinando tantum, & sic pertingit ad voluntatem:vt in literæ secunda parte patet. quod per anticipationem dicendum duxi, ne introducentes secundam partem æquiuocatio illorum terminorum, scilicet indirectè, & per accidens, deciperet. Intendit enim litera occasionalitatem non causalitatem. Vnde non dicit quòd indirectè & per accidēs causant, aut imprimunt:vt in prima parte dixerat: sed pertingunt seu pertingere possunt: aperiens ex hoc, non de causalitate, quæ impressio quædam est, sed de occasione, quæ propositionē sonat absque impressione se loqui.

¶Secundo aduerte, quòd vires animæ affixæ organis,& aliæ formæ naturales sunt depressæ in b materia corporali: anima 568 vero eleuatur super totum ordinem corporum, vtpote excedens naturam, quæ est principium formale cuiusq; corporei actiui, vt sic. Cuius signum est: quòd natura nō nisi ad vnum mouet, anima autem etiam vegetatiua mouet ad omnes differentias, 362 vt patet in augmento plantarum. Et propter hanc differentiam corpora cælestia inquātum sunt corporalia agentia, de eis enim nunc hic est sermo, dicuntur agere directè, & per se in corpora, id est composita ex materia & forma, quæ non excedit naturæ rationem. In vires autem animę organicas dicuntur agere per accidens, id est, per corpus: quia scilicet sunt altioris ordinis quàm formæ corporeæ.

¶Quo ad secundum, vt iam patet, duo dicuntur. Primo ꝙ cælum pertingit ad intellectum & volūtatem indirectè,& per accidens, id est per modum occasionis, proponendo obiectum vtriq;. Secundo quòd differenter hoc fit respectu intellectus & voluntatis: 421 quia ille necessario sequitur sensus, ista non.

Cōmenta. ¶Circa hanc partem occurrit dubium: quomodo saluatur hęc differentia inter intellectum & volūtatem. Aut enim intelligitur quo ad exercitium actus, aut quo ad specificationē eiusdem. Si primo modo, falsum est quòd intellectus necessitetur à sensu, cum liber sit vsus intellectus. Si secundo modo, nulla est inter intellectum & voluntatem differētia, cum vtriusque obiectum sit vnum & idem cognitum ex sensibilibus.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd assignata differētia intelligitur quantum ad rectitudinē actus rectitudo enim actus intellectus est naturalis:non enim rectè intelligimus quia volumus, sed quia agētia ad intellectionem sunt bene disposita secundum naturam : phantasmata scilicet & intellectus agens, &c. rectitudo autem actus voluntatis est libera. ideo enim rectè volumus, quia volumus sic:puta, iuste, temperate, &c. Et propterea actus intellectus necessario sequitur dispositionem sensuum, vtpote variantium obiectum suum, ad quod habet naturalem non liberam habitudinem:actus vero voluntatis non necessario sequitur dispositionem partis sensitiuę, vtpote liberæ. Ad obiectionem autem dicitur quòd intelligitur quo ad specificationē actus, sed non quo ad

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd spirituales substantiæ, quæ cælestia corpora mouent in corporalia quidem agunt mediantibus cęlestibus corporibus: sed in intellectum humanum agunt immediate, illuminando. Voluntatem autem immutare non possunt, vt suprà habitum est [e].

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut multiformitas corporalium motuum reducitur sicut in causam, in vniformitatē motuum cælestium [e]: ita multiformitas actuum, qui sunt ab intellectu & volūtate, reducitur in principiū vniforme, qđ est intellectus & volūtas diuina.

¶Ad tertium dicendum, quòd plures hominum sequuntur passiones quæ sunt motus sensitiui appetitus: ad quas cooperari possunt corpora cælestia: pauci autem sunt sapientes qui huiusmodi passionibus resistant. Et ideo astrologi vt in pluribus vera possunt prædicere: & maxime in communi, nō autem in spirituali. Quia nihil prohibet aliquem hominem per liberum arbitriū passionibus resistere. Vnde & ipsi astrologi dicunt quòd sapiens homo dominatur astris, inquantum scilicet dominatur suis passionibus.

ARTICVLVS V.

a ¶*Vtrum corpora cælestia possint imprimere in ipsos dæmones.*

AD QVINTVM sic pceditur. Videtur, quòd corpora cælestia possint imprimere in ipsos dæmones. Dæmones enim secundū certa augmēta lunæ aliquos homines vexant: qui & propter hoc lunatici dicuntur, vt patet Mat. 4. & 17. Sed hoc non esset nisi corporibus cælestibus subiacerent. Ergo dæmones subiacent actionibus cælestibus corporum.

¶Præterea, Nigromantici obseruant certas constellationes ad inuocandos dæmones. Non autem per corpora cælestia inuocarentur, si non eis subiacerent. Ergo dæmones subiacent actionibus cælestium corporum.

¶Præterea, Corpora cælestia virtuosiora sunt quàm corpora inferiora. Sed quibusdam inferioribus corporibus dæmones arcentur, scilicet herbis, & lapidibus, & animantibus, & quibusdam sonis certis, ac vocibus, & figurationibus, atque figmētis: vt à Porphy. dictum Augu. introducit in 10. de Ciuitate Dei. Ergo multo magis dæmones subduntur actioni cælestium corporum.

¶SED CONTRA est, quòd dæmones sunt superiores ordine naturæ quàm corpora cælestia. Agens autem est superius patiente, vt August. dicit 12. super Geñ. ad literam. Ergo dæmones non subiiciuntur actioni corporum cælestium.

CONCLVSIO.

¶*Cum dæmones substantiæ sint intellectuales corporibus non vnitæ, corporibus cælestibus nullo modo subduntur.*

¶RESPONDEO dicendū, quòd circa dæmones fuit triplex opinio. Prima Peripateticorum, qui posuerunt dæmones non esse, sed ea, quæ attribuuntur dæmonibus secundum artem nigromāticam fiunt virtute cælestium corporum. Et hoc est quod August. 10. de Ciuitate Dei introducit dictum à Porphyrio: quòd fabricātur in terra ab hominibus potestates idoneæ syderum variis effectibus exequendis. Sed hæc positio est manifeste falsa. Experimēto enim scitur multa per dæmones fieri, ad quæ nullo modo virtus cęlestium corporum sufficeret. Puta quòd arreptitij loquūtur lingua ignota, quòd recitant versus & autoritates, quas nunquam sciuerunt, quòd nigromantici faciunt statuas loqui & moueri, & similia. Ex quibus Platonici moti fuerunt, vt ponerent dæmones esse animalia corpore aërea animo passiua, vt ab Apuleio dictum August. introducit 8. de Ciuitate Dei. Et hæc est secunda opinio, secūdum quam dici posset quòd dæmones hoc modo subduntur corporibus cælestibus, sicut & de hominibus dictum est [e]. Sed hæc opinio ex superioribus patet esse falsa [e]. Dicimus enim dæmones esse substantias intellectuales, corporibus non vnitas. Vnde patet non subdi actioni cælestium corporum, nec per se nec per accidens, nec directe nec indirecte.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quòd dęmones secundum certa augmenta lunę homines vexant, cōtingit propter duo. Primo quidem, ad hoc quòd infament creaturam Dei, scilicet lunam: vt Hiero. & Chry. dicunt. Secūdo, quia cum non possint operari nisi mediantibus naturalibus virtutibus: vt suprà dictum est [e], in suis operibus considerant corporum aptitudines ad effectus intentos. Manifestum est autem quòd cerebrum humidissimum est omnium partium corporis: vt Aristot. dicit. Et ideo maxime subiicitur operationi lunæ: quę ex sui proprietate habet mouere humorem. In cerebro autem perficiuntur vires animales. Et ideo dæmones secundum certa augmenta lunæ perturbant hominis phantasiam, quādo considerant cerebrum ad hoc esse dispositum.

¶Ad secundum dicendum, quòd dęmones aduocati in certis constellationibus propter duo veniunt. Primo quidem, vt homines in hunc errorem inducant, quòd credant aliquod numen esse in stellis. Secundo, quia considerant secundum aliquas certas constellationes materiam corporalem magis esse dispositam ad effectus pro quibus aduocantur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Augusti. dicit 21. de Ciuitate Dei, dæmones alliciuntur per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum: non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, inquātum scilicet hæc eis exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.

ARTICVLVS VI.

a ¶*Vtrum corpora cælestia imponant necessitatem his, quæ eorum actioni subduntur.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quòd corpora cælestia imponant necessitatem iis quæ eorum actioni subduntur. Causa enim sufficienti posita, necesse est effectū poni. Sed corpora cęlestia sunt sufficiens causa suorum effectuum. Cum igitur corpora cælestia cum suis motibus & dispositionibus ponantur, sicut ex necessitate entia: videtur quòd effectus eorū ex necessitate consequantur.

¶Præterea, Effectus agentis ex necessitate sequitur in materia, quādo virtus agentis tanta fuerit, quòd possit sibi subiicere totam materiam. Sed tota materia inferiorum corporum subiicitur virtuti cælestium corporum tanquā excellētiori. Ergo ex necessitate effectus cælestium corporū recipitur in materia corporali.

¶Præterea, Si effectus cælestis corporis non ex necessitate proueniat, hoc est propter aliquam causam impedientem. Sed quælibet corpora quæ impedire possent effectum cælestis corporis, necesse est reduci in aliquod cæleste principium, cum cælestia corpora sint causa omnium quæ hic fiunt. Ergo cum & illud cæleste principium sit necessariū, sequitur quòd necesse sit impediri effectum alterius corporis cælestis. Et sic omnia quæ hic contingunt, ex necessitate eueniunt.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in libro de somno, & vigilia quòd neque eorum, quæ in corporibus sunt signorum cælestium velut aquarum & ventorum, inconueniens est multa non euenire. Sic ergo non omnes effectus cælestium corporum ex necessitate eueniunt.

CONCLVSIO.

¶*Non omnia, quæ in his inferioribus à corporibus cælestibus fiunt, de necessitate eueniunt.*

quo ad omnia se tenētia ex parte specificationis, sed quo ad aliquid, scilicet rectitudinē actus: rectitudo nanque propria actus ad specificationem 46 spectat actus: quòd autē hæc sit mens literę, patet ex eo, quòd turbationem actus intellectus ex turbatione sensus per pbationē affert. Cōstat enim 568 turbationē ad obliquitatem actus pertinere.

Cōmenta. ¶Quo ad tertium cōclusio respōsiua quæsito est negatiua, Corpora cælestia non sunt humanorū actuum causa. Probatur complēdo antedicta sic, Si corpora cælestia essent humanorū actuum causa, intellectus nō differret à sensu, sed constat intellectum & voluntatē non esse actus corporū: ergo cōsequentia infertur ex dictis. Et cōfirmatur ex autoritate Hesiodi, seu Homeri tenentis oppositum, vt patet tertio de Anima. Cætera sunt plana.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæquintæ Articulum quintum.*

570 2.dis.7.q. 3. artic.1. ad 4. & arti.2. ad 3. Et po.q. 6. artic.3. cor. et art. 10. et quo. 2. arti.12. Cōmenta.

In corpore sunt tria iuxta tres opiniones relatas de dæmonibus: ita quòd in, & ex tertia respondetur quæsito.

¶Quo ad primū est opinio peripateticadestruēs quæsitum radicaliter:& tria dicūtur. Primo ipsa opinio, quòd dæmones non sunt. Secundo saluatio apparentium, quòd procedunt ex astris autoritate August. & Porphyrij:& tāgitur in problemate illo magno propter quid omnes viri excellentes melancholici. Tertio impugnatio, quia aliqui effectus apparent, ad quos non sufficiunt astra: ergo. Probatur antecedens in quatuor effectibus, loqui lingua ignota, recitare quę nunquam didicerunt, statuas loqui, eas moueri.

¶Quo ad secundū opinio Platonica, & hic tria. Primo opinio ipsa, scilicet quòd dæmones animalia corporea de aëre tamen ęterna, rationalia passiua quo ad affectiones, &c. vt patet ex August. & Apul. Secundo, quid respōdendum esset quæsito secundum hanc opinionem:& dicitur ꝙ codē modo sicut de homine, quòd scilicet cælū non potest imprimere, sed occasionaliter proponere. Tertio impugnatur, quia ex superius dictis patet, quòd est falsa.

¶Quo ad tertium duo. Primo ponitur tertia opinio: imò determinata sententia, scilicet dæmones substāti æ sunt intellectuales non vnitæ corporibus. Secūdo ponitur conclusio respōsiua quęsito negatiue, Dæmones nec per se nec per accidens nec directe nec indirecte subduntur actionibus cælestium corporum. Hæc conclusio eo ipso probatur, quo infertur ex tertia opinione per ly vnde patet, 569 faciendo de ipsa opinione 266 antecedens quod supponitur & a ex supradictis probatum.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæquintæ Articulum sextum.*

In corpore quatuor. Cōmenta. Primo ponitur quæstio ista partim soluta, partim soluenda. Secundo ostenditur pars soluta. b Tertio pars soluenda. 564 Quarto infertur conclusio 544 responsiua quæsito in calce. c

¶Quo ad secūdum, quia primum patet, dicitur quòd quæstio ista est soluta: quo ad illa subdita corpori cælesti, quæ etiā sunt subdita voluntati humanæ, scilicet quòd quo ad ista, respondendum est quæsito negatiue: scilicet corpora cælestia non imponūt subditis humanæ operationi necessitatem. Probatur, quia potest impediri eorum actio per voluntatem, probatur, quia nō est sibi subdita, quia non sequitur necessario inclinationes passionum.

¶Quo ad tertium, quatuor. Primo dicitur in quibus est quæstio difficilis, scilicet quòd in cęteris naturalibus. Probatur: quia inter ea nullum apparet principium non subditum cælo seu liberum. Secunda ponitur ratio ad partem affirmatiuam ex duabus propositionibus. prima est, omne quod est, scilicet 571 de nouo, habet causam. 3. contra ca.86. Et veri. q.2. ar.14. ad 2. & q.5. arti.5. ad 1. et 2. Et ma. q.16. arti.7. ad 11. Secunda est, posita causa ex necessitate sequitur effectus. Tertio examinatur ex Aristot. secunda propositio, & quarto prima. Examen secundæ propositionis primo concludit esse falsam vniuersaliter: quia scilicet non tenet in causis potentibus deficere, quales sunt causę naturales. probatur, quia attingunt vt in pluribus finem intentum, & non semper: vt patet secundo Physi. Deinde ostendit quòd ista exceptio, etsi obuiet illi propositioni in se & absolute: non tamen vt applicatur ad intentum, tali ratione. Causa naturalis deficiens in paucioribus, vt sic, est ex aliqua alia causa impediente ipsam à proprio effectu: ergo necessario deficit. igitur vterque effectus, scilicet & intentus, & præter intentum necessario fit. Antecedēs patet:& consequentia probatur: quia impedimentum ipsum ex necessitate contingit.

¶Circa hoc secūdæ propositionis examen dubiū occurrit, quòd exceptio nulla sit propter rationē Auicen. Causa de qua est sermo, non est causa insufficiens; quoniam de ea fatuum est dicere hoc sed sufficiens; sufficienti autem

autem causa posita, & libertate causandi adempta, vt in naturalibus de quibus est sermo inuenitur: intelligi non potest quòd effectus non sequatur: & si aliud requiritur, ergo posita causa non erat sufficiens. quod enim sufficit, non exigit aliud.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo præsens est de causa per se & sufficienti. Et cum dicitur, si ipsa posita non sequitur effectus, ergo aliud requiritur: negatur consequentia; commit-369 titur enim sophisma cōsequentis: potest enim prouenire non consecutio affectus aliunde, puta ex concursu alterius impedientis. Vnde non ex insufficiētia combustiui oportet procedere, quòd nō sequatur combustio, sed ex concursu alterius impedientis combustionem, Et si instetur cōtra hoc, quia talis concursus redundat in insufficientiā causæ, eo quòd causa impedita non est sufficiens: patet responsio, quòd secūdum veritatem non redundat in insufficientiam causæ absolutę, sed causalitatis actualis, cui impedimentum præstatur. Et forte in hoc deceptus est Auic. quia non distinxit inter sufficientiam causæ, quę attenditur penes actum primum seu formā quæ est principium agendi, & sufficientiam circunstantiarum actualis causalitatis respectu huius, nunc hic, quæ attenduntur penes diuersa occurrētia. Certum est enim quòd causam sufficientem hoc secūdo modo sequitur necessario effectus: non autem primo, & tamen de primo est sermo, cum de causis loquimur. Et ideo exceptio Arist. vera est: ita quòd quædam sunt causæ per se & sufficientes, quæ necessario inferunt suos effectus, non simpliciter, sed cum limitatione, scilicet vt in pluribus: ac per hoc non necessario inferunt absolute suos effectus: & hæc est vna radix contingentiæ, vt in primo Perihermenias dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ista quæstio partim quidem absoluta est secūdum præmissa, partim autem difficultatem habet. Ostensum enim est [e], quòd quamuis ex impressione corporum cælestium fiant aliquę inclinationes in natura corporali, voluntas tamen non ex necessitate sequitur has inclinationes: & ideo nihil prohibet per voluntariam actionem impediri effectum cælestium corporum, non solum in ipso homine, sed etiam in aliis rebus, ad quas hominum operatio se extendit. Sed nullum tale principium inuenitur in rebus naturalibus, quod habeat libertatem sequendi, vel non sequendi impressiones cælestes. Vnde videtur quòd in talibus ad minus omnia eo necessitate proueniant secundum antiquam quorundam rationem: qui supponentes omne quod est, causam habere, & quòd posita causa, ex necessitate ponitur effectus, concludebāt quòd omnia ex necessitate contingant. Quam quidem opinionem repellit Aristoteles in sexto Metaphysi. secundum duo quæ ipsi supponunt. Primum enim non est verum quòd posita quacunque causa necesse sit effectum poni. Sunt enim quædam causæ, quę ordinantur ad suos effectus non ex necessitate, sed vt in pluribus, quę quandoque deficiunt in minori parte. Sed quia huiusmodi causæ non deficiunt in minori parte nisi propter aliquā causam impedientem, videtur adhuc prædictum inconueniens non vitari: quia & ipsum impedimētum talis causæ ex necessitate contingit. Et ideo secundo oportet dicere, quòd omne quod est per se, habet causam, quod autem est per accidens, non habet causam: quia non est vere ens, cum non sit vere vnū. Album enim causam habet, similiter & musicum, sed album musicum nō habet causam quia non est vere ens, neque vere vnum. Manifestum est autem quòd causa impediens actionem alicuius causæ ordinatæ ad suum effectū vt in pluribus, concurrit ei interdū per accidens. Vnde talis concursus non habet causam inquantum est per accidēs. Et propter hoc id quod ex tali concursu sequitur, non reducitur in aliquam causam præexistentem, ex qua ex necessitate sequatur. Sicut quòd aliquod corpus terrestre ignitum in superiori parte aëris generetur, & deorsum cadat, habet causam aliquam virtutem cælestem. Et similiter etiam quòd in superficie terræ sit aliqua materia combustibilis, potest reduci in aliquod cæleste principiū. Sed quòd ignis cadens, huic materiæ occurrat, & comburat eam, nō habet causam cæleste corpus, sed est per accidens. Et sic patet quòd non omnes effectus cælestium corporū sunt ex necessitate.

¶AD PRIMVM dicendum, quòd corpora cælestia sunt causa inferiorum effectuum mediātibus causis particularibus inferioribus, quæ deficere possunt in minori parte.

¶Ad secundum dicendum, quòd virtus corporis cælestis non est infinita. Vnde requirit determinatam dispositionem in materia ad inducendum suum effectum, & quantum ad distantiam loci, & quantum ad alias cōditiones. Et ideo sicut distantia loci impedit effectum cælestis corporis: non enim sol eundem caloris effectum habet in Dacia, quē habet in Aethiopia: ita & grossities materiæ, vel frigiditas, aut caliditas, aut alia huiusmodi dispositio, impedire potest effectum corporis cælestis.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet causa impediens effectum alterius causæ reducatur in aliquod cæleste corpus sicut in causam: tamen concursus duarum causarum cùm sit per accidens, non reducitur in causam cælestem, vt dictum est [e].

Quæstio. ¶ *Num & quomodo causa deficiens, in minori parte semper deficiat.*

¶Circa obuiationem factam in litera contra exceptionem Aristot. quòd licet sit vera, non tamen euacuat difficultatem propositam: duplex dubitatio occurrit. Prima est, quia falsum videtur, quòd causa deficiēs in minore parte deficiat semper propter aliquam causam impedientem: imò hic videtur error Stoicus. Quod sic probatur, sicut potentia ad potētiam, ita actus ad actum: sed potentia deficiendi in minori parte non est à potentia susceptiua impedimenti: sed econuerso. Non enim ideo potest causa naturalis deficere quia potest impediri, sed econuerso, quia potest deficere, ideo potest impediri, Intrinsecum enim est ratio extrinseci, & non econuerso. ergo actu deficere non est ab actuali impeditione: & consequenter potest causa deficere absque causa impediente.

¶Secunda dubitatio est ad hominem, scilicet ad S. Tho. si negatio secundæ propositionis ad propositū nihil confert: quia posita causa potente deficere, & causa impediente, effectus necessario sequitur. Vt quid toties replicantur in hoc proposito istæ duæ propositiones sic examinatæ? Ponuntur enim hic, & in primo contra Gent. c. 86. & in 6. Metaphy. & in primo Perihermenias, &c.

¶Ad primam dubitationem dicitur, quòd assumptum literæ verum est, scilicet quòd causa nunquam deficiat, nisi propter aliquam causam impedientem. Ad cuius euidentiam scito, quòd quéadmodum entia generabilia habent ab intrinseco potentiam ad non esse, quę tamen nunquam exit in actum, nisi adsit aliquod corruptiuum, ita potentia deficiendi in agere, est ab intrinseco: & tamen non exit in actum deficiendi nisi ad sit aliquid causans illum defectum. Et ratio vtrobiq; est eadem; quia scilicet potentia passiua non exit in actum nisi ab aliqua actiua moueatur. Posse autem non esse & deficere in actione, ad potentiā passiuam pertinet & ideo non fit absque aliqua causa. Nec te decipiat quòd potentia ad agere est actiua, quoniam agere sequitur actum; & ideo potentia ad agere est actiua: deficere autem in actione sequitur imperfectionem: & ideo potentia defectiua quocunque defectu ad potentiam passiuam reducitur, vt patet ex primo cæli. Et hæc intelligenda sunt de defectu actionis ex parte causæ: qui est ab intrinseco, de quo est obiectio. De defectu autem eius ex parte extrinsecorum manifestum est ex aliquo impediente prouenire. sed quomodo, inferius dicetur.

¶Ad obiectionem autem in oppositū dicitur, quòd maior est falsa: & ratio est, quia ordo compositionis est cōtrarius ordini resolutionis: quæ enim sunt priora via generationis, sunt vltima via corruptionis. Vnde in proposito, cum entia generabilia habeant potentiam ad non esse & ad corrumpi ab alio, & ideo possint corrumpi, quia possunt non esse & non econuerso: tamen prius naturaliter est actus corruptionis quàm non esse: cum non esse sit terminus corruptionis: & sic præposterus est ordo inter potentias & actus earum. Et similiter cum agentia possint deficere, & ideo impediri: tamen prius natura impediuntur quàm deficiant: & sic optime dictum est in litera quo ad actualem defectionē, quòd semper est ab aliqua causa impediente. Nec hic est error Stoicus: sed quòd potētia defectiua esset ex potētia impedibili: vt patet per Boëtium in primo Perihermenias.

Comenta. ¶Ad secundam vero dubitationem, quamuis facile dici possit, & bene, quòd quia vtraque propositio inducitur ab aduersariis, vt integre ratio referatur, vt quales sint propositiones allatæ, & in se, & ad propositum expedit, vbicunque hoc tractatur, vtranq; discutere: profundius tamen considerātibus, altius caput huius discussionis apparebit ex sequentibus.

¶Examen autem primæ propositionis consistit primo in illius destructione in cōmuni distinguēdo de eo quòd est fit, scilicet per se & per accidens: & quòd ens per se habet causam; ens vero per accidens, non. Et probatur quia non vere ens non habet vere causam: ens per accidens est huiusmodi. probat, quia non est vere vnum: vt patet. Secundo in applicatione ad propositum, distinguēdo in productione effectus, qui dicitur per accidēs, ipsas causas quarū vna impeditur ab altera à concursu earum: & dicendo, quòd licet ipsæ causæ necessario causent: concursus tamē earum est per accidens: & consequenter effectus ex illo concursu caret causa, ex qua necessario sequatur, & declaratur vtrunque exemplo toto naturali.

Quæstio. ¶ *Num omne, quod est, habeat causam, & quomodo, vnum etiam concursus in aliquam superiorem causam reducantur.*

¶Sed sunt hic multa dubia: quæ vtinam Deus illuminet.

¶Circa hoc examen primæ propositionis, scilicet omne quod est, habet causam, dubitatio occurrit dupliciter, scilicet simpliciter & ad hominem. Simpliciter quidem, quia sicut effectus quasi simplex, puta album aut calidum, habet in corpore cælesti aliquam per se causam in quam reducitur eius proxima causa: ita concursus causarum proximarum causatur à concursu illarum causarum cælestium, vt in exemplo literæ. Combustibile esse in superficie terræ est tandem ab a causa cælesti: & similiter combustiuum superius genitum, deorsūmque cadens est à b cælesti causa. ergo concursus combustibilis cum combusto est ex concursu a & b. Tunc vltra: sed concursus a & b est per se, & non per accidens. Probatur, quia in cælo nullus est concursus per accidens: omnia enim sunt ibi per se: ergo concursus istorum inferiorum habet per se causam secundum esse, quamuis quo ad nos sit per accidens: quia latet suæ connexionis perseitas. Et hæc ratio multo tempore me vinctum tenuisse videtur.

¶Secunda vero dubitatio ad hominem est: quia in sexto Meta. S. Thomas examinans hæc, videtur velle totum oppositum eius quod dicit hic: hic nanque omnia resoluit in hoc, quòd concursus non habet causam: ibi vero saluat quòd concursus potest habere causam superioris ordinis, puta concursus horum inferiorum, potest habere causam cælestem. Et dat exemplum de concursu herbarum in florendo: rursus hic dicit, quòd impedimentum causæ reducitur in aliquam causam: ibi vero omnia resoluit in hoc quòd impedimenta non habent causam cælestem. Et sic omnia videntur reddi ambigua.

¶Ad euidentiam harum difficultatum, tria notanda cum Dei adiutorio sunt. Primum est proportio mouentis ad mobile. Secundum est reductio effectus in causas superiores. Tertium proportio cælestis corporis ad hæc inferiora corpora. De primo constat, quòd cum mouens vt sic, præsupponat, non faciat mobile, quòd actio eius quāuis vt egreditur ab agente sit sufficiens & optime circunstātionata, nec impedita: vt tamen recipitur in patiente, oportet quòd modificetur iuxta naturam, & modū, & dispositiones mobilis, vt patet inductiue. Et propterea accidit quòd effectus intentus à causa, non prouenit ex impedimento, non causæ agentis, sed materialis. De secundo constat quoq; quòd effectus duarū subordinatarū causarū in eodem genere causę, reducitur in causam superiorē per causam mediam: vt patet in syllogismis, Conclusio enim contingens quāuis reducatur in præmissam contingentem, & alteram necessariā: contingentia tamen eius non reducitur in præmissam necessariā mediante alia cōtingente, quasi contingētia conclusionis sit à contingentia præmissæ, & contingētia præmissæ sit ab altera præmissa necessaria: sed sat est, quòd conclusio ipsa & eius cōtingentia reducātur in præmissam necessariam vt modificatā in præmissa cōtingente. Et quia ipsa modificata in contingente est contingēs, licet in se sit necessaria: ideo cōclusio sequitur cōtingens, & non necessaria. Et si ipsa pręmissa contingens reducenda est in necessaria, non secundū se totā in eam reducitur: sed resoluenda est in id quod est sibi proprium, ex quo habet contingentiam, & in id quod participat in superiori, ex quo participat esse seu causare. De tertio autem constāt duæ proportiones, scilicet motiui ad mobile, & agentis principalis ad instrumentale, seu superioris ad inferius: patet enim cælum agere in hæc corpora, & cælum cum istis corporibus causare effectiue aliquid. Sol enim & homo generant hominem. Sed aduertendum diligenter est, quòd quamuis istæ duæ proportiones sint diuersorum generum: quia altera spectat ad genus efficientis altera ad genus materiæ: & rursus altera sit inter cælum & hæc corpora absolute, altera vero inter cælum & hoc corpus in ordine ad tertium patiens, scilicet & effectum producendum à cælo, & hoc proximo agente. Nihilominus sunt tali vinculo connexæ & ordinatæ, vt prior posteriorem modificet. Connexio quidem est, quia nunquam agentia inferiora coagunt cælo, nisi simul patiantur à cælo, quoniam non mouēt nisi mota. Ordo vero est, quia prius naturaliter est inferiora corpora pati & moueri à cęlo, quàm coagere illi: vt patet ex eadem radice. Modificatio autem est, quòd omne esse & agere cuiuscunque modificatur secundum dispositiones recipientis esse, aut elicientis actionem. Omnis enim actus est illius cuius est actus per modum illius, propter quod oportet fieri in patiente & disposito: vt dicitur in secundo de anima. sed agere corporum inferiorum cooperantium cælo consequitur passionem eorundem à cælo. Esse igitur actiuum, seu actio iuxta passionem modificatur: & propterea si passio non totaliter subiicitur corpori cælesti, nec actio etiam totaliter reducitur in illud. His itaque prælibatis dico tria. Primum est, quòd licet omnis effectus naturæ inferioris cum omni eius conditione naturali dependeat à cælo ratione primi motus, tanquam à causa communissima, sine qua nihil fieret: non omnis tamen conditio effectus naturalis est reducibilis in aliquā causam cælestem pure: siue mediate siue immediate. Probatur, quia conditio effectus proueniens ex impedimento materiæ non reducitur in motorem seu actiuum in illā, vt patet: sed multæ sunt conditiones in effectibus inferioribus prouenientes ex dispositione materiæ, id est corporum inferiorum, qui sunt materia & patiens respectu cæli. ergo. Et si dicatur cum Auicenna quòd illæ dispositiones materiæ causantur ab aliquo corpore cælesti, & sic redit idem: ad excludendum hoc formetur ratio non de aliqua parte cæli, sed toto simul, vt prius, subsumendo: sed respectu totius cæli corpora inferiora sunt materia & patiens: ergo habent proprias conditiones præsuppositas à toto cælo: in eo vt actiuum est in hæc inferiora, & consequenter conditiones effectuum consequentes conditiones horum corporum vt materia sunt, non soluuntur in actiones cælestium corporum, sed in conditiones corporum inferiorum. Et si adiungas huic fundamento, quòd horum inferiorum corporum propriæ conditiones sunt posse deficere, & ab esse tam substantiali, quàm accidentali, & consequenter à pari, & agere, varium & mutabile semper habere esse, contrarium habere, & cætera: consequens est, & quòd influxus cælestes in his corporibus modificentur iuxta conditiones eorum: ac per hoc effectus non oportet imitari causas cælestes tantum, sed oportet esse tales, quales ex influxu cæli recepto & modificato in tali materia consequuntur. Et si his adiunxeris, quòd coagere horum inferiorum modificatur secundum proprias conditiones horum, & passionē eorundem à cælo, consequens erit, quòd actio istorum, quamuis subordinetur actioni cælesti: non tamen reducitur secundum omnem eius conditionem in causam aliquam cælestem puram, sed modificatam corpori vt patiēti, &c. Et quoniam manifeste patet quòd posse deficere in minore parte, quod est radix casus & fortunæ & omnis contingentiæ in naturalibus, consequitur posse non esse: & vt vno verbo dicatur, consequitur imperfectionem propriam corporibus inferioribus. consequens est, vt contingentia vt sic, non reducantur in aliquam causam cælestem puram, nec immediate, cum aliquid tale fit à cælo corporibus inferioribus pure passiue concurrentibus: nec mediate, cum aliquid contingens fit à cælo & inferiori agente. Sed vtrobique contingentia resoluitur in conditionem corporum inferiorum. Differenter tamen, quia cum cælum tantum concurrit actiue, contingentia effectus reducitur in conditionem corporum horum, tanquam in conditionem materię. Cum vero agentia hæc cooperantur, contingentia effectus reducitur in conditionem horum corporum: vt in conditionem agentis: quod tamen comparatur ad cęlum vt patiens, vt prædictum est. Et ideo diuinum Aristotelis ingenium & in primo Perihermenias, & in sexto Metaphysi. & in secundo Physic. semper resoluit contingentiam naturalium in conditionem corporum inferiorum: quia scilicet possunt deficere. Sed de genere reductionis in sexto Metaphysi. relinquit sub dubio, An sicut ad materiam, an sicut ad agens. In secundo autem Phy. reducit ad agens, casum & fortunam: in primo autem Perihermenias reducit ad materiam, seu potentiam passi. Et omnia sunt vera si dicta considerentur: quæ inspicere poteris radicaliter in tertio contra Gent. capit. octuagesimosexto. Et quoniam hæc ratio destruens fundamentum Auicennæ in hoc fundatur, quòd corpora inferiora sint materia, & patiens præsuppositum toti actioni cælesti, præter probationem allatam, quia scilicet omne agens per motum aut mutationem præsupponit materiam in quam agit, sed totum cælum, &c. Affero contra proteruos rationē quam nec ipse Auicenna poterit inficiari ex secundo cælo, textu decimoseptimo, & sequentibus. Vnde arguitur sic, Elementa spectant ad substantialem integritatem vniuersi: igitur præsupponuntur actioni cælesti. Antecedens patet ibidem: vbi probatur quòd terra naturaliter præcedit etiam primum motum cæli. & cum terra sit infimum, omnia ergo elementa naturaliter præcedunt. Nec obstat, quòd in primo metheorum declaratur quòd difformitas elementorum est secundum appropinquationem & elongationem à motu cæli: quoniam ibi non declaratur difformitas, quoniam stabilita erat in 2. cæl. sed talis difformitas, scilicet quòd supremum est calidissimum, &c. Et rursus talis difformitas consequitur conditionem materiæ, & non solam elongationem aut approximationem, vt patet.

¶Secundum vero est, quòd, vt iam ex dictis patere potest, impedimentum est duplex: alterum actiuum, alterum materiale. Actiuum enim est quod impedit actionem ex parte agentis, seu vt exit ab agente: materiale autem quod impedit actionem, vt recipitur in passo. Et rursus materiale contingit dupliciter. Vno modo ex actione alterius agentis, sicut aquositas ligni impedit combustionem: ea enim quamuis materiale impedimentum sit, est tamen effectiue à causa pluuia, quæ madefecit lignum. Alio modo ex ipsa conditione materiæ, sicut frigiditas aquæ impedit calefactionem: cuius tamē frigiditatis non est alia causa nisi ipsa natura aquæ, quæ occurrit, vt materia calefactibilis. Et ex hoc clarius patet primū quod diximus, & quòd conditio effectuum inferiorum consequens impedimentum materiale, tenens se ex conditione ipsius materiæ, non ex actione agentis: non causatur à cælo. Et hoc intendebat Sanctus Thomas, in sexto Metaphysic. Vbi contingentiam reduxit ad impedimentum materiale.

¶Nec oppositum dicitur hic, dicendo quod causæ non deficiunt in minori parte nisi propter aliquam causam impedientem. Tum quia hic loquitur de defectu causæ actiuæ ex parte actionis, vt est ab agente: & consequenter de impedimento actiuo vt series literæ præ se fert. Tum quia dato quòd loquatur de omni modo impedimenti, non dicit quòd causa impediens sit causa actiua, sed absolute dicit quòd est aliqua causa impediens. Vnde non solum actiua, sed potest esse materialis, vt expresse dicitur in litera in responsione ad secundum. Et si instetur contra hanc glo. quòd male litera intulit ex appositione causæ impedientis cum causa deficiente in minori parte: ergo non euitatur necessitas effectus, quia ipsum impedimentum est necessarium. Respondetur & sufficienter, & ad mētem Sancti

Thomæ quòd illatio illa non est facta secundum veritatem, sed apparentiam tantum. Quod ex duobus patet. Primò, quia dicitur, Videtur adhuc prædictum inconueniens non vitari. Secundò, quia in hoc eodem articulo confutat prædictam illationem in illis verbis, Manifestum est autem quòd causa impediens actionem alicuius causæ. Vbi expresse ostendit, quòd ex illo antecedente, Agens in minori deficit propter aliquam causam impedientem: non sequitur, ergo ea quæ eueniunt in minori parte, eueniunt necessario: quia concursus ad impediendum est per accidens, dato quòd ipsa causa impediens sit per se causa illius rei quæ impedit.

¶ Sed adhuc non quiescit intellectus, quoniam secundum hanc responsionem consequentia illa non est inducta vt vera, sed vt apparens & confutanda, si sic est, cum inducatur ad examen illius propositionis, Posita causa ponitur effectus. & poterat confutari ex propriis, scilicet ex natura impedimenti materialis tenentis se ex conditione materiæ: quare dimissa est & confutata ex extraneis, scilicet ex examine alterius propositionis, scilicet omne quod est, habet causam, quia concursus non habet causam. Respondetur quòd confutatio illa ex parte materiæ, aut est omnino eadem cum confutatione ex parte concursus, aut includit illam, & distinguitur ab illa sicut inferius à superiori cum maxima difficultate. Impedimentum enim duo dicit, scilicet rem quæ impedit, & relationem ad aliud, ex qua denominatur impedimentum. Et de impedimento quidem actiuo, dato, quòd inquantum res est, habeat causam per se: sed inquantum impedit non oportet, quia impedire pertinet ad concursum, quia potest esse per accidens. De impedimento autem materiali si eodem modo est, quòd scilicet inquantum res est, habet aliquam causam necessariam, siue illa sit aliud agens, siue sit conditio materiæ, oportet dicere quòd inquantum impedimentum est, est per accidens. Et hoc est venire ad concursum: quia nihil aliud est dicere, quàm quòd concursus talis agentis cum tali materia hic non habet causam: & sic impedimentum ex parte materiæ, & hic concursus est omnino idem. Si autem impedimentum materiæ etiam inquantum res est in particulari sumptum, non habet causam aliquam quam necessario sequatur: tunc ex impedimento materiali dupliciter fit per accidens, & ex parte concursus, & ex parte rei concurrentis. Et sic impedimentum materiale includit impedimentum concursus, & addit: & sic distinguitur vt minus commune à magis communi. Vnde cum hoc sit valde difficile & ambiguum, & prolixa egens discussione, & præsens opus, vt in procemio dixit, propter nouitios in theologia instruendos: breuius, ac clarius conficiendum erat. Ideo propter claritatem doctrinæ ac breuitatem transiuit ad cōfutandam illam illationem ex secunda propositione.

¶Nec talis confutatio est ex extraneis, imò ex propriis impedimenti inquantum impedimentum est: quoniam vt patet ex dictis, concursus conuenit impedimēto vt sic: imò in cōmuni loquendo, vt litera loquitur, descendere ad impedimentum inquantum materiale. & sic confutare illam consequentiam, erat potius à propriis diuertere. Et hoc potest assignari pro alia ratione huius transitus, vt scilicet staret in propriis impedimenti vt sic. Potest & aliter etiam ad mentē literæ dici, quòd S. Tho. non absolute dixit transeundum esse ad alteram propositionem, sed cum limitatione, scilicet secundum hæc duo: quasi diceret, Si nolumus egredi hæc duo ab antiquis posita, & ab Arist. reprehensa in communi: oportet transire ad alteram. Et ratio est, quia instātia contra propositionem primo examinatam, scilicet posita causa ponitur effectus, non excludit formaliter illam: quoniam instantia nō accipit totalem causam effectus in paucioribus. Accipit enim causam naturalem deficientem in minori parte: & tamen causa effectus in minori parte non est illa sola, sed illa cum causa impediente, quia nunquam deficit nisi impedita. Vnde oportet dare instantiam quòd vtraque simul posita non sequatur effectus: & ideo transire oportet ad cōcursum quod careat causa. Virtualiter tamen, vt patebit inferius, instantia data sufficienter, falsificat illam: quia ex natura possibilis inuenta in causa deficiente concursus illius, alterius est per accidens.

¶Tertium dicendum est, quòd concursus sicut & impedimentum est multiplex, scilicet actiuorum, vel actiui & passiui cum conditionibus eorum, &c. Nec refert in proposito de quo concursu sit sermo. Vnde in litera in corpore articuli datur exemplum de concursu agentis & materiæ. In responsione vero ad tertium est sermo de cōcursu etiam actiuorum. Vniuersaliter siquidem oportet esse verum, quòd si aliqua duo concurrunt, & quodlibet illorum seorsum habeat totā seriem suarum causarum necessariam, & supremæ causæ vtriusque ordinis per se concurrant, quòd oportet concursum omnium mediorum & vltimorum effectuum necessario causari à concursu supremarum causarum: non enim possum intelligere oppositum. Sed si hæ duæ conditiones positæ in antecedente non saluantur, scilicet quia supremæ causæ non per se concurrūt, aut tota series alicuius ordinis non est necessaria: non oportet concursum proximarum causarum aut effectuum habere causam ex qua de necessitate sequatur. Ex prædictis autē patet iam, quòd cum aliquid quod vocamus per accidens, fit, quòd tunc concurrūt duo simul: puta in exemplo literæ, combustio, & huius materiæ, puta frumenti, consumptio: & quòd quamuis alterum horum reducatur in aliquod corpus cæleste, alterū quandoque reducitur in conditionem corporum inferiorum tanquam in supremam causam. Et sic cum concursus cæli & huius corporis inferioris, quæ sunt supremæ causæ effectuum concurrentium, non sit per se, sed possit esse per accidens: sequitur quòd concursus horum effectuum non semper habet causam per se. Et similiter quamuis quandoque vterq; effectus reducatur in causas cęlestes, vt supremas: quia tamen tota series causarum singulorum seorsum non est necessaria, quia sit resolutio huius effectus ad supremam causam cælestem media causa non necessaria, sed potente deficere seu possibili: non sequitur, ergo cōcursus effectuum habet causam per se aut necessariam, concursum supremarum causarum cęlestium. Et merito, quia concursus ille syderum, quamuis in se sit per se & necessarius, vt applicatus: tamen ad hos effectus est contingens: quia applicatur mediantibus corporibus potentibus deficere: sicut & singula agentia cælestia, licet in se sint necessaria: relata tamen ad hæc inferiora, sunt agentia vt in pluribus, & deficientia quandoque: quia modificantur in his corporibus potentibus deficere.

¶ Et ex his patet responsio ad obiecta. Ad dubitationem enim simpliciter, iam nunc dictum est, quòd non semper concursus est ex concursu & ex causa necessaria: & quare, &c. Ad dubitationem vero secundam ad hominem, primo respondetur sigillatim ad obiecta, dicendo quòd nulla penitus est contradictio: quoniā ibi particulariter affirmant concursum habere causam: hic vero destruit vniuersalem, Omnis concursus habet causam per se. Similiter ibi particulariter concedit negatiuam, scilicet impedimentum materiale non habet causam cælestem, vbi duæ particularizationes sunt prima impedimenti, secunda causæ. Hic vero assumit omne impedimentum habere causam, sed non cælestem aut effectiuam, neq; necessariam, sed absolute habere causam: quod patet non repugnare illi.

¶Scito tamen hic, quòd ratio contingentiæ naturaliū potest dupliciter assignari, Vno modo ex parte complementi: alio modo ex parte radicis. Radix quidem huiusmodi contingentiæ est natura potentiæ inuenta in naturalibus: qua & possunt

sunt deficere in minori parte, & sunt in potentia contradictionis: vt dicitur primo Perihermenias. Complementum vero contingentiæ ex concursu accidentalis causarum siue actiuæ & passiuæ, siue actiuarum inter se, &c. Et propterea non opposita dixit, sed vtrunque assignauit in diuersis locis diuus Thomas. In sexto siquidem Metaphysic. radicem; hic vero & in primo Perihermenias, & in libro contra Gent. complementum tetigit.

¶In responsione ad tertium dubium occurrit, An omnis naturalis res accipiendo rem vt distinguitur contra concursum, habeat causam ex qua necessario fiat. Videtur enim litera huius articuli, bis hoc concedere, scilicet in hac responsione, vbi vult quòd effectus causæ impedietis causam naturalem à suo effectu, reducatur in aliquam causam cælestem. Et si talis res habet causam necessariam, nulla res restat sine necessaria causa: quoniã talis res fit extra semper & frequenter. In corpore quoque articuli dixit, quòd quia causa non deficit in minori parte nisi per aliquam causam impedientem, ideo impedimentum ipsum videtur necessariũ. Et non est negatum antecedẽs, sed propter concursum confutata consequentia.

572 3. contra gent. cap. 93. Et opusc. 3. ca. 140. Et opusc. 28. cap. 1.

¶Ad oppositum autem est ratio superius adducta, scilicet quòd quando tota series causarum alicuius effectus non est necessaria, effectus non sequitur necessaria, sed effectus vt in paucioribus non habet seriem causarum suarum totam necessariam: quia causæ cælestes attingũt ipsum modificatæ in natura possibili vt sic: quia deficit in minori parte, ergo, &c.

¶Ad hoc breuiter dicitur quòd sunt tria genera rerum quæ fiunt. Quædam enim fiunt semper, & de his non est quæstio. quædam vt in pluribus, de his etiam patet, quòd fiunt necessario, non simpliciter, sed necessitate physica. Quædam vero fiunt extra semper & frequenter. Et hæc non fiunt ab vna sola causa, sed à pluribus: vt in litera dicitur, scilicet causa deficiente in minori parte, & ab alia causa faciente illam deficere in hac parte: ita quòd nunquam fit talis effectus nisi existente plurium causarum concursu non curando modo de generibus causarum. Vnde si ambæ causæ considerentur secundum se, non habebitur aliquod ens per accidens. Et si ambæ concurrant ex ea parte qua habent naturam necessitatis, nunquam etiam fiet aliquid per accidens. Sed si concurrant ambæ, aut altera ex ea parte qua habent, vel habet naturam possibilitatis, iam concursus est contingens: & sic quicquid ex causis illis vt sic, concurrentibus fiet, contingenter fiet. Et quoniam, vt iam patet, causæ naturales habent aliquid naturæ necessariæ, & aliquid naturæ possibilitatis: vt patet ex operibus eorum: opera enim sua sunt in pluribus & vt frequenter, & hoc est ex natura necessaria, vt patet. Et sunt extra semper & frequenter: & hoc est ex natura possibilitatis. Vnde causæ penitus necessariæ non habent vtraque opera, sed semper eadem agunt. Causis igitur & rebus naturalibus habentibus naturam possibilis, & ex ea parte qua deficiunt in minori parte, si concursus cum alia causa ex ista parte erit, erit concursus contingens, & causa illa alia quamuis in se esset necessaria: vt coniuncta tamen possibili vt sic ad contingentiam declinat, & contingenter attingit effectum illum, qui ex vtriusque concursu fit.

Comenta. ¶Ex his patet primo responsio ad quæsitum, quia non omnis res habet causam necessariam: quia non illa, quæ fiunt extra, semper & frequenter. Patet secundo quomodo concursus sit complementum contingentiæ, & possibilitatis radix. Patet tertio ratio verborum Sancti Thomæ & hic & vbique, quòd scilicet intendit, non quòd omnis res, nec quòd res quæ fit in minoris parte, sed quòd effectus illarum duarũ causarum concurrentium, non vt concurrentes sunt, sed vt seorsum sumptarum reducantur in aliquas causas necessarias: quia nulla mistio fit necessarij ad possibile vt possibile est: quoniam omnis talis mistio concursu fit plurium causarum. Sed res quæ est effectus causæ impedientis & impeditæ vt sic, non habet causam. Et hoc intendit hic & in corpore articuli & vbique, vt patet. Quamuis posset dici, quòd litera non vtiliter affirmat, etiam effectus causarum seorsum reduci in causas necessarias: sed hic respondet, dato quòd ita esset: vt patet ex ly licet. Et rursus non loquitur nisi de effectu causarum, quæ subduntur cælestibus corporibus, & non de conditionibus materiæ præsuppositæ toti actioni cælesti. In corpore quoque articuli, vt iam patet, nihil aliud habetur affirmatiue nisi quòd nulla causa actualiter deficit in minori parte, nisi propter causam aliquam impedientem. Sed vtrum effectus illius causæ impedientis etiam seorsum sumptæ fiat necessario, vel non, in litera non dicitur. Nec valet arguere negatiue, Non confutauit hoc: ergo. iam enim dicta est causa quare non examinauit hoc ex natura possibilis & necessarij.

QVAESTIO CENTESIMADECIMASEXTA DE FATO, IN QVATVOR ARTICVLOS DIVISA.

DEINDE considerandum est de fato.

¶Et circa hoc queruntur quatuor. ¶Primo, an fatum sit. ¶Secundo, in quo sit. ¶Tertio, vtrũ sit immobile. ¶Quarto, vtrum omnia subsint fato.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum fatum sit aliquid.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd fatum nihil sit. Dicit enim Greg. in homil. Epiphaniæ, Absit à fidelium cordibus, vt fatum esse aliquid dicant.

¶Præterea, Ea quæ fato aguntur, non sunt improuisa: quia vt Augusti. dicit quinto de Ciuitate Dei, fatum à fando dictum intelligimus, id est à loquendo: vt ea fato fieri dicantur, quæ ab aliquo determinante sunt antè prælocuta. Quæ autem sunt prouisa, non sunt fortuita neque casualia. Si igitur res fato aguntur, excludetur casus & fortuna à rebus.

¶SED CONTRA, Quod nõ est, non diffinitur. Sed Boëtius in quarto, de consolat. diffinit fatum dicens, quòd fatum est inhæres rebus mobilibus dispositio, per quam prouidentia suis quæque nectit ordinibus. Ergo fatum aliquid est.

CONCLVSIO.

¶*Fatum pro diuina ponitur prouidentia omnia præloquente.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd in rebus inferioribus videntur quædam à fortuna, vel casu prouenire. Contingens autem quandoque, quòd aliquid ad inferiores causas relatum est fortuitum vel casuale, quod tamen relatum ad causam aliquam superiorem, inuenitur esse per se intentum. Sicut si duo serui alicuius domini mittantur ab eo ad eundem locum vno de altero ignorante, concursus duorum seruorum si ad ipsos seruos referatur, casualis est, quia accidit preter vtriusque intentionem: si autem referatur ad dominum, qui hoc præordinauit, non est casuale, sed per se intentum. Fuerunt igitur aliqui, qui huiusmodi casualia & fortuita, quæ in his inferioribus accidunt in nullam superiorem causam reducere voluerunt. Et hi fatum & prouidentiam negauerunt, vt de Tullio Augustinus recitat[e] in quinto de Ciuitate Dei. Quod est contra ea, quæ superius de prouidentia dicta sunt[e]. Quidam vero omnia fortuita & casualia, quæ in istis inferioribus accidunt, siue in rebus naturalibus, siue in rebus humanis, reducere voluerunt in superiorem causam, id est in cælestia corpora[e]. Et secundum hoc fatum nihil aliud est quàm dispositio syderum, in qua quisq; conceptus est vel natus. Sed hoc stare non potest propter duo. Primo quidem quãtum ad res humanas: quia iam ostensum est[e], quòd humani actus non subduntur actioni cælestium corporum nisi per accidens, & indirecte. Causa autem fatalis, cum habeat ordinationem super ea, quæ fato aguntur, necesse est quòd sit directe & per se causa eius, quod agitur. Secundo quantum ad omnia, quæ per accidẽs aguntur. Dictum est enim suprà[e], quòd id, quod est per accidens, non est proprie ens neque vnum.

a ¶*Super Quæstionis centesimædecimæsextæ Articulum primum.*

Annot. Titulus clarus ex quid nominis in communi vsu. Fati enim nomine causam quandam occultam, à qua nihil declinare potest, intelligere videmur.

Comenta. ¶In corpore quinque. Primo ostendit radicem difficultatis quæstionis. Secundo refert opinionem Tullij. Tertio, Auicennæ. Quarto, veram. Quinto, respondet quæsito.

¶Quo ad primum, duas propositiones ponit, ex quibus præsens oritur quæstio. Prima est, In rebus inferioribus apparent quædam à casu & fortuna. Secũda est, Aliquid relatum ad causas inferiores, est casuale vel fortuitum, quod tamen relatum ad aliquam superiorem causam est per se intentum. Prima suppositio patet ad sensum. secunda vero declaratur exemplo Boëtij: de concursu seruorum à domino destinatorum seorsum. Ex his enim nascitur quæstio, An fatum sit: Cum enim circa contingentia tantum, fatum ponat, si ponitur, si omnia quæ contingentia sunt relata ad inferiores causas, habent aliquam superiorem causam per se intendentem, illa fatum est, & si non, non. Et propterea ponuntur sequẽtes opiniones de reductione casualium in causas superiores. d 136 138 369

¶Quo ad secũdum tria. Primo, opinio negatiua, quòd huiusmodi contingentia nullam superiorem causam habent. Secundo, corollarium, quòd hæc opinio & fatum & prouidentiam diuinam negat. Tertio, reprobatio: quia repugnat his quæ de diuina prouidentia superius determinatata sunt. 572

¶Quo ad tertium, quatuor. Primo opinio affirmatiua, Omnia contingentia causantur à cælestibus. Secundo, corollarium ad propositum, Fatum apud hos est dispositio syderum: in qua res fit, aut inchoata est, &c. Tertio reprobatur quo ad res humanas, Causa cælestis non directe & per se attingit actus humanos: ergo non est causa per se ordinans eos: ergo non est causa fatalis. Antecedens patet ex dictis. Prima consequentia probatur ex eo, quòd causa ordinans aliqua, directe id quod agitur, respicit. Secunda vero consequentia probatur ex eo, quòd causa fatalis est ordinans contingentia, vt de se patet: quia per se intendit ea. Quarto reprobatur quo ad naturalia. Causa cælestis agit vt naturale principium determinate ad vnum. ergo non per se ad ens per accidens. Antecedẽs probatur, Quia effectus eius in hoc mundo sunt naturales. Prima consequentia probatur, Quia naturæ actio est determinata ad vnum. Secunda vero probatur, Quia ens per accidens non est proprie vnum nec ens. Et declaratur exemplo fossionis sepulchri & inuentionis thesauri.

¶Quo ad quartum tria. Primo sententia, Omnia quæ hic per accidens fiunt, siue naturalia, siue humana, reducuntur in regulam diuinæ prouidentiæ. Secundo probatur quòd reducantur in aliquod intellectuale agens, Intellectus potest ad quantumcunque per accidens terminari vt vnum apprehendendo. ergo si efficax est, potest efficere ens per accidens vt vnum. ergo ea quæ per accidens hic aguntur, in causam intellectualem reducuntur. Antecedens probatur: Quia format hanc propositionem, Fodiens sepulchrum est inueniens thesaurum. Consequentia prima probatur, quia par est ratio de intellectione & ordinatione, si supponitur efficacia ad agendum & ordinandum practice. Secunda vero conclusio relinquitur pro constanti, ex illa regula, Si negatio est causa negationis. Si enim non posse comparari vt vnum, est causa quòd ens per accidens nullam habet causam in natura. ergo posse comparari vt vnum ad intellectum, est causa vt inueniat causam in ordine intellectuum. Quamuis possit dici, quòd consequentia vltima tenet de possibili. & hoc hic sufficit: quia de fato superius ostensa est conclusio, cum tractaretur de prouidentia. Tertio probatur, quòd illud agens intellectuale est diuina prouidentia, Voluntas à solo Deo potest immutari. ergo ordinatio humanorum actuum soli Deo attribui debet. Antecedens patet ex dictis. Consequentia probatur, quia voluntas est principium humanorum operum.

Annot. ¶Circa hoc statim occurrit dubium: quia propositum fuit, & quòd naturalia & quòd humana ad diuinam referantur prouidentiam: & tamen non est probatum nisi de humanis. De naturalibus enim probatum tantum est quòd ad aliquam intellectualem causam referenda sunt.

¶Ad hoc dupliciter dici potest. Primo quòd illa verba, & præcipue intellectum diuinum, non sunt iungenda tantum cum consequentibus, in quibus ponitur probatio de humanis: sed etiam cum antecedentibus, in quibus fuit probatio communis. Et hoc insinuat ly præcipue, quasi diceret, contingentia reducuntur in aliquam causam agentem per intellectum, & præcipue diuinum, quia ipse prima est causa: ex quo habet, quòd respiciat directe ens inquantum ens, & eius consequenter differentias, scilicet per se & per accidens. Non fuit autem solicitus ad probandũ ly præcipue, &c. quia ex superius dictis iam cõstat ꝙ ille intellectus efficax respectu omnium naturalium non est nisi diuinus. Alij vero intellectus, scilicet angelici participant hãc efficaciam respectu huius, aut illius effectus: prout ministerium eorum exigit. Secundo dicitur, quia probando intellectum dirigẽtẽ actus humanos esse intellectum diuinum, à fortiori probauit implicite & virtualiter intellectũ dirigentem contingentia naturalia: quoniã humani actus & sunt magis contingentes, & sunt superioris ordinis: & consequenter si actus humani à Deo solo, alia ab ipso aut solo aut principaliter regulantur: quia qcquid potest virtus inferior, põt & superior.

521 546 ¶Quo ad quintũ duo. Primo conclusio responsiua secundũ rem, Fatum poni potest pro prouidentia diuina præordinante omnia & praeloquente. Secundò quo ad nomen, Sancti recusauerant hoc vocabulo vti, propter errorẽ vitandũ. Probatur vtrũque ex autoritate Augu. & ex secundo exponit Greg.

Omnis autem naturæ actio terminatur ad aliquid vnum. Vnde impossibile est quòd id, quod est per accidens, sit effectus per se alicuius naturalis principij agentis. Nulla ergo natura per se hoc facere potest, quòd intendens fodere sepulchrum, inueniat thesaurum. Manifestum est autem quòd corpus cæleste agit per modum naturalis principij. Vnde & effectus eius in hoc mundo sunt naturales. Impossibile est ergo quòd aliqua virtus actiua cælestis corporis sit causa eorum, quæ hic aguntur per accidens, siue à casu, siue à fortuna. Et ideo dicendum est, quòd ea, quæ hic per accidens aguntur siue in rebus naturalibus, siue humanis, reducuntur in aliquam causam præordinantem, quæ est prouidentia diuina, quia nihil prohibet id, quod est per accidens, accipi vt vnum ab aliquo intellectu: alioquin intellectus formare non posset hanc propositionem, Fodiens sepulchrum inuenit thesaurum. Et sicut hoc potest intellectus apprehendere, ita potest efficere. Sicut si aliquis sciens in quo loco sit thesaurus absconditus, instiget aliquem rusticum hoc ignorantem, vt ibi fodiat sepulchrum. Et sic nihil prohibet ea, quæ hic per accidens aguntur, vt fortuita vel casualia, reduci in aliquam causam ordinantem, quæ per intellectum agat, & præcipue intellectum diuinum. Nam solus Deus potest voluntatem immutare, vt suprà habitum est[e]. Et per consequens ordinatio humanorum actuum, quorum principium est voluntas, soli Deo attribui debet. Sic igitur inquantum omnia, quæ hic aguntur, diuinæ prouidentiæ subduntur, tanquam per eam ordinata & quasi prælocuta, fatum ponere possumus: licet hoc nomine sancti doctores vti recusauerint propter eos, qui ad vim positionis syderum hoc nomen retorquebant. Vnde Aug. dicit in 5. de ciuit. Dei, Si propterea quisquam res humanas fato Dei tribuit, quia ipsam Dei voluntatem, vel potestatem fati nomine appellat, sententiam teneat, & linguã corrigat. Et sic Greg. fatum esse negat. Vnde patet solutio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendum, quòd nihil prohibet aliqua esse fortuita vel casualia per comparationem ad causas proximas: non tamen per comparationem ad diuinam prouidentiam. Sic enim nihil temere fit in mundo, vt Augustinus dicit in libro 83. quæstionum.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum fatum sit in rebus creatis.*

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd fatum non sit in rebus creatis. Dicit enim August. 5. de ciuitate Dei, quòd ipsa Dei voluntas vel potestas, fati nomine appellatur. Sed voluntas & potestas Dei non est in creaturis, sed in Deo. Ergo fatum non est in rebus creatis, sed in Deo.

¶Præterea, Fatum comparatur ad ea quæ fato arguntur, vt causa, vt ipse modus loquendi ostendit. Sed causa vniuersalis per se eorum quæ hic per accidens aguntur, est solus Deus: vt suprà dictum est[e]. Ergo fatum est in Deo, & non in rebus creatis.

¶Præterea, Si fatum est in creaturis, aut est substantia, aut accidens. Et quodcunque horum detur, oportet quòd multiplicetur secundum creaturarum multitudinem. Cum ergo fatum videatur esse vnum tantum, videtur quòd fatum non sit in creaturis, sed in Deo.

¶SED CONTRA est, quod Boëtius dicit in quarto de consolatione, quòd fatum est dispositio rebus mobilibus inhærens.

CONCLVSIO.

¶*Fatum est in causis creatis, vt per diuinam disponuntur prouidentiam ad varios effectus producendos.*

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ (sicut ex prædictis patet[e]) diuina prouidentia per causas medias suos effectus exequitur. Potest ergo ipsa ordinatio effectuum dupliciter considerari. Vno modo secundum quod est in ipso Deo, & sic ipsa ordinatio effectuum vocatur prouidentia. Secundum vero quod prædicta ordinatio consideratur in mediis causis à Deo ordinatis ad aliquos effectus producendos, sic habet rationem fati. Et hoc est quod Boët. dicit 4. de conso. Siue famulantibus quibusdam prouidentiæ diuinæ spiritibus fatum exercetur[e], seu anima, seu tota inseruiente natura[e], siue cælestibus syderũ motibus[e], seu angelica virtute, seu dæmonium varia solertia[e], seu aliquibus eorum, seu omnibus[e]: fatalis series texitur. De quibus omnibus per singula in præcedentibus dictum est. Sic ergo est manifestum quòd fatum est in ipsis causis creatis inquantum sunt ordinatæ à Deo ad effectus producendos.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsa ordinatio causarum secundarum, quã Augustin. seriem causarum nominat, non habet rationem fati nisi secundum quod dependet à Deo. Et ideo causaliter Dei potestas vel voluntas dici potest fatum. Essentialiter vero fatum est ipsa dispositio seu series, id est ordo causarum secundarum.

¶Ad secundum dicendũ, ꝙ intantum fatũ habet rationem causæ, inquantum & ipsæ causæ secũdæ, quarum ordinatio fatum vocatur.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ fatũ dicitur dispositio non quæ est in genere qualitatis, sed secundũ quod dispositio designat ordinem qui non est substantia, sed relatio. Qui quidẽ ordo, si consideretur per comparationem ad suum principium, est vnus. Et sic dicitur vnum fatum. Si autem consideretur per relationem ad effectus vel ad ipsas causas medias, sic multiplicatur. Per quem modum Poëta dixit, Te tua fata trahunt.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum fatum sit immobile.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ fatum non sit immobile. Dicit enim Boëtius in 4. de consol. Vti est ad intellectum ratiocinatio ad id quod est id quod gignitur, ad æternitatem tempus, ad punctum medium circulus: ita est fati series mobilis ad prouidentiæ stabilem simplicitatem.

¶Præterea, Sicut Philosophus dicit in 2. Topicorum. Mouentibus nobis, mouentur ea quæ in nobis sunt. Sed fatum est dispositio inhærens rebus mobilibus, vt Boe. dicit. Ergo fatum est mobile.

¶Præterea, Si fatum est immobile, ea quæ subduntur fato, immobiliter & ex necessitate eueniunt. Sed talia maxime videntur esse contingentia quæ fato attribuuntur. Ergo nihil erit contingens in rebus, sed omnia ex necessitate euenient.

¶SED CONTRA est quod Boetius dicit, quòd fatũ est immobilis dispositio.

CONCLVSIO.

¶*Fatum vt in secundis causis absolute est mobile, vt autem à diuina prouidentia immobile, non necessitate absoluta, sed conditionali.*

¶RESPONDEO dicendum, quod dispositio secundarum causarum, quam fatum dicimus, potest dupliciter considerari. Vno modo secundum ipsas causas secundas, quæ sic disponuntur seu ordinantur. Alio modo per relationem ad primum principium, à quo ordinantur, scilicet Deum. Quidam ergo posuerunt ipsam seriem, seu dispositionem causarum esse secundum se necessariam: ita quod omnia ex necessitate contingerent propter hoc quod quilibet effectus habet causam, & causa posita necesse est effectum poni. Sed hoc patet esse falsum per ea, quæ suprà dicta sunt[e]. Alij vero econtrario posuerunt fatum esse mobile etiam secundum quod à diuina prouidentia dependet. Vnde Aegyptij dicebant quibusdam sacrificiis fatum posse mutari, vt Grego. Nicenus dicit. Sed hoc suprà exclusum est[e], quia immobilitati diuinæ prouidentiæ repugnat. Et ideo dicendum est ꝙ 71 146 38 & a b e

a ¶*Super Quæstionis centesimædecimæsextæ Articulum secundum.*

Comment. Titulus clarus. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito affirmatiue cũ limitatione tamẽ, Fatum est in causis creatis inquantum sunt ordinatæ à Deo ad effectus producendos. Probatur sic, Diuina prouidentia per causas medias suos effectus exequitur: ergo ordinatio effectuum dupliciter potest considerari in Deo, vel in causis mediis: sed vt in Deo est prouidentia, ergo vt in causis mediis est fatum. Et confirmatur autoritate Boëtij.

573 1. dist. 39. q. 2. ar. 1. ad 5. Et 3. contra ca. 93. principio Et veri. q. 5. ar. 1. ad 1. Et quoli. 12. art. 5. cor. Et opus. 3. c. 140. Et opus. 28. ca. 2. 136 572

¶Aduerte, ꝙ vis rationis consistit in hoc, Fatum (vt ex præcedente patet articulo) nihil aliud est quàm causa contingentium secundũ ordinem diuinæ prouidentiæ: cum autem ordo duplex esse habeat, in ipso Deo, & in causis mediis, oportet ꝙ fatũ aut sit vis ista ordinans, vt est in Deo, aut in causis mediis. Sed non est, put est in Deo: probatur, quia sic proprie vocatur prouidentia. & quia Boëtius ponit fatum in rebus creatis. ergo. Et sic ex primo articulo habemus, quòd fatum est diuina prouidentia causaliter. Ex isto autem quòd est dispositio in causis mediis vt subsunt diuinæ prouidentiæ, & hoc est formaliter.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæsextæ Articulum tertium.* 505

Comment. Titulus clarus. ¶In corpore quatuor, primo distinguit. Secundo refert opinionem Auicennæ. Tertio Aegyptiorum. Quarto respondet quæsito.

¶Quo ad primum, Fatum dupliciter secundum causas medias absolute, vel secundum eas in ordine ad diuinam prouidentiam. Probatur distinctio, quia fatum vtrunque claudit in sua ratione, cum sit dispositio in causis mediis sub diuina prouidentia. 546 572 136 509

¶Quo ad secũdum tria. Positio, Fatum quo ad primum est immobile. Ratio, quia omne quod fit, habet causam, & posita causa ponitur effectus. Et reprobatio ex præcedenti quæstione. 561 & e 532

¶Quo ad tertium tria. Positio, Fatum quo ad secundum est mobile. Corollarium, Fatum potest sacrificiis mutari apud eos teste Gregorio Niceno. Reprobatio ex superioribus cum de immobilitate prouidentiæ diuinæ ageretur.

¶Quo ad quartum tria. Conclusio responsiua, Fatum vt in causis secundariis absolute est mobile, vt à diuina prouidentia est immobile, non necessitate absoluta, sed conditionali. Declaratio vltimæ particulæ, sicut dicimus hanc conditionalem esse necessariam. Confirmatio conclusionis autoritate Boetij. 574

¶Aduerte hic duo. Primo ꝙ cum conclusio habeat tres partes, & primæ probatio sit reprobatio primæ opinionis, secundæ vero sit reprobatio secundæ opinionis, tertiæ autem probatio & explanatio ad tractatum de scientia & voluntate diuina spectet: ideo in litera relictis pri

Veri. q. 5. artic. 1. ad quintum. Et quolibet 12. artic. 5. cor. Et opusc. 28. cap. 2. col. 1. & cap. 3.

primis particulis, tertiam explanandam aperuit iuxta dicta de præscientia Dei, vbi distinctum est, ꝙ est duplex necessitas, absoluta, & immutabilitatis. prima non conuenit diuinis ad extrà, sed secunda tantum: quæ hic vocatur necessitas cõditionalis, & alibi necessitas ex suppositione.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæsextæ Articulum quartum.*

Coment. 575 Titulus clarus.

Suprà artic. 1. cor. Et opus. 3. c. 140. Et matt. 2. Cor. 3. et 6. meta. le. 3. co. 6. et 7.

¶In corpore vna conclusio respõsiua quæsito negatiue, Non omnia subduntur fato. Probatur dupliciter. Primo ratione, Fatum est ordinatio causarum secundarum ad effectus diuinitus prouisos. ergo omnia subdita fato, subduntur causis secundis. ergo ea quæ à Deo immediate fiunt non subduntur fato. ergo non omnia subduntur fato. Antecedens est ratio fati, consequentiæ omnes sunt per se notæ: tamen secunda probatur, quia talia non subduntur causis secundis. tertia quoque declaratur in creatione & glorificatione spirituum, &c. Secundo
43 autoritate Boëtij, quæ
44 patet. Ex hac autem probatione ponitur corollarium, quòd quanto aliquid longius fit à Deo, tanto magis fato subest. probatur, quia magis subiicitur causis secundis.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæseptimæ Articulum primum.*

573 Coment. Titulus clarus.

¶In corpore proposito numero opinionum tria fiunt iuxta numerum opinionum: ita quòd in tertia respondet quæsito.

a ¶Quo ad primum duo. 518 Opinio Auerr. Magister docet discipulum communicando ei eandem scientiam per hoc, quòd mouet eum ad ordinandum phantasma conuenienter, &c. Probatur, quia vnus est vtriusque intellectus, & eædem sunt vtriusque species intelligibiles. Secundo examen & reprehensio. o Examen quo ad ly ean-518 dem scientiam, dupliciter, ex parte rei scitæ, et a o sic est verum: aut ex par-518 te subiecti scientis, & tunc venit reprehensio fundamenti: quia scilicet est falsum: quia non est vnus vtriusque scientis intellectus, nec ea-44 dem species, vt supe- o rius patuit.

¶Quo ad secundum duo quoque. Primo opinio Platonis, Docere nihil aliud est quàm excitare hominem ad considerandum ea, quorum scientiam habet. Probatur, Scientia inest ab initio animabus nostris ex participatione idearum, sed impeditur ab vsu propter vnionem ad corpus: ergo scientia non causatur de nouo per quodcunque studium: ergo discere non est nisi reminisci: ergo docere non est nisi excitare ad vsum habitæ scientiæ. omnia parent. Secundo reprehensio radicis, quia intellectus animæ nostræ est pure potentialis, sicut tabula rasa, vt probauit Ari. superius, &c.

¶Quo ad tertiũ, primo ponitur conclusio responsiua quæsito, Docens causat scientiam in addiscente, reducendo ipsum de potentia ad actum primum. Probatur primo ex 8. Phis. Deinde probatur, limitatur, ramificatur, & explanatur. Probatur quidé tali ratione, Effectus, qui potest fieri à natura & ab arte, fit ab arte eodem modo quo fieret à natura: sed scientia est huiusmodi. ergo fit ab arte doctoris eo mõ quo à natura, sed à natura fit reducendo seipsum de potentia ad actum scientiæ, ergo & à doctore fit reducendo alium de potentia ad actum scientiæ. Maior probatur: quia ars imitatur naturam. Et ad euidentiam eius primo distinguitur duplex genus effectuum. Quidam ab extrinseco tantum vt domus. Quidam ab extrinseco & intrinseco, vt sanitas. & posset tertium poni genus, quidam ab intrinseco tantum, vt proprietates rerum naturalium. Notatur deinde identitas modi agendi respectu vtriusque agentis, declarando in sanitate. Minor probatur, quia scire nostrum fit inuentione ex vi luminis intellectus agentis: & tunc à natura, & disciplina, & tunc ab arte. Propositio vero vlterius subsumpta probatur, quia acquisitio scientiæ per inuentionem fit, procedendo de principiis notis ad conclusiones ignotas, &c. hoc enim est procedere de potentia ad actũ & procedit hæc supposito intellectu in potentia essentiali vt patet. Limitatur vero quoniam doctor ponitur non vt causa principalis, sed vt minister naturæ & coadiuuans: & sic scilicet ministerialiter reducit de potentia ad actum. Et ad euidentiam huius limitationis notatur in communi ordo inter artem & naturam respectu illius effectus, qui potest esse ab vtraque: & dicitur, quòd est ordo coadiuuantis principale: & quòd semper agens principale est idem, scilicet natura. Ramificatur autem dum distinguitur duplex modus: quo doctor docet, scilicet auxilia præbendo propositionum minus vniuersalium, similium, dissimilium, exemplorum, &c. & confortando vi syllogisticæ ordinationis propositionum propriarum iuxta illud, Demonstratio est syllogismus faciens scire. Explanatur quoque inter hæc diffusa declaratione assumptarum propositionum, &c. vt patet in litera.

576 2. contra 75. si. Et veri q. 11. artic. 1. Et opus. 16. c. 5. si. Et matt. 23. cor. 5. Et Ro. 1. ec. 6. col. 6.

369 370

fatum secundum considerationem secundarum causarum mobile est, sed secũdum quod subest diuinæ prouidentiæ, immobilitatem sortitur, non quidem absolutæ necessitatis, sed conditionatæ: secundum quod dicimus hanc conditionalem esse veram vel necessariam, Si Deus præsciuit, hoc futurum erit. Vnde cum Boëtius dixisset fati seriem esse mobilem, post pauca subdit, Quæ tamen ab immobilis prouidentiæ proficiscatur exordiis, ipsámque immutabilem esse necesse est. ¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum omnia fato subdantur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod omnia fato subdantur. Dicit enim Boë. in 4. de conso. Series fati cælum & sydera mouet: elementa in se inuicem temperat, & alternam format transmutationem, Eadem nascentia occidentiáque omnia per similes fœtuum seminúmque renouat progressus. Hæc actus fortunásque hominum indissolubili causarum connexione constringit. Nihil ergo excipi videtur quod sub fati serie non contineatur.

¶Præterea, August. dicit in 5. de ciuitate Dei, quòd fatum aliquid est secundum quod ad voluntatem & potestatem Dei refertur. Sed voluntas Dei est causa omnium quæ fiunt: vt August. dicit in 3. de trin. Ergo omnia subduntur fato.

¶Præterea, Fatum secundum Boëtium est dispositio rebus mobilibus inhærens. Sed omnes creaturæ sunt mutabiles, & solus Deus vere immutabilis, vt suprà habitum est[e]. Ergo in omnibus creaturis est fatum.

¶SED CONTRA est quod Boëtius dicit in 4. de consolatione, quòd quædam, quæ sub prouidentia locata sunt, fati seriem superant.

CONCLVSIO.

¶*Fato non subduntur omnia, sed quæ tantum legibus secundarum causarum subijciuntur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est[e]) fatum est ordinatio secundarum causarum ad effectus diuinitus prouisos. Quæcunque igitur causis secundis subduntur, ea subduntur & fato. Si qua vero sunt, quæ immediate à Deo fiunt, cum non subdantur secundis causis, non subduntur fato. Sicut creatio rerum, glorificatio spiritualium substantiarum[e], & alia huiusmodi. Et hoc est quod Boëtius dicit, quòd ea, quæ sunt primæ diuinitati propinqua, stabiliter fixa fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Ex quo etiam patet, quòd quanto aliquid longius à prima mente discedit, nexibus fati maioribus implicatur: quia magis subiicitur necessitati secundarum causarum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia illa quæ ibi tanguntur, fiunt à Deo mediantibus causis secundis[e]. & ideo sub fati serie continentur. Sed non est eadem ratio de omnibus aliis, vt suprà dictum est[e].

¶Ad secundum dicendum, quòd fatum refertur ad voluntatem & potestatem Dei, sicut ad primum principium. Vnde non oportet quod quicquid subiicitur voluntati diuinæ vel potestati, subiiciatur fato, vt dictum est[e].

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis omnes creaturæ sint aliquo modo mutabiles, tamen aliquæ earum non procedunt à causis creatis mutabilibus. Et ideo non subiiciuntur fato: vt dictum est.

QVAESTIO CENTESIMA decimaseptima de Pertinentibus ad hominis actionem, in quatuor articulos diuisa.

POSTEA considerandum est de his, quæ pertinent ad actionem hominis, qui est compositus ex spirituali & corporali creatura. Et primo considerandum est de actione hominis. Secundo de propagatione hominis ex homine.

¶Circa primum quæruntur quatuor. ¶Primo, vtrum vnus homo possit docere alium, causando in ipso scientiam. ¶Secundo, vtrum homo possit docere angelum. ¶Tertio, vtrum homo per virtutem suæ animæ possit immutare materiam corporalem. ¶Quarto, vtrum anima hominis separata possit mouere corpora motu locali.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum vnus homo possit alium docere.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo non possit alium docere. Dicit enim Dominus Matth. 23. Nolite vocari Rabbi. Vbi dicit glos. Hiero. Ne diuinum honorem hominibus tribuatis. Esse ergo magistrum pertinet proprie ad diuinum honorem. Sed docere est proprium magistri. Homo ergo non potest docere: sed hoc est proprium Dei.

¶Præterea, Si homo alium docet, hoc non est nisi inquantum agit per scientiam suam ad causandum scientiam in alio. Sed qualitas per quam aliquis agit ad faciendum sibi simile, est qualitas actiua. Ergo sequitur quòd scientia sit qualitas actiua sicut & calor.

¶Præterea, Ad scientiam requiritur lumen intelligibile & species rei intellectæ. Sed neutrum istorum potest causare vnus homo in alio. Ergo vnus homo non potest docendo, causare scientiam in alio.

¶Præterea, Doctor nihil agit ad discipulum, nisi quòd proponit ei quædam signa, vel vocibus aliquid significando, vel nutibus. Sed proponendo signa non potest aliquis alium docere, causando in eo scientiam. Quia aut proponit signa rerum notarum, aut rerum ignotarum. Si rerum notarum, ille ergo cui signa proponuntur, iam habet scientiam, & eam non acquirit à magistro. Si autem rerum ignotarum, per huiusmodi signa nihil addiscit. Sicut si aliquis proponeret alicui Latino verba Græca, quorum significationem ignoraret: per hoc eum docere non posset. Nullo ergo modo vnus homo potest alium docendo scientiam in eo causare.

¶SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Tim. 2. In quo positus sum ego prædicator & apostolus doctor gentium in fide & veritate.

CONCLVSIO

¶*Potest vnus homo alium docere, deducendo ipsum ex potentia ad actum scientiæ primum.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc diuersæ fuerunt opiniones. Auerrois enim in comment. 3. de Anima, posuit vnum intellectum possibilem esse omnium hominum, vt suprà dictum est[e]. Et ex hoc sequebatur, quòd eædem species intelligibiles sint omnium hominum. Et secundum hoc ponit, quòd vnus homo per doctrinam non causat aliam scientiam in altero ab ea, quam ipse habet, sed communicat ei eandem scientiam quam ipse habet per hoc quòd mouet eum ad ordinandum phantasmata in anima sua, ad hoc quòd sint disposita conuenienter ad intelligibilem comprehensionem. Quæ quidem opinio quantum ad hoc vera est, quòd est eadem scientia in discipulo & magistro, si consideretur identitas secundum vnitatem rei scitæ. Eadem enim rei veritas est quam cognoscit & discipulus & magister. Sed quantum ad hoc quòd ponit esse vnum intellectum possibilem omnium hominum, & easdem species intelligibiles differentes solum secundum diuersa phantasmata, falsa est eius opi-

370 nio, vt suprà habitum est[e]. Alia est opinio Platonicorum, qui posuerunt, quòd scientia inest à principio animabus nostris per participationem formarum separatarum, sicut suprà habitum
418 est[e]: sed anima ex vnione corporis impeditur ne possit consi-
419 derare libere ea, quorum scientiam habet. Et secundum hoc discipulus à magistro non acquirit scientiam de nouo, sed ab eo excitatur ad considerandum ea, quorum scientiam habet, vt sic addiscere nihil aliud sit quàm reminisci, sic etiam ponebant quòd agentia naturalia solummodo disponunt ad susceptionem formarum, quas acquirit materia corporalis per participationem specierum separatarum. Sed contra hoc suprà ostensum
390 est[e], quòd intellectus possibilis animæ humanæ est in poten-
418 tia pura ad intelligibilia secundum quod Aristo. dicit in 3. de Anima. Et ideo aliter dicendum est, quòd docens causat scientiam in addiscente reducendo ipsum de potentia in actum: sicut dicitur in 8. Physic.

¶Ad cuius euidentiam considerandum est, quòd effectuum, qui sunt ab exteriori principio, aliquis est ab exteriori principio tantum, sicut forma domus causatur in materia solum ab arte. Aliquis autem effectus est quandoque quidem ab exteriori principio, quandoque autem ab interiori, Sicut sanitas causatur in infirmo, quandoque ab exteriori principio, scilicet ab arte medicinæ, quandoque autem ab interiori principio, vt cum aliquis sanatur per virtutem naturæ. & in talibus effectibus sunt duo attendenda. Primo quidem, ꝙ ars imitatur naturam in sua operatione. Sicut enim natura sanat infirmum alterando, dirigendo & expellendo materiam, quæ causat morbum: ita & ars. Secundo attendendum est, ꝙ principium exterius, scilicet ars non operatur sicut principale agens, sed sicut coadiuuans agens principale, quod est principium interiorum, confortando ipsum, & ministrando ei instrumenta & auxilia, quibus natura vtatur ad effectum producendum. Sicut medicus confortat naturam & adhibet ei cibos & medicinas, quibus natura vtatur ad finem intentum. Scientia aũt acquiritur in homine & ab interiori principio, vt patet in eo, qui per inuentionem propriam scientiam acquirit, & à principio exteriori, vt patet in eo qui addiscit. Inest enim vnicuique homini quoddam principium scientiæ, scilicet lumẽ intellectus agentis, per quod cognoscuntur statim à principio naturaliter quædam vniuersalia principia oĩm scientiarũ. Cum autem aliquis huiusmodi vniuersalia principia applicat ad aliqua particularia, quorum memoriam & experimentũ per sensum accipit, per inuentionẽ propriam acquirit scientiam eorum quæ nesciebat, ex notis ad ignota procedens. Vnde & quilibet docens ex his, quæ discipulus nouit, ducit eum in cognitionem eorum, quæ ignorabat: secundum ꝙ dicitur in primo Poste. ꝙ omnis doctrina & oĩs disciplina ex præexistenti fit cognitione. Ducit autem magister discipulum ex præcognitis in cognitionẽ ignotorũ dupliciter. Primo quidem proponendo ei aliqua auxilia vel instrumẽta, quibus intellectus eius vtatur ad scientiam acquirendam. Puta cum proponit ei aliquas propositiones minus vniuersales, quas tamen ex præcognitis discipulus diiudicare potest, vel cum proponit ei aliqua sensibilia exempla vel similia vel opposita, vel aliqua huiusmodi, ex quibus intellectus addiscentis manuducitur in cognitionem veritatis ignotæ. Alio modo
520 cum confortat intellectum addiscentis, non quidem aliqua virtute actiua quasi superioris naturæ, sicut suprà dictum est[e] de angelis illuminantibus: quia omnes humani intellectus sunt vnius gradus in ordine naturæ: sed inquantum proponit discipulo ordinem principiorum ad conclusiones, qui forte per seipsum non haberet tantam virtutem collatiuam, vt ex principiis posset conclusiones deducere. Et ideo dicitur in primo Poste. ꝙ demonstratio est syllogismus faciens scire. Et per hunc modum ille, qui demonstrat, auditorem scientem facit.

¶AD PRIMVM dicendum, ꝙ (sicut iam dictum est[e]) homo
545 docens solummodo exterius ministerium adhibet, sicut medicus sanans. Sed sicut natura interior est principalis causa sanationis, ita & interius lumen intellectus est principalis causa scientiæ. Vtrunque autem horum est à Deo. Et ideo sicut de Deo dicitur, Qui sanat omnes infirmitates tuas, ita de eo dicitur, Qui docet hominem scientiam: inquantum lumen vultus eius super nos signatur, per quod nobis omnia ostenduntur.

¶Ad secundum dicendum, quòd doctor non causat scientiam in discipulo per modum agentis naturalis, vt Auer obiicit. Vnde non oportet quòd scientia sit qualitas actiua, sed est principium quo aliquis dirigitur in operando.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ magister non causat lumen intelligibile in discipulo, nec directe species intelligibiles: sed mouet discipulum per suam doctrinam ad hoc ꝙ ipse per virtutem sui intellectus formet intelligibiles conceptiones, quarum signa sibi proponit exterius.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ signa quæ magister discipulo proponit, sunt rerum notarum in vniuersali & sub quadam confusione: sed ignotarum in particulari, & sub quadã distinctione. Et ideo cum quisq; per seipsum scientiam acquirit, non potest dici docere seipsum, vel esse suiipsius magister: quia non præexistit in eo scientia completa qualis requiritur in magistro.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum homines possint docere angelos.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ homines possint docere angelos. Dicit enim Apost. ad Ephe. 3. Vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei. Sed ecclesia est cõgregatio hominum fidelium. Ergo angelis per homines aliqua innotescunt.

¶Præterea, Angeli superiores, qui immediate de diuinis à Deo illuminantur, inferiores angelos instruere possunt: vt suprà dictum est[e]. Sed aliqui homines immediate de diuinis per Dei verbum sunt instructi: sicut maxime patet de Apostolis, secundum illud ad Heb. 1. Nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio. Ergo aliqui homines aliquos angelos docere potuerunt.

¶Præterea, Inferiores angeli à superioribus instruuntur. Sed quidam homines superiores sunt aliquibus angelis, cum ad supremos ordines angelorum aliqui homines assumantur: vt Greg. dicit in quadam homilia. Ergo aliqui inferiores angeli per aliquos homines de diuinis instrui possunt.

¶SED CONTRA est quod Dio. dicit 4. ca. de Di. no. ꝙ omnes diuinæ illuminationes perferuntur ad homines mediantibus angelis. Non ergo angeli instruuntur per homines de diuinis.

CONCLVSIO.

¶*Homines viatores non possunt superiores se angelos docere, & illuminare, sed tantum illis loqui possunt.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ (sicut suprà habitũ est[e]) inferiores angeli loqui quidem possunt superioribus angelis, manifestando eis suas cogitationes, sed de rebus diuinis superiores ab inferioribus nunquam illuminantur. Manifestum est autem, quòd eo modo quo inferiores angeli superioribus subduntur, supremi homines subduntur etiam infimis angelorum: quod patet per id quod Dominus dicit Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne Baptista: sed qui minor est in regno cælorum, maior est illo. Sic igitur de rebus diuinis ab hominibus angeli nunquam illuminantur: cogitationes tamen suorum cordium homines angelis per modum locutionis manifestare possunt, quia secreta cordium scire solius Dei est. 525

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Aug. 5. super Geñ. ad lit. sic exponit illam Apostoli autoritatem. Præmiserat enim Apostolus: Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo: ita dico absconditi, vt tamen innotesceret principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam, scilicet multiformis sapientia Dei: quasi dicat, Ita hoc sacramentum erat absconditum hominibus, vt tamen ecclesiæ cælesti, quæ continetur in principibus & potestatibus, hoc sacramentum notum esset à seculis, non ante secula: quia ibi primitus ecclesia fuit, quo post resurrectionem: & ista ecclesia hominum congreganda est. Potest tamen & aliter dici, ꝙ illud quod absconditum est, non tantum in Deo innotescit angelis: verum etiam hoc eis apparet cum efficitur atque propalatur: vt Augu. ibidem subdit. Et sic dum per Apostolos impleta sunt Christi & ecclesiæ mysteria, angelis aliqua apparuerunt de huiusmodi mysteriis quæ ante erant eis occulta. Et per hunc modum potest intelligi quod Hier. dicit, ꝙ Apostolis prædicantibus, angeli aliqua mysteria cognouerunt: quia scilicet per prædicationem Apostorum huiusmodi mysteria explebantur in rebus ipsis. Sicut prædicante Paulo apostolo conuertebantur gentes, de quo Apostolus ibi loquitur.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ Apostoli instruebantur immediate à verbo Dei, non secundum eius diuinitatem, sed inquantum eius humanitas loquebatur. Vnde ratio non sequitur.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæseptimæ Articulum secundum.*

Titulus, Homines in statu viæ, vt patet ex tertio argumento, & eius responsione. De hominibus enim in statu patriæ nihil hic dicitur. Annot.

¶In corpore vna conditio responsiua quæsito negatiue, Homines non possunt docere angelos, sed tantummodo eis loqui. Probatur, Supremi homines se habent ad infimos angelos, sicut angeli inferiores ad superiores: sed inferiores nunquam illuminant superiores, loquuntur tamen eis. ergo, &c. Maior patet ex naturæ ordine, & probatur autoritate Matthæi 11. quo ad statũ gratiæ. Minor ex dictis. Et quoniam homines non secundum statum gloriæ, sed secundum statum naturæ & gratiæ huius viæ sunt inferiores omnibus angelis. ideo præsens ratio in viatoribus tantum hominib⁹ habet locum. Coment.

577 2. dist. 11. artic. 4. & Eph. 3. lect. 3. co. 2.

520 Super 551

¶Ad tertium dicendum, ꝙ aliqui homines etiam in statu viæ sunt maiores aliquibus angelis, non quidem actu, sed virtute: inquãtum scilicet habent charitatem tantæ virtutis, vt possint mereri maiorem beatitudinis gradum, quàm[f] quidam angeli habeant. Sicut si dicamus semen alicuius arboris esse maius virtute quàm aliquam paruam arborem cum tamen multo minus sit in actu.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum homo per virtutem animæ possit corporalem materiam immutare.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ homo per virtutem animæ possit corporalem materiam immutare. Dicit enim Gre. 2. dial. quòd sancti miracula aliquando ex prece faciunt, aliquando ex potestate. Sicut Petrus qui Tabitam mortuam orando suscitauit: Ananiam & Sapphiram mentientes morti increpando tradidit. Sed in operatione miraculorum fit aliqua immutatio materiæ corporalis. Ergo homines virtute suæ animæ possunt materiam corporalem immutare.

¶Præterea, Super illud ad Gal. 3. Quis vos fascinauit veritati non obedire: dicit glo. quòd quidam habent oculos vrentes, qui solo aspectu inficiunt alios, & maxime pueros. Sed hoc non esset nisi virtus animæ posset materiam corporalem immutare. Ergo homo per virtutem suæ animæ potest materiam corporalem immutare.

¶Præterea, Corpus humanum[a] est nobilius quàm alia inferiora corpora. Sed per apprehensionem animæ humanæ immutatur corpus humanum ad calorem & frigus, vt patet in irascentibus & timentibus: & quandoque etiam hæc immutatio peruenit vsque ad ægritudinem & mortem. Ergo multo magis anima hominis potest sua virtute materiam corporalem immutare.

¶SED CONTRA est quod dicit Aug. in 3. de trinit. materia corporalis soli Deo obedit ad nutum.

CONCLVSIO.

¶*Non potest homo animæ suæ naturali virtute materiam corporalem immutare, nisi alicuius corporis media actione.*

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ (sicut suprà dictũ est[e]) materia corporalis nõ immutatur ad formam, nisi vel ab agẽte aliquo cõposito ex materia & forma, vel ab ipso Deo, in quo virtualiter & materia & forma præexistit, sicut in primordiali causa vtriusque. Vnde & de angelis suprà dictum est[e], ꝙ materiam corporalem immutare nõ possunt naturali virtute, nisi applicando corporalia agentia ad effectus aliquos producendos. Multo igitur minus anima sua virtute naturali potest immutare materiam corporalem nisi mediantibus aliquibus corporibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ ꝙ sancti dicuntur miracula facere ex potestate gratiæ, non naturæ. Quod patet per illud quod Greg. ibidem dicit, Qui filij Dei ex potestate sunt, vt dicit Iohannes, quid mirum si signa facere ex potestate valeant?

¶Ad secundum dicendũ ꝙ fascinationis causam assignauit Aui. ex hoc ꝙ materia corporalis nata est obedire spirituali substantiæ magis quàm contrariis agentibus in natura. Et ideo quando anima fuerit fortis in sua imaginatione, corporalis materia immutatur secundũ eam. Et hanc dicit esse causam oculi fascinantis. Sed suprà ostensum est[e], ꝙ materia corporalis non obedit substantiæ spirituali ad nutum, nisi soli Creatori. Et ideo melius dicendum est, ꝙ ex forti imaginatione animæ immutantur spiritus corporis coniuncti. Quæ quidem immutatio spirituum maxime fit in oculis, ad quos subtiliores spiritus perueniunt. Oculi autem inficiunt aërem continuũ vsque ad determinatum spatium. Per quem modum specula si fuerint noua & pura, contrahunt quandã impuritatem ex aspectu mulieris menstruatæ: vt Ari. dicit in lib. de som. & vi. Sic igitur cũ aliqua anima fuerit vehementer commota ad malitiam, sicut maxime in vetulis contingit, efficitur secũdum modum prædictum aspectus eius venenosus & noxius: & maxime pueris qui habent corpus tenerum & de facili receptiuum impressionis. Possibile est etiam ꝙ ex Dei permissione, vel etiam ex aliquo facto* occulto cooperetur ad hoc malignitas dæmonum cum quibus vetulæ sortilegæ aliqđ fœdus habẽt.

¶Ad tertium dicendum ꝙ anima corpori humano vnitur vt forma, & appetitus sensitiuus, qui obedit aliqualiter rationi, vt suprà dictum est[e], est actus alicuius organi corporalis. Et ideo oportet ꝙ ad apprehensionem animæ humanæ cõmoueatur appetitus sensitiuus cum aliqua operatione corporali. Ad exteriora vero corpora immutanda apprehensio animæ humanæ non sufficit nisi mediante immutatione proprij corporis, vt dictum est[e].

ARTICVLVS IIII.

a ¶*Vtrum anima hominis separata possit corpora saltem localiter mouere.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ anima hominis separata possit corpora saltem localiter mouere. Substantiæ enim spirituali naturaliter obedit corpus ad motum localem: vt suprà dictum est[e]. Sed anima separata est substantia spiritualis. Ergo suo imperio potest exteriora corpora mouere.

¶Præterea, In itinerario Clementis dicitur narrante Misceta ad Petrum, ꝙ Simon magus per magicas artes pueri à se interfecti animam retinebat, per quam magicas operationes efficiebat. Sed hoc esse non potuisset sine aliqua corporum transmutatione, ad minus locali. Ergo anima separata habet virtutem localiter mouendi corpora.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in lib. de Anima, quòd anima non potest mouere quodcunque corpus, sed solummodo proprium.

CONCLVSIO.

¶*Non potest anima mouere corpus ad nutum sua naturali virtute sed tantum corpus à se viuificatum.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd anima separata sua naturali virtute non potest mouere aliquod corpus. Manifestum est enim quòd cum anima est corpori vnita, non mouet corpus nisi viuificatum. Vnde si aliquod membrum corporis mortificetur, non obedit animæ ad motum localem. Manifestum est autem ꝙ ab anima separata nullum corpus viuificatur. Vnde nullum corpus obedit ei ad motum localem quantum est de virtute suæ naturæ, suprà quam potest aliquid ei conferri virtute diuina.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd substantiæ quædam spirituales sunt quarum virtutes non determinantur ad aliqua corpora. Sicut sunt angeli, qui sunt naturaliter à corporibus absoluti. Et ideo diuersa corpora eis possunt obedire ad motum. Si tamen alicuius substantiæ separatæ virtus motiua determinetur naturaliter ad mouendum aliquod corpus, non poterit illa substantia mouere aliquod corpus maius, sed minus: sicut secundum Philosophos motor inferioris cæli non posset mouere cælum superius. Vnde cum anima secundum suam naturam determinetur ad mouendum corpus cuius est forma, nullum aliud corpus sua naturali virtute mouere potest.

¶Ad secundum dicendum, quòd (sicut dicit

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæseptimæ Articulum tertium.*

Annot. 316 578 Titulus, Homo ex virtute animæ inquantũ anima est. Immutare immutatione formali corporalem naturam, directe supponit pro extrinsecis corporibus, quamuis, vt patebit etiam de intrinseco aliquo modo verificetur conclusio.

Cõment. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue, Anima sua virtute non potest materiam corporalem immutare nisi mediãte aliquo corpore. Probatur. Materia corporalis à solo Deo aut cõposito ex materia & forma potest immediate immutari. ergo. Antecedens patet ex dictis: consequentia est ꝑ se nota. Et confirmatur, Angeli non possunt hoc nisi mediante corpore: ergo multo minus anima. Antecedens patet ex primo antecedente. Consequentia nota.

Annot. ¶In responsione ad tertium. Aduerte ꝙ vt ex illa patet, anima nec corpus propriũ directe immutare potest formali immutatione: quoniam anima non est directe principium alicuius mutationis, vt patet discurrendo per mutationes, alterationem, augmentationem & generationem. Nihil enim horum anima facit per operationem animalem, id est apprehensionem aut volitionem directe: quia non est tantæ efficaciæ: sed vt in litera dicit[r], ad apprehensionem animæ sequitur actus appetitus sensitiui: puta timor quẽ concomitatur commotio alicuius humoris, &c. 542 & sic indirecte anima humana immutat corpus proprium.

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæseptimæ Articulum quartum.* b 564

543 b Titulus clarus.

Cõment. ¶In corpore vna conclusio responsiua quæsito, Anima separata sua naturali virtute non potest mouere aliquod corpus. Probatur. Anima cõiuncta nõ mouet corpus nisi viuificatum à se. ergo separata nullũ corpus potest mouere. Antecedens probatur, quia membrũ mortificatum non obedit ei ad motũ localem. consequentia probatur, quia nullum corpus viuificatur ab anima separata.

Annot. ¶Circa hanc consequentiam dubium occurrit: quoniam consequentia ista supponit idem iudicium esse de anima separata & coniuncta, 542 qđ non probatur. Et apparet falsum in simili consequentia. Anima coniuncta non intelligit aliquid nisi phantasiatum, ergo separata nihil intelligit. probatur: quia animæ separatæ nihil offertur phantasiatum: ista consequentia dicitur non teneri: quia non est idem iudicium de anima separata & coniuncta, ergo nec illa quæ facta est nunc, nisi probetur identitas iudicij.

¶Ad hoc prima facie dici potest, ꝙ quia anima separata non est maioris virtutis motiuæ, quàm coniuncta, idcirco consequentia tenet. *Aliàs, fato

Sed contra hanc responsionem sunt primo, ꝙ non est maioris virtutis mouere lapillum quàm corpus coniunctum. Secundo, ꝙ licet anima separata non sit maioris virtutis, est tamen alterius modi vtendi illa virtute: 406 sicut est alterius modi essendi & intelligendi. & propterea coniuncta mouet viuificando, separata autem non viuificando. b Vnde dicendum est quòd consequentia fundatur super vna propositione priore antecedente, 379 & implicite declarata in illo, & explicata in responsione ad primum: (mul. q. 16. artic. 10. ad secundum.) & est ista, Anima humana est ex propria natura determinata, ad mouendum corpus à se viuificatum tantum. 543 ex hac enim optime valet consequentia: quoniã quod conuenit ei ex natura, non variatur ex vario modo essendi. Hæc autem claudit & declarat in antecedẽte assumpto. Clauditur quidem, quoniã cum vis motiua vt sic, respiciat corpus: qa respicit mobile, quod oportet esse corpus iuxta doctrinam 6. Phys. tex. 32. & anima secundum statũ coniunctionis respiciat etiam corpus: consequens est ꝙ tota vis motiua statu coniunctionis concludatur. Declaratur autem, quia patefacto quòd anima in statu coniunctionis determinata est ad corpus viuum, palam fit ꝙ anima absolute est virtutis limitatæ ad mouendum tale corpus & ad instantiam, quæ fit de diuersitate modi mouendi, dicendum est ex differentia inter virtutem motiuam, ac intellectiuam, & volitiuam vt sic. Intellectus enim secundum totum genus suum habet pro obiecto ens inquantum ens, nec est contractus ad aliquod particulare ens siue in genere, siue in specie. Virtus autem motiua ex propria ratione habet pro obiecto certum ens, scilicet corpus mobile & ꝑpterea intellectum coniunctum, qui non potest attingere ens nisi phantasiatum: oportet separatum habere alium modũ intelligendi, quo proprium obiectum possit attingere, ex quo obiectum adæquatum suum non erat ens phantasiatũ. Virtus autem

autem motiua cũ ex genere suo ad certum ens, scilicet corpus determinetur: consequens est, ꝙ secundũ species suas ad certas species corporis determinetur. & sic cum suprema vis motiua ad corpus determinata, non tamen ad multitudinem nec magnitudinem eius limitetur (quia est infinita) consequens est ꝙ paulatim descendẽdo, infima vis motiua ad corpus minimũ multitudine & magnitudine determinata sit. Constat autem ꝙ anima humana est vltimus motor inter spiritus: igitur eius vis ad corpus humanum, quod est paruissimum respectu mobilium ab angelis, & vnicum corpus humanum, scilicet viuificatum à se determinatur: alter non esset in infimo gradu limitationis. Et propterea non potest rationabiliter distingui modus mouendi iuxta modum essendi & intelligendi. 580 (2. dist. 18. qõ. 2. ar. ?. Et 2. contra c. 86. §. 1. Et po. qõ. 3. a 11.) non enim remanet in anima separata habitudo ad obiectum potentiæ motiuæ: quia non est vniuersale, sicut intellectus. Et ideo optime litera ex efficacia animæ coniunctæ subintelligẽs efficaciam illius simpliciter quo ad vim motiuam, intulit ꝙ non potest separata mouere, quod non potest coniuncta.

Aug. 10. de ciuit. Dei. & Chryso. super Matth. frequenter dæmones simulant se esse animas mortuorum ad confirmandum Gentilium errorem, qui hoc credebant. Et ideo credibile est quòd Simon Magus illudebatur ab aliquo dæmone, qui simulabat se esse animam pueri, quem ipse occiderat.

QVAESTIO CENTESIMA decimaoctaua de Traductione hominis ex homine quantum ad animam, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de traductione hominis ex homine. Et primo quantum ad animam. Secundo quantum ad corpus.

¶Circa primum quæruntur tria. ¶Primo, vtrum anima sensitiua traducatur cum semine. ¶Secundo, vtrum anima intellectiua. ¶Tertio, vtrum omnes animæ fuerint simul creatæ.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum anima sensitiua traducatur cum semine.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima sensitiua non traducatur cum semine, sed fit per creationem à Deo. Omnis enim substantia perfecta quæ non est composita ex materia & forma, si esse incipiat, hoc non est per generationem, sed per creationem, quia nihil generatur nisi ex materia. Sed anima sensitiua est substantia perfecta: alioquin non posset mouere corpus, & cum sit forma corporis, non est ex materia & forma composita. Ergo non incipit esse per generationem, sed per creationem.

¶Præterea, Principium generationis in rebus viuentibus est per potentiam generatiuam: quæ cum numeretur inter vires animæ vegetabilis, est infrà animam sensitiuam. Nihil autem agit vltra suam speciem. Ergo anima sensitiua non potest causari per vim generatiuam animalis.

¶Præterea, Generans generat sibi simile. Et sic oportet quòd forma generati sit actu in causa generationis. Sed anima sensitiua non est actu in semine, nec ipsa, nec aliqua pars eius. Quia nulla pars animæ sensitiuæ est nisi in aliqua parte corporis. In semine autem non est aliqua corporis particula: quia nulla particula corporis est quæ non fiat ex semine & per virtutem seminis. Ergo anima sensitiua non causatur ex semine.

¶Præterea, Si in semine est aliquod principium actiuum animæ sensitiuæ, aut illud principium manet generato iam animali, aut non manet. Sed manere non potest. Quia vel esset idem cum anima sensitiua animalis generati. Et hoc est impossibile: quia sic esset idem generans & generatum & faciens & factum. Vel esset aliquid aliud. Et hoc etiam est impossibile: quia suprà ostensum est, quòd in vno animali non est nisi vnum principium formale quod est vna anima. Si autem non manet, hoc etiam videtur impossibile. Quia sic aliquod agens ageret ad corruptionem suiipsius. Quod est impossibile. Non ergo anima sensitiua potest generari ex semine.

¶SED CONTRA, Ita se habet virtus quæ est in semine ad animalia, quæ ex semine generantur, sicut se habet virtus, quæ est in elementis mundi, ad animalia, quæ ex elementis mundi producuntur: sicut quæ ex putrefactione generantur. Sed in huiusmodi animalibus animæ producuntur ex virtute, quæ est in elementis, secundum illud Gen. 1. Producant aquæ reptile animæ viuentis. Ergo & animalium, quæ generantur ex semine, animæ producuntur ex virtute, quæ est in semine.

CONCLVSIO.

¶*Anima sensitiua causatur à generãte tanquã principali agente, à semine vero tanquam ab instrumento, & non producitur per creationem.*

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ quidam posuerunt animas sensitiuas animalium à Deo creari. Quæ quidem positio conueniens esset, si anima sensitiua esset res subsistens habens per se esse & operationem. Sic enim sicut per se haberet esse & operationẽ, ita per se deberetur ei fieri. cum res simplex & subsistens non possit fieri nisi per creationem: sequeretur, ꝙ anima sensitiua procederet in esse per creationem. Sed ista radix est falsa, scilicet ꝙ anima sensitiua per se habeat esse & operationem, vt ex superioribus patet[c]: non enim corrumperetur corrupto corpore. Et ideo cum non sit forma subsistens, habet se in essendo ad modum aliarum formarum corporalium, quibus per se non debetur esse, sed esse dicuntur inquantum composita subsistentia per eas sunt. Vnde & ipsis compositis debetur fieri. Et quia generans est simile generato, necesse est ꝙ naturaliter tam anima sensitiua, quàm aliæ huiusmodi formæ producantur in esse ab aliquibus corporalibus agentibus transmutantibus materiam de potentia in actum, per aliquam virtutem corpoream quæ est in eis. Quanto autem aliquod agens est potentius, tanto potest suam actionem diffundere ad magis distans. Sicut quanto aliquod corpus est magis calidum, tanto ad remotius calefactionem producit. corpora igitur non viuentia, quæ sunt inferiora naturæ ordine, generant quidem sibi simile, non per aliquod medium, sed per seipsa, sicut ignis per seipsum generat ignem. sed corpora viuentia tanquam potentiora agunt ad generandum sibi simile, & sine medio, & per medium. Sine medio quidem in opere nutritionis, in quo caro generat carnem, cum medio vero in actu generationis. Quia ex anima generantis deriuatur quædam virtus actiua ad ipsum semen animalis, vel plantæ, sicut & à principali agente deriuatur quædam vis motiua ad instrumentum. Et sicut non refert dicere quòd aliquid moueatur ab instrumento, vel principali agente, ita non refert dicere ꝙ anima generati causetur ab anima generantis, vel à virtute deriuata ab ipsa quæ est in semine.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima sensitiua non est in substantia perfecta per se subsistens. Et de hoc suprà dictum est[c], nec oportet hoc iterare.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ virtus generatiua non generat solum in virtute propria, sed in virtute totius animæ, cuius est potentia. Et ideo virtus generatiua plantæ generat plantam: virtus vero generatiua animalis generat animal. Quanto enim anima fuerit perfectior, tanto virtus eius generatiua ordinatur ad perfectiorem effectum.

¶Ad tertium dicendum, quòd virtus illa actiua quæ est in semine, ex anima generantis deriuata est, quasi quædam motio ipsius animæ generantis: nec est anima aut pars animæ nisi in virtute, sicut in serra, vel securi non est forma lecti, sed motio quædam ad talem formam. Et ideo non oportet quòd ista vis actiua habeat aliquod organum in actu, sed fundatur in ipso spiritu incluso in semine quod est spumosum, vt attestatur eius albedo: in quo etiam spiritu est quidam calor ex virtute cælestium corporum,

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimaoctauæ Articulum primum.*

Annot. Titulus, cum semine, id est, communicetur à generante per hoc quod ab eo deciditur semen: ita ꝙ in semine vehatur anima sensitiua formaliter, vel virtualiter.

Cõment. ¶In corpore, duo principaliter. Primo tractatur opinio. Secundo respondetur quæsitq.

¶Quo ad primum duo, Primo opinio ipsa. Tenet enim partem negatiuam, dicens animam sensitiuam à solo Deo fieri. Secundo, reprehensio illius ex causis eius: quod est, fieri oportere per creationem, scilicet simplicitate, & subsistentia simul. Cui enim hæc duo insunt, oportet creari: & cui non, non: nisi forte propter excellentiam ordinis rei factæ vt de gratia dicitur. Ex his enim arguit, Si haberet anima sensitiua hæc, crearetur: sed quia non habet. quod probatur: quia non est incorruptibilis. ergo.

¶Quo ad secundum conclusio responsiua est affirmatiua, Anima sensitiua causatur ab anima generantis principaliter, & à semine instrumentaliter. hæc conclusio includit duo. primũ commune animæ sensitiuæ & cæteris formis corporalibus, scilicet quòd fit ab agente corporeo. Secundum, quòd fit tali modo, scilicet per semen. Et quo ad vtrunque probatur. Primo, quòd ab agente corporeo, quale est generans, probatur ex principio pluries repetito. Forma quæ sic solum est, quia inest composito, fit ad factionem compositi: ergo ab agente corporeo. sed anima sensitiua est huiusmodi. ergo. Antecedens probatur: quia fieri conuenit alicui eo modo quo esse. consequentia probat[ur]: quia oportet vnunquodq; fieri à simili, minor iam patet ex dictis. ergo. Secundum vero probatur ex differentia inter agentia superioris ordinis & inferioris, sic. Inter corporalia agentia quanto virtuosius, 364 tanto indistantius potest. ergo viuentia possunt & sine medio & cum medio agere sibi similia: ergo per semen. Antecedens probatur inductione in calido, &c. Prima consequẽtia probatur: quia viuentia sunt suprema corpora, & consequenter virtuosissima. Secunda vero probatur: quia semen est illud medium quo generans attingit distans. Declaratur quoque in litera consequens primæ consequentiæ. Et vltimo docetur, quòd nihil refert dicere animã causari ex semine aut generante, quia se exigunt sicut agens & instrumentum.

Annot. ¶Aduerte hic ꝙ probato, quòd anima sensitiua fit ab agente corporeo, quia compositum oportet à simili fieri, satis probatum est ꝙ fit ab animali: quia oportet animal à sibi simili fieri. Non enim ab alio corporeo agente fieri intelligitur quàm à sibi simili. Et probato quòd agẽtia quæ viuunt, possunt per semen sibi similia producere: satis probatum est, quòd ita est de facto. in causis enim necessariis etiam necessitate philosophica vt sic, idem est possibile, & necessariũ quo ad rerum ordinem: secus 364 quo ad miracula.

¶*Num semẽ sit actiuum animæ sensitiuæ, & organizationis.*

Quæstio. ¶Circa hanc conclusionem occurrit dubium ex Scoto, in 18. dist. secundi libri, vbi tenens quòd semen nec est actiuum generationis substantialis, nec organizationi, sed cuiusdam præuiæ alterationis tantum: dupliciter probat quòd semen nõ est actiuum animæ sensitiuæ. Primo sic, Semen aut causat animã in instanti generationis, aut ante: non ante quia habet rationem passiui. probatur: quia est conuertibile de proximo in substantiam geniti. Nec in

quorum etiam virtute agentia inferiora agūt ad speciem: vt suprà dictum est[c]. Et quia in huiusmodi spiritu concurrit virtus animæ cum virtute cælesti, dicitur quòd homo generat hominem, & sol. Calidum autem elementare se habet instrumentaliter ad virtutem animæ: sicut etiam ad virtutem nutritiuam, vt dicitur in 2. de Anima.

¶Ad quartum dicendum, quòd in animalibus perfectis quæ generantur ex coitu, virtus actiua est in semine maris, secundum Philosophum in lib. de generatione animalium. Materia autem fœtus est illud quod ministratur à fœmina. In qua quidem materia statim à principio est anima vegetabilis, non quidem secundum actum secundum, sed secundum actum primum: sicut anima sensitiua in dormientibus. Cum autem incipit attrahere alimentum, tunc iam actu operatur. Huiusmodi igitur materia transmutatur à virtute, quæ est in semine maris, quousque perducatur in actum animæ sensitiuæ: non ita quòd ipsamet vis, quæ erat in semine, fiat anima sensitiua: quia sic idem esset generans & generatum. Et hoc magis esset simile nutritioni & augmento, quàm generationi: vt Philosophus dicit. Postquam autem per virtutem principij actiui, quod erat in semine, producta est anima sensitiua in generato, quantum ad aliquam partem principalem: tunc iam illa anima sensitiua prolis incipit operari ad complementum proprij corporis per modum nutritionis & augmenti. Virtus autem actiua quæ erat in semine, esse desinit dissoluto semine & euanescente spiritu qui inerat. Nec hoc est inconueniens: quia vis ista non est principale agens, sed instrumentale. Motio autem instrumenti cessat effectu iam producto in esse.

in instanti generationis, quia tunc non est, sed conuertitur, & conuersum est simul in substantiam geniti. Secundo sic. Imperfectius non est causa actiua sufficiens perfectioris, sed semen cum omnibus suis spiritibus est imperfectius animali genito: ergo. Et si dicatur quòd semen agit in virtute seminantis, contrà, nihil agit in virtute non entis vt sic: sed animal à quo decisum est semen, respectu generationis huius, est non ens: tum quia non est præsens, b tum quia non esse pro tunc potest. ergo.

358 ¶Præterea, Seminans & semen sunt causæ accidentaliter ordinatæ. ergo ad actionem seminis non concurrit virtus seminantis. Antecedens patet: quia vnum potest esse & causare sine alio. consequentia probatur ex differentia inter causas essentialiter & accidentaliter ordinatas: quia illis oportet simul concurrere, vt solem & hominem: istas non vt patrem & auum.

¶Deinde arguit, quòd semen non est actiuum organizationis, quia est vniforme: ab vniformi autem non procedit tanta difformitas, quanta apparet in membris partibúsque animalis.

¶Ad omnia autem hæc facillime patet responsio. Prænotandum tamen est, quòd Sco. supponit & dicit expresse debere poni quòd semen est vnigeneum: sed non probat: & tamen cum hoc ponit ipsum conuerti in genitū. Mihi autem ex philosophorum dictis omnino videtur hoc impossibile. Quoniam duplex apud philosophos est de paterno semine opinio. Alij enim putant nihil eius ingredi substantiam geniti: vt Aristot. & Sanctus Thomas, hi quo ad hoc possunt sustinere semen esse homogeneum. Alij vero putant semen distingui in partes grossiores & subtiliores. & quòd paternum semen secundum aliquam partem conuertitur in genitum. & secundum aliquam concurrit vt causa actiua. Et hæc est opinio Alberti: & secundum hoc manifeste ponitur heterogeneum. Et reuera propter diuersitatem quæ est inter spiritus, & reliquas partes seminis, videtur heterogeneum ponendum. Componitur enim ex his semen sicut ex partibus integralibus, cum sint corpora actu existentia in eo.

¶Ad primam ergo obiectionem Scoti dicitur, Semen agit in instanti generationis & ante: nec est verum quòd ante habeat rationem passiui, secundum se totum saltem: quoniam non est totum conuertibile in substantiam geniti, sed aut secundum partem, aut nihil. Vnde aut totum, aut pars, remanet in instanti generationis: & sic non prohibetur ex hoc agere.

¶Ad secundum vero optime responsum est ex Aristotele 12. Metaphysicorum, text. 40. & S. Thomas hic in corpore, & ad secundum. Et ad primam instantiam in oppositum dicitur quòd semen agere in virtute seminantis, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd sit constructio transitiua: & sic non dicimus. Alio modo intransitiue, id est, quòd est ipsa virtus seminantis non coniuncta, sed separata. In hoc enim, vt in corpore articuli dicitur, excedunt viuentia non viuentia, quòd hic habent tantum virtutes suas coniunctas: illa autem habent & coniunctas & separatas, per decisionem tamen à coniunctis. Ex hoc enim sensu patet responsio ad instantiam primam: quia maior licet sit vera de agente in virtute alterius transitiue: non tamen intransitiue, sicut est in proposito. Ad secundam vero negatur antecedens: non enim semen & seminans concurrunt ad genitum, vt pater & auus: sed quemadmodum in litera dicitur, vt agens & instrumentum agentis. Sed quoniam duplex est instrumenti genus, quoddam participans virtutem ab agente deriuatam in esse permanenti: quoddam vero in esse successiuo: creditur & male, quòd instrumentum participans virtutem actiuam in esse permanenti, non sit instrumentum, sed causa ipsa agens: cum tamen hoc nihil refert. Non minus enim serra faceret scamnum instrumentaliter, si artis vim, etiam artifice submoto, retineret, vt patet in horologiis, & in molendis, & aliis huiusmodi: quibus non oportet adesse semper artifices, quandiu scilicet vim artis impresso ordine participant. Ad probationem autem ex conditione causarum accidentaliter ordinatarum dicitur, quòd non sufficit ad hoc quòd aliqua duo se habeant vt causæ accidentaliter ordinatæ, quòd non simul sint aut causent, sed exigitur quòd ambæ sint veræ causæ & eiusdem ordinis. Quorum neutrum hic saluatur: quia, vt in 12. Metaphy. commentar. 24. Alexand. dicit, instrumentum non causa agens, sed causæ agentis organum dici debet, & est: & quia causa agens facit sibi simile, instrumentum autem non sibi, sed agenti assimilat. Diuersitas autem ordinis inter semen & seminantem patet ex 12. Metaphy. & ad sensum: quia semen est imperfecti ordinis rerum & causarum: viuens autem ipsum à quo deciditur, perfecti est rerum & causarum ordinis. Vnde manifeste patet quomodo discerni potest, quando duæ causæ non simul causantes se habent vt accidentaliter ordinatæ, & quando non attendendo ad conditiones has: & quare pater & auus sunt causæ accidentaliter ordinatæ: quia vterque est eiusdem ordinis in essendo & in causando, & vterque est vere causa. cum vterque generet sibi simile. Et ideo neuter agit in virtute alterius, sed semen generat non sibi, sed animali, à quo decisum est simile: & ens & causa est inferioris ordinis, quia ens imperfectum & causa instrumentalis est.

¶Ad tertium autē principale contra organizationem patet responsio ex litera, in responsione ad secundum & tertium. Dato enim quòd semen sit vniformiter, est tamen difformiter virtualiter secundum difformitatē eius à quo decisum est, & cuius virtus est: & ideo agit tantam difformitatem, & inducit animam sensitiuam.

581 supra q. 90. art. 1. Et 2. distinct. 18. q. 2. arti. 1. & 2. Et 2. contra. cap. 86. 88. & 89. Et po. q. 3. artic. 9. Et quol. 12. ar. 11. Et opus. 3. ca. 94. * 37. Annot.

¶In responsione ad tertium aduerte, quod calor cælestis, animalis, & elementaris non est multiplex calor: sed vnus & idem multiplicis agentis vim habens, prout subiacet principio actiuo elementari, animali, aut cælesti. Et de animali quidem & elementari habetur ex secundo de Anima, contra Empedoclem: vbi Arist. vult calorem animalem esse principium augmenti, & non elementarem, vt ibi dicitur. calorem non secundum vim elementi, sed secundum vim animæ. De cælesti autē & vniuersaliter habetur ex 12. Metaphy. commentar. 18. vbi Auer. vult calores hos distingui sicut calorem ignis à calore artis. Constat autem quòd calor elementaris & artificialis non sunt duo calores, sed distinguuntur tantum: quia iste regulatur arte, ille absolute agit. ergo.

¶In responsione ad quartum posset dubitari ad hominem: quia in q. 3. de potentia, artic. 9. ad decimumsextum dicitur. Virtus quæ est in semine remanet etiam adueniente anima rationali, & similiter spiritus, & quæ erat corporis formatiua, efficitur regitiua: hic vero dicitur quòd non remanet. Annot.

¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd quia remanet formaliter, desinit materialiter id est, remanet secundum speciem, & corrumpitur secundum numerum, ideo diuersimode locutus inuenitur, hic tenet quod corrumpitur illa vis numero, ibi vero quòd manet secundum speciem: quia vis regitiua & factiua corporis existens in parte primo producta, puta in corde, est quasi eiusdem rationis cum virtute seminis: & propterea vis seminis excellentius saluata in illa parte quàm in ipso semine dicitur manere: quia scilicet non per se, sed per accidens corrumpitur, sicut dispositiones inductæ pro forma generanda dicuntur manere, & non corrumpi nisi per accidens: quia in meliori esse adueniunt. Hanc autem esse mentem S. Thomæ patet ibi: vbi idem de hac virtute, spiritibus, & dispositionibus iudicium esse dicit.

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum anima intellectiua causetur ex semine.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod anima intellectiua causetur ex semine. Dicitur enim Gen. 46. Cunctæ animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob, sexagintasex. Sed nihil egreditur de femore hominis nisi inquantum causatur ex semine. Ergo anima intellectiua causatur ex semine.

¶Præterea, Sicut suprà ostensum est*[e], in homine est vna & eadem anima secundum substantiam, intellectiua, sensitiua & nutritiua. Sed anima sensitiua in homine generatur ex semine sicut in aliis animalibus. Vnde & Philosophus dicit in libro de generatione animalium, quòd non simul fit animal & homo, sed prius fit animal habens animam sensitiuam. Ergo & anima intellectiua causatur ex semine.

¶Præterea, Vnum & idem agens est cuius actio terminatur ad formam & materiam: alioquin ex forma & materia nō fieret vnum simpliciter. Sed anima intellectiua est forma corporis humani quod formatur per virtutem seminis. Ergo & anima intellectiua per virtutem seminis causatur.

¶Præterea, Homo generat sibi simile secundum speciem. Sed species humana constituitur per animam rationalem. Ergo anima rationalis est à generante.

¶Præterea, Inconueniens est dicere q̄ Deus cooperetur peccantibus. Sed si animæ rationales crearentur à Deo, Deus interdum cooperaretur adulteris, de quorum illicito coitu proles interdum generatur. Non ergo animæ rationales creantur à Deo.

¶SED CONTRA est quod dicitur in lib. de Eccl. dog. quòd animæ rationales non seminantur per coitum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est virtutem actiuam, quæ est in materia, extendere suam actionem ad producendum immaterialem effectum. Manifestū est autem, quòd principium intellectiuum in homine, est principium transcendens materiam. Habet enim operationem, in qua non communicat corpus[c]. Et ideo impossibile est quòd virtus, quæ est in semine, sit productiua intellectiui principij. Similiter etiam quia virtus, quæ est in semine, agit in virtute animæ generantis, secundum quod anima generantis est actus corporis vtens ipso corpore in sua operatione. in operatione autem intellectus non communicat corpus. Vnde virtus intellectiui principij prout intellectiuum est, non potest ad semen peruenire. Et ideo Philosophus in libro de generatione animalium dicit, Relinquitur intellectus solus de foris aduenire. Similiter etiam anima intellectiua, cum habeat operationem vitæ sine corpore est subsistens, vt suprà habitum est[c]. & ita sibi debetur esse & fieri. & cum sit immaterialis substantialis, non potest causari per generationem, sed solum per creationem à Deo. Ponere ergo animam intellectiuam à generante causari, nihil est aliud quàm ponere eam non subsistentem, & per consequens corrumpi eam cum corpore[c]. Et ideo hæreticum est dicere, quòd anima intellectiua traducatur cum semine.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in autoritate illa ponitur per synecdochem pars pro toto, id est anima pro toto homine.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliqui dixerunt quòd operationes vitæ, quæ apparent in embryone, non sunt ab anima eius, sed ab anima matris, vel à virtute formatiua, quæ est in semine. Quorum vtrunque falsum est. Opera enim vitæ non possunt esse à principio extrinseco, sicut sentire, nutriri, & augeri. Et ideo dicendum est, quòd anima præexistit in embryone, à principio quidem nutritiua, postmodum autem sensitiua, & tandem intellectiua. Dicunt ergo quidam, quòd suprà animam vegetabilem, quæ primo inerat, superuenit alia anima, quæ est sensitiua: supra illam iterum alia quæ est intellectiua. Et sic sunt in homine tres animæ: quarum vna est in potentia ad aliam. Quod suprà improbatum est[e]. Et ideo alij dicunt quòd illa eadem anima, quæ primo fuit vegetatiua tantùm, postmodum per actionem virtutis, quæ est in semine, perducitur ad hoc, vt ipsa eadem fiat sensitiua: & tandem ipsa eadem perducitur ad hoc, vt ipsa eadem fiat intellectiua. non quidem per virtutem actiuam seminis, sed per virtutem superioris agentis, scilicet Dei deforis illustrantis. Et propter hoc dicit Philosophus, quòd intellectus venit ab extrinseco. Sed hoc stare non potest. Primo quidem, quia nulla forma substantialis recipit magis & minus[e]: sed superadditio maioris perfectionis facit aliam speciem, sicut additio vnitatis facit aliam speciem in numeris. Non est autem possibile vt vna & eadem forma numero sit diuersarum specierum. Secundo, quia sequeretur quòd generatio animalis esset motus continuus paulatim procedens de imperfecto ad perfectum, sicut accidit in alteratione. Tertio, quia sequeretur quòd generatio hominis, aut animalis non sit generatio simpliciter: quia subiectum eius esset ens actu. Si enim à principio in materia prolis est anima vegetabilis, & postmodum vsque ad perfectum paulatim perducitur, erit semper additio perfectionis sequentis sine corruptione perfectionis præcedentis: quod est contra rationem generationis simpliciter. Quarto, quia aut id quod causatur ex actione Dei, est aliquid subsistens: & ita oportet quòd sit aliud per essentiam à forma præexistente, quæ non erat subsistens: & sic redibit opinio ponentium plures animas in corpore. Aut non est aliquid subsistens, sed quædam perfectio animæ præexistentis, & sic ex necessitate sequitur quòd anima intellectiua corrumpatur corrupto corpore: quod est impossibile. Est autem & alius modus dicendi secundum eos, qui ponunt

a ¶*Super Quæstionis centesimæ decimæoctauæ Articulum secundum.*

Coment. IN corpore vna conclusio responsiua quæsito negatiue, Hæreticum est animam intellectiuam traduci cum semine. Hæc conclusio claudit in se duo, scilicet & quòd anima intellectiua non traducitur cum semine, & oppositum est hæreticum. Vnde probatur in litera primo dupliciter, secundo vtrunque simul. Et quoniam semen est instrumentum participans virtutem agentis in esse permanenti, oportet vim seminis aliquid habere ex conditione ipsius seminis, & aliquid ex ratione formæ agentis, cuius est instrumentum, propterea in litera dupliciter ratio affertur. Prima tenens se ex conditione seminis. Secunda ex ratione formæ hominis, qua, agit ad generationem per semen: sic ex parte causæ efficientis sufficienter ostendatur, quòd non potest anima intellectiua per semen fieri: & demum ex parte termini, id est, ipsius animæ intellectiuæ, in tertia ratione non solum idem probetur, sed ad hæresim deducatur oppositum. Est ergo prima ratio. quia virtus materialis non potest terminare actionem suam ad effectum immaterialem: Virtus seminis est materialis: anima intellectiua est immaterialis. ergo. Maior patet, & minor pro prima parte, pro secunda vero probatur: quia habet operationem in qua non cōmunicat corpus. ergo.

¶Secunda vero ratio est, Virtus seminis agit in vi animæ generantis, prout anima vtitur organo corporeo. ergo non agit in vi animæ prout est intellectiua: ergo non potest producere animam intellectiuam. Antecedens patet. prima consequentia probatur, quia vt intellectiua, non vtitur organo. secunda est per se nota. Et confirmatur autoritate Aristotelis, imò ex hac ratione redditur ratio dicti Aristotelis.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd quia posset aliquis dicere, quòd etsi semen, quoniam materiale est, non possit virtute propria producere animam intellectiuam: tamen virtute principalis agentis immaterialis potest. Sicut dicitur de phantasmate, quod etsi non possit producere speciem intelligibilem: tamen virtute intellectus agentis, qui est immaterialis, potest in effectum immaterialem. Idcirco diuus Tho. ex hac ratione excludens talem viam probat quòd semen non agit in virtute agentis immaterialis vt sic: quamuis agat in virtute formæ, quæ est immaterialis. Anima enim intellectiua licet in se sit simplex, & immaterialis formaliter: quia tamen præhabet eminenter quicquid aliæ formæ materiales habent, sicut tetragonum, trigonum, ideo distinguitur in seipsam inquantum est actus corporis, & seipsam inquantum excedit corpus. Et primo habet organa corporea: secundo vero nullo vtitur corporeo organo. Primo modo est principium omnium actionum pertinentium ad partem sensitiuam & vegetatiuam. Secundo 369 vero modo est principium pertinentium ad intellectionem. Vnde cum seminatio & generatio exerceatur per corporeum organum: consequens est quòd conueniat animæ inquantum est actus corporis: & sic est ab anima immateriali, sed non inquantum immaterialis est, actio autem intellectus agentis qua agit ad species intelligibiles, non exercetur per organum: sed est actio formæ immaterialis inquantum im- 363 materialis est, quia non inquantum vtitur organo corporeo. Coment.

¶Tertia autē ratio probans integraliter propositam conclusionem, est, Anima intellectiua est substantia subsistens 452 & immaterialis: ergo sibi debetur & esse & fieri proprium, & per creationem solum: ergo ipsam generari per semen, est ipsam non subsistere: ergo esse corruptibilem. ergo hæresis. Antecedens supponitur: consequentia probatur, deducendo singulas partes consequentis ex singulis antecedentis, scilicet sibi deberi & esse ac fieri ex subsistentia, & per creationem tantum, ex immaterialitate adiuncta. Si enim aliquid subsistit, est ipsum quòd est: sed tamen si est materiale, potest per generationem fieri: vt patet de hoc homine & illo boue. sed si cum substantia habeat immaterialitatem, seu quod ei æquiualet in proposito, simplicitatem: non potest nisi per creationem fieri: eo quòd omnis generatio congregat inter subiectum præsuppositum & formam: & consequenter præhabet geniti materiam, & componit. Secunda vero consequentia patet ex destructione consequentis ad destructionem antecedentis primæ consequentiæ: ponere enim animam generari, destruit ipsam, solum per rationem fieri: quod erat consequens, ad subsistentiam immaterialem in antecedente assumptam.

¶*Non semen & quomodo ad animæ intellectiuæ productionem agat.*

Quæstio. ¶Circa hanc partem occurrit dubium simpliciter & ad hominem simul, Semen humanum disponit materiam pro anima intellectiua dispositione necessitāte: ergo agit in virtute animæ intellectiuæ vt sic. Antecedens & consequentia patent: quia vis animæ sensitiuæ non necessitare potest intellectiuam cum altioris sit ordinis. Et expresse hoc dicitur à S. Tho. in q. 3. de potentia, art. 9. ad 5.

¶Ad hoc dicitur quòd animam Sortis intellectiuam vt intellectiuam esse actum corporis potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd reduplicetur ratio formalis: & sic est falsum. sic enim nullo corporeo organo vtitur. Alio modo, vt reduplicetur conditio ipsius animæ generantis. Et sic est verum: quoniam entitas illa immaterialis animæ intellectiuæ est actus corporis. Et iuxta hoc potest & concedi & negari, animam rationalem generantis habere aliquod organum: quoniam secundum conditionem habet organum: & sic semen disponit vt instrumentum animæ intellectiuæ vt sic: quantum ad conditionem quam de facto habet: secundum vero rationem suam non debetur sibi organum. Et propterea semen in virtute etiam animæ intellectiuæ non potest in animam intellectiuā, sed in dispositiones materiæ: quæ respiciunt animam inducendam non secundum suam formalitatem qua nullo vtitur corporeo organo aut dispositione: sed secundum suam conditionem qua est perfectio, & actus corporis: vt sic terminus proprius actionis respondeat principio. Quia enim principium actionis non est anima intellectiua absolute, sed secundum conditionem qua est actus corporis: ideo terminus actionis sui instrumenti non est anima intellectiua absolute, sed secundum conditionem qua est actus corporis, id est, secundum dispositiones & vnionem, vt inferius patebit clarius, non repugnant hic dictis in litera, quæ de anima intellectiua absolute & formaliter loquitur.

¶In respōsione ad tertium, aduerte, quòd quia positio ista distinguit corporeum generans, compositum, dispositum disponendo materiam ab introducente formam: quòd ab Aristot. reprobatur, destruendo ideas: quas ad hoc ponebat Plato. idcirco ne videamur incidere in id quod reprehendimus, ab ipso Arist. facta est exceptio de forma hominis inquantum homo: & assignata est ratio ex parte termini, quia intellectus habet operationē in qua non communicat corpus. ergo non educitur de potentia alicuius materiæ: ergo venit deforis: & 371 sic nullum inueniri potest corporeum agens respectu ipsius & cum manifeste semen humanum agat, consequens est quòd disponat, & aliunde mens veniat. Nec potest similiter fieri exceptio de aliis formis: quia respectu earum inueniri potest sufficiens agēs corporeum per transmutationē materiæ: nulla enim aliarum habet operationem absque organo corporalis materiæ: d & idcirco 172 merito potest de materiæ potentia educi: nec per hoc non est opus idea. S. Thomas vero hic videtur aliam tangere rationem huius exceptionis ex parte agentis: quia scilicet Deus & naturalia agentia se habent sicut agens principale & instrumentale. Ideæ autem & agentia naturalia se haberent potius vt agentia disparata: eo quòd naturalia non agunt mota ab ideis sed vtraque propriis virtutibus non subordinatis inter se, quamuis quo ad effectus agerent: sed omnia agunt mota à Deo ad actiones, &c. vt suprà dictum est. & ideo non incōuenit Dei actionem terminari ad formam, & naturæ ad materiam: quoniam nō vt duo agentia, sed vt agens & agentis instrumentum concurrunt: quæ non duo sed vnum completum agens constituunt. Annot.

Annot. ¶In responsione ad quartum aduerte primo, quòd ad hoc quòd aliquid[f] dicatur effectiue producere aliquod compositum, non exigitur quòd faciat omnes eius partes, nec requiritur quòd faciat aliquam eius partem: sed sufficit quòd effectiue causet coniunctionem partium, ex qua resultet illud compositum. Declarantur singula. Primo, quòd non requiritur quòd faciat omnes partes: alioquin nullum agens naturale faceret aliquod compositum, quia non facit materiam. Secundo, quòd non aliquam eius partem: alioquin dealbans artificialiter parietem, non diceretur facere parietem album: quia nec parietem nec albedinem facit, sed addit vnum alteri. Et vniuersaliter si formæ præexisterent per seipsas ante generationem, & generans esset tantæ vis vt generando coniungeret formam cum materia: nihilominus esset causa illius compositi, puta bouis, si forma bouis præexisteret. Et ex hac conditionali patet tertium in quo clauduntur duo prima. Aduerte secundo[f], quòd in generatione hominis sunt duæ actiones, & duo termini intrinseci earum. Actio quidem vna est, simplex emanatio seu creatio à prima causa Deo glorioso. Altera autem est seminis, vt instrumentum animæ intellectiuæ modo exposito, seu, quod est idē, hominis generantis inquantum homo. Terminorum autem distinctio ex eo patet, quòd anima intellectiua in instanti quo fit, sortitur duo, scilicet esse quia est, & modū essendi quia inest corpori, seu materiæ corporali, vt actus in eo cuius est actus substantialis. Talis autem modus essendi seu inesse, potest sumi dupliciter. Vno modo pro relatione actualis vnionis inter animam & materiam. Alio modo pro fundamento illius: quòd nihil aliud est quàm materiam esse actu formaliter per animam: quòd pertinet ad genus substantiæ, non relationis. Sed rursus: istud inesse seu vnio fundamentaliter potest vtrinque accipi, scilicet ex parte formæ: quia est animam esse qua formaliter materia est actu in specie substantię humanæ: & ex parte materiæ, quia est materiam esse actu per animam &c. Vnde applicando singula singulis, dicendum est primo, quòd anima rationalis ratione sui esse est terminus intrinsecus creationis in instanti primo quo Sor. incipit esse: quo ad suum vero modum essendi seu inesse, non terminat creationem nisi concomitanter, & inquantum illud inesse se tenet ex parte animæ. Dicendum est secundo, quòd eadem anima rationalis quo ad inesse, seu vnionem. &c. vt se tenet ex parte materiæ, est proprius terminus actionis seminis humani: ita quòd ab eo effectiue causatur per se & directe: quoniam propria actio humani seminis

vnum intellectum in omnibus. quod ſuprà improbatum eſt [e]. Et ideo dicendum eſt, quòd cum generatio vnius ſemper ſit corruptio alterius, neceſſe eſt dicere quod tam in homine quàm in animalibus aliis quando perfectior forma aduenit, fit corruptio prioris: ita tamen quòd ſequens forma habet quicquid habebat prima, & adhuc amplius. Et ſic per multas generationes & corruptiones peruenitur ad vltimam formam ſubſtantialem, tam in homine quàm in aliis animalibus. Et hoc ad ſenſum apparet in animalibus ex putrefactione generatis. Sic igitur dicendum eſt, quòd anima intellectiua creatur à Deo in fine generationis humanæ: quæ ſimul eſt & ſenſitiua & nutritiua corruptis formis præexiſtentibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa locum habet in diuerſis agentibus non ordinatis ad inuicem. Sed ſi ſint multa agentia ordinata, nihil prohibet virtutem ſuperioris agentis pertingere ad vltimam formam: virtutes autem inferiorum agentium pertingere ſolum ad aliquam materiæ diſpoſitionem. Sicut virtus ſeminis diſponit materiam, virtus autem animæ dat formam in generatione animalis. Manifeſtum eſt autem ex præmiſſis [e], quòd tota natura corporalis agit vt inſtrumentum ſpiritualis virtutis, & præcipue Dei. Et ideo nihil prohibet quin formatio corporis ſit ab aliqua virtute corporali: anima autem intellectiua ſit à ſolo Deo.

¶Ad quartum dicendum, quòd homo generat ſibi ſimile, inquantum per virtutem ſeminis eius diſponitur materia ad ſuſceptionem talis formæ.

¶Ad quintum dicendum, quòd in actione adulterorum illud quod eſt naturæ, bonum eſt: & huic cooperatur Deus. Quod vero eſt inordinatæ voluptatis, malum eſt: & huic Deus non cooperatur.

ARTICVLVS III.

a ¶*Vtrum animæ humanæ fuerint creatæ ſimul à principio mundi.*

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd animæ humanæ fuerint creatæ ſimul à principio mundi. Dicitur enim Geneſ. 2. Requieuit Deus ab omni opere quod patrarat. Hoc autem non eſſet ſi quotidie nouas animas crearet. Ergo omnes animæ ſunt ſimul creatæ.

¶Præterea, Ad perfectionem vniuerſi maxime pertinent ſubſtantiæ ſpirituales. Si igitur animæ ſimul crearentur cum corporibus, quotidie innumerabiles ſpirituales ſubſtantiæ perfectioni vniuerſi adderentur. Et ſic vniuerſum à principio fuiſſet imperfectum. Quod eſt contra illud quod dicitur Geneſ. 1. Deum omne opus compleſſe.

¶Præterea, Finis rei reſpondet eius principio. Sed anima intellectiua remanet deſtructo corpore. Ergo incœpit eſſe ante corpus.

¶SED CONTRA, eſt quod dicitur in lib. de Eccl. dog. quòd ſimul anima creatur cum corpore.

CONCLVSIO.

¶*Animæ humanæ non ante corpora creatæ, ſed ſimul creantur cùm corporibus infunduntur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam poſuerunt quòd animæ intellectiuæ accidat vniri corpori, ponentes eam eſſe eiuſdem conditionis cum ſubſtantiis ſpiritualibus, quæ corpori non vniuntur [e]. Et ideo poſuerunt animas hominum ſimul à principio cum angelis creatas. Sed hæc opinio falſa eſt. Primo quidem quantum ad radicem. Si enim accidentaliter conueniret animæ corpori vniri, ſequeretur quòd homo qui ex iſta vnione conſtituitur, eſſet ens per accidens, vel quòd anima eſſet homo. Quod falſum eſt, vt ſuprà oſtenſum eſt [e]. Quòd etiam anima humana non ſit eiuſdem naturæ cum angelis, ipſe diuerſus modus intelligendi oſtendit, vt ſuprà oſtenſum eſt [e]. Homo enim intelligit à ſenſibus, accipiendo & conuertendo ſe ad phantaſmata, vt ſuprà oſtenſum eſt. & ideo indiget vniri corpori, quo indiget ad operationem ſenſitiuæ partis.

¶Quod de angelo dici non poteſt. Secundo apparet falſitas in ipſa poſitione. Si enim animæ naturale eſt corpori vniri, eſſe ſine corpore eſt ſibi contra naturam, & ſine corpore exiſtens non habet ſuæ naturæ perfectionem. Non fuit autem conueniens, vt Deus ab imperfectis ſuum opus inchoaret & ab his, quæ ſunt præter naturam. Non enim fecit hominem ſine manu, aut ſine pede, quæ ſunt partes naturales hominis. Multo igitur minus fecit animam ſine corpore. Si vero aliquis dicat, quòd non eſt naturale animæ corpori vniri: oportet inquirere cauſam quare ſint corporibus vnitæ: oportet autem dicere, quòd aut hoc ſit factum ex eius voluntate, aut ex alia cauſa. Si ex eius voluntate, videtur hoc eſſe inconueniens. Primo quidem, quia hæc voluntas irrationabilis eſſet, ſi non indigeret corpore & vellet ei vniri. Si enim eo indigeret, naturale eſſet ei quòd corpori vniretur, quia natura non deficit in neceſſariis [e]. Secundo, quia nulla ratio eſſet quare animæ à principio mundi creatæ poſt tot tempora voluntas acceſſerit, vt nunc corpori vniatur. Eſt enim ſubſtantia ſpiritualis ſupra tempus, vt pote reuolutiones cæli excedens. Tertio, quia videretur à caſu eſſe quòd hæc anima huic corpori vniretur, cum ad hoc requiratur concurſus duarum voluntatum, ſcilicet animæ aduenientis & hominis generantis. Si autem præter voluntatem ipſius corpori vnitur, & præter eius naturam, oportet quòd hoc ſit ex cauſa violentiam inferente. Et ſic erit ei pœnale & triſte. Quod eſt ſecundum errorem Origenis, qui poſuit animas incorporari propter pœnam peccati [e]. Vndè cum hæc omnia ſint inconuenientia, ſimpliciter confitendum eſt quòd animæ non ſunt creatæ ante corpora, ſed ſimul creantur cùm corporibus infunduntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus dicitur ceſſaſſe die ſeptimo: non quidem ab omni opere, cum dicatur Iohan. 5. Pater meus vſque modo operatur, ſed à nouis rerum generibus & ſpeciebus condendis, quæ in operibus primis non aliquo modo præextiterint. Sic enim animæ quæ nunc creantur, præextiterunt ſecundum ſimilitudinem ſpeciei in primis operibus [e], in quibus anima Adæ creata fuit.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd perfectioni vniuerſi quantum ad numerum indiuiduorum, quotidie poteſt addi aliquid, non autem ſecundum numerum ſpecierum.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc quòd anima remanet ſine corpore, contingit per corporis corruptionem, quæ conſecuta eſt ex peccato. Vnde non fuit conueniens quòd ab hoc inciperent Dei opera. Quia ſicut ſcriptum eſt Sap. 1. Deus mortem non fecit, ſed impij manibus & verbis accerſierunt eam.

terminatur ad hoc quòd 379 materia ſubſit animæ intellectiuæ deforis aduenienti: hic enim operatur, & non fruſtra tanto tempore natura laborat. Vnde ſi proprie loqui volumus, anima ipſa eſt terminus creationis. Vnio vero animæ & corporis eſt terminus generationis. Et quia non ex anima rationali, nec ex materia, ſed ex vnione earum, reſultat tertia entitas, ſcilicet humanitas, apud ponentes dari tertiam entitatem, vel ſaltem ex, vel in tali vnione conſiſtit compoſitum quod eſt homo: ideo iungendo hæc cum antedictis, ſequitur, quòd quia homo mediante ſuo ſemine, cauſat actiue coniunctionem animæ intellectiuæ cum materia corporali: ex, vel in qua vnione conſiſtit compoſitum, ſcilicet homo: quòd homo vere generat hominem: quamuis neutram partem faciat. & a 541 Ex his tu ſolers diſputator diſtinguendo animam quo ad eſſe vel ineſſe: diſtinguas quòd generationem oportet habere terminum formalem quo ad ineſſe, non quo ad eſſe, & ſimiliter quo ad ſimilia. Videas Sanct. Thom. in quæſt. 3. de potentia, artic. 9. & inuenies hæc conſona vero.

a ¶*Super Quæſtionis centeſimæ decimæoctauæ Articulum tertium.*

Comment. Titulus clarus. ¶In corpore tria. Primo refert opinionem affirmatiuam. Secundo reprobat eam. 582 Tertio infert reſponſionem ad quæſitum. ¶Quo ad primum duo, opinio & radix illius. Opinio eſt, quòd animæ ab initio mundi fuerunt ſimul creatæ. Radix illius eſt in duabus propoſitionibus conſequenter ſe habentibus. Prima eſt, quòd animæ ſunt eiuſdem conditionis cum angelis. Secunda, quæ naſcitur ex prima, eſt, quòd animæ intellectiuæ accidit vniri corpori.

2. contra capit. 83. & 84. Et Heb. 2. lect. 4. Co. 2.

¶Quo ad ſecũdum tria, iuxta prædicta tria, quæ reprehenduntur ordine, quo in litera recitata ſunt, & non à priori ſecundum naturam ad vltimum, nec ab vltimo ad primum. Secundum enim naturæ ordinem primum eſt animæ illa conditio qua communicat angelo. Secundo vnibilitas per accidens. Et tertio, quòd de facto fuerit ab initio mundi. reprehenditur ergo primo in litera vnio per accidens, ducendo ad impoſſibile, Anima vnitur per accidens: ergo aut homo eſt ens per acidens, ſcilicet ſi hominis nomine intelligimus compoſitum, &c. aut homo eſt ipſa anima vtens corpore. vtrunque eſt falſum, vt patet ex dictis. ergo. 368 Conſequentia autem quo ad ſufficientiam membrorum conſequentis euidens eſt, quia oportet alterum horum dicere, ſcilicet quòd vel homo ſignificat compoſitum, vel formam vtetem materia. 365 Quo ad vim autem illationis primi membri probatur in litera, quia compoſitum ex, aut in tali vnione 481 conſiſtit: conſtat enim 418 quòd conſiſtentia in entitate per accidens non ſunt entia per ſe. Secundo arguitur altera radicalis propoſitio de identitate naturæ animæ & angeli. Homo intelligit naturaliter accipiendo à ſenſibus: angelus non. ergo. Tertio arguitur, Poteſt vniri corpori, aut eſt animæ naturale, aut non naturale, Si naturale eſſe ſine corpore eſt præter naturam, ergo anima ſine corpore non habet ſuam perfectionem naturalem: ergo. non fuit conueniens produci à Deo ſine corpore. Vltima cõſequẽtia probatur, Deus non inchoat opus ſuum ab imperfectis: quoniam non deficit in neceſſariis, ſicut nec natura. Et declaratur in homine reſpectu organorum ſuorum: ergo anima cum naturali organo ſuo, corpore ſcilicet, fieri debet. 308 Si non eſt naturale, aut ergo eſt à voluntate propria, aut ab alia cauſa. Non à voluntate propria tum quia eſſet voluntas irrationabilis. probatur, quia reſpectu ſuperflui: probatur, quia ſi non ſuperflui, ſed opportuni: ergo naturalis: probatur: quia natura non deficit in neceſſariis. Tum quia non eſſet maior ratio, quòd nunc, quàm olim hæc anima vellet vniri. probatur, quia eſt ſupra tempus: probatur, quia eſt ſuprà reuolutiones cæli. Et nota quòd 250 in conſequente huius rationis ponitur duplex nouitas volitionis & vnionis: & quamuis nouitas vnionis poſſit reduci in nouitatem materiæ diſpoſitæ nunc & non prius, nouitas autem volitionis cum ſit ſuprà omnes corporales diſpoſitiones, vt in litera dicitur: in quid reducetur. Tum quia vnio eſſet caſualis. probatur, quia ex concurſu duarum voluntatum non 356 ſubordinatarum, nec condictarum: nec ab alia cauſa, quia vnio eſſet violenta, redirétque error Origenis. Probatur ſequela, quia quod eſt præter naturam & voluntatem ab extrinſeco, eſt violentum & triſte.

¶Quo ad tertium concluſio reſponſiua quæſito eſt negatiua. Animæ non ſunt creatę ante corpora, ſed ſimul creantur, cũ corporibus infunduntur.

QVAESTIO CENTESIMADECIMANONA, de Propagatione hominis quantum ad corpus, in duos Articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de propagatione hominis quantum ad corpus. ¶Et circa hoc quæruntur duo. ¶Primo, vtrum aliquid de alimento conuertatur in veritatem humanæ naturæ. ¶Secundo, vtrũ ſemen quod eſt humanæ generationis principium, ſit de ſuperfluo alimenti.

ARTICVLVS I.

a ¶*Vtrum aliquid de alimento conuertatur in veritatem humanæ naturæ.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nihil de alimento tranſeat in veritatem humanæ naturæ. Dicitur enim Matth. 15. Omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & per ſeceſſum emittitur. Sed quod emittitur, non tranſit in veritatem humanæ naturæ. Ergo nihil de alimento in veritatem humanæ naturæ tranſit.

¶Præterea, Philoſophus in 2. de Ge. diſtinguit carnem ſecundum ſpeciem & ſecundum materiam, & dicit quòd caro ſecundum materiam aduenit & recedit. Quod autem ex alimento generatur, aduenit & recedit. Ergo id in quod alimentum conuertitur, eſt caro ſecundum materiam, & non caro ſecundum ſpeciem. Sed hoc pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quod pertinet ad ſpeciem eius. Ergo alimentum non tranſit in veritatem humanæ naturæ.

¶Præterea, Ad veritatem humanæ naturæ pertinere videtur humidum radicale, quod ſi deperdatur, reſtitui non poteſt, vt medici dicunt. Poſſet tamen reſtitui ſi alimentum conuerteretur in ipſum humidum. Ergo nutrimentum non conuertitur in veritatem humanæ naturæ.

¶Præterea, Si alimentum tranſiret in veritatem humanæ naturæ, quicquid in homine deperditur, reſtaurari poſſet. Sed mors hominis non accidit niſi per deperditionem alicuius. Poſſet igitur homo per ſumptionem alimenti in perpetuum ſe contra mortem tueri.

¶Præterea, Si alimentum in veritate humanę naturę tranſiret, nihil eſſet in homine quod non poſſet recedere & reparari. Quia id quod in homine generatur ex alimento, & recedere & reparari poteſt. Si ergo diu viueret, ſequeretur quòd nihil quod in eo fuit materialiter in principio ſuæ generationis, finaliter remaneret in ipſo. Et ſic non eſſet idem homo numero per totam vitam ſuam, cum ad hoc quòd ſit idem numero, requiratur identitas materiæ. Hoc autem eſt inconueniens. Non ergo alimentum tranſit in veritatem humanæ naturæ.

¶SED CONTRA eſt quod dicit Auguſti. in lib. de ve. re. Alimenta carnis corrupta, id eſt amittentia formam ſuam, in membrorum fabricam migrant. Sed fabrica membrorum pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Ergo alimenta tranſeunt in veritatem humanæ naturæ.

CONCLVSIO.

¶*Alimentum vere conuertitur in veritatem humanæ naturæ inquantum vere accipit ſpeciem carnis & oſſis & aliarum corporearum partium.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſecundum Philoſophum, ſecundo metaphyſi. hoc modo ſe habet vnumquodque ad veritatem, ſicut ſe habet ad eſſe. Illud ergo pertinet ad veritatem naturæ alicuius, quod eſt de conſtitutione naturæ ipſius. Sed natura dupliciter conſiderari poteſt. Vno modo in communi ſecundum naturam ſpeciei. Alio modo ſecundum quod eſt in hoc indiuiduo. Ad veritatem igitur naturæ alicuius in communi conſideratæ pertinet forma, & materia eius in communi accepta. Ad veritatem autem naturæ in hoc particulari conſideratæ pertinet materia indiuidualis ſignata, & forma per huiuſmodi materiam indiuiduata. Sicut de veritate humanæ naturæ in communi eſt anima humana & corpus, ſed de veritate humanæ naturæ in Petro & Martino eſt hæc anima & hoc corpus. Sunt autem quædam, quorum formæ non poſſunt ſaluari niſi in vna materia ſignata. Sicut forma ſolis non poteſt ſaluari niſi in materia, quæ actu ſub ea continetur. Et ſecundum hunc modum aliqui poſuerunt quòd forma humana non poteſt ſaluari niſi in materia quadam ſignata, quæ ſcilicet à principio fuit tali forma formata in primo homine, ita quòd quicquid aliud præter illud quod ex primo parente in poſteros deriuatur, additum fuerit, non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quaſi non vere accipiat formam humanæ naturæ, ſed illa materia, quæ in primo homine formæ humanæ fuit ſubiecta, in ſeipſa multiplicatur. Et hoc modo multitudo humanorum corporum à corpore primi hominis deriuatur. Et ſecundum hos alimentum non conuertitur in veritatem humanæ naturæ, ſed dicunt quòd alimentum accipitur, vt quoddam fomentum naturæ, id eſt vt reſiſtat actioni caloris naturalis, ne conſumat humidum radicale, ſicut plumbum vel ſtannum adiungitur argento ne conſumatur per ignem.

¶Sed hæc poſitio eſt multipliciter irrationabilis. Primo quidem, quia eiuſdem rationis eſt, quòd aliqua forma poſſit fieri in alia materia, & quòd poſſit propriam materiam deſerere. Et ideo omnia generabilia ſunt corruptibilia, & econuerſo. Manifeſtum eſt autem, quòd forma humana poteſt deficere ab hac materia quæ ei ſubiicitur, alioquin corpus humanum corruptibile non eſſet. Vnde relinquitur, quòd & alij in materia aduenire poſſit, aliquo alio in veritatem humanæ naturæ tranſeunte. Secundo, quia in omnibus quorum materia inuenitur tota ſub vno indiuiduo, non eſt niſi vnum indiuiduum in vno ſpecie. Sicut patet in Sole & Luna, & huiuſmodi. Sic igitur non eſſet niſi vnum indiuiduum humanæ ſpeciei. Tertio, quia non eſt poſſibile quòd multiplicatio materiæ attendatur niſi vel ſecundum quantitatem tantum, ſicut accidit in rarefactis, quorum materia ſuſcipit maiores dimenſiones, vel etiam ſecundum ſubſtantiam materiæ. Sola autem eadem ſubſtantia materiæ manente, non poteſt dici quòd ſit multiplicata. Quia idem ad ſeipſum non conſtituit multitudinem, cum neceſſe ſit omnem multitudinem ex aliqua diuiſione cauſari. Vnde oportet quòd aliqua alia ſubſtantia materiæ adueniat, vel per creationem, vel per conuerſionem alterius in ipſum [e]. Vnde relinquitur quòd non poteſt aliqua materia multiplicari niſi vel per rarefactionem, ſicut cum ex aqua fit aër, vel per additionem alterius rei, ſicut multiplicatur ignis per additionem lignorum, vel per creationem materiæ. Sed manifeſtum eſt multiplicationem materiæ in humanis corporibus non accidere per rarefactionem. Quia ſi corpora hominum perfectæ ætatis eſſent imperfectiora quàm corpora puerorum. Nec iterum per creationem nouæ materię. Quia ſecundum Greg. omnia ſunt ſimul creata ſecundum ſubſtãtiam materiæ, a 461

tur. Probatur, quia aliter accidunt prædicta, quæ inconuenientia ſunt.

a ¶*Super Quæſtionis centeſimædecimænonæ Articulum primum.*

Titulus in corpore declaratur.

Comment. ¶In corpore quatuor. Primo declaratur titulus. Secundo tractatur vna opinio. Tertio tractatur alia. Quarto aliã reſpondendo quæſito. ¶Quo ad primum duo. definitur enim & diſtinguitur pertinere ad veritatem humanæ naturæ. Definitur enim quod eſt eſſe de cõſtitutiõe ipſius naturæ humanæ. & probatur, quia vnunquodq; ita ſe habet ad veritatem ſicut ad eſſe ex ſecundo metaphy. Diſtinguitur autem, quia natura dupliciter ſumitur, ſcilicet in communi, id eſt ſecundum ſpeciem, & in particulari indiuiduo. Et conſequenter, pertinere ad naturæ veritatem, & eſſe, dupliciter contingit, ſcilicet naturæ ſpecifice ſumptæ, vel numeraliter. Primo modo forma & materia cõmunis, vt anima intellectiua & corpus humanũ, ad veritatem naturæ humanæ ſpectant. Secundo modo non ſolum hæc, ſed hæc anima & hoc corpus.

585 2. diſt. 30. q. 2. ar. 1. Et 4. diſt. 44. q. 1. ar. 2. q. 4. Et quol. 8. art. 5. con.

¶Quo ad ſecũdum duo. Primo opinio cõſiſtens in tribus propoſitionibus. Prima eſt, Ad veritatem humanæ naturæ pertinet tantum illa materia quæ eſt primo formata in primo homine. Secunda vero eſt, quòd illa materia multiplicatur in ſeipſa, & ſic à primo parente ad omnes deriuatur. Tertia eſt, quòd alimentum non ſumitur vt conuertatur in veritatem naturæ humanæ, ſed vt fomentum naturæ ad reſiſtendum conſumptiuo, vt plumbum argento. Secundo reprobatur hæc opinio quadrupliciter. Prima quidem propoſitio duabus rationibus primis, quæ ſatis claræ ſunt in litera. Secunda vero & tertia ſimul duabus reliquis rationibus. Quarum altera eſt, Multiplicatio materiæ aut eſt per rarefactionem, aut per conuerſionem, aut creationem nouæ materiæ, ſed multiplicatio humanę materię in corporibus non eſt per rarefactionem, quia eſſent imperfectiora, nec per creationem, quia omnium materia eſt ſimul creata ſecundum Greg. ergo per conuerſionem alimenti, maior probatur, Multiplicatio materiæ aut attenditur penes quantitatem tantum, & ſic eſt rarefactio, vt patet ex eius ratione, aut penes ipſam ſubſtãtiam materiæ, & tunc aut penes omnino eandẽ ſubſtantiam materiæ, aut penes aliam, non penes omnino eandem, quia multiplicatio ſine diuiſione intelligi nequit, eiuſdem autem omnino ad ſeipſum non eſt diuiſio, ergo penes aliam, ergo aut per conuerſionem, aut creationem, nõ enim inuenitur alius modus. Vltima autem ratio eſt ducens ad impoſſibile, quia ſcilicet ex his ſequitur quòd opus generatiuæ & nutritiuæ in omnibus eſſet non naturale, ſed miraculoſum. Probatur ſequela primo quòd hoc ſequatur, ſecundo quòd in omnibus. Quòd ſequatur quidem, dupliciter, primo ſic, Materia ſecundum naturam non extenditur niſi ad certam quantitatem, ſed extẽſio materiæ primo formatę nõ eſſet ad certam quantitatem, ergo. Secundo ſic. Naturaliter nihil creſcit niſi per rarefactionem aut conuerſionem, ſed hic creſceret materia neutro modo, ergo. Quòd autem in omnibus ſequatur, probatur, quia ſecundum partem vegetatiuam homo non differt ab animalibus & plantis, ac propterea eadem eſt de omnibus ratio.

¶Circa hanc partem occurrit vnum dubium in prima probatione, conſequentiæ. Non enim ſequi videtur ad opinionem contrariam, quòd materia eſſet in potẽtia ad quancunque quantitatem. Quoniam opinio iſta eſt theologizantium ſupponentium dari prima & vltima indiuidua omnium viuentium. Et propterea materia in primo indiuiduo alicuius ſpeciei per generationẽ propagandæ formata non extenditur, niſi ad certã quantitatẽ ſecundum ſe, quãuis incertam nobis, tantam ſcilicet, quãtam tot indiuidua exigunt. Cum enim hęc indiuidua ſunt finita, oportet etiam eorum materiam eſſe finitam. Ad hoc dicitur quòd rationes & opiniones ſemper cenſendę ſunt ſecundum id quod conuenit eis per ſe, & non ſecundum id quod ſe habet per accidens, alioquin tota philoſophia, imò omnis ſcientia ac certitudo ruit. Cõſtat autem ex 2. de Anima, quòd finis per ſe & primarius vis generatiuæ tributæ à natura viuentibus, eſt perpetuum eſſe ſpeciei per infinitam ſucceſſionem indiuiduorum. Et propterea ex ipſa ratione vis generatiuæ naturalis, optime & per

licet non secundum speciem formæ. Vnde relinquitur, quòd multiplicatio corporis humani non fit nisi per hoc quòd alimentum conuertitur in veritatē humani corporis. Quarto, quia cum homo non differat ab animalibus & plantis secundum animam vegetabilem, sequeretur quòd etiam corpora animalium & plantarum non multiplicarentur per conuersionem alimenti in corpus nutritum, sed per quandam multiplicationem, quæ non potest esse naturalis, cum materia secundum naturam non extendatur nisi vsque ad certam quantitatem, nec iterum inueniatur aliquid naturaliter crescere nisi per rarefactionem, vel conuersionem alterius in ipsum. Et sic totum opus generatiuæ & nutritiuæ, quæ dicuntur vires naturales, esset miraculosum. Quod est omnino inconueniens. Vnde alij dixerunt, quòd forma humana potest quidem fieri de nouo in aliqua alia materia si consideretur natura humana in communi, non autem si accipiatur prout est in hoc indiuiduo, in quo forma humana fixa manet in quadam materia determinata, cui primo imprimitur in generatione huius indiuidui, ita quòd illam materiam nunquam deserit vsque ad vltimam indiuidui corruptionem. Et hanc materiam dicunt principaliter pertinere ad veritatem humanæ naturæ. Sed quia huiusmodi materia non sufficit ad quantitatem debitam, requiritur vt adueniat alia materia per conuersionem alimenti in substantiam nutriti; quantum sufficiat ad debitum augmentum. Et hanc materiam dicunt secundario pertinere ad veritatem humanæ naturæ, quia non requiritur ad primum esse indiuidui; sed quantitatem eius. Iam vero si quid aliud aduenit ex alimento, non pertinet ad veritatem humanæ naturæ, proprie loquendo. Sed hoc etiam est inconueniens. Primo quidem, quia hæc opinio iudicat de materia corporum viuentium ad modum corporum inanimatorum, in quibus etsi sit virtus ad generandum simile in specie, non est tamen virtus in eis ad generandum aliquid sibi simile secundum indiuiduum. Quæ quidem virtus in corporibus viuentibus est virtus nutritiua. Nihil ergo per virtutem nutritiuam adderetur corporibus viuentibus, si alimentum in veritatem naturæ ipsorum non conuerteretur. Secundo, quia virtus actiua, quæ est in semine, est quædam impresio deriuata ab anima generantis, sicut suprà dictum est[e]. Vnde non potest esse maioris virtutis in agendo, quàm ipsa anima, à qua deriuatur. Si ergo ex virtute seminis, vere assumit aliqua materia formam naturæ humanæ, multo magis anima in nutrimentum coniunctum poterit veram formam naturæ humanæ imprimere per potentiam nutritiuam. Tertio, quia nutrimento indigetur non solum ad augmentum, alioquin terminato augmento necessarium non esset, sed etiam ad restaurandum illud quod deperditur per actionem caloris naturalis. Non autem esset restauratio, nisi id quod ex alimento generatur, succederet in locum deperditi. Vnde sicut id quod primo inerat, est de veritate humanæ naturæ, ita id quod ex alimento generatur. Et ideo secundum alios dicendum est quòd alimentum vere conuertitur in veritatem humanæ naturæ inquantum vere accipit speciem carnis, & osis, & huiusmodi partium. Et hoc est quod dicit Philosophus in 2. de Anima, quòd alimentum nutrit inquantum est potentia caro.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus non dicit, quòd totum quod in os intrat, per secessum emittatur. Sed oportet quòd de quolibet cibo aliquid impurum per secessum emittatur. Vel potest dici, quòd quicquid ex alimento generatur, potest etiam per calorem naturalem resolui, & per poros quosdam occultos emitti, vt Hiero. exponit.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliqui per carnem secundum speciem intellexerunt id quod primo accipit speciem humanam, quod sumitur à generante. Et hoc dicunt semper manere quousque indiuiduum durat. Carnem vero secundum materiam dicunt esse qua generatur ex alimento. Et hanc dicunt non semper permanere, sed quòd sicut aduenit, ita abscedit. Sed hoc est contra intentionem Aristotelis. Dicit enim ibi quòd sicut in vnoquoque habentium speciem in materia, putà in ligno & lapide, ita & in carne hoc est secundum speciem, & illud secundum materiam. Manifestum est autem quòd prædicta distinctio locum non habet in rebus inanimatis quæ non generantur ex semine, nec nutriuntur. Et iterum, cum id quod ex alimento generatur, adiungatur corpori nutrito per modum mistionis, sicut aqua miscetur vino, vt ponit exemplum ibidem Philosophus, non potest alia esse natura eius quod aduenit, & eius cui aduenit, cum iam sit factum vnum per veram mistionem. Vnde nulla ratio est quòd vnum consumatur per calorem naturalem, & alterum maneat. Et ideo aliter dicendum est, quòd hæc distinctio Philosophi non est secundum diuersas carnes, sed est eiusdem carnis secundum diuersam considerationem. Si enim consideretur caro secundum speciem, id est secundum id quod est formale in ipsa, sic semper manet, quia semper manet natura carnis & dispositio naturalis ipsius. Sed si consideretur caro secundum materiam, sic non manet, sed paulatim consumitur & restauratur, sicut patet in igne fornacis, cuius forma manet, sed materia paulatim consumitur, & alia in locum eius substituitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad humidum radicale intelligitur pertinere totum id in quo fundatur virtus speciei. Quod si subtrahatur, restitui non potest, sicut si amputetur manus, aut pes, vel aliquid huiusmodi. Sed humidum nutrimentale est, quod nondum peruenit ad suscipiendum perfecte naturam speciei, sed est in via ad hoc. Sicut est sanguis, & alia huiusmodi. Vnde si talia subtrahantur, remanet adhuc virtus speciei in radice quæ non tollitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd omnis virtus in corpore pasibili per continuam actionem debilitatur, quia huiusmodi agentia etiam patiuntur. Et ideo virtus conuersiua in principio quidem tam fortis est, vt posit conuertere non solum quod sufficit ad restaurationem deperditi, sed etiam ad augmentum. Postea vero non potest conuertere nisi quantum sufficit ad restaurationem deperditi. Et tunc cessat augmentum. Demum nec hoc potest, & tunc fit diminutio. Deinde deficiente huiusmodi virtute totaliter animal moritur, sicut virtus vini concurrentis aquam admistam [e], paulatim per admistionem aquæ debilitatur, vt tandem totum fiat aquosum, vt Philosophus exemplificat in 1. de Genera.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut Philosophus dicit in 1. de Gene. quando aliqua materia per se conuertitur in ignem, tunc dicitur ignis de nouo generari. Quando vero aliqua materia conuertitur in ignem præexistentem, dicitur ignis nutriri. Vnde si tota materia simul amittat speciem ignis, & alia materia conuertatur in ignem, erit alius ignis numero. Si vero paulatim combusto vno ligno aliud substituatur, & sic deinceps quousque omnia prima consumantur, semper remanet idem ignis numero, quia semper quod additur, transit in præexistens, & similiter est intelligendum in corporibus viuentibus, in quibus ex nutrimento restauratur id quod per calorem naturalem consumitur.

& per se sequitur habitudo ad infinitatem successiuam indiuiduorum. Quicquid nanque de facto sit, quantum tamen est ex parte vis generatiuæ, multiplicabilitas in infinitum promouetur. Vnde iungendo huic veritati positionem cōtrariā, scilicet esse quandam certam materiam in qua sola omnia generabilia illius speciei saluari possunt, sequitur necessario quòd illa certa materia sit extensibilis vltra omnem certam quantitatem, quoniam indiuidua generabilia sunt vltra omnem certum numerum, quotcunque nanque genitis possunt alij ex illis generari, & iterum alij ex illis, & sic in infinitum, quamuis de facto non ita futurum sit. Non euitatur ergo inconueniens ex hac fuga, quia semper sequitur, ergo materia illa est in potentia ad quantitatem vltra omnem certitudinē quātum est ex se.

Commēt. ¶Quo ad tertium duo similiter sunt. Primo, opinio consistens in quinque propositionibus. Prima, Anima humana vniuersaliter sumpta in cōmuni non habet vnam numero certam materiam, & in hoc differt hæc opinio à præcedente, quæ ponebat vnam certam materiam, quæ fuit in primo homine, oportere informari ab omni humana anima. Secunda est, Anima humana hæc materiam illam cui primo imprimitur in generatione huius indiuidui, nequit vsque ad mortem deserere. Et in hoc conuenit hæc opinio cum præcedente. Apud vtranque enim ponitur id quod initio infusionis animæ informatur, oportere manere fixum
850 ac stabile vsque ad dissolutionem indiuidui. Tertia est, Sola illa materia cui primo imprimitur anima, pertinet ad veritatem humanæ naturæ principaliter. Probatur, quia sola pertinet ad esse indiuidui. Quarta, Alimentum conuersum in substantiam aliti pertinet ad veritatem humanæ naturæ secundario. Probatur, quia talis substantia est necessaria propter alimentum, & quantitatem debitam indiuidui, esse autem quantum est esse secūdarium, igitur. Quinta est, Quicquid aliud ex alimento prouenit, non pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Secundo ponitur reprobatio huius opinionis. Et directe quidem contra tertiam & quartam propositiones, omnes rationes allatæ tendunt, consequenter autem etiam secundam propositionē destruunt, vt patet deducenti. Prima ergo ratio est ducens ad inconueniens, Si alimentum non conuerteretur in substantiam nutriti, ergo viuentia non possent generare aliquid sibi simile in indiuiduo, ergo nihil adderetur viuentibus supra inanimata ex virtute nutritiua. hoc est inconueniens, ergo. Prima consequentia patet, quia nō aliter fit ista generatio nisi conuersione alimenti in substantiam nutriti, puta panis in carnem, & ossa, &c. Secunda vero probatur, quia cum viuentia communicent cum inanimatis in generando sibi simile cum diuersitate indiuiduorū, & opus nutritiuæ sit ad generare simile in indiuiduo, si hoc adimitur, nihil additur. Secunda ratio est, Anima nutritiua non minoris virtutis est vi seminis, ergo potest materiam supponere vero esse ipsius animæ. Antecedens patet, quia causa non est minus effectu, consequentia probatur, quia semē hoc potest & facit. Tertia ratio est, Nutrimentum est non solum ad augendum, sed restaurandum, ergo succedit loco deperditi, ergo est de veritate humanæ naturę. Antecedens probatur. Alioquin cessante augmento nō esset opus alimento, prima consequentia probatur, quia aliter non restauraret, secunda vero probatur, quia deperditum erat de veritate humanę naturę.

Annot. ¶Circa has rationes, vt melius elucescant, occurrunt dubia. Primæ nanque rationis negari potest consequentia, quoniā secundum illam positionem virtus nutritiua generat in eodem indiuiduo dum facit substantiam secundariam, scilicet pertinentem ad perfectam quantitatem animalis. Ad secundam autem dici potest, quòd hoc non est ex infirmitate virtutis, sed ex conditione eius, quia scilicet est coniuncta vis animæ iam positæ in sua vera materia. Ad tertiā quoque diceretur, quòd supponitur vel assumitur falsum, scilicet quòd deperditum fuerit de veritate humanæ naturæ. Illa enim materia in principio informata nō est deperdibilis durante indiuiduo, sed deperditur & restauratur materia pertinens ad esse secundarium. 487

¶Ad euidentiam horum scito quòd id quod facit apparentiam harum euasionum, est, quia consideratur vis nutritiua nō absolute, sed in statu perfectus, in quo cœptum augmentum perficit, & restaurat, &c. vt in pueris apparet. Sed si absolute consideretur, videbimus rationes literæ efficaces. Absolute autem tunc optime innotescit ex opere, cum eius opus immediate post genitum indiuiduū contem

ARTICVLVS II.

a ¶*Vtrum semen sit de superfluo alimenti.*

584 2.dist.30. q.2.ar.2. Et 4. dist. 44.qō.1. ar.2.q.4. Et 3. cōtra gent. capi. 121. principio, & c.122. col.1.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd semen non sit de superfluo alimenti, sed de substantia generantis. Dicit enim Damascen. quòd generatio est opus naturæ ex substantia generantis producens quod generatur. Sed id quod generatur, generatur ex semine. Ergo semē est de substantia generātis.

¶Præterea, Secundum hoc filius assimilatur patri, quòd ab eo aliquid accipit. Sed si semen ex quo aliquid generatur, sit de superfluo alimenti, nihil acciperet aliquis ab auo & pręcedentibus in quibus hoc alimentum nullo modo fuit. Ergo non assimilaretur aliquis auo, & præcedentibus magis, quàm aliis hominibus.

¶Præterea, Alimentum hominis generantis quandoque est ex carnibus bouis, vel porci, & aliorum huiusmodi. Si igitur semen esset de superfluo alimenti, homo generatus ex semine, maiorem affinitatē haberet cum boue & porco, quàm cum patre & aliis consanguineis.

¶Præterea, Augus. dicit 10. super Gen. ad lit. quòd nos fuimus in Adam non solum secundum seminalem rationem, sed etiam secundum corpulentam substantiam. Hoc autem non esset si semen esset ex superfluo alimenti. Ergo semen non est ex superfluo alimenti.

¶SED CONTRA est, quòd Philosophus probat multipliciter in lib. de generatione animalium, quòd semē est superfluum alimenti.

CONCLVSIO.

¶*Semen decisum à generante est de alimenti superfluo.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd ista quæstio aliqualiter dependet ex præmissis[e]. Si enim in natura humana est virtus ad communicandum suam formam materiæ alienæ, non solum in alio, sed etiam in ipso, manifestum est quòd alimentum quod est in principio dissimile, in fine fit simile per formam communicatam. Est autem naturalis ordo, vt aliquid gradatim de potentia reducatur in actum. Et ideo in his, quæ generantur, inuenimus quòd primum vnumquodque est imperfectum, & postea perficitur. Manifestum est autem quòd commune se habet ad proprium & determinatum, vt imperfectum ad perfectum. Et ideo videmus quòd in generatione animalis prius generatur animal quàm homo vel equus. Sic igitur & ipsum alimentum primo quidem accipit quandam virtutem communem respectu omnium partium corporis, & in fine determinatur ad hanc partem, vel ad illam. Non autem est possibile quòd accipiatur pro semine id, quod iam conuersum est in substantiam membrorum per quandam resolutionem. Quia illud resolutum si non retineret naturam eius, à quo resoluitur, tunc iam esset recedens à natura generantis, quasi in via corruptionis existens, & sic non haberet virtutem conuertendi aliud in similem materiam. Si vero retineret naturam eius, à quo resoluitur, tunc esset contractum ad determinatam partem, & non haberet virtutem mouendi ad naturam totius, sed solum ad naturam partis. Nisi forte quis dicat, quòd esset resolutum ab omnibus partibus corporis, & q; retineat naturam omnium partium. Et sic semen esset quasi quoddam paruum animal in actu, & generatio animalis ex animali non esset nisi per diuisionem, sicut lutum generatur ex luto, & sicut accidit in animalibus, quæ decisa viuunt. Hoc autem est inconueniens. Relinquitur ergo quòd semen non sit decisum ab eo, quod erat actu totum, sed magis in potentia totum, habens virtutem ad productionem totius corporis deriuatam ab anima generātis, vt suprà dictum est. Hoc autem, quod est in potentia ad totum, est illud, quod generatur ex alimento antequam conuertatur in substantiam membrorum. Et ideo ex hoc semen accipitur. Et secundum hoc virtus nutritiua dicitur deseruire generatiuæ, quia id, quod est cōuersum per virtutem nutritiuam, accipitur à virtute generatiua, vt semen. Et huius signum ponit Philosophus, quòd animalia magni corporis, quæ indigent multo nutrimento, sunt pauci seminis secundum quantitatem sui corporis, & paucæ generationis. Et similiter homines pingues sunt pauci seminis propter eandem causam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd generatio est de substantia generantis in animalibus & plantis, inquantum semen habet virtutem ex forma generantis, & inquantum est in potentia ad substantiam ipsius.

contemplamur, cum enim prima vis animæ sit nutritiua, in tempore immediate post instans generationis opus eius oportet esse. Cum autem tres animæ vegetatiuæ virtutes, scilicet nutritiua, augmentatiua & generatiua, ita à natura sint ordinatæ, vt semper prior & habeat opus proprium prius, & præparetur illius superfluum ad opus posterioris, vt patet de generatiua, cui quod superest perfecto animali, institutum est semen (vt in artic. sequenti dicetur, & in quarto Meteororū dicitur, quòd cū potest aliquid generare, perfectum est) oportet q; superfluum nutritiuæ sit materia augmētatiui, ac per hoc nutritiuū vt sic pri⁹ respiciat ipsam cōsistentiam animalis, quā materiam augmenti. Vñ immediate post instans generatiōis, cum Sortes in illo primario esse, genitus alatur, & alimenti opus sit primo restaurare deperditū, deinde parare materiam augmentato, & tunc non possit aliud deperdi, nisi materia primaria, igitur vis nutritiua conuertit alimētum in veram primā substantiam nutriti, materia enim illa primaria cū sit mista ex cōtrariis, humido scilicet & calido, deperdibilis partialiter est calido cōsumēte humidū, & consequēter restaurabilis. Et ex hoc patet defectus omnium euasionū adductarū. Prima enim non euadit incōueniens, quia ex hypothesi aduersarij substantia primaria manet seorsum à secundaria, ac per hoc nutritiua generando substantiam secūdariā non generat in eodem indiuiduo, nisi per iuxta positionem, quo etiam modo ignis etiā nutrit & auget se ignendo iuxta posita ligna, & sic nihil excellentiæ adderetur animatis in nutritiua. Secunda quoque nō potest stare cum hypothesi aduersarij, qui ideo ponit illam primariā
580 materiā indeperdibilem, quia non potest vn-
583 quam alia materia vere informari ab eadem anima, ita q; in esse in illa cōsistat eius esse. Et cum non sit ex defectu materiæ, cum inueniatur materia alia in qua potuisset semen animā imprimere, ergo hoc est ex defectu virtutis nutritiuæ, cuius oppositum ratio probat. Tertia autem euasio iam patet, quòd nihil valet, quia ratio non supponit, sed probat materiam primariam esse perdibilem, partialiter saltem, quia nutrimentum absolute, cuius opus apparet in principio, est ad restaurationem deperditi, ergo eius quod erat de veritate naturæ.

¶Quo ad quartum ponitur conclusio responsiua quæsito simpliciter, & secundum alios, Alimentum vere conuertitur in veritatem humanæ naturæ, probatur. Vere accipit speciem carnis, & ossis, & cætera, ergo antecedens probatur ex secundo de anima, Nutrit inquantum est potentia caro, & cætera.

Annot. ¶In responsione ad tertium, aduerte primo, q; cum apud nostram viam, humidū radicale distinguatur à nutrimentali ex terminis (quia illud scilicet habet animā secundū perfectissimū modum habendi, & propterea alia dicitur in eo radicata, hoc vero habet animā vt imperfecte, quia vt in via ad perfectiorē modum habēdi) per humidū radicale intelligitur nō aliqua fixa pars materialis, sed totū illud materiæ, in quo anima secundū esse perfectū manet vt sic. Aduerte secundo, q; materia in qua anima habet esse perfectū, dupliciter potest deperdi. Vno modo per variationē partium, & sic continue deperditur & restauratur. Nec propterea dicitur humidū radicale deperdi. Alio modo in quantū perfecte participat animā, & hoc cōtingit dupliciter, vel secundū totū animal, vel secundū partem, & est sermo de partibus quæ perueniunt ad vltimū esse, quæ scilicet non sunt via ad alias, quales partes sunt membra, manus, pedes, caput. Et si materia illa sic perdatur, tunc vere perditur humidū radicale, & aut totū animal moritur, aut membrū illud, quia est irrestaurabile. Aduerte tertio, q; sanguis & cholera, &c. habent duas proportiones ad corpus animalis. Altera est partis integralis, imperfectæ tamen ad totū, altera est viæ ad terminū. Habēt enim dispositiones suas tales, & q; sunt capaces formæ totius, imperfecto tamen modo, & q; sunt vt materia transiens respectu partium perfectius participantiū naturā totius. Quemadmodū elemēta in mundo, & sunt per suas naturas imperfectas partes vniuersi imperfectæ, & sunt per easdē naturas materia mistorum. Et propterea in litera non dicitur, quòd sanguis non participat naturam speciei, sed quòd non perfecte participat. Et si hæc aduerteris, quæ ex secundo sententiarum di.30.q.2.& ex quarto, di.44.q.1.arti.2. sumpta sunt, solues ambiguitates insurgentes, Quomodo stat simul quòd sanguis sit humor nutrimētalis, & tamen sit de veritate naturæ. Et quomodo stat ipsum esse animatum anima intellectiua, secundum tamen vim vegetatiuam, & tamen non perfecte habere animam, quia datur latitudo, &c. & ea quæ hic dicuntur, erunt clara applicando.

a ¶*Super Quæstionis centesimædecimænonæ Articulum secundum.*

Annot. TItulus, Superfluū alimenti. Alimentū sumitur dupliciter. Vno modo vt iam cōuersum est in substantiam nutriti, & sic non est alimentum amplius, sed substātia aliti. Alio modo vt est in potentia proxima, vt cōuertatur in eam, & sic vere dicitur alimentum. Superfluum autem cum distinguatur cōtra necessarium, ex necessario innotescit. Necessarium autem in alimento secundū naturā dicitur quod opportunū est ad restaurationē deperditi, & augmentū in his quæ sunt in statu augmēti. Et sic superfluum in alimēto esse dicitur, nō superfluitas ex alimēto, vt fæces, &c. sed illud alimēti quod vere naturam alimēti habet, quia scilicet est in potentia proxima, vt nutriat seu cōuertatur in substantiam aliti, necessarium tamē non est ad restaurationē, nec ad augmētum, sic enim est excessus quantitatis alimenti, & ideo vocatur merito superfluū alimēti, id est pars alimenti nō necessaria ad alendum.

Commēt. ¶In corpore tria. Primo distinguitur duplex stat⁹ alimēti. Secundo refutat⁹ vnus eius status à semine. Tertio infertur alter respondendo quæsito.

¶Quo ad primū, distinctio est, Alimentum dupliciter. Vno modo vt est in communi potentia proxima ad omnia membra. Secundo, vt est determinatum ad membra ipsa. Probatur veritas distinctionis ex hypothesi præcedētis articuli, Anima est communicatiua sui in materia indiuiduo proprio, ergo alimentum in principio dissimile, in fine est simile, ergo in medio est in potentia proxima ad finem, scilicet formam determinatam membrorum, & cætera. Prima consequentia probatur, quia aliter non communicata esset forma. Secunda vero, quia naturæ ordo habet, vt gradatim procedatur de potentia ad actum, quod declaratur in his quæ generantur. Et sic habetur tota distinctio, ex prima enim consequentia habetur secundus status alimenti, ex secunda vero primus.

¶Quo ad secundum conclusio est. Semen nō resoluitur ex alimento determinato iam ad membra. Probatur, quia aut ex determinato ad aliquam partem, aut ad omnia membra. Non ad aliquam partem, quia aut retinendo naturam illius partis, aut recedendo ab illa. Non recedendo, quia non esset semen generatiuum alicuius similis illi parti. Probatur, quia esset in via corruptionis & non generationis respectu illius. Nec retinendo, quia sic non esset assimilatiuū materiæ, nisi ad partem. Probatur, quia limitatur ad illam. Nec ad omnia membra propter duo, tum quia semē esset paruū animal in actu, tum quia generatio nō esset nisi segregatio.

¶Quo ad tertiū conclusio responsiua quæsito est, Semen est superfluū alimentum. Probatur tripliciter. Primo à priori, Semen est alimentū vt est in potentia totum animal habens virtutē ab anima deriuatā, ergo est illud quod generatur ex alimēto antequā conuertatur in substantiā membrorū, ergo est superfluū alimenti. Antecedens probatur per locū à diuisione, & ideo in litera infertur, relinquitur ergo, &c. Oportet enim semē aut esse alimentū conuersum aut conuertendū proximo in mēbra, seu substantiā aliti, exclusa fictione primæ opinionis superius recitatæ, scd'a vero pars añcedētis patet ex añdictis cōsequētiæ vero sunt euidētes. Scdo pbat ex cōsonātia ad alia, q a s. sic optime saluat q; nutritiua deseruit gñatiuæ. Tertio ex signo ab Arist. qñ aīalia multo egētia nutrimēto, sunt parui seminis, &c.

¶Et sic finitur tam diuini operis præsumptuosa expositio. Exigebat enim alterū Thomā, qui quoniam nōn datus est adhuc, interim has meas imaginationes quicunque perceperit, rationes dictorum examinet & rationem, si recta est, sequatur, si autem, corrigat, & ex his vel excitatus proficiat. Ad laudē & gloriā omnipotētis Dei & beatissimæ virginis, ac diui Tho. Romæ, anno salutis, 1507. Die 2. Maij. In cōuētu sanctę Marię super Mineruā, anno ętatis meę.39. Benedict⁹ Deus Amē.

¶Ad secun

¶Ad ſecundum dicendum, quòd aſsimilatio generantis ad genitum non fit propter materiam, ſed propter formam agentis, quod generat ſibi ſimile. Vnde non oporet ad hoc quòd aliquis aſsimileturauo, quòd materia corporalis ſeminis fuerit in auo, ſed quòd ſit in ſemine aliqua virtus deriuata ab anima, aut mediante patre.

¶Et ſimiliter dicendum eſt ad tertium. Nam affinitas non attenditur ſecundum naturam, ſed magis ſecundum deriuationem formæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd verbum Auguſti. non eſt ſic intelligendum, quòd in Adam actu fuerit aut ſeminalis ratio huius hominis propinqua, aut corpulenta eius ſubſtantia. Sed vtrunque fuit in Adam ſecundum originem. Nam & materia corporalis quæ miniſtrata eſt à matre (quam vocat corpulentam ſubſtantiam) deriuatur originaliter ab Adam, & ſimiliter virtus actiua exiſtens in ſemine patris, quæ eſt huius hominis propinqua ratio ſeminalis. Sed Chriſtus dicitur fuiſſe in Adam ſecundum corpulentam ſubſtantiam, ſed non ſecundũ ſeminalẽ rationẽ, quia materia corporis eius quę miniſtrata eſt à matre virgine, deriuata eſt ab Adam, ſed virtus actiua non eſt deriuata ab Adam, quia corpus eius nõ eſt formatũ per virtutem virilis ſeminis. ſed operatione Spirituſſan. Talis enim partus decebat eum qui eſt ſuper omnia benedictus Deus in ſecula. Amen.

Primæ partis ſacræ theologiæ Sancti Thomæ Aquinatis, cum Thomæ de Vio Caietani Clariſsimis Commentariis Finis.

SANCTI THOMAE AQVINATIS DOCTORIS ANGELICI DE PRAESCIENTIA ET PRAEDESTINATIONE TRACTATVS.

PROLOGVS.

INSTANTISSIme rogaſtis me, chariſsime frater, vt vobis aliquem tractatum breuem facerem in ſtylo facili, de præſcientia & prædeſtinatione diuina, per quem poſſetis aliquibus quæſtionibus & obiectionibus, quæ de ipſis communiter fiunt ab hominibus, reſpõdere. Vnde veſtræ inſtãtiæ pro poſſe ſatisfacere cupiens, aggreſſus ſum facere. auxilio Dei præuio, quod rogaſtis.

¶Scire tamen debetis, quòd ab antiquis Philoſophis & etiam ab eccleſiæ doctoribus & magiſtris tam antiquis quàm modernis, hæc quæſtio fuit multipliciter & ſubtiliter ventilata. Quorum ego profundiſsimas & perplexas rationes euitans, leuiores aliquas & veſtrę capacitati accommodas præelegi, non tamen quæ penitus ſatisfacere poſsint in hac profundiſsima & inſolubili quæſtione. Nam ſecundum Apoſtolum ad Romanos vndecimo, incomprehenſibilia ſunt iudicia Dei, & inueſtigabiles viæ eius. quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? & cætera.

¶Sunt autem hæc quæ in hoc opuſculo perſtringuntur. ¶Primo, quid ſit præſcientia & prædeſtinatio Dei, & in quo à ſeinuicem differant. ¶Secundo. quid ſit reprobatio Dei, & quis prædeſtinationis & reprobationis effectus. ¶Tertio, vtrum præſcientia Dei ſit cauſa rerum præſcitarum. vel res cauſa præſcientiæ. ¶Quarto, vtrum præſcientia Dei neceſsitatem eueniendi, rebus imponat. ¶Quinto, vtrũ prædeſtinatio certitudinem habeat. ¶Sexto, vtrum prædeſtinatis neceſsitatem imponat. ¶Septimo, quare Deus fecit hominem, quem ſciebat eſſe damnandum.

CAP. I.

¶Quomodo iſta quatuor, ſcilicet ſcientia, præſcientia, prouidentia, & prædeſtinatio ſe habeant in Deo.

SCIENDVM eſt igitur, quòd iſta quatuor, videlicet ſcientia, præſcientia, prouidentia, & prædeſtinatio, diuerſimode, ſiue diuerſis reſpectibus de Deo dicuntur, & habent ſe per additionem vnius ad alterum.

¶Scientia enim ſiue ſapientia de omnibus eſt, ſcilicet de bonis & malis, de præteritis, præſentibus & futuris, & non tantum de temporalibus. ſed etiam de æternis. Non enim ita ſcit Deus iſta temporalia. vt ſeipſum neſciat, ſed ipſe ſolus ſeipſum perfecte nouit, cuius ſcientiæ comparatione omnis creaturæ ſcientia imperfecta eſt.

¶Præſcientia vero addit ſuper ſcientiam quandam præcognitionem: eſt enim de futuris tantum, ſed de omnibus, de bonis ſcilicet, & de malis.

¶Prouidentia vero includit in ſe præſcientiam, & addit ſupra ipſam quandam præparationem ſiue promotionem in finem vltimum. Eſt enim de rebus præcognitis faciendis ſiue gubernandis, vnde & prouidus dicitur, qui bene coniectat de conferentibus ad finem vltimum conſequendum, & de his quæ ipſum poſſunt impedire. Prouidentia ergo dicitur, quæ rebus præſcitis & ordinatis tribuit ea, quæ ordinem conſeruent, & propellit omnem inordinationem.

¶Prædeſtinatio autem in ſuo intellectu includit non ſolum præſcientiam, ſed etiam prouidentiam, & addit ſupra eam aliquid, ſcilicet quendam ſpecialem modum, tam ex parte prædeſtinatorum, quàm ex parte ipſius finis, quàm etiam ex parte prædeſtinantis. Cum enim prouidentia Dei ſit omnium rerum, & ſpeciali quodam modo rerum habentium voluntatem, prædeſtinatio includit in ſe prouidentiam ſecundum illum ſpecialem modum, quo eſt hominum & habentium voluntatem. Eſt enim prædeſtinatio de hominibus ſaluandis.

¶Item cum prouidentia reſpiciat ordinem vniuſcuiuſque boni ad quemlibet finem, prædeſtinatio eſt tantum reſpectu eorum quæ homo

homo ex naturalibus ſuis conſequi non poteſt, ſed ſunt eleuata ſuprà facultatem humanæ naturæ. Eſt enim reſpectu gloriæ, quæ eſt in perfecta Dei fruitione, & reſpectu gratiæ promouentis in ipſam gloriam. Vnde dicit Damaſ. quòd prædeſtinatio eſt eorum quæ non ſunt in nobis.

¶Item licet prouidentia ſit promotio vel directio alicuius in finem, prædeſtinatio tamen includit in ſe prouidentiam cum quadam ſpeciali acceptatione & electione voluntatis. Quamuis enim prædeſtinatio præſupponat actum cognitionis, nominat tamen actum voluntatis eligentis, ad ea quæ ſola gratuita voluntate conferuntur. Vnde dicitur Roma. octauo. Quos præſciuit, prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, & Ephe. primo, Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum ſecundum voluntatis ſuæ propoſitum, ſic igitur de eſſentia prædeſtinationis eſt præſcientia & voluntas aliquorum.

¶Ex prædictis itaque manifeſtum eſt quid ſit præſcientia & prædeſtinatio Dei, & in quo à ſeinuicem differant. Eſt enim præſcientia Dei, certiſsima præcognitio omnium futurorum, tam bonorum quàm malorum. Prædeſtinatio vero ſecundum Auguſti. in libro de Prædeſtinatione ſanctorum, eſt gratiæ præparatio, id eſt diuina electio, qua elegit eos quos voluit ante mundi conſtitutionem, vt ait Apoſtolus Ephe. primo, Vel ſecundum diffinitionem magiſtralem; prædeſtinatio eſt præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro. Vnde patet quòd prædeſtinatio ſine præſcientia eſſe non poteſt, ſed ſine prædeſtinatione præſcientia eſſe poteſt, prædeſtinatione quippe Deus ea præſciuit, quæ fuerat ipſe facturus, ſed præſciuit Deus etiam quæ non eſt ipſe facturus, id eſt omnia mala, prædeſtinauit enim eos, quos elegit, reliquos autem reprobauit, id eſt ad mortem æternam præſciuit*.

* *Aliàs, peruenturos præſciuit.*

CAP. II.

¶Quid ſit reprobatio, & quid prædeſtinationis ac reprobationis effectus.

SICVT AVTEM prædeſtinatio Dei proprie eſt præſcientia & præparatio beneficiorum Dei, ſcilicet gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, ita reprobatio Dei eſt præſcientia malitiæ in quibuſdam non finiendæ, & præparatio pœnæ non terminandæ, vt dicit Auguſtinus in libro de Bono perſeuerantiæ. Reprobatio enim Dei, qua ab æterno non eligendo, quoſdam reprobauit, ſecundum duo conſideratur, quorum alterum præſcit, & non præparat, ſcilicet iniquitatem ſiue malitiam, vnde Auguſtinus ad Proſperum & Hilarium, Hæc quidem regula inconcuſſe tenenda eſt, peccatores in peccato præſcitos eſſe, non præparatos, pœnam autem eſſe præparatam. Præparauit enim Deus malis (vt ait Fulgentius) ignem æternum, illis vtique, quos non præparauit ad facienda peccata*. Præparauit enim Deus quod diuina æquitas redderet, non quod humana iniquitas admitteret. Non enim ſicut præparauit ſanctos ad iuſtitiam proſequendam, ſic præparauit iniquos ad iniuſtitiam admittendam, quia prauitatis operator nunquam fuit.

* *Aliàs, illis itaq; quos iuſte præparauit ad luenda ſupplicia, nec tũ præparauit ad facienda peccata.*

¶Prædeſtinatio quantum eſt de ſe, non tantum importat ſcientiam, ſed etiam voluntatem & potentiam. Sed quoniam cauſalitas gratiæ & gloriæ attribuitur proprie voluntati vt efficienti, ſcientiæ autem vt dirigenti, potentiæ vero vt exequenti, ideo etſi prædeſtinatio importat illa tria, tamen principalius eſt in genere voluntatis, & ideo ab Auguſti. diffinitur prædeſtinatio per illa tria. Primo per id quod reſpicit potentiam, in libro de Fide ad Petrum, Prædeſtinatio eſt gratuitæ donationis præparatio. Secundo per id quod reſpicit ſcientiam, in libro de Bono perſeuerantiæ, Prædeſtinatio eſt præſcientia beneficiorum Dei. Tertio per id quod reſpicit voluntatem, & propriiſsime in libro de Prædeſtinatione ſanctorum, Prædeſtinatio eſt propoſitum miſerendi. Prædeſtinationis autem effectus eſt appoſitio illius gratiæ, qua in præſenti iuſtificamur, atque ad recte viuendum & in bono perſeuerandum adiuuamur, & qua in futuro beatificamur. Quem quidem effectum notificat Apoſtolus Roma. tertio, Vt iuſtificati gratia, ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ. Et ſicut prædeſtinationis effectus eſt gratiæ appoſitio, ita reprobationis effectus eſt quodammodo priuatio ſiue ſubtractio gratiæ. Quæ interdum in Scriptura obduratio & excæcatio dicitur. Vnde Apoſtolus ait Roma. nono, Cuius vult miſeretur, & quem vult indurat, miſericordiam appellans prædeſtinationem (vt ait Auguſti. ad Sixtum) & præcipue prædeſtinationis effectum, id eſt gratiæ appoſitionem, obdurationem vero gratiæ priuationem. Hic etiam de excæcatione dicitur ſecundæ Corin. quarto, quòd Deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, quod vna gloſa de Deo vero exponit.

¶Sciendum tamen eſt, quòd quia bonum ſubiacet prouidentiæ Dei vt cauſatum & ordinatum, ideo prædeſtinatio eſt idem quod cauſa gratiæ, & gloriæ ad quam gratia ordinatur. Sed quia malum non ſubiacet prouidentiæ, vt intentum vel cauſatum (cum omnis defectus accidat præter intentionem) ſed ſolum ſubiacet ei vt præſcitum & ordinatum, ſicut dictum eſt, ideo reprobatio eſt tantum præſcientia culpæ & non cauſa, ſed pœnæ per quam culpa ordinatur, eſt præſcientia & cauſa. Vnde Auguſti. dicit ad Sixtum, Non obdurat Deus immittendo malitiam, ſed non impertiendo gratiam, ſicut nec digni ſunt. Quibus enim non impertitur, nec digni ſunt, nec merentur. Idem ad Simplicianum dicit, Non eſt intelligendum, quòd Deus ita induret, quaſi quenquàm peccare cogat, ſed tantum quibuſdam peccatoribus miſericordiam iuſtificationis ſuæ non largitur. Et ob hoc eos indurare dicitur, quia non eorum miſeretur, non quia impellit vt peccent. Eorum autem non miſeretur, quibus gratiam non eſſe præbendam æquitate occultiſima & ab humanis ſenſibus remotiſsima iudicat, quam non aperit, ſed admiratur Apoſtolus, dicens, ô altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, & cætera, Roman, vndecimo.

CAP. III.

¶Vtrum ſcientia vel præſcientia Dei ſit cauſa rerum præſcitarum.

CONSEQVENTER conſiderandum eſt, vtrum ſcientia vel præſcientia Dei ſit cauſa rerum præſcitarum, vel res futuræ ſint cauſa præſcientiæ Dei. Et vt melius veritas appareat, producantur in medium aliqua argumẽta.

¶Circa primam partem ſic proceditur. Videtur quòd præſcientia Dei ſit cauſa rerum præſcitarum. Nam omne id quod antecedit aliud, & ipſo poſito, ponitur ipſum, eſt cauſa illius, vt patet per diffinitionem cauſæ, Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud. Sed diuina præſcientia precedit omne futurum, & ea poſita, ponuntur futura reſpectu * quorum eſt, & ea remota remouentur futura quia nec futura fuiſſent niſi ea Deus præſciuiſſet, alias ignorantia poneretur in Deo, quod eſt abſurdum. Ergo præſcientia videtur eſſe cauſa præſcitarũ rerũ.

* *Aliàs, ratio.*

¶Adhuc, Sicut voluntas Dei eſt ipſe Deus, ita & ſcientia eius. Sed voluntas Dei abſolute eſt cauſa omnium volitorum, vnde dicit Pſal. Omnia quæcunque voluit Dominus fecit. Ergo ſcientia eius debet dici cauſa omnium ſcitorum.

¶Huic etiam ſententiæ Auguſti. atteſtari videtur in decimoquinto, libro de Trinit. ſic dicens, Vniuerſas creaturas & ſpirituales & corporales, non quia ſunt, nouit eas Deus, ſed ideo ſunt, quia nouit. Non enim neſciuit quæ fuerat creaturus, quia ergo ſciuit creauit, non quia creauit ſciuit.

¶IN CONTRARIVM eſt, quia ſi præſcientia eſſet cauſa præſciti, cum Deus præſciat omnia mala, eſſet cauſa omnium malorum, & per conſequens eſſet actor omnium malorum, quod falſum eſt.

¶SCIENDVM eſt ergo circa iſtam materiam, quòd ſcientia ſiue præſcientia Dei poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum propriam rationem. Et ſic cum præſcientia nihil aliud dicat niſi præcognitionem, non importat aliquam cauſalitatem, aliàs omnis ſcientia vel præſcientia cauſa eſſet rerum præſcitarum, quod falſum eſt. Videmus enim quòd præſcientia medici quando certitudinaliter nouit infirmum breui moriturum, non eſt cauſa mortis infirmi, præſcientia etiam ſpeculatoris, qua videt hominem euntem per viam. in qua paratus eſt leo ad deuorandum, non eſt cauſa perditionis illius, & huiuſmodi. Alio modo poteſt conſiderari inquantum eſt ſcientia artificis operantis res præſcitas. Et ſic habet rationem cauſæ reſpectu rei operatæ per artem, vnde ſecundum modum quo ſcientia artificis operantis per artem ſuam eſt cauſa artificiati conſideranda eſt cauſalitas ſcientiæ diuinæ. Eſt ergo iſte progreſſus in productione artificiati. Primo ſcientia artificis oſtendit finem. Secundo voluntas eius intendit finem illum oſtenſum. Tertio voluntas imperat actum, per quem educatur opus. Quarto ſcientia dirigit illum actum. Quinto circa opus quod per actum educitur, ſcientia artificis ponit formam conceptam.

¶Sic igitur ſcientia artificis ſe habet vt oſtendens finem, vt dirigens actum, & vt informans opus operatum. Et ideo conſtat quòd quicquid defectus vel deuiationis à forma artis vel à fine accidit in effectu, non reducitur in ſcientiam artificis ſicut in cauſam, etiam ſi defectus ille fuerit præſcitus ab eo. Patet etiam quòd principalitas cauſalitatis conſiſtit penes voluntatem, quæ imperat actum. Vnde manifeſtum eſt, quòd ſcientia vel præſcientia Dei cauſalitatem non habet reſpectu mali, quod eſt deuiatio à forma & à fine, ſed tantum reſpectu bonorum, ſecundum quod conſequuntur formam diuinæ artis & finem. Non tamen ita quòd reſpectu eorum dicat perfectam rationem cauſalitatis. niſi ſecundum quod adiungitur voluntati. Et ideo dicit magiſter ſententiarum, quòd ſcientia beneplaciti eſt cauſa rerum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum eſt, quòd aliquid poteſt aliud ſequi dupliciter. Vno modo per modum productionis, ſecundum quod vnum producitur ab alio. Et ſic id ad cuius eſſe ſequitur aliud, eſt vere cauſa eius in eſſendo. Alio modo per modum conſecutionis. Et ſic id ad cuius eſſe ſequitur aliud, non eſt cauſa in eſſendo, ſed ſolum in conſequendo. Et omne tale dicitur eſſe cauſa ſine qua non. Et talis cauſa dicitur eſſe ſcientia vel præſcientia diuina, ſi tamen ſcientiam ad ſimplicem notitiam referamus. Si vero ſcientiæ ſit adiuncta voluntas (quæ dicitur ſcientia beneplaciti) tunc eſt cauſa omnium quæ fecit Deus.

¶Ad ſecun

¶Ad secundum dicendum, quòd voluntas habet completam rationem causæ, inquantum obiectum eius est finis secundum rationem boni, qui scilicet finis est causa causarum. Vnde & voluntas imperium habet super alias vires animæ. Et ideo voluntas Dei absolute dicitur causa rerum, sed de scientia non est ita, sicut patet per prædicta. Licet enim in Deo sit vna res, tamen aliquid attribuitur vni quod non attribuitur alteri, & ideo ratio non procedit.

¶Ad tertium dicendum, quòd Augusti. loquitur de scientia beneplaciti, sicut patet. Agit enim de bonis tantùm, scilicet de creaturis, quas Deus facit. Quas quidem nouit non solùm scientia simplicis notitiæ, sed etiam scientia beneplaciti.

¶LICET autem scientia vel præscientia Dei aliquo modo sit causa rerum scitarum (vt dictum est) nullo tamen modo res possunt esse causa scientiæ vel præscientiæ Dei. Non enim Deus accipit cognitionem à rebus, sicut nos accipimus, sed seipsum intelligit & cognoscit. Quamuis igitur res non præscirentur nisi essent futuræ, non tamen ideo præsciuntur, quia futuræ. Si enim hoc esset, tunc temporale esset causa æterni, & creatum causa creati, & ex creaturis penderet scientia Creatoris. Et ideo dicit Augustin. in 15. lib. de Trini. Vniuersas autem creaturas & spirituales & corporales, non quia sunt, ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit.

1. sent. dis. 38. arti. 5. ¶Cum ergo dicitur, Res non præscirentur nisi essent futuræ, non notatur ibi causa, nisi forte sine qua non, sed importatur solùm consequentia vnius ad alterum.

CAP. IIII.

¶Vtrum præscientia Dei necessitatem eueniendi rebus imponat.

IN PRAEDICTIS colligi potest, quòd præscientia Dei necessitatem eueniendi rebus non imponit. Si enim præscientia Dei accipiatur pro simplici notitia futurorum, certum est quòd ipsa non est causa rerum præscitarum, vt ex iam dictis apparet, & ideo licet præsciat res futuras, non tamen eis necessitatem imponit. Vnde Augusti. super Ioan. Deus (inquit) futurorum præscius, per Prophetam prædixit infidelitatem Iudæorum, sed non fecit. Non enim ideo quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata prænouit, illorum enim præsciuit peccata, non sua. Si autem scientia Dei accipiatur pro notitia beneplaciti, similiter necessitatem rebus contingentibus non imponit. Omnia enim sic cognoscit esse futura, sicut ventura sunt, & cuncta quæ contingenter eueniunt (vt illa quæ sunt à libe. arbi. & à casu, & à fortuna) sic præscit esse futura contingenter, sicut etiam præscit modum contingentiæ, secundum quem sunt. Vnde sicut erroneum est dicere, quòd humani actus & euentus præscientiæ & ordinationi diuinæ non subsint, ita erroneum est dicere, quòd ex præscientia vel ordinatione diuina humanis actibus necessitas ingeratur. Tolleretur enim libertas arbitrij, legum vtilitas, consiliandi opportunitas, solicitudo bene viuendi, & pœnarum præmiorúmque iustitia.

¶SED CONTRA hoc obiicitur. Dictum est suprà quòd præscientia beneplaciti est causa rerum. Sed omnis causa necessaria inducit necessario effectum, posita enim causa necessario ponitur effectus, nisi sit deficiens in minori parte, sicut est causa naturalis. Cum ergo præscientia Dei non sit deficiens, videtur quòd id quod præscitum est à Deo, sit necessarium.

¶Ampliùs. Omne quod Deus præscit, est verum, quia scientiæ Dei falsum subesse non potest. Sed (vt dicit Philosophus in primo Periher.) omne quod est quando est, necesse est esse. Ergo si præscitum est modo verum, necesse est nunc esse verum. Sed futurum est præscitum. Ergo necessarium est futurum esse. Ergo de necessitate eueniet.

¶Præterea, Ponatur quòd Deus præscit aliquid in partem affirmatiuam, vt Socratem currere. Tunc sic, Aut est possibile Socratem non currere, aut non est possibile. Si non est possibile ipsum non currere, ergo ab æquipollenti necesse est ipsum currere, & sic habetur propositum. Si autem possibile est ipsum non currere, ponatur ergo (possibile enim est secundum Philosophum, quo posito non sequitur inconueniens) sed positum erat, quòd Deus præsciret Socratem currere, ergo præscit esse futurum quod non est futurum, omnis autem talis scientia falsa est, ergo scientia vel præscientia Dei falsa erit, quod est impossibile. Relinquitur ergo quòd Socratem non currere, non sit possibile, sed necessarium.

¶Item, Si Deus præscit Socratem currere, aut est possibile aliter euenire, aut non est possibile. Si non est possibile aliter euenire, ergo necessarium est sic euenire sicut præscitum est, & sic habetur propositum. Si autem possibile est aliter euenire quàm Deus præscit, ergo diuina præscientia est fallibilis & incerta, quod est falsum.

¶Adhuc secundum Philosophum in lib. Priorum, ex maiori de necessario, & minori de inesse, sequitur conclusio de necessario. Inde sic, Omne præscitum à Deo necesse est esse verum. Sed Socratem currere est præscitum à Deo, ergo necesse est esse verum. Et sic idem quod prius.

¶Item, In omni vera conditionali si antecedens est necessarium absolute, & consequens est necessarium absolute, quia ad antecedens semper sequitur consequens, & ad necessarium nunquam sequitur nisi necessarium, sicut ad verum nunquam sequitur falsum, quamuis ad falsum aliquando sequatur verum, vt probatur in primo Priorum. Sed in hac conditionali, Necesse est Socratem currere si est præscitum à Deo, antecedens est necessarium absolute, tum quia omne præscitum est necessarium, tum quia omne æternum est necessarium. Ergo Socratem currere est necessarium absolute.

¶IN CONTRARIVM est autoritas Augustini sumpta à simili in libro de Libero arbi. dicentis, Sicut tu memoria tua non cogis esse facta quæ præterierunt, sic præscientia non cogit fieri, quæ futura sunt.

¶Item potest ostendi per rationes ducentes ad impossibile. Si enim præscientia Dei necessitatem rebus imponeret (sicut dictum est) tolleretur libertas arbitrij, periret consiliandi opportunitas, frustrà bonis præmia, & malis supplicia ponerentur, iniustè boni præmiarentur, & mali punirentur, laus & vituperium deperiret (quia vt dicit Hieron. nemo peccat in eo quod vitare non potest) peccata nostra ad autorem bonorum omnium referrentur, nec speculandi aliquid vel deprecandi ratio vlla esset.

¶RESPONDEO dicendum, quòd propter huiusmodi difficultates duplex fuit error circa istam materiam. Quidam enim propter ordinem causæ ad causatum, dixerunt quòd cum præscientia Dei sit causa rerum, & sit immutabilis, rebus necessitatem imponit, & ideo abstulerunt liberum arbitrium & peccatum. Et hæc positio fuit hæretica & iniqua, quia destruit bonos mores. Alij vero propter ordinem scientiæ ad scitum, dixerunt quòd cum scientia sit certa cognitio ex ipsa ratione certitudinis, requirit determinationem in re scita. Sed in futuris contingentibus non est alterum determinate verum, & ideo de eis certa cognitio esse non potest, nisi quando sunt. Cum autem Dei cognitio sit certissima & infallibilis, negauerunt Deum de futuris contingentibus præscientiam habere, cogitantes intellectum diuinum ad modum intellectus nostri cognitionem accipere. Et hæc similiter positio hæretica fuit & impia, quia derogat nobilitati diuinæ. Et ideo positio vera & catholica est (quæ Deum honorat & bonos mores conseruat) quòd in Deo est certissima præscientia futurorum omnium, nec tamen rebus contingentibus necessitatem imponit. Quomodo autem hoc esse valeat, sic percipi potest. Manifestum est, quòd quando sunt multæ causæ ordinatæ, effectus vltimus non sequitur causam primam in necessitate vel contingentia, sed causam proximam, quia virtus causæ primæ recipitur in causa secunda secundum modum causæ secundæ, nam omne quod recipitur in aliquo, est in eo secundum modum recipientis, & non secundum modum recepti. Effectus enim ille non procedit à causa prima, nisi secundum quod virtus causæ primæ recipitur in causa secunda, vt patet in fructificatione arboris, cuius causa remota siue prima est motus solis, proxima vero est virtus generatiua plantæ. Fructificatio autem impediri potest per impedimentum virtutis generatiuæ, quamuis motus solis inuariabilis sit. Similiter etiam scientia Dei licet sit inuariabilis causa omnium, effectus tamen producuntur ab ipsa per operationes causarum secundarum. Et ideo mediantibus causis secundis necessariis producit effectus necessarios, & mediantibus causis secundis contingentibus, producit effectus contingentes.

¶Sed adhuc manet dubitatio maior de infallibilitate diuinæ præscientiæ, quia licet prima causa possit stabilis esse cum defectu causæ secundæ (sicut motus cæli cum sterilitate arboris) scientia tamen Dei non potest stare cum defectu causæ secundæ, non enim potest esse, quòd Deus sciat simul hunc hominem currere, & ipse deficiat à cursu. Et hoc est propter certitudinem scientiæ ipsius. Ad hoc ergo quòd sit certa scientia, oportet inuenire aliquam certitudinem in re scita.

¶Sciendum est igitur, quòd antequam res sit, non habet esse nisi in causis suis, sed causæ quædam sunt ex quibus necessario sequitur effectus, quæ impediri non possunt. Et in istis causis habet effectus esse certum & determinatum, adeo quòd potest ibi fieri demonstratio, sicut est ortus Solis, & eclipsis Solis & Lunæ, & huiusmodi. Quædam autem sunt, ex quibus sequuntur effectus in maiori parte, sed tamen deficiunt in minori. Vnde in istis causis effectus futuri non habent certitudinem absolutam, sed quandam inquantum sunt magis determinatæ causæ ad vnum, quàm ad aliud. Et ideo per istas causas potest accipi scientia conjecturalis de futuris. Quæ tanto magis est certa, quanto sunt causæ magis determinatæ ad vnum, sicut est cognitio medici de sanitate infirmi ac morte futura, & iudicium astrologi de ventis & pluuiis futuris. Quædam vero causæ sunt, quæ se habent ad vtrumlibet. Et in istis causis effectus futuri nullam habent certitudinem vel determinationem. Et ideo contingentia ad vtrumlibet, in causis suis nullo modo cognosci possunt, sed quando iam efficiuntur in rerum

in rerum natura, tunc habent in seipsis esse determinatum. Et ideo quando sunt in actu, certitudinaliter cognoscuntur, vt patet de eo qui videt Socratem currere, quia tunc certam cognitionem habet de cursu ipsius, nam Soeratem currere dum currit, necessarium est. Intellectus autem diuinus ab æterno intuetur vnumquodque contingentium, non solùm prout est in causis suis, sed prout est in esse suo determinato, nisi enim hoc esset, aliter cognosceret rem postquam est, quàm antequam fieret, & sic ex euentibus rerum aliquid accresceret cognitioni eius. At vero cognitio Dei non causatur à rebus sicut nostra, sed potius ipsa est causa rerum cognitarum.

¶Scientia ergo Dei cum sit vera & perfecta, eo modo quo res futuræ sunt, eas euenire cognoscit. Et ideo ab æterno vno intuitu vidit singula tempora, & cunctos hominum actus, & rem talem esse in hoc tempore, & in hoc deficere. Patet igitur quòd præscientia Dei perfecte & inuariabiliter cognoscit res futuras prout eueniunt, nec tamen rebus contingentibus necessitatem imponit.

Ibi suprà ad primũ. ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus non trahit necessitatem à causa prima, sed solùm à causa proxima, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd dictum Philosophi intelligitur de eo quòd aliquid in actu ponit circa subiectum, quod postquam positum est, impossibile est non esse positum. Sed verum de futuro nihil ponit circa subiectum, quia non est verum pro præsenti, sed solùm pro futuro, & ideo nullam habet necessitatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd duplex est necessitas, scilicet absoluta & conditionata siue respectiua. Necessitas absoluta, quæ opponitur contingentiæ dicitur necessitas consequentis, quæ est ex causis necessariis. Necessitas autem conditionata est ex suppositione siue conditione, & dicitur necessitas consequentiæ. Et hæc non opponitur contingentiæ, quia non est ex causis necessariis absolute. Nam aliquod contingens necessario sequitur facta suppositione, vt si ponatur quòd Sortes currit, necessario sequitur quòd moueatur.

¶Dicendum est ergo, quòd actus diuinæ cognitionis transit super contingens (etiam si futurum sit nobis) quia ei semper est præsens, sicut transit visus noster super ipsum cum est præsens. Et quia omne quod est, dum est, necesse est esse, quod tamen absolute non est necessarium, ideo in se consideratum est contingens, sed relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsum refertur secundum quod est in esse actuali, cum æternitati omnia sint præsentia. Non enim Deus videt tantum hanc rem respectu præcedentis temporis esse futuram, & respectu futuri esse præteritam, sed videt id tempus, in quo est præsens, & rem esse præsentem in hoc tempore. Vnde omnino simile est, si ego videam præsentialiter Socratem currere, quod quidem in se contingens est, sed relatum ad visum meum, est necessarium. Vnde secundum distinctionem positam dicendum est, quòd præscitum est necessarium necessitate consequentiæ siue conditionata, & non necessitate consequentis siue absoluta.

¶Ad quartum dicendum, quòd infallibilitas & certitudo præscientiæ Dei, prouenit ex hoc quòd rem videt semper vt præsentem, sicut dictum est. Non tamen ex hoc quòd res præscita necessitatem absolutam acquirit, sed conditionatam solùm, vt iam patuit.

¶Ad quintum dicendum, quòd ista propositio, Omne scitum à Deo necesse est esse, est duplex. Potest enim esse de dicto, & sic est composita, & est vera, quia hoc dictum est necessarium, scilicet scitum à Deo est verum. Vel potest esse de re, & sic est diuisa & falsa, hanc enim rem quæ ponitur scita à Deo, non est necesse fieri, quia contingenter fit. Et similiter conclusio duplex est. *Ibi suprà ad quintum.* Huius autem distinctionis ratio est, quia potest istud sumi secundum conditionem quæ subiacet diuinæ scientiæ, & hoc est secundum quod habet esse determinatum in actu, & sic necessitatem habet. Vel potest ista res sumi sine vlla conditione, & sic non est necessarium, quia potest considerari prout est in causis suis antequam sit in actu, & ibi non habet necessitatem, nec ibi tantum est scita à Deo futura esse, non enim scit Deus effectum contingentem esse determinatum in sua causa, quia esset falsa scientia, cum in causa sua non sit determinatus.

¶Ad sextum dicendum, quòd ad hoc argumentum quidam sic respondent, & dicunt quòd hoc antecedens, scilicet esse præscitum à Deo, est necessarium, nec tamen consequens est necessarium, quia illa regula intelligitur tantum in illis conditionalibus in quibus antecedens est causa consequentis. *Ibi suprà ad sextũ circa finẽ.* Sed quia regula illa non probatur à Philosopho ex ratione causalitatis, sed ex ratione consequentiæ (secundum quam ex necessario sequitur necessarium, siue sit causa, siue effectus) ideo aliter potest dici, quòd antecedens est necessarium, absolute tamen ista res non ponitur subiacere diuinæ scientiæ, nisi dum est in actu secundum quod determinationem & certitudinem habet, ipsam enim necesse est esse dum est. Et ideo similis necessitas inferenda est in consequente, vt scilicet accipiatur ipsum quod est Socratem currere secundum quod est in actu, & sic determinationem & necessitatem habet. Vnde patet quòd si sumatur Sortem currere secundùm hoc quod ex antecedente sequitur, necessitatem habet, non enim sequitur ex antecedente, nisi secundum quod subsistat diuinæ scientiæ, cui subiicitur prout consideratur præsentialiter in suo esse actuali, vnde sic etiam sumendum est consequens. Et hoc modo patet, quòd consequens necessarium est, necesse est enim Socratem currere dum currit.

CAP. V.

¶Vtrum prædestinatio habeat certitudinem.

POST HAEC etiam de prædestinatione restat inuestigare.

¶De qua hic ad præsens, præter ea quæ dicta sunt, duplex consideratio erit. ¶Prima quidem, vtrum prædestinatio certitudinem habeat.

¶Secunda, vtrum necessitatem imponat.

¶AD PRIMVM ergo sic proceditur. Videtur quòd prædestinatio certitudinem non habeat. Dicitur enim Apocali. tertio. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Aut hoc intelligitur de corona præsentis iustitiæ, aut de corona gloriæ. Sed non de corona præsentis iustitiæ, quia gratia quam quis habet, eo peccante destruitur, nec de subiecto in subiectum mutatur. Ergo intelligitur de corona gloriæ. Sed gloria non est alicuius in statu vitæ, nisi secundum quod est ei prædestinata. Ergo videtur quòd vnus posit accipere quod alij prædestinatum est, & sic prædestinatio certa non erit. *1. dist. 40. qõ. 3. arti. vnico.*

¶Præterea, Grego. in Mora. dicit, quòd aliis cadentibus, in eorum locum alij succedunt. Sed locus gloriæ non potest dici eorum, nisi quia est ei prædestinatus, ergo idem quod prius.

¶Item in Psalm. dicitur, Deleantur de libro vitæ, & cum iustis non scribantur. Sed non potest deleri de libro nisi quod ibi scriptum est. Cum ergo prædestinatio sit liber vitæ, videtur quòd aliquis à prædestinatione posit deficere, & ita certitudinem non habebit.

¶Amplius, Eorum quæ non sunt determinata, nec in se nec in causis suis non potest esse certitudo. Sed motus liberi arbi. (quod est causa ad vtrumlibet) non sunt determinati nec in se nec in causis suis antequam sint. Cum igitur effectus prædestinationis expleatur motibus liberi arbi. qui sunt opera meritoria, sequitur quòd prædestinatio nullam certitudinem habeat.

¶IN CONTRARIVM est autoritas Augu. in libro de Correptione & gratia, dicentis, Certus est numerus electorum, qui non potest minui nec augeri. *Cap. 13.*

¶Præterea, Secundo Timo. 2. dicitur, Nouit Deus qui sunt eius. Cum ergo diuina cognitio sit certa & infallibilis (vt suprà dictum est) & prædestinatio in sui ratione præscientiam includat, prædestinatio certa erit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum diuina cognitio perfecta sit, certa est & infallibilis. Et ideo non solùm numerus prædestinatorum Deo certissimus est (licet incertus sit nobis) sed etiam numerus reproborum. Sciendum tamen est, quòd secundum statum præsentis iustitiæ, quidam habentes gratiam, perdunt eam, dum in peccatà labuntur, & eis cadentibus, in eorum locum alij admittuntur, dum opera ipsorum in charitate facta, quæ sibi & aliis proderant (secundum quod charitas omnia merita sanctorum communia facit) ipsis peccantibus, eis prodesse desinunt ad æternæ vitæ meritum, eorum autem fructus in illis manet, qui in gratia perseuerant. Non tamen ita quòd eadem gratia numero quæ in vno erat, ipso peccante, in alium transmutetur. Vnde secundum statum præsentis iustitiæ, nunquam ecclesia destituitur existentibus in gratia, quia quibusdam peccantibus in gratiam alij à Domino aduocantur. Et totum est certissimum apud Deum, vnde Apocali. tertio, super illo verbo, Tene quod habes, & cætera, dicit glos. cum sit Deo certus numerus suorum, si quis labatur, alius misericordia in locum eius subinducitur, sicut per superbiam Iudæorum gentilitas subintrauit. *Ibi suprà ad primũ, & secundũ.*

¶Et per hoc patet responsio ad primum & secundum argumentum.

¶Ad tertium dicendum, quòd prædestinatio dicitur liber vitæ secundum quod in eo dicitur aliquid scribi, non solùm quantum ad præsentem iustitiam, sed etiam quantum ad futuram gloriam, & sic nullo modo potest dici aliquis deleri de libro Vitæ. Sed illud quod est ibi scriptum quantum ad præsentem iustitiam tantum, dicitur deleri, non mutatione facta ex parte libri vt in eo aliquid fuerit quod postmodum non sit, sed ex parte illius qui in eo scriptus erat, inquantum scilicet ipse mutatur à statu præseptis iustitiæ. *Vbi suprà ad tertiũ.*

¶Ad quartum dicendum, quòd contingens futurum (vt motus liberi arbi.) quamuis non sit determinatum in causa sua, est tamen determinatum in esse suo secundum quod est in actu. Et sic subiacet certitudini præscientiæ, sicut suprà dictum est de futuris contingentibus in præcedenti capite, *Vbi suprà ad quartũ.*

CAP.

CAP. VI.

¶*Vtrum prædestinatio necessitatem imponat.*

DEINDE inuestigandum est, vtrum prædestinatio necessitatem imponat. Et videtur quòd sic, quandocunque enim aliqua causa est tantæ virtutis ad producendum effectum, quòd impediri non potest, necessitatem & coactionem inducit. Sed prædestinatio (quæ est causa salutis hominum) voluntatem Dei nominat, quæ impediri non potest. Vnde dicitur Hester decimotertio. Non est qui tuæ possit resistere voluntati. Ergo prædestinatio necessitatem imponit. Cui rei videtur attestari Apostolus Roma. nono, dicens, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Et Psalm. Omnia quæcunque voluit Dominus, fecit.

¶Præterea, Nulla voluntas ligata vel impedita ad eliciendum proprium actum, est libera sed coacta. Sed voluntas humana per prædestinationem ligatur & impeditur ad eliciendum actum proprium quod est velle, vt videtur dicere Apostolus ad Romanos 9. dum dicit, Non est volentis nec currentis, sed miserentis Dei. Interli. non est volentis, scilicet velle, & currentis, scilicet currere, id est operari. Ergo voluntas humana per prædestinationem cogitur. Et sic idem quod prius. Hoc idem confirmatur per id quod dicitur Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate, scilicet sua, vt dicit Interli. Ergo talis erit vnusquisque qualem vult Deus, cum nihil possit nisi quod Deus vult. Ad idem ostendendum valet id quod dicitur Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum.

[1. dist. 40. q. 4. ar. 2.] ¶Vlterius videtur quòd Deus sit causa reprobationis & excæcationis, sicut est causa prædestinationis, & eodem modo reprobatis necessitatem imponat.

¶Primo per id quod dicit Apostolus 2. Corin. 4. Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, & vna glo. exponit hoc de Deo vero. Ergo ipse est causa excæcationis.

¶Ad idem est quod dicitur Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

¶Amplius, Secundum Philosophum in posterioribus, si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negationis. Sed velle diuinum est causa quòd iste habeat gratiam, quia scilicet ipse Deus vult. Ergo videtur quòd non velle Dei, sit causa quare iste gratiam non habeat. Sed hoc est obduratio. Ergo ex parte Dei accipienda est causa obdurationis.

¶Præterea, Sicut dicit Philosophus in secundo physico. id quod per sui præsentiam est causa salutis nauis, scilicet gubernator, per sui absentiam est causa periculi. Sed Deus per sui præsentiam in anima est causa gratiæ. Ergo per sui absentiam est causa obdurationis.

¶SED CONTRA, Nullus iuste culpatur vel laudatur, punitur vel remuneratur de eo quod ipsi necessitatem & coactionem ingerit, & cuius causa in ipso non est. Sed homo iuste laudatur vel culpatur, punitur vel remuneratur de his quæ ab eius voluntate procedunt. Ergo prædestinatio voluntati hominis necessitatem non ingerit, & obdurationis causa non existit.

[1. dist. 40. q. 3. art. 1. cor. post me.] ¶RESPONDEO dicendum ad primam quæstionem, quòd licet prædestinatio certitudinem habeat, non tamen illa certitudo necessitatem saluandis imponit, sicut enim suprà dictum est in primo cap. Prædestinatio in suo intellectu includit præscientiam, voluntatem, & prouidentiam. Prouidentia autem quamuis sit omnium (vt dictum est) non tamen omnia necessario eueniunt, sed secundum conditionem proximarum causarum, quarum naturas & ordinem prouidentia non destruit, sed conseruat. [1. q. 19. arti. 7. ad 2. Et 1. cō. c. 86. ratione 1. Et lib. 3. 2. 7. ad m.] Præscientia etiam non imponit necessitatem rebus, nec inquantum est causa, cum sit causa prima cuius conditionem effectus non sequuntur, sed causæ proximæ. Nec inquantum certitudinem & determinationem habet, quia illa certitudo diuinæ præscientiæ attenditur non secundum quod res est in suis causis (in quibus est vt possibile futurum tantum) sed secundum quod habet esse determinatum in actu, prout est præsens, & non futura, vt suprà expositum est cap. quarto. Voluntas etiam cum sit causa vniuersalis & prima omnium rerum, non excludit omnes proximas causas rerum. Nec hoc est ex insufficientia voluntatis, sed ex ordine sapientiæ ipsius, quæ effectus mediantibus aliis causis prouenire disposuit, vt sic etiam causandi dignitas creaturæ communicaretur. Vnde diuinæ voluntatis efficacia exigit, vt non solum sit quod Deus vult, sed etiam vt hoc modo sit sicut Deus vult illud esse. Et ita patet quòd certitudo prædestinationis nullam necessitatem saluandis imponit.

[1. dist. 47. q. 1. ar. 2. ad 2.] ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis Dei voluntas sit immutabilis & inuincibilis, non tamen sequitur quòd omnis effectus eius sit necessarius necessitate absoluta (quam habet res à causa sua proxima) sed solum necessitate conditionata, sicut etiam de præscientia dictum est.

¶Ad autoritatem autem Apostoli qui dicit, Cuius vult miseretur, & cætera dicendum est, quòd Apostolus intendit quòd Deus non prædestinat aliquem vel infundit ei gratiam coactus, quasi ex necessitate naturæ vel iustitiæ vel ex meritis præcedentibus alicuius, sed ex mera liberalitate voluntatis suæ. Et quòd ita debeat intelligi, patet per literam præcedentem de Iacob & Esau, de quibus ibi dicitur, Cum enim nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex vocatione dictum est ei, quia maior seruiet minori.

¶Autoritas etiam Psalmistæ non cogit dicere quòd voluntas Dei necessitatem imponat, sed quòd semper infallibiliter impleatur. Sciendum tamen est, quòd Deus dicitur velle aliquid dupliciter. Vno modo proprie, & sic dicitur velle aliquid cuius voluntas vere in eo est, & quòd sibi complacet. Et hic dicitur voluntas beneplaciti, quæ semper in omnibus infallibiliter adimpletur. Et de hac loquitur Psalm. & Isa. 46. Omnis voluntas mea fiet. Alio modo dicitur velle aliquid metaphorice, id est, per similitudinem, eo quòd ad modum volentis se habet inquantum præcipit vel consulit, prohibet vel permittit aliquid. Et hæc dicitur voluntas signi, quæ non semper impletur. De qua dicit Apostolus 1. ad Timo. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Cum tamen omnes salui non fiant, sed multi damnentur. De hac etiam dicitur Matth. 23. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti?

[1. di. 8. ε vltim. post principium] ¶Ad aliud dicendum, quòd voluntas humana per prædestinationem non ligatur, nec impeditur ad eliciendum proprium actum, sed iuuatur. Ideo autem dicit Apostolus, quòd non est volentis velle, nec currentis currere, sed miserentis Dei, quia nemo potest per conatum propriæ voluntatis consequi gratiam, vel per naturalia propria opus gratuitum elicere sine diuino auxilio. Vnde ipse Christus dicit Ioannis tertio. Sine me nihil potestis facere. Cuius ratio est, quia licet voluntas hominis libera sit, tamen hanc libertatem non habet nisi à Deo, qui est causa efficiens huiusmodi libertatis. Et sicut dicitur in libro de Causis, Omnis causa primaria plus est influens super suum causatum, quàm causa secunda, quia virtus & esse causæ secundæ totum est à causa prima, & sic actus & operatio causæ secundæ reducitur in causam primam, cuius virtute operatur. Et per hunc modum dicit Apostolus, quòd Deus operatur in nobis velle & perficere.

¶Ad id vero quod dicitur, Nemo potest venire ad me nisi Pater meus traxerit eum, dicendum quòd homo trahitur tripliciter, aliquando enim trahitur violentia, sicut Susanna trahebatur ad mortem, vt dicitur Danie. 13. & Eleazarus trahebatur ad supplicium, vt dicitur 2. Machab. 6. Et de hac tractione dicitur Prouer. 24. Qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Aliquando vero trahitur homo amore vel delectationibus allectus, vel beneficiis prouocatus, sicut trahitur puer ouo vel pomo sibi ostenso, vnde dicitur, – Trahit sua quenque voluptas. De hac tractione dicitur Oseæ 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Et Canti. 1. Trahe me, & cætera. & Ioannis decimosecundo, Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Aliquando autem trahitur timore supplicij territus, sicut trahuntur qui timent supplicia. De hac tractione dicitur Iacobi 2. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia. Tractio ergo ista, de qua loquitur Christus (vt ostendit glos.) non est violentiæ, nec necessitatis, nec inuiti, sed voluntatis & desiderij.

¶AD SECVNDAM quæstionem dicendum, quòd reprobatio in suo intellectu tria includit, scilicet æternam præscientiam meritorum, temporalem obdurationem siue excæcationem, & finalem damnationem. Primum, scilicet præscientia meritorum causam non habet, cum enim Deus non accipiat cognitionem à rebus, sicut nos accipimus, sed ex seipso res intelligat & cognoscat, nullo modo res futuræ possunt dici causa præscientiæ Dei, sicut suprà in fine tertij capituli dictum est.

¶Item cum præscientia secundum propriam rationem non aliud dicat nisi simplicem notitiam futurorum, non importat aliquam causam; & ideo futurorum & præcipue malorum causa esse non potest, sicut suprà tertio capi. dictum est. Et secundum hoc reprobatio est tantum præscientia culpæ, sed non causa.

¶Secundum autem & tertium, scilicet temporalis obduratio & finalis damnatio, duplicem causam habent, vnam ex parte hominis per modum meriti, aliam ex parte Dei per modum iustitiæ, culpæ merito pœnam adhibentis. Obduratio enim quandoque dicitur actus voluntatis obstinatæ in malo, cui pertinaciter adhæret. Et sic constat quòd obdurationis causa non est Deus, sed homo, sicut nec alterius actus peccati inquantum deformis est. Aliquando autem obduratio dicitur ipsa priuatio gratiæ, quæ etiam excæcatio dicitur: quia gratia est quoddam lumen animæ: & perfectio quædam habilitans ipsam ad bonum. Aliquem autem carere gratia, ex duobus contingit, tum quia ipse non vult recipere, tum quia Deus non ei infundit, vel non vult infundere. Horum autem duorum talis est ordo, vt secun

vt secūdū nō sit nisi ex suppositiōe primi. Cū enim Deus nihil velit nisi bonū, non vult aliquē gratia priuare, nisi scd'm quod bonū est, sed ꝙ aliqs careat gratia, nō est bonū simpliciter. Vnde hoc absolutè cōsideratū, nō est volitū à Deo. Est tamē bonū vt careat gratia, si eā habere nō vult, vel si negligēter ad eā habēdā se præparat: quia iustū est, & hoc modo est volitū à Deo. Patet ergo ꝙ huiusmodi defectus absolutè cā prima est ex parte hominis qui gratia caret: sed ex parte Dei non est cā huius defectus: nisi ex suppositiōe illius, ꝙ est cā ex parte hominis. Et per hūc modū quādoq; iuenit De⁹ dici cā excęcatiōis vel obduratiōis, nō quidē imittendo malitiā, sed nō imptiēdo gratiā: sicut nec digni sunt: vt dicit Aug. Si enim nō necessario impertitur, in ipso est impertiri & nō impertiri, vnde eius qđ est nō impertiri, aliquo modo cā est. Obduratio igitur ex parte hoīs habet ratiōnē culpæ: sed ex parte Dei habet ratiōnē iustitiæ. Similiter finalis dānatio habet duplicē causam, scilicet ex parte hominis, cōmissionē culpæ, & ex parte Dei, illationē pœnæ.

¶Et per hoc patet respōsio ad primas duas auctoritates, ꝙ De⁹ excęcat mētes infideliū, nō impertiēdo malitiā, sed iustē subtrahēdo gratiā. Similiter, Obdurat quem vult: quia nō cogitur cuiquā indigno cōferre gratiā. Nec est cōtra volūtatē Dei: sed scd'm volūtatē ipsius, ꝙ aliquis pro merito malitię suę obduretur: inquantùm obduratio dicit pœnam iusto iudicio culpæ obstinationis illatam.

¶Ad tertium dicēdū, ꝙ effectus nō sequitur nisi cōcurrētibus omnib⁹ causis: sed ex defectu vnius causę tātū cōsequitur negatio effectus. Dico igitur ꝙ cā gratiæ sicut agēs, est ipse Deus, & sicut recipiēs, ipsa aīa per modum subiecti & materiæ. Et ideò quia formæ inductæ nō est cā materia neq; subiectū, nisi sit tale subiectū ex cuius principijs fluit accidens (quale accidēs nō est gratia) ideò nō dicitur simpliciter anima cā gratiæ, sed recipiēs tantū Deus aūt est cā, dicitur tamē aīa causa malitiæ. Nec oportet ꝙ oīs defectus incidat ex parte agētis, sed pōt incidere ex parte recipiētis. Et ita est in ꝓposito: ipsa enim anima est causa obdurationis, inquantùm obduratio culpam dicit.

¶Ad quartū dicēdū, ꝙ De⁹ quātū est in se, nulli est absens: sed homo à Deo præsente se absentat, sicut se absentat à præsenti lumine qui claudit oculos. Et ideò non est simile quod pro simili ponitur.

CAPVT VII.

¶*Quare Deus creet hominem, quem præscit esse damnandum.*

VLTIMO cōsiderādū est, quare Deus facit hominē quē præscit esse dānandū. Sunt enim quidā vesani, qui Deo in hoc iniquitatis maculā īponere nō verētur, dicētes eū iniquū & impiū, q opus suū facit ad intolerabiles & interminabiles cruciatus.

¶Ratiōes igitur adducendæ sunt ad tantā vesaniā refrenādā, & Dei iustitiā demōstrandam. Et primo ostendendū est, ꝙ voluntas Dei facientis hominem quem præscit esse damnādum, nō est iniqua. Deinde ponēdæ sunt rōnes ꝓbabiles, quare deus facit hominē quē præscit esse damnādū. Sciendū est itaq; ꝙ ratio quare deus hoc facit, est sua volūtas: quæ causa est omniū quæ ab eo fiunt: vnde dicit Aug. in 3. lib. de tri. Nō nisi dei volūtas causa prima est sanitatis ægritudinis, præmiorū atq; pœnarum, gratiarū & retributionū. Hæc igitur sola est vnde ortū est quicquid est. Volūtas aūt eius iniusta vel iniqua esse nō potest. Ex duobus enim cōtingit voluntatē alicuius a rectitudine deuiare: videlicet aut ex ignorātia, aut ex affectione ꝑuersa. Quę quidē duo in deo in esse nō possunt. Cū enim sit summæ sapiēs ignorātia in eū non cadit: vnde dicitur Iob. 12. Apud eū est sapiētia & fortitudo: & ipse habet cōsilium & intelligentiā. Et ideò clamat Apostol. Rom. 11. O altitudo diuitiarū sapiētiæ & sciētiæ Dei, &c. Hic etiā Iob. 9. dicitur. Sapiēs corde & fortis robore. Itē cū oīs artifex naturaliter diligat opus suū, impossibile est opificē omnium odire aliquā creaturā: & ideò affectio inordinata in eo esse nō pot. Vnde dicitur Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorū quæ fecisti, nec etiā odiēs aliquid cōstituisti aut fecisti. Ex his ergo apparet Dei volūtatem creatricē oīū iustissimā fore, nec maculā aliquā iniquitatis habere. Et hoc est quod dicitur Deut. 32. Deus fidelis, & absq; vlla iniquitate iustus & rectus. Itē Abacac. 1. Mūdi sunt oculi tui, ne videas malū, & respicere ad iniquitatē non poteris. Et ideò dicit Psal. Iust⁹ dominus, & iustitias dilexit, quātū ad ornatissimā affectionē æquitatē vidit vultus eius, quātū ad perfectissimā cognitionē. Licet aūt Deus sit rectissimus, & nihil odiat eorū quæ fecit: dicitur tamē odire aliqua metaphorice, nō inquātū ab ipso procedūt, sed inquātū egrediūtur à regula rectitudinis suæ. Illud enim qđ nō esse volumus, odire dicimur: vnde cū mala fiāt cōtra regulā rectitudinis eius (quia sunt priuatio modi, speciei & ordinis, vt dicit Aug.) ea vult nō esse: & ideò malos odio habere dicitur. Vnde Sap. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius. Dicitur etiā odire illos quorū punitionē vult. Sic enim ad modum odiētis se habet. Et ideò dicit Psal. Odisti oēs qui operātur iniquitatē: perdes oēs qui loquūtur mēdaciū. Quia vero diuina volūtas est causa rerū omniū, ipsa causam habere nō potest. Volūtati enim causa volēdi est, finis aūt diuinæ volūtatis est sua bonitas, ipsa enim bonitas deo est causa volēdi. Et ideo dicit Aug. in lib. 83. quęstionū, ꝙ volūtatis eius causa quærēda nō est: nā vt idē dicit in lib. cōtra Manichęos. Qui dicit, quare deus voluit facere cœlum & terrā, maius aliquid quærit quā sit voluntas dei: nihil autem maius inueniri potest. Quāuis autem diuina volūtas causam nō habeat aliquid creatum: nihilominus tamē potest ei aliqua volendi ratio assignari, vel bonitas ipsius, vel aliquid quod ad bonitatis, vel sapiētiæ ipsius pulchritudinem ordinetur. Si enim nulla posset diuinæ bonitatis ratio assignari, cogeremur in quorūdā errorē declinare dicētiū omnia ꝓcedere à deo scd'm simplicē volūtatem: vt de nullo oporteat reddere rationē, quare * deus vult. [*Alias nisi quia.] Quod diuinæ scripturę manifestè cōtrariatur: quæ deū perhibet secundum suæ sapiētiæ omnia fecisse: secūdum illud Psal. Omnia in sapiētia fecisti, &c. Et Eccle. 1. dicitur ꝙ deus effudit sapiētiā suā super oīa opera sua. Aug. etiā in lib. 11. super Gen. ad lit. dicit. Mouētur quidā dicētes, cur creauit deus quos futuros malos præsciebat? Et respōdēs dicit, quia præuidit quid boni de malis eorū esset facturus: si enim eos fecit vt in eis relinqueret vnde & ipsi aliquid facerent, quo quicquid etiā culpabiliter eligerent, illum de se laudabiliter operātem inuenirēt.

¶COMPESCAMVS igitur humanā temeritatē quæ Deo iniquitatis maculā imponere nō veretur, & apꝓbātes diuinam iustitiā, assignemus aliquas rationes, quare Deus creat hominē quē præscit esse dānādū. Sit igitur prima ratio talis ex parte diuinę liberalitatis, Melius est esse aliquid cū aliquo defectu, quā nō esse simpliciter. Cū autē in peccatore dānando duo sint: videlicet natura quæ bona est, & culpa quę mala est: non debuit Deus propter culpā subtrahere naturā, aliās liberalitatē suam subtrahere videretur. Sicut videmus, ꝙ bonus artifex arcā facit, quā etiā præscit aliquā maculā cōtracturā. Et hæc ratio pōt colligi ex illo verbo Apoc. Timo. 2. Si nō credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum nō pōt. Si autē objiciatur, ꝙ artifex si sciret archā in breui cōburēdā, eā nō faceret, respōdēdum est ꝙ si artifex sciret etiā in ipsa cōbustiōe suā sapientiā relucere & archā in igne nō deficere, non propter hoc se subtraheret à factiōe ipsius. Vnde cū Deus sciat etiā in dānatis suā iustitiā & suā sapiētiā relucere (dum culpam per supplicium punit) conueniens est, vt propter hoc non se subtrahat.

¶Secunda ratio sumitur ex parte diuinæ prouidentiæ. Bonum enim totius est melius quàm bonum particulare. Nam bonum particulare ordinatur ad bonum vniuersale, sicut imperfectum ad perfectū. Ad ordinatam ergo prouidētiam pertinet potius promouere & cōseruare bonū vniuersale, quā bonū particulare, & aliquādo propter bonū vniuersale, particulare negligere: imo aliquādo cōtra particulare propter vniuersale facere. Sicut ad cōseruationē reip. pricipes & rectores suspēdunt latrones & īterficiūt homicidas. Cū igitur natura humana per generationē propagetur & cōseruetur: si Deus hominē damnandum propagari vel nasci nō sineret, vel animā nō infunderet, ordinē generatiōis humanæ destrueret. Et sic bono vniuersali particulare præponeret, & rectitudo suæ prouidentiæ cassaretur: quod penitus est absurdum. Cōgruum est igitur, vt propter generalius bonum fiat homo etiam damnandus, Deo aliquid melius prouidente: vt dicit Apostolus ad Hebr. 11.

¶Tertia ratio sumitur ex parte diuinæ prouidētiæ & reuerentiæ simul. Nā quāto magis rector auget rēpub. & ipsos reip. cōseruatores gloriosius promouet, & potioribus donis remunerat etiā cū supplicijs aliquorū, deprimēdo, scilicet & cruciādo eorū aduersarios & reip. destructores: tāto laudabilior redditur. Cū igitur gloriā beatorū augeat, cōsideratio tormētorum hostiū suorū, quæ ipsi Dei beneficio euaserūt, cōgruum fuit vt De⁹ etiā hoīes cōsideret quos sciebat esse dānādos. Beatis enim accrescit gloria de perditiōe malorū: tū quia gaudēt de vindicta eorū: iuxta illud Psal. Lętabitur iustus cū viderit vindictā. Tū quia ipsi eorū supplicia euaserūt: & propter hoc in gratiarū actiōes & laudē & reuerētiā exuberāt. Creatoris. 2. Mach. 1. De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipsi. vnde dicitur Psal. Lætetur mōs Siō, & exultēt filiæ iudæ, propter iudicia tua Domine. Et ideò dicit Aug. super Gene. Frustra dicitur, Nō debet Deus creare quos præsciebat malos futuros: sciebat enim eos bonis profuturos, & iustè pro mala volūtate puniēdos. Hāc ratiōnē innuit Apostolus Rom. 9. dicens volens Deus ostendere irā & notam facere potentiā suā, sustinuit in multa patiētia vasa irę, apta in interitū: vt ostēderet diui

tias gloriæ suæ in vasa misericordiæ,quę præparauit in gloriā.
¶Si aūt obijciatur,ꝙ nullus debet ꝓcurare propriā reuerētiā, & aliorū vtilitatē cū dispēdio aliorum respondendum est, ꝙ hoc verum esset,si fraudulentia,vel aliqua iniustitia cōmitteretur,sed qn̄ iustitia nō deseritur,sed seruatur(vt in proposito fit:sicut ostēsum est suprà)semꝑ debet bonorū vtilitas ꝓcurari.
¶Quarta rō sumitur ex parte diuinæ potētiæ&sapiētiæ simul. Nullus em̄ Rex præpotēs & veritatē diligens,debet occultare potētiā suā,& impotētiā simulare:ne infirmus & impotēs reputetur.Itē nullus bonus artifex debet occultare sapiētiā suā, & ignorātiā simulare,ne insciuş videatur.Vnde dicitur Eccle.20. Melior est qui celat insipiētiā suā:q̄ homo qui abscōdit sapiētiā suā.Si ergo Deus nō fecisset quē sciebat esse dānādū,potuisset insciuş & impotēs reputari:& ꝙ plus posset malitia, q̄ diuina potētia vel sapiētia.Cuius cōtrariū scriptū est.Sapiē.8. Sapientia vincit malitiam:attingit enim à fine vsq; ad finem fortiter, &disponit omnia suauiter.
¶Hanc rationem tangit Apostolus Rom.9.cum dicit, An non habet potestatem figulus luti:ex eadē massa facere aliud quidem vas in honorem,aliud verò in contumeliam?
¶Si aūt obijciatur,ꝙ nullus debet ostēdere potētiā suā in alicuius iniuriā:respōdēdū est, ꝙ Deus ex hoc nulli facit iniuriā: vel iniustitiā,nec hō de Deo iustè cōqueri pōt.nā q̄cquid boni habet,à Deo habet.s.esse suū.Malitiā autē habet à seipso:vt suprà ostēsum est.Vn̄ dicit Aug.super Gen̄.loquēs de futuris dānādis,A se habēt volūtatē malā, à Deo naturā bonā & iustam pœnā.Quòd autē homo de bono cōqueratur,iniustum est, & ideò dicit Apostol.Ro.9.Nūquid iniquitas est apud eū:absit,& subditur.Nūquid dicit figmentū ei qui se finxit.Quid me fecisti sic?Et Isa.45.Vę qui cōtradicit factori suo testa de samijs terrę,nunquid dicit lutum figulo suo,quid facis?
¶Si aūt obijciatur,ꝙ dānat⁹ vel poti⁹ nō esse q̄ sic esse,iuxta illud Mat.26.Bonū erat illi si nat⁹ nō fuisset hō ille,ergo iniustitia fit illi rn̄pōdēdū est,ꝙ licet dānati vellēt poti⁹ nō esse q̄ sic esse,nō tamē absolutè vellēt nō esse.Null⁹ em̄ pōt simpliciter appetere destructionē sui esse,ꝓpter naturalē appetitū cuiuslibet rei ad esse.Cū aūt esse absolutū sit meli⁹ q̄ cōditionatū, nō debuitDe⁹ ꝓpter appetitū cōditionum,absolutū Esse cassare.
¶Quinta rō sumitur ex parte humanæ arrogantiæ.Si em̄ Deus nō fecisset aliquē hominē dānādū,humana præsumptio salutē suā ꝓprijs meritis,& nō Dei gratiæ ascripsisset:dū credidisset per virtutē ꝓpriā,& suis naturalib⁹,vel ex suis operib⁹ se posse saluari.Hæc rō tāgitur Ro.9.cū dicitur,vt scd̄m electionem ꝓpositū Dei maneret:nō ex opib⁹,sed ex vocāte dictū est,&c. Vnde Tit.3.dicitur,Nū ex operib⁹ iustitiæ,quæ facim⁹ nos,sed secundū misericordiā suam saluos nos fecit.Et ideò ad humiliandam humanam superbiam loquitur Iob. 40. dicens, Nunquid irritum facies iudicium meum,& condemnabis me,vt tu iustificeris?Et si habes brachium sicut Deus,& si voce simili tonas,circunda tibi decorem & in sublimi erigere, & esto gloriosus,& ego confitebor,quòd saluare te posśit dextera tua.
¶SVNT etiam nonnulli, qui secundum suam dementiā, diuinam prouidentiam reprehendunt,dicentes,quòd Deus talē hominem facere debuit,ꝙ omnino peccare non posset,sequētes potius suam fatuam conceptionem,quā diuinæ prouidētię rectissimam rationem.Si enim Deus creasset hominem talem quòd peccare non posset,plura inconuenientia sequerentur.
¶Primū incōueniēs est,ꝙ libertas arbitrij tolleretur, & per cōsequēs natura & nobilitas hominis cassaretur. Nobilitas enim hominis in hoc cōsistit,ꝙ liberā habet electionē,dū ad vtrūlibet flecti pōt. Quod quidē animalia bruta quæ carēt ratiōe,nō habēt,licet sensum & sensualitatis habeāt appetitū.Vnde dicere,ꝙ Deus facere debuisset hominē qui peccare nō posset:simile est ac si diceretur,ꝙ debuisset eū facere animal brutum, vel aliquid aliud minus nobile.Talib⁹ cōtingit sicut dicit Psal.Homo cū in honore esset,nō cognouit seipsum, cōparatus est iumētis insipientibus,& similis factus est illis.Hominis ergo nobilitas,quā contulit ei Deus,est ꝙ habet arbitrij libertatē, per quā potest ad vtrūlibet flecti,habens discretionem boni & mali.Vnde dicitur Eccle.15.Deus ab initio constituit hominem,& reliquit illum in manu consilij sui.Et subditur,Ante hominem vita & mors,bonum & malum:quod placuerit ei, dabitur illi, Et ideò dicit Psalm.Minuisti eum paulò minus ab angelis. &c.
¶Aliud inconueniens est,ꝙ meritorum & premiorum ratio& iustitia deperiret.Nullus enim meretur de eo cuius causa & libertas in ipso non est.Vnde dicit Poeta. Quid meruere boues, animal sine fraude dolóue?Vnde ratio merēdi ex parte nostra est in libertate arbitrij.Et cū omne præmium causetur ex merito,cui respondet:si meritum non esset sublata libertate arbitrij,præmium non daretur:secundū illud Apostoli 2.Timo. 2.

Non coronabitur,nisi qui legitimè certauerit.Ad hoc ergo vt cœleste præmiū daretur homini,oportuit vt meritum præcederet causatum ex conatu arbitrij, cui tale præmium datur:sicut dicit Apostolus 2.Tim.4.Bonū certamen certaui, cursum consummaui,fidem seruaui:in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iustus iudex, &c.
¶Tertiū inconueniēs est,ꝙ bonitati & perfectioni vniuersi detraheretur.Nā perfectio vniuersi consistit in hoc,ꝙ omnes gradus bonitatis creaturæ communicabiles continet.Si autē natura humana à suo gradu translata,in altiorem perDei prouidētiā mutaretur,quāuis aliquod bonū humanę naturæ accresceret:tamen bonitati vniuersi aliquid detraheretur,dū non omnes gradus bonitatis impleti essent:illo gradu ex quo natura humana translata esset:vacuo remanente.Cū autē bonum vniuersi excedat bonū particulare cuiuscūq; naturæ creatæ(sicut etiā bonū gentis excedit bonū singularis hominis,vt in primo Ethi.Dicitur)debuitDeus humana naturā facere qualem fecit: scilicet quæ peccare posset:vt omnes gradus bonitatis impleret.Vnde dicitur Deute.32.Dei perfecta sunt opera.
¶Quartū inconueniens est,quia impediretur illud ex quo apparet Deus laudabilis.Nā in peccatis apparet etiamDeus multum laudabilis,dum per misericordiam parcit,& per iustitiam punit.Cū ergo id ex quo apparet Deus laudabilis,non debeat impediri,non debuit Deus omnino impedire peccatum,faciēdo hominem qui peccare non posset,vt perpetuò dici posset illud.Psal.Magnus dominus & laudabilis nimis,&c.
¶Quintum inconueniēs est,quia si homini daretur ꝙ peccare non posset secundum conditionem suæ naturę,arbitrij libertate seruata.quædam contradictionis implicatio sequeretur. Arbitrium enim ideò dicitur liberum, quia ad vtrumlibet flecti potest:potest enim aliquid facere & non facere,& potest facere bonum & malum.Si ergo haberet liberū arbitrium ad peccādum,& peccare non posset per naturam, duo contradictoria essent simul,quod est impossibile.
¶Si autem obijciatur de arbitrio diuino vel angelico,ꝙ cū sit liberum,peccare non potest:dicendum est,ꝙ cū Deus non habeat esse causatum,vel depēdens ab aliquo, secundum conditionem suæ naturæ,deficere nunquam potest,nec quantum ad esse,nec quantum ad rectitudinem bonitatis: & ideò peccare non potest.Sed quælibet creatura habet esse dependens & causatum ab alio,scilicet à Deo, & ideò secundum conditionem suæ naturæ quælibet creatura deficere potest,& quantū ad esse & quātū ad rectitudinē voluntatis.Vnde dicit Greg. ꝙ omnia tēderent in nihilum,nisi manu Conditoris tenerentur. Et ideò quibuscūq; confertur,vt in bono sic confirmentur, vt peccare non posśint:hoc non habent per naturam,sed perDei gratiam: per quā filij Dei efficiuntur,& quodāmodo diuinæ naturæ,cōsortes:secūdū illud Psal.Ego dixi,dij estis,&filij excelsi omnes.
¶Patet igitur ex præmissis,ꝙ omnia quæ à Deo fiunt, & bona & ordinata sunt.Et ideò dicitur Gene.primo,VidītDeus cūcta quæ fecerat:& ęrant valdè bona. Apostolus etiam dicit Rom. 13.Quæ à Deo sunt,ordinata sunt.

PRAEDICTORVM EPILOGVS.

¶*Non posse naturaliter ab homine sciri,quare Deus in particulari hunc prædestinet,& hunc vel illum reprobet.*

QVAMVIS aūt superius inductæ sint ratiōes ad ostendendū ꝙ nulla iniustitia apud Deū est, ex eo ꝙ facit hominē quē præscit esse dānandum, vnusquisq; tamē caueat diligenter,ne nimis incautus præsumat asśignare causam in speciali, quare hunc vel hos determinatè Deus eligat,& illum vel illos non eligat.Hoc enim nullus mortalium scire potest.nisi fortèDeus vellet hoc alicui specialiter reuelare.Vnde dicit Aug.Cur potius hunc vel illum Deus liberet vel non liberet,scrutetur qui potest,tam magnum profundum iudiciorum Dei, veruntamen caueat præcipitium. Item quare hunc trahat & illum non trahat,noli diiudicare,si non vis errare. Et Rom.12.Non plus sapere,quàm oportet sapere,sed sapere ad sobrietatem. Qui enim hoc præsumeret perscrutari,Deo non præstaret obsequium,sed sibijpsi iudicium generaret:iuxta illud Prouerb.25.Sicut qui mel multum comedit,nō est bonum: sic qui perscrutator est maiestatis,opprimetur à gloria:illo scilicet disponēte à cuius narratione cunctæ linguę deficiūt.Qui & ipse consummatio sermonum existens,est Rex regum & dominus dominantium,cuius potestas non auferetur,& regnum non corrumpetur in sæcula sæculorum. Amen.
¶Insignis angelici doct.diuiTho.Aquin.de diuina pręscientia & prædestinatiōe tractatus,per Io.Daniel. sacræ paginæ bacchalariū Louaniēn. studiosissimè reuisus & correct⁹ explicit.

¶Laus vni & trino.

THOMAE

THOMAE DE VIO CAIETANI S. Romanæ Ecclesiæ Cardinal.ordinis prædicatorum,de infinitate Dei absolutissima Quæstio.

¶*Vtrum Deus gloriosus sit infinitæ virtutis.*

QVAERITVR vtrumDeus gloriosus sit infinitę virtutis.Et arguitur quòd non.Primò.Quia aut Deus mouet cœlū effectiuè & immediatè:aut non effectiuè, sed vt finis tantùm, vel effectiue & mediatè.
¶Si primo modo,& est infinitę virtutis: ergo motus cœli esset in non tempore, quod est contra sensum. Consequentia patet ex 8.Phy.tex.79. & primo cœli,tex.52. & secundo cœli. comment.58.& alibi,&c.
¶Si secundo modo aut tertio:& est infinitæ virtutis:ergo habetur in rerum natura vna virtus:quæ si moueret effectiuè& immediatè:motus fieret in non tempore.Tunc vltra,Sed posśibile est virtutem illam infinitam mouere effectiuè& immediatè: ergo posśibile est ex ea sequi motum in non tempore:quod est impossibile simpliciter.Prima cōsequētia ex antedictis est euidens.Affirmatio verò vltimi antecedentis patet ex eo ꝙ virtus infinita nec est alligata causalitati finali motus, nec mediatè causalitati effectiuę eiusdē:quin posśibile sit ipsam ab his absolui,alioquin infinita virtus non esset.
¶Si dicatur ꝙ hæc ratio supponit Deū agere naturaliter(id est non quantū vult,sed quantū potest)& ꝙ hoc non est necessariū:quia Deus est natura intellectualis,cuius propriū est agere: secūdum intellectus sui diffinitionem,vt artifices facere videmus,& consequenter Deus tanta velocitate mouet, non quin plus posśit,sed quia sic explicandæ suæ arti expedire videt.
¶Contra hoc primo. Quia saltē habetur intētū secundū Arist. & Auer.cæterosq; philosophos tenētes Deū licet intellectualē:naturali tamen necesśitate agere.Demonstratio siquidē posita in primo cœli:tex.90.ad ostēdendā vnitatē mundi manifestè supponit hoc,vt patet ex dubio ibidē moto ab Alexand.& Auer.& S.Tho.& cæteris.Venatio etiā numeri intelligentiarū iuxta numerū motuū cœlestiū,in 12.Meta.tex.42.hoc idem ponit.Numerus enim motorum non adæquatorū non potest ex motuum numero efficaciter concludi,cum posset facilè quispiam dicere,plures motus ab eodem excedente motore fieri. Inconueniēs quoq; reputatur ab Arist 8.Physi.tex.79.ꝙ virtus finita & infinita posśint æquali tempore mouere,quod tamen ex hac respōsiōe sequeretur.Auer,quoq;.8.Phy.cō.5.& primo cœli.cō.21.& Auic.6.Meta.hoc idē sentire videntur.Secundò. Quia vt dicitur primo priorum, & primo cœli.tex. 119. id ad quod sequitur falsum imposśibile,est simpliciter imposśibile. Sed ad virtutē infinitā positā in rerū natura,licet agentē liberè,sequitur falsum imposśibile,scilicet posse fieri ab ea motū in non tēpore:ergo ipsam esse in rerū natura est simpliciter imposśibile.Probatur minor. Tū quia non est imposśibile Deum velle vti tota virtute sua,vt inductiuè patet in omnibus agentibus.Etvt dicitur in primo cœli.tex.102,ab vniuersali manifestata per inductionē in omnibus sensibilibus, non est resilēdū. Tū quia considerata tantū virtute diuina infinita,& non considerato modo agēdi(qui est posterior,scilicet agere per libertatē)sequitur motū fieri in nō tēpore:quāuis nō de facto,tamē quantū est ex ratione potentiæ motiuæ.Constat autem nō solū esse imposśibile illud ad quod sequitur de facto poni aliquod imposśibile in rerū natura:sed etiā illud,ad quod sequitur aliquod imposśibile simpliciter.Vnde hoc posset exēplificari sic. Quēadmodū positio tua duo dicit,scilicet ꝙ est virtus infinita & ꝙ agit liberè:sic consequenter ego deduco duo . Ex primo quidē ꝙ fieret motus in nō tēpore,ex secundo autē ꝙ de facto hoc falsum est.Ex quibus simul infertur ꝙ ad infinitā virtutē, licet agentem liberè:sequitur aliquod falsum imposśibile , & consequenter ipsam inueniri est imposśibile.
¶Secūdò arguitur sic,Omnipotētiæ actiuæ in natura respōdet aliquod posśibile ex potētia passiua,& ecōuersò(vt dicitur in primo cœli.cō.124.vel saltē respondet aliquod posśibile manifestatiuū totius illius virtutis actiuæ:vt sic aliter frustra esset: cū potētia sit propter opus 2.cœli.tex.17.Sed virtus diuina motiua est infinita per te:ergo sibi respōdet saltē posśibiliter aliquis motus manifestatiuus infinitatis illius.Hoc autē est imposśibile:quia aut ille motus esset corporis infiniti,qđ imposśibile est inueniri:aut corporis finiti in nō tēpore,quod est imposśibilius,aut esset corporis finiti in tempore æterno,vt est motus cœli.& hic non concludit infinitā virtutē motoris,sed immutabilē & immaterialē.alioquin omnes motores cœlorū essent. infinitæ virtutis.Et cōfirmatur. Quia quātitas virtutis actiuæ ex effectus quātitate cognoscitur:vt dicitur in primo cœli tex 119,Vnde cū Deus nō posśit producere effectū infinitū(vt cōmuniter tenetur & à philosophis & à theologis) cōsequēs est ꝙ virtus diuina infinita nō sit.Et cōfirmatur secūdo ex 4.Phy. tex.131.sic.Si imposśibile est esse mobile imposśibile est esse motiuū.& econuersò:& similiter,Si imposśibile est essē mobile velocitate infinita,imposśibile est esse motiuum velocitāte infinita.Sed imposśibile est tale mobile inueniri : ergo & motiuū infinitæ virtutis.
¶Tertiò arguitur à credētibus se arguere ex cō,38.secundo de cœlo.vbi Auer.dicit,ꝙ si motor nō haberet potētiā terminatā, ergo neq; naturā terminatā:& sic intelligerētur ex sua natura motores infiniti:&nō intelligerētur ex suo esse res propriæ ei. &c.Ex illo enim cōmento arguūt,ꝙ infinita virtus est ens imposśibile inueniri in rerū ordine: quia si ponatur, sequeretur inquiūt quidā,ꝙ totum nō esset maius sua parte, accepta enim virtute illa infinita,&diuisā secūdū intellectū in duas quasi partes:ex quo quamuis est virtualiter,cū quælibet pars infiniti sit infinita,& vnū infinitū nō sit maius alio,consequens est ꝙ tota virtus infinita est æqualis cuilibet suarū partiū,quod est imposśibile.Et ad hoc deducit ibi Auer.cū dicit,ꝙ si esset motor infinitus,intelligerentur ex sua natura motores infiniti. Alij verò eandē inde volētes deducere cōclusionē,dicūt ideò esse imposśibile ens habēs virtutē infinitā,quia infiniti propriū esse occupare totū.& ideò si daretur infinitū secūdū virtutē: occuparet omnē virtutē:nec cōpateretur secū aliquā aliā virtutē:& sic periret ordo vniuersi.Et quia infinita natura contineret & occuparet infinitas naturas.natura autē est primū principiū motus: ideò dixit,ꝙ intelligerētur ex sua natura infiniti motores.Potest tamē difficiliùs:& ad mentē Auer.ibidem argui sic,Causa finitatis intensiuæ est distinctio formarum: & hæc est cōmunis formis materialibus & immaterialibus:ergo finitas illa est cōmunis omnibus formis.Antecedens probatur.Tum quia distinctio formarū mouentium est causa finitatum proportionum ad mobilia:nisi enim esset diuersa natura mouentis Solem,à natura mouentis Saturnum,non posset reddi ratio suarū commēsurationū ad mobilia propria.Tū quia constitutiua formarum: ex quibus oritur earū distinctio:sic se habere necesse est, quòd vnum aliquid claudit positiuum,quod reliquum non claudit, & econuersò.Ab infinito autem nullum positiuum excluditur ac per hoc periret multitudo & differentia motorum.
¶Quartò arguitur sic,SiDeus esset infinitæ essentiæ sequeretur ꝙ nullum ens esset perfectius alio, hoc est fallum:ergo consequentia probatur supponendo, ꝙ perfectio attendatur penes accessum ad summum:quod etiam habetur in proposito ex.10. Meta.cō.7.vbi dicitur ꝙ primus motor est mēsura omniū substātiarum.Hoc enim stante deducitur consequētia sic, Eorum quorum nullum est alio propinquius summo, nullum est alio perfectius,sed si Deus est infinitus,nullū aliorū entium est sibi propinquius alio,quia à quolibet distat in infinitū,ergo inter entia alia à Deo non datur perfectius & minus perfectum.
¶Quintò arguitur auctoritatibus.Et primò Auer,8.Phy.co.79. vbi negat primū motorē esse infinitum.Secundò:in secūdo cœli com.allegatur 38.39.vbi subdit,quod infinitas intentionis imposśibile est quòd inueniatur in formis inquantùm sunt formæ.Et cōfirmatur hoc idem in cō.71.& in De substantia orbis. ca.3.&c.Arist.quoque in secundo cœli tex.71.testimoniū huic parti perhibet dum dicit,ꝙ si adderetur stella orbi erratico,vltimus orbis esset in labore.Constat enim,vt ibidem.& in com. 58.declarat Auer.quòd vltimum orbem reuoluere alios,est motorem eius hoc facere,quem omnia desiderant, quem constat esse Deum:& consequenter nihil aliud est dicere, vltimus orbis esset in labore,quàmDeus esset in labore.Hoc autem nō sequeretur si Deus esset infiniti vigoris ergo.
¶IN OPPOSITVM est auctoritas Aristol.8. Physi.text.com.vlti.vtentis infinitate pro medio termino ad concludendum Deum esse incorporeum.
¶IN HAC quæstione tria sunt agenda. ¶Primò declarabitur titulus.¶ Secundò probabitur pars affirmatiua. ¶Tertiò respondebitur rationibus ad oppositum.

TITVLVS QVAESTIONIS.

¶QVO AD PRIMVM, Cùm finiti & infiniti ratio quantitati congruat(vt dicitur primo Phy.tex.15.) & quātitas diuidatur in successiuam & permanētem, & hæc in quantitatem molis & perfectiōis, supponamúsq; Deum esse incorporeum & immortalem,&c.consequens est,quòd nec de quantitate durationis,nec molis quæstio præsens sit: sed de quantitate perfectionis, an infinita sit. Quia verò infinitum negatio-

nẽ claudit, nõ est putãdum priuatiuè teneri, sed, vt cõmuniter & verè dicitur negatiue: quia non quæritur vtrũ Deus non habeat perfectionis terminos, quos sua vel alicuius alterius natura nata est habere. sed simpliciter quæritur vtrũ nullos habeat perfectionis terminos. Et licet mutuo se consequãtur infinitas virtutis & infinitas essentiæ: diuersa tamẽ quæsita formaliter sunt, & diuersa habẽt propria media. Propter quod diuus Tho. in 7. quæst. primæ partis tractat infinitatẽ essentiæ Dei, & in q. 25. infinitatẽ suæ potẽtiæ. Vnde quæstio nostra de infinitate virtutis inquirẽs si infinitatẽ essentiæ quasi pertrãsibit, arguenda insufficientiæ non est. Vertitur ergo hoc in loco in dubium, an virtus seu potẽtia Dei gloriosi sit tãtæ perfectiõis q̃ nullis perfectionis limitibus angustetur, an non. Verbi gratia, applicãdo quæstionẽ ad virtutẽ motiuã, an virtus motiua Dei gloriosi sit tãtæ perfectiõis, q̃ quãtũ est ex se: nullo limite claudatur, sed quacũq; velocitate data possit facere maiorẽ: an cõcludatur aliquo termino, puta q̃ vltra velocitatẽ 24. horarum non possit facere maiorem. Et hæc de primo.

Deus est ipsum esse per essentiã excedẽs in nobilitate omnia & singulatim simul sũpta.

¶ QVO AD Secundum, Quia non est intentionis præsentis discutere difficultarẽ hãc nisi inter Peripateticos, & horũ duos tãtũ principẽ, scilicet eorum, & Auer. à quibus metaphysicalia media propria ad infinitatẽ substãtiæ diuinę aut non habemus: aut sic, vt nefas videatur mordaci multorũ imperitiæ exponere: ideò duabus tãtũ vijs propositũ ostẽdetur. Vnũ tamẽ de ipsa diuina essentia premittẽdo, scilicet q̃ est ipsum esse per essentiã, & totã essendi virtutẽ præhabẽs, superexcedẽnsq; nobilitates omniũ rerũ quæ fuerũt, & quæ sunt, quæ possunt esse, etiã simul sũptarũ. Quod enim sit ipsum esse per essentiã, Aristo. 2. Meta. tex. 4. & Auer. 12. Metaph. com. 51. testãtur. Quod verò ipsum esse per essentiã, totã essendi virtutẽ præhabeat, apud sapientes penetrãtes terminos, in dubiũ verti non põt: sed vt cõmunis animi conceptio est, quẽadmodũ incorporalia non esse in loco. Exprimitur quoq; ab Auer. in com. 21. Meta. vbi dicitur in Deo cõtineri nobilitates omniũ generũ cuiũsq; siquidẽ rei nobilitas secundũ aliquã essendi rationẽ est. Cõfirmatũr q; ab eodẽ in 12. Meta. cõ. 18. & 36. vbi dicit, in primo motore omnia contineri actu, & in cõ. 51. Quod autẽ omniũ nobilitates simul sũpmæ deficiãt à nobilitate prima, ex eo patet, q̃ cũ ipse ita sit summũ ens q̃ cæterorũ nobilitates claudat in se nobilissimo modo, tãto omnibus præstat, quãto eorũ in se naturas nobiliori habet modo, habet enim omnia in se per modũ sui, qui est purus actus omninò. Vnde ridiculũ est quòd quidam non sunt veriti scribere, scilicet q̃ cũ dupliciter possit intelligi Deũ habere in se perfectiões omniũ: vno modo sic: vt habeat in se vnã simplicẽ essentiã præhabentẽ omnia, vt pura actualitas: alio modo sic, vt habeat in se gradus perfectionales correspõdẽtes singulis perfectionibus cõtẽtis. Si secũdo modo verificaretur, tũc Deus esset perfectior cæteris simul sũptis, si verò primo modo: non cõcluditur Deũ esse perfectiorẽ omnibus simul, sed singulis. Et quia primo modo verificatur, ideò ex his non habetur Deũ esse perfectiorẽ omnibus simul sũptis. Ridiculũ inquam est, quia puerile est in philosophia æquare perfectiões particulares perfectionibus vniuersalibus. Non enim est possibile secũdum rem, neque secundum intellectum (etiam data fingendi licentia) vt aliquid sit melius ipsa bonitate per essentiã, aut magis ens ipso esse per essentiam, aut magis viuens, aut intelligẽs, &c. quã ipsa vita, & ipse intellectus per essentiam. Si ergo Deus secundum veritatem est huiusmodi, quomodo potest aliquid eo perfectius fingi? Vnde Aristo. 12. Meta. tex. 39. notanter concludit Deum esse viuum & sapientem, &c. vt Platoni attributum dogma confutaret, quòd nobilitates entium diuisit, ponẽs aliud esse per se vnum, & aliud per se ens, & aliud per se vitam, &c. Vnde sicut Leo platonicus esset perfectior non solũ singulis, sed omnibus leonibus simul, quatenus leones sunt, & si infinities infiniti leones particulares essent, omnes à per se leonis nobilitatẽ deficerent: sic omnia entia per participationẽ à primo per essentiam ente necesse est deficere. Quod etiam ex causalitate æquiuoca primi super omnia manifestè patet.

¶ HAC IGITVR primi entis nobilitate præhabita, ostendendum est, an virtus eius sit infinita intensiuè.

¶ Prima ergo via ex fine 8. Physi. sumitur sic. Arist. (vt Auer. cõ. vltimo inquit) concludit in secunda figura Deum non esse virtutem in corpore, sic. Nullum corpus aut virtus in corpore est infinitum. Primus motor est infinitus: ergo primus motor non est corpus, nec virtus in corpore. Probatur maior, quia virtus infinita aut esset in corpore infinito, & hoc nõ datur: aut in corpore finito, & hoc extensum est esse impossibile. Minor verò, quia mouens tempore infinito est virtutis infinitæ, primus motor est huiusmodi: ergo. Iste est processus Arist. in quo manifestè vtitur infinitate virtutis pro medio termino. Nec refert, sive sic siue aliter formetur processus Aristo. quoniam quodcũque modo formetur, in idẽm redit, vt patet in textu.

¶ Quidam autem peruertentes textum, dicunt: q̃ Aristo. sumit quidem pro medio infinitam virtutem, sed virtutis infinita potest esse dupliciter. Vno modo intensiuè: & sic non accepit Ari. Alio modo secundum durationem: & sic intellexit. Ita q̃ maior est. Nulla virtus in corpore est infinita secũdũ tempus, &c. Sed contra hos ex hoc processu arguitur sic, Præmissæ alicuius syllogismi probatæ anterioribus syllogismis, in eo sensu sunt sumendæ, in quo fuerunt conclusæ in præcedentibus rationibus ista patet de se. Sed præmissæ syllogismi facti in text. vlti. fuerunt probatæ per alias rationes factas, vt ibidẽ fatetur etiã Arist. ergo accipiendæ sunt in sensu in quo probatæ sunt. Constat autem quòd præmissæ illæ probatę sunt loquendo de infinitate intensiua, ergo accipiendæ sunt vt loquuntur de infinitate intensiua. Discursus bonus, & vltima tãtùm propositio restat declarãda. Quæ sic declaratur. Maior huius syllogismi fuit conclusio probata in tex. 79. quo ad hoc, quòd virtus infinita non potest esse in magnitudine finita, & fuit conclusio probata in 3. Physi. longo processu, quo ad hoc quòd magnitudo infinita non datur. Sed in tex. 79. non potest inficiari, quin loquatur de virtute infinita intensiuè, ergo prima præmissa loquitur de virtute infinita intensiuè. Minor verò est conclusio probata ab Arist. In hoc textu ex conclusione textus 78. Probat enim hic primum motorem esse virtutis infinitæ, quia mouens tempore infinito est virtutis infinitæ, vt ibi probatum fuit. Ad illũ enim textum expressè in hoc loco le remittit Aristol. dicens quòd impossibile est à finito moueri aliquid secundum tẽpus infinitum, vt monstratum est nunc: Constat enim quòd nullibi probatum est, nisi in text. 78. Apertissimè autem liquet etiam cæcis, quod in text. 78. non est sermo: nisi de finita & infinita virtute intensiuè: ergo altera etiam præmissa loquitur de infinitate intensiua. Superfluum autem esse duxi adducere demonstrationes Aristol. in text. 78. & 79. vt ostendam ibi sermonem haberi de finitate & infinitate intensiua. Rationes enim adeo apertæ sunt, vt ostensione hac non egeant: exigitur tamen ad hoc vt videantur. Et ne suspensum quempiam reddamus donec librum Physi. viderit, fideliter ipsas demonstrationes adduximus. Demonstratio ergo habita in text. 78. ad ostendendum, quòd motus in tempore infinito non potest fieri à virtute finita, est ducens ad impossibile. Et accipit primo ab aduersario eius positionem, scilicet quòd sit ita, quòd A, virtus vt centum moueat B, mobile centum cubitorum in C, tempore infinito. Deinde adiũgit huic propositionem possibilem, scilicet, quòd D virtus vt decem, quæ est decima pars virtutis, vt centum moueat. E, mobile decem cubitorum, quod est etiam decima pars primi mobilis in tempore Z. Et tunc arguitur sic, Hoc tempus: in quo mobile decem cubitorum mouetur à virtute vt decem, non est æquale tempori illi, in quo mobile centum cubitorum mouetur à virtute vt centum, sed minus eo. Quia demonstratum est in 6. quòd cæteris paribus totum mobile, seu mobile maius, maiori tempore egeret ad pertranseundum aliquod certum signum, quàm pars eius, seu mobile minus. & ad sensum patet. Vel secundum Auer. (& in idem redit) quia maior potentia mouet maiori tempore, scilicet maius mobile respectu alicuius signi pertranseundi, seu quod idem est, condiuidendo tempus mobile: aliter non esset verum, quia, vt dicitur in septimo Physic. text. 36. media potentia mouet medium mobile in æquali tempore per æquale spatium. Cum ergo illud tempus sit infinitum, restat quòd hoc sit finitum. Si ergo tempus Z decem horarũ, & tunc arguitur sic. Si augeatur virtus vt decem, donec consumat, aut adæquet virtutẽ vt centũ, & similiter augeatur mobile decem cubitorum donec consumat: vel æquet mobile centum cubitorum: necesse est proportionaliter augeri tempus Z decem horarum, donec consumat, aut adæquet tempus in quo virtus vt centum, mouet mobile centum cubitorũ: quia necesse est æquales virtutes mouere æqualia mobilia tempore æquali. Sed infinitum non potest consumi, nec aliquid potest ei multiplicatum æquari: ergo tempus quo virtus vt centum mouet, impossibile est esse infinitum, quod erat probandum.

¶ Demonstratio autem posita in tex. 79. probans, quòd in magnitudine finita non potest esse virtus infinita, est etiam ad impossibile. Et primo supponit tria. Primum est, quòd maior virtus motrix facit æqualem motum in minori tempore. Secundum (quod ex primo sequitur) est, quod infinita virtus facit plus in æquali tempore quàm finita. Tertium est, quòd omnis motus est in tempore. Quibus stantibus arguitur sic. Si in magnitudine finita esset virtus motiua infinita, sequeretur quòd in æquali tempore æqualiter mouerent virtus finita & virtus infinita,

infinita: hoc autẽ est impossibile: ergo. Cõsequentia declaratur ibidẽ sic. Sit A, tẽpus vnius horæ in quo virtus finita mouet, & sit B, tẽpus mille horarũ in quo virtus finita, puta vt centum mouet. Tũc cũ quãto virtus motiua fit maior, tãto tẽpus in quo mouet, fiat minus per suppositiones, augeatur virtus motiua, vt centũ in tãta proportione, in quãta tempus vnius horę excedit tẽpore mille horarũ. Et tũc manifestè patet, q̃ in æquali tẽpore æqualiter mouebit virtus illa finita in mille culpa proportione ad virtutem vt centum: & virtus infinita, quod erat impossibile deducendum.

¶ Ex his iam manifestè patet, quòd numquã fit sermo de infinitate durationis, sed semper de finitate & infinitate intẽsiua, vt qui his oblatis hoc non videt, nõ egeat medio, sed sensu intellectuali. Et confirmatur, Præmissæ istius vltimi syllogismi intellectæ, vt dicunt de infinitate durationis: aut assumuntur ab Aristo. vt per se notæ, aut vt probatæ. Nõ vt per se notæ, quoniã sunt aut falsæ, aut maximè dubitabiles: tũ quia sol habet virtutẽ motiuã tẽpore infinito motu alterationis, tũ quia totum corpus cœleste mouet actiue motu locali sphærã ignis & supremũ aeris tẽpore infinito, & tamẽ constat quòd hæc sunt corpora, nec secundũ veritatẽ apparet aliquid cogens, nisi loquentes ad dicendũ, q̃ virtus corporea actiua est necessariò finita secũdũ durationẽ. Vnde Aristo. assumens vt per se nota ea quæ sensus perhibent esse falsa, plurimum peccasset. Nec vt probatæ, quia nullibi inueniuntur in hoc sensu probatæ: ergo.

¶ Et quoniam quæstionem hanc non aggredimur ea ratione vt sciamus quid senserit Arist. quoniam hoc à philosophia extraneũ est: sed vt sciamus qua ratione hoc conclusum sit, & in processu prædicto ambiguitas magna est circa probationẽ minoris (quæ est quæstionis huius obiectum) ideò videndum hic est quàm efficaciter minor illa probetur. Est autẽ ratio dubitandi quia Com. tex. 78. scilicet, mouẽs tẽpore infinito est infinitum, ex qua probatur minor. tex. vlt. scilicet primus motor est infinitus, loquitur de mouente tẽpore infinito ex parte mobilis: vt patet ex ratione probante ipsam, condiuidit enim tempus mobile, minor autem ista loquitur de mouẽte tempore infinito ex parte magnitudinis seu spatij super quod fit motus: vt patet in motu cœli. Primus enim motor non aliter mouet tempore infinito, nisi quia mouet cœlum tempore infinito. Constat autem q̃ nec tempus, nec motus cœli habet infinitatem ex parte mobilis, sed ex parte spatij infinities pertranseundi. Constat autẽ, q̃ ad mouẽdum tempore infinito primo modo, requiritur virtus infinita, vt patet ex demonstratione Arist. tex. 78. & hoc sive virtus illa sit corporea, siue incorporea, permanet verũ, & q̃ ad mouendum tempore infinito: secundo modo, non requiritur virtus infinita: vt patet de motore orbis lunæ: qui est virtutis finitæ, & sufficiens est mouere motu æterno. Eodẽ siquidem vigore, quo semel potest mouere suum orbem, potest infinities iterare motum illum, quia est inalterabilis & immutabilis virtutis: & vt dicitur in 8. Physi. tex. 85. semper similiter se habens in se, & ad mobile, semper idem faciet.

¶ Et vt clariùs percipiatur nodus quæstionis, sciẽdum est ex 6. Phy. longo processu, q̃ tempus motus condiuiditur mobili, & condiuiditur magnitudini, super quam est motus. Et similiter dupliciter infinitum esse contingit. Vno modo ex parte quantitatis mobilis: alio modo ex parte quantitatis spatij. Mobili quidem condiuiditur tempus, & ex eo infinitatur, quia si aliquod certum signum in aliquo spatio designatum sit pertranseundum, prius pertransitur ab vna parte mobilis quã ab alia: & si pertranseũdum est à pluribus mobilibus inæqualibus vno decem cubitorum, & altero viginti, &c. & cæteris paribus si quæratur quãtum erit tempus mensurans transitus istos manifestè patet, q̃ si mobile decẽ cubitorum transit illud signum in vna hora, q̃ mobile viginti cubitorũ pertransibit illud in duabus, sicut etiam illudmet signum prius transit medietas mobilis quã totum. Oportet enim seruata æqualitate motus, quãto mobile est maius, tardiùs pertransire signum illud. Verbi gratia. Si primus orbis & orbis lunæ æqualiter mouerentur, signatum punctũ Orientis orbis lunæ tanto citius pertransiret, quãto minor est primo orbe. Ita q̃ quando orbis lunæ peregisset suum transitũ, forte adhuc nec millesima pars primi orbis pũctum illum Orientis transisset, & idem est in motu recto. Vnde si infinitum est mobile, infinitum necesse est esse tempus in quo datum signum pertranseundum est. Magnitudini verò condiuiditur tempus, & ex ea similiter infinitatur; quia finitum mobile prius transit vnam partem magnitudinis quã aliam, & sic cæteris paribus quanto maior fuerit magnitudo pertranseunda, tanto maius erit tempus mensurans motum, & si infinita, infinitum, vt in motibus processiuis manifestum est.

¶ Nec refert in proposito: an magnitudo seu spatium coincidat ratione materiæ in idẽ realiter cũ quãtitate mobilis: vt in motu cœli cõtingit. Non enim est aliud spatiũ pertrãseundũ à primo corpore: quã quatitas ipsius: vt Auer. dicit in 2. cœli, cõ. 46. Patet enim q̃ cœlũ prius pertrãsit partẽ spatij, quę est ab Oriẽte ad Meridiẽ: quã illã quæ est à Meridie ad Occidẽs, nihil minus quã si ibi esset realis distinctio quãtitatis spatij, & quãtitatis mobilis. Similiter nõ refert in proposito, an quãtitas spatij, quãtitatẽ tẽporis augeat, ex quãtitate suarũ partiũ numquã ab illo mobili pertrãsitarũ: vt cõtingit in motu recto, & prima reuolutione circulariam ex quãtitate earũdẽ partiũ quæ pluries pertrãseũdæ sunt: vt contingit in reflexione motus recti, & in secunda reuolutione circulari, & deinceps. Spatiũ enim idẽ secũdo pertrãseundũ alterius spatij æqualis primo rationem habet, & perinde quãtificat & extẽdit tẽpus ac si alterum æquale primo esset (seu vt melius loquamur) acsi esset altera pars totalis spatij, æqualis primæ parti, & similiter est de omnibus reuolutiõibus circularibus. Ex his igitur patere possunt tria. Primũ q̃ tẽpus quo mouetur cœlũ perpetuo, est infinitũ nõ ex parte mobilis, sed magnitudinis seu spatij: quia cœlũ corpus finitum est, & ideò tẽpore infinito mouetur, quia spatiũ ab Oriente in Occidẽs infinities peragit. Secundũ, q̃ tẽpus quo probauit Aristo. in tex. 78. non posse fieri motũ à virtute finita, est infinitũ ex parte mobilis: quoniã manifestè ibi fit diuisio tẽporis secũdũ diuisionẽ mobilis: dũ augendũ proportionaliter dicitur secundũ augmentationem mobilis & motoris: vt contra proteruos syllogizetur sic. Quantitas tẽporis aucta & diminuta proportionaliter secundum augmentationem & diminutionẽ potentiæ motoris & quantitatem ipsius mobilis, est quantitatis se tenens ex parte mobilis: patet ita ex terminis, & ex 7. Phy. tex. 36. sed quantitas hęc temporis, de qua loquitur Aristot. est huiusmodi: vt patet de se & Auer. in com. expressè asserit cum cæteris expositoribus: ergo.

¶ Ex his autem liquet tertium principaliter intẽtum, q̃ scilicet processus Arist. nõ sufficienter videtur probasse minorem, scilicet. Primus motor est virtutis infinitæ, sed æquiuocationẽ videtur commisisse in medio termino qui est mouẽs tẽpore infinito: dum in maiore prosyllogismi, quæ fuit conclusio tex. 78. sumitur pro tẽpore infinito infinitato se tenente ex parte mobilis, cum dicitur. Omne mouens tempore infinito est virtutis infinitæ: & in minore sumitur pro tẽpore infinito, infinitate se tenẽte ex parte spatij cũ dicitur. Sed primus motor mouet tẽpore infinito. Restat igitur ambiguitas nõ parua in hoc processu.

¶ Omissis autem opinionibus pluribus, quæ à diuersis de vi huius demonstrationis dicta sunt. Sco. enim in quoli. q̃. 7. ad primum, credens secundum Arist. primum motorem infiniti vigoris intensiuè: dixit hoc concludi ex eo q̃ mouet à se, quia quod mouet à se, est à se: & consequẽter habet plenitudinem actiuitatis & entitatis: quæ absq; infinitate intẽsiua nõ est. Aegedius verò in 8. Phy. credẽs idẽ, dixit hoc concludi ex eo q̃ totus motus infinitus, est proprius effectus Dei: quia quod potest in infinitum motum quo ad suam totalitatem, potest nihil minus in ipsum tam si sit vnius mobilis absolutè, quàm si sit vnius mobilis infinities iterati. & consequenter est virtutis infinitæ, quia à propria causa effectus recipit mensuram & speciem. His inquã omissis, quia absque probatiõe dicta sunt, quod mihi videtur, scribendum est. Mirum enim & (vt melius dicamus) extraneum valdè est, q̃ Aristo. medium terminum tacuerit, & tantum studium apposuerit circa id sine quo sua ratio ex tacito medio tenet: vt Scotus dicit. Nõ enim in 8. Phy. aliud medium assumitur, nisi mouere tempore infinito, & de hoc magna solicitudo fuit, q̃ exigat virtutem infinitam. Constat autem q̃ hoc abstrahit à mouere à se, vel non à se, & q̃ motioni à se accidit, q̃ sit in infinito tẽpore, nihil enim minus concluderetur si esset in tempore finito: vt ipsemet fatetur. Nec valet ratio dicens, q̃ infinitas non dependens, sed prima est proprium medium ad virtutem infinitam: quia secundum hoc primitas motus esset proprium mediũ siue ille motus sit finitus, siue infinitus, & sic idem quod prius. Vnde finitas & infinitas motus vndiq; per accidens concurrunt. & sic Arist. scientiarũ artifex tacuisset ea quæ sunt per se in medio termino, scilicet primitatẽ motus, & solicitus fuisset circa ea quæ sunt in eo per accidens, scilicet infinitatem tẽporis, cuius oppositum vbique docuit faciendum.

Opiniones pro Arist. sententiæ Scot. Aegedius.

¶ Aegedij verò deductio quãuis veritatem à longè tangere videatur (vt in sequẽtibus patebit) veritatem tamen assecuta nõ est: quia ex eo q̃ totus motus cœli ponitur effectus alicuius causæ per se, non est ab eo nec sequacibus deducta infinitas intensiua illius causæ: sed assumptæ sunt propositiones voluntariæ, vel remotę, vt potè q̃ proprius effectus à per se causa recipit speciem & mensurã. Ex hac enim non habetur, q̃ totalitas infinitatis extensiuæ necessariò fiat per se ab infinitate intensiua,

sicut nec ex hac effectus infinitus fit à cã infinita, cũ non apparear quare ipsa totalitas & vnitas infiniti motus nõ possit per se intẽdi & fieri à virtute finita immobili ad cõtinuãdã & conseruãdã ppetuò inferiorũ successionẽ, &c. vt dicitur in secũdo de generatiõe tex. 56. & 12. Meta. cõ. 306, Latius igitur qd̃ mihi in re hac apparet, prosequẽdũ est: eo q̃ difficultatẽ motã directè discutit, & ad principale propositũ propriã viam docet, & Arist. tã mẽti q̃ verbis cõsona videtur. Præmitẽdũ est ergo primo q̃ perpetuitas motus sicut & alia quãtitas dupliciter imaginari põt q̃ fiat ab aliqua virtute. Vno modo per se primo: secũdò modo nõ per se primo. Et ne in æquiuoco laboremus, illud dicitur fieri per se primo ab aliqua virtute, in qd̃ põt virtus illa ex propria ratiõe, in illud aũt dicitur posse aliqua virtus ex propria ratiõe, in qd̃ põt ex perfectiõe clausa infra latitudinẽ propriã illius virtutis. Et per oppositũ illud debet fieri: nõ per se primo ab aliqua virtute, qd̃ quidẽ: fit ab illa virtute ex aliqua cõditiõe annexa illi virtuti, quæ est extra latitudinẽ illius virtutis formaliter sumptæ. Verbi gratia, & est exẽplum deseruiẽs ppposito. Virt° calefactiua vt octo B, ignis durãtis cẽtũ annis põt in duos effectus. s. & calefacere (vt octo) & cẽtum annis cõtinuare húc calefactiõis motũ: sed primũ põt ex ratiõe propria inquãtũ est virtus calefactiua tãtæ pfectiõis. s. vt octo, hæc enim perfectio infra latitudinẽ virtutis calefactiuæ clauditur: sed m̃ verò nõ põt ex propria ratiõe: alioquin omnis virtus calefactiua vt octo, hoc posset: qd̃ patet falsum in D°, igne durãte per diẽ tãtũ, sed põt ex annexa sibi duratiõe cẽtũ annorũ: quã patet esse extra rõnẽ virtutis calefactiuæ: & cuiuscũq; alterius virtutis motiuę formaliter sumptæ. Ideò enim B, ignis põt cõtinuare calefactiõnẽ per cẽtũ annos: quia virtus eius durat cẽtũ annis: vt de se patet. Tũc ergo ppetuitas mot° dicitur fieri per se primò ab aliquo: qñ ex perfectiõe infra latitudinẽ potẽtiæ agẽtis clausa causãtur: tũc aũt nõ per se primo, quãdo nõ ex ratiõe propriæ potẽtię agẽtis, sed ex cõditione illius fit.

¶Ex hac aũt distinctiõe ex parte effectus manifestè patere põt alia distinctio ex parte causæ. Põt siquidẽ dupliciter imaginari aliquã virtutẽ esse cõtinuatiuã motus tẽpore infinito. Vno mõ per se primo, id est ex rõne ppria: vt exposuimus: & alio modo nõ per se primo, sed ex annexa ei° cõditiõe, vt etiã exposuim°.

¶Differũt aũt vis ppetuatiua motus per se primo, & vis perpetuatiua nõ per se primo, ex assignatis rõnibus, adhuc dupliciter. Primò in hoc, q̃ vis ppetuatiua per se primo, respicit infinitatẽ duratiõis: vt per se primo effectũ, & per se primo termi nũ: quia ex ppria latitudine in illã põt: sicut vis calefactiua respicit calefactiõnẽ, seu calorũ, vt per se primo effectũ & termi nũ. Vis aũt ppetuatiua nõ per se primo respicit infinitatẽ duratiõis: nõ vt per se primo effectũ, sed cõditionẽ pprij effectus.

¶Scd̃ò in hoc, q̃ illa respicit quãtitatẽ duratiõis, vt per se ppriũ effectũ: quia infinitas duratiõis quædã quãtitas duratiõis essentialiter est, omnẽ quãntitatis durationem in se claudens. Ista aũt nõ nisi per accidẽs quãtitatem durationis respicit. I. vt cõditionẽ necessariò comitẽ sui proprij effectus: quã non ex propria ratiõe, sed ex annexa cõditiõe hoc facere supponitur.

¶His verò prælibatis, oportet secundo tres conditionales stabilire: ex quarum veritate propositi ratio habebitur.

¶Prima cõditionalis est. Si A, per se primo mouet tẽpore infinito, A, est virtutis infinitę intẽsiuę. Declaratur ista: quia stãdo infra latitudinẽ virtutis per se respiciẽtis quãtitatẽ duratiõis, vt ppriũ effectũ (quæ põt vocari virtus quãtificatiua motus, intelligẽdo de quãtitate duratiõis) valet argumẽtũ. Ad cõtinuãdũ aliquãto tẽpore requritur aliquãta virtus: ergo ad maius tẽpus, maior virtus: ergo ad infinitũ, infinita. Et fundatur hęc cõsequẽtia sup illã regulã. Sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad magis, & maximũ ad maximũ. Quæ absq; dubio vniuersaliter, & necessariò tenet in his: quæ se respiciũt per se primo, vt S. T. in tertio cõtra Gẽt. c. 139. dicit. Fũdatur etiã sup illud pricipiũ Metaphysicũ. Cuiũsq; potẽtiæ actiuæ, ppria latitudo, pproportionaliter respõdet, pprie latitudini sui per se primo effectus, Qd̃ patet inductiuè in omnibus: ergo virtutis quãtificatiuæ motus, si esset, ppria latitudo, respõderet, ppriæ latitudini quãtitatis duratiõis. Sed propria latitudo quãtitatis duratiõis attẽditur penes extẽsiõnẽ duratiõis: quia duratio nõ augetur per intẽsiõnẽ, vt qualitas: sed extẽsiõnẽ: vt quãtitas: ergo virtus quãtificatiua quãto maiorẽ posset quãtitatem durationis producere, tãto maior esset: ergo si infinitã, infinita. Vnde proportio virtutis quãtifícatiuæ seu cõtinuatiuæ mot°, ad quãtitatẽ per se durationis, est sicut proportio virtutis calefactiuæ ad quãtitatem per se caloris. Et nulla est differẽtia proportionum: quãuis sit differẽtia rerũ subtractarũ proportionibus: quia quantitas per se caloris est quãtitas intẽsiua, quãtitas verò durationis est extẽsiua. Quod tamẽ vt ex dictis patet, proportionẽ variat, eo q̃ est materiale & per accidẽs. Formale enim est vniuersaliter loquendo, quòd latitudo cuiusque potentiæ actiuæ respondeat latitudini propriæ sui per se primo effectus.

¶An verò latitudo ppria effectus attẽdatur scd̃m extensionẽ, vel intẽsionẽ, accidens esse cognoscitur ab exercitatis in metaphysica: & ideò eadẽ ratiõe pportiõis tenet cõsequẽtia supradicta: qua tenet ista. Ad pducẽdũ aliquãtũ calorẽ requiritur ali quãta virtus calefactiua: ergo ad maiorẽ maior: ergo ad infinitũ infinita. Si quis aũt dixerit supradicta principia non habere locũ, nisi qñ quãtitas per se effectus est quãtitas intẽsiua: cũ philosophia abhorreat volũtariũ, oportet huius restrictiõis rationẽ reddere. Nulla aũt ratiõe fulta apparet hæc respõsio: nisi forte dicatur, q̃ magnitudo virtutis nõ est nisi secũdũ quãtitatem perfectionalẽ: ideò nõ respõdet: nisi quãtitati perfectionali effectus, quãtitas aũt perfectionalis nõ est quãtitas duratiõis. Nõ enim quanto maior duratio: tanto perfectior effectus fit, sed æqualis perfectionis est ignis durans per horam, & per duas horas, & per tempus infinitum: vt dicitur primo Ethi. cap. 7.

¶Sed hæc ratio in hoc deficit: & quasi æquiuoca: quoniam dupliciter contingit loqui de quãtitate durationis. Vno modo secundũ se. Alio modo vt est conditio aliarũ rerũ. Si cõsideretur vt est cõditio rerũ (puta hominis, aut albedinis) sic cũ sit extra ratiões formales rerũ, non auget propriã perfectionẽ alicuius rei: nõ enim est perfectior calor durãs cẽtũ annis, q̃ durãs vno die. Et hoc modo est sermo de quantitate durationis in primo Ethi. vt patet ibi ex cõ. Auer. & S. Th. & cõsequẽter hoc mõ verificatur, q̃ quãtitas durationis non est quãtitas perfectionalis nec sibi proportionatur virtus actiua alterius effectus. Si verò consideretur primo modo, scilicet secundũ se, sic cũ bonum diuidatur in decem prædicamẽta, sicut ens, vt in primo Ethi. ibidẽ dicitur) & quãtitas durationis sit quædã entis species, quandã etiã bonitatẽ secundũ se necesse est ponere. Ac per hoc manifestè patet, q̃ si duratio aliquã perfectionẽ secũdũ se ponet, maior maiorem ponet, & infinita infinitã: sicut etiã quãtitas molis aliquã perfectionem dicit: alioquin inter entis species nõ esset: & maior maiorem, & infinita infinitã: non minus in suo ordine q̃ calor infinitus: & tamen quãtitas molis maior & infinita dicitur secundũ extensionem. Quod ergo quãtitas durationis sit quantitas perfectionalis, põt dupliciter intelligi, scilicet vt cõditio aliorũ: & sic est falsum, quia est extra latitudinem rationis formalis cuiusque alterius rei. Alio modo secundũ se, & sic ipsa quantitas durationis est quædam perfectio vendicans sibi quãtitatem perfectionalem secundũ suã extẽsionem: quemadmodum calor vendicat sibi eã secundum suã intentionem. Vnde ad rationem in oppositum dicenda sunt duo.

¶Primò, q̃ nõ oportet quãtitatem durationis esse quãtitatem perfectionis: sed habere illã infra suã latitudinem: sicut nec calor est quãtitas perfectionis, sed habet illã. Secundò, q̃ falsum est, q̃ quantitas durationis secundũ se non ponat: quanto maior maiorem perfectionem: quãuis non ponat maiorem perfectionẽ huius, puta caloris vel hominis. Et quia sermo in prædicta conditionali habitus, nõ est nisi de quãtitate duratiõis secũdũ se: cõsequens est, q̃ firma stet veritas illorũ principiorũ etiã in his effectibus, quorũ propria quãtitas est quãtitas extensiua. Talia enim maiorẽ semper ponũt ex augmentata extẽsiõe perfectionẽ suæ speciei. Manifestè aũt patere possunt omnia, quæ de perfectione quãtitatis durationis diximus in hac solutione ex quantite molis applicando distinctiones factas & cætera dicta ad ipsam: vt facilè est cuique exercitato deducere.

¶Vnde põt formari ad principale, ppositũ rõ talis, magnitudo virtutis respõdet, pportionaliter magnitudini per se effectus, sic q̃ aliquãta virtus ad effectũ aliquãtæ pfectiõis requiritur, & maior ad effectũ maioris perfectiõis, & infinita ad infinitæ perfectiõis effectũ. Sed duratio est effectus aliquãtę pfectiõis: ergo ad faciendã per se primo aliquantã durationẽ requiritur aliquãta virtus, & ad maiorẽ maior, & ad infinitã infinita: cùm maior duratio maiorẽ dicat perfectionem, & infinita infinitã.

¶Rogõ q; omnes iterũ atq; iterũ, ne auertendo mentis intuitũ ab eo quod est per se, ad id quod est per accidens, fallantur, inuitentes supra adductæ glossæ: absq; ratiõe dicendo q̃ si ad effectũ aliquãtæ perfectionis requiratur aliquãta virtus ad effectũ maioris perfectionis intensiuæ: requiritur maior virtus, nõ aũt ad effectum maioris perfectionis extensiuæ, qualis est maior & minor duratio. Hęc enũ glosa (vt ex dictis patet) optima est: loquendo de causa per se primo illius effectus, cui vtraque quãtitas cõuenit intẽsiua infra propriã latitudinẽ, & extensiua extra: sicut est calor, &c. Vniuersaliter aũt loquẽdo de quãtitate causæ in ordine ad propriũ effectũ, & eius quãtitate infra latitudinis suę limites clausa, nulla opus est distinctiõe: eo q̃ eadẽ ratio saluatur in proportiõe causæ & effectus, siue secundũ propriam

propriam rationem augeatur intensiuè, siue extensiuè: ratio scilicet maioris perfectionis secundum propriam rationẽ suæ speciei. Non enim tenet illa regula in effectibus quantitatis intensiuæ alia ratione: nisi quia quanto effectus per se primo alicuius est perfectior infra latitudinem propriam, tãto perfectiorẽ causam exigit. Propter hoc enim ex maiore quantitate extẽsiua caloris producti, non concladitur maior virtus calefactiua, sed intensiua tantum. Illa enim auget perfectionem caloris extra propriam latitudinem caloris, ista autem infra.

¶Hæc aũt ratio saluatur in effectibus quãtitatis præcisæ quantitate extẽsiua: quoniam eorum propria perfectio augetur infra propriam latitudinem secundum extensiuã augmentationem. Vnde, vniuersaliter loquendo, effectum esse perfectiorẽ intensiuè: vel extensiuè: accidit effectui perfectiori secundum propriã latitudinẽ suæ rationis formalis, quod per se consideratur in hac ratione, & est ratio vtriusque eorum, quòd perfectiorem causam exigat & concludat: sicut esse album vel nigrũ accidit colorato: & est ratio eorum quòd sint visibilia.

¶Falli aũt multos cõtingit in re hac, ex eo q̃ in cæteris entibus à quãtitate manifestè videmus, q̃ sola augmẽtatio intẽsiua effectus per se cõcludit maioritatẽ virtutis per se primo actiuã illius: & nullã perhibẽt sensus virtutẽ actiuã per se primo quãtitatis, propter qd̃ nũquã intellectui oblata apparet augmẽtatio virtutis ex extẽsiuo cremẽto effectus. Quicquid enim fit de virtute actiua per se primo quãtitatis, siue permanẽtis, siue successiuæ, discernendũ est intellectus acumine (vt dictũ est) inter entia quorũ propria perfectio cõsistit in intẽsione, & quorum propria perfectio consistit in extensione: quoniam in illis extẽdi est extra limites rationum formalium suarum, & propterea non includit maiorẽ perfectionem virtutum actiuarum illorũ entium. In ictis aũt extendi est infra rationes formales eorũ, & est ipsum eorum intendi: & ideò idẽ exigit & concludit in virtutẽ eorum actiua per se primo quòd in illis infert intendi, si inuenitur virtus per se primo actiua quantitatis.

¶Vnde nõ obstat proposito, si quis dicat non dari in rerũ natura huiusmodi virtutẽ quãtificatiuã motus, nobis enim sat est veritas cõditionalis, quæ permanet etiã antecedẽte & cõsequẽte impossibili. Similiter puerile est si quis putet dictũ processum ideò nõ tenere in effectibus quãtitatis extensiuæ, quia in extẽso id qd̃ additur, licèt perfectio quædã fit, non includit in se minus extẽsum, & aliquid vltra: intẽsius autẽ includit in se remissum, & aliquid vltra perfectionis adde: & ideò hoc requirit maiorẽ virtutẽ: illud verò æqualẽ. Puerile inquã dixi: quia sic se habet maius scd̃m extẽsionẽ ad minus, puta spatiũ duarũ horarũ ad spatiũ vnius, aut bicubitũ ad cubitũ) sicut maius intẽsiuè ad minus: puta calor vt quatuor, ad calorem: vt duo. Vtróbiq; siquidẽ maius claudit minus, & aliquid pfectionis, ppriæ rationis formalis addit. Constat autẽ ex dictis, q̃ in prædicto processu nulla est ratio exigens: aut supponens aliam similitudinem proportionum intensum & extensum nisi maioris ad minus. Argutum enim semper est hoc modo. Potens per se primo in aliquantum est aliquantæ virtutis: ergo potens in in maius: est maioris, ergo in infinitum est infinitæ.

¶Nihilominus diligenter aduertenti apparebit, q̃ quemadmodum in extenso pars addita priori non includit priorẽ: & ideò seorsum non infert maiorem virtutẽ: ita in intenso gradus (verbi gratia) additus non includit priores: nec est maioris perfectionis gradus quartus albedinis, quã sit primus, nec ex perfectione maiore quarti gradus seorsum infertur maior vis calefactiua: sed ex eo q̃ totum calidum (puta habens quatuor gradus caloris, est perfectius quam calidum vt duo) quemadmodum etiam arguitur ex eo quòd totum extensum est perfectius.

¶Friuolum quoque omninò est, si quis admittat prædictũ processum tenere quo ad effectus quantos quantitate permanẽte, non autem successiua. Oporteret enim abradere principia tradita in 6. & 7. & 8. Phy. de virtutibus motiuis & earum proportione, cum motus & tempus, de quibus ibi est sermo, successiua entia sint. Stat ergo veritas primæ conditionalis.

¶Scd̃a aũt cõditionalis est ista. Si A, mouet tẽpore infinito vnũ motũ cõtinuũ, &c. A, est mouẽs immobile: & accipimus mouet propriè, vt distinguitur cõtra mutare. Et rursus accipimus mouet vt motor: nõ vt instrumẽtũ motoris primũ, ppter illuminationẽ: scd̃m propter corpus cœleste trahẽs secũ ignẽ quẽ nihil minus traheret, si idẽ ignis numero perpetuò cõseruaretur secundũ totũ & partes: & etiã propter primũ orbẽ trahentẽ secũ alios, vt multis placuit, quãuis non sufficiẽter. Probatur ista cõsequẽtia 8. Phy. tex. 85. ex proposito: & 12. Meta. tex. 43. ex hoc q̃ motor motus non semper eodem modo se habet aut in se, aut in ordine ad mobile: id autẽ à quo semper prouenit idem, eodem modo se habere necesse est vtroque modo: vt patet, ergo.

¶Ex his autem duabus conditionalibus verificatis, antequam veniamus ad tertiã, iam patere potest distinctio superius premissa cum suis membris in speciali. Liquet enim iam, q̃ perpetuitas motus duabus attestatur causis, scilicet infinitati virtutis per se primo causantis ipsam, aut immobilitati motoris: & consequẽter q̃ diuersimodè ab illis depẽdet, & illas infert: quoniã infinitatẽ nõ infert nisi in virtute per se primo (seu ex proprię latitudinis perfectiõe) illã causante. Immobilitatẽ verò virtutis infert in omni virtute causante ipsam. Et meritò, quia immobilitas est extra latitudinẽ perfectionis virtutis tã motiuæ quã quãtificatiuæ motus. Infinitas aũt rationis formalis cuiusq; infra ipsius latitudinẽ clauditur. Gradualitas enim alicuius speciei (puta caloris) etiã si in infinitũ crescat, caloris naturã non exit. Immobilitas verò cõditio est extra totã latitudinẽ caloris. Siue enim intelligatur calor vt quatuor: siue vt mille: siue vt infinitus, nũquã peruenietur ad hoc: q̃ sit immobilis infra limites caloris stãdo. Et qd̃ de calore exẽplificabimus, de cæteris virtutibus actiuis formaliter sumptis, siue scd̃m rẽ sint in materia, siue nõ, intelligi volumus. Oportet enim philosophũ formaliter loqui. Vnde distinctio iã probata in terminis specialibus repeti põt sic, perpetuitas motus dupliciter põt imaginari q̃ fiat. Vno modo à virtute per se primo ipsam causante: & sic oportet, q̃ fiat à virtute infinita intẽsiuè: vt patet ex prima cõditionali. Alio modo à virtute nõ per se primo ipsam causante: sed per se primo causante talẽ motum, & secundario causante eius perpetuitatẽ vt illius cõditionẽ. Et sic oportet q̃ fiat à virtute motiua immobili: quæ ex perfectiõe suæ virtutis causet talem motũ, puta Saturni. & ex immobilitate eiusdẽ semper perseueret: idẽ faciẽs. Vt sic cõditio virtutis sit cã cõditionis effectus, sicut in primo modo propria perfectio ipsius virtutis est causa propriæ perfectionis effectus: & propter hoc Arist. 8. Phy. tex. 78. infinitatẽ tẽporis mot° ascripsit infinitati virtutis: vt in tex. 85 ascripsit immobilitati motoris: vt iaceret fundamẽta, & ad primũ motorẽ, & alias intelligẽtias inuestigãdũ: vt ibidẽ diuus Th. notauit. Ex primo enim primũ motorẽ. 8. Phy. tex. vlt. & 12. Meta. tex. 41. cõclusit. Ex secũdo verò numerũ intelligentiarũ. text. 43. & 44. Nõ enim ibi inuestigatur numerus infiniti motoris (vt quidã rudes & cęci dicũt) sed numerus motoris inalterabilis, & immobilis: vt patet ex fine tex. 41. & ex ipso tex. 43. vbi semper est sermo de immobilitate motoris tẽpore æterno, &c.

¶Tertia igitur conditionalis, cuius antecedens supponit Arist. cũ suis sequacibus, est ista. Si cœlũ mouetur tẽpore infinito, primũ, mouens ipsum est infinitæ virtutis intensiuæ. Et aduerte differmitatem inter hãc consequentiam & priores in prioribus enim inferabatur. A, mouet. &c. ergo A, est infinitæ virtutis: vt in prima: vel, ergo A, est virtutis immobilis: vt in secũda in hac verò non inferimus, ergo mouens cœlũ, nec est ergo quilibet motor cœlestis: sed ergo primũ mouens est virtutis infinitæ intensiuæ. Probatur ista sic: cœlũ mouetur tempore ppetuo, ergo ab aliqua virtute per se primo & directæ potentiæ in sempiternitatem motus: talis est infinita intensiuè, vt patet ex veritate primæ cõditionalis probatæ: ergo inuenitur aliqua virtus infinita intensiuè. Aut igitur ista virtus est in quolibet motore cœlesti, aut in primo tãtum. Non in quolibet: tũ quia non oportet: tum quia neuter ab altero dependeret in sempiternũ mouere: fatuum enim est ponere infinitum vt sic dependere: tũ quia aliquid conueniret pluribus primo, scilicet mouere sempiternũ, quod est impossibile: vt monstratur primo posteriorum, ergo est in primo motore tãtũ. Totus processus clarus est & infirmus: si prima cõsequentia probabitur. Cuius vis consistit in ista categorica. Sempiternitas motus causatur ab aliqua virtute, per se primo intendente & potente in ipsam. Hac igitur propositiõe probata, nihil remanebit huius rationis probandum.

¶Probatur ergo primò, q̃ hoc sit possibile: deinde q̃ sit de facto. Primũ probatur: quia si esset incõueniens aut impossibile, sempiternitatem motus causari ab aliqua virtute actiua per se primo, hoc non esset, nisi vel quia duratio motus, cuius species est sempiternitas, non est res separabilis à motu, sed simul est & nõ est, & sit & non sit cũ motu: ac per hoc sufficienter fit à quolibet mouente, sicut & motus, vel quia duratio motus passio motus est, eo q̃ tempus (vt dicitur in 4. Phy. tex. 130. & 12. Meta. tex. 29.) aut est idem motui: aut eius passio. Passioni autem non debetur aliud agens quã productiuum subiecti: vt patet inductiuè. Vel quia (vt superius tactum est) duratio motus non est nisi conditio eius: conditionibus aũt rerum non debetur propria virtus actiua, sed sat est conditiones actiui sequi. Præter enim hęc tria nõ apparet ratio, quare impossibile, aut inconueniens sit sempiternitatem vindicare sibi virtutem per se primo eius actiuam: sed nihil horum impedit. Inseparabilitas siquidẽ duarum rationum formaliũ, etsi concludat, quòd producens vnã

Tertia conditionalis.

Secũda conditionalis.

in rerum natura producat alteram:non tamen concludit,quòd à quòcũq; producitur per se primo vna:ab eodem producatur per se primo & altera. Quamuis enim esse ens sit inseparabile ab esse tale vel tale ens,vt per hoc habeatur ꝙ causans tale ens causet etiam ens:non tamen sequitur,ergo si est causa per se talis entis inquãtùm tale:ergo & inquãtum ens,vnde Arist. in 6.Meta.in principio venatur principia & causas entium inquantùm entia.Durationem autem passionem esse motus, etsi verum sit quo ad aliquid,puta quia sub ratione temporis diffinitur per motum:& inseparabiliter concomitatur ipsum tanquam posterius suum prius: non tamen est verum simpliciter, quia cõstat ꝙ verè & simpliciter pàssio alicuius sic producitur consecutiuè ad productionẽ subiecti: vt à virtute per se primo productiua subiecti,secluso quocũq; extrinseco,sufficienter emanet.Duratio autem siue sempiternitas motus non emanat à virtute motiua,vt sit ratione ipsius virtutis:sed consequitur conditionem extrinsecã ipsius virtutis,scilicet durationẽ eius: vt patet inductiuè.Non est igitur passio,propriè loquẽdo, sed potius cõditio inseparabilis.Nec ex hoc ꝙ talis cõditio potest poni in esse ex cõditione virtutis motiuæ,concludi potest, ergo superfluè quęritur alia causa:quoniã non quæritur causa ad hoc vt fiat absolutè:sed ad hoc vt per se primo fiat. Non enim superfluè quæritur à quo per se primo fiat animal,quãuis sciamus ipsum fieri à generante hominem & bouem.

¶Nec incõueniẽs aliquod sequitur,si tã nobilis cõditionis motus qualis est sempiternitas,specialis causa quæratur, & nõ sat sit credere,quòd fiat vt cõditio præcisè: nihil enim cõtra principia naturalia,aut metaphysicalia,aut quæcũq; alia apparet sequi:imo inuestigatio hæc consequens est processibus Aristo. in 6.& 7.& 8.Physi.vbi causas motus aptauit secundum diuersas proportiones ad eius durationem.Non est igitur impossibile aut inconueniens sempiternitatem motus talem esse effectã: quòd possit produci ab aliqua virtute per se primo.

¶Quòd aũt hoc sit de facto,probatur primo:quia vt dicitur secundò Phy.tex.27.& 8.tex.39.semper ponẽdũ est id qđ est aut causat per se ante id quod est, aut causat per aliud.Cõstat autẽ ꝙ causans sempiternitatẽ motus:quia immobile causat eã per accidẽs,seu per aliud à virtute sua actiua : ergo debet præcedi ab eo qđ ex propria perfectiõe suæ virtutis actiuæ sempiternitatẽ facit,hoc enim tantũ est qđ per se primo illã causare põt.

¶Secundò, Quia sempiternitas motus cœlestis est effectus dignissimus,vt eius effectus ostẽdit.s.perpetuitas omniũ generabiliũ & corruptibiliũ ad quã tota sphæra actiuorũ & passiuorũ,& singula in ea contenta secundũ vires conantur : & pro ea agunt:quicquid agũt:vt Auer.dicit secundo cœli.cõ.17. & Albertus magnus ibidẽ cõfirmat.Irrationabile est autẽ effectũ à Deo nobilẽ in rerũ natura absq; per se primo cã actiua fateri.

¶Et confirmatur.Quia cũ in motu cœlesti sint duæ conditiões scilicet sempiternitas &determinati velocitas,quę in sua ratio,ne claudit tẽpus:vt patet in 4.Phy tex.95. & sempiternitas eius sit nobilior determinata velocitate(vt ex effectibus:& de se patet & 13.Meta.cõ.41.habetur:vbi certa velocitas finitati virtutis,sempiternitas verò infinitati attribuitur motoris absq; potentia omninò,secundo quoq; cœli.tex.17.dicitur,ꝙ sempiternitas est propriũ diuinitatis opus. & Platonicis cõfirmantibus ibidẽ à S.Th.cognouimus entia tãtũ sempiternitatis, quantum diuinitatis sapere.) determinata velocitas absq; dubio habeat causam per se primo ipsam causantẽ apud omnes philosophos: quæ dementia esset sempiternitatẽ cœlestis motus causa per se primo priuare?Relinquitur igitur ratio tota:& stabilis, & efficax,cùm etiam fugiendi via concessa non sit.

¶Duobus enim modis poterat quis tãtum laborẽ sine priuare. Vel dicendo ꝙ sempiternitas motus non habet causam per se primo actiuã:quod esse nefas ostẽsum est.Vel dicendo ꝙ habet quid em:sed illa virtus est finita immobilis.Et hoc ostẽsum est esse ignorantiam propriæ vocis:quia nulla virtus per se primo actiua alicuius,est actiua illius ex aliquo extra eius propriã rationem formalem:alioquin esset actiua illius circunscripto omni alio,& non circunscripto omni alio:quod implicat.Impassibilitas autem & vniuersaliter immobilitas(vt de se patet, & superius declaratum est) extra latitudinem est cuiusq; rationis formalis virtutis actiuæ formaliter sumptæ:vnde dicere quòd virtus A,sit per se primo actiua sempiternitatis,&dicere, quòd ideò est actiua sempiternitatis, quia est immobilis, & semper manet eodem modo:est ignorare propriam vocem.

¶His ergo præmissis ad motũ dubiũ contra processum Aristo. redeundo dicimus,ꝙ quia sempiternitas motus exigit in per se primo motore,seu in eius propria potẽtia,actiuã infinitatẽ intẽsiuã,& hoc nõ habet ex eo ꝙ ponitur in motu infinito ex parte mobilis,nec ex eo ꝙ ponitur in motu infinito ex parte spatij infinities iterati,sed inquãtũ est secundũ se effectus quidam: cui accidit ꝙ hoc vel illo modo saluetur : ideò ex propria ratiõe sempiternitatis motus siue saluetur in motu infinito per se siue infinito per accidẽs:cõcludi optimè põt absq; æquiuocatiõe infinitas intensiua primi motoris potentis per se primo in sempiternitatẽ.Vnde attẽta sempiternitate motus formaliter & relata ad virtutẽ actiuã per se primo illã respicientẽ,quãuis æquè bene cõcludatur infinitas intẽsiua illius virtutis:siue hoc siue illo modo ponatur.Arist.tamẽ à notioribus doctrinã subtilissimã tradẽs,deduxit in tex.78.ex sempiternitate motus posita in motu infinito ex parte mobilis infinitatẽ intẽsiuã potentię:& in tex.vltimo ex eadẽ sempiternitate motus posita in motu infinito ex parte spatij cõclusit infinitatẽ primi motoris.Insinuans nihil obstare rationi sumptæ ex sempiternitate formaliter accepta,in quouis motu saluari conatur.

¶Propter qđ in tex.78.nõ posuit mobile infinitũ,sed tẽpus tãtũ:vt doceret ꝙ nõ cõcludebat ibi infinitatẽ potẽtię ex infinitate mobilis,sed ex ꝓpria ratiõe infinitatis tẽporis:& in tex.vlti. scđm vtrãq; trãslationẽ nõ sat fuit Arist.subsumere, ꝙ primũ mouẽs mouet motũ perpetuũ,aut tẽpore infinito,sed subsumpsit vtrũq; simul,vt ostẽderet,ꝙ non arguit absolutè ex hoc ꝙ mouet perpetuò (cũ hoc sit cõmune omnibus motoribus cœli) sed ex eo,ꝙ sic mouet tempore perpetuo,vt ipsam infinitatem tẽporis per se primo causet,alioquin negatio cõmissa esset illa minore,quam nefas est Aristoteli imponere.

¶Formaliter ergo dubiũ soluẽdo dicimus,ꝙ mediũ ad probãdã illã minorem:scilicet primus motor est virtutis infinitæ, est hoc.Mouẽs per se primo tẽpore infinito:ita ꝙ maior prosyllogismi sumpta ex tex.78.est ista.Mouẽs per se primo tẽpore infinito,est virtutis infinitæ.Minor verò subsumpta in tex.vlti. est ista.Primus motor mouet per se primo tempore infinito: ergo primus motor est virtutis infinitę:vbi nulla æquiuocatio interuenit. Et maioris probatio ex infinitate temporis saluati in motu infinito ex parte mobilis,nõ obstat.sed magis attestatur processui,quia proportio virtutis per se primo respiciẽtis durationẽ mótus,ad finitatẽ & infinitatẽ tẽporis:absolutè declarata & conclusa est ibi in materia clarius eam repręsentãte:scilicet in motu infinito per,vt se ex notioribus fieret doctrina.

¶Differt autẽ deductio hæc à subtilissima deductiõe,quã diuus Tho.8.Phy.docuit in duobus.Primò in medio termino.Cũ enĩ mediũ Arist. sit mouens tẽpore infinito, ille apposuit ly per se supra ly infinito,nos vero supra ly mouens. Secũdo in minore: quia apud nos minor est vera de facto quo ad operationẽ primi motoris:apud illũ vero minor est vera quo ad virtutẽ primi motoris. Non enim de facto primus motor mouet tẽpore infinito per se, sed oportet eum esse tãtæ virtutis,ꝙ quantum est ex parte virtutis suæ posset mouere tẽpore infinito per se:quia causæ per se opotet respõdere effectum per se.Primus aũt motor est causa per se infinitatis motus:ergo siue sit possibile tempus infinitũ per se inueniri, siue non:oportet primũ motorem tantæ virtutis esse, si est per se causa infinitatis motus.

¶Conueniunt tamen hæ deductiones & in conclusione (quia vtrobique coucluditur infinitas intensiua primi motoris) &in radice:quia vterq; processus ponit primum motorẽ esse per se causam durationis infinitæ ipsius motus.Sed ille processit ex eo quòd causæ per se oportet esse tãtam virtutem: vt possit in effectum per se:quod fundatur super secundo Phy.tex.36. Iste verò ex eo:ꝙ causam per se primo alicuius oportet proportionaliter augeri secundum augmentũ proprium effectus sui, cuius fundamenta superius dicta sunt.

¶Et vt multis philosophantibus complaceamus,qui volũt potius cum Auer.errare quàm cum alijs verum sequi, ostendendum superest hoc idem Auerroim docuisse.

¶In 12.siquidẽ Met.cõ.41.postquã cõclusit iuxta demõstrationẽ.8.Phy.ꝙ virtus infinita requisita ad mouẽdũ tẽpore infinito corpus cœleste,nõ est in magnitudine, quia moueret in nõ tẽpore:mouet statim dubiũ cõmuniter tactũ à doctorib⁹ 8.Phy.s. cur si ponitur virtus infinita in magnitudine,sequitur motus in nõ tẽpore:& si ponatur extra magnitudinẽ,nõ sequitur motus in nõ tpe quæ est ratio difformitatis? Et statim respõdet,ꝙ hoc ideõ est:quia motus cœli fit à duob⁹ motorib⁹: quorũ alter est finitæ motiõis,& est aĩa cœli:& alter infinitæ,& est potẽtia omninò sine materia:& ꝙ motus cœli à motore finito habet,ꝙ fit in nõ tempore:& à motore infinito,quòd fit tẽpore perpetuo.

¶Vbi à plano sensu literæ nõ diuertẽdo,manifestè patet,ꝙ ipse est opinatus primũ motorẽ esse infinitæ virtutis intensiuæ, & propter istã infinitatẽ causare per se primo sempiternitatẽ motus cœli:& in hoc differre à cęteris intelligẽtijs:quæ cũ sint immobiles,possunt virtute propria causare perpetuitatẽ motus, per accidens tamen , vt ex dictis patet, Et quia prædicta verba

Auerr.

Auer.alijs locis eiusdem contradicere vidẽtur(vt adduximus arguendo ad oppositum)ideò à diuersis diuersimodè exposita vel potius extorta sunt:prout quilibet voluit non se Auerroistam,sed Auerroim suum facere:vnde oportet expositiões eorum afferre,vt firmetur veritas.

¶Quidã igitur dixerunt,ꝙ Auer.intendit,ꝙ sit finitus intẽsiuè primus motor:infinitus autẽ in duratione,non tantũ formaliter:sicut alij motores:sed etiam causaliter : quia sempiternitas motus ascribitur fini ipsius motus,qui est purus actus omninò: & per hoc differt à cæteris motoribus.

¶Et hi diuisi sunt in duas vias.Nã quidã eorum dicunt,ꝙ illa distictio motoris in finitũ & in infinitũ,est distictio realis.Quidã verò ꝙ est distinctio rationis in primũ motorẽ, secundũ quod est finis,& ipsummet secundũ quod est agens,& secundũ quod agens mouet in tẽpore:quia est vigoris finiti intensiuè,secundũ verò quod finis perpetuat motum,& ideò dicitur infinitus in duratione causaliter.Alij verò dixerunt,ꝙ primus motor non est virtutis finitæ nec infinitæ intensiuè, quia non est virtutis actiuę,sed dicitur infinitus causaliter:causalitate finali:vt dictũ est.Alij autem dixerunt,ꝙ illa verba Auerrois examinanda & glosanda sunt secundum determinationes factas in De substãtia orbis,&c.vbi magis ex proposito tractauit rem hãc,vbi manifestè negauit infinitatem intensiuam.

¶Sed ꝙ omnes huiusmodi responsiões errent,manifestatur. Et primò,ꝙ loquatur de infinitate intensiua probatur primò sic. Quidcũq; sit aliqua distinctio per opposita habentia plures significationes:& alterum oppositorum declaratur ab ipso distinguente quo ad quid nominis:secundum quã intentionẽ sumitur:reliquum debet sumi secundum oppositam intentionẽ. Patet ista:alioquin periret omnis certitudo diuisionum & syllogismi diuisiui,&c.sed Auer.diuisit motorẽ cœli in motorem finitæ motionis:& infinitę motionis:& descripsit alterum membrum:scilicet motorem finitæ motionis, per finitatem intensiuè(vt patet)quia ibi expressè subdit.Dicere finitatem,est dicere proportionem motoris ad motam rem,ergo reliquum mẽbrum,scilicet motor infinitæ motionis est describendum secũdũ intentionẽ oppositã,scilicet ꝙ dicere infinitatem,est dicere improportionem:& sic erit omnis motor infinitus intensiuè.

¶Secũdò sic.Termini quæstionis & responsionis secundũ artẽ demonstratiuã non differunt:sicut nec quæstio differt à cõclusione in terminis,sed in modo:cõstat aũt ꝙ motor infinitus de quo est sermo in quęstione,est infinitus intẽsiuè:quoniã est ille: de quo dicitur in 8.Phy.tex.79.ꝙ mouet in nõ tẽpore:ergo finitas & infinitas,de qua est sermo in respõsione,est etiã intẽsiua.

¶Tertiò sic.Quælibet responsio à sapiente data debet sumi in sensu,in quo quæstioni motæ respondet:sed ista nõ respondet quęstioni motæ.nisi intelligatur de infinitate intẽsiua:ergo.&c. Declaratur minor.Quæstio est cur virtus infinita requisita ad mouendum tempore infinito posita in magnitudine,infert motum in non tempore,& posita extra magnitudinem non. Huic autem quæsito non satisfit dicendo,quod hoc ideò est,quia ibi sunt duo motores separati&ambo finiti,scilicet alter actiuè,& alter,vt finis:& ex motore,vt finis est sempiternitas,ex motore verò vt agẽs est ꝙ motus fit in tẽpore.Hoc enim siue verũ,siue falsum sit,est impertinens quæstio,& sollicitudo superflua.Tota enim quæstio est quarę à virtute separata non sequitur motus in non tẽpore:sicut à virtute posita in magnitudine.Et constat ꝙ est sermo de virtute actiua.Hæc autem quæstio,vt & nouitij possint percipere (sicut & quælibet alia) supponit aliqđ certum.s.infinitatẽ virtutis siue in magnitudine,siue extra. Et quærit dubium ,quare si illa infinita virtus ponitur in magnitudine,mouet in non tempore , & extra magnitudinem non.

¶Quęratur ergo ab istis primo.Qualis est illa infinitas virtutis quę supponitur intẽsiua , an durationis ? si intẽsiua habetur intentũ,si durationis,quæstio & nulla & ridiculosa est. Nulla quidẽ:quia à virtute actiua infinita in duratione posita in magnitudine,nõ sequitur motus in nõ tẽpore:vt patet de virtute alteratiua solis,a qua res aliqua alteratur, & tamen in tẽpore. Nec põt dici ꝙ illud est verum tantũ de virtute motiua vnico motu locali tantũ,quoniã expressè Ari.in 8.Phy.tex .79.vnde hoc sumptũ est, dicit hoc verificari in omnibus virtutibus motiuis quocũq; motu.Ridiculosa autem: quia puerile est quærere,quare à virtute finita in vigore, infinita autem duratione separata à materia,prouenit motus in tẽpore, & nõ in non tẽpore.Quis enim est adeo rudis,vt ignoret finitatẽ & infinitatem intensiuam virtutis sequi velocitatem certam, vel incertã motus,&non finitatẽ & infinitatẽ durationis?Vltimũ igitur refugium horũ est, ꝙ quæstio illa neutrã infinitatẽ determinatè supponit:sed infinitatẽ in cõi,quoniã ex motu perpetuũ neutra infinitas determinatè concluditur, sed in cõi concluditur

ꝙ oportet virtutẽ motiuã tẽpore perpetuo esse infinitam.Vnde dicunt, ꝙ quęstio Auer.est.Cùm sit ꝙ virtus motiua tẽpore infinito sit infinita abstrahendo ab hac & illa infinitate, quare posita in magnitudie infert motũ in nõ tẽpore,& extra magnitudinẽ non?Et responsio est supponendo ꝙ si aliqua virtus posita in magnitudine debet mouere tẽpore perpetuò,oportet ꝙ sit infinita intensiuè ex 8.Phy.tex.78. & cõsequenter moueret in non tẽpote ex tex.79.& addendo,ꝙ si aliqua virtus motiua tẽpore perpetuò ponatur extra magnitudinẽ, illa est necessariò infinita secundũ durationẽ:& distinguitur in motorem,vt agens,&sic est finitę motionis,id est,mouet in tẽpore:& motorẽ vt finis,& sic est infinitæ motionis.i. mouet infinito tẽpore: quod virtuti positæ in magnitudine cõuenire non potest.Non enim potest distingui in motorẽ,vt agens , & vt finis : & ideò oportet,quòd virtus motiua tempore infinito,si est in magnitudine,moueat in non tempore,extra magnitudinem non.

¶Sed verè isti innituntur telis aranearũ.Deficiũt enim dupliciter.s.in re ipsa,& in expositiõe.Auer.In re ipsa quidẽ:quia falsum est,ꝙ virtus motiua tẽpore infinito,si ponitur in magnitudine,est infinita intẽsiuè,si extra magnitudinẽ non. Quæratur enim ab ipsis(ne in æquiuoco laboremus)de quali infinitate tẽporis est sermo.Distincta est enim superius ex 6.Phy.qa est duplex ex parte mobilis,& ex parte spacij,seu per se,& per accidẽs. Si est sermo de virtute motiua tẽpore infinito ex parte mobilis,nulli dubiũ est,ꝙ illã oportet esse infinitã intẽsiuè.in tex. enim 78.nõ est sermo de tali virtute,sed de prima,vt ex dictis patet.¶Amplius,Cũ philosophus obedire debeat ratiõi,oportet reddere causam quare cum admonendum B mobile certa velocitate:puta motu vnius horæ,requiratur tãta virtus intensiuè:puta vt centũ : & ad continuandũ illum motum tempore perpetuò sufficiat ex parte virtutis motiuæ, ꝙ semper perseueret in eodem vigore:quare inquã est, quod virtus talis si ponatur in magnitudine,sequitur quòd sit infinita intẽsiuè? Hoc enim neque ex parte perfectionis virtutis, nec ex natura magnitudinis oritur: & tamen hoc est super quo isti fundantur.

¶Quòd si dicatur,ꝙ hoc, ꝙ illa virtus actiua semper remanere debet in eodẽ vigore, hoc puerile est: qa ex hoc nihil aliud sequitur, nisi ꝙ illa virtus oportet ꝙ ponatur in magnitudine inalterabili & incorruptibili.Ex hoc aũt ꝙ virtus actiua ponitur inalterabilis,& incorruptibilis, infinitæque durationis siue inquãto, siue extra: nõ habetur maior ꝑfectio intẽsiua, vt de se patet:& in 1.Ethic.cap.7.ab Ari. & Auer. dicitur. Et datur exẽplũ de albo, qđ ex hoc ꝙ ponitur perpetuũ. nõ sequitur,ergo est albius : qa differẽtia maioris & minoris rõnis nõ infert differẽtiam scđm magis & minus. Vnde ridiculũ est ꝙ quidam inter philosophos se locãtes, dicũt ꝙ ideo nõ potest esse virtus motiua actiuè tempore perpetuo in magnitudine: quia oportet ipsam esse durationis infinitæ,& per hoc infinitam intensiuè.Deberent enim inferre,ac per hoc inalternabilem & incorruptibilem, ad quod sequitur infinitas intensiua.

¶Pudet autem adducere quorũdam fatuitatem dicentium, ꝙ processus nõ fit ab Auer. & Aristot.ad concludendum primũ motorem esse incorporeum absolutè, sed ad concludendum ipsum esse incorporeũ,id est non immersum materiæ ad esse, quæ est tantùm apud eos ingenerabilis & corruptibilis Rationis siquidẽ Arist.à tex. 78. (vbi inchoat teste ipso Arist.ibi cũ Auer. tractatus) intendẽtis ostendere impartibilitatem primi motoris,vis est ex natura quãti & extensi siue corruptibilis, siue non:vt patet in tex.vltimo rationem formans & efficacia probatorum : & non aliter concludit primum motorem impartibilem.vnde.hoc est simpliciter error nimis fatuus.

¶Amplius , Hoc dictũ, scilicet ꝙ virtus motiua actiuè tẽpore perpetuo si est in magnitudine,est infinita intẽsiuè,si extra,nõ oportet vel ex rationibus formalibus terminorũ intelligibiliter deducere,vel ex sensibilibus assumere.Sed iã ostensum est ex rationibus terminorũ hoc nõ deduci, sed oppositũ quo ad primã partẽ:& sensibilia idẽ testãtur. ergo hoc est voluntariè dictũ. Ex sensibilibus enim habemus, ꝙ virtus alteratiua solis est motiua actiuè,& est in magnitudine,& tamẽ est infinita intensiuè:nec alterat in nõ tẽpore.Nec potest dici,ꝙ quia sermo est de virtute actiua motus localis: ideò instantia non militat. Tum quia eadẽ est ratio quo ad mouere in non tẽpore, & infinitatem intensiuam : de virtute alteratiua & motiua secũdum locum , & vniuersaliter motiua si ponãtur in magnitudine:vt dicitur 8.Phy.tex.79.vt iam adductũ iterũ est.Tum quia si idẽ alterabile semper supponeretur alterationi solis, tũc sol vnũ numero motũ perpetuũ posset cõtinuare,nulla facta augmentatione suæ virtutis:quicqđ sit de antecedẽte huius cõditionalis: & sic virtus finita intensiuè, infinita duratione moueret in tempore infinito vnũ motũ cõtinuum & non in non tpe. vnde

q̃ de facto non sit hoc est per accidens quantũ est ex efficacia virtutis. Accidit enim tãtæ virtuti, q̃ vnũ vel plura subijciãtur, & c. & nihil minus posset in vnũ semper quã plura. ¶In expositione aũt verborũ Auer. errãt, quia ex huiusmodi sensu nõ habetur rẽspõsio ad quæsitũ: esset enim rẽspõsio q̃ ideò virtus motiua tẽpore infinito posita in magnitudine, moueret in nõ tẽpore, & posita extra magnitudinem nõ: quia virtus extra magnitudinẽ distinguitur in motorẽ: vt agẽs, & motorẽ, vt finis: in magnitudine autem non. Ex hoc autem quomodo haberi possit quæsita differentia, centum iuga boum non deducerent.

¶ Quarto principaliter probatur, q̃ de infinita intensiua sit sermo Auer. ibidẽ: ex eo q̃ ibi dicit, q̃ motus cœli inquãtũ est ab anima cœli: sortitur determinatam velocitatem: inquantũ verò est à primo motore, sortitur sempiternitatem. Ex hoc enim arguitur, sic. Aut intendit quòd motus cœli habeat sempiternitatem à primo motore effectiuè, aut finaliter: si effectiuè, cùm in hoc ponat differentiam inter primum motorem & animam cœli, tripliciter potest hoc imaginari.

¶ Primò, q̃ anima cœli, aut non efficiat, aut non sufficiẽter possit efficere sempiternitatem motus: & ideò attribuatur primo motori tanquã causæ sufficienti: & hoc conuincitur demõstratiuè esse falsum, supponendo animã cœli esse virtutem motiuam immobilem: vt patet ex 8. Phy. tex. 81. & ex supradictis.

¶ Secundò q̃ anima cœli dependenter illã faciat, primus autẽ motor indepẽdenter: & ideo attribuitur primo motori, vt eius causæ actiuæ independẽter. Et hoc cõuincitur esse cõtra Auer. ibi: quia aut loquimur de cõmuni dependentia: quã omnia entia alia à primo, & actiones eorũ dependent à primo, & sic nõ saluatur cõmentũ ponẽs differẽtiã inter sempiternitatẽ, & determinatã velocitatẽ motus cœli in hoc, q̃ illa est à primo motore: hæc ab anima cœli, tali enim dependentia cõmuni tã sempiternitas quã determinata velocitas, est à primo motore mediãte anima cœli. Aut loquimur de singulari dependẽtia, quã in faciẽdo talẽ effectũ, scilicet sempiternitatẽ motus, anima cœli dependet a primo motore. Et hoc cõuincitur esse impossibile tenẽdo primũ motorẽ finitũ intensiuè: & deducitur sic. Motore sufficiente ex ijs quæ in se intrinsecè sunt applicato mobili dispõsito, circũscripto quocũq; alio, excepta cõmuni depẽtia; ad primũ necessario prouenit effectus proprius illius motoris: Patet ista ex terminis: alioquin nulla esset via ad probandã consecutionem causæ ad effectum, & econuersõ. Sed anima cœli est actiuum sufficiens ex suis intrinsecis respectu motus, æterni, ergo circũscripto quocũq; alio excepto cõmuni influxu primi, potest in motum æternum: ergo nulla est opus specialis dependentia. Probatur minor ex eo, q̃ anima cœli habet ex suis intrinsecis duo requisita ad faciendã sempiternitatem motus: scilicet tantã virtutem intensiuè (puta vt mille) & immobilitatem, quilibet enim motor habens hæc duo, potest sempiternum facere motum, quamuis non per se, vt dictum pluries est.

¶ Tertiò, q̃ anima cœli licet sufficienter, tamẽ per accidens facit sempiternitatem motus. Primus autem motor facit eã per se: & ideò attribuitur primo motori, vt eius causæ actiuæ, per se primo intendenti illam. Et sic habetur intentum, quia vt ex prima cõditionali probata patet, ex hoc sequitur, ergo primus motor est virtutis infinitæ intẽsiuæ. Et in rei veritate, ista videtur mens Auer. in illo loco. Loquitur enim de actiua causalitate, vt quæstio mota ostẽdit: & non intẽdit subtrahere ab anima cœli causalitatẽ actiuã sempiternitatis: sed per seuerita tem causalitatis, cuius nulla virtus finita est capax: vt patet ex dictis. Vnde causam actiuam per se determinatę velocitatis posuit animam, sempiternitatis verò primum motorem.

¶ Si finaliter hoc potest dupliciter imaginari. Primò, vt sit sermo de dependentia cõi, qua omnia causantur in genere causæ finalis à primo. Et hoc est contra Auer. ibidem: quoniã hoc modo non saluatur sua differentia inter determinatam velocitatem motus & eius sempiternitatem: hoc etenim modo vterq; effectus dependet finaliter à primo motore.

¶ Secundò, vt sit sermo de aliquo speciali modo depẽdendi: in genere tamen causæ finalis. Et quarum verba eorum sonant, videtur dicere, quòd quodam singulari modo sempiternitas est à primo fine, quo non est determinata velocitas: sit quòd sempiternitas motus in hoc differt ab eius velocitate, quòd ista sufficienter fiat ab agente: illa autem non nisi adiuncta causalitate finali primi motoris. Sed quia facile est dicere distinctionẽ in qualibet re quamuis ardua, & inexcreitati est admittere illam in aere: ideò quæramus ab istis quomodo sit ista differentia. Hoc enim non potest nisi tripliciter imaginari. s. aut sic, q̃ sempiternitas careat causa actiua, & finali tãtũ attribuatur. Et hoc est ridiculũ: quoniam non est intelligibile, q̃ aliquid effectiuè producat motũ, & nõ producat eius durationẽ maximè cũ tẽpus, quod est duratio illa (vt 12. Met. tex. 29. dicitur) aut est ipse motus, aut eius passio. Constat autẽ q̃ hæc ab eodẽ fiunt actiuè secundũ rem: quãuis nõ eodẽ modo: potest enim eorũ quę sunt idẽ realiter vnũ per accidẽs produci ab agente inferiori: & alterũ per se, vt patet cum Sortes generat Platonem. Tunc enim licẽt fiat Plato, per se, fit tamẽ corpus, vel mixtũ per accidens: vt dicitur in primo phy. tex. 76. Aut sic, q̃ ad determinatã velocitatẽ causa actiua sufficit absque finali: ad sempiternitatẽ autẽ non. Et hoc etiã est ridiculum: quia finis est causa cęterarũ causarum, nulliusque est effectus natus ę, aut artis absq; fine. Aut sic, q̃ ad determinatã velocitatẽ causa actiua cum fine cõmuni sufficit: ad sempiternitatẽ autẽ non, sed requiritur specialis ratio depẽdentię ad primũ motorem vt finem. Et hoc est iterum loqui in aere, nisi huiusmodi ratioa signetur.

¶ Nec apparet alia ratio quàm illa, quæ in eodẽ com. 41. ex intentione Themistij subditur, scilicet q̃ motor qui monet ad consequendũ aliquid, vel conseruandũ aliquid transmutabile, necesse est quòd quandoq; cesset. Motor autem qui mouet propter aliquid semper in actu & immutabile: qua ratione mouet vno tẽpore mouet semper. Et sic habetur specialis ratio depẽdentiæ sempiternitatis ex fine: quæ non habetur in velocitate motus. Sed adducere hoc ad propositũ nouitiorũ est. Cùm enim omnes animæ cœlestes prima intẽtione operentur propter se (vt dicitur 12. Met. com. 36. & secũdo cœli, com. 17. & 21.) & ipsarũ natura sit immutabilis & in actu: & earũ opera sint sicut opera artiũ, vt dicitur. 12. Met. cõ. 44. & filius fit principiũ in operabilibus: vt dicitur in 2. Phy. tex. 88. Quemadmodũ ex actualitate immutabili finis, sumunt animæ illæ rationẽ sempiternitatis in suis operibus: ita ex alijs cõditiõibus nobis ignotis, sumunt rationem tantæ velocitatis: & quare magis ab Oriente moueãt versus hemisphæriũ superius, & alia huiusmodi. Hæc enim omnia fiunt propter melius: vt ex secundo cœli tex. & cõ. 34. habetur. Et ex fine necessẽ est bonitatẽ eorũ fieri cũ naturalia agantur propter finẽ: vt dicitur. 2. Phy. tex. 80. Vnde ex hoc non magis habetur, q̃ sempiternitas specialiter dependeat à primo, quã certa velocitas: vtrumq; enim eorũ habet hoc modo specialem rationem dependentiæ ex fine.

¶ Amplius. Cùm ratio sempiternitatis motus sufficiẽter sumatur ex his finis conditionibus, scilicet quòd sit in se actu, & habitus à mouente, & immutabilis: & hæc sint communia omnibus motoribus cœlorum respectu propriarum essentiarũ: nihil proprium primo motori dixisset Auerr. sed totũ quòd dixit cõuenit omnibus animabus cœlorum in ratione finis. Nec potest dici, quòd dictum Auer. commune quidẽ est omni motori separato in ratione finis, sed appropriatur primo propter dependentiã aliorum à primo, & in ratione finis: quoniam sic non saluatur differentia inter sempiternitatem & velocitatem: vtraq; enim propter independentiam, primo est attribuẽda fini. Quòd si tanquam ad vltimum refugiũ recurrendo dicatur, quòd sempiternitas motus dependet à primo fine quodã singulari modo ignoto nobis: & hoc cognosci ex hoc, quòd omnes motores cœlestes conueniunt in sempiternè mouere: non autẽm in velocitate motus (hoc enim ideo esse credendũ est, quia rationem sempiternitatis habent respiciendo primũ, velocitatem vero respiciendo propria.) Hoc est contra Auerr qui expressè dicit in secũdo cœli, com. 58. quòd motores inferiores sumunt rationes suarun velocitatum, secundum quòd magis desiderant assimilari primo. Et loquitur non solùm de motu diurno, sed etiã in circulo obliquo. Deinde hoc non est sufficienti ratione firmatum, quòd enim conueniant omnes in sempiternitate motus: vt dicit Auer. in secũdo cœli, com. 38. & 71. & alibi, est, quia conueniunt omnes in hoc, quòd sunt motores immateriales. Et ideò hoc non oportet conijcere, quòd sit ex singulari modo dependendi à fine: cum clarè pateat: quòd finis cõmunis cum immaterialitate motoris sufficiat, nec locus est coniecturis in manifestis.

¶ Amplius, Velocitas de qua ibi loquitur Auer. vt patet in cõmento, nihil aliud est quàm temporalitas: in qua omnes motores cœli cõueniunt, sicut & in sempiternitate: nullus enim mouet in non tempore. Restat ergo quòd de infinitate intensiua sermo Auer. ibidem fit. Et licet euidentiores sint prædictæ rationes, si duo motores secundum rem in primo orbe ponantur efficaces tamen sunt etiam si duo secũdum rationem: vnus aũt secundũ rẽ ponitur: vt patere potest cuilibet eas applicare sciẽti. Vnde omnes expositiones cõmenti prædicti falsę apparent.

¶ Vltima autem ordinem librorum Auerr. non pensauit. Cùm enim constet ex secundo cœli, com. 3. quòd tunc iam fecerat bellum de substantia orbis: & ex pluribus commentis; quòd tũc etiam fecerat super libros Phylicorum: & ex 12. Meta. com. 65. q̃ iuuenis erat quando fecit super lib. de cœlo: & sperabat vt com.

in com 352. se perfecturum astrologiam: & q̃ senex scripsit super Metaphysica, manifestè liquet, q̃ omnia dicta Auerr. sunt examinanda ad 12. Metaphysicæ eius: & non econuersò: quoniã opus illud testamentum eius est.

Alius modus ostẽdẽdi propositũ.

¶ SECVNDA autẽ via ad ostẽdẽdũ infinitatẽ virtutis Dei gloriosi sumpta ex S. Th. breuior est. Et supponit Deũ esse causam actuam alicuius substãtiæ: siue mundi, siue primæ intelligentiæ, siue omniũ incorruptibiliũ: siue ab æterno, siue in tẽpore: nihil enim horũ refert, dũmodò concedatur per simplicem emanationẽ (quã nos creationem dicimus) Deum aliquid produxisse. Hoc autem nũc supponatur. Tũ q̃ria cõmuniter excellentes viri hoc concedunt etiam de mente Arist. & Auer. Tum quia expressè contra Argazelem pluries Auer. h. d. Tum quia hoc exigeret specialem quæstionem, quam alibi tetigimus.

¶ Acquiescentibus ergo huic supposito, hæc via paratur, iuxta quã arguitur prælibando rationes terminorũ, scilicet q̃ virtus creatiua est virtus actiua effectus ex nulla potẽtia passiua: fiat creatiua ab æterno, vt Plato & Arist. cũ sequacibus posuerũt siue in tempore: vt fides Christiana determinat. Cæteræ autem virtutes actiuæ sunt effectuum ex aliqua potentia passiua præsupposita, vt patet in naturalibus & artificialibus.

¶ Arguitur ergo sic loquendo semper de quãtitate virtutis, seu perfectiõis. Omne quãtũ excedẽs aliud quãtũ, sic q̃ quantumcũq; excessum crescat: nũquã inter ipsa est aliqua proportio, est necessariò infinitũ intẽsiuè. Ista patet ex terminis: quoniã: vt dicitur in 8. Physi. tex. 79. si excedẽs est finitum: addẽdo semper quãtũ ad excessum, quãdòq; æquabitur & excedetur. Sed virtus creatiua est aliquatæ perfectionis, & sic excedit virtutẽ factiuã rerũ ex potẽtia subiecti: q̃ quãtũcũq; augeatur, non est inter eas proportio, ergo virtus creatiua est infinita intensiuè. Probatur minor quo ad vltimã partẽ, (quæ sola eget probatione) & ducẽdo ad impossibile: quia sequeretur q̃ virtus tantũ actiua ex aliqua potẽtia, & virtus actiua ex nulla potẽtia possent esse æquales: quod est manifestè impossibile. Tenet consequẽtia, supponẽdo vnum, quod probatione nõ eget, scilicet q̃ quãto aliquod actiuũ põt educere rẽ de re motiori potẽtia ad actũ, tãto est virtuosius. Ad sensum enim patet, q̃ ad educendũ calorẽ de potẽtia aquæ, maior virtus requiritur quã ad educẽdũ ipsum de potẽtia aeris, hoc igitur supposito arguitur more Aristotelico sic. Sumatur virtus productiua alicuius (puta bouis) ex nulla potẽtia: & sit A, Sumatur quoq; virtus productiua bouis ex aliqua potẽtia, puta C, & sit virtus illa B. Tunc sic, Istæ duæ virtutes, scilicet A, & B: per se habent aliquã proportionẽ: sit ergo proportio cẽtupla: ita q̃ A, excedat B, non plus quã in cẽtuplo. Et tũc sumatur potẽtia passiua in cẽtuplo magis elõgata ab actu quã sit C, & sit illa D. Cũ ergo oporteat tãto virtuosius esse agẽs quãto elõgatior est potẽtia ab actu, necesse erit virtutẽ actiuã bouis de potẽtia D. esse in proportiõe cẽtupla ad B, ac per hoc esse æqualẽ ipsi A, Et sic virtus productiua ex aliqua potẽtia, & virtus productiua ex nulla erũt æquales: quod est impossibile. Imò etiã eodẽ processu põt deduci, q̃ illa sit etiã maior, quod est impossibilius. Nec potest inficiari quispiã hũc processum ex eo, q̃ nõ põt sumi rerũ natura potẽtia remotior ab actu quacũque potentia data: oportet enim sic dicentes negare processum Ari. 4. Phy. tex. 72. vbi assumit plenum subtilius quocunq; pleno. & 6. Phy. tex. 15. vbi assumit motum velociorem quocunq; motu: & breuiter destruere doctrinam traditam in libris Phy. Saluatur enim efficacia horũ & similium processuũ ex rationibus formalibus terminorũ: & ex veritate conditionaliũ: quicquid enim repugnat veritati cõditionaliũ, est falsum & impossibile, vt Auer. dicit in 8. Phy. text. 78. Vnde proposito sufficit veritas conditionaliũ: putà, si virtus aliqua produceret ex potentia in centuplo remõtiori, esset in centuplo proportionaliter, &c. Stat ergo ratio firma, quamuis quidam nescientes, aut non volentes eam formare, soluisse se arbitrati sunt: vt de Scoto patet prima distin. 41. Qui ideò credidit se soluisse: quia S. T. nõ solicitus circa terminos, qui in Auentericis rationib. solẽt subintelligi, fecerat maiorẽ huiusmodi. Eorum inter quæ nulla est proportio, alterũ est infinitum, soluit Scotus. q̃ hæc nõ est vera, vt patet de puncto & linea: & tamen punctum non est infinitum. Propter quod notãter nos posuimus in maiore vtrunque esse quantum, vt has pueriles cauilationes effugeremus. Et hæc de secundo.

Respõsiões argumẽtorum. Nũ de mouetur, vt finis, vel vt motor.

¶ RESTAT igitur argumentis in oppositum respondere.

¶ Ad primum ergo (quod tres difficultates tangit: vnam principaliter & duas ex consequenti) tali est ordine dicẽdum, quòd duas annexas difficultates, scilicet an Deus moueat vt finis tantum, vel vt finis & agens: & si vt agẽs, an mediatè: vel immediatè: pertransibimus, dicendo, quia est. Tertiam verò principalẽ, scilicet an expositione virtutis infinitæ intensiuæ in rerũ natura, necessariò sequatur motus in non tẽpore, pertractabimus dupliciter. s. secundũ Auer. & simpliciter. Quãuis igitur multi ex secundo cœli, tex. 64. vbi in summo gradu perfectionis vniuersi locatur id, quod sine actione optimum possidet: & ex 12. Meta. tex. 30. vbi dicitur, q̃ Deus mouet sicut amatũ & desideratum: credant Deũ nõ esse causam agentẽ, sed finalẽ verius tamen dicunt sentiẽtes vtroq; modo Deũ esse causam: vt simplicius arguit ex primo cœli tex. 30. vbi Arist. dicit, Deũ nihil agere frustra. Si enim ad hoc incõueniens solicitus fuit Arist. deducere, q̃ Deus nihil agit frustra: ergo supponebat Deũ egere ꝓpter finem ridiculũ enim esset deducere ad hoc incõuenientes de causa nõ actiua. Auer. quoq; in de substãtia orbis, manifestè reprehendit dicẽtes oppositũ esse de intẽtione Arist. & in 10. Meta. com. 7. expressè dicit, q̃ Deus mouet nõ tantũ, vt finis, sed vt motor. Quod etiã firmat in 12. cõ. 6. & in com. 44. vbi etiã posit modum Auicennã ponentem Deũ esse tãtum finem arguit, q̃ oportet primi principij esse actionem: quæ cum hoc q̃ sit sibi propria, sit cõmunis cæteris: qualis est motus diurnus. Et in secundo cœli, cõ. 17. dicit, q̃ omne habens actionẽ in se, habet actionem in alio: & in com. 21. dicit q̃ omne quod inuenitur, ꝓpter se prima intentione, inuenitur, ꝓpter aliud secũda intẽtione: nisi illic esset natura nõ innata ad largiendũ. Et breuiter totus Auer. plenus est hac sentẽtia, vel formaliter, vel radicaliter: vt putà q̃ in separatis à materia causalitas finalis, & efficiens eidem conueniunt: vt dicitur in 12. com. & 35. & 38. & 55.

¶ Nec obstat quòd Arist. dixit Deum mouere vt amatum. non enim dixit hoc cum dictione exclusiua: imò ex hoc magis habetur propositum suppo; ita alia vniuersali Auer. quã modo diximus. Id verò quod ex secundo cœli adducitur, admiratione dignũ est, qua frõte ab Auerroistis adducatur: cũ Auerrois ipe ibidem in com. 66. expressè dicat, q̃ in illo summo gradu habẽte optimũ sine actione datur latitudo includẽs oẽs intelligẽtias: ita q̃ apud ipsum oẽs intelligẽtiæ sunt in illo primo gradu, & non tantũ Deus: & tamẽ cõstat apud eos etiã, q̃ cæteræ intelligẽtiæ agunt ad extra. Intẽdit enim ibi Arist. apud Auer. intelligẽtias quatenus intelligẽtię sunt, habere optimũ (quod est fœlicitas speculatiua) sine omni dependentia ab exteriori actiõe nõ sicut in nobis: iuxta illud 12. Mẽt. tex. 39. deductio aũt qualis optima, &c. est esse in primo gradu. Quatenẽ verò aiæ sunt, optimũ assequi per motũ: & in secũdo locari ordine, simul cum corporibus, quorũ sunt aiæ. Vnde Deũ mouere non solũ finaliter, sed actiuè dicimus. ¶ Et quãuis ex multis cõmentis videatur haberi, q̃ Deus mouet immediatè: quia in cõm. 44. 12. Met. reprehenduntur ponentes Deum esse priorẽ motorẽ primi orbis, & in cõm. 38. expressè dicitur q̃ primus motor mouet sine medio: & in cõ. 48. numerantur substantiæ immateriales secundum numerũ motuũ cœlestiũ, expressè supponẽdo nullã esse quæ non mouet: vt tamen ex dictis superius patere põt in cõ. 41. 12. expressè dicit motũ cœli cõponi ex duobus motoribus. Et ideò sciendum est, quòd ista subinuicem non contradicunt quoniam cùm sint in hac re opiniones extremæ, vna Auicennæ dicentis Deum nihil agere ad motum cœli, nisi secundum quod prima causa operatur per secundas: sed primũ motorem esse primã intelligentiam productam à Deo, quæ cum anima cœli mouet, alia eorũ, qui dicunt Deum solũ mouere primum cœlum. Auerrois via incessit media vtrunq; declinans extremum, & ideò nunc hoc, nunc illud excludit extremum, quamuis pluries Auicennam impugnauerit. Est igitur apud eum primus motor Deus gloriosus, non tamen mouet solus.

¶ Sed quia in motu primi cœli sunt duo (sempiternitas motus, & certa velocitas, puta 24. horarũ) posuit vtrunq; horũ habere per se primo causam actiuã & propriam: & sempiternitatis quidẽ Deum: certæ verò velocitatis animã cœli. Et hic sensus respõdet planè expositioni illius cõmenti absque extortiõe. Et sic Deus nõ est prior motore totius, imò facit per se motum totius quo ad nobilissimã eius rationem, quæ est sempiternitas, & hoc modo Deus non est anima alicuius orbis. Et ideò dixit ibidem Auerrois, quòd est potentia non in materia. Et per hoc volebat q̃ differret ab anima cœli, Et hoc modo saluatur quod cõ. 44. dicitur, q̃ illud quod intelligit motor corporis cœli de primo motore, est aliud ab eo quod intelligit motor orbis Saturni. Et sic numerus immaterialium substantiarum secundum numerũ motuum saluatur: quia ex motuum numero inuentus est numerus motorum aliorum à primo, qui iam ex infinitate motus stabilitus erat. Nullam enim substantiam immaterialem ponimus nisi ex motu conclusam: sed primam ex infinitate motus cæteras ex numero motuum regularium, & perpetuorum exigentiũ motores immobiles. Et hoc consonat textui Ari. expressè quærenti numerum motorum immobilium, non numerum motorũ infinitorum: vt per hoc insinuaret: quòd de alijs à primo

à primo loquebatur quãuis primus quoq; sit immobilis.Est siquidé sermo Arist.& Auer.ibidé cõtra ponẽtes substãtias immateriales absq; aliqua propria motione alicuius corporis, vt patet ibidé,quod nos nõ diximus. Et breuiter hoc modo omnia dicta Auer.inueniũtur cõsona:& meritò,quia verò omnia cõsonãt.Vnde Eliç Hebræi labor quã vanus fuerit,patet.Putauit quod ex hoc ꝙ Deus dicitur motor effectiuè primi cœli:sequeretur,ergo mouet solus primũ cœlũ.Iã enim liquet Deum esse propriũ motorẽ primi orbis,quo ad sempiternitatem sui motus actiuè causandã.Mouet ergo Deus cœlum effectiuè: vt motor proprius:& mediãte anima cœli sic, vt vtriusque proprius effectus motus cœli sit diuersimodè: & sic, quo ad duo prima pateat quid tenẽdũ sit.De tertio aũt(in quo tota stat difficultas præsens)ambiguitas magna videtur.diuisi siquidé sunt Peripatetici circa id.Quibusdã enim apparet ꝙ ex hoc antecedẽte datur virtus infinita in natura,sequitur necessariò, ergo motus in non tempore.Quibusdã verò videtur ꝙ distinctione opus sit in re hac,&hi in tres distincti sunt vias.Alij putãt ꝙ distinctiõe modi agẽdi:scilicet liberè,vel necessariè opus sit.Alij verò ꝙ distinctio modi essendi illius virtutis infinitæ, scilicet an habeat esse materiale an immateriale:ad hoc sufficiat. Alij aũt duas distinctiões necessarias credũt ad saluãdã infinitã virtutẽ in rerũ natura:scilicet modi essendi(quę modo dicta est) & modi agẽdi,scilicet mediationẽ,vel immediationẽ:ita quòd omnes huiusmodi opiniões sunt quatuor.Et primã quidé postponẽtes (quia ex discusiõe aliarũ quid veritatis habeat patebit:& eius fundaméta sunt quæ arguẽdo adduximus) ad secundã nos transferamus opinionẽ:quæ tria dicit.Primò, ꝙ ex hoc antecedẽte:virtus infinita est in magnitudine:necessariò sequitur,ergo mouet in nõ tẽpore,quod implicat cõtradictionẽ. Et in hoc cõueniũt cũ Ari.8.Phy.tex.79.omnes Peripatetici, licèt differãt in modo deducẽdi cõsequẽtiã.Sco.enim in primo sentẽ.dist.2.q.2.ad vlt.dicit,ꝙ ex eo ꝙ in antecedẽte assumitur virtus infinita:subintelligẽdo agat:necessariò sequitur,ergo actio sua est in nõ tẽpore:ãlioquin in æquali tẽpore agere cõtingeret virtutẽ finitã & infinitã,iuxta deductionem Aristotelis ibi. Ex eo verò ꝙ in antecedẽte additur ly in magnitudine (id est extẽsa)sequitur ꝙ si agit:agat circa corpus.& cõsequẽter ꝙ sit ibi aliqua resistẽtia,& sit etiã diuersa approximatio partiũ passi ad agẽs,ac per hoc sequitur,ergo actio illius virtutis est mouere,quoniã hæ duæ causæ,scilicet diuersa approximatio partium & resistẽtia,faciũt successionẽ esse in motu,& sic ex toto antecedẽte simul. s.virtus infinita in magnitudine,sequitur motus in nõ tempore.Sed hæc deductio manifestè peccat, quia ex hoc ꝙ aliqua virtus est extẽsa,& agit in corpus,nõ sequũtur illæ duæ causæ successiõis:sed vna tãtũ.s. diuersa approximatio partiũ passi ad agẽs:sed ex omnibus his absq; resistẽtia non sequitur,ergo illa actio est motus.Et hæc omnia nõ egẽt probatione:quia manifestè patẽt de virtute illuminatiua. Hæc enim est extensa:& agit in corpus,&c.& tamẽ nõ est motus propriè (de quo loquimur)vt distinguitur contra mutationem.

Num si motor sit virtutis infinitæ intẽsiuè, sequatur motus in nõ tẽpore.

¶Sanct.Tho.autẽ,quia Arist. nõ fuit solicitus ibi de vtraq; parte consequẽtis deducenda, supponit cũ Auerroi & cæteris expositoribus(quãtum vidisse me recolo) quòd subiectum illius antecedentis,scilicet ly virtus seu potẽtia, supponit pro virtutẽ motiua,proprie sumendo motum: ita quòd antecedẽs illius consequentiæ secundũ veritatem est hoc,Virtus motiua infinitã est in magnitudine,Ergo.Et quod hæc sit mens Aristo. patet ibi,ex eo quòd probando suppositionem vnam,scilicet ꝙ maior virtus facit æquale in minori tempore,dicit vt calefaciens, aut dulce faciens, aut proijciens,& omnino mouens: vbi manifestè patet ꝙ de virtute motiua loquitur.Patet etiã ex fine intento:ad nihil enim aliud inducebat demonstrationem illam, nisi ad inuestigandam impartibilitatem primi motoris, quem constat mouere propriè.Vnde impertinens erat proposito tractare de omni virtute extẽsa:quãuis ex ista negatiua nõ potest dari virtus motiua infinita in magnitudine, habeatur ex consequenti, ꝙ nulla virtus in magnitudine est infinita. Quia cũ sit virtus,aut substantialis,aut accidentalis,& accidentalis infinitas inferat infinitatem substantialis,& omnis virtus substãtialis in magnitudine,si est simplex,sit principinm alicuius motus naturalis(vt patet in primo cœli,text.7.) & simplicibus existẽtibus finitis impossibile sit mistũ fieri infinitũ:manifestè deduci potest,ex negatione infinitas virtutis motiuæ in magnitudine negatio infinitatis omnis virtutis extensæ.

¶Facit tamen vim S.T.in ly magnitudine, ex hoc quòd virtus extensa non est intelligens: virtus aũt extra magnitudinem est intelligens, vt patet tertio de anima con. 5. virtus autẽ motiua non intelligens mouet tantum quantum potest. Ac per hoc tenet consequentia Aristot. Quia si est virtus motiua infinita, & cum hoc mouet tantũ quantum potest:sequitur ergo mouet in non tempore:vt patet ex deductione Aristo.ibidem.

¶Secundò dicit,ꝙ ex hoc antecedẽte virtus infinita est(etiã loquendo de motiua)non sequitur necessariò,ergo mouet in nõ tẽpore:quia potest illa virtus esse agentis liberi,in cuius potestate est & actio & modus agendi.Et cum hoc arguitur esse cõtra Ari.& Auer.& omnes philosophos.Sco.cũ sequacibus non reputat hoc incõueniens:imò dicit in secũdo sen.dist.prima q. tertia,eos sibiipsis cõtradicere, ponẽdo Deũ agere necessario.

¶Mihi aũt videtur hoc non esse contra Arist.eo quòd nulli imponẽdum est,quod nec dixit,nec necessariò sequitur ex dictis eius. Deum aũt non esse agens liberum nullibi dixit Arist. nec ex dictis eius sequitur necessariò.Demonstratio siquidé posita in primo cœli,tex.90.sufficienter saluatur,supponẽdo omnes intelligẽtias differre specie,& mouere quantũ possunt,vt assimilentur Deo glorioso:cuius proprius effectus est sempiternitas:siue liberè siue necessariò illã causet.Numerus quoq; intelligentiarum eisdẽ suppositionib. stãtibus optimè inuestigatur ex numero motuũ:sunt enim omnes motores adæquati. Inconueniens etiã quod dicitur in tex. 79. s.virtutẽ finitã & infinitã mouere æqualiter:manifestè ibidẽ ascribitur virtutib. mouentibus naturaliter,& breuiter quęcũque alia ad hoc adduci possunt,facilè saluari videntur absq; hoc. Nolo tamen propterea Arist.attribuere,ꝙ posuerit Deum agere liberè,sed opinionẽ suã ad nos non peruenisse tantũ.contra Auer.tamen illã responsionẽ esse nõ dubito,vt excom.4.duodecimi Metaphysices deducere facile esset,& cõ.21.secũdi de cœlo manifestè habetur.

¶Sed quoniã ex principijs philosophiæ non necessariò sequitur Deum agere necessariò, idcirco cum soli rationi obediendum sit,quod secũdo loco contra hoc obijcitur, soluendũ est. Cùm ergo dicitur,id ad quod sequitur falsum impossibile,est simpliciter impossibile,&c.negatur minor.

¶Et ad primam probationem dicitur quòd quãuis non sit impossibile Deum velle vti tota virtute sua:est tamen impossibile Deum velle vti tota virtute sua in hoc effectu,qui est velocitas motus.Nec hoc est ex defectu virtutis, aut voluntatis:sed quia hoc non est factibile, vnde Deus vtitur tota virtute sua per se causando sempiternitatem motus,& creando,&c.

¶Ad secũdum verò dicitur præmittẽdo quatuor, notandũ est enim primò,ꝙ aliud est arguere ex potẽtia motiua infinita,& aliud est arguere ex potentia motiua infinita habente talẽ modũ essendi.s.in magnitudine,vel extra, vel modũ operandi.s. necessariò,vel liberè.Primũ siquidem antecedens abstrahit ab omni modo essendi & operãdi.Secundum verò modũ essendi vel operãdi coassumit.Constat autem ꝙ multa possunt deduci ex aliqua ratione formali,& modo essendi, vel operandi simul:quæ non possent deduci ex illa ratione formali absolutè.

¶Notandum est secũdò,ꝙ ex aliqua ratione abstractè seu absolutè sumpta dupliciter aliquid deducere cõsueuerũt philosophi. **alias abstrahente* Vno modo necessariò,sicut ex ratione motus deducitur quod oportet esse in tẽpore.Alio modo non repugnãter:sicut ex ratione motus deducitur,quòd quòcunq; motu dato põt, dari velocior,&c.Et inter hęc tantũ refert,ꝙ consequẽs aliqd necessariò comitatur ipsum in quocũq; ponatur secundũ omnẽ modũ essendi illius:& cõsequẽs verò aliquid nõ repugnãter,nõ oportet comitari illud in aliquo : imò stat ꝙ repugnet ei in quocunq; modo essendi:vt patet in exemplis adductis.

¶Notandũ est tertiò,ꝙ tripliciter potest imaginari, ꝙ potentia motiua infinita exeat in actũ secũdũ,vel ꝙ moueat A mobile certa velocitate,ita ꝙ nõ possit volocius illud mouere, sed illud mouere sit sibi adæquatũ.Vel ꝙ moueat infinita velocitate.i.in non tẽpore:nõ est enim intelligibile ꝙ aliquid actualiter moueat infinitè velociter,& tamen in tẽpore: quia ex quo actualiter mouet,tẽpus illius motus certũ est secundũ se,signetur ergo,& tũc procedatur iuxta tex.79.octaui phys. & venietur ad hoc,ꝙ motus infinitæ velocitatis erit in æquali tẽpore cũ motu finitæ velocitatis:(vtpote à virtute finita facto)quod est impossibile.Idem est ergo mouere actu infinitæ velociter, & mouere in nõ tẽpore.Vel medio modo.s.ꝙ nunquã moueat tanta velocitate.A mobile,quin possit illud velocius mouere.

¶Hæc autem tria aliter se habent ad potentiã motiuam infinitam absolutè:& aliter ad eam in magnitudine. Ad potentiam siquidem motiuã infinitam in magnitudine, duo extrema cõparantur immediatè:ita quòd respectu talis virtutis nõ datur medium inter mouere in non tempore,& mouere certa velocitate adæquatę.Ad potentiã verò motiuã infinitam absolutè extrema hæc sunt mediata,ita quòd stat, ꝙ moueat sic velociter,ꝙ tamen semper velocius mouere possit.Et ratio difformitatis est:quia virtutis extensæ quantũ est posse,tantũ necessariò est facere:vt patet inductiuè:& cõsequenter si est infiniti posse,

posse,ergo habet adæquatũ facere,aut ergo hoc est certa velocitate mouere,aut in nõ tempore,mouere enim sic,ꝙ velocius possit nõ esse adæquatũ virtuti:patet. Virtutis verò motiuæ infinitæ absolutè,nõ oportet quãtũ est posse:tantũ esse facere, quia abstrahit ab omni modo operãdi & essendi,& cõsequenter abstrahit ad hoc,ꝙ faciat secundũ totum posse aut partem: & tantum vel tantum:& ideò non necessariò sequitur quòd si exeat in actum:quòd exeat in opus adæquatum.

¶Notandũ est quarto,ꝙ aliter arguẽdũ est ex infinita velocitate ad infinitatẽ potẽtiæ motiuæ absolutè,&aliter ecõuerso.Ex infinita siquidé velocitate determinatè infertur,ergo potẽtiæ motiua est actu infinita:quia impossibile est aliter talẽ effectũ saluare.Ex infinita verò potẽtia motiua nihil aliud põt inferri: nisi,ergo põt infinita velocitate mouere:quia si aliquãta,virtus motiua põt mouere aliquãta velocitate,maior põt maiore: & infinita infinitate.Sed quia posse mouere infinita velocitate cõtingit dupliciter,vno modo sic quòd possit facere motum infinitæ velocitatis in actu,alio modo sic,ꝙ possit semper facere maiorem velocitatem quacũq; facta velocitate: ideò non potest ex infinitate potentiæ motiuæ absolutè inferri determinatè:ergo est actu infinita velocitas:sicut econuersò.

¶His aũt pręmissis,dico quatuor.Primò,ꝙ ex hoc antecedẽte. A,est virtus motiua infinita in magnitudine, optimè sequitur, ergo mouet in nõ tẽpore:quia si nõ:ergo mouet adæquate certo tẽpore ex tertio notãdo:& tũc sequitur iuxta deductionem Arist.ergo virtus finita & infinita secundũ totũ posse mouent æqualiter.Secũdò dico,ꝙ ex hoc antecedẽte,A,est virtus motiua infinita:nõ sequitur necessariò,ergo A,mouet in nõ tẽpore,dicẽtibus enim ꝙ nõ,subinferri nõ põt:ergo mouet adęquate in certo tẽpore,datur siquidé mediũ: scilicet ꝙ permittitur mouere,A,mobile tãta velocitate(puta decẽ horarũ) nõ tamẽ adæquate: sed põt semper velociùs,vt patet ex tertio notãdo. Quod nõ põt dici:si virtus illa est in magnitudine, & ideò Ari. fundãs demõstrationẽ suã super illa distinctione,aut mouet in nõ tẽpore:aut certo tẽpore:loquendo de adæquata operatiõe assumi ab aduersario virtutem motiuam esse in magnitudine, quia de tali constat,quòd oportet supponere aliquam velocitatẽ esse illi adæquatam,quod non oportet verificari de virtute motiua absolutè:quia abstrahit ab his.

¶Tertiò dico,ꝙ ex hoc antecedẽte,A, est potẽtia motiua infinita:nõ sequitur nõ repugnãtur,ergo motus in nõ tẽpore.Probatur hoc ex illo principio,Impossibile in se ex rationibus terminorũ: ex nullo deducitur possibiliter ex quo non sequatur necessariò.Hæc enim est differẽtia inter cõsequens possibile & impossibile ex terminis:ꝙ possibile ex aliquo antecedẽte oritur possibiliter:ex quo nõ oritur necessario: vt patet de velocitate motus respectu motus & mobilis.Impossibile verò nisi habeat cõnexionẽ necessariã cũ antecedẽte,ex illo oriri nõ potest:& hoc ideò est,quia impossibile ex terminis:est impossibile simpliciter & omninò.Tale autẽ ex nullo oriri potest:nisi ex alio impossibili,ad quod cõditionaliter sequatur,ꝙ sine necessaria cõnexione fieri nequit.Constat autẽ ꝙ motus in non tẽpore claudit contradictionẽ ex terminis:si est enim motus, ergo in tempore: & si in non tempore,ergo non est motus. Et ex antedictis patet,quòd hoc impossibile nõ sequitur necessariò ex infinita potentia motiua:ergo nec sequitur possibiliter

¶Sed accidit hic dubium ex triplici capite. Primo, quia id qđ sequitur necessariò ad aliquid cum aliquo speciali modo essendi,sequitur permissiuè & possibiliter ad illud absolutè, verbi gratia. Quod sequitur necessariò ad animal rationale,sequitur possibiliter ad animal.Sed motus in non tempore sequitur necessariò ad virtutem motiuam infinitam habentem esse in magnitudine,vt patet:ergo sequitur possibiliter ad virtutem motiuam absolutè.Secundo,quia cum hoc argumẽtum valeat, Si aliquanta virtus motiua potest mouere aliquãta velocitate,ergo maior potest maiore, & infinitate infinita & vlteriꝰ valeat. Aliquanta virtus motiua potest mouere tanta,velocitate:ergo potest facere tantam velocitatem actualiter,& maior similiter maiorem,quare non valet, ergo si est infinita, potest infinitam facere actualiter.Nulla enim ratio apparet difformitatis:& tamen oportet si tenenda sunt prædicta,negare illam vltimã cõsequentiam quia vt patet ex dictis, posse facere velocitatẽ infinitam actualiter,est idem quod posse mouere in non tẽpore.

¶Tertio,quia &si assignata sit ratio quare infinitę potentiæ absolutè non oportet assignare adæquatum facere; quia scilicet abstrahit à modis operandi:non tamen habetur,quare infinitę potentiæ motiuæ absolutè repugnet mouere secũdum totum suum posse. Si enim non repugnat,dato quòd ex ea non sequatur necessariò nec possibiliter,habetur intentum:quia si hoc sibi non repugnat,ergo est sibi,possibile: possibili autem posito nullum sequitur impossibile.Ex hoc autem sequeretur, quòd moueret in non tempore:vt patet,ergo.

¶Ad primã horum dicitur ꝙ maior est sic modificanda, illud quod sequitur necessariò ad aliquid cũ aliquo speciali modo essendi cõpossibili illi primo,sequitur permissiuè ad illud absolutè:sic enim est vera,& non aliter .Si enim aliquid iungatur cũ aliquo sibi incõpossibili ex terminis,id quod sequitur ad cõiunctũ,vtriq; partiũ repugnat,verbi gratia. Ad hominẽ aereũ sequitur habere perfectissimũ sensum tactus,non mediũ inter cõtraria,quod,vt patet, nõ sequitur ex ratione homini absolutè,nec aeris.Sic aũt est in proposito:quia virtutẽ motiuã infinitam esse in magnitudine, implicat contradictionẽ,partésq; cõiuncti nõ sunt cõpossibiles:vt ex iã dictis patet: & effectus necessariò sequens monstrat,scilicet motus in non tempore.

¶Ad secundum dicitur, quòd ratio difformitatis inter vltimã consequentiam & priores est: quia in omnibus prioribus proportionaliter adaptatur propria causa proprio effectui.In vlt. autem non secundum veritatem, sed solam apparentiam, non enim proprius effectus virtutis potẽtis infinita velocitate mouere,est actualiter mouere infinita velocitate:sed nulli certę velocitati obligatum esse suum mouere quantũ est ex parte motiuæ potentiæ. Hoc autem saluatur si sic possit mouere actualiter,vt semper possit velocius mouere:vt patet.

¶Et si quæratur, cum virtuti potenti mouere velocitate vnius horæ pro proprio effectu assignetur mouere actualiter in vna hora,& duplæ potentiæ potẽti mouere in medietate horæ pro prius effectꝰ dicatur mouere actualiter in medietate horę:quare virtuti pòtenti mouere infinita velociter proprius effectus non assignetur mouere actualiter infinita velocitate. Respõdetur ꝙ hoc ideò est:quia quandocũq; quãtitati virtutis põt dupliciter atribui quãtitas operis,& altero modo est impossibile propter implicationẽ cõtraditionis in ipso opere: altero verò est possibile:dicendũ est ꝙ effectus proprius illius est ille in quo saluatur modus possibilis.Verbi gratia,& est exẽplũ theologicum.Dicimus ꝙ virtus creatiua Dei est infinita non solũ ex parte modi agendi,sed ex parte creabilium:non tamen saluatur infinitas in creabilibus sic,ꝙ Deus possit creare aliquod infinitũ ens:sed sic,quia quacũq; creatura facta potest facere perfectionẽ.Cũ ergo in proposito inter virtutẽ motiuã quancunq; finitã & infinitã respectu velocitatis motus hæc sit differentia,ꝙ finitæ virtutis quantitati vno modo & illo possibili respondet quantitas velocitatis in effectu.s. faciendo illam actu:infinitæ verò virtutis quantitati duobus modis quantitas velocitatis respondere videtur.s.faciendo infinitã in actu, vel mouendo absq; obligatione ad certam velocitatem,& primo modo infinita velocitas effectus rationem habere non potest (cùm sit de genere impossibilium ex terminis)secundo modo infinitæ potentiæ proprius effectus est.

¶Ad tertium dicitur,quòd infinitæ potentię motiuæ absolutè repugnat mouere actualiter secundũ totum suũ posse, quò ad velocitatem motus,nõ autem quò ad durationẽ eius:quia operatio talis est de genere operationum impossibilium ex terminis.Et id quod multos in materia ista decipit, est: quia assumitur talis motio,vt operatio quædam:& quare infinitæ potentiæ motiuę repugnet,quærunt:cùm tamen,(vt ex dictis patet) non sit de genere operationum,sicut nec alterare cœlum.Nec ex his imponas mihi ꝙ dicam infinito posse,non posse attribui adæquatum operari actualiter.Hoc enim ex dictis nostris diligenter inspectis non habetur,sed tantùm quòd infinito posse motiuo non potest respõdere adæquatum operari actualiter quò ad velocitatem motus. Ex hoc enim non sequitur vniuersalis negatiua,ergo non potest respondere adæquatum operari:stat namq; quòd respondeat infinitum operari quò ad durationem motus,& quò ad operationes immanentes.s.intelligere & amare,&c.Vnde ad quæsitum cum distinctione dicendum est,quòd infinita potentia motiua potest referri ad motus velocitatem, & ad eius durationem. Et primo modo repugnat sibi mouere secũdum totum suum posse: quia ista non est operatio,sed quiddam plus quam chimericũ. Secundo modo non repugnat:imò de facto conuenit,vt ex dictis patet.

¶Quartò dico,ꝙ ex hoc antecedente,A est virtus motiua infinita agentis liberi:non potest inferri,ergo mouet, aut potest mouere in non tempore:dicam enim,in nullo tempore mouere potest tanquam adæquato effectu,sed mouet semper certo tempore sicut elegit:non tamen sic quin quantũ est ex ratione virtutis posset velocius mouere.Cùm enim ex ratione potentiæ motiuæ infinitæ absolutè,nihil aliud sequatur, nisi ꝙ quia tanta potẽtia potest mouere tanta velocitate,& maior moiore,infinita potest infinitate velocitate mouere:& hoc cõtingat dupliciter,scilicet aut quòd possit exire in actum secũdum fa-

ciendo

ciendo infinitam velocitatẽ:aut ꝙ sic semper possit:vt nũquam exeat in actum secundum, faciẽdo aliquam velocitatem, quin possit adhuc facere maiorem,& ex ratione potentiæ motiuæ infinitæ absolutè nõ necessariò sequatur, ꝙ possit exire in actũ primo modo:& ex hoc ꝙ est agentis liberi, necessariò sequatur ꝙ exeat in actum secundo modo:si debet exire in actũ,consequens est quòd non ex infinita potentia motiua agentis liberi absolutè considerata,nec ex ipsa sumpa cum tali modo agẽdi deducatur necessariò,ergo motus in non tempore. Et consequenter cum omnis conditionalis vera sit necessaria, ista conditionalis non est vera.Si datur virtus motiua infinita agentis liberi,posset dari motus in non tempore.Et sic patet ad secundam probationem illius minoris quid dicendum sit,scilicet ꝙ falsum est,ꝙ ex ratione infinitæ potentiæ motiuæ absolutè sequatur,ergo motus in non tempore.

¶Tertiũ quod habet hæc secunda opinio,est,ꝙ non potest aliter saluari infinita potẽtia in rerum natura,nisi ponẽdo ipsam agere libere:eo ꝙ aliter sequeretur motus in non tẽpore. Sed hoc non est dictum commune, vnde non videtur tutum sequi illud,præsertim,quia (vt ex dictis & dicendis apparet) à multis illustribus viris saluatur,etiam si Deus non ageret libere.

¶Tertia verò opinio,quã S.Tho.8.Phy.protulit in lucẽ,dicit ꝙ sola distinctio modi essendi,scilicet in magnitudine,vel extra, sufficit ad saluandam virtutem motiuam infinitam absq; motu in non tempore,quicquid sit de modo operandi. Ita ꝙ secundũm eam quamuis ista conditionalis sit vera. Si virtus motiua infinita est in magnitudine,daretur motus in nõ tempore: ista tamẽ nõ est vera.Si motiua virtus infinita est extra magnitudinẽ, daretur motus in nõ tẽpore.Et fundamentũ huius est,quia veritas primæ conditionalis fundatur super tribus. Primò super infinitate motiuæ potentiæ:ex qua habetur,ꝙ possit mouere infinita velocitate.Secundò super modo essendi eius in magnitudine,ex quo habetur,ꝙ quantum est posse,tantũ est operari. Tertiò super hoc,ꝙ effectus non est dignior sua causa, ex quo habetur,si aliqua virtus est in magnitudine,eius adæquatum opus potest recipi in magnitudine.Ex his enim tribus consurgere veritatem illius conditionalis,patet ex eo,ꝙ quodcũque horum trium desit,conditionalis non est vera.Si enim deest infinitas potentiæ motiuæ, numquàm deducetur motus in non tempore similiter si non ponitur in magnitudine seu operari tantũ quantũ potest,nunquam deducetur motus in nõ tẽpore:& nihil minus si non ponitur ꝙ operetur in passo capaci adæquatæ operationis illius potentiæ:nunquã sequeretur motus in non tẽpore:quẽ constat non sequi nisi ex motione adæquata potentiæ motiuæ infinitæ.In operationibus siquidẽ transeuntibus non solum impeditur operatio,& eius quantitas ex parte potentiæ actiuæ,sed ex parte pasi.Constat autem quòd proprium passiuum motiuæ virtutis est mobile in actu: quod oportet esse actu quantũ,& corpus:&c. vt patet 6.Phy.tex. 32. & ideò nisi ponatur,ꝙ adæquata motio virtutis motiuæ infinitæ assumptæ in antecedente possit recipi in corpore in actu seu in magnitudine(idem enim sunt in proposito) non potest deduci:ergo mouet in non tempore,& quia hoc non poni potest absolutè,quia est impossibile:ideò oportet poni,vt sequẽs ex antecedente aduersarij, habetur autem vt iam diximus ex illo,quia causa non est indignior effectu. Ex his aũt patet quare secunda conditionalis.s. si virtus motiua infinita esset extra magnitudinẽ,daretur motus in non tẽpore,non est vera, quoniam deficit sibi tertia cõditio. Nõ enim oportet virtutis existentis extra magnitudinem dari, adæquatũ opus in magnitudine.& ratio est,quia virtus immaterialis cõparatur ad omnia quanta,vt vniuersale ad particulare:non in prædicãdo,sed potius in essendo & causando: nec est rationabile, vt materiale possit totam immaterialium virtutem adæquare.

¶Vnde ad maiorem horum euidentiam considerandum est, ꝙ motus relatus ad infinitam potentiam motiuam in magnitudine & extra,diuersimodè cõparatur.Illi quidẽ,vt effectus proprius causæ particulari & propriæ:huic vero, vt effectus particularis causæ vniuersali(quemadmodum liquefactio ceræ virtuti solari) quia motus est effectus in corpore,& consequenter fit à virtute corporea sicut ab vniuoco: à virtute vero immateriali sicut ab æquiuoco & vniuersali.& ideò sicut ridiculum esset ex quantitate virtutis solaris inferre quantitatẽ huius particularis effectus, vt adæquantem virtutem solis,ita irrationabile est ex quantitate virtutis immaterialis inferre quantitatẽ huius effectus particularis,qui est velocitas motus tanquam effectum adæquatum.

¶Considerandum rursus est, quòd inter potentiam motiuam infinitam in magnitudine seu absolutè,& potentiã motiuã infinitam in corporeã,hoc interest,ꝙ illa,aut nihil aliud per se dicit nisi principiũ motus(vt patet si sumatur absolutè) aut si aliquid aliud addit,nihil addit,eleuans ipsam supra rationẽ proprij principij motus, vt patet si sumatur in magnitudine. Ista aũt ex hoc ꝙ immaterialis ordinis ponitur,supra rationẽ proprij principij motus eleuatur, sicut & supra corporalia. Propter quod ex hoc ipso,ꝙ ponitur extra magnitudinem,sequitur ꝙ non per se primo respiciat motus velocitatẽ, qui est corporeus effectus,quemadmodũ faciunt virtutes corporales,sed altius qui per se primo aspiciat,& secundario,& quasi per accidens motũ.Vnde fit vt infinitas virtutis motiuæ,si esset in magnitudine,motus velocitate necessariò manifestaretur.Infinitas autem virtutis motiuæ existentis extra magnitudinẽ, non quia.s.infinitas potentiæ in magnitudine,est per se primo particularis principij motiui:infinitas vero potentię extra est per se primo rei eleuatæ supra ordinẽ principiorũ motiuorũ particularium: ac per hoc altius quid respicit, vt adæquatũ motũ * quàm velocitatem motus. Imaginandum est enim ꝙ res illa infinita extra magnitudinẽ, quamuis habeat in se vnde possit mouere:hoc tamen opus nõ per se primo respicitur ab illa sed aliquid altius:quia vt pluries dictũ est, motus per se primo est actus corporis:virtus aũt illa eleuata est sicut supra corpora:ita super omnia corporalia,per se primo, quod dico propter ens & bonũ & alia huiusmodi:quæ & si sint corporalia,non tamen per se primo.& ideò non oportet si virtus illa est infinita,velocitatem infinitam posse ab eã prouenire.Ex duobus ergo falsificatur secundum S.Th.conditionalis ista.Primò,ex eo ꝙ virtutem extra magnitudinẽ non oportet habere adæquatũ facere suæ virtuti,cũ agat per intellectum,vt dictum est in 2. opinione.Secundò,ex eo ꝙ considerata virtute infinita extra magnitudinẽ non considerato modo operandi: sequeretur, ergo daretur motus in nõ tẽpore,quia non posset fieri motio quo ad velocitatem adæquatam virtuti motiuę:quia moueret corpus in actu,puta cœlum:quod non esset capax motionis adæquatę illi virtuti,nec absolutè:quia hoc implicat,nec ex hypothesi data:qa infinita potentia non est cõcessa in magnitudine, sed extra.¶Contra hãc aũt opinionẽ dupliciter obijcitur. Primò qa si ex sola incorporeitate virtutis motiuę infinitę,habetur sufficiẽs ratio falsitatis secundæ cõditionalis,manifestè sequitur ꝙ nõ refert si ponatur virtutẽ illã esse motiuã necessariò, dũmodo ponatur incorporea:stãt enim ista duo simul, non enim est impossibile virtutẽ immaterialẽ esse necessariò motiuã:vt Aristo.& philosophi tenent de animalibus orbiũ. Ex hoc aũt quæratur in quãto tẽpore moueret virtus infinita extra magnitudinẽ mouẽs secundũ totũ posse,& signetur illud tẽp⁹,& tũc procedatur iuxta text.79.8.Phy.deducẽdo ad impossibile,ꝙ æqualiter moueãt virtus finita & infinita.Secundò,quia hoc est expressẽ cõtra Auer.in 2.cœ.cõ.38.& 71.¶Ad primũ horum dicitur,ꝙ istæ duæ cõditionales distãt sicut cœlũ & terra. Si infinita potẽtia motiua esset extra magnitudinẽ,moueret in non tẽpore:& si infinita potẽtia motiua existens extra magnitudinẽ, moueret secundũ totũ suũ posse,moueret in nõ tẽpore.Secunda enim est vera:quia in antecedente eius iam ponitur ipsam secundũ totũ posse actualiter mouere, & consequẽter habere mobile talis motiõis subiectum:cũ motus sit actus mobilis, ac per hoc in hac conditionali saluantur tres antedictæ cõditiones. In alia verò, nõ habetur ex hypothesi antecedẽtis mobile capax totius posse:& ideò est falsa ex defectu tertiæ cõditiõis.De illa autẽ cõditionali super quã firmatur argumentũ, s.si esset extra magnitudinẽ,finita virtus motiua,necessariò daretur motus in nõ tpe:dicẽda sunt duo. Primò,ꝙ est impertinẽs proposito,qa nõ habetur ex dictis S.T. Multũ enim refert posita virtute infinita incorporea loqui de ipsa, & cõsequẽtibus ad ipsam,vt sic abstrahẽdo à quibuscũq; alijs quę nõ necessariò ipsam infinitã & incorporeã comitatur,& loqui de ipsa addẽdo sibi specialẽ modũ agendi.s.necessariò. Primo enim modo est sermo S.T.& nõ scd'o.&primus nihilominus modus nihil ponit incõpossibile.Secũdus verò forte adiunat incõpossibilia: quia quãuis virtuti incorporeæ nõ repugnet esse necessariò motiuã & velocitatiuã motus,repugnat tamen fortè virtuti incorporeæ infinitæ.Vnde nõ oportet de illa cõditionali solicitũ hĩc esse.Si tamẽ de veritate eius quęratur,dicendũ secũdò videtur ꝙ est falsa eadẽ ratione:quia.s. ex hypothesi antecedẽtis habetur ꝙ immobili posset recipi adęquatus effectus illi virtuti.Vt enim iam infinities tactũ est,motus in nõ tẽpore est quoddã impossibile ex terminis,& nõ sequitur nisi ex aliqua hypothesi impossibili,quã requirere illa tria mõstratũ est.

*alias motu.

¶Et cùm contra arguebatur,ergo moueret in aliquo certo tẽpore,signetur illud,&c.respondetur,quòd quia ex parte motoris nulla posset certitudo velocitatis determinari: quia nec ex libertate,nec ex finitate potentiæ,& in non tempore mouere,

verè, non sequitur ex hypothesi,oportet dicere, ꝙ si moueret, moueret ea velocitate,cuius mobile esset capax:puta si esset mobile nõ violẽtabile & capax motus 24.horarũ tanto tẽpore moueret illud,& nõ minore.Et si contra hoc dicatur, signetur tẽpus,illud intrepidè assignetur:puta vna hora, vel decẽ: hoc enim nõ refert.Et si procedatur deinde ad hoc ꝙ eodem tẽpore mouebit idẽ mobile virtus finita & infinita:dicetur hoc non esse inconueniens,quãdo aliunde prouenit quã ex virtute motiua.Inconueniens siquidẽ est ꝙ virtus finita & infinita ex proprijs meritis consideratæ moueant æqualiter: sed quando aliunde hoc prouenit,puta ex libertate agentis(vt secunda opinio dicit)vel ex parte mobilis,vt modo dicitur:vel ex mediatione alterius motoris,vt vltima opinio Auer.dicet, nullũ inconueniens est.Sed sunt in hac responsione adhuc duo dubia. Primum est,quia,ex eo ꝙ in antecedente ponitur virtus infinita motiua,ponitur consequenter * mobile adęquatum.Motiuũ enim ad mobile refertur,vt dicitur 5.Meta.ca.de aliquid.& sic tertia conditionalis est vera.Secundum est,quia licet tale, vel tale mobile certam velocitatem sibi determinet:non tamẽ mobile in communi,& ideò comparando illam virtutem infinitã separatam necessariò agentem ad mobile in communi, restat dubium,an moueret in non tempore,an certo tempore.

*Alias consequẽtiu.

¶Ad primum horũ dicitur,ꝙ illa ratio illa tenet:quãdo vis motiua est eiusdẽ ordinis cũ mobili:tũc enim ex suppositiõe tanti actiui necessario supponitur adæquatum proportionaliter passiuũ.Quãdo autẽ supponitur tantũ actiuũ altioris ordinis:non oportet tantũ passiuum supponere:quia cũ passiuũ non respiciat nisi mediante actione transeunte(quã facit,vel facere potest in eo)& virtus altioris ordinis,scilicet vniuersalis immaterialis:nõ oportet quòd habeat,aut habere possit aliquã actionem in passo corporeo sibi adæquatam:consequens est, quòd non necessariò supposita tãta virtute motiua immateriali supponatur mobile adæquatum proportionaliter.Vnde licet motiuum dicatur ad mobile vniuersaliter:tantũ tamen motiuum non dicitur ad tantũ mobile vniuersaliter: sed quando motiuum est eiusdem ordinis cum mobili.

¶Ad secũdũ dicitur,ꝙ quãuis docuerit Ari.in Physicis motorẽ in cõmuni mobili in cõmuni cõparare: & quicquid cõtradicit talibus proportiõibus,esse impossibile:nõ tñ didicimus cõparare mobili in cõmuni motorẽ contractum, qualis est iste, de quo loquimur:motor enim est separatus à materia. Vnde tali motori attribuendum est tale mobile,puta cœlum:& non mobile in cõmuni.Constat autem quòd tale mobile aliquam sibi certam velocitatem determinat,vt dicitur.2. cœli. text. 39.

¶Et si curiosè quæratur,quid dicendum sit ad illud quæsitum, dicendum est,quòd si ille motor applicaretur corpori mobili absolutè, ꝙ moueret nulla certa velocitate. Et si dicatur, hoc est impossibile,concedatur:quia etiam antecedens est impossibile,nec est à nobis vnquam concessum.Ad alterã obiectionẽ, quia dicebatur hanc tertiam opinionem esse contra Auer.dicitur dupliciter.Primò,ꝙ non est verum nisi per accidens. Auerrois enim ideò dixit,quòd si anima cœli esset infinitę virtutis, moueret in non tẽpore:quia supponebat ipsam necessariò mouere:vnde ex modo agendi supposito tenet apud ipsum consequentia.Sanct.Tho.autem loquitur de virtute infinita incorporea abstrahendo à modo operandi, ideo in hac opinione non sunt contrarij per se.

¶Et si dicatur,saltem habetur,quòd secundum Auerroim, illa tertia conditionalis est vera: dicitur secundo quòd hoc est verum,non tamen propterea est relinquenda:quoniam maior est authoritas rationis quàm sit Auerrois & omnium philosophorum simul. Et puerorum nõ philosophorũ est sequi dicta alicuius,credendo ꝙ non dixit hoc absq; magna & sufficienti ratione: & relinquere argumenta ad oppositũ necessaria, aut ꝑpe.

¶Quarta opinio ab Auerroi 12.meta.con.41.explanata:duabus distinctionibus censet egere positionem dicentem virtutẽ motiuam infinitam absque motu in non tempore. Prima est modi essendi,vt scilicet ponatur immaterialis & non in magnitudine.Secunda est modi operandi, vt scilicet moueat mediatè, & non immediatè. Supponit enim omnia ĩmaterialia agere naturali necessitate. & sic dicit quòd ideo non sequitur motus in non tempore si ponitur primus motor virtutis infinitæ, quia idem mouet mediante anima cœli, modificante in effectu velocitate,scilicet motus infinitatem primi.

¶Sed hæc opinio à S.T.& Aegidio 8.Phy.arguitur insufficientiæ:à Scoto aũt in primo sent.dist.8.q.vlt. ratione vlt. arguitur falsitatis.Insufficiens quidem dicitur à S.Tho.quia cũ Arist.8. Phy.duos effectus attribuerit infinitati virtutis,scilicet mouere tempore infinito,in tex.78.& mouere in non tẽpore.in tex. 79.& Auerrois ponendo infinitã virtutem, ex mediatione motoris finiti dicat impediri motum in non tempore, & non impedire motũ in infinito tempore: imò dicit quòd quia ille primus motor est infinitæ motionis: ideò mouet tempore infinito,& quia ibi est alius motor finitus,ideò mouet incerta velolocitate. Restat assignãda ratio quare mediatè mouere nõ impedit infinitatẽ tẽporis, sicut impedit infinitatẽ velocitatis, ꝙ Auer.non fecit. Ab Aegidio verò,quasi Deus moueret immediatè,nõ propterea moueret in nõ tempore: quia motus in nõ tempore est de genere impossibilium.Falsa autem dicitur, qa virtus infinita habet omnẽ perfectionẽ causæ efficientis quam habet ipsa cum causa secunda proxima:& ideò sequitur quòd immediatè potest causare omnẽ illum effectum in cœlo per se quem potest cum anima: ergo & causa si necessario agit quicquid potest,vt supponitur,& vltra:si causat illud ĩmediate:ergo in non tempore: quia virtus infinita agens secundum vltimum virtutis suæ & immediate,non potest agere in tempore.

¶Ad horum autem primũ dici potest, quòd quamuis difficile sit reddere illius quęsiti rationem: non tamen est impossibile. Difficile quidẽ. quia ratio eius non potest sumi ex eo quod infinitas temporis sit effectus possibilis: infinitas verò velocitatis impossibilis .Ex hoc enim non habetur:quare mediato impediat sequelam huius & non illius:licet habeatur quare illud possit fieri,& nõ hoc.Nec põt sumi ex eo ꝙ aliter attribuitur infinitæ potentiæ infinitas tẽporis,& aliter infinitas velocitatis,scilicet ꝙ illa attribuitur infinitæ potẽtiæ siue in magnitudine,siue extra:hæc aũt in magnitudine tantũ : quoniã dato ꝙ hoc sit verũ,apud Auer.reputatur falsum:vt patet ex dictis:& ideò solicitus fuit de virtute immateriali infinita:quare nõ mouet in nõ tpe:& posuit mediationẽ motoris. Nec põt sumi ex eo ꝙ virtus velocitatiua in infinitũ nõ est cõicabilis:virtus aũt cõtinuatiua in infinitũ est cõicabilis: quoniã hoc est falsum,loquendo de virtute per se cõtinuatiua in infinitũ,qualis est virtus primi motoris.Impossibile aũt non est:quia põt sumi ratio ex eo ꝙ ad hoc vt infinitas tẽporis proueniat ab infinita virtute,sufficit per se primò respici ab illa ꝙ mediatio motoris nõ aufert.mediatio enim causarũ non aufert pluralitatem causalitatũ.Non enim ex hoc ꝙ sol & homo generant hominẽ,tollitur pluralitas causalitatis solis respectu proprij effectus, quẽ habet in homine. Ad hoc aũt ꝙ infinitas velocitatis proueniat à virtute infinita, exigitur ꝙ virtus illa absq; vlla modificatione attingat motum. Hoc autem motoris mediatio tollit:quia virtus primi motoris modificata in secundo,& non in sua illimitatione attingit motum.Et sic ex vi meditiationis satis fieri videtur quæsito,& sufficiens reddi responsio data.

¶Ad Aegidiũ verò dicitur, quòd illa ratio non excludit quin illa conditionalis sit vera,si Deus virtutis infinitæ moueret immediate,moueret in non tempore,supposito eo quod supponit Auerrois, scilicet quòd agat secundum totum suum posse. vnde impossibilitas cũsequentis,nihil aliud concludit,nisi ꝙ antecedens est impossibile: cuius oppositum probandũ erat ab Aegidio,si ex impossibilitate consequentis reprehensione dignus censebatur Auerrois.

¶Ad secundũ autẽ dicitur, ꝙ aliud est loqui de perfectiõe causæ,aliud de modo causandi:nec licet ex perfectione causæ ad modũ causandi inferẽdo digredi,sed cõmittitur sophisma figurę dictionis.Vnde ex hoc ꝙ primus motor est nõ minus perfectæ virtutis,quã ipse cũ anima cœli simul:non licet inferre, ergo eodẽ modo põt solus facere quod facit cũ anima cœli, quia:aliud est posse,aliud posse tali modo.Et similiter nõ licet inferre:ergo põt immediatè facere quicquid põt facere cum medio:quia immediatè agere ad modum agendi pertinet.

¶Et si quæratur,vt arguendo dicebatur, vnde põt reddi ratio, quòd virtus infinita sit alligata tali modo mouẽdi, scilicet mediatè,diceret Auer.ꝙ hoc non est ex defectu potẽtiæ, sed ex essentiali ordine cõnexioneq; causarũ & effectuũ vniuersi, vt in eo saluetur vtrũq;.s.pluralitatis causalitatis primi depẽdentiæq; aliorum ab eo,& distinctio causarum effectuúmq; cum illarum efficacia,& istorum dependentia ab illis. Nihil enim horũ necessariò saluaretur in vniuerso,ordóq; vniuersi necessitate careret,si primus motor infinitæ virtutis non esset necessaria connexione coniunctus medijs causis in causando.

¶Et si cõtra hoc instetur:quia vt dicitur in prima propositione libri de causis,causa prima plus influit & prius in effectũ quã secũda:ergo,si est infinita,& agit naturaliter in primo signo totũ effectũ totaliter causat:& sic nõ remanet ad quid actio causæ secũdæ terminetur.Respõderi põt,ꝙ ex hoc ꝙ causa prima plus & prius natura influit quã secũda:nõ habetur,ergo totaliter causat ipsum quantũcũnq; ponatur infinita & naturaliter agẽs:accipiẽdo ly totaliter,ex parte causalitatis.Tum quia nõ causat ipsum omnimodo,quẽ effectus exigit ad sui factionem naturalem

naturalem,nec ex eo ꝙ totus effectus causatur,ab vna causa habeatur:ergo alię causę nihil faciunt,quia faciũt idẽ realiter alio modo.Nõ enim ideo dãtur plures causæ essentialiter ordinatè eidẽ,quia aliquid eius fiat ab vna,& aliquid ab alia,sed vt totus effectus secundũ quãlibet sui rationẽ habeat propriã & per se primo causam:quãuis totus à qualibet fiat secundum rẽ, vt superius dictũ est.Tum quia infinitas causæ primæ nõ largitur necessario nisi efficaciam causalitatis eius in suo ordine. verbi gratia,Quantũcũnq; ponatur solis virtus infinita, ex hoc non habetur,ꝙ ipse absq; homine posset producere hominẽ,sed ꝙ effectũ propriũ in homine efficacissimè sortiretur:ita quantũcũnq; ponatur diuina virtus infinita, & necessario agentis,ex hoc nõ subtrahuntur actiones secundorũ agentiũ,sed ponitur ipsam omnibus coagere,ad omnia quæ illa agũt alio modo, & saluatur aliquẽ effectũ(puta sempiternitatẽ)habere per se causam & proprium effectum primi esse intimum & primum in quolibet effectu.Illud autem quod ibi dicitur,quòd in primo signo effectus totaliter est à prima causa,&c imaginarium magis quã philosophicum quid sonat.non enim alia ratione philosophi(secundum quorum intentionem loquimur, dicunt primam causam plus & prius influere in effectum causæ secundæ, quàm secunda:nisi quia per se primo effectus primæ causæ,cõmunioris & intimioris,ac prioris rationem habet in effectu,vt patet in propositione adducta & eius commento , sicut verbi gratia,Causans per se vitam in homine, magis & prius dicitur influere in hominem,quàm causans per se animalitatem in eodem:quia illud est intimius,prius & communius.

¶Ex hoc autem non habetur,quòd in illo priori totus effectus secundum omnem rationem habet sufficientem causam per se & quòd aliæ superfluant:etiam si dãs vitam,esset virtutis infinitæ:dato etiam quòd speciali causalitate attingeret hominem. Quod tamen est erroneũ in philosophia:quia causa prima non attingit effectum causæ secundæ,nisi media actione causæ secundæ,quamuis magis & prius propter rationem dictam.

¶Colligendo ergo responsionem ad primum argumentũ principale,dicimus tripliciter respõderi posse,vel tenendo primũ motorem mouere liberè,vel non considerando hoc,tenendo ipsum esse immaterialem,vel tenendo ipsum mouere mediatè. Et quòd nulla harum Aristo.repugnat.Auer. tamen sola prima:quamuis tertia ab ipso habeatur.

¶Ad secundum argumentum principale dicitur,quòd tenẽdo viam Auarrois de necessaria cõnexione virtutum agentiũ &c. manifestè patet quòd non ponitur in rerũ natura aliquid possibile secundũ potentiã actiuã,quin ponatur secundũ potentiã passiuã:& quòd infinitati potentiæ diuinę respondet potentia passiua cæli ad sempiternitatem motus:nec est alius effectus in motu possibilis ex illa virtute accepta, secundum omnes conditiones necessario ipsam comitantes in rerum natura.

¶Tenendo autem alias responsiones, iam patet responsio dupliciter. Primò , admittendo quòd omni potentiæ actiuæ respondet passiua, sed non quoad omne quod esset absolutè possibile ex illa virtute fieri,& si potentiæ infinitæ motiuæ respondet potentia cœli quo ad sempiternitatem motus: non autem quoad omnem gradum velocitatis , qui posset fieri ex illa virtute absolutè.Et huius ratio ex dictis haberi potest: quia potentiæ actiuæ vniuersalis altioris ordinis non oportet respondere passum corporeum capax totius eius virtutis quoad omnia: quia non per primo respicit effectum particularem,vt dictum est,& est philosophiæ principiis satis consonum.

¶Secundo potest dici,quòd licet omni potentiæ actiuæ respõdeat possibile,non tamen potentia passiua,vt patet de productione intelligentiarum à Deo,siue ab æterno,siue in tempore. Et hoc propter rationem dictam. Nec tamen oportet respondere aliquod vnum possibile adæquatum , sed vt ex dictis patet,virtuti infinitæ respondet infinitum possibile:non sic quod possit produci aliquod infinitum nisi duratio,sed sic quòd nullis finibus possibilium producibile ab ipsa arctatur : sed quocunque pro ducto potest perfectius producere quantum est ex ratione virtutis actiuæ. Et hoc modo quantitas virtutis in effectu manifestatur,& non primo modo tantum.

¶Quod verò in vltima confirmatione dicitur, proportionaliter intellectum propositum magis confirmat quàm impugnet, quia quemadmodum mobile infinita, velocitate potest dupliciter intelligi(vno modo quòd possit actualiter infinita velocitate moueri:alio modo sic , quòd quacunq; velocitate motũ potest velocius moueri) & primo modo impossibile est ponere mobile: secũdo verò est possibile, ita est de motiuo quod s. impossibile est dare motiuũ infinita velocitate primo modo: sed secundo tantum: quòd etiam oportet esse infinitæ virtutis.

¶Et aduerte quod de facto secundum philosophos huic argumento dicendum est, quòd potentiæ infinitæ respondet in rerum natura effectus infinitus , scilicet tempus infinitum motus cœli per se:productum,& potẽtia passiua cœli ad hoc.Et quòd hoc est sufficieus manifestatiũ infinitatis virtutis: vt patet ex dictis . Cætera autem pro verè philosophantium quiete dicta sint.

¶ Ad tertium principale dicitur,quòd licet solo tertio modo arguatur ibi secundum mentem Auer.& nec etiam illo modo habeatur intentum,attamen singulis ordinatæ respondendum est , præmissa prius intentione illorum verborum secundum veritatem.Intendit igitur ibi Auer.loquens de proximis motoribus orbium,non excludere infinitatem vigoris à Deo qui nullius orbis est anima.Sed concludere infinitatem vigoris nõ sequi ad motorem tempore infinito ex hoc quòd motor infiniti vigoris habet necessariò infinitam potentiam , & consequenter infinitam naturam.Ex hoc enim sequitur, quòd si motor tẽpore infinito necessariò esset infiniti vigoris : ꝙ haberet & potentiam,& naturam infinitam. Et cum plures sint motores tempore infinito, sequeretur vlterius quòd ex positione plurium motorum cœlestium tempore infinito, non haberentur proprria naturis motorum:sed hoc tãtùm ꝙ sunt motores infiniti.Et sic vlterius sequeretur, quòd non esset ibi multitudo motorum:nec diuersitas proportionũ motorũ ad mobilia, sed motus in non tempore,&c.Et tenent consequentiæ, vt ibi: quia tunc illi motores conuenirent in natura & potentia infinita intensiue, quemadmodum modo de facto conueniunt in mobilitate:ex qua habent quòd possint continuare motum tempore infinito.Et sic non esset vnde differrent ab inuicem. Hęc est sententia Auer.ibidem,vt patere potest cuilibet exercito:ex qua non habetur primum motorũ esse vigoris finiti.

¶Ad primum ergo modum arguendi ibi tactum,dicitur quòd non sunt in eo tot verba,quot errores.Consequẽtia primo nihil valet.propositio deinde dicens,quòd quælibet pars infiniti est infinita,licèt sit vera de parte aliquota:non tamen iuuat cũ alia consumpta,scilicet infinitum non est maius alio infinito. Patet enim in quantitate permanente, Quòd si ponatur linea infinita vtrinque versus oriens & occidens,& secetur in directo puncti Meridiei, quod vtraque pars est infinita:& tota est maior vtraque parte.Et similiter in quantitate successiua.Si secetur in termino decimæ horæ huius diei totum tempus æternum,vtraque pars est infinita,& tamen totum tempus est maius qualibet earum. Falsum est ergo comparando infinitum simpliciter infinito secundum quid quale est pars aliquota infiniti,quòd vnum non sit maius alio:& quia talis est comparatio in proposito nostro,patet nihil concludi.

¶Et vt ostendatur quãtus error in hoc sophismate latet,adhuc declaratur,quòd etiam cõparando infinitum simpliciter infinito simpliciter,stat vnum esse maius alio. Numerus enim reuolutionũ lunæ est maior numero reuolutionum Saturni (& loquimur de motu proprio)& tamen vterque est infinitus secundum ponentes motũ æternum.Antecedens patet,quia singulis reuolutionibus Saturni respondent amplius trecentę sexaginta reuolutiones lunares: quoniam illæ singulis triginta annis vnam complet,illa verò vigesimo octauo quoq; die,vel circa suam peragit.Vnde diuus Tom.præclarè docet in tertia parte,quæsti.10.arti.3.ad tertium,ꝙ non est proprietas infiniti non excedi simpliciter,sed nõ excedi in illo ordine,in quo ponitur.Et fundat hoc super textu 38.& 37.tertij physic. vbi dicitur,quòd infinitum non est,vt substantia,sed vt accidens quęrẽdum:accidentis autem proprium est qualificare id cuius est accidens.Et propterea quemadmodum infinitas aduenies alicui,puta diebus,non infinitat nisi numerum dierum:ita impossibilitas infinitatem consequens non ponitur nisi in ordine dierum.Et propterea infinitis diebus simpliciter, non possunt dari plures dies: sunt tamen multo plures horæ illorum dierum, quàm ipsi dies. Et similiter infinitis horis non dantur plures horæ: sunt tamen multo plura minuta illarum horarum quàm horæ ipse.

¶Nefas quoq; esse videtur,conditiones totius & partis in impartibili & summæ perfecto,ac per hoc vocato quanto virtualiter,requirere:cùm non maius quid sit totum hoc , Deus bonus,sapiens,viuus,quàm hoc solũm,scilicet Deus,aut econuerso:siue ponatur finitæ virtutis siue infinitæ: quia non æqualis, sed eadem est perfectio rei illius,& omnium quiæ eius sunt.

¶Ad secundum verò modum arguendi dicitur,quòd sicut tactus quantitatiuus:quia secundum extrema est , expellit id in quod fertur, tactus autẽ virtualis, quia interiora penetrat,magis conseruat & confirmat si contrarius non est tacto:ita infiniti corporei proprium est sic omnia occupare, vt omnia excludat,nihil secum compatiẽs: infiniti verò virtualiter proprium est sic omnia implere,vt ea faciat virtuosa & cooperantia , & modificantia illuminationem suam in effectibus.Vnde ex infinitate virtutis nõ excluduntur alia actiua,sed magis ponũtur, vt superius quoque dictum fuit.

¶ Ad vltimum autem dicitur,quòd dupliciter potest poni distinctio formalis.Vno modo sicut aliqua participantia aliquid proprijs constitutiuis diuersificãtur, sicut homo differt ab equo & albedo à nigredine.Alio modo sicut aliquid per essentiã distinguitur ab alijs quę sunt talia per participationẽ sicut homo separatus distingueretur à singulis hominibus. Distinctio primo modo est causa finitatis vtriusq; extremi:& de hac est sermo Auerrois ibidem.Secũdo modo nõ infert finitatem, nisi vnius extremi,scilicet participantis tantũ.Illud autẽ quod est per essentiam,ex hoc ipso ꝙ purũ est , ab alijs distinguitur absq; aliquo finitante & cõtrahente.Et licet ab infinito nullũ positiuũ excludatur virtualiter,multa tamen excludũtur formaliter:quibus participantia ipsum ab ipso distinguuntur,excellentiori modo omnia præhabente.

¶ Ad quartũ principale dicitur,ꝙ cõsequentia nihil valet . Et ad probationẽ cõcessa suppositione negatur minor, scilicet ꝙ distãtiũ ab aliquo in infinitũ,alterũ nõ sit altero propinquius illi,vt patet manifestè & in quãtitate permanẽte & successiua. In permanẽte quidẽ,si ponatur linea infinita ex parte Septentrionis,cõstat ꝙ tã pars intercepta sub tropico cãcri,& circulo æquinoctiali,quã pars intercepta inter circulum æquinoctialẽ & tropicũ capricorni,in infinitũ distat à quãtitate lineę infinitæ versus Septentrionẽ,& tamẽ dubiũ non est quin pars sub tropico cãcri esset illi propinquior:quia minorẽ viã actura esset,si ad infinitã attingendã moueretur.In successiua verò cũ tã dies hesternus quã hodiernus in infinitũ distet ab æterno tẽpore præterito:constat tamẽ ꝙ propinquior hesternus fuit quã hodiernus,& hodiernus quã crastinus. Alioquin mundus quotidiè nõ esset maioris duratiõis,nec aliquid antiquius alterro simpliciter quæ sunt cõtra sensum.Est autẽ ratio quare stat inter aliqua esse distantiã infinitã,& tamẽ vnũ altero magis distare:quia distãtia illa nõ est infinita vtrinq;,sed ex vna parte tantũ,sicut cõtingit in proposito,& in instãtijs adductis. Tunc enim & ex parte infiniti habetur ratio infinitæ distantiæ cæterorũ ab illo : & ex parte finitorũ habetur ratio maioris & minoris appropinquationis ad primum,vt patet in exẽplis adductis:quia enim tẽpus præteritũ est infinitũ,ideò infinita distantia est à parte antè inter singulos dies & ipsum , quãa verò hodiernus dies finit hinc tẽpus elapsum,ideò est finita distãtia à parte post.Et consequẽter ex ista parte põt accipi ratio quare est propinquior hesterno elapso,quã dies crastinus.Et similiter est de distãtia inter Deũ & creaturas.Ex parte siquidẽ Dei infinitæ distantiæ ratio habetur,ex parte verò creaturæ distãtia finitur.Et ideò hinc sumitur, quòd vna est propinquior altera primo entis infinito.Vnde posset cùm distinctiõe dici ad minorem,ꝙ distantia infinita est duplex,scilicet infinita vtrinque seu simpliciter,& infinita secundũ quid,seu ex altera parte tantùm,& quòd quamuis primo modo sit vera,secundo tamen est falsa,& sicut est ad propositum.

¶Ad quintum principale dicitur breuiter,quòd omnes authoritates Auer.in hac re,excepta illa octaui physi:qua dicitur nõ esse virtutis finitæ nec infinitæ,loquuntur de motoribus proximis,idest,animabus cœlorum:vt ipsemet Auerr.in commenta. 41.12.dicit,cùm post distinctionẽ motoris infiniti à finito subdit,quòd proportio inter motorẽ & mobile in cœlestibus,est propter motorem finitum:& ꝙ propter ipsum dixit Aristo.in 2.cœli,ꝙ primus orbis esset in labore,&c.Vel,& clarius (licet in idem redeat) dicendum,quòd ideò sæpè Auerr. negat dari motorem infiniti vigoris,sic quòd possit semper velociùs mouere:non ex defectu potentiæ primi motoris,sed ex ordine essentiali causarum &effectuum,& finitate motorum proximorum.Ex his enim fit,vt quemadmodùm negatur.9.commen.7. Deum posse producere muscam,non ex defectu potentiæ,sed ex ordine essentiali causarum & effectuum exigente talẽ effectum fieri mediãte corpore cœlesti mobili,ita nihil minus negari simpliciter ab ipso potest,quòd motor aliquis possit semper velocius mouere.Non ex defectu potentię primi motoris: sed quia non potest mouere:nisi mediante anima cœli, in qua modificatur virtus eius.Et sic nullus motor restat potens maiorem velocitatem facere:quamuis primus sit vigoris infiniti. Illud verò quod in comment.79.8.Physi. dicitur,scilicet quòd motor immaterialis,nec finitus nec infinitus dici põt, quãuis sonet quid falsum & ridiculosum,& propterea reprehensum sit à multis, quidam extorquentes , intelligunt ea ratione dictum de solo Deo:quia non est virtutis actiuę,sed tantum mouet:vt finis. Quidam verò,quia non est virtutis actiuæ respectu velocitatis motus:de qua ibi est quæstio,sed tantùm sempiternitatis motus.Ego autem nolẽs Auerroim Thomistam facere, neque me Auerroistam,sed veritatem solã sequi(quãtùm cognoscere potero Deo cõcedente)puto id tunc voluisse Auerroim,quod sæpè mentẽ meã pulsauit tanquàm de Aristotelis officina veniens scilicet quòd virtutes immateriales nõ sunt quantę virtualiter,& consequenter nec finitæ nec infinitę.Nõ simpliciter,sed eo modo quo sunt quãtæ virtutes corporales, scilicet quod nõ sunt proportionales motibus,vt scilicet quãto maior motus,tanto virtus immaterialis maior,quemadmodùm est in corporalibus,sed sunt altioris ordinis virtutes. Et hoc modo saluari videtur processus Aristo.8.physic.quia cùm sufficienter excludatur ex textu.78.&79.ꝙ nulla virtus corporea potest mouere tempore infinito,ex eo quod talem virtutem oportet esse infinitam,& ad hoc sequeretur motus in non tempore,& de facto supponatur virtutem motuam cœli mouere tempore infinito:restat quod virtus illa sit extra ordinẽ virtutũ corporearum:quarũ nulla potest hoc facere , quia nec finita,nec innnita.Et consequenter habetur quod sit impartibilis:& nec finita,nec infinita:etiam de virtuali quantitate loquendo,eo modo quo virtutes corporeæ:alio quin eodem modo posset argui de virtute incorporea,sicut de corporea. Et secundũ hoc cùm in textu vltimo octaui Physicorum dicitur motorẽ cœli esse potentiæ infinitæ,ly infinitæ, purè negatiuè, teneri debet,ideò,non finitæ:Hanc credo fuisse tunc mentem Auerrois,quam tamẽ,quia vidit postmodùm non esse verã(vt ex supradictis examinando rationem Aristotelis,& commentum.41.deduci ab exercitatis potest ex medio termino Aristo. ideo in 12.Meta.commutauit in melius, admittendo ibi finitatem & infinitatem virtutis & proportionis.

¶ Et sic sit finis præsentis quæstionis. Anno salutis 1499. die decima Septembris,Papiæ,in conuentu sancti Apollinaris: Ad Dei gloriosi laudem & honorem,& eorum temeritatẽ retundendã qui philosophiã suo ingenio metiri præsumentes, non verentur dicere virtutem infinitã non esse in rerũ natura:quia est ens impossibile secundum principia philosophiæ. Iã enim patet,ꝙ nullo philosophiæ principio negato,non solũ sustentatur,sed etiam ex sensibilious probatur:Erubescant ergo.

¶Explicit quæstio de infinitate Dei.

QVAESTIO PRIMA REVEREND. D.D.Thomæ de Vio Caietani, Cardinalis,tituli S. Xisti,de potentia neutra.

QVAESTIO I.

¶ Vtrum in rebus naturalibus detur potentia neutra.

SVXTA primum articulum primæ quæstionis remansit tractanda quæstio de potentia neutra.Vnde quæritur, Vtrum in rebus naturalibus detur potentia neutra.

¶ Circa quam difficultatem quatuor agẽda sunt. ¶Primo declarabitur titulus quæstionis. ¶ Secundo ponetur opinio Scoti.¶ Tertio probabitur opposita opinio.¶ Quarto respondebitur obiectis.

¶QVOAD primum,Naturalis sumitur hic vt distinguitur contra artificiales. Inueniri vero in rebus naturalibus sumitur pro inuentione reali in singularibus naturalibus simpliciter.Et hoc ad differentiam eorum,quæ dicuntur in abstractione,sicut contingit de proprietatibus quantitatis vt sic , & alijs similibus,quæ tamen in rerum natura actualiter non inueniuntur. Potentia in proposito sumitur pro potentia receptiua. Naturalitas inclinationem naturalem respectu vtriusq; actus,scilicet huius & oppositi,negat:non simpliciter,sed in potentia receptiua vtriusque.Dico autem hoc:quoniam dupliciter contingit imaginari potentiam aliquam neutram . Primo per negationem potentialitatis ad vtrũmque : quemadmodùm colorabile : nec ad grauem nec ad acutum sonum est in potentia.Et sic non vocatur potentia neutra,sed potentia nulla:colorabile enim non est receptiuum sonorum . Alio modo per negationem inclinationis in potentia receptiua vtriusq;, sicut si poneremus aliquam superficiem receptiuam albi & nigri, & tamen ad neutrum inclinatam,& hæc propriè vocatur potentia neutra.

¶ Est ergo sensus quæstionis: an inueniatur aliqua singularis potentia in rebus naturalibus receptiua alicuius actus: & tamen nec ad illum, nec ad oppositum inclinetur. Hæc de primo.

Quo ad secundũ,Scotus in prologo primi sent.q.1.in 2.distin 2.q.6.tenet dari potentiam neutram,ponens quod potẽtia receptiua relata ad actũ,aut est naturalis:aut violẽta,aut neutræ

Naturalis quidē si naturaliter inclinetur in illum: violenta vero, si ille sit cōtra eius inclinationē naturalē. Neutra vero si neque inclinetur ad istam formam quā recipit, neque ad oppositam. Exemplū primi, vt motus deorsum lapidis. Exemplū secundi, motus sursum eiusdē. Exemplū tertij, superficies respectu albedinis & nigredinis. Etenim manifestè patet inueniri in angelis talē potentiam, eo ꝙ potentia passiua, quæ est in angelo ad essendum in loco, neutra est. Quod probat dupliciter: tū quia tale passum nō inclinatur naturaliter ad istā formā, vel oppositā: tū quia si esset in aliquo loco naturaliter: esset in alio loco violenter. Et probatur sequela per Auic. 9. Meta. volentem, ꝙ si motus cœli esset naturalis: terminaretur ad quietē naturalē: & motus ab illa esset violentus. Posset quoque multipliciter argui pro hac opinione, sed quoniā stabiliendo oppositū habetur solutio omnium, ideo hæc sufficiant de secundo.

Opinio vera.

¶ Quo ad tertium, Propono vnā quæstionē, & vnā distinctionem: ex quibus probabitur intentū. Propositio igitur hæc est. Omnis potētia rei naturalis respicit per se primò & naturaliter aliquē actū. Probatur quo ad primā partē, quia vt dicitur. 9. Meta. text. 13. potētia diffinitur per actum. Actus nanq; diffiniens potentiā, proculdubio est per se primo respectus ab illa: quoniā neq; actus per accidens, neque actus per se secundò illi æquiualet. Quo ad secundā vero partem, scilicet naturaliter, probatur: quia ex secūdo Phys. tex. 78. vnūquódq; sicut agitur, ita aptū natum est agi, & ecōtrà: sed potētia fit à natura, & est propter actū, vt patet 9. Meta. tex. 15. & 16. ergo potētia naturaliter fit, & est propter actū: ergo propter actū, quē per se primò respicit: & sic omnis potētia naturaliter respicit suū per se primò actū. Totus processus clarus est ex allegatis & traditis in 2. Physi. quomodo natura agit propter finē, & quo pacto ea quæ à natura aguntur propter finem, naturaliter inclinātur in finem &c.

¶ Distinctio vero est, ꝙ potētia receptiua pōt comparari quatuor modis ad actus. potest enim colorabile (Verbi gratia) cōparari ad colorē, ad species coloris, ad cōtrariū coloris, & ad disparata, scilicet sonos. Si cōparetur ad colorē, sic cōparatur naturaliter & per se primò. Si ad speciē eius, naturaliter quidē sed nō per se primò. Si ad cōtrarium violēter. Si ad disparata, nulliter, nisi forte per accidēs. Nec hæc eget probatione, quoniam per se sunt: nota ex terminis, nisi quis obijciat actus, ad quos potentia se habet obedientialiter. Sed quoniā de hoc erit sequens quæstio, nec hi locantur à Scoto sub potentia neutra: ideo nihil proposito obstant.

¶ Ex his autē deducitur opposita opinio, scilicet ꝙ omnis potētia in rerū natura relata ad actū receptabilē in ea, aut est naturalis, aut violēta: ita ꝙ nulla est neutra, omissa pro nūc potētia obediētiali, vtpotè nō spectāte ad præsens propositū. Probatur aūt hæc cōclusio sic. Omnis potentia receptiua alicuius actus aut respicit illū per se primò, aut per se secūdò, aut contrariū his, sed tā actū per se primò respectū, quā per se secūdò respicit naturaliter, & cōtrariū eis respicit violēter: ergo omnis potētia receptiua alicuius actus, aut est naturalis, aut violēta. Minor est per se nota: & maior probatur sic. Si daretur quartū genus actuū receptibiliū in aliqua potētia, illud esset actus disparatus ab eo, quē per se primò respicit illa potētia, sed hoc esse nō pōt, ergo potētia nō pōt recipere, nisi illa tria numerata. Qđ autē hoc sit impossibile, patet inductiuè. Colorabile enim nullā habet potentiā ad sonos, neq; calefactibile ad colores, & sic de alijs. Et probatur ratione: quia potētia vnius generis nō est ad actus alterius: vt patet 12. Meta. in tractatu de principijs prædicamentorum. Et quoniam rationi hæc consonant, ideo hanc sequamur viam. Et hæc de tertio.

¶ Quo ad argumenta respōdetur, ꝙ distinctio illa trimembris est volūtaria quo ad tertium membrum. Nec id quod adducitur de superficie, iuuat: quoniā aliud est loqui de superficie absolutè, & aliud de superficie physica tali in rerū natura inuēta. Superficies enim absoluta non solum abstrahit ab albo & nigro, sed etiā ab omni sensibili, & rursus aliqua superficies est quę repugnat colori omni: vt patet de superficie cœli. Itaq; loquendo de superficie tali, id est, colorabili, dicitur ꝙ vt sic nō est indifferens ad album & nigrum per exclusionē inclinationis naturalis, sed per exclusionem maioris ad vnum, quàm ad alium: quoniam huiusmodi superficies respicit naturaliter colorem, & omnes species eius, sed colorem per se primò, speciem vero per se secundò. Et simile est de materia prima respectu diuersarum formarum substantialium: ipsa quidem per se primo respicit formam per motum aut mutationem acquisibilem quouismodo, per se autem secūdò respicit hanc & illam formā. Et sic naturaliter inclinatur in omnes, & indifferens est ad omnes aut multas: non per exclusionem inclinationis natu-

ralis ad eas, sed per exclusionem maioris inclinationis ad vnā, quàm ad aliam.

¶ Ad id vero quod adducitur de potētia locabili in angelo, dicitur, ꝙ falsum supponit, scilicet in angelo esse potentiā passiuā respectu ipsius Vbi. vt enim in tractatu de angelis dictū est, angelum esse in loco, non est ipsum recipere aut pati, sed operari, seu virtualiter tangere locū. Vnde non oportet solicitari, nisi de actiua potentia angeli, quam constat esse naturalem, liberè tamen exercitam.

¶ Quamuis ea quæ adducuntur à Scoto ad probandum suum intentum de angelo, non cogant: quoniam hæc consequentia formaliter nō valet, A est naturaliter in vno loco: ergo est violenter in aliquo alio, vt patet de singulis partibus orbis lunæ. Quęlibet enim est naturaliter in Occidente, & similiter in Oriētē, & tamē nullibi violenter, & mutat locum subiecto & ratiōe. Nec cōfirmatio ex Aui. conuincit: quoniā non nisi de motu merè naturali verificatur dictum eius. Motus enim cœli naturalissimus est ex parte principij passiui (ita ꝙ ex hac naturalitate redditur ratio, quare in eo nullus est labor mouenti: vt patet 2. cœli. text. 2.) quamuis ex parte principij actiui sit animalis. Vnde hoc magis ad oppositū intenti Scoti videtur, quoniam sic motus angeli esset naturalis ex parte principij passiui absque sequela inconuenientium, sicut de motu cœli dicimus. Hæc de quarto & de tota quæstione.

QVAESTIO SECVNDA, DE POTENtia receptiua actuum supernaturalium in potentia naturali.

¶ Vtrū potētia receptiua actuū supernaturalium sit potentia naturalis.

IVXTA eundem articulum quærendum erat, Vtrum potentia receptiua actuum supernaturalium sit potentia naturalis.

¶ In qua quæstione quatuor agenda sunt. ¶ Primò declarabitur titulus. Secundò recitabitur opinio Scoti. ¶ Tertiò examinabitur: ¶ Quartò respondebitur quæstio.

¶ QVO AD primum, Potentia receptiua hic sumitur formaliter: vt receptiua est, quicquid sit de ipsa: vt elicitiua actus. Actus supernaturalis dicitur quem nō potest secundū naturæ cursum adipisci, vt gratia, charitas, visio Dei: & reliqua huiusmodi. Potentia naturalis vocatur nō subiectiuè, id est potentia naturæ, sed formaliter, id est, potētia naturaliter inclinata. Ita ꝙ sensus quæstionis est, Vtrū potentię in rebus naturalibus inuentę in quibus recipiuntur actus supernaturales, naturaliter inclinentur ad illos. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, Scotus in 1. q. 1. prologi. & in 4. distinct. 49. in pluribus locis tenet affirmatiuam partem quæstionis. Putat nanque, ꝙ potentia comparari potest ad actum recipiendum, & agens impressiuū actus, & ꝙ in prima comparatiōe nulla est supernaturalitas: sed potentia est vel naturalis, vel violenta, vel neutra. In secunda autem comparatione est differentia naturalitatis à supernaturalitate: quoniam si cōparatur ad agens naturaliter impressiuum, est naturalitas: si non naturaliter impressiuum, est supernaturalitas. Confirmátque positionem suā ex hoc, ꝙ potentia receptiua actus supernaturalis in seipsa est receptiuè capax illius, & naturaliter perficitur per illum cùm habet, & naturaliter appetit illum cùm non habet. Ex his manifestè sequitur, ergo naturaliter inclinatur in illum: & ergo est potentia naturalis respectu illius.

¶ Singula autem assumpta probantur. Primum quidem, quia nullo eget potentia animæ medio ad recipiendum charitatem & similiter intellectus respectu luminis gloriæ, &c. Secundum vero, quia potentia naturaliter perficitur per actū qui est eius perfectio. Tertium autem, quia vnumquódque appetit naturaliter suam perfectionem, sed maximè naturaliter appetit maximam perfectionem, ex principio metaphysicæ: sed actus supernaturalis, vt visio Dei, &c. est maxima perfectio: ergo, &c. Sumus igitur secundum hæc in naturali potentia ad supernaturales perfectiones, non possumus tamen acquirere eas, nisi supernaturaliter: quia oportet acquisitionem hanc ab agente supernaturali, scilicet Deo glorioso, causari. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium, tria minus bene dicta in præfata opinione videntur, scilicet principalis cōclusio & eius probatio, & vsus vocabulorū. Malè imprimis vtitur ly supernaturale dū omnē actionem Dei ad extra supernaturalem vocat, quia Deus est agens non naturale, sed liberum. Constat nanque quod alia est distinctio naturalis contra supernaturale, & alia naturalis contra liberum. Primo namque modo anima Sortis producitur naturaliter, secundo autem non. Vnde nisi vocabulis abuti velimus ad

mus ad placitū cuiusque, supernaturale est, quod supra facultatē ordinis creaturis debiti in eis est. Omnes enim naturalia à supernaturalibus distinguimus frequenti vsu per hoc, quod aliquid sit secūdum debitum naturæ ordinem, & aliquid sit supra illum. ratio deinde assumpta manifestè aut falsa est, aut petit principium. Cùm enim dicit, ꝙ potentia naturaliter perficitur per suum actum, & similiter appetit suam perfectionē, aut ly suum, significat suum per informationem actu vel potētia, aut per naturalem proportionē seu inclinationem. Si primo modo falsa est maior: graue enim existens sursum, non naturaliter, sed violenter perficitur per esse sursum: & tamen esse sursum est actus & perfectio eius per informationem. Si vero secundo modo, petitio est principij in minore: hoc enim est probandum, scilicet ꝙ potētia naturalis habeat actū supernaturalem, vt suū hoc modo. Quod quoque dicitur de immediata receptione, ad propositum nihil infert: æs enim immediatè receptiuum est figuræ Mercurij, & tamen non naturaliter. Cōclusio dæmum principalis voluntaria relinquitur, & irrationabilis ostendetur probando oppositam. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartum cōclusio responsiua quæstio est, ꝙ potentia ad actus supernaturales, non est naturalis, sed obedientialis. Et probatur tripliciter. Primò ex parte actus, sic. Actus supernaturalis dupliciter inuenitur, scilicet secundū se, vt gratia & secundum talem modum fiendi, vt visus cæco datus. Visus enim secūdum se est naturalis actus hominis, sed ꝙ cæco in instanti detur, supernaturale est. Charitas vero & talia, sunt secundum se actus supernaturales, adeo vt implicet cōtradictionem connaturales esse, aut fieri alicui creaturæ factæ vel factibili, vt etiam ipse Sco. in 2. distinct. 23. fatetur. Si ergo in natura nulla est naturalis potentia ad actum supernaturalem ratione modi vt sic, à fortiori nulla est naturalis potentia ad actus naturales simpliciter. Sed in natura nullam esse naturalem potētiam ad illos actus, patet ex frequenti vsu, quo naturalem potētiā ad miracula negamus. Et ex hoc sequitur, ꝙ supernaturalitas inuenitur non solùm comparando potentiā ad agens, propter supernaturalē acquisitionem actus, sed etiam comparādo potentiam ad actum propter supernaturalitatem actus in se.

¶ Secundò, ex parte potentię sic, Omni potentiæ passiuę naturali respondet aliqua potētia actiua proxima: ergo respondet potentia actiua naturalis. Antecedens est maxima assumpta ab Aristo. 3. de anima text. 17. ad probandum dari intellectū agentem. Fundatur enim super hoc, ꝙ in omni natura vbi est patiēs oportet ponere agens. Et certum est quòd de proximo, nō de primo agente loquitur, alioquin distributiuam non fecisset dicens in omni natura, &c. Et per hoc excluditur responsio Scoti dicentis, quòd sufficit quòd detur primum agens. Consequētia autem probatur, quia potentia supernaturalis non est proximum actiuum naturalis potentiæ: vt ex terminis patet: naturale enim soli naturali cognatum est.

¶ Tertiò ex parte subiecti. Cū enim quidditatiua cognitio alicuius sit sufficiens ratio omnium proprietatum eius, & ex ea soluantur omnes difficultates contingentes rei (vt in 4. Phy. dicitur) consequens est, ꝙ cognita quidditatiuè re aliqua, cognosci ex ea possint omnes eius naturales potentiæ: & cū potentiæ cognitio ex actu pendeat (vt dicitur 9. Meta.) Consequēs est ꝙ actus ad quos sunt naturales potentiæ, cognoscantur, & cùm huiusmodi actus sint supernaturales apud Scotum, sequitur de primo ad vltimum, quòd ex cognitione quidditatiua alicuius naturalis cognoscuntur supernaturalia: quod est manifestè falsum.

¶ Et confirmatur, Quia certè scimus hanc maiorem, quòd nulla naturalis potentia est frustrà, ergo si scimus hanc minorem, quòd in materia vel anima vel quacúnque alia re est naturalis potentia ad actum supernaturalem, oportet concedere, quòd scimus supernaturalia illa debere esse: & sic sciemus resurrectionē mortuorū futuram & gratiam iustificantē impium &c. quod est ridiculum. Nec euacuat hanc rationem respōsio Scotica dicens, quòd anima secundum illam rationem est ignota. Cognitio nāq; quidditatiua alicuius nihil naturale illius incognitū relinquit: quoniā cōtinet formaliter vel virtualiter omnē illius notitiam. Nec euaditur, dicendo ꝙ substantia non potest à nobis pro statu isto quidditatiuè & propriè cognosci, quoniam quicquid sit de hoc, habetur intentum, scilicet quòd ex quidditatiua rerum naturalium cognitione siue habeatur pro statu isto, siue non, possit scientia haberi de supernaturalibus, & sic reuelatio de gratia, beatitudine pollicita, resurrectiōe, & alijs huiusmodi, ad quæ naturalis ponitur potētia receptiua non frustra: erit necessaria secundū quid, scilicet pro statu isto, & non simpliciter: quod est manifestè falsum.

Hæc de quarto.

TRACTATVS DE NOMINVM ANALOgia Reuerendiss. D. D. Thomæ de Vio, Cardinalis tituli S. Xisti.

CAPVT I.

¶ Quotuplex sit analogia, cum declaratione primi modi.

INVITATVS & ab ipsius rei obscuritate, & à nostri æui flebili profundarū literarū penuria. de nominum analogia in his vocationibus tractatū edere intēdo. Est siquidem eius noticia necessaria, adò vt sine illa nō possit Metaphysicam quispiam discere, & multi in alijs scientijs ex eius ignorantia errores procedant. Quod si vllo vsquā tēpore accidit, hac ætate id euenire clara luce videmus, dū analogiā vel indistinctionis, vel ordinis: vel cōceptus præcisi vnitate, cū inæquali participatiōe cōstituūt. Ex dicēdis nāq; patebit opiniōes huiusmodi à veritate (quæ vltro se offerebat) per abrupta deuiasse.

¶ Analogiæ igitur vocabulum proportionem seu proportionalitatem, vt à Gręcis accepimus, in proposito sonat adeò tamen extēsum distinctúmq; est, vt multa nomina analoga abusiuè dicamus, & multarum distinctionum adunatio si fieret cōfusionem pareret. Ne tamen rectum obliqui iudicio priuetur, & singularitas in loquendo accusetur: vnica diuisione trimēbri omnia comprehendemus, & à minus propriè analogis ad verè analoga procedemus.

¶ Ad tres ergo modos analogiæ analoga omnia reducuntur, scilicet ad analogiā inæqualitatis, & analogiam attributionis, & analogiam proportionalitatis. Quamuis secundum veram vocabuli proprietatem & vsum, Aristote. vltimus modus tantum analogiam constituat: primus autem alienus ab analogia omnino sit.

¶ Analoga secundū inæqualitatem vocantur, quorum nomen est commune, & ratio secundum illud nomē est omnino eadē: inæqualiter tamen participata. Et loquimur de inæqualitate perfectionis: vt corpus nomen commune est corporibus inferioribus & superioribus. Huiusmodi autem analoga logicus vniuoca appellat, Philosophus verò ęquiuoca, eò quòd ille intentiones considerat nominum, iste autem naturas, vnde & in 10. Meta. tex. cōmē. vlt. Aristo. dicit, ꝙ corruptibili & incorruptibili nihil est commune vniuocum, despiciens vnitatē rationis seu conceptus tantū. 7. Physic. text. cōmen. 31. dicitur iuxta genus latere æquiuocationes: quia huiusmodi analogia cum vnitate conceptus nō dicit vnam naturam simpliciter, sed multas compatitur sub se naturas ordinem inter se habentes: vt patet inter species cuiuscúnque generis specialissimas, & subalternas magis. Omne enim genus analogum hoc modo appellari potest: licet non multū consueuerint nisi generalissima & his propinqua sic vocari: vt patet de quantitate & qualitate in prædicamentis, & corpore, &c.

¶ Hanc analogiam S. Tho. in primo sent. dist. vocat analogiam secundum esse tantùm: eò quòd analogata parificantur in ratione significata per illud nomen commune, sed non parificātur in esse illius rationis. Perfectius siquidem esse habet in vno quàm in alio cuiuscúnq; generis ratio, vt in Metaphysica pluries patet. Non solùm enim planta est nobilior minera: sed corporeitas in planta est nobilior corporeitate in minera: & sic de alijs. Perhibet quoq; huic analogiæ testimoniū Auer. in cōmē. secundo 12. Meta. dicens cū vnitate generis stare proprietatem & posterioritatem eorum quæ sub genere sunt.

¶ Hæc pro tanto analoga vocantur: quia considerata inæquali perfectione inferiorū per prius & posterius, ordine perfectionis de illis dicitur nomē illud cōmune. Et iam in vsum venit, vt quasi synonymè dicamus aliquid dici analogicè, & dici per prius & posterius. Abusio tamē vocabulorū hæc est, quoniam dici per prius & posterius superius est ad dici analogicè. In huiusmodi autem analogis quomodò inueniantur vnitas, abstractio, prædicatio, comparatio, demonstratio, & alia huiusmodi, non oportet determinare: quoniam vniuoca sunt secundū veritatem: & vniuocorum canones in eis seruandi sunt.

CAPVT II.

¶ Analogia attributionis quid sit, & quot modis fiat, & quæ eius conditiones.

ANALOGA autē secundum attributionem sunt, quorum nomen est commune, ratio autem, secundum illud nomen est eadem secundum terminum, & diuersa secundū habitudines ad illum. vt Sanum commune nomen est medicinæ & vrinæ & animali, & ratio omnium, inquantū sana sunt, ad vnum terminum Sanitatem, scilicet diuersas dicit habitudines. si quis enim assignet quid est animal inquantùm sanum, subiectum

dicet sanitatis, vrinam verò inquantùm sanam, signũ sanitatis, medicinã autẽ inquantũ sanam, causam sanitatis proferet. Vbi clare patet ratione sani esse nec omnino eandẽ, nec omnino diuersam, sed eãdẽ secũdm quid, & diuersam secũdũ quid. est enim diuersas habitudinũ, & identitas termini illarũ habitudinum.

¶ Quadrupliciter autem fieri pôt huiusmodi analogia. secundũ quatuor genera causarũ vocãdo pro nũc causam exemplarẽ causam formalẽ. Cõtingit siquidẽ multa ad vnum finẽ, & ad vnũ efficiẽs, & ad vnũ exẽplar, & ad vnũ subiectũ secundũ aliquã vnã denominationẽ attributionẽ, diuersimodè habere: vt patet: ex exẽplis ipsius Aristo. Ad causam enim finalẽ pertinet exẽplũ de sano in 4. Meta. tex. c. 2. Ad efficientẽ verò exẽplum de medicinali ibidem positum. Ad materialem autẽ analogia entis ibidem subiuncta. Ad exemplarem dæmum analogia boni posita in primo Ethic. capit. 7.

¶ Attribuuntur autem analogię huic multæ conditiones, ordinatè se consequentes, scilicet quòd analogia ita fit secundum denominationem extrinsecam tantùm: ita ꝙ primum analogatorum tantùm est tale formaliter, cætera autem talia denominãtur extrinsecę. Sanum enim ipsum animal formaliter est, vrina verò & medicina, & alia huiusmodi, sana denominãtur non à sanitate eis inhærente, sed extrinsecę ab illa animalis sanitate significatiue vel causaliter, &c. Medicatiuum quoque à medicinali arte deriuatum, medicum formaliter denominat. Instrumenta vero & quæcũque alia medicatiua dicuntur, extrinseca denominatione ab illa arte dicuntur. Sola etiã subitãtia formaliter est ens, quasi esse subiectum, & habens esse: cętera autem entia ideò dicuntur, quia illius entis mensuræ, dispositiones, actiua, & cætera sunt boni quoq; ratio in bono per essentiam saluata: quo exemplariter cætera denominantur bona in solo primo bono formaliter inuenitur: reliqua autẽ extrinseca denominatione secundum illud bonum bona dicuntur.

¶ Sed diligenter aduertendum est, ꝙ hæc huiusmodi analogiæ conditio, scilicet ꝙ nõ fit secundũ genus causæ formalis inhærẽtis, sed semper secundũ aliquid extrinsecũ est formaliter intelligẽda, & nõ materialiter, id est, nõ est intelligendũ per hoc ꝙ omne nomẽ quod est analogũ per attributionẽ, est cõmune analogatis, sic ꝙ primo tantũ cõuenit formaliter, cæteris autẽ extrinseca denominatiõe (vt de sano & medicinali accidit) ista enim vniuersalis est falsa: vt patet de ente & bono, nec haberi potest ex dictis: nisi materialiter intellectis. Sed est ex hoc intelligendũ, ꝙ omne nomẽ analogũ per attributionẽ vt sic, vel inquantũ sic analogũ, cõmune est analogatis sic ꝙ primo conuenit formaliter, reliquis autem extrinseca denominatione. Hoc siquidem verum est, & ex formali intellectu ꝓ præcedẽtium manifestè sequitur. Ens enim quamuis formaliter cõueniat omnibus substantijs, & accidentibus, &c. inquantùm tamen entia omnia dicuntur ab ente subiectiuè vt sic, sola substantia est ens formaliter: cætera autem entia dicuntur, quia entis passiones vel generatiões & cętera sunt: licet entia formaliter alia ratione dici possint. Et simile est de bono. Licet enim omnia entia bona sint bonitatibus sibi formaliter inhęrẽtibus, inquãtũ tamen bona dicuntur bonitate prima effectiuè, aut finaliter, aut exẽplariter, omnia alia nõ nisi extrinseca denominatione bona dicuntur illamet bonitate qua Deus ipse bonus formaliter in se est.

¶ Et ex hac conditiõe statim infertur alia, scilicet, quòd illud vnum ad quod diuersę habitudines terminantur in huiusmodi analogis, est vnum non solum ratione, sed numero. Quod dupliciter intelligi potest secundum quod analogata dupliciter sumi possunt, scilicet vniuersaliter & particulariter. Si enim sumũtur analogata particulariter, illud vnũ necessario est vnũ numero verè & positiuè. Si autẽ sumantur vniuersaliter, illud vnum necessario est vnũ numero negatiuè, idest, non numeratur in illis analogatis vt sic: quamuis in se sit vniuersale quoddam & non vnum numero. Verbi gratia, Si sumãtur hæc vrina sana, hæc medicina sana, & hoc animal sanum: hęc omnia dicũtur sana à sanitate existente in hoc animali, quam constat vnã numero verè esse. Sortes enim dicitur sanus, quia hanc habet sanitatem, medicina, quia illam fecit, vrina, quia eandem significat, &c. Si verò sumantur, animal sanum in communi, & vrina sana in communi, & medicina sana in communi, sic formaliter loquendo sanitas à qua huiusmodi sana dicuntur, non est vna numero in se, eò quòd causæ vniuersales effectibus vniuersalibus comparandæ sunt. Et simile est de signis, & instrumentis, & conseruatiuis, & alijs huiusmodi: sed est vna numero in istis analogatis. Non enim numeratur sanitas in animali, vrina, & diæta: quoniam non est alia sanitas in vrina, & alia in diæta, & alia in animali.

¶ Et sequitur conditio ista ex præcedenti: quoniam commune secundum denominationem extrinsecã non numerat id à quo denominatio sumitur in denominatis: sicut vniuocũ multiplicatur in suis vniuocatis, & propter hoc dicitur vnũ ratione tãtũ, & non numero in suis vniuocatis. Alia enim est animalitas hominis: & alia equi, & alia bouis, animalis nomine adunatæ in vna ratione.

¶ Ex hac autem conditione infertur alia: scilicet quòd primũ analogatum ponitur in ratiõe cæterorum, secundum illud nomen analogum: quoniam cætera nõ suscipiunt illud nomẽ: nisi per attributionem ad primum in quo formaliter saluatur eius ratio. Cadit siquidem in ratione medicinæ, & diætæ, & vrinæ, &c. inquãtum sana sunt, animalis sanitas, sine qua intelligi cętera sana non possunt: & simile est de alijs iudicium.

¶ Ex hoc autem sequitur vlterius, quòd nomen sic analogum, vnam certum significatum commune omnibus partialibus eius modis seu omnibus analogatis, non habet. Et consequenter, ꝙ nec conceptum obiectiuum, nec cõceptum formalem abstrahentem à conceptibus analogatorum habet: sed sola vox cum identitate termini diuersimodè respecti cõmunis est. Ita quòd cùm in hac analogia sint tria, vox scilicet, terminus, & respectus: diuersi ad illũ, nomen analogum terminum quidem distinctè significat (vt sanum sanitatem) respectus autẽ diuersos ita indeterminatè & cõfuse importat, vt primũ distinctè vel quasi distinctè cõtẽdat: cæteros autẽ confuse, & per reductionẽ ad primũ. Sanũ enim respectus multos ad sanitatẽ, puta habentis significantis, causantis, &c. sic in vna voce sanitatẽ distinctè importante confudit, vt respectũ primũ: scilicet habẽtis seu subiecti distinctè significet. Sanũ enim absolutè dicimus sanitatẽ habentẽ, vt subiectũ, cęteros autẽ respectus indeterminatè importat, & per attributionem ad primum, vt patet ex dictis.

¶ Et propter hoc tria de huiusmodi analogo dicuntur, scilicet ꝙ commune est omnibus analogatis, non secundum vocem tãtùm, & quòd simpliciter prolatum stat pro primo, & quòd nõ est prius primo analogato, in quo tota ratio formaliter saluatur. Primum quidem peculiariùs significat, & supra omnia analogata superius significatum non habet.

¶ Diuiditur autẽ à S. Tho. analogia hæc in analogiam duorum ad tertium, vt vrinæ & medicinæ ad animal sanum, & in analogiam vnius ad alterum, vt vrinæ vel medicinæ, ad animal sanũ. Nec habet diuisio ista alia mẽbra à supradictis, quoniã hęc circuit analogiam, secundum omnia genera causarum, sed ad hoc facta, vt ostendatur differenter suscipi nomẽ analogum, quando ponitur primum analogarũ ex vna parte, & cętera ex alia parte. & quando secundorum analogatorum vnum hinc, & alterum inde ponitur, secundam quodcũnq; genus causæ analogia fiat. Primò enim & cæteris sic cõmune est analogum, vt nihil eis prius ponat aut significet: & propterea vocatur analogia vnius ad alterũ: quando omnia alia à primo loco vnius. Secundis autem analogatis sic commune est nomẽ analogum, vt aliquid omnibus eis prius ponat: primum scilicet ad quod omnia secunda attribuuntur. Et vocatur analogia duorum ad tertium vel multorum ad vnum: quia non inter se est attributio, sed ad primum.

¶ Appellãtur autem ãnaloga secundum attributionem à Logico æquiuoca, vt in principio prædicamentorũ patet, vbi animal æquiuocum dicitur ad animal verum & pictum. Animal enim pictũ non purè æquiuoce, sed per attributionem ad animal verum animal dicitur. & in ratione eius inquantũ animal manifestè patet verũ animal accipit. Quærenti enim, quid animal pictum in eo quod animal, respõdebitur, imago animalis veri. A Philosophis verò Græcis nomina ex vno, vel ad vnum, aut in vno, & media inter æquiuoca & vniuoca dicũtur: vt pluries in Metaphysica patet, & expresse in primo Ethi. huiusmodi nomina cõtra analoga distinguuntur, vt infrà amplius dicetur. A Latinis autem vocantur analoga vel æquiuoca à cõsilio. Hanc analogiam S. Tho. in primo sent. dist. 19. vocat analogiam secundum mentionem, & non secundum esse, eò quòd nomen analogum non sit hic commune secundum esse, id est formaliter, sed secundum intentionem, id est secundum denominationem: vt enim ex dictis patet, in hac analogia nomen commune non saluatur formaliter nisi in primo de cęteris autẽ extrinseca denominatione dicitur. Hæc ideò analoga apud Latinos dicuntur: quia proportiones diuersas ad vnum dicunt, extenso proportionis nomine ad omnem habitudinem: abusiua tamen locutio hæc est, quamuis longè minor quàm prima.

¶ Quomodò autem de huiusmodi analogis sit scientia, & contradictiones, & demonstrationes, & consequentiæ & alia huiusmodi de eis fiant, ex dictis & Arist. cõsiderãdo patet. Oportet enim significationes diuersas prius distinguere (propter quod ambigua apud Arabes hęc dicuntur) & deinde à primo ad alia

ad alia procedere, sicut à centro ad circunferentiam diuersis procedũtur vijs.

CAPVT III.

¶ Analegia proportionalitatis quid & quotuplex, & quomodo sola propriè analogia vocatur.

EX ABVSIVE igitur analogis ad propriè analoga ascendendo, dicimus analoga secundũ proportionalitatem dici, quorũ nomẽ est commune, & ratio secundum illud nomen est proportionaliter eadem. Vel sic, Analoga secundũ proportionalitatem dicuntur, quorum nomen commune est, & ratio secundũ illud nomẽ est similis secundum proportionẽ, vt videre corporali visione, & videre intellectualiter, cõmuni nomine vocãtur videre, quia sic intelligere rẽ animæ offert, vt videre corpori animato. Quãuis autẽ proportio vocetur certa habitudo vnius quãtitatis ad aliã (secundũ quod dicimus quatuor duplã probationẽ habere ad duo) & proportionalitas dicatur similitudo duarũ proportionũ secundũ quod dicimus ita se habere octo ad quatuor, quẽadmodũ sex ad tria: vtrobiq; enim dupla proportio est, &c. Trãtulerunt tamen Philosophi proportionis nomen ad omnem habitudinem conformitatis, commensurationis capacitatis, &c. Et consequenter proportionalitatem extenderunt ad omnem similitudinem habitudinum. Et sic in proposito vocabulis iuris vtimur.

¶ Fit autem duobus modis analogia hæc, scilicet metaphoricę, & propriè metaphoricę quidẽ, quando nomen illud commune absolutè vnam habet rationem formalem: quæ in vno analogatorum saluatur, & per metaphoram de alio dicitur: vt videre vnam secundum se rationem habet analogũ tamen metaphoricę est verò risui, & prato floręti, aut fortunę successui: sic enim significamus hæc se habere, quemadmodum homo ridens. Et huiusmodi analogia sacra scriptura plena est, de Deo metaphoricæ notitiã tradẽs. Propriè verò fit, quãdo nomen illud commune in vtroq; analogatorum absq; metaphoris dicitur, vt principium in corde respectu animalis, & in fundamẽto respectu domus saluatur. Quod vt Auer. in commen. 7. primi Ethi. ait, proportionaliter de eis dicitur.

¶ Præponitur autẽ analogia hæc cęteris antedictis dignitate & nomine dignitate quidẽ, quia hæc fit secundũ genus causæ formalis inhærentis, quoniã prædicat ea quæ singulis inhærẽt. Altera verò secundũ extrinsecã denominationẽ fit. Nomine autẽ quoniã analoga nomina apud Græcos (à quibus analogię vocabulũ habemus) hæc tantũ dicuntur: vt ex Ari. etiã colligitur, qui in metaphysico, nomina quæ dicimus analoga per attributionẽ, ex vno, vel ad vnũ, vel in vno vocat: vt patet in princip. & in 4. & 7. tex. c. 15. in 5. autẽ Me. c. de vno. in tex. 12. diffiniẽs vnũ secundũ analogia: vt synonymis vtitur vnũ analogia, & vnum proportiõe, & diffinit esse ea quæcũq; se habent: vt aliud ad aliud, apertè insinuans illã esse propriè analogorũ diffinitionẽ, quã diximus. Quod tamẽ clariùs in arabica habetur trãslatiõe dicẽte, illa quæ sunt vnũ secundũ æqualitatẽ, scilicet proportionalẽ, sunt quorũ proportio est vna, sicut proportio alicuius rei ad aliã rẽ. vbi Auer. exponẽs ait. Et illa dicuntur vnũ, quæ sunt vnũ secundũ proportionalitatẽ, sicut dicitur, ꝙ proportio rectoris ad ciuitatẽ & gubernatoris ad nauẽ, est vna. In secundo quoq; post ca. 11. huiusmodi nomina proportionalia, analoga vocat. Et quod plus est, in primo Ethi. c. 7. diffinguens supradicta nomina ad vnũ, aut ex vno, cõtra analoga, dũ loquens de cõmunitate boni ad ea quæ bona dicuntur: ait. Nõ assimilãtur æquiuocis: sed certè ei quod est ab vno esse vel ad vnum omnia cõtendere, vel magis secundũ analogiã. Et subdẽs exẽplũ analogiæ dicit. Sicut enim in corpore vitus, in anima intellectus. In quibus verbis diligenti lectori nõ solũ nomẽ analogiæ, hoc quod diximus sonare docuit: sed præferendam esse in prædicationibus metaphysicis hãc insinuauit analogiam in-ly magis: vt S. Tho. ibidẽ propter supradictã rationẽ optimè exponit. Scimus siquidẽ secundũ hãc analogiã rerũ intrinsecas entitates, bonitates, veritates, &c. quod ex priori analogia non scitur. Vnde sine huiusmodi analogiæ notitia metaphysicales processus absq; arte discũtur. Accidit quæ huiusmodi ignorãtibus, quod antiquis nescientibus logicã: vt in secundo elẽchorũ dicitur. Nec fuit forte ab Arist. tẽpore tã periculosus casus iste, sicut modo apud nos est: quoniã blasphemare ferẽ videtur qui metaphysicales terminos analogos dicẽs, secundũ proportionalitatẽ cõmunes exponit. Cũ tamẽ Auer. dicat super prædicto text. Et dignus his tribus modis est, vt sit nomen boni dictũ de eis secundũ viã, quę dicitur de proportionalibus. Vocatur quoq; à S. Tho. in primo sent. dist. 19. analogia secundũ esse & secundũ intentionẽ, eo ꝙ analogata istamec in ratiõe cõmunis nominis, nec in esse illius rationis parificãtur: & tamẽ tã in ratiõe illius nominis quã in esse eiusdẽ * proportionaliter cõueniũt. Sed quoniã vt dictũ est, obscura & necessaria valdè res hæc est accuratè distinctéq; dilucidanda est per plura capita.

** Alius proportionalitatis.*

CAPVT IIII.

¶ Quomodò analogum nomen ab analogatis distinguatur.

QVONIAM autẽ analogia media est inter æquiuocationẽ purã & inuocationẽ, ex extremis medij natura declarãda est. Et quia in nominibus tria inueniuntur, scilicet vox conceptus in anima. & res extra seu cõceptus, & obiectiuus: & ideò singula perlustrando, dicendũ est quomodò analogum ab analogatis distinguatur.

¶ Et à rebus incipiendo (quia priores conceptibus & nominibus sunt) dicimus ꝙ nomine æquiuoco ita diuersæ res significãtur, ꝙ vt sic nõ nisi voce adunantur. Vniuoco verò diuersę res ita significãtur, ꝙ vt sic ad rẽ in se simpliciter vnã abstractã & præcisam in esse cognito ab eis, adunãtur. Analogo autem nomine res diuersę ita significãtur, ꝙ vt sic ad res diuersas secundum proportionem vnam vniuntur. Vocatur autẽ in proposito res non solùm natura aliqua, sed quicũnq; gradus, quæcũnque realitas, & quodcũnq; reale in rebus inuentum. Vnde inter vniuocationem & analogiam hæc est differentia, quòd res fundãtes vniuocationem sunt sic adinuicem similes, quòd fundamentum similitudinis in vna est eiusdem rationis omnino cum fundamẽto similitudinis in alia: ita quòd nihil claudit in se vnius ratio, quòd non claudat alterius ratio. Ac per hoc fundamentum vniuocæ similitudinis, in vtroq; extremorũ æquè abstrahit ab ipsis extremis. Res autem fundãtes analogiam sic sunt similes, ꝙ fundamentum similitudinis in vna diuersæ est rationis simpliciter à fundamento illius in alia, ita quòd vnius ratio non claudit id quod claudit ratio alterius. Ac per hoc fundamẽtũ analogiæ similitudinis in neutro extremorũ oportet esse abstractũ ab ipsis extremis: sed remanent fundamenta distincta, similia tamen secundũ proportionem: propter quod eadem proportionaliter vel analogicæ dicuntur.

¶ Et in vt omnibus possint prędicta patere, declarantur exemplariter in vniuocatione huius nominis animal, & analogia huius nominis ens, homo, bos, leo, & cætera animalia, quia habẽt in se singulas naturas sensitiuas seu proprias animalitates, quas constat diuersas secundum rem esse & mutuo similes. Sic quod in quocũque extremo (puta homine: aut leone) considerãtur secundum se animalitas, quæ est similitudinis fundamentum, inuenitur æqualiter abstrahens ab eo in quo est, & nihil includens in vno quod non in alio, ideò & in rerum natura fundant secundũ suas animalitates similitudinem vniuocam quæ identitas generica vocatur, & in esse cognito adunantur non ad duas vel tres animalitates, sed vnam tantùm quæ animalis nomine in cõcreto per se primo significatur & vniuoce vocatur communi nomine animal. Omnium siquidẽ eorum secundum quod naturas sensitiuas habent, indistincta omninò est ratio: quæ est illius rei, quàm animalitatem vocatiuus, adæquata diffinitio. Substantia autem, qualitas, quantitas: &c. quia non habent in suis quidditatibus aliquid prædicto modo abstrahibile (puta entitatem) quoniam supra substantialitatem nihil amplius restat, ideò nullam substantialitatem vniuocantem inter se compatiuntur.

¶ Et quia cum hoc quòd non solùm eorum quidditates sunt diuersæ, sed etiam primo diuersæ retinent similitudinem in hoc quòd vnumquodque eorum secundũ suam proportionem habet esse: ideò & in rerum natura non secundum aliquam eiusdem rationis ex extremis, sed secundum proprias quidditates vt commensuratas his proprijs, esse fundant analogam, id est proportionalem, similitudinẽ. Et in intellectu adunãtur ad tot res, quod sunt fundamenta, proportiones similitudine vnitas significatiuas propter illam similitudinẽ entis nomine, & analogicę communi nomine vocantur ens. Differenter ergo res adunãtur sub nomine analogo & vniuoco. Conceptus quoque mentalis non eodem modo inuenitur in vniuocis & analogis: quoniam nomen vniuocum, & omnia vniuocata vt sic, vnum tantum conceptum in mente habent perfectè & adæquate eis correspondentem: quia fundamentum vniuocæ similitudinis (quod significatum formale est nominis vniuoci) vnius omninò rationis est in omnibus vniuocatis: ac per hoc in vno repręsentato omnia repræsentari necesse est. In analogis verò quoniã fundamẽta analogię similitudinis diuersarũ sunt rationum simpliciter, & eiusdẽ secundũ quid (id est secundum proportionẽ) oportet duplicem analogi mẽtalem conceptum distinguere, perfectum & imperfectum: & dicere ꝙ analogo & suis analogatis respondet vnus conceptus mẽtalis imperfectus, & tot perfecti quot sunt analogata. Quia enim vnum analogato-

rum vt sic, simile est alteri: consequens en quòd cõceptus repre
sentãs vnũ, representet alterũ, iuxta illã maximam. Quicquid
assimilatur simili vt sic, assimilatur etiam illi cui illud tale
est simile.

¶ Quia verò talis similitudo secundũ proportionem tantũ est,
quæ diuersam rationem in altero fundamẽto habet conceptus
perfectè representãs vnũ analogatorũ à perfecta representa-
tiõe alterius deficit: & cõsequẽter oportet alterius analogari
alterũ adæquatũ cõceptum esse. Vnde & analogũ vnũ habere
mentalẽ cõceptum, & plures habere cõceptus mentales, verũ
est diuersimodè: quãuis simpliciter loquẽdo magis debeat dici
analogi esse plures cõceptus: nisi loquẽdi occasio aliud exigat.
Dico autẽ hoc, quoniã cum contradicendus analoga omnino
carere uno conceptu mentali sermo est, vnum eorum conce-
ptum absolutè dicere nõ est reprehendendũ. Propter quod o-
portet solerti discretione lectorem vti, quãdo inuenitur scrip
tum quòd analogata conueniunt in vna ratione: & quando in-
uenitur alibi, ꝙ analoga non conueniunt in vna ratione.

¶ Est ergo differentia inter analogiam & vniuocationem quo
ad conceptum mentalem, & quòd vniuoci & vniuocatorum,
vt sic, vnus est conceptus perfectè & adæquate eis respondẽs
(vt de conceptu animalis patet) analogi verò & analogatorũ
vt sic, plures necessario sunt conceptus perfectè ea representã
tes, & vnus est conceptus imperfectè representãs. Nõ ita quòd
sit vnus cõceptus adæquate respõdens nomini analogo & in-
adæquate analogatis, quoniã secundum veritatẽ nomen illud
vniuocũ esset: sed ita ꝙ cõceptus vnus representãs perfectè al
terũ analogatũ vt sic, imperfectè representat reliquũ. Quo ad
vocem autem non est inter analoga & vniuoca differentia.

¶ His autem prælibatis intentum facilè patere potest, quomo-
dò scilicet distinguitur analogum, puta ens, ab analogatis puta
substantia, quantitate & qualitate. Vniuocum enim puta ani-
mal, distinguitur ab vniuocatis, puta homine & leone) quo ad
rem significatam seu conceptum obiectiuum: & quo ad conce-
ptum mentalem, sicut vnum simpliciter abstractum, &c. à mul-
tis simpliciter, &c. Analogum verò quo ad rẽ, seu obiectiuum
conceptum, distinguitur sicut vnum proportione à multis sim
pliciter, vel (& idem est) sicut multa vt similia secundũ propor
tiones à multis absolutè. Verbi gratia. Ens distinguitur à substã-
tia & quantitate: non quia significat rem quandam eis commu
nem, sed quia substantia quidditatem tantùm substantiæ im-
portat: & similiter quantitas quidditatem quantitatis absolu-
tè significatens autem significat ambas quidditates vt similes
secundum proportiones ad sua esse: & hoc est dicere, vt eas-
dem proportionaliter.

¶ Quo ad conceptum autem mentalem adẽquatum, hoc quo-
que eodem omninò modo distinguitur. Secundum cõceptum
verò mentalẽ imperfectum, quamuis distinguatur sicut vnum
simpliciter à multis simpliciter, non tamen sicut vnum abstra-
hens in representando ab illis multis, quemadmodum in vni-
uocis contingit. Quoniam, vt ex dictis patet, conceptus ille, pu
ta qualitatis inquantũ ens, alterius analogati, id est, ipsius qua-
litatis secundũ quod se habet ad suum esse: est adæquate repre-
sentatiuus, & à qualitatis quidditate non abstrahens: cæterorũ
verò (puta quantitatis & substantiæ) imperfectè tantum est re-
presentatiuus, inquantum eis similis proportionaliter est.

CAPVT V.

¶ Qualis sit abstractio analogi ab analogatis

OPORTET autẽ ex præmissis ostẽdere qua-
liter analogum abstrahat ab his, quibus commu-
ne secũdum analogiam dicitur: puta qualiter ens
abstrahit à substantia & quantitate. Insurgit siqui
dem difficultas quædam in re hac: & ex parte re-
rum, & ex parte cõceptus. Ex parte siquidem rerum: quia vide-
tur analogi nominis res significata eodem abstrahibilis: & ab-
stracta modo, quo res vniuoco nomine significata. Quoniam
cum (vt in 5. Meta. dicitur) vnum in qualitate faciat simile, nul-
la apparet ratio, cur à quibusdã similibus sit vna res abstrahibi
lis, & à quibusdam non. licet euidens ratio sit, cur ab his simili-
bus, puta Sorte & Platone abstrahibilis sit res magis vna & ab
illis, puta homine & lapide, minus vna. Vnde si substantia &
quantitas assimilantur in hoc quòd vtraque est ens, & conse-
quenter in eis est aliquid vnum, quod est fundamentum illius
similitudinis: quid vetat ab eis abstrahi rem vnam vtrique com
munem? Ex parte verò conceptus: quia videtur eodem modo
conceptus analogi abstrahere ab analogatis, sicut vniuocum
ab vniuocatis, eò quòd analogum nomen importat in cõfuso
singulas proportiones analogatorum, & distinctè non signifi-
cat nisi proportionem in communi. Verbi gratia, Ens non si-
gnificat habens se ad esse sic vel sic, puta vt substantia, aut ve
quantitas: sed si proportionale nomen est, significare videtur
habens se ad esse secundum aliquam proportionem, quæcũ-
que sit illa. Hoc autem constat esse æque abstractum à substã-
tia & à quantitate: & consequenter per modum vniuoci in ana
logis abstractio conceptus apparet.

¶ VT AVTEM euidens fiat huius ambiguitatis deter-
minatio, sciendum est, quòd licet abstrahere, diuersa signi-
ficet, cùm diximus intellectum abstrahere animal ab homi-
ne & equo, eo quòd tunc significat ipsam intellectus operatio-
nem attingentem in eis vnum, & non alia, nunc verò significat
extrinsecam denominationem ab illa intellectus operatione,
qua res cognita abstracta denominatur: in vnum tamen & idẽ
semper tendit, quoniam semper sonat intelligi vnum non
intellecto altero. Ideòque nihil aliud est agere de abstractio-
ne analogi ab analogatis, quã inquirere & determinare quo-
modò res significata analogo nomine intelligi possit, non co-
intellectis analogatis, & quomodò conceptus illius habeatur,
absque conceptiuis istorum. Cùm igitur ex supradictis, & ex
ipso analogiæ vocabulo pateat, quòd analogo nomine non
simpliciter vna res, sed res cum proportione vna significatur,
talis autem idem est quod res diuersæ: vt similes proportio-
naliter: facilè deduci potest, quòd res analoga potest quidem
intelligi non cointellectis analogatis, & consequenter abstra-
here ab eis. Sed non sicut in vniuocis res vna: puta natura sen-
sitiua, seu animal, intelligitur non cointellectis omninò natura
humana & equina vt sic, sed sicut duæ res vt proportionaliter
similes intelliguntur, non cointellectis ipsismet duabus rebus
secũdum suas proprias naturas absolutè. Ita quòd analogi ab-
stractio non consistit in cognitione vnius, & non in cognitione
alterius, sed in vnius & eiusdem intellectione vt sic, & non in
intellectione absolutè. Verbi gratia, Entis abstractio non consi-
stit in hoc, quòd entitas apprehenditur & substantia, aut quan
titas non: sed in hoc, quòd substantia aut quantitas apprehen-
ditur, vt sic se habet ad proprium esse: secundum hoc enim si-
militudo proportionaliter attenditur, & non apprehenditur
substantia, aut quantitas absolutè. Et simile est de alijs rebus a-
nalogis: quales sunt ferè omnes metaphysicales. Vnde concedi
potest rem analogam abstrahere, & non abstrahere ab analo-
gatis diuersimodè. Abstrahere quidem pro quanto abstrahit
ab eis, quemadmodum res vt sic id est, res similis alteri propor
tionaliter abstrahit à se absolutè sumpta. Non abstrahere ve-
rò, pro quanto res vt sic accepta seipsam necessario includit,
& absque seipsa intelligi non potest. Quod de vniuocis dici
non potest: quia res vniuoca absque alijs quibus est vniuoce cõ
munis intelligitur sic, quòd eas in suo intellectu nullo modo
actualiter includit vel patet.

¶ OBIECTIONI autem ad oppositum adductæ
ex analogæ similitudinis natura facilè satisfit, dicendo quòd
cum vnum multipliciter dicatur, non oportet omnem simili-
tudinem attendi secundum vnum simpliciter: sed quandoque
sufficit, quòd vnum secundum proportionem faciat simile.
Vnum autem proportionaliter non est simpliciter vnum, sed
multa similia secundum proportiones, à quibus ideò non po-
test abstrahi res vna simpliciter: quia similitudo ipsa propor-
tionalis tantum est, & fundamentum non est vnum: nisi propor
tionaliter. De ratione siquidem vnus proportionaliter est ha-
bere quatuor terminos, vt in quinto Ethic. dicitur. Quoniam
proportionalitas, qua similitudo proportionum fit inter qua-
tuor ad minus (quæ duarum proportionum extrema sunt) ne-
cessaria est: & consequenter vnum proportione non vnificatur
simpliciter, sed distinctionem retinens vnum pro tanto est,
& dicitur pro quanto proportionibus dissimilibus diuisum
non est. Vnde sicut non est alia ratio quare vnum proportio-
naliter non est vnum absolutè: nisi quia ista est eius ratio
formalis: ita non est quærenda alia ratio, cur à similibus
proportionaliter non potest abstrahi res vna: hoc enim ideò
est, quia similitudo proportionalis talẽm in sua ratione di-
uersitatem claudit. Et accidit vlterius procedentibus, vt que-
rant id quod sub quæstione non cadit: vt, quare homo est ani-
mal rationale, &c.

¶ DE ABSTRACTIONE quoque conceptus
eodem dicendum est modo. Abstrahit enim conceptus analo-
gi nominis, non sicut vnum simpliciter, sed sicut vnum propor
tione, seu simile secundum proportiones à multis absolutè.
Sed quia obijciendo tangitur de abstractione conceptus ana-
logi, à specialibus conceptibus illius analogiæ, & abusuè ana-
logata ibidem vocantur partiales analogi rationes: ideò dili-
genter cauendum est, ne apparentia in obiectione tacta in illũ
errorem ducat, qui ibi tangitur.

¶ Sciendum

¶ Sciendum siquidem est, quòd licet in analogis secũdum attri
butionem in hoc omnia analogata conueniant, quòd eandem
formam omninò respiciunt, ita quòd nõ solùm conueniunt in
vno termino, sed in hoc quod est respicere illum: erroneum ta
men est, analogo per attributionem conceptum vnum respe-
ctus in communi ad illum terminum, per abstractionem à tali
& tali respectu, attribuere: verbi gratia, Animal in quantùm sa-
num, vrina in quantùm sana, & medicina inquantùm sana, licet
conueniant & in sanitate tanquam termino, cuius animal est
subiectum, vrina signum, & medicina causa, & conueniant in
hoc quod est respicere sanitatem (quodlibet enim eorum sani-
tatem respicit diuersimodè) ab his tamen specialibus respectã-
bus non abstrahitur respectus in cõmuni ad sanitatem impor-
tatus sani nomine, in cuius cõceptu omnes speciales respectus
ad sanitatem, cõfuse & in potẽtia claudantur. Falsum enim est
quòd sanum significet hoc quod dico, respiciens, vel aliqualit
er se habens ad sanitatem. Tum quia sic sani nomen vniuocũ
verè esset ad vrinã & animal, &c. vt patet ex vniuocorũ diffi-
nitiõe. Tũ quia hoc cõtra intentionẽ dicentiũ vrinã aut diætã
sanam. Percunctantibus siquidem, quid est vrina inquantùm sa
na, non respondetur respiciens sanitatem: sed omnes respectũ
illum specificant, respondentes: signum sanitatis, & similiter de
diæta respondetur, quòd est conseruatiua sanitatis, &c. Tum
quia contra omnes & philosophos & logicos hucusque à me
visos hoc est. Sicut autem in prædictis analogis prædictus ca-
uendus est error sta in analogis secundum proportionem, quę
sola simpliciter analoga sunt (similis cauendus est error, ex si-
mili causa apparentiæ firmitatem trahens.

¶ Quia enim analogata conueniunt in hoc, ꝙ vnumquódque
eorum commensuratum seu proportionatum est, licet diuersi
modè: credi potest quòd ab his specialibus proportionibus
abstrahatur proportionatum in communi, & nomine analogo
significetur: ac per hoc analogum habeat conceptum vnum,
in quo confuse & in potẽtia claudantur omnes speciales pro-
portiones analogatorum. verbi gratia. Vt quia substantia pro-
portionata est suo esse, & similiter quantitas & qualitas, licet
diuersimodè: ideò a substantia & quantitate & qualitate, &c.
diuersimodè, ꝓportionatis suis esse abstrahatur res siue quid-
ditas proportionem habens ad esse, qualiscũq; sit illa proporti-
o: & hoc sit entis primarium significatum, in quo omnes spe-
ciales proportiones substãtiæ, quantitatis & qualitatis, &c. ad
suũ esse confuse claudantur & in potentia.

¶ Sed hoc falcissimũ est Tũ quia hoc quod dicitur scilicet res
proportionata ad hoc quod sit, nõ est res vna simpliciter etiam
in esse obiectiuo, nisi chimerice. Tum quia proportionalia no-
mina vniuoca essent (vt ex vniuocorum diffinitione patet) &
consequenter periret proportionalitatis ratio, quæ extrema
vnũ simpliciter esse non compatitur: & sic essent proportiona
lia & nõ proportionalia. quòd intellectus capere non potest.
Tum quia contra Arist. auctoritatem in 2. Poste. inferius addu-
cendam & adductam ex primo Ethi. & S. Th. & Auer. & Albe.
expresse est. Vnde confusio qua analogum tam secundum attri
butionem quàm secũdum proportionem importat speciales
habitudines aut proportiones, nõ est cõfusio pluriũ cõceptuũ
in vno cõmuni conceptu, sed est confusio significationũ in vn-
a voce, licet disformiter. Quoniam in analogia attributionis
vox analoga primum distinctè significat, cętera autem confu-
se. In analogia verò proportionis nomen analogum ad om-
nes suas significationes indistinctè se habere permittitur.

¶ Cautum tamen & attentum oportet hic esse: quia cum ana-
logi rationes dupliciter sumi possint, scilicet secundũ se, & vt
eadem, & ipsæ vt eadem propter idẽtitatis proportionalis na-
turam non abstrahant à seipsis, & tamen aliquid conuenit eis
ratione identitatis, seu inquantum eadem sunt: quòd non con
uenit eis ratione diuersitatis (vt patet de communibus eis) vi-
detur quòd duo incompossibilia secundum apparentiam ana
logi rationibus conueniant, scilicet quòd ipsæ vt eadem, non
abstrahant à seipsis: & quòd ipsæ vt eadem aliquid causent &
habeant, quòd non vt diuersę, reduplicariq; possint, vt eadem
non reduplicatis, vt diuersæ sunt. Hæc enim non solùm cõpos
sibiliter, sed necessario simul sibi vendicat identitas proporti
onalis quoniam & extrema vniri omnino non patiens, ab eis
omnino abstrahi non permittit: & extrema aliqualiter indiui
sa & eadem ponens, vt eadem ea considerabilia & reduplica-
bilia exigit. Sicque fit, vt in analogo secundum identitatem in
se clausam, ad diuersitatem rationum in se quoque clausam cõ
parato, abstractio quædam (quæ non tam abstractio, quàm qui
dam modus abstractionis est) inueniatur: propter quam non
solũ ab analogatis (puta substãtia & quantitate) analogũ, puta
ens: abstrahere dicitur, (vt suprà diximus) sed ab ipsis eius ra-
tionibus, seu à diuersitate ipsarum rationum eius, puta ratio-
nis entis in substantia, & rationis entis in quantitate. Non quia
quandam rationem eis communem dicat, quia hoc est falsum,
nec quia illæ rationes omnino sint eædem, aut eas omnino vni
at, quia sic non esset analogum, sed vniuocum, sed quia eas
proportionaliter adunans, & vt easdem proportionaliter sig-
nificans, vt easdem considerandas offert: annexa inseparabil-
iter diuersitate quasi seclusa, & identitate proportionali vnit,
& confundit quodammodò diuersitatem rationum. Sicque
non sola significationum in voce confusio analogo conuenit:
sed confusio quædam conceptuum, seu rationum, sit in identi-
tate eorũ proportionali. sic tamen vt non tam cõceptus quàm
eorum diuersitas confundatur.

¶ Et quoniam analogum talem identitatem præcipuè impor-
tat, & tali confusione frequenter vtimur, analoga nomina ab
omni rationum eius diuersitate abstrahere dicentes (dum con
fuse pro omnibus supponere ipsum pluries exponimus) ideo
non mediocri opus est vigilantia, ne in vniuocationem labi cõ
tingat. Abstrahit igitur analogum a suis analogatis (puta ens à
substantia & quantitate): cut vnum proportione à multis, seu
sicut similia proportionaliter à seipsis absolute, tam quo ad cõ
ceptum obiectiuum quàm mentalem: siue sit sermo de abstra-
ctione totali, siue de formali. Hæ enim abstractiones non diffe
runt in eodem nisi secundum præcisionem, & nõ præcisionem:
vt alibi declarauimus. Vnde nihil aliud est dicere ens abstractũ
à naturis prædicamentorum abstractione formali, quam dice-
re naturas prædicamentales proportionales ad sua esse, vt sic
præcisæ specialibus autẽ seu singulis analogiæ ratiõibus ex-
tremis non tertio conceptu simplici, sed voce cõmuni & iden
titate proportionali earundem, quodammodo abstrahit.

CAPVT VI.

Qualis prædicatio analogi de suis analogatis.

VIDEBITVR autem forte alicui ex his ꝙ præ-
dicatio analogi de suis analogatis (puta entis de
substantia & quantitate, aut formæ de anima &
albedine, &c.) si sicut prædicatio æquiuoci de
suis æquiuocatis: ita quòd non sit prædicatio su-
perioris de inferioribus, nec communioris de minus commu-
ni, nisi sola voce: sed eiusdem de seipso. Non est enim in analo
go res vna significata quæ in vtroque analogatorum saluetur:
absq; hoc autem prædicatio communioris aut superioris non
inuenitur secundum intrinsecam denominationem, seu existẽ
tiam. Sic enim analogum secundum proportionalitatem com
mune esse dictum est.

¶ Fouere quoque potest non parum opinionem hanc proces-
sus iuxta primum Topi. Aut scilicet analogum est prędicatum
conuertibile, aut inconuertibile, seclusa vocis communitate.
Et cùm constet non esse inconuertibile: (quoniam substãtia vt
sic se habens ad suum esse, quod ens de substantia dictum præ
dicat, conuertitur cum substantia, & similiter quantitas sic cõ
mensurata suo esse, cum quãtitate conuertitur: & sic de alijs)
consequens est, quòd analogum, tanquàm superius, de analo-
gatis prædicari non possit. Superioris enim intentionem susci
pere non potest, quod conuertibile esse comprobatur.

¶ Et quoniam secundum veritatem analogũ vt superius, præ-
dicatur de analogatis, & non sola voce commune est eis, sed
cõceptu vniuoco proportionaliter, cuius vnitas ad hoc quòd
prædicatum aliquod superioris rationem habeat, sufficit: quia
superius nihil aliud sonat quàm vnum prædicatum ad plura
se extendens, vnum autem non per accidens, aut congregatio
ne (sicut aceruus lapidum) sed per se constat esse etiam vnum
proportione: ideò ad huius veritatis claritatem ex extremis
procedendo, sciendum est, quòd quia analogum medium est
inter vniuocum & purè æquiuocum: consequens est ꝙ analo-
gum idem aliquo modo, & nõ idem aliquo modo de suis prędi-
cet analogatis. Et quia prædicat aliquid abstrahens aliquo
modo à suis analogatis (vt ex præmisso patet c.) consequens
est, quòd cõparetur ad sua analogata, vt maius ad minora, seu
superius ad inferiora: licet non omninò vnum secundum ra-
tionem sit, quod eis imponit.

¶ Quòd vt clarius pateat, figuraliter declaratur sic, tàm in æ-
quiuocis, quàm vniuocis, quã analogis, quatuor inueniũtur, sci
licet, duæ res ad minus, æquiuocatæ, vniuocatæ aut analogatæ:
& duæ res, seu rerum rationes, æquiuocationem, vniuocatio-
nem aut analogiam fundantes: verbi gratia. In æquiuocatione
canis inueniuntur hæc quatuor, scilicet canis marinus, & canis
terrestris, & ratio illius, & ratio istius secũdum nomẽ canis. In
vniuocatione quoq; animalis inueniũtur quatuor, scilicet ho-
mo & bos, & natura sensitiua hominis & natura sensitiua bo-
uis: quæ ad alis vniuocationẽ fundãt. In analogia similiter entis

quatuor

quatuor sunt, scilicet substantia & quantitas, & substantia inquantùm commensurata suo esse, & quantitas secundũ quod suo esse proportionatur.

¶Et licet prima duo, scilicet æquiuocata & vniuocata aut analogata eodẽ modo, quantũ ad propositũ spectat, in omnibus his distinguãtur, quia videlicet ex opposito cõdistincta sunt, altera tamẽ duo vniuocationẽ, æquiuocationẽ & analogia fundantia, diuersimodè vnita aut distincta sunt. In æquiuocis nanque ratiões illæ, puta canis marini & terrestris, sunt omnino diuersæ secundũ rationẽ, & propter hoc id quod prædicat canis de marino cane, nullo modo prædicat de terrestri, & ecõuerso. & ideò sola voce cõmunius aut maius æquiuocatis dicitur, & est. In vniuocis verò res illæ (puta animalitas in boue & animalitas in leone) licet numero & specie diuersæ sint: ratiõe tamẽ omnino eadẽ sunt: ratio enim vnius est omnino eadem q̃ ratio alterius, & ecõuersò. & propter hoc id quod prædicat animal de homine, idẽ omnino prædicat de boue: & vniuocum dicitur & superius de homine & boue. In analogis autẽ res analogiam fundãtes (puta quãtitas vt sic se habẽs ad esse, & substãtia vt sic se habẽs ad esse) licet diuersæ sint & numero & specie & generatiõe tamẽ eadem sunt nõ omnino, sed proportionaliter, quoniam vnius ratio proportionaliter eadẽ est alteri. Et propter hoc id quod prædicat analogum, puta ens de quãtitate illudmet proportionaliter prædicat de substantia, & ecõuersò. Est enim illudmet proportionaliter id quod in substantia ponit: & econuersò. & propter hoc analogum (puta ens) non sola voce communius, maius aut superius analogatis est, sed conceptu (vt dictum est) proportionaliter vno. Ita quòd analogum & vniuocum conueniunt in hoc, q̃ vtrũq; cõmunioris & superioris rationẽ habet. Differunt autẽ in hoc, q̃ illud est superius analogicè seu proportionaliter: hoc verò vniuocè. Et meritò, quia fundamentũ superioritatis vtrobiq; saluatur, vniuocationis autẽ nõ. Fundatur enim superioritas super identitate rationis rei significatæ, id est, super hoc q̃ res significata inuenitur nõ in hoc tantũ, sed illamet nõ numero, sed ratiõe inuenitur in alio. Vniuocatio autẽ super modo identitatis omnimodè, scilicet identitate ratiõis rei significatæ, id est super hoc, q̃ ratio rei significatæ in illo & in isto est eadẽ omnino. Quãuis enim in analogis hic, idẽtitatis modus nõ inueniatur, quem in vniuocis inueniri pluries dictũ est: identitas tamẽ ipsa rationis rationũ * inuenitur. est. namq; idẽtitas proportionalis, identitas quædã. Et ideò nõ minus analogũ (puta ens) est prædicatum superius quam vniuocũ, puta animal: sed alio modo, analogum enim est superius proportionaliter: quia fundatur supra identitatẽ proportionalis ratiõis rei significatæ: vniuocũ autẽ præcisè & simpliciter: quia super omnimoda identitate ratiõis rei significatæ eius superioritas fundatur. Propter quod S. Tho. superioritatis fundamentũ aspiciẽs in 5. Meta. dixit, q̃ ens est superius ad omnia, sicut animal ad hominem & bouem.

* Alias identitas tamen rationis, &c.

¶Vnde obiectiones ad oppositum adductæ in hoc peccant, q̃ inter identitatem, & modum identitatis non distinguunt. Fatendum est enim, quòd ad hoc quòd aliquis terminus denominetur superior, aut communior: oportet vt rem vnam & eandem in vtroq̃ ponat, sed sophisma consequentis committitur, in ferendo ex hoc, ergo oportet quòd dicat rem vnam & eandẽ omnino. Et est semper sermo de identitate secundum rationẽ, seu diffinitionem. Identitas enim & vnitas continent sub se nõ solùm vnitatem & identitatem omnimodam, sed proportionalem: quæ in analogi nominis ratione saluatur. Negandũ est igitur, quòd in analogis non prædicatur idem de vno & alio analogato: quoniam vnum & idem proportionaliter de omnibus analogatis dicitur: & propterea inter prædicata non conuertibilia numerandum est. Quantitas enim licet adæquet ens de quantitate verificatum secundum rationem omnino eandem: non tamen secundum rationem illam proportionaliter, quoniam entis ratio non alia proportionaliter ad substantiam & qualitatem se extendit. Verum quia analogum sonat identitatem proportionalem, ideo huiusmodi rationibus formaliter respondendo, nullo pacto cõcedendum est analogũ conuertibile cum aliquo analogato.

¶Ad materiã tamen descendendo, potest intrepide dici, quòd quia analogum rationem vnam proportionaliter tantùm prædicat, & vnum proportionaliter plura esse proportionibus similia manifestum est: dupliciter potest secundum singulas rationes ad analogata comparari. Vno modo absolutè, & sic secũdum singulas rationes cum singulis analogatis conuertitur: quia nulla omnino vna analogi ratio in duobus analogatis inuenitur. Alio modo secundum identitatem proportionalem, quam habet vna cum altera: & sic cum nullo analogato conuertitur: quoniam omnes analogi rationes indiuisæ sunt proportionaliter, & vna est altera proportionaliter. Et quia (vt dictum est) analogum hanc sonat identitatem, ideo formaliter & simpliciter loquendo, analogum inconuertibile & communius prædicatum concedendum est esse. Non tamen genus, aut species, aut propriũ, aut diffinitio, aut differentia, aut accidens vniuersaliter est. Nec propterea diminutus Aristo. aut Porphy. fuit: quoniam prædicabile quod simpliciter vnũ est, docebant, ac per hoc inter æquiuoca numerarunt.

¶Ex prædictis autem manifeste patet, quòd analogum non cõceptum disiunctum, nec vnum præcisum inæqualiter participatum, nec vnum ordine, sed conceptum vnum proportione dicit, & prædicat. De ordine tamen in analogis incluso. infra tractabitur. Vnde cũ dicitur de homine, aut albedine, aut quocunque alio quòd est ens, non est sensus, quòd sit substãtia, vel accidens, sed nc se habens ad esse. Vtor autem ly sic, quoniam de propriis nominibus proportionum ad esse in actu exercito eas importantibus, disputare nolo ad præsens: quoniam metaphysici negotij opus hoc est, & exẽplariter hic de ente loquimur. Simile liquidem est de actu, potẽtia, forma, materia, principio, causa, & alijs huiusmodi iudicium.

CAPVT VII.

Qualis analogatorum secundum analogi nomen diffinitio.

APPARERE QVOQVE poterit alicui, quòd in ratione vnius analogati (puta qualitatis) secundum analogi, puta entis, nomen alterius analogati, puta substantiẽ, vel quantitatis ratio secundum idem analogi nomen cadere debeat: sicut in analogia attributionis contingere dictum est. Fundamentum autem inde apparentia hæc sumit: quia ratio vnius analogati, vt eadẽ proportionaliter est alteri, absq; illa altera exprimi complete nequit. Dictum est autem, quòd analogo nomine rationes hæ importantur vt eadem proportionaliter sunt.

¶Et confirmat hoc expositio ipsa analogiæ ab Arist. Auer. & San. Tho. in primo Eth. posita. Exponunt enim q̃ bonũ seu perfectio analogicè dicitur de visu & intellectu: quia sicut visus in corpore sita intellectus in anima perfectio eis. Cõstat aũt q̃ non est intelligibile hoc se habere sicut illud: nisi vtrũq; extremorum percipiatur. Necessariò igitur videtur vnum analogatorum secundum analogi nomen, per aliud diffiniendum esse.

¶VT AVTEM liqueat huius ambiguitatis solutio, recolendum est, analoga hæc dupliciter inueniri, scilicet propriè & metaphoricè. Diuersimodè enim hæc se habent ad propositam quæstionem. In analogia siquidem secundũ metaphoram oportet vnum in alterius ratione poni, non indifferenter, sed propriè sumptum, in ratione sui metaphoricè sumpti claudi necesse est: quoniam impossibile est intelligere quid si aliquid secundum metaphoricum nomen, non cognito illo, ad cuius metaphoram dicitur. Neq; enim fieri potest vt intelligã quid sit pratum in eo quod ridens, nisi sciam quid significet risus nomen propriè sumptum, ad cuius similitudinem dicitur pratum ridere.

¶Est autem huius ratio radicalis, quia analogum metaphoricè sumptũ, nihil aliud prædicat, quàm hoc se habere ad similitudinem illius: quod absque altero extremo intelligi nequit. Et propter hoc huiusmodi analoga prius dicuntur his in quibus propriè saluantur: & posterius de his in quibus metaphoricè inueniuntur & habent in hoc affinitatem cum analogis secundum attributionem: vt patet. In analogia verò in qua nominis saluatur proprietas, nullum analogi membrum per alterũ diffiniri oportet, nisi fortè gratia materiẽ: vt S. Th. in 2. q. de veri. ar. 11. docuit. Sunt enim analogatorum rationes secundum analogi nomen quodammodo mediæ inter analoga secundũ attributionem, & vniuoca. In analogis enim secundum attributionem primum diffinit reliqua. In vniuocis verò neutrum alterum diffinit, sed vnius diffinitio est complete alterius diffinitio: & econuersò. In analogis autem neutrum alterum diffinit sed vnius diffinitio est proportionaliter alterius diffinitio. Et loquimur semper de ratione secundum nomen commune. verbi gratia, in diffinitione cordis secundum quod principium animalis, non ponitur fundamentum secundum quod principium domus, nec econuersò: sed eadem proportionaliter est principij ratio vtrobiq;, vt Com. vbi supra dicit.

¶Duabus autem opus est distinctionibus vti in re hac: ea scilicet quæ in logica traditur de actu signato & exercito: & ea quæ à metaphisico, vt plurimum tractatur, de ordine rerum sub vno nomine ex parte rei, & parte impositionis nominis.

¶Ex prima siquidem distinctione scimus duo. Primò, quòd sicut animal dictum de homine & equo, importans vniuocationem in actu exercito, non prædicat de homine totum hoc, scilicet

licet naturam sensitiuam eandem omnino secundum rationẽ naturæ sensitiuæ equi & bouis, sed naturam sensitiuam simpliciter (quam tamen ad hoc quòd vniuoca sit prædicatio, oportet esse omnino eandem secundum rationem naturæ sensitiuę equi & bouis) ita ens importans proportionalitatem in actu exercito, non prædicat de quantitate totũ hoc, scilicet habẽs se ad esse sic proportionaliter, vt substãtia aut qualitas ad suũ esse, sed habẽs se ad esse sic absque alia additione: quòd tamen oportet ad hoc quòd analoga sit prædicatio, idem proportionaliter esse cum altero, sic se habere ad esse quod de substãtia aut qualitate ens prædicat.

¶Secũdo, quòd sicut ex declaratiõe qua manifestatur ánimal esse vniuocũ, quia dicit vnã & eandẽ omnino rationẽ in omnibus: nõ fallimur, nec cõfundimur, nec vagamur circa hominis & bouis secundũ animalis nomẽ rationẽ: sed quiescimus, intuentes quòd animal exercet quod vniuocorũ diffinitio & ex positio significat. Ita ex hoc quòd declaratur ens aut bonũ aut quodcũq; aliud esse analogũ, quia dicit rationes plures easdẽ proportionaliter, & importat hoc se habere quemadmodum proportionaliter se habet illud ad esse vel appetitũ, &c. (non debemus turbari & inquirere in analogi nominis (puta boni) ratione significationẽ ita: sed fat sit, dittinguẽdo inter actum signatũ & exercitũ, inspicere quòd analogi nominis ratiõ id exercet quod analogi ratio & declaratio significat. Ex his autem duobus patere iam potest intentũ, quòd scilicet nõ oportet vnũ analogiæ membrũ per alterũ diffinire, ex eo quòd analogũ significat esse eadẽ proportionaliter: quoniam hoc in actu exercito significat.

¶Ex secũda verò distinctione scimus, nõ solum quòd præposterus est ordo rerũ & significationũ quandoq; sub nomine analogi: ita quòd prior secundũ rẽ ratio, posterior interdũ significatione est (vt de ente & bono, & alijs huiusmodi cõmunibus deo & creaturis accidit: ratio enim quã in deo quódlibet horũ ponit, significatiõe quidẽ posterior, re autẽ prior est) & quòd propter alterũ horũ dicitur analogũ prædicare de suis analogatis secundũ prius & posterius, ipsam analogi rationẽ *. Sed etiã scimus, quòd quãdo ratio quã ponit analogũ in vno, ex ratiõe quã in altero ponit exponitur: nõ ideò fit, quia vnũ in alterius ratiõe cadet: sed quia vnius ratio posterior altera est significatiõe & per priorẽ, vt pote notiorẽ declaratur. vt S. Tho. in 2. ar. q. 13. primæ partis fecit, declarãs, quòd dicendo, quòd deus est bonus, sensus est. Id quod bonitatẽ in creaturis dicimus, præexistit in deo proportionaliter, &c. Et eadẽ intelligendũ est ratione fieri, si posterior secundũ re per prior rem declaretur. Non diffinit ergo analogum secundum vnam rationẽ, seipsum secundum alterã licet exponat & declaret.

* Alias prædicari de suis analogatis secũdum prius et posterius secũdum ipsam analogi rationem.

¶OBIECTIONIBVS autem in oppositum quãuis ex dictis satisfactũ sit, formaliter responderi potest, quòd cognosci aliqua vt eadẽ proportionaliter, seu hoc se habere sicut illud, dupliciter cõtingit. Vno modo formaliter, id est, quo ad relationem identitatis & similitudinis: & sic absque extremis cognitio hæc haberi non potest. Alio modo fundamẽtaliter: & sic in ratione vnius non cadit relinquũ, sed ratio vnius est alterius ratio, omnino: vel proportionaliter. Constat autem, q̃ analogũ nomẽ (puta ens aut bonũ) nõ relationẽ identitatis: aut similitudinis significat, sed fundamentum, & ideò obiectiones quæ iuxta primũ sensum procedũt, nihil concludunt cõtra intentũ. Patet autẽ facillimè hæc esse vera exempla de vniuocis, ponendo & applicando ad idẽtitatem vniuocationis. Significat nanq; nomẽ vniuocũ plura inquantũ eadem sunt vniuoce, seu secundũ rationẽ omnino. Et identitatis relatio in nullo extremorum absque altero intelligibilis est, &c.

CAPVT VIII.

¶Qualis sit in analogo comparatio.

DIFFICVLTAS etiã non parua (quæ multos inuasit ac superauit) de cõparatione in analogo dilucidanda est. Creditum enim à quibusdam est, quòd non posset analogia posita, sermo ille nisi extorte exponi, quo vnũ analogatum magis perfectius tale secundum analogi nomen diceretur: verbi gratia, substantia est magis aut perfectius ens quàm quantitas. Moti sunt autem ex eo, quòd comparatio in vno communi, vtrinq; facienda est etiam secundum Grammaticos: quod in analogo non inueniri videtur.

¶Et potest formari ratio pro eis talis. Aut cõparãtur analogata in vna cõmuni eis ratione, aut in suis rationibus. Non in ratiõe cõmuni, quia illa analogum caret: nec in rationibus proprijs: quia tunc falsum est substantiam esse magis ens, quàm quantitas. Non enim minus aut imperfectius quantitas est sua ratio, quã ens in ea ponit, quã substantia sua, &c. Nullo igitur modo videtur comparationem cum analogia saluari posse.

¶Succũbitur autem difficultati huic: quia proprium comparationis fundamentũ nõ cõsideratur. Fundatur enim super idẽtate seu vnitate rei in qua fit comparatio, & nõ super modo idẽtitatis aut vnitatis: sicut de intẽtiõe superioritatis prædictũ est. Vnde cũ analogũ ex dictis cõstet rẽ vnã: licet proportionaliter dicere: nihil prohibet in ipso cõparari analogata, licet nõ eo modo quo vniuoca sit cõparatio. Ad cõparationẽ siquidem cũ requirantur & sufficiant hæc tria, scilicet diffinctio extremorũ, & idẽtitatis eius in quo fit cõparatio, & modus essendi illius in extremis, scilicet æque vel magis, aut minus perfectè, sub idẽtitate autẽ seu vnitate, proportionalis vnitas seu idẽtitas cõtineatur, consequẽs est q̃ si in diuersis idẽ proportionaliter æque vel magis, aut minus perfectè esse habet, cõpartio secundũ illud proportionale fieri posit, cõparatione nõ vniuoca, sed analoga. Sicut enim quia natura sensitiua est in bone, & illamet omnino secũdũ rationẽ est in homine, & perfectius esse habet in homine quã in bone: homo perfectius animal boue dicitur vniuoca cõparatiõe, sic, quia sic se habet ad esse est in substantia, & hoc idẽ proportionaliter est in quantitate, & imperfectius esse habet in quãtitate quàm in substantia, dicitur substãtia magis seu perfectius ens, quàm quantitas, analoga cõparatione. vnde S. Tho. in 7. arti. q. 7. de poten. Dei, triplicitèr comparationem fieri docẽs, duos modos analogicę comparationis ponit apertè, ex hoc insinuans comparationem non solùm super identitate numerali, specifica, aut generica fundari: sed etiam proportionali.

¶Modi autem comparationis ibidem traditi sunt hi, scilicet secundum solam quãtitatem rei participatæ. & sic vnum albũ dicitur altero albius. Vel extendendo propter præsens propositum, hunc modum ad omnem comparationem vniuocam: dicatur quòd primus attenditur secundum quantitatem rei participatæ eiusdem omnino secundum rationem, siue illa ratio sit specifica siue generica: vt calidum magis calidũ altero dicitur, & homo perfectius animal leone est.

¶Secũdus verò modus attẽditur secundũ q̃ res aliqua in vno inuenitur participatiue: alterũ verò est per essentiã quẽadmodum homo platonicus longè perfectior homo esset nobis. Et abstractiõe intellectus vtendo: quẽadmodũ bonitas lõge melior est quocunq; bono, quod participatiue bonum dicitur.

¶Tertius autem modus attenditur secundum quod res aliqua in vno inuenitur formaliter & secundum se: in altero autẽ virtualiter, & eleuatum ad rem superioris ordinis. Quem admodum dicimus, q̃ sol est magis calidus quàm ignis: vel quòd calor perfectius esse habet in sole, quàm in igne. Nec est dubiũ hos duos modos vniuocam comparationem impedire: vt San. Tho. ibidẽ dicit. & Arist. in primo Ethi. de primo modo testatur: vbi bonum commune non vniuoce, sed secundum proportionalitatem dicendum docet, bonitati separatæ & boni cæteris per participationem. Patet igitur ex his, eadem proportionaliter vt sic esse comparabilia: quamuis physicè loquendo, in sola specie aut genere comparatio fiat.

¶AD Obiectionem autem in oppositũ dicitur, quòd vtroq; modo in analogis cõparatio fit. Comparantur siquidem analogata (pura subiecta & quantitas) in ratione vna & communi proportionaliter quã analogi nomen (puta ens) dicit, & addit supra analogata: vt ex dictis patet. Et comparantur secundum suas rationes, secundum tamen analogi nomen, quæ earum sit perfectior: secundum quod dicimus, substantia est perfectius ens quãtitate: quia ratio entis in substãtia perfectior est ratione entis in quãtitate. Ita quòd iuxta istam comparationem est sensus. Substantia habet perfectiorem secundum entis nomen rationem, quã quantitas: & non quòd substantia est magis aut perfectius substantia quàm quantitas sit quantitas: vt quidem somniare videntur. Vnde comparatio ista extenditur vsq; ad analoga secundũ attributionem: licet in tali analogia non nisi abusiue comparatio fieri posit. Dicimus enim q̃ ens reale est magis & perfectius ens ente rationis quod per attributionem ad illud ens dicitur in 4. meta. text. 2. quia ens reale habet perfectionem secundum entis nomen rationẽ. Iuxta quem modũ si vsus admitteret, diceremus, animal est magis sanum vrina, quia perfectiorem secundum sani nomen rationem habet.

CAPVT IX.

Qualis sit analogi diuisio & resolutio.

QVALITER autem analogum diuidendũ sit, ex dicendis manifestum est. Potest siquidem trifariam analogi diuisio intelligi.

¶Primo, vt diuidatur vox in suas significatões, Dictum est n. quod analogum plures rationes significat

significat immediatè:& hæc diuisio conuenit sibi inquantùm æquiuocum quoddam est.

¶ Secundò, vt diuidatur significatum eius in quasi membra eius, eo modo quo eius quod proportionaliter vnũ est, sic & sic proportionatũ mẽbra dici possunt. Dictũ est enim ꝙ analogũ nõ ita diuersas rationes significat, quãtũ significet vnam rationẽ proportionaliter. Omnes namque rationes analogo nomine immediatè significatę, eadem proportionaliter sunt. Ratio autem vna proportionaliter, cũ constituatur ex pluribus rationibus proportionalibus, in eas secari potest. Hæc autem nõ est diuisio analogi in sua analogata: quoniam rationes hę in ipsius analogi ratione intrinsecè clauduntur, & analogata ea sunt, in quibus ratiões illę saluãtur, nõ ipsæ ratiões. Entis enim analogata sunt substãtia & quãtitas: & nõ rationes entis in substãtia & quantitate. Rationes enim (vt dictum est) analogę sunt.

¶ Vnde tertio modo potest diuidi analogum diuidẽdo significatũ eius in sua analogata per diuersos modos quibus analogi rationem proportionalem analogata ipsa diuersimodè suscipiunt. Ita ꝙ diuisum est significatum vnum proportionaliter. Diuidentia sunt modi fundãtes & facientes in analogatis proprias proportiones secundum quas fit analogia, constituta autẽ per diuisionẽ, vt partes subiectiuę: sunt analogata ipsa verg. Quãdo ens diuiditur in substantiam & quãtitatem, diuisum eit ratio entis nomine significata, quæ omnes in se entis nomine significatas rationes claudit: vtpotè vna proportionaliter diuidentia sunt substantiuum & mensuratiuum, seu per se & in alio, sicut ex quibus substantia & quantitas habent, ꝙ diuersas entis rationes subintrent, partes autẽ subiectiuę sunt substãtia & quantitas, quæ in entis ratione analogantur.

¶ Et quia hęc est propria analogi diuisio, idcirco distinctè explicandum est quomodò diuerat diuisio hæc ab vnica. Tripliciter siquidem differunt. Primò ex parte diuisi, quia diuisione vniuoca vnum omnino secundum rationem secatur: hic autem vnum proportionaliter. Secundò ex parte diuidentium: quia differentiæ secantes genus sunt extra genus. modi autem secãtes analogum in ipsius analogi ratione clauduntur: quẽadmodùm ipsa analogata (vt in capitulo de abstractione declaratũ est) propter quod in tertio Meta. text. 10. ens genus esse negatur. Tertio ex parte ipsarum partium subiectiuarum, quæ per diuisionem fiunt, quia partes diuisionis vniuocæ licet ordinẽ habeant secundum se: & originis, vt dualitas est prior trinitate: & perfectionis, vt albedo est perfectior nigredine: tamẽ secundum diuisi rationem, puta numeri aut coloris, neutra altera prior aut posterior est, sed omnes æqualiter in diuisi ratione communicant. Analogata verò, quæ analoga diuisione cõstituunt, non solùm secundum se, sed etiam in ipsius analogi quod diuiditur ratione ordinem habent, & aliud prius, aliud posterius est: adeò vt in vno eorum tota ratio diuisi saluari dicatur: in alio autem imperfectè & secundum quid. Quod non est sic intelligendum, quasi analogum habeat vnam rationem, quæ tota saluetur in vno, & pars eius saluetur in alio: quoniam puerile est hoc. Sed cùm totum idem sit quod perfectum, & analogo nomine multæ importentur rationes, quarum vna simpliciter & perfectè constituit tale secundum illud nomen, & aliæ imperfectæ & secundum quid: ideo dicitur quòd analogum sic diuiditur, quòd non tota ratio eius in omnibus analogatis saluatur: nec æqualiter participant analogi rationem, sed secundum prius & posterius.

¶ Cum grano tamen salis accipiendum est analogum simpliciter saluari in vno, & secundum quid in alio. Sufficit enim hoc verificari, vel absolutè (vt patet in diuisione entis in substantiam & accidens: illa enim absolutè loquendo dicitur ens simpliciter, hoc autem secundum quid) vel in respectu: vt patet in diuisione entis in Deum & creaturam. Vtrúnque enim licet ens simpliciter sit & dicatur, absolutè loquendo: creatura tamen in respectu ad deum, ens secundum quid & quasi nõ ens est, & dicitur.

¶ CIRCA RESOLVTIONEM autem analogatorum sciendũ est, quòd cũ vniuersaliter primum in cõpositione sit vltimum in resolutione, & per diuisionẽ in ea quæ actu in aliquo sunt, resolutio fiat: eodem modo resoluenda sunt analogata in analogum, quo cætera resoluuntur, scilicet vtẽdo diuisione prædicta, quæ vocatur diuisio in partes essentiæ, vel rationis, & à posterioribus secundum consequentiam ad priora procedendo, si longa esset resolutio facienda.

¶ Ad rationẽ autem analogi cùm deuentũ fuerit, singulis analogatis in suas rationes secundum analogi nomen resolutis cùm illa analogi ratio ex multis constituatur rationibus, ordinem inter se & proportionalem similitudinem habentibus, vel ordinatè ad primam resolutio fiet: veniendo semper ad si

milius & propinquius primæ, & id in quo dissimilitudo est, relinquendo. Vel si non sic ordinatas inter se cõtingit esse rationes illas, ad primam omnes modo prædicto deducendæ sunt. Ordinem enim ad primam nulla subterfugere potest. Nec refert in proposito, an fiat resolutio ad rationem primam significatione, vel secundum rem. Intelligenda enim sunt hæc in suo ordine, scilicet significationum aut rerum.

CAPVT X.

¶ Qualiter de analogo sit scientia.

MISVM EST autem quibusdam de analogo scientiam esse non posse: nisi quemadmodùm de æquiuocis sciẽtia habetur: eo quòd plures rationes dicit, licet similes. Imo fallaciam æquiuocationis cõmiteit in syllogismis, in quibus analogo pro medio sumpto, certum analogatũ subsumitur (nisi forte gratia materiæ bonus esset processus) asserunt eadẽ ratione. Nec posset ex vnius analogati ratione secundum analogi nomen concludi alterum analogatum tale formaliter esse: sed semper prædictum incidere vitium ratione prædicta confirmant. Verbi gratia, Si ponamus sapientiam esse analogicè cõmunem deo & homini ex hoc quòd sapientia in homine inuenta secundum formalem rationẽ præcisè sumpta, dicit perfectionem simpliciter: non concludere possum, ergo deus est formaliter sapiens: sic arguendo, Omnis perfectio simpliciter est in deo: sapiẽtia est perfectio simpliciter: ergo. Minor enim distinguenda est: & si ly sapientia pro ratione sapientiæ quæ est in homine stat, argumentum erit ex quatuor terminis: quia in conclusione sapientia stat pro ratione sapiẽtię, quam ponit in deo: cùm concluditur, ergo sapientia est in deo. Si autem pro ratione sapientiæ in deo stat in minore: non concluditur ex perfectione sapientiæ creatæ deum esse sapientem, cuius oppositum & philosophi, & theologi omnes clamant.

¶ Decipiuntur autem isti, Scotum (cuius est ratio hæc in quæstione 1. dist 3. primi lib.) sequentes: quia in analogo diuersitatem rationem inspicientes, id quod in eo vnitatis & identitatis latet, non considerant. Rationes enim analogi (vt superius etiam diximus) possunt dupliciter accipi. Vno modo secundum se (inquantùm abinuicem distinguuntur) & ea quæ conueniunt eis vt sic, seu ex hoc. Alio modo inquantùm eadẽ sunt proportionaliter. Primo modo acceptæ, vitium æquiuocationis inducerent, si quis eis vteretur, vt patet. Secundo autem modo eis vtendo, peccatum nullum incurritur, eo quòd quicquid conuenit vni, conuenit etiã alteri proportionaliter: & quicquid negatur de vna, negatur proportionaliter de alia: quia quicquid conuenit simili in eo quod simile, conuenit etiam illi cuius est simile, proportionalitate semper seruata. Vnde si ex immaterialitate animæ concluditur eam esse intellectualẽ ex ímaterialitate proportionaliter posita in deo, optimè concluderetur deum esse intellectualẽ proportionaliter: vt quantum immaterialitas illa excedit istam: tantum intellectualitas illa excedat istã, &c. Propter quod Sanctus Thomas in q. 2. de pote. dei, art. 5. analogata omnia sub vna analogi distributiõe cadere dixit. Et meritò, quia vnitas analogiæ nõ esset in coordinatione vnitatum numeranda: nisi vnum proportionaliter vnum esset affirmabile & negabile: & consequẽter distribuibile, & scibile subiectum, & medium, & passio.

¶ Vnde ad obiecta in oppositum dicitur, quòd quia, vt in 2. Elench. cap. 10. dicitur, æquiuocatio latens in huiusmodi proportionalibus: peritissimos etiam latet. ideo oportet huiusmodi analogis nominibus vtendo ex parte vnitatis, semper modũ proportionalitatis subintelligi: aliter in vniuocationẽ lapsus fieret. Nisi enim præ oculis haberetur proportionalitas cũ dicitur immateriale omne esse intellectuale: tanquã vniuocè dictũ acciperetur, & latens æquiuocatio non visa obreperet.

¶ Proportionalitate autem seruata de analogis scientiã esse & diui Thomæ processus de bono & vero, & aliis huiusmodi, & quotidianum conuincit exercitium. Testatur quoque demonstratiuæ artis pater Arist. in 2. Poste. cap. 11. incipit. (Vt habeamus autẽ proposita vel problemata) analogũ causam adæquatã esse alicuius passionis, & in medium oportere quandóq; à demonstratore assumi, dum venationẽ propter quid docens, inquit, Amplius alius modus est secundum analogiam eligere vnum: idem enim non est accipere, quod oportet vocare sepion & os, & spinam. Sunt autem quæ sequuntur, & hoc tanquàm natura vna huiusmodi existente. Et in seq. cap. ait, Secundum autem analogiam eiusdem, & medium se habet secũdum analogiam. In quibus verbis non solum docuit analogum vt medium assumi quandóque in demonstrationibus, sed etiam ipsum * non esse vnum in se expressit: & cũ hoc habere passionem adæquatam, ac si vnius esset naturæ.

* Aliàs ipsum.

¶ Nec

¶ Nec impedit analogia hæc processum formalem ad concludendum de Deo & creaturis prædicatum aliquod eis commune, quoniam accepta sapientiæ ratione, & segregatis ab ea per intellectum eis quæ sunt imperfectionis: ex hoc, quod id quod est sibi proprium formaliter sumptum, perfectionem absque imperfectione claudit. concluditur ergo sapientiæ ratio non omnino alia, nec omnino hæc, sed hæc proportionaliter est in Deo: quia similitudo inter Deum & creaturam non est vniuoca, sed analoga. Nec pari ratione potest concludi Deum esse lapidem proportionabiliter: quia ratio lapidis formaliter sumptã, quantumcúnque expoliata imperfectionem aliquam claudit, quæ prohibet tam ipsam secũdum se quàm ipsam proportionaliter in Deo reperiri, nisi metaphoricè: quemadmodum dictũ est, Petra autem erat Christus. Vnde cùm sit huiusmodi processus. Omnis perfectio simpliciter est in Deo. sapientia est perfectio simpliciter: ergo, &c. in minore ly sapientia non stat pro hac vel illa ratione sapientiæ, sed pro sapiẽtia vna proportionaliter, id est pro vtráque ratione sapientiæ non coniunctim vel disiunctim: sed inquantùm sunt indiuisæ proportionaliter: & vna est altera proportionaliter, & ambæ vnam proportionaliter constituunt rationem. Significãtur enim analogo nomine inquantùm eædem sunt: vnde non oportet analogum distinguere ad hoc, quod cõtradictionem fundet, & enũtiationis subiectum aut prædicatum fiat: sed ratione identitatis proportionalis in se clausæ, & quam principaliter dicit ex se ad hoc sufficit. Contradictio enim dicitur consistere in affirmatione & negatione eiusdem de eodẽ, &c. & nõ affirmatiõe & negatiõe vniuoci: identitas siquidẽ tã rerũ quã rationũ (vt pluries replicatũ est) ad identitatẽ proportionalẽ se extẽdit.

¶ Ex hoc autem apparet Scot. in 1. sent. distin. 3. q. 1. vel malè exposuisse conceptum vniuocum, vel sibi cõtradicere: dũ volens vniuocationem entis fingere, ait, Conceptum vniuocum voco qui ita est vnus quod eius vnitas sufficit ad contradictionem, affirmando & negando ipsum de eodem: & sic vniuocum vult esse ens. Si enim identitas sufficiens ad contradictionem vniuocatio dicitur, constat ꝙ ponendo ens esse analogum: & secundum proportionalitatẽ tantùm vnum: satisfiet vniuocationi, quod Scoticæ doctrinę aduersatur, tenenti ens habere conceptum vnũ simpliciter, & omnino indiuisum: vt de vniuocis diximus. Si autem non omnis talis identitas sufficit ad vniuocationem, non rectè igitur vniuocatio conceptus declarata est esse eam, quæ ad contradictionem sufficit, quasi proportionalis identitas ad hoc non sufficiat.

CAPVT XI.

De cautelis necessarijs circa analogorum nominum intellectum & vsum.

QVIA VERO Aristol. in prædicta ex elẽchis auctoritate doctissimos viros circa horũ nominũ cõceptus errare dicit ob latentẽ eorũ vnitatis modũ: idcirco necessariũ fore duximus in fine huius tractatus cautelas quasdã tradere, quibus possit se quis ab errore multiplici in re hac præseruare.

¶ CAVENDVM est igitur in primis, ne ex vniuocatione ipsius nominis analogi respectu quorundã, credamus simpliciter ipsum esse vniuocũ. oia enim ferè analoga, proprie fuerunt prius vniuoca, & deinde extensione analoga communia ꝓportionaliter illis quib. sunt vniuoca, & aliis vel alij facta sunt. Sapiẽtiæ. n. nomẽ primò impositũ ẽ humanæ sapiẽtiæ, & vniuocũ oium hominũ sapientiis erat. Deinde ad diuinæ naturæ cognitionẽ ascendentes, proportionalẽq; similitudinẽ inter nos vt sapientes, & Deum contẽplantes, sapiẽtiæ nomẽ extenderunt ad id in Deo significandũ, cui nostra sapientia proportionalis est, sicq; vniuocum nobis analogum factum est nobis & Deo. Et similiter de aliis accidit.

¶ Falli autẽ contingit faciliter ex hoc, quia illa ratio prior vt pote notior & familiarior & prior quo ad nos, semper ꝓfertur ab illustribus viris & eorũ sequacibus, quando analogi significatio quæritur, & dicitur esse tota analogi ratio, pro qua simpliciter prolatum stat, & oia analogata illã participare, vt patet cùm sapientiæ ratio redditur. Assignatur. n. differentialis eius conceptus pro ratione, secundum quam cõmunis ponitur Deo & creaturæ, & simile est in aliis. Creditur. n. ex hoc quòd illa sit ipsa analogi ratio & incautè vniuocatio acceptatur, non enim illa ratio est ratio analogi, sed eius origo quo ad vos, quoniam non illa, sed illa proportionaliter in altero analogato inuenitur, vt ex dictis patet.

¶ CAVENDVM secundò est, ne nominis vnitas vt diuersitas rationũ analogam vnitatẽ obnubilet, hoc enim tanquã quoddam accidens in re hac suspiciendum est. Nihil minus, analogicè idẽ sunt sepion, os & spina, vnũ nõ habẽtia nomẽ, quàm si vnum nomẽ haberent, nec magis idem essent, si vnũ nomen haberent, & tamen si communi nomine ossa vocarẽtur, ita quod defectu vocabulorum, vel rerum proportionali similitudine ossis, nomen ad cætera extẽsum esset, crederemus eiusdem esse naturæ, & rationis ossa & spinas &c. Præsertim quia (vt dictum fuit) ad ea quæ sunt proportionaliter eadẽ cõsequuntur passiones, tanquã si eorum esset natura vna.

¶ CAVENDVM tertio est, ne vocalis vnitas rationis analogi nominis mentẽ reuoluat. Ex eo náq; (verbi gratia) quod principiũ dicitur esse id ex quo res fit, aut est, aut cognoscitur, & hæc ratio in omnibus quæ principia dicuntur, saluatur, principij nomen vniuocum creditur. Erratur aũt, quia ratio ipsa non est vna simpliciter, sed proportione & voce. vocabula enim ex quibus integratur, analoga sunt, vt patet, neque enim fieri, neque esse, neque cognosci, neque ly ex vnius omnino est rationis, sed proportionalis. Et propterea ratio illa in omnibus vtpotè proportionalis saluatur, sicut & principij nomen proportionaliter commune dicitur.

¶ CAVENDVM demùm est, ne diuersa doctorum dicta de analogis nos perturbẽt. Considerandum quippe est, quod quia analogũ mediũ inter æquiuocũ & vniuocum est, & medium extremorum naturam sapiens ad alterum comparatũ, alterum induit: adeo vt quando medio secundum id quod de vno extremo habet vtimur: illius extremi cõditiones ei attribuamus, vt in quinto Phy. tex. eo. 6. & 51. patet) ideo plerũque doctores vtentes analogo ex parte vnitatis quam ex vniuoci participat vniuocorum non solùm conditiones (puta abstractionem indiitinctionem, &c.) sed etiam nomen ei attribuũt: vtentes vero analogo ex parte diuersitatis, quam qui ex æquiuocis trahit, cõditiones quoque supradictis oppositas, & nomẽ illi imponũt æquiuoci. Et vt de multis pauca dicãtur. Arist. in secũdo meta. tex. 4. ens. & verũ vniuoca vocat: quia ex parte identitatis illis vtitur, vo processus suus apertè ostendit.

¶ San. Tho. quoque pluries dicit in ratione alicuius analogi (puta paternitatis communis diuinæ & humanæ paternitati) oia contenta esse indiuisa & indistincta, & quod paternitas (verbi gratia) abstrahit à paternitate humana & diuina, quia vtitur analogo ex parte identitatis. Nec tamẽ falsæ sunt aut abusiuæ prædictæ locutiones & similes, sed amplæ potius, & largæ, quemadmodũ pallidũ nigro cõtrariũ est, & dicitur. Saluatur siquidem in analogis identitas nominis & rationis: in qua (vt ex dictis patet) non solũ analogata, sed etiam singulæ analogi rationes vniuntur, & quodammodò confunduntur: vt pote abstrahentes aliqualiter ab earum diuersitate.

¶ Aristoteles rursus in primo physi. ex parte diuersitatis entẽ vtens contra Parmenidem, multiplex seu, æquiuocum (vt ipse met illum textum sic exponendum specialiter in secundo Elẽchorũ tradit) vocauit: vnde & Porphyrius Arist. dicere ens esse æquiuocum accepisse videtur, vtens ente ex parte diuersitatis. Quod tamen Sco. in primo dis. 3. in e. 3. in logica Aristo. nõ inuenit ideo dixit: quia prædictos textus nõ coniugauit. Propter quod ibidẽ quoque contra textum glossauit principium Arist. cõtra Parmenidem in primo Physi. tex. 13. vt in Elenchis (vt dictũ est) clarè patet. S. Tho. etiam ens prius esse primo analogato nihílque deo prius secũdum intellectum esse dicit, pluries vtens analogo ex parte diuersitatis rationũ. Quælibet siquidem eius ratio secundum se, quia proprium analogatum in se claudit, & in sui abstractione illud secum trahens cũ illo cõuertitur (vt suprà diximus) ideo prior secundum cõsequentiã, aut abstractior suo analogato negatur, ac per hoc primo analogato & deo nihil est prius, quia eius ratio secũdum analogi nomen, quæ ipso prior secundum se non est, sed conuertitur: cæteris prior rationibus. Cũ his tamen stat, quod ratio illa in deo, vt eadẽ est proportionaliter alteri rationi: secundũ idẽ nomẽ superior & secundũ consequentiã prior logicè loquẽdo sit: vt ex dictis patet. Dico autẽ logicè: quia physicè loquẽdo, analogũ nec est prius secundũ consequẽtiã, omnibus analogatis (quia ab eorũ ꝓpriis abstrahere nõ potest, quãuis vt saluatur in vno sit prius altero) nec potest esse sine primo analogato, vbi analogata cõsequẽter se habẽt. Vnde si quis falli nõ vult, solerter sermonis causam cõiectet, extremorũ conditiones medio applicaturũ se recolat: sic enim facile erit oia sanè exponere, & veritatẽ assequi: quæ à prima est veritate. Cui cognitio ex hoc exaltetur & nrmetur opusculo cõpleto in cõuẽtu sancti Apollinaris Papiæ suburbio, die primo Septembris. M. cccccxviij.

¶ Præclarissimus reuerẽdissimi Do. domini Tho. de vio, Caietani Cardinalis S. Xisti, de nominũ analogia tractatus explicit.

THOMAE

THOMAE DE VIO CAIETANI,

Reuerendißimi Cardinalis tituli Sancti Xisti, ad fratrem Franciscum de Ferraria magistrum studentium in Conuentu Bononiensi, Responsio De Conceptu entis

AMANTISSIME Pater, exceptis vestræ sollicitudinis literis, percepi libellum nostrum de analogia nominum vos perlegisse, duòque dubia de conceptu entis mentem vestram tenere, soluique à me familiariter flagitastis. Ego autē quamprimum compleui expositionem librorum de anima (cuius fini incumbebam cū vestras recepi) respondere curaui, ne præclaro ingenio tuo deessem.

¶ Primum igitur dubium fuit ad hominem meipsum, scilicet quia in commentarijs de ente & essentia, sustineo vnum conceptum mentalem repręsentatiuū entis, & in tractatu de analogia nominum videor hoc negare.

¶ Secundum autem est ad diuum Thomā: quoniam ego in prefato libello sustineo analogum non absolui ab his, quibus analogū dicitur: & diuus Tho. in q. de veri. q. 1. arti. 1. docet ens habere conceptum vnū simplicem: ad quem omnia prædicamenta, & transcendentia adduntur: in quem resoluuntur: qui est primo notus. Hæc enim inuicem sibi aduersari videntur: quandòquidem si ens absolui non potest à naturis rerum, non erit simplicissimus: nec primo notus: nec in quē vltimo resolutio fiat, & ad quem omnes addunt.

¶ Ad EVIDENTIAM horum & specialiter primi, recolito quod quicquid est imago alicuius similis alteri: est etiā imago illius alterius quatenus primo assimulatur: ac per hoc omnis conceptus creaturæ est conceptus Dei: sicut omnis creatura aliqua est similitudo Dei. Hinc ergo fit, quod cùm vnum proportionabiliter vt sic, habeat singula membra similia proportionabiliter: oportet ꝙ habeat etiam vnum conceptum mentalem repręsentatiuum illius vnius proportionabiliter.

¶ Nec huius oppositum teneo in tractatu de analogia nominū: sed conceptus iste vnus numero in mente secundum esse subiectiuum est vnus analogia secundum esse repręsentatiuum, nec repræsentat vnam solam naturam, sed vltra vnam quā determinatè repræsentat (à qua est impressus) repræsentat implicitè cæteras similes illi primo repræsentatæ secūdum id in quo proportionabiliter eis similis est, idem enim est iudicium de similitudine rerum inter se, & conceptus mentalis & rerū. Quemadmodùm enim ossis natura similis est naturæ spinæ in sustinendo carnes animalium (in quo analogantur) ita conceptus mentalis ossis, vt sustinens carnis, est similis ossi & spinæ: sed ossi determinatè, spinæ autem implicitè: sicut etiam ipsum os non est simile spinæ determinatè, sed quatenus spina sustinet carnes, sicut ipsum os. Hic est primus modus, quo analogum habet vnum conceptum mentalem: ac per hoc ens, cùm analogum sit vnum, hoc pacto habet conceptum in mente à rebus impressum.

¶ Alter autem modus super ipsius intellectus opere, quo natus est adunata diuidere, fundatur: & est tunc conceptus similis vnus numero in mente, repræsentans analogum quidē determinatè, nullum autem eorum quæ fundant analogiam explicitè. Contingit autem hoc, cùm intelligens mentalē conceptum, quem paulo antè diximus, expoliat ab illa determinata natura quā repræsentabat, & loco illius naturæ concipit pronomen aliquod referens naturas fundantes analogiā indeterminatè: verbi gratia, Si conceptus ossis est os sustinens carnes, intelligens loco ossis ponat quod, & dicat, quod sustinet carnes. tunc enim manifestè repræsentatur analogum explicitè: implicitè autem tantum naturæ fundantes analogiam.

¶ Est autem inter hos duos conceptus non solùm dicta ex radicibus differentia, sed etiam quia primus ad quid rei spectat analogi, secūdus autē ad quid nominis: neuter tamen perfectè repræsentat analogū. de quo scilicet perfecto seu adæquato explicitè conceptu analogi interpretādum est, cùm à me vel ab alio scriptum inuenitur, ꝙ non potest analogum, vnum numero mentalē conceptum habere, sed vnum analogia tantum. Et quoniam conceptus mentales sunt imagines rerum repræsentatarū (nisi sint fictitii) quēadmodùm in mente conceptus adæquatus analogi non est vnus, sed exigit repræsentationem omnium fundanti analogiam: ita significatum analogi adæquatū & perfectum non potest sic abstrahi, vt obiiciatur, repræsentetur, aut concipiatur absque fundātibus rebus. Et sicut in mēte duplex conceptus imperfectus reperitur, ita res significata extrà potest obiici dupliciter imperfectè, scilicet vel in vno explicitè, in quo cætera obiiciuntur indeterminatè: vel in nullo explicitè, sed omnia implicitè in solo formalissimo significato explicitè.

¶ Nec prædicta contrariantur doctrinæ Sancti Thomæ: ens enim primo notum ordine generationis est secundum conceptum imperfectum: ordine autem diuinctæ cognitionis est secundum conceptum perfectum.

¶ Ens quoque habere conceptū simplicissimum, consonat dictis: quoniam cū simplicitas compositioni opponatur, & vnū analogia non fit vnum compositione aliqua, non habet ens ex hoc ꝙ analogum, compositionem admixtam. Et vt exercitatione resolutio monstretur, si substātiam in ens vis resoluere, si in conceptum distinctum entis resolutio quæritur, resoluetur in ipsam naturam substantiæ, quatenus esse fundat quod est simplicissimum, cui & addit ipsa substātia & addūt transcendentia. Et si in conceptum confusum, quod est resolues, quod etiam est simplicissimum, cui etiam prædicta addunt.

¶ Sed occasio errandi multis est, quia in resolutione distincta quærunt resoluere in vnum analogia, sicut consueuit resolui in vnum vniuocatione. Ita ꝙ quærunt in analogia quasi vnum numero terminum sicut in vniuocis, cùm tamen terminus in analogia sit vnus proportionabiliter tantum. Ita ꝙ & singula resolubilia resoluuntur in conceptus simplices & obiectiuos & mentales: & omnia in conceptum obiectiuum, & mentalem simplicem & vnum proportionabiliter. Ita ꝙ (vt vnico verbo rem absoluam) ens esse primò notū, in quod fit omnis resolutio, in quod omnia addunt: per modum analogi interpretandum est: cum quo stare potest, ꝙ ens secundum perfectum adæquatūmque conceptum non abstrahit à naturis prædicamentalibus, sicut nec aliquod analogum à fundantibus analogiam.

¶ In hoc pēdet tota vis claritatis rei huius: vt semper animaduertas secundum analogorum morem hæc dici.

¶ Plura nunc non mihi occurrunt ad propositum dicēda: imo prolixior fui acutissimo ingenio tuo, quo ex vnico verbo concepisses cuncta. Bene vale, & pro me orare digneris. Romæ, die 27. Februarij. 1509.

FINIS.

Regestum.

*. **. ***. ****. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt Quaterniones, præter ***. ****. &. Kk Terniones.